


GLOSSARIUM

AD

SCRIPTORES

MEDIÆ ET INFIMÆ

LATINITATIS.

TOMI II. PARS I.

D.

GLOSSARIUM AD SCRIPTORES MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS

D.



LITERA numeralis quæ 500. denotat. Unde versus:
Littera D. velut A. quingentos, significabit.
Seu, ut legit Ugutio:
Alpha D. compar duo sic tria nomina prodat. al. *portat.*
Eidem literæ si recta linea superaddatur, quingentamillia significat.

D. In super scriptione cantilenæ, ut deprimatur, demonstrat. Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ literæ in super scriptione significent cantilenæ.* Vide *A.*

DA, pro *de*, præpositione, occurrit non semel in Chartis Longobardicis in Bullario Casinensi tom. 2. p. 14. 54. 67. &c.

DACIO, *Dacitum.* Vide *Data.*

DACRA, vel *Dacrum, consistit ex* 10. *coriis; decem verò dacra*, vel *dacræ, conficiunt unum lastum coriorum.* Ita *Dacrum chirothecarum consistit ex* 10. *paribus chirothecarum: Dacrum verò ferrorum equorũ, ex* 20. *ferris.* Hæc Fleta lib. 2. c. 12. §. 3. Statuta Gildæ Bervvicensis cap. 43. *In dimidio quarterio pellium, & dimidio dacræ coriorum, & duobus petris lanæ.* Teloneũ urbis S. Audomari, in Tabular. S. Bertini: *De dacra pellium hurorum 2. den.--de dacra de pellibus salsis, &c.*

DADEA. Charta an. 1220. apud Georgium Pilonũ in Hist. Bellunensi p. 110. v. *Et juraverunt sequi Potestatem vel Consules secundùm quod alii cives civitatis Tarvisii facient: & quòd facient coltam*, (collectam) *milites, & dadeam, quandocunq; facient, & eodem modo.*

DADSISA. Indiculus superstitionum & paganiarũ, ex Concilio Liptinensi an. 743. *De sacrilegio ad sepulcra mortuorum. De sacrilegio super defunctos, id est, Dadsisas.* Quo vocabulo, ni fallor, intelliguntur *dapes*, seu convivia quæ fiebant super sepulcris mortuorum. V. *Convivium.*

DADUS. Vide *Decius.*

DAE, *Stria.* Ita Papias MS. Editus verò, *Dahæ, Scotiæ.* an. pro *deæ*?

DÆMON, *Demonium*, quid apud Græcos significarit, non disquiro: id constat apud Christianos hac voce semper intellectos spiritus immundos & malignos, hominumq; inimicos, vexatores & seductores, & quicquid occursaculorum & terriculamentorum, sive noctu, sive interdiu, nobis adversatur, obsistit, & perturbationi est. In qua significatione accipitur ab Apulejo l. de Virtutibus herbarũ c. 10. ubi de Artemisia: *Fugat & dæmonia in domo posita, &c.* Et c. 19. §. 6. *Si infans contristatus fuerit, herba aristolochia suffumigabis infantem, hilarem facit, & convalescit infans, fugato dæmonio.* Neque aliter accipi videtur.

Dæmon meridianus, apud Gregorium Turon. lib. 4. de Miracul. S. Martini c. 36. *Cùm de cultura rediret, subitò inter manus delapsa comitantium terræ corruit, ligataque lingua, nullum verbum ex ore potens proferre, obmutuit. Interea accedentibus accolis, ac dicentibus eam meridiani dæmonis incursum pati, ligamina herbarum, atque incantationum verba proferebant, &c.* Mox addit, adhibito oleo de sepulcro S. Martini, *sermone reddito, nequitiæ dolo perempto, convaluisse.* Vita S. Rusticulæ Abbatissæ Arelat. cap. 27. *Una de Sororibus, cùm graviter ab infestatione meridiani dæmonis nimiam fatigationem sustineret, & corpore tremebunda nullatenus se erigere posset, &c.* Miracula S. Jovini Abb. *Erant duo pueri in via publica circa meridiem foris stantes, qui valido impulsi turbine graviter infirmati, quasi insanire cœperunt, & parentum suorum neminem recognoscere valuerunt,—qui meritis SS. Martini atque Jovini à dæmonio meridiano sunt liberati.* Ex prædictis eruit vir apprime doctus Jo. Mabillonius, incursum dæmonii meridiani, esse subitam quandam & apertam morbi violenti incursionem, quà quis sensuum mentisve facultate privatur, sic dictum, quòd à dæmone imprimi crederetur, tum quòd summo die proveniret. Pro quovis diaboli impulsu ac suasu videtur sumere Gregorius in vita S. Basilii Junioris num. 15. χλευαζόμενος ὑπὸ τοῦ ἐξαπατῶντος αὐτοῦ μεσημβρινοῦ δαίμονος. Pachymeres l. 11. c. 8. de quodam agirta, qui de separatione adactus, laqueo se suspenderat: Καὶ μεσημβρινὸν ἐκείνῳ δαιμόνιόν τι ἐπιπηδᾷ—καὶ ἐπ' οἰκίας ἀψάμενος βρόχον, διαπεφώνηκε. Ex Psalmo 90. v. 6. *A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano* Evagrius de octo cogitationibus ait; ἀκηδίαν eum esse δαίμονα, ὃς μεσημβρινὸς καλεῖται, τῶν δαιμόνων βαρύτερον. Vide quæ in hunc locum habent Genebrardus & alii Commentatores, & infrà. Vide *Incursus.*

DÆMONIACUS, Dæmone correptus, energumenus. Agobardus in Epist. ad Bartholomæum: *Ita ut caderent quidam modo epilepticorum, vel eorum quos dæmoniacos vulgus putat vel nominat.* Rogerus Hovedenus: *Quidam civis--factus est energumenus, id est, dæmoniacus.* Occurrit passim, apud D. Gregor. lib. 1. Dial. c. 10. Gelasium I. PP. Ep. 9. in Lege Longob. lib. 1. tit. 19. §. 15. lib. 2. tit. 1. §. 3. Δαιμονάριος, apud Nicetam in Isaacio Angelo: Ὁ ἔχων δαίμονα, ὁ ἔνοικον τὸν διάβολον ἔχων, apud Chrysost. Κατεχόμενος ὑπὸ δαίμονος, apud Strabon. Δαιμονοφόρητος, ὁ δαιμονιώδης, apud Epiphan. &c.

Dæmoniaci dicti præterea Epileptici. Gariopontus lib. 1. cap. 6. *Epilepsiæ genera, duo sunt, unum est, in quo subitò cadunt, nescientes, & contractionem manuum pedumque patiuntur, & cervicis tremorem. Aliud, in quo spumant & stertunt, nec contrahuntur membra, cùm ceciderint, quos vulgus Dæmoniacos dicit.* Et cap. 7. de iisdem Epilepticis: *Qui cum tremore totius corporis tenentur, a dæmonibus teneri dicuntur.*

Dæmoniaci advexaticii, apud Amulonem Lugd. in Epist. ad Theodboldum, i. à dæmone *vexati*: qui χειμαζόμενοι dicuntur, Arreptitii qui malo spiritu agitantur, vexantur, *Tribulantes*, in Epistola Nicetii Episc. Trevirensis ad Chlodosvvindam. *Qui demonio infestantur,*

ſtantur,in Concil. Arauſicano I. c.14. & Arelatenſi II.
c. 39. Concilium Ancyranum c. 16. Τὺς ἀλογευσαμένυς
ἢ λεπρὺς ὄντας, ἤτοι λεπρώσαντας, τύτυς προσέταξεν ἡ ἁ-
γία σύνοδος εἰς τὺς χειμαζομένυς εὔχεσθαι. Ubi Iſidorus
Mercator: *Placuit inter eos orare qui tempeſtate ja-*
ctantur,qui à nobis Energumeni appellantur. Quo lo-
co Cellotius lib. 6. Hierarch. c. 19. §. 1. χειμαζομένυς
cenſet eſſe *pœnitentes*, qui extra Eccleſiam ſtabant plu-
viæ & hiemi obnoxii,in quos tempeſtates & aëris in-
juriæ omnes depluunt. Cujuſmodi erant οἱ προσκλαίοντες,
qui ἔξω τῆς πύλης τῦ εὐκτηρίυ ſtabant, cum ἀκροῶντες &
ὑποπίπτοντες ἔνδοθι τῆς πύλης ἐν τῷ νάρθηκι conſiſtent,
ut eſt apud Gregorium Thaumaturgum Can. 11.

DÆMONIOSUS, idem qui *Dæmoniacus*, apud Juliũ
Africanum lib.8.Hiſt.Apoſt.pag.97. Bedam in Vita S
Cuthberti Epiſcopi n.23. in Vita S.Altmanni Epiſc.Pa-
tavienſis pag. 50. apud Ordericum Vitalem p.400.&c

Dæmonizare, Dæmonio corripi, dæmoniacus fieri, in
Miraculis S. Pelini Mart. apud. Ughell. tom.9. p. 37.

DAERIA. Fleta lib.2.c.82. §.3. *Seu caſei, butiri, vel*
daëria. Cap. 87. de Caſeatrice: *Androchia pudica eſſe*
debet — & laborioſa in officio daëriæ. Vide *Androchia.*
Habent Cdmpani noſtri ac Lotharingi vocem *Dayer*,
ſed alia notione. Ita enim appellant, ut auctor eſt Ja-
cobus *Bourgoing*, de Origine & uſu vulgarium vocum
pag. 27. conventus ſerotinos quos mulierculæ penſa
agentes ſub veſperum facere ſolent, quos Belgæ noſtri
Series vocant.

DAGASCALCI. Charta Henrici IV. Imp. ann.
1065. pro Abb. S. Maximini Trevir. *Præbendarii au-*
tem — vel qui foris ad curtes, Dagaſcalci vel piſcatores,
aut piſtores dicuntur, nulli Advocato vel Hunoni ſubja-
ceant, ſed tantùm Abbati. ſicut cereales, vel cenſuales
pro quibuſcunque rebus reſpondeant. Alia Henrici III.
Imp. ann.1056. apud Zylleſium habet *Dageſcalci.* Alia
Henrici IV. Imp. ann.1116. apud eundem: *Præbenda-*
rii etiam ſive manſionarii fratrum circa Monaſterium
infra milliare unum è vitino manentes, ſive Dageſcalci,
aut Cerearii foris ubique per villas poſiti, nullius Advo-
cati vel Hunnonis placitum — reſpiciant.

DAGEWARDUS. Burchardus Wormacienſis E-
piſcopus in Lege Familiæ. *Si quis Fisgilinus homo ex-*
familiarem aliquam magnam vel parvam ad injuſti-
tiam patraverit, ad bannum Epiſcopi 5. ſolidos, ut Da-
gevvardus, vadetur, & 5. ſolidos componat ei cui ini-
quitas facta eſt. Infrà: *Si Fisgilinus homo Dagevvar-*
dam accepit, ut filii qui inde naſcantur, ſecundum pejo-
rem manum vivant: ſimiliter ſi Dagevvardus Fisgili-
nam mulierem accepit. Rurſum: *Si quis Fiſcali viro ju-*
ſtitiam ſuam infringere voluerit, id eſt, ad Dagevvar-
dum, vel ad cenſum injuſtum, Fiſcalis vir cum ſeptem
proximis ſuis non mercede conductis juſtitiam ſibi inna-
tam obtineat, & ſic ex patris paret vituperetur, ex ea-
dem parte duæ cognatorum ſuorum & tertia ex jure aſ-
ſumatur.

DAGGER, *Daggerius, Daggardum*, Pugio, ſica,
Anglis *Dagger*, Hiſpanis *Daga*, Gallis *Dague*, Cambro-
Britannis *Dagger & Dagr.* Catholicon Armoricum:
Dac. Gall. Dague, Lat. Pugio, ou c'eſt badelaire. Statu-
ta Willelmi Regis Scotiæ c. 23. *Habeat equum, haber-*
geon, capitium è ferro, enſem, & cultellum qui dicitur
Dagger. — Habeat arcum & ſagittas, & daggarium, &
cultellum. Thomas Walſinghamus p. 252. *Mox extra-*
cto cultello, quem Dagger vulgò dicimus, ictum Militi
minabatur. Alibi: *Extracto cultello daggardo ejus cere-*
brum perforavit. Henr. Knyghton in Edvv. III. *Haben-*
tes cultellos, quos Daggerios vulgariter dicunt. Liber
Anglicus inſcriptus *Juſtice of peace.* p.730. *Longum dag-*
garum ſuum extraxit, & in præfatum N. in ſultum
fecit. Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Harnois compleits de fine armurerie,
Trez, arbaleſtres, dague de Praguerie.

Alibi:

A ſon coſté chaſcun la courte dague.

Rurſum:

A leur coſté l'eſpée longue & large,
La courte dague pour ſon homme aborder.

Vide Monſtrelletum 1. vol. c. 94. p. 143. Chron.
Flandr. p. 232. Joinvill. in S. Ludovico p. 105. &c.
Vocem à Dacis, quaſi eorum propria fuerint arma, qui-
dam deducunt, vel ab Hebræo *dacach*, acuere.

DAGHBRANT, Incendium quod interdiu excita-
tur, ex Flandr. *dag*, dies, & *brant*, incendium. Conſuetu-
dines Arkenſes an. 1231. in Tabulario S.Bertini: *Ma-*
jores cauſæ, ut ſunt Raptus mulierum, berof, mordad,
Dagbrant, à Choremannis in Curia de Arkes audien-
tes, ſed earum emendæ per francos homines Eccleſiæ ju-
dicabuntur.

DAGLA. Chart. Adalberonis I. Epiſcopi Meten-
ſis apud Meuriſſium, p. 309. *Statuimus quoque ad uſus*
fratrum, in prædicto ſancto loco militantium, quandam
daglam in finibus villæ noſtræ ſitam, nomine Purnedo,
ubi etiam mundiliones plurimi B. Arnulphi comma-
nent, atque commanentes eandem ſupradictam daglam
legitima ſanctione cuſtodiunt ac procurant.

DAGUS. Gloſſ. Gr. Lat. Editum & MS. Ὑπέδιον,
ſubſellium, dagus, Meurſius cenſet eſſe Gallicum, *Dais*,
ſcilicet tapetem, qui ſellæ inſternitur. At Galli ita vo-
cant umbellam quę Throno Regio interponitur, unde
legendum *ſuperſellium* videretur: cujus quidem vocis
Dais meminit Matthæus Paris in Vitis Abbatum ſan-
cti Albani p. 92. ubi de Abbate recèns electo: *Solus in*
Refectorio prandebit ſupremus, habens vaſtellum, Priore
prandente ad magnam menſam; quam Dais vulgariter
appellamus. Galli etiamnum *Dais* appellant umbracu-
lum quod capiti ſedentis aut prandentis vel cœnantis
ſuperponitur. Proinde ſi ad *vaſtellum* referatur, idem
ſignificaverit, tametſi vocis notio planè incerta ſit ip-
ſis etiam Anglis. Si ad *menſam*, quod vox *quæ* videtur
ſuadere, non facilius eſt divinare quid hoc loco ſonet.

Putaverim tamen *vaſtellum* ipſum eſſe noſtrum *Dais*,
ſicque appellatum ex Anglo-Saxonico Ƿæcel, *tegulum*,
tegmen, umbraculum. Alii meliùs divinent. Cæterùm
hæc verba, *habens vaſtellum*, &c. abſunt in Conciliis
Anglic. tom. 2. ubi eadem recitantur, de modo conſtituen-
di Abbatis exempti c. ult. ſub. an. 1235. Ejuſmodi um-
braculum, ſic deſcribit Menander Protector in legat.
p. 131. τεθείσης δὲ καθέδρας χρυσῆς, ἐνίδρυε αὐτὸν ἐκ δύο
λίθων ὑφασμάτων σκεαυ θείσης αὐτῷ, ὥσπερ καλύβης τι-
νός. Noſtri porro olim *Dois*, pro *Dais* dixere. *Le*
Rom. de Garin. MS.

Quand fu la Cort des Chevaliers de pris,
Li mengiers fu appreſtez & garnis,
Leuë demandent, au mangier ſont aſſis,
An plus haut dois ſiſt li Rois Anſeïs
De joûte lui ſa moillier au cler vis.

DAJENUS, Judex, Judæis Hiſpanicis ſic dictus.
Vitalis. Epiſcopus Oſcenſis: *Inter Judæos verò eſt*
Daien, id eſt, Judex, ad cognoſcendum de omnibus cau-
ſis magnis, parvis, & minimis conſtitutus. Huc fortè
ſpectant quæ habent Notæ veteres ad Itinerarium Bur-
deg. de verbis Gallicis: *Rhodanum, violentum: nam*
Rho, nimium, Dan, judicem, hoc & Gallicè, hoc & He-
braïcè dicitur. Gloſſæ Baſilic. Δὰν, ὄνομα μεγάλης ἀρχῆς
μετὰ Πέρσας· οὕτως εὗρον ἐν τῷ Μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας Σιρώ.

DAIS. Vide *Dagus, Vaſtellum.*

DAILUS. Vide *Dayla.*

DALMATICA, Veſtis ſic dicta, quòd in Dalma-
tia primùm ſit reperta, ut habent Iſidorus lib. 19. O-
rig. c. 22. Alcuinus lib. de Divin. offic. Papias, Duran-
dus lib. 3. c. 11. & alii. Uſum autem Dalmaticarum in
Eccleſiam primus invexit S. Silveſter PP. cùm antea
colobiis uterentur Sacerdotes, veſte ſcilicet ſic dicta,
quæ manicis carebat. Sed cùm nuditas brachiorum à
An-

plerisque culparetur, Dalmaticarum à B. Silvestro usus inductus est, ut ait idem Alcuinus, à quo dicitur esse *vestimentum in modum Crucis, habens in sinistra sui parte fimbrias, dextra iis carente: inconsutile, & cum largis manicis.* His consentit Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico, ubi de Diaconis: *Stolam etiam super humerum sinistrum ferre, & indui Dalmaticâ in solemnibus, id est tunicâ amplis manicis.* Dalmaticam verò in modum crucis factam docet præterea Missa Antiqua à Matthia Illyrico edita. Bruno Signiensis de Vestimentis Episcoporum: *Dalmatica magis ad ornatum, quàm ad significationem pertinere videtur, quæ etiam post alia indumenta inventa esse probatur. Fimbriæ tamen quæ in dalmatica à sinistro latere pendent, hujus vitæ impedimenta, & superfluitates, & sollicitudines significare possunt, quæ quoniam in altera vita non sunt, meritò neque fimbriæ in dextro latere ponuntur, &c.* Robertus de Flamesbure Canonicus S. Victoris in Pœnitentiali: *Dalmatica etiam quâ utuntur Levitæ, latitudine sui idem significat quod casula, caritatem, per duas lineas coccineas, quibus ipsa ante & retrò à summo usq; deorsũ decoratur, utriusq; testamentũ, prædicatio Dei & proximi dilectio figuratur. Duodecim fimbriæ linearũ utrimq; 12. ramos caritatis exprimunt, quos Apostolos enumerat, dicens, Caritas patiens est, benigna est, &c. Tertia linea quæ est inter duas, & tribus fimbriis ante & retrò insignitur, caritatem fide S. Trinitatis condecoratã demonstrat. per fimbrias in sinistro latere sollicitudo activæ vitæ circa plurima intelligitur. Dextrum latus, quod caret fimbriis, contemplatio cælestium sine multitudine perturbationum significatur.* Fimbriarum Dalmaticæ meminit Theodulfus Aurelian. in Parænesi ad Episcopos p. 238.

Candida ut extensis niteat Dalmatica rugis,
Fimbria neve erret hæc sine lege levis.

Neque alia est fimbria Dalmaticæ, à clavis purpureis. Glossæ Arabico-Lat. *Dalmata, vestis sacerdotalis candida cum clavis purpureis.* Epiphanius: δαλματικάς, εἴτ' οὖν κολοβίωνας ἐκ πλατυσήμων διὰ πορφύρας ἀλλ' οὐ ... κατεσκευασμένας. Vide Amalar. l. 2. de Eccl. off. c. 21. Rabanum l. 1. de Instit. Cleric. c. 7. 20. Walafrid. Strab. l. de Reb. Eccl. c. 24. Petr. Dam. l. de Dominus vobiscum c. 17. Hugo à S. Victore l. 1. de Sacram. c. 53. in Speculo Eccl. c. 6. Honor. August. lib. 1. c. 211. Innocent. III. lib. 1. Myster. Missæ c. 40. 56. Jacob. Vitriac. in Hist. Occident. c. 35. &c.

Dalmaticam propriam Episcoporum vestem fuisse docent laudati Scriptores. Zacharias PP. in Epist. ad Austrobertum Episc. Viennens. apud Jo. à Bosco: *Dalmaticam usibus vestris misimus, ut quia Ecclesia vestra ab hac sede doctrinam fidei percepit, & morem habitus sacerdotalis ab illa etiam percipiat decorem honoris.* Hinc sub planeta poni solitam scribit Joannes Diacon. in Vita S. Gregorii M. l. 4. c. 83. 84.

Fuit etiam *Dalmatica* Diaconorum vestis propria, uti suprà innuimus. Amalarius in Eclogis de Officio Missæ: *Diaconi retro stant, --qui & ministrantes sunt in sancto altari, & Dalmaticas portant, quas solebant militaris usus portare.* Herbertus lib. 2. de Miracul. c. 9. *Subdiacones tunicæ pretiosæ, Diacones Dalmaticæ fulgidæ decorabant, ipsosq; Presbyteros planetæ olosericæ insigniter adornabant.* Dalmatica tamen Diaconi non utebantur, nisi in majoribus festivitatibus, ut est in Concilio Salegunstadiensi c. 2. & apud Gillebertum Lunicensem Episcopum. Porrò Silvestri PP. Institutio fuit, *ut Diaconi Dalmaticis uterentur in Ecclesia, & pallio linostimo læva eorum tegeretur,* ut auctor est Anastasius p. 13. Diaconi verò videtur tribuere Ammianus lib. 14. *pectoralem tuniculam sine manicis textam.* Unde diversa illa fuerit à Dalmatica manicata, quam *Chirodatam* vocat Capitolinus, nostrique Diaconis adscribunt.

Sed maximè Diaconorum Ecclesiæ Romanæ fuit Dalmatica, cùm cæteris non nisi ex indulto summi Pontificis hac uti fas esset, qui eam interdum transmittebant, ut, ut habet Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 113. Idem lib. 4. dialog. cap. 41. ubi Paschasio diacono Ecclesiæ Romanæ *Dalmaticam* adscribit. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelatensis: *Speciali quodam privilegio pallii usum ei permisit, & Diaconos ejus perinde, ut Romanæ Ecclesiæ Diaconos, Dalmaticis uti voluit.* Jacobus Cardinalis de Coronat. Bonifacii VIII. PP. lib. 1. cap. 8.

Nos Levitarum cuneus, nos illa Senatus
Dalmaticas vestita togas.

Cappa Dalmatica, in libello de Fundat. Monast. Bigaugiensis pag. 255.

Dalmaticis etiam indutos Reges ac Imperatores in præcipuis solennitatibus, eorumque inaugurationibus, palam est: ex iis præsertim quæ habet Hartmannus Maurus lib. de Coronatione Caroli V. qui inter solennia illa indumenta quibus induuntur, recenset *Dalmaticam albam holosericam pretiosis margaritis gemmisque distinctam, auream stolam margaritis quoq; adornatam, cappam holoseriam violacei coloris cui aurum in modum aquilæ intextum est, & amiculum rubei coloris contextum pari modo magna aurea aquila.* Petrus Rex Aragon. in Chronico, quod ipse conscripsit, lib. 2. c. 9. ubi de sua Coronatione: *E lendema matí, que fon diumenge, nos som apparcillats hora del sol exit ab nostra Dalmatica, e ab aquall arreament quis pertanya Rey pendre Coronacio.* Et lib. 3. c. 16. de solẽni in urbe Majorica processu: *E lo diumenge per lo matinos is quem de la Sacrestia de la Seu, vestits e appareillats in sede Majestatus, co es ab una camisa Romana d'un drap de seda primvert ab alcuns fullatges sens tos obres, e apres una Dalmatica de drap vermell historiat, ab obres d'aur, e ab fullatges, &c.* Adde c. 33. & Raimundum Montanerium c. 296.

Dalmaticatus, Dalmatica indutus apud Lampridium in Commodo.

Delmatica, in Gloss. Gr. Lat. Δελματική, idem quod *Dalmatica*: nam *Delmatia*, pro *Dalmatia*, occurrit non semel in Nummis, apud Aurel. Victorem in Augusto, Claudio, &c.

DALTINI, Scurræ, velites, seu servi à pedibus Hibernis, apud Stanihurstium lib. 1. de Reb. Hibern. & Jacobum Waræum in Antiquitat. Hibern. c. 12.

DALUM. Ælfricus in Gloss. Sax cap. de Navibus: *Dalum*: LyTel Ϳegel, i. parvum velum. Papias & Ugutio: *Dalum, minimum velum ad proram fixum.* Inde fortean velum, quod Throno Regio superponitur, *Dais* appellarunt nostri.

DALUS. Vide *Dayla*.

DAMADARIUS, *Hebdomadarius*. Charta Corbeiensis vetus MS. de Mensa Dom. Abbatis: *In illa firma in qua serviunt Damadarii de coquina, &c.* Alibi: *Hoc totum debent præparare & administrare Damadarii de coquina ad fenestram refectorii.* Vide *Hebdomadarius*.

DAMALIO, ex Gr. δάμαλις, juvenca. Lampridius in Alexandro Severo: *Ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis damalionem.*

DAMEAS, *Damascenus*. *Vestimenta Damea* in Testamento Bertichramni Episcop. Cenom. Locum vide in *Pariculus*.

DAMMA, Emissarium, cataractæ claustrum, quo mare excluditur, vel admittitur, Theutonibus *Dam*: unde locorum nomina, *Amster-dam, Roter dam, &c.* Ordinatio Marisci Ramesiensis: *Non liceat alicui de cætero facere dammas, aut fordas, aut alia impedimenta in aliquibus landeis, watergangeis, fossatis, sive aquagiis, &c.*

DAMNABILITAS, Κατάκρισις, ἐξορία, in Gl. Lat. Gr. Condemnatio, exilium. Ita *damnatio perpetua*, pro perpetua deportatione, in l. 1. Cod. Th. de Falsa mon. *Damnabili injuria ductus*, apud Trebellium Pollionem: *Damnabilis cohibentia*, in lib. 8. C. Th. de appellat.

DAMNATIO, Damnum, Gall. *Domage*, & *damage*. Epist. Caroli Martelli ad Episcopos: *Ut ei nemo aliquam contrarietatem vel damnationem adversus eum facere præsumat.* Matth. Paris ann. 1267. *Ne robertus vel damna-*

damnationes facerent. Damge, in Legibus Normanicis Willelmi Nothi cap.38. Vide *Excommunicatio*,& V. Cl. Ægid. Menagium in Orig. Italic. in *Damnagio*.

DAMNIFICARE, Damnum inferre. Pseudo-Ovidius de Vetula:

Damnificansque hostem numeris quibus egerat illas.

Utuntur præterea Jacobus de Vitriaco lib.3. Cæsarius Heisterb. Will. Brito lib.4.5.6.10. Philippid.& alii.

DAMNITAS, *Damnietas*, idem quod *Damnatio*, damnum. Vetus Notitia apud Franc. Mariam in Mathilde Comitissa: *Ulla damnitas, aut lutentionem, vel molestiam deveniat per aliquid ingenium, &c.* Charta Caroli M. apud Perardum p. 13. *Neque Monachi-- aliquam molestiam neque damnitatem inferre præsumant.* Occurrit præterea in Capitulari Radelchisi Principis Beneventani cap.3.8.20. apud Ughellum tom.3.p.301. &c. apud Gregor. VII. PP. lib.1. Epist.18.&c.

Damnietas, eadem notione apud Marculfum lib.1. Form.32. lib.2. Form.18.& in Legib. Longob. lib.2. tit.29.§.1.6. lib.2. tit.55.§ 17.

DAMNUM, Mulcta Judicis sententiâ irrogata. Charta Sancii Lascarensis Episcopi an.1001. apud Marcam: *Si fortè in his duellum vel aliqua divisio advenerit, damnum eis concessit.* Alia apud eundem: *Liberaverunt totum proprium honorem S. Mariæ de tot carros, & de toto damno, & de tot carnal, &c.*

Damnum, quod nostri *Danger* vocant, id est, procinctum, seu territorium, in quo si quæ ob commissa crimina, irrogantur mulctæ, eæ Dominorum sunt: maximè verò usurpatur pro animalibus damnum facientibus in alterius prædio. Leges Rotharis Regis Longob. tit.105.§.30. *Si quis peculium de damno suo ad clausuram minaverit, &c.* Mox: *Habeat ille id peculium qui in damno invenerit.* Leges Luitprandi tit.61. *Si quis caballum in damnum suum invenerit, &c.* Magna Charta de Libertatibus Angliæ: *Exceptis averiis in alieno damno inventis.* Reg Majestat. lib.4.c.23.§.2. *Si quis Latronem in damno suo invenerit cum furto.* Leges Burgor. Scoticor. c.129.§.4. *Si quis invenerit in damno suo aucas, gallinas, aut capros, &c.* Bracton lib.3. tract. de Corona c.37.§.9. *Dicere enim poterit captor, quod juste cepit averia sua, quia invenit in damno suo, & secundùm consuetudinem regni imparcavit illa.* Fleta lib.2.c.49.§.1. *Possunt enim captiones advocari, eò quòd dici poterit quòd averia capta fuerunt in loco certo in damno suo, vel in prato, vel alibi in suo separali.* Monasticum Anglic. tom.2.p.862. *Animalia in damnis dictorum fratrum inventa. Bestes trouvées prinses en domage*, in Consuetud. Hesdinensi art.32. Vide *Dangerium*.

DANGIO. Vide *Dunjo*.

DANIGELDUM, Tributum Anglis indictum, ob pacandos, vel vi propulsandos *Danos*, Angliam sæpius incurrentes. Joan. Bromptonus: *Danegeld est tallagium datum Danis, id est, 3. den. de qualibet bovata terræ.* Leges Edwardi Confess. c.11. *Danegeldi redditio propter piratas primitus statuta est. Patriam enim infestantes, vastationi ejus pro posse insistebant. Ad eorum quidem insolentiam reprimendam statutum est Danegeldum annuatim reddi, scilicet 12. denarios ex unaquaque hida totius patriæ, ad conducendos eos qui piratarum irruptioni resistendo obviarent.* Vide Leges Henrici I. c.15. Ab hac pensitatione exempta est Ecclesia Anglicana, ut in iisdem Edwardi Legibus narratur, quæ videntur esse recentioris Scriptoris, & fortè Henrici *de Knyghton* lib.2. apud quem ea reperiuntur p.2357. nisi ille ab alio hauserit.

Tunc verò primùm indictum est, cùm Swanus Danorum Rex Britanniæ insulam, quam magna ex parte occupaverat, vastaret & spoliaret, Ethelredo regnante, ut est apud Joannem Sarisber. lib.8. Policratici c.21. Henricus Hutindon. lib.5.p.357. *Edelredi Regis an.13. primùm statuerunt Angli consilio infausto Siricii Archiepiscopi, quod ipsi censum Dacis persolverent, quatenus à rapinis & cæde cessarent, & dederunt eis decem mille libras.*

At quod ex necessitate, & Danicarum incursionum occasionibus indictum est miseris Anglis tributum, propulsis postmodum & intra proprios limites sese continentibus Danis, continuatum est. *Hoc autem malum*, inquit idem Scriptor, *usq; in hodiernum diem duravit, & diu, nisi Dei pietas subveniat, durabit. Regibus namque nostris modo persolvimus ex consuetudine, quod Dacis persolvebatur ex ineffabili terrore.*

Sed onus Anglis gravissimum ab eorum cervicibus auferre, illudq; relaxare primus aggressus est S. Edwardus. *Ferunt enim*, verba sunt Ingulfi p.897. *Regem Sanctissimum, cùm dictum Danigeld cubicularii sui collectum in Regis cameram intulissent, & ad videndum tanti thesauri cumulum ipsum adduxissent, ad primum aspectum exhorruisse, protestantem se dæmonem super acervum pecuniæ saltantem, & nimio gaudio exultantem prospexisse. Unde pristinis possessoribus jussit statim reddere, & de tam fera exactione ne iota unum voluit retinere, quin in perpetuum remisit, anno scilicet 38. ex quo tempore Regis Ethelredi patris sui Swanus Rex Danorū suo exercitui illud solvi singulis annis imperavit.* Similia narrant Ælfredus in Vita S. Edwardi c.7.n.23.& Bromptonus p.942.

At Willelmo Notho Angliam obtinente, rursum Anglis eadem pensitatio indicta servata, *Danegeldi* appellatione, licèt Dani cæteriq; maris prædones Septentrionales incursus suos cohiberent. *Cùm ergo diu soluisset terra sub ejusdem Regis Imperio, noluit hoc ut annuum solvi, quod fuerat urgente necessitate bellicæ tempestatis exactum: nec tamen omnino propter inopinatos casus dimitti. Rarò igitur temporibus ejus, vel successorum ipsius solutum est, hoc est cùm ab exteris gentibus bella vel opiniones bellorum ingruebant.* Ita liber Scacarii lib.1.c.11.

Præterea exsolutum sub Willelmo Juniore cùm Normanniam invasit, fratre suo Roberto in expeditionem Hierosolymitanam profecto, tradit Knighton loco citato. Henrico I. denique regnante, *Danegeldum* inter jura Regia recensetur in ejusdem Regis Legibus c.10. quòd fortassis ejusmodi pensitationem populis indicere solius esset Regis, vel potiùs quòd ad Regium fiscum deferretur: *Hæc sunt jura quæ Angliæ solus & super omnes homines habet in terra sua, commoda pacis & securitatis institutione retenta, Infractio pacis per manum vel breve datæ, Danegeldum, placitum brevium, &c.* Atque inde fortè *Danegeldum Regis* vocitatur in aliquot Chartis illo regnante descriptis tom.1. Monastici Anglic. p.111. & tom.2. p. 206. 207. in quibus terræ concessæ dicuntur liberæ & quietæ ab omni sæculari exactione & omni re quæ ad Regem pertinet, *excepto Danegeldo Regis*. Henrico etiam Imperante illud obtinuisse in Anglia docet adhuc caput 16. earundem Legum: *Danigildum, quod aliquando Ringe manus* (al. *Ymgeman*. Spelmannus legit *Inglisman*) *dabatur, id est, 12. denar. de una quaque hyda per annum, si ad terminos non solvatur, wyta emendetur.* Refert etiam Ranulfus Cestrensis lib.7. cap.17. Henricum in redemptionem peccatorum suorum vovisse circa an. regni sui 30. *septem annis Danicum tributum ralaxaturum.*

Sed longè religiosior fuit Henrici successor Stephanus Rex: nam in die Coronationis suæ inter alia *vovit, quòd Danegeldum, id est, duos solidos ad hidam, quos antecessores sui accipere solebant, singulis annis in æternum condonaret*, ut auctor est Henricus Huntinden. lib. 8. p. 387. à quo hausit quæ habet in hanc rem Bromptonus. Nulla deinceps mentio occurrit Danegeldi apud Scriptores. Vide Analecta Seldeni lib. 2. c. 6.

DANELAGA. Vide *Lex*.

DANGERIUM, seu *Danger*, vocant nostri, quidquid juri stricto, atq; adeò *confiscationi* obnoxium est: ita ut res dicatur esse *in dangerio domini feudalis*, quæ, nisi quod de ea statutum est adimpleatur, confiscari possit. Ita *fiefs de danger* vocant Consuetudines aliquot municipales,

Pales Trecensis art.37. Calvimontensis art.56. Barrensis art.1. &c. ejusmodi feuda, quæ à vassallis adiri non possunt, nisi post præstitum Domino hominium: alioquin in commissum cadunt. Historia fundationis Abbatiæ Pipwellensis in agro Nortumpton. *Nec audebant Abbates eidem resistere, quia aut pro denariis, aut pro bladis semper fuerunt Abbates in dangerio dicti Officialis.* Charta Philippi Regis Fr. an. 1283. *Poterunt suas sagenas ponere & retia exsiccanda in sicca terra, sine dangerio Garenariorum, ---salvo in prædictis omnibus dangerio traversi de Archis, quod retinemus.* Philippus Mouskes in Chilperico:

Et si ont les pois quitement,
Si ont les balances sans trecier,
La signorie & le dangier.

In Carolo M.

Tous les avoit à dangier,
K'il ne pooit sans eus mangier.

Vide *Domigerium*.

Dangerium, in re forestaria, dicitur, jus quod Rex habet in forestis & silvis Normanniæ, in quibus proprietarii cæsionem facere non possunt in consulto Rege, aut illius Officialibus, sub commissi pœna. quam *danger* vocant. Regestum Cameræ Computor. Paris. *Tiers & Danger sont, que toutes les forests de Normandie, qui ne sont du tres fond du Roy, desquelles les tresfonciers n'ont speciale exemption par chartere & usage, sont tenus a tiers & Danger du Roy; est à sçavoir qu'iceux tresfonciers ne peuvent faire vente ordinaire ni exploiter en leur tresfonds sans licence du Roy, qu'ils ne perdent toute la vente, laquelle pour ce est forfaite.* In Charta 17. Jul. an. 1471. *De noble homme de Guillaume de Casenove dit Coulomp. Escuier Viceadmiral de France, 17. Maistre Enquesteur & Examinateur des eaux & forests du Roy.* Dangerium dicitur esse *decima* acrarum silvæ: verbi gratia, in 30. acris silvæ seu bosci, *Tertium* & *Dangerium* 13. acras conficiunt; 10. pro *Tertio*, & 10. pro *Dangerio*, quæ & decima dicitur *C'est a sçavoir pour le tiers, des acres: & pour le Dangier ou disme, 3. acres.* Quæ verba infrà rursum repetuntur. Hinc *Tertium & dangerium*, in Charta Ludovici Hutini pro Normannis an. 1315. art. 9. 10. &c. Vide *Tertium* & *Domigerium*.

DANGIO. Vide *Dongio*.

DANSARE, Gallis *Danser*, saltare: Cambro Britannis *Dawnsio* idem sonat.

DAPAX, *Dapaticus*, *Dapticus*. Ugutio, & ex eo Jo. de Janua: *Dapax, loquax & facundus ex cibo. Dapaticus, & Dapticus, i. manifestus, aptus, & largus, dapsilis, munificus. Dapatice, id est, magnificè, largè, dapsiliter.* Vide *Festum*.

DAPIFER, idem qui *Senescallus*. Chronicon Moriniacense lib. 2. *Willelmus Dapifer, qui & Senescallus appellatur.* Leges Henrici I. Regis Anglor c. 41. *Qui residens est ad domū suam, summoniri debet de quolibet placito cum testibus, & si domi est, eidem dicatur, vel dapifero, vel denique familiæ suæ liberè denuntietur. Dapifer vel minister manerii, c.* p. 92. Vide Seldenum de Titulis honorar. 2. part. p. 656. 695. 840. & infrà in *Senescallo*

Dapifera, Dapiferi dignitas, in Charta ann. 1318. apud Isaacum Pontanum lib. 7. Rer. Danicar.

Dapiferatus, eadem notione, apud Hugonem de Cleeriis, Robertum de Monte & Nicolaum Trivettum ann. 1164. Levoltum Northovium in Chron. Mareano an. 1307. & alios.

Dapiferatio, idem quod *Dapiferia*. Tabularium S. Remigii Remensis: *Hæc sunt feoda quæ tenet in manu sua Dapiferationem, terram de Condato, &c.*

DAPIFICUS, Condimentarius, seu potiùs Cocus, qui dapes parat aut conficit. Matth. Paris an. 1258. *Dapificos suos, Cocos, & Pincernas, &c.*

DAPOCLEORIUM, Papias. MS. *Dapocleorium, Faldistorium.* Vide *Cliothedrum*.

DAPSILIS, Vox Latinis cognita. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. & Papias: *Dapsilis, Largus, profusus, vel qui satis erogat escas.* Jo. de Janua. *Dapsilis, largus, præcipue in cibis.* Ebrardus Bethun.

Dapsilis est dapibus, aliis rebus quoque largus.

Gloss. S. Benedicti, *largus*, δαψιλής. Glossæ aliæ: *Dapsilis*, δαψιλής. Fortunatus de Vita S. Medardi cap. 7. *Erat enim frugalitate laudabilis ---dapsilis in pauperum recreatione, &c.* Ordericus Vitalis lib. 4. *Hic non dapsilis, sed prodigus erat.* Occurrit in Not. Tyronis, & alibi passim.

Dapsilitas, liberalitas. Ordericus Vital. lib. 12. *Quem pro affabilitate sua & dapsilitate oppido dilexerunt.* Matth. Paris an. 1248. *Qui omnes Milites circumdegentes dapsilitatis & hospitalitatis multiplicatis honoribus superaverat.* Ann. 1249. *Nec tamen hospitium ejus dapsilitatis alicujus inde sensit incrementum.* Vide p. 251. d. 535. f. Vitam S. Adhelcid. c. 8. Henricum Huntindon. lib. 8. & Stephanium ad Saxonem Gramaticum p. 177.

DARDANARII, Seplasiarii, Pantapolæ qui nostris, *Regratarii*. Gloss. Lat. Gr. *Dardanarius*, παντοπώλης, παντομεταβόλος, σιτοκάπηλος. Gloss. Gr. Lat. Μετάβολος, *Dardanarius. coctator, arillator.* Alibi: Παλιγκάπηλος, *Dardanarius*. Vide Cujac. lib. 10. Obser. c. 19. & Turnebum l. 9. Adverf. c. 7.

DARDUS, Jaculum, Gallis, *Dard*. Cambro-Britannis *Dar*, est quercus, robur, *Dart*, telum, jaculum. Abbo lib. 1. de Bellis Parisiac.

At turris nocturna gemit dardis terebrata.

Infrà:

---dardumque ferens Castella petivit
Illorum.

Lib. 2.

Scuta tonant, dardique volant.

Guill. *Guiart*. an. 1302.

La veïssiés au remuer,
Lances brandir, & dars ruër.
Qui traperçent coton & bourre.

Henricus *de Gauchi* in versione MS. libri de Regimine Principum: *La terce chose est con leur doit aprenre à traire sajetes, à lancier des dars, & ferir de lances.* Mox: *Et sachiés qu'à bien jetter une lance, ou un dard, on le doit oranfler, & puis jetter rudement.* In vibrandis dardis, seu jaculis maximé industrii fuere Genuenses, eoque nomine commendantur non semel in Chronico Bertrandi Guesclini MS.

Et vint mille Genois, qui vont tois dars lançant.

Alibi:

Vinrent li Genevois desus giennes seans,
Qui lancerent de dars ausi que l'ayens.

Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Becs de faulcons, dar des Portingaloises.

Dardiarii, Milites qui dardia gestant, apud Albertinum Mussatum lib. 5. de Gestis Italicor. rubr. 2.

DARNUS, fœnerator. Papias: *Darnus* (δάνος) *fœnus, lucrum Græce, quod rustice Darnus, fine fænerator.* Cambro Britannis *Darn* est pars, portio: *Darnio*, in partes & frusta dissecare. Ita etiam in Catholico Armoric Arvernis, *Dearne, Darne*, eadem notione; unde *Darne de Saumon*, portio Salmonis.

DATA, *Datio*, *Dacio*. Tributum, pensitatio; vectigal: nostris *Dace*. Ejusmodi autem tributis nomina indita; quòd primitus gratuita essent; & ultro Dominis darentur; & pensitarentur. Glossæ vett. *data*, δόματα: Græcis δατμός. Præceptum Panduli Principis Capuæ apud Camillum Peregrinum in Hist. Langob. *Ut faciant illi suorumq. eredum tibi qui supra Adelmundo; tuisq. eredibus omne servitium & imperationem & dationem, hoste & Data, quæ est censio publica.* Præceptum Roberti II. Principis Capuæ an. 1128. apud Angelum a Nuce p. 521. *Concedimus ---scilicet treccentos Tarenos quos singulis annis accipiebamus ab hominibus de Casa Genzana pro Data.* Adde Petrum Diac. l. 4. Chr. Casin. c. 96. Charta Alexandri Comitis Cupersanensis an. 1102. apud Ughellum tom. 7. Ital. facr. p. 864. *Data, vel angaria, aut adjutorium, quod ex nostris gentis*

tis conſuetudine Collecta vocatur. vobis non auferet,&c. *Datæ vel clamæ*,in Statutis Delphinalibus p.37. *Tributum annuum datare*,dixit Sidonius lib.5.Epiſt. 13.id eſt, vectigal quotannis & ſæpius perſolvere.

Data,donatio,ceſſio,in Chartis Italicis apud Georgium Pilonum in Hiſt. Bellunenſi p. 117. 119.

Datium,Italis,*datio*.Sanutus l. 2. part.2. cap.4. *Tributa,aut datia & commercia.* Vide Hiſt.Cortuſior. lib. 3. cap.14.lib.7.cap.7.18. Joan.Villaneū lib.1.c.28. &c.

Datia.Albertinus Muſſatus lib.12.de Geſt.Italic. poſt Henricum VII. p. 86. *Populo communes datiæ, exactioneſque & mutua publica & privata ſubjiciebantur.* Utitur etiam Thomas Archid.in Hiſt. Salonitana cap. 35. Hiſt.Cortuſior. lib. 3. c. 14. &c.

Dacia. Petr. de Vineis l. 5. Epiſt. 113.

Datiarius,qui *datias* colligit,Telonarius,in Charta Henrici Imp..an. 1311. pro Monaſt. de Aqua frigida in Italia.

Datio eadem notione. Gloſſ.lat.Gr.*Datio*, δόσις. Synodus Romana ſub Eugenio II. PP.ann.826. c.26. *Nulli liceat Epiſcoporum à ſubjecto Sacerdote,vel aliquo quolibet loco & piis locis dationes ultra Statuta Patrum exigere.* Charta Ottonis I. Imp.aqud Barōn. an.962. n.7. *Nec non & cenſum & penſionem, & cæteras dationes quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri ſolebant de Tuſcia.* Petrus Diac. lib.4. Chr.Caſin.c.34. *Ut nullā dationem vel cenſū inde exigeret.* Pactū inter Venetos & Hieroſolymitanos Barones apud Will. Tyrium lib.12.c.25.*Venetici—de nulla penitus cauſa aliquā dationem perſolvere debent, niſi ſolum quando veniunt,aut exeunt cum ſuis navibus Peregrinos portantes.* Occurrit ibi non ſemel. Vide Italiam Sacram. tom. 1. pag. 107.

Sic etiam appellabant Dalmatæ & Croati dona ſeu xenia,quæ bis quotañis dabantur Banis;Comitibus,& Caſtellanis,ſcilicet diebus Nativitatis Domini & Paſchatis, ut auctor eſt Joan. Lucius lib. 6. de Regn. Dalm. c. 1.

Daticum. Chronicon Farfenſis Monaſterii p. 657. *Similiter hominum noſtrorum ſine datio, herbatico, ſcatico, aut glandatico, &c.*

Dacitum. Conventiones Communis Januenſium & Imperatoris Græcor. an. 1261. in Hiſt. Gallo-Byzantina: *Nec exigi faciet ab áliqua perſona aliquod novum commercium, dacitum,ſeu exactionem,&c.*

Dacitari, idem quod *talliari.* Vetus Charta apud Gariellum in Epiſcopis Magalonenſib.p.293.*Sedenſque pro tribunali de dacitis & Clericorum collectis judicavit, ac clericos honeſte ac clericaliter viventes non debere dacitari,nec bonorum ſuorum occaſione collectari--pronuntiavit.*

DATA,ſeu *Datū*,anni,menſis,dieique & loci Diplomati ſeu Chartæ adſcripta notatio. Suidas & Gloſſæ Baſilic. Δατὸν, παρὰ Ῥωμαίοις, σημασία τῆς ἡμέρας, καὶ τοῦ καιροῦ, ὅτε τις ἐκ πόλεως, ἢ ἐκτινος τόπου ἀποςαλῇ. Notæ Magnonis: DAT. *data.* Concilium Lugdunenſe III. can. 2. *Dies datarum,& pretia conſtituta —ibidem inſerantur.*

Datare, Annum & diem literis adſcribere. Subſcriptio Chartæ apud Hugonem Flaviniac. in Chr. p. 270. 271. *Ego frater Milo datavi in menſe Majo, &c.* Alia ibidem Achardi Lingonenſis Ebiſcopi Diplomati appoſita: *Ego Willelmus Levita indignus ad vicem Rotherii Archicancellarii hanc ſcripturam ſcripſi & datavi 6. Idus Julii,&c.* Vide Perardum in Chartis Burgundicis pag. 8. 9. 11. 12. 14. &c.

Datum. Charta Regis Chlodovei III.apud Mabillonium tom. 4. Vitar. SS.Ord. S. Benedicti p. 617. 618. 619. ſic clauduntur, *Datum ſub die,&c.*

Datarium,idem quod *data*. Suggeſtio Dioſcori Diaconi inter Epiſtolas Hormiſdæ PP. *Subſcriptio ab eodem facta eſt libello conveniens, ſimiliter & datarium, cujus exemplaria & Græcè & Latinè Apoſtolatui veſtro direximus.* Hormiſdas Epiſt. 62. *Datarium quoque literis veſtris adjungite,ne vobis portitoris tarditas poſſit adſcribi.* Amalaricus l.4.cap.48. apud Mabillonium: *Videlicet ut eodem datario quo accidit, ſi non poteſt perſolvi,craſtino reddatur plenarium ſolenne.*

Data. Charta Rogerii I. Regis Siciliæ apud Ugell. tom. 9. p. 45. *Concedimus--villanos 80.denarios noſtros qui reddant ſingulis annis in duabus datis 40. Michalatos, & centum Miliarenſes.* Id eſt, ut loquimur, *en deux paiemens*, vel *en deux dates.*

Hujus autem vocis origo inde manavit,quòd Imperatorum Conſtitusionibus, quæ Præfectis Prætorio, aut aliis Magiſtratibus in provincias mittebantur, dies quo *data* eſſent iis à quibus perferebantur annotaretur, ut & dies quo *acciperentur* ſeu reciperentur. Hinc crebrò in Conſtitutionibus iiſdem hæc verba leguntur, *Data* tali die, *Accepta* tali die. Verbi gratia in Epiſtola Anaſtaſii ad Hormiſdam PP. *Data quinto Kl. Januarias Conſtantinopoli Senatore V. C. Conſule. Accepta pridie Idus Maii Florentio V. C. Conſule.* Vide Baron. ann. 314. n. 72. 319. n.30. 331. n. 23. & Jacobum Gotofred. in Prolegom. ad Cod. Theod. cap. 9.

DATI, qui aliias *Oblati*,& *Donati* in Monaſteriis. Concilium Senonenſe an. 1269. can.6. *Sanè intelligimus quòd Templarii & alii Religioſi privilegio exemptionis gaudentes de Regno Franciæ, hoſpites ſuos qui Dati Ordinum eorum,ſeu Oblati dicuntur,vel qui aliquem cenſum modicum eis ſolvunt, per ſe ac conſervatores à Sede Apoſtolica deputatos, privilegiorum prætextu defendunt, &c.* Vide Concil. Later. an. 1215. c.57. & *Oblati.*

DATIORA. Ugutio. *A Do,pluraliter Datiora, orum, quoddam inſtrumentum fabrile, vulgò forceps.*

DATITII. Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 73. *Ita ut non parva loca patrimonii ejus propriis nudata cultoribus largitis Datitiorum habitoribus reſtauraverit.* Quo loco *Datitios*,dedititios interpretatur V. Cl. Dadinus Altaſſerra. Gloſſæ Iſidori: *Datitius, Latinum non eſt, ſed deditius. Si barbarus dedat ſe Romanis,deditius is eſt.* Papias: *Daticius,dedititius, pro filiis datus,qui victus hoſti ſe tradit.* Conceſſa igitur nudata cultoribus loca *Datitiis*,qui ea colerent. Sed hoc ſenſu ſententia non omnino conſtat, niſi *largitis Datiorum habitatoribus* idem valeat, ac *ex datitiis*: vel *Datitiorum habitatores* fuerint incolæ prædiorum conceſſorum ad colendum, quæ *Datitia* appellata fuerint.

DATIVA, *Donativa*, in Gloſſ. Iſid.

DATIVUS, de moneta quæ in uſu, commercio & converſatione eſt: *Denarii Conſtantienſes vel Hallenſes uſuales & dativi*, in Charta Caroli IV. Imp. an. 1351. deſcripta in Chronico Conſtantienſi p. 626.

DATORES. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ c.15. *Si qua mulier datores habuerit,ſit vir ſub acte ſua uſq; ad 7. annos: & ſi habuerit tres noctes de ſeptimo anno,tot 19 ſubſtantiæ ejus medietatē in divortio eorum mulier habebit.*

DATUM. Ordo Romanus: *Et bibent de dato Presbyteri.* Id eſt, de vino quod conceditur Presbytero. Ceremoniale Cencii Camerarii: *Capellani tale Presbyterium, & taliter datum accipiunt, quale in die Paſcha ſuperiùs nominatum recipiunt.*

DAVATA *terræ*, Agri portio, apud priſcos Scotos, quæ continet 4. aratra terræ, quorum unumquodque trahitur 8. bobus. Alii 4. aratra duplicia intelligunt quæ ſunt 8. ſimplicia. Scotis *one dauvath of land.* Leges Baronū, ſeu Quoniā Attachiamenta c.25. *Ita ſcilicet quod ille husbandus octavam partem unius davatæ tenuerit.*

Interdum pro Baronia, ſeu diſtrictu, ſumitur. Statuta Davidis Regis Scotiæ c. 48. *Non fiet taxatio juxta numerum Davatarum,ſeu Baroniarum, ſed ſecundùm verum valorem bonorum.*

DAVID, Ægyptiis, eſt Archimandrita, aut quivis Monaſterii Præfectus. Atque inde cùm aliquem cum ſyſtaticis ſive formatis mittunt, ipſe Præfectus Monaſterii iis ſubſcribit nomen, *Ille David illius loci.* Hujus priſci moris veſtigia habentur in Decreto Gratiani de Formatis, in quarum fine *David* ponitur. Ita Scaliger.

DAYLA, *Dailus*, *Dalus.* Charta Henrici III. Regis

Angliæ

Angliæ tom. 2. Monastici Anglic. pag. 211. *Et totam daylam marisci tam de Rossa quam de prato.* Charta Simonis Comitis Northampton. tom. 1. p. 680. *Et in eadem villa terram trium carrucarum, & tres dalos prati, & unum hulmum.* In alia, *Dailos*, scribitur. *Dala*, Anglis est *vallis*, vel *fossa*. Ita Hector Boethius in Descript. Scotiæ p. 6. In Consuetud. Britanniæ art. 698. & Claromontensi art. 221. *Dalle*, vel *Dale* sumitur pro fossa, in quam educuntur sordes. At hîc *dalus* & *dayla* videntur usurpari pro modo prati aut agri, nisi pro falcare; usurpetur: nam Occitanis, *Dailla*, *Dalha*, est ratione *Dailhayre*, falcator; *Dalho*, falx quâ fœnum secatur. In veteri Charta apud Meurissium in Episcopis Metensibus p. 112. *Pratum ad falces* 30.

DAYWORKE. Vide *Dies*.

DEADVOCARE, Denegare, inficiari. *Desadvouer*. Bracton lib. 2. c. 5. §. 9. *Si donationes & chartas deadvocaverit. Dominum deadvocare*, eidem lib. 2. c. 35. Adde Fletam lib. 1. c. 15. §. 4. *Desavouer Seigneur*, dominum non agnoscere, apud Petrum de Fontanis c. 13 §. 15. in Consuetudine Meldensi art. 185, Britannica art 142. Bituricensi tit. 5. art. 29. & aliis.

DEAFORESTARE. Vide *Foreste*.

DEALBARE. Liber niger Scaccarii c. *De officio Clericorũ Camerariorum*, apud Spelmannum: *Memorandũ verò, quæ de firmablanca semper fieri solet tallia, paulo brevior est: quia facto essaio per quod firma dealbatur, prima illa confringitur, & apposita sibi tallea combustionis*. Eodẽ lib. fol. 17. *Per hanc taleã combustionis dealbatur firma Vicecomit*. Et cap. *Quod aliter de firmis, aliter de Custod. respond*. Fol. 22. *Soluta hoc termino a Vicecomite firma, de qua examen* (per combustionem) *facta est, &c. Deinde facta detractione per combustionem, sicut supra dictum est, eadem dealbatur*. Et mox: *Similiter quod solutum fuit termino Pascha & dealbatum*. Rursum: *Sicut quæ in thesauro solvuntur dealbata per combustionem*. Hîc hæret Spelmannus: tametsi ut & Somnerus hæc verba ad *dealbationem monetarum* referri conjicias. Sed quid commune habet *dealbatio firmæ* cum monetæ dealbatione? In Fleta lib. 5. c. 22. §. 9. *Dealbare* rursum reperio: *Si contramentem judicaverit, tunc falsum reddit judicium, quamvis dealbatum, & quo casu tenebitur ex malefacto, malè pronunciando, &c.*

DEALBATIO dicitur de moneta, quæ priusquam signetur, ab artificibus monetariis nativo colori restituitur: *Blanchissage*, nostris. Matthæus. Paris an. 1248. *Pondus veteris monetæ præ pondere novæ dabatur trutinatum, & præterea pro opere fabrili, id est, monetationis, quam vulgariter de albationem vocabant, pro qualibet libra*, 13. *denarii solvebantur*.

DEALBATORES, recensentur inter artifices, qui à publicis muneribus excusantur, in l. 1. de Excusat. artif. lib. 10. Ubi Cujacius *Dealbatores* ab *Albinis* ibidem memoratis distinguit, quòd *Albini* parietes dealbarent, hi alia quælibet. Gloss. Lat. Gr. *Dealbat*, λευκάινε.

DEALITAS, pro *Deitas*, seu *Divinitas*, occurrit non semel in Conflictu Arnobii junioris cum Serapione l. 1. & 2. & apud Luciferũ Calaritan. l. 1. pro S. Athanasio p. 79.

DEAMBULATOR. Vide *Ambulator*.

DEAMBULATORIUM, *Quod propriè dicitur Lobium, quod fit juxta domos ad spatiandum*. Jo. de Janua. Occurrit apud Capitolinum in Gordiano III. *Deambulatoria Claustrorum*, apud Guibertum Abbat. de Combustione Monasterii Gemblac. an. 1137. *Deambulatoria Ecclesiarum*, porticus Ecclesiæ corpus ambientes. Vita S. Geraldi Abbat Grandis-Silvæ n. 12. *Purgavit templum, composuit sedilibus, & ornavit de super columnalia cum basibus; chorum purgavit & cryptam, & deambulatoria aptavit, inibi locatis decenter altariis*. Vita Aldrici Episcopi Cenom. num. 3. *Deambulatoria siquidem sursum per totum in Circuitu ipsius Ecclesiæ fecit, in quibus & altaria quinque nobiliter construxit atque sacravit*. Vide in *Nebula*.

Deambulacrum, eidem Januensi.

DEANTEA, pro *antea*, quomodo Galli dicunt *Devant*, in Epist. 77. inter Francicas.

DEAURATORES, recensentur inter opifices, qui jure immunitatis gaudent in l. 1. C. de Excusat. artific. lib. 10. Ubi Cujacius, alios esse ait *Deauratores*, alios *Aurifices*, χρυσωτάς & χρυσοχόους in veteribus Glossis.

DEAURATURA, Auratura, *Dorure*. Capitula Caroli C. tit. 31. §. 24. *Illud vero aurũ quod coctũ quidem fuerit, sed non tantum, ut ex eo deauratura fieri possit, &c.*

DEBACULARE, *valde Baculare*, Ugutioni.

DEBARONIZARE. Vide *Baro*.

DEBATUM, Controversia, ex Gallico, *Debat*, in Charta Alani Ducis Britanniæ ann. 1087.

DEBELLARE, Bellum inferre. Utitur Petrus Diac. l. 4. Chron. Casin. cap. 17. Gloss. Lat. Gr. *Debellat*. ἐκπολεμεῖ, καταπολεμεῖ.

Debellare, Duello cum aliquo certare. Statuta Davilis II. Regis Scotiæ c. 28. *Si — aliquem appellant de roboria, vel occisione hominis, — aut aliquo alio malefacto, per quod duellũ possit oriri, bene licet eis in curia D. Regis vel alia aliqua Curia defendentẽ debellare per interpositã personam*. Occurrit eo capite non semel, & in Observantiis Regni Aragon. lib. 8. tit. de Proditorib. §. 3.

DEBENDUS, pro *debitus*. Ennodius Dict. 6. *Superbi sumus, si nostris debendum credimus institutis*. Idem lib. 1. Epist. 16. *Salutationem debendam restituens*. Lib. 2. Epist. 5. *Salutationis debendæ obsequium solvens*. Utitur & lib. 3. Epist. 25. lib. 4. Epist. 30.

DEBILIS *persona*, Infimi ordinis. Decretio Childeberti Regis c. 7. *Si Francus fuerit, ad nostram præsentiam dirigatur; & si debilior persona fuerit, in loco pendatur*. Apud J C. *Debiles personæ* dicuntur, qui infirmitate, aut morbo aliquo perpetuo laborant, in l. 4. & 5. D. de Postul. l. 2. D. de Curat. fur. *Personæ miserabiles*, l. 3. C. Quando nup. inter pup. *Senes*. apud Capitolinum in Gordianis. Gloss. Græco-Lat. *Debilis*, ἐμπαθής ἄχρηστος.

Debiles solidi, non justi ponderis, in l. 2. Cod. Th. de Ponderatorib.

DEBILITARE, Mutilare: *debilitatus* membro aliquo mulctatus judicis sententiâ, vel alio quovis modo. Lactantius de Mortibus Persecutor. num. 36. *Occidi Dei servos vetuit, debilitari jussit*. Comodianus Instr. 71.

> *Inspicite tales, sed certè debilitatos,*
> *Transigere se se qui non possunt, date subinde,*
> *A domino vobis spondeo dari quadruplum.*

Lex Burgund. tit. 55. §. 3. 4. *Ingenuus — manus incisione damnetur, Si vero debilitatem suam redimere voluerit, medietatem pretii sui solvat. Equus debilitatus*, ib. tit. 73. §. 2. *Debilitatis reus*, in Lege Alamannor. tit. 70. §. 3. Usatici Barcinonenses MSS. c. 18. *Debilitatio & cæsio emendetur per* 50. *sol. denariorum*. Ordericus Vitalis lib. 8. p. 674. *Alis quoq. pluribus — debilitatio membrum inflicta est ex sententia Curiæ*. Infrà: *Multos — debilitatis membris mancos aut loripedes — reddidit*. Charta ann. 1345. *Si eidem membrum abstulerit, vel ipsum debilitaverit, solvat, &c.* Utitur S. Augustinus Epist. 158. Capitula Theodori Cantuar. c. 23. Edit. V. Cl. Jac. Petiti: *Qui per rixam ictu debilem, vel deformem hominem fecerit, &c.* Vide Legem Salicam tit. 31. qui inscribitur *De debilitatibus*, Concilium apud Theodonis villam an. 821. c. 1. Odonem Cluniac. in Vita S. Geraldi l. 4. c. 7. Probat. Historiæ Bressensis p. 106. &c.

Debilitare, Infirmare, inutilem reddere. Gloss. Lat. Gr. *Debilitat*, ἀχρειοποιεῖ, παραλύει. Lex 142. Cod. Th. de Decurion. *Ne paucorum absentia debilitet, quod à majore parte ordinis salubriter fuerit constitutum*.

DEBITALE, idem quod *censule*. *Sex gallinas debitales seu censuales*, in Tabulario Brivatensi, non semel Charta Guillelmi Comitis Arvernorum ann. 1209. *Mille etiam solidos Claromontenses debitales persolvendos assignavit in terra de Limania, quam dederat in dotem*.

tem Petronillæ uxori. Et si hoc debitale in villis istis reperiri non poterit, de reliqua terra suppleatur..

DEBITOSUS. Lex Ripuar. tit. 67. §. 1. *Si quis moriens debitosus, &c.* Ita MS. ubi alii *debiturus*, & *debitor*.

DEBITUM. *Debita*, Tributa quæ debentur, crebrò in Cod. Theod. lib. 15. 19. 31 34. de annonis, & alibi. Ita *Debitores*, pro tributorum debitoribus, in l. 7. 16. eod. Cod. de Exactionib.

In debito poni pro se vel pro alio, per legem, in Statutis Venetorum ann. 1242. lib. 1. c. 52. est obligari pro se vel pro alio. Vide lib. 6. c. 15.

DEBLADARE. Vide *Imbladare*.

DEBODINATUS. Vide *Bodina*.

DEBRIATUS, Inebriatus, ingurgitatus, & per metaphoram, repletus. Auctor Breviloqui: *Debriare, inebriare.* Gerbertus Epist. 31. *Frontemque falsissimo poculo debriatam expurgans.* Leo Ost. lib. 3. Chr. Casin. c. 45. *Milites diabolico furore debriati pecuniam de Secretario abstractam ad Principem deferunt.* Ibidem: *Theodinus diabolico debriatus veneno.* Alanus lib. 4. Anticlaudiani p. 60.

Flos violæ perfundit eum, rosa debriat auras
Affines, narisque thymi satiatur odore.

Ita Codex MS. Utuntur præterea Regula Magistri c. 27 Gordianus Monach. in Vita S. Placidi c. 1 Galbertus in Vita Caroli Com. Flandr. n. 47. Petrus Diac. l. 4. Chron. Casin. c. 57. 72. 75. 98. Baldricus Noviom. l. 3. Chron. Camer. cap. 22. Vita S. Paterni cap. 13. Rodericus Toletan. Archiepisc. in Hist. Arabum c. 6. Jo. Buschius in Chron. Windesē. lib. 2. c. 28. 55. Brompton. p. 1085. &c.

Debriare, & *Debriatus*, interdũ in bonam partem usurpantur. Lambertus Ardensis p. 170. *Spiritus sancti debriatus & perfusus gratia.* Chronicon Fotanellense c. 1. *Barbaricas ac indomabiles eorũ mentes nectare evangelica doctrina debriabat.* Hincmarus in Ferculo Salomonis:

Agnus, fons vitæ, proprio nos sanguine potans,
Semper more suo debriet atque regat.

Epitaph. Venerab. Bedæ:

Daque Sophiæ illum debriari fonte. &c.

Adde Vitam S. Luciani Bellovac. n. 10. Baldricum lib. 2. Chronici Camerac. c. 39. Ingelramnum Scholast. in Præfat. ad Vitam S. Richarii, Ordericum Vital. lib. 4. pag. 530. lib. 12. p. 846. Vitam S. Paterni in Prologo, Vitam S. Leufredi cap. 5. Vitam Alcuini n. 10. &c. Ita D. Hilarins & Rufinus Presb. in Psal. 64. *Inebriari* vocem in bonam partem usurpari annotant.

Debriatio. Vita S. Isidori Episcopi Hispalensis in Prologo: *Ditior eminet debriatione divina, quam felicitate terrena.* Braulius Cæsaraugustan. in eodem S. Isidoro: *Tanta debriatione scientiarum claruit præditus, ut, &c*

DECADA, *æ*, pro *Decas*. Utitur Hieronymus in c. 41. Ezechiel.

DECALANZARE, Papiæ, *Cantare cum lætitia.*

DECALCARE, Calce oblinere, seu potiùs dealbare. Glossæ Isidori: *Decalcare, dealbare.* Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Dealbare, Decalcare opus tectorium.* Vox Festo nota.

DECALVARE, Tondere, ad cutem caput radere. Gloss. Gr. L. MS. φαλακροῦμαι, *decalvor. Psilotro decalvare*, apud Vegetium l. 2. de Re veterin. c. 48. Drogo Cardinalis Ostiensis de Sacramento Dominica Passionis p. 64. *Et calvaries qui fuerat locus superbiæ, spoliatus capillorum gloria, — decalvatus est superbiæ vertex.* Statuta Ordinis *de Sempringham: Ad Pascha, & ad festum S. Mariæ Magdalenæ, & ad festum Omnium SS. ad minus decalvantur sorores.* Sed propriè.

Decalvatio, pro pœna, vel ignominia & injuria per abscissionem capillorum illata usurpatur apud Scriptores. Quippe, ut ait Constantinus African. l. 2. Pantechn. c. 16. *Capilli caput custodiunt, honestant, & defendunt; quibus si careat, maxima est inhonestas.* Appendix Cod. Theodos. Constit. 14. ubi de Episcopis in Africa vexatis: *Alios ad solam divini cultus injuriam, avulso capillorum parte fœdatos, &c.* Fuit autem pœna vulgaris quâ in sontes sæviebant Gothi, Hispani, & Franci. Jo. Biclariensis in Chronico. *Primùm verberibus interrogatus, deinde turpiter decalvatus, post hæc dextra amputata, &c.* Lucas Tudensis: *Noluit Princeps eos mortis sententia perdere, sed tantùm decalvationis derisione eos præcepit onustos ferro ad præsens sustinere vindictam.* Infra: *Incentores seditionum ejus decalvatis capitibus, abrasis barbis, pedibusq; nudatis, &c.* Concilium Toletan. VI. c. 17. *Detonsus aut turpiter decalvatus.* Emeritense can. 15. *Turpi decalvatione maneat emendatus.* Historia Wambæ Regis: *Nulla mortis super eos illata sententia, decalvationis tantùm, ut præcipitur, sustinuere vindictam.* Monachus Sangall. in Carolo M. lib. 1. c. 10. *Deposito & decalvato ignavissimo Francorum Rege Childerico.* Vita S. Leodegarii c. 14. *Condemnatum ab ipsa Synodo calvaria accepta in capite expulsũ segregant ab ipsa Congregatione.* Petrus Damian. lib. 1. Epist. 10. *Publice virgis cæsus, & sub inhonesto ludibrio turpiter asseritur decalvatus.* Tradit auctor Vitæ S. Bavonis c. 10. *Decalvationem* pœnam fuisse latronum: *Rogo ut propter scelus in te commissũ corpus meum flagellis cædas, caputq; meum more latronum decalves.* Ordericus Vitalis lib. 8. p. 682. *Sincipite scalciati sunt ut fures, occipite autem prolixas nutriunt comas ut meretrices.* Vide Libros sacros, præterea Leges Wisigoth. l. 2. tit. 1. §. 7. tit. 2. §. 7. tit. 4. §. 6. l. 3. tit. 2. §. 8. 9. tit. 6. §. 2. l. 5. tit. 4. §. 11. lib. 6. tit. 2. §. 3. tit. 4. §. 2. tit. 5. §. 11. lib. 9. tit. 2. §. 9. lib. 12. tit. 2. §. 14. tit. 3. §. 3 5. 6. Leg. Longob. lib. 1. tit. 17. §. 3. tit. 25. §. 50. Capit. Caroli M. lib. 3. c. 49. 50. lib. 7. c. 335. Capitulare an. 809. c. 11. Addit. 4. Ludov. Imp. §. 1. Nicolaum I. PP. in Resp. ad Bulg. c. p. 58. Adamum Bremens. c. 159. Regulam S. Fructuosi c. 16. Vitam S. Fulgentii Episc. Rusp. n. 20. Concil. Tolet. XVI. c. 2. 3. Lindenbrog. ad Paul. Warnefrid. lib. 6. c. 20. & infrà in *Depillare, Capillus, Crines.*

DECAMBIUM, pro *Cambium*, semel ac iterum in Charta Odonis Episcopi Bellovacensis, in Tabular. Abb. Frigidi montis fol. 238.

DECANATUS. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 24. *In omni terra Castro Lidi, cujuscumque terra sit, homines anbani sunt Comitis, & in incendium, & raptus, & mors hominum, & falsa mensura, & falsa moneta, & dimidius decanatus, & ubicumque latro inveniatur, Comiti redditur, & pecunia fœneratoris Comitis est, & thesaurus, ubicunque inveniatur, & pedagium.*

DECANICUM, Carcer Ecclesiasticus: *Carcer canonicalis disciplinæ*, in Concilio Coloniensi an. 1260. c. 1. 2. Julian9 Antecessor Constit. 73. *Executor autem litiũ constitutus in Decanicis Ecclesiarum recludatur, pœnas competentes luiturus.* Totidem habentur lib. 5. Capitul. Caroli M. c. 25. ubi Novella Justiniani 97. habet ἐν τοῖς καλουμένοις δεκανικοῖς. Conciliũ Lambethense an. 1261. *Quilibet Episcop9 in suo Episcopatu habeat unũ vel duos carceres, — pro Clericis flagitiosis deprehensis in crimine, vel convictis, juxta censurã canonicam detinendis.* Vide *Carcer, Diaconicum* & Descriptionem S. Sophiæ n. 84.

DECANUMMUS & *Pentanummus*, inter singa terminorum, apud Agrimensores p. 272.

DECANI, Qui decem præsunt militibus, δεκαδάρχαι Theophylacto Bulgariæ Archiepiscopo Epist. 18. Gloss. Græco-Lat. δέκαρχος, *Decanus.* Vegetius lib. 2. de Re milit. c. 8. *Erant Decani 10. militibus præpositi, qui nunc Caput contubernii vocantur.* Vincentius Belvacensis lib. 30. c. 73. *Est etiam statutum Chingiscã illius primi, quod per Millenarios, Centenarios, ac Decanos, eorũ exercitus debeat ordinari.* Thwrocz9 in Chronico Hungar. parte 2. c. 2. *Centurionesq; ac Decanos more solito constituerunt.* Agunt de Decanis militarib9, Isidor9 l. 3. Orig. c. 3. Modestus de Vocab. rei milit. Rufus in Legib. militarib. &c.

Decania, Manipulus decem militum, cui præest Decanus: δεκαρχία, Leoni in Tacticis cap. 4. §. 3. 6. Gloss. Lat. Gr. *Decania:* δεκανία δεκάς, καὶ φατρία. *Decuriatus*, δεκαδαρχία. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 4. *Si Decanus relinquens Decaniam suam de hoste ad domum suam refugerit, &c.*

Decani, cum Mensoribus, Lampadariis, & Cursoribus junguntur in l. ult. Cod. de Diversf. offic. militabantque in Palatio, nec alii sunt à Decanis, quos ῥαβδοῦχοι fuisse ait Cedrenus p. 170. S. Ambros. l. 5. Ep. 35. *Nuntiatum est, quòd ad Basilicam Portianam de Palatio Decanos mittebant*. Joan. Chrysostom. in Epist ad Heb. cap. 7. Hom. 13. Καὶ τῶν λεγομένων Δεκανῶν τόπον ἐπέχοντες ἐν τοῖς βασιλείοις εἰσί. In Synodo ad Quercum objectum eidem Chrysostomo quòd *Decanos* contra Severianum concitasset, apud. Phot. Cod. 59. Marcus Diac. in Vita S. Porphyrii Episc. Gazensis n. 39. *Nos accersit Cubicularius Amantius per duos Decanos, ut iremus in Palatium*. Basilii Diaconi supplicatio in Concilio Ephesino part. 1. c. 30. §. 3. Κἀκεῖθεν τυπτόμενοι παρὰ τοῦ ὄχλου τῶν δεκανῶν, ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δεκανικῷ. Corippus lib. 3. de Laudib. Justini:

—— *Jussuque regentis*
Acciti proceres omnes, scholaque palati est.
Jussa suis astare locis: jamque ordine certo
Turba Decanorum, Cursorum, in rebus Agentum, &c.

Ita porro dicti videntur quòd ex Decanis militaris custodiæ ad id muneris proveherentur: de iis est titulus in Codice Th. & Justin.

Decani, quibus incumbebat cura humandorum corporum Constantinopoli, ut docent Novellæ Justiniani 43. & 59. ubi de eorum numero, & l. 4. Cod. de Sacrosanct. Eccl. Hi in civitatibus corpus conficiebant, ex variis Corporibus & Collegiis conflatum: unde *Collegiati* appellantur in l. un. C. de Collegiat. & Caetoprat. lib. 11. Gloss. Basilic. Δεκανοὶ, κολλεγιάτοι σωμάτων, δεκανοὶ, οἱ συναγόμενοι. Dicuntur & *Copiatæ* in Cod. Justin.

Decani, Minores judices, qui per Decanias jus dicebant. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. c. ult. *Decuriores, vel Decani, qui sub ipsis Vicariis* (pagorum) *quædam minora exercent, minoribus Presbyteris titulorum possunt comparari*. Hincmarus Epist. 4. *Comites & Vicarii, vel etiam Decani plurima placita constituant*. Vide Cathvvlphum in Epist. ad Carolum M. Legem Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 26. lib. 9. tit. 2. §. 1. 4. Legem Longob. lib. 1. tit. 25. §. 50. 73. lib. 2. tit. 38. §. 2.

Ita porro apud Anglo-Saxones Centuriæ (hundredos vocant) in denas *Decurias* partitæ erant. *Decuriæ* ex decem viris constabant, quorum singuli uniuscujusque sistendi fide jussores erant; & si quis eorum aliquid dedisset damni, id omne reliqui resarcire debebant. Qui Decuriis præerant, seu novem aliis, Decuriones, Saxonicè Ꝥeoꝺunᵹman dicebantur. De hac partitione Angliæ agunt copiosè Leges Edvvardi Confess. cap. 32. & Leges Henrici I. cap. 6. & 8. Porro ex Decreto Aluredi Regis, quisquis liberæ erat conditionis, in Centuriam aliquam, & in decemvirale Collegium adscribi tenebatur. De minoribus negotiis judicabant Decuriones; si quæ res esset difficilior, ad Centuriam referebant. Hos etiam *Decanos Friborgi* vocitant Leges Edvvardi Confessoris.

Decania, Pars Centuriæ, constans decem familiis, cui præerat Decanus. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 6. *Centuriæ in Decanias vel Decimas — distinguuntur*. Adde c. 8. & Leges Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 4. Vide *Decenna, Friborgh, Hundredus*.

Decani Ecclesiarum Cathedralium. Leges Alfonsinæ seu *Partidæ*, 1. part. tit. 5. lege 4. *Deanes es el primero personaje, el mayor en algunas Eglesias Cathedrales, à fuera del Obispo, &c.* Gervasius Dorobernienisis in Episcopis Cantuariens. in Egelnotho: *Erant tunc temporis Cantuariensis Ecclesiæ Monachi, quasi Canonici Cathedrales, Monachorum quidem habitum gerentes, sed regulam non adeo planè observantes. — Præpositum suum Decanum vocabant, quem nos post adventum Lanfranci Priorem appellamus*. Idem in Ceolnotho: *Æstuabat enim animus quid in tali faceret articulo, cùm non videret Monachis nisi ubi cùm Decanus esset, quem nos Priorem vocamus, &c.* Radulfus de Diceto in Henrico II. *Quam in Ecclesiis Cathedralibus, ubi Canonici divinis mancipantur obsequiis, Decani sibi vendicant dignitatem: hanc si Monachorum Conventus in Episcopalis sede præmineat, sibi jure possunt vendicare Priores*. Concilium Arvernense sub Urbano II. & Londoniense ann. 1127. apud Continuatorem Florentii Wigorn. *Nullus in Decanum nisi Presbyter, nullus in Archidiaconum nisi Diaconus constituatur*. Concilium Coloniense an. 1260. c. 9. *Consistente autem penes Decanos Ecclesiarum, potestate, lege, ac gubernatione canonicæ disciplinæ exercenda, &c.* Constitutiones Odonis Legati in Cypro an. 1248. c. 9. *Statuimus ut in Nicosiensi Ecclesia de cætero sit dignitas Decanatus, percipiatque Decanus quantum duo Canonici, & habeat curam animarum personarum Canonicorum & Clericorum Ecclesiæ memoratæ; jurisdictionem tamen aliquam contentiosam non habebit. Sitq; major persona post Archiepiscopum, tam in Capitulo quàm in Choro, vigiletq; circa bonum & honestum statum tam spiritualium quam temporalium omnium Ecclesiæ supradictæ*. In quibusdam Ecclesiis Decani dignitatis suæ possessionem ineunt superpellicio induti, gladio cincti, pera instructi, calcaribus aureis pedes revincti, cùm accipitre super pugno. Vide Historiam Ecclesiæ S. Aniani Aurelian. p. 92. 111. & in Probat. p. 50. Quale autem sit officium Decani, vide Statuta Ecclesiarum Leichefeldensis & Londinensis, in Monastico Anglic. tom. 3. p. 241. 243. 247. 335. 336. 347.

Episcopus Londinensis dicitur *Cantuariensis Archiepiscopi Decanus*, in Provinciali Cantuar. l. 5. tit. 15. Ubi Lindvvodus observat Archiepiscopum Cantuariensem in Collegio Episoporum, Episcopos Londoniensem *Decanum*, Wintoniensem *Cancellarium*, Lincolniensem *Vicecancellarium*, Sarisberiensem *Præcentorem*, Wigorniensem *Capellanum*, denique Roffensem *Cruciferarium* habere.

Subdecanus, Dignitas in Ecclesia Carnotensi, quæ in Charta Calixti PP. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ Ch. 2. post *Decanum* & *Præcentorem*, & ante *Succentorem* recensetur. Obtinet etiam in Ecclesia S. Pauli Londinensis, de cujus officio, vide Statuta ejusdem Ecclesiæ in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 337.

Decanus Scholarum, Dignitas Ecclesiastica, qui Scholis præerat. Charta Hugonis Episcopi Suession. an. 1100. *In Ecclesia BB. Martyrum Gervasii & Protasii assignata est prædicta Ecclesia S. Ioannis* (de Vineis) *in perpetuum Prebenda eodem ordine, quo solet prabenda Decaniæ Scholarum, &c.*

Decanus Episcopi, idem qui vulgò Decanus ruralis, aut Christianitatis, in Legibus Edvvardi Confess. c. 31. Ita autem appellatur, quòd is ab Episcopo constitueretur, ut est in Charta Petri Archiep. Senonensis an. 1201. apud V. Cl. Jacobum Petitum post Pœnit. Theodori p. 721. Concilium Lateranense sub Alexandro III. can. 15. *Quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecunia quantitate Episcopalem jurisdictionem exercent, &c.* Inquisitiones synodales c. 69. apud Regionem l. 2. c. 5. *Sint unaquaque Parochia Decani sunt per villas constituti, viri veraces & Deum timentes, &c.* Innocentius III. c. 7. de Officio Archidiaconi: *Archipresbiteri autem, qui à pluribus Decani nuncupantur, ejus* (Archidiaconi) *jurisdictioni se noverint subjacere*.

Decania, Decanorũ Christianitatis jurisdictio & territorium. Hincmarus an. 12. Episcopatus: *Et semper de Kalendis in calendis mensium, quando Presbyteri de Decaniis simul conveniunt, conlationem de pœnitentibus suis habeant, &c.* Capit. Caroli C. tit. 5. §. 3. *Qui autem* (Presbyteri) *longiùs ab urbe eo maneant, statuam Episcopi loca convenientia per Decanias, sicut constituti sunt Archipresbyteri, &c.* Vide Leges Edvvardi Confess. c. 32.

Decanus, in Monasteriis, qui decem Monachis, seu *Decaniæ* Monachorum præerat. Δέκαρχος, in Vita S. Alexandri Acœmeti Abbat. c. 7. Regula S. Benedicti cap. 21. *Si major fuerit congregatio, eligantur de ipsis Fratres boni testimonii & sanctæ conversationis, & constituantur Decani, qui sollicitudinem gerant super Decanias suas, in omnibus secundùm mandata Dei, & præcepta Abbatis sui. Qui Decani tales eligantur, in quibus securus Abbas partiatur onera sua; & non eligantur per ordinem, sed secundùm vitæ meritum & sapientiæ doctrinam.* De ejusmodi Decanis agunt præterea S. Isidorus in Regula c. 14. S. Fructuosus in Regula c. 12. Magister in Regula c. 11. S. Augustinus lib. 1. de Morib. Eccl. Cathol. c. 31. S. Hieron. Epist. 22. Cassian. lib. 4. Instit. cap. 7. & 10. Adelbertus Abbas Heidenheimensis in Relat. p. 365. Supplex libellus Monachor. Fuld. Carolo M. porrectus §. 11. apud Brovverum lib. 3. Antiq. Fuld. Chronicon Casinense non uno loco, Concil. Moguniac. an. 813. c. 21. Itinerarium S. Willibaldi n. 25. Fulbertus Carnot. Epist. 21. &c. Vide Haëftenum lib. 3. Disquisit. Monastic. tract. 6. disq. 4. 5. 6.

Decani seniores, majores, Qui decanis istis præerant. Capitula Lud. Pii Addit. 1. c. 55. *Ut senior Decanus reliquis Decanis præponatur, & Abbate vel Præposito præsente locum proprium teneat.* De Decano isto majore. c. seq. *Ut Præpositus, Decanus, Cellarius, de eorum ministerio, nisi causa utilitatis aut necessitatis, non removeantur.* De ejusmodi Decanis majoribus intelligendus Continuator Aimoini lib. 5. c. 42. *Robertus Comes cupiditate magis ductus, quam de cura animarum sollicitus, Abbatiam sancti Germani accepit, seque Abbatem vocitari fecit, statuens Decanos qui curam haberent Monachorum.* Et Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casinensis c. 45. *Demum ab Oderisio Abbate Monasterii hujus Decanus ordinatur.* Cap. 77. *Mallem Decanus esse Cassinensis, quàm Cluniacensis Abbas.* Adde cap. 52. Chronicon Abbatiæ Trudon. lib. 8. *Bozo Decanus, quia sic tum in illo veteri ordine appellabatur, qui modo in isto Prior vocatur.* Vide Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli c. 1. p. 42. & Vadian. de Monasteriis Germaniæ p. 32.

Foris Decanus in Monasteriis, cujus munus describitur in Tabulario Monasterii S. Theofredi in Diœcesi Aniciensi, quod scilicet versatur circa res exteriores.

Decana, eadem notione in Monasteriis puellaribus, apud Rudolfum in Vita S. Liobæ cap. 3. & in Actis S. Forannani Abbatis Walciodorensis n. 15.

Decania, Decani Monachici dignitas. Adelbert. Abbas Heidemhensis p. 365. *Decania quoque, in qua rigor correctionis esse deberet, cuiquam levissimo timidissimoque tradebatur.*

Decanus operis, vel *operariorum*, in Monasteriis, Operis Monasticis præfectus. Eckeardus Junior de Casib. S. Galli c. 3. *Cùm aliàs in nullo esset utilis, — à Salomone operariorum positus est Decanus.* Bertholdus Monachus de Abbatib. S. Galli: *Post hunc electus est — Waltherus Decanus operis, & tenuit ipsam Abbatiam, &c.* Horum, ni fallor, mentio est apud Petrum Venerab. lib. 1. Epist. 28. *Quia brevem ferramentorum & rerum Monasterii Abbas non habet, eum vel superbum vel negligentem dicitis; & quare alio in loco legitur, Decani tales eligantur, in quibus securus Abbas partiatur onera sua? &c.* Vide *Operarius*.

Decani, Procuratores villarum itidem dicuntur in Monasteriis, apud Udalricum lib. 1. Consuetud. Cluniac. c. 46. & lib. 3. c. 5. ubi ita: *Ejus autem* (Prioris Majoris) *suffraganei ad temporalia sunt illi fratres, qui sunt villarum provisores, & quos pro more nostro Decanos appellamus, &c.* Quæ verba hausit à Bernardo Mon. in iisd. Consuetud. MSS. c. 3. Villæ ipsæ, seu Obedientiæ, quibus præsunt.

Decaniæ ibidem dicuntur, & in Statutis Cluniac. in Bibl. Clun. p. 1473. eaque appellatio pro cellis, prædiis, & *Grangiis* monasticis maximè in Hispania obtinuit. Charta Ferdinandi-Garciæ Regis, apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Bened. tom. 1. *Damus vobis Monasterium proprium fundatum in honore S. Vincentii, &c. — & insuper damus vobis illud cum suis Decaniis, scilicet Monasterium fundatum in honore S. Mametis, quod est inter villa Alara & Evèia, &c.* Alia Sanctii Regis Navarræ æræ 1214. apud eundem tom. 3. *Dono vobis libertatem & concedo, ut ab hac die inantea nullus homo sit ausus domus vestras, vel deganias, vel cabanias, quas modò in regno meo habetis — molestare, intrare, frangere — præsumat.* Infrà: *Et domos vestras, & deganias, & collazos, atque omnia quæcunque nunc possidetis, &c.* Charta alia æræ 1153. tom. 4. *Iste Prior ordinavit familias & decanias, unamquamque suo servitio congruam, ad honorem & excellentiam Clericorum, intra tam dignam deservientium aulam, &c.* Alia Bermundi II. Regis æræ 1035. apud eundem tom. 5. p. 439. *Et omnes hæreditates, quas testavit amica nostra Domina Teresia ad Palumbario que in ambas mixtas, etiam Decanias & Ecclesias, quas fuisse ædificatas & factas, cum ganato & homines de Palumbario.* Mox: *Mandat jussio nostra, ut ibi serviat, sicut & [illegible] Laurentio, cum omnes suas cuintiones, & deganias cunctas, alteras deganias quæ sunt in Bubalo, in Linia &c.* Adde pag. 444. b. 468. b. & Sandovallium in Episcopis Pampilon. fol. 35. 74. Paulò alia notione Baraterius &c. Atque hac notione intelligendus Baraterius lib. de Feudis tit. 4. §. penult. *Si quis pro villicaria, &, ut ita dicam, pro Decania, vel aliis quibuscunque angariis — feodum acceperit.* Ubi *decania* species est beneficii laici, seu villicaturæ, ab Ecclesia dependentis. Charta Hugonis Abb. B. Dionysii an. 1230. ex Tabul. ejusd. Monast. *Simon filius defuncti Girardi, dicti Decani, quondam servientis Monasterii S. Dionysii recognovit, quod venerabilis Odo ejusdem Monasterii Abbas contulerat dicto Simoni de mera gratia decanatum, quem præfatus Girardus pater quondam ipsius Simonis tenuerat, hoc modo, videlicet quod idem Simon eundem decanatum teneret, & haberet, quamdiu Abbati B. Dionysii, quicumque fuerit, videbitur, quod benè ac fideliter serviat Monasterio, & residentiam faciat in terra Monasterii apud S. Dionysium. Etiam idem Simon recognovit coram nobis, quod in prædicto Decanatu nihil hæreditario jure reclamaret fide data in manu nostra firmavit.* Alia an. 1232. ibid. *recognoverunt se vendidisse Ecclesiæ S. Dionysii in Franciam totam Sergenteriam suam de Morenciaco villa, quæ vocatur Decanatus pro 40. libris Paris. &c.*

Decanus Claustri, quidam Hermannus subscribit compositioni factæ pro Abbatia S. Basilii diœcesis Basiliensis ann. 1220. tom. 8. Spicilegii Acheriani.

DECAPELLARE, Capellum Cardinali auferre, Cardinalem degradare. Chronicon incerti auctoris editum à Catello an. 1303. *Complicibus & consentaneis Columnensibus, ex quibus duos olim decapellaverat Cardinales.* Vide *Galerus*.

DECAPILLARE, Capillos per ludibrium tondere. Gregor. VII. PP. lib. 1. Epist. 78. *Neque servientes ejusdem Episcopi decapillari, aut barbas eorum abradi præceperit, &c.* Vide *Decalvare*.

DECAPITARE, Caput amputare, capite plectere. Fulco lib. 2. Gestor. viæ Hierosolymit.

Quos tamen egressos contra fas decapitantes,
Expavescunt reliquos.

Tidericus Langenius in Saxonia:

Quem captivabat, in Verle decapitabat.

Adde Will. Armoricum in Philippo Aug. an. 1194. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 92. &c. Ἀποκεφαλίζειν, in Synopsi Basil. lib. 60. tit. 1. c. 25. Quæ vox interdum nudè pro *occidere* usurpatur. Origines CP. de Crispo, quem calore balnei extinctum scribit Sidonius: ὀ-

λιγοντ-

λέγυσιν ἀπὸ κεφαλισθῆναι ὑπὸ τῦ πατρός. Infra, de Arcadio S. Irenes Diacono: Σκυτάλαις ἀποκεφαλισθῆ, *Flagris cæsus vel occisus est*.

Decapitare, Culmen domus vel ædis diruere. Charta K. domus Hospitalis Jerusalem Custodis in Tabul. Eccl. Carnotensis n. 28. *Et quòd domus quadam quam ædificaveramus Carnoti in figuram & formam Capellæ, decapitaretur, & reduceretur in formam quadratam & alios usus transferretur.*

DECAPULARE. Vide *Capulare*.

DECARCERARE. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9. *Hac igitur difficultate convictus, Episcopale decarceravit officium.* Id est, deseruit.

DECARGYRUM, Δεκάργυρον, Monetæ majoris speciei, eademque cum ea quæ *Majorina* dicta, ex l. 2. Cod. Th. Si quis pecun. conflav. Si autem appellata, quòd decem argenteis minutioribus æstimaretur, proindeque sexta argenti libræ pars esset: quippe, ut est in l. 1.— eod. Cod. de Expens. ludor. *argenti libra una in argenteos sexaginta dividebatur.*

DECARNARE, Carnem à cute recidere, resecare, separare, apud Apicium lib. 7. cap. 9.

DECASSARE, *refellere*. Stephanus Africanus Presb. in vita S. Amatoris num. 18. *Et his dictis Sacerdotis suavissima verba decassans, respondit.*

DECASTELLARE. Vide *Incastellare*.

DECATIA, Decima mercium, quæ vice tributi exsolvitur, ex Gr. δεκάτη, usurpato non semel eadem notione Scriptoribus Græcis veteribus vocabulo. Charta Rogerii Regis Sicil. an. 1137. *Præterea decatias & alia jura mercatorum, quæ Salernitani in Alexandriam priùs persolvere soliti erant, —— reddi faciemus.* Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Δεκατευτής, καὶ δεκατιλόγος, ὁ τελώνης, *Decatiarum exactor*. V. Hesychium, & Not. ad Cinnamum p. 437.

DECEMBRICA *Libertas*. Vide *Kalendæ*.

DECEMPRIMUS. Gloss. Gr. Lat. Δεκαπρῶτος, *decemprimus*. Gloss. Lat. Gr. *Decumviri*, δεκαπρῶτοι, *Decuriones*, δεκαπρῶτοι. Ita autem dicti Decemviri civitatum, *Decaproti* Jurisconsultis, & Ciceroni pro Roscio. *Decemprimi nobilium civitatum*, apud Firmicum lib. 3. c. 7. *Maximarum civitatum Decemprimi Iuridici*, Cap. 12. *Popularium civitatum Principes vel Decemprimi.* Ibidem. *Decemprimi Scholarum*, in l. 10. Cod. Th. de Domest. & protect. qui in singulis Scholis domesticorum & protectorum, post Primicerium, ex decem sequentibus erant, & ad eum gradum *temporis prolixitate* pervenerant, quem *Decemprimatum* vocat l. 7. & 8. Cod. Th. eod. tit.

Decemprimi curiales, Decuriones. Appendix Cod. Theod. Constit. 9. *Ut per singulos bina libra auri inferendæ ærario nostro à Decemprimis curialibus exigantur.*

DECENA, *Decenna*, Bractono l. 3. tract. 2. c. 10. §. 1. dicitur Decuria, seu Decemvirale Collegium, cui præerat *Decanus Friborgi*, de quo egimus suprà. *Decima* vocatur in Legibus Inæ cap. antepenult. *Diximus de ignotis pecoribus, ut nemo habeat sine testimonio Hundredi vel Decimæ.* Et in Legibus Kanuti Regis c. 40. *Volumus, ut omnis homo liber in hundredo* (i. Centuria) *& in decima positus sit, &c.* Adde Leges Henrici I. c. 6. *Decennalis numerus*, in iisdem Legibus Henrici I. Vide Ingulphum p. 870. & infrà in *Friborga*.

Decennarius. Vetus Inscriptio apud. W. Dugdalum in Antiquit. Warvvicensis provinciæ cap. 65. *Item illi, qui tenuerunt dimidiam virgatam terræ, vel nocatam terræ, vel cotagium de bondagii tenura, solebant esse bedellam manerii & decennarium.*

Decennarii, qui ex decennario numero, seu ex decenna sunt, in Charta Edvv. I. Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. p. 511. masculus autem in Lege Decennæ ante 12. annos non admittebatur. Vide Statutum 2. Westmonast. c. 48. Bractonum lib. 3. tr. 2. c. 10. 11. & Fletam lib. 1. c. 27. §. 2. 4. 11. lib. 2. c. 52. §. 2. 5. 7. 47. 48.

DECENDIUM, Spatium decem dierum. Fridericus Imp. l. 1. Constit. Sicul. tit. 39. c. 1. *Ut tam magister Justitiarius, quàm alii inferiores Judices, intra decendium, postquam renuntiatum est, pronuntient à renuntiationis tempore numerandum.* Will. Heda: *Nota autem quòd ista tria castra, quæ data sunt Comitissæ ab Imperatore pro morte Comitis mariti ejus, & tribus induciis, quas fecerat Imperatori, sita sunt in Lucensi Episcopatu, quorum unum vocatur Decendium, propter 10. dierum inducias, alterum autem dicitur Octodium propter 8. dierum inducias, quas Rex tribuit Comitissæ, &c.* Utuntur Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 50. & Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 40. Eadem ratione *Novendium* dixerunt veteres, luctum novem dierum, qui, ut auctor est Donatus, Parentalia concludebat.

DECENNIO, *Decania*. Paulus in vita S. Hilari Abbat. Galeatensis num. 7. *Et missa apparitione cum quater decennionibus militum, suis aspectibus eum jussit adsisti.*

DECENS. Vide *Epidecen*.

DECENTARIUS. Isidorus, & Papias: *Decentarius, promptus, paratus, ingeniosus.*

DECENTRIX, *Navis compta, à decens dicitur.* Jo. de Janua & Breviloq.

DECENTUM, ita dictus quidam organorum musicorum concentus, fortè ex Anglico & Gallico *Decent*, decorus, decens. Regula Ordinis *de Sempringham* p. 717. *In Monasterio officium Clericorum in Missis & horis teneant. Organum tamen & Decentum, Fausetum, & Pipeth omnino in divino Officio omnibus nostris utriusque sexus prohibemus.*

DECERTARE, Curam adhibere, contendere. Capitul. Aquisgran. an. 789. c. 78. & lib. 1. Capitul. cap. 74. *Monachi ut cantum Romanum pleniter & ordinabiliter per nocturnale vel gradale Officium peragant, secundùm quod beatæ memoriæ genitor noster Pippinus Rex decertavit ut fieret, &c.* Galli dicerent, *s'efforça*.

DECERVICARE, Decollare, caput amputare, cervicem præcidere. Sidonius lib. 1. Epist. 3. *Quos humari nox succincta prohibuerat, decervicatis liquere cadaveribus.*

DECESSIO, Successio. Gloss. Lat. Gr. *Decessiones*, διαδοχαί. Lex Ripuar. tit. 3. *Si quis feminam Ripuariam interfecerit,—— si iste homo pauper fuerit, ut insimul solvere non possit, per tres decessiones filiorum solvat.*

DECESSOR, Cui quis in Magistratu succedit, qui ante alium obiit dignitatem aliquam: vulgò *prædecessor*: in Cod. Th. l. 1. de Distrahend. pign. l. 3. de Oper. publ. l. ult. de Patrocin. vicor. & apud. Ulp. l. 4. D. de Off. Procons.

DECIBILIS, *Quem decet aliquid, vel qui decet.* Jo. de Janua.

Decibiliter, Decenter. Joan. Diacon. lib. 4. de Vita S. Gregorii M. c. 84. *Mento à confinio maxillarum decibiliter prominente.*

DECIDERE & *Decidi*, Occumbere, mori, occidi. Eulogius lib. 2. cap. 2. *Qui eum imitando decisi sunt.* Cap. 8. *Priusquam virgines beatæ deciderent* (fortè *deciderentur*.) *Decisus*, occisus, obtruncatus, apud eundem lib. 2. c. 2. 4. 8. Ita *Decisio*, mors, martyrium, eidem lib. 2. c. 1. & in Apologetico.

Decidere, *Decisus terminus*, *Decisio*, voces Agrimensorum, de quibus Rigaltius in Glossis.

DECIMÆ, in veteri Testamento quæ fuerint, omnes norunt: sed quando in nova Lege Sacerdotibus dari cœperint, non omnino constat. Non desunt quippe qui non multò ante Caroli M. tempora id accidisse volunt, atque in iis Paulus Sarpius auctor Historiæ Concilii Tridentini, in Tractatu Italico *de Materie beneficiali*, quod omnino falsum esse arguit saltem Constitutio generalis Chlotarii Regis c. 11. &

Concilium Matisconense II. an. 585. c. 5. ex quibus longè antea id obtinuisse colligimus: *Leges divinæ*, ut est in eo Concilio, *consulentes Sacerdotibus ac Ministris Ecclesiarum pro hæreditatis portione omni populo præceperunt decimas fructuum suorum locis sacris præstare, ut nullo labore impediti, horis legitimis spiritalibus possint vocare ministeriis. Quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodivit intemeratas. Nunc autem paulatim prævaricatores legum pæne Christiani omnes ostenduntur, dum ea quæ divinitus sancita sunt, adimplere negligunt. Unde statuimus & decernimus ut mos antiquus à fidelibus reparetur, & decimas Ecclesiasticis famulantibus ceremoniis populus omnis inferat, quas Sacerdotes aut in pauperum usum, aut in captivorum redemptionem prærogantes, suis orationibus pacem populo ac salutem impetrent.* Extat præterea Epistola Episcoporum Turonensis provinciæ ad plebem missa, post Synodum actam an. 567 quâ hortantur, *ut unusquisq; ad exemplum Abrahæ decimas offerat de suis mancipiis, &c.* adeo ut liceat subodorari tum primùm ejusmodi inductas decimas. Adde Pœnitentiale Theodori c. 13. Hæc observasse sufficiat: qui enim plura volet, consulat Baronium an. 57. n. 74. & seqq. Seldenum, & alios qui de Decimis tractatus integros edidere. Tantùm moneo Decimas Ecclesiasticas in tres partes divisas, quarum prima ad ornamentum Ecclesiæ, altera ad pauperes, tertia ad Sacerdotes spectabat. Vide Capitulare an. 779. c. 7. Capitulare Episcopor. an. 801. c. 7. &c.

Decimarum aliæ sunt personales, aliæ reales. *Personales* sunt, quæ debentur ex negotiatione, artificio, scientia, militia, & hujusmodi, quæ potiùs respiciunt ipsam personam, quàm rem ipsam. Ita Lindwodus ad Provinciale Cantuar. Eccl. lib. 1. tit. 3. Adde lib. 3. tit. 16. p. 245. *Decimæ conlaborationum*, in Capitulis Caroli C. tit. 41. c. 11. Aliæ sunt.

Decimæ reales ac prædiales, in eodem Provinciali, ibidem, *quæ de frugibus terræ & animalium nutrimine persolvuntur*, de quibus Lex Longob. lib. 3. tit. 3. §. 5. & Speculum Saxon. lib. 2. art. 48.

Decimæ dominicæ, quæ domini seu Regis sunt, & quæ Ecclesiis, Monasteriis, vel Capellis Regiis, vice dotis, aut oblationis conferuntur. Vide Constitut. Chlotarii Regis ann. 560. tom. 1. Concil. Gall. & Concil. Meldensecan. 75.

Decimæ militares, in Chartâ ann. 1204. in Chronologia Episcoporum Lodovensium, eædem videntur quæ *infeudatæ*, vulgò *Dismes infeodées*, quæ à *Militibus*, seu Laïcis nobilibus possidentur. Quarum quidem originem quidam Carolo Martello adscribunt, quem damnatum volunt, quòd primus beneficia Ecclesiastica Militibus distribuerit. Sed hanc fabulam doctè ventilavit Baronius an. 741. Chronicon Senoniense lib. 3. c. 17. de Carolo Calvo idem habet quod alii de Martello. Sed de Decimarum militarium origine potior videtur Arnoldi Lubec. lib. 3. c. 18. sententia, cujus hæc sunt: *Scimus autem Decimas & oblationes à Deo Sacerdotibus & Levitis primitus deputatas. Sed cùm tempore Christianitatis ab adversariis infestaremur Ecclesiæ, easdem Decimas præpotentes & nobiles viri ab Ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores Ecclesiarum fierent, quæ per se obtinere non valerent.* His consona habet Crantzius in Metropoli lib. 1. c. 2. Vide præterea Petrum Blesensem Epist. 82. & Ordericum Vitalem lib. 5. p. 575. Vide *Abbas-Miles*.

Decimæ minutæ vulgò *Menues dismes*. Charta an. 1104. ex Tabulario Molismensi: *Duasque partes minutæ Decimæ & fevi, & in Purificatione B. Mariæ omnes candelas, totamque magnam decimam, cum decima carrucarum mearum.* Tabularium S. Crucis Talemondensis f. 8. *Dedi etiam — minutam decimam duarum parrochiarum, sancti videlicet Vincentii de Jardis, & S. Hilarii de Foresta: hoc est, decimam de lana, de lino, de canaba, de agnis, de porcellis, de vitulis.*

Decimæ numeratæ. Charta ann. 1206. ex Tabul. Ecclesiæ Carnotensis n. 49. *In iis tamen omnibus omnem justitiam, ventas de duabus bovatis terræ, decimam de residuo terræ, decimam & campipartem annumeratas granicæ Canonicorum ibi præsidentium in campo numeratas idem Capitulum salvas in integrum habebit.*

Decima pauperum, Pars tertia Decimarum Ecclesiasticarum, pauperibus primitus addicta. Charta Birgeri Ducis Sueonum an. 1252. *Mandamus quatenus tertiam partem de Decimis quæ Pauperum vulgariter appellatur — Upsaliensi Ecclesiæ, benivolè, integrè, & fideliter annis singulis de cætero in perpetuum ex solvatis.* Alia alterius Birgerii ann. 1299. *Propter suggestiones quorundam tertiam partem Decimarum, quæ olim consuevit Decima pauperum appellari, &c.* Chronicon Upsaliense num. 11. *Hic etiam de mansione Biscupcullum cum Ecclesia Cullum, & Decimis Archiepiscopalibus, atq; Decimis pauperum provenientibus de parochia Cullum ordinavit præbendam in Ecclesia, &c.* Occurrit præterea in Chartis Jacobi Archiep. Upsaliensis ann. 1280. & Erici & Waldemari Ducum an. 1307. & aliis apud Joan. Schefferum. Ejusmodi erant apud Hebræos decimæ, quas pauperibus recondebant, & quas Græco sermone πτωχοδεκάδας appellatas scribit S. Hieronymus in cap. 45. Ezechielis.

Decimæ parochianæ, in Concilio Meldensi c. 75. Presbyteri *Parochianas decimas accipiant, & populi necessitatibus debitè invigilent.* Vide Provinciale Cantuariensis Eccles. lib. 3. tit. 16. p. 243. ubi quomodo decimæ Curionibus persolvantur, pluribus agit. De earum divisione vide Chrodogangum Episc. Metens. in Regula Canonicor. c. 75.

Decimæ de militia. Vide Concilium Troslejanum an. 909. c. 6.

Decimæ Saladinæ, dicuntur quæ in Concilio Parisiensi anno 1188. Philippo Aug. Franc. Rege procurante, contra Saladinum, qui maximam Terræ Sanctæ partem pervaserat, & Guidonem Regem funditus deleverat, omnibus omnium bonis imposita est, in subsidium Christianorum regionum illarum: *quod quidem* (verba sunt veteris Chronici) *in grandem peniciem versum est. Nam plures qui decimationes, (Salahadinas nominatas) exigebant, violentius Ecclesias gravabant, & infeliciter postea cessit decimatio:* eoque res deducta, ut Philippus hujusmodi decimas à subditis suis extorqueri inhibuerit, Diplomate anni 1189. quod ex Tabulario Ecclesiæ Bellovacensis eruit Louvetus tom. 2. Hist. Bellov. p. 309. & 311. ubi ejusdem Regis Diploma aliud profert, quod earum Institutionem continet, ut & Rigordus an. 1188. de qua decima consulendi etiam Hovedenus p. 641. Matth. Paris, Neubrigensis, & alii ad an. 1188.

Decimationes Salicæ. Charta Henrici II. Imp. an. 1203. apud Nicol. Zyllesium: *De Ecclesiis verò & de omnibus per totam Abbatiam Salicis decimationibus, nulli omnino beneficium aliquod concedi permittimus, &c.* Charta Conradi Imp. an. 1026. *Relictis videlicet illis & specialiter delegatis quibusdam curtibus & villis ac Ecclesiis omnibus ubicunque in S. Maximini prædio jacentibus, cum cunctis Salicis decimationibus, unde necessaria tantummodo suis deberent procurare fratribus, &c.* In alia Henrici III. Imp. an. 1044. ibid. *Insuper omnes S. Maximini Ecclesias cum decimis & decimationibus, & omnes Salicas decimationes, quas in usus hospitum, peregrinorum ac pauperum destinamus.* Alia ejusdem Henrici ann. 1056. *Omnes Ecclesiæ & Salicæ decimationes tam in agris quam in vineis, sive in silvis, &c.*

Decima

Decima decimæ. Vetus Scheda de Urburis, subjecta Decretis Regum Hungariæ: *Et quoties Rex habuit decimas partes hujusmodi minerarum,* (auri, argenti & cupri) *toties divisit & dedit Archiepiscopo Strigoniensi unam partem, & vocabatur ista datio Decima decimæ.* Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1240. apud Pontanum lib. 6. Rerum Danicar. *Mandamus universis & singulis Militibus, Castrensibus, & vassallis, & feudatariis, sive terram nostram, quæ Libera dicitur, sive quamcunque aliam terram jure feudali vel quocunque alio titulo detineant, ut ex illis Decimas decimarum persolvere Episcopo Revaliensi non omittant, &c.* Vide *Redecima.*

Decimale subsidium proventuum Ecclesiasticorum à Sede Apostolica concessum Philippo Regi Francor de quo Gesta Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. c. 49. Idem concessum à Prælatis Franciæ pro redemptione Joannis Regis ann. 1358. uti docent Litteræ Caroli Delphini 24. Mart. 1358. descriptæ in Regesto Memorabilium Cameræ signato C. Vide Froissart. 1. vol. c. 155. Qua verò ratione ejusmodi Decimæ ab Ecclesiasticis exigerentur, licet percipere ex aliquot Diplomatibus, quæ ex Chartophylacio Regio eruimus.

Ex 12. Regesto Chartophylacii Regii Ch. 159. *Philippus D. G. Francor. Rex, dilectis & fidelibus nostris Archiepiscopo Remensi, Suessionensi, Catalaunensi, Laudunensi, Cameracensi, Tornacensi, Morinensi, Atrebatensi, Ambianensi, Noviomensi, Silvanectensi, & Belvacensi Episcopis Remensis provinciæ Suffraganeis, Abbatibus, Decanis, Prioribus, Capitulo cæterisq; personis Ecclesiasticis civitatis, diœcesis & provinciæ Remensis in convocatione facienda per dictum Remensem Archiepiscopū congregatis, Salutem & dilectionem. Considerantes gravia personarum pericula & importabilia onera expensarum, quæ dilecti & fideles subditi regni nostri à longis retroactis temporibus ratione guerræ nostræ Flandriæ sustinuisse consp icimus, ac sollicitè quærentes vias & modos, per quos, illo juvante cujus est superborum colla deprimere, inimicorum nostrorum Flandrensium superba rebellio compescatur, & sedato guerrarum discrimine, pacis amœnitas & quietis tranquillitas regno regnique subditis omni adversitate propulsata parentur, post multarum revolutiones viarum, tandem in hac via, tanquam expeditiori & commodiori negotio quod incumbit, nostra sollicitudo quievit, ut universos Prælatos, & personas Ecclesiasticas religiosas & sæculares, Duces, Barones, & quoscunq; nobiles regni ejusdem requirere deberemus, ut de singulis quingentis librarum redditus, quas in regno ipso habeat, de uno homine equite armato, & ignobiles de sex hominibus armatis peditibus pro quibuslibet centum focis subsidium nobis faciant ista vice. Aperta igitur via hujusmodi, Ducibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris Nobilibus regni nostri, & eis ex parte nostra requisitis ut juxta modum hujusmodi præstent, & consentiant præstari dictum subsidium à subditis eorundem, una fuit eorum voluntas, una ab eis data est responsio, quòd illud subsidium libenti nobis præstabunt animo, & à sibi subditis præstari unanimiter consenserunt, credentes quòd vos & aliæ personæ Ecclesiasticæ prædictæ simile nobis subsidium faciatis. Nos igitur spem gerentes de vobis indubiam, quòd sicut ex suscepto curæ pastoralis officio plus cæteris illa debetis requirere quæ sunt pacis, sic regni pacem, quæ ex dicto non mediocriter dependet subsidio, cæteris impensiùs & ferventius procurare velitis: Dilectionem vestram attentere quirimus, & affectuosè rogamus, quatenus hujusmodi subsidium in tam urgenti necessitate, in tam miserabilis expeditione negotii præstetis liberaliter, & ut à vestris præstetur subditis, nostrum nedum assensum, sed illud quod opportunum fuerit auxilium præbeatis, credentes dilectis & fidelibus nostris Magistro Petro de Latilliaco Canonico Parisiensi Clerico, & Jo. Choiselli Domino de Plexeio Militi nostris, vel eorum alteri super iis quæ circa hæc ex parte nostra vobis duxerint exponenda, & exposita per eum grato compleatis affectu. Data Parisiis die 12. April. an. Dom. 1304.*

Ex eod. Regesto Ch. 166. *Philippus D. G. Franc. Rex, dilecto & fideli Episcopo Cameracensi, salutem & dilectionem. Attendentes vestram non latere notitiam, quæ, quanta & quàm gravia nos oportet iis temporibus pro nostri defensione regni expensarum onera sustinere, vos requirimus & rogamus attentè, quatenus illam decimalem gratuitam subventionem, quam vobis guerræ nostræ præsentis negotio generosè noviter concessistis, & quam generosiùs acceptabile duximus reputandum sic diligenter & celeriter procurare, exigere, & levare curetis, quòd nobis seu gentibus nostris infrà instans festum Nat. B. Joan. Bapt. juxta concessionis prædictæ tenorem integrè & indeficienter valeat applicari in negotio prædicto, prout ordinatum fore dinoscitur, committenda, quodq; nostro in hac parte proposito nostro fraudati, nullove prætextu nostri periculoso defectui subjacentes, vobis de prompta exhibitione, sicut de concessione gratia subventionis hujusmodi teneamur ad uberes retributionis debitæ actiones. Actum Paris. die 8. Junii an. 1304.*

Ex eodem Regesto Ch. 188. *Philippus D. G. Francor. Rex, dilecto & fideli nostro Episcopo Belvacensi, salutem & dilectionem. Ad vestram jam potuit pervenisse notitiam, quòd Nos personæ propriæ non parcentes in prosecutione guerræ nostræ Flandrensis insistimus, & jam positi nostris è vicino inimicis, summus Dei & nostrorum adjutorio fidelium indigentes: ideoq; vobis ex abundanti necessitatis hujusmedi articulum duximus exhibendum, vox de accedendo ad nos & nostrum exercitum secundùm status vestri debitum & modum, quo tenemini in hoc casu absque dilatione quaque apud Attrebatum, vel ubi circaam per modum submus, submonentes expressè citantes partes illas fuerimonitionis simplicis, quam retrobanni, quod ratione nostræ expositionis personæ & necessitatis prædictæ vobis districtè & firmiter intimamus. Est tamen intentionis nostræ, quod si subventionem decennalem inter gentes nostras vobiscum vel vestris nunciis prolocutam solveritis vel * inprompta solvere voluntatis, ut erga nostros subditos diligenter & fideliter procurare solvi, submonitio prædicta ad servitium dicti exercitus nullatenus vos coartet. Dat. Atrebat. die 27. Julii an. Dom. 1304.*

In eodem Regesto Ch. 187. describitur Charta ejusdem Regis ad Episcopos Regni data 27. Julii an. 1304. ex qua sequentia delibavimus: *Ad cujus etiam complementum cogitantes nuper vobiscum, sive cum Missis vestris, tractari per * nostrates aliquas facientes decimas aliquas requisivimus à vobis & a vestris subditis, quos vos ad hoc jam induxisse credimus pro causa communi * opere in tam periculosa necessitate, à qua non possunt nec debent se aliqui sæculares vel Ecclesiastici aliquatenus excusare, &c.* Et ex Charta alia ejusdem Regis ad Tolosanum Episc. 26. Augustini an. 1304. Ch. 189. *Sanè cùm non credamus à vestra memoria excidisse, quòd vos & Ecclesiasticæ personæ vobis subditæ duas nobis liberaliter concessistis decimas pro defensione necessaria regni nostri, quarum unam jam dicuntur solvisse, &c.* Infrà: *Cumque bonæ memoriæ Benedictus PP. Undecimus decimam duorum annorum ab omnibus personis Ecclesiasticis regni nostri exemptis & non exemptis nobis concessit ad hoc terminis constitutis exsolvendam, &c.* Hisce addenda quæ habentur in Spicilegio Acheriano tom. 13. pag. 347. 354. 355.

Decimales Ecclesiæ, in Chronico Corbeiæ novæ: *Dominus Ludovicus Rex die dedicationis Hemele in dotem altaris obtulit: tradidit etiam Hemmetorp Abbatio-*

batto am. Visbike decimas, cum decimalibus Ecclesiis in Episcopatu Asnabruggi.

Decima, idem quod *decenna*. Vide in hac voce. Ugutio : *Decima, societas decem virorum.*

Decimare, Decimam bonorum suorum impertiri. Edgarus Angliæ Rex Orat. ad Antistites, apud Seldenum ad Eadmerum : *Proavus meus, ut scitis, totam terram suam Ecclesiis & Monasteriis decimavit.*

Decimare, Decimam *levare*. Vide Perardum pag. 535.

Decimare, Decimam persolvere, in Speculo Saxon. l. 2. art. 48. §. 3.

Decimaria, Prædium, ager, in quo percipitur fructuum decima. Charta Theobaldi Comitis Blesensis an. 1131. *Et decimam à via quæ Rameruco veniens-- extenditur usque ad decimariam de Ormes.* Alia ann. 1238. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. fol. 43. *Sive in allodio, vel in territorio, aut in decimariis ejusdem Castri, &c.* Alia an. 1246. in M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 23. Ch. 95. *Super eo quòd dicebamus nos debere percipere medietatem decimæ in decimaria eorundem.* Vide lib. 18. Ch. 12. & Tabular. Brivatense Ch. 304. Concilium Insulanum ann. 1288. c. 15. *Item statuimus quòd aliquis bladum de decimaria alicujus Eclesiæ intra aliam decimariam transferre non audeat, quousque fuerit decimatum. Si quis verò contrarium fecerit, rectam decimam, scilicet decimam partem integraliter Ecclesiæ, de cujus decimaria bladum extraxerit, intra octo dies solvere teneatur. Desmerie*, in Consuetud. Solensi tit. 17. art. 8. *Dismerie*, in Consuet. *de Valançay* art. 3. Bituricensi art. 16. 18. Marchensi art. 332. *Deymari*, Occitanis

Decimaria, Jus percipiendi decimam ad aliquem pertinens. Tabularium S. Mariæ Longipontis in diœcesi Paris. *Donavit duas partes de decimaria ipsius Ecclesiæ, hoc est — de annona, de vino, de lino, de cannaba, de ovis, de porcis, de vitulis & de omnibus aliis rebus.* Vide veterem Consuetud. Bituricensem editam à Thomasserio c. 87.

Decimarii, Rustici, qui terrarum seu aliarum rerum *Decimas* dominis vel Presbyteris persolvunt. Beneharnensibus *Desmers* dicti. Vide Mercam lib. 5. Hist. Beneharn. c. 31. n. 1.

Decimarii, Qui decimas, vel suo, vel domini, aut alterius nomine, exigunt, in Concilio Burdegalensi an. 1255. can. 18. 23. 24. & Copriniacensi an. 1260. can. 18. Tabular. S. Eparchii Inculisin. fol. 17. *Quicquid scilicet habebant in tota decima, vel in Cimiterio de Elz, vel decimarii habebant ab eis. Desmarii* dicuntur fol. 16. Ibid. fol. 18. *Et quia manutenebat decimarios invasores Cimiterii ipsius, &c.* Infrà : *Quicquid habebat pater meus in tota decima de Elz — & quidquid habebat in decimariis vel decimarii ab eo &c.* Rursum fol. 19. v. *Pater noster Sicher fuerat decimarius de Ecclesia Euz, quia tenebat decimam, ut Laicus à Laicis, & partem terræ de Sanctuario. fol. 22. Ego Constantinus decimarius de decima Ecclesiæ de Elz, — habebam in decima de Elz feodium, ut colligerent quartam partem ex ipsa decima ubicumque extenderetur decima de omnibus rebus, de pane, de vino, de lana, de agris, & de omnibus aliis, de quibus decima datur.* Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis : *Similiter nec aliquis ex auctuariis vel decimariis S. Hilarii ultra prædictam viam, in parte scilicet Occidentali aliquid ex decimis requirere audeat.* Charta an. 1174. apud Columbum lib. 3. de Episcop. Sistaric. *Præterea concessit ei decimas in hortis, & vineis, — & Decimarius & bestia ejus debent vivere de communi, & Decimarius debet jurare se decimas fideliter colligere.* Cujusmodi *decimariorum*, seu quibus decimæ competunt, passim habetur mentio mentio in Tabulario Abbatiæ Dalonensis in Lemovicibus, p. 3. 12. 27. &c.

Decimata vini, apud Anastasium in Hadriano : *Ut decimatas vini duas pensantes per unam quamque decimatam libras* 60. Gregorius M. lib. 1. Epist. 41. lib. 10. Epist. 30. & lib. 12. Epist. 30. *Decimatas vini* etiam habet.

Decimator, idem fortè qui *Decimarius*, vel qui jus habet exigendi decimam in agris, *Dismier*, in Consuetud. Arvernensi c. 17. art. 18. & Marchensi art. 96. Constitutio Chlotarii Regis cap. 11. *Agraria, pascuaria, vel decimas porcorum, Ecclesiæ -- concedemus: ita ut actor, aut decimator in rebus Ecclesiæ nullus accedat.* Qui scilicet decimas Regias expetebat. Vide Guillelmum de Podio-Laurentii cap. 6. Speculum Saxonic. lib. [illegible] art. 48. §. 3. 9. 13. & Perardum in Burgundicis p. 535.

Decimatura, idem quod *Decimaria*, in Charta ann. 1157. in Hist. Vastinensi p. 199.

DECIMANUS, seu *Decumanus limes*, Maximus limes inter agros, qui ab Oriente in Occidentem per transversum dirigitur: qui quia formam X. efficit, Decumanus est appellatus. Ager enim benè divisus figuram denarii numeri efficit. Nam Cardo dicitur alius limes in agris qui à Septentrione directus est. Ugutio & Jo. de Janua, ex Festo & Isidoro lib. 15. c. 14. Vide Gromaticos. Charta Aystulfi Regis Longobard. an. 753. apud Ughellum to. 2. Ital. sacr. p. 105. *Et paludes Gromulenses usque in limitem decimanum, qui per currit inter Gavanum & villam Ulianam, — & de via decimanense habeatis communiter usque in fossatum finale cum decimanense, & Ulianense secundum eorum coherentias, &c.*

DECIMUM, idem quod *Decatia*, de quo verbo actum suprà. Charta Caroli M. apud Doubletum p. 708. 709. *Nullum telloneum, neque exclusaticum, neque decimum, neque barganaticum, &c.* Et mox: *In nullo modo nullo telloneo, nullo exclusatico, — neque decimum exigere nec exactare non debeatis.* Vide Notas nostras ad Cinnamum.

DECIUS, Talus, Taxillus, Gallis *Dé*. Ebrardus in Græcismo c. 9.

> *Est talus, decius: talus, postrema pedis pars:*

Et cap. 19.

> *Cùm bene respondet decius, compello jocosè,*
> *Compello tumidum cur sic agit impetuosè.*

Ubi Metullinus, *Je l'envis*. Edictum S. Ludovici Regis Fr. apud Nangium : *Scholas etiam deciorum prohibemus omnino, ita ut tenentes eas districtè puniantur. Fabrica verò deciorum prohibeatur ubique.* Jacobus de Vitriaco in Hist. Occident. cap. 10. *Ea quæ turpiter in Ecclesiis lucrabantur, in tabernis & ludis deciorum, in comessationibus — turpiùs expendebant.* Summula Raymundi de Vita & honestate Clericor.

> — *Nec sunt hi lusores vetitorum*
> *Ludorum, velut est alea, globi, deciorum.*

Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula :

> *Cum decius sit sex laterum, sex & numerorum*
> *Simplicium, tribus in deciis sunt octo decemque,*
> *Quorum non nisi tres possunt deciis superesse, &c.*

Occurrit præterea apud Gervasium Dorobern. p. 1522. Guill. Neubrigensem lib. 3. c. 23. in Vita B. Joannis Montismirabilis, in Statutis Synodal. Odonis Episc. Paris. in Synodo Bajocensi ann. 1300. c. 38. & in Epist. J. Episcopi Acconensis ad Honorium III. PP. to. 8. Spicilegii Acheriani, & in Præceptis Synodalib. Petri de Collemedio Archiep. Rotomag. p. 231. in Statut. Ord. Præmonstrat. dist. 4. c. 15. decis. 5. c. 11. &c.

Deyciers appellabant nostri *Deciorum* artifices 1. Regest. Artificum Paris. fol. 225. 226. *Deyciers, assavoir faiseurs de dez à tables, & d'eschecs d'or & d'yvoire, &c.*

De vocis etymo variæ sunt sententiæ. Turnebus ad Orat.

Orat. Ciceronis p. 125. Edit. 1576. existimat ejusmodi nostrates tesseras *datos* appellari, quòd qui in scrupis calculum promoverat, *dare* dicebatur. Ovidius:

Tu male jactato, tu male jacta dato.

Et Ausonius:

Narrantem fido per singula puncta recursu,
Quæ data per longas, quæ revocata moras.

Albertus Acarisius à digitis *Dados* dictos vult: *Dadi sono, tali da Latini detti, con cui si givoca a trargli con le mani, detti dadi da diti che piu s' adoprano in talgivoco; che ne gli altri:* Certè *Dez*, etiamnum digitalia appellamus. Alii putant vocem esse puram putam Gallicam: quippe Cambrobritannis etiam hodie *dis*, est cubus, alea, tessera.

Ego verò longè aliter sentio, si rectè vel malè, aliorum esto judicium. Quippe ludum Deciorum dictum puto ex veteri Gallico, *Jus de Dé*, id est, judicium Dei, seu sortes per tesseras aleatorias jactæ: unde postmodum *Jeu de Dé* effictum. vix enim *jeu* à *jocus* deduxerim: nam cùm id nominis solis ferè taxillorum vel *chartarum* ludis tribuatur, in quibus ut plurimum damnum, vel lucrum sorte decernitur, admodum probabile est ita appellatas aleas, & alearum sortes, atque inde cæteros quos dicimus ludos. Porrò *Juis*, judicia Dei appellari in voce *Juisium* pluribus ostendimus: *Dé* autem pro Deo usurpatum docemur ex veteribus Poëtis nostratibus. *Le Roman de Hues de Tabarie MS.*

Che dit li Rois, Par le grant Dé,

Le Roman de Thibaud de Mailly MS.

Ains scai à escient qu' ils auront plus bouté,
Que n' en ot saint Thomas, qui fut occis pour Dé.

Le Chariot de Nismes:

Bonne chanson plest vous à escouter,
Del meillor homme qui ains creust en Dé,
C, est de Guillaume le Marquis au cort nez,

Philippus *Mouskes MS.*

Et à son fil à remandé
Qu' il ot par la grace de Dé, &c.

Sed & crebrius *Dex*, & *Diex*, pro *Deus* usurpatum reperire est, unde efformata vox *Decius*.

Dadus, eadem notione, Italis & Hispanis *Dado*, Gallis *Dé*, Occitanis *Dat*. Constitutiones Neapol. lib. 3. tit. 57. *Qui ad dados sic ex quadam consuetudine ludunt.* Mox: *Qui aleas & dados tenent, ut eà prædictis ludentibus accommodent, inter infames habentur.* Vide VV. CC. Ægidii Menagii & Octavii Ferrarii Origines linguæ Italicæ.

DECLAMATIO, pro *Clamatio*, Vocatio in jus, calumnia, rei repetitio. Occurrit apud Baldricum in Chr. Camerac. lib. 1. c. 85. & in Decretis S. Ladislai Regis Hungar. lib. 3. c. 9. Vide *Clamare*.

DECLARARI, apud Gromaticos, dicuntur fines confusi, cùm ad veram limitum signorumque finalium auctoritatem per Agrimensores redintegrantur. Rigalt.

DECLINATIO, Gradus, descensus, *Descente*. Gesta Innocentii III. PP. pag. 149. *In declinatione Basilicæ B. Petri, coràm innumerà multitudine, ipsam excommunicavit.*

DECLIVITAS. Liber de Disciplina Scholarium falsò Boëtio adscriptus, in Procemio: *Ingenii declivitas, animarumque tenacitas, &c.*

DECLUDERE, *Bellicare*. Ita Ugutio.

DECLUERE, *Decorari*. Glossæ Isid. Vide *Cluis*. Apud Papiam, *Decluere*, est *decurtare*.

DECOCTIO, *Apozima*; *elixatura*. In Glossis MSS. ad Alexandr. Iatrosoph. Occurrit passim apud Medicos.

DECOLLARE, idem quod *Decervicare*, Caput amputare, securi cædere. Gl. Lat. MS. Regium: *Decollat; decapitat, plectit.* Gl. Lat. Gr. *Decollo*, ἀποκεφαλίζω. *Decollat*, ἀποκεφαλίζει, ἐκτραχηλίζει. Gl. Gr. Lat. τραχηλοκοπῶ, *Decollo*. τραχηλοκοπία. *Decollatio*. Alibi: ἀποτέμνω κεφαλὴν, *Decollo*. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 39. §. 1. *Annonam qui noctis tempore furatus fuerit, suspendetur; si in die, decolletur.* Adde l. 3. art. 1. §. 2. Utuntur præterea Suetonius in Caligula c. 32. Seneca lib. 3. Controvers. Aurelius Victor in Didio Juliano, &c. S. Hieronymus lib. 2. adversus Jovinianum cap. 17. Epist. 61. cap. 15. &c. Notandum porrò Græculos ævi posterioris vocem ἀποκεφαλίζειν, non semper pro *decollare*, sed interdum pro *occidere*; aut *cædere* usurpasse. Origines CP. à Lambecio & Combefisio editæ, de Crispo Constantini M. filio, quem constat *veneni frigore extinctum*, ex Sidonio lib. 5. Ep. 8. Ὅν λέγουσιν ἀποκεφαλισθῆναι ὑπὸ τοῦ πατρός. Et de Arcadio sanctæ Irenes Diacono: Σκυτάλαις ἀποκεφαλίσθη, *Fustuario occisus est*. Hodie *decollatio*, ut & olim apud Græcos, nobilior & nobilium pœna censetur. Xenophon. lib. 2. Ἀναβ. Ἀποτμηθέντες τὰς κεφαλὰς, ὅπερ κάλλιστον θανάτων ἐδόκει εἶναι.

Decollare, Vox fori Aragonensis, cùm animal in loco *defenso* capitur, & occiditur à domino loci defensi. Martinus Didaci *Daux* Justitia Aragon. in Observantiis Regni Aragon. lib. 6. de Generalib. privileg. Regni Aragon. §. 36. *Item quod dicitur de area ad aream, intellexerunt quidam, ut etiam aream primam possent transcendere villam totam, & ex alia parte villæ pascere. — & intelligitur de area ad aream; & de sole ad solem; nam de nocte non possunt, ut prædicitur, inibi remanere; quin fiat Decollatio; imò debent redire suaganata ad aream villæ vel prope qualibet die, &c.* Et lib. 7. tit. de Pascuis; §. 5 *Si vedalarii viderint oves in vetato, & antequam ipsi eas capiant, extraxerint inde, non possunt aliquam decollare extra vetatum.* Vide *Defensum*, *Vetatum*.

Decollati sotulares. Concilium Salmuriense ann. 1276. c. 5. *Nec in super Canonici ipsi regulares decollatos aut nodatos habeant solutares, nisi tres nodos ad minus habeant in quolibet sotulari.*

DECOLORARE, *Fuscare*; Joanni de Janua, Infamia notare; dehonestare: Ex *Decolor*, voce Latinis nota, apud quos, ut ait Donatus ad 8. Æneid. *dicitur qui ex optimo colore & splendido in sordidum aspectum convertitur.* Occurrit in lege 19. C. de Episcop. & Cleric. l. 44. C. Theod. eod. in Nov. Martiani de Matrimon. Senat. apud S. Cyprian. in Præfat. ad tractat. de Cardinalibus operib. Christi, S. Augustin. Epist. 5. 67. 159. lib. de Unico Baptis. cap. 16. in Gestis Collat. Carthag. part. 1. c. 5. part. 3. cap. 29. apud S. Ambrosium Epist. 4. 19. S. Zenon. Veron. Serm. de Pudicitia, Gelasium PP. in Epist. ad Episcopos Orient. Lampridium in Severo, &c.

Decolorare, Coloribus ac pictura adumbrare. Burchardus Monach. de Casib. S. Galli c. 2. *In sinistra verò parte dormitionem S. Joannis cùm decolorasset, sibi etiàm inibi altare ædificavit.*

Decolorosus; Decolor, qui colorem amisit, apud Adamannum lib. 3. de Vita S. Columbani.

DECOMITARE. Vide *Baro*.

DECONTRA; Juxta. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 34. *Finita verò locutione, statim debent qui de contra sedent, in ea parte in qua sedet conventus, sessum ire.* Papias: *De contra video, usu dicitur, non ratione.*

DECORATOR, *Fullo*, in Gloss. MS. Regio Cod. 1013. & Isidori. Papias: *Fullo, lavandarius, decorator.*

DECOREA, Vide *Decuria*.

DECORIARE, Loris cædere, Gallis *Escorcher*. Gl. Lat. MS. Regium: *Degluit*, (leg. *Degluvit*) *decoriavit*. Gloss. Gr. Lat. ἐκδερῶ, decorio ἐκδέρω, decorio,

corio, deglubo. Ἀποδέρω, *diſcorio, degluvo.* Martyrologium Gellonenſe, de S. Bartholomæo: *Ad ultimum in Albano majoris Armeniæ urbe vivens à barbaris decoriatur.* Lex Ripuar. tit. 76. c. 6. *Corio cum capite decoriato.* Ita præferre Cod. MS. monet Baluz. ubi alii habent *decorticato.* Otto de S. Blaſio c. 39. *Et quendam læſæ Majeſtatis convictum pelle exutum decoriavit.* Decreta S. Stephani Regis Hungar. lib. 2. c. 26. *Si quis fornicatur cum ancilla alterius, ſciat ſe reum eſſe criminis, & pro eodem crimine decoriari Si verò ſecundò cum eadem fornicatus fuerit, iterum decorietur & depiletur.* Vide *Excoriare.*

DECOROSUS, Εὐπρεπὴς, *Pulcher, Decens,* in Gloſſ. Gr. Lat. Papias & Gloſſ. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Decoròſus, Decoratus.*

DECORRIGIARE, & *Excurrigiare, Corrigiam ſolvere,* Ugutioni.

DECORPORARE, Avellere, detorquere, quaſi à corpore ſeparare. Vita S. Caſtrenſis Epiſc. c. 1. *Quo pacto mentes fidelium à tramite ſanctæ fidei decorporare valuiſſent.*

DECORTICARE, Corticem auferre, noſtris, *Eſcorcher.* Gloſſ. Græco-Lat. Ἀπολεπίζω, *decortico.* Gloſſ. Lat. Gr. *Decorticat,* λεπίζει δένδρον. Hinc *arbores decorticare.* Lex Salica tit. 28. §. 10. *Si quis milliarium, aut pirarium decorticaverit.* Charta Henrici Imp. ann. 1014. apud Ughellum in Epiſ. Novarienſib. *Caſtra dirupta, domus everſæ, vineæ inciſæ, arbores decorticatæ, &c.* Statuta Provinciæ: *Si quis arbores — eradicaverit, vel inſciderit vel excorticaverit, &c.* Fori Bencharnenſes, Rubr. de Boſcages: *Qui eſcorchera quaſſo, o tauſin, &c. Les arbres cerner,* in Stabilimentis S. Ludov. lib. 1. c. 26.

Decorticare caballum, in Lege Salica tit. 68. §. 1. *Si quis caballum alienum ſine conſenſu poſſeſſoris decorticaverit, &c.* Titulus habet, *de caballo excorticato.* Sic etiam habetur vox *Excorticare,* eadem notione in Lege Ripuar. tit. 86. & in Edicto Rotharis Regis Longob. tit. 105. §. 15. 16. At Bignonius ad dictum tit. 68. Legis Salicæ monet in aliquot Codd. MSS. haberi *decotaverit,* id eſt, caudam abſtulerit, aut *cortaverit.* Ita ut *decorticare* perperam ſcriptum ſit pro *decurtare:* nam & *curtatos caballos* dici ſuprà obſervatum, quibus cauda deciſa eſt.

DECREDERE, Non credere, fidem derogare, *Décroire: Mecroire,* in Statutis S. Ludovici l. 1. c. 54. 66. S. Bernardus Epiſt. 289. *Intervenit Andreas, cui in nullo decredere poſſumus.* Iterum Epiſt. 291. Petrus de Vineis lib. 2. Epiſt. 2. *Cui nullo modo ex fide poſſemus promiſſa decredere, nec ex affectione preces quantumcunque graviſſimas ob audire.*

Diſcredere, eadem notione, Commodianus Inſtruct. 1

— Quod diſcredunt inſcia corda.

Inſtruct. 25.

Ergo ſi quis ea diſcredit eſſe futura.

Adde Inſtructionem 29. 65. Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus: *Domnus Rex — qui priori die dixerat ſe mihi nihil ex ſua parte diſcredere, minatus eſt, &c.* Sanctus Bernardus Epiſt. 158. *Multi ſe audiviſſe nunc perhibent, quibus diſcredendum non eſt.* Utuntur non ſemel Scriptores, Beda in Epiſt. Apologetica p. 2. Ailredus Rievallenſis, Fulbertus Carnotenſis Epiſt. 4. Sugerius apud Doubletum p. 875. Simeon Dunelmenſis lib. 4. de Dunelm. Eccleſia cap. 6. Baldricus Dolenſis in Translat. capitis S. Valentini num. 2. Vita S. Deicoli Abb. Lutrenſis n. 15. Vincentius Belvac. lib. 31. c. 86. Ratherius Veron. in Apologet. p. 231. Orderic. Vital. p. 370. 739. Ermenricus de Mirac. S. Othmeri cap. 21. &c.

DECRETA, Juriſconſultis, dicuntur quæ Princeps cauſa cognita & parte utraque audita pronuntiat. Gloſſæ Baſilic. Δέκρετον, ἀπόφασις βασιλέως ἢ ἄρχοντος. At ſequiori ævo obtinuit, ut Summorum Pontificum Edicta & Statuata proqria appellatione *Decreta* appellarentur. Papias: *Decreta, inſtituta propriè Papæ ſunt, præcepta verò Regum.* Ejuſmodi verò Decreta, *Decretalium regulas, & regulas Præſulum Romanorum, quibus in omnibus Eccleſiaſticis judiciis utimur,* vocat. Leo IV. PP. in Epiſt. ad Epiſcopos Britanniæ c. 6. Nicolaus I. in Epiſt. 6. ad Photium: *Decretalia autem quæ à ſanctis Pontificibus primæ Sedis Romanæ Eccleſiæ ſunt inſtituta, cujus auctoritate atque ſanctione omnes Synodi & ſancta Concilia roborantur, & ſtabilitatem ſumunt, &c.* Adde Concilium Romanum ann. 863. c. 5. De auctoritate vero Decretorum Summorum Pontificum, multa habent præterea idem Nicolaus I. PP. Epiſt. 42. Concilium Romanum an. 1074. c. 3. Bernaldus Presbyter Conſtantinenſis l. de Reconciliat. lapſorum p. 259. 260. &c.

Decreta iſta Pontificia, atque adeò Conciliorum Canones præcipuos, in unum corpus ſub certis titulis redegere Regino, Burchardus Wormacienſis, Anſelmus Lucenſis, & Ivo Carnotenſis: deinde Gratianus, qui ſub Eugenio PP. III. vixit, cujus Compilatio quòd ab Eccleſia recepta ſit, prima dici ſolet, de qua copioſè egit vir doctiſſimus Stephanus Baluzius in Præfatione ad Antonii Auguſtini Dialogos de Emendatione ejuſdem Gratiani.

Exhinc, aliam Decretalium Collectionem aggreſſus eſt Bernardus Circa, Papienſis Præpoſitus, mox Faventinus Epiſcopus, & ſub iiſdem ferè titulis, quibus Gregoriana Collectio hodie conſtat, redegit. Hanc ipſe *Breviarium Extravagantium,* alii poſtea *Primam Collectionem Decretalium* appellarunt. In ea extant Alexandri III. Lucii III. & aliorum ad Cæleſtinum III. reſcripta.

Secundam Collectionem Bernardum imitati confecere Gilbertus atque Alanus, quibus nomen præripuit Jo. Gallenſis Volaterranus, qui poſt 12. à prima Compilalatione annos, eorundem Pontificum Reſcripta collegit, itemque Cæleſtini III.

Tertiam Collectionem incœperat Bernardus Major Compoſtellanus Archidiaconus ex Regiſtris Innocentii III. eaque aliquando *Romana Compilatio* dicta eſt. Sed offenſi Romani quòd uſu judiciorum minùs recepta referret, ab eodem Innocentio impetrarunt, ut Pontificia auctoritate aliqua Collectio ederetur. Cui rei Petrus Beneventanus Notarius præfectus eſt anno ejuſdem Pontificis duodecimo. Tunc primùm publica auctoritate facta Collectio Juris Pontificii eſt, cùm ſuperiores omnes Collectiones privata auctoritate exaratæ eſſent.

Quartæ Collectioni cauſam præbuit Concilium Lateranenſe, in quo idem Innocentius capita 71. eddit, ſed & illo quinquennii ſpatio poſt tertiam Collectionem aliquot ediderat Conſtitutiones, Ita duplex extat Editio, altera Canones ejus tantùm Concilii continens, altera alias quoque Conſtitutiones. Has quatuor veteres Collectiones edidit Antonius Auguſtinus, Ilerdenſis Epiſcopus, & notis illuſtravit.

Quinta Collectio Honorii III. Conſtitutiones habet à Tancredo Bononienſi Archidiacono collectas ſub ipſius Pontificis nomine. Hanc edidit Innocentius Cironus. Vide Anton. Auguſt. ad Collect. Decret. Franciſc. Forentem in Præfat. ad lib. 1. Decretal. Gregor. IX. & Cæſarem Egaſſium Bulæum in Hiſt. Univerſitat. Pariſienſis tom. 3. p. 98.

Decretiſta, Qui ſtudet in Decretis. Jo. de Janua. Utitur Cæſarius l. 11. c. 46. *Magiſtri Decretiſtæ,* qui Profeſſores Juris Canonici, in Charta ann. 1228. apud Catellum in Hiſt. Toloſ. p. 334. Otto de S. Blaſio c. 47. *Decretiſtas quoque de multis inutilibus & lectionem gravantibus concordantiis reprehendit.*

DECRE-

DECRETUM, Epistola Cleri & populi Ecclesiæ Episcopalis Missa ad Metropolitanum & Episcopos diœceseos Metropolis, quâ eum, quem in Episcopum elegerunt, ab iis ordinari & consecrari postulant. τᾶς χειροτονίας τὸ ψήφισμα, Palladio in Vita Chrysostomi p. 39. Edit. V. Cl. Emerici Bigoti. Istiusmodi Epistolæ formula extat in Ordine Romano, hoc lemmate: *Decretum quod Clerus & populus firmare debet de electo Episcopo.* Aliæ complusculæ habentur in Diurno Romano cap. 2. tit. 2. 3. 4. cap. 3. tit. 1. apud Sirmondum ad calcem tomi 2. Concil. Gall. p. 647. & seqq. & to. 3. p. 430. apud Petrum Priorem S. Joan. Senon. Epist. 3. Usserium Armachanum in Epist. Hibernicis Epist. 25. 33. 40. in Probat. Hist. Cabilonensis tom. 2. p. 78. Gul. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. p. 354. &c. Adde Anastasium in Canone PP. & Ordericum Vital. lib. 10. p. 776.

Decretale verò in Diurno Romano cap. 3. tit. 3. appellatur. Epistola cleri & populi ad Papam, vel ad Metropolitam, qua rogatur, ut electus consecretur Episcopus.

Per *decretum* verò fieri dicitur Episcopus; qui à Clero & plebe legitimè electus est, & postea à Metropolitano & Episcoporum consessu publicè decernitur Episcopus, viso electionis decreto, ab omnibus rite subscripto. Ita in Epistolis Symmachi I. PP. 5. & 6. ad Cæsarium Arelat. in Concilio Arvern. c. 2. Aurelian. IV. c. 5. Aurelian. V. c. 11. Suession. II. act. 1. 3. &c. Gregorius Turon. de Vita S. Maurilii Episc. Andegav. MS. c. 13. de ejusdem Sancti electione: *Ideoque in unum non valebant venire decretum.* Infrà: *Mox pari mente ac voto in unam venere sententiam.* Vide Liberatum Diac. c. 20. Epistolam synod. Concilii Tricassini ann. 867. Epist. Cleri Senonensis tom. 2. Concil. Gall. Gregorium M. lib. 2. Epist. 19. lib. 7. Ind. 2. Epist. 51. 52. 89. Joannem VIII. PP. Epist. 221. Lambertum in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 7. veterem Schedam de Episcoporum ordinat. editam post Capitularia Baluziana pag. 1372. eundem V. Cl. in Notis ad Concilia Narbon. p. 161. & Notas nostras ad Cinnamum.

DECRIMINARE, In crimen vocare, accusare. Rotharis Rex Longob. tit. 4. Legis suæ §. 3. *Si quis uxorem suam decriminaverit—quasi adulterasset, &c.*

DECUBARE, *Vigilare*, Ugutioni: ἐκκοιτεῖν, Græcis. Wallones etiam nunc dicunt *Découcher*, pro *de lecto surgere.* Gloss. Lat. Gr. *Decubis*, μυηςὴρ, ἐξώκοιτος. Vide *Excubiæ.*

DECUBLÆ, Joan. de Janua: *Decubiæ, vigiliæ, vel quod vulgò dicitur Paleæ mulieris. unde dicitur, Hæc jacet in decubiis, & dicitur à Decumbo, vel a Decubo, quod est jacere in partu, vel in infirmitate.* Ugutio MS. habet, *Vigiliæ, quæ vulgò dicuntur Palamulieres*: ubi fortè *palæ*, idem valet quod *pallidæ*, cujusmodi esse solent illæ quæ vigiliis gravantur.

DECULARE, Papiæ; *Decurtare*, quasi culum abscindere.

DECULPARE, Culpam eluere, vel à se aut ab aliquo amoliri, Gallis *Déculper.* Consuetudines Lorriaci: *Contra petitionem impetentis per solam manum suam se deculpabit.*

DECULTUS. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 39. §. 3. *Si requirere neglexerit, quod per fraudem decultum est, &c.* In margine scribitur, *ablatum*, vice glossematis.

DECUMANI, in Ecclesia Mediolanensi, quos modò *Capellanos titulares* vocant, ut auctor est Joan. Puricellus in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ p. 375. 376. quæ quidem *Decumanorum* nomenclatura tum primùm legitur circa annum 1060. *Canonici decumani*, in libro cui titulus *Flos Florum*, fol. 86. pag. 2. *Ipse beatus Simplicianus* 24. *Canonicos Decimianos* (leg. *Decumanos*) *in Ecclesia majori ordinavit.* Unde licet colligere eosdem esse quos nostri *Canonicos Vicarios*, de quibus suo loco diximus, appellant. Charta Galdini Archiep. Mediolan. apud Ughellum tom. 4. p. 221. *Sedes autem & stadia Sacerdotum vel Diaconorum ad vos solos spectare decernimus, adeo ut in ipsis sedibus vobis præsentibus nulli Decumanorum sine vestra jussione sedere liceat: nec ad stadia, cùm Missam cantant, per medium Chorum ante vos transeant, sed more solito post sedes vestras ad altare ascendant. Canonici Decumanorum*, in Charta an. 1200. apud eundem p. 1163. 1171. Decumanorum Ecclesiæ Mediolanensis crebra est mentio in veteribus Tabulis apud eundem Puricellum p. 359. 360. 369. 375. 413. 425. 541. &c.

DECURIA, idem quod *Decenna.* Vide suprà.

Decuria, nota X. seu incisio quæ in arboribus fieri solet, cùm terminorum vicem obtinent. Lex Wisigoth. lib. 8. tit. 6. §. 1. *In arboribus — faciat 3. decurias, quæ vocantur Characteres.* Lex Bajwar. tit. 11. cap. 3. §. 2. *Si hæc signa defuerint, tunc in arboribus notas, quas Decoreas vocant, convenit observare.* Quæ totidem verbis habentur in Lege Wisig. lib. 10. tit. 3. §. 3. At in Lege Bajwar. Edit. Heroldi cap. 15. tit. 3. §. 2. sic habetur: *Si hæc signa defuerint, tunc in arborum notis, quas Decorticatas vocant, convenit observare, &c.* Papinian. Respons. tit. 39. *aut arbores terminales quæ Decoreas accipiunt.* al. *decurias. Decussum & Decum* vocant Gromatici. Auctor incertus: *Terminus si decum X. habuerit, quadrifinium exponet.* Innocentius habet *decus & plumbum & quaternarios & calcem. Petræ decussatæ, lapis decussatus*, apud Siculum Flaccum. *Decusa* eadem notione non semel habetur in charta edita à Mabillonio lib. 6. de Re diplomat. p. 464. Vide *Dextri.*

Decuria, Δέκας. *Decuriæ pellium tentoriarium triginta*, in Epistola Valeriani apud Pollionem in Claudio, sunt fasciculi decem pellibus constantes.

DECURIALES, qui erant ex decuriis urbis Romæ, & acta omnia & monumenta servabant, præcipuè sententias judiciorum, &c. vide Henric. Valesium ad lib. 5. Socrat. cap. 18.

DECURIANUM, Decuria, Decenna. Charta Raymundi Comitis Tolosani an 1236. in Regesto Tolosano pag. 51. qua fortericiam de Lugano emit: *Vel in allodio, vel in territorio, aut decuriano de Luganno, scilicet homines & feminas, — domos & casales, &c.*

DECURIARE. Gloss. Lat. Gr. *Decuriat*, & *decimat*, δεκατεύω, δεκατοῖ.

Decuriare, In ordinem redigere. Charta Edgari Regis Angl. tom. 1. Monastici Anglic. p. 243. *Si verò crimen — loci Procurator commiserit, agatur rationabiliter de eo, quòd de Regis agitur Præposito, ut videlicet, eo rite decuriato, ac justo ordine depulso, ille qui dignus sit Christi designetur.* Alanus de Planctu naturæ: *Organicorum quoque artificum decuriata pluralitas prædicti hominis decorabat incessum.* id est, ordinata.

DECUSATIM, *Honorabiliter, aptè*, in Gloss. MSS. S. Germani Paris. Cod. 524.

DECUSSARE, in Breviloquo, *Adornare, venustare, inde decussatus, ornatus.* Gl. MSS. *Decuso, orno.* Papias: *Decusata, ornata.* Alibi: *Decussare, honorare.* Vita S. Deicoli Abb. Lutrensis n. 4. *Juxta ordinem situum Metensem opulentissimam urbem video non mediocriter decusatam, cui tantùm Divinitas considere dignata est, ut &c.* Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi c. 12. *Cùm unumquodque membrum sua pulcritudo compsisset, collum tamen ita candidulum, & quasi ad normam videndi decusatum habebat, ut vix aliud tam gratiosum vidisse te putares.* Baldricus Dolensis in Prologo MS. ad Vitam B. Hugonis Archiep. Rotomagensis: *Nulla decusata sculptura vel politura, &c.* Abbo lib. 2. de Bell. Parisiac.

—— *Decussata tuos gemmis nisi zona*
Nulli fovet lumbos, &c.

Ubi Glossa ejusdem Abbonis, *decorata.* Henricus Rosla in Herlingsberga:

Incedit primus regali matre creatus,
Regalem decorans meritis regalibus ortum,
Quando decusatur, sibi conveniunt genus & mos.

Epist. Joannis XIII. PP. ad Adalberonem Archiep. Remensem: *Monasterium Monachorum religione decussatum.* Utuntur Saxo Grammat. lib. 3. Petrus Damian. lib. 7. Ep. 2. Vita S. Heldradi Abbat. Novalic. n. 2. Thietfridus Epternac. lib. 2. c. 6. & alibi, & alii.

Decussatim, Decenter. Frodoardus in Benedicto PP.

Electumque decussatim splendore venusto
Affectum repetunt.

DECUSSIO. Rogerus Hovedenus p. 785. *Clerici verò vestri per Cardinalem commotione præmissa ad resignandos reditus quos interim perceperint, cum districtione cogentur, nisi aut auctoritate Romanæ Ecclesiæ, aut decussione 6. mensium juxta Lateranense Concilium, excepto tempore suspensionis, poterunt se tueri.* Ubi fortè legendum *decisione.*

DEDASCULUS, pro *Didascalus*, διδάσκαλος. Althelmus de Laude Virginum:

Porro conflictum gessit dedasculus idem
Contra bis senos certantes arte Magistros.

DEDBANNA, Leges Henrici I. c. 85. *Qui ad occidendum aliquem innoxium redbanna, vel dedbanna fuerit convictus, noxæ componat inde solus.* Voces confectæ ex Saxon. ꝺæꝺbana, homicidii auctor & factor, ex ꝺæꝺ, factum, & bana, homicida, vel homicidium. ꞃæꝺ-bana, maleficii, vel homicidii consiliarius & suasor, ex ꞃæꝺ, consilium, & bana, homicidium.

DEDECOROSUS, Turpis, infamis. Salvianus lib. 9. de Gubern. Dei: *Dum inter turpia ac dedecorosa videmus, scelera committimus.* Lex 13. Cod. de Th. de Hæret. *Qui docere se dicunt, quod aut nescire, aut dediscere sit dedecorosum.* Utitur etiam Aurelius Victor in Maximiano. Vide *Decorosus.*

Dedecorosè, apud eundem Aurelium Victor. in Nerone.

DEDECUS *Curiæ.* Liber de mulctis judiciariis in Præpositura Bituricensi editus à Thomasserio, cap. 1. *Et est assavoir que le Prevost de Bourges ne paie nulle amende de sentence qu'il donne contre aucune personne; car il est Juge Royal, & pour ce ne doit nulle amende, & n'y a que* Dedecus Curiæ.

DEDICARE, Incipere. S. Cyprianus Epist. 33. de Lectore: *Hoc die auspicatus est, dum dedicat Lectionem.* Commodianus Instr. 53.

Ille parat dona, ille pro victoria lætus
Suscepit, & proprium satellem dedicat esse.

Gesta Constantini M. *Palatium usque adperfectum fecit, quem non dedicavit.* i. incœpit. Vox etiam Tertulliano familiaris.

Dedicare. Gillebertus Lunicensis Episcopus de usu Ecclesiastico: *Dedicat etiam Pontifex atrium, templum altare, tabulam altaris. Dedicare enim est locum Deo offerre, benedicere, & sanctificare.*

DEDICATIO, Festum Dedicationis Ecclesiarum. Gloss. Lat. MS. Regium: *Dedicationes, Encænia.* Seu potiùs dies festus Sancti cujuspiam Ecclesiæ vicanæ patroni, qui non ipsorum duntaxat vicanorum, sed etiam vicinorum pagensium concursu celebrari solet: unde Regiis olim securitatum privilegiis munitus legitur. Leges Edwardi Confess. c. 3. *Ad Dedicationes, ad Synodos, ad Capitula venientibus — sit summa pax.* Ibidem: *In Parochiis, in quibus Dedicationis dies observatur.* Vide Consuetudinem Insulanam art. 29. De populorum concursu annuas dedicationum festivitates, sic Gregorius M. Homil. 14. in Evang. *Certè sicubi populus nundinas celebraret, si ad alicujus Ecclesiæ dedicationem denuntiata solennitate concurreret, festinaremus omnes simul in veniri, & interesse unusquisque satageret, &c.* Vita S. Popponis Abbatis n. 4. *Ac deindè eundem encæniorum diem ex concursu populi ulteriùs celebrem decrevit. Unde etiam usque in præsens, undecunque à populis, ad præscriptum diem accurrendi mos inolevit.*

In ejusmodi verò dedicationibus solennes epulas usu celebratas docemur ex Sidonio l. 4. Epist. atque inde postmodum dedicationis vocabulum in malam partem tractum est, ac pro comessatione publica sumptum, quòd qui ad ejusmodi festa in vicos ire solent, non tam pietatis, quàm comessationibus & ludicris indulgendi causa eò confluant: hinc etiamnum apud inferiores Gallos, *faire la ducace,* est genio & ebrietati indulgere. Gregor. M. l. 9. Ep. 71. *Et quia boves solent* (Angli) *in sacrificio dæmonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua solennitas immutari, ut die Dedicationis, vel Natalitio sanctorum Martyrum, quorum illic reliquiæ ponuntur, tabernacula sibi circa easdem Ecclesias, quæ ex fanis commutatæ sunt, de ramis arborum faciant, & religiosis conviviis solennitatem celebrent, &c.* Adde eundem lib. 1. Epist. 52. 54. & Joannem Diaconum lib. 2. Vitæ ejusdem Gregorii c. 37. Ejusmodi paganorum convivia & epulas ad anniversaria sacrorum suorum solennia attigit Gregorius Turon. in Vita B. Maurilii Episcopi Andegavensis MS. c. 20. Neque alia notione *Dedicationem* usurpavit Cæsarius Heysterbach. lib. 12. c. 41. *Miles quidam erat nomine Rundigerus, sic totus deditus vino, ut diversarum villarum dedicationes, tantùm propter bona vina frequentaret.* Quas quidem comessationes attigit etiam Paulin. Nat. 9.

Sed rursum redeamus in atria, conspice
Rursum impositas longis duplicato tegmine cellas
Porticibus, metanda bonis habitacula dignè,
Quos huc ad Sancti justum Felicis honorem
Duxerit orandi studium, non cura bibendi.

Idem infrà:

Verum utinam sanis agerent hæc gaudia votis,
Nec sua liminibus miscerent pocula sanctis.

Sanè Antisthenes ἑορτὴν, γαστριμαργίας ἀφορμὴν vocitavit. S. August. Ep. 56. *Voluptuaria sabbatorum convivia.* Et Sidonius lib. 1. Ep. 2. *Luxum sabbatarium* dixit, quòd festivis diebus in conviviis publicis privatisque major esset luxus, ut observat Sirmondus ad hunc locum. Sed ejusmodi convivia abrogavit Romana Synodus sub Eugenio III. c. 35. & Concilium Cabilonense c. 19. interdixit etiam Edgarus Rex in Canonibus Saxonicis c. 28. Anniversarios porro Dedicationis Basilicarum dies celebratos ex veteri consuetudine, docent Felix PP. IV. in Ep. apud Burchardum lib. 3. c. 58. & Sozomen. l. 2. c. 25. Vide quæ observavimus de Ædis Sophianæ encæniis.

DEDICERE, Contradicere, negare. Sugerius in Ludov. VI. c. 15. *Quòd siquid horum vestrates aut dedixerint, aut dicere dissimulando noluerint, &c.* Regiam Majestatem l. 3. c. 8. §. 10. *Sed si illum aliquod dedicatur, & per collationem probari poterit.* Statuta Willelmi Regis Scotiæ c. 29. *Potest bene warantiam illam dedicere.* Consuetudines Teneræmundæ ann. 1233. c. 18. apud Lindanum l. 1. Tener. c. 9. *Si verò aliquis ea quæ à Scabinis judicio, vel testimonio fuerint affirmata, dedixerit; unicuique Scabinorum qui dedicti fuerint, 60. sol. persolvet.* Eadem habentur in Libertatibus MSS. villæ S. Desiderii in Campania an. 1228. Adde Fletam l. 1. c. 31. §. 2. c. 38. §. 1. lib. 2. c. 44. §. 4. c. 50. §. 1. & Perardum in Burgundicis p. 266.

Desdicere. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Arag. fol. 36. *Dicat — quòd ille quem reptaverat, non meretur malum de facto illo unde ipsum reptaverat, & desdicat se ter, & sic alius sit salvus.*

Dedicere, *Devulgare*. Glossæ MSS. ad Concil. Antioch. c. 4. *Dedicerint, devulgarint.*

Dedictum. Gaufredus Monachus de Rebus gestis in causa Gisleberti Porretani: *Ergo sicut Rex, inquam, vestrum dictum & dedictum habetis.* Galli dicunt, *Vous avez vostre dit & vostre dédit.*

DEDILIGERE, Ab amicitia discedere, *Cesser d'aimer*. Stephanus Tornac. Epist. 71. *Confido quia quem dilexistis privatus, non dediligetis promotus.*

DEDIGNARE, Respuere, dedignari. Lex Aleman. tit. 41. *Et dedignet eum audire, & spernit eum.* Ita Edit. Heroldi. Ubi *dedignetur*, in aliis Edit.

DEDIGNE, Indignè. Chron. Nangii an. 1280. *Rex Franciæ ferens graviter dedignè, quod, &c.*

DEDITITII, Οἱ μὴ τὸ λυφθῦναι τῇ τῶν νικησάντων πολεμίων ἐξουσίᾳ ἑαυτοὺς ἐπὶ τρέψαντες, in Gloss. Lat. Gr. Speculum Saxonic. l. 3. art. 44. §. 2. *Et ex his qui juri derogabant suo, Dedititiorum conditioni subjiciebantur.* In l. 16. Cod. Th. de Tironib. *Dedititii* fœderatis junguntur: *Præcipuè sanè eorum servos, quos militia armata detentat, Fœderatorum nihil omnius & Dedititiorum.* Ubi *Dedititii* sunt, qui ultro ex gentibus ad Romana castra transibant, nullo ad id icto fœdere, & eorum copiis se se adjungebant, &, ut loquitur Ammian. l. 20. *Gentiles, qui relictis laribus suis ad Romanos transibant.* Vide *Lætitu.*

DEDOCERE. Goffridus Vindocin. lib. 3. Epist. 12. *Annuam pecuniam extorquere dedocuit.*

DEDUCTIO, Animi oblectatio, ex Gallico, *Déduit*. Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 52. de Judicibus: *Si à litigantibus aut impetrantibus esculenta & poculenta, seu injectas, aut deductionem recepisse — probentur.* Guill. *de Baldensel* in Hodœp. *Vidi psittacos mirabiliter instructos, gestibus suis homines mirabiliter ad deductionem provocantes.* Joannes de Beka: *Quam* (historiam) *vestræ reverentiæ pro quotidiana deductione transmittimus.*

Deductus, eadem notione, in Inquisitionibus de forisfacturis forestar. §. 13. Locum habes in *Tristia*. *Le Reclus de Moliens* in suo *Miserere*:

Chil qui ruevent les deduis faire,
Sunt chil qui querent les deduis.

DEDUCTIOR *paulo numerus*, Minor, in l. 11. Cod. Th. de Medicis.

DEDUCTORIUM. Sic appellat Paschasius Lilybitanus Episcopus in Epist. ad Leonem PP. canalem, per quem effluunt aquæ fontium baptismalium: *In cujus baptisterio nocte SS. Paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se repletur, paucisq; qui fuerint, consecratis, cum deductorium nullum habeat, ut venerat aqua, ex se se discedit. Cloaca* dicitur Gregorio M. Homil. 17. in Evang.

DEDUCTUS. Vide *Deductio.*

DEFABRICARE, Destruere. Epistola synodalis Concilii Duziac. I. *Pardulus Episcopus — altare S. Mariæ Laudanæ ipsius Ecclesiæ pulcrè satis ornavit, quod iste defabricavit.*

DEFALTA, Defectus, Eremodicium: ex Gallico, *Defaut*, vel Anglico *Defalte*: vox Practicis frequens. Habetur in Regiam Majest. lib. 1. c. 8. §. 11. cap. 12. §. 7. in Quoniam Attach. §. 4. apud Bractonum & Practicos Anglos passim.

Defalta, Negligentia, in Vitis Abbatum S. Albani p. 98.

DEFAMARE, *Convitiari, criminari, famam auferre.* Jo. de Janua.

DEFECTARII. Vide *Derectarii.*

DEFECTIVA *febris*, Intermittens, apud Cælium. Aurelian. lib. 2. Acutor. c. 10.

DEFECTUS. *Defecta prædia*, in Cod. Th. lib. 3 de Censitorib. *Defectæ domus*, in l. 3. de Indulg. debit. *Maisons defaites*, destructæ. Viri *fenei ac defecti*, in eadem lege, *Gens de paille*, uti vulgò loquimur. *Defectio prædiorum* in l. 12. Cod. Just. de Annona & tribut. *Abandonnement.* Decretum Synodi Sardic. in Fragment. S. Hilarii p. 35. *Oramus etiam, ut præcipias tot Episcopos qui Arimino detinentur, inter quos plurimi, qui ætate & paupertate defecti sunt, ad suam provinciam remeare.* Vide *Afanticus.*

DEFECTUS, Transgressio legis, statuti, in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ c. 12. §. 5. Charta Libertatum oppidi de S. Paladio in Biturigib. ann. 1279. *Dicti homines solvent de clamore 20. den. Paris. de defectu, 5. solidorum Parisiensium tantummodo, & nihil ultrà.*

Defectus justitiæ dicitur, cum judex, vel feudalis dominus, vassallo jus sibi fieri postulanti, vel planè denegat, vel Curiæ suæ placita differt ultra quàm Leges feudales permittant. Ita Philippus Bellomanerius MS. c. 61. cujus quidem delicti cognitio ad Regem nudè spectat. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 59. *Defectus justitiæ, ac violenta recti detentio primo, sic ..., ac tertiò secundùm legem requisiti, commune Regis placitum est super omnes.* Adde cap. 33. Vel certe ad dominum superiorem. Quippe ex Legibus feudalibus si vassallus dominum suum de *defectu justitiæ* in Curia domini superioris appellaret, & in Curiam domini sui jus ab eo recepturus remitteretur, ab illo pro arbitrio emenda mulctabatur. Si è contra dominus in justitia facienda defecisse convictus esset, jurisdictionem & Curiam, quam habebat in vassallum, amittebat, mulctabaturq; graviori emenda erga dominum superiorem; qui exinde sub vassallo jus dicebat. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 52. *Quant li Sires vee le Jugement de sa Cort, il ne tendra jamais rien de lui, ains tenra de celui qui sera pur dessus son Seigneur.* Petr. Fontanus cap. 13. *Se aucuns Sires est appellé de son homme de defaut de droit, & il est atains, il pert l'omage, & pert aussi respons en Cort.* Charta Philippi Aug. Regis Franc. an. 1214. in Tabulario Burgaliensi fol. 101. *Quòd Prior habere justitiam de hominibus de Coidris, & aliis de suo tenemento, donec Curia sua abjuretur pro defectu juris: & tunc venient ad Nonancourt partes ad faciendum jus & capiendum, &c.* Arestum an. 1224. apud Belforestum in Hist. Franc. *Joannes de Nigella è contrario respondebat, quòd ad Curiam Comitissæ nullo modo reverti volebat, quia ipsa defecerat ei de jure & de defectu juris illam appellaverat ad Curiam D. Regis, ubi paratus erat eam convincere de defectu juris.* Ita judicatum Arrestis Parlamenti ann. 1309. & 1311. quibus appellans de defectu justitiæ exemptus fuit à jurisdictione Comitissæ Atrebatensis, & ab omni hominio & fidelitate absolutus, dictusq; vassallus domini superioris. Et altero O. SS. an. 1279. idem judicatum fuit contra Regem Angliæ pro domino *de Gimel*. Regestum homagiorum Nobilium Aquitanorum an. 1273. fol. 44. *Bernardus Jordani de la Reer Miles — dixit per juramentum suum quòd multotiens requisivit dominam Constantiam, ut faceret sibi jus, & quòd non faciebat, & ei deficiebat in justitia: dixit quòd extunc nolebat esse de Curia del Sere, imo renunciabat omnino, & de hoc habebat Curia in testimonium.* Vide Stylum Parlamenti cap. 26. part. 4. & 5.

Extat in Reg. Parlam. signato *Olim.* fol. 127. Charta Phil. Regis Fr. mensis Jun. an. 1286. confirmata mense Mart. an. 1302. & à Philippo M. mense Martio ann. 1316. quo Regi Angliæ ad vitam concedit, ut neque ipse, nec illius Senescalli in terris, quas in Francia possidebat, ullam emendam incurrere possit ratione appellationum ab illis vassallis factarum ad Curiam Regiam, *super iniquo, pravo, & falso judicio, vel defectu juris, seu quocunq; alio modo, si super his aliquo casu succumbant, vel convincantur.* Quòd si ex appellanti-

appellantibus in eadem Curia succumbant, permittit Officialib. Regis Angliæ, ut mulctas & emendas, in quas ii incurrerint, possint exigere, &c.

Sed priusquam dominus de defectu justitiæ convinceretur, debebat vasallus appellans de defectu, duobus ejusdem feudi Paribus comitatus, per tres dies & tres quindenas dominum de recto sibi faciendo interpellare; quod quidem intervasallos nobiles obtinebat: nam ignobilib. seu iis qui *tenebant in villenagium*, aliæ erant non adeò solennes formulę, ut observare est ex eodem Bellomanerio c. 62. & 67. ubi hanc materiam plurib. exiquitur. Judicium igitur de defectu justitiæ agitabatur in Curia domini superioris, cotam feudi Paribus. Will. Brito l. 6. Philipp.

Jus tamen est, & turectum esse fateberis, ut qui
Sunt mihi subjecti, subeant examina nostri
Prima fori: quisi defecero, quod absit,
Judicio Parium tunc me tractabo meorum.

Vide Raguellum verbo *Déni de justice*.

Defectus servitii. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. c. 231. *Se le Seignor fait semondre ses homes par le Banier, ou par trois de ses homes, d'aler en Court, & ils n'evigenent, ils sont defaillis dou service, se ils ne sont essoignes, & que ils facent assavoir leur essoignes as trois homes, ou à Banier. Se il vont en la Court par la semonce dessusdite, celui qui se partira de la Court dou Seignor sans congie, tant comme elle sentera à celle fois, sera defaillant de service, &c.*

DEFEDARE, pro *Diffidare* in veteri Charta apud Beslium p. 393. *Contristavit se Hugo, & defedavit Comitem de se, &c.* Vide *Faida*.

DEFENDERE, Prohibere, vetare, Gall. *Défendre*. Leges Edw. Confess. c. 37. *Usurarios defendit quoque Rex Edwardus, ne remanerent in Regno.* Usos etiam hac voce notione ista constat priscos Latinos: occurrit enim in Fragmento Legis Agrariæ apud Gruterum 202. Claudium Quadrigarium, Ciceron. lib. 3. Offic. Vegetium lib. 4. c. 10. et alios.

Defensio, Inhibitio, in Lege Longobard. lib. 3. tit. 4. §. 3. & in Capitulis Caroli M. lib. 5. c. 130.

Defendere, Sibi defendere locum, agrum. Usurpare, sibi asserere, apud Aggenum, Siculum Flaccum, & Frontinum, in lib. 3. Cod. Th. de Maternis bon. & in Concilio Braccarensi an. 563. c. 21.

Defendere. Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 11. §. 1. *Quòd si canonem constitutum singulis annis implere neglexerit, terram dominus pro suo jure defendat; quia culpa sua beneficium quod fuerat consecutus, amittat, quia placitum non implesse convincitur.* Ubi terras defendat, videtur sumptum ex Novella 7. c. 3. §. *Quia verò*, versic. *Scire autem*. Quo loco vetus Interpres utitur verbo *defendere*, pro quo Julianus Antecessor reponit *prædia abstrahere*.

Defendere. Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. p. 307. *Canonici S. Pauli tenuerunt Brenes tempore Regis Edwardi, & se defendit pro octo hidis. Hæ hidæ geldaverunt & geldant cum Mortelake manerio Archiepiscopi, & ibi sunt computatæ.*

Defendere se per patriam. Vide *Patria*.

Defendere se per corpus suum, i. per duellum, ap. Bractonum l. 3. tract. de Corona c. 26. c. 32. §. 4. & alibi, ut & Practicos cæteros, & Scriptores Anglicos passim.

Defendere, Conservare, sibi reservare. Capitulare 2. an. 813. c. 10. *Unusquisque Comes de herba in suo Comitatu defendat, ad opus illius hostis, &c.* Vide *Defensa*.

DEFENSA, Tuitio, auxilium, *Défense*, in Historia Cortusior. lib. 1. c. 6. 10. & alibi non semel.

Defensa, dicitur ager, pratum, vel silva, ubi aut pascua seu animalia immittere, aut aliud quidpiam agere, quod iis noceat, non licet. Glossar. Græco-Lat. *Defensa λήïον ἐνδιωχθέν*. Ubi λήïον, est seges, seu ager consitus. Ita in Consuetudine Normanniæ art. 8. *Toutes terres cultivées & ensemencées sont en defens, de quoy les bestes peuvent legerement tollir les fruits. Deffens*, vel *deffais*, in Consuetudine Andegavensi art. 171. 192. *Deffois*, in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. art. 148. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 12. *Qui autem signum quod propter defensionem ponitur, aut injustum inter exscindendum, vel pascendum, vel campum defendendum -- reciderit, &c.* Honorius IV. PP. in Statutis pro Regno Neapol. an. 1285. apud. Rainald. n. 46. *Prohibemus ne quisquam pro animali silvestri extra defensam vel limites defensæ invento -- puniatur.* Henric. Knyghton an. 1352. *Idem Dux fecit instaurare prædictum parcum de feris defensæ Leistreeensis.* Idem an. 1390. *Dux Lancastriæ fecit magnam convocationem Magnatum regni ad venandum apud Leycestriam in foresta & defensa, & in omnibus parcis suis ibidem.* Occurrit præterea in Monastico Anglic. to. 1. p. 219. in Vitis Abbat. S. Albani p. 93. apud Beslium in Comitib. Pictav. pag. 475. tom. 4. Gall. Christ. p. 889. apud Ughell. tom. 7. Ital. sacr. p. 807. &c. Vide Leges Scanicas Andr. Suenonis lib. 10. c. 12.

Defensio. Charta Will. Ducis Aquitanor. ap. Beslium: *Fratribus Cœnobii S. Cypriani concedimus defensionem in aqua Chinni, secundùm consuetudinem meam: ut de cætero nemo sit qui audeat piscari -- sine licentia Abbatis, &c.*

Defensum, eadem notione. Charta anni 1218. in Tabulario Prioratus Belliloci In Normannia p. 162. *Decima dicta forestæ de pratellis, scilicet essartorum & omnium venditionum tam majorum quam minorum quocunque modo factarum & herbagiorum, defensorum & omnium rerum & proventuum ad dictam forestam pertinentium.* Monast. Anglic. tom. 2. p. 114. *Si ego meos porcos in parco meo, vel in aliquo alio defenso posuero.* Vetus Inquesta in Regesto Philippi Aug. f. 169. *Habet in foresta Andeliaci grossum merremium ad domum suam faciendam -- & tigna extra defensa.*

Forestæ & silvæ defensæ dicuntur, quòd iis frui nulli liceat, nisi quibus *usagii* aut aliud ejusmodi competit, aut in quibus venarii, nisi domino, non licet. *Bois de deffens*, vel *de gar de & deffense*, in Consf. Norman. art. 85. Nivern. c. 17. art. 4. *Bois deffensables*, in Andegav. art. 182. Cenom. art. 200. Vastani art. 18. Bituric. c. 10. art. 12. 13. 14. in Lothar. tit. 15. art. 7. *Bois vetez, dits vulgairement Bedats*, vetitæ silvæ, seu defensæ, in Consuetud. Aquensi c. 11. art. 12. 18. 20. Charta an. 1190. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 83. *Sed vetitum præfati nemoris & custodia ad Comitem spectant. Viæ vetatæ*, in Charta Ricardi Regis Angliæ apud Sammarthanos in Archiepiscopis Turonensibus. Capitul. 5. an. 819. c. 22. lib. 2. Capitul. c. 65. & Lex Longobardorum lib. 3. tit. 35. *De forestibus nostris, ut ubicunq; fuerint, diligentissimè inquirantur, quomodo salvæ sint & defensæ. Silvæ custoditæ*, in Concil. Suession. II. an. 853. c. 6. Capitulare de Villis c. 36. *Ut silvæ, vel forestes nostræ bene sint custoditæ.* Monastic. Anglic. tom. 2. p. 114. *Si ego meos porcos in parco meo, vel in haya, vel in aliquo alio defenso posuero.* Carta an. 1118. apud Ughell. in Episc. Bovinensib. *Si in die capti fuerint cum lignis de ipsa silva defensa, ad judicium ipsius & Præpositi judicentur.* Domesdei in Monastico Anglic. tom. 3. p. 306. *Memorandum quòd boscus de Naffoke debet esse in defenso, dum durat pannagium, videlicet a festo Michaelis usque ad festum S. Martini, ita quod aliena animalia cujuscunque generis domestica non debent teneri vel pasci in eodem sine licentia Firmariorum, per finem faciendum in eodem. Nemus in defensum ponere, & ab ipsius usagio arcere.* apud Perardum in Burgundicis pag. 139. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 172. *Haia Lire, & Haia de Aubenas inter cheminum Perre & semitam*

Deca-

Decani,& usq, ad habiam Catorum sunt deffensa. Spissa Bosci Arnaldi & deffensa Cellarii sunt deffensa, &c. Buissa a Comas defensable, in Consuetud. Andegavensi art. 32.33. *Garennes defendues*, in Consuet. *de Menetou* art. 23. Arvern. c. 28. art. 22. *de Trembleuy* art. 8.

Prata defensa, in quibus pascua & animalia immittere non licet à 15. Martii ad festum S. Crucis, ut est in Consuetud. Normanniæ art. 82. *Prez defensables*, in Consuetud. *S.* Aniani art. 3. Vastani art. 15. Cabrisii art. 6. Bituric. c. 10. art. 10. Burbonensi art. 525. Arvern. c. 28, art. 6. Lotharingiæ tit. 15. art. 5. Marchensi art. 354. Juliodun. c. 19. art. 1. Pictav. art. 196. Santon. art. 15. Aurelian. art. 147. Turon. art. 202. Lineriarum in Biturigib. art. 20. Lezaici in Biturig. art 10. *de Nançay* art. 22. &c. Lex Wisigoth. lib. 8. tit. 3. §. 12. *Qui in pratum in tempore quo defenditur, pecora immiserit*. Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Casin. c. 20, *Exceptis silvis, & cultis terris, & pratis defensis*.

Herba defensa. Capitulare an. 779. c. 17. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 139. & Lex Longob. lib. 3. tit. 4. § 3. *Nemo herbam alterius tempore defensionis tollere præsumat, nisi vel in hostem pergendo, aut Missus noster sit.* Adde Capitulare 2. an. 813. c. 10. Vide *Hospitalitas*.

Vinea defensa, Vignes & jardins sont defensables en tout temps, in Consuetud. S. Aniani. art. 4. Bituric. c. 10. art. 9. Burbonensi art. 526. & Pictavensi art. 194.

Venatio defensa, Chasse defensable a grosses bestes, in Consuetud. Andegav. art 36. Vide Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. art. 148.

Prædia defensa, Heritages defensables clos à fossez & haies, in Consuetud. Turon. art. 202. 203. S. Aniani art. 1. Bituric. c. 1, art. 7. Norman. art. 89. Sellensi art. 1.

Mare defensum, seu Palus. Vetus Charta apud Sammarthanos in Abbatibus Vallis S. Sthephani Santon. diœcesis: *Dederunt & furnum, & in saltibus parochiæ ad calefactionem furni necessaria, excepto defenso mari circumjacente.* Suprà *stagnum & palus* dicitur quod hic *mare* appellatur.

Aquæ defensa. Quoniam Attachiamenta cap. 87. §. 1. *Omnes aquæ, in quibus capiuntur salmones, ponuntur in defenso ad capiendum salmones a die Nativitatis vel Assumtionis B. Mariæ Virginis, usq, ad festum S. Martini.*

Defensa, Defesa, generatim pro loco pascuo, vel *prato defenso*, non semel in Chartis Hispanicis. Hispanis *deheja, Coto*, locus prohibitus. Charta Garciæ Fernandi Comitis æræ 1010. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 1. *Illo ganato Ecclesiæ S. Petri eodem foro habeas sicut de illis de illas villas ad pascendum per omnes terminos & in fontes, in paludibus, defensas etiam, & in molinaris, fluminibus, &c.* Infra: *Si non habuerit carreta directa, licentiam damus pergat per devesas, per terras laboratas, per vineas, & limites frangere, &c.* Alia Alfonsi Regis Castellæ æræ 1115. ibid. *Fontibus, vallibus, montibus, indefesis, paludibus, pratis, &c.* Alia Alfonsi VIII. æra 1227. ibid. *Cum collocus & solaribus, cum pratis, pascuis, aquis, nemoribus & defesis, cum montibus, &c.* Alia Ferdinandi I. Regis Castellæ æræ 1100. *Pratis, paludibus, defessis, ligneis, &c.* Adde eundem *Yepez* tom. 5. p. 444. b. & Michaelem *del Molino* in Repertorio p. 164. v. Vide *Devezum*.

Deffesium, idem quod *Defensum*. Charta Philippi Regis Fr. an. 1309. in 2. Regestr ejusdem Regis n. 85. ex Tabulario Regio: *In loco etiam prædicto & extra, mercaturas & denariatas suas vendere poterunt, consueta solvendo deveria, deffesiaq, de cuniculis in suis possessionibus facere, & in defenso tenere, prout alias fieri consuevit: & qui in dictis defensis venati fuerint, sicut de eo constiterit, emendis multabuntur.* Vide *Boalare*, & *Vetatum*.

Defensabilis domus, munita. *Maison de défense*, apud Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 173. Gesta Consul. Andegav. c. 11. n. 3. *Habentes singuli domos defensabiles. Naves defensabiles*, armis & Militibus instructæ munitæ, apud Knygthonum pag. 2424. *Le Roman du Renard. MS.*

Ne le garra, ne clef ne serre,
Ne mur, ne fossé defensable.

Joannes de Condato MS.

N'a forteresse ne de fens,

DEFENSIO, Asylum, immunitas. Suggestio germani Ep. tom. 1. Epist. Rom. Pontif. in Hormisda: *Et nisi misericordia Dei & DefensioS. Marci Basilicæ eruisset eos de manibus eorum, ibi perierant.*

Defensum, eadem notione, vel potius septum Ecclesiæ. Charta an. 1066. apud Joffredum in Nicia: *Donamus ad ipsam Ecclesiam — & hortos duos qui sunt juxta pratum Arnaldi, cum ipso defenso qui dicitur Altare.*

Defensio, Protectio. *Defensio sacri Palatii*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 2. §. 9. *Defensio & mundeburdis Ecclesiarum*, in Formulis veteribus c. 13. *Defensio Sacerdotalis*, in Concilio Toletano V. c. 72. *Defensio Religionis*, in l. 27. Cod. Th. de Episcop. Charta Edw. I. Reg. Angl. apud. Gui. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 3. p. 425. *Dedi etiam eis omnes Ecclesias non vacantes totius Defensionis meæ, in quibus jus advocationis habeam, &c.*

DEFENSIVE, Radulfus de Diceto an. 1153. *Defensivæ locorum seu Vicecomites locis statuentur statutis.* Et ann. 1198. *In Marchia principales defensive locorum prope munitionem illam — ad pugnam accincti concurrerunt hostiliter.* Sic porrò his locis vocantur *Vicecomites*, quibus locorum seu Comitatuum vel provinciarum cura commissa erat, quò vim & injuriam propulsarent, latrocinia compescerent, pacem publicam custodirent & ab omni injuria regios subditos conservarent.

DEFENSOR, Advocatus, in Cod. Th. l. 2. de Postulan. & l. 3. de Dilation. apud Symmachum lib. 8. Ep. 17. lib. 9. Ep. 28. lib. 10. Ep. 32. &c. Vide *Advocatus*.

Defensores Civitatum, Syndici, qui suscipiunt negotia civitatum, in Formula defensoris civitatis, apud Senatorem lib. 7. Ep. 11. Apud Ammianum lib. 25. *Silvanus Causarum defensor* dicitur, qui in Chronico Alexandri πολιτευόμενος, id est, *Decurio*. Vide leg. 7. & 18. D. de Munerib. & Honorib. Sed &

Defensores Civitatum dicti, ut olim Tribuni plebis, qui eligebantur civium decretis, in civitatibus quæ civium frequentiâ celebres erant, ut essent qui disciplinæ invigilarent, plebem & Decuriones ab omni insolentia compescerent, nautleros & mercatores tuerentur, tributa curarent, injurias patientium querelas exciperent, & alia ejusmodi quæ habentur in tit. Cod. Justinian. & Theod. de Defensoribus civitatum, de quibus adeunt præterea Desiderius Cadurcensis Episcop. Ep. 16. Marculfus l. 2. form. 27. Formulæ veteres c. 53. 54. Lex Wisigoth. l. 2. tit. 1. §. 26. l. 12. tit. 1. §. 2 Edictum Theoderici Regis c. 53. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 234. Epistola Severi Episcopi apud Baron. an. 418. n. 41. Symmach. lib. 1. Epist. 65. lib. 9. Epist. 35. Vide Cujac. in Paratit. & l. 3. Obs. c. 14. & Juretum ad Symmach. l. 9. Epist. 35.

Defensor, Tutor, in Lege Longob. lib. 1. tit. 30. §. 13. in Capitulis Caroli M. l. 4. c. 22. & in Cod. Theod. l. 3. & ult de Tutor. l. 1. de Adm. & peric. tutor. lib. 1. de Denuntiat.

Defensores Ecclesiarum, quorum Institutum à patribus Africanis manavit, qui ab Imperatoribus facultatem sibi dari petierunt, in Concilio Carthag. quod habitum est an. 407. *constituendi Defensores scholasticos qui in actu erant, vel in munere defensionis causarum, ut more Sacerdotum provinciæ, ii idem ipsi qui defen-*

defensionem Ecclesiarum susciperent, haberent facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quoties necessitas flagitaret, vel ad obsistendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi judicum secretaria. Ita Codex Canon. Afric. cap. 97. Ex quibus patet Ecclesias Africanas antea suos *Defensores* habuisse, sed ex ordine Ecclesiastico. Adde l. 38. Cod. Th. de Episcopis, & leg. 7. de Denuntiat. Vide *Advocatus.*

Erant & Ecclesiarum *Defensores* interdum ex ordine Ecclesiastico, uti diximus. In Concilio CP. sub Agapeto PP. Art. 2. Ἰωάννης ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος καὶ ἐκκλησιέκδικος τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας. De Defensoribus Ecclesiarum ex Clericorum ordine, agunt præterea Concil. Milevit. II. c. 16. Concil. Afric. c. 42. 64. Codex Can. Eccles. Afric. c. 75. 97. Epist. Gelasii I. c. 3. Hormisd. Epist. 25. sub fin. idem Gregor. M. lib. 1. Dial. c. 10. lib. 1. Epist. 25. 26. lib. 2. Ind. 11. Epist. 54. lib. 7. Ind. 1. Epist. 4. Ind. 2. Epist. 39. lib. 12. Epist. 30. Anastasius in Vitis PP. p. 72. Gregor. Turon. de Vitis Patrum c. 6. &c.

Defensores Romanæ Ecclesiæ, ex ordine pariter Clericali, quorum munus erat pauperum potissimùm & Ecclesiarum defensioni & utilitatibus invigilare, & ut legata ad pias causas relicta in eleemosynam pauperibus distribuerentur, ut est in formula Defensoris constituendi apud Gregorium M. lib. 4. Epist. 25. l. 7. Ep. 66. lib. 11. Epist. 21. & Senator. lib. 9. Ep. 15.

Mittebantur etiam à Summo Pontifice in provincias, ut implorantibus Apostolicæ Sedis auxilium adessent. Ita idem Greg. M. l. 1. Dial. c. 4. l. 2. Ind. 11. Ep. 36. l. 4. Ep. 4. l. 7. Ind. 2. Ep. 66. 67. lib. 9. Ep. 32. l. 10. Ep. 4. 47. l. 11. Ep. 52. Joan. Diac. l. 2. Vitæ ejusd. Greg. c. 53. Curabant præterea Patrimonia Romanæ Ecclesiæ in diversis provinciis constituta, ut est ap. Gregor. M. l. 7. Ind. 10. Ep. 17. Ind. 2. Ep. 24. l. 8. Ep. 39. & Senatorem l. 3. Ep. 45. Acta S. Sebastiani n. 68. de Cajo PP. *Tranquillinum fecit Presbyterum: S. Sebastianum autem, qui ad multorum profectum sub specie militiæ latebat, Defensorem Ecclesiæ instituit, cæteros verò Subdiaconos fecit.* Meminit *Tuti Romanæ Ecclesiæ Defensoris*, Felix III. PP. in Epist. ad Zenonem Imp. & in alia ad Monachos urbis CP. quem ait à se creatum *de provectioribus intra Ecclesiam Clericis*, nempe Romanam: nam de aliarum civitatum Clericis non deligebantur, ut est ap. Gregor. M. lib. 4. Ep. 25. Excogitatum istud muneris genus à Patribus Africanis, uti jam observatum, par est credere, ex Concilio Carthag. IV. c. 9. *Propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut defensores eis adversus potentias divitum, cum Episcoporum provisione delegentur.*

Horum numerum Romæ ad septem auxit idem Gregor. M. eosq; septem regionibus assignavit, ut ipse testatur lib. 7. Ind. 1. Epist. 17. ubi de eorum officio ac privilegiis agit, ut & ordo Romanus, in quo *Defensores Regionarii* dicuntur, ut & in Ep. 22. Pauli PP. in Ep. 3. Stephani III. PP. &c. Joan. Diac. in Vita ejusdem Greg. lib. 2. c. 20. *Septem ex Defensoribus honore regionario decorandos indixit.* Adde Anastasium in S. Hadriano PP. p. 110.

Primus Defensor, qui *Primicerius Defensorum*, in ordine primus ex septem Defensoribus Ecclesiæ Romanæ apud Gregor. M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 17. in Epistolis Pauli PP. 23. 24. apud Anastasium p. 65. tom. 4. Histor. Franc. p. 733. 757. &c. qui scilicet ad *primatus* gradum pervenit: Græcis Πρωτέκδικος, de qua dignitate multa Gretzerus, Meursius, Goarus, & alii congesserunt.

Subdefensor, qui à *Defensore* ad vices suas agendas interdum delegabatur. Gregorius VII. PP. lib. 6. Epist. 8. *Otlardo quoq; Subdefensori prædictæ possessionis.*

Defensores Senatus, in lib. 2. & 3. Cod. Th. de Prædiis Senator.

Defensores, in militia Græcanica, qui *Cursores* subsequebantur, ut eos defenderent, si ab hostibus ingruentibus aut cladem paterentur, aut propellerentur. Ita Glossæ Basilic. Leo in Tactic. c. 7. §. 37. 41. cap. 12. §. 78. & Mauricius laudatus à Rigaltio in Glossar.

Defensor navium. Sexta Synodus Act. 8. & 9. Ἀναστάσιος διάκονος καὶ νοτάριος πλοιέκδικος. Vetus Interpres *defensorem navium* vertit.

DEFENSUM, Prohibitio quævis, *Défense.* Statutum S. Ludovici an. 1255. c. 21. *Defensum autem bladi vel vini, aut mercium aliarum non extrahendarum de terra, sine causa urgente non faciant* Balivi. Vide *Defensa.*

DEFERCULARE, Fercula de mensa auferre. Vita S. Ottonis Episcopi Babergensis lib. 2. c. 11. *Mensa illorum nunquam disarmatur, nunquam deferculatur.*

DEFERTUS, pro *delatus*, in Gestis Regum Francor. c. 11. Vide *Fertum.*

DEFESANTIA, vox Practicorum Anglicorum, de facto quod infectum redditur, vulgò *Defeisance*, ex Gallico *Desfaire.* Vide *Defficere.* In Charta feodi, seu libro Anglico *Justice of peace*, p. 164. habetur *Indentura Defesantiæ inter partes, &c.* Adde p. 168. 169. &c.

DEFETARII. Ita *libros Consuetudinum* appellabant Siculi, ut auctor est Hugo Falcandus in Hist. de Calamitat. Siciliæ pag. 664.

DEFFESIUM. Vide *Defensum.*

DEFICERE, Destruere, *Desfaire.* Vita S. Mederici c. 13. *Interim venturus Pontem Carantonis, audivit quòd quidam fur nocte furatus esset, & defecisset pontem.*

DEFIBULARE, Fibulam detrahere, vestem exuere. Hugo de Cleeriis de Senescallia Franciæ: *Cùm verò primum venerit ferculum, Comes se defibulans, è scamno surget.* Ibidem: *Pallium, quo in Curia affibulatus erit.* Gallo-Belgæ etiamnum *Affuler*, & *Defuler*, alii *Affubler* dicunt, cùm pileus capiti aptatur, aut detrahitur.

DEFIGERE, *Defixiones.* Vide *Vultivoli.*

DEFINITOR, *Diffinitor*, Visitator. Offic. Monasticum, de quo Gregorius IX. PP. in Constit. pro Benedictinis, p. 837. apud Brolium: *Omnes verò Abbates & Priores annis singulis ad Capitulum venientes, diffinitiones, si quæ factæ fuerint, in suo reditu habeant bis in anno in suis Capitulis, & visitationis tempore nihilominus recitandas.* Vide Nomasticum Cisterciense p. 307.

DEFITERI, *Negare, abnuere.* Papias.

DEFLORARE, Devirginare: Glossæ Puteani: *Refloratio, Defloratio.* Eædem: *Delibatio, refloratio, illibatio.* Ugutio: *Cùm virgo devirginatur, defloratur, & flos virginitatis aufertur.* Carmen MS. ex Cod. Brenensi:

Virginitas flos est, & virginis aurea dos est.

Martianus Cappella lib. 7.

Aurora exoriens roseis spectabit ocellis
Floris refecti præmia.

Leges Hoëli Boni Regis Walliæ sub an. 940. c. 13. *Si viro datur puella ætatem habens, dicatque vir illam ab alio defloratam percepisse, &c.* Adde cap. 25. Libertates Bellævillæ an. 1233. *Si quis puellam per vim defloraverit, debet eam ducere uxorem, vel ad Consilium Burgensium maritare.* Concilium Arelatense ann. 1267. can. 12. *Qui violenter virginem defloraverunt, &c.* Fori Oscenses Jacobi I. Regis Arag. fol. 33. *Si incontinenti post violentiam dixerit, se in silva aut in eremo ab aliquo defloratam, &c.* Magnum Chron. Belgic. an. 1284. *Prædictum Episcopum super defloratione virginum, ac aliis factis enormibus clam accusaverunt. Defloratio mulierum*, in Consuetudinibus Tolosæ *Defloratores*, in veteri Consuetud. Normanniæ c. 10. *Les deflorateurs violentement des vierges.* Vide Statuta Odonis Episcopi Parisiensis cap. 6. §. 4.

DEFOLCARE. Thomas Walsingham p. 137. *Per*

fecutor

fecutor noster —— *damnosis injuriis quot & quantis nos & nostra jura vulnerat & desolcat?* Fortè *desalcat*, detrahit.

DEFOLIARE, Folia decutere, ἀποφυλλίζειν, in Gl. Gr. Lat.

DEFORAS, *Deforis*, forinsecus, extrinsecus, *Par dehors, deforo*, Occitanis: *deffore* in Consuet. Solensi tit. 2. art. 5. *Defors* in Charta Willelmi Arverni an. 1178. apud Justellum in Probat. Hist. Turenent. p. 35. *Le Roman du Renard MS.*

Pour ce que grans estoit les cors,
Remaindre l'estuet par defors.

Deforas. Vetus Inscriptio: *Recognitum est ex tabula ænea quæ fixa est Romæ in Capitolio ad aram gentis Juliæ deforas podio sinisteriore.*

Deforis. Admonitio sancti Fausti: *Et testes contra eum non aliunde deforis, sed intus de ipsa proferentur.* Idem fortè Faustus Regiensis: *Si evadere pericula non deforis ingruentia, sed intus concepta desideras, &c.* Metellus in Quirinalib.

Nec deforis quispiam remansit uspiam.

Visiones Flotildæ: *Vidit*—— *B. Remigium & S. Martinum deforis eisdem crucibus obviantes.* Octavius Horatianus lib. 4. Rerum medicar. *De argilla deforis linis.* Constantinus African. lib. 7. de Morbor. cognit. c. 22. *Deforis est superponenda res dissolutiva.* Beda in Vita S. Cuthberti: *Murus ipse deforis altior longitudine stantis hominis* Occurrit an. 563. c. 18. apud Ordericum p. 535. etiam in Concilio Braccarensi, & alibi passim.

DEFORTIARE. Vide *Difforciare.*

DEFOSARE, Devorare, *faucibus* haurire. Etherius & Beatus lib. 1. adversus Elipandum Toletanum Archiep. *Lupus*—— *solus in tenebris ambulat ululando, & oves quæ ingressæ sunt sub pastore, defosat & spargit.* Lib. 2. de Dracone: *Hunc agnum se fingit, quo agnum securum defoset.* Rursum: *Præsentibus pastoribus oves Christi defosare non possunt.*

DEFOSSUS, Pœna apud recentiores recepta, maximè in feminis. Consuetudines Arkenses an. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Si concubina ei fuerit, & particeps extiterit in crimine* (furti,) *viva fodietur, nisi prægnata sit, quia tunc servatur, &c.* Tabular. Campaniæ Thuan. ch. 24. an. 1212. *Cum discordia esset de quibusdam hominibus suspensis, & de quadam femina interrata, qui capti fuerant in burgo nostro S. Dionisii, &c.* Nota sunt, quæ de vestalium supplicio habent Scriptores, &c.

Vide veterem Consuetud. Turon. tit. ult. art. 8.

DEFRAGIARE, papiæ, *Divulgare.*

DEFRONDARE, *Frondes avellere: Defrondere, frondes amittere* Ugutio. Vide *Defoliare.*

DEFRUSTARE, Frustatim, per frusta excerpere. Ammianus lib. 31. *Sed semel obsoleti coloris tunica, collo inserta, non ante deponitur, aut mutatur, quàm diuturna carie in pannulos fluxerit defrustata.* Sidon. lib. 9. Epist. 11. *Quæsitum volo en invenio, produco, lectito, excerpo, maxima ex magnis capita defrustans.* Alii legunt *defructans*, ut *defructare* sit, fructus decerpere.

DEFUGA, Desertor, refuga. Prudentius lib. Peristeph. Hymn. 1.

——— *Ire ad aram jusserat*
Idolis litare nigris, esse Christi defugas.

Curiæ vel Collegii defuga, in l. ult. Cod. Th. de His qui condit. propr. *Defugere originem*, leg. 13. de Decurion. Vide *Refuga.*

DEFUSTARE, Fuste, vel baculo, cædere, fustigare. Gloss. Lat. Gr. *Defustat*, ξυλοκοπεῖ. Gloss. Gr. Lat. Ξυλοκοπῶ, τὸ τύπτω ξύλῳ, *defusto, fustigo.* In MS. pro *fustigo*, est *fustuo*: unde *Fustuarium supplicium.*

DEGAGUS, Species retis quo capiuntur pisces, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 37.

DEGALFARE, *Galeam spoliare.* Ugutio.

DEGANCIA. Vita S. Eparchii apud Labeum tom. 2. Biblioth. *Quidam homo dives* --- *degantiam vini ad festa solennia B. Confessoris detulerat ad pauperum refectionem.*

DEGANNARE, idem quod *Ingannare*, fallere, decipere. Epistola PP. Liudefrido Comiti scripta, tom. 3. Hist. Francor *Te tuamque conjugem auctoritate S. Spiritus Domini nostri à corpore & sanguine D. N. Jesu Christi separamus, & à consortio Christianitatis, donec prædictam feminam Garelindam, loco unde degannastis, restituatis.* Agitur de Monacha a Monasterio fraudulentissima suasione abstracta. Vide *Ingannare.*

DEGENERARE, Depravare, animos avocare, *Debaucher*, Historia Wambæ Regis: *Diverso fraudis argumento fidem populorum degenerans, &c.*

DEGENIATUS. Vide *Geniatus.*

DEGINA, Græcè, Morsus, Latinè. Ita Papias & Ugutio, Sed legendum *degma*, ex Gr. δῆγμα.

DEGORA. Jus vicentin. lib. 1. *Aquarum ductus, sive canales, lectos aquarum, ac degoras aperire, perfodi secundum quod melius fuerit visum, &c.*

DEGRADARE, De gradu in quo quis est, removere. Chronicon Fredegarii cap. 82 *Cognito more Gothorum, quem de Regibus degradandis habebant.* Ditmarus lib. 2. pag. 23. *Everhardus Dux, Regi ducis infidelis, degradatus est.* Regula S. Benedicti: *Exceptis iis quos abbas degradaverit certis ex causis.* Regul. S. Pachomii c. 92. *Degradabunt eum in ultimum gradum, donec corrigatur.*

Degradare, Beneficia Militibus auferre Charta Caroli Calvi Regis Franc. ex Tabular. S. Cyrici Nivern. *Dumque memoramus, quam fideliter Milites ejusdem loci nobiscum contra hostes nostros solatia præbuerunt, & simul se nobiscum tradiderunt periculo, placuit nobis auctores atque electos ejusdem sedis munere, ut nullus eorum præsumat aliquem illorum, aut ullum de heredibus ipsorum degradare, & beneficia tollere, nisi prius in causis palatinis fuerit adductus, & criminali multatione damnatus.*

Degradatio, Pœna Ecclesiastica, qua quis suo gradu privatur. Apud antiquos, Clericum degradare, nihil aliud erat quàm deponere, vel suspendere ab officio: nunc usus Ecclesiasticus paulò aliter invaluit. Distinguunt enim Canonistæ è Depositione Degradationem, cùm Depositione longè gravior sit *Degradatio*, qua scilicet reus Clericus ablatis ordinis insignibus ab Episcopo coram judice sæculari, cui postmodum traditur, titulo Clericali privatur. Priori notione usurpant Concilium Eliber it. c. 20. Concil. Bracar. I. c. 4. Aurelian. IV. c. 7. Concil. Cabilon. c. 20. Constitut. 1. Appendicis Cod. Theod. &c. Ildefonsus Toletanus in Chronico: *Per Synodum ab Archiepiscopali dignitate degradatus est. Degradatio Sacerdotii*, apud Gregorium M. lib. 9. Epist. 32. Vide Baron. ann. 57. n. 22. Falsacum de Sacra Episc. auctorit. c. 8. §. 2. & Morinum lib. 1. Exercit. c. 11.

Degradatis Episcopis disruptum vestimentum Sacerdotale, colligitur ex Vita S. Leodegarii c. 14. *Factum est ut Episcoporum consilio Leodegarii disrumperet* (Hebroinus) *vestimentum, & ultra non præsumeret offerre sacrificium.* Acta S. Theodardi Narbonensis Episcopi: *Truncatis in conspectu omnium, ac penitus scissis Episcopalibus indumentis, baculisque super eorum capita confractis, nec non annulis singulorum ab eorum digitis dedecore cum magno avulsis, ab omni ordine Clericatus penitus dejecti sunt ac depositi.* Adde Gregorium Turon. lib. 5. Hist. c. 19. Liber cui titulus Διόπτρα, seu Disputatio animæ & corporis:

Ω' σάντως

Ὡσαύτως νόμον ἔχουσιν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας,
Ἀρχιερεῖς, ἐπίσκοποι, σὺν τοῖς Μητροπολίταις,
Καὶ ὅταν πταίσῃ ἱερεὺς εἰς ἐγκλήματι μέγα,
Ἐν πρώτοις τούτῳ αἴρουσι τὴν στολὴν τῆς ἀξίας,
Καὶ οὗτος αὖθις χίζουσι τοὺς χιτωνίσκους, οἴμοι,
Καὶ οὕτω τότε τὸν αὐτὸν ὡς μὴ παπᾶν κολάζειν.

Degradabantur Presbyteri rei, antequam judici ſæculari traderentur ſecundùm criminis qualitatem puniendi, quod nuper etiam obtinuit. Capitulare 1. an. 809. c. 21. *Si Presbyter Chriſmà dederit, ab Epiſcopo degradatur, & poſtmodum à judice manum perdat, &c.*

Alias porro ceremonias in degradatione Clericorum & Presbyterorum fieri ſolitas quivis legere poteſt, in Concilio Tolet. IV. c. 27. Lemovicenſi an. 1031. ſeſſ. 2. in Pontificali Romano, apud Luitprandum lib. 6. cap. ult. in cap. 27. de Verbor. ſignif. cap. 1. de Hæret. & cap. 2. de Pœnis, apud Joannem à Leydis lib. 31. cap. 43. Gallandum lib. de Franco alodio p. 346.

Degradationis Militaris ritum apud Aragonenſes deſcribit Jacobus I. Rex Aragon. in Foris oſcæ an. 1247. fol. 16. de degradatione Militis: *Cum perventum fuerit ad ejus depoſitionem, ipſemet cingat ſibi enſem; quo facto, Princeps terræ, accepto cultello, in poſteriori parte, id eſt, ſupra renes, ſcindat enſis corrigiam omnino, de qua eſt accinctus, ita ut corrigia inciſa, enſis per ſe cadat in terram; & ſic ille, qui ante Miles erat, pravis ſuis meritis exigentibus, de Militia, quà priùs decoratus extiterat, perpetuò ſit depoſitus, & damnatus.*

DEGRADATUM. Regeſtum Caſtri Lidi in Andibus fol. 47. *Dominus Hugo Garner habet ſuum degradatum in molendino Domini Suſæ, pro motagio quod Dominus Suſæ capit ad ſua molendina reparando.* id eſt fortè, *demolitiones*, cùm ſcilicet molendinum de novo inſtauratur.

DEGUADIARE, *Guadiam frangere*, Joanni de Janua, *Dégager.* Vide *Diſvagiare* & *Vadium.*

DEGULATOR, *Gluto, guloſus*, Ugutioni. Gloſſ. MS. Reg. Cod. 1013. *Degulator, quòd gulæ ſit deditus.*

DEGUTTARE. Matthæus Paris an. 1153. *Nec minori tormento vexabantur, qui verubus transfixi, ad ignem aſſati diguttabantur à dæmonibus ex metallis liquefactis.* Id eſt, quibus guttatim infundebantur metalla liquefacta.

DEHABERE, Carere. Gall. *Ceſſer d'avoir.* Æthicus in Caſmogr. de Tiberi: *Inſula verò quam facit intra urbis portum & Oſtiam civitatem, tantæ viriditatis amœnitatisque eſt, ut neq; æſtivis menſibus, neq; hiemalibus paſtura admirabiles herbas dehabeat.* Arnobius junior in Conflictu cum Serapione: *Semel animus contentione attonitus, etiam cùm integer lectus fuerit, non dehabebit quot ingerat, &c.* Interpres Palladii in Appendice Hiſt. Lauſiacæ c. 13. *Maximè ſic dehabent, & egentiores ſunt.* Petrus Damian. lib. 8. Epiſt. ult. *Sed eſto, quia Judith divitis cauſamini vobis copiam dehaberi, &c.* Vide Chronicon Abbatiæ Trudonenſis lib. 4. p. 384. Vitam S. Adalberti Egmundani cap. 15. &c. Miracul. S. Rictrudis lib. 2. cap. 4. num. 42. *Sed ne in ſeculo dehabere contingeret*, &c. id eſt egere.

DEHÆRITARE, Exhæredare, ſpoliare, de propriis hæreditatibus pellere, *Deshériter.* Henricus Huntindonenſis de Contemptu mundi c. 3. *Omnem vim ſapientiæ ſuæ convertit ad ſimplices dehæritandos.*

Dishæreditare, eadem notione in Statutis Venetorum anni 1242. lib. 4. c. 36. *Desherance*, defectus hæredis, in Conſuetudine Britanniæ art. 595. Normanniæ art. 146. &c. *Deshæritare*, in Teſtamento Ælfred. Reg. Angl. poſt ejus vitam p. 194.

DEHONESTARE, Probro afficere. Gloſſ. Lat. Gr. *Dehoneſtat*, ἀτιμάζει. Gloſſ. Gr. Lat. Ἀτιμία, *Dehoneſtamentum*, *Dehoneſta io.* ἀτιμῶ, *Dehoneſto.* Papias: *Dedecorare, dehoneſtare.* Alibi: *Dehoneſtare, conviciari, contaminare.* Lex. Bajwar. tit. 2. cap. 10. §. 1. *Si quis filius Ducis tam ſuperbus vel ſtultus fuerit, ut patrem ſuum dehoneſtare voluerit, &c.* Anaſtaſius in Hiſt. Eccl. *Petrum verò magiſtrum dehoneſtationibus ſubmittens.* Ubi Theophanes: Πέτρον ἀτιμίαις περιβαλοῦσα. Audradus Modicus in Revelat. cap. 9. *Scias te ſequenti anno — ab inimicis tuis dehoneſtandum, ut vivus evadas.* Vide Concilium Viennenſe an. 892. c. 2. v.

Deinhoneſtare. Tabularium Brivatenſe: *Datum fidei iſtum commiſſum 5. Id. Octob. an. 5. quòd Franci deinhoneſtaverunt Regem ſuum Karolum, & contra legem elegerunt Radulfum ſibi in Regem.*

DEHONORARE, eadem notione quâ *Dehoneſtare*: ἀτιμάζειν. Capitula Caroli C. tit. 5. §. 3. *Ne miniſtri illorum Presbyteros dehonorent.* Adde tit. 8. §. 6. tit. 26. §. 10. tit. 34. §. 3. tit. 42. leg. 8. Cod. Th. de Fide teſt. &c.

Diſhonorare, in Lege Aleman. tit. 35. §. 1. Odo Comes Campaniæ apud Fulbertum Carnot. Epiſt. 96. *Magis eligerem honoratus mori, quàm vivere diſhonoratus.*

Dehonoratio, ἀτιμία. Jonas Epiſcopus Aurelianenſis in Præf. ad Opuſc. de Inſtitut. Regia: *Quantum — genitorem dilexeritis — ejusq. dehonorationem ægrè tuleritis.* Et c. 9. *Nec alterius injuriam aut dehonorationem contraſas meditentur.* Utuntur Flodoardus lib. 2. Hiſt. Rem. c. 20. Anaſtaſius in Hiſt. Eccl. p. 60. Capitula Caroli C. tit. 19. Concilium Duziacenſe I. part. 4. c. 4. 6. Baldricus lib. 1. Chr. Camer. c. 82. Fulbertus Epiſt. 96. &c. *Deſonor, Deſonorare*, paſſim in Uſaticis Barcinonenſibus MSS.

Deſinhonorantia, eadem notione, ſed activa, qua quis alium dehonorat, in Capitul. Caroli C. tit. 16. §. 7.

Inhonorare, eadem notione dixit Tertullianus de Fuga in perſecut. *Inhonores illum. Inhonorabilis*, apud eundem. Vetus Interpres Epiſt. S. Ignatii ad Philadelph. Ἀτιμάσαντες αὐτοὺς, *inhonoraverunt ipſos.* Utuntur præterea Anaſtaſius in Hiſt. Eccl. p. 169. Fulbertus Epiſt. 99. &c.

DEHOSPITARE, Locum *hoſpitibus*, ſeu incolis ſpoliare. Sugerius de Adminiſtr. ſua cap. 15. *Villas omnino rapinis dehoſpitatas rehoſpitari fecimus.* Vide *Hoſpes.*

DEICOLÆ, Monachi. Martinus Epiſcopus in Epiſt. ad Mironem Regem Galliciæ, de Vitæ honeſtæ formula, in Spicilegio Acheriano to. 10. pag. 626. *Quia non illa ardua & perfecta, quæ a paucis & peregregiis Deicolis patrantur, inſtituit, &c.*

DEJEJUNARE, Jejunium, ut vocant, infringere, ſolvere. Regula Magiſtri cap. 28. *Dejejunatum jam fratrem non vellet taberna ſuſcipere.* Hinc noſtris *Déjûner*, pro jentaculo, quòd qui jentant, primum jejunii gradum infringant. Gloſſ. Gr. Lat. Ἀκρατίζω, *janto, i. guſto ante prandium.* ἀκρατισμὸς, *jantaculum, i. primus cibus quo jejunium ſolvitur.* Sed & inde vox *Diſner*, pro *prandere*, deducitur, abbreviata ex *Desjûner.* Itali *deſinare* dicunt. Papias: *Jantare, Diſnare dicitur vulgò.* Quippe veteres non prandebant, ſed cœnabant tantùm, ut ex Scriptoribus conſtat, quos laudat Savaro ad Sidon. lib. 6. Epiſt. 12. Ita jejunium ſolvere, Græci ἀπονηστίζειν dicunt: unde legendum in can. 90. Synodi in Trullo, ἀπονηστίζεσθαι, pro ἀπονυστάζεσθαι, ut eſt in Edit. Pariſ. Balſam. Extat Dionyſii Alexandrini Epiſtola ad Baſilidem inſcripta, περὶ τοῦ ποίαν ὥραν τοῦ ἁγίου σαββάτου ἐπιφωσκούσης τῆς ἁγίας κυριακῆς χρὴ ἡμᾶς ἀπονηστίζεσθαι ἐν τῇ νυκτί. Tabula Paſchalis apud Gruterum p. 140. Ἀπονηστίζεσθαι δεῖ οὗ ἂν ἐμπέσῃ κυριακή. Vide Salmaſ. ad Hiſt. Aug. p. 419. 420. & Seldenum ad Eutychium 1. Edit. p. 176.

DEJICERE, Scriptoribus Chriſtianis eſt, *Tentare, pervertere.* Caſſianus de Spiritu vanæ gloriæ c. 7. *Quem*

Quem non poterit per honorem dejicere, humilitate supplantat. Utitur Tertulianus.

DEI *gratia*, formula vulgaris quam non modò Reges & Principes, sed & quivis ferè alii seu laici seu Ecclesiastici ordinis titulis suis honorariis præponebant. Occurrit passim in veteribus Tabulis.

Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopos se se indidem inscripserunt Episcopi, seu quòd à summis Pontificibus confirmaretur eorum electio, seu quòd sedes Apostolica Principium ac fons sit omnium Episcoporum. Concilium Roman. ann. 863. c. 3. *Cum Sede Apostolica, unde eos principium Episcopatus sumpsisse manifestum est.* In Tabulario Lingonensis Ecclesiæ *Joannes Episcopus Dei & Apostolicæ Sedis gratia*, ann. 1318. ut alias similes Chartas omittam. In Cartophylacio Regio scrinio *Vallois* 2, Ch. 35, habetur Diploma Fulconis *de villars* an. 1316. in quo se *Dei & Sedis Apostolicæ providentia sanctæ domus* Hospitalis *S. Joannis Hierosolymitani Magistrum humilem & pauperum Christi Custodem* inscribit.

DEIFERI, Apostoli, Θεοφόροι, in Epistola Ludovici II. Imp. ad Basilium Imp. CP. apud Baron. Præsertim verò id epitheti attributum S. Ignatio. Anastasius ad Action. 1. VIII. Synodi: *Tradunt Græci quòd parvulus quem Dominus advocatum statuit in medio, dicens, Nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut hic parvulus, &c. iste Ignatius fuit idcirco hunc Deiferum nuncupant, &c.* Vide eruditissimum & amicissimum Joannem Baptist. Cotelerium ad Epistolam ejusdem Ignatii ad Ephesios p. 142.

DEI JUDICIUM. Vide *Judicium Dei*.

DEIFICUS, Divinus. Optatus lib. 1. *Omnium interrogatio supra scripta manifesta est, nullas scripturas deificas, vel inventas, vel corruptas, vel incensas fuisse.* Acta Passionis S. Felicis Episcopi Tubzocensis: *Exiit Edictum eorundem Cæsarum — ut libros deificos extorquerent de manibus Christianorum.* Habetur ibi non semel.

DEILOQUUS, Θεολόγος, Gregorii Nazianzeni Episcopi ἐπίθετον, apud Petrum Damian. lib. 1. Epist. 9.

DEINDE, pro *Deinceps*, apud Victorem Scotti c. 20. & in l. ult. C. Th. de Canon. frum. V. R.

DEINSTAURARE. Vide *Instaurare*.

DEINITIO, *Denuo*. Papias.

DEINTRO *clavem*. Pactus Legis Salicæ tit. 7. §. 3. *Si quis accipitrem de intro clavem repositum furaverit.* Ubi Lex Salica: *Si quis acceptorem intra clavem repositũ, &c.* Tit. 12. §. 4. *Si quis verò supra 5. denarios furaverit de intro clavem, &c.* Lex Salica tit. 9. §. 1. *Si quis unum vas apium de intro clave, aut sub tecto furaverit, &c.* Galli dicunt *Enfermè sous la clef.* Consuetudines Arkarum in Tabulario S. Bertini: *Ille in cujus domo res furtim ablatæ inventæ fuerint posita in loco obserato, furti reus erit.*

DEINTUS, Intra, *Dedans, De dedans*. Pactus Legis Salicæ tit. 8. §. 1. *Si quis pomarium — deintus curte, aut latus curte furaverit.* Innocentius de Casis literar. *Super arcam memoriam deintus sextanea parte, &c.*

DEIPASSIANI. Vide *Patripassiani*.

DEIRATUS, Θεοχόλωτος, in Gloss. Gr. Lat.

DEIS, Genus mensæ in Monasteriis. Vitæ Abbatum S. Albani: *Priore prandente ad magnam mensam, quam Deis appellamus.* Additamenta ad Matth. paris pag. 148. *Et sciendum quòd non permittitur ciphus cum pede in Refectorio, nisi tantum in majori mensa, quam Deis appellamus.* Mensa fortè illa, cui ut honoratiori umbraculum, quod *Dais* dicimus, imminebat, quomodo Regum ac Procerum mensæ tegi solent, ac etiam, ni fallor, Abbatum in Refectoriis Monasticis. Vide *Dagus*.

DEITAS, Divinitas. S. Augustinus lib. 7. de Civit. Dei c. 1. *Hanc divinitatem, vel, ut sic dixerim, deitatem, (nam & hoc verbo uti jam nostros non piget, ut è Græco expressius transferant, id quod illi θεότητα appellant) &c.*

DEJUDICARE, pro *dijudicare*. Capitulare Saxonum ann. 797. c. 4. *Et si tunc inde rediens se pacificare & justitiam facere renuerit, & iterum pro ista causa ad palatium fuerit convocatus & dejudicatus, &c.*

DEIVIDUS, Qui Deum videt. Petrus Blesensis Serm. 18. *Secundum Hierarchiam Dionysii duo sunt genera fidelium in Ecclesia, primum dicitur quod Deividum, alterum quod appellatur Pedissequum. Deividos dicimus ministros Ecclesiæ, quibus credita sunt eloquia Dei, quibus dictum est, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. — Pedissequos verò dicimus populum multitudinis, qui sedet secus pedes Deividi, ut audiat* Legem *ex ore ejus &c.* Adde Sermonem 10.

DEJURIUM. *Jusjurandum*, in Glossis MSS.

DEJUSTIFICARE. Notitia antiqua apud Loisellum in Hist. Bellovac. p. 248. *Dans ei medietatem Vicecomitatus & dimidias leges de forensibus hominibus, ita ut minister Episcopi & minister Comitis justificent reos, & leges æqualiter dividant: neminem vero hospitem non servum mansionarium nec dejustificabit Comes aut minister ejus, nisi fuerit latro.* Vide *Justificare*.

DEIWERCA, Modus agri. Charta Edwardi II. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 2, pag. 643. *Donationem — quam fecit eidem Abbati & Conventui de 7. dejwercis terræ, cum pertinentiis, in qua terra continetur quoddam fossatum, &c.*

DEJUXTA, pro *juxta* Fortunatus in Vita S Germani Paris. Episcopi cap. 25. *Dejuxta Monasterio B. Silvestri in Ternoderinse.* Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 20.

Supra, vel contra, dejuxta dat super ista.

Nostri olim *De jouxte* dicebant eadem notione.

DELAPIDARE, Lapidibus obruere, καταλιθάζειν, in Gl. Gr. Lat.

DELATOR, Explorator, speculator, qui rem quam vidit, defert. *Ession* Gloss. Lat. Gr. *Delator*, καταγγελεὺς, λεὺς, ἐν-δείκτης. Isidor. lib. 10. *Delator. dictus, eo quòd detegat quod latebat.* Matth. Westmonaster. an. 870. *Jussit commilitones ad arma convolare, asserens dignum pro fide pariter pugnare & patria, ne desertores militiæ esse, & delatores populi probarentur.* Respexit fortè ad illud 2. Machab. c. 4. *Simon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator.* Ubi Papias *delatorem*, accusatorem esse ait. Certè delatorem pro speculatore usurpat Gregorius in Vita S. Basilii Junioris n. 2. de eodem S. invento à Magistrianis in quodam Asiæ monte: Καὶ δηλάτορα τὲ τοῖς δέξαντα εἶναι, ὡς εἶχον τῶν ἵππων καταπηδήσαντες συνεῖχον αὐτόν. Et n. 3. Καλῶς ἀσφαλίσατε αὐτόν, ὅτι δηλάτωρ ἐστὶ, καὶ ἦλθεν κατασκοπήσασθαι τὸ τῶν Ρωμαίων στράτευμα.

DELATURA, Accusatio, diffidium, calumnia. Jo. de Janua: *Delatura dicitur accusatio, vel proditio, detractio, deportatio.* Ecclesi. c. 28. apud Carolum M. lib. 4. de Imag. c. 5. *Homo iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medium pacem habentium immittet delaturam.* Ubi vulgata versio habet, *inimicitiam*. Ita *Delatura* accipitur in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 64. nempe pro accusatione vel calumnia & actione: *In quibusdam locis juramenti vel antejuramenti multa est distantia, sicut in delatura, & pluribus aliis.* Quippe in delatura, seu actione, requiritur *antejuramentum*, id est, *juramentum de calumnia*, quod ab actore præsertim exigebatur, qui, si succumbebat, *delaturam*, seu calumniæ pœnam incurrebat. Adde Chartam Alemann. 89. Goldasti.

Scio *delaturam* vulgò à viris doctis *pretium quod delatori est constitutum*, definiri: quâ quidem notione usurpatur in Legibus Inæ Regis Westsaxiæ §. 20. apud Bromptonum, ubi *pecunia indicationis* esse dicitur, quo

quo loco Editio Saxonica §.17. habet meld Feoh, id est, Lambardo interprete, *indicii merces*.

At in Lege Salica an vox *Delatura*, quæ omnibus ferme titulis occurrit, idem sonet, video ambigi. Ita autem ibi invenitur hacce sententia, ut qui rem aliquam, verbigratia, furatus fuerit, *tot denariorum, qui faciunt solidos tantos, culpabilis judicetur, excepto capitali & delatura*. Id est, præter capitale & delaturam. Ubi vetus Glossarium *Delaturam*, *fredo* interpretatur. Sed prorsus diversum esse *fredum a delatura*, ostendit Pactus Legis Salicæ tit. 14. *Si puella quæ trahitur, in verbo Regis fuerit, propter fredum 2500. denarios cogatur* (raptor) *persolvere, excepto capitali & delatura*. Et Lex Angliorum tit. 7. §. 2. *Qui scrovas sex cum verre furatus est, in triplum componat, & delaturam sol. 7. & in freda totidem*. Adde §. 3. Alii, ut Cujacius, Bignonius, & Wendelinus, *delaturam*, pro eo quod interest propter *dilationem* & moram, interpretantur, hac fortè nixi ratione, quòd *Dilatura* perpetuò scribatur in Edit. Legis Salicæ Pithœi & Lindenbrogii, ubi in Pacto Legis Salicæ *delatura* semper habetur. Cui quidem conjecturæ favet Lex Ripuariorum Edit. Heroldi tit. 35. §. 3. quæ pro *Delatura*, uti habet Lindenbrogiana, *dilationem* præfert: *Et ille qui intertiavit, furtum & dilationem ab eo requirat, qui solvere cœpit*. At. §. 4. *Capitale & delatura* habentur.

Quidam denique existimant *delatura*, scribendum, atque hisce locis sumptus in causæ prosecutione, & in *delatione* vel actione factos hocce vocabulo significari, quos reus possessori refundere tenetur: ita ut *delatura* sit vel delatio, vel actio columniæ, quâ quis rem suam repetit. Deinde *dilator* pro *delator* habet etiam Gloss. Lat. Gr. *Dilator* μηνυτὴς, ἄγγελος, quod Græci recentiores δηλάτωρ dixerunt, ut est apud Meursium. Ita *discriptio*, *distructio*, *dilectio*, *divirginat*, & alia hujusmodi in eodem Glossario. Vide Decretionem Chlotarii §. 12. & legem Ripuar. tit. 17. §. 1. 3. tit. 35. §. 4. &c.

Delatura, in Capitulari de Villis cap. 42. inter utensilia rustica recensetur: sed legendum *dolatura*, ut sit Gallicum, *Doloire*, dolabra.

DELATUS, Ad latus, juxta, *Acosté*. *De latus se*, *de latus casa*, *de latus monte*, passim apud Agrimensores. Vide *Latus*.

DELAVATUS, Non lavatus. Capitula Caroli C. tit. 29. §. 1. *Quando solemus reverti ad mansiones nostras detonsi & delavati, cum drappis & calciamentis depannatis, &c.* Id est, minimè tonsi & lavati.

DELEGALITER. Otto de S. Blasio c. 21. *Liberosque suos omnes literis apprime erudiri faciens, eos facultatibus redditunm, excellentiis dignitatum per fortitas provincias delegaliter sublimavit*.

DELEGARE, Dare, concedere. Gloss. Lat. Gr. *Delegat*, ἀποσωμίζει, ἐγχειρίζει, ἀποτάσσει. Veteres Formula pithœi c. 38. *Et quod pariter in conjugium positi laboravimus, condonare & delegare ingenuus relaxare valeas*. Acta Episcopor. Cenoman. pag. 78. legibus delegatum, & absque ulla contradictione pacifice possidendum regendum dereliquit. Adde p. 92. Vide *Mediator*.

DELEGATORIA, Mandatum Principis, quo quid alicui faciendum delegatur, præcipitur. Glossæ veteres: *Delegatorias*, ἐντάγας. Extant *delegatoriarum* formulæ, apud Senatorem lib. 11. Epist. 33. 35. In Codice Th. leg. 16. de Exact. *Delegatoriæ* dicuntur principis Epistolæ, quibus provinciæ jubentur species præbere: ut *Delegatores*, qui provident annonæ militari. Vide Cujac. ad Novell. 130. & Gloss. ad Cod. Th.

DELENTINATIO, Συνεχὴς ὑπέρθεσις, in Gloss. MS. Gr. Lat. Editum habet, *Adloncinatio, continuatio*, lege *Adlentinatio*. Vide *Adlentare*.

DELETITIA *charta*, Quæ ob vetustatem deletis literis legi vix potest. S. Augustinus lib. 3. Contra Crescon. c. 27. *Sciebam illa deletitia fuisse*.

DELIBERARE. Vide *Liberare*.

DELIBERIUM. Gloss. Lat. Gr. *Consilium & deliberium*, Συμβουλία, γνώμη.

DELIBRARE, Librum, seu corticem ab arbore avellere. Διαλεπίζειν δένδρον, in Gloss. Gr. Lat.

DELICANTIA, Ciborum sapor delicatus: *Delicatesse*. Processus de Vita S. Thomæ Aquin. n. 58. *Nunquam curabat de delicantia & singularitate ciborum*.

DELICARE, *Delirare*, in Gloss. Lat. MS. Regio Cod. 1013.

DELICATUS, *Deliciosus*, Familiaris, qui in deliciis domini est.

DELICIA. Charta Philippi Augusti Regis Francorum an. 1208. pro Episcopo Magalonensi in 30. Regesto Tabularii Regii Ch. 145. *Hoc est, in mari piscationes suas & ubicumque in Melgoriensi Comitatu, & Magalonensi Episcopatu, portus, qui dicitur Gradus, aperiatur, in omnibus reditibus, qui inde proveniunt, medietatem, & in stagno similiter piscationes suas, pulmentum, delicias & cepes, si alicubi in stagno Magalonensis Ecclesia eas facere voluerit*. Ubi quod *delicias* hæc Charta vocat, *stacha* videtur appellari in alia ann. 1273. apud Gariellum in Episcopis Magelon num. 286. *Super jurisdictione de Corone, super lesda & stacha, quas Bajulus & lesdarii de Latis percipiebant, & percipere conabantur ibi ratione stagni, maris, & plagia atque gradus, &c.* Est autem staca, idem quod fustis, paxillus, uti in hac voce docemus; *delicia* autem idem quod *licia*, nostris *lice* sonat. Vide *licia*.

DELITIARE. Amedæus Lausannensis Episcop. Homil. 1. *Ipsa virgo virginum vernans in Floribus, & in fructuum suavitate delitrans, &c.*

Deliciosus. Gloss. Lat. MS. Regium: *Nutritius, Delitiosus, vernaculus*. Lex BaiWar tit. 3. c. 15. §. 1. *Nunquam evadat, quamvis deliciosus sit apud dominum suum*. Lex Longob. lib. 3. tit. 16. *Sunt aliqui pravi homines qui submittunt in palatium, ad nostrum secretum descendunt, ut per deliciosos aut per ostiarios, vel per alios homines captiosè, aut absconse, investigare possint, quidquid nos agimus*. Nicolaus I. PP. Epist. 17. *Missosque etiam—sanctissimos Episcopos deliciosos nostros pro eo vestræ caritati direximus*. Adde Epist. 19. 23. Anastasius in S. Hadriano PP. p. 104. *Gulfardus religiosus Abbas, & Consiliarius, seu Albinus deliciosus ipsius Regis, &c*, Occurrit præterea in Narratione Adventii Episcopi de Valdradæ adulterio, apud Joann. VIII. PP. Epist. 72. 217. 277. &c.

Delicatus, eodem significatu. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Sequebatur Perpetua lucido incessu, ut matrona Christi, ut Dei delicata*. Vetus Inscriptio Bergomi in æde Cathedrali: A TESTIA. L. D. L. ATESTIÆ. TERTIÆ. PATRON. BENEMERENTI. ET. CAPITONI. BINETÆ. ET. MARTIÆ. ET. PRIMUL. DELICATIS. ET. TELAMIO: CELERI. AMICO. CARISIMO. ET. ATESTIA. EGNATIÆ. *Delicatos* vocabant Latini τὰ παιδικὰ, τοὺς ἐρωμένους, qui & *Deliciæ* Ciceroni pro Cœlio, Suetonio in Aug. c. 83. & in veteribus Inscript. eidem Suetonio in Vespasiano cap. 7. Spartiano in Adriano, & aliquot aliis.

DELICIUS, Papiæ, *Puer in deliciis matris nutritus*. Vide *Litium*.

DELICTOR, pro *peccator*. Commodianus Instr. 52. *Refugium Regis pete, si delictor fuisti*.

Usurpat etiam S. Cyprianus Epist. 59. *Delictor vel forefactor*, in Charta Odonis Dom. Hamensis an. 1227.

DELIMITARE, *Valde limitare*, Ugutioni, Conlimitare. Frontinus de Agrorum qualitate: *In longitudinem delimitatum, per strigas, appellatur*. Idem:

Decr-

Decumanorum & Cardinum delimitatio per rationem arcarum, vel riparum, &c.

DELIMPIDARE. Vide *Limpidare*.

DELINDERE. Vide *Elitigare*.

DELINQUENTIA, Delictum. Utitur Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ Abb. Corbeiensis lib.1.c.28.

DELIQUIO, *Oblivio*. Papias.

DELITIGARE. Vide *Elitigare*.

DELITIUS. Vide *Litium*.

DELOGARE. Charta Odonis Borelli de Curtaliano in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n.72. *Si autem aliquis accusabitur de molta forisfecisse, purget se sola manu coram Majore terræ, & sit quietus: quod si noluerit, aut non poterit, reddat duplicem moltam tantùm. Molendinarius tamen jurabit, quod non delocabit eos, nec scienter injustè tractabit*, Id est, è domo sua exire coget ad judicium subeundum.

DELONGARE. Vide *Dilongare*.

DELONGARIS. Luithprandus in Legatione: *Delongaris enim, sub cujus manu navium est omnis potestas ---curam tui aget.* Legendum ibi indubiè *Drungaris*, aut *Drungarius*. Andreas Dandulus in Chron. MS. an. 804. *Hic Imperator factus misit pro Romano, qui Delongarii fungebatur officio.* Vide in hac voce.

DELPHICA, Abacus, mensa, in qua vasa vinaria reponuntur, δελφὶς τράπεζα apud Lucianum in Lexiphane. Martialis lib.12. Epigr.67.

Argentum atque aurum non simplex Delphica portat.

Vetus Interp. Juvenal. Sat.3. *Ornamentum abaci, quod nos Delficam dicimus.* Hinc emendandum Gloss. Lat. Gr. *Deluca*, μονοστέιον. Legendum enim *Delvica*, vel *Delphica*, pridem monuerunt Wowerenus ad Petron. & Meurs. in Gloss. Vide præterea quæ de hac voce commentatur Salmasius ad Spartianum p.150.

Delphicum, eadem notione. Hesychius: Δελφικὸν τρίποδα. Ita porrò Triclinium in Majori Palatio CPolitano appellatum, in quo Imperator epulari consueverat; de quo Victor Tunnensis in Chr. *Vitalianus CPoli intra Palatium, loco, quem Delphicum Græco vocabulo dicunt, Justiniani Patricii factione dicitur interfectus fuisse.* Vim vocis & originem disertè indicat Procopius lib.1. de Bello Vandal. c.21. à Delphica nempe, seu abaco ministratorio. Ἀεισηγὶς nomine indigitat istud Magni Palatii Triclinium Anna Comn. lib.14. Alex. p. 438. Vide Notas nostras ad eandem.

DELPHINI, ministeriis Ecclesiæ accensentur, à Gregorio M. lib.1. Epist. 66. *Ministeria Ecclesiæ, — id est, in argento calices duos, coronas cum delphinis duo, & de aliis coronis lilios, &c.* Anastasius in S.Silvestro: *Farum ex auro purissimo, quod pendet sub fastigio cum delphinis 50. quæ pensant cum catena sua libras 20. coronas 4. cum delphinis 20. ex auro purissimo.* Infrà: *Pharus cantharus cum delphinis 50. ——pharum cantharum cum delphinis 50. Coronam auream cum delphinis 50.* In S.Hilario: *Turrem argenteam cum delphinis pens. &c.* Vetus Charta Cornutianensis, edita à Suaresio: *Pharum cantharum argenteum cum catenis & delphinis 17. coronas argenteas 4. cum catenulis suis, & delphinis 8.* Ubi *delphini* sunt ornamenta majorum λυχνούχων.

Delphinus, apud nostros dignitatis species, qua donantur vulgò Comites Viennenses; quòd complures ex iis primò Comitatum Viennensem possedere, hoc nomine appellarentur, adeò ut Joannes Raynaudus & Henricus Rosentallus, *Delphinatum* inter Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Principatus; Vicecomitatus, & Baronias posuerint. In Charta anno 1285. apud Duchesnium in horum Comitum Stemmate, mentio fit *Andreæ quondam Delphini Viennensis, & Albonis Comitis.* Exhinc leguntur complures aliæ, in quibus Humbertus, Joannes, Guigo, & Humbertus alter eadem dignitate donantur: quorum postremus hanc cum universa Provincia, cui imperabat, in Regiam familiam transmisit, hac conditione, ut primogenitus Regis Delphinus Viennensis appellaretur, quod notum. Vide præterea Virum eruditissimum Dion. Salvagnium Boissium lib. de Usu Feudor. cap. 1. extremo.

DELTICUS, Isidoro in Gloss. *Literatus, Doctor.*

DELUBRICARE, *Labi*, in Gloss. MS. Regio; vel in loco lubrico titubare, cadere.

DELUDIUM, derisio, contumelia, ludibrium. Gloss. Lat. Gr. *Delusit*, ἐνέπαιξεν. S.Eulogius lib.3. Memorial. SS. c.7. *Dum in nos hujuscemodi irrisionibus insultarent, & hoc deludio nostram penè consummatam cladibus fatigarent miseriam.*

DEMAS, *dis*, *Vinculum*, Papiæ, ex Gr. δέμα.

DEMAGIS, *Vehementer*. Papias.

DEMANDÆ, Exactiones, quæ sub nomine gratuitæ præstationis exigebantur: *Coactæ petitiones*, in Charta Theodorici Comitis Flandr. ann. 1147. in Tabulario S. Bertini. Diploma Philippi Aug. Regis Fr. an. 1202. *Si nos fecerimus demandam vel talliam in Christianis vel Judæis de Senescallia Andegavensi, Turon. & Cenoman. illa demanda & tallia levabitur per manum prædicti Senescalli, &c.* Aliud anni 1204. pro Oppido Niortensi in Pictonibus: *Præterea nos & hæredes nostri habemus demandam nostram in tota Communia Niortensi, & Guillelmus Cocus* (cui Niortum erat oppignoratum) *demandam illam levabit per manum Senescalli Pictavensis ad opus nostrum.* Aliud Theobaldi C. Campaniæ an. 1229. *Liberi erunt ab omni tallia, tolta, & demanda, à custodia villæ, turris, & gabiolæ, & à quacunq; alia exactione.* Vetus Charta in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 205. *Tenendam liberè, & quietè ab omni seculari servitio & demanda.* Vide tom. 3. pag. 186. Will. Thorn. ann. 1269. Probat. Hist. Monmorenciacæ p. 75. & infrà in V. *Questa*.

DEMANDARE, Poscere, vel mandare, Gall. *demander*. Rodericus Toletan. lib. 2. de Reb. Hispan. cap. 9. *Per Legatos pacificè demandavit, ut --- recederet à finibus alienis, &c.*

Demandare, Mandare, remandare. Monachus Sangall. lib. 2. de Carolo M. c. 19. *Si Carolus consilium meum dignaretur, non ad tantas me deponeret injurias. Ego nihil illi demando; dicite ei, quid me agentem inveneritis.* Infrà: *Nihil aliud ei demando, nisi quod facio, &c.*

DEMANDUCARE, *Corrodere*, in Gloss. Arabico-Lat.

DEMANICARE, Manicas auferre, spoliare. Greg. Turonensis l. 7. Hist. c. 15. *Coquos quoque, sive pistores, vel quoscunque de hoc itinere regressos esse cognovit, cæsos, spoliatosque, ac demanicatos reliquit.* Vide l.9. c.8.

DEMANIUM, pro *Dominium*, Gallis olim, Anglis etiamnum *Demaine*. Alexander Abbas Celesin. de Vita Rogerii Regis Siciliæ lib.3. c.14. *Mandatur --- illis, qui castro ejus præerant, ut & ipsi Regis super se quantocius suscipiant demanium.* Rogerus Hovedenus in Ric. II. *Episcopus illud* (manerium) *deberet habere in Demanio.* Occurrit passim in Constitut. Siculis, & apud Scriptores ævi medii. Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Firent au Roy ce qui leur fut possible,
En lui offrant la ville & leurs demaines.

Alibi:

Cor tout estoit soubmis à son demaine.

Demanius. Vide *Dominicum*.

DEMANUTENERE, id est, *Non manutenere*. Tutelam abjicere, & protectionem alicujus. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 107. *Quod si filii Senioribus patris sui aliquid forisfecerint, pater cogat filios suos, ut illam forisfacturam ipsis Senioribus redirigant & emendent,*

dent, & ipse emendet pro eis. Quod si facere noluerint, exhæredet filios suos omnino, & demanuteneat eos sine engan. Vide *Manutenere.*

DEMARCHUS, Δήμαρχος, Præcipuus Magistratus Neapoleos in Italia, apud Spartianum in Adriano, & Strabonem l.5. Vide *Magister limitum.*

Demarchus, Comes. Præceptum Caroli Simplicis pro Monaster.S. Dionysii, in ejusdem Ecclesiæ Tabulario; *Quod Robertus noster dilectus fidelis ac Demarchus ad nostram accedens excellentiam, deprecatus est, &c.*

DEMEMBRARE, Membra corporis auferre, discerpere. Hincmarus Remensis in Epistola ad Adrian. PP. in Concilio Duziac. I. *Et jam plus quàm duo sunt anni, ex quo præfatus Trisiagus suprascriptum Liwlfum volens occidere, demembravit.* Hildebert. Cenomanensis Ep.67. *A quodam fratre Decani captus est; & aliorum auxilio ----demembratus, de quibus cùm mihi frater abscissus lacrimabilem deponeret clamorem, addidit, ----suggestione & consilio ipsius membrorum se abscissione imminutum, quorum violentia ipse tentus fuit & abscissus.* Adde Ep. 10. ejusdem Hildeberti ex iis, quæ editæ sunt tom.10. Spicilegii Acheriani. Occurrit præterea apud Baldricum lib.1. Chr. Camerac. c.82.

Dismembrare, eadem notione. Capitula Caroli C. tit.39. c.ult. *Non est æquum, ut ibi* (juxta Ecclesiam) *homines ad mortem judicentur, & dismembrentur, & flagellentur.* Consuetudo Tornacensis tit. de Criminibus art.15. *Si aucun navré, desmembré, ou blessé estoit juge & tenu pour affolé ou defiguré, &c.* Adde art.22. & Fletam lib.1. c.16. §.7.

Dismembrator, Expilator, distractor bonorum. Cæsarius Heisterb. l.8. c.69. *Cui* (Archiepiscopo) *cùm post mortem multi detraherent, dicentes eum Ecclesiarum fuisse dismembratorem, & civium suorum excæcatorem.*

DEMENCUS, Annonariæ mensuræ species, ex Latino fortè *demensus.* Charta Arnaudi Archiepisc. Lugdunensis ann.1212. apud Joannem Mariam *de la Mure* in Hist. Ecclesiast. Lugdun. p. 320. *Hospitali S. Joannis dedit id, quod habebat apud Fuaxin, scilicet unum demencum siliginis, & 5. denarios, &c.*

DEMENTARE, *Furiosum, dementem facere*, Jo. de Janua. Ita Actor. c. 8. Gloss. Lat. Gr. *Dementat*, ἐξίστησιν, ἰδιωτικῶς. Priscis Francis, *Dementer. Le Chastellain de Coucy*, Cant.11.

Tant ne me say dementer ne complaindre.

Alius Pöeta:

Où elle se demente d' amours.

Le Roman de Roncevaux MS.

Li Cuens Renaus s' est forment dementez.

Dementare, insanire. Lactantius de Mortib. Persecutor. num.7. *Ita semper dementabat, Nicomediam studens Urbi Romæ coæquare.* Vide mox *dementire.*

Dementatus, Mente alienatus. Hincmarus de Divortio Lothar. Alii *autem potu, alii autem cibo à sortiariis dementati sunt.* Occurrit præterea apud Anastas. Bibl. in Vita S. Joan. Eleemos. n.78. & Baldricum in Chr. Camer. l.2. cap.5.

Dementator, Qui mentes hominum pervertit. Epist. Fr. Joan. de Monte Corvino Ord. Fratrum Minor. apud Waddingum ann. 1305. 10. *Sed essem magnus explorator & dementator hominum.*

Dementatim, Usque ad dementiam. Hist. Translationis S. Guthlaci n. 8. *Arnoldum pestifera passio diutino intolerabili languore, scilicet capitis vertigine, dementatim torquebat.*

DEMENTIRE, Insanire. Tertullian. lib. de Anima: *Cum dementit homo, dementit anima, non peregrinante, sed compatiente tunc animo.* Utitur etiam adversus Gentes, ut & Lactant. in libris Institut. Apulejus in Apolog. Martian. Capella l.8. Saxo Grammat. lib. 7. Hist. &c.

Dementire, Mendacii arguere, Gallis *Dementir*, in Charta an. 1187. tom. 8. Spicilegii Acheriani p. 282. Vide Leges maris Oloronenses art.12. & ibi Cleiracum.

DEMENTITIUM. Gloss. MS. Sangermanense: *Dementitium*, ἐντροπή. Gloss. Græc. Lat. ἐντροπή. *Reverentia, Verecundia.*

DEMERITUM, Peccatum, culpa, Gallis, *Demerite.* Magister Rogerius de Destructione Hungariæ cap. 10. *Meritis & demeritis personarum non discussis.*

DEMINORATIO. Vide *Minorare.*

DEMOGRAMMATEUS, Δημογραμματεύς, Plebis scriba, in l.4. C. de Tabular. lib.10.

DEMONACHARE. Vide *Monachus.*

DEMORARE, Regere. Chronicon Novalicense l. 6. *Demoravit Abbatiam suam 10. annos cum omni moderatione æqua.*

DEMORARI, unde nostri *Demeurer.* Lex 3. C.Th. de Liberali causa: *Si in libertate esset per annos sedecim demoratus.*

DEMOSMATUS. Vide *Fraustus.*

DEMSTERS, ita dicuntur duo Judices in insula Mannia, qui de litibus ibidem emergentib. cognoscunt. A Saxon. Ðenia, quod judicem, consulem, interdum ducem exercitus significat. Spelmann.

DEMULTARE. Passio SS. Seraphiæ & Sabinæ num.4. *Dimitte illam nefandam, quæ maleficiis te expulsa demultavit à Deorum cultura.* Sed videtur legendum *demutavit.*

DEMUNIRE *urbem*, Ex munita facere infirmam, apud Petr. Blesensem Serm.33.

DENA, *Denna*, Modus agri, aut terræ, vel potiùs silvæ portio, apud Anglos. Domesdei apud Spelmannum: *De silva 8. denæ parvæ, & 3. magnæ*, Alibi: *De silva Regis habet VVad' tantum, quod reddit 16. den. per annum, & dimidiam denam.* Rursum: *Et una parva dena silvæ.* Ibidem: *Et 3. dena de silva reddunt triginta porcos.* Wil. Thorn. ann.826. *Dederunt Abbati terram 20. aratrorum, --- & 13. dennes glandes portantes.* Spelmannus, & Somnerus, *Denam*, locum silvestrem, asperum & incultum, porcisque pascendis accommodum denotare censent, à Ðen, quod Saxonibus speluncam, caveam, ferarum latibulum, interdum & vallem sonat. Vide Edw. Cokum ad Littletonem sect.1. p.4.6.

DENARIALIS, *Denariatus.* Vide *Manumissio per denarium.*

DENARIATA, *Denerata, Denairada*, Pretium rei per denarios. *Derrata*, Italis, *Denrée*, Gallis. Miracula S. Usmari n.23. *Et deduxerunt absq; damno vini unius deneratæ.* Statuta Willelmi Regis Scotiæ c.37. §.2. *Præcipit etiam dominus Rex, quòd nullus extraneus mercator --- vendat in denariatis, sed in grosso. Denariatæ redditus*, tom.1. Monast. Angl. p.501. tom.2. p.95. Vide Probat. Hist. Limburgens. pag.9. Hinc nostris *Denrée.* *Le Roman du Renard MS.*

Et j'ay bien mengié sept denrées
De nouvel mel en fresches rées.

Le Roman de Garin MS.

Qu' il n'y perdirent vaillant une denrée.

Alibi:

Qui prent l' avoir, mal me donra denrée.

Testamentum Joannæ de Burgundia, Reginæ Fr. Philippi Magni uxoris, 27. Aug. ann.1319. *Et donra l' en à chascun povre, que y sera, deux deniers, ou deux denrées de pain. Adenerer*, Rem venditam in denarios convertere, in Consuetud. Blesensi art.39. & Insulensi art. 31. Salæ Insulensis art.10. Vide *Adærare.*

Denariatus, in Legib. Edw. Confess. c.10. *Denariatus* & *Denariata terra, vineæ*, Modus agri ad valorem annuum unius denarii. Tabularium Priorat. Lewensis in Anglia: *Sibylla Barthelot tenet unam acram & 5. denariatus terræ in eodem tenemento.* Ibidem: *Tenent dimi-*

dimidiam rodam & 3. denariatus terræ in fine boreali messuagii. Monasticum Anglic. to. 1. p. 501. *Duas acras terræ, & dimidiam, & duas denariatas, & duas gallinas annui reditus, --- duas solidatas, & septem denariatas redditus cum pertinentiis in eadem tenura, --- novem solidatas, & duas denariatas, & unam obolatam, & 9. gallinas.* Regestum Constabulariæ Burdegal. ann. 1208. fol. 91. *Item retinuit sibi & successoribus suis unam deneratam terræ ad mensuram Agennensem ad opus construendi ibi domum.* Ex qua sanè Charta *denarata terræ*, videtur fuisse agri modus certus ac definitus. Ex aliis verò, *denariata terræ* non solùm *acra* minor fuit, sed & dimidium *rodæ*, quod acræ pars octava est, plures etiam *deneriatas* complexa est. Charta ann. 1309. in Regesto 2. Philippi Pulcri Regis Franc. n. 121. ex Tabul Regio: *Nous avons eu & receu du dit Simon cent soudées & douze denrées de terre en fief, &c.*

Denariata vineæ. Tabular. Cadurcensis Eccl. *Damus duas denairadas de vinea in pignore per 12. solid.* Vetus Charta ap. Dominicum lib. de Alodio p. 216. *Cum omnes vineas, quæ ad ipsum pertinent, excepto 4. denariadas, quæ dimitto Hugoni, &c.* Adde Historiam Abbatis Condomensis pag. 463. 464. 480. 490. Vide *Libra terræ.*

Denerata ceræ, in Chron. Besuensi p. 540. & in Charta an. 1061. apud. V. Cl. Jac. Petitum post Pœnitent. Theod. pag. 665. Capitul. Caroli Calvi tit. 31. §. 20. *Coctum aut carnem per denariatas, aut vinum per sextaria vendunt.* i. denariorum pretio. Charta Franconis regnante Lothar. in Tab. Eccl. Cadurcensis: *Et dono censum quatuor denairadas de cera S. Stephano.* Miracula S. Richarii lib. 2. c. 13. *Cum portiuncula ceræ, quæ denarii pretio appensa est.* Concilium Islebonense c. 9. *De singulis domibus ceræ denerata vel idem valens, ad illuminandam Ecclesiam altari offeratur.* Occurrit etiam in Testamento Joannis Episcopi Ticinensis an. 922.

Denariata, Merces quævis, quomodo *Denrées* etiamnum dicimus. Charta ann. 1309. in 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. n. 85. ex Tabulario Regio: *In loco etiam prædicto & extra mercaturas & denariatas suas vendere poterunt, consueta solvendo deveria, &c.* Infrà: *Qui vero aliquas mercaturas seu denariatas in dicta villa venditas ad aliam mensuram quam signo nostro signatam mensurare præsumpserit, &c.*

DENARISMUS, Proportio ad denarium: δηναρισμὸς, apud Epiphanium. *Ad Denarismum vel uncias teneri*, in l. 107. Cod. Th. de Decurion. & *Denarismo vel unciis obnoxius*, l. 123. eod. tit. dicebatur, qui pro modo prædiorum vel agrorum *denarios* vel *uncias* (auri vel argenti incertum) Principi pensitabat.

DENARIUS. *Denarius Francicus*, nummus argenteus, cujus mentio in Lege Salica tit. 1. §. 1. 2, tit. 2. §. 1. 2. & alibi passim, ex qua, quadraginta denarios solidum aureum Francicum æquasse docemur, quos ad 12. reduxerunt Pipinus & Carolus M. Vetus Agrimensor de Ponderibus: *Juxta Gallos, vigesima pars unciæ denarius est, & 12. denarii solidum reddunt.* Charta an. 849. apud Perardum pag. 146. *Fisco auri denarios tres componet.* Vide *Solidus*, & Wendelinum in Glossario Salico.

Denarii ærei, vel *æris*. Aurelianus Imp. ap. Pollionem: *Philippeos minutulos quinquagenos, æris denarios centum.* Hujusmodi denariorum sex millia solidum conficiebant. Senator lib. 1. Epist. 10. *Sex millia denariorum solidum esse voluerunt.* Hesych. Τὸ λεπτὸν, (denarius) ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου, id est, solidi. Vide legem ult. Cod. Th. de Suariis, & Novellam Theodosii & Valentiniani 25. De *denariis* æreis inferioris ætatis, sic Eadmerus libro de Similitudinibus S. Anselmi c. 90. *Tria cuique bono insunt denario, quæ cuique bono inesse debent Monacho. Denarius quippe bonus puro ex ære, recto pondere, monetaque legitima debet constare, &c.*

Denarius sumitur etiam pro minutiore moneta (uti apud nos hodie) & minimo nummo, ap. Cassian. l. 4. de Instit. Cœnob. c. 14. *Præter duo paxamacia, quæ tribus vix denariis ibidem distrahuntur.* Apud Macrob. denarii in lusu puerorum ponuntur; & quæ apud Marcum c. 12. λεπτὰ δύο dicuntur, *duo denarii*, δύο δηνάρια Lucæ c. 10. Ambrosio *duo æra* appellantur: unde conficitur ejusmodi denarios ex *æreis* fuisse. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 569. *Patris tui satellites regale sic servant ærarium, ut vix unum tuis clientibus inde possis dare denarium.*

Denarii meri & bene pensantes, in lege Longob. lib. 3. tit. 28. & in Capitulis Caroli C. tit. 28. tit. 31. §. 8. 10. Synodus Francoford. c. 5. *De denariis, si mero sunt argento, & pleniter pensantes.* In Visione S. Baronti n. 13. *Solidus bene pensatus*, pro *bene pensans*: *Et sic per singulos menses in anni circulo in unumquemque mensem unum solidum in manu pauperis mitte bene pensatum.* Vide *Merus.*

Denarius mixtus opponitur *mero*, in Capitulis Caroli C. tit. 31. §. 13.

Denarius calefactus, fronti impressus eorum, qui denarios bonos & bene pensantes rejiciebant. Capitula Caroli C. tit. 28. *Habeat Missus reipublicæ in civitatibus, & in mercatis, denarium sic affectatum, & deprehensum in fronte denario calefacto salvis venis taliter coquat, ut ipse homo & cæteri castigentur, & homo non pereat, & videntibus castigationis signum ostendat.*

Tertius Denarius. Vide *Advocatus*, & *Comes de tertio denario.*

Denarii Parisienses, in Charta Philippi I. Regis Fr. an. 1060. apud Doubletum in Hist. Sandionysiana cap. 12. Vide *Moneta.*

Denarius Frisonicus, in Addit. ad Leg. Frison. tit. 3. §. 44.

Denarii ponderis, & *Denarii numerales*, in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ c. 46. §. 2. 3. 4. 5. 6. Statutum Edwardi I. Regis Angliæ, de compositione mensurarum, apud Spelmannum: *Denarius Angliæ, qui nominatur Sterlingus, rotundus sine tonsura, ponderabit 32. grana frumenti in medio spicæ; & 20. denarii faciunt unciam, & 12. unciæ faciunt libram.*

Denarius Dei, Qui datur in arrham emptionis. Dicitur autem *Denarius Dei*, quòd in pios usus, non in venditoris commodum convertatur. *Denier à Dieu*, in Consuetudine Insulensi art. 50. 80. 81. 92. 160. Statuta Gildæ Scoticæ cap. 22. §. 4. *Si quis emerit haleces, vel alia mercimonia, & dederit denarium Dei, vel aliquod argentum in arrhis.*

Denarius appensus Chartæ. Vetus Notitia ex Tabulario S. Laudi Andegav. fol. 84. *Omnibus --- notum sit, quòd Raherus Augardis filius, ipse & mater sua dederunt Ecclesiæ S. Laudi terram quandam, quæ est trans rivulum juxta domum Chalopini, & facientes donum super altare posuerunt, accepta à Canonicis caritate, quam decuit. Postea verò Raherus partem prædictæ terræ, Canonicis nescientibus, Chalopino tradidit, 4. denarios census ab eo accepturus. Quod ubi cum eis contendere voluit, scilicet jus Ecclesiæ recognoscens, 4. denarios, quos injustè acceperat, in manu Normanni Decani in Claustro S. Laudi, reddidit videntibus Canonicis --- Denarius autem, qui huic Cartulæ dependet in testimonium, unus est ex illis 4. quos Raherum reddidisse præmissum est.* Vide Louvetum to. 2. Hist. Bellovac. pag. 213. & in verbo *Investitura.*

Denarius & Candela caritatis, inter oblationes, quæ Sacerdotibus fiunt, recensentur in Charta Manassis Episcopi Lingonensis ann. 1185. apud Petrum Roverium in Reomao p. 218.

Deniers de Pelices, in Aresto an. 1344. in Probat. Hist. Ecclesiæ S. Aniani Aurelian. pag. 105. Vide *Pellicia.*

Denarius complicatus ex voto ad Tumbam Sancti oblatus, apud Radulfum in Miraculis S. Richardi Episcopi Cicestrensis n. 4.

Quatuor denarios super re, quam ut suam vindicabat, ponebat is coram judicibus, qui furto sibi ablatam contendebat, de quo ritu agunt Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. c. 12 17.

Servus per denarium manumissus. Vide *Denarialis.*

Denarii Paschales, qui dicti fuerint? colligere licet ex Alexandro III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense II. part. 2. c. 9. *Et inter cætera denarios Christianos ab eis pro voluntate vestra in salutis vestræ periculum extorquere præsumitis: Hujusmodi exactionem, ut eam liberius videamini exigere, quandoque consuetudinem Episcopalem, quandoque Synodalia, quandoque denarios Paschales appellantes.* Vide *Synodaticum.*

Denarius S. Petri, Pecunia, quæ ab Anglis quotannis Sedi Romanæ pensitabatur, in Legibus Saxonicis Kanuti c. 9. & Henrici I. c. 11. & in Canonibus Saxonicis Edgari Reg. c. 54. Rom Feoh, i. e. nummus Romanus: *Romescot*, in Legibus Edwardi Confess. c. 10. & apud alios: *le Denier du S. Pere*, in Legibus Guillelmi Nothi vernaculis c. 18. *Denarii, quos Romæ ad S. Petrum debemus*, inquit Kanutus apud Radulfum de Diceto an. 1031. *Census B. Petri in Anglia*, apud Hugonem Flaviniac. ann. 1101.

Hujus pensitationis auctorem Inam West-Saxonum faciunt Angli, Rob. de Monte Offam Merciæ Regem, ann. 1116. *Hic est Offa Rex, qui dedit Vicario B. Petri Romanæ urbis Pontifici redditum statutum, quod vocatur Romescot, de singulis domibus regni sui in æternum.* Quod alii Inæ & Offæ, Will. Malmesburiensis lib. 2. Hist. c. 2. & Bromptonus Ethelwolfo Regi tribuunt: *Postea Romam abiit, & contulit Deo & B. Petro singulis annis de qualibet domo totius Angliæ unum denarium, qui hodie Denarius S. Petri vulgariter appellatur, & ipsemet ob devotionem, quam erga Deum gesserat, purum denarium obtulit pura mente.* Rem conciliat Polyd. Virgil. qui à tribus istis Regibus Denarium S. Petri vicissim concessum, eamque pensitationem, sua etiamnum ætate, hoc est, sub Henr. VIII. obtinuisse scribit. Exigebatur igitur in singulas domos. At Legibus Edw. c. 10. & Guill. Nothi c. 18. ab iis tantùm, *qui haberent 30. denariatas vivæ pecuniæ in domo sua.*

A Denarii B. Petri pensitatione nemo ferè erat immunis. Vita Offæ II. Regis, de Ecclesia S. Albani: *Quæ tanta libertate privilegiata refulget, ut ab Apostolica consuetudine & reditu, qui Romescot dicitur Anglicè, Denarius S. Petri Latinè; cùm neque Rex, neque Archiepiscopus, vel Episcopus, vel Prior, aut quilibet de Regno, ab illius solutione sit immunis: ipsa quidem Ecclesia, quæ Basilica S. Petri dicitur, sola quieta est.* Eadem habet Matthæus Westmonasteriensis an. 704.

Denarius S. Petri *summonebatur in festo Apostolorum Petri & Pauli*, & colligebatur in festo Vinculorum S. Petri, ut est in Canonibus Edgari c. 54. in Legibus Kanuti c. 9. Edwardi Regis c. 10. & Henrici I. c. 11. in Concilio Ænhamensi an. 1009. c. 11. &c. Colligebatur verò à Prælatis ipsis, ut liquet ex Innocent. III. lib. 16. Epist. 173.

Non tamen in tributum, licèt ita appelletur à Malmesbur. l. 2. c. 2. sed in eleemosynam pensitabatur: unde *Regis Eleemosyna* nuncupatur in Legibus Edwardi c. 10. *Eleemosyna S. Petri*, in Charta Paschalis PP. apud Eadm. l. 5. Hist. Novor. p. 113. Ita Joannes Rex Angliæ apud Innocentium III. lib. 16. Epist. 131. & Matth. Paris an. 1213. in Charta, qua Regnum Angliæ Sedi Apostolicæ subdit, Denarium S. Petri à tributo distinguit: *Ad indicium autem hujus nostræ perpetuæ obligationis & concessionis, volumus & stabilimus, ut de propriis & specialibus redditibus nostris prædictorum regnorum pro omni servitio & consuetudine, quæ pro ipsis facere debemus, salvis per omnia denariis B. Petri, Ecclesia Romana mille marcas esterlingorum percipiat annuatim, &c.*

At quod gratuito primitus dabatur, postmodum Ecclesiastici patrimonii vicem obtinuit, *Censusque Ecclesiæ* dictum est, ad cujus solutionem etiam adhibitæ censuræ Ecclesiasticæ, ut est apud Innocentium III. l. 16. Ep. 173. & in Chronico Aulæ regiæ cap. 9. sed tandem ad certam summam, scilicet 200. lib. 26. sol. ab Episcopis colligendam redactus est. Vide Prynneum in Libertatibus Eccl. Anglic. tom. 3. p. 1171. Adde eundem p. 50.

Unius porrò pensitationis annuæ pars una in usus Romani Pontificis, altera in usus fratrum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quæ vocatur *Schola Anglorum*, deferebatur, ut habet Epistola Alexandri II. PP. ad Willelm. Nothum apud Baron. ann. 1068. n. 2. Vide Lanfrancum Epist. 7. Ordericum Vital. l. 3. p. 465. W. Malmesbur. p. 75. Spelmannum in *Romescot*, Jo. Foxum lib. 4. p. 371. Edit. 2. & infrà in *Romescot.*

Denarius S. Petri non modò exactus in Anglia; sed & in cæteris fermè regnis.

In Gallia enim pensitatum, auctor est Gregorius VII. PP. lib. 8. Epist. ult. *Dicendum est autem omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, ut unaquæque domus saltem unum denarium annuatim solvant B. Petro, si eum recognoscunt Patrem & Pastorem suum more antiquo.* Vide suprà in V. *Census.*

In Polonia. Chronicon Aulæ Regiæ cap. 9. *Hoc anno (1320.) Lokotto Dux Sandomeriæ a Sede Apostolica obtinuit Coronam regalem Poloniæ, —incepitque statim denarium S. Petri de unoquoque capite humano Sedi Apostolicæ decimaliter solvere, qui antea longo tempore denegatus fuerat, ut dicitur, de facto, non de jure. Verumtamen quia Duces Silesiæ hunc dare decimalem denarium denegant Apostolico, ipsorum dominia usque hodie stant sub Ecclesiastico interdicto.* Adde c. 33. Epistola MS. Ducis Silesiæ Hæredis regni Poloniæ ad Joannem PP. ann. 1323. ex Bibl. Regia: *Denarium verò sancti Petri, licèt modo insolito exigatur, ipsum tamen ego & fratres mei in signum obedientiæ, qua sanctissimæ paternitati vestræ & Apostolicæ Sedi immediatè nos recognoscimus esse subjectos, in omnibus terris & districtibus nostris solvi dudum mandavimus &c.* Charta alia ibidem: *Super solutione census, qui Denarius Beati Petri nuncupatur in partibus Poloniæ, &c.* Vide Ditmarum lib. 6. & Gregor. VII. lib. 2. Ep. 7.

In Bohemia. Carolus IV. Imp. in Vita sua: *Processi cum ipso versus Avenionem ad PP. Benedictum XII. ad concordandum cum eo de Denario S. Petri, qui datur in diœcesi VVratislaviensi.*

DENARRARE, Placitare, causam suam coram judice exponere, *Plaider*, occurrit in veteri Notitia an. 1103. in Tabulario Monast. Fiscanens. fol. 58. Vide *Narrator.*

DENASATUS, Absque naso in Chronico Montis Sereni p. 95. Hugo *Plagon* in Versione Gallica Wil. Tyrii l. 2. c. 23. *Nares habens mutilas*, vertit *renillées.*

Nasi abscissio, inter pœnas receptas apud Occidentales, ut constat ex lege Wisigoth. lib. 12. tit. 3. §. 4. & Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 61. Capit. Caroli M. ad Leg. Salic. tit. 3. cap. 7. ex Capitulari Pipini Regis ann. 744. c. 22. Capitulari an. 779. cap. 23. ex lib. 5. Capitul. c. 135. addit. 4. c. 142. &c. Vide præterea Leges Canuti Anglo-Sax. c. 27. 50. Novell. 134. c. 13. Novell. Leon. 32. 34. Harmenopul. lib. 6. tit. 1. §. 14. 25. 27. tit. 3. & 3. 4. 6. 9. 10. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicil. cap. 201. &c. Huc pertinet proverbium, in veteri Poëmate MS. *de Garin de Loherans*:

Qui son niz cope, il deserte son vis.

Sed & ista ex Legibus Scaniæ lib. 5. c. 23. apud Andream Suenonis Archiepisc. Lundensem: *In membrorum abscissione refert, quod membrum fuerit amputatum.*

tur. Quorum enim amputatio majorem generat deformitatem, ampliorem requirit etiam emendationem. Unde cùm amputatio nasi plurimùm hominem dedeceat & deformet, statutum est, ut homicidio emendatione debeat adequari.

Nares sibi invicem præcidere jubentur adjutores eorum qui conspirationes fecerunt. in Capitul. j. Caroli M. an. 805. c. 10. & in Capitul Ludovici Pii an. 824. c. 6. apud Holstenium.

DENATA. Diploma Joannæ Comitissæ Flandriæ & Hannon. pro Marquettano Monasterio apud Buzelin. in Gallo-Fl. lib. 2. c. 50. *Vendidit Ecclesiæ prælibatæ ——50. capones, centum solidos in denatas, dimidium bonarium prati, &c.* An in *denaratas*?

DENATICATUS, Absq; natibus. Papias: *Depygis, denaticata, sine natibus: nam pyga extrema pars corporis.*

DENDROPHORI, Corpora & Collegia conficiebant in civitatibus, quæ *frequentia hominum multiplicari expedire* ait Constantinus Imp. in l. 1. C. Th. de Centonariis & Dendrophoris, in qua junguntur *Centonariis & Fabris*: sed quæ eorum fuerit ars, non omnino constat, tametsi videntur fuisse occupati rei militari. Nam Centonarii creduntur fuisse *centonum*, vel tentoriorum confectores, *Fabri*, τεχνῖται, in Gloss. ferrarii & tignarii: unde *Dendrophoros* conjectare est eos fuisse qui tentoriorum ligna & *arbores* conficiebant: nisi fuerint qui ligna, arbores, & materias ligneas ad ædificia construenda vendebant, quod quidam opinati sunt. Neque promptius est definire, qui propriè dicantur.

Dendrophori, in lege 20. Cod. Theod. de Paganis, in qua accensentur iis qui ritus gentilitios colebant: ubi Jacobus Gothofredus, ut & Salmasius ad Spartianum censent ita appellatos, quòd arbores stirpitus excisas per urbem humeris ferrent in honorem alicujus Dei, ex Artemidoro lib. 2. c. 42. χορεύειν δὲ τῷ Θεῷ, ἢ θυρσοφορεῖν, ἢ δενδροφορεῖν, ἢ ἄλλο τι τῶν κεχαρισμένων τῷ Θεῷ πράττειν πᾶσι πονηρὸν, πλὴν δούλων. Quam quidem δενδροφορίαν sic expressit Commodianus:

Egregios proceres, currum servare Cybellæ,
Quem traheret conducta manus Megalensibus actis,
Arboris excissæ truncum portare per urbem.

Scaliger l. 3. Ep. 205. dictos putat Dendrophores à Silvano Dendrophoro, cujus mentio est in vett. Inscriptionibus, intexto in vexillis illorum Corporatorum. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Linguæ Italicæ V. *Mazo*.

DENELAGA, Vide *Lex Danorum*.

DENECTARE, Devastare, apud Erchempertum in Hist. Ducum Benevent. c. 18.

DENIZATIO, vox fori Anglici, *à Denizen*, quasi *deinsnee*, inquit Cokus ad Littletonem *sect.* 198. hoc est, intra (regni fines) natus: cùm quis alienigena Diploma à Rege obtinet, quo *tanquã in regno natus, in omnibus tractetur & reputetur, habeatur, tenatur, & gubernetur tanquam ligius Regis, in curiis audiatur ut Anglus, & quod non repellatur per illam exceptionem quod sit alienigena, &c.* Vide Rastallum in *Denizen*.

DENNA. Vide *Dena*.

DENOMINATIO, Professio feudalis, quâ scilicet quis feudalium prædiorum cum suis limitibus ac terminis, atque adeò juribus ac oneribus descriptionem domino ex debito offert. Occurrit in Charta ann. 1387 & in Regesto Parlam. B. fol. 74. verso. *Nommée*, in Consuet. Montargensi cap. 1. art. 75. Aurel. tit. cap. 1. art. 73. Burbonensi art. 381. 382. Arvernensi cap. 22. art. 49. & Marchensi art. 188. *Dénombrement*, in aliis passim.

DENS. *Dentes angulares*, in Lege Frision. Add. tit. 3. §. 37.

Dentes molares, in eadem Legem Fris. §. 38. μύλοι, in Gloss. S. Benedicti. Vide Isidor. l. 11. Orig. c. 1.

Dentes maxillares, in Lege Longobard. l. 1. tit. 7. §. 6. γόμφοι, in Gloss. S. Bened. Vide Gorreum & Medicos.

Dentes qui in risu apparent, ibidem.

Dentes equini. Albertus Stadensis an. 196. *Pulli etiam equorum dentes majores, quos ... vulgo appellant, quosque non nisi caballis concedit natura, in ipso partu protulerunt.*

Dentis evulsio, amissio. Pœna olim recepta. Ditmarus lib. 8. initio: *Quicunque post Septuagesimam carnem manducasse invenitur, abscissis dentibus graviter punitur*, apud Polonos Consuetudinis MSS. solemnis aci in Arvernis: *Si aliquis intraverit de die ortum vel vineam alicujus, ——& inde extrahat fructus, aut solvat 7. solidos Podiens. aut amittat dentem, & sit in optionem ejus delinquentis solvere dictam pœnam, aut amittere dentem.*

Dentibus literas scindere. Chronicon Montis Sereni ann. 1214. *Papa motus ejus instantia, & causa cognita jussit ut literas datas, dentibus scinderet, quod literis cassatis fieri solet.*

DENSETUM, Locus densus in silva. Ebrardus in Græcismo c. 11.

Densatum propriè, quod fit densum licuet esse,
Luci densetum dicas, ubi cernis pacem.

DENTARIA, *Ferrum unde Medici dentes tollunt*, Ugutioni. Apud Jo. de Janua & in Catholico Armorico *Dentana* scribitur, *Fer ou instrument pour traire dent*. Gloss. Gr. Lat. ὀδοντάγρα, *forfex dentaria*.

DENTALES, *Aures aratri, quibus latior sulcus redditur*, Papias.

DENTIDUCUM, Instrumentum quo dentes avelluntur. Erasistratus apud Cælium Aurelian. lib. 2. Chronicon. c. 4. ait *plumbeum odontagogum*, (ὀδονταγωγὸν) *quod nos Dentiducum dicere poterimus, apud Delphos in Apollinis templo ostentationis causa propositum, quo demonstratur oportere eos dentes auferri, qui sint faciles, vel mobilitate Laxati, vel quibus sufficiat plumbei ferramenti conamen ad summum.* Locus insignis pro iis qui dentium morbo laborant. *Dentarium* ab Ugutione appellari supra observavimus.

DENTIVA, Gingivæ quibus dentes hærent. Chronic. Windesemense l. 2. c. 68. *Ante oculos quibusdam excussis dentibus, dentivisq; collisis*. Legendum fortè *gingivis*.

DENTRIX, Carminarium, Gallis, *un Serin*. Occurrit apud Cantipratanum.

Est etiam nomen piscis apud Isidorum lib. 12. c. 6. *Dentrix pro multididine & granditate dentium dictus*. De eo fortè intelligenda Charta Henrici VI. Regis Angl. pro Monasterio Ramseiensi: *Et sint quieti a quibuscunq; prisis ——caponum, gallinarum, pullorum, columbarum, dentricium, & anguillarum, ac omnium aliorum piscium recentium*. Ubi *dentrix*, ni fallor, appellatur, quod nostris dicitur *Mellens*; nam multos habet dentes & acutos.

DENUNDINARE, Propalare, divulgare, quod faciunt qui in nundinis merces suas palam exponunt. Gloss. Isidori *Denundinat, omnibus notum facit*. Ita enim Gloss. Arabico-Lat.

DENUNTIATORES. Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 38. §. 1. *Denunciatones autem pro nobis, vel contra Curiam nostram factas, quas in posterum denuntiatoris nomine non expresse recipi prohibemus, per judices ante factos discuti volumus. &c.*

Denunciatores regionum urbis, habent Inscriptiones Veteres apud Gruter, 250. 254. 4.

Denuntiatio novi operis per jactum lapilli, apud Rollandinum in Summa Notariæ cap. 6. extremo.

DEODA, *id est, divina.* Papias.

DEODANDA, appellantur bruta omnia & inanimata, quorum impetu vita hominis tollitur: verbi gratiâ equus calcitrans, bos cornupeta, trabis aut domus casus vel ruina, navis in flumine fracta, &c. Cùm enim lege Mosis bos homicida lapidibus obruendus esset, Anglis placuit, ut eorum pretium in pios usus erogaretur, & Deo donaretur: Bractonl. 3. Tract. 2. c. 5. n. 8. *Item batelli de quibus tales submersi fuerint, appretientur, & alia quæ sunt causa mortis alicujus; & sunt Deodanda pro Rege, ut si submersus fuerit quis in aqua dulci, & non in mari (ubi nec navis, nec meremium, si navis fracta fuerit, erit Deodanda) quia omnia ista erunt dominorum, si vivant, sicut eorum catalla; nec sunt Deodanda ex infortunio in mari, nec wreccum, nec etiam murdrum de occisis in mari.* Quod dicit *pro Rege*, exponere videtur Fleta lib. 1. c. 25. §. 9. *pro anima Regis & omnium fidelium defunctorum.* Adde eundem Bractonum d. libro & tract. c. 15. §. 6 Monast. Anglic. tom. 1. p. 977. Willelm. Stanfordium lib. 1. Placit. Coronæ cap. 12. Cowellum lib. 4. tit. 8. §. 1. & Rastallum verbo *Deodande.*

DEODICATA, *Sacrata*, Sanctimonialis, quæ Deo continentiæ & integritatis votum vovit. Capitulare Haitonis Ep. Basileensis c. 16. *Ut mulieres ad altare non accedant, nec ipsæ Deo dicatæ in nullo ministerio altaris intermisceantur.* S. Cyprianus Ep. 62. *Quod si ex fide se Deo dicaverint, pudicè & castè sine ulla fabula perseverent.* Idem de Disciplin. & habitu Virg. *Ut quæ se Christo dicaverint, & à carnali concupiscentia recedentes, Tam carne quàm mente Deo se voverint.* Vide Sanctus Hieronymus Epist. 15. *Et tunicam fusciorem, quam à matre impetrare non poterat, induta, pro negotiationis auspicio se repentè Domino consecravit.* Et lib. 1. advers. Jovinianum cap. 7. *Virgines, quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt, quam incestæ.* Conc. Eliberit. c. 27. l. 1. Cod. Th. de Raptu & matrim. Sanctimonial. & l. 12. de Scænicis eod. Cod. Acta S. Marcianæ Mart. n. 3. Vitam S. Præjecti n. 4. &c.

Deo sacrata. Vetus Inscriptio Mediolani ad D. Protasii:

Clara genus, censu pollens, & mater egentum,
Virgo sacrata Deo Manlia Dadalia.

Vide Vitam S. Austrebertæ n. 11. *Deo dicata virginitas*, apud S. Fulgentium Epist. 3. ad Probam de Virginitate. *Virgo Deo dedita*, apud Gennadium de Scriptor. Eccl. in Paulo Presbytro. *Deo vota*, quomodo Sanctimoniales aliquot subscribunt Chartam Muniæ Abbatissæ ann. 922. apud *Yepez* in Cron. Ordin. S. Benedicti tom. 4. pag. ult. in alia Christinæ filiæ Bermundi II. Regis tom. 5. p. 426. *Virgo sacra*, apud S. August. Epist. 103. *Sacrata virgo*, in l. 2. Cod. Th. de Raptu vel matrim. Historia S. Clementis PP. *Cùm & Domitillam virginem, neptem Domitiani Principis, sponsam Aureliani, credentem Christo, sacro velamine ad integritatis perseverantiam consecraret.* Hist. S. Apollinaris Mart. *Filia verò ejus consecrata est Deo, & permansit virgo.*

Ejusmodi porrò devotas virgines præ cæteris graphicè describit Libellus precum Marcellini & Faustini Presbyteror. *Sed & apud Palæstinam in Eleutheropoli est sacra virgo Christi, nomine Hermione, generosis quidem edita natalibus, sed fide & sanctimonia multùm facta generosior, ipsam virginitatem condecorans contemptu rerum sæcularium, & humanæ gloriæ, ad quam plerique affectant, etiam qui se sæculo & concupiscentiæ carnis abrenuntiasse gloriantur. Hæc in quantum castimoniam corporis sacro rigore custodit, in tantum animæ puritatem casta piæ fidei observatione conservat, non hæreticis, non prævaricatoribus communicans.*

Deo dicati, Ordinibus sacris initiati. Monachi, &c. Lucifer Calaritanus, lib. Moriendum esse. &c. *Dicatos Deo homines torques interficis; &c.* Et infrà: *Tu contra Deo dignaris interficere dicatos.*

DEO GRATIAS, Salutationis formula veteribus Christianis etiam usitata, ut testatur S. Augustinus in Psal. 132. & Epist. 77. Regula S. Benedicti cap. 66. Ostiario præcipit, *mox ut aliquis pulsaverit, aut pauper clamaverit, Deo gratias, respondeat, aut Benedic.*

DEONANDI. Guibertus lib. 2. de Vita sua c. 5. *Et ecce mane quodam, dum adhuc mediè sopitus clausis oculis cubitaret, duo dæmones instar religiosorum illorum, quos Deonandos vulgo appellant, scamno quod ejus subsidebat lectulo, insederunt.* Mox *Circumcelliones*, & *laicas personas* vocat. Ubi vir doctissimus D. Lucas Acherius non improbabili conjectura putat *Deonandos* esse, quos vulgo *Donatos* & *Oblatos* in Monasteriis vocitabant. Vide *Donati.*

DEONARII, Hæreticorum secta ex Manichæis seu Paulicianis. Historia Vezeliacensis lib. 4. p. 644. *Eo tempore deprehensi sunt apud Vizeliacum quidam hæretici, qui dicuntur Deonarii, seu Poplicani.* Et mox: *Convicti sunt quod solam divinitatis essentiam ore confitentes, omnia penitus Ecclesiæ Catholicæ Sacramenta evacuarent.* Ii forte quos *Deistas* dicimus, qui omni religione posthabita, solum Deum colunt. Vide *Populicani.*

DEORNATUS, *Depravatus*, in Glossis MSS. ad Concilium Carthag. c. 14.

DEPACTARE. Carolus IV. Imp. de Vita sua pag. 104. *Rex autem Cracoviæ & Bulco Dux malignum fraudulenter conflaverunt consilium; qualiter Joannem Regem & Carolum in eorum reditu de Prussia possent capere, & post multas calumnias usque ad extremum depauperatum depactare.* Ubi *Depactare* videtur esse nostrum *Dépaqueter*, vel *Dévaliser.*

DEPACTIRE, Pacisci, depacisci, pactione transigere. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 2. §. 10. *Et post causæ initium renuentes judicium, de inchoato præsumpserint inter se depactire negotio.*

Depactum, Pactum, conventum, apud Flodoardum, idem quod

Depactio, Pacis confœderatio, in Glossis Arabico-Lat.

DEPAGARE. Gloss. Arabico-Lat. *Depago, deflecto, à pagendo dicitur, vel transigo, à paciscendo.* Glossæ Isidori: *Depago; deflecto; vel transigo.* Vox conficta à *pagare*, solvere, *Paier*: *pagare* verò à *pactare*: unde legendum videtur, *depago, depacto, à pagando dictum, vel transigo, &c.*

DEPALARE, Palis vineam instruere, vitibus palus jungere. Hermas in Pastorali lib. 1. c. 5. *Eique assignavit vineam, præcipiens ut vitibus jungeret palos — cumque depalasset vineam illam, & animadvertisset eam herbis repletam, &c.* Occurrrit ibi pluries. Apud Tertullianum in Apologetico, *depalare civitatem*, est palis cingere.

DEPALARE, Manifestare. Gloss. Arabico-Lat. *Depalo devolvo, manifesto.* Gloss. Isid. & Papias: *Depalata manifestata.* Constantinus Presbyter de Vita S. Germani c. 16. *Virtutum suarum ostenta depalavit.* Stephanus Africanus Presbyter in vita S. Amatoris n. 7. *Votorumque suorum desideria depalantes.*

DEPALIARE. Vide *Detunicare.*

DEPANARE, *Depanatus.* Papias: *Depanare, dilaniare, de panno rapere.* Isidor. in Gloss. *Depanare, dilacerare.* Jo. de Janua: *Depannare, dilacerare, vel pannos auferre, expolitare, denudare.* Capitula Caroli C. tit. 29. *Sicut quando solemus de istis frequentibus itineribus reverti ad mansiones nostras detonsi, & delavati, cum drappis & calciamentis depannatis, tunc nos reficimus & reparamus.* Id est, *laceratis*: nos diceremus, *des souliers deschirez.* *Le Roman de la Conqueste d'Outremer*, apud Falcetum: *Là*

Là veussiés voir tant viés dras depannés,
Et tant grande barbe, & tant ciés hurpés.

Gariopontus lib. 1. cap. 17. *Frigidus humor capitis similiter dentem vitiat, commovendo, pertundendo, frangendo, privando, depannando.*

DEPAUPERARE, *Pauperem facere, vel à paupertate removere,* Ugutioni. Alanus in Planctu naturæ :

Nam timor aggreditur mentem, pariterque cupido
Concutit, & totam mentis depauperat urbem.

Vide *Pauperare.*

DEPECTIO, pro *depactio*, Pactio, pactum, turpis pactio. Ita usurpant lex 1. Cod. Th. de Appellat. & l. 1. de Postulando. Vide Cujac. lib. 2. Obs. c. 15. & suprà in *Depactire.*

DEPECUATIO, Pecudibus spoliare, pecudes abigere. Charta Henrici Comitis Palatini an. 1271. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. p. 166. *Super diversis dissensionum articulis, damnis, incendiis, rapinis, captivationibus, depecuationibus, homicidiis, &c.*

DEPECZATUS. Vide *Pecia.*

DEPELLICULARI, apud Papiam, *Decipere, à pelliciendo dictum.*

DEPERSONARE. Vide *Dipersonare.*

DEPETULARI, *Petulans fieri*, in Gloss. MS. Regio.

DEPILARE, Decalvare, ad dedecus radere: injuriæ species, in Speculo Saxonico lib. 3. tit. 37. §. 1. Est etiam pœnæ genus, Hungaris familiare, quod occurrit in Decretis S. Stephani Regis Hungar. lib. 2. c. 8. 26. S. Ladislai R. Hung. lib. 2. c. 11. lib. 3. c. 26. Gloss. Lat. Græc. *Depilat*, μαδίζει. *Depilatus est*, ἐμαδίσθη. Vide *Decalvatio*, & Olaum Borrichium de Variis linguæ Latinæ ætatib. p. 82.

Depilare, pro excerpere ex alienis scriptis, apud Petrum Blesensem.

DEPITARE, Discerpere, in *pecias* mittere, Gallis *Depiecer*, *Mettre en pieces.* Lambertus Ardensis p. 161. *Quo* (urso) *adducto, & coram populo demonstrato, & canibus ablatrato, & ferè usque ad internecionem discerpto & depitato, &c.* Etiamnum dicimus, *se Depiter & se mettre en pieces.*

DEPLANO, Compendiosè. Vetus Inscriptio 408. 1. *Ut & ipsi sint, cum quibus munera decurionatus ut paucis jam onerosa honeste de plano conpartiamur. De plano judicare*, citra ambages & processus : Formula, quæ occurrit passim apud Jurisconsf.

DEPLASMARE, *Difformare*, *valde formare.* In Glossis MSS.

DEPLICARE, Isidoro in Gloss. *Decedere, devitare.* Et *applicare*, est admovere.

Deplicare, Explicare, ex Gall. *Desplier.* Miracula Sanctæ Genovefæ n. 30. *Cujus pedes tanta erant contractione natibus complicati, ut nulla possent arte deplicari.* Et n. 35. *Manus plicavit sæpius, & deplicavit.*

DEPOMPARE. Ugutio: *A pompa, pomposus, & pompo, as, superbire, gloriari. Unde Josephus in 20. In gentem nostram prompta malignitate pompabat. Et inde Pompator, qui aliquid superbè, vel pomposè agit. Et compos. Depompo, as, id est, vituperare, detestari, &c.* S. Hieronym. in Ruffinum lib. 1. cap. ultim. *Prætermitto, quæ contra me loquens, propositum tuum deturpâsti, quæ in depompationem omnium Christianorum & verbis & opere feceris. Vide Pompare.* Vetus Interpres Concilii VI. Oecumenici art. 12. *Dum redarguisset atque depompâsset pravam ejus impietatem.* Ubi Gr. Edit. θριαμβεύσασα τὴν μοχθηρὰν τούτου δυσσέβειαν. Vide Glossar. med. Græcit. in πομπεύειν.

DEPONTANUS, Ugutioni, *qui ad tam gravem devenit ætatem & vitam, ut magis prosit ei de ponte se projicere, quàm vivere: quod faciebant*, inquit ille, *in aliquibus provinciis.*

DEPOPULARE, Populo, seu incolis spoliare. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. c. 36. *Pestilentia hanc urbem clade vehementissima depopulavit. Barbarica depopulatio*, in l. ult. Cod. Th. de Infirm. his, quæ sub barb. *Depopulator Judæorum*, in l. 14. eod. Cod. de Judæis.

DEPORTARE, Favere alicui, Gall. *Supporter quelqu' un.* Charta Henrici Comitis Campaniæ pro Communiæ Meldensis institutione an. 1179. in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 289. *Ad hoc statuti homines juraverunt, quòd neminem propter amorem vel cognationem deportaverint, neminem propter inimicitiam læserint; sed rectum judicium per omnia facient.* Vide Chartam Communiæ Suessionensis to. 11. Spicilegii Acheriani p. 344. & Valliaci an. 1187. tom. 13. ejusdem Spicileg. p. 325.

Interdum, tolerare, sufferre, pati. Annales Francor. S. Nazarii tom. 2. Hist. Fr. ann. 786. *Rex verò, quia erat mitissimus atque sapientissimus, ---- moderantissimè illud deportavit.* Vide Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 521.

DEPORTUS, Jus caduci in Beneficiis Ecclesiasticis, quando vacant, quod ad Episcopum aut Archidiaconum spectat, seu *Annata*, & *reditus* primi anni Beneficii Ecclesiastici vacantis, de quo jure multa Chopinus lib. 1. de Sacra Polit. tit. 8. art. 16. lib. 3. tit. 3. art. 4. 5. 6. 7. Raguellus in V. *Deport*, & Innocentius Cironus in Paratitul. Decret. lib. 5. c. 12. Vide nuperam Conciliorum Ecclesiæ Rotomagensis Collectionem p. 323.

DEPOSITIO, Pœna Ecclesiastica, qua rei Clerici è suo gradu ejiciuntur, mitior degradatione. Vita Ludovici Pii an. 818. *Episcopos porrò hac constrictos immanitate ab Episcopis reliquis depositos, Monasteriis mancipavit.* Regiam Majest. lib. 2. c. 13. §. 14. de servo Clerico: *Et si judicio reddi debeat, deponendus est, vel degradandus, antequam reddatur.* Vide Gualterum in Tabulis Siculis p. 40. 41. &c. & V. *Degradatio.*

Depositio, Dies obitus, quo mortuus terræ mandatur, in terram deponitur, vel quo quis vitam deponit: cujus appellationis causam fusè explicat S. Ambrosius Serm. 70. Vetus Inscr. Eboræ apud Resendium: *Depositio Pauli famulus Dei vixit annos* L. *& uno requievit in pace* D. III. *Id. Martias era* DLXXXII. Hariulfus lib. 4. Chr. Centul. c. 21. *Angelrannus, qui patri succedebat, in die depositionis ejusdem patris sui jam dictam villam Sancto contradidit.* In Charta donationis, quæ sequitur: *Quod pater meus, Comes scilicet Hugo, adhuc vivens, sed diem mortis extremum trahens, pro suo remedio animæ villam — S. Richario tradidit.* Passim in Martyrologio, quod D. Hieronymi titulo circumfertur, & aliis. Hinc

Depositio, pro die obitus anniversario. Joannes Episcopus Abrincensis de Offic. Eccl. *Sunt quædam Ecclesiæ, in quibus exceptis Depositionibus solùm per Kalendas mensium Missæ festivè celebrantur Mortuorum.* Occurrit mox rursùm.

Propriè autem usurpatur hæc vox de festo S. Joannis Evangelistæ, quod vulgò appellatur *Depositio*, *quia locum sepulturæ vivus intravit, & ita seipsum deposuit.* Ita Durandus lib. 7. c. 1. n. 19.

Depositus, Mortuus, vel certè humo mandatus. Inscriptio Romæ: *Hic jacet — deposita* III. *Kalend. Decemb.* Alia Mediolani : *C. Celio bene merenti, qui vixit annos* P. M. XXXV. *& depositus est* XIV. *Kal. Novembres, &c.* Passim in Monumentis Christianis apud Gruterum p. 832. 3. 1051. 1. 2. 9. 1052. 9. 10. 1054. 1. Sirmondum in Epitaph. Ennodii, & aliorum, in Notis ad Epist. ejusdem Ennodii lib. 6. Ep. 6. ad Epigr. 8. 79. &c. apud Laurent. Schraderum in Monument. Ital. p. 91. 6. Ughellum tom. 4. p. 596. tom. 5. p. 287. 294. &c.

DEPOST, Ponè, post, *Derriere.* Acta Proconsularia Marcellini PP. ann. 303. *Aliud nescio, nisi quia depost*

orcam eam (lucernam argenteam) *fecit*. Acta Martyrii S. Theodoriti: *Introducto ergo Theodorito, ligatis de post manibus, &c.* Utuntur præterea Stephanus Tornac. Epist. 134. Nizo Abb. in Vita S. Basini Archiep. Trevir. n. 2. 17. &c. Henricus Aquilonipolensis in Lubecca cap. 10.

DEPRECATORIÆ *Epistolæ*. Vetus Codex Canonum ex Bibl. Regia in Concilio Antioch. c. 8. *Presb ter, qui in agris Canonicas Epistolas dare non possunt, ad solos tantum vicinos Episcopos literas destinabunt*. Ubi Glossa interlinearis, *litteras simplices*. Et ad marg. *Id est, deprecatorias, non formatas*.

Deprecatoria Epistola, quâ quis rogat, precatur. Liber MS. Miraculorum SS. Floriani & Florentii: *Et quia tunc præsens Abbas non aderat, obnixè deprecatus est Fratres, ut ex nomine Abbatis ac ipsorum, deprecatoriam Epistolam præfato Episcopo, à quo in pœnitentiam missus fuerat, transcriberet, quatenus eum in propria parochia misericord ter reciperet*.

DEPRECATURA, idem quod *Precaria*, vel *Precatura*. Charta Angilranni Comitis Pontivi apud Hariulfum lib. 4. c. 21. *Sub excommunicatione interdixit, ne aliquis amplius in illa villa, neque per vim, neq; per deprecaturam, neq; per advocaturam de omissis consuetudinibus amplius aliquid expeteret*. Vide *Precaria* & *Prastaria*.

DEPRECIARE. Pretio minuere, Gallis, *Déprisér*. Papias: *Depretiare, de pretio auferre, deprimere, vilificare*. Tertullianus Apologet. c. 45. *Sic & Epicurus omnem cruciatum doloremque depreciat, modicum quidem contemptibilem pronuntiando, &c.* Et de Spectac. c. 22. *Amant, quos multant, depreciant, quos probant*. Fortunatus lib. 5. Poëm. in Epist. ad Syagrium: *De compendio cogitans, ne utilitate pretii depretiaretur, tibi merces captivi, &c.* Matthæus Vindocinensis in Tobia:

Te mediante ratum depretiatur opus.

Alibi:

Alterius pretium depretiare studet.

Egidius Corboliensis MS. lib. 3. extremo de Virtutibus antidotorum:

Sed perversa tui lex est & regula moris,
Ut quod scire nequis, id depreciare labores,

Utuntur præterea Cyprianus de Ascens. Christi, & in Symbol. Sidonius lib. 1. Epist. 7. lib. 2. Ep. 10. & Carm. 22. Marius Mercator, Ambrosius de Bono Mort. Will. Malmesbur. in Vita S. Aldhelmi c. 10. Julianus Antecess. Nov. 57. Halitgarius c. 4. Petr. Damian. lib. 4. Ep. 17. &c.

Depretiatus, dictus, inquit idem Papias ex Isidoro lib. 10. *quòd non sit aliquo pretio dignus*. Gloss. Lat. Gr. *Depretiati*, ἐλαττωθέντες. Gloss. Ælfrici: *Depretiatus*, Ƿꝺlea J. Paulinus Carm. 14.

Namque ubi corporeæ curatur gloria pompæ,
Vilescit pretio depretiatus homo.

Vide *Pretiare*.

Depretiare, alia notione accipitur in Canonibus Hibern. lib. 41. c. 22. *Filius adlatus, servus est ejusdem* (Ecclesiæ,) *nisi depretiatur*. Id est, filius projectus, & allatus ad Ecclesiam, ejusdem servus est, nisi dato pretio redimatur.

DEPRISUS. Charta Rotroci Comitis Perticensis ann. 1136. *Volumus insuper — quòd ipsi & sui homines à pedagiis, traversibus, deprisibus, & quibusvis consuetudinibus — liberi sint & immunes*. Scitum quid sit *Depris*, apud Parisienses, cùm quis prædium emere volens, dominum feudalem convenit, & cum eo de laudimiis paciscitur, & *de pretio* quidpiam sibi condonari obtinet.

DEPROPERUS, Valde *properus*, & probrosus. Vide Jacobum Gothofred. ad l. 13. Cod. Th. de Re milit.

DEPROPITIUS, *Contrarius*. Liber Diurnus cap. 2. tit. 9. *Si præter hæc aliud agere præsumsero, eris mihi in illa die terribilis judicii depropitius. &c.*

DEPROPRIARE, Extra proprietatem ponere. Matthæus Vindocinensis in Tobia:

Sic tria depropriant proprium, divina potestas
Claudens cuncta, jugum mortis, avara lues.

Destropriamentum. Statuta Ordinis Hospital. S. Joannis Hierosol. tit. 1. *Quod Fratres quolibet anno conficiant destropriamentum*. Adde tit. 3. §. 5. tit. 4. §. 16. 17. tit. 12. §. 10. Quale autem illud sit, sic exponitur tit. 19. de Verbor. signific. §. 34. *Despropriamentum est veluti privati abdicatio, cum Fratres id declarant, quod in supellectili ac re domestica & familiari habent*.

DEPTIVUM, Diptychum. Papias: *Deptivum, duæ tabulæ, ptien enim Græcè tabula dicitur*.

DEPUBLICARE, Deperdere. Additio ad Legem Frision. cap. 8. *Si — quodlibet animal fugiens dominum suum ab alio fuerit receptum, & quærenti domino negatum, & iterum depublicatum, reddat aut ipsum, quod suscepit, aut aliud simile, &c.*

DEPUDESCERE. Gloss. Gr. Lat. Ἀπερυθριῶ. *Depudesco, Derubesco, Depudo*, ἀπαναισχυντῶ.

DEPULSARE. Vide *Pulsare*.

DEPUTATI. Gloss. Lat. Græc. *Deputatus*, καταταχθεὶς, ἀπονεμηθείς. *Deputatio*, ἀπονέμησις, ἀποκλήρωσις. *Deputantur*, ἀναφέρονται, ἀπονέμονται. *Fabricis & aliis operibus publicis deputati*, in l. 8. C. de Servis fugit. Ὁπλότοιοι, qui numeri cujusque arma procurabant, *Fabricenses*. Peculiari verò appellatione *Deputati* dicti, quòd essent ἐν τοῖς ἀριθμοῖς συγκαταλεγόμενοι, ut est in Nov. Just. 85. §. 2. & annonas de publico sumerent, perinde ac milites ipsi: unde *Statuti numerorum* vocantur à Juliano Antecess. Const. 79. §. 2. Glossæ Basil. Λειτουργοί, δηποτάτοι, ἀφωρισμένοι. Totidem verbis Suidas in Etymologico. Sic legendum in Græca Inscriptione apud Jac. Sponium to. 3. Itiner. pag. 105. ΑΥΡ. ϹΑΛΑΒΩΝΗΝ. ΡΟΥΦΕΙΝΟΝ ΕΚΑΤΟΝΤΑΡΧΟΝ ΔΕΜΟΤΑΤΟΝ ΠΡΕΙΜΙΠΕΙΛΑΡΙΟΝ, &c. Perperam enim Edit. ΔΕΣΠΟΤΑΤΟΝ. Ejusmodi igitur sunt, qui in Notitia Imperii dicuntur *Deputati scholæ Agentium in rebus*, & *Deputati Domesticorum*, & *Deputati Equitum & Peditum*. Vide Jacob. Gothofredum in Paratit. ad tit. de Re militari lib. 7. Cod. Theod.

Deputati dicti postmodum sequiore Græcia, selecti quidam ex singulis ordinibus viri aliquot alacres, ex iis potissimùm, qui minùs locupletes erant, qui vulneratos in prælio reficiebant, aut collapsos ab equis erigebant, aut laborantes è certamine asportabant. De iis copiosè Rigaltius in Glossar. ex Mauricii & Leonis Tacticis.

Deputati, in Ecclesia Græcanica, quorum ministerium erat, Patriarcha procedente, è via populum abigere. Ordo M. Ecclesiæ: Ὁ Δεποτάτος προπορευόμενος ἔμπροσθεν τοῦ Ἀρχιερέως, καθαρίζει τὸν λαὸν ἀπὸ τῆς στράτας. Eadem habet Catalogus Official. M. Ecclesiæ apud Goarum in Euchologio Gr. ubi *Deputati* & *Ceroferarii* ordinatio refertur, quasi idem fuerit ministerium. Deputati meminit Cantacuzenus lib. 1. c. 41. & Codinus de Offic. Vide Meursium.

DEQUASSARE. Vita MS. S. Amatoris Episcopi: *Et his dictis Sacerdotis suavissima verba dequassans, respondit, &c.* id est, expendens.

DERATIONARE. Vide *Ratio*.

DERBIOSUS. Octavianus Horatian. lib. 1. Rer. Medicar. c. 10. *Derbiosos oculos, quos nos impetiginosos dicimus, asperitatum vitiis laborantes, sic curare consuevimus*.

DEREAMENTUM. Charta Stephani Comitis sacri Cæsaris an. 1290. *Item super eo, quod nos dicebamus, quod justitia dereamenti boum in terra dicti Odonis ad nos pertinere debebat: dicto Odone dicente pluribus rationibus, quod cum in terra sua haberet omnem jurisdictionem*

onem altam & bassam, casus iste sicut cæteri casus, in terra sua emergentes, ad se pertinere debebat. Infrà: Ordinatum insuper extitit super justitia dereamenti boum, quod dicto Odoni --- remanebit. Ubi justitia Dereamenti boum dici videtur, de bobus, qui extra agri dominici limites aliquid de alieno agro arant & usurpant. Nostri *derens* & *deraiement* etiamnum dicunt, ex Gallico *raie*, Sulcus.

DERECTARIUS, Qui fores effringit furandi animo. Gloss. Lat. Gr. *Derectarius*, ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἕνεκεν τοῦ κλέψαι εἰσερχόμενος οἰκίας. *Derectarius*, θυρεπανοίκτης, ἐπεισπηδητὴς, κατάρατος. Ex quibus idem Gloss. emendat Cujacius lib. 10. Observ. c. 34. *Defectarii, lib. de Off. Proconf.* εἰσπηδηστᾶνες, ubi legit *derectarii*. Glossæ Basilic. Οἱ τοιχωρύχοι, καὶ οἱ σάκκους ἀναχίζοντες, καὶ οἱ διρεκτάριοι, ἤγουν κλέπται. *Derectarios* quasi *directarios* appellari censent viri docti ejusmodi fures, voce ducta à *dirigere*, quod est *effringere*, uti notat Festus. Apud Basilium in Epist. διρεκτάριοι furibus junguntur. Vide eundem Cujac. lib. 10. Obser. c. 27. & V. Cl. Ægid. Menagium in Amœnitatib. Juris p. 299. 2. Edit.

DERECTUM, *In rectum vadens*: *Directum verò, in latere rectum*. Papias.

DEREFALD, vel Ðeorfald, vox Saxonica apud Ælfredum, pro vivario cervino, seu sæpimento, quo includuntur damæ: à Ðeor, cervus, fera, & Fald, stabulum. Vide *Parcus*.

DERELICTORIA *virga*. Tabularium S. Aniani Aurelianens. *Ut verò istud firmius sit, virgam, quam vocant vulgò Derelictoriam, signum quidem traditionis, super altare publicè impono*. Ubi *virga derelictoria* videtur illa esse, quâ utebantur vulgò in investituris, seu traditionibus rerum, quas Ecclesiis *derelinquebant*, & quam ad id in manus donatorum aut restituentium Canonici vel Monachi tradebant. Vide *Investitura per baculum*.

DERENUS, Moneta, quæ eadem, ni fallor, ac *Tarenus*. Joann. XXII. PP. tom. 4. part. 2. Epist. secret. p. 89. apud Rainaldum an. 1323. n. 9. *Soldanus debet habere ab Armenis tributum consuetum anno quolibet, quod est 12. centena millium Derenorum singuli quatuor computantur pro Byzantio albo de Cypro*. Vide *Tarenus*.

DERESCIAT. Capitulare Caroli M. an. 802. c. 35. apud V. Cl. Steph. Baluzium: *Si quis autem post hoc in perjurio probatus fuerit, manum dextra semper derescíat: tamen hæreditate propria priventur usque ad nostrum judicium*. Ubi fortè leg. *dextram se perdere sciat*.

DERETRO, pro *retro*, ab ante, *Derriere*. Baruth. c. 5. *Visa turba deretro*.

DERITTUM, *Derictum*. Vide *Directum*.

DEROBARE, Furari, expilare, *robam*, id est, vestem eripere, ex Gallico, *Derober*. Sanutus l. 3. part. 13. c. 10. *In Insula verò descendentes, derobato uno casali, redière*. Occurrit apud Michaëlem Madium de Barbizanis in Hist. c. 17. & Jo. Lucium de Regno Dalmat. ex veter. Chartis p. 175. 183.

Disrobare, apud Petrum de Vineis lib. 2. Ep. 45. l. 5. Ep. 48. 62. 78. Vide *Robare*.

DEROGARE, Detrahere. Papias: *Deruere, derogare, detrahere, vituperare*. Alibi: *Detractare, derogare, dedignari, temnere*. Concil. Emeritense c. 17. *Nullus subjectus decedentem detrahat Episcopum, nullus de eodem deroget, nec malum quicquam loquatur*. Ordericus Vitalis lib. 10. p. 789. *Stephanus quoque Blesensis Comes penè ab omnibus derogabatur, & indesinenter verecundabatur*. Passio SS. Seraphiæ & Sabinæ num. 2. *Quid tibi ipsa derogas, aut quare temetipsam vilem reddis?* Utitur non semel Ruffinus in S. Hieronymum, & in Apologia pro Origene, ut & Symmachus, Sidonius, & alii.

Derogatio, Contumelia. Facundus Hermianensis lib. 7. c. 7. p. 506. *Et post modica Episcopo Edessæ derogans, dicit: Hic nostræ civitatis tyrannus, &c.* Hesso Scholasticus: *Ut omne os adversariorum obstrueret, & vocem derogationibus omnibus auferret*. Concilium Lemovicense an. 1031. sess. 1. *Exeat in medium, & liberè dicat, ut aut doceat, aut doceatur, & derogatio confundatur de fraternitate Ecclesiæ*. Idem Ordericus lib. 11. *Ne aliqua sibi derogationis occasio oriretur*. Et eod. lib. *Ibique legalitatis & futuræ derogationis immemor*. Adde p. 834.

Derogator, Detractor. Anastasius Bibl. in Præfat. ad VIII. Synod. *Quod Patriarcha Ignatius derogator esset ejusdem sanctæ memoriæ Methodii, & idcirco quasi parricida foret habendus, fama crebrescit*. Concilium Remense ann. 1049. *Gebuinus Laudunensis Episcopus & Hugo de Braina Castello, qui inter ejus derogatores quasi signiferi extiterunt, eodem anno ignominiosa morte vitam finierunt*. Adde Historiam mortis S. Leonis IX. PP. n. 1. Vita S. Waldetrudis n. 6. *Hujusmodi irrisionibus ac derogationibus fatigatus, &c.* Infrà: *Derogationes, irrisiones, contumelias, &c.*

DEROGATIO. Charta Abbonis Patricii pro fundatione Monasterii Novalicensis, ex Tabul. Ecclesiæ Gratianopol. fol. 51. 52. *Et illud mihi in hunc testamento meum addere placuit, ut dum & domnos patruus meus Semforianus condam Episcopatum Wapecense in suam habuit gubernatione, & devotione sua, ut medieta e derogationes portionis ipsius in valle Segucia ad ipsa Ecclesia per sua esturmenta delegare voluit, &c.* Infrà: *Ipsi cartam donationis de medietate locello nostro commune derogationes in valle Segusina ad jam dicta Ecclesia sanctæ Mariæ Wapencense quod scripserat, dum & hoc prohibit, & postea ipse de ipso onos Episcopato à malis hominibus ejectus fuit, & ipsa portio derogationis ad sa Ecclesia Wapencense nunquam fuit tradita nec recepta, ideoque &c.*

DERUERE, Evertere. Papias: *Deruere, Derogare, Detrahere, Vituperare*. Perperam *dermere* in MS. Gloss. Lat. Gr. *Deruit*, κατέστρεψεν, ἀνατρέπει. Alibi: *Diruit*, κατέστρεψεν.

DERZON. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 30. *Si quis sepem alienam ruperit, i. e. Derzon, componat, &c.* *Zaun*, Germanis est sepes. Editio Heroldi tit. 101. §. 42. habet *Iderzon*.

DESACCARE. Vide *Saccare*.

DESAFFIDARE. Vide *Affidare*.

DESAFFILIARE, Exhæredare. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. f. 24. *His rationibus pater potest desafiliare filium suum, si viderit patrem, vel sciverit illum captivum, & non traxerit eum de captivitate, &c.* Adde Observantias Regni Aragon. lib. 2. tit. 1. §. 1. Vide *Afiliare*.

DESAFORAMENTUM, dicitur, quicquid fit contra foros, id est leges municipales, seu libertatem indultam Civitatibus, ac Civibus oppidi alicujus. Charta Alfonsi II. Reg. Portugalliæ to. 4. Monarch. Lusitan. Brandaonis pag. 268. *Et hoc accordavi cum meis privatis, quod ista decreta sunt grande meum desaforamentum, & de mea Curia, & de illis, qui post me regnaverint*. Charta alia to. 5. p. 302. *Quod prædicta petitio --- vertebatur in damnum & desaforamentum regni mei, & periculum animæ meæ*. Vide *Forus*.

DESAFORARE, Extra forum ponere. Dicebatur autem *desaforari* reus, qui coram alio, quàm proprio ac competente judice citabatur: ut *afforari*, qui suo reddebatur judici. Michaël *del Molino* in Repertorio: *Item quod dictus Justitia ad querelam partis dicentis se esse desaforatam, in omni casu civili & criminali possit (præsertim firmando de directo coram eo contra desaforantem, & partem contrariam) inhibere, nedum inferioribus judicibus — ne procederent in processu, vel exequutione aliqua, reali vel personali, contra querelantem, dicentem se desaforatum: & taliter processum impedire, quod si opus esset alguazirium capere, vel*

vel quoslibet executores, donec Justitia Aragonum declarat esse posse procedi, vel debere super sederi, & sic fore processum afforamentum vel desaforamentum. Charta Silonis Regis Oveti & Praviæ in Hispania ann. 777. apud Sandovallium, & Bivarium ad Dextrum : *Et habeo magnum de vos compassionem, quod tanta mala sufferatis inter istos biothanatos Saracenos, qui non contenti mittere super vos tam desaforatos vectigales, quotidie quærant vos ad mortem.* Id est, extraordinarios.

DESAGMARE, *Sagma*, seu sarcinam deponere. Petrus Damianus in Vita S. Odilonis Abbatis Cluniac. c. 21. de mulo : *Qui tandem à naufragio protractus educitur, ad perscrutandum, utrùm res, & maximè libri perierint? desagmatur.* Vide *Sagma*.

DESAMPARARE. Vide *Amparare*.

DESAPODERARE. Potestatem dimittere, *dissaisire*. Charta Gastonis Vicecom. Bench. an. 1000. *Possis tamen defendere & juvare de castris & terris prædictis, non tangendo seu accipiendo redditus ipsorum locorum, nec desapoderando de castris illis, quod pro nobis illa tenerent, quousque esset de ipsis debitis & injuriis plenarie satis factum.*

DESBARATUM *ganatum*, seu pecus, in Foris Aragon. *id est, sine domino inventum*, inquit Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in V. *Bajulus* : ex Hisp. *Desbarato*.

DESCA. Statuta provincialia Walteri *Gray* Archiep. Cantuar. an. 1250. & 1252. *Cum descis & scamnis & aliis ornamentis.* Monastic. Anglic. tom. 2. p. 370. *In Claustro habeat quilibet Frater Capellanus & literatus certam sedem & distinctam, & batelum, vel descam.* Occitanis *Desco* est corbis, *Desquet*, corbula, Italis vero mensam, in qua edulia ponuntur, sonat, unde V. Cl. Ægidius Menagius à *discus* derivat. Est etiam iisdem, scamnum, sedes, *banco* : qua notione hîc accipitur, ita ut pro *batelum*, *bancelum* legatur : *Bancelle* enim appellamus *bancum*, in quo sedemus.

DESCARGUARE. Vide *Discargare*.

DESCENSUS, Hospitationes, quomodo nostri etiamnum dicunt, *Descentes*. Concilium Budense an. 1279. c. 14. *Cùm suas diœceses vel parochias visitant, vel ex aliis causis ad Ecclesias ipsas declinant, gravibus & importabilibus ferè descensibus —— aggravant & molestant, &c.*

Descensus, apud Anastasium in Historia Ecclesiastica, ubi Theophanes ann. 5. Leonis Isauri κατάϐασιν habet, Latinis *Confessio*, seu locus sub altari, ubi recondebantur Sanctorum reliquiæ, & in quem gradibus patebat aditus. Vide *Confessio*.

Descensus, aquæductus, rivulus. Tabular. S. Albini Andegav. *Donans ---descensum unum, quem* habebat in rivulo, qui appellatur ducto, cum omni consuetudine, &c. Alibi: *Quendam suum descensum piscatorium Vualterio Abbati & Monachis S. Albini vendidit.* Vide *Montata*.

DESCIRE, *Nescire, oblivioni tradere.* Joannes de Janua.

DESCRIBERE, Censum per capita imponere, eumque exæquatum in libros censuales referre : *Descriptores* verò dicti, qui tributa exigebant. Greg. Turon. l. 9. Hist. c. 30. *Childebertus Rex Descriptores in Pictavos —— jussit abire —— ut scilicet populus censum, quem tempore patris reddiderat, facta ratione innovaturæ reddere deberet, cùm populus tributarium functionem infligere vellent, dicentes, quia librum præ manibus haberent, qualiter sub anteriorum Regum tempore dissolvissent; respondimus nos, dicentes: Descriptam urbem Turonicam Chlotarii Regis tempore, manifestum est, librique illi ad Regis præsentiam venerunt.* Idem Gregorius Turon. in vita S. Aridii : *Quodam tempore accidit, ut populis tributa vel census à Regibus fuissent descripta, quæ conditio universis urbibus, per Gallias constitutis, summopere est adhibita.* Infrà : *Adjiciensque Rex, ut libros ipsos, quibus inscriptus pro gravi Censu populus regni ejus tenebatur afflictus, &c.* Apud Fortunat. l. 10. tit. Poëmatis 14. sic concipitur : *Versus facti super mensa in villa S. Martini, ante Descriptores.*

Descriptio, Indictio, contributio, uti definitur in lib. 173. Cod. Th. de Decurion. Διαγραφὴ, in Nov. 119. Capit. Caroli M. l. 6. tit. 107. *Possessiones, ad religiosa loca pertinentes, nullam descriptionem agnoscant, nisi ad constitutionem viarum, vel pontium.* Gesta Regum Fr. c. 34. *Childericus autem Rex, descriptiones novas & graves per consilium Fredegundis in cuncto regno suo fieri jussit.* Vita S. Sulp. Pii Ep. Bitur. n. 27. *Velociter insuetus aboletur census, descriptio rescinditur impia.* Ch. Adelæ Comitissæ Carnotensis an. 1109. in Tab. Abb. Bonæval. *Descriptionem pecuniæ, quæ consuetudinariè tallia nominatur, in burgo Bonævallensi fieri præceperam.* Vide lib. 1. c. de Apoch.

Descriptor, in Gloss. Arabico-Lat. dictus, *qui populum per centurias & tribus dividit.*

DESECUS, pro *secus*. *Desecus aqua* apud Innoc. Agrim. p. 226.

DESEMBARGATUS, apud Martin. Didaci *Daux* Justitiam Aragon. l. 6. Observantiar. cap. de Interpretat. qualiter, &c. §. 9. *Et habent promittere, si judex cognoverit vel voluerit, quòd pro illa pœna dabunt bona desembargata, &c.* Id est, ut mox exponitur, *desobligata*, ex Hisp. *Desembargado*, solutus, nulli obligatus.

DESEMEL, Simul & semel. Victorinus Afer de Principio diei : *Ideo mundum universum suo apice desemel inluminare non potuit, imò non debuit, ne Deus desinita esse adjudicaretur.*

DESENGRANARE. Vide *Cupa*.

DESERTARE, Dissipare, vastare, desertum facere. Lex Bajwar. tit. 9. c. 3. *Si quis desertaverit, aut culmen ejecerit, quod sæpe contingit, aut incendio tradiderit ----restituat dissipata, vel incensa.* Capitulare 1. Caroli M. an. 802. cap. 16. *Ut beneficium Domini Imperatoris desertare nemo audeat, proprium suum exinde construere.*

Desertare, Deserere, quomodo *Deserter* dicimus. Capitul. 1. an. 805. c. 11. & lib. 1. Capit. c. 106. *De propriis servis vel ancillis, ut non supra modum in Monasteria sumantur, ne desertentur villæ. Deserti agri desertum prædium*, in Cod. Theod.

DESHOMINAMENTUM, Manus mortuæ, seu hominis manus mortuæ ad dominum devoluta successio, uti vocem hanc interpretatur vir clarissimus ac eruditissimus Dionys. Salvagnius Boissius lib. de Usu feudor. cap. 32. & 97. Charta an. 1361. ab eodem descripta : *Idem reductus ad memoriam idem dominus testator se olim se vendidisse & remisisse omnibus suis mandamendorum Morgiarum, Podii-Bosonis & Pipeti deshominamenta quæcunque, quæ percipiebat, & percipere consueverat ab eisdem &c.*

DESIDERARE. Decret. Colomani Regis Hungar. *Si duo Comites pro causa aliqua desiderant, in supradicta Synodo ventilentur.* i. contendunt ad se pertinere.

Desiderare, Velle. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium p. 5. *Insuper etiam illis firmiter præceperunt, ne cuiquam unquam illud ampliùs dicerent, nisi statim mori desiderarent.* Pag. 6. *Nisi omnes ipsos mori desideraret.* Formula loquendi vulgaris.

DESIDERATA. Gloss. Lat. Gr. *Desiderat*, λειτουργία, τελετή. Ubi mendum est manifestum, in quo tollendo viri docti insudarunt. Sed potior videtur Scaligeri & Casauboni conjectura, qui *Desiderata* legendum censent, eamque vocem pertinere ad ritus Christianorum, quia λειτουργίας vox nusquam usurpata legitur à Scriptoribus paganis in suis mysteriis. Quamob-

Quamobrem *desideratam* esse censent initiationem in Christianismo, veluti Baptismum, & quodvis Sacramentorum, antonomasticè verò SS. Eucharistiam, de quo Sacramento verbum *desiderare* præsertim usurpant Tertullian. ad uxorem l. 2. c. 4. 6. S. Ambrosius de Fratre suo, & de Sacramentis l. 4. & S. Eligius Hom. 8. S. Zeno Veron. Episc. Invitat. 8. ad Fontem: *Eja quid statis, Fratres? vestram quos per fidem genitalis unda concepit, per Sacramenta jam parturit, ad Desiderata quantocius festinate.* Vide Descript. nostram ædis Sophianæ n. 61. & Gothofred. ad l. 1. Cod. Th. de Scænicis.

DESIDIÆ, *Delectationes.* Matth. Silvatic.

DESIDIUS, Deses, ignavus. Gloss. Lat. Gr. *Desidius*, ὀλιγωρ@. Gloss. Isid. *Desiduus, ignavus, piger.*

DESTINATIO, Testamentum, dispositio bonorum. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu f. 124. *Hugo ad obitum veniens, suam fecit festinationem apud Dominam: videlicet dedit Deo & sanctis Apostolis, &c.*

DESILLARE, pro *desigillare*, Sigillum auferre. Adrianus Præpos. Malbod. in Hist. Translat. S. Aldegondis n. 3. *Ad vetus feretrum accesserunt, & cum tremore nimio & reverentia desillari jusserunt.*

DESINATOR. Gloss. Lat. Gr. *Desinator*, ἀδοξο-ῦντ@. Quid si *destitutus* legendum?

DESINHONORANTIA. Vide *Dehonorare.*

DESIPES, apud veterem Interpretem Juvenalis Sat. 11. *infrunitos* interpretatur Petr. Pithœus, qui alia exemplaria *desides* præferre ait p. 298. à *desipere.*

DESIRUM. Papias: *Desirum, prosperum bonum.* Ex Gallico *Desir*, ut videtur, quod idem est ac *desiderium*, quia prospera tantùm desiderantur.

DESISTERE, pro *deficere.* Justus Episcopus Urgelitanus in Præfat. ad Cantica Canticorum: *taque quia sic accidit, ut, membranis desistentibus, minutioribus literis eandem scripturam in paribus quaternionibus suscipere, nec studiosè fatrefactis lateralibus ambiretur. &c.*

DESITUATA, Papiæ, *Delinita forma.*

DESLIAGE. Usatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *Il est une coustume, que l' on apelle Desliage, que l' on doit prendre le plus prouchain Vendredi aprés ou devant la S. Andrieu à la volenté des Vicomtes, & ce qui adont vendra à col se aquitera par 4. den. & aux Sergens 1. den. à carete par 16. den. & aux Sergens 1. den. pour chascune charet e à 1. cheval 1. den. &c.*

DESOCIARE, Separare, quasi à socio avellere. Utitur Petrus Blesensis Serm. 33.

DESOR, *Dissimilis forte*, Papiæ.

DEPARARE, Vestimenta, seu *paramenta* exuere, deponere, uti *parare* Italis est *induere*, in Inquisitione de vita & moribus B. Joannis Episcop. Vicentini.

DESPARARE, Auferre, tollere. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. fol. 31. *Si Monterius vel ejus nuncius nunciaverit ei, qui in monte cepos paravit, vel laqueos, quod eos solvat, quoniam ipse cum suis equis & canibus vult venari, & is, qui paravit, neglexerit eos desparare, quodcunque damnum equis vel canibus Monterii per ipsos laqueos sequutum fuerit, &c.*

DESPECTIO, *Despectus.* In Pacto Legis Salicæ titulus 59. est *De despectionibus.* Ubi §. 1. *Si quis ad mallum venire despexerit.* At in Lege Salica titulus concipitur: *De eo, qui ad mallum venire contempserit.* Ita *despectio*, est contumacia, contemptus judicii. Charta Ludov. VII. ann. 1141. pro Bituricensib. *Præpositus urbis præscriptæ, sive Vigerius aliquem hominem ad se mandabat, & dicebat: Mandavi te ad me, & contempsisti venire, fac mihi rectum de despectu.* Infrà: *Pro despectu aliquo nullum duellum faciat, sicut antea solebat.* Statuta MSS. Talemellariorum Paris. *Les 6. deniers du talemellier, & les 3. deniers du varlet d'amende pren li maistres de ceux, qui cognoissent aussi-bien que de ceux, qui nient, pour la raison de ce, que en la justice n' a point de despit, ne plus n' en peut-il lever d' amende.*

Despectus literarum Regiarum, Criminis ac delicti in Regiam majestatem species, in Capitul. 1. an. 819. c. 16. in Capitul. 5. ejusdem an. c. 12. & lib. 4. Capitul. c. 30. 55. quod *Contemptus brevium regiorum* appellatur in Legib. Henrici I. Regis Angl. c. 13. Adde Leges populares Tassiloni. Regis Bajwar. c. 24.

DESPENDERE, Gallis *Dépendre*, *Dépenser.* Auctor Græcismi:

Qui plus despendit quàm lucri summa rependit,
Non admiretur, si paupertate gravetur.

Vide *Dispensa.*

DESPERANTIA, pro *Desperatio*, in Concil. Wormaciensi an. 868. c. 30. *His ita peractis, si pœnitentiæ fructus in eis conspicitur, corporis & sanguinis Domini N. J. C. participes fiant, ut desperantiæ non indurentur caligine.*

DESPERATUS, Διάδοχ@, in Gloss. Lat. Græc.

DESPITUS, Despectus, contemnendus: *Despitto*, Italis. Fleta lib. 4. c. 5. §. 4. *Ballivi & servientes Regis populum sibi subditum gravare consueverunt, ponendo in assisis & juratis homines languidos, & despitos, perpetuo vel temporali langore detentos. Despirer*, Contemnere. Vetus Poëma MS. cui titulus, *Le despirement du corps.*

On ne puet trop le cors despire.

Le Caton en Roman MS.

Ichil n' a gueres de savoir,
Qui le grain despit pour la paille.

Alibi: *Un menour de toi ne despire.*

Id est, minorem te non despicias. Hinc vox nostris familiaris, *Despiter quelqu' un*, despicere, contemnere, nihili facere.

DESPOLIARE, Spoliare; Gall. *Despouiller.* Gloss. Latino-Græc. *Despolia*, ἀποδύς, σκυλεῦσ. Glossar. Græc. Lat. ἀπέκδυσις, *Despoliatio.* S. Fulgentius Epist. 3. *Virgo, quæ ornatum corporeæ vestis affectat, animam suam virtutum splendore despoliat.* Lex Bajwar. tit. 3. cap. 14. §. 2. *Si autem aliquis tam præsumptuosus fuerit, ut peregrinis nocere voluerit, & fecerit, aut despoliaverit, vel læserit, &c.* Adam Bremensis cap. 102. *Et tunc cum exercitu veniens, Episcopatum, quasi non suum, despoliavit.* Vita B. Godefridi Cappenbergensis:

Num debebo pati, plures ut despoliati,
Ob mala quæ tulerant, limina nostra terant?

Occurrit præterea in Vita S. Altmanni Episcopi Pataviensis, in Capitulis Caroli M. lib. 5. cap. 212. apud Gregorium VII. PP. lib. 3. Epist. 3. præterea apud Nonium in *Fama*, &c.

Dispoliare. Gloss. Lat. MS. Regium: *Dispoliat, nudat.* Vetus Interpres Epistolæ S. Barnabæ c. 8. *Et observant quasi in simplicitate ambulantes, quem dispolient.* Paulin. Epist. 5. *Si dispoliatus corpore, non inveniaris nudus ab opere.* Et Ep. 10. *Dispoliatio primorum parentum.* Prudentius contra Unionitas:

Sed fortasse velis patriæ pietatis honore
Dispoliare Deum.

Gelasius I. PP. Opusc. Contra Pelagianos: *Si ista despiciunt, semetipsos sanctificatione dispolient.* Adde Trebell. Pollionem in Zenobia, Fragmentum Petronii p. 6. Concilium apud S. Macram ann. 881. c. 8. &c. *Dispoliatio, dispoliator*, in Cod. Th. leg. 6. de Sepulcr. violat. & leg. 28. de Episc.

Dispolium, Spolium, Gallis, *Despouille.* Vetus Notitia Monasterii S. Juniani in Picton. ann. 834. *Quòd ipse Agnaldus venisset super homines in sua forcia ex villa Cavadado, & exforciasset, & eos batuisset injustè, & eorum*

eorum dispolia distracta & alias res — exportassent. Vid. *Spolium.*

DESPONSIO, Desperatio, apud Cælium Aurelian. lib. 3. Chron. c. 18.

DESPOTUS, Dignitas in aula Constantinopolitana, ex Græco Δεσπότης, *Dominus*: quam quidem appellationem Imperatores ipsi ambierunt, cùm in nummis suis, non βασιλέως sed δεσπότου titulum describi curarent, ut potissimùm observare est in Alexii & Manuel. Comnen. nummis aureis, quorum ectypum exhibeimus in Notis ad Alexiadem. *Michalicius Despotus*, in Chartis ann. 1267. 1294. & 1313. in Hist. nostra Gallo-Byzantina p. 16. 35. 81. *Despotus Rasciæ* in Decretis Alberti Regis Hungariæ ann. 1439. Hac porrò δεσπότου dignitate donatos præsertim Imperatorum filios & consanguineos ex Scriptoribus Byzantinis colligitur: at quando primùm usurpari solita, diximus in Notis ad Cinnamum p. 468.

Despositus Romaniæ in Aresto an. 1400. apud Duchesnium in Probat. Hist. Castilion. p. 133.

DESTA, Papiæ, *Degustata.*

DESTARE, *Valde stare*, in Gloss. Arabico-Lat. Italis *Destare* est somno excitare, expergefacere; *destarsi*, expergisci.

DESTINARE, *Legare, mittere, deputare*, Jo. de Janua. Gloss. Lat. Gr. *Destinare*, ἀποστέλλω, sic legendum. Sidonius lib. 1. Epist. 7. *Captus destinatusq; pervenit Romam.* Vide Savaronem.

Destinare, Testamento legare: *Destinamentum*, legatum. Forus Jaccæ in Aragonia: *Quod homines de Jacca de bonis, quæ Deus eis dederit, si habeant infantem, sive non, possint ordinare de bonis suis, & hæreditatibus, sicut eis placuerit, — si autem non destinaverint, remaneant res eorum magis propinquis, &c. — si destinamentum fecerit, &c.*

DESTIPULARI, *Promissum pactum denegare*, in Glossis MSS. Regiis Cod. 1701.

DESTITUDO, *Destructio*, in Glossis Isidori.

DESTRA, *Destrare, Destrales.* Vide *Dextrare*, & *Dextrales.*

DESTRICARE, seu potiùs *destrigare*, Isidoro in Glossis, *Consummare.* Infrà: *Distrigare, Consummare.* Ubi Cerda: *Destrigant equi, quando faciunt finem stallandi, hoc est, urinam mittendi.* Occitani *destriga*, pro *Divertir, Détourner* dicunt: *Destriga*, pro *Employer son loisir à quelque chose.*

DESTRICTUM. Vide *Districtum, Distringere.*

DESUB, pro *sub*: Galli *Dessous* dicunt. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Desub ipsa scala.* Pactus Legis Salicæ tit. 9. §. 2. *Desub tecto.* Lex Longob. lib. 2. tit 41. §. 2. *Desub quo, &c.* §. 12. *Desub uno, &c.* S. Gregor. M. lib. 8. Epist. 20. *Desub decessoribus ejus. Desub isto cœlo*, in Concilio Duziac. I. part. 1. c. 6. & apud Heineccium Rem. in Quaternionib. *Desub gamba*, apud Vegetium lib. 3. Art. veterin. c. 22. Occurrit in Regula S. Benedicti c. 58. apud Agrimensores, & alios.

DESUBITARE, vox formata ex *desubito*, quæ occurrit apud Diomedem lib. 1. Art Grammat. Donatum, & alios pro *derepente.* Jul. Firmicus lib. 3. cap. 4. *Nihilominus etiam si artes fuerit largitus; easdem crebra eversione desubitat.* Leges Aldredi Regis West-Sax. c. 26. *Si canis hominem desubitet, aut mordeat tacitus, in prima culpa reddantur 6. s. &c.* Sax. Edit. c. 23. habet Ʒif hund man torlice. Id est, *si canis hominem momorderit.* At in Bremptoni Editione & versione, canis duplici modo hominem lacessit, primo *desubitans*, secundo *mordens tacitus.* Hic verò *desubitare*, est, cùm canis latratu continuo hominem lacessit, adeò ut nesciat, quò se vertat, demumque morsibus lacerat. Manet etiamnum vocis notio apud nostrates Picardos, qui *Faire soubiter, & desoubiter quel qu'un*, usurpant; cùm eum continuis & repetitis contumeliis ad iram & furorem adigunt. Vide *Subitare.*

DESVENIRE, Decedere, mori. Testamentum Ranimiri Regis Aragoniæ æræ 1099. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi l. 2. c. 38. *Et si desvenerit de eo, & laxaverit filium, teneat ipse ejus filius eas per manum de Sanctio filio meo in sua fidelitate.* Idem videtur quod *misevenire*, quomodo diceremus: *Et s'il mesavenoit de lui, &c.*

DESUPERIUS, Inferiùs, *Dessous.* Gregor. Turon. lib. 6. Hist. *In Gallicia quoque nova res actæ sunt, quæ desuperiùs memorabuntur.* Aliàs *inferiùs.*

DESURSUM, Ex alto, *D'enhaut.* Pseudo-Ovidius lib. 3. de Vetula: — — *Sed liber spiritus ipsum*

Evolet ad Dominum, qui desursum dedit illum.

DESUSCEPTUM, Cautio de suscepta pecunia, seu scriptum, quo accipiens rem debitam, à se *susceptam* sibique à debitore traditam fatetur, quodq; penes dantem remanet pro securitate solutionis. Ἀπόδειξις τῶν χρεῶν, *desuscepta*, veteri Interpreti Novellæ 72. Ἀπόδειξις ἀποληπτικὴ, Scholiastæ Harmenopuli lib. 2. tit. 2. §. 7. & JC. Græcis. Vox autem formata à *susceptoribus* tributorum, de quibus est titulus in Cod. l. 10. qui ejusmodi *desuscepta* seu apochas tradebant tributariis pro fide susceptionis tributi ac vectigalis. Gregor. M. l. 2. Ind. 11. Epist. 49. *Res autem quæ apud eum inventæ sunt, in cimeliarcio Ecclesiæ tuæ servare omnibus modis studebis: de quibus etiam secundùm rerum inventarum paginam desusceptum te facere volumus, & in scrinium Ecclesiæ tuæ transmittere. Sed & Clericis ejus, si tamen illic aliqui præsentes sint, à pari aliud facere desusceptum te convenit, in quo tua fraternitas fateatur, qui desusceptum de eisdem rebus in scrinio nostro emiserat, quatenus dum necesse fuerit, competenti personæ res omnes possint sine detrimento restitui.* Idem lib. 3. Epist. 16. *Omnium autem rerum ipsarum non solùm desuscepta eis, qui eas tradunt, percipere volumus; sed etiam à te notitias earum subtiliter retineri, &c.* Vide eundem lib. 8. Epist. 11. 44. lib. 10. Epist. 45. lib. 11. Epist. 33. Anastasius in S. Agathone: *Hic ultra consuetudinem Arcarius Ecclesiæ Romanæ efficitur, — emittens desuscepta per Nomenclatorem manu sua obumbrata.*

DETERIORARE, Deteriorem facere. S. Ambros. super Levit. ad Simplician. *Facilè corrumpitur & deteriatur.* Utuntur Gregorius M. l. 4. Ep. Lex. 2. C. de Peric. & com. rei vendit. Cæsar. Heisterb. l. 4. c. 59. &c.

DETESSERARE, Tesseris, seu ludo amittere pecuniam, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 60. & 72.

DETESTARI, pro *testari.* Testamentum Riculfi Episc. Helen. ann. 915. *De his itaq; rebus & de aliis per testamentum, quod detestatum habeo, dono præfatæ Ecclesiæ, &c.*

DETRACTARE, Equis in diversum actis reum discerpere: *Tirer à quatre chevaux.* Fleta l. 1. c. 37. §. 2. *Apostatæ, sacrilegi, & hujusmodi, detractari debent & comburi.* §. 4. *Si inde convincantur, detractentur & suspendantur.*

DETRANS, pro *trans*, ap. Innocent. de Casis literar.

DETIUS. Vide *Deoius.*

DETRAGIGO. Gloss. Arabico-Lat. *Detragigo, detraho.* An *detransigo?*

DETRICALE, Zona pendens in crinibus tricatis, & dicitur à *de*, quod est *deorsum*, & *trica*, quod est *coma*, quia pendet deorsum in trica. Ità Interpres Joannis de Garlandia in Synonymis:

Et detricale, armillas, adde monile.

DETRICARE, Vide *Tricare.*

DETRIMENTABILIS, βλαβερὸς, in Gloss. Gr. Lat.

DETRIMENTARI, Detrimentum pati, in Constit. Justin. Imp. de Adscriptit. & Colonis. *Et ex hoc detrimentari fundos & eorum functiones recedentibus agricolis, &c.*

DETRIUMPHARE, ἐκθριαμβεύειν, in Gloss. Gr. Lat.

DETRUL-

DETRULLARE, Diffundere, de trulla seu vase effundere. Apitius lib. 4. de Re culin. c. 2. *Ubi coctum fuerit, levabis cum jure suo, & in patella alterius detrullare convenit cum piperis granis integris.*

DETUNICARE, Palam facere, detegere, quasi *tunica ablata* nuditatem ostendere. Matth. Westmon. an. 1240. *Et sic suas proprias proditiones manifeste toti mundo detunicaverunt.* Idem ann. 1249. *Depalliare*, eadem notione usurpat: *Nulla valuerunt ratione latronum cœtus depalliare.*

DETURBARE. Vide *Disturbare.*

DEVARICARE, *Provehere, dissimilem reddere.* Papias.

DEVERIUM, Debitum, pensitatio, Gallis, *Devoir.* Vitalis Episcopus Oscensis: *Item percipit Ricus homo devena, hoc est, quadam personalia tributa, ut est panis & pullus, &c.* Joannes XXII. tom. 3. Epist. 1559. *Molendinum etiam de Jusseo, & Cirmanagia, quæ præfati Vicecomes* (Benebarnensis) *& ejus uxor habebant in locis de—& quædam deveria in locis eisdem, &c.* Infrà: *Nec non quædam Casaliæ terras, census, & deveria.*

DEVERSUM. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 850. *Debet - - avirunatum unum, 8. pedibus longum, introrsus de deverso lanceando propellere.*

DEVETUM, Interdictum, prohibitio, ex Gallico *Véer*, vetare, *Devéer*, devetare: seu potiùs exactio sub prætextu prohibitionis. Charta Conradi Imp. pro Pisanis, Tyrum incolentibus an. 1147. *Et ut de nulla re fiat eis devetum, nec ab eis occasione alicujus deveti aliquid possit extorqueri.* Infrà: *Et ut nihil nomine superscriptarum rerum & concessionum aliqua occasione ab eis possit exigi, vel machinari per devetum, vel aliqua arte vel ingenio, unde jus eorum lædatur.* Conventio & pactum inter Michaëlem Palæologum Imp. CP. & Januenses ann. 1261. *Item promisit & convenit, quòd non faciet de cætero communi Januæ devetum aliquod in toto dicto Imperio — de aliquibus mercationibus, victualibus, atque grano; sed ipsis mercationes, victualia, & granum ---sine aliquo impedimento dacitæ, commercii, sive exactionis.* Gallica versio habet *Devé.* Occurrit præterea in Conventionib. inter Ludov. II. Regem Siciliæ & Arelatenses an. 1381. art. 22. Charta ann. 1245. à V. Cl. Dionysio Salvagnio Boissio allata p. 323. *Quod possent uti & frui perpetuis temporibus pascuis, — planis, & montanis, & nemoribus, excepto nostro devez.*

Devetatus, Interdictus, *vetatus*, prohibitus. Vetus Charta apud Catellum in Comitibus Tolos. lib. 1. c. 16. — *Et hoc edictum transgressus, sit maledictus & devetatus à divino officio.*

DEVEZIUM, *Devezius Devesia*, idem quod *defensum*, de qua voce suprà, quasi *devetum.* Charta Simonis Comitis Montisfortis an. 1211. in Regesto Carcassonensi pro urbe Pezenacensi: *Furnum, homines, & feminas, & prædia urbana & suburbana —— & insulas, & nemora, & venationes, & devezia, & 4. taschas terrarum, & pascua, & paludes.* Alia Raimundi Comitis Tolosani an. 1236. in Regesto Tolosano p. 51. *Et barras, & alberetas, & ramerios, & devesios, & ademprivа, &c.*

Devezia. Charta an. 1304. *Et quòd gentes D. Regis non audeant immittere bestiaria sua ad pascendum ultra dictos limites in devesias hactenus consuetas usque terram Savartesii.*

DEVIARE, Exorbitare, extra viam ire, Jo. de Janua: *Desvéer*, nostris. Occurrit in Cod. Th. non semel, & in Visione S. Baronti n. 16. Hinc *Dever*, dicitur pro *delirare*, qui à recto mentis & judicii tramite abscedit. Le *Roman de Garin MS.*

Au Roy Charboucle est venu la novele,
Con il entend qu' à poi il ne desve.

Alio loco:

Hernand l' entend, le sans cuide desver.

Rursum:

Desvée part, loiaument vos defi.

Desverie, Insania, apud Plagonem Plagonem in Versione MS. Guill. Tyrii lib. 17. Idem Poeta:

Ses homs estoit, ce fu grant desverie.

Devii errores, fide devii, in Cod. Th. Hinc vox vulgaris, *Endesver.*

Est etiam *Devier*, devita decedere, migrare. *Devier sans issue*, apud Littletonem sect. 4. est mori absque liberis. Guillelmus *Guiart* de Ludovico VIII. Rege Franciæ:

Du Roy que mort mordant tria,
Quant à Monpancier devia, &c.

Deviare, A via sua aliquem per vim abducere. Charta Pontii Archiepisc. Arelatensis ann. 1000. tom. 5. Spicilegii Acheriani p. 429. *Siquis per viam, aut extra viam aliquam injuriam fecerit, & inveniendo aut in revertendo, aut aliquid eis tu... vel eos deviaverit, sit maledictus & excommunicatus, &c.*

DEVIRARE. Alanus de Insulis in Planctu naturæ contra Sodomitas:

Cùm Venus in Venerem pugnans illos facit illas,
Cumq́; sui magica devirat arte viros.

DEVIRGINARE, Διαπαρθενεύειν. *Devirginator*, διαπαρθενευτής. Gloss. Lat. MSS. Regum: *Corrumpit, Devirginavit.* Ita etiam Glossæ Isidori. Ugutio: *Deflorare, florem auferre. Virgo devirginatur, defloratur, flos virginitatis aufertur.* Gloss. Lat. Gr. *Divirginat*, διαπαρθενεύει. Gloss. Gr. Lat. Διεφθαρμένη, *Devirginata.* Glossæ Isonis Magistri: *Virginal, locus, in quo devirginantur virgines.* Glossæ Biblicæ MSS. *Tricæ dicuntur impedimenta pedum, quibus virginum pedes ligabantur, ne devirginarentur in via.* Dudo lib. 1. de Act. Norm. *Omnis puellarum sexus ab ipsis devirginatur.* Liber promissionis Maleficii c. 28. inter Statuta Veneta: *Si quis virginem aliquam per vim devirginaverit, &c.* Utuntur vetus Interpres Juvenal. Sat. 9. v. 71. Paulus IC. l. fin. D. de Offic. Præsid. Petronius Arbiter, Hieron. de Monogam. Epist. 25. Cæsarius lib. 2. c. 25. &c. Vide Catellum in Comitib. Tolosan. p. 218. *Seram virginitatis aperire, & corrumpere*, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 21.

DEVOLVERE, Manifestare, propalare, revolvere. Gloss. Arabico-Lat. *Depalo, devolvo, manifesto.* Infrà: *Devolvo, depalo.* Galli *Desveloper* dicunt.

DEVOLUTORIUM. Ugutio: *Girgillum, instrumentum ferreum, quod à nomine dicitur Devolutorium, quia vertendo in girum 7. fila involvuntur. Filum enim à colo ducitur in fusum, à fuso in alabrum, vel transductorium, à girgillo in glomicellum, à glomicello in pannum, à panno in telam.* Gallis, *un Devidoir.*

DEVOTÆ, Feminæ & virgines, quas ἱερὰς παρθένες vocat Sozomenus lib. 6. cap. 19. παρθένες ἐκκλησιαστικάς, lib. 8. c. 24. quæ castitatem voverunt: *quæ se Deo voverunt*, ut est in Concilio Valentino sub Damaso c. 2. cujus titulus sic concipitur: *Devotæ, si se maritaverit, &c. Deo devotæ*, in Epist. 2. Siricii PP. adversus Jovinianum. *Virgines consecratæ, seu in proposito, sub devotione viventes*, in Concilio Aurelian. III. c. 16. *Devotarum more induta*, in Concilio Barcinon. an. 599. c. 4. S. Ambrosius in Tract. ad Virginem devotam: *Ipsius* (Dei) *te devovisti esse sponsam, Devota Deo diceris, quid tibi cum hominibus sæcularibus, aut quem tractatum habes cum illis?* Infrà: *Devovisti animam tuam ad destruenda omnia, quæ sunt hujus sæculi. Devota Deo puella*, apud Papianum lib. Responsor. tit. 10. Concil. Toletan. I. c. 16. & Capitula Caroli M. lib. 7. c. 215. *Devotam peccantem non recipiendam in Ecclesia, nisi peccare desierit.* Infrà: *Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc vivente marito ipsa castè vivere*

vivere cœperit, aut postquam ipse decesserit. Ausonius in Parental. Carm. 6. *Æmilia virgo devota.* Ibidem:

Crevit devotæ virginitatis amor.

In Cataphronia:

Insula devotæ quæ virginitatis amorem

Parcaq; annis coluit.

Vide Mart. Bracarensem in Collect. Canon. c. 30. 31. Zonaram & Balsamonem ad can. 19. Concilii Nicæni, & ad can. 16. Concilii Calchedon. Gregor. Turon. de Vitis Patrum c. 6. &c.

DEVOTARE, idem valet ac *devovere*, in Vita S. Othonis l. 4. c. 9. Gloss. Lat. Gr. *Devoto*, ἐκδίδωμι. Gloss. Gr. Lat. Ἀφοσιῶ, *scelero, devoveo, devoto.* Minutius Felix: *Asinos cum Iside religiosè devotatis.* i. Vota asinis perinde ac Isidi redditis. Aldhelm. de Laude Virg. ubi de Balaam:

Vocibus humanis fontem testatur asellam,
Garrula quæ pridem bombos à fauce rudebat,
Devotaturus populum cùm pergere vates
Vellet, & insontem verborum sternere telis.

Id est, cùm Propheta vellet suadere populo, ut asinæ vota sua exsolveret. Vide Miracula S. Eutropii Episcopi Santonensis n. 36. & quæ observat Olaus Borrichius lib. de Variis linguæ Latinæ ætatib.

Devoto, in Gloss. Isid. est *accuso*. S. Hieronym. Epist. 10. *Consurgent proceres, & adversus epistolam meam turba Patricio devotabit, me magnum, me seductorem clamitans.*

Devotiones, ἀφοσιώσεις, εὐχαὶ, ἐπῳδαὶ, in Glossis Lat. Gr.

Devotare, cum sacramento spondere, affirmare. Acta SS. Valeriani & Tiburtii n. 14. *Tunc Maximus devotabat se, dicens, Fulmineis ignibus consumar, si, &c.* Charta Alamann. Goldasti 85. *Optimates ejusdem Concilii apprehensis spatiis suis devotaverunt se hac ita affirmaturos coram Regibus & Principibus usq; ad sanguinis effusionem.*

Devotare, Incantamentis ac maleficiis irretire. Apulejus de Virtut. herbar. c. 7. *Si quis devotatus defixusque fuerit in suis nuptiis, &c.* Et c. 84. §. 5. *Si quis malevolus devotaverit hominem.*

DEVOTIO, Tributum, vel tributi illatio, vel *devotio*, quæ debetur in collatione tributorum: usurpatur non semel in Cod. Th. lib. 20. 22. 29. 32. 34. 35. de Annona, l. 7. de Diversf. rescr.

DEVOTISSIMUS, καθωσιωμένος, Titulus honorarius concessus *Domesticis* & *Protectoribus*, in lib. 6. 8. 9. Cod. Th. de Domest. & Protector. l. un. de Præpos. labor. item *Agentibus in rebus*. Collatio Carthagin. anno 411. *Astantibus viris devotissimis Protectorib. Domesticis: adstantibus etiam viris devotissimis Agentibus in rebus, &c.*

DEUPARIUS. Lambertus Ardensis pag. 258. *Paratores quoque, & Wallactores, & Deuparii, & Hiatores, cum convenientibus & necessariis armamentis, & instrumentis --- operantur.*

DEUS, *Templum Dei alicujus.* Lactantius de Mortib. Persecutor. num. 36. *Qui & sacrificia per omnes Deos facerent.* Ita & cap. 16.

DEUS VULT, Clamor bellicus peregrinorum Hierosolymitanorum, seu nostrorum in bellis sacris militantium. Robert. Monach. lib. 1. Hist. Hierosol. *Erit universis hæc ex parte Dei una vociferatio, Deus vult, Deus vult.* Vide Dissertat. 11. ad Joinvillam p. 206.

DEVULGARE, idem quod *depopulare*, Populo seu *vulgo* urbem aut locum spoliare. Papias: *Populari, vastare, prædari, devulgare.* Est etiam apud eundem, *Devulgare, publicare.* Gloss. Lat. Græc. *Devulgat*, δημοσιεύει. Gall. *Divulguer.*

DEX. Vide *Dextri.*

DEXTERALIS, Qui ad dexteram est. *Regio, dexteralium Saxonum, Dexteralis Britannia, Sinistralis pars Sabrinæ*, apud Asserum de Ælfredi rebus gestis p. 14. 15.

DEXTRÆ, Fœdera, pacta conventa, quæ complicatis invicem dextris sanciebantur. Lactantius de Mortibus Persecutor. n. 36. *In ipso freto fœdus fit, ac dextræ copulantur.* Hesychius: Δεξιάς, συνθήκας. *Conspiratio, facta per dextras*, in Capitulis ac Legem Salicam c. 7. in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. §. 11. & in Capitulis Caroli M. lib. 3. cap. 9. Hincmarus de Ordine Palatii c. 30. *Si inter Marchisos in qualibet regni parte ad aliud tempus dextræ datæ fuissent, quid mox post dextras exactas agendum esset, utrum renovandæ, an finiendæ essent?*

Dextras dare, pro *fœdus inire*, usurparunt non modò recentiores Scriptores; sed & veteres. Quippe, ut ait Aristophanis Scholiastes: ἔθος ἐπὶ πίστει, καὶ συνθήκαις βεβαίως δεξιὰς διδόναι ἀλλήλοις. Hesychius: Δεξιαί, αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐπαφαὶ τῶν δεξιῶν χειρῶν, εἰς σύμβολον τοῦ βέβαια ἔσεσθαι. Cujus moris vestigia etiam extant apud Xenophontem, Tacitum, & alios. Statius l. 1. Thebaid.

Jam pariter coëant animorum in pignora dextræ.

Claudianus in Rufinum lib. 1.

- - - *Sociat perituro fœdere dextras.*

Et lib. 2.

- - *Tradisne tuas, Dux optime, dextras?*

Miscere dextras, apud Tertullianum adversus Marcionem. Paulinus ad Cytherium Poem. 13.

Tunc ambo nexi ad invicem dextras damus.
In osculo pacis sacræ.

Dextras dare & accipere, in Encomio Emmæ Reginæ p. 171. *Dextris datis in pristinam concordiam redierunt*, apud Will. Gemeticensem lib. 6. c. 2. Fredegarius c. 87. *Omnes Primates & exercitus dextras in invicem dantes, ut nullus Radulfo vitam concederet.* W. Tyrius lib. 19. cap. 16. *Super placitis conditionibus dextram dedit. Dextras securitatis dare inter se invicem*, apud Flodoard. l. 4. Hist. Rem. cap. 3. Quo sensu Witikindus lib. 1. Gestor. Saxon. *Dextris datis & acceptis, copiam viris fandi concessit. Dextras dare*, & *dextris fidem facere*, apud Gregor. Turon. de Glor. Confess. cap. 68. *Per dextras conspirationem firmare*, in Capitulari 4. Caroli M. an. 805. c. 10. *Dextra pacem promittere.* Ditmarus lib. 7. p. 111. *Pacemque ejus supplex petii, quam cum Ekkihardus ex sua parte promitteret, & frater suus diu à me desideratus à Polenia veniens dextera manu sua pacifica promitteret, uterque hanc non bene servavit.* Erchembertus in Hist. Longob. cap. 33. *Quo terrore perculsi multi ad Augustalem clementiam confugientes, dari sibi petebant dextras, quibus tunc solitam misericordiam denegat. Per dextras conspirationem firmare*, in Capitul. 2. an. 805. cap. 10. in Capitul. an. 824. c. 6. apud Holstenium. Concilium Audomarense an. 1099. c. 5. *Hanc constitutam pacem per sacramentum vel dextræ dationem in manu Episcopi sui confirment. Dexteram petere*, apud Gregorium Turon. lib. 10. c. 3. *Dextras petere*, in vet. Chronico de Roberto Rege ann. 1032. & in Chr. S. Vincentii de Vulturno lib. 3. p. 695. Ita *Dextras datas* pro securitate usurpant Annales Francor. Bertiniani an. 866. Albertus Aquensf. lib. 3. c. 11. l. 6. c. 51. l. 9. c. 28. Synodalia decreta Concilii Ænhamensis an. 1009. c. 1. &c. Adde Procopium lib. 2. Persic. c. 13. &c. Et vide Petr. Fabrum lib. 2. Semestr. cap. 22.

Dextras dare præterea dicebantur, qui aliorum potestati se committebant. *Dextras & obsides dederunt*, in Annal. Franc. an. 779. & in Chron. Moissiac. an. 812. *Dextras dominis dare*, apud Walsinghamum p. 332. Ita Palladius in Hist. Lausf. c. 26. Θεῷ δεξιὰς διδόναι, dixit pro polliceri Deo, promittere. *Dextras amicitiæ, auxilii*, dare, apud Sugerium in Ludov. III. p. 289. 313.

Dextrarum abscissione mulctati monetam adulterantes, Matth. Paris an. 1125. Vide Notas nostras ad Alexiadem.

DEXTRALE, Ornamentum dextræ, armilla in dextro brachio gestari solita. Glossæ Isidor. *Dextralia, Brachialia.* Papias: *Dextralia, Brachialia, genus ornamenti commune viris & feminis: ante manicas portantur cum clavo.* Gloss. Arabico-Lat. *Dextralia, ampla erant ante manicam, ut possent sibi conjungere uno clavo.* Cæsarius Arelat. Homil. ad Sanctimoniales: *Ex ipsis* (paradisi floribus) *anulos & dextralia, dum exercet opera bona, sibi componat.* Leontius Episcopus in Vita S. Joannis Eleemos. n. 10. ex Versione Anastasii Bibl. *Venientibus autem quibusdam indutis ornamentis aureis, & dextralibus, & quærentibus eleemosynam, &c.* Vide Exod. cap. 35. n. 31. S. Augustinum Homil. 26. Gaudentium Brixiensem Episc. tract. 8. Notas nostras ad Alexiadem p. 261.

Dextraliola, Armillæ, apud Papiam. Occurrit Judith. 10, 3.

DEXTRALIS, idem quod *Manuaria.* Joan. de Janua: *Dextralis dicitur securis dextræ habilis.* Victor Utic. lib. 1. de Persecut. Vandal. statim initio: *Ubi fortè venerabilis aulæ clausas repererunt portas, certatim ictibus dextralium aditum reserabant, ut rectè tunc diceretur. Quasi in silva lignorum securibus conscidere januas ejus in idipsum, &c.* A Victore hausit pleraque ex his Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. c. 126. Vetus Interpres Homeri. Ἡμιπέλεκκον, τὸ ἥμισυ τοῦ πελεκέως, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς μόνου μέρους ἦχον ἀκμὴν, ὃ καὶ δεξτράλιον καλοῦσι. Vide Theophylactum Simoc. lib. 8. c. 4. Chronicon Petri IV. Regis Arag. lib. 3. c. 32. *E trova lo portals de la vila trencats, & seu hi dar gran colps de destral &c.*

DEXTRARE, *Destrare*, Gall. *Adextrer*, A dextris ire vel incedere, tegere latus dextrum. Radulfus de Diceto ann. 1177. *Recepto à nobis pacis osculo nos devotè dextravit, &c.* Mox: *Obviam venit, & dextro latere nostro devote suscepto nos in Ecclesiam introduxit.* Idem ann. 1193. *Coronatis igitur quæ fuerat in applausibus hujuscemodi, dextravit Archiepiscopum Londoniensis Episcopus. sinistravit Wintoniensis.* Vita Urbani V. PP. p. 176. de Carolo IV. Imp. *Ac usque ad Basilicam B. Petri pedester ipsius Papæ frenum tenens ipsum destravit.*

Dextrata & sinistrata pars: esse in dextrato, esse in sinistrato; dextrata & ultrata regio, voces Agrimensorum.

DEXTRARII, *Dextrales, Destrales*, Equi majores & cataphracti, quibus utebantur potissimùm in bellis & præliis. Willelmus Neubrig. lib. 2. cap. 11. *Equo ejus militari, quem Dextrarium vocant, ablato, &c.* Chronicon Colmariense an. 1298. *Habebant dextrarios, id est, equos magnos, qui inter equos communes, quasi Bucephalus Alexandri, inter alios eminebant.* Brunetus in Thesauro MS. part. 1. c. 155. *Il y a chevaus de plusieurs manieres, à ce que li un sont destrier grant pour le combat., li autre sont palefroy pour chevaucher à l'aise de son cors: li autres son roucis pour sommes porter, &c.* Consuetudo Andegav. art. 47. & Cenomanensis art. 55. *Est entendu Destrier, un grand cheval de guerre; Coursier, un cheval de lance.* Radulfus de Diceto an. 1198. *Dextrarii capti sunt ducenti, quorum septies 20. cooperti fuerunt ferro.* Knyghton an. 1191. *Capti sunt — ducenti dextrarii ferro communiti.* Occurrunt passim, apud Radevicum de Gest. Frider. lib. 3. c. 26. 37. Fulcherium Carnot. lib. 1. Hist. Hieros. c. 3. Raymundum *de Agiles* p. 162. Jacobum de Vitriaco lib. 3. pag. 1125. 1130. Petrus de Dusborg in Chronico Prussiæ cap. 54. 101. 239. Carolum IV. Imp. in Vita sua pag. 91. Thwrocz. in Petro Rege Hung. c. 38. Brompton. an. 1173. Gregorium Decanum Bajocens. in Urbano IV. PP. &c.

Dextrerii, apud Ottonem Morenam p. 81.

Dextrarii Ardennenses, quos prædicat Willel. Brito l. 12. Phil. initio, ut *Arabicos* vetus Poëm. MS. de Vulpe:

Dessus les destriers Arabis,
A leurs costez les brans forbis.

Vide Notas ad Alexiadem.

Dextrales Hispanici, apud Rigordum an. 1201. quos *Asturcones* quidam vocant, quòd apud *Astures* Hispanicos potissimi habeantur. Ebrardus Betuniensis in Græcismo cap. 9.

Asturco dextrarius est, Astur caput ejus:
Nam prius Astur equum dextrandi repperit usum.

Dextrarii de pretio, apud Bromptonum pag. 1082. Vide *Equus.*

Dextralius. Arnoldus Lubecens. lib. 5. c. 3. *Vidit igitur principem ipsius castri in fervido equo, quem Dextralium dicunt: eminus venientem.*

Destrales, pro *Dextrales*, ut *destra*, pro *dextra* in Gloss. Lat. Gr. Joan. Monachus Majoris Monast. lib. 1. Hist. Gaufredi Ducis Norman. *Tubæ multiplicis varia vox intonat, dant destrales dissonos hinnitus, &c.* Sic etiam Gallis *Destriers* dicuntur. *Le Roman de Garin MS.*

Envoiés li vint destriers sejornez,
Et vint espées au pont d'or noillez.

Alibi:

Li rend li pors cens destriers sejornez.

Dextrarii sic porrò dicti, quòd dextrâ ducerentur, donec adesset tempus prælii. Ugutio: *Dextrarius dicitur, quia per dextram ducitur.* Jo. de Garlandia in Synonymis:

Estque manus Mannus, dextræ Dextrarius aptus.

Jac. Cardin. lib. 2. de Coronatione Bonifacii VIII. PP. c. 9.

Post ipsum quadratus equus detextus ad ante
Cygneus ad dextram vehitur.

Continuator Nangii MS. *Et aprés venoient les grans chevaux & palefrois du Roy tres-richement ensellez, & les valets les menoient en dextre sur autres roussins. Le Roman de Garin:*

En destre meinent les auferrans de pris.

Compotus Hospitii Reginæ an. 1330. *Lorrein, qui meine le grant cheva en destre.* Hinc ejusmodi equos, qui dextrâ ducebantur, συρτοὺς, seu συρτὰ appellabant Byzantini sequiores, ut docent Codinus de Offic. c. 5. n. 7. & Anna Comn. lib. 1. Alexiad. p. 13. παρίππους Evagrius lib. 6. c. 4. 15. ut observat Henricus Valesius. Perperam igitur istud damnat etymon Laurent. Pignorius in Notis ad Mussatum: *Quasi*, inquit, *non asinus & bos dextra ducerentur.*

Δεξιοὶ Scriptoribus Byzantinis dicuntur. Leo Grammaticus in Michaële p. 469. καὶ ἀπελθὼν εὗρον αὐτὸν ἐντετυλιγμένον ἐν τῷ σαγίσματι τοῦ δεξιοῦ ἵππου, οὗ ἤλαυνεν. *Illuc profectus, equi dextralis, quo vehi solebat, sagulo involutum reperit.*

DEXTRI. Papias: *Dextri dicuntur passus mensurandi apud quosdam.* Florentius in Vita S. Felicis: *A loco illo usque ad castrum Thoringum habentur dextri ducenti.* Tabular. Aganonis, seu Ecclesiæ Carnotensis: *Est autem ipsa area — habens in longum perticas 33. & in uno capite pert. 8. & dextrum unum.* Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis Ch. 339. *Consortes pro uno fronte Archimbaldus, & dextros sexdecim: & de alio fronte Lautardus, dextros sexdecim, pro uno latus Aldoardus, & dextros 21. & de alio latus via publica, & dextros 21.* Formula Lindenbrogiana 140. *Terra habet in longo dextros tantos & in lato dextros tantos.* Vetus Charta apud Ughellum to. 2 part. 1. p. 418. *Et per longitudinem usque in Paternum, sunt*

decem millia lestri. Hinc emendanda Vita S. Memii Catalaunensis apud Bosquetum: *Per desertum ambulaverunt, & dextros 40. millia quingentos pervenerunt, &c.* Perperam *dextras* editum.

Dextres, Catalanis: Libellus Catalanicus MS. *de Batallia facienda: Lo camp deu esser cayre, e deu aver de cascun cayre 25. dextres, & cascun dels destres 25. deu aver 12. palms de cana de Barchinona, e deu esser ab pals en gir, e ab rests be enrestats, e clavats, e deu esser pla e equal, e no pedregos, ans si pere ky hales ne deu hom gitar. Dextres* in Consuetudine Hannoniæ cap. 103. ubi de Piscatione in fluviis: *Que aucuns ne tendent a la repentise du sacq de son compagnon a soissante destres prés.*

Dextrorum præsertim appellatione donantur Ecclesiarum atque adeo locorum, qui aliqua immunitate aut asyli jure gaudent, definita legibus circa eos spatia, quæ ferè semper 30. passuum esse dicuntur. Ὅροι σεπτότατοι, apud Nilum lib. 2. Epist. 178. ὅροι παῤῥησίας, apud Theodor. Lector. lib. 2. ἀσυλία τῶν ὅρων, apud Cyrillum Scythopolitanum in S. Joanne Silentiario num. 4. Charta Rudesindi Dumiensis Episcopi æræ 930. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. p. 424. *Cum duabus in ea fundatis Ecclesiis, sanctum Petrum & sanctum Vincentium, cum earum ambitu dextros.* Alia Bermundi II. Regis æræ 1030. ib. pag. 439. *Et insuper intra ipsos dextros non habeant licentiam ingrediendi in eis, non sagiones de Rege, non de Pontifice, &c.* Infrà: *Et in ipsos dextros de iste Monasterio, qui illos diripuerit, peitet in duplo.* Concilium Coyacense in diœcesi Ovetensi an. 1050. c. 3. *Intra etiam dextros Ecclesiæ Laici uxorati non habitent, nec jura possideant.* Cap. 12. *Præcipimus, ut si quilibet homo pro quacunque culpa ad Ecclesiam confugerit, non sit ausus aliquis eum inde violenter abstrahere, nec persequi intra dextros Ecclesiæ, qui sunt triginta passus, &c.* Concilium Sanctægidianum an. 1056. c. 2. *Ut nemo infra terminum triginta dextrorum circa Ecclesias positum quicquam capere præsumat, &c.*

Ita 30. passus definiuntur extra ædium sacrarum ambitum, intra quos immunitas, seu pax Ecclesiæ, vel asyli jus constituitur, in Concilio Helenensi an. 1027. Narbonensi an. 1054. c. 11. Helenensi an. 1065. & in Jure Christiano Danico c. 8. apud Janum Dolmerum ejus interpretem. Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis Ch. 93. *Promitto Deo & B. Petro, ad damnum alicujus 30. passus Ecclesiasticos circa hanc Ecclesiam B. Petri non infringam, neque aliqua persona pro mea voluntate, &c.* Ubi notandi *passus Ecclesiastici.* At in Decreto Nicolai II. PP. an. 1059. majus spatium adscribitur majoribus Ecclesiis, hoc est, Cathedralibus: *De Confiniis Cœmiteriorum, sicut antiquitus à sanctis Patribus statutum est, statuimus ita: ut major Ecclesia per circuitum 60. passus habeat; capellæ verò, sive minores Ecclesiæ 30. Qui autem confinium eorum infringere tentaverit, vel personam hominis, aut bona ejus inde abstraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.* In Constitut. Honorii & Theodosii, edita à Sirmondo in Appendice Cod. Theod. de cujus fide, ut & cæterarum hîc editarum, subdubitant viri docti, ejusmodi Ecclesiarum immunitas, *quinquaginta passibus ultra Basilicæ fores* definitur. Quibus addenda, quæ habentur in Decretione Chlotarii II. Regis c. 13. *Nullus latronem, vel quemlibet culpabilem —— de atrio Ecclesiæ extrahere præsumat. Quod si sunt Ecclesiæ, quibus atria clausa non sint, ab utraque parte parietum terræ spatium arpennis pro atrio observetur.* Cur autem *dextri*, seu à legibus extra templa ipsa definita sint ἀσυλίας spatia? rationem prodit lex 4. Cod. Th. de His, qui ad Eccles. confugiunt: *Ne in ipso Dei templo & sacrosanctis altaribus confugientium quemquam manè vel vespere cubare vel pernoctare liceat, ipsis hoc Clericis religionis causâ vetantibus, ipsis, qui confugiunt, pietatis ratione servantibus.*

Ut porrò *dextri* sumuntur pro Ecclesiæ exteriori parte, quæ immunitate & jure asyli gaudet: ita *Dex*, pro *Banleuca*, seu districtu urbis vel oppidi, qui eadem, qua urbes & oppida immunitate fruitur, passim usurpant Occitani, voce pariter à *dextris* formata. Fori Beneharnenses, seu Morlanenses, art. 8. *Et non debet exire bellum extra Dex villæ.* Consuetudines Tolosæ part. 1. *Infra Dex seu terminos Tolosæ.* Occurrit ibi non semel, & in veteri Charta apud Catellum in Comitib. Tolos. p. 382. Ita etiam hæc vox scribitur in Consuetudine Solensi tit. 29. art. 7. *Dects*, in Consuetud. Bayonensi tit. 4. art. 17. *Dec*, Goudelino, *Decxs*, in Charta vernac. Gastonis Vicecom. Beneharn. apud Marcam lib. 5. c. 1. n. 4. *Et toutes las autres herestats, qui son dens los vostres Decxs. Decium.* in Charta ann. 1369. pro Montalbano apud Galland. in lib. de Franco alodio pag. 189.

At Catellus in Historia Tolosana p. 194. *Dex* terminos Tolosæ, seu urbium, à crucibus, quæ limitum vice sunt, appellatos putat, quòd crux figuram decimi numeri, X, effingat, qui *Dex* Occitanis dicitur. Quòd si ita est, multò probabilius videtur, si non à *Dextris*, certè à *Decussi*, qui & *Decus* dicitur Gromaticis, etymon arcessendum. Nam lapidibus aut arboribus *decus* seu *decussis* appositus termini ac limitis vicem præstabat. Vide *Decuria*, & *Salvitas*.

DEXTROCHERIUM, Brachii dextri ornamentum, viris æquè ac feminis commune. Ugutio: *Armilla, torquis, brachiale, dextrocherium.* Alibi: *Brachiale, torquis in brachio, quod est dextrocherium.* Mamotrectus: *Armilla, quæ dicitur dextrocherium.* Joan. de Janua: *Dextrocherium, ornamentum dextræ, & est torques aureus.* Gloss. Ælfrici: *Dextrochirium*, handbeah, i. manus armilla. *Gemmata dextrocheria*, apud veterem Interpretem Juvenal. Sat. 9. v. 50. Capitolinus in Maximino Majore: *Pollice ita vasto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro annulo.* Trebellius in Quieto: *Viri in auro & argento, mulieres in reticulis & dextrocheriis.* Ambrosius Serm. 9. ubi S. Agnes sic loquitur: *Ornavit me inæstimabili dextrocherio dextram meam.* Viris tribuit Lucifer Calaritanus de Non parcendo in Deum delinquentibus: *Debemus tibi lupo parcere, debemus vereri regni tui diadema, inaurem etiam & dextrocheria, debemus insignes, quas esse censes, vestes tuas honorare.* Arculfus de Locis sacris, brachialia & dextrocheria ut diversa ponit: *Ornata virgis ferreis, pendentes, brachialia, dextroceria, murenæ, monilia, anuli, &c.* Antoninus Monachus in Itinerario Hierosol. *Pendent super brachia, dextrochiria, monilia, & anuli capitulares, cingula, balthei, &c.* Leo IX. PP. contra Leonem Achridanum cap. 36. *Sic manuum dignitas & maxima utilitas, quamvis componat insignem Imperii coronam, non tamen hanc sibi adaptat, & imponit; sed capiti, contenta suis armillis, dextrocherio, & annulis.* Fortunatus lib. 8. Poëm. 4.

Dextræ armilla datur Calchedone jaspide mixta,
Aut hyacyntheo sudat honore manus.

χειρίδες ἐμμάργαροι, apud Pachymer. lib. 8. Hist. cap. 12.

DEERHYRNESSE, Mulctæ species apud Anglos. Vide *Chaslite*.

DIABESTERIA, *Tormenta*, Ugutioni, fortè ex βασανιστήριον.

DIABLAGUM. Vide in *Bladum*.

DIABOLIZARE, *Dæmonio corripi.* Hepidamus in vita S. Vviboradæ num. 12. *Non poſt multum tem*poris cœpit diabolizare.

DIACATOCHI, Διακάτοχοι, Bonorum detentatores, in l. 1. Cod. Th. de Fiſci debitor. Unde *Diacatocia* in l. 7. Cod. Juſt. de Omni agro deſert. bonorum detentio. Gloſſ. διακατοχὴ *poſſeſſio*, διακάτοχος, *poſſeſſor, detentator, retentator.* Practici noſtri vulgo ejuſmodi Diacatochos, *Detenteurs* vocant.

DIACITRINUS, *Diacedrinus, Diacetrinus*, διακίτρινος, Citrini coloris intenſioris. Monachus Sangall. in Carolo M. lib. 2. cap. 27. *Et pavonum collis cum tergo & clunis mox floreſcere incipientibus, Tyriâ purpurâ, vel diacedrinâ litrâ decoratis.* Epiſtola Baſilii Macedon. Imp. ad Hadr. PP. in fine VIII. Synodi: *Transmiſimus Sanctitati veſtræ — veſtimenta diaſpra 3. Eſophorin dicitrinum cancellatum unum.* Legendum *diacitrinum*, aut *diacetrinum.* Leo Oſt. lib. 2. cap. 61. *Planetam diacetrinam optimam.* Ita Codex MS. ubi editus *Cetrinam* præfert, ut monet Angelus de Nuce, lib. 3. cap. 20. *Planetam diacitrinam magnam aureis liſtis undique decenter ornatam.* διακίτριον corticem citri melle conditi ſua ætate appellatum, ait Simeon. Sethi de Cibor. facult. Ita fortè διακίτρινος erit color ille, quem habent cortices citrei ſaccaro conditi, noſtris, *Eſcorce de citron.*

DIACODIUM, *Potio ex papavere.* Vvalbertus lib. 1. de Miracul. S. Vvaltrudis num 35. *Vi diacodii cæterarumque potionum vel confectionum expellere hujuſce morbi genus non deſtitit.*

DIACON, *Diacones*, pro *Diaconus, Diaconi*: occurrit paſſim apud veteres Scriptores.

DIACONA, *Diaconiſſa*, uxor Diaconi, ſeu cùm maritus in Diaconum promotus erat. Ex quo enim ad hunc dignitatis Eccleſiaſticæ gradum ille pervenerat, abſtinebat uxore, quæ honoris causâ *Diaconiſſa* & *Diacona* appellabatur, quemadmodum Presbyteri, *Presbytera*, ut eſt in Concilio Turon. an. 567. can. 14. & 20. Illa verò, ſi maritum mori contingeret, à ſecundis nuptiis abſtinere tenebatur ſub pœna excommunicationis, quemadmodum Presbyteræ, uti cavetur in Concilio Rom. ſub Gregorio II. PP. c. 2. 15. & Concilio Rom. ſub Zacharia PP. c. 5. Adde Capitula Caroli M. Add. 3. c. 47. Atto Vercellenſis Epiſcopus Epiſt. 8. *Sunt etiam qui ex priſcis temporibus Diaconas aſſeruere appellatas, quas nunc Abbatiſſas nominavimus, quòd nobis minime congruere videtur. Abbas namque Pater dicitur, &c.* Infrà: *Quapropter ſi hujus officii nomen nunc etiam quoquomodo perduraret, in his, quæ per mulieres adhuc diſpenſari videntur, illas Diaconas putaremus, quæ ætate ſenili devictæ, religioſam vitam cum caſtitate ſervantes, oblationes Sacerdotibus offerendas fideliter præparant, ad Eccleſiarum limina excubant, pavimenta detergunt. Poſſumus quoque Presbyteras vel Diaconas illas exiſtimare, quæ Presbyteris vel Diaconis ante ordinationem conjugio copulatæ ſunt, quas poſtea caſte regere debent, &c.* Vide *Diaconiſſa.*

DIACONALE, Veſtis Diaconorum, ut *Subdiaconale* Subdiaconorum. Chronicon Abbatum Gemblacenſium pag. 528. *Fecit tabulam argenteam ante altare S. Petri, — capſas ex palliis 18. caſulas 2. 10. Diaconalia, 2. Subdiaconalia, 4. albas, &c.*

DIACONIA, Collatio eleemoſynarum, quæ colligebantur & diſtribuebantur in pauperes Chriſtianos, quemadmodum S. Paulus 2. ad Corinth. c. 8. & 9. διακονίαν uſurpat. Caſſianus Collat. 18. c. 7. *Cum Diaconiam noſtris patribus deferremus* id eſt, eleemoſynas à fidelibus collatas. Qua etiam notione accipi debere *Diaconiam* cenſent viri docti apud eundem Scriptorem Collat. 21. cap. 1. 8. & 9. quod alii pro ipſa œconomia & diſpenſatione Monaſterii ibi intelligi putant: *diſpenſationem* etenim Latina voce idem munus appellat lib. 5. cap. 40. Præterea

Diaconiæ, dicuntur loca, in quibus per Diaconos regionarios pauperes viduæ, pupilli, ſenes propriæ regionis alebantur: publicæ quodammodo pauperum hoſpitales domus, quæ oratoria & ſacella adjuncta habebant, in quibus à Diacono egenis neceſſaria ſubminiſtrabantur. Erant enim Diaconi illi, ut verbis utar Cujacii ad Nov. 3. ἀγαπῶν Miniſtri, id eſt, menſarum, quæ apponebantur egenis, viduis, orphanis: quæ convivia agitabantur domi, non in templo, adhibitis precibus divinis.

Erant autem ejuſmodi hoſpitales domus Romæ in regionibus omnibus, quarum uſu præcipuo exoleſcente, ipſiſque dirutis ædibus, *Diaconiæ* nomen ipſis ſacellis & oratoriis manſit, à quibus earum præfecti, *Diaconi Cardinales urbis Romæ* poſtea dicti ſunt. Anaſtaſius in Stephano III. pag. 81. *Nam & foris muros hujus civitatis Romanæ ſecus Baſilicam B. Petri Apoſtoli duo fecit Xenodochia, in quibus plura contulit bona, quæ & ſociavit venerabilibus Diaconis illic foris exiſtentibus perenniter permanere; id eſt, Diaconiæ S. Dei genitricis, & B. Silveſtri duæ, &c.* In Hadriano I. *Hic coangelicus vir — conſtituit Diaconias tres foris portam Beatorum Apoſtolorum Principis, — ubi & dona plurima mobilia atque immobilia pro remedio animæ ſuæ obtulit, & conſtituit, ut per unamquamque hebdomadam quintæ feriæ decantando pſallentio à Diaconia — uſque ad balneum pergerent, & ibidem diſpenſatione per ordinem pauperibus conſolari, atque eleemoſynam fieri.* Infrà: *Idem egregius Præſul — Diaconias conſtituit, in quibus & multa bona fecit per ſuam ſempiternam memoriam, concedens eis agros, vineas, oliveta, ſervos, ancillas, & peculia diverſa atque res mobiles, ut de reditu eorum crebrius exhibendæ Diaconiæ proficientes, pauperes Chriſti reficerentur.* De Diaconiis iſtis intelligendus etiam videtur Ado Viennenſis in Chronico. *Symmachus Papa inter multa Eccleſiarum opera, quæ vel à fundamentis crexit, vel priſca renovavit ad Beatum Petrum, & Beatum Paulum, & Beatum Laurentium pauperibus habitacula conſtruxit.*

Clerici verò ſeu Diaconi, qui Diaconiis præerant, *Diſpenſatores Diaconiarum* interdum dicuntur, quòd videlicet eleemoſynas pauperibus diſtribuerent, quas *Diaconiarum* appellatione donari monuimus, uti habetur in Concilio Rom. ann. 595. Unde *Diaconiam exhibere* & *Diaconiæ exhibitionem*, dixit Gregorius M. PP. lib. 9. Ep. 24. Anaſtaſius in Hadriano: *Item Diaconiam SS. Sergii & Bacchi ejuſdem Diaconiæ diſpenſator, propter metum templi, quod ſitum ſuper eam videbatur, evertens, &c.* Epitaphium Theodimi Subdiaconi Neapoli in Eccleſia S. Andreæ, ad Nidum dicta. *Hic in pace membra ſunt poſita Theodimi Subdiac. Reg. & Rect. Sce. Sed. Apoſt. & Diſp. hujus Diac. Beati Andreæ, Pater Diaconiæ*, in Ordine Romano ſtatim initiò. Ita etiam in Diurno Romano cap. 7. tit. 17. *Diſpenſator, qui fuerit in eadem venerabili diaconia.*

Verùm poſtmodum non ipſæ duntaxat domus hoſpitales *Diaconiæ* nuncupatæ; ſed præſertim quæ ipſis adjuncta erant oratoria, de quibus intelligendus Anaſtaſius, cùm ait, vela Tyria, ſtauracina, veſtes, coronas, ſeu pharos, vaſa Eccleſiaſtica, & alia ejuſmodi, quæ templa ipſa ſpectant, Diaconiis elargitos ſummos Pontifices p. 89. 110. 113. 117. 119. 130. 136. 137. &c. Meminit Synodus Romana ſub Leone IV. PP. cap. 39. apud Holſtenium, *Titulorum, vel Diaconiarum Eccleſiæ.*

Hæ porrò *Diaconiæ* Romæ præ cæteris recenſentur ab Anaſtaſio in Vitis PP. Edit. Reg.

Diaconia S. Mariæ, p. 81.

Diaconia S. Silveſtri, p. 81.

Diaconia S. Mariæ in Atriano, (al. Adrianio) p. 136.
Diaconia S. Mariæ in caput Porticus, p. 136. 143.
Diaconia S. Silveſtri juxta Hoſpitale S. Gregorii, p. 114.
} Extra Portam S. Petri hæ 3. Diaconiæ ab Hadriano I. inſtitutæ.

Diaconia S. Hadriani Mart. ab eodem Hadriano PP. institut, p. 117. 120. 130. b. 137. 162.

Diaconia SS. Sergii & Bacchi, p. 119. 137.

Diaconia S. Mariæ, quæ dicitur Antiqua, pag. 81. 130. 139.

Diaconia B. Archangeli, p. 130. 137. b.

Diaconia S. Theodori Mart. p. 130. b. 137. b. 162.

Diaconia S. Georgii, p. 130. 162. 166.

Diaconia S. Mariæ in via Lata, pag. 130. 136. b. 163.

Diaconia S. Agathæ, p. 130. 137. 145.

Diaconia S. Mariæ, quæ dicitur Dominica, pag. 133. d. 136.

Diaconia S. Mariæ ad Cosmedin, p. 136. 143. 209.

Diaconia S. Mariæ in Cyro, p. 130. 136. 163.

Diaconia S. Luciæ, p. 137. 165.

Diaconia SS. Nerei & Achillei, p. 137.

Diaconia S. Bonifacii, p. 137.

Diaconia SS. Cosmæ & Damiani, p. 137.

Diaconia S. Eustachii, p. 137.

Diaconia B. Viti Martyris, p. 137.

Diaconia S. Martini, p. 137.

Diaconiæ ad septem solia, Baron. ann. 1084. n. 5. meminit. Sunt autem hodie 14. Diaconiæ, quæ Cardinalibus Diaconis, attribuuntur. Vide Frisonum in Apparatu ad Galliam Purpuratam cap. 4.

Nec Romæ duntaxat *Diaconiæ* extiterunt; sed & in provinciis ex instituto Gaii PP. in cujus Epistola Decret. c. 6. hæc leguntur: *Et regiones sicut in hac urbe fecimus, per singulas urbes, quæ populosæ fuerint, Diaconibus dividantur.* Testamentum B. Remigii apud Flodoardum lib. 1. c. 18. quo *sanctam & venerabilem Ecclesiam Remorum* hæredem instituit: *Simili modo sanctissima hæres mea, quæcunque tibi à propinquis & amicis meis in quocunque solo & territorio collata sunt, sicuti dispositum in Ptochiis, Cœnobiis, Martyriis, Diaconiis, Xenodochiis, omnibusque Matriculis, sub tua ditione degentibus, &c. Diaconiæ B. Andreæ* Neapoli meminit Epitaphium Theodimi Subdiaconi mox allatum; ut & Greg. M. PP. l. 8. Ep. 20. Sed & inscriptio Græca, quæ extat in æde SS. Joannis & Pauli in eadem urbe: Θεόδωρος Ὕπατος καὶ Δοὺξ ἀπὸ θεμελίων τὸν ναὸν οἰκοδομήσας, καὶ τὴν Διακονίαν ἐκ νεῶν ἀνύσας ἐν ἰνδικτ. τετάρτῃ τῆς βασιλείας ἄσεντος (f. Λέοντος) καὶ Κωνσταντίνου τῶν θεοφίλων καὶ τῶν βασιλέων σεμνῶς βιώσας ἐν πίστει καὶ τρόπῳ ἕκτῳ μηνὸς Ὀκτωβρίου ἔνθαδε βιώσας Χριστῷ ἔτη δβ'. Joannes Diaconus in Agnello secundo Episcopo Neapolitano: *Hic construxit intus civitatem Neapolis Basilicam Sancto Januario Martyri, in cujus honore Diaconiam ejus nomine nuncupatam instituit, ac fratribus Christi cellulas ordinavit de redditibus Episcopi, &c.* De Diaconia Pisaurensi agit idem Gregorius lib. 4. Epist. 24. Vide Diurnum Roman. c. 7. tit. 17. 20. Porphyrogenitum in Basilio c. 62. & Antonium Caracciolum in Sacris Eccl. Neapol. Monum. c. 20. sect. 22. & Benedictum Falconem in Neapoli.

At, si Baronio fides, erant eæ tantùm in locis, in quibus Ecclesia Romana patrimonia possidebat: quod firmatur ex Epistola Adriani PP. ad. Carol. M. tom. 3. Hist. Fr. n. 86. *Emisit nobis Stephanus Neapolitanus Episcopus per suos apices Diaconiam juris sanctæ nostræ Ecclesiæ sibi concedi.*

DIACONICUM, Διακονικὸν, Ecclesiæ Secretarium, sic dictum, quòd *Diaconorum* curæ incumberet. Glossæ MSS. ad Concil. Laodicense c. 21. *In Diaconico, id est, sacrario.* Lex 30. Cod. Th. de Hæretic. *Cuncti hæretici procul dubio noverint omnia sibi loca hujus urbis adimenda esse, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive quæ Diaconica appellantur, vel etiam Decanica.* Vide Vitam S. Auxentii Archimandritæ n. 3. Theosterictum in Vita S. Nicetæ Hegumeni n. 18. & quæ observavimus in Descript. ædis S. Sophiæ n. 84. quibus addo, *Diaconicon* etiam Græcis vocari librum Ecclesiasticum, quo omnia, quæ ad Diaconi munus obeundum requiruntur in agenda re divina, & eorum singula officia uno veluti fasce continentur, ut monet Allatius, Dissert. 1. de Libr. Ecclesiast. Græcor. qui putat, illud idem esse quod βιβλίον τῆς Διακονίας, uti appellatur à Joanne Euchaïtarum Episcopo. Dicuntur etiam *διακονικά*, preces quædam, quæ à Diaconis decantantur, & εἰρηνικά, id est, *pacifica* vocantur, de quibus Liturgia Præsanctificat. Vide *Decanicum.*

DIACONISSA, Uxor Diaconi, ut *Presbytera*, uxor Presbyteri, in Concilio Turon. II. can. 19. Vide *Diacona.*

Diaconissæ & Diaconæ, Mulieres, vitæ integritate & religione ac pietate insignes, quæ in sacris Ecclesiæ ministeriis ea obibant munia, quæ Diaconi ipsi salvo pudore, vel etiam absque offensionis nota peragere non poterant, in officiis præsertim, quæ mulieres spectabant: verbi gratiâ, si ad lavacra, id est, baptismum procederet, si in iis nudari, si docendæ, & divino verbo instruendæ essent mulieres. De iis copiosè satis egimus in Notis ad Alexiadem p. 416. & seqq. & ut certum in Ecclesia ordinem olim confecerint. Has intelligit Sedulius in Præfat. ad Carmen Paschale: *Quis non optet & ambiat eximio Syncletices sacræ Virginis ac Dei ministræ placere judicio?* De eorum ministerio sic Atto Vercellensis Episcopus Epist. 8. *Sicut enim Presbyteræ dicebantur, prædicandi, jubendi, vel edocendi; ita sanè Diaconæ ministrandi, vel baptizandi officium sumpserant, quod nunc jam minimè expedit. Nam in tanta parvitate ob parentum religionem infantulæ baptizantur, ut nulla eis verecundia, nullus baptizantibus voluptatis possit stimulus impedire. Unde jam statutum est, ut mulier baptizandi usum assumere non præsumat.* Bulla Benedicti IX. PP. an. 1033. apud Ughellum to. 1. p. 121. *Sanctimoniales seu Diaconissæ omnes immunes sunt à laïcali servitio &c.* Diaconissarum Ecclesiæ CP. meminit Palladius in Vita Chrysostomi p. 28. & 90. Edit. V. C. Emerici Bigotii. His addo, *Acephalos hæreticos dixisse, Paulum Apostolum in Epistolis suis præcepisse feminas Diaconas fieri debere, quia eas commemorat post Diaconos*, apud Florentium Wigorn.

Diaconissa, Abbatissa. Ita vocem hanc notione ista usurpat Abailardus, Serm. in Natal. S. Stephani, & p. 145. *Diaconissa, quam nunc Abbatissam nominant.* Quomodo etiam Græci aliquot Scriptores διακόνους Præfectas Monasteriorum appellarunt. Vita S. Nili junioris p. 135. Μία διάκονος ἡγουμένη μοναστηρίου. Adde Vitam S. Eupraxiæ virg. n. 7. & 10. Synaxaria in S. Susanna 15. Decemb. & Nomocanonem editum à V. Cl. Jo. Bapt. Cotelerio c. 267.

DIACONICÆ *Epistolæ* apud Euseb. lib. 6. cap. 38. & Georgium Syncellum p. 375.

DIACONITES, Pauperes, qui in diaconiis alebantur. Diurnus Romanus cap. 7. tit. 17. *Sed dispensator, qui pro tempore fuerit in eadem venerabili diaconia, pro remissione peccatorum nostrorum, omnes diaconites & pauperes Christi, qui ibidem conveniunt, Kyrie Eleison exclamare studeant.*

DIACONITES. Vide in *Diaconia.*

DIACONIUM, dignitas Diaconi, quæ aliàs *Diaconatus* dicitur. Ita S. Cyprianus Epist. 49. Ennodius in Vita S. Epiphanii Ticinensis, &c.

Diaconium, idem quod *Diaconicon*, Ecclesiæ secretarium. Hadrianus I. PP. in Epit. Canon. Laodicen. c. 21. *Ut Subdiaconi remoti sint à Diaconio, id est, secretario, ne dominica vasa contingant.* Gregorius II. PP. in Epist. 2. ad Leonem Isaurum in VII. Synodo: *Pontifices, ubi quis peccarit, —— eum tanquam in carcerem in secretaria sacrorumque vasorum æraria conjiciunt, in Diaconia & Catechumenia ablegant.* Vide Descriptionem ædis S. Sophiæ post Silentiarium. c. 84.

DIACONUS, Dignitas Ecclesiastica. S.Cyprianus Ep. 65. *Meminisse autem Diaconi debent, quoniam Apostolos, id est, Episcopos & Præpositos Dominus elegit: Diaconos autem post ascensum Domini in cœlos Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui, & Ecclesiæ suæ ministros.* Apud sanctum Ignatium in Epist. ad Trallianos, dicuntur etiam ministri Episcoporum. Clemens PP. lib. 2. Constit. Apost. c. 4. Diaconos vocat Episcopi auditum, oculum, os, cor & animam.

Diaconorum officium præsertim erat, Evangelium legere ac recitare in sacris Liturgiis. Ita Clemens lib. 5. c. 61. Sacramentar. Gregorii, Ordo Romanus, Amalarius lib. 2. de Eccl. offic. c. 12. Canones Saxonici Ælfrici ad Vulfinum Episc. c. 16. Lex Alemann. c. 14. Regino ann. 870. Vide S. Aug. quæst. Ex utroque mixt. q. 101. Consecratam à Sacerdote Eucharistiam fidelibus porrigere. Ita Justinus Apol. 2. Cyprian. lib. de Lapsis. Isidor. lib. 2. de Eccl. offic. c. 28. Canones Ælfrici c. 16. Alcuinus lib. de Divin. offic. cap. de Tonsura Clericor. Canones Hibern. lib. 3. c. 8. &c. Epistola ad Præsidium Diacon. de Cereo Paschali to. 9 Operum S. Hieronymi, &c. quod vetitum Subdiaconis in Concilio Laodiceno c. 25. atque adeo ipsis Diaconis præsente Presbytero, nisi id exigat necessitas, in Concilio Carthag. IV. cap. 38. & in Canonib. Hibern. l. 3. c. 8. ubi *præsente* restituendum, pro *præstante*. In libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 42. Diaconus, non Eucharistiam; sed calicem communicantibus porrigit: *Singuli quique postquam de manu Sacerdotis corpus Domini sumpserint, divertant ad sinistram altaris, ibique ipsis Diaconus de calice subministrabit, ita ut ipse dextra manu calicem teneat, & sinistram mento eorum supponat.* Ita etiam in Usibus antiquis Ord. Cisterc. cap. 103. Vita S. Amatoris Episcopi MS. *Accessit ad beatissimum Amatorem, tunc Diaconum, qui sacratissimum calicem in vitam æternam populis porrigebat.* Quidam volunt, olim obtulisse Diaconos ex S. Ambrosio l. 1. Offic. c. 41. ubi de S. Laurentio: *Experire certè, utrum idoneum ministrum elegeris? cui commisisti Dominici sanguinis consecrationem.* Ubi *consecratio Dominici sanguinis* accipi potest pro ipso sanguine consecrato, quem fidelibus porrigebant, tametsi consecrationem olim præsumpsisse colligitur ex Concilio Arelatensi I. c. 15. & Ancyrano c. 11. in quibus offerre vetantur. Sed & *plebes rexisse* dicuntur in Concilio Eliberit. can. 77. & apud Gregor. Turon. de Gloria Confessor. c. 20.

Eorum *voce communis oratio indicebatur*, ut est apud Anonymum Ep. 21. de celebrat. Paschæ to. 9. Op. S. Hier.

De cæteris officiis Diaconorum, vide Acta Apost. c. 6. 7. 8. S. Ignat. Epist. 7. cap. 12. Clement. lib. 2. cap. 61. Dionys. lib. 3. Hierarch. Hieronym. lib. 14. in Ezechiel. c. 48. Librum de 7. Ordin. Eccles. c. de quinto Gradu Eccles. inter Opera Hieronymi tom. 9. Rabanum lib. 1. de Inst. Cleric. c. 7. Gillebertum Lunicens. Episc. de Usu Ecclesiastico, Honor. Augustod. lib. 1. c. 180. Ivonem Carnot. Serm. 2. de Reb. Eccles. Paul. Warnefrid. lib. 5. de Gest. Longob. c. 27. &c.

A solo Episcopo manus Diacono imponitur, cùm ordinatur, quia non ad Sacerdotium; sed ad Ministerium consecratur. Ita Concilium Carthag. IV. Sacrament. S. Gregorii, Canones Hibern. lib. 3. c. 3. & Ordo Rom. quem ritum improbat Amalarius lib. 2. de Offic. Eccles. cap. 12.

Diaconi primùm 7. numero instituti ab Apostolis πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἀδελφῶν, ut ait Africanus apud Syncellum p. 328. Qui quidem numerus in omnibus Ecclesiis diu servatus est. Vide Concil. Neocæsar. c. 14. Synodum Romanam sub Symmacho sub fin. Anastasium in S. Evaristo, Sozomen. l. 8. c. 19. Steph. Eduensem de Sacram. alt. c. 7. Rabanum de Inst. Cleric. lib. 1. c. 8. Baron. ann. 112. n. 9. &c.

Diaconi stabant in Conciliis ac consessibus Episcoporum. Ita Concilium Nicænum can. 14. Laodicen. c. 20. VI. Syn. c. 7. Concilium Arelat. II. can. 15. Trullan. c. 7. Eliberitan. in princ. Chrysost. Homil. 33. in Matth. Gregorius M. lib. 4. Epist. 40. l. 9. Epist. 28. Anastas. in Martino; &c.

Diaconus Cardinalis, dictus, qui ad Ecclesiam aliquam *Diaconus incardinatur*, apud Gregor. M. lib. 5. Epist. 11. Vide Legem Bajwar. tit. 1. cap. 10. §. 1. & in voce *Presbyter Cardinalis*, ex Paschali II.

Videtur prætereà ita appellatus antiquior & primus Diaconorum Ecclesiæ, qui ad eam dignitatem evehebatur cum Episcopi, Cleri, ac populi consensu. Idem Gregor. M. lib. 1. Epist. 81. ait, Liberatum, qui Diaconii fungebatur officio in Ecclesia Calaritana, si ab Episcopo non factus est *Cardinalis*, cæteris Diaconis se præponere non posse. *Diaconus in Cardine constitutus in urbe Roma*, in Capit. an. 806. c. 33. & l. 1. Capitul. c. 132. Primitus autem in Ecclesia Romana unicus fuit, ut ex Synodo Romana sub Sylvestro PP. colligitur, qui & *Archidiaconus* & *Diaconus circumlustrator & perscrutator* vocabatur. Pòstea Diaconorum in Ecclesia Romana numerus auctus est, & ex septem quatuordecim primùm, deinde 18. facti, qui omnes, ut ab aliis Diaconis, non Cardinalibus, differrent, *Diaconi Cardinales* vocati sunt, id est, Principales, qui præcipuè Xenodochiorum & Diaconiarum ministri erant: qui ad certas Diaconias erant *incardinati*.

Diaconi Regionarii, dicti in Ecclesia Romana, qui singularum Urbis regionum, quæ septem erant, Diaconiis præficiebantur. Anastasius in S. Evaristo: *Hic titulos in urbe Roma divisit Presbyteris, & septem Diaconos constituit, qui custodirent Episcopum prædicantem propter stylum veritatis.* Ex Collegio Diaconorum Cardinalium erant. Ordo Romanus: *Observandum est, septem esse Regiones Ecclesiastici Ordinis urbis Romæ, & unamquamque regionem singulos habere Diaconos Regionarios: & uniuscujusque regionis Acolyti per manum Subdiaconi Regionarii Diacono regionis suæ officii causa subduntur. Quorum Diaconorum, si quando quispiam moritur, donec loco ejus subrogetur alius, illius regionis Acolyti Archidiacono obediunt.* Vetus Ceremoniale apud Baron. an. 1057. n. 22. ait 12. fuisse *Diaconos Regionarios*, eorumque munus, cantare Evangelium in Stationibus. Horum Diaconiæ ibidem describuntur.

Diaconi Palatini, vel *Basilici*, dicti 4. ex 18. Cardinalibus Diaconis, quod in Palatio & Basilica Lateranensi Papæ ministrarent, inquit Onufrius Panvinius. At Ceremoniale vetus, laudatum à Baronio an. 1057. n. 22. duodecim Regionarios, & sex Palatinos Diaconos fuisse innuit. Palatinorum munus erat, Evangelium in Ecclesia Lateranensi, ut Subdiaconorum Palatinorum, Epistolas & Lectiones in eadem Ecclesia cantare. Eorum Diaconiæ perinde ibidem recensentur.

Diaconi Stationarii. Horum munus perpetuum non erat; sed ad tempus. Ita porrò apellabantur ii, qui Pontifici ad Stationem aliquam profecto ministrarent.

Diaconi testimoniales, qui Episcopum prædicantem custodiebant. Vide *Syncellus*.

DIACOPOSIS. Molestia, angustia, ex Gr. διακόπωσις, à κοπιάω, lasso, fatigo. Pelagius II. PP. in Ep. ad Gregor. Diaconum apud Jo. Diaconum lib. 1. Vitæ S. Gregorii PP. c. 32. *Et super illam diacoposin, vel unum Magistrum militum, & unum Ducem dignetur concedere, &c.* Petrus Damian. l. 7. Epist. 3. *Et revera, qui peculatus crimen incurrit, in diacoposin cogitur infercire, quod tulit.* Apud Baron. an. 1064. n. 16. ubi

 eadem

eadem Epistola describitur, habetur *referre*, pro *inferci re*: sed videtur legendum *inferre*. *Diacoposis*, in Glossis MSS. exponitur *divina ostensio*.

DIACOPTUS, ex Gr. διάκοπτος, Intercisus, cælatus. Anastasius in Adriano: *Fecit crucem diacopton.*

DIACYNTHINUS, Διακύνθινος, Iacynthini coloris intensioris. Leo Ost. l. 3. Chronici Casinensis c. 19. *Planeta diacinthina magna aureis listis undique decenter ornata.*

DIADEMA. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Et inter me & illum grande erat diadema, ita ut uterque ad invicem accedere non possimus.* Quo loco *diastema* legendum censet Holstenius, quæ vox Agrimensoribus nota est. Aliter tamen conjicit eruditus Possinus, quem consule.

DIADEMATIZARE, Diadema imponere, in Vita MS. Caroli M. jussu Friderici Imp. exarata, l. 1. c. 10.

DIADOTÆ, Διαδόται, Diribitores, Divisores. Lex. 28. Cod. Th. de Erogat. milit. annonæ: *Nulli omnino per præpositos pistorum, & diadotas, nulla in specie præbeatur annona, &c.*

DIÆTA, seu *Dieta* Pastus, refectio. Passio S. Victoris Massil.

Et modo nobiscum qui posses cingere discum,
Ut decet athletam sumens cum Rege dietam.

Fulbertus in Epist. 116. *Unde quotidianam tua anima dietam sumens, &c.*

Diæta, Δίαιτα, Certa victûs ratio ex Medicorum præceptis. Vide Henricum Stephanum de Abusu linguæ Græcæ p. 100. & Gorræum in Definit. medicis, & infrà in *Dieticus.*

Diatare. Gr. διαιτᾶσθαι, Victûs ratione uti: unde διαιτητική, Medicinæ pars, quæ docet victus ordinandi artem. Constantin. Afric. lib. de Victus ratione: *Post accessionem dietentur modo prædicto.* Petr. Blesens. Epist. 101. *Purgatur ægrotus, antequam dietetur.* Vide eundem Epist. 27.

At Latinis Scriptoribus *Dieta* sumitur pro cœnaculo & loco, ubi cœnabatur. Gloss. Græc. Lat. Δίαιτα, τὸ ὑπερῷον, *dieta, cenaculum.* Vide Plin. lib. 2. c. 17. lib. 5. c. 6. Sidon. lib. 2. Epist. 2. &c.

DIÆTARII, qui in diæta, seu cœnaculo, mensas ornare & mensis ministrare solent; in leg. 12. D. de Instit. & Instr. Historia Translat. S. Sebastiani c. 12. *Erat namque ei inter prandendum familiare inopum, debilium maxime, quos ministros dietarios delegerat, curam agere.* Πρῶτος τῶν διαιταρίων, apud Theophanem in Chronico p. 122. qui διαιτάρχης in Gloss. Gr. Lat. Vide Scylitzem in Michaele.

Diætarii in re nautica, apud Ulpianum qui dicantur? vide apud Schefferum lib. 4. de Militia navali c. 7.

DIAGNATUS, Cognatione proximus, *valdè agnatus*; id enim sonat vox *dia.* Jo Sarisberiens. Epist. 59. p. 129. *Sed & ipse, ut vulgariter dici solet, Octaviani nepos est, & è vicino, ut rectius dixerim, diagnatus, utpote sororis filius.*

DIAGRAPHUM, Descriptio census, capitatio, vel tributum, διάγραφον. Anastasius in S. Vitaliano PP. p. 52. *Et talem afflictionem posuit in populo — per diagrapha, seu capita atque nauticationes per annos plurimos, quales à sæculo nunquam fuerunt.* Vide Salmasium ad Hist. Aug. p. 375. Διαγραφὴ, descriptio. Procop. in Hist. arcana p. 102. 1. Edit. Συνωναῖς τε γὰρ, καὶ τὰς καλουμέναις ἐπιβολαῖς τε καὶ διαγραφαῖς οἱ τῶν χωρίων κύριοι, τῶν πολεμίων, ἀνακεχωρηκότων αὐτίκα μάλα ἠλίσκοιτο. Infrà: Τὰ δὲ τῶν διαγραφῶν τῇ δέ πῃ ἔχει. ζημίαις πολλαῖς ἄλλοις τε, καὶ ὑπὸ τοὺς χρόνους τούτους περιβαλέσθαι τὰς πόλεις ἀνάγκη, &c. Διαγραφάριος publicæ Descriptionis. Hesychius: Διαγραφάριος, ὁ ἀπαιτῶν δημόσια. Viptio.

DIALAPIS, *Constitutum Imperatorum*, in Glossis Isidori. Papias habet *Dialabis, Constitutum Imperatorum, sive diathece.* Ubi leg. fortè *diathecen*, ex Gr. διάθεσις. At *dialabis* videtur detortum ex διαλαβὴ, quæ quidem vox nescio an hac significatione reperiatur apud Scriptores?

DIALOGISTA. Disputator, qui disserit. Wlcatius in Cassio: *Addens futurum se Sergium, si dialogistam occidisset, Antoninum hoc nomine significans, qui tantùm enituit in Philosophia, &c.*

DIALOGIUM, *Dualis sermo*, in Glossis MSS.

DIAMANTES, Adamas, Adamantinus: *Diamante* Italis, Gallis, *Diamant*; Græco-Barbar. διαμάντε. Gloss. MSS. ad Iatrosoph. *Diamantes; de adamante.* Doctrinale:

Ex as est atis: elephas gigasque dat antis,
Et diamas, adamas, &c.

Vide Meursium in Διαμάντε.

DIAMARE, pro *Deamare*. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Diamat, valde amat.* Abbo l. 1. de Bello Paris.

Valles diffugiunt humiles, tumidi priùs Alpes
Arma simul diamant,

Et lib. 2. *Fallacesque fugam diamant.*
Ubi Glossator ipse Abbo: *Valdè amant.*

DIAMETRUM, Intertrimentum, *Dechet.* Harpocration: Διάμετρον, τὸ ἔλλειπον ἀπὸ τοῦ δικαίως μετρηθέντος. Ita usurpat Codex Th. in leg. ult. de Navicul. & leg. 5. de Naufrag.

DIAMICUS, Valdè amicus, familiaris. Willelmus Malmesburiensis in Vita S. Aldhelmi Episcopi c. 3. *Non est narratu facile, quam efficax fuerit in exhortando diamicos & discipulos, &c.*

DIANA, *Dianus*. Vita S. Cæsar. Arelat. apud Surium: *Dæmonium, quod rustici Dianum vocant.* Cum Diana equitare, sortilegii species. Fragment. Capitul. edita à V. Cl. Steph. Baluzio c. 13. *Illud etiam non omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres retro post Sathanam conversæ dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt se & profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum dea & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multa terrarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire, ejusque jussionibus velut dominæ obedire &c.* Adde Capitula Herardi Episc. Turon. c. 3.

DIAPISTUS. Leo Ost. l. 2. Chron. Casin. c. 22. *Planetam diapistim listis aureis ornatam.* Mox *Tunicam ejusdem operis --- cum mappula diapistim auro nihilominus decorata.* Lib. 3. c. 73. *Planetæ diaspra deauratæ 5. & 3. sine auro, diarodinæ deauratæ 3. diapistæ 2. & alia citrina.* lib. 3. c. 20. *Tunicam diapistin cum auro amplissima &c.* Bulla Bened. VIII. PP. an. 1023. in Bullar. Casinensi: *Oloserica autem auro texta, & planetam de pallio dyopastin, adornatam optimis listis aureis, & orarium &c.*

DIAPRASIUM, Διαπράσιον, Malagma, aut electuarium, confectum *prasio* seu *marrubio* herba: vel certè ex ærugine, quam vocant nostri *Verd de gris*: nam & ita πράσιον interpretatur Myrepsus. Lanfranc. Cantuar. Arch. in Epist. 46. *Omitto tibi diaprasium magnum, quod ad hanc infirmitatem valde utile esse Medici perhibent, de quo in modum silvestris nucis tertia semper die accipies.*

Diaprasius viridis coloris vividioris. Historia Episcopor. Autis. c. 44. Alterum pallium diaprasii coloris. Testamentum Riculfi Episc. Helen. 915. *Casulas Episcopales optimas tres, unam diaprasium, &c.* Leg. *diaprasiam.*

Diaprasinus, eadem notione. Flodoard. l. 3. Hist. Remens. c. 21. *Mittens ei quædam pretiosa ornamenta, casulam scilicet diaprasinam, quam habebat unicam.*

DIAPSALMA. Optatus lib. 4. *Legimus in psalmo sub secundo diapsalmate Spiritum S. dixisse,* [illegible] S.

Hie-

Hieron. in Ep. ad Marcell 138. varias de vocis notione sententias refert. *Quidam*, inquit, *diapsalma commutationem metri dixerunt esse, alii pausationem spiritus, nonnulli alterius sensus exordium: sunt qui rythmi distinctionem: & quia psalmi tunc temporis junctâ voce ad organum canebantur, cujusdam musicæ varietatis existiment silentium.* Eadem fermè Isidor. l. 6. Orig. c. 19. S. Eucher. Lugdun. de variis vocabul. & Cassiod. in Psalmos, S. Augustin. in Psal. 4. *Diapsalma, interpositum in psalmo silentium interpretatur.* Amalarius l. 4. c. 48. *Unde & diapsalma apud Hebræos de nonnullis interponitur, quod significat intervallum vocis distinguendæ.* S. Hilarius in Prologo ad Psalmos extremo: *In diapsalma vero, quod interjectum plurimis psalmis est demutationem aut personæ, aut sensus sub conversione modi musici inchoari.* &c.

At Hieronymo nihil horum videtur: censet enim diapsalma vocem esse Hebraicam, quæ *semper* denotat, ita ut quibus illa connectitur, sempiterna esse confirmet. Solent enim Hebræi in fine librorum unum è tribus subnectere *Amen, Sila*, aut *Solam*. Quid sit *Amen*? notum. *Sela* idem est quod *diapsalma*: *Solam*, pacem exprimit, unde & *Salomon* dicitur, id est, pacificus. Igitur, ait Hieronymus, ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei sequentis medium interponere, *Explicit*, aut *Feliciter*, aut aliquid istiusmodi; ita & Hebræi, ut, quæ scripta sunt, roborentur, facere solent, ut dicant *Amen*, aut: *In sempiternum*: aut scribenda commemorant, ut ponant, *Sela* aut transacta feliciter protestantur, pacem in ultimo subnotantes. Sententiam suam Origenis verbis fulcit, additque, ut probet *Diapsalma* non esse sensus, aut rythmi immutationem, quandoque in Psalmorum fine, ut in 3. & 23. contra in Psalmis multorum versuum non poni, ut in 36. 77. & 118.

Ejusdem vocis notiones Grammatici etiam recentiores proferunt, atque in iis Ugutio: *Volunt quidam esse Hebræum, quo significatur, semper, videlicet ut illa, quibus hic interponitur, sempiterna esse confirmet. Quidam verò Græcum verbum esse existimant, quo significatur interruptio vocabuli psallendi. Alii volunt esse Græcum & significare intervallum psallendi, ut psalma sit, quod psallitur, Diapsalma in psallendo silentium, ut quomodo sympsalma dicitur, vocis copulatio in cantando, sic diapsalma disjunctio eorum*, &c. Ebrard. Betuniensis in Græcismo c. 10.

Quod canitur, Psalma est: interpositum, Diaplasma:
Est in psallendo simpsalma innexio vocum.
Ad quidam Diapsalma vocant exordia sensus
Alterius: quidam, pausam spiraminis esse
Sancti: sed quidam, quòd sit mutatio metri
Dicunt: ac quidam quòd sit distinctio Rythmi.

Anonym. in Cod. Reg. 930. τὸ δὲ διάψαλμα, ἢ μεταβολὴν ἂν σημαίνῃ νοήματος ἐναλλαγὴν, ἢ ἀντιβολήν τινα τοῦ κρούσματος, ἢ μᾶλλον ἀσχολίαν τινα τοῦ ψαλμῳδοῦ, καὶ ὑπ—σιν ἐν τῷ μεταξὺ τῆς ψαλμῳδίας συμβαινουσαν, ὡς ἐγγινομένης τηνικαῦτα τῷ ψαλμῳδῷ καινοτέρας τινὸς παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐλλάμψεως καὶ μνήσεως. Τινὲς οὖν ἀντὶ τοῦ διαψάλματος τὸ, ἀεὶ, γράφουσιν ἐν τούτοις τοῖς διαλείμμασιν, ὡς ἂν ἐντεῦθεν δηλώσωσιν ἀδιάληπτον εἶναι τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν ἐπιπνοίαν. κἂν ὁ λόγος ἐν διαλείμμασι ἦν ἀποσχολουμένου τοῦ ψαλμῳδοῦ πρὸς τὴν τοῦ πνεύματος καινοτέραν ἐπίχυσιν, καὶ τὸ μέλος διὰ τοῦτο κατασιγάζοντος. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, τὸ διάψαλμα οὐδὲν ἔνδον σημαίνει ὁλοσχερῶς, διάλειμμα ψαλμῳδίας, &c. Alter Codex notat. 2062. Διάψαλμα, ἢ προσώπου ἐναλλαγὴ, ἢ διὰ μονὰς μεταβολὴ, ἢ μελῶν ὑπαλλαγή. ἢ διάψαλμά ἐστι μουσικοῦ μέλους, ἢ ῥυθμοῦ τρόπος ἀλλοιούμενος, ἢ διανοίας ἐναλλαγή. Infrà: Ἡ διάψαλμά ἐστι μεταξὺ τῆς ψαλμῳδίας γινομένη κατὰ τὸ ἀθρόον ἠπορημένοις, πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ Θεοῦ ἐπισκευομένου* νοήματος. ἢ διάψαλμά ἐστι διδασκαλία τοῦ τῆς ψυχῆς κατὰ τὸ ἀπόῤῥητον γινομένης περὶ τὸ νόημα τοῦτο προσοχῆς. ὁ* συνεχίζει τῆς μελῳδίας παρακοπτούσας, &c. Adde Gregor. Nyss. tract. 2. in Psal. c. 10. Chronic. Alexandr. p. 202. &c.

DIARETOR. Concilia Africana sub Bonifacio PP. c. 45. *Rursum placuit, ut quoniam Hipponensium Diaretorum Ecclesiæ destitutio non est diutius negligenda* &c. Ubi fortè legendum *Directorum*: qui enim *diaretores Hipponensium Ecclesiæ* hîc dicuntur, Φροντισταὶ τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἱππῶνι, in Canonibus Gr. Ecclesiæ Africanæ can. 78. appellantur.

DIARHODINUS. Vide *Rhodinus*.

DIARIUM. Diurnum cibarium, vel obsonium: quotidianus & diurnus victus, quantum diei sufficit. Papias: *Salaria, diaria, cotidiana cibaria.* Glossæ Isid. *Diaria, cibus unius diei. Diaria, quotidiana salaria.* Gloss. Gr. Lat. ὀψώνιον, *Cibarium, Diarium.* Σιτόμετρον, *Opsonium, diarium.* Ebrardus Betuniensis in Græcismo.

Sunt, quæ sufficiunt in luce diaria sumptus.

Vitæ Abbatum S. Albani. *Constituit quædam diaria dari scriptoribus de Eleemosyna Fratrum & cellaria— ad edendum.* Mox: *Dietamque eorum, & diaria sub certa quantitate —assignavit.* Rursum: *Pro tribus diariis de reliquis mensæ Conventualis, ne scriptores in escis emendis impedirentur.* Liber Miraculorum S. Joannis Abbatis Reomaensis n. 7. *Ubi diutissimè rubescens, nil diarii prorsus sumebat.* Petr. Damian. lib. 6. Epist. 2. *Nam ubi diurno operi diarium redditur, &c. Diaria servorum*, Satyrico, Cibaria in diem ad eorum victum quotidianum. Utuntur Ulpianus in l. 21. de Adim. leg. Julianus Antecessor Nov. 115. c. 23. &c. Vide Gl. Pithœi ad eundem & Meursium in Διάειον.

DIASOSTES, Διασώστης, Ductor, conductor. Luithprandus in Legat. *Civitate cum diasosta meo egressus.* Suprà: *Sicque minùs, ut res poscebat, turbatus, διασώστη, id est, ductori meo 50. aureorum res pretio dedi. Diasostæ exercitus*, in Novell. Justin. apud Julian. Antecess. c. 532. 537. ductores exercitus. Vide Notas ad Alexiadem p. 352.

DIASPRUS, Panni pretiosioris species. Bulla Benedicti VIII. PP. an. 1223. in Bullario Casinensi. *Similiter & pluviale diasprum, cum listis auro textis.* VIII. Synod. act. 10. *Vestimenta diaspra tria.* Histor. Episcoporum Autisiod. c. 64. *Quatuor paria indumentorum sacerdotalium diversorum colorum, tam de examito, quàm de diaspro.* Chron. Casin. lib. 2. c. 44. 76. 99. *Pluviale diasprum cum Phrygiis aureis.* Cap. 30. *Planetam diaspram undique auro contextam.* Lib. 3. cap. 73. *Planeta diaspræ deauratæ quinque.* Innocent. III. PP. lib. 14. Epist. 72. *Ad hæc de cruce aurea, & diaspro nobis ex parte tua—præsentatis, gratiarum tibi referimus actiones.* B. Odoricus apud Wadding. an. 1307. n. 13. *Residens in throno eburneo tunicula & dalmatica indutus de diaspero albo. Casula de diaspro albo*, in Testamento Gerardi de Abbatisvilla an. 1271. *Tunica de diaspra alba*, in Charta Petri Epis. Paris. ann. 1218. apud Sammarth. Liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ fol. 144. ubi de Bonifacio VIII. PP. *Duas cruces de argento, unam de diaspro, & unam de crystallo — paria, &c. tria paria candelabrorum de argento, & unum de diaspro.— duo pluvialia de diaspro & panno Barbarico.* Vide Necrolog. Eccles. Paris. 3. Nov. & Id. Aug.

Diasperatus. Monast. Anglic. tom. 3. p. 314. *Sandalia cum caligis de rubeo sameto diasperato, breudata cum imaginibus Regum in rotellis simplicibus.* Adde p. 321. Vox etiam nostris nota. *Le Roman de Gaydon MS.*

Cuirie ot bonne, qui fu de cuir boilli,
Cote à armer d'un diaspré gaydi.

Infrà;

Infrâ, de equo :

D' un bon diaspré fresc menuement
Fist tot couvert moult acemeesment.

Italis *Diaspro*, est jaspis: nostris *Diaspré*, variegatus, diversicolor instar *jaspidis*: unde etiam vocis etymon. Rostangnus Berengerus Massiliensis Poëta Provincialis apud Joannem Nostradamum c. 58.

Qu' elle a son cor plus dur que lou diaspre.

DIATYCHI. Charta Gartiæ Regis Navarræ apud Sandovallium in Episc. Pampilon. pag. 42. sic clauditur : *Est autem data & Deo oblata se volventibus temporum recursibus, anni æræ millesimæ cum supputatione nonagesimæ, die verò secundo, Idus Decembris, luna vero quarta diebus exactis diatychi, regnante Domino nostro Jesu Christo, &c.* Omisit hæc verba in versione Hispanica Sandovallius. An ex Græco διὰ τυχῆς, *feliciter* vel potiùs hæc vox referenda ad, *est autem data & oblata* διαθήκη, i. e. *testamentum*, quomodo ejusmodi donationes vocabant.

DIATIM, Quotidie, de die in diem, apud Isidorum in Gloss. & Balbum in Catholico. Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 1. *Cum lineis vestibus diatim introiit.* Utitur & Gerardus Abbas Silvæ Majoris in S. Adelardo n. 53. & Matth. Paris an. 1252.

DIATRETUS, Perforatus, cælatus, ex Græco διάτρητος. *Calix diatretus*, in l. 27. §. 29. D. ad leg. Aquil. Unde

Diatretarii, διατρητάριοι, qui calices aut vasa cælant & perforant, in l. 1. C. de Excusat. artif. *Diatretarios*, τοὺς τρυπῶντας τὰς μαργαρίτας, interpretantur Græci, qui perforant margaritas.

DIATRITUS, pro *Diatretus*. Paulin. Epist. 12. *Totidem januis patefactus* (paries) *à latere Confessoris, quot à fronte ingressus sui foribus nova* (Basilica) *reserabatur, quasi diatritam speciem ab in utraque utramque spectantibus præbet.* Ubi *species* est, quod *Face de bastiment* dicimus, uti à Vitruvio lib. 9. c. 4. vox hæc usurpatur: *Species diatrita*, nostris, *Face à jour, percée de fenestres & de portes,*

DIATYPOSIS, Mandatum. Græc. Lat. Διαταγὴ, ἡ διατύπωσις, *Dispositio*. Διατυπῶ, *Constituo, dispono, statuo.* Gregorius M. l. 8. Epist. 20. *Scripsistis nobis, ut Dulcitio agenti vices nostras dicere deberemus, nequia super diatyposim auderet expendere.*

DIAULIUM, Αὐλὴ, Atrium, domus. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 12.

Præterea Andreæ germana diaulia sancti
Ingressus, &c.

DIBELLIO. Vide *Duellio*.

DIBLER, Anglis *Doubler*, Discus, patina, paropsis. Leges Burgor. Scotic. c. 125. *Hæres habebit — discum, paropsidem, quod dicitur le Dibler, vel chargerum. Le Roman de Chevalier au Barizel MS.*

Qui jan' emporterai denier,
Ne pain ne el en mon doublier.

Le Songecreux :

La nape aussi, ou le beau doublier fin.

Chronicon MS. Abbatum Corbeiensium p. 57. *Baillivus debet administrare hospitibus de religione panem & vinum in eadem forma, qua administrat Conventui, & melius detur eis facere*, napes, toüailles, doubliers, bachins, cailliers, henas, voirres, kaves, *virgatas*, pos, justes, deux truttes de fust, *unum, in quo trahitur vinum de Conventu, & aliud, in quo mittitur vinum de Eleemosyna.* Vide *Duplarium*.

DICA, *Charta, à dicendo.* Ita Papias. Joannes de Janua : *Dica, Tabula vel cautio, vel Charta propriè, ubi continetur summa debiti, & nomina debitorum, vel debentium, & ponitur pro qualibet parte Chartæ : & dicitur à dico, cis.*

Dica, non tam pro Charta, vel schedula, in qua scribitur, quàm pro *taleola*, nostris *Taille*, in qua rerum numerus annotatur, usurpatur à Thwroczio part. 1. Chr. c. 24. de Siculis : *Hi nondum Scythicis literis obliti, eisdem non encausti & papyri ministerio; sed in baculorum excisionis artificio, dicarum ad instar, utuntur.* Vide Olaum Wormium in Fastis Danicis pag. 87. & 119. ubi ejusmodi baculos excisos repræsentat. Ordericus Vitalis lib. 8. p. 708. *Unde coacti dicam per totam terram suam, quæ hactenus à malis consuetudinibus libera erat, fecerunt, & 60. libras Cenomanensium — Roberto dederunt.* Ubi *dica* nihil aliud est quàm tallia, seu exactio, vel præstatio, quæ inde nomen accepit, quòd in *taleolas* referretur, ut suo loco monemus. Qua etiam notione accipitur in Decretis Hungaricis Ludovici Regis Hungariæ art. 3. & 4. & Matthiæ Regis ann. 1464. ubi *Dica* est exactio publica : *Dicator* exactor, & *Dicare* exigere. Liber Rubeus Scaccarii Anglici fol. 30. *Et præter hoc debet Magister Marescalsiæ habere dicas de donis & liberationibus, quæ fuerint de thesauro Regis, & de sua camera; & debet habere dicas contra omnes officiales Regis, ut testis per omnia.* Ubi *dica*, est præstatio *in taleolam* relata. Statuta Ordinis *de Sempringham* p. 748. *Institutum est etiam ut diligenter per dicam notetur, quantum ex omni genere bladi vel leguminis expendetur in semine.* Suprà : *Dica illa dividatur in duo, & una pars deputabitur custodiæ hospitalis fratris, — & altera Grangiario.* Rursum : *Per aliquem Fratrem fidelem Clericum vel laïcum ad hoc assignatum excutiantur decimæ; & summa inde proveniens annotetur dica inter fratrem prædictum, & Grangiarium.* Ibidem: *Et singulas quarterias annotet per dicam.* Secunda Curia Generalis celebrata Barcinone an. 1299. à Jacobo II. Rege Aragon. MS. *Item quòd omnis dica, quam campsor faciat, vel dicat alicui qualicunque ratione, quòd inde teneatur sicut per depositum & comandam: & quòd campsor habeat scribere omnes dicas, quas faciet in capibrevio majori suo jurato, & non aliis libris vel scripturis.* Curia Generalis celebrata ab Alphonso Rege in Villa Montis albi an 1333. *De quibus quantitatibus dicti campsores dicas faciant, ut eas tradant inquisitoribus.* Jurisconsultis, *Dica*, est judicium, actio, libellus, actionem continens.

DICATIO, Laus, gloria. Lex 2. Cod. Th. de Famosis libellis : *Qui accusandi fiduciam gerit, oportet comprobare, nec occultare, quæ scierit : quoniam prædicabilis erit ad dicationem publicam meritò perventurus.*

Dicatio, Titulus honorarius. Gloss. Gr. Lat. Καθοσίωσις, *Devotio, Dicatio, Majestas.* Epistola Anulini Procos. Africæ apud S. Augustinum Epist. 68. *Libellum sine signo obtulerunt Dicationi meæ.* Occurrit apud Senator. lib. 11. Epist. 7. & 9. in Epist. Constantini M. ad Ablavium in Actis Concilii Arelat. I. in Collatione Carthag. I. c. 10. 19. in Cod. Th. l. 1. de Veteran. l. 1. 21. de Appellat. &c. Vide Salmasium ad Pollionem p. 289.

DICCUS, Flandris *Diic*, Gallis *Digue*, Agger. *Dicare, Diccare*, apud Ægidium de Roia an. 1322. *Diicken*, aggerem extruere, agrum aquaticum terrá complere. Charta Joannæ Comitissæ Flandriæ an. 1230. pro Marquettano Monasterio apud Buzelinum : *Terram illam cum appendiciis, quæ versus mare jacet, ultra diccum illum, qui fuit, & est ultra terram Andreæ — intra quam terram videlicet illa terra, quæ Calvek inscura dicitur, ad diccandum in eleemosynam dedissemus. — Dedimus & concessimus — totam terram nondum diccatam à loco, qui nomine ipsius Eccl. dicatus est, — & quidquid diccari potest, &c.* Charta an. 1242. *Cum omnibus pertinentiis, scilicet dico & jactu maris.* Salmas. de Hellen. à τοῖχος etymon accersit.

DICENTARIUS, Rhetor, orator. Gloss. Lat. Gr. *Dicentarius*, ῥήτωρ, δικανικός. In Gloss. Gr. Lat. Λέκτης.

DICHO-

DICHONEVTON, Διχώνευτον, bis recoctum & conflatum, mixturâ fortè alterius metalli adulteratum, de quo in l. 1. Cod. Th. de Conlatione æris, ubi consulendus Jac. Gothofredus.

DICITRINUS. Vide *Diacedrinus.*

DICLUG, *vocabitur Antichristus, cujus numerus est* DCLXVI. *per litteras Græcas.* Ita Papias MS. Editus habet *Didux.*

DICTARE, Scribere, orationem, epistolam componere. Britannico ad Juvenalis Sat. 8. *Dictare est aliquid docere in omni genere doctrinæ, quod alius excipiat: & dictata, quæ traduntur in omni genere disciplinæ.* Marculfus in Epist. ad. lib. 1. Formul. *Viros eloquentissimos, ac rhetores, & ad dictandum peritos.* Candidus Monachus in Vita Egili Abbatis Fuld. *Exerce temetipsum legendo, & aliquid utilitatis adde dictando.* Petrus Damiani lib. 1. Ep. 15. *Contemplandi quidem atque dictandi perfruor otio.* Ursio Abbas in Actis S. Marcelli PP. *Licèt non delecter dictandi studio.* Gaudentius Brixiensis Episc. in Epist. ad Benevolum: *Te quoque ea tempestate Magistrum memoriæ, oblitum salutaris fidei arbitrata, contra Catholicas dictare Ecclesias compellebat.* Anselmus Cantuar. in Ep. ad. Anselmum nepotem: *Dictare quotidie assuesce, & maximè in prosa: & ne multum ames difficile dictare; sed planè & rationabiliter.* Anonymus Mon. Ratisponensis de sua fortuna part. 2. *Occurrit animo, ut in dictamine me occuparent aliquo, quod ut sæpe expertus sum mentem lascivam cujuslibet scholasticè instructi in nullo posse magis constringi, quam studio dictandi.* Occurrit præterea, apud Domnizonem, Anonym. Hasenrietanum, laudatum à Gretsero in Episcopis Eystetensib. c. 15. Will. Britonem l. 1. Philipp. pag. 95. Gregor. Turon. lib. 6. Histor. c. 22. & alios passim.

Dictare, interdum est pronuntiare, ὑπαγορεύειν. Gloss. Lat. Gr. *Dictat*, ἀναδιδωσιν, ὑπαγορεύει. Regula Pauli & Stephani in Concordia Regularum Monast. *Juniores, & maximè, qui adhuc Psalmos discere meditantur, per choras ex ordine & sine negligentia dictent, ita ut ab eo loco, quo minores ignorant, hi juniores, qui jam Psalterium finierint, per ordinem sibi in dictando succedant, ut omni tempore pronuntiandi usus non desit.* Vide Notas nostras ad Cinnamum p. 492.

Dictator, Scriptor. Gloss. Gr. Lat. Ἀντιγραφεὺς, *Dictator, Rescriptor.* Alibi: Ὑπαγόρευσις, *Dictatura, Dictatum, Dictatus, Dictatio.* Ὑπαγορεύω, *Dicto.* Ὑπαγορεύων, *Dictator.* In MSS. Codd. Festi Breviarii Historiæ Romanæ, *Festi Dictatoris Breviarium* appellatur, uti monet Andr. Schottus in Notis ad Victorem. Fortè quia erat *Magister Memoriæ*, qui Ἀντιγραφεὺς τῆς μνήμης, Petro Patricio. Lucifer Calaritanus lib. Moriendum esse pro Dei Filio: *Quando ipse cùm sis, ut tibi videtur, peritus, habeasque dictatorum designatum numerum, &c.* Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. c. 12.

Dictator quidam, de quo metra protulit ista.

Dictator, Scriptor. Epist. 16. inter Francicas tom. 1. Hist. Francor. *Sed hæc unda irrigua & imperitum depromat sensum, & componit barbarum dictatorem, qui potiùs apud Dodorenum didicit gentium linguas discerpere, quam cum bonæ memoriæ Parthenio obtinuisse rethorica dictione.* In Lib. 1. Cod. Th. de Legatis & decretis, *Dictator* videtur sumi pro eo, qui alicui rei pro imperio suo intercedit: *Nullus igitur obsistat cœtibus dictator, nemo consiliis obloquatur.* Vide *Antigraphus, & Dictor.*

Dictatio, Scriptum, oratio scripta, apud Senatorem lib. 6. Epist. 12. lib. 8. Epist. 13.

Dictatum, in Gloss. Lat. Gr. Ἄμιλλα, καὶ ἀναδεδομένον τοῖς μαθηταῖς. Ita emendo. Ibidem: *Dictat*, ἀναδίδωσιν, ὑπαγορεύει. Gennadius laudat *Pomærii Dictatum de Contemptu mundi.* Edidit P. Pithœus *Juliani Dictatum de Consiliariis*, post Collationem Legis Mosaicæ.

Dictatus, apud Ordericum Vital. lib. 11. p. 834.

Dictamen, Scribendi forma & modus, formula, stylus, prosa, oratio soluta. Ebrard. Betun. in Græcismo c. 11.

Dictamen prosa est à metri lege solutum.

Auctor Mamotrecti in Sapient. *Stylus, id est, dictamen.* Innocentius III. PP. lib. 14. Epist. 137. *Litteris ipsis diligenter inspectis, ipsi rescripsimus eas tam ex dictamine, quod a stylo Cancellariæ nostræ discrepabant omnino, – falsas esse.* Idem in c. 2. de. Falsar. in Collect. *Nam licet in stylo dictaminis & forma scripturæ aliquantulum cœperimus dubitare.* Petrus Damian. lib. 1. Ep. 15. *Dixistis — quia — non deberem prorsus omittere, quin vos aliquando dictaminibus visitarem.* Infrà: *Et à dictaminis, vel intimæ contemplationis intuitu mentis acumen obtundit* Chron. Abbat. S. Trudonis lib. 8. pag. 440. *Pueros —— non tam dictamen, quàm metrum componere docuit.* Laudatur à viris doctis *Liber Dictaminum Guillelmi de Mandagoto*, postmodum Cardinalis, in quo continentur formulæ, quibus pater filio, filius patri, avus nepoti, amicus amico, &c. scribere, vel etiam cum alloqui debeat. Ejusdem sunt argumenti *Magistri Matthæi dictamina*, seu *Ars dictatoria*, Liber *de Stylo Romani dictaminis*, qui ascribitur Gregor. VIII. PP. & alter Magistri Transmundi *de Arte dictandi.*

DICTATOR, Municipalis magistratus, ita dictus in veteri Inscript. apud. Gruter. p. 214. Vide *Dictor.*

DICTATI. Scribæ, Ἀντιγραφεῖς, pro *dictatores.* Epistola Gregorii præfixa Notis Tironis & Senecæ in Codd. MSS. *Per dictatos suos scribendum curavit.* Vide Salmasium ad Vopiscum p. 481.

DICTIO, Scriptio rhetorica, seu vera, seu ficta, Declamatio, quæ publicè & in consessu virorum eruditorum, dicitur, recitatur. Gloss. Gr. Lat. Μελέτη ῥήτορος, *Declamatio.* Ennodius lib. 3. Epist. 15. *Ipsam quoque ad te dictionem, qua commendatus es, destinavi, in qua non eloquentiam; sed vota cognoscas.* Idem Diction. 10. *Susceptarum secreta dictionum ab audientibus non examinantur lingua; sed pectore.* Utitur aliàs non semel, lib. 2. Epist 10. 11. lib. 7. Epist. 31. lib. 8. Ep. 3. lib. 9. Ep. 12. Ejusmodi etiam sunt Dictiones illius complures, quæ inter ejus Opera leguntur. Vide Sidonium.

DICTITIUM, Scriptum, Epistola, Diploma. Hariulfus lib. 3. Chronici Centul. c. 30. *Hac stabilita conditione, Ingelardus Abbas, jam reversus, direxit dictitia ipsi Episcopo, postulans, ut hæc conventio iterum firmaretur.* Idem l. 4. c. 22. *At ne posteritas succedentium Abbatum eadem perderet altaria, prudentissimus Gervinus ab Episcopo obtinuit, inde fieri testamentaria dictitia, quæ ita se habent, &c.*

DICTICA, pro *dypticha*, Pugillaris liber. Glossa apud Gratian. 24. quæst. 2. c. 6. *Dicticæ sunt tabulæ, à dico, dicis.* Ugutio: *A dico, hæc dictica, tabula manualis, quæ & pugillaris dicitur, & ephemeris: unde,*

Clerice, dicticas lateri ne depresseris unquam.

In alio Gloss. MS.

Clerice, dictica lateri sit semper amica,
Nam sine dictica vix retinebis ea.

Buschius in Chronico Windesemensi lib. 2. c. 65. *Mandavit ut scriberet hæc verba in dictica: Miserere mei Deus; & statim complanando, hæc delevit.* Ita legitur in Decreto Edit. Contii c. 7. q. 2. caus. 24.

DICTORES, Arbitri selecti à partibus pro dirimendis controversiis, quorum dictis seu judiciis stant. Charta Episcopi & Capituli Cabilonensis ann. 1221. apud Sanjulianum in Cabilone: *Elegimus 12. dictores, qui juramento præstito, nos super consuetudinibus & jure, quod unusquisque nostrûm habeat apud Cabilonem, certificarent,*

ficarent. Vide Perardum in Burgundicis p.435. Sammarthanos in Gallia Christ. tom. 2. p. 446. &c.

Dictatores, eadem notione, dixit Roger. Hovedenus p. 743. *Rex autem Franciæ duos elegit dictatores, & Rex Angliæ similiter duos, quorum arbitrio vel majoris partis, si alter Regum adversus alterum, vel aliquis hominum suorum inter se interciperet, emendatio hinc inde fieret infra* 40. *dies.* Utitur etiam Rigordus an. 1190. pag. 32. *Diseurs* in Chartis vernaculis. Charta Jacobi Episcopi Metensis ann. 1251. apud Hieron. Vignerium in Hist. Alsat p. 140. *Nous Jakes par la gr. de D. Evesque de Mets, & Regnauz nostre freire Cuens de Castres & Sire de Bittes, faisons cognoissant à totz ke nostre freires Maheus Duz de Loherengne que fuit, nous estably disours & esgardours des tresfons qu'il avoit entrepris à son tems de l'Eglise de Remiremont.* Alia an. 1271. apud eundem: *Li quatre Chevalier disour, &c.* p. 140. 146.

Dictores, videntur præterea appellari actores, qui aliquem in jus vocant. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ an. 1347. *Quicunque homo fuerit reptatus de domino, vel de toto Concilio villæ, non tenetur se salvare ad dominum, nec ad totum Concilium, nisi tantùm ad unum hominem, qui reptaverit eum, & quod respondeat ad illum dictorem in illa forma, &c.*

DICTUM, Judicium, sive sententia arbitrorum, vel *Dictorum*. Willelmus Malmesbur. an. 1263. p. 384. *Protulit dictum suum & sententiam solenniter pro Rege Angliæ.* Charta Manassis Aurelian. Episcopi, Arbitri electi, ann. 1214. in Tabulario Eccl. Autisiod. fol. 236. *Ego, inquam, taliter dictor electus — formo dictum meum & profero in hunc modum.* Alia S. Ludovici ann. 1259. *Qui arbitri dictum suum, seu arbitrium taliter protulerunt, &c.* Hinc nostris, *Dicta* Arestorum, *les Dictums de Arrests*, quia ita ut plurimùm claudebantur: *Dictum fuit per arestum Curiæ, &c.* Vide Dissert. 2. ad Joinvillam pag. 143.

DICUS. Vide *Diccus*.

DIDA, *Nutrix* μάμμη, apud veterem Interpretem Moschionis de morbis mulier. cap. 96. ex Gr. fortè τίτθη, quod idem sonat.

DIDASCALARE. *Magistrare, docere.* Ugutio.

DIDASCALICUS. Gloss. Lat. Gr. *Doctissimus*, διδασκαλικώτατος, ἐλλογιμώτατος. Ennodius in Apologet. pro Synodo: *Videamus tamen, si placet, & illas didascalici libelli vestri relegamus argutias.* Ubi tamen Sirmondus διδασκαλικοὺς λόγους, *Disputationes accuratas & ad docendum idoneas*, interpretatur.

DIDASCALI, Διδάσκαλοι, dicti *Majores* Judæorum & *sapientiores in Lege Moysis*, apud Rigordum. an. 1181.

DIDEMARII. Commodianus, de Simulacris Deorum:

Deludunt vos pauci scelerati,
Extricare suam dum quærunt vitam,
Subornant aliis esse sub mysterio, falsum
Indissimulantes, concussi numine quodam,
Majestatemque colunt, & se sub figura fatigant.
Vidistis sæpe Didemarios, quali fragore
Lusorias ineant, dum furias fingere quærunt,
Aut cùm dorsa sua allidunt parca bipenne,
Cum doctrina sua servant quod cruore sanant.

Incertum, qui sint hi *Didemarii* falsorum deorum Sacerdotes, ac cultores, nisi legendum sit *Dindymarii*, ut fuerint Rheæ, seu Cibeles, quam *Dindymen*, & Δινδυμήνην vocabant, cujus sacra in Dindymo monte Phrygiæ fiebant, famuli & Sacerdotes, non modò Galli, quia castrati; sed & *Corybantes* vocati, quòd cùm insaniam ac beluinam quandam rabiem imitarentur, capita insanorum more projicerent, cujusmodi *Didemarii lusorias facere* indicantur à Commodiano.

DIDRAGMARE. Baldricus in Chronico Cameracensi lib. 3. c. 38. *Aurum plurimum didragmavit.* Id est, per partes distribuit, per *didragmas* dedit.

DIECULUM, Dies. S. Eulogius lib. 2. Memorial. Sanct. cap. 1. de Saracenorum jejuniis: *Post expleta jejuniorum suorum tricena diecula, in quibus gastrimargiæ crapulis, & fluxu libidinis — propensiùs solito insistunt, &c.*

DIES. *Ad diem*, pro *cottidie*. Capitolinus in Macrino. *Non enim est quisquam in vita, qui non ad diem quodcunque fecerit.* Galli dicerent *par jour*.

Dies, Prælium, seu dies prælii, Gallis *Journée*, Italis *Giornata*. Will. Brito lib. 10. Philippid.

Vexillum regale die portavit in illo.

Ita etiam usurparunt Latini Scriptores. Lucanus lib. 7. v. 92.

Testor Roma tamen Magnum, quo cuncta perirent,
Accepisse diem.

Florus lib. 2. c. 6. *Non fuit major sub Imperio Romano dies, quàm ille cùm duo omnium & antea & postea Ducum maximi, ille Italiæ, hic Hispaniæ victor, collatis cominus signis direxere aciem.* Et lib. 4. *Cannensem diem* vocat, quod alii Cannense prælium. Vide Casaub. ad Sueton. August. c. 23.

Dies, Tantum terræ, quantum quis per diem uno aratro arare potest: nostris, *Journel de terre*: Anglis, in Chronico W. Thorn. pag. 2203. *Dayworke*, i. quantum terræ arabilis unius diei culturæ sufficit: ad verbum, diei opus. Papias: *Jugeries, unius diei opus aratoris.* *Terra trium dierum*, in Charta Dudonis Abbatis Dervensis in ejusdem Abbatiæ Tabulario. Charta Balduini Comitis Guinensis ann. 1084. apud Duchesnium in Comitib. Guinens. p. 25. 26. *Terram* 14. *dierum in villa Bissenghehem, & terram* 30. *dierum apud Altenghes, & apud Morlenghehem* 20. *& apud Suavecam* 3. *carrucatas terræ.* Occurrit in hac Charta crebriùs, *Terra* 3. 6. 33. *&c. dierum.* Ibidem: *Dedit terram, quæ jacet — &* 8. *dies ad montem Campanies.* Rursum: 15. *dies terræ, quam habebat ad Wesioc.* Alio loco: *Dedit decimam — &* 8. *dies:* 4. *tenet Fretemerus, &* 4. *Balduinus, &c.* Similia habet Charta Girardi Morinorum Episcopi apud Willelmum Andrensem eod. ann. 1084. *Declaration des heritages appartenans au gaignage des* 10. *maisons dépendans du Prioré de Belval*, in Comitatu Vaudanimontis an. 1566. *Item, une piece de terre contenant quatre jours au bandudit Velle.* Sic ibi passim.

Dies, eadem fortè notione, in Charta Pipini Ducis, filii Anchisi, apud Meurissium in Episcopis Metensib. p. 112. *Terram aratoriam indominicatam plusquam jugera ducenta: pratum etiam ad falces triginta, & silvam minutam ad dies nonaginta.*

Dies pro festo. Annales Franc. an. 802. *Ipse Rex celebravit diem S. Jo. Baptistæ, &c.* Ita Dani etiamnum hodie *Apostelsdage*, seu diem Apostolorum, *Siubryra daghr*, diem septem fratrum mense Julio, *Juladaghr*, diem nativitatis Christi, *Stephandaghr*, diem S. Stephani, &c. in Calendario Runico, ab Olao Wormio edito, vocant.

Dies, Victus diurnus, cotidianus. Commodianus Instr. 64.

Nec enim dico, ut te in trivio tinnites,
Cùm pro die tuo vigilas, sine fraude vivendo.

Item pro diei alimonio, Regiæ familiæ præstando. Domesdei apud Spelmannum: *Et reddebat dimidiam diem mellis, & consuetudines mellis.* Alibi: *Reddebat unam diem de firma, & valebat* 95. *lib.* 6. *denar.* Ibidem: *Comitatus Oxeneford reddit firmam* 3. *noctium, hoc est,* 150. *libr.* Vide *Firma*,

Dies Ægyptiaci, qui in veteribus Kalendariis, quæ a Bucherio in Canone Paschali, à Georgio Herwarto, & à Petro Lambecio lib. 4. Commentar. de Bibl. Cæsarea edita sunt, & in Victorino MS. & aliis notantur in quolibet mense. Ugutio: *In quolibet mense dicuntur duo dies mali Ægyptiaci, quia ab Ægyptiis fuerunt inventi. Ægyptii enim comperientes, quod in aliqua hora dierum illorum non erat bonum sanguinare, id est, sanguinem minuere, ne aliquod opus inciperetur, illos dies vocaverunt.* Petrus Comestor in Histor. Scholast. cap. 34. Exodi: *Dies Ægyptiaci dicuntur, quod in his passa est Ægyptus, quorum duos tantùm in singulis mensibus notamus ad memoriam, cum plures forte fuerint. Nec est credendum, quod Ægyptii, licèt astrorum periti, deprehenderint dies hos infaustos in inchoatione operis, vel itineris, vel minutionis.* De his S. Augustinus in Epist. ad Galat. cap. 4. *Plena sunt conventicula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum à Mathematicis accipiunt. Jam verò ne aliquid inchoëtur, aut ædificiorum, aut hujusmodi quorumlibet operum, diebus, quos Ægyptiacos vocant, sæpe etiam nos movere non dubitant.* Formula veteris Pœnitentialis, edita à V. Cl. Jac. Petito: *Item non debere servari dies Egiciaci (sic) ad minuendum sanguinem, vel aliquid faciendum.* Honorius Aug. l. 2. de Imag. mundi cap. 108. *Dies Ægyptiaci ideo dicuntur, quia ab Ægyptiis sunt inventi. Et quia Ægyptus dicitur Tenebræ, ipsi Tenebrosi inde nominantur, eo quod incautos ad tenebras mortis perducere affirmantur.* Durand. in Ration. l. 8. c. 4. n. 20. *Illud autem notandum, quòd in quolibet mense sunt dies Ægyptiaci, id est, ab Ægyptiis deprehensi: in Ægypto enim erant quidam Astrologi, qui quasdam constellationes nocivas humanis actibus in illis diebus invenerunt, ideoque illas notas hominibus esse voluerunt: tamen illarum constellationum puncta scire propter errorem nostri computi non valemus: vel forte invenerunt dies bene constellatos, & ideo eos in Kalendario notaverunt, ut in illis diebus potiùs quàm in aliis, actibus insistatur: quorum errorem ne Ecclesia sequi videatur, à talibus cavetur. --- quotus autem sit dies Ægyptiacus, a principio vel fine mensis his versibus continetur:*

Augurior decios, audito lumine clangor,
Liquit olens Abies, coluit Colus, excute Gallum.

In his versibus sunt 12. dictiones, 12. mensibus servientes: prima primo, secunda secundo, & sic per ordinem, sumpto initio à Januario: ita quòd quota die erit prima litera primæ syllabæ alicujus istarum dictionum in alphabeto, totus erit dies Ægyptiacus in illo mense, cui servit illa dictio, computando à mensis principio versus finem. Item quota erit prima litera secundæ syllabæ in alphabeto, totus erit dies Ægyptiacus in illo mense, cui servit illa dictio, verbi gratia, Augurior, est prima dictio, & servit primo mensi, scilicet Januario: au, est prima syllaba, & a, est prima litera ipsius syllabæ, & g, est septima in alphabeto, ergo dies prima Januarii est Ægyptiaca. Item g, est septima in alphabeto: ergo septimus dies Januarii numerando à fine versus principium, est Ægyptiacus, & sic in aliis, hoc observato, quòd h, in hoc loco pro litera non ponatur. Quilibet autem præmissorum dierum propter unicam horam sui denominatur Ægyptiacus. Adde Martinum *de Arles* in lib. de Superstitionib. p. 5. & Olaum Wormium lib. 1. Fastor. Danicor. c. 24. 25. Willelmus Neubrigensis lib. 4. c. 1. *Richardus igitur primus, --- Londoniis est consecratus à Balduino Cantuariensi Archiepiscopo tertio Nonas Septembris, qui dies ex prisca gentili superstitione Malus vel Ægyptiacus dicitur, &c.* Huc referenda videntur, quæ habet Petronius in Satyrico: *Altera* (tabula) *Lunæ cursum stellarumque septem imagines pictas, & qui dies boni, quique incommodi essent, distinguente bulla notabantur.* Habentur porrò in Bibliotheca Thuana Cod. 615. *versus de diebus Ægyptiacis.* Vide Hesychium in ἀποφράδες ἡμέραι, & infrà in *Sanguinare*.

Dies amoris. Vide *Amor*.

Dies annales. Vide *Festa annalia*.

Dies & annus. Vide *Annus & dies*.

Dies Apostolici, Festa Apostolorum. Charta Philippi Comitis Flandr. an. 1176. in Tabul. Monasterii S. Bertini: *Ipsis tamen pro eo palefridum mittentibus, & hoc ter in hebdomada, & in omnibus Apostolicis diebus, & in omnibus festis S. Mariæ, in quatuor diebus natalibus Domini, &c.*

Dies Baronum, quibus scilicet *Barones* convenire solent ad dijudicandas vassallorum lites, Parlamentum. Charta Philippi Regis Franciæ Ann. 1281. in Tabular. Ambian. Episcopat. fol. 76. Promittens idem Dominus, quod in proximo venturo Parlamento ad diem Baronum veniet, & specificabit sigillatim &c. Alia Regis Philippi IV. anni 1289. in Regesto feodorum Ecclesiæ Lingon. *Si quid enim ipsi cives velint petere ab Episcopo, adjournetis eundem ad diem Baronum futuri proximo S. Martini hiemalis Parlamenti eisdem civibus responsorum.* In Responsis, factis à Rege Franciæ Regi & Reginæ Navarræ: *Des deus cens livres de rente de la Damoiselle de S. Cheron, l'en mait la besongne au Parlement, qui vient au jour des Barons.* Vide *Parlamentum*.

Dies boni, apud Sidonium lib. 5. Epist. 17. dies feriati esse dicuntur Savaroni. Sanè festa majora etiamnum *les Bons jours* appellamus.

Dies censorius, Dies supremi judicii, ἡμέρα καθ' ἣν ὀφείλῃ τις ἐμφανίσαι ἑαυτὸν τῷ δικαστηρίῳ. Vide *Censor*.

Dies magnus, in Epistola Caroli M. ad Elipandum: *In die magno ante conspectum gloriæ suæ gloriosos stare concedat.*

Dies Cinerum, Caput jejunii. Synodus Beneventana an. 1091. c. 4. *Nullus omnino laicus post diem cineris & cilicii, qui Caput jejunii dicitur, carnibus vesci audeat.* Vide *Absolutio*, *Caput jejunii*.

Diem colligere. Supplicatio facta Regi an. 1235. in Concilio Remensi: *Nec reputet eum* (Archiepiscopum Remensem) *Dominus Rex in defectu, si non colligat diem coram ipso contra illos* (accusatores,) *cùm in nullo fuerit defectu erga eos, & cum ipsi sint excommunicati.* Infrà: *Facta autem supplicatione modo prædicto, dixit Dominus Rex, quòd super hoc haberet consilium, --- & super hoc assignabat diem ad crastinum quindenæ Assumptionis B. Mariæ apud Meledunum. Quo audito, Dominus Rex & dicti Episcopi cum præfatis nuntiis Capitulorum, secesserunt in partem, & habito Concilio in hoc convenerunt, quòd diem illam colligerent.*

Dies communes festis opponuntur in l. un. Cod. Theod. de Imag. Imp.

Dies consecrati, in Concilio Suessionensi ann. 953. c. 7. & in Capitulari Caroli C. Compendiensi ann. 868. c. 8. ubi vetatur *malla aut placita teneri, à quarta feria ante Nativitatem Domini usque post consecratos dies*: eos nempe quatuor dies, quos in Natali Domini celebrari præcipiunt Capitularia Caroli M. lib. 2. c. 35. & Concilium Moguntinum c. 36. Vide Baron. an. 853. 29.

Dies Consuetudinales, quibus nempe *consuetudines*, seu tributa, vel census exiguntur. Charta Aimonis Comitis Gebennensis an. 1090. apud Guichenon. in Bibl. Sebus. p. 325. *Concedo Ecclesiæ S. Eugendi --- alodos illos, quos ab ingenuis hominibus in potestate Seyssiacensi Monachi præfatæ Ecclesiæ hactenus obtinuerunt, & amodò obtenturi sunt, ab illis videlicet ingenuus, qui dies consuetudinales, quos esse 12. tradunt, & alia debita exceptis aratura boum in corvata & observatione placiti generalis consuetudinaliter mihi non debent.*

debent. Apud Græcos aliud ſonat ἔθιμος ἡμέρα, quæ in Gloſſ. Lat. Gr. exponitur *dies ſolennis*, ἑορτή.

Dies & Conſul, Dies diplomati aſcriptus, vulgò *data.* Hincmarus Remenſis in Ep. ad Adventium Epiſc. Metenſem, de Epiſcoporum Conſecrat. Opuſc. 44. *Et completa Miſſa habeat Epiſcopus, qui eum ordinavit, litteras manibus ſuis ſubſcriptas, — præferentes diem & Conſulem, &c.* Flodoard lib. 3. c. 11. *Porrexit literas canonicas — diem præferentes & Conſulem.* Vide S. Athanaſium de Synodo Ariminenſi p. 871. Cujacium ad l. 20. D. de Teſtam. & Notas ad Senatorem lib. 6. Epiſt. 1.

Dies Coronæ Regi. Vide *Curia Coronata.*

Dies facere. Formulæ vett. Pithœi c. 71. in MS. *Sicut reliqui ſervi noſtri & vicinorum veſtrorum faciunt dies tantas in unaquaque hebdomada facere debeant.* Id eſt, *emplovent tant de jours.* Ita in Lege Bajwar. tit. 14. §. 6. Vide *Facere.*

Dies facere, alia notione. Formula Pœnitentialis edita ex Cod. Thuano à viro doctiſſimo Jacobo Petito poſt Pœnitentiale Theodori pag. 349. de Interrogatione de 10. Præceptis Decalogi: *Item facere diem vel ſortes. Item ſi obſervet diem unam plusquàm aliam ad ſeminandum, vel aliquid faciendum.*

Dies feliciſſimus, Dies Paſchatis, quo pignus & arrabonem accepimus in vitam æternam. Commodianus Inſtruct. 75.

Congruit in Paſcha, die feliciſſimo noſtro,
Lætentur & illi, qui poſtulant ſub acta divina, &c.

Diem functus, pro *defunctus*, in Cod. Th. l. 17. de Prætor. & l. 5. de Sepulcr. violat.

Dies Legales, quibus *Lege* agere licet. Quoniam Attachiamenta c. 2. *Eſt autem ſummonitio certi diei, & loci exhibitio, partibus facta ad diem legalem. Eſt autem dies legalis in prædictis placitis, quaterdenus, & unus dies, ſive 15. dies.* Adde c. 10. §. 1. Et c. 60. *Statutum eſt, quòd quodlibet judicium bonum & legale, debet habere has conditiones, 1. quòd dies, in quo datur judicium, ſit legalis, & non feſtivus: quod locus judicii ſit legalis, &c.*

Dies legitimus aperiendarum tabularum teſtamenti, poſt mortem teſtatoris intra triduum vel quinque dies fuit, ut eſt apud Paulum lib. 4. Sentent. tit. 6. Teſtamentum Widradi Abbatis Flaviniacenſis: *Ut quando dies legitimus poſt tranſitum meum advenerit, recognitis ſigillis, inciſo lino,* (perperam *ligno*) *ut legis decrevit auctoritas, &c.* Eadem habentur apud Marculfum lib. 2. form. 17.

Dies ligati, feriati: opponuntur diebus legalibus. Speculum Saxonicum l. 2. art. 10. §. 1. *Proſcriptus licitè diebus feriatis vel ligatis arreſtetur, vel detineatur.* Art. 66. §. 2. *Omnes etiam dies feriales ſeu celebres ac ligati, ad pacem omnibus hominibus ſunt conſtituti, & cum his in qualibet hebdomada 4. dies, videlicet quinta & 6. feria, Sabbatum & dies Dominicus, &c.*

Dies magnus, Feſtum Paſchatis: μεγάλη ἡμέρα, Joann. Evang. c. 19. 31. in Concione, Petro Apoſtolo tributa, apud Clementem Alex. Strom. lib. 6. in Concilio Ancyr. can. 6. & apud Procopium lib. 2. de Bello Vandal. c. 14. Κυρία ἑορτῶν, Pachymeri lib. 7. c. 15. Tertullianus lib. 5. in Marcion. *Dies obſervatis, & menſes, & tempora, & annos, ſabbatos, ut opinor, & cenas puras, & jejunia, & dies magnos.* Capitularia Caroli M. lib. 5. c. 71. & 136. novæ Edit. *Qui pœnitentiam publicè gerunt, debent unum annum eſſe cum cilicio inter Audientes, vel usque ad Magnum diem, &c.* Scaligerum in Prolegomenis ad libros de Emendat. temp. & Allatium de Dominic. & hebdom. Græcor. cap. 22. *Dies Magnus Cœnæ*, in Capitulis Herardi Archiep. Turon. c. 14.

Dies Magni Trecenſes: ita vocabant *Aſſiſias* publicas & generales, quas Comites Campaniæ tenebant in urbe Trecenſi, ad dirimendas & dijudicandas ſupremo judicio majoris momenti controverſias, & quæ per appellationem ab Aſſiſiis Balliviarum devolvebantur; præſertim verò lites Baronum Campaniæ, qui ſcilicet nullo medio pendebant à Comite. Intererant autem hiſce *Aſſiſiis* publicis ex ordine Militari ac nobilium judices ſelecti, qui ter aut quater quotannis in eum finem coïbant, & judicia ſecundùm Balliviarum ordinem exercebant, judiciario ordine ſervato, id eſt per *inqueſtas* & per *placitamenta*: quæ quidem judicia, ſiquidem in caſibus generalibus prolata eſſent, referebantur in Codicem municipalium Conſuetudinum Campaniæ, ut colligi ſatis datur ex veteri Jure municipali Campanorum, à Pithœo edito, ex hiſce conflato.

Poſtquam verò Campania Regibus noſtris acceſſit, miſſi, identidem Trecas ſelecti pariter judices ex ordine Eccleſiaſtico & Militari, quibus adjuncti ſæpe ſunt Barones ex ipſo Campanienſi Comitatu, qui quidem vulgò indigitantur *Magiſtri, tenentes magnos dies Trecenſes.* Eorum verò juriſdictio *Curia Campaniæ* appellatur in Aſſiſiis Campanienſibus an. 1297. quarum Codex aſſervatur in Camera Computorum Pariſ. *Domina de Nantolio Curiam Campaniæ ſupplicavit, quòd areſtum factum in Curia Campaniæ diebus Trecenſibus, &c.* Et alibi f. 93. *Areſta atque Conſilia facta & expedita in Curia Campaniæ per venerabiles viros — dies Trecenſes pro domino Rege Franciæ tenentes.* Quòd ſi lites & controverſiæ agitarentur, quæ Curiam Franciæ ſpectarent, ad eam remittebantur, ut ex ſequenti judicio patet: *Audita quæſtione, mota in Curia Campaniæ inter Decanum Tullenſem ex parte una, & Gaufridum de Danfale Armigerum, ratione quorumdam attentatorum factorum, ut dicitur, per dominum Decanum contra dictum Armigerum poſt appellationem ad Curiam Franciæ, &c. quoniam iſta cognitio ad Curiam Campaniæ non pertinet, dictum fuit rationibus hinc inde propoſitis, quòd adeant Curiam Franciæ, ſuper hoc ſibi fiet juſtitiæ complementum.*

Sed & ſtatutum fuit à Rege Philippo Pulcro, ut quotannis bis tenerentur *Dies Trecenſes*, ut ex illius Edicto an. 1302. pro Reformatione Regni docemur. Cui quidem Statuto occaſionem præbuit Nobilium Campaniæ Regi facta poſtulatio ann. 1297. hiſce concepta verbis: *Item, requirent li Gentilhomme, que on tiengne les jours de Troies deus fois l' an, & que on y envoit tels gens, qui puiſſent & doivent delivrer les bonnes gens ſelon raiſon.*

De primæva *Magnorum dierum Trecenſium* origine rectè cenſuit, ni fallor, P. Pithœus, qui id juris Comitibus Campaniæ attributum ſcribit, ex dignitate *Comitatus Palatini*, qua donati erant: cùm præeſſent ſupremis judiciis à Regibus ad id delegati *Comites Palatini*, ac Regiæ pæne ſimili auctoritate lites dirimerent, uti pluribus à nobis obſervatum in Diſſertatione 14. ad Joinvillam.

Magnos dies vocarunt etiam Reges noſtri placita extraordinaria, quæ in Regni provinciis remotioribus cogebantur, delegatis ad ea tenenda ſelectis judicibus, qui ſupremo judicio lites dirimebant, & in reos, quos regionis longinquitas in perpetrandis criminibus reddebat audaciores, ſeveriùs inquirebant: cujusmodi erant Miſſi Dominici, qui à Regibus ad *Juſtitias faciendas* in remotiores Regni partes mittebantur, ſub altera Regum Franciæ ſtirpe. His conventibus, ut opinor, inditum nomen à Magnis Trecenſibus diebus, quorum nomenclatura jam olim obtinuerat. Horum porrò Magnorum dierum, in provinciis coactorum, mentio non ſemel occurrit in Actis Parlamenti Pariſienſis, Pictavi ſcilicet & in Monteferrando in Arvernis menſe Sept. an. 1454. in Ordinat. Barbin. f. 15. in Monteferrando Stat. Ludov. XI. 25. Jul. 1481. in Reg. Ordin. Lud. fol. 302. Pictavi, Statuto Fran-

Francisci I. 10. Aug. 1519. in Ordinat. ejusd. Reg. f. 151. in Monteferrando, alio Stat. 12. Maii an. 1520. Ibid. f. 380. Turonibus, alio Stat. 21. Aug. an. 1533. 2. vol. f. 307. Molini, alio Stat. 22. Jun. 1534. f. 326. Trecis, Stat. 2. Maii 1535. ib. f. 374. Andegavi, Stat. 17. Jun. 1539. 3. vol. f. 182. Molini, Stat. 7. Jun. & 6. Jul. 1540. f. 228. Riomagi in Arvernis. Stat. 22. Jul. 1542. f. 348. rursum Riomagi Stat. 19. Aug. 1546. 5. vol. fol. 303. Turonibus, Stat. 6. Jul. 1547. 1. Reg. Henr. II. fol. 24. Molini, Stat. 10. Jul. 1550. 2. vol. fol. 73. Omitto alios deinceps coactos, ne in immensum hocce excrescat opus.

Tantùm moneo, Reges nostros interdum id privilegii indulsisse Regii sanguinis Principibus, ut Magnos iis perinde dies liceret cogere. Extat quippe in Regesto Andegavensi Cameræ Comput. Paris. f. 76. Diploma Caroli V. Regis, quo Ludovico fratri Turonum & Andium Duci facultatem concedit suos Dies magnos tenendi, seu Lutetiæ Parisiorum, seu in qualibet Ducatuum suorum civitate, quorum appellatio ad Parlamentum devolveretur. Eadem conditione simile indultum privilegium à Carolo VI. Aurelianensi Duci fratri in Virtutum Comitatu, quem Valentinæ uxoris jure obtinebat, literis 6. Maii. 1403. in Regesto *Olim* descriptis fol. 175. Duci Burbonensi pro Ducatu Arvernensi literis 3. Jan. 1433. descriptis in Regesto Parlamenti Pictaviensis fol. 117. & Claudiæ filiæ à Ludovico XII. pro Baronia Codiciacensi & Comitatu Suessionensi lit. mens. Sept. ann. 1509. descriptis in Regesto Ordinat. Ludov. fol. 225.

Dies marchiæ, Dies indictus & condictus Anglis & Scotis ad conveniendum invicem in *marchis* & limitibus utriusque Regni pro pace firmanda. Thomas Walsinghamus in Ricardo II. p. 278. *Dux Lancastriæ—pro die marchiæ (prout mores est) tenenda inter Anglos & Scotos annis singulis, in partes concesserat boreales.* Idem p. 307. *In ultimo, quo Dux Lancastriæ & ipsi convenerunt, ad diem marchiæ, conventum fuit inter eos pro commodo pacis, &c.*

Dies mercatilis, quo mercata seu nundinæ tenentur, Gallis, *Jour de Marche*. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonensis an. 1082. *Et dono vobis in ipsam meam leudam de Limos 3. puneias de sal in unoquoque die mercatile.*

Dies neophytorum, qui inter Magnum Pascha, & Pascha clausum intersunt, in quibus albis induuntur recèns baptizati. S. Augustinus Epist. 119. c. 17. *Ut quadraginta illi dies observentur, Ecclesiæ consuetudo roboravit, sicut octo dies neophytorum distinguantur à cæteris, id est, ut octavus primo concinat.*

Dies operabilis, nostris *Jour ouvrable*, in quo licet operari, *Travallier*. Vide in *Seiso*.

Dies Palmarum. Vide *Ramispalmæ*.

Dies Palustres. Willelmus Tyrius lib. 21. c. 25. *Sed neque ii, qui ibi juges & assidui videbantur, negligentia torpentes aliquid utilitatis operabantur, terebant otia, & palustres trahebant dies.* Respexit istud Persii Sat. 5.

Tunc crassos transisse dies, lucemque palustrem.

Ubi Cornutus: *Obscuram propter nebulam, quæ de paludibus nascitur: sed hoc ad animi castitatem refertur.* Alii vitam non inertem modò; sed & crapulæ deditam intelligi putant. *Omnes enim ebriosi*, inquit S. Augustinus Serm. de Tempore 231. *tales sunt, quales paludes esse videntur, &c.* nisi potiùs *pigros* innuerit: nihil enim palude pigrius, quæ in eodem semper statu permanet, aquas suas nullibi evolvens ac egerens. Proinde huc spectant ista Senatoris lib. 10. Ep. 29. de podagrico humore: *Petit concavas lacunas, ubi palustri statione pigrescens, saxa perficit de liquore.* Vel denique faciunt, quòd *ranæ*, quas *palustres* vocat Isidorus lib. 12. cap. 6. quæ in cœnosis aquis volutantur: *Grenouiller*, enim dicimus, de iis, qui perpetuis compotationibus vacant. Alcyphron. in Epistolis piscatoriis & amatoriis, l. 1. *Κρεῖττον γὰρ ἐπαινήκειν ἐν Βοσπόρῳ καὶ Προποντίδος νεόπλουτον, ἢ καθήμενον, ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐσχατιαῖς λιμνώδεις ἢ αὐχμηρὸν ἐρυγγάνειν.* Vide, quæ ad Persium annotant Casaubon. & alii.

Dies placitus, Dies placiti dictus & præfinitus. Lex Ripuar. tit. 66. *Quòd sacramentum in die placito non conjurasset. Dies placitus*, ibid. tit. 72. §. 1.

Dies placitabilis, in quo placita fiunt, apud Joannem Fortescutum de Laudib. Legum Angliæ cap. 48.

Dies Sancti, dicti dies Quadragesimæ. Vide Baron. ann. 519. n. 42. & Jacobum Gothof. ad l. 2. Cod. Th. de Feriis.

Dies Sanctus, dicitur *dies Dominicus* apud Alcuinum lib. de Offic. divin. cap. de Die Sancto.

Dies Sanguinis, quo *Bellonarii*, seu *Bellonæ servientes*, missione sanguinis sui *Bellonam* Deam placabant, 9. Kal. April. Vide Casaubonum ad Lampridium.

Dies Solis, qui postmodum Dominicus. Tertullianus Apolog. c. 16. *Æquè si diem Solis lætitiæ indulgemus.* Ita & lib. 1. ad Nation. c. 13. Maximus Episcop. Serm. in Pentecosten: *Dominicum diem ab hominibus sæculi diem Solis* appellari scribit. Gregorius Turon. lib. 3. Hist. c. 15. *Ecce enim dies Solis adest: sic enim barbaris diem Dominicum vocitare consueta est.* Vide l. 1. & 2. Cod. Th. de Feriis, l. 1. & 3. de Execut. l. 10. 13. de Exact. l. 2. de Spectacul. eod. Cod. Justinum Apol. 2. &c.

Diestenere, Festum seu Curiam celebrare, quod faciebant Reges, cùm Curias suas solennes aut *Coronatas* tenebant. Gregorius Turon. lib. 5. Hist. c. 2. *Chilpericus — Toronis venit, ibique & dies sanctos Pascha tenuit.*

Dies Treugarius. Charta Woldemari Ducis Jutiæ an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Hist. Dan. *Et si medio tempore — alterum eorum mori contingat, nos sine voluntate unanimi, & consensu heredum ipsorum, diem treugarium, aut sonam non inibimus seu faciemus.* Id est, treugam vel compositionem. Vide *Sona*.

Dies tinearum, vel murium, in quibus superstitiosi vana quædam observant, aut faciunt, ne tineæ aut mures noceant frugibus & segetibus. S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Elig. c. 15. *Nullus diem Jovis absque festivitatibus sanctis, nec in Majo, nec ullo tempore in otio observet, neque dies tinearum, vel murium, aut vel unum omnino diem, nisi tantùm Dominicum.* V. Delrium lib. 3. part. 2. qu. 4. sect. 6.

Dies votorum, Sponsaliorum & nuptiarum. Lex Longob. l. 2. tit. 4. §. 3. *Nulli sit licentia conjugi suæ de rebus suis dare ampliùs per qualemcunque ingenium, nisi quod ei in die votorum in methio & morgonbac dederit.* Tit. 14. §. 21. *Quantum in die votorum acceperint, quando ad maritum ambulaverint.* Vide *Vota*.

Dies vitæ, pro die obitus, seu ultimo vitæ. Spartianus in Adriano: *Ita ut plerisque in diem vitæ suæ dimensum sine dilatione restituerit.* S. Ambrosius Epist. 24. *Tu obtulisti quasi arbiter litis, ut soror in diem vitæ suæ possideret partem prædii, post obitum ejus fratri cederet omnis possessio.*

DIENNIUM, *Biennium*, Ugutioni & Joanni de Jan.

DIESCERE, Instar diei lucere. Glossæ Isidori: *Diescit, dies fit.* Will. Brito lib. 12. Phil. de nocte cereis illuminata:

Tantis luminibus, tanto fulgore diescens.

Utuntur sæpe Alanus, Galterus, Devonius, Petrus de Riga, & alii.

DIETA, iter, quod una die conficitur, vel quodvis iter. Jo. de Janua. *Dieta, diei itineratio, unde dietare, perendinare.* Breviloq. *Continet autem dieta legalis 20. milliaria Italica; dieta verò vulgaris dicitur illa, quæ habetur secundùm consuetudinem regionis.* Procopius lib. 1. Vandal. c. 1. *Μιᾶς γὰρ ἡμέρας ὁδὸς ἐς δέκα καὶ διακοσίους διήκει σταδίους, ὅσον Ἀθήνηθεν Μεγαράδε ἰέναι.* Concilium Andegav. an. 1365. c. 3. *Sanè quia nonnulli in nostra provincia dietas diversimodè in casibus præmissis nitun-*

nituntur computare,— nos de communi consilio & assensu hujus Concilii 12. leucas taxamus pro dieta vulgari, vel etiam usuali, in diœcesi Turonensi & Andegavensi: in Britannia verò & Cenomannia decem leucas taxamus pro dieta. Bracton. lib 4. tract. 1. c. 46. & Fleta lib. 4. c. 28. §. 13. *Omnis rationabilis dieta constat ex 20. milliaribus.* Ita etiam Gervasius Tilberiensis in Otiis Imperialibus apud Seldenum in Dissert. ad Fletam p. 523. ex l. 1. D. Si quis cautionib. Brocardus in Descr. T. S. *A Valania usque ad Antiochiam sunt 4. dietæ.* Rodericus Tolet. lib. 8. de Reb. Hisp. c. 1. *Dietis plus fastu regio festinatis, die præfixa venit Toletum.* Alanus in Anticlaudiano l. 4. c. 9.

Illic Saturnus spatium percurrit avaro.
Cursu, progressuque gravi, longaque dieta.

Et lib. 6. c. 4.

Tandem fessa, tremens, admirans virgo dietam
Explet, &c.

Dieta terræ. Quantum terræ quis per diem peragrare potest. Tudebodus lib. 1. Hist. Hierosf. p. 780. *Imperator permisit Boemundo 15. dietas terræ in longitudinem Romaniæ, & 8. in Latitudinem.* Lib. 2. *Quod si libenter jurasset, ei 15. dietas terræ in extensione ab Antiochia daret.*

Dieta, *Cursus* Ecclesiæ ordinarius, seu officium, quod *quotidie* celebrari solet in Matutinis horis. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 27. *Hæc sunt autem tempora, in quibus circumferendus est liber: quoties dieta cantatur, ad singulas sessiones circumferatur.* Beletus de Divinis Offic. c. 21. *In noctibus istorum dierum, qui solennes non sunt, psalmis duodecim, quos vulgus Dietam vocant, cum sex antiphonis canuntur, ac tres lectiones totidemque responsoria recitantur.* Acta Episcopor Cenoman. pag. 319. Tunc Episcopus: *Profer igitur si hodiernis interfuisti mysteriis. Respondit, Non. Paugamus ergo Domino Deo hymnos matutinales. Quibus inceptis, Heinricus profitetur, se dietam ignorare. Episcopus tamen volens omnino ejus reserare inscientiam, Dei genitrici solitos Psalmos canere cœpit. Horum quoque nec versus noverat, nec seriem.* Adde Durandum lib. 5. c. 3. n. 29.

DIETARE, Jo. de Janua *Perendinare*, differre de die in diem. Charta Ludovici VII. Reg. inter Sugerianas 22. *Ab hac itaque civitate, ubi per aliquot dies dietavimus, scripsimus vobis, &c.*

DIETARIUM, Opus diei. Historia Translationis S. Sebastiani c. 11. *Celebrem festivis gaudiis omnibus — ducentibus diem, iste solus solita cupiens explere exercitia, junctis bobus properat ad agrum, exequi cupiens dietarium*, Galli dicerent, *voulant faire, ou achever sa journée.*

Dietarium, idem quod *jornale*, Jugerum, modus agri. Charta an. 1226. apud Joan. Carpentarium in Hist. Cameracensi: *Et tria dietaria terræ alodii de Lo, &c.* Perperam editum *dictaria*. Vide *Dies*.

Dietarius, eadem notione. Charta Gerardi de Grimbergis anno 1167. apud Miræum in Donat. Belgic. *De terra Amelrici 8. bunarii, & sororis hujus Clariciæ unus bunarius. Sex dietarii à Balduino de Eichem——de terra Theodorici de Inferno 9. dietarii: terra tota de duobus Grisengem, excepto uno dietario & uno bunario Ermengardis.* Dicitur etiam

Dietarius, qui ad Officium Ecclesiasticum stata die deligitur: *qui est de jour*. Ordinarius MSS. Ecclesiæ Rotomagensis: *Vesperæ finiantur à dietario.* Alibi: *Per hebdomadarium vel dietarium revestitum omnibus sacerdotalibus indumentis, &c.*

DIETENUS, Tota die, in Vita B. Mathildis Reginæ 14. Martii.

DIETICUS, Jo. de Janua: *Dieticus, i. regularis, scilicet se de die in diem custodiens, sicut faciunt claustrales.* Matthæus Silvaticus: *Dietici, Clerici regulares.* Glossæ MSS. *Dieta, quod Latini Regulam dicunt, est observatio legis & vitæ.*

DIETIM, *Per singulos dies*, apud Jo. de Janua: quotidie, de die in diem. Occurrit apud Herronem in Vita S. Godehardi Episc. num. 22. Stephanum Juliacum in Vita B. Coletæ num. 84. & in Vita S. Withburg. virg. n. 1.

DIFFACERE, Destruere, Gallis *Défaire*; Italis *disfare*. *Diffacere justitiam*: Capitula ad Legem Salicam c. 2. Capit. Caroli M. lib. 3. c. 26. & Capit. Caroli C. tit. 31. c. 18. *Juret, quod ipse eum ad justitiam cujuslibet diffaciendam fugere non fecisset.* Id est, fugiendam, vitandam. In Capit. Caroli C. legitur *disfaciendam*. Eadem Capit. Caroli C. tit. 31. sub finem: *Expressè mandamus, ut quicumque istis temporibus castella & firmitates & hajas sine nostro verbo fecerint, Kalendis Augusti tales firmitates disfactas habeant.* *Charta diffacta*: Capitul. ad leg. Salic. c. 7. Lex Longob. lib. 2. tit. 34. §. 10. & Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 89. *Si verò non compareat Charta; sed ab illo, qui inservire vult, diffacta sit.* Id est, lacerata. *Facti diffactio*, apud Ratherium Veronensem in Qualitatis conjectura p. 216.

Hominem diffacere, Judicio interveniente, reum membro aliquo mutilare, deformare. *Deffaire quelqu'un*, dicimus de reo, qui morte punitur. Lex Longob. lit. 1. tit. 25. §. 68. *Nisi per justitiam & pacem faciendam hominem diffecerit.* Statuta S. Ludovici lib. 1. c. 82. *Se li Clerc fet chose, dont il doie estre pendus & defés.*

Diffactio, Mutilatio membrorum. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 64. *In furto, & murdro —— & eis, quæ ad diffactionem pertinent.* Id est, criminibus, quæ capite aut membrorum mutilatione luuntur. Cap. 92. *Qui murdrum (fecerit,) si capiatur, debet reddi justitiæ Regis, & talis, ae quo justitia fieri possit, vel videlicet occisus, vel diffactus.* Rursum c. 88. *Nemo ipsius suum infantem reddere cogatur, quem voluntariè non occidit, nec emendatione pecuniali, nec diffactione corporali.* Adde cap. 80. 82. 92. 93. Leges vernaculæ Willelmi Nothi cap. 35. *Si feme est jugée à mort, u à defacion des membres &c.*

Disfacere, idem quod *diffacere*, Destruere. Capitul. ann. 779. cap. 11. *Qui per odium, aut per malum ingenium, nisi pro justitia facienda hominem disfecerit, honorem perdat, &c.* Hincmarus Opusc. 34. *Quod ille facit, alter disfacit.*

DIFFALESCERE, Σκοςπίζεται, in Gloss. Græc. Lat. MSS. In Glossario edito, σκορπίζειν, est, *Dissipare, dispergere.* Gl. Isid. *Diffitiscit, dissolvitur.* Unde fortè legendum *diffitiscere*, pro *diffalescere*, vel certè *diffatescere*.

DIFFAMARE, Vulgare. Gloss. Græco-Lat. Διαφημίζω, *Difamo, devulgo, pervulgo.* Flodoard. lib. 4. Hist. Rem. c. 50. *Cùm hujus virtutis miraculum diffamaremus.* Anastas. Bibl. in Epist. ad Martin. Episc. Narniensem: *Portui ei scribere ac innotescere omnia, quæ de ipso diffamabantur.* S. August. in Epist. ad. Quodvultdeum: *Epiphanius in doctrina Catholicæ fidei laudabiliter diffamatus.* Facundus Hermianensf. l. 1. c. 6. de eod. Augustino: *In Catholica doctrina sinceritate ac prudentia*

dentia diffamatus. Lib. 4. c. 2. *In doctrina Catholicæ fidei laudabiliter diffamatus.* Adde eundem Augustin. lib. 3. & lib. 22. de Civit. Dei, Tertullian. in Apolog. c. 7. Apulejum, &c.

Diffamare interdum in malam partem sumitur, ut apud Tacitum: *probroso carmine diffamatus.* Et in l. Diffamari C. de Ingen. manu. Gervasius Remorum Archiepisc. in Epist. ad Nicolaum. II. PP. *De vestro adventu in nostram Galliam, quid animi habuerim vivente Rege, licèt diffamatus sim, id noluisse, satis, ut puto, significavi Paternitati vestræ.*

Diffamia, Damnum famæ, infamia. S. Augustin. in Quæst. V. Testam. *Senatoribus fœnus diffamia est. Diffamatio venerabilium nominum, & divulgata vituperatio defunctorum*, apud Facund. Hermianens. l. 8. c. 2.

DIFFERENTER, *Eminenter*, in Gloss. MSS. ad Concilium Ancyran. can. 4. *Differentior, eminentior*, in Glossis Isidori.

DIFFERENTIOR *præstantior*, διαφορώτερος. Utitur Interpres S. Irenæi lib. 2.

DIFFIBULARE. Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *Quod duplex tricatura diffibulans, &c.* Infrà: *Adulatores à voluntate vultum, ab animo verbum, ab intellectu loquelam, amplo discessionis intervallo diffibulant.* Ubi alii Cod. *disjungunt.* Carmen de Curia Romana:

> —— *Sic res diffibulat omnes,*
> *Sic longas causas terminat ore brevi.*

Vide Sidonium lib. 3. Epist. 3. & ibi Savaronem, & suprà in Assabulare. Vide *Affibulare.*

DIFFICAX, *invenitur pro Difficilis*, inquit Jo. de Janua: inde *Difficacia, Difficacitas*, eidem.

DIFFICULTARE, Δυσκολαίνειν, in Gloss. Gr. Lat. Difficilem se præbere. Magnum Chronicum Belgicum: *Qui diu hæsitando, propter mercaturas negotiorum suorum, difficultaverunt negotium.*

DIFFIDARE, propriè est à fide, quam quis alicui debet, aut pollicitus est, per litteras aut epistolam deficere: nostris *Deffier. Desafiar*, in Chron. Raimundi Montanerii c. 158. & alibi. Utuntur passim Scriptores hoc significatu, Alexander Abbas Celesin. lib. 2. c. 27. Gesta Philippi III. Regis Franc. p. 533. Gesta Innocent. III. PP. p. 10. Levoldus Northow. in Chr. ann. 1303. 1344. 1356. Albert. Argentin. p. 127. Monachus Vallis Sarnei c. 67. Jus feudale Saxon. c. 41. §. 3. Thwrocz. in Lud. Rege cap. 34. Nicol. de Cusa lib. 3. de Concord. Cathol. c. 31. Concilium apud Pennam fidelem ann. 1302. c. 14. Petr. de Vineis l. 1. Ep. 21. l. 3. Epist. 85. Vita Lietberti Episcopi Camerac. cap. 54. Gobelinus Persona in Cosmodromio p. 241. Hist. Cortusiorum lib. 1. c. 8. Concil. Noviomense an. 1344. c. 3. Andegavense ann. 1365. c. 26. &c. Vide Leges Alfonsinas part. 7. tit. 11. *De los desafiamentos.*

Illud inprimis notandum, quòd *diffidentiæ*, ut vocabant, per viros primarios, non verò per præcones, seu feciales, aut heraldos fiebant, ut videre est apud Villharduinum n. 112. in Chron. Flandr. c. 74. &c. Sæpe etiam per Episcopos & Abbates, ut colligitur ex Matth. Paris. ann. 1233. pag. 266. ann. 1240. p. 366. ex Chron. Flandr. vernac. cap. 19. Ægid. de Roya an. 1296. Froissart. 1. vol. cap. 257. &c.

Fiebant etiam diffidationes plerumque scripto ad hostem misso. Fori Oscæ an. 1247. fol. 26. *Statuit Rex Petrus, quod magnates Aragonum & Infantiones, inter se guerram facientes, nisi post monitionem suam factam per nuntios, aut per chartas, id faciant, &c.* Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 91. *Episcopus Leodiensis —— electo Paderbornensi literas diffidationis direxit.* Nicolaus de Cusa lib. 3. de Concord. c. 31. *Si Clericum etiam, divina lege tu laïcus capere propria auctoritate, aut malè tractare prohiberis, quam credis virtutem tua fabricata diffidationis scedulæ inesse, ut tunc omnia jura divina & humana cessare, & mortua esse credas, quando litterulam præmittis?* Vide *Cartellus.*

Formam aliam diffidationis, haud omnino obviam, observo in Poëmate vernaculo, cui titulus *Le Roman de Garin: Dist à Girbert, Mult me tenez por vil,*

> *Il prist deux pens del peliçon hermin,*
> *Envers Girbert les rua & jali,*
> *Puis li a dit, Girbert je vos deffi.*

Occurrit non semel eadem diffidationis species in eodem Poëmate. Præ cæteris verò formam diffidamenti ita descripsit Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 26. *Nullus Miles, sive Infantio, præsumat aliquem capere aut mactare, aut castrum alicujus per vim capere, aut per furtum, nisi prius ipsum diffidaverit coram tribus Militibus, qui non sint vassalli alicujus eorum, qui se diffidaverint, cum induciis decem dierum: & forma ista apud Burgenses & omnes alios firmiter observetur, ut quisque eorum super probatione diffidamenti cum tribus sibi consimilibus se diffidet. Quicunque verò super præmissis non servaverit formam istam diffidamenti, sit traditor manifestus: nisi fortè super rixa aliqua, repentino casu contingeret homicidium perpetrari, aut super aliquo pignore aut assultu.* Adde lib. 6. Observantiarum fori Aragón. lib. 6. tit. *de forma diffidamenti.* Nefas autem existimabant, hostem impetere, nulla *diffidatione* prævia; qui contra ageret, pro proditore habebatur. Turpinus in Carolo M. c. 17. *Talis erat inter eos institutio, quòd —— si aliquis treugam datam ante diffidentiam frangeret, statim interficeretur.* Auctor Histor. Hierosol. an 1177. de Friderico I. qui Saladinum diffidaverat: *Et quia Imperialis majestas neminem citra defectionem impetit; sed hostibus suis bella semper indicit, destinatus ab Imperatore ad Saladinum nuntius, ut vel Christianorum universitati, quam læsit, satisfaciat in plenum, vel diffiduciatus se præparet ad bellum.* Martinus IV. PP. lib. 2. Epist. Cur. 45. apud Raynald. ann. 1283. num. 21. *Nulla diffidatione præmissa (quod multorum judicio proditoris notam non effugit) hostiliter impetendo.* Chronicon Australe an. 1278. *Austriam ingreditur, —— quamvis (quod dictu nefas est) nunquam litteras diffidentiæ Regi Romanorum præmisisset.* Willelm. Malmesb. loco citato: *Iniquum id visum multis, quia suspicione nulla rancoris ab eis ante festum abscesserat, nec modò more majorum amicitiam suam eis interdixerat, quod Diffidiare dicunt.* Apud Mich. *del Molino* in Repertor. *Diffidamento non præcedente legitimo & forali, regulariter nullus potest in Aragonia alium damnificare, capere, aut occidere, vel castrum ejus per vim & forciam occupare: alias incurrit pœnam traditionis.* Willharduinus n. 112. *Et bien vos mandent il, que il ne feroient ne vos, ne altrui-mal, tant que il ne aussent deffié, que il ne firent onques traïson, ne en lor terre n'est-il mie acostumé, que il le facent.* Froissart. 2. vol. cap. 134. *car si guerre il lui vouloit faire, il est bien si noble & avisé, qu'il l'eust fait avant deffier.* Constitutio Friderici II. Francofordiensis ann. 1234. apud Albericum: *Item statuimus, ut nullus in persona, vel in rebus alicui damnum inferat, nisi prius eum, cui damnum inferre voluerit, ad minus trium dierum & noctium spatio diffidaverit, & tunc uterque pacem ab altero per prædictum terminum habebit, alioquin per sententiam proscribatur.* Idem præscribitur Constitutione Friderici I. ann. 1187. apud Conradum Uspergensem.

Alia

Alia verò Caroli IV. Imp. apud Levoldum Nortowium in Chronico Marcano an. 1356. cavetur etiam, *ne diffidationes fiant in locis, ubi ii, quibus bellum indicitur, domicilia non obtinent, aut ea continenter non habitant.* Froissart. 1. vol. cap. 35. auctor est, imperante Ludovico Bavaro, hanc Friderici invectam perinde legem de diffidationibus: *Et fut là endroit renouvellé un jugement & statut, & affermé, qui avoit esté fait à la Cour de l'Empereur le temps passé, qui estoit tel, que qui vouloit autrui grever, ou porter domage, il le devoit deffier suffisament, trois jours devant son fait; & qui autrement le faisoit, il devoit estre rattaint de mauvais & vilain fait.* Vide Raim. Montanerium c. 216. Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. de Privileg. Militum, §. 22. *Juxta cartam pacis, nullus sine diffidamento alteri dare debet damnum; attamen nec villanus Infantionem: nec è contra tenentur se diffidare, si alter alterius interfecerit consanguineum, quia dictus forus habet eum pro diffidato, dum tamen manifestum hom. c. dium existat; aliàs si esset dubium, esset ibi necessaria diffidatio, & si alius jus offerret, reciperetur ejus firma, & esset pendente hoc dubio assecurandus, juxta Regni usum. Si tamen sine diffidamento in dictis casibus Infantio villanum, vel è contra interfecerit, non punietur pœna capitali, si possit dictum homicidium probari. Infantiones autem inter se semper tenentur se diffidare, nisi pro morte patris vel exhæredatione, secundùm usum.*

Diffidiare, eadem notione. Willelmus Malmesbur. lib. 2. Hist Novellæ: *Nec modò more majorum amicitiam suam interdixerat, quod Diffidiare dicunt.* Ægidius Parisiensis MS. lib. 3. Karolini:

Diffidiare Ducem, Martemque edicit habendum.

Diffidentia, Gall. *Deffiance*, apud Baldric. Noviom. lib. 3. c. 74. Gaufr. Malaterram lib. 3. c. 31. Ægid. de Roya ann. 1296. &c.

Diffiduciare, eadem notione. Ivo Carnot. Epist. 22. *Me diffiduciastis, & bona Episcopalis domus diripienda adversariis nostris exposuistis.* Utuntur Matthæus Paris, Conradus Urspergensis anno 1177. Gualterus in Vita S. Caroli Comit. Flandr. n. 54. &c.

Diffiducia. Epistola Livonis Regis Armeniæ in Gestis Innocentii III. Pp. p. 127. *Sine diffiducia facta contra nos dentes acuerunt, &c.* Plura de diffidationibus vide apud eundem Molinum loco cit.

DIFFIGURARE, Figuram auferre, delere, deformare. Gallis, *Défigurer quelqu'un.* Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 41. *Si quis caballum alienum apprehenderit, ipsumque diffiguraverit aut circinaverit, &c.*

DIFFINIRE. Vide *Finire.*

DIFFIRMARE, Recludere, aperire, Gall. *Defermer.* Miracula S. Aigulfi cap. 6. *Armarium diffirmavit, & tres calices cum patenis inde rapiens, refirmato armario, &c.* Vide *Firmare.*

DIFFODERE, Effodere, Gallis, *Défouir.* Jo. de Janua, est *diversis modis fodere.* Leges Ethelredi Regis Angl. c. 10. *Si quis furem innoxiare velit, — adeat triplex ordalium. Si mundus sit in ordalio, diffodiat cognatum suum: si verò sit immundus, jaceat ipse fur ubi jacebat, & alius reddat.* Saxonicum habet Upphisst, id est, *tollit*, cognatum nempe furti accusatum & suspectum, occisum scilicet & sepultum, uti censet Somnerus.

DIFFORCIARE, Per vim & contra jus auferre, detinere. Tabularium Fiscanense fol. 57. *Et partem nemoris de Brunmesburi, quantum idem Johannes deforciabat prædictæ Ecclesiæ.*

Difforciare rectum, rectitudines, judicia, in Legibus Alfredi & Godwini c. 4. Edwardi Confessor. cap. 3. & Henrici I. cap. 22. 33. 57. 59. 61. 66. 74. 83. 87. *Deforcer Justice*, in Legibus Normannicis Willelmi Nothi c. 45. dicitur is, qui contra *rectum* agit, vel dominus feudi, qui jus & *rectum*, seu justitiam facere renuit, quando ab eo petitur. Tum verò vassallus ad superiorem dominum potest provocare. Matth. Paris an. 1164. *Si quisquam de Proceribus regni difforciaverit Archiepiscopo vel Archidiacono de se suisque justitiam exhibere, dominus Rex debet eos justitiare: & si fortè aliquis difforciaret D. Regi rectitudinem suam, &c.* Vide *Defectus justitiæ.*

Deforciare dotem mulieris, Denegare, auferre. Matt. Paris ann. 1236. *Quicunque deforciaverit eis dotem suam de tenementis, de quibus viri earum obierunt saisiti, — & ipsi de injusto deforciamento convicti fuerint, &c.* Anno 1244. *Super portione, quæ eum contingit de hæreditate, — quam prædictus David deforciat ipsi Griffino.* Regiam Majest. lib. 2. c. 16. §. 54. *Si verò hæres dotem suam deforciat mulieri &c.* Vide lib. 2. c. 63. §. 10. Leges Burgor. Scotic. c. 135. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 4. Bractonum lib. 4. Tract. 2. c. 1. §. 2. 8. Fletam lib. 5. c. 11. to. 2. Monastici Angl. pag. 231. &c.

Placitum mulieris disforciatæ, in Regesto Parlam. sub. ann. 1258. fol. 12.

Deforciatores mulierum, in Legibus Malcolmi III. Regis Scotiæ c. 11. & in Regiam Majest. lib. 4. c. 25.

Deforciamentum, in Statutis Willelmi Regis Scotiæ c. 4. & in Regiam Majest. lib. 1. c. 6. §. 1. c. 9. §. 1.

Deforciatio, in Legib. Burgorum Scoticor. c. 135. §. 1.

Deforcer, apud Littletonem sect. 614. Charta Joan. Regis Angl. apud Henricum Knyghtonem: *Et la terre de Scoce, laquelle est de son fée, — est habelere pour la terre défendre encontre lui, & pour son fiée lui deforciere.* Britannis Armoricis, *difforch*, idem valet quod *abscedo, discedo*: *desforchidigaez*, separatio, divorcium.

DIFFORTUNIUM, *Infortunium*, adversa fortuna, in Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir lib. 1. n. 6.

DIFFUNCTIO, *Diffunctus*. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 70. *Mulieres, quæ fornicantur, & partus suos extinguunt, & eas, quæ secum agunt, ut utero conceptum excutiant, antequam diffunctio* (MSS. *diffuncon*) *usque ad exitum vitæ removetur ab Ecclesia, nunc clementiùs, diffunctus decem annis pœniteat.* Quæ mendo non carent.

DIFFUTARE, *Disputare*, in Gloss. MS. Regio Cod. 1013.

DIGER. Lex Salica tit. 61. *Ut pro medietate quantum de compositione diger est, aut quantum Lex judicat, illi tres solvant.* Codex Regius, uti monet Bignonius, pro *diger est*, habet *dederit*, fortè, inquit, pro *dedisset*. Sed videtur legendum *digens est*, pro *indigens*: agitur enim eo capite de homicida, *qui non habet, unde totam legem implere valeat*: quod enim *ei deest* de mulcta aut compositione, *à parentibus* persolvitur.

DIGERIES, *Digestio, evacuatio*, Joanni de Janua. Glossæ MSS. *Digeries*, διάταξις. Occurrit in lib. 4. Cod. Th. de Suariis. Utitur etiam Macrobius lib. 1. Saturn. in Præfat.

DIGESTUM. Ita vocant JC. Pandectarum librum. Ugutio: *Digestum, quidam liber legalis sic dictus propter legalia præcepta, id est, excellenter digesta: unde Digestalis, qui pertinet ad digesta. Digestum* est qualecumque scriptum. Tertullianus lib. 4. Adversus Marcionem, *Lucæ digestum*, illius Evangelium vocat. Eidem lib. de Anima *digerere*, est conscribere. Glossæ veteres: *Digestis, Conscriptis. Digesta, Descripta. In litteras digerere*, apud Trebellium in Claudio. Ita *digerere*, pro *exprimere*, in Cod. Th. l. 2. de Senator. l. 4. de Conlat. transf. & alibi. Cujacius ad tit. de Excusat. *Digesta dicimus, quæ œconomiam illam habent, & intelligimus Digesta, suisque titulis aptè distincta, sicut Digesta, responsa Modestini.* Glossæ Nomicæ MSS. Διγέςων, διατυπωμάτων.

Dige-

Digetista, eidem Ugutioni, *qui docet digesta, vel docetur. Maistre de Digeste*, in veteri Gloss. Lat. Gall. Gualterus Mapezius, qui floruit sub Henrico II. Angl. Rege, de Extremo judicii die:

Cogitate divites, qui vel quales estis,
Quid in hoc judicio facere potestis.
Tunc non erit aliquis locus hic Digestistis.
Idem erit Deus hic judex, auctor, testis,
Judicabit judices judex generalis.

DIGITALE, Theca, in modum digiti confecta. Gl. Græc. Lat. Δακτυλήθρα, *Digitale*. Acta Inventionis S. Stephani Episcopi Calatini, in Sanctuario Capuano, ubi de *articulo digiti manus benedictæ*, qui in Ecclesia Calatina asservabatur: *Custodiebatur autem sacrario sub digitali argenteo modulo.* Vide mox, *Digitabulum*.

DIGITABULUM. Gloss. Lat. Gr. *Digitale & digitabulum*, δακτυλήθρα, id est, digitorum involucrum. Joan. de Janua: *Digitabulum, instrumentum, in quod digitus intromittitur, quod & Digitale dicitur.* Apud Varron. lib. 1. de Re rust. cap. 55. *Digitale* occurrit, ubi Scaliger ex MSS. *digitabulum* reponendum scribit. Gloss. Lat. Gall. *Digitabulum, Deel à mettre ou doy pour queudre*. Occitanis *Didal*.

DIGITELLUS, qui & *Auricularis*, Ugutioni.

DIGITIÆ, Bulengero, Virgulæ aureæ vel argenteæ, digitis similes. Anastasius in Valentino II. PP. p. 163. *Murenam, in quo pendent hyacinthina 13. digitia aurea novem pendent in filo aureo.*

DIGITUS, Papiæ & Agrimensoribus, *Minima pars agrestium mensurarum, habet ordei 4. grana.* Vide quæ ex Boncompagni arte Dictaminum damus in v. *Chirographum*.

Digitus aquæ, est sexta-decima pars pedis. Ita Frontinus lib. de Aquæductib. *Aquarum moduli aut ad digitorum, aut ad unciarum mensuram instituti sunt.* —*Est autem digitus, ut convenit, sexta-decima pars pedis.* Vide leg. 3. D. de Servit. rust.

Digitus impudicus, in Legib. Angliorum & Werinorum tit. 5. §. 8. Verpus Catullus:

Ostendis digitum; sed impudicum.

Idem qui

Digitus medianus, in Lege Bojor. tit. 3. cap. 1. tit. 4. §. 9. Longob. lib. 1. tit. 7. §. 13. & in Legib. Aelfredi Regis c. 40. Idem etiam qui

Digitus Medicus, & Medius, in Lege Saxon. cap. 1. §. 13.

Digitus salutaris, Index, Suetonio, & Pollioni, quo salutabant.

Digitus, Liber *digito* scriptus. Rathbertus de Casib. S. Galli cap. 11. *Præ omnibus autem scriptorum digiti efferuntur, &c.* Eckeardus: *Cùm omnis orbis cisalpinos Sintrammi digitos miretur.*

Digito & lingua promittere, Jus feudale Saxon. c. 18. §. 3. *Illi promittere tenentur digito & lingua ratihabitionem in lucro & damno.* Cap. 28. §. 4. *Bona vasalli si conferat alteri dominus, digito vel lingua sibi promittat eadem tutari.* Id est, solenni promissione & scripto. *Digito cautionem præstare.* Speculum Saxonicum lib. 2. art. 15. §. 1. *Qui coram judicio causam inchoaverit, pro qua ipsum verendam præstare oporteat, & digito cautionem præstare pro eo, ne unquam aliquis de cætero eundem impetat in dicta causa.* Mox: *Carere manu dextra, cum qua varendam promittebat.* Huc etiam pertinet Charta Liemari Archiepiscopi Bremensis ann. 1088. *Aderat Comes F. Advocatus Ecclesiæ, qui chirothecam traditionis, sacris reliquiis impositam, ut mos est, abstulit, & ab ipso Gerhardo per digitorum extensionem promissionem confirmationis accepit.* Alia: *Chirothecam abstulit; & confirmationem digito, ut mos est, Saxonibus fecit.* Regestum Bigorrensis Comitatus ex Camera Comput. Paris. *Et vestivit eam cum digito suo.* Huc etiam fortè pertinet vetus Charta sub Philippo I. Rege Franc. apud Gariellum in Episcopis Magalon. p. 90. *Et sexteyralitium, & lumbos, & quintalem — ita dedit ad Bernardum, & ad infantes suos in digito ad feudum: propter hoc fuit Bernardus homo de prædicto Gotofredo, &c.*

Digiti mutilatio, inter pœnas à Lege statutas. Vide Walsingham. p. 124.

DIGMA, Specimen rei, *Eschantillon, Monstre*, in l. 9. Cod. Th. de Suariis. *Indicium & Proba*, apud Ammianum lib. 21. extremo. Harpocration, & ex eo Moschopulus lib. 1. Περὶ σχεδῶν, p. 80. Δεῖγμα κυρίως τὸ δεικνύμενον ἀφ' ἑκάστου τῶν πολεμίων, καὶ ὁ τόπος εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο. In portu scilicet Atheniensium, cujus loci meminit Æneas in Tactic. c. 30. & Polyænus lib. 6. p. 428.

Digma, Papiæ, & Ugutioni, *Urina*, ex Græc. δεῖγμα, indicium, signum, quòd urina denotet febris qualitatem & intensionem. Aliàs δεῖγμα, sumitur pro armorum insigni. Vide Notas nostras ad Cinnamum p. 451. Joanni de Janua, *Digma*, est *dignitas, decus, gloria*.

DIGNABILITER, Cum dignitate, in Epist. 44. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc.

Dignanter, pro *animo benigno*. Utuntur Vopiscus in Tacito, Sidon. l. 4. Epist. 7. lib. 7. Epist. 16. Symmachus lib. 5. Epist. 65. & aliquot alii è paulò recentioribus.

DIGNATIO, Misericordia, liberalitas, humanitas: vox frequens Tertulliano & Cypriano. S. Zeno Invitat. 5. ad Fontem: *O admirabilis & verè divina sacrosancta dignatio, ut quæ parturit, non gemit; qui renascitur, plorare non novit.* Lex ult. Cod. Th. de Privileg. eorum, qui in sacro Pal. *Quæ, dum in palatio constituti sunt, aut dignatione nostra quæsierunt, &c.* Suprà, *domis nostris*. Vide Juretum ad Symmach. lib. 9. Epist. 63.

Dignatio. Gloss. Gr. Lat. Ἀξίωμα, *hæc dignatio, hæc dignitas, honos, meritum, stipendium.* Gloss. Lat. Gr. *Dignatio*, ἀξία. Qua notione vocem hanc usurpant Tacitus non uno loco, Cicer. ad Attic. Epist. 10. lib. 10. Curtius, Seneca, Justinus, & alii. Vide Festum. Est præterea titulus honorarius, in Epistolis S. Augustini Ruricii, Arnulfi Lexov. & aliorum frequens. Willelm. Britto l. 6. Philippidos:

Audiat & nostris placidè sermonibus aurem
Inclinare velit Dignatio vestra benignam.

DIGNATIVUS, *Benignus*. Vita S. Carthaci Episcop. num. 2. *De miraculis verò, quæ Deus per eum, dignativa sua bonitate, dignatus est mundo ostendere, &c.*

DIGNERIUM, Pastus, procuratio, prandium, ex Gallico *Disner*, seu, uti effertur in Usaticis MSS. Vicecomitatus Aquæ Rotomag. *Digner: Il doit à icelui Dimence à le Viconté de l' Eaue de Rouën à digner 4. pains de Convent, 4. pichiers de vin en pos tous neufs, &c.* Charta Adami Meldensis Episcopi ann. 1289. ex Tabulario Ecclesiæ Meldensis fol. 82. *Item cùm nos Episcopus dignerium seu prandium, quod habebamus singulis annis super hospites nostros de Berciaco, habere voluimus, &c.* Charta Philippi Reg. an. 1275. ex Tabul. S. Germani Paris. *Volumus, quòd dicti religiosi — liberi sint à quodam dinerio seu prandio, &c.*

Disnerium. Charta Philippi Regis Franc. an. 1275. in Tabulario S. Germani Pratensis: *Volumus, quòd dicti Religiosi nunc & in perpetuum liberi sint & immunes à quodam disnerio seu prandio, in quo ipsi in domo sua villæ de Montedin Præposito nostro de Castroforti annuatim tenentur.* Vide *Disnare, Dejejunare*.

DIGNIFICARE, Dignum censere. Capit. Caroli C. tit. 24. §. 8. *Et quemcunque illorum recta ratio dignificaverit, digno honore suo fruatur.*

DIGNITAS, in Ecclesiasticis beneficiis, dicitur, quando beneficium habet administrationem rerum Ecclesia-

Ecclesiasticarum cum jurisdictione : vel ex eo, quòd habet nomen dignitatis cum prærogativa in Choro & Capitulo : denique quando Constitutio vel Consuetudo Ecclesiæ habet, quòd beneficium habeatur & reputetur pro dignitate. Ita Archidiac. de Consuet. c. 1. lib. 6.

Dignitas, Titulus honorarius, quo compellantur Reges. Vide Beslium in Comitibus Pictav. p. 257. & Casaubonum ad Pollionem p. 463. 1. Edit.

DIGNITATIO, Ἀξίωμα. Gloss. Gr. Lat.

DIGNITER, Dignanter, honorificè, *Dignement*. Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. c. 1.

Quem sancti Petri vice digniter illa recepit.

Ordericus Vital. lib. 4. p. 524. *Non video, qua lege digniter præesse valeant.*

DIGNITOSUS, In dignitate constitutus : *Dignitoso*, Danti. Gloss. Lat. Gr. *Dignitosus*, ἀξιωματικός. Occurrit in Fragmento Petronii p. 42.

Dignitosus, est etiam idem, quod *dignus*, seu colendus. Aldhelm. de Laude Virgin. c. 28. *Propter dignitosam innocentiæ palmam* : id est, dignatione venerandam. Vetus Interpres Chrysostomi super Matthæum: *Quando in illo sæculo caro infirma dignitosæ animæ fuerit subjecta.*

DIGNOSCENTIA, Cognitio. Epist. Ludovici Pii ad Sicharium Archiep. Burdegal. *Ut ---- cuncta, quæ acta sunt, vestro utrorumque scripto notentur, atque per ipsum tuumque Missum nostræ dignoscentiæ intimentur.* Codd. alii *dinosentiæ* habent, ut & Capitul. ann. 824. c. 4.

DIHORNO. Ratherius Veronensis in Apologetico : *Post tanta enim, talia, tam fœda, tam turpia, tam incredibilia, & ipsi etiam ætati meæ contraria, quæ balsamæ dihorno, & puto, quòd non adeo inlibenter audisti.* In Gloss. Gr. Lat. *Diurno*, est καθ' ἡμέραν. Vide *Horno*.

DIJUDICATUS. Vide *Judicatus*.

DILAPIDATA *via*, Lapidibus strata, apud Columellam lib. 1. c. 6. & AigradumMon. inVita S. Ansberti Archiep. Rotom. n. 46. Vide *Calceja*.

DILARGUS, in Gloss. Lat. MS. & Isidori: *Multum donans.* Vide *Largus*.

DILATARE, Differre, moram texere. Capitul. 1. ann. 809. c. 33. *Ut nullus quislibet Missus noster, neque Comes ---- cuilibet justitiam dilatare præsumat, &c.* Hincmarus Laudunens. Episcop. *Quos cognitores suscepi, ne viderer velle causam dilatare, ac dilatione fallaciter tegere veritatem.* Lex Longob. lib. 2. tit. 22. §. 27. *Si verò ampliùs dilataverit ad fidejussores dandos componat, &c.* Adde tit. 40. §. 3. tit. 41. §. 1. tit. 52. §. 4. &c. Capitula Caroli M. lib. 3. c. 53. &c. *Tempora dilatari*, produci, in l. 4. Cod. Th. de Denuntiat.

Dilatare est etiam *dilatari*, Lætari. Hermas in Pastorali lib. 2. c. 5. *Non obscurabitur ab aliquo nequissimo spiritu; sed gaudens dilatabitur.* Hinc nos, *Dilater son cœur.*

Dilatatus, *Dives factus.* S. Ambrosius, seu quivis auctor Actorum S. Sebastiani n. 4. *Erant enim non solùm genere clarissimi viri; sed & facultatibus dilatati.*

DILATIO, *Dilatura.* Vide *Delatura*.

DILECTIO. Vide *Caritas*.

DILEMMATUS. Marius Mercator lib. Subnotation. c. 6. *Rogo si simpliciter, & non dilemmatus, tanquam ad Crœsum & Pyrrhum Loxias ---- loqueris. Dilemmatica interrogatio*, quæ *dilemmate* constat. Rufinus Palæstinus de Fide c. 52. *Cùm nos interrogaverint, utrum Deus procreaverit filium, necne; & acceperint à nobis responsum: Procreavit; statim adjiciunt interrogationem hujusmodi, quam Græci Dilemmatam vocant; Invitus, an sponte? &c.*

DILIGARE, *Probare.* Papias.

DILIGIATUS, Extra Legem positus, de Lege, seu Legis patrocinio ejectus, aliàs *Utlagatus*. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 45. *Si quis diligiatus legalem hominem accuset, funestam dicimus vocem ejus.* Italis *Dilegiato*, est vilis, spretus, cujusmodi sunt *exleges*, exules. Vide Academicos Cruscanos & Pergaminum.

DILITERE, pro *delitere*, apud Aldhelmum de Laude Virg. c. 20.

Bestia dilituit, quæ pridem sævire solebat.

DILONGARE. Ugutio : *Longare, longum facere. Unde dilongare, diversis modis, vel diversas partes longare. Delongare, valdè longare.*

DILORICARE, *Valde loricare*. Ugutio.

DILORIS. Vopiscus in Bonoso: *Interulas dilores duas.* Quibus scilicet intexta fila duo aurea, quæ videntur *lora* appellasse, ait Cujac. ad leg. 1. Cod. de Vestibus holoser. lib. 11. V. Dissert. nostram de Nummis Impp. CP.

DIMIDIETAS, pro *medietas*, in Chron. Mauriniacensi lib. 2. p. 372.

DIMIDIUS : vox in re monetaria non antiqua; cùm enim nummi speciei præponitur, non auget numerum; sed de eo *dimidium* demendum docet. Verbi gratiâ, *quintus dimidius solidus*, est quartus solidus cum dimidio, & ita de cæteris. Lex Ripuar. tit. 20. *Quinto dimidio solido culpab. judicetur.* Tit. 24. *Tertio dimidio solido culpab. judic.* Tit. 34. §. 3. *Unusquisque octavo semisolido mulctetur.* Tit. 58. §. 9. *Octavo dimidio solido culp. judicetur.* Fœdus Alfredi & Godrini Regum c. 4. *Reddat 30. solid. cum Anglis & cum Danis tres dimidias marcas.* Leges Ethelridi Regis cap. 16. *Reddat unusquisque 6. dimidias marcas.* In Speculo Saxon. *Quartus dimidius nummus.* Ita Græci τρίτον ἡμιόβολιον pro duobus obolis & semis, ἕβδομον ἡμιτάλαντον, pro sex talentis cum dimidio, uti observatum à Casaubono ad Theophrasti Characteres. Vide Jac. Gothofredum ad lib. 4. Cod. Th. de Suariis, ubi de *Semidecima*, & infrà in V. *Nondecem*.

DEMINORARE, Minorem facere, minuere, in Charta Caroli Simplicis apud Aimoinum l. 5. Hist. c. 42. *Diminoratio*, in Chron. Farfensi p. 667. tom. 4. Ughelli p. 603. Vide *Minorare*.

DIMITTERE, Relinquere testamento, legare, donare, usurpavit Lampridius, ut observavit Casaubonus. Hinc

Dimissoria, Legatum, seu donatio, in Statutis Venetor. an. 1243. l. 1. c. 39. l. 4. c. 2. 4. 5. &c.

DIMISSIO, Morbi remissio, apud Cælium Aurelianum lib. 1. Acutor. c. 16.

DIMISSORIÆ *Litteræ*, quas Synodus in Trullo can. 17. ἀπολυτικὰς vocat, & Clerici, ab Episcopis impetrabant, ut in alienam diœcesim transirent, in ea manerent, aut ab aliis Episcopis ordinarentur. Gloss. Gr. Lat. Ἀπολυτική, *Dimissoria*. Harum mentionem agunt Canones Concil. Afric. c. 106. Concilium Arelat. V. c. 7. Capitulare Pipini Regis Italiæ an. 793. c. 3. Lex Longob. lib. 3. tit. 1. §. 23. tit. 2. §. 1. 2. 3. Synodus Romana ann. 826. can. 18. 21. Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 23. pag. 485. cap. 25. p. 510. Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. c. 51. Joannes VIII. Epist. 138. Formulæ vett. tom. 2. Concil. Gall. pag. 666. 668. 670. 673. & tom. 10. Spicilegii Acheriani pag. 639. Nomocanon, editus à V. Cl. Jo. Bapt. Cotelerio c. 295. &c. Vide præterea Sirmondum ad Sidon. lib. 6. Epist. 8. Ferrarium de Antiq. Eccles. Epistol. lib. 1. c. 8. Baronium ann. 142. num. 8. Carolum Labbeum ad Synops. Basil. p. 199. 200. 201. &c.

Dimissoria, legatum alicui factum, in Jure Veneto, lib. 1. cap. 4. & alibi non semel.

Dimissorium, eadem notione interdum scribitur, ut lib. 3. Legis Longob. & alibi.

Dimissorii libelli, Juris-consultis, qui & *Apostoli*, & dantur

dantur ab eo, à quo appellatum est, ad eum, qui appellatur. Vide tit. Dig. de Libell. dimiss.

DIMORARE, Demorari, Gall. *Demeurer*, manere, morari. Vetus Chronicon Veronense apud Hieron. *d'alla Corte*, lib. 4. Hist. Veron. p. 179. *Quumque in hac contentione diu dimorant.* Vide *Demorari.*

DIMOSSARIUM, Δημοσιάριον, Municipium, burgus respectu castelli, seu burgus, qui castello imminet. Innocentius III. PP. lib. 16. Epist. 98. *Adjiciens* (Archiep. Patracensis) *conquerendo, quòd per dictum Principem & homines suos sede propria, & castro, & dimossario Patracensi, possessionibus & fructibus earum, fuerat spoliatus.* Iterum occurrit lib. 13. Epist. 165. Adde Rocchum Pirrum tom. 2. Notitiæ Sicil. p. 150. Δημοσιάριος, apud Constantinum Porph. in Tacticis, est municeps: ἐὰν ζημιώσῃ τις στρατιώτην, ἢ δημοσιάριον, &c. Hinc patet leg. *Dimosiarium.*

DINIDOR, *Malus odor*, in Gloss. Isid.

DINUMIUM, seu *Dinumminum*, Vectigal, quod fisco, vel reip. præstabatur Alexandriæ pro mercibus, quæ importabantur, vel exportabantur, à præstationis quantitate & modo, ut videtur, appellatum, in l. un. Cod. de Alexandr. Primat. lib. 11. Gloss. vett. *Binio, δίνωμα, Biniones, διωμάρια*, nostris *Double.*

DINOSCENTIA. Vide *Dignoscentia.*

DIOCMITÆ, Levis armaturæ milites, qui ad persequendum hostem ipsa levitate habiles sunt, ἀπὸ τοῦ διωγμοῦ dicti, apud Capitolinum in Marco, & Ammianum lib. 27. Ita Turnebus lib. 25. Adversar. c. 18. Casaubonus ad Capitol. & Henricus Valesius ad Ammian. διωγμῖται apud Metaphrastem in Vita Athanasii, & in Epist. Eccl. Smyrnensis de Martyrio S. Polycarpi n. 7.

DIODUS, Transitus, aditus, ex Gr. δίοδος. Guillelmus Apuliensis lib. 2. de Gestis Normannorum, de urbe Barensi:

> —— *Quem clausa negabat*
> *Undique septa mari, quod non est insula, terræ*
> *Exiguæ diodus.*

Scholiastes Gregor. Nazianzen. Stel. 2. p. 89. Δίοδός ἐστιν ἡ διὰ μέσου λόφων τινῶν ὁδὸς, ἔχουσα ἔξοδον εἰς τὸ κατάντικρυ, ὥσπερ ἔξοδον ἡ ἔχουσα εἴσοδος.

DIOECESIS, Διοίκησις, dicebatur plurium provinciarum præfectura. Balsamon in can. 9. Concil. Calchedon. Διοίκησις δέ ἐστιν ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ. Harum diœceseon mentio fit passim in Cod Th. & Just. quæ interdum *Tractus* appellantur apud Marcellinum, in veteri Provinciarum Libello, edito à Schonhovio, & in Cod. Just. & Th. legibus, ab aliis indicatis. Quælibet verò *Diœcesis*, quæ plures complectebatur provincias, suas habebat Metropoles. Regebantur singulæ à Comitibus & Vicariis: plures verò unà & simul à Præfectis Prætorio. Sed cùm de hisce Diœcesibus viri docti hactenus ex instituto disseruerint, ad illos Lectorem amandamus. Consulat igitur, si est animus, Berterium lib. 1. Pith. c. 2. & Jacob. Gothofredum ad leg. 13. Cod. Th. de Medicis, & in Topographia ejusdem Codicis part. 1. &c. Atque inde manavit, ut

Diœcesis dicerentur potissimùm provinciæ, quibus præerant Metropolitani, vel Archiepiscopi, ut in Concilio Calchedonensi c. 28. Anastasius in S. Dionysio PP. *Hic Presbyteris Ecclesias divisit, & Parochias, & Diœceses instituit.* Adde Baldricum Noviom. lib. 1. c. 7. Hincmarus Remensis: *Non solùm Diœcesis, verùm etiam Parochia mea inter duo regna sub duobus Regibus habetur divisa.* Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico, de Archiepiscopo: *Cujus Ecclesia subscribitur Diœcesis.* Abusivè verò postmodum appellati Episcoporum districtus, qui proprio vocabulo *Parochiæ* passim nuncupantur.

Diœcesis, Parochia. Guill. Brito in Vocabul. *Diœcesis proprie est baptismalis Ecclesia territorium & gubernatio.* Concilium Agath. c. 54. & Epaonense can. 8. *Presbyter, dum Diœcesim tenet, de his, quæ emerit, ad Ecclesiæ nomen scripturam faciat.* Concilium Aurelian. IV. c. 33. *Si quis in agro suo aut habet, aut postulat habere Diœcesim, primùm ei deputet sufficienter, & Clericos, qui ibidem sua officia impleant.* Capitula Caroli M. lib. 7. c. 360. *Placuit, ut unusquisque Episcopus per singulos annos cunctas Diœceses Parochiasque suas circuire non negligat.* Messianus in Vita S. Cæsarii Arelat. *Venit ad agrum Ecclesiæ nostræ, ubi Diœceses sunt; qui Succentriones vocantur.* Ita Diœcesim pro Parochia curiana usurpant etiam Sidonius lib. 9. Ep. 16. Gregor. Turon. lib. 4. Hist. cap. 13. lib. 4. c. 5. & lib. 7. c. 38. Concil. Toletanum IV. c. 23. Capitul. Caroli M. lib. 7. c. 49. Charta Ludovici Pii apud Ughellum in Episcopis Veronensibus, &c. Vide Filesacum lib. de Parochiis cap. 1. *Diœcesanæ Ecclesiæ*, parochiales, in Concilio Tarraconensi sub Hormisda PP. cap. 7. 8. 13.

DIOECETÆ, *Administratores* apud Anastasium in Hist. Eccl. Glossæ Basilic. Διοικητής ἐστιν ὁ ἐντεταλθεὶς διοικεῖν τὰ τοῦ ἀπόντος πράγματα, λέγεται δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ διεκδικητής, καὶ ἐντολεὺς, καὶ συνήγορος. *Diœcetæ Ergasiotanorum*, qui operariis & artificibus præerant, in l. 5. Cod. de Episc. aud. & in l. 1. Cod. Th. de Alexand. pleb. Primat.

Diœcetæ, Διοικηταὶ, Publicani, collectores tributorum ac vectigalium. Leoni Nov. 61. Theophani in Chronico, Leonis Isauri ann. 24. Epistola Adriani PP. ad Carolum M. in Cod. Carolino 92. *Missi Græcorum duo Spatharii Imperatoris cum Diœcitin, quod Latinè Dispositor Siciliæ dicitur*, &c. His præerat Μέγας διοικητὴς, cujus dignitatis mentio est apud Cantacuzenum. lib. 3. cap. 14. p. 393. & Codinum de Offic. Vide Jacobum Gothofr. ad leg. 1. Cod. Th. de Alexandrinæ plebis Primatibus.

DIOGENES. Willelmus Apuleiensis lib. 2. de Gestis Norman. de Romano Diogene Imp.

> *Diogenes cognomen erat; quia barba bifurcis.*

Quasi διγένειος, qui mento est bipartito.

DIOMATUS. Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275. *Unam sindonem Franciscam diomatam, unam sindonem cum friso magno, tres sindones diomatas.*

DIOTINUM *sigillum.* Charta Heccardi Comitis Augustod. apud Parardum in Burgundicis pag. 26. *Et sigillo diotino —— & sigillo de berillo, &c.* Fortè *dionychino.*

DIPACATUS. Concilium Vaurense ann. 1212. *Dicimus etiam vobis, quòd si Comes Fuxensis noluerit stare placito illi, & vos postea non audieritis preces nostras pro eo, non erimus inde vobis dipacati.* Id est, propterea pax inter nos rupta erit.

DIPERTAGUS. Vide *Diptychum.*

DIPLOMATARIUS. Gloss. MS. Regium Cod. 1013. *Deplumatarius, Duplicator.* Infrà: *Diplomaxarius, dupplicator.* Sed legendum *Diplomatarius*, ut apud Joan. de Janua: *Diploma, duplex locutio. Diplomus, duplicatus. Diplomatarius, duplicator.* Perperam *diplonia* & *diplonatarius* editum.

DIPTAGUS. Vide *Diptychum.*

DIPTERIUM. Florus Magister in Exposit. Missæ: *Usus fuit antiquorum, sicut etiam Romana agit Ecclesia, ut statim recitarentur ex dipteriis, id est, tabulis, nomina defunctorum.* Sed videtur legendum, *diptychis*, nisi Græcum expresserit διφθέρα, *membrana.* Vide *Diptycha.*

DIPTIRE. Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 1. pag. 46. *Altare verò S. Mariæ & analogium evangelicum, ejusdem fratris nostri artificio in locis congruis deaurata, Hattonis sui de scriniis vestivit argento, & diptivit, ut videre est, ex auro electo.* Goldastus hic putat

putat legendum *gipsivit*, quod est, inquit, induxit & illevit, adducitque hunc locum ex Burchardo c. 1. ad firmandam sententiam: *Othmari Ecclesiam crypta & fornicibus gypsi atque auri speciebus convenienter auctam, auro & coloribus ornaverat.* At Spelmannus à Saxonico Dippan, i. *tingere*, *inficere*, deductum mavult, aut à Græco δύπτειν, quod est, *tingere*, *mergere*.

DIPTYCHA, Græcis δίπτυχα, Tabellæ plicatiles, geminas se pandentes ac porrigentes. Δίθυρον δίπτυχον, γραμματίδιον, vel γραμματεῖον, Herodoto, Polluci, & Hesychio; γραμματεῖον δίθυρον, Libanio Epist. 914. *Bipatens pugillar*, Ausonio. Suidas & Hesychius: Δίπτυχα, δύο περιβόλαια, ἢ δύο ἐπιβολὰς ἔχοντα, ὥστε τῷ μὲν ὑπεστρῶσθαι τὸ ἐπίπλουν, τῷ δὲ ὑποβεβλῆσθαι. *Diptycha, quæ duabus constant tunicis seu operimentis, quorum alterum operimento substernatur, altero idem obtegatur.* Papias: *Diptica dicuntur tabellæ, quibus corruptores suum inscribunt amorem.* Quod sumptum videtur ex Commentatore Juvenalis ad Sat. 9.

— — — *Et blandæ, assiduæ, densæque tabellæ*
Sollicitent.

Ubi ille: *Blandis te epistolis & diptychis sollicitent.* Sed hæc Criticorum filiis nota.

Diptycha Consulum, *Quæstorum*, & majorum Magistratuum, eorum nominibus inscripta, & imaginibus adornata, quæ ipsi ad amicos mittebant vice apophoreti, in Magistratus initi & adepti symbolum. De his mentio est in l. 15. Cod. Th. de Expens. ludor. apud Themistium Orat. 6. p. 166. Symmachum lib. 2. Epist. 81. 87. lib. 5. Ep. 56. & lib. 9. Epist. 109. Claudianum lib. 3. de Laudib. Stilicon. Sidonium l. 8. Epist. 6. & Libanium, quos laudant Jacobus Gothofredus ad d. l. 15. Juretus ad eundem Symmachum, & Alexander Wilthemius in Commentario de Diptycho Leodiensi cap. 1. & 7. ubi non Leodiensis duntaxat; sed & Bituricensis & Compendiensis Diptychi figuræ repræsentantur cum eorum imaginibus & inscriptionibus. Nos egregii alterius Diptychi Consularis, quod in Bibliotheca Regia asservatur, figuram perinde describendam curavimus, ad Syntagmatis de Nummis Imperatorum CPolitanorum illustrationem.

Diptycha Ecclesiastica. Horum tria genera in Ecclesia Græca observant viri docti; primum *Episcoporum*, alterum *vivorum*, tertium *mortuorum*: de quibus sigillatim dicendum.

Diptycha Episcoporum, (*tabellæ Episcopales* quibusdam dicuntur) illa nuncupant, in quibus sanctorum Præsulum, vitâ functorum, qui Ecclesiam rexerant, nomina exarabantur, eorum præsertim, qui aliqua vitæ sanctitate inclaruerant, quæ ad futurorum exemplum & meritorum memoriam inter Missarum solennia publicè recitabantur. Georgius Alexandrinus in Vita S. Jo. Chrysostomi: Παρεγγυᾷ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰωάννου τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἐντάξαι κελεῦσαι, ὡς ἀξιομνημονεύτου πατρός. *Simul adhortatur ut Joannis nomen tabulis sacris juberet inscribi, tanquam digni Patris, cujus fama celebraretur.* Facundus Hermianensis lib. 4. c. 1. de B. Cyrillo: *Rescribens quippe B. Attico, hujus Regiæ civitatis Episcopo, dicit: Legens literas à vestra Reverentia missas, cognovi nomen Joannis in sacris Diptychis scriptum.* Ubi Cyrillus habet ἐν ταῖς ἱεραῖς δέλτοις. Idem postea κατάλογον τῶν ἐπισκόπων vocat, quia in Diptychis inscripta erant Episcoporum nomina. Idem lib. 11. c. 1. de Eustachio Episcopo, qui Synodo Nicænæ interfuit: *Solenniter inter suos decessores ac successores ad sacrificia nominatur.* Collatio III. Carthaginensis c. 230. *In Ecclesia sumus, in qua Cæcilianus Episcopatum gessit, & diem obiit. Ejus nomen ad altare recitamus, ejus memoriæ communicamus tanquam memoriæ fratris, &c.* Fortunatus lib. 10. Poëm. 10. de S. Martino:

Nomina vestra legat Patriarchis atque Prophetis,
Cui hodie in templo Diptychus edit ebur.

Adde Liberatum Diac. cap. 16.

Eorum porrò Antistitum, quorum nomina in ejusmodi sacra Diptycha referebantur post illorum excessum, quæ recitabatur in Liturgia memoria, longè alia erat ab ea, quæ fiebat pro defunctis: cùm Sacerdos non pro iis oraret; sed deprecaretur, ut cælitibus adscriptos, cùm cæteris Sanctis, qui ante consecrationem invocantur. Atque hinc initium sumpsit *Canonizationis* ritus, cujus vocabuli vis nulla alia est, quàm quòd summi Pontificis jussu & arbitrio, re priùs diligenter expensa, virorum vitæ integritate & sanctitate insignium nomen in Canonem Missæ referretur, quod aliàs docuimus. Hadrianus II. PP. Ep. 9. *Dictum Apostolicæ recordationis Papam Nicolaum in Codicibus vel Diptychis Ecclesiarum vestrarum scribi, & nomen ejus inter sacra Missarum solennia in prætermissè recitari faciatis.* Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiensium c. 7. *Dixit etiam Episcopus suprà nominatus* (Adalbero Remensis) *prædecessorum suorum ductam usque ad se consuetudinem, ut inter Missarum solennia, in ea speciali commemoratione defunctorum, quæ supra Diptycha dicitur, & in consecratione Dominici corporis solenniter agitur, cotidie in aurem Presbyteri recitante silenter Subdiacono, omnium ipsius Sedis nomina scripto virorum recitentur Episcoporum.* Vide August. de Unitat. Eccl. cap. 7. Epist. 152. ad Donatum, Socratem lib. 6. c. 10. lib. 7. c. 40. Niceph. Call. lib. 7. c. 7. & 28. Anastas. PP. Epist. 2. c. 3. Acta Concilii CP. Regulam Magistri c. 93. extremo, Pachym. lib. 7. c. 19. lib. 11. c. 20. &c.

Quemadmodum igitur scribi in Diptychis, erat quodammodo inter Sanctos collocari; ita ex iis deleri, erat è memoria hominum aboleri, & perpetua notari infamia: quod in hæreticis potissimùm, aut schismaticis, vel etiam aliqua malè actæ vitæ labe infectis, (quos Episcopi succedentes eadem vel hæresi, vel vitæ ratione infamati, contra jus in Diptycha retulerant) jubente summo Antistite, cujus id munus erat, contingebat. Anastasius in Agathone PP. pag. 55. *Deinde abstulerunt de Diptychis Ecclesiarum nomina Patriarcharum, vel de pilinaris Ecclesiæ, figuras eorum, aut in foribus, ubi esse poterant auferentes, id est, Cyri, Sergii, Pauli, Pyrrhi, Petri, per quos error orthodoxæ fidei pullulavit.* Justinianus in Edicto de Fide orth. de Theodoro Mopsuest. inter Acta Synodi Univers. Ἀπήλειψαν ἐξ ἐκείνου τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας διπτύχων τὴν τούτου προσηγορίαν. *Deleverunt e sacris Ecclesiæ Diptychis ejus nomen.* Hincmarus Remensis Opusc. 17. ad Nicolaum PP. *Nunc autem in epistolis Sanctitatis vestræ — invenimus, ut Teutgandum & Guntharium in Catalogo Episcoporum non recipiamus, & Antiochenum Concilium, ut præmisimus, & meliùs ipsi scitis, de eo, qui post damnationem juxta præcedentem consuetudinem Episcopale præsumit ministerium, quod Ebonem fecisse non dubium est, rescribere mihi dignetur Apostolica vestra auctoritas, utrum eundem Ebonem inter Episcopos in sacris Diptychis in Ecclesia nostra nominare permittam, an ne de cætero in Episcoporum catalogo nominetur, prohibere debeam? &c.* Vide Concil. Calchedonense act. 14.

Interdum Ecclesiarum Præsules, vel hæretica labe infecti, vel odio aut malo affectu ducti, Episcoporum orthodoxorum nomina eraserunt. Ita apud Victorem Tunnensem in Chron. Petrus Patriarcha Antiochenus hæreticus *nomina Proterii & Salafatiarii* (decessorum) *de Ecclesiasticis Diptychis sustulit, & Dioscori & Helluri, qui Proterium interfecerat*, scripsit. Quæ quidem postmodum restituebantur ab orthodoxis Præsulibus, ut in CPolitana Synodo decretum legimus act. 1.

Diptycha vivorum dicta ea, in quibus exarabantur nomina summi Pontificis, Patriarcharum, Episcoporum, & eorum, qui Clero adscripti sunt: deinde Imperatorum, Augustarum, & aliorum, dignitate conspicuo-

conspicuorum, qui eo tempore vivebant; postremò plebs ipsa & populus recensebatur. Chrysostomus in Liturgia: Ὁ διάκονος θυμιᾷ γύροθεν τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὰ δίπτυχα τῶν τε κεκοιμημένων, καὶ ζώντων, ὡς βούλεται, μνημονεύει. *Diaconus in circuitu sacram mensam thurificat, & defunctorum ac vivorum Diptycha, ut illi lubet, percurrit.* Gregoras lib. 5. Papæ simul cum aliis Patriarchis factam mentionem testatur, ut & Georgius Pachymeres lib. 5. Sanctus Maximus in Collatione cum Principibus in Secretario: *Verum tamen quid volumus per multa discurrere? inter sacras oblationes supra sanctam mensam post Pontifices & Sacerdotes & Diaconos, omnemque sacratum Ordinem, cum laïcis Imperatores memorantur, dicente Diacono: Et eorum, qui in fide dormierunt, laïcorum, Constantini, Constantis & cæterorum. Sic autem & vivorum memoriam facit Imperatorum post sacratos omnes.* Concilium Vasense II. c. 4. *Et hoc nobis justum visum est, ut nomen Domni Papæ, quicunque Sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris Ecclesiis recitetur.* Micrologus cap. 13. *Sciendum est autem, quòd Romana auctoritas nomina vivorum fidelium internumerare permittit, ubi dicitur: Memento, Domine, famulorum famularumque, &c.* Leo Ost. lib. 2. c. 73. *Cumque ad eum locum Canonis pervenisset, quo vivorum solent nomina recenseri.* Vide Liturgiam S. Marci, S. Cyprian. Epist. 10. Concilium Calchedonense Act. 11. pag. 302. Edit. 1618. Suggestionem Germani & aliorum Episcop. post Epist. 39. Hormisdæ PP. Regulam Magistri cap. 93. &c.

Cur autem vivorum in sacris Liturgiis celebraretur memoria, docet Theodorus Antidori Episcopus in Expositione Missæ; ut subditorum scilicet erga superiores obedientia, & viventium in eadem fide ac mysteriis unio & commemoratio indicaretur. Relatio Joannis Episcopi CPol. post Epist. 28. Hormisdæ PP. *Tantum ad satisfaciendum scripsimus, ut venerabile nomen sanctæ recordationis Leonis, quondam urbis Romæ Archiepiscopi, in sacris diptychis tempore consecrationis propter concordiam affigeretur.*

Recitabantur & offerentium nomina, seu eorum *commemoratio* fiebat, ut est in Addit. 4. Ludovici Pii c. 58. Innocentius I. Epist. ad Decentium c. 2. *De nominibus verò recitandis, antequam preces Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendet, quàm superfluum sit, & ipse pro tua prudentia recognoscis, ut cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen insinues, quamvis illi incognitum sit nihil. Priùs ergo oblationes sunt commendandæ, ac tum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ antè præmittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.* Vide Capitul. Aquisgranense an. 789. c. 53. & Capitul. Francoford. ann. 794. c. 49. Alcuinus de Divin. Offic. ubi de Canone: *Cum dicitur: Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum, & deinde subjungitur: Et omnium circumstantium, manifestum est, quod quasi quidam locus sit, ubi aliquibus specialiter nominatis, etiam cæterorum, qui assistunt in Ecclesia, commemoratio adjungatur. In quo loco liberum est Sacerdoti, quos desideraverit, peculiariter nominare, aut nominatim Deo commendare: aut certè illud ab antiquis est observatum, ut ibi offerentium nomina recitarentur. Priùs enim oblationes commendandæ sunt, ac tunc eorum nomina, quorum sunt edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ præmittimus.* Eadem habet auctor Exegeseos in Canonem Missæ (quem quidam Floro Lugdunensi adscribunt) pag. 20.

Tertium Diptychorum genus erat mortuorum, eorum nempe omnium, qui in fide obdormierant, pro quibus Deum orabant, quorum nomina recitabantur, non tamen omnium; sed eorum, quæ Sacerdoti à Diacono indicabantur. Liturgia S. Marci Ὁ διάκονος, τὰ δίπτυχα τῶν κεκοιμημένων, nempe, *legit*. Cui Sacerdos, se inclinans, apprecatur, dicens: καὶ τούτων πάντων τὰς ψυχὰς ἀνάπαυσον δέσποτα κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐν ταῖς τῶν ἁγίων σου σκηναῖς, &c. *Et horum omnium animabus dona requiem dominator Domine Deus noster in sanctis tuis tabernaculis, &c.* Liturgia sancti Chrysostomi suprà laudata: Ὁ διάκονος τῶν τε κεκοιμημένων καὶ ζώντων, ὡς βούλεται, μνημονεύει, *ut illi lubet.* Id porrò *pro dormitione alicujus oblationem vel deprecationem nomine ejus in Ecclesia celebrare*, vocat Cyprianus Epist. 66.

Hunc etiam usum amplexata est Romana Ecclesia, uti testatur Alcuinus: *Post illa verba, quibus dicitur: In somno pacis, usus fuit antiquorum, sicut etiam hodie Romana agit Ecclesia, ut statim recitarentur a Diptychis nomina defunctorum.* Alcuino consentit Florus Magister in Expositione Missæ, & Auctor Vitæ S. Samsonis Episcopi Dolensis lib. 1. c. 1. Cumeanus lib. de mensura pœnitentiarum cap. 13. *Diaconus obliviscens oblationem adferre, donec auferatur linteamen, quando recitantur nomina pausantium, similiter pœniteat.* Memoria verò illa, quæ agitur pro defunctis in sacrificio Missæ, fitque post divinæ hostiæ consecrationem, inscribitur apud Gregor. M. in libro Sacramentorum: *Super Diptycha*; in Expositione Missæ: *Oratio super Diptychos*, atque in hæc verba concipitur: *Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum ill. qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis. Ipsi, Domine, & omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis, & pacis, ut indulgeas, deprecamur.* Quæ quidem oratio à Sacerdote, sacra faciente, inter ipsa Missæ solennia, recitatur post consecrationem, quam Missæ partem, τὸν καιρὸν τῶν διπτύχων, vocat Quinta Synodus œcumenica. At in Ecclesia Græca legebantur Diptycha à Diacono ad altare, ut ex prædictis plus satis constat, quibus lectis, Sacerdos sacra faciens adprecabatur iis, quorum nomina recitata fuerant, variè autem pro varia Diptychorum parte. Nam cùm vivorum & defunctorum recitabantur nomina, Sacerdos pro iis Deum deprecabatur: cùm verò Præsulum aut aliorum pietate & vitæ integritate illustrium virorum, tunc populus iis acclamabat, dicendo: *Gloria tibi, Domine.* Id docemur ex Synodo quinta laudata: Τῷ καιρῷ τῶν διπτύχων μετὰ πολλῆς τῆς ἡσυχίας, συνέδραμον ἅπαν τὸ πλῆθος κύκλῳ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἠκροῶντο, καὶ μόνον ἐλέχθησαν αἱ προσηγορίαι τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων παρὰ τοῦ διακόνου, καὶ τῶν ἐν ὁσίᾳ μνήμῃ Ἀρχιεπισκόπων Εὐφημίου, καὶ Μακεδονίου, καὶ Λέοντος, καὶ φωνῇ μεγάλῃ ἔκραξαν ἅπαντες. Δόξα σοι Κύριε. *Tempore Diptychorum cucurrit omnis multitudo cum magno silentio circa altare, & audiebant: & cùm sola lecta fuissent à Diacono appellationes prædictarum sanctarum 4. Synodorum, & sanctæ memoriæ Archiepiscoporum Euphemii & Macedonis & Leonis, voce magna universi clamaverunt: Gloria tibi, Domine.*

Porrò ut damnatorum vel hæreticorum Episcoporum & Præsulum nomina de Diptychis delebantur, ita & Imperatorum, qui hæreseos labe infecti decesserant, ut in Gestis Concilii CP. *in quo deleta sunt de Diptychis Zinonis & Anastasii* Augustorum *nomina.*

Statuit præterea Concilium Emeritense c. 19. recitari inter Missæ solennia eorum nomina, à quibus Ecclesias constat esse constructas, vel qui iis quidpiam contulerunt; siquidem adhuc essent in vivis, ante altare; si decesserant, cum defunctis suo in ordine. Atque inde *Diptycha* vocant quidam libros anniversarios, in quibus defunctorum, qui pro animæ suæ remedio Ecclesiis bona contulerunt, nomina describuntur, quæ vulgo *Obituaria*, & *Necrologia* nuncupantur. Hac notione Diptycha usurpavit Eckehardus junior de Casib. S. Galli c. 5. p. 62.

In Diptycha denique quatuor prima Concilia relata fuisse docent Acta Synodi CP. œcumenicæ, id est, eorum tituli.

Erant & alia Diptycha in Ecclesia, in quibus scilicet recens baptizatorum & susceptorum nomina exarabantur, quod & hodie in Ecclesia fit, diversa omnino à Diptychis vivorum, quæ inter Missarum officia à Diacono recitabantur, etsi in eo errore versatus sit Pachymeres in Paraphrasi Dionysii de Eccles. Hierarch. cap. 2. De ejusmodi Diptychis intelligendus Joannes Diaconus in Vita S. Pelagiæ.

Prædictis lubet hoc loco addere, quod habet Hieronymus Rubeus lib. 3. Hist. Ravennatis sub an. 515. *Quanquam*, inquit, *Ecclesiarum Diptycha putantur fuisse tabulæ sacræ, quarum in altera vivorum, in altera mortuorum Episcoporum, qui recitabantur in sacrificio Missæ, nomina describantur; non erit tamen fortassis absonum opinari, fuisse etiam quandoque vestem illam, quâ supra cæteram induitur Sacerdos, cùm missam celebrat: Casulam & Planetam appellant. In hanc sententiam adducit me, tum quod ea sit vestis duplex, anteriùs & posteriùs ex humeris delabens, tum quod inter sacras divorum reliquias, in Classensi sacrario, hujusmodi vestem repererim, vel antiquitate venerabilem, in qua talia inscripta sunt nomina.* Et alio loco: *Quam verò diximus in hac historia casulam, Diptychorum imaginem referentem, in sacrario Classense servari, ea è serico argenteo texta est, in cujus anteriori parte, intra duas lineas sursum ac deorsum rectà deductas descripta opere Phrygio in circulis habet hæc nomina, Sigeberius Episcopus, Anareas Episcopus, &c. Transversum verò ab uno humero ad alterum intra duas item lineas minime rectas; sed arcus modo sursum flexos, eodem opere, hæc sunt, Concessus Episcopus, &c. In dorso, inter duas lineas item, sursum ac deorsum excurrentes, in medio, paulò supra locum, ubi sunt renes, in circulo manus est aperta, transversum locata; suprà ipsam hæc, in circulo quodque suo, leguntur, Gabriel Angelus, S. Rusticus, Euprepius Episcopus, &c. Infra manum hæc sunt, Michael Angelus, Hesicrinus, Petronius Episcopus, &c. In cornu transverso, sursum etiam sinuato, ita habetur, Zeno Episcopus, &c.* Episcoporum aliorum nomina brevitatis causâ omisimus. De Diptychis sacris & profanis multa etiam congessit Rosweidus in Onomastico ad Vitas Patrum, ut & Card. Bona lib. 2. Rerum Liturg. c. 12. & V. Cl. Steph. Baluzius ad Capitul. p. 1129.

Diptagus, pro δίπτυχον, *Diptychum.* Charta Rudesindi Dumiensis Episcopi æræ 930. apud Antonium de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. *Diptagos argenteos imaginatos & deauratos, calices argenteos exauratos tres, &c.* Charta alia ejusdem Rudesindi, &c. *Ad usum Sanctuarii, cruces, dipertagas, capas, calices, & coronas, &c.* Legendum, ut suprà, *diptagos.*

Dyptitius. Amalarius in Eclogis de Missa: *Hic orationes duæ dicuntur, una super dyptitios, altera post lectionem nominum.*

DIRARARE, Rarum, tenuem facere apud Cælium Aurelianum lib. 1. Acut. c. 15.

DIRATIONARE. Vide *Derationare.*

DIRECTANEUS, *directaneè*, unico vocis tono, nulla modulatione dictus, aut pronuntiatus psalmus, hymnus, aut alius cantus Ecclesiasticus. Isidorus l. 5. de Eccl. Off. c. 5. *Primitiva Ecclesia ita psallebat, ut modico flexu vocis faceret psallentem resonare, ita ut pronuntianti vicinior esset quàm canenti.* Joannes Sarisberiensis lib. 1. Policratici c. 6. ubi de Musica: *Proinde quidam venerabilis vir circiter septingentarum monialium pater, hanc Monasteriis suis præscripsit legem, ut omnia earum cantica totius melicæ pronuntiationis exuant modos, & ut sola psalmorum & laudum sint significativa pronuntiatione contenta. Suspecta equidem fuit sancto viro voluptati cognata mollities, eò quòd voluptas parens libidinum est.* Regula S. Aureliani ad Virg. c. 40. *Ad Lucernarium, directaneus parvulus, id est, Regina terræ cantate Deo, &c.* Mox: *Quotidianis verò diebus ad Nocturnos inprimis directaneus dicatur: Miserere mei Deus, &c.* Ibidem: *Hymnus verò: Ter hora trina volvitur, ad Lucernarium omni tempore, & festis & quotidianis diebus inprimis directaneus.* Ita in Regula S. Benedicti cap. 17. S. Cæsarii Arelat. c. 31. ejusdem Aureliani ad Monachos c. ult. *de ordine psallendi*, & Magistri c. 55. Adde Amalarium lib. 4. c. 48. apud Mabillonium to. 2. Analector. Kero Monachus in Gloss. *Psalmi directanei, selmun in rihti.* Apud eundem, *Recta, Rehetè.* Amalarius loco citato: *Tertius autem psalmus sine modulatione antiphonæ indirecto dicitur, &c.* Statuta de Sempringham: *Lectiones matutinales de B. Maria legant, & Lectiones pro defunctis in directo, non solenniter.*

DIRECTARIUS. Vide *Directarius.*

DIRECTORIUM, Abacus, ministerium, ubi reponuntur vasa ad convivia, Gall. *Dressoir.* Chronicon Beccense an. 1452. *Tabulas in aula, quæ dicitur Misericordia, fecit renovare, & directorium, & similiter in refectorio, quæ priùs erant vermibus consumptæ.* Vide *Dressorium.*

DIRECTUM, idem quòd *Rectum*, de qua voce infrà, Jus. Præceptum Rodulphi Regis Franciæ pro Monasterio Tutelensi: *Hoc autem contra jus regni fieri nemo censeat, quandoquidem excellentissimi Imperatores directa sua, quoties causa exegerit, leguntur immutasse.* Romualdus Salernitanus in Chronico MS. ann. 1120. *Willelmus Dux Apuliæ atque Calabriæ devenit ligius homo Papæ Callisti factus per directum contra omnes homines.*

Directum facere, Jus facere, *Faire droit.* Marculfus lib. 1. form. 21. *Jubemus ---- ut ille vir omnes causas lui, ubicunque prosequi, vel admallare deberet, ut unicuique pro ipso vel hominibus suis reputatis conditionis directum faciat, &c.* Charta Caroli M. apud Meurissium in Episcopis Metensib. p. 185. *Sed in eorum privatas audientias agentes ipsius Ecclesiæ unicuique de reputatis conditionibus directum facerent, & ab aliis simulque perciperent veritatem.* Vetus Charta apud Rubeum lib. 5. Hist. Ravennatis: *Quia nullam scriptionem inde habemus, nec ullum directum inde reperire potuimus.* Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonensis adversus Guiffredum Archiepisc. Narbon. ann. 1056. *Deinde conjux mea videns eum, rogavit restituere corpora sancta, & idem ipse ad Ecclesiam suam redire, directumque nostrum supra modum accipere, neque audire voluit.* Infrà: *Voluique ei affirmare directum, & de me & de conjuge mea, & de omnes meos in judicio sui diœcesi Episcoporum, & Episcopi Arelato per decem millia solidos: qui renuit.*

Directa, eadem notione, in Epistola Leonis Regis Armeniæ in Gestis Innocentii III. PP. pag. 127.

Directum verbum. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. c. 14. *Desistite ab hac intentione, verbum enim directum non habemus.*

Directo & rationi stare, in veteri Consuetudine Jaccæ in Aragonia: nos dicimus, *Ester à droit.*

Directum complere. Fori Oscæ Jacobi I. Regis Arag. ann. 1247. fol. 9. *Pater vel mater qualicunque modo se habeat, filius eorum non teneatur respondere pro illo, aut complere directum, nisi in illis casibus, &c.*

Directio, idem quod *directum.* Concilium Narbonense an. 1054. c. 6. *Secundùm modum culpæ directionem faciat per judicium aquæ frigidæ, aut per exilium, sicut statutum est.*

Drictum, vox formata ex *Directum*, eadem notione, unde nostri *Droit* dicunt. Capitula Caroli M. tom. 2. Hist. Franc. p. 186. *Promitto ego, quòd inantea fidelis sum domino Karolo piissimo Imperatori --- sicut per drictum debet esse homo domino suo.* Eadem formula veteri lingua Francica occurrit apud Nithardum lib. 3. an. 842. in Fœdere Ludovicum inter & Carolum Reges: *Si cum hom per dreit son fradra saluar dist, &c.* Adde 2. Capitularia Caroli M. an. 802. post cap. 33. Judicatum ejusdem

ejusdem Caroli C. in Tabul. S. Dionysii an. 22. *Et plus per drictum & per legem, quam coloni, sicut manifestum est, fecissent.* Notitia vetus apud Freherum in Orig. Palat. lib. 1. *Facta est inquisitio de Sueinheim, si per drictum deberet attingere ad villam Hursildomarcam.* Alia Notitia apud Perardum p. 35. *Et per lege & dricto plus debet esse servus domno Ludovico, quàm ingenuus.*

Directum, Rastallo dicitur, cùm res alicui contra jus ablata est, veluti per disseisinam, discontinuantiam, vel ejectionem, &c. Clamor quippe seu actio, quâ eam repetit, vocatur *Directum.*

Directum, Jus quod quivis in re aliqua habet, quod sibi competit in suis bonis, reditus, præstatio, &c. Charta Oldegarii Episcopi Barcinonensis anni 1128. *De omnibus Ecclesiasticis justitiis & directis, quæ ad vos pertinent.* Alia Ildefonsi Regis Aragon. æræ 1250. in Hist. Pinnatensi p. 263. *Ecclesiam Vincentii de Valentia, cum omnibus directis suis, quæ modò habet, vel habere debet.*

Derittum. Privilegium Ludovici Imp. datum Castrucio: *Cum omnibus honoribus, derittis, usibus, &c.*

Dirictus. Joannes XXII. PP. tom. 4. part. 2. Epistolarum secret. p. 89. *Et ultra hoc debet habere medietatem dirictus commercii Layacii, & Portellæ, & medietatem Salinarum.*

Directura. Charta Guidonis Regis Hierosol. ann. 1190. apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. *Ut per hæc omnia loca liceat vobis intrare & exire — sine ulla directura, & terraria, vel anchoragio & absque omni exactione, &c.* Alia Philippi Regis Fr. an. 1309. ex 2. Regesto ejusdem Regis n. 86. in Tabulario Regio: *Item septem directuras, directura qualibet unius sextarii avenæ.*

Drictura, Drectura. Pactum nuptiale Ermengardis filiæ Bernardi Atonis Vicecom. Biterrens. & Gaufredi filii Guirardi de Rossilione 5. Id. Maii 1110. *Et si non habuero alium infantem, dono tibi totas meas dricturas, ubicumque illas habeam & habere debeam.* Charta an. 1232. in Magno Pastorali Eccl. Paris. *Recognoverunt, se vendidisse — tria sextaria avenæ, & unam drecturam, & dimidiam dreturam, & quartam partem cujusdam dreituræ, quæ omnia sita sunt in parochia &c.*

Droitura, ex Gall. *Droiture.* Magnum Pastorale Eccles. Paris. an. 1270. *Quinque solidos annui census, cum dimidia droitura valente 4. sol. & 3. den. in censiva.* Necrolog. Eccles. Paris. 7. Kal. Febr. *Item 3. troituras, & quartam partem unius droituræ debitas in Nativitate Domini quoque anno.* 3. Kal. Aug. *Dedit 50. s. in villa de Areinvilla, videlicet in 2. sextarus tam biadi, quàm avenæ unam droituram cum dimidia & octava parte unius.*

Directaticum, *Directaticus*, idem quod *directum*, jus, quod quis habet in re aliqua. Ch. Ranimiri Arag. Regis apud Hieron. Blancam p. 646. *Concedo vobis Castrum & villa — cum suis terminibus & directaticis, eremis & populatis, & montibus, &c.* Alia Alfonsi I. Regis Aragon. p. 789. *Et mittas illos clericos, poterosamente in illos albohzes, & in totos illos directaticos quos habuerunt in tempus de Moros ad unamquamque Ecclesiam, quæ sit in illos Castellos, &c.*

DIRECTUM, alia prorsus notione, in Lege Ripuar. tit. 36. §. 11. *Bruniam bonam pro 12. sol. tribuat, helmum cum directo pro 6. sol. tribuat.* Quid hoc loco *directum* sonet, non facile est divinare, nisi sit apex galeæ, qui sursum ac in *directum* erigitur.

DIRECTUS. Gregor. Turon. lib. 3. Hist. c. 15. *Gaviso autem domino, directus venit ad locum.* Phrasis Gallica: *il vint droit au lieu.*

DIRIGERE, Vox Agrimensorum: *Dirigere limites*, restituere, *redresser les limites*; in Novella Theodosii & Valentin. *Terminos dirigere*, apud Aggenum. *Fines dirigi* dicuntur in l. 2. D. Fin. regund. *Directura*, apud Innocentium de Casis literar. *Directoria*, itinera recta, rectæ navigationes, viæ solennes, quæ mutari vetantur in l. 3. Cod. Th. de Canone frument. urb. Romæ.

DIRMATIA. Charta Kenulfi Regis Merciorum, qui floruit ann. 798. apud Spelmannum: *Culham, cum omnibus utilitatibus ad eam pertinentibus — videlicet pratis, pascuis, dirmatiisque, cursibus aquarum, — in æternam largitus sum hæreditatem.*

DIROCHEUM. Gennadius in Cod. MS. Prudentii ex Bibliotheca Colbertina: *Prudentius vir sæcularis, litteratus, & eruditus composuit dirocheum de toto veteri & novo Testamento, personis exceptis.* Ubi Aldus *Manutius* rectè *Dittocheum* legit (διττοχαῖον enim præfert Gennadius editus,) aitque, vocem formatam ex διττὸς, *duplex*, & ὀχὴ, cibus: quanquam fatetur in MSS. Prudentii Codicibus antiquissimis legis *dirrocheum*, scriptorum, inquit, culpa: quod inde conjicit, quia in ibi interpretatum est antiquis characteribus: *Duplex refectio*: quam interpretationem adstruunt etiam Gl. MSS. *Dirochium, Duplex refectio*, & Charta Æthelredi Regis Anglor. an. 981. in Monastico Angl. to. 1. p. 218. *Regum verò munimine deinceps ipse locus Domino protegente tueatur, ipsiusque loci Abbas Regi deserviens, gregem sibi commissum dirocheo, id est, duplici pasto foveat.* Papias longè aliter ap. Prudent. legit: ita enim ille in littera C. *Chirocleus, quidam liber parvus, dictus, quod clausa manu possit teneri. Nam* χεὶρ, *manus*, κλείω, *claudo dicitur Græcè. Prudentius hunc fecit.* Sed reclamant vetusti Codices. Rursum in lit. D. *Dirocheus, duplex refectio interpretatur, de veteri scil. & novo Testamento: quem librum fecit Sedulius.* Eadem ferme habent Glossemata MSS. in libros contra Symmachum, nisi quòd *dirrocheum* præferunt, nihilque de Sedulio habent. Ita quem alii Prudentio, Papias Sedulio *Dirochei* titulum adscribit, manifesto, ni fallor, errore, cùm Sedulius *Paschale opus*, seu *de Miraculis Jesu Christi* tantùm ediderit, non verò V. Testamentum attigerit. Vide, quæ de Sedulio annotat Sirmond. ad Ennod. l. 1. Ep. 24. Vocis porrò notionem allatam fulciunt versus antiqui, scripti in fronte Bibliorum, qui fuêre Ecclesiæ S. Stephani Metensis, de Bibliotheca seu Bibliorum Codice:

Eloquium, mores; studium componit, & actus;
Estque cibus, potus, norma, via, arma, salus.

At Goldastus librum hunc non Prudentio Clementi, sed Prudentio Amœno Hispano, alteri ferè suppari, adscribit, legendumque ex Gifanii emendatione contendit pro *Dirocheum*, *Diptychum*. Vide Edit. Oper. Prudentii an. 1613. p. 319.

DIRODINUS. Vide *Rhodinus.*

DIRUBERE, *Obstupere*, in Gloss. Arabico-Lat.

DIRUPARE. Anonym. Barensis in Chron. an. 1034. *Bysantius Archiepiscopus dirupavit Episcopum Barinum, & cepit laborare.* Italis *dirupare*, est præcipitare, de rupe dejicere; & neutr. pass. cadere de alto, vulgò etiam perniciem, exitium alicui parare.

DIRWY, vox Wallica, Mulcta, mulctatio, pœna pecuniaria, Boxhornio, in Lexico Wallico. Occurrit in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ c. 10. 25.

DISADVOCARE, Inficiari, non agnoscere. Gall. *Des-advouer.* Radulfus de *Hengham* in Summa magna c. 4. *Et ipse reus dedicit in pleno Comitatu ipsi petenti hujusmodi servitia petita, & ipsum disadvocat pro Domino.*

DISÆQUARE, Æquare. Vita S. Antidii Archiepisc. Vesontini c. 7. *Sed parvi pendentes cœpta, primis certabant disæquare ultima.*

DISBANNIRE, *Disbandire*, Bannum revocare, *Lever le ban.* Charta Guillelmi Archiep. Narbonens. ann.

ann. 1250. *Et aliqua, quæ per unam Curiam banniuntur, alteri non licet disbannire.* Alia ejusdem Archiepisc. *Si quod habet disbandiat & desamparet quidquid bandiverat in operatoriis pontis.* Ibidem: *Item volumus, quòd Ecclesiam S. Petri de Claro, Capellam, & res alias, ad dictam Ecclesiam pertinentes, idem Vicecomes disbandiat, & D. Archiepiscopo disponendas relinquat.*

DISBRIGARE. Vide *Briga.*

DISBULLARE, idem quod *Diffigillare*, bullam auferre. Charta an. 1238. in Regesto Chartar. pro Hist. Gallo-Byzantina p. 3. *Habebis potestatem — eandem sacrosanctam Coronam disbullandi, & ostendendi Domino Duci — Venetiæ, — & iterum ipsam bullandi, &c.* Vide *Bulla.*

DISCALDATUS, Refrigeratus. Anonym. de Gestis Friderici II. Imp. *In prædicto loco S. Gervasii inter venationum solatia, & nemoris refrigeria discaldatus, aliquantulùm ægrotavit. Non tamen propter illam discaldationem animus ejus ex vana virtute corporis languescebat, &c.*

DISCALIGATUS, Discalceatus. Th. Walsingham. p. 248. *Dicentes, nequaquam debere Regem adire tales discaligatos ribaldos, &c.*

DISCANTUS, *Discantare.* Ugutio: *Decantare est valde cantare. Discantare*, Glossar. Gr. Lat. Reg. Cod. 85. Τιλερίζω, *biscanto, facio tenorem. & Excantare, id est, descantare.* Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. c. 71. de Joanne XXII. PP. *Item prohibuit fieri cantum in Horis Canonicis, & in Missis cum discantu, Triplis, & Motetis vulgaribus.* Willebrandus ab Oldenborg. in Itiner. T. S. p. 139. *Processionibus igitur in unum convenientibus hinc inde discantari — vidimus.* Extant in Bibliotheca Victorina opuscula aliquot *de Arte Discantandi*, vel *Discantus*, seu ejusmodi cantus Ecclesiastici, quem vulgò *Falsum burdonem* appellamus. Joannes Molinetus *au Chappellet des Dames*:

Tant pour ouir des oiseaux les deschants.
Pies, frions, linottes, & moissons,

Infrà: *Là deschantent par diverses facons.*
Idem in Throno honoris:

Oiseaux des champs chantans chants & deschants.

Decantare, Eadem fermè notione videtur usurpasse Albertus Stadensis an. 1053.

DISCAPIA. Vetus Charta apud Baldric. Noviom. l. 1. c. 52. *Terras cultas & incultas, pervia, uva, discapia, prata, pascua, &c.* Occurrit ibi adhuc semel: sed legendum conjunctim *Wadriscapia* ostendo in hac voce.

DISCAPILLARE, Capillos avellere, radere, vel disjicere, & miscere: Gallis *décheveler.* Lex Burgund. tit. 33. §. 1. *Si qua mulier ingenua in domo sua a quocumque ingenuo, aut in via innocens discapillata fuerit, aut detracta, &c.* Capitula ad Legem Alamannor. cap. 27. edit. nuperæ: *Aut qui eas discapillaverit, — 15. sol. componat.* Eckehardus junior de Casibus S. Galli cap. 10. de Hadwiga Ducis Suevorum filia: *Jussit verberari & Magistro multa rogante, vix concessit non decapillari.* Vide *Decalvare.*

DISCARGARE, Onus deponere, exonerare, Gallis, *descharger.* Lex Salica tit. 29. §. 21. *Si inde fœnum ad domum suam in carro duxerit, & discargaverit.* §. 24. *Si inde vinum in carro ad domum suam adduxerit & discargaverit.* Ubi editio Heroldi tit. 27. §. 11. habet *discarraverit*, id est, de carro deposuerit.

Descargare eadem notione, occurrit in Charta ann. 1141. apud Catellum in Comitibus Tolosanis p. 192.

DISCARICARE, idem quod *discargare*, de carro onus deponere. Fortunatus in Vita S. Medardi Noviom. Episc. c. 6. *Discaricantes, quæ tulerant, laxati pergunt itinera.* Occurrit etiam in veteri Charta Dalmatica anno 1292. apud Jo. Lucium l. 4. de Regno Dalmat. c. 9.

DISCARRARE. Vide *Discargare.*

DISCEDERE, pro *decedere*, mori, apud Fredegar. cap. 54.

Discessus, obitus, in gestis Dagoberti cap. 46. 84. 89. & alibi non semel.

DISCENS, Discipulus. S. Columbanus Epist. 3. *Ecce quibus circumdamur diversitatibus, & quibus circumluimur ac si vorticum fragoribus, charissime discens,* &c. Utitur alibi, sed locus non succurrit. Ut & S. Irenæi Interpres lib. 3. cap. 14.

DISCERNENTES. Lex Wisigothorum lib. 12. tit. 2. §. 2. ubi disputationes de fide prohibentur: *Nullus antiquorum Patrum impugnationibus suis sacras definitiones irrumpat: nullus modernorum Discernentium congruentes fidei tractatus spernat.* Quo loco *Discernentes* videntur dicti Sectarii, hacce appellatione donati hoc ævo in Hispania, atque ii fortè, qui διακρινόμενοι dicuntur Theodoro Lectori lib. 1. Nicephoro Callisto lib. 6. cap. 29. lib. 18. cap. 45. Leontio Scholastico lib. 5. de sectis, & Codino in Origin. Constantinop. qui nempe contra Calchedonensem Synodum Eutychis ac Dioscori partes tuebantur, itaque se se appellabant, quod ab ea Synodo se segregatos innuere vellent, quomodo vocem hanc usurpat Socrates l. 5. c. 5.

DISCEREURA, ex Gallico *Deschirure*, Laceratio: *deschirer*, lacerare, quasi *deschairer*, carnem avellere, lacerare. Inquesta anni 1270. *Retulit Curia, quòd ipsa domina habet ibidem justitiam de feudo terræ usque ad duellum, & cognitiones mesleiarum sine sanguine & discereura, etiamsi ibidem fuerit aliqua percussio, de qua mahamium, vel mors minimè timeatur.* Vide Speculum Saxonicum lib. 1. art. 86. §. 1.

DISCESSOR, Decessor, prædecessor, vel certè qui decessit, & obiit. Vide Canones Hibern. l. 41. c. 30.

DISCIFER, Dapifer, *Maître d'hostel*, Senescallus, Gloss. Saxon. Ælfrici: *Discifer, vel Discoforus*: Ðiſc-ƿen. i. Dapifer.

DISCOPHORUS, eadem notione, apud Ælfricum, & Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 9. Joan. de Janua; *Discophorus, Discum ferens.* In Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis cap. 1. n. 4. S. Sebastianus dicitur *Discophorus Domini*; fortè, inquit Bollandus, quòd sanctos aut pauperes aluerit. Apud S. Hieronymum, Abacuc Propheta *Discophorus* appellatur, ex eo, quòd habetur Danielis cap. 14. *Quum vero ad Abacuc venerat, & de Judæa ad Chaldæam, raptum discophorum lectitabat.*

Discoferæ, in Monasteriis Sanctimonialium, dicuntur ministræ mensarum, quæ *discos ferunt*. S. Cæsarius Arelatensis Episcopus ad Oratoriam Abbatissam: *Æqualia cibaria, potionesque communes exhibeant discoferæ vel pincernæ.* His addo, quæ habet auctor Græcismi de notione vocis *discus*:

Est discus ludus, discus quoque regia mensa,
Discus scutella tibi sit, discus quoque mappa.

Rursum;

Discus scutellam, mensam notat atque mapellam.

Discum, Δίσκον & Δισκάριον, vocant Græci, vas sacrum, in quo hostiam consecrandam & consecratam ponunt Presbyteri, quod nostris *Patena* dicitur. Sed Græcorum *discus* lancis profundioris figuram habet. Liturgia S. Chrysostomi: Ὁ δὲ διάκονος ἐντρεπίζει τὰ ἱερὰ, τὸν μὲν ἅγιον δίσκον ἐν τῷ μέρει τῷ ἀριστερῷ, τὸ δὲ ποτήριον

τὸ ποτήριον ἐν τῷ δεξιῷ. Joannes Damascen. in Synodica ad Theophil. Imp. Ἴδε τὰ ἱερὰ αὐτοῦ ἀναθήματα, τὰς ἱερὰς ἐνδυτὰς, τὰ ἱερὰ σκεύη. ψηλάφησον καὶ ἴδε τὸν μέγιστον αὐτοῦ δίσκον, εἰς ὅνπερ ἐγκαυστικοῖς καλλιεργήμασιν ὁ μυστικὸς τοῦ Χριστοῦ δεῖπνος, μετὰ τῶν δώδεκα Ἀποστόλων ἐγκεκόλαπτο. Chronic. Alexandr. p. 892. τὰ τίμια ῥιπίδια, δισκάρια, καὶ ποτήρια, καὶ ἄλλα ἱερὰ σκεύη. Hinc Δισκοκάλυμμα, operculum disci, velum, quo sacer discus operitur. Anonym. in Descript. S. Sophiæ δισκοκαλύμματα ὁλόχρυσα διὰ μαργαριταρείων.

DISCINCTA, Vestis absque cingulo, diffibulata, suprema nempe, & quæ aliis superinduitur. Acta Martyrum Numidar. n. 7. *Vidi*, inquit, *juvenem, inenarrabili & satis ampla magnitudine, cujus vestitus discincta erat, in tantum candida luce, ut oculi in eum constanter intendere non possent.* Scriptor Passionis SS. Perpetuæ & Felicitatis p. 33. *Ita revocatæ & discinctis induta, prior Perpetua jactata est.* Hinc

Discinctatus, Discincta indutus, apud eundem: *Et exivit vir quidam— discinctatus purpuram inter duos clavos per medium pectus.*

DISCINGERE. Dirimere, decidere lites. Vetus inscriptio: *Ter vice qui sacra discinxit jurgia judex.* Occurrit passim hac notione apud Scriptores locis indicatis à Savarone ad Sidon. lib. 2. Epist. 7. Jureto ad Symmach. pag. 277. Jacobo Gothofredo in Gloss. ad Cod. Theod. & aliis.

Discingere, Cingulo magistratus exuere, *degradare*. Synodalis Epistola Pseudo-Synodi Sardicensis: *Duxit Concilium, ut Julium urbis Romæ— discingeret atque damnaret.* Catalogus Pontificum Romanorum à Cuspiniano editus, in Pontiano PP. *In eadem insula discinctus est 4. Kal. Octob. & loco ejus ordinatus est Anteros.*

Discinctus, Cingulo exutus. Gl. Lat. Gr. *Discinctus*, ἄνζωνος. Lex Salica tit. 61. *In camisa discinctus & Discalciatus.* Vide *Cingulum*.

Discingulare, sellam & sarcinam removere auctori Mamotrecti cap. 24. Genes.

DISCIPLINA, apud Monachos, est flagellatio, interdum virgæ ipsæ, quibus flagellantur. *Flagelli disciplina*, in Regula S. Aureliani c. 41. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 33. *Si aliquis disciplinam accipere debeat, erigens se super genua, modeste vestimenta sua exuat, deinde procumbens à cinctura deorsum eisdem vestimentis tectus remaneat, & sic jacens aut prorsus taceat, aut hoc solummodo dicat: Mea culpa, ego me emendabo. Sed neque alius interim loquatur, nisi forte aliquis de Prioribus pro eo intercedat usque ad jussionem Abbatis. Qui dum cessaverit, adjuvet illum fratrem ad induendum: qui indutus & erectus non se moveat, donec Abbas dicat: Ito sessum: & tunc inclinans eat in locum suum. Hoc etiam sciendum est, quòd ille qui inferioris gradus est, non debet verberare superiorem, id est, Diaconus Sacerdotem, sed æqualis æqualem, vel superior inferiorem.* Leo Ostiensis lib. 3. c. 22. *Statuit —— ut per totius anni sextas ferias pane tantùm & aqua contenti essent, ac per singulas singuli disciplinas data confessione reciperent.* Matth. Paris ann. 1252. *Vestibus igitur spoliatus — ferens in manu virgam, quam vulgariter* Baleis *appellamus, intravit capitulum, & confitens culpam suam — singulis Fratribus disciplinas nuda carne accepit*, apud eundem an. 1198. p. 129. Cantipratanum lib. 2. c. 16. num. 5. c. 39. n. 2. Cæsarium lib. 1. c. 22. 40. lib. 3. cap. 47. Petr. Damian. in Vita S. Romualdi n. 39. lib. 1. Ep. 19. l. 6. Ep. 1. 27. Herimann. de Restaur. S. Martini Tornac. c. 88. Vide S. Anselmum lib. 3. Epist. 50. & Joann. Morinum lib. 7. de Pœnitent. cap. 14. §. 1. Eleemosynarii munus, ut est in MS. Corbeiensi de Mensa Abbat. *est providere disciplinas, scilicet virgas* booul *&* vimiaus de Kal- *re in capitulo.*

Disciplina crebrò etiam pro flagellatione, vel alia pœna, quæ ex decreto judicis infligitur, usurpatur in Legibus Wisigoth. lib. 3. tit. 3. §. 4. *Adjutores verò raptoris, qui cum ipso fuerint, disciplinam accipiant, sicut est in lege alia constitutum.* Lib. 4. tit. 5. §. 1. *Verberandi sunt ante judicem quinquagenis flagellis, &c.* Mox: *Neque propter disciplinam qua correpti sunt, infamiam poterint ullatenus sustinere* Lib. 6. tit. 5. §. 8. *—Si indiscreta disciplina percussum fortasse mori de flagello contigerit.* Adde §. 12. lib. 7. tit. 4. §. 7.

Disciplina sæcularis. Capitul. 2. an. 789. c. 16. *Ut disciplina monachis regularis imponatur, non secularis, id est, non orbentur, nec mancationes alias habeant, nisi ex auctoritate regulæ.* Vide Capitulare triplex an. 808. c. 3. §. 8. Legem Longob. lib. 1. tit. 9. §. 27. lib. 2. tit. 13. §. 3. Concilium Emeritense c. 17. &c.

Disciplina corporalis, in Capitul. 5. an. 803. c. 1. apud Marculfum lib. 2. Formul. 27. Chrodegangum in Regula Canonicorum Metensium cap. 3. 4. 14. *Descepline de cors*, in stabilimentis S. Ludovici lib. 1. *Vindicta corporalis* apud eundem Chrodegangum c. ult. *Disciplina hostilis*, militaris, in Lege Bajwar. tit. 2. c. 4. §. 6.

Disciplina Ducalis, in eadem Lege Bajwar. tit. 9. c. 4. §. 3. id est, compositio. Capitul. an. 808. *De latronibus & disciplina eorum.*

Disciplinare, castigare, corrigere, virgis cædere. Vita S. Genovefæ: *Disciplinat itaque misericorditer filios suos Pater misericordiarum.* Liber revelationis editus cum Joan. de S. Victore de Utilitate tribulation. c. 6. *Sæpius enim confessionem repetere, & pluries disciplinari gaudebant.* Hist. Episcoporum Autisiod. cap. 54. *In Capitulo ejusdem Ecclesiæ, ubi fratres disciplinantur, sepulturam habuit.* Statuta Ordinis *de Sempringham*: *Quæ autem fecerit, disciplinetur in Capitulo, vel in pane & aqua pœniteat.* Vita S. Galberti Abbatis Pontisarensis num 10. *Ex nodosis corrigiis flagello confecto seipsum adeò durè disciplinavit, &c.* Michaël Scotus lib. Mensæ Philosophicæ c. 18. *Quidam vir zelotypus uxorem suam, ad confessionem euntem, sequebatur, quam cùm Sacerdos retro altare duceret ad disciplinandum, hoc videns maritus ait, O Domine, tota tenera est, ego pro ipsa recipio disciplinam: quo flectente genua; dixit mulier: Percute fortiter, Domine, quia magna peccatrix sum.* Observa ritum ritè abolitum, & qui vetatur apud Hadrianum I. PP. in Epit. Can. ex regulis SS. Patrum c. 25. *Episcopus, Presbyter, Diaconus peccantes fideles verberare non debeant.*

DISCIPLINATUS, moribus bonis disciplinæ beneficio præditus *Juvenis disciplinatus*, apud Cæsarium lib. 1. Miracul. c. 3. Chron. Montis-Sereni ann. 1205. *De commissorum sibi utilitate indeficienter solicitus, moribus temperatus, quales disciplinatos vocare consuevimus; quæ duo severitatis aliquid moribus ejus admiscuisse videbantur.* Utitur etiam Tertullianus, lib. de Fuga in persecut.

DISCIPULARE, *edocere*: *Discipulati, edocti*, in Glossis Isid.

DISCIPULATUS, officium, ministerium. Chronic. S. Michaëlis Virdun. *Hic igitur adhuc adolescentulus ab Abbate suo in Discipulatu Capellani constitutus, frequenter cum eo ad Palatium, & per plura locorum habuit comitatum.*

DISCIRCULARE, à circuli rotunditate semovere. Will. Britto lib. 7. Philipp.

Æqua superficies omni ex parte rotundo
Orbiculata sinu, se non obliquat in ullum
Divaricans cuneum; sed finibus ipsa suis se
Limitat, ut nullus discirculet angulus illam.

DISCLAMARE. Vide *Clamare*.

DISCLAUDERE, quod clausum est, aperire: *Desclorre.* Gloss. Ælfrici: *Discludo, ic todale*, divido. Leges Henri-

Henrici I Regis Angliæ c.90. *Si quis puteum --- disclaudat, & aliquid incidat, &c.*

Disclausus, minimè clausus, Gallis *desclos, defermé.* *Curtillus disclausus*. In Legibus Inæ Reg. West-Saxon. cap. 42. *Le Roman du Renard. MS.*

La ou li palis iert desclos,
Avoit li vilain planté chox.

DISCOLARE, effluere, dimanare, Gall. *Découler.* Charta an. 1180. apud Mariam Campum in Regesto part. 2. Histor. Eccl. Placentinæ num. 29. *Item de omnibus solationibus rivi -- quæ ex ipso rivo discolantur, &c.*

DISCOLATUS. Papias : *Coloni, sunt cultores advenæ --- alienum agrum locatum colentes, ac debentes conditionem genitali solo, propter agri culturam, sub dominio possessoris, pro eo quod discolatus est fundus.* Ita etiam Codex MS. Id est, ni fallor, quia ager hactenus incultus manserat, nec cultorem habebat.

DISCOLORARE. Glossæ MSS. ad Concil. Sardicense can. 17. *Infucata, Distincta, Discolorata.* Alanus de Insulis in Planctu naturæ : *Vestis autem ex serica lana contexta, multifario protecta colore, puellæ pelli serviebat in usum, quam discolorando colorans alteritas, multiplici colore faciem alterabat.*

DISCOMMUNICANTES, qui cum cæteris fidelibus non communicant, nec oblationes una cum iis offerunt. Concilium Arelat. II. sub Siricio PP. c. 10. *De his, qui in persecutione prævaricati sunt --- Synodus Nicæna statuit, ut 5. annos inter Catechumenos exigant, & duos inter discommunicantes, ita ut communionem inter Pœnitentes non præsumant.* Ubi Synodus Nicæna c. 11. δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν, id est, duos annos sine oblatione participes erunt orationum cum plebe.

DISCONFICERE, ex Gallico *desconfire*, hostes conficere, debellare, prosternere. Gauterius de bellis Antiochenis pag. 462. *Alios etenim milites post disconfectos dirigunt, qui fugitivos expoliant, &c.* Fulcherius Magister Templi in Epist. ad Lud. VII. Reg. Franc. *In multitudine gentium confisi & plurimùm resistentes, nostros sustinuerunt & disconfecerunt.* Alia Epist. ejusdem : *Disconfectus à nostris paulò antè Noradinus transiit Euphratem.*

Disconfectura, Clades. Gauterius de bellis Antiochen. p. 453. *In fugam & disconfecturam impulit.* *Disconfitura*, apud Matth. Paris an. 1232. *Desconfiture*, Apud Practicos nostros dicitur de debitore, qui non est solvendo, cujus res mobiles Judicis autoritate distrahunt creditores, in Consuet. Paris. art. 179. Camerac. tit. 23. art. 2. tit. 25. art. 39. Meldensi art. 117. Turon. art. 220. Silvanectensi art. ult. & aliis. Vide Brodeum in Consuet. Paris. art. 179.

DISCONSUTUS. Dissutus, Gallis, *descousu.* Capitula Ludovici Imp. Addit. 1. cap. 61. *Ut Monachi cappas disconsutas, præter villosas, non habeant.* Ubi Hactenus *disconsutas cappas* antrorsum apertas interpretatur.

DISCONVENIRE, non convenire, *disconvenir.* Frontinus de Limit. agror. *Si disconvenit, ad jus ordinarium pertinebit.* Hygenus : *Ex hujusmodi caussis tam frequenter disconvenit.*

DISCOOPERIRE, Detegere : Gallis, *descouvrir.* Bromptonus : *Vultus capitis abscissi discooperiatur.* Idem: *Vultum habens discoopertum.*

Discooperatores, pro *discoopertores*, *exploratores.* Gallis *descouvreurs.* Henr. de Knygthon an. 1339. *Eodem die capti sunt quidam discooperatores Francorum.* Infrà : *Quidam de nostris discooperatoribus capti sunt, inter quos Miles quidam, &c.*

DISCOPHORUS. Vide *Discifer.*

DISCOPULARE, Canum Venaticorum copulas solvere, ut in prædam irruant : Galli dicunt, *descoupler, lascher les chiens sur un lievre.* Rigordus ann. 1179. *Venatores discopulatis canibus injecti sunt aprum.* Matth. Paris. an. 1239. *Legistarum magnam catervam apud se Rex retinuit, quasi venator canes venaticos, super Electores Prælatorum discopulandos.* Vita S. Kentigerni Episcopi Glascuens. c. 6. *Ad eo militem venatum perrexit : discopulatis canibus, & sociis per loca diversa dispersis, &c.* Vide *Culpa.*

DISCORDIOSE. Facundus Hermianensis l. 10. c. 2. *Et quod crudeliter & discordiosè fecerunt, emendare aliquando dignentur.*

DISCRASIS, seu *discrasia*, intemperies, δυσκρασία. *Discrasis & discrasia capitis*, non semel in Chronico Windesem. lib. 2. c. 38. 46. & *Discrasiatus* c. 32. 55.

DISCREDERE. Vide *Decredere.*

DISCRESCERE, pro *decrescere :* Ἀπομαραίνω, in Gloss. Gr. Lat.

DISCRETÆ, in Monasteriis Sanctimonialium, quibus rerum secretiorum incumbit cura, quæ ad secretiora consilia admittuntur : ut *fratres maturi*, in virorum. Regula Sororum Damianitarum c. 4. *Possint etiam Sorores & debeant, si eis utile & expediens videatur, Officiales & Discretas aliquando removere, & alias loco ipsarum eligere.* Reg. Clarissarum : *Ad ostium sanè Monasterii custodiendum aliqua talis ex Sororibus deputetur, quæ omnino Deum timeat, quæ matura moribus, sit diligens & discreta, &c.*

DISCRIMEN, *Discriminale.* Gloss. Lat. Gr. *Discrimen.* ἀνακλίνισμα, διάκριμα, καὶ κίνδυνος. *Discerniculum*, discernendis seu dividendis ante frontem mulierum capillis idoneum. Gloss. Lat. Theotisc. *Discriminalia, muliebris capitis ornamentum, quo crines discernunt.* Jo de Janua : *Discriminalia dicuntur, quæ dividunt capillos per mediam frontem.* Infr. ex Isid. l. 11. c. 1. *Sunt proprie discriminalia, quibus crines divisi religantur.* Id. Isidor. l. 19. c. 31. *Discriminalia capitis mulierum sunt vocata ex eo, quòd caput auro discernant : unde et crinalia, dividicula dicuntur.* Isaias c. 3. *Et monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelides, &c.* Ubi Mamotrect. *Discriminalia, quæ sunt ad distinguendum capillos, ne ad invicem intricentur.* Lex Bajwar. tit. 7. §. 5. *Si discriminalia ejecerit de capite, vult worf dicunt, vel virginis libidinosè crines de capite extraxerit, &c.* *Acus crinalis*, Apulejo. Martial. l. 14. Epig. 24.

Tenuia ne madidi violent bombycina crines,
Figat acus tortas sustineatque comas.

S. Hieronymus in Isai. cap. 3. *Habent acus mulieres, quibus ornamentorum crinium compago retinetur, ne laxiùs fluant, & in sparsos dissipentur capillos.* *Discriminalis acus* apud eundem lib. 3. in Ruffinum cap. 11. Martian. Cap. l. 9.

Crinalem spicum pharetris deprome cupido
Libens capillum solvere.

Ubi *spicum* pro *spica* usurpatur. Vide Pricæum ad Apolog. Apuleji p. 11.

DISCRIMINARE, periclitari, in discrimen venire. Itinerarium S. Willibaldi n. 8. *Nec non immanissima maris discriminare decrevisset æquora.* Nos diceremus, *hazarder les mers.*

DISCULPARE, *Disculper.* Culpam amovere. Vita S. Antidii Archiepisc. Bisonticensis c. 4. *Cumque ille tanti criminis se reum disculparet.*

DISCUPERE, Malum, perniciem alicui cupere. Gallis, *souhaiter du mal à quelqu'un.* Conventus apud Marsnam in Capit. Caroli C. tit. 8. §. 2. *Ut nemo suo pari suum regnum, aut suos fideles, vel quod ad salutem, sive prosperitatem ac honorem regium pertinet, discupiat aut forconciliet.* Iisdem verbis in Conventu Furonensi, & in Capit. Ludovici II. Francor. Reg. Caroli

roli C. filii. Hincmarus Opusculo 34. *Et quidquid inventum fuerit, quod ex eisdem rebus justè & rationabiliter ad Laudunensem Ecclesiam pertineret, non solùm non discuperet; verùm & libenter eas ipsi Ecclesiæ concedere vellet.*

DISCURRERE, dicuntur *Missi*, qui mittuntur in provincias; qui inde *Missi discurrentes* passim appellantur. Epist. Ludovici Pii Imp. ad Sicharium Archiepisc. Burdegal. *Quoniam tandiu illum in tuâ vel comprovincialium tuorum diœcesi immorari & discurrere una cum Misso tuo jussimus &c.* Ita Rectores *discurrere* dicuntur in lege 5. Cod. Th. de Offic. Rector. provinc. cùm intra provinciæ suæ fines per villas ad querelas provincialium excipiendas, se se conferunt. *Discursus judicum*, apud Senatorem l. 5. Epist. 14.

Discursores, iidem qui *Missi discurrentes*. *Judices vel Missi discursores*, in Edicto Clotarii II. Regis post Synodum Parisiensi. V. *Missi vel discursores Monasterii* in alia ejusdem Clotarii Charta pro Monast. Corbejensi. Vide *Missus discurrens*.

Discurrere, apud Ammianum lib. 17. & 30. est διαλέγεσθαι. Vide Lindenbrogium ad eundem pag. 63. Hinc

DISCURSUS, Sermocinatio, verbositas. Gall. *Discours*. Carolus M. in præfat. libr. in Synod. de adorand. Imaginib. *In præfata Synodo hebetudinis continentur discursus.* Eckehardus Minimus de Casibus S. Galli c. 6. *Dicens prælationem sæpius superbiam, arrogantiam, discursus & multiloquia comitari.*

DISCUS. Capitulare de Villis c. 24. *Quidquid ad discum dare debeat, unusquisque Judex in suo habeat plebejo, qualiter bona & optima atque bene, studiosè, & nitidè omnia sint composita, quidquid dederint.* Galli dicerent: *ce que chaque Juge doit donner pour le plat du Prince.*

DISCUSSORES, dicti Cognitores & disceptatores rerum fiscalium, ab aliis tractatarum, seu, qui in provincias extra ordinem mittebantur, examinaturi & inquisituri, quid tributorum nomine exactum esset, quid in reliquis residere, quique adeò provinciales ad reliquorum solutionem cogerent; de quibus plenè in C. Th. & Just. tit. de Discussorib. qui non alii videntur ab *inspectoribus*, de quibus suo loco. Gl. Isid. *Discussor, examinator*. Gl. Lat. Gr. *Discussor*, λογοθέτης. *Discussio*, λογοθεσία. Senator. l. 4. Ep. 38. *Nobis supplicasse cognoscat à — discussoribus iniquis se oneribus ingravatos.* Vide Edict. Theoderici Regis c. 144.

Discussores juramenti, in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 34. lib. 5. tit. 7. §. 19. qui à Principe in provincias mittuntur ad excipienda subditorum fidelitatis sacramenta, cùm de novo ad Regale fastigium evehitur.

DISDONARE, Isidoro in Gloss. *Diversa donare.*

DISENSOR, ἑτερογνώμων, in Gloss. Græc. Lat. qui ab alio dissentit.

DISERTARI, disertum velle videri. Acta Martyrii S. Theodoriti: *Julianus dixit: Disertaris, sacrilege, tanquam ab Athenis nuper adveneris.*

DISERTITUDO, Eloquentia, scientia. Eulogius I. 3. Memor. SS. c. 2. *Gratia itaque disertitudinis linguæ Arabicæ, qua nimium præditus erat, &c. Sermonum disertitudo*, in Vita S. Isidori Hispalensis n. 5. occurrit præterea in Gloss. Arabico-Lat. apud Aldhelm. lib. de Virgin. c. 1. & Herimannum de Restaur S. Mart. Tornacensis, c. 103.

DISERTOR, *Sophista*, Σοφιστής, in Gloss. Gr. Lat.

DISFACERE. Vide *Diffacere.*

DISFILATUS *Equus*, in Statutis Mediolan. 2. part. p. 487.

DISFOEDERATUS, Fœdere solutus, apud Erkempertum in Hist. Longob. p. 69.

DISFORTIARE. Vide *Deforciare.*

DISGAGIARE, *disuagiare*, ex Gallico *Desgager*. Tabularium S. Ægidii Pontis Audomari: *Frat resde S. Egidio disuagiaverunt domum & hortos Engerranni.* Vide *Gagium*, *Deguadiare.*

DISGRATIA, Offensio, infortunium, ex Gallico *disgrace*. Guillelmus de Podio Laurentii cap. 1. *Ægrotantem ergo terram tantæ infidelitatis disgratia, vir religiosus Beatus Bernardus Claræ vallensis Abbas — visitavit.* Innocentius VI. PP. in Epist. MS ad Ludovicum Regem Siciliæ: *Quia tamen regnum ipsum, instar infirmi, prævenientæ disgratiæ reliquiis debilis, &c.*

DISGRUERE, *Disconvenire, discordare.* Jo. de Janua.

DISGRESSARI, pro *digredi.* Utitur Alanus de Insulis in Planctu naturæ p. 301.

DISHÆREDITARE. Vide *Dehæreditare.*

DISHONORARE. Vide *Dehonorare.*

DISHYPATUS. Vide *Dissipatus.*

DISLAUDARE. Vide *Laudare.*

DISLIGARE, in Charta Italicâ an. 1287. ap. Bolandum 20. Martii; & Jo. de Janua: nostris *deslier.* Est etiam.

Disligare, *solvere*, solutione se liberare. Gloss. Arabico-Lat. *disligo, solvo. Desligement de Cens*, solutio censuum, in Statutis Leodiensib. art. 11.

DISLOQUI, Incogitanter, imprudenter & ineptè loqui & fabulari. Eckehardus Junior de Casibus S. Galli c. 14. p. 98. *At illi disloqui eum, ut ægroti solent, putantes.* Vide *Mislocutio.*

DISMANARE, & *Dismannire.* Formula vetus ap. Bignon. *Ut neque vos, neque juniores atque successores vestri ipsum pro hoc inquietare, nec dismannare ipsum præsumatis, nec facere dimittatis.* Editio Lindenbrogii præfert *dismannire*: sed *dismannare* habet etiam Charta Pipini Majoris Domus pro Monast. S. Dionys. apud Doubletum pag. 602. *De villabus ipsius sancti fuisse gessit, eò quòd — à pravis hominibus — de ipsa sancta casa abstractas vel dismanatas fuerunt.* Bignonius *Dismanare*, de domo extrahere interpretatur. Sed videtur eadem vis esse vocabuli istius, quæ apud nos *demener*, inquietare, turbare. *Se demener*, est inquietum esse: Italis *Dimenare, muovere in quà in là, rimenare*, agitare.

DISMASATUS. Vide *Amasatus.*

DISMEMBRARE. Vide *Demembrare.*

DISMILITARE, A militia removere, degradare; propriè ordinem Militarem auferre, *Oster la Chevalerie.* Paschalis I. PP. in Confirmat. Privilegiorum Ecclesiæ Ravennatis, apud Rubeum lib. 5. p. 237. *Sed si militati fuerint, eos discingi & dismilitari jubemus.* Extat etiam apud Ughellum tom. 2. p. 345.

DISNARE. Papias: *Jantare, disnare dicitur vulgò*: Gallis, *disner.* Ἀδειπνεῖν, deducit vir doct. ad 14. Annal. Taciti, ut & Silvius in Isagoge: alii à *dejejunare.* Vide in hac voce, & Octav. Ferrarium in Orig. Ital. verbo *Desinare.*

Disnerium. Vide *Dignerium.*

DISOMUM. Vide *Bisomum.*

DISORDONARE, Statutum revocare, Gallis *desordonner.* Capitula Caroli C. tit. 43. §. 3. *Ipsam dispositionem nos disordonare non possumus, nec debemus, id est*, evertere.

DISPALARE, *in diversum tollere*, in Gloss. Arab. Lat.

DISPARAGARE. Ea invaluit jam ab olim, non apud Francos modò; sed & apud exteras omnes fermè nationes, consuetudo, ut viri nobiles in matrimoniis uxores sibi adjungerent, simili natalium splendore illustres, ne si abjectæ conditionis fœminis commiscerentur, generis nobilitatem turpi commercio commacularent, & ut ait Novella Theod. de Mulierib. quæ se propriis servis junxerant, *ne insignium familiarum clara*

clara nobilitas indigni consortii fœditate vilesceret, & quod splendore forsitan Senatoriæ generositatis obtinuerat, contactu vilissimæ societatis amitteret. Quò spectant ista Salviani lib. 4. *Deformantes sancti connubii honorem per degeneris contubernii vilitatem, non erubescentes, maritos se fieri ancillarum suarum, præcipitantes fastigium nobilium matrimoniorum in cubilia obscena servarum, digni prorsus etiam illarum statu, quarum se putant dignos esse consortio.* Et hæc Lactantii lib. de Mortib. persecutor. num. 38. *Ingenuas virgines imminutas servis suis donabat uxores.* Boëtius in Topicis *impar matrimonium* vocat, cùm civis Romana peregrino vel servo nubit. Ita etiam Lambertus Schafnaburg. ann. 1057. In Lege Wisigothorum lib. 5. tit. 7. §. 17. prohibentur ejusmodi connubia, quia, inquit, *generosa nobilitas inferioris tactu fit turpis, & claritas generis sordescit commixtione abjectæ conditionis.* Sed & apud illos ea Lex viguit, ut puella nobilis, quæ *honestatis suæ oblita, personæ suæ non cogitans statum, ad inferiorem forte maritum devenerit, portionem suam, sive divisam, sive non divisam, quam de facultate parentum fuerat consecuta vel consecutura, amitteret,* nec fratrum aut sororum hæreditatem consequi posset, lib. 3. tit. 1. §. 8. Id etiam de veteribus Saxonibus testatur Adam Bremensis cap. 5. ex Eginhardo. Tradit præterea Conradus Urspergensis Henricum IV. Imp. à suis incusatum, *quòd filias illustrium, quibuslibet obscurè natis conjugaret.* Alia in hanc sententiam congessimus ad Joinvillam.

De Francis nostris id constat, eos abhorruisse semper ejusmodi conjugia, quod testatur Gregorius Turon. l. 3. Hist. c. 31. ubi de filia Theoderici Regis Italiæ ex Clodovei Regis sorore, quæ, spreto matris consilio, servo suo Trauvilani nupserat: *Cumque mater ejus contra eam valdè frenderet, peteretque ab ea, ne humiliaret diutius nobile genus; sed dimisso servo, similem sibi de genere Regio, quem providerat, deberet accipere, nullatenus voluit acquiescere.*

Legibus Francorum, à quibus morem hunc hauserunt Angli, Scoti, & alii, licebat Domino feudi superiori puellam nobilem, cujus ex lege tutor erat, cùm ad legitimam ætatem pervenisset, quæ ad annum decimum quartum definiebatur, matrimonio, dummodò compar esset, copulare. Charta Libertatum Angliæ ann. 1215. apud Matthæum Paris: *Hæredes maritentur sine disparagatione.* Quoniam Attachiamenta cap. 91. *De hærede verò cùm sit 14. annorum, vel ultra, usque ad plenam ætatem, si se maritaverit sine licentia domini sui, ut ei auferat maritagium, & Dominus ei offert rationabile maritagium, ubi non alias disparagetur, vel dispersonetur, &c.* Charta anni 1206. apud Will. Thorn. *Ita quòd Rogerus habebit prædictam vardam, donec pueri habeant ætatem, quòd possint terram tenere & tunc maritabit illos, ita quòd non sint disparagati.* Charta Hervæi Comitis Nivernensis ann. 1215. apud Duchesnium in Probat. Hist. Castilioneæ p. 41. *Ita tamen quòd si ego à dicta Mathilde uxore mea filiam vel filias suscepero, prædicti domini Ludovici filius, qui cum dicta Agnete filia mea sponsalia contrahet, eam vel eas post mortem meam & uxoris meæ, maritabit per terram vel per denarios sine disparagamento,* ubi malè *dispergamento* editum. Regestum Feodor. & servitiorum fol. 16. *Guillaume Noel tient du Roy son marchié & ses freres, en telle maniere, que le Roy puet marier sa premiere fille, sans la desparager.* Apud Littletonem sect. 103. *Si hæres, seu pupillus nobilis, infra ætatem 21. annorum sit, donques le Seigneur avera la garde & le mariage de lui.* Id est, tutor illius erit, & illum maritare poterit. Si puella sit hæres, & 14. annum attigerit, potest Dominus, donec decimum sextum attigerit, quæ legitima & plena est puellarum ætas, providere ei de convenienti matrimonio, sine *disparagatione. Le Seignior poit tender convenable mariage sauns disparagement.* Vide Matth. Paris p. 271.

Quòd si Dominus secus fecisset, & hæredem, puerum seu puellam, dispari matrimonio junxisset, mulctabatur, prout in Statuto de Merton cap. 6. statuitur apud Littletonem sect. 107. *De Dominis, qui maritaverint illos, quos habent in custodia sua, villanis, vel aliis, sicut burgensibus, ubi disparagentur, si talis hæres fuerit infra 14. annos, & talis ætatis, quod matrimonio consentire non possit, tunc si parentes ejus conquerantur, Dominus amittet custodiam illam usque ad ætatem hæredis, & omne commodum, quod inde receptum fuerit, convertetur ad commodum, hæredis infra ætatem existentis secundùm dispositionem parentum, propter dedecus ei impositum. Si autem fuerit 14. annorum & ultra, quòd consentire possit, & tali matrimonio consenserit, nulla sequatur pœna.* Iisdem verbis hæc habentur in legibus Baron. Scotic. seu Quon. Attach. cap. 92. ex quibus infert Littletonus, *disparagationem* locum non habere, nisi cùm hæres infra 14. ætatis annum à Domino conjugio copulatur. Vide Chartam feodi p. 181. v. Cowellum & lib. 1. Instit. tit. 10. §. 4. & 6. &c.

Per Statuta Hierosolymitana, seu *Assisias*, cap. 190. & seq. Dominus poterat mulierem viduam, vel puellam, quæ 12. ætatis annum excesserat, & feudum Militare, aut corporali, ut ajebant, servitio obnoxium, possidebat, compellere ad matrimonium, ipsasque maritare, *mais que il ne la deparaige*, dummodò compar esset conjugium. Quò spectant, quæ habet Willel. Tyrius lib. 12. c. 12. de Balduino II. Rege Hieros. qui tanquam Dominus superior Antiochenum Principatum sibi asseruerat, donec hæres adolesceret: *Collatis igitur liberis vel aliorum graduum consanguineis, eorum, qui in acie ceciderant, possessionibus, prout ratio vel regionis consuetudo deposcebat: viduis quoque apud compares & comparis meriti viros nuptui collocatis, &c.*

Denique veteri Normanniæ jure municipali 1. part. *Les suers ne poent demander, ne clamer partie en l'heritage leur pere encontre leurs freres, ne leurs hers, mes elus poent demander suffisant mariage. Et se les freres les poent marier sans desparagier, soi de leur moeble sans terre, ou de terre sans moeble, cen leur doit souffire, &c.* Plures porrò casus *disparagationis* profert Edw. Cokus ad Littletonem sect. 107. Adde Novam Consuet. Norman. art. 228. & 151. Bractonum lib. 2. c. 38. §. 1. 7. Fletam lib. 1. cap. 10. §. 2. Rastallum verbo *Disparagement*, & quæ observavimus ad Joinvillam Dissert. 10. & ad Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 61.

Huic porrò voci opponitur alia, *Imparagare*, nostris *Imparager*, id est, filiam per nobile & conveniens matrimonium alicui copulare, ut est in Consuetudine Andegavensi art. 128. 241. Perperam verò editum

Disparatus, pro Disparagatus in Charta Willelmi Comitis Forcalquerii an. 1211. *Fuitque arbitrium Curiæ suæ, quod non audierant, neque viderant, quòd Baronia aliqua esset divisa pro hærede femina, in qua hæres masculus haberetur: sed hæres femina maritagium accipiebat à patre vel matre sua, vel matribus suis, tale siquidem, in quo non erat disparatus, & quod ei conveniret secundùm genus & nobilitatem suam.* Habetur. to. 11. Spicilegii Acheriani. V. *Paragium.*

DISPARILIARE, *Distribuere*, in Gloss. Arabico-Lat. Nos dicimus *despareiller*; sed aliâ notione.

Disparilitas, disparitas, apud Stephanum Africanum in Vita S. Amatoris n. 19. Vide Olaum Borrichium de Variis linguæ Latinæ ætatib. p. 89.

DISPATRIARE, De patria exire, peregrè proficisci, Galli dicunt *despatrier*. Charta Philippi Aug. Regis Fr. an. 1195. pro Communia Sanquintiniensi: *Si quis tenaturam anno & die in pace tenuerit, postea eam*

in

in pace teneat, nisi aliquis, qui dispatriaverit, aut aliquis qui est in manburnia, super hoc clamorem fecerit. Galli etiam *dispatrier* dixerunt. Sic enim legendum in Consuetudine Namurcensi art. 61. pro *dispatuer*, quæ vox nihil sonat. Est enim hoc loco, *dispatrier, absconser, ou receller quelque chose*, rem quamvis auferre, de suo loco tollere, amovere: nos etiamnum *despayser*, hac ferme notione dicimus.

DISPECCARE. Isidorus in Gloss. *dispeccatis, decoriatis.* An *dispeciatis?* Galli dicunt *depiecé, mis en pieces*, à *pecia*, quod vide. Alii emendant *Dispescatis*. Huc fortè spectant *dispecti lapides*, apud Agrimensores p. 277. ubi opponi videntur *politis*, ita ut *dispecti lapides* fuerint, qui rudi manu cæsi, *decoriati*, quibus primum *corium* defectum est. Vetus Consuetudo Norman. c. 17. de *Warecho*: *Se dedens l'an & le jour vient avant aucun, qui feust à la nef, quant elle despecha.* Id est, cùm in partes scissa est ac divisa. Sed & inde fortè Consuetud. Senonens. art. 213. & Parisiens. art. 35. *Despié, démembrement, & division desief* vocant.

DISPECTUS. Vide *Despectus*.

DISPENDERE, Expendere, dilapidare. Capitula Caroli C. tit. 16. c. 5. *Quia multos dies in illius servitio misit, & omnia, quæ habuit, dispendit.* Tit. 31. c. 34. *Potest fieri, ut qui tales homines liberos necessitate cogente in servos suscipiant, in alteras partes illos dispendant, & vendant.*

DISPENDIOSUS, *Damnosus*, ἐπιζήμιος, in Gloss. Gr. Lat.

DISPENSA, Expensi ratio, sumptus. Glossæ vett. Barthii: *Impendium, dispensa.* Will. Brito in Vocabul. MS. *Dispensa, expensa.* Eginhardus Epist. 13. *Nam de dispensa, quam in Aquis accepistis, nullam volo aliam retributionem, nisi amicitiam tuam.* Capitula Caroli M. lib. 4. c. 73. *De dispensa Missorum nostrorum, &c.* Concilium Duziacense I. part. 4. c. 4. *Noluit ire ad mansiones, quas sui homines præmissi acceperant, ad quas dispensa sua adducta fuerat.* Adde Synodum Ticinensem ann. 855. Capitula Caroli C. tit. 5. c. 3. 5. Capitulare de Villis c. 24. Capitul. ann. 821. c. 2. Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 192.

Dispensa, Penaria, promptuarium, à Gallico *despense*. *Camera dispensatoria*, in Chronico S. Trudonis lib. 10. pag. 470. Leges Canuti Regis Angl. c. 103. *Sed suum horderium, quod dicere possumus dispensam, & cistam suam — debet ipsa custodire.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. cap. 11. *Sub manu Cellerarii est coquina, lardarium, dispensa interior.* Jo. Brompton. an. 1189. *Radulfus Clericus de dispensa Regis.* Bracton. lib. 3. Tract. 2. c. 32. §. 9. *Habere debet uxor sub custodia sua claves dispensæ suæ, archæ suæ, & scrinii sui.*

Spensa, eadem notione in Capitulari de Villis c. 64. & in Capitul. 2. an. 813. c. 10. Leges Baronum Scoticorum, seu Quoniam Attach. c. 12. §. 7. *Si furtum inveniatur sub clavibus suis, quas ipsa (uxor) habet sub custodia & cura sua, ut pote spensa, arcæ suæ vel scrinii sui.* Occurrit etiam in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 19. §. 3.

DISPENSARE, Gall. *Despenser*. Gloss. Lat. Gr. *Dispensat*, δαπανᾷ, ἀναλίσκει. Will. Brito in Vocab. *Dispenso, largiri, donare, expendere.* Possidius in Vita S. Augustini c. 24. *Quæ anno completo eidem recitabantur, quo sciretur, quantum acceptum, quantumque dispensatum esset, vel quidquid indispensatum, vel dispensandum remansisset.* Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. c. 18. *Unde datur intelligi, in majoribus quoque locis multò tunc plura fuisse dispensata.* Adde Capitulare de Villis c. 55.

DISPENSARIUS, idem, qui infrà *Dispensator*. Gall. *Despensier*, Anglis *Spencer*. Occurrit in Fleta lib. 2. cap. 72. §. 17.

DISPENSATIO, Dei dispositio & providentia, quâ vocare gentes ad verum Dei cultum, & universum humanum genus per Incarnationem, Nativitatem, Mortem & Resurrectionem Christi salvum præstare decrevit. Hanc dispositionem per excellentiam SS. Pades οἰκονομίαν simpliciter vocant, quidam ex Latinis *Dispensationem*. S. Hilarius lib. 12. de Trinit. de hæreticis: *Dispensationem assumpti corporis rapiunt ad contumeliam Divinitatis* S. Augustinus tract. 4. in Joan. *Quicquid ergo humiliter positum audistis de Domino Jesu Christo, susceptæ carnis dispensationem cogitate.* Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Eutychetem: *Alius, qui permanet semper innatus, alius, qui per dispensationem carnis cuncta nostra fragilitatis officia explet, &c.* Joan. Antioch. apud Facundum Hermianensem lib. 7. c. 5. de Christo: *Qui inenarrabilem corporis dispensationem pro nobis suscepit.* Leo M. PP. in Epistola post Acta Concilii Calchedonensis: *Quomodo dispensationis sacramentum sit ab initio ex vulva dispositum.* Diurnus Romanus p. 37. de Nestorio: *Dominicæ dispensationi infestus, utpote qui adorandæ Incarnationis arcanum, Deum ab homine separando disjunxerat.* Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 16. de quibusdam hæreticis: *Dispensationem filii Virginis phantasma fatentur.* S. Hieronymus Epist. ad Oceanum *œconomiæ* verbo usus est, ubi de Apollinario Laodicensi Episcopo: *Is dimidiatam Christi introduxit œconomiam.* Concilium Cloveshoviense anni 747. c. 13. *Dominicæ compensationis in carne sacrosanctæ festivitates.* Vide, quæ de voce οἰκονομία, annotavit Henricus Valesius ad Eusebii Hist. Eccles. lib. 1. cap. 1.

Dispensatio in matrimoniis. Vide *Generatio*.

DISPENSATOR, qui expensa & accepta compensat & impendit. Gloss. Gr. Lat. *Dispensator*, οἰκονόμος, ἐπιδαπανητής. Glossæ Basil. Διασπενσάτωρ, οἰκονόμος. Papias ex Varrone lib. 4. de lingua Lat. *Dispensator, cui creditur administratio pecuniarum, quia priùs quàm dabant pecuniam, non numerabant; sed appendebant eam.* Apud Evodium lib. 2. de Miracul. S. Stephani cap. 5. *Dispensator pecuniæ publicæ Carthaginensis Civitatis.* Epitaphium Ambrosii Primicerii Notariorum sub Pipino Rege, Romæ: *In creditam sibi rem fidelissimus dispensator.* Denique JC. *Dispensator* est servus, quem dominus præposuit Kalendario, hoc est, pecuniis credendis sub usuris. Ita Cujacius tract. 8. ad African. Vide Salmas. in Disquisit. de Mutuo pag. 266. Vincentius Belvacensis lib. 29. cap. 118. de quodam Oeconomo: *Quia Tantalus erat in rei familiaris custodia, bonus dispensator & prudens & fidelis, quod rarissimè in dispensatoribus invenitur.* Sed propriè

Dispensator dictus, qui in palatiis Regum aut Principum *Oeconomus, Major-domus*, nostris *Maistre d'hostel*. Idem Papias: *Oeconomus, Dispensator, Dispositor Regiæ domus.* Vitalis Episcopus Oscensis apud Blancam in Comment. Rer. Arag. pag. 782. *Post Regem (Aragonum) Dispensator domus Regiæ, qui dicitur Major domus.* Leges Alfonsinæ, seu *Partidæ*, part. 2. tit. 9. lege 13. *Despenseros son otros officiales, que han de comprar las cosas, que han menester para govierno del Rey, e por esso les llaman assi porque ellos espenden los dineros de que las copran.* Leonius Presbyter in Historia sacra MS. de Josepho:

—— Ut Benjamin unà
Videt adesse Joseph, Dispensatore vocato,
Intra tecta viros recipi, festasque parari.
Præcipiens epulas, &c.

Dispensatores inter officia domus Augustæ non semel memorant veteres Inscriptiones apud Gruterum pag. 595. & 597. Ita apud Hincmarum de Ordine Palatii cap. 17. recensentur inter Ministeriales Palatii

Francici. In veteri Charta, descripta in Historia Prioratus S. Martini de Campis pag. 479. refertur *Azo Regis* Francorum *Dispensator.* Vide Hugonem de Cleeriis de Majoratu Franciæ.

In Palatiis Regum Angliæ *Dispensatores* non semel occurrunt. Apud Rogerum Hovedenum 1. part. & Florentium Wigorniensem, *Edricus Dispensator Haroldi Regis Angliæ*, & *Stir Major-domus*, dicuntur: ut in Monastico Anglicano to. 1. p. 132. 627. 657. *Robertus Regis Angliæ, & Osmundus Dispensator Comitis* de Warenna. Apud Matthæum Paris, Galfridi *Dispensatoris*, Militis egregii, & Regis Angliæ specialis Consiliarii mors indicatur sub. an. 1251. Notissima præterea in eo regno nobilissima *Dispensatorum*, seu *des Despensiers* familia, quæ ab hocce munere nomen assumpsit, quo etiam ejusmodi *Dispensatores* appellabant nostri. Non verò quod nepotes seu effusi essent, uti censuit Petr. Faber lib. 3. Semestr. cap. 19. pag. 294. *Le Roman de Garin MS.*

Au Mangier sert Dan Hue de Belin,
Despensiers fu li Bourgoins Auberis,
Girart del Liege, & l'Alemant Orris,
Eschançon fu Geuffrois li Angevins.

Le Roman de Jordain de Blaye MS.

Lors en apele li felses Despensiers,
Dedans la charte li portest a manger.

Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Varlez de chambre, escuiers, officiers,
Portebuffez, eschançons, Despensiers.

Vide Fragmentum Petronii pag. 6 Rainaldum Vezeliac. in Vita S. Hugonis Abbat. Cluniac. n. 30. &c.

DISPERSONARE, *Depersonare*, Injuria afficere, verbis injuriosis dehonestare. Quoniam Attachiamenta c. 40. *Si quis dispersonaverit Baillivum, in curia Domini sui, seu maledixerit ei ibidem: debet inclamari de suo malefacto commisso.* Occurrit præterea cap. 91. 104. & in Itinere Camerarii Scotici cap. 39.

Depersonare, eadem notione dixit Matthæus Paris: *Non est depersonatus mihi monstrando, cùm sis filius Comitis, ego Regis & Reginæ.* Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 200. *Si, inquit, istum non adjuvero, non dilexero, non ea tractavero caritate & dulcedine, qua Bruno Willelmum, depersoner ab honore meo.* Vide *Personatus.*

DISPESSUS. Capitula Ludovici Pii & Lotharii an. 821. *Deinde in nostro regno beneficium non habeat, & alodis ejus dispessis vocibus in bannum mittatur.*

DISPICULARE, *Sagittare.* Papias: Spicula emittere.

DISPIGNORARE, idem quod *disvadiare*, *Desgager*, pignus reluere. Lex Longob. lib. 1. tit. 23. §. 2. *Si de ipsis peculiis aliquod mortuum fuerit, sua negligentia reputet, quod dispignorare neglexerit.*

DISPILARE, *compilare, expilare*, συλᾶν, in Glossar. Græc. Lat.

DISPISCARE, Contra jus & fas piscari in aliorum vivariis. Charta Alfonsi VII. Regis Hispaniæ æræ 1152. apud Antonium *de Tepez*, in Chronico Ord. S. Benedicti to. 6. *Nullus itaque potens homo vel impotens sit ausus intra prædictos terminos violenter intrare, vel aliquid — inde asportare, nec pascere cum pecoribus, nec dispiscari vivos de die de nocte, nec temere hæreditates &c.* Hinc fortè nostrum *depescher*; pro rem aliquam citò conficere, quod faciunt, qui furtivè piscantur.

DISPLACENTIA, Molestia, offensa, Gall. *Desplaisance, desplaisir.* Thwroczius in Ludovico Rege Hungar. c. 27. *Bona eorum confiscaverunt in displacentiam Regiæ Majestatis.* Galli dicerent: *En dépit du Roy*, in despectum Regis, *pour faire desplaisance, ou desplaisir au Roy.* Idem cap. 30. *Et propter hoc displacentiam Regiæ Majestatis incurrit.* Cap. 34. *Contra D. Karolum Imperatorem, pro quibusdam displacentiis, Rex personaliter cum magno exercitu — perrexit.* Ericus Upsaliensis lib. 5. Hist. Suecicæ p. 116. *Petentes & ipsi suppliciter, ut ipse eis omnem displicentiam remitteret & rancorem.*

DISPLACIDUS, *Morosus.* Gloss. Isid. Addit Papias, *inconveniens.*

DISPOLIATUS, *Dispolium.* Vide *Despoliare.*

DISPOSITIO. Charta Ordonii Regis Hispan. æræ 960. apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ordin. S. Benedicti to. 3. *Libros Ecclesiasticos, hi sunt Antifonarios — psalterium; libros speciales; i. Homiliarum; Dialogorum, Homilia, Profetarum, Dispositio Esaiæ Profetæ, &c.* V. infrà *Dispositum.*

DISPOSITIONES, Administrationes, magistratus apud Lactantium de Mortib. Persec. p. 32. Sidonium lib. 3. Epist. 6. lib. 5. Epist. 7. lib. 7. Epist. 12. Hinc formula frequens in Notitia Imp. & alibi: *Sub dispositione viri inlustris Præfecti Prætorio &c.*

Alii, *Dispositiones* esse volunt, quæ à Principe ad Reipublicæ administrationem *disponebantur*, pro urgentibus rerum necessitatibus, veluti si in bellum profecturus esset, itinera annotarentur, & metationes, annonæ curarentur, &c. Quarum quidem *Dispositionum* scrinium peculiare erat, cui præerat *Magister & Comes Dispositionum*, de quibus copiosè Jacobus Gothofredus ad l. 1. Cod. Th. de Proxim.

Dispositio, Urbis, templi situs, structuræ elegantia, non semel apud Alypium Antiochenum in Descript. orbis.

DISPOSITUM, Animi decretum, statutum, consilium, arbitrium, *dessein, intention, disposition.* Lex Wisigothorum lib. 6. tit. 5. §. 16. *Qui ex suo disposito, vel malæ voluntatis affectu tale nefas committit.* Leo III. PP. Epist. 6. *In vestrum arbitrium & dispositum committimus.* Et Epist. 10. *De mansis, quos per vestrum dispositum Herminus fidelis vester nobis reconsignavit.* Nicolaus I. PP. Epist. 27. *Veruntamen quoniam circa Missam S. Joannis; de quo diximus, Lotharium dispositum habet denuò commonere, non molestè tulimus.* Ado Viennensis in Chron. ann. 727. *Eò quod Carlomannus dispositum haberet sæcularem militiam relinquere.* Julianus in Hist. Wambæ Regis: *Recognosco hoc dispositum pugnæ ab æmulo meo procedere: hic ipse est, nec alius, puto: In suis enim eum dispositionibus recognosco.* Paulò antè: *Dispositum belli.* Diurnus Romanus cap. 6. tit. 19. *Cujus exactionem per nostrum dispositum fecisse dignoscitur.* id est, nostro mandato.

Dispositum, pro *depositum*; nisi ita legendum sit, habent Constitutiones Galteri Senonensis Archiepiscopi an. 923. c. 2. *Propter scandala gravia, quæ ex Monialium conversatione proveniunt, statuimus de Monialibus nigris, ne aliquem Dispositum recipiant in domibus suis ab aliquibus personis, nisi de licentia Episcopi sui: maximè arcas Clericorum vel Laicorum, custodiæ causa minimè permittant apud se deponi.*

Dispositum, pro Expositione seu commentario. Testamentum Heccardi Comitis Augustodunensis: *Missale plenario cum Evangeliis & Epistolis, unum textum minorem; unum dispositum super Evangelium majorem.* Ita *Dispositio* suprà sumitur.

DISPOSITUS. Vide *Despotus.*

DISPUDITUM, *Puduit, Rubor fuit.* Papias.

DISPUNGERE. Gloss. Isid. & Papias: *Dispungere, donare. Dispunctores, qui dona militibus erogant.* Vide Juris-Conf.

DISPUTARE, Asserere. Willelm. Brito lib. 11. Philipp.

—— Imperiali
Standardo mundi dominum se disputat Otho.

Infrà:

Se dominatorem totius disputat orbis.

DISPUTATIO, Collatio Monachorum. Regula S. Pachomii cap. 21. *Disputatio autem Præpositis domorum per singulas hebdomadas tertiò fiet.* Vita S. Germari Abb. Flaviniacensis cap. 15. *Tertia verò hora diei post lectionis disputationem*, id est, post Collationem de lectione.

DISRATIONARE. Vide *Derationare*, *Ratio*.

DISRECITARE, de aliquo detrahere. Baldricus in Gestis Alberonis Arch. Trevirensis: *Dicitur quoque quòd aliquando Regi & exercitui ejus formam simulans contracti, & sedens in asino occurrit, & à Regina quinque solidos in eleemosynam recepit, & in itinere longius comitatus processum, sub specie mendici, Regis sub mensa locatus, audierit plurima Regem ipsum cum Regina, & cum aliis suis fidelibus loquentem de his, quæ contra Papam machinatus erat, atque inter cætera de insidiis contra ipsum Alberonem disrecitantem, & quæ viæ ipsi, Romam tendenti, essent interclusæ, &c.*

DISROBARE. Vide *Derobare*.

DISSAISIRE. *Dissaisina*. Vide *Saisire*.

DISSELLATI *Equi*, Sella exuti, in Gestis Consulum Andegavensium cap. 13. n. 5.

DISSERTOR. *Interpres*, *Commentator*. Vita S. Hieronymi, edita à Mabillonio: *Sacræ bibliothecæ Scrutator*, (i. e. Sacræ Scripturæ Interpres,) *divinorum dissertor voluminum*, &c.

DISSICIO, pro *disseco*. Jo. de Janua: *Dissicere, removere, separare: componitur à dis, & secare.* Gloss. Gr. Lat. διασκορπίζω, *Disicio*, *Dispargo*, *Dissipo*. S. Ambrosius: *Ille veteris militiæ more dissicere hostium cuneos*, &c. Prudentius Hymno 1. *Tu Christe somnum dissice.* Ubi Iso Magister, *Dissice*, *defectivum verbum est.* Idem lib. Peristeph. Hymn. 3. v. 209. Paulinus lib. 3. de Vita S. Martini:

Dissiciensque cavæ fluitantia vellera nubis.

Lib. 5.

Dissiciens ruptis membrorum vincula nodis.

Eod. lib.

Dissiciens sparsam procul à compage ruinam.

Denique lib. 6.

Dissiciens, longèque suis divortia ripis.

Ita in omnibus MSS. legi asserit Juretus, ut & apud Juvencum lib. 2.

Dissicit ille mei pecoris per devia pastus.

Et apud Marium Victorem lib. 1. in Genesin:

----Signataque limite certo
Tempora dissiciens certa statione peracta.

Et lib. 3.

Si tunc in partes populus se dissicit unus.

Carmen de miseria vitæ humanæ, apud Barthium lib. 44. Advers. cap. 17.

Utinam & tuorum nubila affectuum.
Vitalis eadem dissicet victoria.

Vide Savaronem ad Sidon. Carm. 5.

DISSIDO, IS, pro *dissideo*. S. Gregorius lib. 4. Moral. initio: *Sed dum a semetipsis per contrarietatem dissidunt, lectorem ad intelligentiam veritatis mittunt.* Ita legit Jo. de Janua.

DISSIGNARE, pro *Dissaisire*, seu extra *saisinam* ponere. Ita in veteri Charta Italica apud Ughellum tom. 7. p. 571. nisi mendum subsit.

Dissignare, Signum sive sigillum dissolvere. Gloss. Gr. Lat. Ἀποσφραγίζω, *Absigno*, *Designo*, *Resigno*. Ἀποσφραγιστής, *Resignator*. Willelmus Neubrigensis lib. 2. cap. 7. *Sepulto patre, testamentum dissignatum est.*

Dissignitor, seu *solutor signaculi*, apud S. Augustinum lib. 2. de Morib. Manichæor. c. 13.

DISSIGILLARE. Ugutio: *Dissigillare, diversis modis sigillare, vel sigillum removere.*

DISSIPATUS, seu *Dishypatus*, Dignitas in Imperio CP. cujus mentio in aliquot Chartis Italicis apud Ughellum tom. 7. Italiæ sacræ pag. 411. & 1071. ubi *Ricardus Judex Augustalis Dissipatus* sub Alexio Comneno Imp. & *Joannes filius Ursi Imperialis Dissipati* sub an. 1178. occurrunt. At quæ τῶν δισυπάτων fuerit dignitas? non memini me legisse. Hanc certè appellationem Romanorum *Dictatori* tribuit Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. & Suidas: Δικτάτωρ ὁ διπλασίαν τὴν ἀρχὴν ἔχων, ὁ παρὰ Ῥωμαίοις Δισύπατος καλούμενος, ἢ ὁ μονάρχης, ὁ πάντα κρατῶν. Id constat, nobilissimæ familiæ Byzantinæ nomen dedisse, ex qua memorantur ab Authore incerto post Theophanem sub Leone, Bardæ filio, *Thomas Dishypatus*: in jure Græco-Romano p. 288. *Dishypatus* alter sub Alexio Comneno; à Niceta in Andronico lib. 1. cap. 11. *Georgius Dishypatus* Lector Ecclesiæ Sophianæ: *Manuel Dishypatus* Archiepiscopus Thessalon. sub Theodoro Lascari apud Pachymerem lib. 1. c. 11. *Georgius Dishypatus* sub an. 1437. apud Phrantzen lib. 2. c. 11. denique *David Dishypatus*, cujus scripta contra Barlaamum & Acindynum asservantur in Bibl. Regia Cod. 692.

DISSITUDO, Distantia, intervallum, vox efficta ex *dissitus*. Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 106. *Post dissitudinem vero longi temporis, &c.* In Glossis MSS. *Dissitudo*, exponitur *discordia*.

DISSOCIANTIA, Discordia, jurgium, in Charta ann. 825. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 118. *Post mortem Cænulfi Regis Merciorum, multæ discordiæ & innumerabiles dissociantiæ extollebantur, &c.*

DISSOLUTI. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 2. *Tunicati fusc. Gracchi, qui toga deposita, qua utebantur. Hinc Lanistæ, vel dissoluti dicuntur.*

DISSORTES, seu *dissors*. Gloss. Lat. Gr. *Dissortes*, διακληρωθέντες. Est autem διακληρόω, sorte divido: Ita *Disortes* dicuntur, quibus *sors* sua est, quibus opponuntur *Consortes*. Augustinus in Grammatica: *Consors & Disors in genitivo singulari, tis, habent.* Ovidius:

At mea seposita est, & ab omni milite disors.

Gloria &c. Hinc *disortiones*, Festo, divisiones patrimoniorum inter consortes.

DISTEGUM, Ædes, vel ædificium, constans duabus *stegis*, qua voce usus est Plautus. Glossæ Gr. Lat. διστεγὲς οἴκημα, *superficium*. Codex MS. habet *superficies*. Glossæ MS. διόροφον, δίστεγον. Vetus Inscriptio: *Comparaverunt sibi memorias duas & Calphurnio Ammiano Equ. Rom, filio suo & libertis libertabusque posterisque eorum armarium distegum, cum taberna & hortulo. Si quis armarium vendere voluerit, tunc inferet arcæ Pontificum, &c.* Vide *Tristegum*.

DISTEIN vel *Distain*, Præfectus, Præpositus, Oeconomus, Censor, Arbitrarius. Ita Boxhornius. Occurrit in Legibus Hoëli Boni Principis Walliæ cap. 1. 31.

DISTEMPERARE, Diluere, macerare, liquare: Gallis, *Destremper*. Palladius de Architectura: *Crocus quoque Hispanicus cum lucidissimo glutine distemperatus, &c.* Vita B. Gossuini Abbatis Aquicinctin. *Vasculum inspicit aptissimum distemperandæ potioni.* Constantinus Afric. de Morbor. cognit. lib. 1. c. 1. *Ficus folia pulverata, cum oleo & aceto mixta, pro unguento adhibèmus, vel fimum columbinum simul distemperatum.* Adde c. 17. &c. Fulbertus Epist. 113. *Et ipsa nocte positam potionem, in qua distemperanda est, asperges salis gemmam.* Vide *Temperare*.

Distemperatus. Gallis *detrempé*. Alexander Iatrosophista lib. 1. Passionum: *Si autem ex mordicante & acro, aut colerico humore in melancolicum decoctis, aut distemperatis transierit.*

Distemperatus, Malè *temperatus*. Philippus Eystetensis in Vita S. Willibaldi c. 19. *Contigit autè frequenter, cùm transna-*

transnavigarent, quòd ventum haberent contrarium, nec non auram distemperatam. Galli dicerent, *un air mal sain.*

Distemperantia, apud Medicos pro prava corporis habitudine sumitur: Gr. *δυσκρασία.* apud Nicetam Chon. p. 309. Δυσκρασία τοῦ σώματος, ubi Cod. al. habet καχεξία. Alexander Iatrosophista lib. 1. Passion. *Per hæc enim curari oportet, quibus ex distemperantia frigdoris dolent.* Passim apud eundem lib. 2. *Distemperantia calida, frigida, humida.* Adde Constantinum Africanum de Ratione vict. pag. 279. Acta Alexandri III. PP. *Apud Clozam jam diebus aliquantis est demoratus, ubi caloris distemperantias, & muscarum & pulicum plures molestias sustinet.* Charta Ferdinandi Regis Castellæ æræ 1270. apud Antonium *de Tepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 7. *Cùm — propter inæqualitatem loci & aëris distemperantiam graves corporum ægritudines — sustinerent &c.*

Distemperamentum, eadem notione. Constantinus Afric. lib. 7. Pantech. c. 1. *Ex naturali actione temperamentum humorum intelligitur in sanitate, & eorum distemperamentum in infirmitate.*

DISTERMINIUM, Spatium temporis, mora interposita. Hist. Translat. S. Guthlaci num. 15. *Oculorum lumen tanta ei celeritate reddi satagit, ut absque ullo disterminio, quæ prius fuerat visionis privatio, ejusdem habitus crederetur.*

DISTINARE, *Repellere: sed destinare, est deputare.* Iso Magister in Glossis.

DISTOLLERE. Vetus Charta to. 3. Hist. Pergamensis p. 192. *Ut qui se de ista commutatione removere, aut distollere quæsierit aut infringere tentaverit, &c.* Burchardus Monachus de Casibus S. Galli cap. 3. *Malo suo exemplo plures Abbates & Monachos distollit*, id est, depravat, corrumpit. Gall. *débauche.* Vide Ughellum tom. 4. p. 613.

DISTORNATUS, Gall. *Destourné. Distornare, divertere.* Regiam Majestatem. lib. 2. c. 7. §. 1. *In aquis distornatis à recto cursu.*

DISTRACTARE, *Distrahere*, in Gloss. Arab. Lat.

DISTRATUS *Equus*, cui *stratura* tollitur, seu sella. Anonym. in Vita S. Cuthberti Episc. l. 1. n. 4. *Distratum equum trahens in domum, & alligans ad parietem &c.*

DISTRIBUTOR, Executor testamentarius, in veteri Charta apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ pag. 566. Vide *Erogator.*

DISTRICTUM, Via stricta, claustra, montium fauces, *clausæ, clausuræ.* Gauterius de Bellis Antioch. p. 451. *Decernuntque Madgerum de Alta villa cum 40. militibus summo manè ultra districta militare. Districta Samartani*: apud eundem pag. 454. Jacobus de Vitriaco l. 3. Hist. Orient. *Hanc* (viam) *longe distantem à mari, quæ propter viam strictam Districtum appellatur, &c.* Epist. 39. inter Sugerianas: *Fuerunt enim mortui in ascensu montanæ Laodiciæ minoris inter districta locorum, &c.* Epist. 39. inter Sugerianas: *Fuerunt enim mortui in ascensu montanæ Laodiciæ minoris inter districta locorum, &c.* Rogerus Hovedenus p. 698. *Cùm transissent districta de Merle. Strictum Marochii*, apud Guillelmum de Podio Laurentii c. 48. & Sanutum lib. 3. part. 11. c. 1. vulgò *le Destroit de Maroch. Strictum de Morach*, seu de *Maroch*, apud Will. de Baldenzeel in Hodœporico: *Destrois de Maroch* apud Villharduinum n. 25. & Joinvillam, vulgò *Estreccho de Gibraltar.* Adde Will. Tyrium lib. 10. cap. 26. Brompton. p. 1178. &c. Vide *Strictum, Distringere.*

DISTRIGARE. Vide *Destrigare.*

DISTRINGERE, *Districtio, Districtus, &c.* Cum severitate punire, coërcere, animadvertere. Senator l. 2. Epist. 14. *Genus pietatis est in illos distringere, quia contra naturæ ordinem sceleratis se docentur actionibus miscuisse.* Aurelian. in Regula c. 28. *Si quis pro qualibet culpa aut transgressione regulæ increpatur, aut disciplinam accipiat, arguenti respondere non præsumat: quia peccatum, quod hic distringitur, in æterna examinatione non punitur.* Ruricius Lemovicensis Episc. lib. 1. Ep. 2. *Parentum pietas distringit ut corrigat, non perseverat, ut puniat, &c.*

Destringere, eadem notione. Gloss. Arabico-Lat. *Destringo, per severitatem attendo. Le Roman de Vacces MS.*

Il destraint les Barons, & les felons chastie.

Distringere, interdum est compellere ad aliquid faciendum, per mulctam, pœnam, vel capto pignore. Charta Privilegiorum concessorum Hispanis tom. 2. Hist. Fr. p. 321. *Et liceat illi eos distringere ad justitias faciendas, quales ipsi inter se definire possent.* Charta Ludovici Pii ap. San-Julianum in Matiscone: *Nemo ad causas audiendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesiæ tam ingenuos quàmque servos, super terram ejusdem commanentes, distringendos, nec ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendos, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel exactare præsumat. Distringi per feudum*, i. e. *saisitione* feudi, *par saisie de fief.* Regiam Majestatem lib. 2. c. 16. §. 38. *Hæres summonitus, si neque venerit, neque se essoniaverit, —potest distringi per feudum, quod ad Curiam veniat.* Adde §. 39. Cowellus lib. 2. Instit. tit. 3. §. 17. *Distringere*, est pignoris loco capere quicquid infeudo reperitur, donec domino de relevio satisfactum fuerit: *Contraindre par la saisie des biens.* Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 3. *Et se le Seignor ne li viaut faire la connoissance faire, si le destreigne si come est devisé aprés en cest livre, com peut & doit son Seigneur destraindre de faire li faire connoissance de Court.* Cap. 8. *Et se il ne voloit aler, & s'en partoit de la Court, ne l'en poroie retentir en la Court, ne destraindre le de demeurer, &c.* Cap. 20. *Et ce qui est dessus devisé, fu fait & establi pour destraindre les gens à venir faire droit en la Cour à ceaus qui de eaus, se clameront, &c. &c.* Adde Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 61.

Distringere, Judicio ac Sententia litem dirimere, mulcta in malè litigantem irrogata. Senator lib. 7. Ep. 3. *Necessarium duximus, illum sublimem virum ad vos Comitem destinare, qui — si quòd inter Gothum & Romanum natum fuerit fortè negocium, adhibito sibi prudente Romano, certamen possit æquabili ratione distringere.* Agobardus in Epist. ad Proceres Palatii contra Judæos: *Cùm magister infidelium Judæorum incessanter nobis comminetur, se Missos de Palatio adducturum, qui pro istiusmodi rebus nos judicent & distringant.*

Distringibilis, & indistringibilis terra, in Legibus Burgorum Scotic. cap. 136. §. 8. 9. 10. 11. &c. & Quoniam Attach. c. 46. §. 1. Ubi *distringibilis* dicitur, cujus fructus *saisiri* possunt: *Indistringibilis*, vel *non distringibilis*, quæ vacua est & vasta, hoc est, quæ vacat, nec culta est. *Moulins destreignables, & Fours à ban*, in Consuet. Santonensi art. 95. Vide Rastallum in *Distresse.*

Destrictus, severus, non solutus & lenis, apud Placidum Grammaticum. Epist. Stephani PP. ad Carolum M. tom. 3. Hist. Franc. p. 723. *Destrictas cum eo facias rationes.*

Districtus, eadem notione apud Scriptores passim. *Districtissimus defensor*, in lege ult. Cod. Th. de Defensor. Gregor. M. lib. 71. Epist. 2. *Cùm districtus dies judicii venerit.* Lib. 6. Epist. 1. *Districta vindicta.* Gregorius Turon. lib. 10. c. 1. *Districtus Judex.* Eugippius in Vita S. Severini, *Districtius jejunium.*

Districtio, Severitas, vel disciplina exactè servata. Ita passim usurpant Cassian. lib. 5. cap. 38. Joan. Diac. lib.

lib.4.Vitæ S.Gregorii c.84.Senator lib.4.Epiſt.29.lib. 5.Ep.31. lib.7. Ep. 1.Hincmar.in Vita S.Remigii,Fulbertus Epiſt. 55.Cæſarius lib.4.c. 1.&c.

Diſtrictio, Pœna, mulcta, à Judice impoſita. Senator lib.3. Ep.49. *In partem pietatis recidit mitigata diſtrictio.* Arnold.Abbas Bonævallis de Operib.ſex dier. pag.102. *In diſſolutione hujus corporis interſecatur peccatum, & quod æſtimatur diſtrictio invenitur in remedium.* Ita qui extra diſtrictum, vel alterius eſt jurisdictionis, dicitur is, *quem Comes ſuus diſtringere non poteſt*, in Lege Bajwar.tit.2.c.5.§.4.Eſt etiam

Diſtrictio, Vadium, pignus: ſed illud præſertim, quod judicio interpoſito, aut ex lege capitur, quod Angli etiamnum *diſtre* vocant, ut *Diſtreſſe*, pignero, pigneror, diſtringo. Raſtallus: *Diſtreſſe eſt la choſe, qui eſt priſe & diſtrainé ſur aſcun terre pur rent ariere, ou pour autre diutie, coment que le propertie del choſe ſoit pertignant al eſtrange.* Stat. Malebridgenſe ſub Henr.III.Rege Angl.c.6. *Nullus de cætero faciat ducere diſtrictiones, quas fecerit extra Comitatum, in quo captæ fuerint.— diſtrictiones inſuper ſint rationabiles & non nimis graves: & qui diſtrictiones fecerint irrationabiles, & indebitas, graviter amercienter propter exceſſum diſtrictionum ipſarum.* Adde 1. Stat. Weſtmonaſt.c.17.Quoniam Attachiam c.4.§.4. *Et pro qualibet defalta capietur una diſtrictio, ſingulis diebus placiti intranda, usque ad quartam diem.* Statuta 2. Roberti I.Scotor.Regis c.15.§.2. *Si vicinus ſuper vicinum faciat diſtrictionem ſine conſideratione Curiæ Domini Regis, unde damnum ſuſtineat, puniatur, &c.* Qua notione *diſtringere* uſurpat Fleta l.2.cap.50.§.5.l.3. c. 16. §.37.& alibi paſſim. Ita etiam hæc vox accipi videtur in veteribus Chartis, vel certè pro gravaminibus, aut vexationibus, quas inde *deſtreſſes* dicimus, cujusmodi ſunt captiones pignorum, *ſaiſies*. Charta Agapeti PP. ap.San-Julian.in Matiſcone: *Ut nullus Rex, Dux, Comes, aut exactor, vel publicus miniſter, ſuper eis aliquam angariam, aut diſtrictionem, ſeu gravamen atque imperationem imponere præſumat.* Alia Hugonis & Lotharii Italiæ Regum an.938.apud Guichenon.in Bibl. Sebuſ.pag.185. *Cum — portubus, aquis, aquarum reductibus, venationibus, redaibitionibus, diſtrictionibus, ſervis, ancillis, &c.* Adde Hemereum in Acad. Paris. p. 33.

Mitti in diſtrictionem, quod nos dicimus, *Eſtre mis à l'amende*, mulcta puniri, in Lege Longob. l. 1. tit.36.§.5. *Diſtrictiones facere ſuper homines ſuos*, Judicium exercere ap.Hovedenum p.779. *Magna diſtrictio*, in Fleta l.2.c.50.§.5. Mulcta major, quæ *Lex major* dicitur in Conſuetudine Beneharnenſi. *Diſtrictio Monaſterialis* apud Cæſarium Arelat.ſerm.8.quæ Monachis delinquentibus infligitur.

Diſtrictiones aliæ ſunt perſonales, aliæ reales. De realibus non fit diſtrictio, niſi per captionem rei petitæ: de perſonalibus fit diſtrictio per perſonas; ſed aliter in criminalibus; aliter in civilibus cauſis, &c. Vide Fletam lib.2.c.65.

Diſtrictio, idem quod *diſtrictus*, juſtitiæ exercendæ facultas, *Doit de Juſtice.* Charta Adalberonis Epiſcopi Leod. an.1124. in Bibl. Cluniacenſi: *Diſtrictio quoque villæ ad Eccleſiam pertinebit, ita ut Godeſcalcus — qui advocatus eſt ejusdem allodii, medietatem ipſius diſtrictionis de Eccleſia teneat, &c.*

Diſtrictus, diſtrictum, deſtrictum, idem quod *Diſtrictio*, mulcta judiciaria, ſeu potiùs tributum, penſitatio. Leges Luithprandi Regis Longob.tit.37. *Si quis aldium de furto pulſaverit, & per pugnam eum vicerit, aut fortè per diſtricta publica furtum manifeſtaverit, &c.* Tabularium Vindocin.Thuan.Ch.17. *Mihi verò foriſfacto emendato, legem & diſtrictum perſolvat.* Charta Ricardi Normannor. Marchion.apud Beſlium in Comitib. Pictav. *Ut nullus Comes — audeat hanc donationem violare, nec infringere, nec aliquam calumniam propter diſtrictum, ſeu propter aliquam cauſam inventæ rei præſumat arripere, aut uſurpare; ſed deinceps immunis ab omni hoſte, vel diſtricto permaneat.* Alia Pipini Regis Aquitan. *Et ipſa telonea, vel diſtricta, quæ ex ipſis exigi deberent, concederemus.* Vetus Notitia in Chronico S. Vincentii de Wulturno: *Dum nos Adraldus ipſos ſervos, nec per diſtrictum, nec per demandatum ad noſtrum placitum habere potuiſſemus.* Otto Morena in Hiſt.Rerum Laudenſium p.129. *Præterea omnia diſtricta, quæ capitanei vel aliqui alti domini alicujus caſtri ſoliti fuerant habere, & tenere in ipſo caſtro, &c.* Uſatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *Se aucun ſe plaint devant les Vicontes de l'Eaue d'aucun autre Couſtume, le plaintif eſt detenu à paier les deſtrois, ains que la ſemonce ou l'Arreſt ſoit fait, c'eſt aſſavoir de 12. den. 1. den. combien que l'en demande ſoit grande: & par ces deſtroies paiés eſt le plaintif quite de l'amende, ſe il en enchiet.* Alibi: *Et eſt aſſavoir que d'aucun Maire ou citoien de Rouën ne ſont pas paiés les deſtrois, més donra pleiges de ſuir ſa cauſe.*

Diſtrictus, Territorium feudi, ſeu tractus, in quo Dominus vaſſallos & tenentes ſuos *diſtringere poteſt*: juſtitiæ exercendæ in eo tractu facultas. *Diſtroit & territoire*, in Conſuetudine Meledunenſi art.9.Britan.art. 218.Bituricenſi tit.1.art.41.tit. 19.art.10. *Diſtretto*, Italis; *diſtrict*, noſtris. Bulla Bonifacii PP. ann. 1033. *Maneantque ſub judicio & diſtrictu veſtro, &c.* Lib.1. Feudor.tit.5.§.4. *Si quis feudum intra curtem detinuerit, & dominus diſtrictum habuerit.* Et lib. 2. tit. 54. *Qui allodium vendiderit, diſtrictum & jurisdictionem Imperatoris vendere non præſumat.* Charta Alberti Comitis Viromand. anni 983.apud Hemereum: *Et totum diſtrictum ejusdem inſulæ cum tota juſtitia dedi eis.* Alia an.1174. *Et omnem diſtrictum, & Conſuetudines Comitis & Vicecomitis in prædictis locis.* Alia an. 960. *Ne aliqua ſæcularis perſona diſtrictum, vel aliquam Conſuetudinem ulterius in eadem terra ſibi vindicare præſumeret.* Alia an.1047.apud eundem: *Prædictum furnum, & diſtrictum ejusdem furni.*

Diſtrictuales, qui intra *diſtrictum* alicujus dominii habitant, ſubditi. Charta ann.1292. apud Joan. Lucium l.4.de Regno Dalmat. c.9. *Habitatores, fideles, diſtrictuales, ſeu ſubditos dicti Domini Ducis.* Alia an. 1307. in Hiſt.Pergamenſi: *Inter commune Pergami & diſtrictuales ejus ex una parte, &c.* Jo.Villaneus lib.6. c.9. *Si fece diſtrettuale del commune di Firenze.* Et lib. 8. c.38. *Havera piu di ſeſſanta mila diſtrettuali d'arme.*

DISTULA, χηλὴ, Gloſſ.Græc.Lat.

DISTURBARE, Avertere, Gallis, certè Picardis, *détourber*, quod puriores Franci dicunt *détourner*. Fulbertus Carnotenſis Epiſt.60. *Tertiò quòd inſidiatores ejus, quos diſturbare potuit, non diſturbavit; ſed & præſentia ſua domum — eis receptandis dolosè vacuam fecit.* Charta Ildefonſi Regis Aragonum an. 1184. apud Gueſnaium in Annalibus Maſſil. *Ut eant ſalvi & ſecuri per totam meam terram, & nemo audeat eos gravare vel diſturbare, dum per meam terram tranſierint.*

Deturbare, eadem notione in Charta Libertatum oppidi *des Ais* in Biturigib. an. 1301. *Niſi in aliqua cauſa rationabili fuerit deturbatus, &c.* Adde Conſuet.localem Caſtelli novi in Biturig.tit.3.art.5.

DISTURBIUM, Interturbatio, impedimentum, Anglis, *diſturbe*, Gallis, *deſtourbier*. Vita S.Euſtaſii Abbatis Luxov. n.11. *Qui in Eccleſiis veritatis ac juſtitiæ ſeminarunt diſturbia.* Coſmas Pragenſis part. 2. c.1. *Sperans, quòd ceſſante diſturbio, debeat fieri pax in regno.* Occurrit rurſum c.2.& apud Thwrocz.in Sigismundo Rege Hungar.cap.25.in Uladislao c.34. Ericum Upſalienſem lib.3.Hiſt.Suecicæ p.93. Gobelinum Perſonam p.258.& alibi non ſemel, &c.

DISVADIARE, *Divadiare*. Vide *Vadium*.

DISVESTIRE. Vide *Vestire*.

DIVALIS *Lex*, *Præceptum divale*, *sanctio divalis*, pro Edicto Imperatoris, non semel in Cod.Th.& Just.

DIUCETIN. Vide *Diœceses*.

DIVENTUM. Epistola Michaëlis Imp. in Conventu Parisiensi ann.530. *Misimus per prædictos Missos nostros --- blattas duas, dirodina duo, diventa duo.* Quæ postrema vox mihi incognita. An legendum *Divellia*? Certè διβέλλιον occurrit apud Codinum de Off. Aulæ CP. cap.5.n.63.c.6. n. 26. quòd *Scutarius*, sive Armiger Imperatoris deferebat ante illum cum illius clypeo, quoties procedebat ad Ecclesiam. *Divellium* verò quasi duplex velum dictum censent viri docti, illudque vexillis Imperatoriis accensent: vix tamen est, ut id credam.

DIVERGIA aquarum, quæ aliis *divortia* dicuntur: ut Ciceroni in Ep. ad Cælium, & Sidonio Carm. 22. Siculus Flaccus de Condit. Agror. *Territoria alia fluminibus finiuntur, alia summis montium, ac divergiis aquarum.* Utuntur præterea Frontinus & Aggenus.

DIVERSICLINIUM, *Locus, ubi diversæ viæ conjunguntur, quia illuc diversæ viæ acclinantur, vel quia illic via inclinatur ad diversa, quod aliter Græcè dicitur, hoc Eteroclitum*: Ita Joan. de Janua. Glossæ. Isid. *Diversiclinia, heteroclita*. De verbis, quæ ἑτερόκλιτα vocant. Alanus in Planctu naturæ: *Capillos verò quodam exorbitationis diversiclinio devagantes, inextricabili intricatione complicitos, inter se crederes litigare.*

DIVERSIONES, vox Medicorum. Gariopontus lib.2.cap. 13. *In somnis diversiones ex pulmonibus veniunt, &c.*

DIVERSORES, *Hospites*. Papias.

DIVERSORIARIUS, Ἀπαντητὴς, in Gloss. Gr. Lat. Codex MS. *diversorianus* habet. Alibi: πανδοχεὺς, *Diversoriarius, stabularius, caupo*. Ubi ἀπαντηταὶ videntur esse ii, quos Pollux lib.4.c.4. κατάκλας vocat, εἰς τὰ πανδοχεῖα καταγομένους, hospites & viatores.

DIVERSUS, Varius Gallis, *divers* Papias: *Diversus, pro vario*. Frontinus de Colon. *Loca diversis arboribus vestita.* Utitur Gregorius M. lib.8. Ep. 12. 29. lib.10. Epist.16. *Diversorum criminum rei*, in l.18. Cod. Th. de Accusat. *Hæreticis diversa nomina; sed una perfidia*, in l.60. eod. Cod. de Hæret. & alibi non semel.

DIVEXUS, pro *devexus*, occurrit apud Aldhelmum de Laude Virginum c.14. & 15.

DIVIDENTES. Vide *Divisio*.

DIVIDERE. Vide *Divisa*.

DIVINACULA, *Sortes*. Papias.

DIVINALIS, *Dicitur, quando ineffabilem naturam Dei, aut spirituales creaturas ex aliqua profundissima qualitate disserimus.* Papias.

DIVINATIO, Epilepsia, caducus, seu sacer morbus. Constantinus African. lib.1. de melancholia p.290. *A vulgo Divinatio appellatur, quia morbus est absconsus, dicentes dæmoniacos esse, hunc morbum patientes.*

DIVINUS, Ariolus, Augur: *Indovino*, Italis, *Devin*, nostris. Gl. Lat. Gr. *Divinum*, Θεῖον ϗ μάντιν. *Divinus*, μάντις. Isidor. l.7. c.9. *Divini, quasi Deo pleni: divinitate enim se plenos assimulant, & astutia quadam fraudulenta hominibus futura conjectant.* Petronius: *Divinam ego putabam.* Auctor Queroli: *Secreta & familiaria quasi Divinus loquitur.* S. Ambros. in Levit. de Balaam: *Ideo tentavit eum quasi Divinum, non elegit quasi Prophetam.* Capitul. Caroli M. pro partib. Saxoniæ c.22. *Divinos & sortilegos Ecclesiis & Sacerdotibus dare constituimus.* Halitgarius in Pœnit. c. 6. *Si quis ariolus fuerit, quod Divinos vocant, aliquas divinationes fecerit, &c.* Vide Jul. Firmicum lib.3. cap. 9. Martialem Epigr. 71. Albertum Aq. lib.4. c.8. Vincentium Belvac. lib. 30. c. 74. &c.

Divinus, Theologus. Jo de Janua: *Divini, qui de divinis tractant, & propriè dicuntur Theologi.* Petr. Abaelardus in Hist. Calamitatum suarum cap. 5. *Constat quippe Philosophos, nedum Divinos, id est, sacræ Lectionis exhortationibus intentos, continentiæ decore maximè polluisse.*

Divinitas, Theologica scientia. Idem Abaelardus c.2. *Reversus sum in Franciam, maximè ut de Divinitate addiscerem.* Chron. Centulense Hariulfi lib.3. c. 3. *Omnes Codices librorum claustralium de Divinitate sunt* 195. Testamentum Abbonis Canonici Autisiodor. ann.1191. in Tabulario Ecclesiæ Autisiod. fol. 47. quo donat *S. Mariano libros suos de Divinitate scilicet 4. Evangelistas, Sententias & Historias magistri Petri, Apocalypsim, &c.* Vita B. Bonifacii Episcopi Lausan. c.1. *In Cathedra Divinitatis sedit 7. annos. Magister in Divinitate* apud Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 232. *Maistre de Devinité*, in Testamento Theobaldi Ducis Lotharing. anni 1312. in Hist. Prioratus Wigmorens. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 216. in Chron. Flandriæ c.51. &c.

DIVISA, Divisio bonorum, quæ fit inter hæredes per testamentum: unde & ipsum testamentum *Divisa* dicitur. Testamentum Henrici II. Regis Anglor. apud Gervas. Dorobern. an. 1182. *Notum facio, quod apud Waltham --- feci divisam meam de quadam parte pecuniæ meæ in hunc modum.* Vetus Charta apud Gariellum in Episcop. M. galon. p.89. *In illa ægritudine positus, in qua testamentum & divisionem suam fecit, &c.* Villharduinus n.19. *Sa maladie crut & efforça, tant que il fist sa devise & son lais, & il departi son avoir, &c.* Adde n.23.82. *Le Roman de Rou MS.*

Quant li Dus à fét sa dévise,
Et a ceus rendus leur servise,
Qui en sa Court l'ourent servi,
L'ame du cors se departi.

Dividere, Testamento disponere. Lex Wisigoth. l. 10. tit.1. §.10. *Quidquid servus domino non jubente diviserit, vel fecerit, excepto, quod lex permittit, firmum non esse jubemus, &c.* Formulæ vett. Bignonii c. 33. *Quòd ego terram suam de eorum potestate fortiam nunquam prisi, aut pervasi; sed de ista parte triginta & uno anno fere amplius semper exinde fui vestitus, & post me divisi, &c.* Charta Petri Regis Arag. an. 1205. *Supradicta revertentur ad proximos meos, vel illos, quibus ego divisero.* Decreta Steph. Regis Hung. l.2. c. 5. *Decrevimus --- ut unusquisque habeat facultatem sua dividendi, tribuendi uxori, filiis, &c.* Testamentum Ricardi Comitis Arundel. an. 1375. apud Seldenum in Titulis Honor. 2. part. c.5. §. 14. *Item, j'ordone divise & à Richard mon fils ma melieure Couronne, &c.*

Divisa, pro Eleemosyna testamento ordinata, videtur accipi apud Eadmerum lib. 1. Hist. Novor. p. 8. *Huic quadam vice solidi quinque de illis (nam divisæ per temporum vices conferebantur) ex præcepto ejus dati sunt, &c.*

Divisa, Terræ portio, sic dicta, quòd sit suis limitibus *divisa*: definita, vel quòd per *divisam*, seu testamentum, relicta sit portio hæreditaria. Leges Inæ Regis c. 44. *Ceorli habeant herbagium in Communi, vel aliam compascalem terram, vel divisam claudendam.* Pactum Philippi Aug. & Henr. II. apud Radulfum de Diceto an. 1180. *Exceptis minutis feodis, & divisis terrarum nostrarum de Berri, si quid homines nostri quid inde interceperint.* Matth. Paris p. 384. *Istæ sunt terræ, quæ redduntur, — videlicet montana de Barrutha, cum terris & divisis sibi pertinentibus.* Infrà: *Cum omnibus eorũ pertinentiis, cum terris, quæ sunt nominatæ in divisis Hierusalem, &c.* Alia namque prædia pro indiviso, alia divisa possidebantur. Hinc crebrò in Chartis: *Cultis*

Cultis & incultis, divisis & indivisis, apud Guichenognum in Biblioth.Sebuſ.p.185. 188. Sicul. Flaccus de Condit. agror. *Diviſi & aſſignati agri unius ſunt conditionis : nam & dividuntur ſine aſſignatione, & redduntur ſine diviſione. Dividuntur ergo agri limitibus inſtitutis per centurias, aſſignantur viritim nominibus.* Philippus *de Beaumanior MS.* cap.1. *Li Baillis s' il n' en a ſpecial commandement, ne pot mettre l' eritage de ſon Seigneur en jugement, ne fere bonnage, ne deviſe de l' iretage ſon Seigneur vers autrui, ne vendre, n' engager, &c.* Si indiviſorum diviſio & exæquatio ab hæredibus poſtularetur, fiebat illa Regia autoritate, ut colligitur ex Marculfo lib.1.Form. 20. Idque *avoir deviſe requerre diviſe à ſon voiſin*, vocant Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ cap. 237.

Diviſæ, Fines, limites, metæ locorum & prædiorum. Leges Henrici I. Regis Angliæ c.57. *Si inter compares vicinos utrimque ſint querelæ, conveniant ad diviſas terrarum ſuarum.* Vide c.34.91. Rogerus Hoved. an.1072. *Cum cunctis rebus eidem pertinentibus in boſco & plano, --- & omnibus rectis diviſis ejus.* Et mox : *Et per eaſdem diviſas, quibus ipſe, ſive ante eum Toſtius vel Siwardus ipſum manerium tenuerunt.* Et an. 1063. *Idem Rex & Ludovicus Rex Francorum diſſenſerunt propter quaſdam rerum ſuarum diviſas.* Vide Monaſticum Angl.tom.1.p.3.373.858.& Fletam l. 4.c. 2. §.17. c.6. §. 3.

Diviſa arbitrium, Gallis *Devis.* Leges Henrici I. Regis Angl.c.9. *Omnis cauſa terminetur vel hundredo, vel comitatu, --- vel diviſis Parium.*

DIVISIO. Tabularium Laſcarrenſis Eccleſiæ ann. 1101. apud Marcam lib.5.Hiſt. Benearn. c. 10. *Et ſi fortè in his duellum, vel aliqua diviſio advenerit, damnum eis conceſſit.* Ubi idem vir doctiſſimus obſervat, in veteribus tabulis Sordenſis Monaſterrii, & S. Petri Generenſis, *Diviſionem* uſurpari pro Examine ferri candentis, vel aquæ calidæ. Idem Tabularium apud eundem lib.4.c.19.n.3. *Deinde venit Willelmus Præpoſitus clamans de ruſtico, & accepit juſtitiam in manu ejuſdem Vicecomitis, & fecit diviſionem ferri, & gratia Dei vicit eum.* Vide eundem Marcam lib.5.c. 30. n.7. Quò fortè referri poteſt, quòd Petrus Reſenius ad Jus aulicum Canuti II. Regis Daniæ p.618. ait, quoſdam exiſtimare, vocem *Ordel*, quæ Anglo Saxonibus, Germanis, & Danis, quamvis purgationem vulgarem ſignificat, compoſitam eſſe ab *ert*, locus, & *deele*, dividere. Utcumque ſit, videtur fuiſſe *diviſio*, ſors quævis : nam & *ſors* diviſionem ſignificat. Joan. Sariſber. lib.10. Policratici cap.12. & Petrus Bleſenſis de Præſtigiis fortunæ : *Sortilegi ſunt, qui ſub nomine ficta religionis ſuperſtitioſa quadam obſervatione rerum pollicentur eventus : quod genus Sortes Apoſtolorum & Prophetarum, & dividentium, & inſpectio tabulæ, quæ appellatur.*

Diviſiones verſuum in Pſalmis, κόμματα, in Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 68. & lib. 1. Capitul. cap. 66. Vide *Inciſio.*

Diviſio, Arbor inciſa, agrorum diviſionem faciens. Vide *Lachus.*

Diviſio Apoſtolorum. Vide *Feſtum Diviſionis Apoſtolorum.*

Diviſio, Teſtamentum. Vide *Diviſa.*

Diviſio, congiarium. Vetus Inſcriptio apud Gualterum in Tabul.Sicul.p.57. *Cujus Statuæ dedicationem decurionibus Auguſtalibus epulantibus, populo viritim diviſionem dedit.*

DIVISOR, qui dapes in menſa dividit, diſſecat Gl.Græc.Lat. διαμεριστὴς, *Diviſor.* Gloſſ.Saxon. Ælfrici : *Diviſor* : Dælere, i.e. Diviſor, distributor, à Dælon, dividere, Dæl, pars, portio.

DIVISORIUM, *Cella ab aliis diviſa*, i. de Janua.

DIVITES, *homines.* Vide *Rici homines.*

DIVITIOSITAS, *Copioſitas.* Ugutio.

DIVITIOSUS, *Copioſus, plenus divitiis : Divitioſitas, copioſitas.* Jo. de Janua. *Divitior* dixit Terentius in Phorm.

Divitiſſimus, pro *ditiſſimus*, apud Alcuinum Epiſt. 17. 29.

DIVONA, Fons Deorum, idiomate veterum Gallorum. Auſonius in Burdigala :

Divona Celtarum lingua fons addite divis.

Hodie apud Cambros, *Diu* Deum, & *Vonan* fontem ſignificare teſtatur Marcus Zuerius Boxhornius in Orig.Gallic.c.1.

DIURNALIS, ἡμερήσιος in Gloſſ.Lat.Gr.

Diurnales, dicuntur Calcei, quibus interdiu utuntur Monachi, qui *Calciamenta diurna* appellantur in Capit.Ludovici Pii Addit. 1.cap.22. Uſus antiqui Ordinis Ciſtercienſis cap. 84. *Quod & faciunt, quoties calciant ſe diurnalibus conſuete.* Adde c.108. Lanfrancus in Decretis pro Ordine S.Benedicti, c.1. *Antequam ſonet ſignum ad apparatum Tertiæ, nullus calciet ſe diurnalibus ſuis : exceptis iis, quibus extra clauſtrum cura obedientiæ injuncta eſt.* Conſuetud. Floriacenſes : *Poſt prandium omnes dormitorium aſcendentes diurnales calceos ponunt, & nocturnales induunt.* It. Statuta antiqua Cartuſienſia 2.part.c.16.§.2. & alibi. Eadem notione uſurpant Udalricus lib.1. Conſuetud Cluniac.cap.12.40.lib.3.cap.27. Chron.S.Trudon. lib. 13. p.510. Vide *Nocturnales.*

Diurnalis, idem quod jugerum : noſtris, *journal*, quantum terræ bos per diem arare poteſt. Acta Murenſis Monaſterii pag.40. *Sunt ergo in vico 16. manſi, & 19. diurnales : In Egga dimidius manſus, & 22. diurnales. Ad Haſle 4. diurnales & dimidius, &c.* Eadem Acta p.45. *Ruſtici vero qui habent diurnales 20. & duo ſunt, alii ſervientes, alii cenſum dantes.* Ubi *diurnales ſervientes* ſunt, quorum poſſeſſores certum ſervitium dominis debent, ut arare, metere, fœnum ſecare, &c. Et pag.47. *In curtem ordinata eſt, ubi ſunt 14. diurnales ſervientes, & 2. manſi, &c.* Mox : *In curtem compoſita eſt, ubi habentur 12. diurnales, 6. in villula, & 6. ad Turmulon, & 1. manſus.* Alio loco : *Pratum, quod computatum eſt per 7. diurnales.* Occurrit in his actis pluries pag.42.49.50.51.55. Tabularium Prioratus Dominæ in Delfinatu fol. 29. *Duos videlicet diurnales de terra, &c.* Tabularium S.Remigii Remenſis : *Aratannis ſingulis diurnale unum.* Chron.Andrenſe p.358. *Duo diurnalia terræ dedit, &c.* Vide *Dies.*

DIURNARII, qui *diurna* conſcribebant, efficiebant, & quod *dietim* fiebat, vel decernebatur, in Diaria deſcribebant. Junguntur illi cum Subſcribendariis, Logographis, Cenſualibus, in l.8.Cod.Theod.de Cohortalib. *Diurna pittacia*, in l.11.cod.Cod. de Erogat. milit. annon. quibus, quid per ſingulos dies erogandum eſſet? continebatur. Gloſſ. Gr.Lat. ἡμερολόγιον, *diurnium.* Vide *Jornaria.*

DIURNARE, *diem exigere, morari*, noſtris *ſejourner.* Adelbodus de Geſtis S.Henrici Imp.pag.416. *Ibi in die Palmarum, qua oportuit celebritate, diurnare fecit.*

DIUTINARE, perſeverare, in veteri Lectionario Aſturicenſi, ubi de S.Dominico Calceatenſi.

DIUTURNUS, uſu diuturno peritus. Ammianus lib.16. *Dux diuturnus* dicitur, quem lib.30. *Uſu Caſtrenſis negotii diuturno firmatum.* Et lib. 23. *Sacerdotem cæteris diuturniorem, ſeniorem vocat.*

DIUTURNA, Modus agri, qui aliàs *Jornale & Dies* &c. Tabularium Monaſterii S.Andreæ Viennenſis : *Concedimus tres coroatas dominicas noſtras, & in ſponſalitio Conſecrationis Eccleſiæ unum curtillum ante januas poſitum, & tres diuturnas de terra, & vernetum in dextra & ſiniſtra parte poſitum ad ædificationem domorum habitantium in ſervitio prædictæ Eccleſiæ.*

Alibi :

Alibi: *Similiter concedimus sponsalitium ipsius Ecclesiæ duas diuturnas telluris, &c.*

DIUTURNIUM. πολυχρόνιον, in Gloss. Gr. Lat. MS. Editum, *diuturnum* habet. Notum autem Græcis πολυχρόνιον esse vitæ diuturnioris adprecationem. Vide *Polychronia.*

DIVUS. Joan. Sarisberiensis lib. 3. Policrat. cap. 10. *Facti sunt ergo Divi indigetes, aut, ut aliis placet, Heroes, quos nec etiam humana forte aiqnos Romanorum perfidia reputavit. Tractum est hinc nomen, quo Principes virtutum titulis, & veræ fidei luce prævignes se Divos audeant, ne dum gaudeant appellari, veteri quidem consuetudine etiam in vitio, & adversus fidem Catholicam obtinente.* Vide, quæ in hanc sententiam collegit Joannes Filesacus lib. de Idololatria politica c. 1. p. 9. 10. neque enim hisce licet immorari.

DOANÆ, *Doana* & *Duana*, ædes, in quibus fiscales reditus, vectigalia, portoria, & cætera id genus tributa pro mercibus, & mercium transvectione inferuntur. Hugo Falcandus in Histor. de Calamitate Sicil. pag. 661. *Multi quoque Saracenorum, qui vel in apothecis suis mercibus vendendis præerant, vel in duanis fiscales reditus colligebant, &c.* Gesta Innocentii III. PP. pag. 18. *Instituebat Justitiarios & Camerarios — vendebat & pignorabat doanas, & bajulationes accipiebat, &c.* Vide Chron. Richardi de S. Germano an. 1221. Constit. Sicul. lib. 1. tit. 36. Bonfil. Constant. in Sicil. p. 188. 189. Odoric. Raynald. an. 1285. n. 39. &c.

Vocem effictam à telonio Lugduni Gallorum, cui id nominis, atque inde translatam in Italiam censet Spelmannus. Alii à *Doen*, Britanno-Armorico, *portare*, ferre, quod in hunc locum merces omnes deferantur, dictam *Doanam* opinantur. Sed potior videtur sententia, à Saracenis arcessendum etymon; nam auctor est Vincentius Beluac. lib. 31. cap. 145. *Douanam* appellari Sultanorum Palatium, ubi scilicet eorum thesauri asservabantur: *In douanam, id est, in domum Soldani eum duxerunt.* Erit igitur *douana*, Saracenis, quod nostris *Camera, Cubiculum.* Vide Sebast. de Cobarruvias in V. *Aduana*, & VV. Cl. Ægidium Menagium, & Ferrarium in Orig. Italic.

Doghana, eadem notione, apud Ughellum tom. 7. p. 904. *Dogana*, Boccacio.

Doanerius, qui *Doanæ* vectigalia ac tributa exigit, vel recipit, apud eundem Ughellum tom. 8. p. 879.

DOBLA. Vide *Duplarium.*

DOCHA. Vide *Doga.*

DOCIBILIS, διδακτικὸς, in Gloss. Græc. Lat. Gloss. Lat. Græc. *Docibilis*, εὐδίδακτος, εὐμαθής. *Docibilitas*, παίδευσις, εὐμαθότης, *Docibilitas*, διδασκαλία. Glossæ S. Benedicti cap. de Morib. *Docibilis*, εὐμαθὴς. *Indocilis*, δυσμαθής. Ugutio & Joan. de Janua: *Docibilis & Docilis differunt: nam Docilis est Discipulus, qui facilè docetur: Docibilis verò qui facilè discitur.* Mox ait, promiscuè usurpari, ut apud Joannem cap. 6. *Erunt omnes docibiles Dei*, i. e. dociles. Græc. διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ. Et 2. ad Timoth. *Ad omnia docilem, patientem.* Gr. διδακτικόν. Amalarius lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 35. *Non erit Responsorius, quia nemini ibi prædicabitur; sed erunt omnes docibiles Dei.* Stephanus Eddius in Vita S. Wilfridi c. 9. *Prudentem, non vinolentum, docibilem & bene docentem sermone puro & aperto.* Sugerius lib. de Administr. sua cap. 3. *Cum ætate docibili adolescentiæ meæ antiquas Armarii possessionum revolverem chartas.* Hincmarus Remensis Epist. 7. ex Labbeanis: *Si ipse Clericus criminosus non est, & docibilis est, quod etiam in Episcop. Canones requirunt, &c.* Infrà: *Si autem ipse Clericus, cui per tanta tempora ipsam Ecclesiam in Follanabraio habere, & in ea laborare consensisti, non placet & per rationem, aut pro crimine, aut pro indocibilitate illum rejeceris, quem contra regulas sine mea licentia & sine libertate Canonica ordinasti, ostende, & a*[illegible] *inveniemus.* Ubi *docibilis* est, uti dicimus, *capax*; ut *indocibilitas*, incapacitas.

Docibilitas. Alvarus in Vita S. Eulogii: *Et hoc erat exercitium nobis melle suavius, favis jucundius, & in aure nos quotidie extendentes multa inaudibilia tentare in scripturis immatura docibilitas egit.* Infra: *Quanta docibilitas tam preti so munere inesset animæ, &c.*

DOCTICANUS, Papiæ, *qui doctè canit.*

DOCTILOQUIUM, *doctum eloquium*, Ugutioni.

DOCRUM. Chart. Gennadii Episcopi Astoricensis æræ 953. apud Anton. [illegible] de Yepez, tom. 4. Chron. Ordin. S. Benedicti p. 448. *Cæteros libros tam divinos, id est, Bibliothecam totam, Moralia, Job, Pentateuchum, cujus historia Ruth, liber unus; sive etiam & specialiter, Docrum, id est, vitas patrum, item Moralium, Ezechielum, Prosperum, genera officiorum, Ethimologiarum, catha Johannis, libros Trinitatis, libros Apringi, Epistola Hieronymi, item Etymologiarum, Glossematum, liber Com*[illegible] *(leg. Comitis) liber regularium, virorum illustrium &c.* Legendum fortè *Geronticum*: nam Vitæ Patrum sic inscribuntur.

DOCTOR. Dignitas in Clero & Ecclesia, cui ex officio incumbebat docere plebem. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Vidimus ante fores Optatum Episcopum ad dexteram, & Aspasium Presbyterum Doctorem ad sinistram.* Cyprian. Ep. 24. *Doctoris Audientium*, seu Catechumenorum, meminit. Vide Notas nostras ad Cinnamum pag. 461.

Doctoris legis, Gloss. Gr. Lat. Νομοδιδάσκαλος, *Legis doctor.* Gloss. Lat. Gr. *Juris doctores* αὐθένται τῶν νόμων. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Νομοδιδάσκαλοι, οἱ γραμματεῖς, ἑρμηνεύοντες συνῳδὰ αὐτοῖς καὶ λεγόμενοι νομικοί. Ibid. Νομικὸς, ὁ τοῦ νόμου ἀκολουθῶν, ἢ ὁ τοῦ νόμου ἐξηγητής. Adrevaldus lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 25. *Quidam Wastinensis regionis legis Doctor, — munere corruptus advenerat, verens, ne si duo inter se decertarent, testis eorum reprobus inveniretur, quandam protulit, &c.* Paulò antè: *Plurimi legum magistri & judices.* Charta Pipini Majoris Domus apud Doubletum lib. 3. Hist. Sandion pag 692. *Sicut proceres nostri, seu Comites Palatii nostri, vel reliqui legis Doctores judicaverunt.* Fragmentum Historiæ Aquitanicæ: *Miseratque in Marciliacum Robertum legis doctum, &c.* Extat in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis Charta originalis *Theobaldi Comitis Palatii, data 5. Idus Januar. Indict. 6. anno a Passione Domini* 1083. quam præ cæteris subscribit *Rotpertus legis doctus.* Capitula Carlomanni tit. 2. c. 9. *Et Comes præcipiat suo Vicecomiti, suisque Centenariis, ac reliquis ministris Reipublicæ, nec non francis hominibus, mundanæ legis documentis eruditis, &c.* Chronicon Lichfeldiensis Ecclesiæ in Anglia: *Anno Guillelmus regni sui 4. apud Londonias consilio Baronum suorum fecit summoniri per universos Angliæ Comitatus, omnes Nobiles, sapientes, & sua lege eruditos, ut eorum leges & consuetudines audiret.* Eadem verba habentur initio Legum Edwardi Confessor. c. 1. *Domini legum*, apud Ottonem de S. Blasio c. 14.

Doctor Doctorum, in Actis capitularib. Ecclesiæ Lugd. an. 1341. fol. 37. v. & alibi non semel. Sed quæ hæc dignitas? fateor mihi incompertum.

Doctor, Auctor. Vetus Placitum an. 1074. apud Ughellum tom. 1. pag. 505. *Tunc supradictus Imperator interrogavit supradicto judice, quis exinde fuisset lex? Tunc dixit supradicto judice, Domine, interrogate eam, ubi est suum doctorem, vel si habet testimonii. Tunc interrogavit ea supradictus Imperator, si habuisset doctorem, vel testimonii. Tunc dixit supradicta Albasiaz Non possum hic habere doctorem neque testimonii, quia — illi volunt venire in vestram præsentiam.* Vide *Auctor.*

DOCTRI-

DOCTRINARE, Docere, instruere. Ebrardus Betur[illegible]ensis in Græcismo cap.14.

Sed quòd in hoc opere volo doctrinare minores.

Occurrit apud Baldricum lib. 1.Chr. Camerac. cap. 84. 116.lib.3.cap.15.

DOCTRINUM. διδασκαλεῖον, in Gloss. Gr. Lat. Schola publica.

DOCTUS, *Docti homines*, quos vulgò *Probos* dicimus.Lex Longob.tit.44.*Operas reddet, & mercedem Medici persolvat,quantum per doctos homines arbitratum fuerit.*Tit. 46. *Servus ministerialis & doctus.* V. *Boni homines.*

DOCUMENTA, Tabulæ, Chartæ, instrumenta, quibus prædiorum rerumve aliarum jus firmatur. Gloss. Basil. ἐγγραφα, διδαχαί. Concilium Agathense can.26.& Burchardus lib.3.can.183. *Si quis de Clericis documenta, quibus Ecclesiæ possessio firmatur, aut supprimere--præsumpserit.* Vide Concilium Aurelian. IV.c.14.Apud Gromaticos:*Documenta* sunt signa, argumenta terminorum, finium, limitum. Vide Aggenum, & l.3. Cod.Th.de Abolit.& l.41. de Episcop.

DOCUMENTATIO, *Admonitio*, νϰθεσία, in Gloss.Gr.Lat.

DODARIUM. Vide *Dotarium*,

DODUS. Abbo Monach.lib.2.de Bello Parisiaco.

Lux segetis rediviva rotæ solius vacuavit,
Atque suis dodum revocavit motibus axem.

Ubi ipse Abbo Glossator,*Dodum, clodum* vertit Etiamnum, *Dodu*, dicimus *arcuatum*, & in dorsi formam effictum, à voce *dos*, dorsum.

DOGA, Fossa, Gallis *Douve*. Gregor.Turon.lib. 1.Miracul.c.25. *Fossas in circuitu Basilicæ fieri jussit, ne forte dogis occultis lymphæ deducerentur in fontem.* Vide *Doha.*

Dova, eadem notione, in Jure Vicentino lib.4.*Qualibet dova cujuslibet vegeti. &c.*

Doga, Poculum, vel dolium.Gloss.Lat. Gr. *Doga* βύτλης *Dogarius*, βυτλοποιός. Cambro-Britannis *Dogn*, est debitum, quantitas debita, mensura. Vopiscus in Aureliano: *Facta erat ratio dogæ, cuparum, navium, &c.* Ita emendant Turnebus & Casaubonus, pro *Dochæ.* Cujacius & Salmasius vocem hanc à δοχὴ, *receptaculum*, deducunt. Vide *Buttis*, & Salmasium in Hist. Aug.p.490. 208.

Doga, Asser, propriè is, quo vas, seu dolium compactum est: Italis, *doga*: nostris *douve*. Acta S. Thyrsi & Socior.n.25. *Et posuerunt caput ejus in tinam, & cum vellent aquam immittere, dissoluta est à circulis & dogis, quasi concisa esset securibus.* Ubi Agones eorumdem sic habent: *Dissoluti sunt circuli & asseres discompaginati; & ita frustulatim comminuti.* Vide Oct. Ferrarium in *Doga.*

Doga, Italis est Fascia, limbus. Ita usurpat Joannes Villaneus lib. 7. c. 108. Hispani *dogal* vocant. Vide Chronicon Petri IV.Reg.Arag. c.7.

DOGMATICUS, *doctus, sagax, prudens, sophisticus, &c.* J.de Janua. Gl. Lat. Gall. *Dogmaticus, enseigneur, sage.*

DOGMATISMUS, δογματισμὸς, Dissertatio, docendi ars.Rusticus S.E.R.Diaconus Card.contra Acephalos: *Sæpe proposui taciturnitatem præhonorare dogmatismo.*

DOGMATISTA. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Dogmatista*, Lareow.i.Doctor.Gloss.Lat. Gall. *Dogmatizo, Enseigner.* S.Eulogius lib.2.Memorial. Sanctor. c.de Mahomete: *Pseudo-prophetam illum & falsissimum dogmatistam, qui plures seduxerit, &c.* Adde cap. 9.sub.fin.Lib.3.c.6.& 12. Theodorus Abucura Opusc. 21. ἵνα ὡς ἀνίκητον δογματιστὴν, τοῦτον θαυμάσωσι.

DOHA, in Regesto 49.Chartophylacii Regii.*Dohe*, ibidem in litteris vernaculo idiomate conscriptis: *La douhe, qui se tient à leur maison---à posseder ladite douhe, & a faire en icelle edefices sus estellons, & non autre, & [illegible] ladite douhe [illegible], & [illegible] faire d'icelle douhe toute leur pleniere & delivre volonté.* Consuetudo municip.*du Tremblay* art.10.*Par la Co[illegible] de la Chastellenie du T[illegible], qui a do[illegible], il a [illegible].* Id est, *qui a la douhe du fossé [illegible] pareillement le fossé lui appartient.* [illegible], in Consuet. Perticensi art. 137. Arvernensi cap. 12. art. 51. Vide *Doga.*

DOITKYNS, monetæ Anglicæ species. Vide *Galihalpens.*

DOLÆ, Anglis *Doles*, à Saxonico Dæl, pars, portio, à Dælan, dividere distribuere. Hinc in locis palustribus fundi portiones, quæ vi[illegible] distribuuntur, vel potiùs emolumenta, quæ [illegible] in se colliguntur, *Doles* appellant, ut [illegible] metas *dooles*, quasi partitiones. Liber Pr[illegible] Do[illegible]pl.c.5.*In le Suthmade* (i.prat[illegible]) *habet Prior per sortem illam, quæ vocatur [illegible] dolas [illegible] sors illa cadit, & in qualibet dola habet 4. polas, sive 8. andenas jacentes simul, & [illegible] sortis per totum 24.andaas.* S[illegible] Spelmannus.

Cambro-Brit[illegible] *Dolau*, [illegible] locus, vel ager humilis, planus, cultus, fertilis, pascuus, pratensis. Planities [illegible]. Opponitur locis superioribus & [illegible] *Dol*, Teutones *Dall*, valle[illegible] annotat, *Dole* à Britannis appellari [illegible] ad mare vel flumen plan[illegible] Script. Britannicus, [illegible]. Atque inde urbi Armor[illegible] putant.

Dol, [illegible] quantitas. Vide Ste[illegible] doga[illegible].

DOLABRUM, Securis, apud Thwrocz. in Stephano I[illegible] *[illegible] celubrum.* Legendum *dolabrum*: vel *dolabra*: ut est apud Joann. [illegible].

DOLATICUM [illegible] *argentum* politum. Anastasius in S. Silvestro: *— Fastigium — ex argento dolatico.*

DOLATORIA. Dolabra, G[illegible] capitul.2.an.815 c.[illegible] *secur[illegible], &c.* Statuta antiqua Corbeiensia [illegible] *secures 2.dolatoriam, taratra 2. &c.* H[illegible] in Vita S.Remigii. *Cum percuteret eandem pet[illegible] dolatoria, quam in manu portabat.*

DOLATORIUM, *locus, in quo dolatur*, Ugutioni & Joanni de Janua.

DOLBA. Eucherius Lugdunensis, de variis vocabulis: *Eruca, quam vulgò Dolbam vocant.*

DOLG. Vulnus, à Saxonico D[illegible], & Dolg, eadem notione. Caput leg.Sax.22. *de Dolg* inscriptum, de variis vulnerum compositionibus agit, quæ in legibus Aluredi Regis Anglo-Sax. cap.23. Dolgbot dicuntur, id est, compositio, vel mulcta propter vulnus factum Vide Sicamam ad d.caput 22.

DOLIA, dolor, ex Italico, *doglio*. Occurrit in Miraculis B.Simonis Tudertini n. 24.

DOLIDUS, Molestus. Vide Cælium Aurelian. lib.3.Acut.cap.3.

DOLIUM *cordis*, pro *Cordolium.* Commodianus Instr.73.

Filiorum casus licèt & dolium cordis relinquat,
In nigris exire tamen nec plangere fas est.

DOLIUM. Charta anni 1199.apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus p.181. *Auditis rationibus, decretum est, quod Domini de Vico habeant in perpetuum medietatem pulmenti, & quòd Præposito & Ecclesiæ Magalonensi remaneat salvum in perpetuum [illegible] pulmentum, seu usaticum Dolii Gradus: quod D[illegible] um ita interpretatur, quantùm durant undique [illegible] ramaris, id est, quantùm durat canalis a mari usque [illegible] stagnii.* Fateor me non assequi, quid sit *dolium* hoc loco?

 Fortè

Fortè scriptum erat in MS. contractè *Dñum*, id est, dominium, ex quo *dolium* confecerit Gariellus. Non tamen definio.

DOLOROSUS. Tristis, mœstus, lugubris, dolorem ingerens, Italis *doloroso*. Utuntur Petrus de Vineis l. 4. Epist. 16. Historia Cortusior lib. 1. cap. 7. &c.

DOLUS, pro *Dolor*. Vide Savaronem ad Sidon. lib. 5. Epist. 3.

DOMA, Domus, ex Gr. δῶμα. Hesychius: Δώματα, οἶκοι, οἰκήματα, ταμιεῖα, οἰκοδομήματα. Gloss. Lat. Gall. *Doma, tis. Court, ou maison.* Liber Miraculor. S. Mauri Abbat. c. 10. *Doma illud, de quo exierat, funditus corruit.* Historia Translat. S. Sebastiani n. 18. *In angulo domatis memoratos viros segregavit.* Petrus Damiani lib. 5. Epist. 11. *Qui succosa verni temporis ligna succidit, ut domatum parietes erigat.* Occurrit præterea hac notione in Poëmat. H. Rabani: Miraculis S. Bavonis lib. 3. c. 3. in Vita S. Aldegundis c. 5. apud Ordericum Vitalem lib. 10. p. 775. 795. in lib. 2. de Miracul. S. Bertini c. 14. apud Bavonem de Invent. ejusdem S. Bertini c. 14. in Hist. S. Mariæ Suession. p. 432. &c. Vide Zonaram in Constantino M.

Doma, Ager, prædium, possessio. Joan. Diaconus lib. 1. Vitæ S. Gregorii PP. c. 6. *Monasterium in proprio domate fabricavit.* Charta Caroli M. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuld. c. 16. *Cùm in proprio domate sibi Monasterium fecisset.* Chronicon Laurishamense: *Tradiderunt Deo & S. Nazario de suis possessionibus in vico Cella Ecclesiam, in proprio domate fabricatam, tribus jugeribus vineti & una curte dotatam.* Will. Tyrius lib. 4. c. 9. *Viro venerabili Theophilo, qui erat in eadem civitate potentissimus, in proprio domate Basilicam dedicante.* Chronicon Reicherspergense an. 1004. *Nobilissimum Episcopatum Babenberg ex integro in suo domate fundavit, ac possessionibus & honoribus locupletavit.* Adelbertus Abbas Heidenhemensis p. 358. *Capellam in proprio domate fabricavit.* Anniversarii Ecclesiæ Alamannicæ: *Gerungus --- domum cum domate sicut à conjuge sua jure proprietatis acceperat, junctoque domate, quod ab Odalrico coemerat, jure legitimo contradidit.* Charta Henrici Imp. an. 1048. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. p. 26. *Cum omnibus appenditiis jure ad eosdem mansos pertinentibus, id est, domatibus, agris, silvis, pratis, &c.* Alia Henrici Imp. an. 1111. ibidem tom. 2. p. 549. *Silicet decimas de hortis, de pomariis, de vineis, de agris, quæ de illo domate coluntur, &c.*

Doma, Papiæ, *Tectum, vel atrium, quod non tegitur.* Gloss. Gr. Lat. δῶμα, *tectum.* S. Hieronymus in Epist. ad Suniam: *Doma in Orientalibus provinciis, ipsum dicitur quod apud Latinos tectum: in Palæstina enim & Ægypto, vel ubi scripti sunt divini libri, vel interpretati sunt; non habent in tectis culmina; sed domata, quæ Roma vel Solaria, vel Mœniana vocant, id est, plana tecta, quæ transversis trabibus sustentantur.* Eadem habet in Ezech. c. 38. & 41. in Dan. c. 6. & Beda in c. 25. Prov. Idem Hieronymus in Sophon. c. 1. *Eos qui in domatibus adorant militiam cæli, solem & lunam, & astra reliqua.* Regula S. Pachomii ab ipso Hieronymo in Lat. versa cap. 87. *Nec in cella, nec in domatibus, in quibus vitandorum æstuum causa requiescunt.* Hac notione usurpatur ab Abbone lib. 1. de Bello Parisiaco:

Ergo bis octonis faciunt, mirabile visu,
Monstra rotis ignara modi compacta triadi
Roboris ingentis super argete quodque cubante,
Domate sublimi cooperto.

Galli etiamnum *Domes* appellamus. Vide Leon. Ostiens. lib. 3. c. 1. & 29. Odon. Cluniac. lib. 4. de Vita S. Geraldi c. 10. Isid. lib. 15. Orig. c. 3. Harmenopulum lib. 2. tit. 4. §. 52. & to. 5. Canisii Lect. antiq. p. 780. Hinc *domitialem tabulatum* vocat Matthæus Paris in Vitis Abbatum S. Albani, *Doma* ipsum interius, quod tabulis revestitur: *Antequam medium operis ad tabulatum surgeret domitialem.*

Domatus, in modum *domatis* opertus. Marcus in Carmine de S. Benedicto:

Mirantur scopuli fruges, & non sua poma,
Pomiferisque viret silva domata comis.

DOMALIS. Charta Alemannica Goldastina 15. *Trado ad Monasterium S. Galli — id est, caballis, domalibus, cum cætero troppo, caballis, cunctis, &c.* Fortè *Damalibus*, ex Gr. δάμαλις. Vide *Damulio.*

DOMATIM, per singulas domos. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. c. 70. *Et fecerunt statutum illud—domatim publicè intimare.*

DOMBEC, Liber judicialis Anglo-Saxonum, quorum lingua Dom judicium, bec librum significat. Hujus meminit Eduardus Confess. in Legibus c. 1. Vide præterea Steph. Skinnerum in Etymol. Angl.

DOMEJARE. Vide *Domnεare.*

DOMESDEI. Tabulæ Censuales totius Angliæ, sive Anglicani Imperii Breviarium, vel Notitia, duobus voluminibus totius Regni Angliæ descriptionem continens, in qua, quot Rex ipse, vel quisquis alius in unoquoque Comitatu agrorum jugera, quas silvas, prata, qua clientelaris juris formula, quot servos, quibusve servitiis obstrictos, quot vassallos, denique quantos proventus annuos haberet, atque id genus alia, provincialium aliquot, qui ad hoc munus jurati, fide describuntur: Atque ut verbis Will. Britonis utar lib. 4. Philipp. p. 145.

Quid deberetur fisco, quæ, quanta tributa,
Nomine quid census, quæ vectigalia, quantum
Quisque teneretur feodali solvere jure,
Qui sint exempti, vel quos angaria damnet,
Qui sint vel glebæ servi, vel conditionis,
Quove manumissus patrono jure ligetur?

Hujus auctorem Willelmum Nothum produnt passim Scriptores Anglici, atque in iis præsertim Ingulfus Coætaneus pag. 908. ubi de Guillelmo: *Totam terram descripsit, nec erat hida in tota Anglia, quin valorem ejus & possessorem suum scivit, nec locus, nec lacus aliquis, quin in Regis Rotulo extitit descriptus, ac ejus reditus & proventus, ipsa possessio, & ejus possessor Regiæ notitiæ manifestatus, juxta taxatorum fidem, qui electi de qualibet patria, territorium proprium describerent.* Mox addit: *Iste Rotulus vocatus est Rotulus Wintoniæ, & ab Anglicis pro sua generalitate, omnia tenementa totius terræ integrè continente Domesday cognominatur.* Talem Rotulum & multùm similem ediderat quondam Rex Alfredus, in quo totam terram Angliæ per Comitatus, Centurias, & Decurias descripserat, sicut prænotatur: qui quidem Rotulus Wintoniæ vocatus est, quia deponebatur apud Wintoniam conservandus. At hodie asservatur archetypus Westmonasterii inter Scacarii, i. Fisci archiva, litteris antiquissimis, ipso Willelmi ævo, descriptus. Vide *Rotulus Wintoniæ.*

De nominis etymo conveniunt omnes. *Domesdey* nempe dictum, quasi *diem judicii*, vel *diem judiciarium*, *Dome* enim Anglis, est judicium, *Dax*, dies. At cur hanc denominationem habuerit? docet Gervasius Tilesber. in Dial. de Scacario: *Ob hoc*, inquit, *nos eundem librum judiciarium nominamus, non quòd in eo de propositis aliquibus dubiis feratur sententia; sed quòd a prædicto judicio non licet ulla ratione discedere.*

Confectum anno 1083. scribunt auctor Chronici *de Bermundesey*, Matth. Florilegus, Parisius, & alii Scriptores Anglici, Guillelmi 16. vel 17. At Codex ipse docet, descriptionem peractam an. 1086. vel certè confectam. In calce enim alterius voluminis, in quo seorsim censitæ sunt Essexia, Nortfolcia, & Suffolcia, hæc litteris majusculis descripta leguntur: *Anno millesimo octogesimo*

gesimo sexto ab Incarnatione Domini, vigesimo vero Regis Willelmi, facta est ista descriptio, non solum per hos tres Comitatus; sed etiam per alios. Unde patet, rectè Florentium Wigorn. in eum annum *Domesday* confectionem rejicere, quod Radulfus de Diceto & Walsinghamus in ann. 1087. quod conciliat Seldenus, dum ait, Florentium à Conceptione, alios à Nativitate annos Christi auspicari, elicitque inde, absolutam esse descriptionem in eo, quòd festa illa intercedunt intervallo.

Sic olim apud Romanos extitere ejusmodi totius Imperii provinciarum, & in iis contentorum prædiorum accuratissimæ descriptiones, quæ & limites & possessorum nomina continerent, ad quas, si aliqua emergeret de iis controversia, recurrebatur. Idque ab ipsorum Regum ævo: Florus lib. 1. de Servio Tullio: *Summaque solertia ita est ordinata Respublica, ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina in tabulas referrentur, ac si maxima civitas minimæ domus diligentia contineretur.* Asservabantur autem illæ in Sacrario Principis. Siculus Flaccus de Condit. agror. p. 19. *Quòd si quis contradicat, sanctuarium Cæsaris respici solet: omnium enim agrorum, & divisorum & assignatorum formas; sed & divisionem & Commentarios & Principatus in Sanctuario habet. Qualescumque enim formæ fuerint, si ambigatur de earum fide, ad sanctuarium Principis revertendum erit.* Horum etiam Commentariorum meminit Frontinus lib. 1. de Aquæduct. Id etiam deinde peractum Maximiano Galerio imperante queritur Lactantius lib. de Mortibus Persecutor. num. 23. *Agri glebatim metiebantur, vites & arbores numerabantur, animalia omnis generis scribebantur, hominum capita notabantur, &c.*

DOMESTICARE, Mansuefacere. Leges Bajwar. tit. 20. §. 6. *Aves, quæ de silvaticis per documenta humana domesticantur industria.* Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. ult. — *Avibus domesticis & domesticatis.* Vide *Mansuetarius.*

DOMESTICI, Quorum apud Romanos munus fuit Imperatorii corporis custodia. In Palatio enim militabant Domestici ad Imperatorum custodiam, ut *Protectores* in acie, ut est in leg. 6. & 9. Cod. Theod. de Domest. & Protect. Sed & *Protectores domestici* dicuntur Ammiano lib. 14. & 15. & in Collat. 1. Carthaginensi c. 1. ubi *Devotissimi* indigitantur. Socrates lib. 1. c. 13. Τῶν δορυφόρων τις, ὃς οἰκέμας καλεῖ ὁ βασιλεύς. Glossæ Basilic. & Suidas: δομεστικοὶ, οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς, οἱ κατὰ Ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται. Vide Palladii Hist. Laus. c. 103. Horum alii Equites, de quibus l. 4. Cod. Just. eod. tit. alii pedites. Senator lib. 1. Var. —*Domestici partis Equitum & peditum, qui nostræ aulæ videntur jugiter excubare.* Apud Ammianum Marcellinum lib. 25. dicitur Jovianus, cùm Imperator à militibus electus est, *fuisse Domesticorum ordinis primus*, quam dignitatem tribuit etiam Valeriano cuidam l. 27. Horum cohors dicta *Schola Domesticorum*, eidem Ammiano l. 26. τὸ οἰκείων σύνταγμα, Juliano Ep. 22. de Domesticis istis Palatii custodibus frequens est mentio apud Byzantinos Scriptores. Vide Procop. in Hist. Arcana p. 108. 1. Edit.

Domestici præsentales, in l. 6. Cod. de Advocat. diversor. judic. Vide *Præsens.*

Domesticus Præfecti Prætorio, Ducis, Comitis, &c. Habebant etiam suos Domesticos, Præfecti provinciarum, urbium, exercituum, &c. Ita apud Ammianum. lib. 15. occurrit *Proculus Sylvani Ducis Domesticus.* Lib. 28. *Romani Comitis Domesticus.* Lib. 30. *Cæsarius Maximini Præfecti Prætorio Domesticus.* Apud Theophanem p. 90. fit mentio Marciani δομεστίκου τοῦ πατρικίου Patricii. Apud eundem pag. 383. Joannes Sacellarius Eunuchus dicitur fuisse οἰκειακὸς Elpidii exercituum Ducis. Apud Isidorum Pelusiotam Epistola 300. lib. 1. inscripta est Σωζομένῳ Δομεστίκῳ τοῦ ἐπάρχου. *Domesticus Comitis Gothorum*, apud Senator. l. 5. Ep. 14. *Domestici, qui destinatis Comitibus obsequuntur*, apud eund. l. 9. Ep. 13. Horum non semel mentio in Cod. Theod. Ejusmodi autem Domesticorum dignitas ac gradus illustris videtur fuisse: siquidem apud Orosium lib. 7. Heraclianus Comes Africæ Sabinum Domesticum suum generum sibi elegisse legimus. Sed & omnium fere consiliorum participes erant. Procopius l. 1. Vandalic. c. 4. ὁ δὲ τῶν ἀπορρήτων Ἀετίῳ ἔφη κοινωνὸς εἶναι. Δομέστικον δὲ τοῦτον τῇ σφετέρᾳ γλώσσῃ καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Theophylactus Simocatta lib. 8. c. 13. Πραισεντῖνος ὁ τὰς τοῦ Πέτρου πεπιστευμένος φροντίδας, ὃν Δομέστικον εἰώθασιν οἱ Ῥωμαῖοι ἀποκαλεῖν. Vide l. 3. Cod. Th. ad Leg. Jul. repetund.

Domesticus, inquit Joannes Episcopus Citri in Resp. apud Latinos, idem sonat ac Præfectus, Capitaneus, Dux, ἐξάρχων, προηγούμενος, ἐπιστάτης. Quod inde videtur fluxisse, quòd Imperatores ac Principes ex suis *domesticis* deligerent, qui præcipua in Palatiis, in Castris, & in provinciis munia obirent: uti urbium & provinciarum &c. *Comites* dictos constat, quòd ex Comitatu Imperatorum ad ea obeunda munera deligerentur. Nam *Domestici* iidem, qui in aula Regum nostrorum sequioribus seculis *Familiares Regis* appellati sunt.

Magnus Domesticus, apud Byzantinos, copiis militaribus terrestribus præerat, ut maritimis *Magnus Dux*: Græcis Scriptoribus μέγας δομέστικος, passim: *Megadomesticus* Tyrio lib. 2. c. 5. lib. 15. c. 23. Luithprandus l. 3. Hist. c. 7. *Focam verò Domesticum Majorem, hoc est, terrestris Ducem exercitus fecit.* Procop. lib. 1. de Bello Vandal. c. 11. καὶ Σολομὼν, ὃς τὴν Βελισαρίου ἐπετρόπευε στρατηγίαν, Δομέστικον τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Extitit verò hæc dignitas sub Heraclio. Chron. Alexandr. pag. 892. συνόντος αὐτοῖς καὶ Ἀνιανοῦ Δομεστίκου τοῦ μεγίστου. Chronicon. MS. Andreæ Danduli an. 821. *Michaël domesticus sive Comes Palatinus sumpsit Imperium.* Vide Notas ad Alexiadem p. 226.

Domesticus excubitorum, δομέστικος τῶν ἐξκουβιτόρων, in Concilio VIII. act. 10. pag. 693. edit. 1618. apud Theophanem p. 383. idem qui *Comes Domesticorum.*

Domesticus Icanatorum apud Anastasium in versione Concilii VIII. τῶν ἱκανάτων, in Gr. & apud Nicetam Paphlag. in Vita Ignatii Patr. CP. pag. 693 edit. 1618. qui videtur innuere, id dignitatis institutum à Nicephoro Generali Imp. à quo ea donatus ex filia nepos Nicetas Michaëlis Rhangabes filius, postmodum Patriarcha CP. δι᾽ ὃν ἐκεῖνο τὸ πρᾶγμα πρῶτον καθεστήκει ajunt. Sunt autem *Icanati*, cohortes militares, ut observatum à viris doctis, & ex Porphyrogenito satis colligitur lib. de Adm. Imp. c. 50. p. 183. ubi pro ἱκανάτον rescribendum ἱκανάτων. At cur idem Anastasius act. 1. ejusdem Concilii, ad vocem *Domestico Icanatorum*, vice notæ ad marginem reposuerit, *parentum*; non planè percipio.

Domesticus mensæ, qui *Præfectus Regiæ mensæ* dicitur Monacho Sangallensi in Carolo M. Sexta Synodus act. 1. meminit Leontii δομεστίκου τῆς βασιλικῆς τραπέζης. Apud Pachymerem lib. 4. cap. 31. pag. 219. Cantacuzenum lib. 1. c. 51. pag. 157. Codinum de Offic. cap. 2. §. 20. cap. 7. §. 21. Δομέστικος τῆς τραπέζης. Huic suberat ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, de quo Anna Comnena, Codinus, & alii ad Alexiadem à nobis laudati p. 390.

Domesticus murorum, δομέστικος τῶν τειχέων, cui Castrorum reficiendorum cura incumbebat, apud Codinum de Off. c. 2. n. 59. cap. 5. n. 79.

Domesticus Numerorum, qui Cohortibus Prætorianis præerat, apud Nicetam in Vita Ignatii Patr. CP. pag. 692. edit. 1618. idem, qui *Domesticus Scholarum*, ut colligitur ex Constantino de Adm. Imp. cap. 51. p. 192.

Dome-

Domesticus Optimatum, qui copiis militaribus Thematis, quod Ὀπτιμάτων vocabant, præerat, de qua dignitate, ut de Themate sic dicto, pluribus agit Constantinus lib. 1. de Themat. c. 5. ex quo docemur *Optimates* institutos potissimùm, ut essent qui comitarentur. Imperatorem, cùm in expeditionem proficiscebatur. Censebantur autem illi inter viles & abjectos, perinde ac *Cortelini*, quòd εἰς δουλείαν τῶν στρατιωτῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ Βασιλέως essent instituti. Unde eorum Præfectus, non Dux, vel στρατηγὸς, sed δομέστικος, appellabatur. Atque indè discimus de hoc Domestico agere Glossas Basilic. Δομέστικος τοῦ Θέματος, ὃς μετὰ Κόμητος κόρτης εἰς τὴν προέλευσιν τοῦ στρατηγοῦ τέτακται. Qui verò fuerint *Optimates*, vide in hac voce.

Domesticus Scholarum, δομέστικος τῶν σχολῶν, qui Scholis Domesticorum, vel certè militaribus copiis, quæ ad Imperatoris custodiam excubabant, præerat. Perperam Luithprando lib. 6. c. 5. dicitur *O domesticos tos ascalonas*, pro domesticus seu δομέστικος τῶν σχολῶν, uti apud Constantinum de Adm. Imp. c. 51. Zonaram pag. 128. 135. 148. 150. &c. Manasses: Οὗτος τὸν Βάρδαν τὸν Φωκᾶν στρατάρχην καθιστάνει, ὃν τῶν σχολῶν Δομέστικον εἴποιεν ἂν Ῥωμαῖοι. Δομέστικος τῶν σχολῶν τῆς ἀνατολῆς, apud eundem Zonaram p. 155. 159. Vide Codinum de Offic. cap. 2. num. 31. cap. 4. n. 34. cap. 5. n. 42.

Domestici stratorum, apud Anastasium in Hist. Eccl. p. 127. Vide *Strator*.

Domesticus Thematum. Δομέστικοι τῶν θεμάτων, duo erant, alter τῶν ἀνατολικῶν, Orientalium: alter τῶν δυτικῶν seu Occidentalium, de quorum officio Codinus c. 5. n. 92.

Domesticorum in Galliæ Regum Palatiis crebra est apud Scriptores mentio. Apud Fortunatum in Vita S. Germani Episcopi Parisiensis c. 61. *Attila vir illustris ac regalis aulæ Domesticus*, ut in Vita S. Arnulfi Episcopi Metensis cap. 4. idem Arnulfus, *Regis Domesticus & Consiliarius*, antequam Episcopalem consequeretur dignitatem, dicuntur. Gregorius Turon. lib. 6. Hist. cap. 11. *Gundulfum ex Domestico Ducem factum de genere Senatorio Massiliam dirigit*. Idem lib. 9. c. 36. *Cui Comitibus, Domesticis, Majoribus atque nutritiis, & omnibus, qui ad exercendum servitium Regale erant necessarii, delegatis, &c.* Lib. 10. cap. 15. *Adfuit diebus istis Flavianus, nuper Domesticus*. Idem de Miraculis S. Martini lib. 1. cap. 25. *Charigisilus Referendarius Regis Chlotarii, ---qui postea antedicti Regis Domesticus fuit, &c.* Notgerus in Vita S. Remacli cap. 11. de Dagoberto I. *Deinde convocavit Rex fideles suos, --- Episcopos, Optimates quoque suos, Grimoaldum Majorem domus, Folcoaldum & Bobonem, itemque Domesticos suos Chlodulfum & Ansigisum, &c.* Fredegarius in Chronico cap. 4. & ex eo Aimoinus lib. 3. cap. 75. *Domnolus Domesticus, & Wandalmarus Camerarius. &c.* Cap. 76. *Otto quidam filius Beronis Domestici, qui Bajolus Sigeberti ab adolescentia fuerat*. Cap. 9. *Ermenricus Domesticus*. S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 1. cap. 14. *Ac vellet Domesticus simul & Monetarius adhuc aurum ipsum fornacis coctione purgare, &c.* Adde Vitam S. Sulpitii Pii Episcopi Bituricensis posteriorem n. 3.

Domesticorum ejusmodi, quod fuerit munus & officium in Palatio Francico, ambigunt doctiores: quanquam vox ipsa curam circa *domum* seu aulam Regiam videatur satis indicare: quod & exertè testatur Fortunatus lib. 7. Carm. 16. ubi de Condone Domestico:

Teudebertus enim Comitivæ præmia cessit,
Auxit & obsequiis cingula digna tuis.
Vidit ut egregios animos meliora mereri,
Mox voluit meritos amplificare gradus.
Instituit cupiens, ut deinde Domesticus esses,
Crevisti subitò, crevit & aula simul.
Florebant pariter veneranda Palatia tecum,
Plaudebat vigili Dispositore domus.

Ex quibus patet, *Domestici* dignitatem non modò illustrem fuisse, cùm Comitis dignitate longè præcelleret; sed etiam idem muneris obiisse, quod apud Orientales *Cura Palatii*, atque adeò aulæ Regiæ curam habuisse: quod & adstruit auctor Vitæ S. Arnulfi, Episcopi Metensis: *Si deinceps Episcopales gestavit infulas, ut etiam Domesticatus solicitudinem atque Primatum Palatii ac si nolens teneret.* Quibus consôna habet auctor Vitæ S. Licinii Episcopi: *Inde factum est, ut etiam Domesticam solitudinem atque Primatum Palatii --- teneret.* Nec scio, an Servilio, cujus Epitaphium exaravit Fortunatus lib. 4. Poëm. 13. hanc dignitatem obierit:

Ipse Palatinam rexit moderatiùs aulam,
Commissaque domus crescere fecit opes.

Neque tamen *Domestici* dignitatem eandem fuisse cum dignitate *Majoris domus* rectè contendit Brouverus, quod ex præallatis satis colligere licet. Ægidius Parisiensis in Carolino Senescallum, *Domesticum aulæ* vocat, ubi de Ansello, Meldensi Episcopo:

Assecla regalis, Magnusque Domesticus aulæ.

Unde *Domesticorum* ejusmodi munus fuisse videtur circa familiam Regiam, ut est eorum, quos *Magnos Hospitii Magistros* vocamus; qui ut cæteris *Hospitii Magistris* inferioribus præsunt, ita olim majores Domestici, cæteris id nominis ac tituli in aula Regia obtinentibus Proceribus, præerant. Plures enim hac simul functos dignitate in Palatio satis præallata declarant, qui supremo ac Magno Domestico suberant.

Ex *Domesticorum* porro inferiorum Palatinorum caterva seligi solebant, qui cætera in provinciis Palatia Regia, villas Regias, & fiscos publicos, eorumque reditus curarent: vel certè id nominis ejusmodi villicis attributum, quòd quemadmodum Majores Domestici Palatium, seu Regis aulam, curabant, ita iis cætera Palatia regenda committerentur. Rem firmat Marculfus lib. 2. Form. 52. cujus initium hisce verbis concipitur: *Ego in Dei nomine ille Domesticus ac si indignus gloriosissimi Domini illius Regis super villas ipsius illas, illi ex familia dominica de villa illa. Dum generaliter ad omnes Domesticos Regis ordinatio processit, &c.* Ejusmodi porrò Domesticis, seu villicis, præerat *Domesticus* alter major. Chronicon Fontanellense cap. 1. *Edita est hac confirmatio --- & directa Teutgislo Domestico, & Custodi saltuum villarumque Regalium.* In Vita Ludovici Pii an. 795. Richardus Comes, *Villarum Regiarum provisor* dicitur.

Domesticorum munus non tantùm circa villas Regias fuit; sed & interdum circa ipsas provincias, quas rexere. Auctor Vitæ S. Arnulfi Episc. Metensis c. 4. *Ita ut sex provinciæ, quas & tunc & nunc totidem agunt Domestici, sub illius administratione solius regerentur.* Quæ quidem verba omnino firmant, quæ diximus, inferiores Domesticos, & villarum Regiarum villicos, Majori subfuisse Domestico. Sed &, si quid provincialibus injungendum haberent Principes, id non Episcopis duntaxat, Ducibus ac Comitibus; sed etiam Domesticis exequendum committebant. Hinc formula ista familiaris, in Histor. Franc. tom. 3. pag. 652. & alibi passim: *N. Rex omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Domesticis, vel omnibus Missis nostris discurrentibus, &c.* Vide Capitulare 5. an. 806. c. 19.

Judiciis præterea, tum Palatinis, tum provincialibus interfuisse testantur Marculfus lib. 1. Charta Chlodovei III. Regis, edita à viro doctissimo Joanne Mabillonio to. 4. Vit. SS. Ordin. S. Benedicti pag. 619. & Gregorius Turon. lib. 9. cap. 28. Lex Ripuariorum tit. 88. *Jubemus, ut Optimates, Majores domus, Domestici, Comites, Grafiones, Cancellarii, vel quibuslibet gradi-*

gradibus sublimati, in provincia Ripuaria in judicio residentes, munera ad judicium pervertendum non recipiant. Ubi diversos fuisse à *Majoribus domus* evidenter patet, eorumque dignitatem perillustrem: siquidem Comitibus præponuntur, ut & in Præfatione ad Legem Burgund. ipsis *Majoribus domus.*

Domesticus, Dignitas Ecclesiastica, qui in Ecclesia post *Protopsalten*, cantui præerat, & cantus Ecclesiasticos incipiebat. Bini erant, unus in dextro Choro, alter in sinistro, dicunturque Joanni Episcopo Citri ἐπιστάται τῶν μελῳδιῶν & ἀρχῳδοί. Ejusmodi Domesticorum meminerunt Constantinus de Adm.Imp. cap. 50. p. 189. Scylitzes p. 639. Joannes Cantacuzen. lib. 1. Histor. cap. 41. pag. 123. Codinus de Offic. c. 6. num. 3. Euchologium Gr. p. 272. 278. Balsamon in Quæsit. &c.

Domesticus Ostiorum, ὁ Δομέστικος τῶν θυρῶν, Dignitas Ecclesiastica in Ecclesia CP. apud Codinum de Offic. c. 1. n. 43. præcipuus *ex Ostiariis.*

Domesticus Subdiaconorum, in VIII. Synodo act. 2. p. 619. edit. 1618.

Domestici fidei, Fideles, qui ex *domo fidei* sunt, id est, Ecclesia: οἰκεῖοι τῆς πίστεως apud S. Antiochum Hom. 99. *Fidei Christianæ domestici*, in Epist. Hadriani PP. apud Baron. ann. 869. n. 100. Pontius Diacon. in Vita S. Cypriani: *Quid bonum est omnes, non ad solos domesticos fidei.* Regula S. Benedicti cap. 53. *Omnibus* (hospitibus) *congruus honor exhibeatur: maximè tamen domesticis fidei & peregrinis.* Occurrit præterea apud S. Augustinum in Psalm. 126. Arnobium in Psalmos, Paulinum Epist. 28. Sidonium lib. 6. Epist. 10. lib. 9. Epist. 8. Marculfum lib. 1. Form. 2. in Formulis Regalibus cap. 16. Guillelm. Abbatem S. Theoderici in Vita S. Bernardi lib. 2. cap. 8. §. 52. Antenorem Episcop. in Vita S. Silvini Episc. n. 1. in Vita S. Agricii Episc. Trevir. cap. 1. in Vita S. Præjecti posteriori n. 5. in Concilio Toletano XVII. c. 8. in Regula Magistri c. 91. tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 452. & alibi passim. Vide *Domus fidei.*

Domestici Dei, eadem ferme notione, apud Euseb. Emisenum Homil. de S. Blandina.

Domesticatus, dignitas Domestici, in Novell. Theod. de Scholaribus, & apud Gregor. Turon. l. 2. Hist. cap. 8. δομεστικάτον Annæ Comnenæ p. 157. 168. & 304. & apud Balsamon. ad Canones Apostol.

DOMICELLUS, *Domnicellus*, diminutivum à *Domnus*. Gloss. antiquæ MSS. *Herilis, Domini minores, quod possumus aliter dicere Domnicelli.* Ugutio: *Domicelli & Domicellæ dicuntur, quando pulchri juvenes magnatum sunt sicut servientes.* Sic porrò primitùs appellabant magnatum, atque adeò Regum filios. Marculf. l. 2. Form. 52. *Dum generaliter ad omnes Domesticos Regis ordinatio processit, pro nativitate Domnicelli nostri illius, ut à Domino melius conservetur, &c.* Leges Edwardi Confess. cap. 35. *Rex vero Edwardus Edgarum filium eorum secum retinuit, & pro filio nutrivit, & quia cogitavit ipsum hæredem facere, nominavit Ethelinge, quod nos Domicellum, i. Damisell: sed nos indiscretè de pluribus dicimus, quia Baronum filios vocamus Domicellos, Angli verò nullos nisi natos Regum.* Sic Ludovicum VI. postmodum Regem, *Domicellum* vocat Hist. Francor. MS. quæ definit in Carolum V. in Bibl. Memmiana, ann. 1095. *Si asembla une fois le Roy son Conseil pour savoir qu'il avoit à faire, auquel Conseil le Damoisel Lonys le Gros --- parla.* Vetus Poema de Garino Lothareno.

Coroner firent le Damoisel Pepin.

Froissartes 1. vol. cap. 325. Edwardum, postmodum Angliæ Regem, Principis Walliæ filium: *Le jeune Damoisel Richart* vocat. Apud Danos & Suecos Regum filios non semel *Domicellos* nuncupatos observo in Chartis variis apud Isaacum Pontanum lib. 7. & 8. Histor. Dan. pag. 432. 471. & 503. & apud Ericum Upsaliensem lib. 3. Hist. Suecicæ. Liberos Mauricii Imp. *Parvulos dominos* vocat Gregorius M. lib. 6. Epist. 23. Apud Byzantinos Augustos, sequioris præsertim ævi, eorum filii Despotica donabantur appellatione, id est, *Domini* dicebantur, indulto scilicet Principis: alioquin non δεσπόται, sed δεσπόσυνοι, id est, *domicelli* appellabantur, quod de Constantino Andronici Senioris filio ait Pachymeres lib. 8. cap. 26. extremo. Is enim cùm pater Despotæ dignitatem illi denegasset, τῶν Ῥωμαίων Δεσπόσυνος vocabatur, i. *Domicellus Romanorum.*

Universim verò ita indigitantur Magnatum & Baronum filii, quod observatum ex Legibus Edward. Confessor. Rodericus Tolet. lib. 3. de Reb. Hisp. c. 19. *Mos erat tunc temporis apud Gothos, ut Domicelli & Domicellæ, Magnatum filii, in Regali Curia nutrirentur.* Et lib. 5. cap. 2. *Nunius vero pater ejus ferè ab omnibus Castellæ Militibus Domicellos filios petiit nutriendos. Domicellus Hollandiæ*, ap. Jo. de Beka, *Domicellus Erardus de Marka*, apud Levoldum Northovium in Chronico Markano.

Præsertim verò hocce titulo donati Militum filii, nondum Militari, seu equestri cingulo accincti, uti rectè annotat Chiffletius in Vesontione parte 1. cap. 26. Nam cum solis Militibus honorifica *Domini* appellatio competeret, cæteri cujuslibet conditionis proprio nomine & cognomine compellarentur: invaluit postmodum, ut Baronum præsertim, & Magnatum filii, non *Domini*; sed *Domicelli* audirent, ut qui cæteris Scutiferis & natalium splendore, & parentum dignitate præstarent. Andreas *Bosch dels Titols de honor de Cathalanya.* Lib. 3. c. 3. §. 16. *Los Donzells son aquells que no son armats Cavallers sino son fills, y descendents dels Cavallers armats: demanera que lo quis arma, y obte le privilegi es propriament Cavalier, sos descendents Donzells.* Charta ann. 1233 apud Perardum in Burgundicis pag. 425. *De laude & assensu— filiorum meorum, videlicet Hugonis, jam Militis, Elizabeth uxoris ejusdem, Alani & Galtheri filiorum meorum adhuc domicellorum, &c.* Charta Ludovici de Belloloco Militis D. Montis ferrandi in Arvernia: *Cùm — tempore, quo eramus domicellus, & ante tempus Militiæ nostræ donaverimus & concesserimus, &c.* Tabular. Albæ ripæ in Diœcesi Lingon. an. 1233. *Nobilem mulierem Andru de Rupescissa, & Renaudum domicellum ejus, qui jam erat extra avoeniam ejus, &c.* Mox, idem Renaudus *filius Andru* dicitur. Apud Joannem Bekam in Willelmo Episcopo Traject. Theodoricus Comes Hollandiæ, nondum sui juris factus, *domicellus* appellatur. Gervasius Tilleberiensis MS. de Otiis Imper. decis. 3. cap. 61. de quodam Milite: *Unum de nobilibus armigeris eligit, quo comite locum adiit, ad ostensum locum loricatus appropinquans, sonipedem ascendit, dimissoque domicello, campum solus ingreditur.* Observat Marca in Hist. Bencharn. lib. 6. c. 24. Nobiles istius tractus vulgò distribui in tres ordines, Baronum, Militum, & Domicellorum, quos *Domengers* vocant, ut Milites, *Cavers.* Proinde ut plurimùm *Domicelli* iidem sunt, qui in cæteris provinciis *Scutiferi* nuncupantur. Atque hac notione *Damoiseis*, & *Danzeis* vocabula apud vernaculos Scriptores accipienda constat. *Le Roman de Garin:*

La veissies tant Damoisel venir,
Qui portent lances por lor Signor servir.

Idem Poëta:

Si vos sivront & Danzel & meschin.

Alibi:

Et li Danzel que Bues ot norris,
Qui attendoient Chevalier les feist.

Rursum:

Borgois & Dames, Chevalier & Danzel.

Idem:

Idem:

La veissiez maint Damoisel gentil
Qui le vin portent en argent en or fin.

Le Roman de Florimon MS.

Li Dus fait aporter s'espée,
Si la li tut au col fermée,
L'espée çaindre ne volou,
Parce que damoisiaus estou.

Alibi:

Li Rois aura moult son servise
Armes li donna à sa guise,
Tous les damoisiaus adouba
Que Florimons y amena.

Rursum:

Li dui enfant erent moult bel
De lor aage Damoisel,
Li Rois les vit fors & legers,
Ambedeus les fit Chevaliers.

Vide Sanutum in Hist. Hierosol. p. 21. & Hist. Castilioneam Duchesnii l. 6. cap. 1. Probation. Hist. Bressensis pag. 203. &c.

At postremis seculis *Domicellorum* in Regum Principum filiis exolevit appellatio, obtinuitque ut *Domini* dicerentur, præfixo tamen nomine appellativo. Sed præstat, quod in hanc rem habet Fecialis, qui sub Henrico VI. Rege Angliæ vixit, in tractatu MS. de Officio Heraldorum, hoc loco adscribere: *Escuiers se doivent saluer en quatre manieres, les plus hauts se doivent saluer Tres-nobles & tres-honnorez Escuiers, & les autres ensuivans, Tres-honnorezs Escuiers, & les tiers-Honnorez Escuiers, & les quarts, Gentils Escuiers, Dieu vous doint acroissement d'honneur, & doit cognoistre un Herault ou Poursuivant, que tous fils de Rois sont Princes, & se doivent saluer comme Princes, non obstant qu'ils ne soient qu'Escuiers. Et si ce sont Ducs, ou enfans de Ducs, le Duc & son aisné fils semblablement, & si le fils avoit Seigneurie de Duché ou de Comté, il se salueroit comme Duc, ou comme Comte: Et si c'estoient ses autres enfans, selon les Seigneuries, en quoy ils seroient pourveus: & s'ils estoient sans Seigneurie, ils se devroient comme Comtes: Car quand l'on voit le fils d'un Duc, l'on ne dit point, voila un bel Escuier; mais l'on dit, voila un beau Seigneur. Et enfans & Comtes se doivent saluer selon les Seigneuries, en quoy ils sont pourveus, & s'ils sont sans Seigneurie, &. ils sont de sang Royal, il se doivent nommer, Monsieur, aprez leur propre nom, comme qui voudroit dire, Jean Monsieur, ou Ricart Monsieur.*

Domicelli, apud Willelmum Thorn. videntur dici nobiliores famuli: *Domicellus Abbatis.* p. 1784. *Domicelli & servientes Monasterii*, p. 1980. quomodo *valetos* appellatos infrà ostendemus. Ugutio & Joan. de Janua: *Domicellus & Domicella quandoque dicuntur pulchri juvenes Magnatum, sive sint servientes, sive non.* Vide Hist. Cortusior. l. 7. c. 7. lib. 9. c. 10. & Statuta urbis Mediolan. part. 2. cap. 108. 494. & seqq.

Dominellus, idem quod *Domicellus*, Joanni de Janua.

DOMICELLÆ, universim dictæ filiæ Principum, Magnatum, Baronum, & Militum, innuptæ. Quemadmodum enim istorum filii, qui nondum ad Militarem ordinem provecti fuerant, *Domicelli* tantùm, ita & eorum filiæ, *Domicellæ* indigitabantur, cùm Baronum & Militum uxores *Dominæ*, uti conjuges *Domini*, vocarentur. Apud Bromptonum ann. 1000. Ducis Normanniæ filia, quam postmodum in uxorem duxit Ethelredus Rex Angl. *Domicella* dicitur. Sic apud Sanutum lib. 3. part. 12. cap. 13. Maria, quæ jus suum in Regnum Hierosolymitanum Carolo I. Siciliæ Regi transscripsit, filia Boëmundi IV. Principis Antiochiæ, eadem donatur appellatione. Rogerius de Destructione Hungariæ cap. 34. *Dominæ vero, Domicellæ, & puellæ nobiles se in Ecclesiam recipere voluerunt.*

At in Francia nostra usus invaluit, ut Regum filiæ *Dominæ*, cæterorum verò, Regii quantumvis stemmatis Principum, *Domicellæ* compellentur. Tillius: *Le surnom de France appartient aux filles des Rois de France, soient nées avant, ou durant le regne. Vray est, que si elles sont nées auparavant, ne le prennent qu'apres l'avenement à la Couronne, & si elles sont filles de fils aisné du Roy, sont appellées Mesdames dés leur naissance, pour l'asseurance de la Couronne à leur pere sans sa mort. Les autres ne sont appellées que Mesdamoiselles & aprés l'advenement Mesdames, avec le surnom de France.* Deinde addit contra receptum hunc in Gallia morem, Franciscum II. Britanniæ Armoricæ Ducem, Annam & Isabellam filias, *Dominas* appellasse, in eo, quod cum Carolo VIII. Rege sancivit fœdere ultimo Augusti ann. 1488. Vidi Chartam originalem Joannis *Lenge*, ubi inscribitur *Chevalier le Roy Maistre d'hostel nos Dames filles le Roy* an. 1326.

Domicellæ, & *Dominæ*, Canonicæ sæculares: de quibus ita Jacob. de Vitriaco in Hist. Occid. c. 31. *In quibusdam Teutonicorum & Alemannorum provinciis quædam sunt mulieres, quas Canonicas sæculares seu Domicellas appellant. Non enim Moniales nominari volunt, sicut Canonici sæculares Monachi dicuntur. Hæ si quidem adeo personas accipiunt, quod non nisi filios Militum & Nobilium in suo Collegio volunt recipere, &c.* ubi plura de earum vestimentis, convictu, cantu in Ecclesia, &c.

Dominæ etiam appellantur in Regula Clarissarum, Sanctimoniales omnes. Fori Bigorrenses artic. 9. *Omni tempore pax teneatur, Clericis, Ordinatis, Monachis, & Dominabus, & eorum Comitibus: ita quòd si quis ad dominam confugerit, restituto damno, quod fecerit persona, salvetur.* Liber Evangeliorum Monasterii Ord. S. Benedicti S. Petri *de las Puellas*, in Hispania, in quo depictæ sunt Abbatissa & Moniales, cum hisce characteribus:

Hæc sunt dominarum tot nomina scripta bonarum,
Quas docuit mores Adalera.

Rodericus Toletan. lib. 6. Hist. Hisp. cap. 4. *Sepultus est in Sexena, quam mater sua Regina Sancia construxerat hospitali, & instituerat ibi Collegium Dominarum.* Necrologium Monasterii S. Petri Remensis 14. Mart. *Donna Gela Abbatissa B. Petri Remens. B. memoriæ mater piissima, quæ reditus Ecclesiæ in vestibus Dominarum assignavit, instituit, confirmavit.* Charta an. 1233. apud Ughellum tom. 1. pag. 330. *Monasterio S. Stephani, in quo S. Spiritus gratia inflammatus, ordinem Dominarum inclusarum instituere statuit.* Sed & apud Græcos κυρίαι appellatæ sanctimoniales, etiam ab sororibus: *κυρίαι ἀδελφαί*, in vita Eupraxiæ virg. n. 25. 28. & alibi.

Vetantur tamen id nominis usurpare Moniales Ordinis S. Benedicti, in Statutis Joannis Archiepiscopi Cantuariensis ann. 1279. *Sciatis, vos Monachas vel Moniales dicendas esse, non Dominas: sicut nec Monachi possunt sine ridiculo Domini appellari.* Vide *Domnus.*

DOMICIALIS. Vide *Doma.*

DOMICUS, οἰκεῖος, in Gloss. Lat. Gr.

DOMIGENA, Vernaculus, indigena. Gloss. Gr. Lat. οἰκογενής, *Vernus, vernaculus, domi natus.* Ita etiam Iso Magister in Glossis. Dudo lib. 3. de Act. Norm. p. 98. *Morabatur autem Rex in domo Willelmi Ducis, ut domigena & vernula.* Utitur & p. 105. 141.

DOMIGERIUM, ex Gallico & Anglico *danger*, periculum. Vox autem efficta à *Damnum.* Dictum enim putant quidam *danger*, quasi *damnum gerens.* Malim à Gallico *Domager*, i. e. *Damnosus*, effictum. *Le Roman de Garin MS.*

As Gens Fromont cuerent pour domagier.
Thomas Walsinghamus an. 1392. *Credebant autem Londonienses, quod per hæc dona domigerium evasissent, & in posterum quieti essent: sed fefellit eos eorum opinio, &c.* Henr. de Knyghton an. 1352. *Sed per Justitiarios & alios ministros emolumentum semper Regi accrevit, & domigerium ad populum.* Idem: *Romani videntes, quòd — Papa — recesserat, & sic in domigerio positus esset, &c.* Utitur rursum eadem notione.

Sub domigerio alicujus aut manu esse, apud Bractonum lib. 4. Tract. 1. c. 19. §. 2. est alicui subesse, esse sub illius potestate: est enim *Danger*, nostris, potestas. Qua quidem notione vocem *danger*, quæ *Domigerium* effert, usurpant Poëtæ nostrates. *Le Roman d' Aubery MS.*

Laissiés Flamains demener lor boffois,
Que il ne prisent vostre dongier un pois.

Alibi:

De ses Chastiaus li bailla le dongier.

Vide *Dangerium.*

DOMINA, nudè, Deipara; hinc *Missa de Domina*, non semel in Chronico Archiepisc. Upsaliens. p. 219. 225. & in Monastico Anglicano tom. 3. p. 151. & apud Franciscum Dominic. Pragens. &c. *Maria, — sermone Syro Domina nuncupatur. Maria, Syriacè Domina. Dominam*, Deiparam nudè appellari ægrè ferunt hæretici, atque in primis Calvinus Epist. 128. Vide Lambecium lib. 8. Biblioth. Cæsar. pag. 132. & supra in V. *Domicella.* Vide S. Hieronym. de Locis Hebraic. in Evangelio Matthæi.

DOMINA, Machinæ bellicæ species. Richardus de S. Germano in Chron. an. 1239. *Ingeniaque, Biddæ, Dominæ, & Mangonelli fiunt, Imperatore mandante.*

DOMINÆDIUS, *Domnadius*, promiscuè, οἰκοδεσπότης, apud Palladium in Vita Chrysostomi pag. 202. & alios: Dominus ædis. Gloss. Lat. Gr. *Domnedius & Cœnacularius*, σταθμοῦχος. *Domnidius*, habent Notæ Tyronis. Sic autem ferè semper S. Felicem vocat Paulinus Nolanus Episcopus, quasi dominum ædis, cui ipse præsidebat. Epist. 1. *Venientem in gremio jam communis patroni Dominædii mei Felicis excipiam.* Ita Epist. 9. 10. 12. & 28. & Natali 7. Sic etiam non semel Sugerius lib. de Consecrat. Eccles. S. Dionysii sanctos Martyres *Dominos suos* vocat. Porrò vocem *Domnædius*, apud auctorem Rhetoricæ ad Herennium restituit Salmas. lib. de Jure Attico p. 73.

DOMINALIS, *Invincibilis*, in Gloss. Arabico-Lat.

Dominaliter, tanquam Dominus: Galli dicerent, *en Seigneur, en Maistre.* Charta Cresimiri Regis Damat. an. 1059. ap. Jo. Lucium l. 2. Hist. Dalmat. c. 15. *Illud — autorizo, dominaliter corroboro, potentialiter confirmo.*

DOMINATIO, Proprietas. Gl. Lat. Gr. *Dominatio*, τυραννὶς, δεσποσύνη. Tabular. Bellilocense in Lemovicib. n. 147. *Ut post hodiernum diem faciant exinde tam ipsi, quàm successores eorum, jure Ecclesiastico, in omnibus, quidquid elegerint, ea quidem ratione, ut si ullus Rector aut Abbas in beneficio, seu in dominatione, in aliorum usibus, nisi in stipendiis Monachorum transferre voluerit, &c.*

Dominatio, Tributum, quod Domino præstatur. Concilium Rom. sub. Eugenio II. PP. *Si Episcopus à subjectis, Sacerdotibus & Clericis dominationes exigat.* Charta Hugonis Regis Ital. apud Ughellum tom. 2. p. 193. *Aut alias quaslibet annuales dominationes exigere, aut consuetudinario more aliquid tollere, &c.* Alia an. 1231. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. fol. 68. *Expletiva & adempriva, oblias, dominationes introitus & exitus, &c.* Consuetudin. Tolosæ part. 4. tit. de Feudis art. 10. *Debet solvere pro dicto feudo oblias, census & alias dominationes in Chartis feudi contentas.* Adde art. 15.

Dominationes, Angeli ex secundo sacræ Angelicæ Hierarchiæ gradu: sic appellati ex eo, quòd liberalissima fidelissimaque servitute ita gaudent & gloriantur Creatoris super se dominatione, ut alteri nulli, præterquam ipsi subjiciantur. Ex quo fit, ut ad Deum, quantùm possunt, se adjungant, & ab omni rerum creatarum oppressione violenta remotæ sint, &, ut ait D. Gregor. Homil. 34. in Evang. *Quod mira potentia præminent, pro eo, quòd eis cætera ad obediendum subjecta sunt.* Adde D. Bernard. lib. 5. de Consid. cap. 4. Guill. Paris. 2. P. de Un. p. 2. c. 127. Isidor. lib. 7. c. 5. Sophron. in Encom. Angel. &c.

Dominatio, Titulus honorarius Regum, in Epistolis Francicis tom. 1. Hist. Franc. 29. 52. 55. 64. 73. 74. In Capit. Caroli Calvi p. 53. &c. Will. Brito l. 6. Philipp. v. 156.

Vestra quidem plenè Dominatio novit, ut à quo
Tam laudabiliter regitur tam nobile regnum.

Ita Græci recentiores vocem κυριότης usurpant. Gregor. Decapolita de Mirac. S. Georgii Mart. n. 46. ἐπεὶ δὲ ἡ σὴ κυριότης τοῦτο μυστήριον ἔβλεψε, &c. Formula loquendi Italis familiaris, *vostra signoria.*

DOMINELLUS, *Domicellus*; & *Domicella & Dominella, à Dominus.* Ugutio.

DOMINICARIUS. Vide *Dominicus.*

DOMINICA, seu *dies Dominicus*, qui Christo potissimùm dicatus est apud Christianos, Græcis κυριακὴ, quæ & ἀναστάσιμος, βασιλὶς καὶ ὕπατος τῶν ἡμερῶν, dicitur S. Ignatio in Epist. ad Magnesianos n. 9. Nomocanon nuper editus à V. Cl. Joan. Bapt. Cotelerio c. 416. πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, οὐκ ἐλέγετο κυριακὴ, ἀλλὰ πρώτη ἡμέρα. μετὰ δὲ τὴν ἀναστάσεως, κυριακὴ, κυρία πασῶν τῶν ἡμερῶν καὶ ἑορτῶν ἐκλήθη. Edictum Theophili Alexandrini Patriarchæ: *Et mos & honestas a nobis exigit, ut omnem diem Dominicum honoremus, eumque celebremus, quoniam Christus Dominus noster præclarum in ea suæ resurrectionis munus obiit.* Sedulius lib. 5. Paschalis operis cap. 20. *Interea cœperat illud triste post sabbatum dies irradiare felix, qui domino Dominanti gratissimus nomen ab ejus Majestate sortitur, dictus hoc honore Dominicus: quippe qui tantum consecutus est dignitatis, ut primus meruerit intueri mundi nascentis originem, & resurgentis Christi virtutem, &c.* S. August. Epist. 119. c. 13. *Dies Dominicus non Judæis, sed Christianis resurrectione Domini declaratus est, & ex illo habere cœpit festivitatem suam.* Et Serm. 251. de Tempore; *Ideo sancti doctores Ecclesiæ decreverunt omnem gloriam Judaici sabbatismi in illam (diem Dominicam) transferre, ut quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate: qui tunc erit requies nostra vera, quando resurrectio fuerit perpetrata, & remuneratio in anima & corpore simul perfecta.* S. Maximus Taurinens. Homil. 3. in Pentecost. *Dominica nobis ideo venerabilis est atque solennis, quia in ea Salvator, velut Sol oriens, discussis infernorum tenebris, luce resurrectionis emicuit, ac propterea ipsa dies ab hominibus sæculi Dies Solis vocatur, quòd ortus eam Sol justitiæ Christus illuminet.* Ordo Romanus, & Isidor. l. 2. de Eccl. Offic. c. 24. *Dominicum diem Apostoli ideo religiosa solennitate sanxerunt, quia in eodem Dominus & Redemptor noster à mortuis resurrexit: quique ideo Dominicus appellatur, ut in eo terrenis operibus, vel mundi illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus serviamus, dantes scilicet huic diei honorem & reverentiam propter spem resurrectionis nostræ, quam habemus in illo, &c.* Gregor. Turonens. l. 1. Hist. 22. *Hic est dies resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, quem nos propriè Dominicum pro sancta ejus resurrectione vocamus. Dominicorum dies* in Epist. Encyclica Vigilii PP. Vide S. Hilarium in Prologo ad Ps. p. 187. S. Hieronym. in Psalm. 117. Brissonium ad L. Dominic. Henric. Valesium in de Laudibus Constant. cap. 9. & cæteros passim.

Dominicæ observatio jam olim à nona, seu vespere præ-

præcedentis diei incipiebat. Concil. Francof. an. 794. c. 21. *Ut dies Dominica à vespere usque in vesperam servetur.* Ita in Concilio Berghamstedensi ann. 697. & Forojuliensi ann. 791. c. 13. Capitulari Aquisgran. an. 789. c. 15. lib. 1. Capit. c. 15. &c. *Ratio est*, inquit Richardus Episc. Cremonensis in Mitrali, & ex eo Durandus l. 5. Ration. c. 9. n. 9. *quia vespertina synaxis, seu hora, primum est officium diei sequentis.* Simon Islepe Episcop. Cantuariens. in Provinciali Ecclesiæ Cantuar. apud Lindwodum l. 2. tit. 3. *In primis sacrum diem Dominicum ab hora diei sabbati vespertina inchoandum, non ante horam ipsam prævenien-do, ne Judaicæ professionis participes videamur, quod etiam in festis, quæ suas habent vigilias, observetur.* In plerisque veteribus Statutis MSS. pro Artificibus Parisiensis civitatis, id potissimum cavetur, ut nemo quidquam artis exerceat diebus Dominicis ac festis, *ne au Samedi depuis le derrenier coup de Vespres sonné en la Parroisse, où aucuns desdits mestiers demourront.* Vide in hanc rem S. Augustinum Serm. 51. de Tempore, Herardum Turon. in Capitul. c. 2. Gregor. Turon. lib. 3. de Mirac. S. Martini c. 31. 56. Vitam Aicadri Abbat. Gemetic. cap. 25. Matth. Paris & Rogerum Hovedén. an. 1201. &c.

Hoc die ab omni opere servili cessatum. Theodorus Cantuariensis Episcopus in Capitul. c. 7. *Græci & Romani in die Dominica non navigant, nec equitant, panem non faciunt, nec in curru ambulant, nisi ad Ecclesiam tantum: nec balneant se Græci, non scribunt publicè, tamen pro necessitate seorsim in domo scribunt.* Adde eundem in Pœnitentiali cap. 44. præterea Concilium Aurelianense III. c. 28. Vernense an. 755. c. 14. Moguntiac. c. 37. Capitula Caroli M. lib. 1. c. 81. &c.

Dies dominicus primum apud Latinos in hebdomade sibi locum vendicat, estque primus dies hebdomadis, ut dies Lunæ secundus, qui & inde *feria secunda* nuncupatur, ut dies Martis secundus est feria secunda, & sic de cæteris. Ita Lex Dominic. Cod. Th. de Spectac. Atque inde hebdomada sæpe nomen sumit à Dominica præcedente, quæ ut *hebdomada Passionis*, à Dominica præcedente, quæ *Passionis* dicitur. At Græci hebdomadis à subsequente Dominica appellationem tribuunt: v. gr. *Palmarum hebdomada* non est ea, quæ subsequitur *Palmarum Dominicam*; sed quæ præcedit, quæ Latinis *Passionis* est. Ita quarta hebdomada Quadragesimæ Græcis illa est, quæ Dominicam quartam antevertit: quare quæ Latinis erit tertia hebdomada Quadragesimæ, Græcis erit quarta: quæ illis quarta, Græcis quinta. Excipiuntur tamen eæ heddomadæ, quæ à Paschate ad Pentecosten excurrunt, quæ à prima & præcedente, non à subsequente nominatur.

At cùm Dominicæ totius anni suis quæque fere appellationibus donentur, operæ pretium videtur de iis sigillatim observare, quæ ad illarum nomina spectant: quæ quidem cum sæpe etiam ab *Introitu*, uti vocant, qui ad missam dici solet, designentur à Scriptoribus: qualis ille in singulis fit, ad singulas Dominicas adnotabimus. Prima igitur Dominica est

Dominica prima Adventus Domini, à qua Ecclesiastica Officia incipiunt, ut ait Durandus lib. 6. Ration. 1. 2. & 3. quæ est quarta à Natali Domini. Hujus Introitus ad Missam est: *Ad te levavi.* Respondet hæc Dominica Latinorum, Dominicæ Græcorum, quam κυριακὴν δεκάτην τοῦ Λουκᾶ vocant, i. e. decimæ ex iis Dominicis, in quibus Evangelium S. Lucæ per Lectiones ad Missam & inter Officia legitur; nempe *de Muliere habente spiritum infirmitatis.* Nam, ut id semel moneatur, Græci ita Evangelia in sacris Liturgiis legunt: à Dominica Paschatis Evangelium Joannis: Matthæi à feria 2. post Dominicam Pentecostes ad Parasceven subsequentem festum diem Exaltationis S. Crucis: Lucæ à 2. feria post Dominicam Exaltationis: denique Marci pars potissima inter Matthæum & Lucam absolvitur. Vide Allatium de Dominic. Gr. c. 31.

Dominica 2. Adventus, quæ est tertia à Natali Domini: *Dominica 1. ante Natale Domini*, in Kalend. Rom. ante 900. annos descripto ap. Allatium lib. de Domin. Græc. c. 37. Hujus Introitus est: *Populus Sion.* Græc. *Dominica undecima Lucæ*, sive *de Vocatis ad nuptias*, nuncupatur.

Dominica 3. Adventus, quæ *Dominica 2. ante Natale Domini*, in Kalend. Rom. Hujus Introitus est: *Gaudete in Domino semper, & iterum dico: Gaudete.* Græcis, *Dominica duodecima Lucæ*, sive *de decem leprosis* dicitur.

Dominica 4. Adventus, quæ proxima Nativitati: *Dominica tertia ante Natale Domini*, in Kalend. Rom. Græcis, κυριακὴ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. Hujus Introitus est: *Memento nostri, Domine.*

Dominica infra Octavam Natalis Domini, cujus Introitus est: *Dum medium silentium*: *Dominica 1. post Natale*, in Kalend. Rom. Græcis, κυριακὴ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν.

Dominica infra Octavam Circumcisionis, quæ Græcis κυριακὴ πρὸ τῶν φώτων.

Dominica 1. post Epiphaniam, cujus Introitus: *In excelso throno, &c.* Græcis, κυριακὴ μετὰ τὰ φῶτα, id est, Dominica post baptismum Christi, quem φωτισμὸν, *Illuminationem* vocant, ut festum ipsum, τὰ ἅγια φῶτα, vel ἡμέραν & ἑορτὴν τῶν ἁγίων φώτων.

Dominica 2. post Epiphaniam, cujus Introitus est: *Omnis terra.* Græcis, *Dominica decima quinta, de Zacchæo.* Vide *Festum Architriclini.*

Dominica 3. post Epiphaniam, cujus Introitus est: *Adorate Dominum.* Græc. *Dominica duodecima Lucæ*, sive τελώνου, *de Publicano & Pharisæo.* Dicitur iisd. προσφωνήσιμος, ut & ipsa quæ antecedit hebdomada, in qua jejunant Armeni, quæ istius hebdomadæ jejunium ἀρτζιβούριον vocant, de quo copiosè Allatius de Dom. Gr. c. 8.

Dominica 4. post Epiphaniam.

Dominica 5. post Epiphaniam.

Dominica 6. post Epiphaniam.

Dominica Septuagesimæ, cujus Introitus: *Circumdederunt me.* Græcis κυριακὴ τοῦ ἀσώτου, seu *Dominica de Prodigo*, quod in ea de illo legatur parabola.

Dominica Sexagesimæ, cujus Introitus: *Exurge.* Græc. κυριακὴ τῆς ἀποκρέω. Est autem ἀποκρεὼς, quod Latinis *Carnisprivium*, qua appellatione hebdomadam, quæ præcedit hanc Dominicam ἑβδομάδα τῆς ἀποκρέω vocant, quod non ultra eam vescendis carnibus operam dent; sed unà cum ea illis edendis finem imponant.

Dominica Quinquagesimæ, cujus Introitus: *Esto mihi.* Gr. κυριακὴ τῆς τυροφάγου, & τυρινῆ, cui id nominis, ut & hebdomadæ, quæ hanc Dominicam præcedit, inditum, quòd post eam Dominicam casei & ovorum esus dimittatur. Quippe post hanc Dominicam, die Lunæ, Græci jejunium quadragesimale auspicantur, aliter ac Latini, qui Mercurii die incipiunt. Beneharnensibus dicitur *dimenge cabée*, id est, *Dominica in capite Quadragesimæ*, ut observat Marca lib. 6. Hist. Beneharn. c. 24. n. 9.

Dominica prima Quadragesimæ, cujus introitus: *Invocavit me.* *Quintana* etiam dicitur, quòd sit quinta à Paschate, ut auctor est Durandus lib. 6. c. 32. n. 1. Græcis πρώτη τῶν νηστειῶν, & κυριακὴ τῆς ὀρθοδοξίας, ob restitutam sacrarum Imaginum adorationem.

Dominica secunda Quadragesimæ, cujus Introitus est: *Reminiscere.* Græcis, κυριακὴ δευτέρα τῶν νηστειῶν.

Dominica tertia Quadragesimæ, cujus Introitus: *Oculi mei.* Græcis, κυριακὴ τρίτη τῶν νηστειῶν.

Dominica quarta Quadragesimæ, cujus introitus: *Lætare Hierusalem.* Græcis, κυριακὴ τετάρτη τῶν νηστειῶν.

Dominica in Passione Domini, Dominica 5. Quadragesimæ, à qua Passionis Officium auspicatur Ecclesia, unde ita appellatur, ut auctor est Durandus l. 6. Ration.

tion.c.60.Acta Alex.III.PP.sub.an. 1162. *Exivit ergò è Genua in Dominica Passione, & cum omni jucunditate navigans venit ad insulam de Liguriis in Sabbato Palmarum.* Græcis est 5. *jejuniorum*, πέμπτη τῶν νηστειῶν. Hujus Introitus est: *Judica me Deus.* Vide Notas ad Villharduin. n. 129.& infrà verbo *Hebdomada.* Præterea Dominica *Mediana* appellatur ab Amalario l.4.c.ult.edito à viro Doctiss.Jo.Mabillonio to.2. Analector. p.114. quia Hebdomadam Medianam subsequitur; Alia porrò est *Dominica Quintana* in Charta Petri Episcopi Santonensis an.1240.in Regesto Inculismensi Cameræ Comput.Paris.fol.23.Est enim illa, qua *Quintanæ* ludus exercebatur à Vicanis. Vide *Quintana.* Hanc etiam *Medianam octavam* vocat Fulcuin. in Chron.Laubiensi a.38.fortè quòd sit 8.Dominica à Dominica Septuages. *Actum est hoc feria 6.ante Dominicam, quam vocant Medianam octavam.*

Dominica in Palmis, sexta Quadragesimæ, ap.Rupert.l.5. deDivin. Offic. c. 7. quæ in ordineRomano. *Dies Palmarum, sive florum, atque ramorum appellatur*: *Dominica in Ramis*, Durando l.6.c.47. *Dominica ad Palmas*, apud Leon.III.PP. Ep.5. Beletus c. 93. *Hic dies dicitur Dominica in Ramis palmarum, quod illo die rami palmarum in processionibus deportentur in significatione illorum, quos filii Israël straverunt in via, Christo jam veniente.* Adde Isidor.l.6.Orig. c. 18. In lib.Sacram.Gregor. M. *Dominica in Ramis palmarum dicitur.* Will.Tyrius l.12.c.12. *Accidit casu, quod in die festo, qui dicitur Ramis palmarum, cùm de more populus universus in vallem Josaphat convenisset ad solennem & celebrem tantæ diei processionem, &c.* Rupertus Abbas in Vita S.Heriberti Archiep.Colon. n. 17. *Erat autem dies ille, quem Christianitas appellat Diem palmarum. Dominica Indulgentiæ, quæ & Dominica palmarum*, in Ordine Romano. *Dominica Indulgentiæ, quæ diversis vocabulis distinguitur, id est Dies palmarum, sive florum, atque Ramorum, Osanna, Pascha petitum, sive Competentium, & Capitilavium.* Ex quibus patet, eandem Dominicam *Osanna* etiam appellari, *quia*, ut ait Alcuinus, *dum in eo Dominus Hierosolymam tenderet, ei occurrit turba plurima hinc inde clamando, Osanna, quod interpretatur, salvifica, sive salvos nos fac.* JoannesEuchaitap.7. ὠσαννὰ τοίνυν, σῶσον εὐλογημένε.

Dominica Osanna, apud Ademarum Cabanensem non semel, *Dies Osannæ* ap. Abul-Faragium in Hist. Dynastiarum pag. 163. & in Charta an. 1170. ap. Duchesnium in Probat. Hist. Castegnereæ p. 32. Capitul. de Villis c. 28. *Dominica in palmis, quæ Osanna dicitur. Osanna*, nudè in Regula Monachorum Fontevraldensium c. 16. Libellus Fulconis Comitis Andegav. ap. Holstenium in Collect. Rom. de Urbano II. PP. *Ubi mihi florem aureum, quem manu gerebat, donavit: quem ego ob memoriam & amorem illius in Osanna semper mihi meisque successoribus deferendum constitui.* Eadem habentur in Fragmento Hist. Andegav. n 8. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 37. *Duodecim denarios censuales in Osanna singulis annis Ecclesiæ nostræ reddendos.* Adde fol. 116. Epitaphium Guillelmi Comitis Inculismensis: *Hic jacet Dominus Amabilis Guillelmus Comes Engolismæ, qui ipso anno, quo redit de Hierusalem, abiit in pace, 8. Id. April. vigilia Osannæ* 1028. anno ab Incarnat. Ita etiam hanc Dominicam appellari ab Æthiopibus docemur ex illorum computo apud Joseph.Scalig. l. 7. deEmendat. temp.p. 700. Porrò dicuntur apud Hebræos *Osanna* termites palmæ, oleæve, aut salicis, alteriusve arboris, Græcis βάϊα, quos quatiebant in honorem ejus, cui pompa ducebatur, quod Græci dicunt κλάδους ἐπισείειν: Epiphan. Serm. εἰς τὰ βάϊα, & S.Chrysost. Homil. in Magnam Septimanam, τὰ βάϊα σείειν & ἐπισείειν, ut observatum à Baronio ann. 34. n. 6. & Casaub. Exerc. 16. in eundem Baron. c. 2. Henr. Valesio ad Hist. Eusebii lib. 2. cap. 22. Joan. Baptista Cotelerio ad to. 1. Monument. Eccles. Gr. Hinc ἑορτὴ τῶν βαΐων Cyrillo Scythopolitano in Vita S. Euthymii, Auctori Vitæ S. Theodori Studitæ, &c. ἡμέρα τ̃ βαϊφόρε, Cedreno & Epiphanio Monacho de Locis sanctis. Vide Luithprandum l. 3. c. 5. & S. Augustinum l. 2. de Doctr. Christ. cap. 11. Hujus Dominicæ Introitus ad Missam est: *Domine ne longè.* Denique appellatur *Dominica Lazari*, in Vita S. Proculi Episc. Veronensis n. 16. quia, ut ait Allatius c. 20. Sabbato, quod hanc Dominicam præcedit, Lazari resuscitati memoria recolitur: qui addit, Græcos postmodum magnæ pompæ apparatu, ramis olivarum, palmisque in Cruces ac alias formas confictis, in ramis appensis sequentem diem Dominicum solenni ritu celebrare. De vocis *Osanna* variis significationibus vide S. Hieronymum Epist. 145.

Dominica sancta in Pascha, in Kalend. Romano. *Dominica sancta*, nudè, in Sacramentario Gregorii M. ex Bibl. Belvacens. Ecclesiæ. Gr. κυριακὴ τοῦ πάσχα, & ἁγία καὶ μεγάλη κυριακὴ τοῦ πάσχα, in Euchologio: in Nomocanone nuper edito à V. Cl. Jo. Bapt. Coteleri co cap. 411. 579. λαμπρὰ κυριακή: Pachymeri lib. 4. c. 3. & in Pentecostario, μεγάλη καὶ λαμπρὰ κυριακή: eidem Pachymeri lib. 7. cap. 15. κυρία τῶν ἑορτῶν. Vide Pascha.

Dominica prima post Pascha, quæ in Kalend. Rom. *Dominica octava Paschæ*: aliis dicitur *Dominica post Albas*, quæ nempe Sabbatum, in quo nuper Baptizati vestes candidas, quas induerant Sabbato ante Pascha, deponebant, ut est in Ordine Romano. In Missa Ambrosiana appellatur *Dominica in Albis depositis.* Unde liquet in Missali & Breviario Romano, ubi *Dominica in Albis* dicitur, vocem *depositis* subaudiri, de qua sic Augustinus Serm. 157. *Paschalis solennitas hodierna festivitate concluditur, & ideo hodie Neophytorum habitus commutatur: ita tamen ut candor, qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur.* Sic porrò *Dominica secunda, tertia*, &c. *post Albas*, apud Rupertum lib. 9. de Divin. Offic. c. 12. Græcis, καινὴ & νέα κυριακή, & κυριακὴ τοῦ ἀντιπάσχα. Vide Allatium deDominic. & Hebd. Græc. c.24. Dicitur etiam δευτεροπρώτη κυριακή, apud Eustathium in Vita S. Eutychii Patr. CP. n. 95. id est secunda post primam, Paschalem scilicet.

Dominica secunda post Pascha, cujus Introitus ad Missam est: *Misericordia Domini* in lib. 1. Sacramentor. Eccles. Rom. cap. 57. dicitur, *Dominicum post octabas Paschæ.* Græcis, κυριακὴ τῶν ἁγίων μυροφόρων, quòd in ea festum celebrent trium mulierum, quæ coëmptis aromatibus ad Christi Sepulchrum accesserunt, ut eum ungerent.

Dominica tertia post Pascha, quæ in Kalendario Romano & in lib. 1. Sacrament. Eccles. Rom. *Dominicum secundum post clausum Paschæ, & Dominica secunda post octabam Paschæ* dicitur, cujus Introitus ad Missam est: *Jubilate omnis terra.* Græcis, κυριακὴ τοῦ παραλύτου, seu Paralytici.

Dominica quarta post Pascha. In lib. 1. Sacrament. *Dominicum tertium post clausum Paschæ*, & quæ in KalendarioRom. *Dominica tertia post octabam Paschæ*, cujus Introitus ad Missam est: *Cantate Domino.* Græcis, κυριακὴ πέμπτη τ̃ Σαμαρείτιδος, vel μεσοπεντηκοστῆς.

Dominica quinta post Pascha. In lib. 1. Sacrament. *post clausum Paschæ*, quæ & *Dominica Rogationum* dicitur: *Dominica quarta post Octabam Paschæ*, inKal. Rom. Græcis, κυριακὴ τοῦ τυφλοῦ.

Dominica post Ascensionem, quæ *Dominica post Ascensam Domini*, in Kalend. Rom. cujus Introitus ad Missam est: *Exaudi Domine.* Græcis, κυριακὴ τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ Θεοφόρων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ.

Dominica sancta Pentecosten, in Kalend. Rom. Græcis, κυριακὴ τῆ ἁγίας Πεντηκοςῆς.

Dominica prima post Pentecosten, quæ & *sanctæ Trinitatis*, *Dominica Benedicta*, dicitur apud Honorium Augustod. lib. 3. c. 147. lib. 4. c 41. *Dominica octaba Pentecosten*, in Kal. Rom. *Dominica octavas Pentecostes*, apud Gregor. M. in Sacramentario: Græcis, κυριακὴ τῶν ἁγίων πάντων, seu πρώτη τȣ̃ Ματθαίȣ. *Rex dierum Dominicorum*, ut est in veteri MS. cui titulus, *Roman de la Malemarastre*: *Par un jour, qui est apelez li Rois des Diemenches*: *ce est li jours de la sainte Trinité.* Regestum censuum Carnoti an. 1302. fol. 20. *Item de Maistre les Peletiers doit chascun an le Roy des Dimanches un beurage a toutes les personnes nommées pardevant.* Id verò nominis tribuitur Dominicæ Paschatis, quæ Κυρία ἑορτῶν dicitur Pachymeri lib. 7. c. 15. Vide *Festum S. Trinitatis* & Menardum in libr. Sacrament. S. Gregor. p. 163.

Dominica secunda post Pentecosten, cujus Introitus ad Missam: *Factus est Dominus protector meus.* Græcis, Dominica secunda Matthæi, *de Christo docente.*

Dominica tertia post Pentecosten, cujus Introitus: *Respice me.* Græcis, Dominica tertia Matthæi.

Dominica quarta post Pentecosten, cujus Introitus: *Dominus illuminatio mea.* Græcis, Dominica Matthæi, sive *de Centurione.*

Dominica quinta post Pentecosten, cujus Introitus: *Exaudi, Domine.* Græcis, Dominica quinta Matthæi, *de Vexatis a dæmone.*

Dominica sexta post Pentecosten: Græcis, *sexta Matthæi*, sive *de Paralytico.*

Dominica septima post Pentecosten, cujus Introitus: *Omnes gentes.* Græcis, *septima Matthæi*, sive *de Duobus cœcis.*

Dominica octava post Pentecosten cujus Introitus, *Suscepimus, Deus.* Græcis, *octava Matthæi*, sive *de Quinque panibus & decem piscibus.*

Dominica nona post Pentecosten, cujus Introitus: *Ecce, Deus, adjuva me.* Græcis, *nona Matthæi*, sive *de Lunatico.*

Dominica decima post Pentecosten, cujus Introitus ad Missam est: *Dum clamarem.* Græcis, *Decima Matthæi*, sive *de Lunatico.*

Dominica undecima post Pentecosten, cujus Introitus: *Deus in loco sancto.* Græcis, *undecima Matthæi*, sive *de Parabola Regis.*

Dominica duodecima post Pentecosten, cujus Introitus: *Deus in adjutorium.* Græcis, *duodecima Matthæi*, sive *de Interrogante Jesum divite.*

Dominica decima tertia post Pentecosten, cujus Introitus: *Respice, Domine.* Græcis, *decima tertia Matthæi*, sive *de Parabola vineæ.*

Dominica decima quarta post Pentecosten, cujus Introitus: *Protector noster.* Græcis, *decima quarta Matthæi*, sive *de Vocatis ad nuptias.*

Dominica decima quinta post Pentecosten, cujus Introitus: *Inclina aurem tuam.* Græcis, *decima quinta Matthæi*, sive, *de Interrogante Jesum Jurisconsulto.*

Dominica decima sexta post Pentecosten, cujus Introitus: *Miserere mei, Domine.*

Dominica decima septima post Pentecosten, cujus Introitus: *Justus es, Domine.*

Dominica decima octava post Pentecosten, cujus Introitus, *Da pacem.* Græcis, *Dominica prima Lucæ*, sive *de Venatione piscium.*

Dominica decima nona post Pentecosten, cujus Introitus: *Salus populi ego sum.* Græcis, *Dominica secunda Lucæ*, sive *de Amandis inimicis.*

Dominica vigesima post Pentecosten, cujus Introitus: *Omnia, quæ fecisti.* Græcis, *Dominica tertia Lucæ*, sive, *de Filio viduæ.*

Dominica vigesima prima post Pentecosten. Græcis, *Dominica quarta Lucæ*, sive *de Parabola seminis*

In Kal. Rom. Allatiano post Dominicam quintam post Pentecosten, Dominicæ, secus quàm hodie, recensentur: quæ enim festum S. Petri Apostoli subsequitur 3. Kl. Jul. *Dominica prima post Natale Apostolorum* dicitur, quam excipiunt

Dominica prima post octabam Apostolorum.
Dominica secunda post octabam Apostolorum.
Dominica tertia post octabam Apostolorum.
Dominica quarta post octabam Apostolorum.
Dominica prima post sancti Laurentii.
Dominica secunda post sancti Laurentii.
Dominica tertia post sancti Laurentii.
Dominica quarta post sancti Laurentii.
Dominica quinta post sancti Laurentii.
Dominica prima post sancti Cypriani.
Dominica secunda post sancti Cypriani.
Dominica tertia post sancti Cypriani.
Dominica quarta post sancti Cypriani.
Dominica quinta post sancti Cypriani.
Dominica sexta post sancti Cypriani.
Dominica septima post sancti Cypriani.
Dominica octava post sancti Cypriani.
Dominica nona post S. Cypriani, quæ natale S. Andreæ subsequitur. Deinde subsequuntur *... Dominica de Adventu Domini* ante Natale Domini.

Dominicæ principales & solennes, dicuntur quinque illæ, in quibus officia mutantur, scilicet Dominica prima de Adventu, Dominica in Octavis Paschæ, Dominica in Octavis Pentecostes, Dominica, qua cantatur *Lætare Hierusalem*, & Dominica in Ramis palmarum. Durand. l. 7. c. 1. n. 4.

Dominicæ privilegiatæ dictæ, quibus Historiæ sunt appropriatæ. Idem Durand. lib. 7. c. 1. n. 14.

Dominicæ vacantes, seu *vacat*, dicuntur in Sacramentario S. Gregorii, quatuor Dominicæ, quæ jejunia quatuor Temporum proximè subsequuntur, eò quòd propriis careant officiis. Vide Micrologum c. 29. 32. 59. Rupertum lib. 3. de Divin. Offic. c. 11. Honorium August. lib. 4. de Ritu Missæ cap. 94. 95. & Durandum lib. 6. Ration. cap. 11. n. 7.

Venditio Dominici diei, fortè, facultas exponendi & vendendi merces Dominicis diebus. Charta Gaufredi Comitis Andegavensis an. 1061. apud Sammarthanos in Abbatib. S. Florentii: *Item jubeo, ut ministri mei nullatenus audeant repetere, quod judicavi eos injustè accepisse, scilicet commendationem vinearum, venditionem Dominici diei, cœnationem violentam salii, &c.*

DOMINICÆ *literæ.* Conciliabulum Sardicense sub Julio I. PP. *Quæ cùm ita sint, custodire vos ab ipsis & abstinere debetis, dilectissimi fratres, nec eos aliquando ad Communionem admittere; sed nec ipsorum litteras accipere, nec ad illos literas Dominicas dare.*

DOMINICALIS. Concilium Autisiodorense c. 42. *Ut unaquæque mulier, quando communicat, dominicalem suum habeat.* Vetus Pœnitentiale MS. sub finem: *Si mulier communicans dominicale suum super caput suum non habuerit, usque ad alium diem Dominicum non communicet.* Ex quibus patet, *Dominicalem*, vel *Dominiciale*, non fuisse linteum, in quo communicaturæ mulieres Eucharistiam deponebant, quam iis non licebat nuda manu accipere, ut est in Can. 36. ejusd. Concilii, quod viris licuit. S. Augustinus Serm. 152. de Temp. *Omnes viri, quando communicare desiderant, lavent manus, & omnes mulieres nitida exhibeant linteamina, ubi Corpus Christi accipiant.* Fuit enim *Dominicalis* velum, quo mulieres caput in Ecclesia tegebant, cùm iis non nisi velatis illius ingressus pateret, ex Lini PP. Constitutione, ut est apud Anastasium. Pœnitentiale Theodori c. 7. & Leo PP. ad Theodoricū Episc. *Mulie-*

Mulieres possunt sub nigro velamine sacrificium accipere, ut Basilius indicat.

Dominicale. Vide *Dominicum.*

DOMINICUM. Ecclesia, Ædes sacra Domino, seu Deo. Glossæ veteres: *Dominicũ*, κυριακόν. S. Cyprianus de Opera & Eleemos. *In dominicum sine sacrificio venis?* Idem Epist. 33. de Lectore: *Dominico legit*, id est, in templo: alii de die Dominico interpretantur. S. Hieronymus in Chronico: *In Antiochia Dominicum, quod vocatur Aureum, ædificari cœptum.* Et mox: *Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur.* Ruffinus lib. 1. Hist. Eccles. *Tunc senior: Si hæc, inquit, ita esse credis, surge & sequere me ad Dominicum.* Et lib. 9. c. 9. *Orationum domos, id est, Dominica sua.* Idatius in Fastis: *His Coss. dedicatum est Constantinopoli Dominicum die 15. Kal. Mart.* Itinerari Hierosolymit. *Ibidem modo jussu Constantini Imperatoris Basilica facta est, id est, Dominicum miræ pulchritudinis.* Marcellini & Faustini libellus precum ad Imperatores p. 63. *Post illas eorum cædes, quæ in Dominico facta sunt, &c.* Pag. 64. *Ad cumulum perpetrati sacrilegii, ipsum altare Dei, de Dominico sublatum, in templo sub pedibus Idoli posuerunt: Domus Dominica*, apud Salvianum lib. 6. de Gubernat. Dei: *Ad domos statim Dominicas currimus, corpora humi prosternimus, mistis cum fletu gaudiis supplicamus: Basilica dominica* in Actis SS. Saturnini & Sociorum. num. 2. Κυριακὸς οἶκος, in Vita S. Nili Junioris p. 164. κυριακόν in Concilio Ancyrano c. 14. Neocæsar. c. 5. 13. Laodiceno c. 28. &c. Adde Itinerarium S. Willibaldi n. 16. Pachomium in Regula c. 54. Martyrol. Rom. 25. Decemb. Isidorum, Amalarium lib. de Reb. Eccles. Honorium Augustodun. lib. 1. cap. 127. & Eusebium in Orat. de Laudibus Constantini, quo loco, auctor est eundem Augustum curasse ædes sacras & templa uni omnium Deo, atque universorum rerum Domino dicanda consecrandaque. Hinc etiam Germani, & Belgæ *Kirche*, & *Kerke*, & Angli *Chürk*, ædem sacram appellant, voce à κυριακόν deducta, ut quidam existimant: unde urbs *Dunkerke* in Flandria, sic appellata, quòd primitùs fuerit *Ecclesia in Duris* ædificata. At Lipsius in Epistola ad Belgas Cent. 3. Epist. 44. *Kirke* Germanicum à *Circo* deducit, quòd veterum, inquit, templa instar circi rotunda fuerint. Sed hæc oculis & testibus indigent. Ita & Gretserus in Muricibus Christianis p. 158.

DOMINICUM, Sacrificium mysticum, Missa. *Dominicum convivium*, S. Augustino in Brevi Collat. contra Donatist. κυριακὸν δεῖπνον. Cyprianus lib. de Opere & Eleemos. *Locuples & dives es, & Dominicum celebrare te credis, qua Corbonam omnino non respicis?* Et Ep. 63. ad Cæcilium. *Nunquid ergo Dominicum post Cœnam celebrare debemus?* Quibus verbis intelligit ipsum divinum Missæ sacrificium. Veterem ejusmodi loquendi morem docent Acta proconsularia SS. Martyrum Saturnini & soc. ubi sancti Martyres judicio postulati, quod sacram Synaxin contra Imperatoris præcepta egissent, sic Proconsuli responderunt: *Dominicum cum fratribus celebravi.* Et iterum: *Sine Dominico esse non possumus.* Et inferius, ex verbis Proconsulis, sic interrogantis: *Si in Collecta fuisti?* Respondit: *Quasi Christianus sine Dominico esse possit, aut Dñicum sine Christianis celebrari. An nescis, Satana, in Dominico Christianum, in Christiano Dominicum constitutum?* Et post alia: *Ego devota mente celebravi Dominicum, Collectam cum fratribus feci, quia Christianus sum.* Hæc ibi Felix Martyr. Saturninus autem cùm rogaretur ab eodem Proconsule Anulino, his verbis: *Tu Saturnine interfuisti?* Respondit Saturninus, *Christianus sum.* Ait ille: *Non à te quæro hoc: sed utrum egeris Dominicum?* Cui respondit Saturninus: *Egi Dominicum, quia Salvator est Christus.* Hæc Baronius, qui putat, eò referri debere hanc verbi notationem, quæ habetur in Martyr. Rom 25. Decemb. *Nicomediæ Passio multorum millium Martyrum, qui cùm in Christi Natali ad Dominicum convenissent, Diocletianus Imperator januas Ecclesiæ claudi jussit, &c.* Vide eadem Acta apud Boland. 11. Febr. n. 3. 6. 9. 11. 12. 17. 19. & eundem Baron. ann. 303. n. 84.

DOMINICUM, *Dominicale, Dominicare, Dominicus, Dominicarius, &c.*

Dominicum, Proprietas, Domanium, quod ad Dominum spectat, quo Dominus ad propriam alendam familiam fruitur. Unde JC. Anglis *Dominicum* definitur, *quod quis habet ad mensam*, sicut sunt prædia, quæ *Bordlandes* iidem vocant. Ita Bract. lib. 4. tract. 3. c. 9. §. 5. cui concinit Fleta lib. 5. c. 5. §. 18. & seq. *Est*, inquit, *Dominicum propriè terra ad mensam assignata. Res Dominica, Dominicæ possessiones*, id est, Principis, in l. 8. Cod. Theod. de Lustrali aur. l. 2. de His, qui condit. l. ult. de Jure fisci. *Dominicum*, Cowello, est tota illa terra intra manerium, quod dominus feudi, aut in manibus suis retinet, aut saltem ad annos, aut voluntatem suam juxta consuetudinem manerii aliis locat. Pactum inter Ludov. Fr. & Henricum Angl. Reges apud Rogerum Hoved. p. 571. *Terram illius — & homines sicut sua propria & dominica fideliter custodiet.* Regiam Majestatem lib. 2. c. 74. §. 1. *Dicitur purprestura, quando aliquid super Dominum Regem injuste occupatur, ut in dominicis Regis, in viis publicis astopatis, &c.* Vide lib. 2. c. 69. §. 3. Charta Willelmi Rotomag. Archiep. apud Radulfe Diceto: *Maximam partem dominici nostri occupans.* Matthæus Westmonast. ann. 1154. *Revocavit in jus proprium dominica sua, quæ pater suus illi dederat.* Vide Sagerium de Adm. sua cap. 10. Beslium in Comitib. Pictav. p. 425. 491. Monast. Angl. tom. 1. p. 148 tom. 2. p. 25. &c.

Dominicum proprium, in Capitulis Caroli M. lib. 4. cap. 34. Rhabanus ad Otgarium: *Proprietas dominicalis, quæ Domino Imperatori ex paterna successione hæreditario jure pervenit.*

Dominicum dicitur etiam respectu servorum, quod scilicet ad Dominum eorum spectat, ut in Lege Alemann tit. 22. in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 14. §. 6. & in Lege Longob. l. 2. tit. 51. §. 15. Bracton loco citato: *Dominicum dicitur ad differentiam quod tenetur in servitio.*

Dominicum antiquum, apud Anglos, continet omnes illas terras, quæ ad Regem spectabant tempore Edwardi Confessoris, aut Willelmi Nothi, seu quæ tenebantur à Maneriis, descriptis in libro, quem *Domesday* appellant, ejusmodi enim tenementa *Antiquum Dominicum* dicuntur, & eorum possessores seu tenentes extra maneria, à quibus dependent implacitari possunt, eoque nomine ab omni teloneo liberi & immunes sunt. Antiqua verò dominia, quæ in manu Regis sunt, Franca feuda sunt, & secundùm communem Legem implacitantur. Rastallus, & Cowellus lib. 2. Instit. Jur. Anglic. tit. 3. §. 25.

Dominicum, Fiscus dominicus. Capitul. 3. an. 813. c. 2. *Qui hominem francum occiderit, solidos* 600. *componat ad opus dominicum* Et c. *Qui hominem ingenuum occiderit, solidos* 200. *componat, & exinde in dominico tertiam partem componat*, id est, fisco inferat. Ita ibi non semel.

Dominicale, idem quod *dominicum*, *Dominium, proprium, proprietas*: Gallis, *Seigneurie, domaine, proprieté.* Will. Tyrius lib. 12. c. 7. *De propriis dominicalibus certa eis pro victu & amictu beneficia — contulerunt.* Lib. 19. c. 11. *Res ad dominicalia Principis pertinentes.* Traditiones Fuldenses lib. 1. *Trado unam capturam, quæ contigua est cella illa, quæ vocatur — cum dominicali, aliisque ædificiis, campis, &c.* Adelbertus Eydenhemensis pag. 353. *Quidam Walterus dominicale, quod in Titinheim situm est, recompensationem accepit.* Chronicon Trudonense lib. 3. extremo: *Inter quæ constat, eum tam gravi damno Ecclesiæ nostræ dedisse, quidquid nunc de Rembroae videntur extra dominicalia nostra esse. Dominicalia Apostolici*, seu

Papæ

Papæ, apud Radevicum lib.2.c.29. Occurrit præterea apud Leonem Ostiensem lib.1.Chron.Casin.c. 16. 51. Petri in Diac.lib.4.c.18.&c.

Donnecale, pro *Dominicale*. Tabul.Casaur.an.1060. *Et ipsa mea donnecalia & feora de terris & vineis, & meos debitales de Cantalupo.*

Indominicales porci, in Chronico Besuensi p.700.

Dominicare, Possidere proprietario jure. Charta Caroli M.in Chron.Laurishamensi an.776. *Tam quod videtur possidere vel dominicare, quàm quòd adhuc ex munere Regum vel Reginarum, seu quod pro collata populi, vel de comparato, vel de quolibet adtractu augmentare ---potuerint.*

Dominicatum, idem quod *Dominicum*. Charta Ludovici II.Imp.pro Ecclesia Volaterrana: *Ita de rebus seu familiis Episcopi ipsius tanquam dominicatis nostris per idoneos & credentes homines inquisitionem fieri jubemus.* Burchardus Wormaciensis Episcopus in Lege Familiæ: *Et si quis nupserit ex dominicata Episcopi, sin autem ex beneficio in dominicata Episcopi nupserit, rebus suis respondeat domino beneficii.* Vide *Donicatus.*

Dominicatio, Dominium, possessio. Tabularium Ecclesiæ Viennensis an. 877. fol. 53. *Ut quidquid ex prædictis rebus collectum fuerit, in eorum jure & dominicatione pervenire debeat.* Vetus Charta apud Perardum inBurgundicis p.37. *Quæ quæ idem in præfata villa -- conquæsivi de meo jure, in jus & dominicationem servorum Dei ad jam dicto cœnobio transfero in futurum possidenda.* Adde Chron.Besuense p. 616.

Indominicatio, eadem notione. Gesta Abbatum Lobiensium p.601. *Vendidit & indominicationes Ecclesiæ, &c.*

Dominicatura, Dominium, Proprium, Proprietas: Prædium dominicum, *Domenjadura*, in Foris Beneharn.rubr.*de Captions*, art.10.ubi interdum sumitur hæc vox vernacula pro æde, in qua in prædiis suis inhabitant viri nobiles, ut auctor est Marca.l.6.Hist.Bench.c.24.n.10. ut *Domaine* in Consuetudine Aurelianensi c.1.art. 84.97.Tabular. Burguliense c.97. *Medietatem de Curti Carlona, quantùm in Dominicaturam tenere videbar. Ideo autem dico de dominio, quia sunt in curti casamenta, quæ mihi retinui, sicuti cujusdam Militis, qui tantundem in omnibus, quantum ego in curti ipsa de me tenebat.* Concilium Helenense an. 1065. *Nullus violenter infringat dominicaturas Canonicorum, vel Monasteriorum, neque aliquid rapiat inde.* Sugerius de Administrat.sua c.4. *Hoc insequenti incremento dominicaturam, Deo auxiliante, augumentari elaboravimus.* Adde c.15.23.Monachus Vallis Sarnaii in Hist. Albig.c.43. *Volebat quòd -- omnes dominicaturas & proprietates suas haberet integras & inlæsas.* Charta Roberti Claromont. Episc.an.1208.apud Justellum: *Acquiretis Castrum Mauduni, & pertinentia feodi, vel dominicaturam.* Adde Vitam B. Oldegarii Epis.Barcinonensis n.19.27.Concil.Audomarense ann.1099.cap. 2.Probationes Hist.Duc.Burgund.Duchesnii p.23. 24. Bibl.Cluniac.pag.1455.Marcam in Hist.Bencharn.lib. 4. 10.num.3.Catellum in Hist.Tolos.pag.279.&c.

Dominicatus, eadem notione. Senator.lib.3.Var.25. *Siliquatici titulum, quem fide dominicatus jure dederamus.* Capitula Caroli C. tit. 32.c.5. *Ipsi alodes in nostrum Dominicatum recipiantur.* Hincmar. Opusc. 60 *Tenuit Domnus Rex Carolus Remense Episcopium in suo dominicatu.* Charta ann. 1158. apud Gallandium: *De terris, quæ ad ipsius dominicatum pertinerent.* Alia an.1088.ex Tabulario S.Cypriani Pictav. *Concesserunt pariter omnes Ecclesias, quæ ex feodo ipsorum erant -- ut non alibi, nisi Ecclesiæ S.Romani darentur, & quicquid ex casamentis eorum, excepto dominicatu acquirere potuissent.* Charta Zuenteboldi Regis apud Chappeavillum: *Largimur Ecclesiæ -- villam nostri dominicatus, sitam in pago Lenga &c.* Alia Caroli Crassi Imp.apud eundem. *Mancipia -- de quocunque nostro fisco sint, aut ex dominicato, aut ex beneficiato --- adjicimus.* Acta Episc. Rotomagensium p. 438. *Todimacum, qui in dominicatu Archiepiscopi erat cum omnibus appendiciis suis fratri suo -- dedit, &c.* Adde Hemereum in Aug.Viromand.p.100.156.Beslium in Comit.Pictav.p.269.&c.

Indominicatus, eadem notione in Capit.Caroli Calvi tit.32.§. 3. in Charta ejusdem Caroli, apud Buzelinum p.341.in Gestis Abbatum Lobiens. p.634.&c.

Domnicatus, adject. de eo, quod est in *Dominico*. Charta Caroli C.an.845.apud Beslium in Episc. Pict. *In villa Bediasiaco Casam dominicatam. Agri dominicati*, in Capit.Caroli M. lib. 5. c. 147. In Capitulari Wormatiensi an.829.c.10. &c. *Dominicæ terræ*, & *dominicatus*, in iisd.Capit.Caroli M.c.150.dicuntur.

Donnicatus, & *Domnicatus*, eadem notione in Chartis Italicis apud Ughellum tom 1. pag. 339. 340. 341.parte 2.pag.336.tom.3.p.47.290.291.Hieron.Rubeum in Hist.Ravennat.pag.308.&c.

Indominicatus adjective, *Dominicus*. *Villæ indominicatæ*, in Edicto Pistensi c. 5. 8. *Mansus indominicatus*, apud Hincmarum Laudun.tom.2.Operum Hincm. Rem.pag.611.& Hemereum in Regesto p.33.36. *Alodus indominicatus*, in veteri Notitia, apud Beslium in Episcopis Pictav.pag.45. *Terra, curtis indominicata*, in Charta Chrodegangi Episc.Metensis apud Meurissium p. 167. in Chronico Normanniæ ann. 1141. & in Chron.Laurisham.p.68.Charta Caroli Calvi pro Monasterio S.Germani Parisiens. *Sive sint indominicati, sive sint in beneficium quibuslibet dati*: ubi *indominicata* opponuntur *beneficiis*. Ita Chartæ variæ apud Sanjulianum in Matiscone pag.237.242.Beslium in Comitib.Pictav.p.202.231.267.& alios.

Indominicate possidere, quod dicimus *en propre & en domaine*, in Charta Stephani Episcopi Metensis apud Meurissium.p.416.

Dominicus, adject. Proprius. Capitul. an. 829. & Additio 5.Capitul. c.301. *De liberis hominibus, qui proprium non habent; sed in terra dominica resident, &c.* Charta Ricardi Regis Angl. apud Hovedenum pag. 662. *De terris suis, quas haberet in Anglia, seu feodis, &c.* Charta Edw.III.Regis Angl.tom.2.Monast.Angl. pag.258. *Et quòd idem Abbas & Canonici haberent porcos suos proprios, sive dominicos, tempore pannagii liberos & quietos. In jure Dominico*, in Charta Ottonis Comitis Viromandensis apud Hemereum ann. 1025. *Domus Dominica*, Gall *maison Seigneuriale*, apud Sugerium de Administr.sua cap.10.16. *Possessiones dominicæ*, propriæ, apud S.Anselmum lib.4 Epist.75. Vide Radulfum de Diceto in Abbrev.Hist.ann.912. & Beslium in Comitib. Pictav. p. 210. 496. Hanc loquendi formulam expresserunt Franci nostri per vocem adjectivam *Demaine*, quam à *Dominicus* effictam constat. Robertus *Bourron* in Hist.Merlini MS. *Il feront alaitier leur enfant d' une autre femme, & chelui nourriront come leur fil demaine.* Historia Abbatum Brekenotensium in Anglia: *Si prist le Roy Jean les terres & les chataux le avant dit Willaume de Breuse par sa volenté demaine.* Histor. Prioratus Wigmorensis in Agro Herefordensi: *A force li convint en refut demorer en ses Chastels demeine pour doute de ly.* Ibidem: *Les lettres par sa autorité demeine furent ensellées.* Alio loco: *Et donk returna-il a sa terre demeine.* Occurrit ibi pluries: præterea in Stabilim.S.Ludov.l. 2. c. 29. apud Littleton.sect.56.88.123.172.212.268.334.360. 381.383.667.& apud Villiherduinum n.119.Adde, quæ adnotamus ad eundem Villhard.sed & *Demanius*, hac notione habet Bulla Innocentii III.PP.apud Ughellum tom.1.Ital.Sacr.pag.784. *A demaniis vero hominibus ipsius Episcopi a nobis non tenentibus, istud tamen habebimus, &c.* Occurrit ibi semel ac iterum, & tom. 9.p.45.99.

Domi-

Dominicarius, idem quod *Dominicus*. Tabularium Abbatiæ Bellilocensis in Lemovicib. Ch. 25. *Cum casa mea dominicaria, ubi ego ipse visus sum manere.* Occurrit in eod. Tabulario non semel.

DOMINIUM, aliàs *Domanium* & *Dominicum*, Gall. *Domaine*. Gloss. Lat. Gr. *Dominium*, Κυρεία: *jus, tutela, potestas*, Joanni de Janua. *Sacrum Dominium*, in l. 15. Cod. Th. de Jure fisci. Ricardus Hagulstad. lib. 2. de Episc. Hagulstad. cap. 5. *Sicut ipse eam in suo dominio habuerat, Ecclesiam tradidit.* Radulfus de Diceto: *Sibi quidem videbatur incongruum, quòd Cadurcum redderet, & totum Comitatum, & alia multa de dominio suo.* Vide *Demanium*.

Dominium, JC. Anglis, dicitur principale manerium, quod Dominus & antecessores semper possederunt, cum omnibus appenditiis. Ita Rastallus.

Dominiosus, *Imperiosus Dominus, & homo, qui habet ardua præcipere, homo magnæ autoritatis.* Jo. de Janua.

DOMINISSIMUS, pro *Dominus*, in aliquot Chartis Hispanicis. Charta Ordonii Regis æræ 992. apud Anton. *de Yepez* in Hist. Ordin. S. Benedicti tom. 1. pag. 24. Appendicis: *Genitor noster divæ memoriæ Dominissimus Ranimirus Princeps.* In alia apud eundem to. 4. pag. 158. *Subsequente Dominissimo Principe, &c.* Et in alia tom. 5. pag. 437. *De regno avii sui Dominissimi Ordinii Regis, &c.*

DOMINOSUS. *Imperiosus homo, scilicet magnæ auctoritatis*, Ugutioni. Vide *Dominiosus*.

DOMINULUS, in l. 41. §. testamento, D. de Legat. 3.

DOMINUS, pro *Deus*, κύριος, occurrit passim in libris sacris. Unde fortè Itali *Domenedio*, Galli nostri *Damedieu* dixerunt, id est, *Dominus Deus*. Vide Philonem de Nominum mutat. pag. 7. 1. Edit. Sulpitius Severus lib. 1. Hist. *Mundus à Domino constitutus est, &c.* Ruffinus in Symbolo de Christo: *Et dicuntur alii Domini, concessa tamen non ingenita potestate dicuntur. Hic verò solus est unicus filius, & solus unicus Dominus, sicut & Apostolus ait: Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia.* Isidorus lib. 2. Different. *Inter Deum & Dominum ita quidam diffinierunt, ut in Dei appellatione Patrem, in Domini, Filium intelligant. Sacra Scriptura utrumque & Deum & Dominum affirmat: tamen hæc vocabula invicem discernuntur. Primum enim nomen naturæ est, pertinens ad amorem: Secundum potestatis, congruens ad timorem. Denique ex Dei vocabulo edisce, quid diligas; ex Domini appellatione cognosce, quid metuas?* Vide in hanc sententiam S. Fulgentium lib. 10. contra Fabianum Fragm. 10. apud Chiffletium.

Dominus vobiscum, verba, quibus Sacerdos in sacris Liturgiis populum salutat, sumpta ex libro Ruth. 2. sic enim legitur Booz salutasse messores suos. Quibus verbis respondet populus, *& cum spiritu tuo*, quæ sumpta sunt ex Epistola 2. ad Timotheum, ubi dicitur: *Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo.* Vide Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 93. Addit. 2. c. 7. Durandum lib. 4. c. 14. Binium ad Concilium Braccarense II. an. 563. c. 3. & Card. Bona lib. 2. Rerum Liturgic. c. 5.

Domini, & *Domni*, sancti vulgò appellati. *Dominus Joannes*, apud Cyprianum in Vita S. Cæsarii Arelat. *Dominus Dionysius*, in Placitis aliquot Chlodovei III. apud Mabillonium to. 4. SS. Ord. S. Bened. pag. 617. 618. *Dominus Germanus*, ibid. p. 620. Charta Caroli M. pro Ecclesia Parisiensi in M. Pastorali lib. 19. ch. 56. *S. Germani & sancti Marcelli --- vel cæterorum Dominorum, quorum pignora in ipsa plebe, vel ipsa Ecclesia Parisiaca, adunata requiescunt.* Hinc S. Martinus, *Dominus Martinus* appellatur in præfatione Concilii I. Turon. & can. 13. in Concilio Turon. IV. c. 18. Autissiod. c. 5. apud Odonem Cluniac. lib. de Translat. Corporis S. Martini, Fortunatum in Præfat. lib. 3. Gregor. Turon. lib. 5. Hist. c. 14. lib. 10. c. 30. in Gestis Consulum Andeg. c. 10. n. 3. &c. *Dominus Vincentius*, in Concilio Cabilon. I. *Dominus Petrus Apostolus*, in Synodo Rom. sub Symmacho, & in Concilio Turon. II. c. 23. *Dominus Gregorius* M. in Concilio Suession. *Dominus Paulus*, apud Gregorium Turon. lib. 9. Hist. Fr. c. 41. *Domini Apostoli*, apud Ennodium lib. 9. Epist. 26. *Domina Opportuna*, apud Adhelelmum Episc. Sagiensem in ejus Miraculis cap. 2. *Domini Sancti* in Charta Caroli M. tom. 2. Analector. Mabillonii pag. 401. Observat Josephus Scaliger in Notis ad Fragmenta veterum Scriptorum post libros de Emendat. temp. pag. 36. Chaldæos Christianos præcipuorum Sanctorum, ut Apostolorum, nominibus, vocem *Mar*, quæ *Dominum* sonat, præponere, ut *Mar Marcos, Mar Phetros*, Dominus Marcus, Dominus Petrus. Vide *Domnadius*.

Domini, sæpe appellati Episcopi, etiam non adjecta dignitatis nomenclatura; sed ipsius Episcopatus, ut apud Gregorium M. lib. 2. Indict. 10. Epist. 38. lib. 4. Epist. 17. *Domino Mizenatis Ecclesiæ*, apud eundem lib. 4. Epist. 27. Haymo Homil. Domin. 16. post Trinitatem ex S. Augustino: *Nisi fortè hoc evenerit, sicut B. Augustinus dicit, ut ille, qui filius est, per misericordiam Dei sublimetur ad Episcopalem dignitatem, & efficiatur Episcopus, & tunc poterit esse Patri & Filius & Dominus propter honorem dignitatis.* Vide Willelmum Neubrig. lib. 5. cap. 20. Epistolas 72. & 104. ex Sugerianis, &c.

Domini rerum crebrò Imperatores & Reges vocitantur à mediæ ætatis Scriptoribus. Symmachus lib. 10. Epist. 36. *Scivi meliorem esse judicum causam, quæ rerum Dominis reservatur.* Cassianus de Mortificat. in fin. *Ipsi quoque rerum præsentium Domini.* Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat. *Cives aliquot alloquitur, ipsosque rerum Dominos per internuntios appellat.* Desiderius Episcop. Cadurcensis in Epist. ad Chlodulfum: *Ipsi Domini rerum, quibus vice nostri Redemptoris servire videmur.* Aimoinus de Vita S. Abbon. Floriac. cap. 8. *Ad Dominos rerum inclitos scilicet Franciæ Reges, Hugonem ac ejus filium Robertum --- apologeticum scripsit.* Idem lib. 3. Hist. Franc. cap. 71. *Nempe pro similibus ausis, à Dominis rerum, Regibus scilicet Francorum, sæpe attonsus.* Vide lib. 2. cap. 17. Privilegium Corbeiense ann. 846. editum à Sirmondo, &c. Sic passim Sidon. in Paneg. Majoriani, Senator lib. 1. Epist. 4. lib. 12. Epist. 6. 7. 11. & 13. Greg. M. PP. lib. 1. Epist. 6. 16. lib. 2. Ind. 11. Ep. 6. lib. 7. Epist. 130. Witikindus lib. 1. & 2. Vide Juretum ad Symmach. lib. 1. Epist. 8. *Imperatores rerum atque Principes*, apud Petrum Diac. lib. 4. Chron. Casin. c. 111. *Dominus orbis terrarum*, apud Alypium Antiochen. in Descript. orbis cap. 17. §. 6. *Domini terrarum*, apud Arnulph. Lexov. pag. 32. δεσπόται τῆς οἰκουμένης, passim in Actis Concilii Calchedon. & Concilii Ephesini II. οἱ γῆς καὶ θαλάττης καὶ πάντων ἀνθρώπων ἔθνους καὶ γένους δεσπόται, in libellis Photii, Bassiani & Eunomii ad Valentinianum & Marcian. in eod. Concilio Calchedon. Act. 5. 11. 13. & in Epist. Varadati Monachi ad Leonem Imp. parte 3. ejusdem Concilii. γῆς καὶ θαλάσσης δεσπότης, uti Antoninus Severus Caracalla appellatur in Thiatyrensi inscriptione apud Thom. Smith in Notitia 7. Eccles. Asiæ pag. 130. & Sponium to. 3. Itiner. pag. 116. *Terra marisque Dominus*, in Epist. Africanorum Episcop. ad Constantem Imp. in Concilio Lateran. sub. Martino I. PP. Act. 2. S. Hieronym. Epist. 9. *Contubernalis & condiscipulus Augustorum, quorum mensæ ministrat orbis, terræ ac maria serviunt, &c.* ὁ τῆς ὅλης μετὰ θεὸν οἰκουμένης δεσπότης, in Concilio CP. sub Menna Act. 5. *Dominum totius orbis* se se appellitasse Constantium, auctor est Ammianus lib. 15. init. Imperatores & Regis *Dominos*, unicè vocitatos cuivis notum.

Dominus, in legibus & statutis Principum, nullo adjecto

adjecto vocabulo, Dominus feudi intelligitur ratione vaſſalli.

Dominus Capitalis, vulgò *Chef Seigneur*, & in Aſſiſiis Hieroſ. cap. 136. 137. in Conſuetud. Normann. art. 126. 130. 166. Pontivenſi art. 110. Andegav. art. 201. & ſeq. Cenoman. art. 216. Tabularium Vindocin. Thuanum ch. 40. *Archembaldus dudum de terra memorata Capitalis Dominus auctoramentum ſuum ſuper S. Martino donavit.* Tabularium Majoris Monaſterii ch. 175. *Auctorizaverunt etiam hoc in Capitulo Capitales Domini ejusdem terræ, ſcilicet Fulco Comes Vindocinenſis, &c.* Tabularium Vindocinenſe ch. 345. *Annuit donum Gauterius Granarius, de cujus erat fiſco, & dimiſſa calumnia ante Himelinum Montis aurei dominum, qui Caput erat fiſci maximum.* Ordericus Vital. lib. 6. pag. 491. *Hoc Radulfus, qui Capitalis Dominus erat, gratanter annuit.* Vide pag. 491. 496. 576. 594. 601. 604. 625. 770. Regiam Majeſt. lib. 1. cap. 29. §. 1. 2. cap. 27. §. 3. lib. 2. cap. 44. 66. lib. 44. cap. 5. 7. Statuta Roberti I. Scotiæ Regis cap. 6. §. 2. &c. In Conſuetud. Normanniæ art. 166. *S' appelle le Chef Seigneur celui ſeulement, qui poſſede par foy & par hommage, & qui a cauſe du dit fief tombe en garde.*

Dominus Principalis, in Conſtit. Friderici II. Imper. in Quinta Compilat. Decret. de Hæretic. & in Tabulario Vindocin. Thuano ch. 121. *Seigneur paramont*, Anglis JC. dominus Domini vaſſalli inferioris. *Deſſus Seigneur*, *Avant Seigneur*, apud Bellomanerium cap. 62. *Seigneur par deſſus*, in Statutis S. Ludovici contra Blaſphem. *Seigneur Suzérain* in Conſuet. Andeg. art. 204.

Dominus major, Domini capitalis Dominus, idem qui *Principalis*. Regiam Majeſtatem lib. 2. cap. 74. §. 11. Skenæus ad cap. 69. ejusdem libri: *Mei Domini Capitalis Dominus, dicitur Major Dominus*; idem etiam appellatur

Retrodominus. Charta ann. 1225. in Hiſtor. Monmorenciaca pag. 401. *Et quia prædictus Guilleimus de fratre meo Matthæo prædicta tenebat in feudum, & frater meus Matthæus de me: Ego tanquam retrodominus omnia iſta laudavi.* Tabular. Maurigniacenſe ch. 39. *Huic donationi præbuit aſſenſum Gaillelmus de Vaucelais ejusdem feodi retrodominus.*

Dominus, Maritus: ita uxores conjuges ſuos compellabant, *Monſeigneur*. Comitiſſa Nivernenſis in Epiſt. ad Sugerium 18. *Dominus enim meus in ſervitio Dei & Regis eſt.* Mox *virum ſuum* vocat. Vide *Baro*, *Senior*.

Dominus legum, non verò *Magiſter*, appellatus Azo JC. ut eſt in Chron. MS. Alberici. Gloſſæ Lat. Gr. *Juris Doctores*, αὐθένται τῶν νόμων.

Domini, Præcipui è nobilitate. Annales Colmarienſes part. 1. ann. 1284. *Eodem die Curiam habuit Rex Rudolfus in Baſilea cum gloria Dominorum.* Idem Chron. part. 2. ann. 1277. *Poſt hæc Rex Bohemorum congregavit occultè decem millia Dominorum, volens occulte Regem comprehendere Romanorum.*

Domini de nocte; Præfecti vigilum. Andreas Dandulus in Chron. MS. *Pro purganais maleficiis ſtatutum eſt, ut duo ſint equi, noctis tempore urbem cuſtodiant & malefactores capiant: unus vero de citra canale, & alter de ultra canale conſtituatur, qui Domini de nocte appellati ſunt.*

DOMISTADIUM, *Domiſtatio*, Teutonice *Huyſtede*, quaſi domus locus; *huys* enim eſt Domus, *ſtede*, locus, ſtatio: ut *hofſtede* Villa, quaſi *hobæ* ſtatio. Chronicon Montis S. Agnetis p. 149. *Totam curiam ſuam cum domiſtadio pauperculis delegavit.*

Domiſtatio, in Charta Henrici I. Brabant. Ducis in Cod. Donat. Piar. Miræi pag. 321. 322. *Concedo præfatis Regularibus domiſtationes cum curtibus earum, quæ concluduntur inter plateam, &c.* Occurrit ibi plures.

DOMITEXTILE. Teſtamentum S. Remigii apud Flodoardum: *Dono ei domitextilis caſulam ſubtilem, & aliam pleniorem.* Forte *auritextilis*.

DOMITIALIS, Domeſticus. Herkempertus in Hiſt. Longob. p. 75. *Domitialis res ablata eſt, reddita.*

DOMNUS. Apud Scriptores ævi medii venerationem præcipuam habere appellationem *Domni*, apice uno ex *Domini* voce rejecto, obſervarunt pridem viri docti, & tribui vulgò Eccleſiaſtica dignitate fungentibus ac vitæ Sanctitate inſignibus. Ita paſſim Epiſcopis hanc tribuunt Gregorius M. Paulinus, Evodius, Fortunatus, Nicetius Trevir. Avitus Viennenſis, Gregor. Turon. Ennodius, Ivo Carnot. & alii.

Summis primùm Pontificibus peculiarem fuiſſe appellationem contendit Onuphrius. Conſtantinus Pogonatus Imp. in VI. Synodo: Σάκρα δόμνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. Fulco lib. 1. Geſtor. viæ Hieroſolymitanæ:

Proſpiceret Domnus ſapienti pectore Papa
Quid facto ſit opus?

Poſtea Abbatibus etiam & Clauſtralibus attributa *Domni* appellatio. Joan. de Janua: *Domnus & Domna, per ſyncopem, propriè convenit Clauſtralibus: ſed Dominus Domina, mundanis.* Regula ſancti Benedicti cap. 63. *Abbas autem qui vices Chriſti creditur agere. Domnus & Abbas vocetur.* Odilo in Vita S. Majoli: *Et ab omnibus Domnus & Abba honoratur.* At ex Caſinenſibus Conſtitutionibus ad hoc caput, aliis quoque Monachis communis erat: *Ex noſtra conſuetudine ad differentiam Mendicantium Monachos noſtros appellamus Domnos, ſed affectu fratres. Juniores ſeniores ſuos Patres vocant, Abbas verò juxta Regulam Domnus & Abbas non Dominus appelletur.* Et certè conſtat, Benedictinis, Cartuſienſibus, Cluniacenſibus, & Ciſtercienſibus Monachis hanc vulgò etiamnum tribui appellationem: tametſi quod ad Cartuſienſes ſpectat, id in Statutis antiq. part. 2. c. 32. §. 25. potiſſimùm caveatur, *ut nulli prælati aut ſubditi Domini appellentur.* Et alibi: *ut moniales* (ejusdem Ordinis) *non vocent ſe Dominas; ſed ſorores.*

Sunt qui putant, atque in iis Belethus de divinis offic. cap. 25. & Molanus lib. 3. de Canonicis c. 15. Monachos & Abbates abnuiſſe nomen *Domini*, quod ſoli Deo competit: *Domni* verò haud recuſaſſe, quòd ſubordinationem quandam reſpectu ſuperioris Domini denotaret. Auctor Græciſmi:

Cæleſtem Dominum, terreſtrem dicito Domnum.

Gloſſ. Lat. Gallic. *Dominus, Sires. Domnus, Siret*, id eſt, Domicellus, ſeu minor Dominus. Obſervat præterea Baronius ann. 416. n. 23. Evodium in libro de Mirac. S. Stephani clariſſimis viris & feminis *Domni* & *Domnæ* nomen dare; cùm verò de Deo loquitur, non *Domnum*; ſed *Dominum* appellare, *ut*, inquit, *expoſcat uſus loquendi, vocem Dominum tribui ſolitam Deo tantum, Domnum verò communem ſanctis, vel clariſſimis viris ac mulieribus.* Lactant. lib. 4. Divin. Inſtit. c. 3. 4. *Solus Dominus nuncupandus, qui regit, qui habet vitæ ac necis veram & perpetuam poteſtatem.* Certe id videntur obſervaſſe Franci noſtri, qui diſcrimen poſuêre inter *Dame*, & *Dan*, *Dans*, & *Dam*: nam *Dame* vocabulum, quo Dominum denotabant, ſoli Deo, quem *Dame Dieu*, ſeu Dominum Deum indigitabant: *Dan* verò appellabant quosvis aliqua dignitate inſignes. *Le Roman de Garin*:

Grandes miracles fit Dame Dex par lui.

Guill. Guiart:

Se Dame Dieu n'euſt.
A Richart mué ſon corage.

Chroni-

Chronicon Bertrandi Guefclini MS.

Et jura Dame Dieu, qui maint te firmament.

De ufu vocis *Dan*, fic *Le Roman de Garin*:

En fuerre eft alez Dans Auberis.

Alibi:

Et maintefois Dant Girard defconfit.

Domnos etiam peculiari appellatione donari folitos olim Franciæ Reges, auctor eft Landulfus Sagax: *Genti Francorum moris eft Domnum, id eft Regem, fecundum genus principari.* Rhabanus Maurus ad Othgarium: *Reges noftri propter excellentiam commune nomen Domini, five Domni effecerunt fuum.*

Domna, ead. ratione pro *Domina*. Commodian. Inftr. 59.

Matronas vis effe, Chriftiana, ut fæculi domnas
Auro te circundas, aut ferica vefte, pudica.

Gregorius M. lib. 6. Epift. 27. *Glorioſiſſimas autem filias meas Domnam Dominicam, & Domnam Eudochium vice mea falutato.* Fortunatus lib. 6. Poëm. de Brunechilde Regina:

- - - - - - - - *Quis crederet autem*
Hifpanam tibimet Domnam Germania nafci.

Bondovinia lib. 2. de Vita S. Radegundis Reginæ cap. 5. *Intrat in Monafterium in Oratorio Domnæ Mariæ.* Apud Gregor. Turon. lib. 9. cap. 20. *Domna Brunechildis.* In nummis Juliæ Severi uxoris, *Julia Domna Aug.* Ιυλία Δόμνα Σεϐ. & Δόμνα Σεϐ. Αὐγούστα, apud Adolph. Occon. Δόμνα dixit etiam Oppianus lib. 1. Cynegetic. *Dominas* appellatas Magnatum uxores teftatur Salvianus lib. 7. de Gubern. Dei: *Cogitat fortè aliquis, non ita adplenum effe ut loquor, habuiffe enim illic matresfamilias jus fuum, & Dominarum honorem poteftatemque tenuiffe.* S. Fulgentius Epift. 2. *Quæ cùm fit avis abavisque nata Confulibus, & deliciis regalibus enutrita, tanta illi eft humilitas dono gratiæ cæleftis infufa, ut amore fubjectionis & ufu ferviendi, Dominam fe aliquando fuiffe jam nefciat, cùm omnes Dominos habere delectatione fanctæ fervitutis affectat.* Vide S. Hieronymum Epift. 23. cap. 2. 99.

Domnæ dictæ etiam Sanctimoniales. Ugutio: *A Dominus vel Domina, hic Domnus & hæc Domna per fyncopen, & propriè convenit clauftralibus, ficut Dominus vel Domina mundanis.* Vide *Domina*.

DOMNEARE, Italis *Donneare*, quafi *doneggiare*, *cortegiar e fervir donne*: Cum *Domnis*, feu *Domicellis* verfari. Grammatica Provincialis: *Doneiare, cum dominabus loqui de amore.* Concilium Albienfe tom. 2. Spicilegii Acheriani can. 15. de Clerico: *Nec pro domneando cum eis* (avibus venatoriis) *frequentet hofpitia mulierum.* Concilium Monfpelienfe an. 1214. c. 2. apud Gariellum. *Nec frequentet curias, nec hofpitia, vel colloquia mulierum, quod Domeiare vulgariter appellatur.* Ubi *domuciare* perperam præfert ultima Conciliorum editio.

DOMNÆDIUS. Vide *Dominædius*.

DOMNICELLUS. Vide *Domicellus*.

DOMNIO. Vide *Dunjo*.

DOMNULA, diminutivum à *Domna*. Salvianus in Epiftola ad Hypatium: *Illa ergo veftra Palladia, veftra Gracula, veftra Domnula: cum qua his tot vocabulis quondam indulgentiffima pietate lufiftis, quæ vobis per varia nomina nunc fuit mater, nunc avicula, nunc domina. cùm effet fcilicet unum vocabulum generis, aliud infantiæ, tertium dignitatis.*

DOMUCIARE. Vide *Domneare*.

DOMUS. *Domus culta*, Prædium domo ad commanendum colonis apta inftructum: nos *Ferme*, vocamus. Anaftafius in Zacharia PP. *Hic domum cultam Lauretum noviter ordinavit, adjiciens & maffam Fonteianam.* Ibidem: *Hic maffas, quæ vocantur Antons & Formias fuo ftudio jure B. Petri acquifivit, quas & Domos cultas ftatuit.* Stephanus PP. in Epift. ad Pipinum: *Omnes domos cultas B. Petri igni combufferunt.*

Domoculta, unica voce. Vita Ludovici Pii Imp. ann. 815. *Prædia omnia, quæ illi Domocultas appellant, & noviter ab eodem Apoftolico inftituta erant, — diripere conati funt.*

Domus cultilis. Charta Ludovici Imp. Lotharii F. an. 14. in Tabular. Cafaurienfi: *Id eft, curtem unam, domum cultilem juris noftri, quam habere vel poffidere vifi fumus.* Occurrit in alia Henrici I. Imp. apud Baronium an. 1014. n. 9. & apud Ughell. tom. 3. p. 32. 416. tom. 4. p. 625.

Domus capitanea. Vide *Caput manfi*.

Domus Dei, Templum, Ecclefia. Optatus l. 3. *Quando nec fepultura in domo Dei exhiberi conceffa eft.* Zeno Veron. Serm. de Pfalm. 126. *Conventus Ecclefiarum, five templi, quos ad fecretam Sacramentorum religionem ædificiorum fepta concludunt, confuetudo noftra vel Domum Dei folita eft nuncupare, vel Templum.* οἶκος τοῦ Θεοῦ, in Concilio Laodiceno c. 6. 28. & in Concilio Gangr. c. 5. Adde Carthaginenfe IV. c. 91. 92. Forojul. c. 1. Meldenfe ann. 845. c. 35. &c.

Domus Dei, ipfa Ecclefia & religio Chriftiana. Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanafio p. 22. *Maxentius, Nero, & cuncti illi perfecutores domus Dei, &c.* Infrà pag. 67. *Noli, Conftanti, cum Arrianis pugnare contra domum Dei.* Rurfum: *Domus etenim Dei eft Ecclefia, in qua eft inhabitans Dominus.*

Domus diruta vel condemnata. Vide *Condemnare*.

Domus Epifcopi. Vide *Epifcopium*.

Domus Ecclefiæ. Vide *Epifcopium*.

Domus fidei, ipfa Ecclefia & religio Chriftiana. S. Auguft. Epift. 75. *Quoniam ipfe in domo fidei juftius flagitabat fidem debere fervari, ne ibi frangeretur, ubi docetur.* Hinc *Domeftici fidei*, qui ex Ecclefia & in Ecclefia funt, Fideles. Vide in hac voce.

Domus penfilis. Eucherius Lugdun. in Epift. ad Philonem Presbyterum: *Hoc tamen peto ab ipfo fratre noftro, ut domum penfilem, quam juffimus fieri, nobis præparet, & membranas.* Columella lib. 12. *Penfile horreum* dixit; repofitorium fublime & editum. *Cameram pendentem*, Sidonius lib. 2. Epift. 2. κρεμαστοὺς περιβόλους, Palladius in S. Chryfoftomo cap. 13. κρεμαστὸν κῆπον, Manuel Chryfoloras in Epift. edita poft Codini Orig. Conftantinop. p. 127. *Penfiles horti* olim Thebis Ægyptiis memorabiles. *Domos* verò *penfiles*, quæ pontibus inædificatæ funt, appellavit auctor Vitæ S. Leobini Epifcopi Carnotenfis num. 15. de Lutetia Parifior. *Ignis exiliens domos pendulas, quæ per pontem conftructæ erant, exurere cœpit.*

Domus Regis, Curia. Leges Henr. I. Regis Angl. c. 80. *Domum Regis dicimus, ubicunque in regione fua fit, cujufcumque feudum, vel manfio fit.* Ludovicus VII. Rex Francor. apud Thwroczium, dicebat *domum Regis effe quafi Ecclefiam.* Vide Not. noftras ad Cinnamum p. 450.

Domus turrales, turribus inftructæ, in Chron. Willel. Nangii an. 1226.

DONA. Capitulare Caroli M. ann. 807. cap. 3. edit. Baluzianæ: *Omnes itaque fideles noftri Capitanei cum eorum hominibus, & carra five dona, quantùm meliùs præparare potuerint, ad condictum placidum veniant.* Capitul. Caroli Calvi tit. 43. fub fin. *Dedit omnibus licentiam cum Dei gratia & fua redeundi ad propria, exceptis his, quos fpecialiter pro fpecialibus caufis confiderandis, vel pro dona liberanda fecum aliquantis diebus manere præcepit.*

Dona, Gall. *une donnée*, hoc eft, Donatio & diftributio, præfertim illa, quæ publicè fit pauperibus. Teftamentum Beatricis de Sabaudia Comitiffæ Provinciæ an. 1263.

an. 1263. *Volo, quod fiat generalis dona sive distributio ter in singulis septimanis omnibus pauperibus. Garandir la donne*, in Consuetudine urbis Insulensis art. 59. i. Donum à se factum in se recipere.

DONALE, pro *Donum*, Donativum. Rigordus ann. 1201. *Potentioribus imperii per multa & magna donalia sibi ascitis.*

DONATICA, *Donaticus*. Ugutio: *Donatica, ca, Corona, quæ victori donatur: & Donaticus, ca, cum, quod donatur vel accipitur.* Suidas: Δωνατικὸς, διάδοσις ἡ διδομένη παρὰ τοῦ Βασιλέως τοῖς στρατεύμασιν. *Donativum.*

Donaticum, idem quod Tallia, quæsta, mutuum coactum, &c. Charta an. 1075. pro Monasterio Pinarolensi: *Dono — donaticum tollendum, & omnem redditionem & siccum censum reddendum, &c.*

Donatio per præsentem, Donatio inter vivos. Chrodegangus in Regula Canonicorum Metensium, cap. 31 *De rebus, quas habet solenniter donatione per præsentem donet ad Ecclesiam B. Pauli ad opus Dei, &c.*

DONATOR, Legulejis Anglis *Donor*, qui donat prædia vel tenementa alteri ad talliam: is autem cui donantur, dicitur iisdem *Donée*. Ita Rastallus.

DONATI, in quibusdam provinciis Nothi ac Spurii appellati. Descripsit Duchesnius in Delphinis Viennensibus Chartam Humberti Delphini an. 1351. in qua ait, se Amedeum, *donatum* suum, ad ordinem Militarem promovisse, &c. Joan. *de la Gogue* in Histor. MS. Principum *de Deols*, in Biturigib. *Et avoit en son hostel un sien donné & advoué, ait le Bastard de Chauvigny.*

DONATI, dicti Laici, qui se & bona sua Monasteriis donabant & offerebant, de quibus multa observamus in voce *Oblati*. Hisce, ut est in Præceptis Synodalib. Petri de Collemedio Archiep. Rotomag. an. 1245. *Jubentur, ut aliquod signum in eminenti loco portent ad arbitrium Archiepiscopi, & religioni congruentia indumenta, ut per hoc distinguantur ab aliis, & sicut Religiosi ab Ecclesia defendantur.* Statuta Ord. Cartusiens. an. 1368. part. 3. c. 3. §. 1. *Cum ex incauta & indiscreta receptione Donatorum & Præbendariorum damna & scandala quàm plurima nostro Ordini provenerint, &c.* Et §. 4. *Qui Ordini se & sua dederunt, & nobiscum resident continuè, &c.*

DONEC, Nisi. Rigordus an. 1190. *Ille verò respondit, quòd transire non poterat donec in Augusto.*

DONESIA, *Donesia*. Charta Ricardi I. Regis Angl. in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano fol. 89. & apud Chopin. l. 3. de Sacra polit. tit. 7. §. 5. *Apud Cainonem recipient omnes consuetudines & emendas æqualiter Præpositus Archiepiscopi & Præpositus Comitis: ita quòd neuter expectabit alterum ad recipiendum, nisi quando fuerit ibi Donesia vel commendisia: & tunc Præpositus Archiepiscopi non recipiet sine Præposito Comitis. Nihilominus tamen habebit Archiepiscopus dimidiam partem in omnibus, præterquam in emenda Donesiæ vel commendisiæ.*

DONGIO. Vide *Dunjo*.

DONICATUS. Vide *Dominicus*.

DONIQUIES. Donec. Vetus Inscriptio 607. 1. *Donequies locus, quem emerant, ædificaretur.*

DONITUM, pro *Donatio*, in Præcepto Caroli M. pro Hispanis edito à V. Cl. Steph. Baluzio.

DONNECALE. Vide *Dominicus*.

DONNA, Domina. Statuta Venetorum ann. 1242. lib. 4. c. 15. *Sancimus, ut si aliquis reliquit uxorem suam donnam & dominam in domo sua, quod per hæc verba habeat de bonis defuncti ea tantum, quæ sibi necessaria sunt ad comestionem & potum, &c.* Galli dicerent, *Dame & Maistresse*.

DONNULA. Vide *Domna*.

DONUM, Corpus Christi mysticum, quod offertur in Missæ sacrificio. Græc. ἅγιον δῶρον, seu τὰ ἅγια δῶρα. τὸ δῶρον, ἤτοι προσφορὰ apud Cyrillum Alexandrinum contra Anthropomorph. cap. 12. Hildebertus Cenoman. Carm. de mysterio Missæ.

Interea veniens in sacra veste Sacerdos,
Altaris dextram Dona daturus adit.

Infrà:

Hinc est quòd posthac offert sacranda Minister.
Dona, dehinc populus quod sibi lege licet.

Ibid. - - - *Post hæc Dona sacranda sacrat.*

Rursum:

In quo jam mortis, mitisque piusque recordans,
Appellat triplici nomine munus idem.
Dona vocat primùm, quoniam Deus has dat ut inde
Sustentaretur lege modoque caro.
Munera sunt, quoniam Deus his donatur, & inde
Munerat auctorem, cui dedit auctor eas.
Nam quod Sacrificii censentur nomine, monstrat
Qua ratione prius munera dicat eas.

Vita Metrica MS. S. Mauri Abbatis:

Sumptis vivificis sacro libamine Donis.

In Liturgia S. Chrysostomi Sacerdos ait: Ἀξίωσον προσενεχθῆναί σοι ὑπ' ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου δούλου σου τὰ δῶρα ταῦτα. Id est: *Da, ut à me peccatore & indigno servo tuo hæc dona tibi offerantur.* Et mox, satis innuit quid Muneris & δῶρα vocabulo intelligatur: Σὺ γὰρ εἶ ὁ προσφέρων καὶ ὁ προσφερόμενος: *Tu Christe idem es, qui offers, & qui offerris.* Hinc apud Græcos Patres μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων δώρων est participare sacræ Cœnæ. Balsamon ad Canonem 19. Concilii Carthag. δίδοται ἡ εὐχαριστία ἤγουν τὰ ἅγια δῶρα. Concil. Calchedon. Act. 10. τὰ ἅγια δῶρα ἄνω ἐν τῷ ἐπισκοπείῳ ἐκοινώνησαν μετ' ἀλλήλων. Sed & Græcis δῶρα interdum dicuntur sacri panes, oblati ad divinum Sacrificium, ex quibus particula desumitur ad Corpus Domini conficiendum. Vide Cabasilam cap. 2. 3. 10. & infrà in *Munus*.

Donum. Præstatio quævis, tributum, quod sub donationis ultroneæ titulo Domino præstatur. Salvian. l. 8. extremo de Gubernat. Dei: *Insuper etiam ridiculos ipsi nos facimus, aurum, quod pendimus, munera vocamus. Dicimus donum esse, quod pretium est, & quidem pretium conditionis durissimæ ac miserrimæ.* Capit. an. 807. c. 3. *Omnes itaque fideles nostri Capitanei cum eorum hominibus & carra sive dona, quantùm meliùs præparare potuerint, ad condictum placitum veniant.* Charta Æthelbaldi Regis Merciorum an. 749. ap. Inguiph. & Will. Malmesb. *Concedo, ut omnia Monasteria & Ecclesia regni mei à publicis vectigalibus, operibus, & oneribus absolvantur, — nec munuscula præbeant Regi vel Principibus, nisi voluntaria.* Matth. Paris an. 1251. *Nec jam civiles habebantur hi, qui Regi & Regalibus hospitia cum procurationibus splendidius exhibuissent, nisi muneribus nobilibus & magnis Regem ipsum, Reginam, & Edwardum, & aulicos sigillatim refectos honorarent: imò nec erubuit ipsa non tanquam gratuita, sed quasi debita postulare.* Charta Will. Nothi Regis Angl. tom. 1. Monastici Anglic. p. 352. *Ut libera sit ab omni consuetudine — & ab omni geldo, & scoto, & auxilio, & dono, & Danegeldo, &c.* Adde p. 192. tom. 2. p. 827. Tabular. Ecclesiæ Ambian. *In omni territorio Communi Nigellæ habent Canonici tres partes terragii & medietatem Doni; & in terra vavassorum medietatem terragii, & medietatem Doni.* Alibi: *De Canonicis verò tenet Majoratum prædictæ villæ — ad Majoratum verò ejus nihil pertinet, nisi Donum prædictæ villæ & 6. denarii in emendationibus hominum.* Rursum in eod. Codice: *Sed & terræ eorum debent & terragium, & Donum, & Decimam.* Ibid. *In Dono villæ de unoquoque equo solvuntur duæ garbæ.* Charta Roberti Comitis Lauretelli an. 1115. in Chron. Beneventano S. Sophiæ: *Ita ut nullum*

herbaticum vel donum, ullamque solutionem exinde postulent, vel exigant. Charta an. 1307. apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. p. 436. *Et outroions, que nous, nos hoirs, nos successeurs, ne autres, ne fera, imposera ausdits hommes tailles, ne venoage, ne aussi doresnavant pour lever, exiger don, venoage, exaction, ne autre chouse quelconque, &c.* Ubi fateor, vim vocis *venoage* me non percipere, nisi *ventage* scriptum fuerit. Vide *Venda.* Adde Foros Morlanenses artic. 37. Libertates Villar. de Luriaco & de Moneto, & al. in Biturigib. Apud Thomasserium lib. 1. c. 56. 65. 68. &c.

Dona annua, annualia, quæ quotannis Regibus nostris à subditis offerebantur in Campo Martio, aut in Conventu generali, *causa suæ defensionis ac rei publicæ,* inquit Hincmarus in Quaternione pag. 405. 406. apud Cellotium: à quibus ne quidem Monasteria eximebantur, ut est in Synodo Vernensi ann. 755. & tom. 2. Histor. Francor. pag. 323. Vide eundem Hincmarum de Ordine Palatii n. 22. Opusc. 14. tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 582. & Dissertationem 14. ad Joinvillam. Ita etiam appellatæ quævis præstationes annuæ. Privilegium Aldrici Archiepisc. Senonensis pro Cella S. Remigii in suburbio ejusdem urbis: *Episcopus quoque exigendis muneribus Abbatem ejusdem loci non gravet; sed sufficiat ei ad annua dona equus unus, & scutum, cum lancea, &c.*

Dona regia, eadem, quæ dona annua. Capitula ad Legem Salicam c. 19. *Et hoc nobis præcipiendum est, ut quicunque in Dono regio caballos detulerint, in unumquemque suum nomen habeant scriptum.* Adde Capitul. 5. an. 803. cap. 20. Frotharius Epist. 21. *Nam ad horum itinerum incommoda, quæ vel nunc egimus, vel acturi sumus, seu ad Dona regia, quæ ad Palatium dirigimus; pene quidquid ex optimis equis habuimus, distribuere compulsi sumus.* Vide Annales Fr. Metenses an. 753. 758. *Munera regia,* seu, quæ Regi deferuntur, apud Ordericum Vitalem l. 4. p. 523. Ethelbaldus Rex Angl. apud Willelm. Malmesb. lib. 1. de Gestis Angl. pag. 29. *Nec munuscula præbeant; vel Regi vel Principibus, nisi voluntaria; sed liberi Deo serviant.*

Dona præterea appellabantur munera, quibus se se invicem prosequebantur Principes; aut cum legatos mitterent, aut cum se se inviserent; quod jam olim obtinuisse, idque etiamnum obtinere apud Turcicos Sultanos innuimus in Notis ad Alexiadem p. 286. Charta Divisionis Imperii Ludov. Pii inter filios, edita à viro doctiss. Steph. Baluzio, c. 4. *Item volumus; ut semel in anno —— mutuo fraterno amore tractandi gratia ad seniorem fratrem cum donis suis veniant, &c.* Et cap. 5. *Volumus atque monemus, ut senior frater, quando ad eum, aut unus, aut ambo fratres sui cum donis, sicut prædictum est, venerint, — ita & ipse illos fraterno que amore largiori dono remuneret.* Adde c. 12.

Donum matutinale. Vide *Morghangeba.*

DORETUS, Mensura annonaria. Charta Alienoræ Comitissæ S. Quintini an. 1193. in M. Pastorali Eccl. Parif. lib. 13. ch. 1. *Unusquisque hospes B. M. Vitriaci debet mihi singulis annis in festo S. Remigii duos doretos avenæ, & unum panem, & unum pullum, &c.* Infrà: *Isti quatuor liberi sunt à tallia, & à doretis avenæ & pullo, &c.*

DORINA, Theloneum S. Bertini, in Tabul. ejusdem Monasterii: *De Dorina de Cordewan, 2. den. — 4. dorinæ tripodum 2. den. — de dorina patinarum simul emptarum, &c.*

DORMIRE, Coire. In Concilio Vermeriensi anno 752. cap. 10. 11. 12. &c. Wormatiensi an. 868. cap. 63. in Gestis Regum Francorum cap. 31. &c. passim in veteri Testamento.

Dormire, Mortem obire; fato fungi, Scriptoribus Ecclesiasticis, Joan. 11. 1. ad Corinth. 11. & 2. ad Thess. 4. Eucherius Episc. Lugdun. *Dormire, transire, & apud Christum requiescere, ut in Psal. Nunquid qui dormit non adjiciet ut resurgat?* Oratio super diptycha, in Sacramentario Gregorii M. *Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum ill. qui nos præcesserunt cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis.* Theophilus Patr. Alexandrin. in Commonitorio: *Post baptismum in Clerum promotus; in Clero maneat, si illa* (uxor) *dormierit, & post baptismum cum ea rem non habuerit.* Vetus Epitaphium Pisæ in Italia apud Laurent. Schraderum: *Bene merenti in pace Sylvanæ, quæ hic dormit, vixit annos 21. menses 3. horas 4. scrupulos 6. deposita nono Kalendas Julias.* Aliud Romæ in Ara Cæli: *Respectus, qui vixit ann. 2. & menses 8. dormit in pace delicium.* Neque Christiani tantùm; sed & pagani veteres hac usi loquendi formula. Moschus in Epitaphio Bionis v. 104.

> Ἄμμες δ' οἱ μεγάλοι καὶ καρτεροὶ, ἢ σοφοὶ ἄνδρες,
> Ὁππότε πρῶτα θάνωμες, ἀνάκοοι ἐν χθονὶ κοίλᾳ
> Εὕδομες εὖ μάλα μακρὸν, ἀτέρμονα, νήγρετον ὕπνον.

Moschopulus Περὶ σχεδῶν p. 173. νήγρετος ὕπνος, ὃν ἐγρήγορσις οὐ διαδέχεται, cui nempe opponitur ἐγέρσιμος ὕπνος, apud Theocritum in Herculisco v. 7. Μακρὸν ὕπνον alii vocant, ut Orpheus hymno εἰς θάνατον, & vetus Epigramma ap. Laërt. in Biante. Silius Italicus lib. 5.

> - - *Et longo componit lumina somno.*

Ita *longam noctem,* mortem appellat l. 8. ἱερὸν ὕπνον, Callimachus Epigr. 15. dum ait, viros præclaros non mortem obire; sed sacrum somnum dormire, quod de viris sanctitate aliqua illustribus dicebant Christiani:

> Τῇδε Σάων ὁ Διόνυσος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
> Κοιμᾶται; θνήσκειν μὴ λέγε ἀγαθούς.

Quomodo etiam Sibyllina oracula lib. 1. p. 164.

> - - - - - - - οὐ γὰρ ἄϊδας
> Τειρόμενοι θνήσκον, ἀλλ' ὡς δεδμημένοι ὕπνῳ.

Theocritus in Dioscuris v. 203. βαρὺν ὕπνον: idem Callimachus Epigr. 22. τὸν πᾶσι ὕπνον ὀφειλόμενον; vocant.

Dormitio, Obitus, mors, S. Cypriano Epist. 66. S. Hieronymo Epist. 29. 79. 89. S. Hilario in Psalm. 126. & aliis passim. Chron. Centul. Hariulfi lib. 4. c. 12. *Quod superfuit totius vitæ in sancto ibidem explevit servitio, qui etiam VIII. Kal. Maji dormitionem accepit.* Joan. Monachus lib. 1. Vitæ S. Odonis: *Factum est non multò post, ut ipsa dormitionem acciperet in Domino.* Vita S. Pharonis c. 103. *Post dormitionem Walberti Episcopi.* Vita Ludovici Pii an. 816. *Inter hæc D. Leonis Romani Antistitis dormitio nuntiatur Imperatori.* Acta Murensis Monasterii p. 55. *Ut dies dormitionis suæ cum eo celebraretur II. Kal. Martii.* Vita S. Anstrudis Abbatissæ Laudunensis c. 11. *Defectus corporum, non mors; sed Dormitio & Somnus in scripturis sanctis appellantur: quia substantia humana corporalitatis non tollitur; sed per gloriam resurrectionis in perpetuas æternitates reformabitur ab illo, qui mortem sua morte dissipavit.*

Dormitio S. Mariæ, Deiparæ Assumptio, quæ *Pausatio* dicitur in vetustissimo Kalendario. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 11. *Jusso etiam Kebone in loco ipso usque ad Dormitionem Mariæ hospitari.* Domnizo lib. 2. de Vita Mathildis c. 14.

> - - - *Sancta Domitio Virginis atque*
> *In medio mense, qui sextus noscitur esse*
> *Tunc celebratur.*

Adde Synodum Moguntinam anno 1071. Anastasium in Sergio PP. p. 62. &c. Græcis Assumptio B. Mariæ κοίμησις etiam dicitur. Xanthopulus in Synopsi festorum anni: κοίμησιν Ἁγνῆς, τὴν μετάστασιν λέγω. Passim in Menæis & Scriptoribus Græcis.

Dormitio S. Joannis. Burchardus Monach. de Casib. S. Galli c. 2. *Ad dexteram verò partem ejusdem capellæ Assumptionem S. Mariæ cùm depinxisset, aram etiam ei ibidem consecravit: in sinistra verò parte dormitionem S. Joannis cùm decolorasset, sibi etiam inibi altare ædificavit.*

DORMITORIUM, Genus vestis, quam induebant cùm cubitum ibant. Gloss. S. Bened. cap. de Vestimentis: *Dormitoria*, ἐγκοίμητρα. Gloss. Lat. Græc. *Dormitorium*: ἐγκοίμηθρον, seu, ut est in Gloss. Græco-Lat. ἐγκοίμηθρον.

Dormitorium, Plinio lib. 2. Epist. 17. & lib. 15. Ep. 6. & Sidonio lib. 2. Ep. 2. est Cubiculum. Marcellus Empir. c. 23. *Dormitorium cubiculum* dixit. Pro vehiculo, vel basterna, videtur usurpare Passio S. Maximiliani: *Pompejana matrona corpus ejus de judice meruit: & imposito in Dormitorio suo, produxit ad Carthaginem.*

Dormitorium, Scriptoribus ævi medii sumitur pro Conclavi Monasteriorum, in quo sunt plures lecti, vel plures cellæ Monachicæ, ubi decumbunt; vulgò, *Dortoir.* Ælfricus: *Dormitorium*, ꞅlæp-æꞅꞇr, id est, *domus somni.* Ordericus Vital. lib. 12. p. 827. *Dormitorium & Crontochium & reliqua Cœnobitarum abdita, &c.* Capit. Lud. Pii Addit. 1. c. 68. *Ut dormitorium juxta oratorium constituatur.* Agunt de ejusmodi Dormitoriis Concilium Turon. an. 813. c. 24. Concilium Cabilonense II. cap. 59. Regula Canonicor. ex Concil. Aquisgr. c. 123. 136. Regula Sanctimonialium canonicè vivent. c. 10. Chrodogangus in Reg. Canonic. cap. 13. Matth. Paris ann. 1251. Hugo Flaviniac. p. 256. Concil. Coloniense an. 1260. c. 7. Vita Aldrici Episcopi Cenom. n. 17. &c. Joach. Vadianus lib. 2. de Monast. Germ. *Monachorum communiter viventium cellas fenestratas & patulas esse libuit, ut quoniam seorsim dormirent, habere vel somni, vel cubiculi inspectores & arbitros possent: inde hodieque veterum cubiculorum, quæ vulgò Dormitoria vocant, cellulas perspicuas esse videmus.*

Monastica ejusmodi *dormitoria* non semper distincta erant in cellulas: sed in eodem conclavi erant multi lecti, in cujus medio lectus erat Abbatis; ut colligitur ex Regula S. Bened. c. 22. Reg. Monialium S. Cæsarii Arelat. c. 7. Aureliani c. 8. Ferreoli c. 16. Isidori c. 13. ex Novellis Justin. ap. Julian. c. 15. 482. Liber. Ordin. S. Victoris Paris. MS. c. 37. & Udalric. l. 3. Consuet. Cluniac. c. 2. *In medio Dormitorii est lectus ejus propè murum, sonitum ipse facit, quo Fratres diluculo ad surgendum excitantur.* Et certè id obtinuisse etiam in Ordine S. Benedicti, docent Statuta antiqua Corbeiensis Monasterii p. 18. ut & in Ordine S. August. Statuta pro Fratribus & Sororibus Hospitalis S. Leonardi Eboracensis istius Ordinis to. 2. Monastici Anglic. p. 370. *Dormiant omnes fratres simul in uno dormitorio, ita quòd nullus frater habeat cameram separatam, nec curam alicujus cameræ, excepto Cellerario.* Vide Leon. Ost. l. 2. c. 34. & Nomasticon Cisterciense p. 604.

Dormitoria, inter vehicula reponit Hieronymus in c. 66. Esajæ: *Equos & quadrigas, & rhedas & lecticas, sive basternas, & dormitoria, mulosque & mulas, & carrucas, & diversi generis vehicula.*

DORSALE, Pallium, sive aulæum, quod parietibus appenditur, sic dictum, quòd sedenti ad dorsum appensum sit. Durandus lib. 1. Ration. c. 3. n. 23. *Dorsalia, sunt panni in choro pendentia à dorso Clericorum.* Adde lib. 6. c. 81. n. 6. *Cortina, quæ pendet ad dorsum*, apud Monach. Sangallensem de Carolo M. lib. 1. cap. 4. Epitaphium Adalberonis Episc. Laudunensis:

Tresque dedit cappas, dorsalia plura, tapetas.

Petrus Damian. lib. 2. Epist. 2. *Inter has autem deliræ ambitionis insanias, quid sibi dorsalia quærunt, quæ à suis conspici Dominis non merentur: grave quippe dispendium sui patiuntur ornatus, dum in occipiti, vel cervicibus oculi non erumpunt, &c.* Chronicon Mindense c. 26. *Dedit Ecclesiæ Mindensi duo dorsalia, passiones S. Petri Apost. sanctorum Gorgonii & Dorothei continentia.* Vitæ Episc. Autissiod. cap. 50. *Dedit Ecclesiæ pallium ingens optimum, quod vulgò dorsale dicitur.* Marianus Scotus in Chr. ann. 1064. *Ubi verò Episcopi sedebant, dorsalia pallia pendebant.* Rogerus Hoved. an. 954. *Dederat eis duo dorsalia honesta.* Tabular. monast. S. Theofredi in Velavis: *Unum dorsale ejusdem operis, quod totum solebat ambire chorum.* Vide Auctar. ad Matth. Paris p. 158. Hist. Ep. Autisiod. cap. 51. 53. p. 452. 457. Ægidium Aureæ Vallis Monachum in Orberto Episc. Leod. cap. 19. Udalricum in Consuetud. Cluniac. lib. 1. c. 11. Hariulfum lib. 4. cap. 7. Christianum in Chr. Mogunt. Simeonem Dunelm. Evidentias Eccles. Cantuar. pag. 2222. Chronicon Mindense Meibomii p. 111. Chron. Montis-Sereni ann. 1184. Adamum Brem. cap. 161. Belethum de Divin. Off. c. 85. & 115. Rupertum de Divin. Offic. c. 23. Chronic. Uperstense p. 152. tom. 6. Spicilegii p. 456. tom. 12. p. 271.

Dossale, eadem notione, apud Matthæum Paris in Vitis Abbatum S. Albani pag. 35. 40. *Dossale, sive tapesium.* Occurrit etiam apud Leonem Ost. lib. 3. Chron. Casin. cap. 19. (al. 20.) 32. 73. Necrolog. Eccles. Parisiensis 3. *Id. Oct. obiit Adelardis Comitissa de Rupeforti, quæ dedit nobis quoddam dossale, &c.* Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Unde & accipio ab ipsis, sive ab eodem sancto Maximo pallium ex auro contextum, quod vulgò dicimus Dossalem.* Hispanis, etiamnum *Dosel*, est *la Cortina con su cielo, que ponen à los Reyes, y despues à los Titulados, y lo mesmo es en el estado Ecclesiastico entre los Prelados*, apud Sebast. de Cobarruvias.

Dorsarium. Acta Episcopor. Cenomanensium pag. 324. & Ecclesiam libris, palliis, *cappis & Sacerdotalibus ad Chorum parandum dorsariis sive scamnalibus laudabiliter cum tapetis ante Chorum adornavit.*

Doxale. Liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ f. 144. ubi de Bonifacio VIII. *Item sex doxalia diversorum colorum, quorum tria sunt opere Cypressi nobilissima.*

Dorsile pallium, eadem notione. Eckehardus Jun. de Casib. S. Galli c. 1. *Parat tapeto & pallio dorsilis caminatam.* Parat, hoc loco, est Gallicum *parer*, ornare. *Pallium dorsile*, videtur, inquit Goldastus, fuisse tapetium retro principum ac divitum hominum sellas arcuatum & parietibus appensum. Idem Eckehardus c. 12. *Ut in dorsi pallio & cortina lecti sui quæ humilia sentiens, ipse jussit deponi:* quo loco fortè *Dorsipallium*, unicum verbum est. Vide *Oxydeauratus*.

Dorsuale vocat Pollio stragulum, quod animalium dorsis immittitur, in Gallienis: *Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boves, cornibus auro jugatis, & dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes.* Etiamnum *Dossiere* Florentini lodicem appellant. Vide Ammianum lib. 19. Gloss. Gr. Lat. νωτοφόρος, *Dossualis. Asellus dorsuarius*, apud Varronem.

DORSILOQUIUM, Mendacium. Eckeardus Junior de Casibus S. Galli cap. 3. pag. 53. *Et in levitate ambulantibus detractiones & dorsiloquia patiuntur assidua.* Eckehardus Minimus de Vita B. Notkeri c. 19. *Rarò aut nunquam sine opere, aut meditatione, vel exercitio virtutis præteriebat eis tempus. Unde assiduas ab aliquibus detractiones & dorsiloquia, ut vitiosè fieri solet, in conventibus patiebantur.* Nos vulgò & proverbialiter dicimus: *Cela est vray comme j' ay le dos*, id est, falsa res est.

DORSI-

DORSIPALLIUM. Vide *Dorſale.*

DORSUM *redimere*, Data pecunia ſe à virgis vel fuſtuario liberare, in Lege Salica tit. 43.

Dorſum rumpere. Lex Bajwar. tit. 6. cap. 2. §. 2. *Rumpatur dorſum ejus* 50. *percuſſionibus.*

DORTORARIUS, Monachus, qui Dormitorii (*du dortoir*) curam habet, in Statutis Ordinis *de Sempringham.*

DORX, Dama. Dorcades dicunt Latini à Gr. δορκάς. Gloſſ. Græc. Lat. δορκάς, *Dama, capreola.* Gratius in Cynegetico:

— *Pavidosque juvat compellere Dorcas.*

Gloſſ. Arabicol. *Dorſici, capreola.* Ubi fortè legendum, *Dorx, Dorcis.*

DOS, ſecundum leges Romanas, propriè appellatur id, quod à muliere datur viro, quod vulgariter dicitur *Maritagium.* Ita Regiam Majeſtat. lib. 2. cap. 18. §. 1. Adde cap. 15. & 57. quomodo etiam *doüaire* uſurpant Conſuetudines municipales S. Severi tit. 11. tit. 12. art. 36. & Toloſæ part. 3. tit. de dotib. Vide Salmaſium lib. de Uſuris p. 215. & lib. de Modo uſur. p. 145.

DOS, ἀντίφερνα, Donatio propter nuptias uxori à marito facta, quæ jure Gothorum decima pars erat bonorum mariti, Longobardorum quarta, lib. 1. tit. 4. Siculorum tertia, in Lege Neap. lib. 3. tit. 13. 15. 16. uti & Romanorum lib. 2. Feud. tit. 9. Habentur plures formulæ ejusmodi dotis conſtituendæ à marito uxori, in veteribus Formulis apud Bignonium, Goldaſtum, Lindenbrogium, & Galandum de Franco Alodio p. 321. & ſeq. V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitularia n. 43. ex Chartulario Caſaurienſi. En aliam, quam ex Tabulario Eccleſiæ Gratianopolitanæ fol. 34. eruimus: *Dilectiſſima atque multùm amabilis es mihi ſponſa mea nomine Euſebia, propter amorem & bonam voluntatem, quam contra te habeo, & pro hoc quod dicit in Evangelio:* Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit ſibi uxori ſuæ, & erunt duo in carne una, & quod dominus conjunxit, homo non ſeparet: *Igitur ego ſponſus tuus nomine Alabertus in pro ipſa amore, qua contra te habeo, dono tibi aliquid ex mea hæreditate, quæ eſt ſita in pago Gratianopolitanenſi, in Comitatu Salmoriacenſi, in villa, quæ vocatur Temenonus, hoc eſt manſus unus, quem tenet Johannes Parvulus, usque ad inquiſitum vel inquirendum. Dono tibi & in alio loco, hoc eſt in ipſo pago, vel in ipſo agro, & in ipſo Comitatu alium manſum, in villa, quæ appellatur Durioſcho, & quantum ad ipſum manſum pertinet, vel aſpicit: excepto vinea una, quem pater meus Berardus in ſua manu retinet. Hanc autem hæreditatem, ſicut ſuprà memoratum eſt, tibi dono, tali videlicet ratione, ut ſi ex nobis hæres non remanſerit, poſt tuum diſceſſum ad propinquos meos revertatur. Dono etiam tibi tertiam partem de quicquid habeo, vel inantea conquirere potero, ut habeas poteſtatem ad faciendum, quicquid facere volueris. Si quis verò, quod futurum minime credimus, contra hanc cartam aliquid dixerit, non valeat vindicari quod cupit, ſed inſuper culpabilis componat fiſco auri uncias quinque, & inantea hæc carta firma permaneat, cum ſtipulatione ſubnixa... Signum Alberti, qui hanc cartam fieri & firmare rogavit, S. Bernardi, S. Arberti, S. Conſtantii, S. alio Aalberti, S. Duranni, S. Ardenci, S. Rainoldi. Data per manum Silveſtri, in feria VII. pridie Nonas Januarii, anno XXX. regni Rodulfi Regis.* Deſcribitur præterea in Tabulario S. Cornelii Compendienſis charta Caroli Simplicis, dicta in Attiniaco Palatio 13. Kalend. Majas indict. 10. an. 17. redintegrante 10. In qua hæc habentur: *Compertum ſit fidelibus, quòd cum noſtri regni nos negotia tractantes conſiliariis, de noſtro nos commonere conjugio ſalubre ducentes fore & opportunum, ſi conjux condigna lateri adhiberetur regio, ex qua filiorum Deo largiente totius regni profutura procederet propago. Eorum itaque admonitione ſollicitati, & conſiliis exhortati, quandam nobili proſapia puellam, nomine Friderunam, communi duntaxat conſenſu fidelium, Deo, ut credimus, cooperante, ſecundum leges atque ſtatuta priorum, nobis Imperiali connubio ſociamus, regnique conſortem ſtatuimus. Quocirca regio eam more propriis rebus diſponentes ditare, dono ei dotis nomine concedimus, fiſcos jugiter poſſidendos, & pro libitu diſponendos, Corbiniacum videlicet in Comitatu Laudunenſi, cum Eccleſia &c. — perpetualiter habeat, teneat atque poſſideat, & quicquid exinde facere voluerit, liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem, &c.* Habetur denique alia ejusmodi dationis in dotem formula in Tabular. S. Dionyſ. Pariſ. an. 1124. quæ his verbis concipitur. *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Quoniam Sacramenta Eccleſiæ præſignata ſunt in fœdere nuptiarum, ut tempore opportuno de maris & feminæ conjunctione Eccleſia dilataretur, hac de cauſa, ego Gaufridus Jachelinam filiam Dodonis villani in uxorem accipio, & do ei in dotem feodum, quod Emelina filia Chevalier à me tenet, & quicquid habeo apud Trembliucum, &c.*

Dos, Practicis Anglis, dicitur donatio, quæ fit à viro uxori, in ipſo contractu, ad oſtium Eccleſiæ, tempore deſponſationis: *quæ*, ut ait Bracton lib. 2. c. 7. §. 3. *non dicitur proprie Donatio*; ſed *dotis nominatio: ſive conſtitutio.* Idem c. 39. §. 1. *Dos eſt id, quod liber homo dat ſponſæ ſuæ ad oſtium Eccleſiæ, propter nuptias futuras, & onus matrimonii, & ad ſuſtentationem uxoris, & educationem liberorum, cùm fuerint procreati, ſi vir præmoriatur.* Adde §. 4. & Fletam lib. 5. c. 23. §. 2. Regiam Majeſt. lib. 2. c. 16. §. 1. Glanvillam l. 6. c. 1. Littleton. ſect. 39. 40. &c. Extat formula ejusmodi *aſſignationis dotis in oſtio Eccleſiæ*, in Charta Feodi pag. 157. v. in libro Anglico, inſcripto *Juſtice of peace.*

Dos autem alibi conſtituta, quàm ad oſtium Eccleſiæ exigi non poterat, eoque ipſo matrimonium dicebatur illegitimum, quoad dotem licèt eſſet legitimum quantum ad hæredem & hæreditatis ſucceſſionem. Idem Bracton. lib. 4. Tract. 6. c. 8. §. 2. & Fleta ibid. §. 4.

Ejusmodi etiam dos uxori à marito conceſſa, apud Saxones fiebat *antequam cum ea ad prandium diſcubuiſſet*, ut eſt in Speculo Saxon. lib. 1. art. 20. §. 1. ubi cujus generis eſſet iſta donatio, explicatur, ut & §. 7. longè diverſa à dotalitio, de quo art. ſeq. Ita porrò Dos definitur in Obſervantiis Regni Aragon. lib. 5. tit. de Jure dotium, §. 52. *De Foro, dotes, quæ aſſignantur per virum uxori, illæ vocantur de jure Donatio propter nuptias: de Foro vocatur Dos, & iſta talis dos vel donatio propter nuptias, mortuo viro, redit ad mulierem, & tenebit viduitatem in illa, &c.*

Dos rationabilis eſt, cujuslibet mulieris de quocunque tenemento tertia pars omnium terrarum & tenementorum, quæ vir ſuus tenuit in dominico ſuo, & ita in feodo, quòd eam inde dotare poterit, die, quo eam deſponſavit: apud Bractonum lib. 2. c. 39. §. 2. in Fleta lib. 5. c. 23. §. 11. in Regiam Majeſt. lib. 2. c. 16. §. 5. & apud Littlet. ſect. 37. ubi quinque dotium ſpecies recenſentur, ſcilicet.

Dos per communem Legem, quæ eadem cum *Rationabili*, ſect. 37.

Dos per conſuetudinem, quæ ex municipali conſuetudine tertiam bonorum mariti excedit, ſect. 37. quæ fortè eſt media pars tenementorum mariti, ut in Francia obſervabatur ex Edicto Philippi Augusti an. 1214. quo ſtatuit, *que la femme emporteroit la moitié de ce, que le homme a au jour qu'il l'eſpouſe, excepté la Couronne & pluſieurs Baronnies*, ut eſt apud Bellomaner um Ms. cap.

M. c. p. 12. ante quam ordinationem uxor nullam aliam dotem habebat, quàm illam, de qua convenerat.

Dos ad ostium Ecclesiæ, de qua suprà.

Dos ex assensu patris, cùm minor annis uxorem dotat ex assensu patris, §. 40. 47.

Dos pulchrioris, seu *donement de la plus belle*, cùm scilicet uxor post mariti excessum pulchrius, seu melius tenementum in dotem sibi eligit, sub certis conditionibus, quæ recensentur in sect. 48.

Dos Ecclesiæ, Quod ad sarta tecta, & Clericorum in ea deservientium sustentationem ab ædificatore confertur. Neque enim licet Episcopo Ecclesiam, aut oratorium, consecrare, nisi *dos* sufficiens Clericis in iis deservituris ab ædificatoribus conferatur, uti definiunt passim Concilia, Epaonense c. 25. Aurelianense IV. c. 33. Valentinum III. c. 5. Braccarense III. c. 5. Nicænum II. c. 16. Toletanum III. c. 15. Toletanum IV. c. 33. Toletanum IX. c. 5. Wormatiense an. 868. c. 2. 6. Justinianus in Nov. 67. & apud Julianum Antecess. Const. 61. Zacharias PP. in Ep. 9. ad Pipinum c. 15. Ordo Romanus pag. 118. edit. 1654. Diurnus Romanus cap. 5. tit. 2. & seqq. Capitula Herardi Turon. c. 40. Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 10. leg. 3. Decreta Calomani Regis Hungar. lib. 2. §. 17. &c. Adde Chronicon Montis-Sereni an. 1146. Sammarthanos in Archiep. Turon. in Charta ann. 936. Beslium in Episcop. Pictav. pag. 40. Joffridum in Nicia pag. 161. Meibomium ad Witikindum p. 117. 131. Hubertum in Hist. S. Aniani Aurelianensis pag. 55. Appendicem ad Capitul. Regum Franc. n. 130. &c.

Dotem porrò unicè Ecclesiarum baptismalium fuisse videntur docere Acta Murensis Monasterii pag. 34. *Istud ergo sacrum Monasterium, quod cum ab initio hic fuerit Ecclesia, ædificataque fuerit baptismalis, & quæ habuit sepulturam mortuorum, & alia omnia jura, quæ & aliæ Ecclesiæ habent, nunquam auditum est, vel dictum ab ullo Episcopo, vel ab alio Principe hoc modo hinc esse ablatum: & ideo oportet esse principalem Ecclesiam, quæ in ipso loco ædificata est, ubi prior ædificata fuerat, & quæ ipsam dotem & omnia alia jura habet, quæ & prior habuit. Cùm ergo constet, istud monasterium esse principalem Ecclesiam, penitus & miserabiliter ignoranti obscuritate errant, qui dicunt, Ecclesiam S. Goaris esse in isto loco matrem Ecclesiam, quia nunquam auditum est, aliquam dotem, vel aliud qualecunque jus illi Ecclesiæ esse concessum: sed sicut sæpe solent altaria vel Ecclesiæ ædificari ad honorem Dei in locis, qui jam matres Ecclesias habuerunt, sic & ista hîc ædificata est vel ad honorem Dei, sive ut populus illuc conveniens ad servitium Dei inquietudinem Monachis non facerent.* Vide *Mansus Ecclesiasticus*.

Charta verò, quæ ad Ecclesiarum dotem exarabatur, *libellus dotis* nuncupatur in Tabulario Brivatensi ch. 442. quæ tum conficiebatur, cùm dedicabatur Ecclesia, ut ex eadem Charta constat. Adde Chartam Gorziensem, de qua mox, & Ordericum Vitalem lib. pag. 548. 549. *Dotis scriptura*, in Charta Herardi Archiep. Turonensis an. 867.

Dotalitium, eadem notione, in Charta Edgari Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 235. *Quæcunque aliæ personæ in dotalitium ejusdem Ecclesiæ & jus hæreditatis perseverabile induxerunt.* Charta Gorziensis an. 761. *Dotalitium, quo Pipinus Rex dotavit Ecclesiam Gorziensem in die, qua dedicata est.* Alia Roberti Burgundionis Domini Credonensis pro Ecclesia S. Laudi Andegav. *Quæ omnia --- Dominus meus in dotalitio Ecclesiæ habenda constituit.* Occurrit præterea hac notione in aliis; in Charta Lotharii Regis Franc. ann. 987. apud Michaëlem Carbonellum in Chron. Hispan. fol. 8. apud Acherium in Spicilegio tom. 7. p. 200. 205. apud Russium in Comitibus Provinciæ pag. 126. & Meurissium in Hist. Episcopor. Metensium pag. 164. ubi ritus, quo Ecclesiæ dotarentur, bellè describitur.

Dotare Ecclesiam dixit Fortunatus lib. 8. Carm. 1.

Se putet inde Dei dotare manentia templa.

Occurrit passim.

DOSINUS, vel *Cinereus* color, Saxonicè aſſe-Dun dictus, in Gloss. Ælfrici: id est Asininus. Saxonibus enim aſſa, Asinum sonat. Glossæ Isidori: *Dosius, vel Dosinus, equus asinini pili.* Vide eundem lib. 12. Orig. cap. 1. & Papiam in *Cinereus*.

DOSSAGIUM, Præstationis species. Regestum censuum & feodorum Comitatus Carnotensis fol. 16. *Les Feulpiers doivent en l'an chascun 18. d. le jour de la S. Barthelemy. Item il doivent chascun 2. den. de Dossage le jour de la S. André. Item les Peletiers de Dossege chascun 2. d. le jour de la S. André.*

DOSSALE. Vide *Dorsale*.

DOSSERUM, Corbis dossuaria, quæ dorso ab homine geritur, Anglis *a dosser*, Gallis *hotte, panier à dos*. Leges Ethelredi Regis Angl. cap. 24. *De dosseris cum gallinis, una gallina thelonei & de uno dossero cum ovis, 5. ova thelonei.* *Dossier*, vox nostris nota.

Dotalitas, Patronatus, jus in Ecclesia, quod Patrono, qui eam *dotavit*, competit. Provinciale Ecclesiæ Cantuariensis lib. 5. tit. 3. *Non liceat Ecclesiam nomine dotalitatis ad aliquem transferre, vel pro præsentatione alicujus personæ aliquid -- accipere.* Infrà: *Quod si quis fecerit, --- patronatu ejusdem Ecclesiæ in perpetuum privari statuimus.*

DOTALITIUM, *dos, vel dotis precium*, Joanni de Janua. Definitur *Vitæ provisio mulieribus in virorum proprietatibus* data, in Speculo Saxonico lib. 1. art. 21. §. 1. 2. art. 32. lib. 2. art. 21. §. 3. lib. 3. art. 74. & in Wichbild Magd. art. 57. §. 1. ὑπόβολον. Jurisconsultis Græcis, uti multis probavit Salmasius lib. de Modo usurar. p. 150. 151. Henricus Bodo in Chronico Gandersheimensi: *Quia serenissimus Rex Otto Regiam matrem illustrissimam Machtildam aliquantulùm inhonorasse dicitur, privando illam dotalitiis, &c.* Charta Lotharii Regis Fr. pro Corbiniacensi Monasterio: *Villam Corbiniacum, quam eadem Regina jure dotalicii acceperat, atque libera hæreditate possidebat.* Charta Willelmi de Rupibus Senescalli Andegav. an. 1197. *Quando desponsavi Margaritam de Sabolio uxorem meam, dedi ei & concessi in dotalitium suum, sive in donationem propter nuptias, omnes acquisitiones, &c.* Willel. Brito lib. 3. Philipp.

Si mihi germanam reddis, nihilominus omne
Germanæ dotalitium mihi reddere debes,
Quæ cum germana sunt data nomine dotis.

Adde Vitam SS. Bovæ & Dodæ num. 9. Vide *Dos Ecclesiæ*.

DOTARIUM, quod nostris *Doarium*, seu *douaire*, dotalitium. Constit. Sicil. lib. 3. tit. 14. §. 1. *Liceat ei* (marito) *unum dotarium uxori suæ de tribus feudis constituere.* Occurrit præterea lib. 1. tit. 55. lib. 2. tit. 8. in Charta Willelmi Regis Siciliæ an. 1177. apud Bromptonum, & in alia ann. 1313. post Historiam nostram Gallo-Byzantinam pag. 77.

DOUANA, Vide *Doana*.

DOUTA, idem quod *tolta*, Gallis *toulte* vel *toute*, injusta exactio. Charta ann. 1235. apud Columbum lib. 3. de Episcopis Sistaricensibus n. 13. qua Raimundus Berengarii Comes Provinciæ dat Radulpho Episcopo Sistaricensi *Cavalcatas Castrorum de Revesto & de Augeto, & omnes questas, doutas, seu ademptionem eorumdem, quæ hactenus erant in prædictis Castris & hominibus eorum.*

DOXIFICARE, *glorificare*, in Glossis MSS. vox hybrida, ex Gr. δόξα, & *facere*.

DOXOLOGIA. Vita metrica S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis n. 7.

Inter

Inter Virgineas fausto pede Virgo choreas
Tripudians, hymnum discit cantare novellum,
Quem Sion illa canunt comitantia laudibus Agnum
Millia centena, decies bis bina, quaterna:
Nec valet hunc quisquam modulari Doxologiam,
Quem non integritas vitæ docet hoc alalagma.

Eadem Vita prosa conscripta n. 12. *Ubi organizans Canticum Immaculatum, Agnum sequendo tripudiat.* Apud Græcos duplex est Δοξολογία, μεγάλη, & μικρά: illa est Hymnus Angelicus: *Gloria in excelsis*: hæc, quæ sæpius in fine Psalmorum repetitur, Trinitatis glorificatio: *Gloria Patri & Filio, &c.* Hic *Magna doxologia*, seu *hymnus angelicus* innuitur. Vide Germanum Patr. CP. in Hist. Eccles. p. 154. Jacobum Gothofredum ad Philastrium pag. 147. Meursium in Gl. Goarum ad Euchol. Gr. p. 58. &c.

DRACO. Stante Romanorum Augustorum Imperio, inter varia, quæ in acie deferri solebant, vexilla, quædam exstitere *Draconum* non vocabulo duntaxat; sed & effigie insignita, quæ, ut Aquilæ Legionum, ita & illa Cohortium signa erant, ut auctor est Vegetius lib. 1. c. 23. & Modestus de Vocab. rei milit. Ejusmodi Draconum vexilla tum primum cœpisse deferri apud Romanos tradunt, postquam Trajanus Dacos devicit, qui signis ejusmodi utebantur in bellis. Erant autem Draconum effigies depictæ in ipsis vexillis lineis aut sericis. Ammianus lib. 15. *Cultu purpureo draconum, & vexillorum insignibus ad tempus abstracto.* Idem lib. 16. *Alios purpureis subtegminibus texti circumdedere Dracones, hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigati, hiatu vasto perflatiles, & ideo velut ira perciti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.* Alibi: *Quo agnito, per purpureum signum Draconis summitati hastæ longioris aptatum, &c.* Purpureos etiam fuisse dracones istos auctor est Claudianus lib. 2. in Ruffinum:

Surgere purpureis undantes anguibus hastas,
Serpentumque vago cælum sævire volatu.

Eodem lib.

-------- Spirisque remissis
Mansuescunt varii, vento cessante, Dracones.

Idem in 3. Consul. Honorii:

--- Ferventesque tument post terga Dracones.

Ibidem:

-------- hi picta Draconum,
Colla levant, multusque tumet per nubila serpens
Iratus, stimulante notho, vivitque receptis
Flatibus, & vario mentitur sibila tractu.

In 6. Consulat. Honorii:

------- Quid fixa Draconum
Ora velint, ventis fluitent, an vera minentur
Sibila? suspensum rapturi faucibus hostem.

Sidonius in Paneg. Majoriani:

------- Jam textilis anguis
Discurrit per utramque aciem, cui guttur adactis
Turgescit zephyris, patulo mentitur hiatu
Iratam pictura famem, pannoque furorem
Aura facit, quoties crassatur vertile tergum
Flatibus, & nimium jam non capit alvus inane.

Et in Paneg. Anthemii:

Desiit hostiles confestim horrere Dracones.

Prudentius περὶ στεφάνων Hym. 1. de Christianis Militibus:

Cæsaris vexilla linquunt, eligunt signum Crucis,
Proque ventosis Draconum, quæ gerebant, palliis,
Proferunt insigne lignum, quod Draconem subdidit.

Ubi Iso Magister: *Draconum, quia vexilla Regum erant in modum Draconum, vento in se recepto.* Idem Prudentius in Symmachum lib. 2.

-------- Prima hasta Draconis
Præcurrit, quæ Christi apicem sublimior effert.

Nemesianus in Cynegetico:

Aurea purpureo longè radiantia velo
Signa micant, sinuatque truces levis aura Dracones.

Acta Martyrii S. Marculi: *Nudatis militum gladiis, & draconũ præsentibus signis & tubarũ vocibus cogerentur.* Themistius Orat. 6. Οὐ χρυσοῦς ἀετὸς, οὐδὲ δράκοντες λεπτῶν ὑφασμάτων. Gregorius Nazianz. Orat. 1. in Julian. Ὅσα τε (συνθήματα) δρακόντων φοβεροῖς χάσμασιν ἐμπετόμενα ἐπ' ἄκρων δοράτων αἰωρουμένοις· καὶ διὰ τῶν ὁλκῶν ῥιπιζόμενα φολίσιν ὑφανταῖς καταστίκτων, ἥδιστόν τε ὁμοῦ καὶ φρικτὸν θέαμα προσπίπτει ταῖς ὄψεσιν. Vide M. Aurelii Epistolam ad Senatum ad calcem Apolog. Justini Mart. S. Fulgentium Hom. 56. Casaubonum ad Vopiscum, Lipsium, &c.

Atque inde nomen sumpsit Δρακόντειον illud vexillum, quo in ceremoniis suis utebantur Byzantini Augusti recentiores, quod ab Assyriis ad illos dimanasse scribit Codinus de Offic. c. 6. n. 24. & 50. à quibus certè constat, pleraque ornamentorum Regiorum accepisse Romanos Impp. ex Xenophonte aliàs ostendimus ad Alexiadem Annæ Comnenæ.

A Romanis etiam Augustis Draconem fortè accepere in præcipuum exercituum suorum vexillum Impp. Occidui. Nam Willh. Brito l. 2. Philipp. Carocium Othonis describens, Draconem eidem pro signo impositum disertè scribit:

Erigit in carro palum, paloque Draconem
Implicat, ut possit procul hinc atque inde videri,
Hauriat & ventos cauda tumefactus & alis,
Dentibus horrescens, rictusque patentis hiatu,
Quem super aurata volucer Jovis imminet ala.

Nec apud Romanos, Byzantinos, & Occiduos Augustos tantùm extitit Draco inter militaria signa: sed & Saxonibus tribuitur à Witikindo l. 1. Gestor. Saxon. *Hic arripiens signum, quod apud eos habebatur sacrum, leonis atque Draconis, & desuper aquilæ volantis insignitum effigie, &c.*

Præsertim verò in Anglia *Draconis* effigie insignitum vexillum obtinuit, ubi ab ineunte ferè Regni origine ad hæc usque tempora præcipuum inter Regalia signa habetur, ut olim *Auriflamma* in Gallia nostra. *Draconis* Anglicani originem ab ipso Uterpendragone accersit Matth. Westmon. an. 498. qui cum stellam Draconis ignei effigie horridam in cælo conspexisset, quà sibi Regnum portendi edixerant Aruspices, Rex demùm, Aurelio fratre, extincto, factus: *Jussit fabricari duos Dracones ex auro ad similitudinem Draconis, quem in radio stellæ inspexerat, & unum in Ecclesia primæ sedis Wintoniæ obtulit, alterum verò sibi retinuit in prælio deferendum. Ab illo igitur tempore vocatus fuit Britannicè Utherpendragon Anglicà verò linguâ Uther drake heved: Latinè verò uther, caput draconis. Unde usque hodie mos inolevit Regibus terræ hujus, quòd pro vexillo Draconum in bellicis expeditionibus ante se statuerint deferendum.* His consona habet Gervasius Tilleberiensis MS. ubi de Uterpendragone: *Hunc produnt Regium illud apud Anglos vexillum Draconem habere cum capite aureo, quod vidimus expansum, & paganis sub avunculo tuo illustri Rege Ricardo in ultramarinis partibus terribile, Princeps Christianissime.* Idem Matth. Westmon. ann. 1016. testatur, Regem Anglorum cùm in præliis decertaret, stetisse *ex more inter Draconem & Standardum.*

Certè inter Anglicorum Regum vexilla unum extitisse, *Draconem* vocitatum, auctor est Rogerus Hovedenus an. 1191. illudque à Ricardo I. & in ea, quam iniit contra Saracenos expeditione delatum: *Cùm Rex Angliæ fixisset signum suum in medio, & tradidisset Draconem suum Petro de Pratellis ad portandum, contra calumniam Roberti Trussebut, qui illum portare calumniatus est de jure prædecessorum suorum, &c.* Ubi signũ Ricardi à *Dracone* videtur distinguere. Et sanè, cùm *Petrus de Pratellis*, cui Draconem deferendum concessit Ricar-

Ricardus, ut & Robertus, qui tanquam *Signifer hæreditarius* de jure id sibi deberi contendebat, è Normannica gente essent, haud injuria quis existimet peculiare Ducatus Normanniæ insigne extitisse. Nam ex veteri Regesto feodorum Franciæ, quod asservatur in Camerâ Comput. Paris. fol. 44. constat, præcipuum istius Ducatus signum ita vocitatum, illiusque deferendi jus familiæ cuidam adscriptum: *Monseigneur Robert Bertran tient son fié de nostre sire le Roy par Baronnie, & doit à nostre sire le Roy son service; c' est à sçavoir de cinq Chevaliers, & doit porter le Dragon du Duc de Normandie.*

Verùm post amissam etiam Normanniam, Draconicum istud vexillum non modò servasse Reges Angliæ; sed & præsertim in bellis difficilioribus delatum, & quòd mortem hostibus portenderet, tradunt pleriq; Henricus de Knighton ann. 1245. dum de Henrici III. in Wallenses rebelles expeditione agit: *Et in tantum in iram motus est, quod signo Draconis elevato, suos procedere jussit in mortem eorum.* Cui concinit Matth. Paris ann. 1257. ubi de ipsius Henrici contra Wallenses bello: *Animans suos milites quotidie armatus incessit, & vexillum suum regale explicans, quasi Draco, qui nemini novit parcere, exterminium generale Walliæ minabatur.* Et Matthæus Westmonasteriensis an. 1264. p. 387. *Acies tamen regalis, quæ signo regio, quod Draconem vocant, digladiale mortis judicium prætendente extitit insignita, progreditur.* Rishangerus eod. anno: *Rex igitur certificatus de adventu Baronum, cum suis mox progreditur, vexillis explicatis, præcedente eum signo regio, nuncium mortis prætendente, quod Draconem vocant.* Auctor est deniquè Warsius etiamnum apud Anglos extare signum Draconis, quod, dum castra metatur exercitus, ante tentorium, sive papilionem Regium, ubi Prætoriani excubant, nocte diuque explicatum à dextris aliorum signorum figitur.

Draconem etiam pro vexillo seu standardo Comiti Flandrensi adscribit Chronicon Andrense p. 491. ubi sic describitur: *Standardum altissimum dragonem desuper deferentem Comes secum super currum quatuor rotarum duci fecit: quod Rex Francorum indignè tulit.* Vide *Carocium.*

Sed & omnibus penè Nationibus familiare videtur fuisse ejusmodi *Draconis* vexillum. *Le Roman de Garin:*

A une part est au Roy avisé,
Por le Dragon que il vit venteler;
Et l' Oriflambe esgarda par delez.

Alibi:

Porta l' Ensagne, là o li Dragons ert.

Alia suggerimus in Glossar. med. Græcit. v. Δράκων.

Draco, Effigies Draconis quæ cum vexillis, in Ecclesiasticis processionibus deferri solet, quâ vel Diabolus ipse, vel hæresis designantur, de quibus triumphat Ecclesia. Diabolus enim, ut ait S. Augustinus Hom. 36. in Scripturis sanctis, *Leo & Draco est: Leo propter impetum, Draco propter insidias.* Idem in Ps. 73. *Contrivisti capita Draconum in aqua: Dæmoniorum superbias, à quibus Gentes possidebantur.* Vetus Carmen edit. à Barthio lib. 34. Advers. c. 1. *Salve ô Apollo vere, Pæan inclyte, Pulsor draconis inferi.* Consuetudines Floriacensis Cœnobii: *Dominica in Ramis palmarum duæ fiunt processiones: posterior ad Floriacum, præeunt vexilla & Draco.* Alibi: *Ad processionem portatur aqua benedicta & thuribulum sine igne, & Crux & Draco in pertica. Unus verò de infantibus in conca* (laterna) *à magistro suo præparata affert candelam accensam, ut præsto sit ignis, si extinguatur, qui in ore Draconis portatur. Ipso die portatur Draco à Thesaurario, &c.* Rursum: *Præeuntibus autem vexillis & Dracone, sequitur bajulus aquæ benedictæ.* Vide Belethum de Divin. Offic. c. 123. & Durandum lib. 6. Ration. c. 89. n. 12. c. 102. n. 9.

Draco: Ita ordinem Militarem vocabant Hungari, à Sigismundo Imperatore & Rege Hungariæ institutum, qui de eo sic in Diplomate ann. 1413. loquitur: *Ac in signum sinceræ dilectionis ipsum* (Hervoyam Ducem Spalatensem) *in compatrem nostrum assumendo, sibi pro singulari honore quoddam Clenodium, scilicet signum Draconis, quod nos unà cum serenissima Principe D. Barbara Regina Hungariæ conthorali nostra charissima, & quam plurimis mundi Principibus, nostrorumque regnorum Baronibus & nobilibus Præfectis in signum indissolubilis societatis gestare solenne duxeramus conferendum.* De hoc Ordine Militari consulendus Andr. Favynus lib. 7. Theatri Honor. Messenius, Miræus, Belloius, & alii.

Dracones, Majores naves dictæ Suecis, apud Ericum Upsaliensem lib. 2. Histor. Suecicæ pag. 33.

DRACONARIUS, Ugutioni & Joanni de Janua, *Vexillifer, qui fert vexillum, ubi est draco depictus.* Gloss. Græco-Lat. Δρακοντειοφόρος, *Draconarius.* Occurrit eadem vox in Notis Tyronis pag. 161. Vopiscus in Aureliano: *Aquilifer legionis tertiæ cum vexilliferis & Draconario, cornicibus, atque liticinibus diripuerunt.* Modestus de Vocabul. rei militar. *Dracones etiam per singulas cohortes à Draconariis feruntur ad prælium.* Idem: *Signiferi, qui signa portant, quos nunc Draconarios vocant.* Leo in Tacticis c. 3. Βανδοφόρος, ἤτοι δρακονάριος. Ordo Romanus: *Milites Draconarii, id est, qui signa portant.* Petrus Diacon. l. 4. Chr. Casin. c. 39. Henrico Regi Romam adventanti occurrisse scribit *Bajulos, Cerostatarios, Stauroforos, Aquiliferos, Leoniferos, Lupiferos, Draconarios, &c. Scholam Draconariorum* habet lex 1. §. 7. Cod. de Offic. Præf. Præt.

Draconarii meminit etiam Ammianus lib. 20. ubi videndus Lindenbrogius.

DRAGEIA, ex Gall. dragée, Pastillus saccaratus. Acta Visitationis Simonis Archiep. Bituric. p. 235. *Et biberunt cum domino, & de drageia comederunt.*

DRACUNCULUS, *Parvus draco*, Joanni de Janua, ut & apud Lampridium: Ulceris vel cancri species. Chronicon Andrense p. 411. *In dextro brachio lanceatur, & subrepente dracunculo, quinto die moritur.* Utitur etiam hac notione Will. Nangius in Chr. an. 1126.

DRACUS, Species dæmonum, qui circa Rhodanum fluvium in Provincia visuntur forma hominis, & in cavernis mansionem habent: de his multa habet Gervasius Tilleberiensis in libro MS. de Otiis Imper. Decis. 3. c. 87. Occitanis etiamnum *Drac*, *Drago*, est *une fée, nymphe*: hinc *fa le drac*, pro *faire le diable, faire merveille pour ou contre quelqu' un*. Ita Goudelinus.

DRAGMA. Vita S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis:
Laurea condecorat caput, in quo lilia vernent,
Pectore dragma micat, quam viva smaragdus inumbrat.
Aliàs *dragma* est manipulus. Marius Mercator lib. Subnotationum in Scripta Juliani c. 8. *Hoc & de dragmate vel manipulo, qui perierat,* δράγμα, Græcis.

DRAGULUM, Jaculum. Odo Cluniacensis lib. 2. de Vita S. Geraldi cap. 29. *Viderunt piscem, qui Capito vocatur, contra se natare. Unus autem, qui hoc ipsum refert, extendit dragulum, & vulneravit piscem.* Fortè ex Gallico *trait*.

DRAGUMANUS, *Drogamundus, Drogmandus, Drogemannus, Drogomannus, Turquingens, Turchimannus.* His omnibus vocabulis Latini Scriptores ævi medii Græcanicam, δραγόμανος efferunt, quæ *Interpretem linguarum Exoticarum* sonat, ἑρμηνέα γλωσσῶν, apud D. Paulum 1. Corinth. 12. 10. *Michael Dragumanus*, in Charta Rogerii Ducis Sclavoniæ anni 1180. apud Jo. Lucium lib. 3. de Regno Dalmat. c. 10.

Drogomannus. Albericus & M. Chr. Belg. an. 1122. *Per Interpretem, qui à Græcis Drogomannus dicitur, collocutus.*

Drogomandus. Tudebodus lib. 3. Hist. Hierosol. pag. 79. *Interrogaverunt Turci Drogmandum, quid Raynaldus dicebat?*

Drogamundus eidem dicitur lib. 4. p. 810.

Turquigens, Jacobo de Vitriaco l. 3. p. 1126. *Per Turquigentem, id est, Interpretem, dat responsum nunciis.* *Turchimanneus* & *Turchemannus*, Richardo de S. Germano in Chr. an. 1214. & Sanuto Epist. 10. 13. & 19. ubi nescio quis Sirupulus *Græciæ Turchimannus* appellatur.

Jo. Villaneus lib. 7. c. 144. *Turcimanni v'haveva di tutte le lingue.* Habebant porrò Byzantini Imperatores inter aulæ sua Officiales, Interpretes, quos, ut dixi, Δραγουμάνους vocabant, quibus, qui præerat, Μέγας διερμηνευτὴς dicitur Pachymeri lib. 5. c. 6. & Codino: *Maximus Palatinorum Interpretum*, Tyrio l. 17. c. 20. *Maistre des Druguemens*, Tyrio veteri & inedito Interpreti. Nam & Gallis istius ætatis *Druguemens* Interpretes sunt, ut ex Willharduino n. 96. & Philippo Muskio in Carolo M. alibi à nobis observatum; unde subiit, quæ apud nos invaluit vox *Trucheman*, quam similiter pro *Exoticarum linguarum Interprete* usurpamus: cujus originem & etymon à Germanico quidam accersunt, alii à Chaldaïco, in quibus est Isaacus Casaubonus Exercit. 16. in Baronium, ubi annotat vocem *melits.* Hebraïcam Gen. 42. 23. Paraphrastas, Onkelum & alios, exponere *meturgeman*, quem nos, inquit, Galli corrupta voce Chaldaica dicimus *Trucheman*, id est, qui unam linguam transfert in aliam. Sed vim & originem vocis ipsa prodit *Turchimanni* nomenclatura: sunt enim *Turcimanni*, Turci ipsi, quibus vox *man*, id est, homo, adjecta. Qui igitur Turcorũ sua lingua, id est, Arabica, vel Turcica, loquentium Interpretes erant, ii met *Turcimanni* appellati à nostris. De ejusmodi Interpretibus Sidonius in Narbone:

Tum si fortè fuit quod Imperator
Eoas soceri venire in aures
Fido interprete vellet & perito
Te commercia duplicis loquelæ
Doctum solvere protinus legebat.

Vide Carolum Paschalium in Legato c. 49.

DRALHA, Tributi species. Charta ann. 1350. apud Justellum in Hist. Vicecomitum Turenensium: *Cum jure percipiendi pontonagia, pedagia, botagia, dralhas, quidagia, assiegia, &c.* Britannis Armoricis *Drallou*, sunt Gall. *Drauleures, ou sarmens de vignes.*

DRAPPUS, Pannus, Gallis *Drap*, Italis *drappo*: quæ vox occurrit in Notis, quæ Tyroni adscribuntur p. 161. Capitula ad Legem Alamannor. c. 31. Edit. V. Cl. Steph. Baluzii: *Si quis altero per mano aut per drappo iratus prendiderit, sol. 6. solvat.* Marculfus lib. 1. For. 12. *Cum ---argento-auro, fabricaturis, drappis, vestimentis, vel omni supellectile eorum.* Eadem ferè lib. 2. Form. 10. 14. 16. Capitularia Caroli C. tit. 29. §. 1. *Quando solemus reverti ---ad mansiones nostras detonsi & delavati, cum drappis & calciamentis depannatis.* Capitula Adalhardi cap. 52. *Ut super alterius drappum non sedeatur.* Vetus Charta exarata Guonrado Rege regnante, in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 29. *Et omnis substantia mea tam in vino quàm in annona, & in auro atq; argento, & in drapis & vasculis, simul cum bobus & porcis, unà cum meliore equo meo, & spata, & lancea, &c.* Chronicon Fontanellense cap. 16. *Drapos albos 20. de quibus camisiæ 20. fieri possent. Drapus plumatus*, in Charta Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum in Burgundicis pag. 26. Adde Capitulare de Villis c. 42.

Drapa dixit Adrianus II. PP. apud Argentreum in Hist. Armor. lib. 2. c. 22. *Triginta camisias & 30. drapas lineas variis coloribus tinctas.*

Drappale, quidquid ad drappos pertinet. Formulæ veteres c. 39. *Aurum, argentum, drapalia, æramen.* Ita in Form. 47. in Chartis Parensalibus 8. & 13. in Form. 7. ex Baluzianis, &c.

Cæterum notanda formula, *Estre des draps de quelqu'un*, apud Froissartem 2. vol. cap. 77. & in Arestis ann. 1401. & 1474. de eo, qui ex alicujus familia est, & illius *liberationes* seu *livrées* percipit. Speculum Historiale MS. Joann. Abbat. Laudun. lib. 16. *A Lille i avoit un Chevalier, qui estoit dou pais de Pulle, & estoit aux draps Robert de Flandres, &c.*

Draperius, Drapporum mercator, nostris *Drappier*: Italis *Drappiero.* Curia Generalis Catalaniæ, acta in villa Montisalbi ann. 1333. sub Alphonso Rege Aragon. *Ordinamus, quòd quicumque mercator, vel draperius, & eorum negotiatores seu factores, teneant commandas alterius, vel merces, &c.*

Glossar. Pars II.

Draperius. Statuta Ordinis S. Joann. Hierosl. c. 19. §. 37. *Ubi statuta loquuntur de Draperio, is intelligitur, qui nunc magnus Conservator appellatur, qui Bajulivus Conventualis est venerandæ linguæ Aragoniæ, Cataloniæ & Navarræ.* Recensetur inter 6. Majores *Bajulivos* Conventuales ordinis, tit. 10. §. 1. Illius officium describitur §. 23. *Draperius, seu ejus locum tenens, interveniat & adsit contractibus pannorum, telarum, camelotorum & canavassorum pro soldeis solvendis: adsit quoque si aliis fratrum distribuendis.* Vide *Trapus.*

DRAQUILI, *Manus invidi.* Papias.

DRASCUS, Hordeum, sive *Brasium* coctum, postquam cerevisia inde expressa est: nos *de la drague* dicimus, Angli *Draines* & *Draff.* Matthæus Paris in Vitis Abbatũ S. Albani: *Et præbendam quotidianam ad duos equos de granario nostro sumendam. unum cribrum furfuris, & majorem cuvam de drasco una qualibet septimana.*

DRECTURA, *Dretura.* Vide *Directum.*

DRENCH, *Drengus*, *Drengagium.* In Domesdei *Drench* sumuntur pro hominibus, domino feudali obnoxiis, seu certa vasallorum specie, tit. *Cestresc.* *Hujus manerii aliam terram 15. homines, quos Drenches vocabant, pro 15. maneriis tenebant.* Alibi: *Ad ipsum manerium pertinebant 34. Drench, & totidem maneria habebant.* Ex quibus infert Spelmannus, ejusmodi *Drenches* vassallos fuisse haud omnino infimæ sortis, ut qui maneria singuli possiderent: additque, in veteri charta *Drengos* appellari, hosque dici tenuisse terras suas *per servitiũ drengagii.* De eorum origine ita Schedula ab illo laudata de familia Sharneburnorum in agro Norfolciensi: *Eduinus* (de Sharneburne) *& quidam alii, qui ejecti fuerunt* (è terris suis) *abierunt ad Conquestorem, & dixerunt ei, quod nunquam ante conquestum, nec in conquestu suo, nec post, fuerunt contra ipsum Regem in consilio & auxilio; sed tenuerunt se in pace: & hoc parati sunt probare, quomodo ipse Rex vellet ordinare. Per quod idem Rex fecit inquiri per totam Angliam si ita fuit, quod quidem probatum fuit. Propter quod idem Rex præcepit, ut omnes illi, qui sic tenuerunt se in pace in forma prædicta, quòd ipsi rehaberent omnes terras & dominationes suas, adeò integrè & in pace, ut unquam habuerunt, vel tenuerunt ante conquestum suum: & quòd ipsi in posterum vocarentur Drenges.* Ex quibus, inquit Spelmannus, notandum est, eos omnes eorumve antecessores qui è Drengorum classe erant, vel per *drengagium* tenuere, sua incoluisse patrimonia, quæ possidebant ante adventum Normannorum.

Threngus, eadem notione. Epistola Monachorum Cantuariensis Ecclesiæ ad Regem Henricum II. apud Somnerum in Tract. de Gavelkynd p. 123. 210. *Quia verò non erant adhuc tempore Regis Willelmi Milites in Anglia; sed Threnges, præcepit Rex, ut de eis Milites fierent ad terram defendendam. Fecit autem Lanfrancus Threngos suos Milites, Monachi verò non fecerunt; sed de portione sua ducentas libratas terræ dederunt Archiepiscopo, ut per Milites suos terras eorum defenderet, & omnia negotia eorum apud Curiam Romanam suis expensis expediret: unde adhuc in tota terra Monachorum nullus Miles est; sed in terra Archiepiscopi, &c.*

DRESSORIUM, *Dressatorium*, ex Gallico *Dressoir*, Abacus, tabula, ubi vasa reponuntur ad mensæ ministerium: Anglis, *A dresser.* Will. Thorn: *In tabulis, trestellis, dressoriis faciendis.* Ceremoniale Romanum lib. 1. sect. 3. *Credentiam antiqui Ceremoniarum Codices Dressatorium dixerunt.* Christina Pisana *au Tresor des Dames* 3. part. c. 3. *Un grand dressoir couvert comme un Autel tout chargé de vaisselle d'argent.* Vide *Directorium.*

DREVA. Leges Hoeli boni Regis Walliæ: *Dreva manipulorum unius vinculi de avena.*

DRICTUM, *Drictura.* Vide *Directum.*

DRINCELLEN. Vide in *Onthora.*

DRINCLEAN, Tributum pro potu; vox Saxon. à Drinc, potus, & lean, stipendium, merces, tributum. Leges Canuti Reg. Angl. c. 109. *Et Drinclean, id est retributio potus.*

DROITURA. Vide *Directum*.

DROMETARIUS, *Camelarius, qui ducit dromedos*. Ugutioni & Joan. de Janua: *Magister dromedariorum*, Papiæ. Camelum autem *dromada* vocat Livius.

Dromeda. Julius Africanus lib. 6. Histor. Apostolicæ p. 77. *Venerunt nuncii, qui missi fuerant cursu velocissimo in dromedis, &c.* Joannes de Janua: *Dromeda, quoddam genus camelorum, minoris quidem staturæ; sed velocioris*. Vopiscus in Aureliano: *Camelis, quos Dromadas vocitant*. S. Hieronym. in Vita Malchi: *Videmus camelos, quos ob nimiam velocitatem Dromedas vocant*. Et in Vita Hilarionis: *Qui locatis Dromedis, capellis, &c.* Vide Fulcherium Carnot. lib. 2. c. 31. sed &

Dromedarius dicitur pro Dromade. Gloss. Cambcronense: *Dromedas, & Dromas, & Dromedarius idem animal est minus Camelo; sed velocius*. Papias: *Dromedarius, genus camelorum, minor quidem; sed velocior, unde & nomen habet*. Vide Isid. lib. 12. cap. 1.

DROMONES, Naves cursariæ, expediti cursus navigia. Isidorus l. 19. Orig. c. 1. *Longæ naves sunt, quas Dromones vocamus, dictæ, quod longiores sunt cæteris, &c.* Ugutio: *Dromo, longa navis & velox*. Ælfricus in Gloss. Saxon. *Dromo*, Æ[illegible]c, vel B. [illegible], *navigium*. Πλοῖα μακρὰ, Procopio lib. 1. Vandal. p. 106. 1. Edit. a quo sic describuntur: Μονήρη μέντοι, καὶ ὀροφὰς ὑπερθεν ἔχοντα, ὅπως οἱ ταῦτα ἐρέσσοντες πρὸς τῶν πολεμίων ὡς ἥκιστα βάλλοιντο. Mox subdit: Δρόμωνας καλοῦσι τὰ πλοῖα ταῦτα οἱ νῦν ἄνθρωποι, πλεῖν γὰρ μὲν τάχος δύνανται μάλιστα. A velocitate igitur cursus dicta navigia ista censet Procopius. Et certè primus *Dromonum* usus fuit ad cursum publicum. Nam non equis tantùm vehiculisque stetit; sed navigiis etiam ac Dromonibus, per flumina, lacus, sinus, ut res tulit, distributis, quod ex Tabula Itineraria apparet, quæ iter Verona Ravennam per Hostilias designans, Hostiliis Ravennam per Padum iter faciendum notat; & ex Senatore, apud quem Theodoricus Rex Dromonariis Hostiliensibus in hunc modum scribit l. 2. Ep. 31. *Et ideo Comiti sacrarum largitionum nostra præcepit auctoritas, ut in Hostiliensi loco constitui debeatis, quatenus fiscali humanitate recreati, excursus cum veredariis per alveum Padi, more solito, faciatis: ut diviso labore equis publicis debeat subveniri, quando cursus vester non atteritur, qui per vias liquidas expeditur*. Ubi *Dromonarii* dicuntur remiges Dromonum.

Ejusmodi erant navigia illa, quæ Leo Imper. fabricari jussit, quibus uteretur, cùm peregrè proficisci & navigare necesse esset, aut cùm in Palatia suburbana, vel Asiatica, mari emenso, vellet transire. Quæ quidem βασιλικὰ δρομώνια appellata scribit Constantinus de Adm. Imp. c. 61. *Cursorias* vocat Sidonius l. 1. Ep. 5. *Ticini Cursoriam (sic navigio nomen) ascendi, qua in Eridanum brevi delatus, &c.* Adde leg. 2. §. 2. Cod. de Offic. Præfecti Præt.

Dromones etiam in Pado statuit idem Senator l. 5. Ep. 17. & Epist. ad Childebert. quæ extat tom. 1. Hist. Franc. p. 871. ut & in cæteris fluviis, Theophylactus Simocatta l. 7. Hist. Mauric. c. 10. ubi innuit, Dromones fuisse onerarias naves, quas ὁλκάδας vocant Græci: ὁλκάδας [illegible], ἃς δρόμωνας εἴωθεν ὀνομάζειν τὸ πλῆθος. Et l. 8. c. 9. ὑπηρέτιν ὁλκάδα, appellat, Dromonem illum, quem Mauritius, saluti suæ fuga consulens, in portu Constantinopolitano conscendit: Δρόμωνα δὲ ταύτην εἰώθασι τὰ πλήθη ἀποκαλεῖν. Dromonum igitur usus etiam fuit ad onera deportanda, cui addictos potissimùm Dromones testatur prætereà Senator l. 5. Ep. 16.

At postmodum transiit Dromonum appellatio ad majores naves bellicas. Radulph. Coggeshal. in Chron. MS. ann. 1191. *Apparuit eis quædam navis permaxima, quam Dromundam vocant*. Eadem ferè Robertus de Monte & Matth. Paris de anno. Nec aliter describitur à Leone in Tact. c. 19. §. 4. & c. Anna Com. lib. 3. Alberto Aqu. l. 9. c. 23. l. 10. c. 14. Joanne VIII. PP. Ep. 45. 240. 251. W. Tyrio l. 20. c. 14. Jacobo de Vitriaco l. 1. c. 99. Gaufredo Malaterra l. 2. c. 8. Walsinghamo an. 1292. Henrico de Knighton. l. 3. c. 14. Ethelwerth. l. 3. c. 3. l. 4. c. 4. Will. Neubrig. l. 2. c. 17. & aliis, qui variè nomen efferunt, *Dromonos, Dromundos, Dromos, &c.* vocitando. De iis etiam Philippus Mouskes in Hist. Franc. MS.

Esneques & Dromons fieres,
Roges & busses & vissieres.

Le Roman d' Amiles & d' Amy MS.

Enz grans dromons & enz barges s' en entrent.

Le Roman de Jordain MS.

Que gez laissai en mer enz el dromont.

Le Roman de la Prise de Hierusalem par Titus MS.

Un dromont fist loer, mult fu plenier & grans.

Scribit Philippus Pigafetta in Notis Italicis ad Leonis Tactica p. 292. quæ in maris tractu à CPoli ad Thessalonicam navigia decurrunt, *Dromognia* appellari.

Drumon, idem quod *Dromon*. Gregorius M. lib. 8. Ep. 37. *Cognoscentes quale studium in præparandis drumonibus gesseritis*. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat. p. 235. *Sed cùm exutraque ripa Drumonem, qui hostium obsidione injectus fuerat, Gothi Dei nutu erigere non valerent, nocte sanctum virum in Palatium revocarunt.*

Dromonarii, Dromonum remiges, de quibus suprà.

DROMUS, via, semita, ex Gr. δρόμος. Vetus Notitia sub Rogerio Rege Siciliæ an. 1144. apud Rocchum Pirrum in Archiepiscopis Messan. *Et sic pervenit ad lapidem [illegible] positum prope dromum, qui vadit ad Traynam, &c.* Occurrit ibi non semel.

DROSSATUS, Præfectus provinciæ, Theuton. *Drossaet* & *Drossiert*. Saxon. [illegible]. *Drossatus regni*, apud Ericum in Hist. Suecorum l. 3. p. 8[illegible]. Idem l. 4. p. 121. *Dapifer vel Drossatus Regni* [illegible] *Senator Regni* p. 122. *Princeps Senatus* exponitur [illegible] 10. Quem vide lib. 2. Antiquit. Sueco-Gotthic. cap. 18. ut & Schefferum in Upsalia cap. 16.

DRUCHTE, *Druthe*, virgo pacta, sponsata, quæ sponso fidem dedit, à *Trewe*, Germanno *fides*: seu *drut*, amicus. Lex Salica tit. 14. §. 10. *Si quis puellam, quæ Druchte ducitur ad maritum — mœchatus fuerit*. Editio Heroldi: *Si quis puellam sponsatam, quæ Druthe ducitur ad maritum, &c.* Germani sponsas *Druyd* vocant, unde nostri *bru* sponsam filii appellant. Danis certè, auctore Pontano, *hustru* est uxor, ab *hus*, domus, & *tru*, fidelis. Vide *Drudi*.

DRUCULA. Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi tom. 3. p. 224. *Tum incœpimus ædificare prædictam capellam, & ponere fundamentum, & fodere; circa sepulchra eorum, invenimus ossa eorum & chartas prædictas in quadam drucula desolata.*

DRUDARIA. Charta MS. Willelmi Montispessulani Domini an. 1103. *Pertinent etiam Vicariæ, omnes donationes, & omnia Consilia omnium honorum, & omnium pignorum totius Montispessulani cum sextis denariis & omnibus placitis Montispessulani, excepta Drudaria uxoris Domini Montispessulani, & excepta Drudaria Poncii Raymundi. Sciendum est enim, quòd uxor Domini Montispessulani habet Drudariam in placitis Montispessulani, solummodo quando totum placitum fuerit xv. solidorum, & quando fuerit ultra xv. solidorum.* Pactum nuptiale MS. Armanni de Omelaz & Sibyllæ de Obillone anno 1129. *Excepto usufructu feudi Guillelmi Montispessulani, & Drudaria Pontii Raimundi, & unius maris, quem usumfructum in tota mea retineo.* Charta Rogerii Vicecomitis Biterrensis ann. 1194. apud Catellum lib. 4. Rerum Occit. p. 644. *Habent de consuetudine homines Biterris, quòd si Vicecomes justitiam habuerit pro quolibet delicto de quolibet homine vel fœmina ipsius villæ, uxor ipsius Vicecomitis nullam debet habere Drudariam de ipso homine vel fœmina, nisi tantùm de pecunia illa, quam Vicecomes jure habeat.* Servatur in Tabulario Palensi in Bencharnis Codex, hocce titulo: *De las compositions de las Drudes, dites femmes de caporans an. 1378. ab lo senhor.* Deinde: *Recepte de las femmes deus caporans de sus scrits per la composition, feyte ab Mess. per que portassen los senhors.*

Mox:

Mox : 12. *florins paga lo prebende deu caster de jaliees per composition de Marianne de Gusmic ou de la Mote, & de Lugues de Casaux les femmes à Pau le 7. jor de Desembre.* Et sic de cæteris. Apud Dominicum lib. de Prærogativa alodior. in veteri Charta, Guiffredo Archiepiscopo Narbonensi defertur à Raimundo Comite Tolosino feudum quoddam per *Drudariam*, quod idem est, ait Dominicus, ac per amicitiam: Drudi enim dicuntur amici, quod in *Drudes* docemus. Certè *Druerie* id Gallis sonat. *Le Roman de Garin MS.*

Vos drueries s' il vos plait me donnés.

Chron. Bertrandi Guesclini MS.

Et si vos pri trestous par bonne druerie.

Le Roman d' Aubery MS.

Ma druerie vous orrai sans fausser.

Italis *Druderia* est jocus amatorius. Vide *Amicitia.* Joan. Molinetus Valentinensis fol. 108.

J' ay veu Roy de Honguerie
Faire preparement
De tres-haute drurie
Tres-glorieusement.

Ubi *Druerie*, est *Drudorum* cœtus.

DRUDES, *Drudi*, voces ejusdem originis ac *Druchte*, de qua suprà : fideles, fidi, amici, qui Domino obstricti sunt, quasi *trudes*, aut *trudi*: Germanis enim **Treu** / idem sonat, ut *Trewe*, fides. Apud Kilianum, *Drut*, *Draut*, & *Druyt* fidelis & amicus, redditur. Idem sonant *Drud* & *Drude* apud Arvernos. Sed & Cambro-Britannis *Drud* est carus, interdum fortis, strenuus, audax. Denique in Glossario Theotisco Lipsii, *Drohtin*, & *Drahtin*, & *Druftin*, Dominum significant. Vid. Gretserus in Divis Bamberg. pag. 130.

A fide igitur dicti *Drudes*, quos passim Reges nostri in Diplomatibus *feaux* vocitant. Ab hoc etiam etymo *Druydum* nomen accersit Bucherius in Belgio Romano l. 5. c. 4. §. 14. de quibus copiosè agunt Salmasius ad Hist. August. p. 237. Boxhornius in Orig. Gallic. & alii passim, qui res nostras Gallicas attigerunt. Capitula Caroli C. tit. 23. §. 4. *Sine adjutorio uxoris & filiorum, & sine solatio & Comitatu drudorum atque vassorum nuda & desolata exibit anima vestra.* Auctor Vitæ S. Udalrici : *Drudes suos donis congruis sibi complacere satagebat.* Ita crebrò in Poëmate, cui titulus: *Garin de Loherans*, hac notione vox *Dru* accipitur : *O est mes drus li Loherans Garin.*

Alibi :

Ja fu vel tans, Garin fu vostre drus.

Rursum :

Hernaus mes més, mes drus & mes amis.

Idem :

Delès lui fu Gerins, qui fu ses drus.

Alio loco :

Ensemble ô lui ses amis & ses drus.

Denique :

Mari avés & si volés dru fere.

Chronicon MS. Bertrandi *du Guesclin* ;

A tosjours mais serons vos amis & vos drus.

Le Roman de Rou MS. in Richard. I. Duce Normanniæ.

Bien cuide avoir Normans matez & confondus,
Et tous les cuide avoir sans bataille vaincus,
Grand joie & grand gabeis en meine entre ses Drus.

Le Roman de Florimont MS.

Or seron bon ami & dru.

Alibi :

Le Roi apela de ses drus.

Alter Poëta :

Gadifer & Betis & auques de lor drus,
A trové combatans desous deus pins foillus.

Le Caton en Roman MS.

Teus puet estre riches & drus,
Qui puis devient poures & nus.

Le Roman de Girard de Vienne:

Seignor Baron, avés vos entendu
De ces glotons qui estoient mi dru.

Druë, pro amica. *Le Roman de Florimond MS.*

Li Rois li a sa fille monstrée,
Li autre l' ont par lui veuë,
Se dit ja qu' elle l' est sa druë.

Le Roman de la Rose :

Cil qui l' avoulu retenir,
Qu' elle ne puisse aler ne venir,
Soit sa mouiller, ou sa drue,
Tantost en à l' amour perduë.

Philippus *Mouskes* in Philippo Augusto, de Ottone Imper.

Li Dus de Louvain s'en parti,
Quar ne vit pas le gin parti,
S' Othes avoit sa fille eue,
La fille au Roi estoit sa druë,
A feme l' avoit espousée,
Aint la Guerre lui fa dounée.

Jacobus *Millet* in Poëm. cui titulus, *la Destruction de Troye*, de Helena :

Menelaus, à qui je fui la druë.

Jo. Lingonens. in versione libri Boëtii de Consolatione:

Jadis quand joi fortune drue,
Chascuns eureus me disoit.

Ubi *fortune Drue* est *fortuna amica.* Ita Itali *Drudo* usurpant pro amasio, & eo, quem *Galland* vulgò dicimus. Dantes in inferno Cant. 18.

Taida è la puttana che rispose
Al drudo suo.

In Parad. Cant. 12.

Dentro vi nacque l' amoroso drudo.

DRUNGUS, Globus militum. Vegetius lib. 3. c. 16. *Scire Dux debet contra quos drungos, hoc est, globos hostium, quos equites oporteat poni.* Et c. 19. *Aut a vagantibus globis, quos vocant Drungos.* Vopiscus in Aureliano : *Omnium gentium Drungos usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit.* Isaacius Pontanus vocabuli etymon à Germanico *Gedrung*, & *gedren*, quod idem sonat, accersit. Nec abludit Spelmannus, qui Anglo-Saxonibus vocem Ðƿunȝan, significare ait confertam multitudinem, seu Globum militum, uti appositè exposuit Vegetius ; unde Angli eadem notione *Throng* mutuati sunt. Certè à Latinis accepere Græci suum δροῦγγος. Glossæ Basil. Δροῦγγος, τὸ ἐκ ταγμάτων, ἤτοι ἀνδρῶν τῶν λεγομένων κομήτων, (malim κομιλιτόνων) συγκείμενον πλῆθος. Codinus de Off. c. 5. §. 95. δροῦγγα, ποσότης τοσούτων τινῶν ἑρμηνεύεται. Leo in Tactic. c. 3. §. 3. Κατὰ δρούγγους, καὶ κατὰ τέρμας.

Sed aliud est δροῦγγος apud Epiphanium, seu potiùs δροῦγγος. Nam Galatarum voce μυκτῆρα, vel ῥῖνα designat. Unde hæretici quidam dicti Τασκοδροῦγοι, ὅπερ ἑρμηνεύεται πασσαλορυγχῖται, ut est apud Timotheum περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ. Vide Gloss. Rigaltii, Meurs. & Fabreti.

Drungarius, qui *Drungo* præest, præfectus *Drungi* vel turmæ. χιλίαρχος, uti exponitur in Gloss. Basil. seu ὁ μιᾶς μοίρας ἄρχων, apud Leonem in Tacticis c. 3. §. 9. c. 4. §. 6 9. 42. 45. Vide Inscript. Grut. 1161. 2. Plures autē Drungarios recensent Scriptores Byzantini, quós inter eminet *Drungarius classis*, δρουγγάριος τοῦ στόλου, seu τῶν πλωΐμων, de cujus officio multa Leo in Tact. c. 19. §. 24. & Codin. de off. c. 5. §. 4. *Sub cujus manu navium erat omnis potestas*, ut loquitur Luithprandus in Legatione. Illius etiam passim mentio fit apud Scriptores Byzantinos, Constantinum de Adm. Imp. c. 29. 51. Annam Com. l. 3. Nicetam Paphlagon. in Ignatio Patr. Manassem, Leonem Grammat. & alios, qua quidem dignitate donatus fuerat Romanus Imp. antequam imperaret, qui *Primus navium*, & *Navalis exercitus Princeps* dicitur ab eodem Luithprando l. 3. c. 6. & 7. Atq; hic κατ' ἐξοχὴν *Magnus Drungarius* dicitur in Novella Manuelis de Divers. caus. & ap. Joann. Tzetz. Chil. 5. cui præ aliis suberat δεύτερος δρουγγάριος τοῦ στόλου, ut est apud Annam lib. 12. Alexiad. p. 369. Vide Codin. de Offic. cap. 5. §. 95.

Drungarius vigiliæ,ſeu *Drungarius Imperialis vigiliæ*,ut eſt in Hiſt.Miſcella lib.24.pag.739.772.i.e.Præfectus Excubitorum Vigilum: δρουγγάριος τῆς βασιλικῆς βίγλας,Theophani p. 416.cujus munus erat conſtituere excubias ex præcepto M Domeſtici.ItaCodinus c.2. 4. 5.16.&c.Illius meminit Conſtantinus in Baſilio n. 44. Scylitzes, pag 598. Phranzes lib.2. c. 18.&c. Idem qui Νυκτέπαρχος in Chronico Alexandrino p.744.

Drungarius Cibiræotarum,apud Cedrenum inLeontio,& Nicephorum CP. in Breviar.

Drungarius δωδεκανήσου,quiAuctoriHiſtoriæMiſcellæ lib.23. p.714. *Drungarius duodecimæ inſulæ* perperam dicitur. VideGloſſ.Meurſii.&Myrepſum ſect.1. c.443.

DRUSUS, *patiens,aut rigidus,aut contumax*,Gloſſ. Arabico-Lat.& Iſid.

DRUTHE.Vide *Druchte*.

DUA, pro *duo*, neutr.plur.dixiſſe veteres, notum ex Quintiliano lib.1.c.9.& aliis. Veteres Gloſſæ: *Bicept*, *dua capita*. Vetus Inſcriptio nuper detecta in Eccleſia Monaſterii S.Acheoli juxta Ambianum:

PRO SALUTE ET
VICTORIA EXX G
APOLLINI E T UER
JUGODUMNO
TRIBUNALIA DUA
SE TUBOGIUS ESUGGI
F. D. S. D.

Ita in Codicibus MSS.Capitularium,& in LegeBajwar. *dua* crebrò pro *duo* legi monet V.Cl.Steph. Baluzius in Not.ad ead. Capitul. pag. 1125. *dua Capitula*,in Capitul.Aquisgran.an.789. c. 22. 23. ubi alii Codices *duo* præferunt.

DUANA.Vide *Doana*.

DUBBERIA.Fleta lib.2.c.52.§.35.*De iis, qui duobus utuntur officiis, videlicet — tanneriæ & carnificis, vel officio ſciſſoris & dubberiæ*.

DUBINGENIOSUS, ineptus, quaſi vir dubii ingenii.Gloſſ.Lat.Gr.*Dubingenioſus*, ἀφυής.

DUBITARE.ActaAlexandriIII.PP.an.1169.*Ego neq; vos, neq; excommunicationes veſtras appretior,vel dubito unũ ovũ*.Itali*dottare*,& *dubitare*,pro *timere, metuere*,uſurpant,ut *dotta*,pro timore:noſtri dicunt *redouter*.

DUCALE.Gloſſ.Lat.Gr.*Ducale* ἀγωγεὺς ὁ τῶν κτηνῶν. Ubi perperam Vulcanius *ductor* reponit. Vetus Gloſſ. c.dePellibus· *Ducale*: ἀγωγεύς.Gloſſar.Ælfrici: *Ducale* laꞇꞇeh. UbiSomnerus,*id ſcilicet,quo equus agaſonis manu ducitur*.Anglo-Saxonibus Laꞇꞇeoƿ,eſt, Dux.VitaS.Frõtonii Abbatis,inVitisPatrũ c.8.*Dimiſit ſervulus primũ camelum,cujus ducalẽ tenebat*:ubi quidã *Ducale* pro fune,quo animal ducitur,intelligi volunt.

DUCALITER, in morem Ducis,qui præcedit, apud Sidonium lib. 5.Epiſt.13.

DUCAMEN, Ducatus.Glaber Rodulfus lib. 1.c.5. *Illorũ quippe ducaminis principatus fuit Metropolis civitas Rotomagorũ*. Lib.4.c.6. *Univerſos ſui Ducaminis Principes militaribus adſtrinxit ſacramentu*. Charta ann.999.in Tabulario Burgulienſis Monaſterii ch.44. *Concedo ex rebus mei beneficii,quod ex Ducamine tenere videor quartas 3,&c*.Utitur non ſemel Dudo deMorib.Normann.pag.102. 112. Occurrit etiam in Geſtis Conſulum Andegavenſium cap.4.n.1.

Ducere,Guidare, vel nutrire, Joanni de Janua: *unde Educare.i.Enutrire*.

Ducare, Ducem agere, Ducatum tenere.Verſus Palæ altaris ædis S.Marci Venetiis inſcripti:

Tunc Ordelaphus Faledrus in urbe Ducabat.

Ibidem:

Dandolus Andreas præclarus honore Ducabat.

Charta Veneta an.1430.*Ducante inclito Domino Franciſco Foſcaro*. AndreasDandulus in Chronico, de Petro Candiano Duce Venetor.*Ducavit menſes quinque*.

DUCATOR, à *Ducare*, pro *ducere*. Gloſſæ Lat. Gr. *Ducatores* ἀγοὶ, ἡγεμόνες, προηγούμενοι. *Ducatores navis*,in l.Quemadmodum, D.ad Leg.Aquiliam.*Equites ducatores*, in Notit Imp. lib. 1. cap. 149.δουκάτορες, viæ duces, apud Leonem in Tacticis c.8.

DUCARIA, Ductus aquæ.Vetus Charta apud Ughellum tom.3. p.454.*Latus unum extenditur in palude,alterum latus in ducaria quæ dicitur Cula,ſicut ipſa ducaria defluit verſus prædictum fluvium*.

DUCARIUS Gloſſ.Lat.Gr.*Ductarius*,ἀγωγεύς.*Ducale*, ἀγωγεὺς ὁ τῶν κτηνῶν. Ubi fortè legendum *Ducarius*.

Ducaria ſcrofa, Ductrix aliarum ſcrofarum in Lege Salica tit.2.§.13.&inLegeAleman.tit.99.§.14.*Ductrix*, inLegeBajwar.tit.12.c.4.§.2.Gloſſ.Græc.Lat. ἀγελάρχης,*Dux gregis*. Catoni c.150.*Sectarius porcus* eſt, qui gregem præcedens ducit.Vide Bourdelot ad l.2.Heliodori p. 45.

DUCAS, ſeu *Duccas*, Græcis Byzantinis δοῦκας, Latinis Dux. Rogerius Sclavoniæ Dux ſub Manuele Imp. ſic Chartam ſubſcribit an 1180. *Ego Rogerius Sclavone Dei & Imperiali gratia Dalmatiæ & Croatiæ Duccas manu mea ſubſcripſi*.Inſcriptio verò ſic concipitur: *In Ducatu Dalmatiæ & Croatiæ exiſtente D.Rogerio Sclavone Duce*.Conventiones Michaël.Palæologi Imp.&Genuenſium an.1261.in Hiſtoria noſtra Gallobyzant. *Quod ſi aliqua navis mercatorum Januenſium fuerit in Imperio noſtro,& tunc acciderit,quod ſolus Piſanorum,vel Venetorũ,vel aliorum,qui habent guerram cum Imperio noſtro, & Capitaneus,ſeu Ducas, vel Caſtellanus loci, ubi jam dicta navis eſſet,requireret de hominibus navis prædictæ pro muniendo caſtrum,&c*.In verſione Gallica MS. *Et le Chapitain, Duc,ou Chaſtellein du lieu, &c*. Cretenſis inſulæ apud Venetos Præfectus ſemper Ducas Cretæ appellatur inChron.MS. Andreæ Danduli. Vid.Meurſ. in δοῦκας.

DUCATOR, Ductor, apud Tertullianum adverſus Judæos c.13.S. Auguſtinum lib.3. contra Maximum, in Vita S.Frontonii Abbatis c.7. &c.Gloſſ.veteres: *Ducator*, ἀγὸς προηγούμενος.

DUCATORIUM.Gloſſ.Gr.Lat.MS.ἀγωγεὺς, *Ducator,hoc Ducatorium*.Editum, *Ductum, Ductarium*.

DUCATRIX,apud Apulejum l.1.deDogmate Platonis: *Illæ verò vitiorum ducatrices iracundia & libido*. Ita ex vet.Cod.reſtituitScaliger ad Manilium.Item*Duciſſa*,Ducis uxor. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis.

- - - Sua temperat acta Ducatrix.

Occurrit pluries ibi, & in Chartis ipſius Mathildis apud Franciſcum Mariam in ejus Vita lib.3. pag. 105. 156. &c. Vide *Ductrix*.

DUCATUS, Magiſtratus,Præpoſitura.Gloſſ. Lat. Græc.*Ducatus*,ἡγεμονία.Quomodo uſurpatur àSuetonio in Nerone, Vopiſco in Aureliano, Lampridio in Heliog.balo, &c.

Ducatus.Joannes de Janua: *Ducatus eſt dignitas Ducis, vel ejus terra. Ducatus ſive Provincia*,in Concilio Vermerienſi an. 752.c9. *Ad honorem Ducatus provehi*, in l.15.Cod.Th.de Proxim.Comitib. diſpoſ. Gunther.lib.5. Ligurini:

- - - - - Per ſeptem ſigna Ducatum
Rite reſignavit.

Mox:

Marchia tunc tellus erat hæc, nunc verò Ducatus.
Namque volens priſci defendere nomen honoris.
Rex patruo, cùm tres Comitatus ille teneret,
His quoq; compactis, & in uno corpore junctis,
Conſilio Procerum, celebrem jubet eſſe Ducatum.

Ducatus, in Lege Ripuar.tit.33.§.1.videtur ſumi pro Bajwariorum provincia. quæ *Ducatus* appellatione vulgò donatur in ejuſdem provinciæ legibus, quòd à Duce regeretur, præſertim tit.2.In Capitulari 3. ann. 813.c.42. *Ducatus* ſumitur pro provincia,quæ à Duce regitur, reſpectu *Comitatus*.

Ducatum, neutro genere, inLeg.Bajwar.tit.2. c. 9. & apud Leonem Oſt.l.1.c.6. τὸ Δουκάτον auctor Vitæ S. Sabæ,

Sabæ, Nilus Doxapatrius, & Constant. Porph. de Adm. Imp. c. 50. lib. 1. de Them. c. 1. pariter dixerunt.

Ducatus, appellata primùm Moneta Ducatus Apuliæ, cusa à Rogerio Rege Siciliæ ann. 1240. Falco Beneventan. *Monetam suam introduxit, unam vero, cui Ducatus nomen imposuit.* Occurrit in Chartis an. 1181. 1186. apud Ughellum tom. 4. p. 227. & tom. 9. p. 98. 106.

Ducatus, Monetæ Veneticæ aureæ species, ab impresso hocce lemmate sic nuncupatum :

Sit tibi, Christe, datus, quem tu regis, iste Ducatus.

Zecchinum hodie vocant, ab officina monetaria, quæ *zecca* Italis dicitur, ducto nomine. Venetos autem Duci subesse nemo nescit : δυκάτον apud Phranzem l. 3. c. 27. Constantinus in Histor. Apoll. Tyr. Ἡ ποία ἐτιμήθησαν δυκάτα πανταχόσε. Cudi autem primùm cœperunt Ducati sub Joanne Dandulo, qui Ducatum iniit ann. 1280. ut auctor est Andreas Dandulus in Chron. MS. an. 1280. & ex eo Petrus Marcellus in Princip. Venet.

Ducatus Rhodi, in Statutis Ord. Hospit. S. Joan. Hierosol. tit. 5. §. 42. moneta Rhodiensium Militum.

Ducatus, Defensio in via per alicujus territorium : Gall. *Saufconduit, sauvegarde.* Joann. de Janua : *Ducatus, Ductus, vel guida.* Epistola Gregorii VII. PP. apud Brunonem de Bello Saxon. pag. 139. *Henricum atque Rodulfum commoneatis, quatenus nobis viam ille securè transeundi aperiant, & adjutorium atque ducatum per tales personas, de quibus vos bene confidatis præbeant, ut iter nobis Christo protegente pateat.* Occurrit in aliis Epistolis Gregorii apud Hugonem Flavin. in Chron. p. 216. 217. 218. & l. 1. Ep. 77. lib. 4. Ep. 12. 23. apud Fulbertum Carnot. Epist. 44. Godefridum Monachum ann. 1190. Arnoldum Lubecensem lib. 2. cap. 3. Will. ab Oldenborg. in Itiner. T. S. p. 145. Burchardum Monach. de Casib. S. Galli cap. 7. Cunradum de Fabaria de Cas. Galli cap. 8. 19. Walaf. Strab. de Mirac. S. Galli cap. 17. Odonem Cluniac. de Reversione B. Martini à Burgund. cap. 8. Venericum Vercellensem de Unitate Ecclesiæ conservanda p. 46. &c.

DUCENÆ *dignitas*, cujus mentio est in Cod. Th. l. 3. de Cohortalib. l. 7. 8. 20. 21. de Agentib. & ult. de Senatorib. gradus quidam erat in Schola Agentium in rebus, proximus *Principi Agentium*, sicut è *Ducena* ad *Principatum Agentium* promotio fieret : hac qui donati erant *Ducenarii* appellabantur.

DUCENARIUS, Ugutioni lib. 2. c. 8. dicitur, qui duobus militum Centuriis præerat, sicut uni Centurio. S. Hieronymus ad Pammach. *Post Tribunum Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques. Ducenarii* non semel occurrunt in Veterib. Inscript. 457. 8. 542. 8. & apud Gualterum in Tabulis Siculis p. 18.

Ducenarius, Judex, qui de levioribus causis judicabat. Sueton. in Aug. c. 34. *Ad tres judicum decurias quartam addidit ex inferiori censu, quæ Ducenariorum vocaretur, judicaretque de levioribus causis. Ducenarii*, Procuratores, qui ducenta sestertia accipiebant à Principe, ut docet Dio lib. 53. p. 506. Vide Jacobum Gothofredum ad l. 1. Cod. Th. de Exact. ubi multa de Ducenariis congerit.

DUCIANUS, qui ad Ducem spectat. *Duciani*, Ducis limitis Officiales, in l. un. Cod. Justin. de Litor. Custod. *Duciani apparitores*, id est, Ducis in l. un. Cod. Th. de Quadrim. brevib. *Ducianum officium*, seu *Ducis* in l. 2. cod. Cod. de Venat. Ferar.

DUCIBILIS, qui facilè *duci* & flecti potest. Victor Vitensis lib. 3. p. 52. *Accipiens quoque tyrannus, ut erat ducibilis & ferus, serpentinam suggestionem, feralibus Edictis totam cœpit Africam commovere.*

DUCICULUS, *Duciolus, Ducillus*, Epistomii vertibulum, seu paxillus ori Epistomii insertus : *Douzi, Douzil, & Douzilia.* Arvernis : *le dosil ou faucet de la tonne*, in Consuetudine Labourtensi tit. 7. art. 9. *Dousils*, in veteribus Consuetudinibus Bituricensibus apud Thomasserium p. 334. Vita MS. S. Romarici : *Serraculum ab educendo duciculus dictum.* Vita S. Urbani Episcopi Lingon. c. 1. *Ligamina vasorum gladiis præsciderunt, duciculosque abstraxerunt.* Passio S. Berchari apud Camusatum : *Forte ille tunc promptuarii ingressus, ante vos steterat, & sudem, quæ vulgo Duciculum, à potu scilicet educendo, dicitur, in manu tenens, cerealem amphoræ potum infundebat, &c.* Berta Sanctimonialis in Vita S. Adelheidis Virg. c. 5. *Ore cupæ non obfirmato; sed ducibulo secum in manibus asportato.* Ubi legendum *duciculo.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 54. *Non solùm fundum cuppæ; verùm etiam duciculum abluere curat.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 12. *Sed & matulas, supersedes, & muscatoria, & duciculos ad lavatorium, quoties opus est emundare.* Occurrit præterea in Miraculis S. Ursmari per Flandr. n. 18. & in Miraculis S. Angilberti l. 1. c. 21. & in Vita S. Fidoli Abbat. n. 6. atque ex iis emendandus videtur Wandelbertus in Miraculis S. Goaris cap. 7. *Cùm Cellerarius — vinum de cupa quadam hausisset, casu contigit, ut cupæ cuniculum aliud forte meditans infirmè clauderet, & abiret.* Legendum enim *Duciculum.*

Ducillus. Ugutio & Joannes de Janua : *Ducillus, qui & docillus, qui abdit foramen dolii, Clapsydra.* Gervasius Dorobern. ann. 1138. in Cod. Cantabrig. *Usque ad foramen obicis, qui usitato nomine Ducillus vel Clypsedra dicitur, &c.* Inde Occitanis *Adouzilla, mettre en perce, percer le vin.* Vide *Clepsydra.*

Duciolus, eadem notione S. Theodoricus in Vita S. Magni apud Canisium : *Tracto serraculo, meatim in tiprum currere sinit, — & seraculum, quod Duciolum vocant, manu ferens, ante conspectum B. Magnoaldi astitit.* Quidam Codices præferunt, *seraculum, quod Duciolum vocant.* Eadem habentur apud Bedam in Vita S. Columbani c. 15.

Docillus, lla, lum, Clepsedra. Joannes de Janua in *Ductilis.*

Dux. Vita S. Benedicti Anianensis c. 43. Edit. Mabillonii : *Perrexit frater, & abstracto duce, egreditur vinum*

Educillare. Vinum & vasa delinire, & vendere sub hedera, Sambuco : *Vendre du vin à broche.*

DUCILLA, Ugutioni, Joanni de Janua, & Balbo, *Parva Dux, vel Ducis filia.*

DUCILLUS, *Parvus Dux*, Joanni de Janua. Vide *Duciculus.*

DUCLIS, *Duela, trium unciarum.* Ita Glossæ Arabico-Lat.

DUCONES. Vide *Durcones.*

DUCTARIUM. Gloss. Lat. Græc. *Ductarium*, ἀγωγεὺς, ῥυτήρ. *Ductarius*, ἀγωγεύς. *Ductus*, ἀγωγεὺς ὕδατος, ὑδραγώγιον.

DUCTILE. Vide *Ductus.*

DUCTILIS, *Ductileus.* Jo. de Janua : *Ductilis, à duco dicitur, unde Ductiliter, adverb. & Ductileus, lea, leum, Ducillus, la, lum.*

DUCTITIA, Tributum, quod pro mercibus, quæ educuntur & exportantur, penditur, *pour les voitures.* Charta Rotroci Comitis Perticensis ann. 1136. *Volumus quòd — à pedagiis, traversibus, deprisibus, & quibusvis consuetudinibus & exactionibus secularibus, una cum animalibus, supellectilibus, & aliis quibuscunque bonis &c. mercimoniis, & ductitiis quibusvis — sint immunes.* Ubi fortè legendum *dricturis*, id est, *droitures*, seu tributis, quæ exsolvuntur.

DUCTOR, Dux, Dignitas Ducis, apud Paulum Warnefr. de Gestis Longob. lib. 2. c. 2. lib. 4. c. 46. lib. 5. c. 16. lib. 6. c. 1. 27. 44. Ditmarum lib. 4. p. 47. Henricum Roslam in Herlingsberga v. 474. &c.

Ductor, idem etiam qui Græcis διασώστης, qui ad conducendum aliquem in via per alterius regionem datus est à quovis Principe. Luithprandus in Legat. *Turbatus, διασώστῃ, id est, ductori meo, 50. aureorum res pretio dedi.* Vide *Ducatus, Diasostes.*

DUCTRIX, *Ducissa*, Ducis uxor. Leo Ost. lib. 3. c. 60. *Mathil-*

Mathilda Ductrix Liguriæ, &c. Occurrit præterea apud Helmodum lib.1.cap.71. apud Ruodmannum Abbatem in Epist. ad Eckehardum, Ditmarum lib. 2. p. 16. lib.4. p.36. Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli c.10. & 11. Continuatorem Hist. Episcopor. Virdun. n. 4. in Bullario Casin. tom. 2. p.105. &c.

Ductrix, Scrofa porcorum mater, in Lege Bajw. tit.12. c.4. §.2. *Ductrix jumentorum*, in Lege Aleman. tit.72. §.1. Vide *Ducaria*.

DUCTUS. Marculfus lib.1. Form.38. *Si hoc conjurare potuerit, de hac causa ductus sedeat.* Lib.2. Formula 18. quæ est de securitate pro homicidio: *Sed in omnibus exinde ductus & absolutus appareas.* Ubi Bignonius, *ductum*, pro *eductum*, positum putat, hoc est, *de causa eductum*. Sed malim hocce vocabulo *securum* eum dici, tanquam conductu & *salvagardia* obtentis. Capitulare Caroli M. an.808. c.6. *De illorum hominum conquisitu, qui modò foris ducti fuerunt, & postea adquisierunt, postquam patres eorum & parentes ducti sunt.* Ubi *adquisierunt*, poni videtur pro *adquieverunt*. Vetus placitum ann.876. editum à V.Cl. Steph. Baluzio in Append. ad Capitul. n.104. *Et hanc meam responsionem præsentiæ vestræ judicium conditionis ostendit sæpedictus Fredemirus mandatarius de Ardesindo Episcopo, qui legibus ductus est, atque ibidem resonat, ex qua auctoritate prædictus locus S. Felicis sub ditione S. Eulaliæ esse debet.* Canones S. Patricii c. 21. *Christianus, cui dereliquerit aliquis, & provocat eum in ductum, & non in Ecclesiam, ut ibi examinetur causa, qui sic fecerit, alienus sit.* Ubi Waræus ad marginem reposuit *f. judicium*: sed *drictum* legendum videtur, id est, in jus. Vide *Drictum*.

Ductus, pro *Aquæductus*, in Cod. Th. l.1. de Aquæduct. ubi Tribonianus restituit *aquæductus*. Papias: *Ductus, aquæ decursus.* Ita autem appellatur locus, ubi aquæ confluunt. *Doccia*, Italis, est canalis, tubus fictilis, per quem fluunt aquæ: *Douët*, Andegavensibus. Gloss. Lat. Gr. *Ductus*, ἀγωγεὺς ὕδατος, ὑδραγώγιον. Alvarus in Vita S. Eulogii: *Ad prominentem canalis ductum, qui super illâ loca producitur, pervenit.* Tabular. S. Albini Andegav. *Donans nobis ob remedium animæ suæ & patris sui descensum unum, quem habebat in rivulo, qui appellatur ducto, cum omni consuetudine, excepto cænagio, & de alio descensu, quem Eminus de Reginaldo Banario in Altione dedit nobis simili modo & consuetudinem, quam ibi habebat, excepto cænatico.* Charta Fundat. Monasterii S. Laudi Andegavensis: *Et cum villicariâ, & fodrio, & omnibus consuetudinibus terræ & fluminis à rupe Colubraria, usque ad ductum, à ductu verò usque ad vallem, &c.* Occurrunt eadem verba in Charta alia Fulconis Regis Hierosol. & Comitis Andegavensis pro Canonicis ejusdem Ecclesiæ. Vide tom. 5. Ughelli p. 1572. Ordericum Vitalem lib. 3. p. 479. Historiam Monast. S. Nicolai Andeg. p. 20. 59. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 308. &c. Occitanis *Dou-* , idem valet ac aquæ vel fontis caput, origo. *Douälle*, in Consuet. Burdegal. art. 115. pro canali latrinæ, seu ductu.

Ductile. Alia Charta ex eodem Tabulario Ecclesiæ S. Laudi Andeg. *Volumus posteritati scriptum relinquere, quo pacto Sanctimoniales Ecclesiæ Caritatis cum Canonicis, S. Laudi ductile sub bucca Meduanæ communiter habuerunt.* Occurrit ibi pluries. *Ductiles aquæ*, in Charta Hispanica æræ 1016. Apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti tom 5. p. 444. v. *Productiles*, nudè, crebrò in Tabulis Hispanicis apud eundem.

Ductivus, *Ductibus* scatens. Charta Sanctii Regis Aragon. æræ 1131. apud eundem *de Yepez* tom.7. *Montuosum sive ductivum, &c.*

Ductus viarum, in eadem Charta: *Aquis aquarumque exitibus, & regressibus earum, via ductibus, & reductibus earum, &c.*

DUDENA, pro *duodena*, Gallis *Douzaine*. Gloss. Gr. Lat. MS. δώδεκα, *Dudena, Duodecim.* Editum δώδεκα, δ. δδεκα, *duodecima*.

DUELLIO. Gloss. Isid. *Duellio, Rebellis*, ubi fortè legendum *Rebellio*. Id suadet Hugo Flaviniac. in Chron. p.87. *Civis Virdunensis oppidi defectionem atque duellionem contra eum dicuntur meditati. Duellis conjuratio*, apud Rollandinum in Chron. lib.11. cap.17.

Duellio, pugil, qui etiam Duellius dicitur, & inde Duellis per compositionem, id est, ille pugil, qui perseveranter durat in duello, Jo. de Janua.

DUELLIUM, Bellum, propriè *tyrannis*. Glossæ Gr. Lat. τυραννὶς, *duellium*. Dudo lib.2. de Actis Norm. p.70. *Unius verò lustri spatio perseverante inter Regem & Rollonem duellio.* Et lib.3. p.96.

Bella, supercilium, fraudesque, duellia, telum.

Jo. de Janua: *Duellium, quasi dubellum, vel dubellium, i. duorum bellum.* Ita pro monomachia usurpat Simeon Dunelm. an. 1169. *In duellio victi oculos eruere.*

Duellum, eadem notione. Anonymus Poëta de Episcopis Eboracensib.

Urbis tunc tenuit sceptrum gens pigra Britonum
Quæ ferè continuis Pictorum pressa duellis
Servitii pondus tandem subacta subivit.

Occurrit rursum infrà, & apud Anonymum Goldasti de Suevorum origine pag.170. Vide Festum, & Quintilianum lib.1. c.6.

Dibellio, pro *duellio*, Rebellio. Gloss. Lat. Gr. *Divellio*, πόλεμος. *Divelliones*, πόλεμοι, ἁρπαγαί. Alibi *delliones* (leg. *Divelliones*) τυραννίδες, τυραννὶς, *Duellium*. Eulogius Cordub. lib. 3. c. 4. *Undique dibellionum insurgentia bella magnam ei molestiam inferebant.*

Duellum, Prælium, certamen, apud Ditmarum lib. 2. p.22. lib.4. p.35.

DUELLUM, Monomachia, seu singulare certamen, quo ambiguæ disceptationes dirimebantur, quæ ordinario judicio terminari non poterant. Στρατιωτικὴ ἀπόδειξις, Acropolitæ c.50. Joanni de Lyniano veteri JC. *Pugna corporalis deliberata hinc inde duorum, ad purgationem, gloriam, vel odii aggregationem.* In qua definitione non comprehendit duntaxat duellum, quod inductum est ad veri probationem; sed etiam illud, quod inter hostes publicos, condicto vel ex innato odio, vel ad virtutis ac probitatis specimen, & ex Principum consensu initur, quod vulgò *Combat à outrance* à nostris appellatur, de qua duelli specie Uptonus lib. 2. de Militari Offic. c.5. 6. & nos pluribus in Dissert. 7. ad Joinvillam.

Duelli judicium, seu duello controversias ambiguas dirimendi originem à Septentrionalibus populis manasse constat, apud quos ab initio in usu erat, uti ex Paterculo colligere est, qui *armis decernere lites suas solitos fuisse scribit.* Apud Stobæum Serm.10. pag. 133. Umbrici cùm Controversias inter se habebant, pugnabant armati sicut in bello: & qui suos adversarios interemerant, justiorem causam habuisse videbantur.

Sed præsertim id invaluit, ex quo Gundebaldus Burgund. Rex in Legibus suis tit.45. statuit: *Ut si pars ejus, cui oblatum fuerit jusjurandum, noluerit sacramenta suscipere; sed adversarium suum veritatis fiducia armis dixerit posse convinci*, & *pars diversa non cesserit, pugnandi licentia non negaretur.* Quæ quidem duello lites dirimendi ratio recepta est postmodum, in Lege Alemannorum tit. 44. §. 1. tit. 56. §. 1. tit. 84. in Lege Bajwar. tit. 2. c. 2. tit. 9. c. 4. &c. Saxo Grammaticus l. 5. Hist. Danicæ de Rege Frothone: *De qualibet verò controversia ferro decerni sanxit, speciosius viribus quàm verbis confligendum existimans.* Sed potissimùm propria fuisse Francorum dicitur in Vita Ludovici Pii an. 831. de Bernardo: *Is ergo Imperatorem*

rem adiens modum se purgandi ab eo quærebat more Francis solito, scilicet crimen objicienti semel objicere volens, armisque impacta diluere.

Neque tamen cuivis suapte duello licebat contendere; sed necesse erat, ut de eo subeundo Judices decernerent. Libellus Catalanicus MS. de Batallia facienda: *Et axi dona a entendre a quel utsage, que bataya nos deu fer per volentat, mes per necessitat, quant la Cort connexera quel reptament es tal que batayasen deja fer, ço es per beya, o per treues trancades, o per trahycio.*

Duello decertaturi ex Judicis decreto, Vadium seu pignus apud eum deponebant, ut postmodum pro damni ac jacturæ compensatione cederent: quod sanè in *vadio juri standi*, vel de objectis *rectum faciendi*, actitatum docent Lex Alam tit. 36. §. 3. & Lex Bajw. tit. 2. c. 15. §. 3. Id porrò *Duellum vadiare* dicebant. Usatici Barcinon. MSS. c. 21. *Bataya judicata, antequam sit jurata, si per Milites debet esse facta, per 200. uncias auri valentiæ sit per pignora firmata: & si per pedones sit jurata, per 100. propter hoc, ut ad illum, qui vicerit, sit emendatum malum, quod in bello acceperit, tam in corpore quàm in cavallo, sive in armis, & assequatur hoc, pro quo bellum factum erit, & omnes missiones, quas per illud bellum fecerit, & diffinitum illud, quod acceperit ille, qui victus fuerit.* Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. c. 163. *Le Guarent que l'on lieve si com esparjur, doit respondre maintenant à celuy, qui ensi le lieue, Tu mens, & je suis pret que je m'en aleaute contre toi, & defende mon cors contre le tien, & te rendrai mort, ou recreant en une oure dou jour, & vessi mon gage & tendra au Seignor son gage à genoüil, & le Seignor doit les gage recevoir, & assener le jour de la bataille.* Cap. 79. *Lors s'agenouille l'Apeleoir, & luy tent son gage* Cap. 87. *Et se celuy que l'on appelle ensi s'en veaut aerdre a celuy qu'il appelle de son cors au sien, il le doit dementir mot à mot, & ouffrir s'en à deffendre de son cors contre le sien, & tendre son gage au Seignor, & se il le fait, le Seignor en peut recevoir les gauges. Le Roman de Garin MS.*

A ces paroles jailli en piez Gerins,
Tenez mon gage, Emperieres, dit-il,
Envers Fromond que vo véez ici,
Des grans aféres vos a del tot menti.

Vetus Consuetudo Normanniæ 2. part. cap. 2. *Plainte de multre doit estre fete en cette maniere. P. se plaint de T. qui li mordri son pere feleneßement en la paix Dieu & Roy, que il est prest de prouver & de fere lui recognoistre à une hore de jour. Et se T. le nie mot à mot, & il en offre son gage à deffendre soy. L'en doit premierement prendre le gage au deffendeur, & puis celuy à l'apeleur, & chescun doit donner pleges de mener la Loi. Ne pourquant il doivent ambedeus estre retenus en la prison le Duc, & fere sus cen qui sera regardé que l'en devra fere de droit. La bataille li doit estre ottroiée par la Justice, & si puet bailler l'un & l'autre en une prison, se il veut portant, que il soient baillez à bonnes gardes, qui les rendent au jour de la bataille fere.*

Interdum *Gagia duelli* ad Dominum spectabant. Charta Communiæ Fidemensis in Campania ann. 1316. *Gagia duelli Majoris Juratorum dictæ Communiæ erant, sed victus in Lege duelli meus erit.* Nam & in eum finem apud Dominum vel Judicem deponebantur, ut in emendam seu mulctam pars illorum cederet. Tabularium Monasterii S. Savini Levitanensis an. 945. *Eidem Monasterio donamus & concedimus, ut si qua nobis pecunia pro placitis aut batallis de prædicto Monasterio nobis evenerit, &c.* Charta Philippi Aug. Reg. Franc. an. 1185. in Hist. Vastinensi p. 707. *Carnifices reddent stallagia, quæ debuerint: vadia duelli ad consuetudinem Gastinesii exsolvent.*

Jam verò dicebatur is *falsum vadium incurrere*, *se mettre en faux gage*, qui cum reo, quem appellasset, duellum inibat ante peracta coram Judice sacramenta in aisce occasionibus fieri solita, in Assisiis Hierosolymitanis MSS. c. 65. ut & si is, qui aliquem de homicidio appellasset, quidpiam diceret, de quo appellatus non esset convictus, in c. 76. ubi è contra, *se mettre en loiaus gages* dicitur, qui rem, quam intendit, probat, quod *se mettre en droit gage*, rursum dicitur cap. 82. & 86. Neque, opinor, aliud est omnino *Vadium mentiri*, in Legibus Inæ Regis c. 14. *Si quis coram Episcopo testimonium suum & vadium mentiatur, 30. sol. emendet. Vadium* enim *mentitur*, qui de juri stando *vadium* dedit, illud deserit, nec juri stat. Vide Probat. Histor Turenensis p. 36. Histor. Beneharn. pag. 375. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 59. &c.

Interdum parti ipsi *Vadium* dabatur: quod & olim factitatum in duellis, arguunt, quæ habentur in Lege Bajw. c. 17. §. Quinimo is usus invaluerat ut appellans chirothecam, seu rem quamvis aliam coram judice projiceret, eamque appellatus, judicis priùs petita venia, è terra levaret, eoque facto duellum in se suscipere profiteretur. Petrus Cluniacensis lib. 1. de Miraculis p. 1261. *Jussus posthac à judicibus venire, & ea, quæ dixerat, comprobare, propiùs accessit, & iterans, quæ dixerat, cœpta temeritate se verè dicere confirmabat. Cumque instaret, rursum ei judices præceperunt, ut secundum morem regionis gadium, rei videlicet ab eo probandæ argumentum, manu propria in ejusdem Gerardi Prioris poneret, qui velut ex bona conscientia audacter gadium in manu ejus ponens, ait: Hujus, ut dixi, rei ego testis sum, aliis quoque testibus, vel duello idipsum probaturus.* Froissart. 2. vol. c. 85. *Et pour moi purger en la presence Monseigneur quevez-lé, l'en jette mon gage, or le levez.* Idem 4. vol. c. 42. *Quand il eut pensé un petit, il se tira avant, & prit son chaperon en sa main, & vint devant le Roy, & le Comte Mareschal, & dit, Comte Mareschal, je di, que tu es faux, mauvais & traistre, tout ce je prouveray, mon corps contre le tien, & voila mon gage.* Monstrelletus 2. vol. p. 68. *Maillotin jetta son gage, & Messire Hector le leva par le congé du Prince,* Guignevilla in Peregrinatione animæ:

Il est mauvais, faux & traitre
Quelque nom ait, ou quelque titre,
Je t'apelle de trahison,
Et sans faire dilation,
Devant tout vostre Barnage,
J'en offre & baille mon gage,
Et vueil en champ mortel entrer,
Pour vous sa trahison monstrer.

Le Debat du cœur & de l'œil, MS.

Le cœur replica ce langage,
Et dit à œil, Tu as menty,
Un soupir t'en jette pour gage:
L'œil respondit, Aucunement, mais ty.

Datis autem & receptis vadiis, Appellans & Appellatus pacem inter se inire non poterant, inconsulto & invito Domino; qui, si paci nollet consensum præbere, astringere eos poterat ad perficiendum duellum. Ita Assisiæ Hierol. c. 87. & Philippus Bellomanerius c. 58. & 63.

Non modò *Gagia* à pugnaturis dabantur Domino; sed & obsides: qui quidem, si is, cujus vades erant, superaretur, indictam mulctam persolvebant. Consuetudines Lorriaci *Et si de legitimis hominibus duellum factum fuerit, obsides devicti centum & 12. solidos persolvent.* Hinc natum proverbium apud nostros volunt, quod hocce tetrastico comprehensum:

C'est un proverbe & commun dis,
Qu'en la Coustume de Lorris,
Quoi qu'on ait juste demande,
Le batu paie l'amende.

De ejusmodi obsidibus egit *le Roman de Garin*:

Devant li Roi sont li gage plaié,

De deus Barons qui ne sont gueres cher,
Li Empereres n'i ot oi fet replesgier,
Et ce fust mal qu'il n'est fist ostagier,
Par cele chose lor fut grant encombrier.

Alibi :

Et Ysoré son gage porofri,
Là le pleuirent & parent & ami :
Dont faut avant li Loherans Garin,
De soi defandre estoit prez & garnis,
En porofrant son gage porofri,
Pleusiez moi li Alemans Orri,
Et vos Girart, le Borgoing Auberi,
Mi neveu estes, ne mi devez faillir.
Ge ne vueil nul, li Empereres a dit,
Autres ostages i covient a venir.

Vide Chartam Libertatum oppidi Cellarum in Biturigib. an. 1216. apud Thomasserium in Consuet. Bituric. l. 1. c. 58.

Gagiis receptis ac obsidibus datis, dies pugnæ ad quadragesimum indicebatur à Domino vel Judice. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. c. 95. *De toutes manieres de Bataille que de meurtre ou d'omecide, a l'on 40. jours de respit, puisque les gages sont donnez : & au quarantiesme jour entre Prime & Tierce se doivent les Champions venir pour offrir en l'hostel dou Segnor, l'appelleor avant, & le deffendeor aprés.* Et c. 65. *Le Seignor doit le gage recevoir, & asener le jour de bataille au quarantiesme jour, se ce n'est d'omecide, en quoi il n'i a que 3. jours de respit de bataille.* Erant & *Gagia duelli*, de quibus non dabantur obsides, ut est in Charta an. 1240. ex Tabul. Fossatensi f. 51.

Arma duello decertantium, si peditum, erant *Gladius* & *Clypeus*, quorum armatura sic etiam describitur in Speculo Saxon. lib. 1. art. 63. *Judex cuique duos præbere debet, qui videant, quod secundum consuetudinem præparentur. Quantùm voluerint de corio & lineo induant, dummodo frontes, id est, capita atque pedes permaneant enudati. In manibus non nisi simplices habeant chirothecas : nudum in manu quilibet habeat gladium, & cum uno vel pluribus, secundum cujusque arbitrium præcingatur : clypeum ligneum corio tectum, & non nisi umbonem ferreum in manu ferant, & unicam tunicam induant, cujus manicæ usque ad cubitum se extendant.*

Arma verò *Militum* seu Equitum duello decertantum pluribus describunt Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. c. 95. *Et se ils sont Chevaliers, ils doivent venir à cheval en l'hotel dou Seignor, pour eaus offrir, & doivent avoir ler chauces de fer chauçies, & lor espalieres vestuës, & doivent faire amener les chevaus, couvers de fers, & de toutes autres choses appareillées, ançy com por entrer en champ, & faire apporter lor autres armures dequoy ils doivent estre armes el champ, de Haubert, & de Chauçes & de Heaumes & visieres, & que chacun ait Cote à armer, & Gambison, se veaut, & se il ne veaut Gambison, il peut mettre devant son ventre une contrecurée de tele, ou de coton, ou de bourre de sec tele, & si fort com il vodra ; & doit avoir un escu & une lance & deux espées, & que les lances soient d'un long, & que les fers des lances & des espées des Chevaliers, qui se combatent en champ guagées de bataille, & doivent estre de tel façon com il vodront ; mais que ils ne soient pas tels, que ils puissent passer par les mailles dou Haubert, sans tailler ou rompre maill, & doit avoir en l'oreille dou Heaume tout amour orles de fer, tels com il vodra, ou Rasors : Et en l'escu doit avoir deux Broches de fers tout emmi l'escu, & l'autre au pié de soute, & doivent estre de tel grosse, come il vodront, & de tel longour jusques à un pié & neent plus. Et entour l'escu tant de broches de fer com ils vodront, aguës, ou rasours : Et le cheval doit estre couvert de couverture de fer, & avoir une Testiere de fer, & emmi la Testiere une broche de fer, telle come celle de l'escu : & peut mettre chascun enses couvertures de fer d'entour chene si lenc come il vodr pour les jarés & les jambes de son cheval couvrir & garder, & chascun doit avoir l'une de ses espées attachée à l'arçon de la selle devant, & l'autre doit avoir ceinte, & la foure taillé jusques à renges, & peut avoir, se il veaut, un ou deux fourreaux pleins de ce, que il vodront, mais que de chose que il puisse nuire son aversaire, ne gregier, & peuvent couvrir leurs chevaus d'autres couvertures sur celles de fer, telles come il vodront.* Adde cap. 96.

Per Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 80. Si *Miles* de crimine aliquo capitali & atrociori appellaretur à *Villano & Custumario*, Militi liberum erat Equitem, contra, si Villanus à Milite appellaretur, Militi Peditem pugnare. Vide *Campio*.

Ætas, qua quis duellum inire cogi poterat erat 21. annorum, juxta Stabilimenta S. Ludov. lib. 1. c. 71. & 140. Et Statuta MSS. Caroli I. Regis Sicil. cap. 137.

A Duello ineundo eximebantur primò mulieres, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 21. §. 11. 12. in Fleta lib. 1. c. 34. §. 25. c. 35. §. 4. Vide *Campio*.

2. Qui annum ætatis sexagesimum excesserant, ut est in Statutis S. Ludovici apud Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 21. §. 12. Britto de jure Anglicano p. 40. septuagesimum habet.

3. Ægroti, aut aliqua infirmitate detenti, *mehaignez*, in iisdem Statutis S. Ludovici lib. 1. c. 166. & apud Bractonum loco laudato Brittonem fol. 40. &c.

Denique Sacerdotes, Clerici, Monachi, atque hi *Vicarios* & *Campiones* dare tenebantur. Vide Goffridum Vindocin. lib. 3. Epist. 39. Statuta Alexandri Scotorum Regis c. 5. §. 1. & supra verbo *Campio*.

Erant præterea casus complures, in quibus duellum locum non habebat, quos recenset Bellomanerius c. 63. Horum

Primus est, si mulier appellavit, nec suum advocatum retinuit : nam mulier pugnare non potest.

2. Si mulier sub viri potestate appellat sine illius consensu & auctoritate. Vide Assisias Hierosolymit. c. 98.

3. Si appellans nullam parentelam vel affinitatem habet cum eo, pro quo appellat.

4. Si appellatus jam pugnavit, pro quo appellatur.

5. Si appellans est servus, & appellat hominem ingenuum ac liberum.

6. Si appellans est Clericus : quia non potest se obligare in Curia laïca, nisi de proprietate temporali.

7. Si appellatus est Clericus.

8. Pro casu, de quo judicium datum esset.

9. Pro casu notoriè falso.

10. Si alias res est bene probata.

11. Si appellans est bastardus, seu nothus, & appellatus homo ingenuus & liber : quia non licet homini ingenuo cum notho pugnare. Sed inter duos nothos appellum valet.

12. Si pax facta est de facto, de quo fit appellum, & confirmata à Justitia superiore, qua deficiente confirmatione valet appellum.

13. Si quis appellatus est de homicidio, & mortuus, antequam moreretur, nominavit suos interfectores, & appellatum à crimine innocentem dixit.

14. Si appellans vel appellatus est minor annorum.

15. Quando leprosus hominem sanum appellat, vel si homo sanus leprosum appellat.

16. Quando casus non cadit in vadium.

Prædictis addunt Fori Beneharnenses, rubr. *de Batalha*, art. 1. in rebus, quæ per testes, aut alio quovis modo probari possunt, appellum non valere. Et Assisiæ Hierosol. cap. 102. dicunt, assisiam seu usum fuisse in Regno Hierosolymitano, Dominum non debere recipere vadia patris contra filium, nec filii contra patrem, nec fratris contra fratrem. De ultimo casu vide Statuta S. Ludovici lib. 1. c. 165. Adde Foros Aragonenses

ses lib. 8. tit. *de Duello*, & Molinum in Repertorio V. *Batalla*.

Tillius tom. 1. p. 313. ait, Principes sanguinis Regii excipi debere à duellis; sed has exceptiones ponit Bellomanerius cap. 1. *Fix de Rois ne doit pas combattre à son home por plet de mueble, por catix, ne por heritage; mais s'il appelloit son home de murdre ou de traïson, en tel cas converroit-il, qu'il se combatist à son home. Car li vilain cas sont si vilain, que nuls espargnemens ne dut estre vers celi, qui accuse.*

Duello succumbentium pœna fuit ultimum supplicium, suspendium, capitis minutio, vel certè membri debilitatio, pro criminis qualitate, uti disertè produnt Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 8. speculum Saxonicum lib. 2. art. 16. §. 2. Wichbild Magdeburg. art. 82. §. 1. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 21. §. 6. &c. Cujus moris exempla suggerunt Ditmarus lib. 3. p. 29. Willelmus Malmesbur. lib. 4. p. 124. Will. Neubrig. lib. 2. cap. 5. Rogerus Hovedenus pag. 466. Galbertus in Vita S. Caroli Comit. Flandr. num. 94. Gualterus Tervan. in Vita ejusdem Caroli cap. 39. & alii à nobis laudati Scriptores in Notis ad Alexiadem pag. 298. ubi apud Normannos nostrates secus olim observatum in delatoribus ostendimus, quod & in Anglia obtinuisse innuit Bractonus lib. 3. tract. 2. cap. 21. §. 7. *Si autem* (appellans) *victus sit in Campo, aliud erit*, (id est; non afficietur ultimo supplicio, ut Appellatus) *quia non stat per ipsum, quin fiat disratiocinatio: & quamvis ad gaolam mittendus sit, tamen fit ei aliquando gratia de misericordia, quia pugnat pro pace.* Eadem habentur in Fleta lib. 1. cap. 34. §. 32. Verùm Philippus Augustus Rex Fr. Normannicum istum morem rescidit, & ad jus commune reduxit, quo talionis pœna in appellantem, si succumbat, decernitur, uti Guntherus lib. 7. Ligur. ait:

Passurum similem non victo crimine pœnam.

Scribit Lucianus in Toxari apud Scythas, siquis singulari certamine superatus foret ei dextram abscindi solitam, pœnæ causa.

Alia à præallatis & laudatis, purgationis per duellum exempla, describunt passim Scriptores, Gregorius Turon. lib. 7. Hist. cap. 14. Fredegar. in Chron. cap. 51. Paulus Warnefridus de Gest. Longob. lib. 4. cap. 49. Theganus de Gest. Ludov. Pii cap. 38. Vita Aldrici Episc. Cenoman p. 120. Baldricus Camerac. lib. 1. c. 10. Aimoinus lib. 4. de Miracul. S. Bened. c. 11. Ditmarus lib. 3. p. 29. Wippo in Conrado Salico p. 439. Regino an. 950. Hugo Flaviniacensis in Chr. part. 2. c. 27. Luithprandus in Legatione, Lambertus Ardensis p. 140. Lambertus Schafnaburg. an. 1048. 1050. Chronicon Moriniacense l. 2. p. 366. Petrus Venerabil. lib. 1. de Miracul. cap. 8. Albertus Stadensis ann. 1050. 1105. Vita S. Austregisili, Falcandus de Calamitatib. Sicil. pag. 668. 691. W. Tyrius l. 9. c. 7. Cæsarius lib. 3. Miracul. c. 18. lib. 9. cap. 48. Antiquitates Fuldenses p. 614. Willelmus Neubrig. lib. 2. cap. 5. Matthæus Paris ann. 1163. Rodericus Toletanus lib. 6. de Reb. Hispan. c. 26. Gesta Consul. Andegav. cap. 3. Acropolita cap. 50. Pachymeres lib. 1. Gretzerus in Episcopis Eystetensib. p. 492. Marca in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 8. & 10. Sirmondus in Notis ad Epist. Goffridi Vindocin. lib. 3. Epist. 38. Marlotus in Chronico S. Nicasii Remensis c. 10. Oliverius Markanus in Tract. de Duellis, initio, &c.

Pravam istam duelli examine lites ac controversias ambiguas dirimendi consuetudinem, quam *impiam* etiam vocat Luithprandus Rex Longob. in Legib. tit. 91. §. 4. quamque *propter consuetudinem gentis suæ Longobardorum vetare* se non potuisse ait, abrogare sæpe annixi sunt summi Pontifices, Episcopi, & Concilia, & anathemate damnarunt, vel certè improbarunt, inprimis Concilium Valentinum an. 855. can. 12. Nicolaus I. PP. Epist. 50. ad Carolum Cal. ex qua desumpta 2. q. 5. *Monomachiam*, Agobardus lib. Adversus legem Gundobadam cap. 14. & lib. Contra judicium Dei, Cælestinus III. Alexander III. Frideric. I. in Constitut. Sicul. libro 2. tit. 32. Alexander III. PP. Epist. 19. denique Synodus Tridentina sess. 25. cap. 19. Sed & hanc improbant omnino Senator lib. 3. Ep. 24. Ivo Carnot. Epist. 168. 247. 280. Auctor Fletæ lib. 1. cap. 34. §. 26. ut & aliquot alii ejus ætatis Scriptores.

Quinetiam Reges ipsi ac Principes hanc abolere penitus in dominiis suis subinde conati sunt, præsertim S. Ludovicus Rex Franciæ: qui duella omnino in suis terris fieri prohibuit, ut ex Statutorum ejusdem Regis lib. 1. cap. 2. colligitur. Sed hæc prohibitio locum habuit tantùm in propriis terris, non verò in terris vassallorum. Unde cum Prior S. Petri de Monasteriis, qui *in quantum Prior Regem associaverat* in sua villa, questus esset, quòd regius Ballivus duella pariter amovisset ab eadem villa, quia sine assensu suo inde amoveri non debuerant: *Placuit D. Regi, quod si Prior teneret ibi duellum, teneat per ipsum, & totum per proprium servientem suum, & non per servientem communem inter ipsum & D. regem, quia Rex non vult habere aliquid in duello. Si tamen ratione duelli committatur terra vel aliud, voluit D. Rex portionem suam sibi reddi ratione associationis prædictæ.* Inter Aresta Cand. 1260. in 1. Reg. Parl. f. 109.

Piissimi Regis exemplo, Alphonsus Comes Pictavensis & Arvernensis subditis suis, vice privilegii, concessit, ut eorum nemo ad duellum faciendum cogeretur. Id certè expressum legitur in Libertatibus ab eo concessis urbi Riomensi in Arvernis ann. 1270. *Item quòd nullus habitans in dicta villa de quocumque crimine appellatus vel accusatus fuerit, teneatur se purgare vel defendere duello, nec cogatur ad duellum faciendum, & si refutaverit, non habeatur pro convicto; sed appellans, si velit, probet crimen, quod objecit vel per testes vel per probationes, juxta formam juris.* Id privilegii iisdem verbis concessum legitur, ab Edwardo Rege Angliæ incolis Vianæ, Valentiæ, & Castelli-Amorosi in Aginnensi Provincia, in Charta, descripta in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 33. Bastidæ in Petrogoricis à Philippo Pulchro Rege an. 1310. hominibus de corpore Monasterii Fossatensis ab Alexandro PP. in Tabular. ejusd. Monast. pag. 7. Tornacensibus à Philippo Aug. ann. 1187. in Charta Communiæ Tornacensis, incolis S. Audomari à Guillelmo Comite Flandriæ ann. 1127. in Charta descripta in Probat. Hist. Guinensis p. 195. Monachis S. Dionysii in Francia ab Innocentio PP. apud Doubletum p. 580. Wiennensibus Austriacis à Frider. II. Imper. in Charta ann. 1237. descripta à Lambecio lib. 2. de Bibl. Cæsar. p. 81. *Si septima manu honestarum personarum expurgare se possint.* Arnhemensibus Otto Comes Gelriæ ann. 1233. Bommeliensibus, Thylanis, & Neopaludanis Rainoldus Comes Gelriæ Chartis ann. 1327. 1329. & 1335. ut auctor est Freder. Sandius in Consuetud. Feudales Gelriæ p. 435. &c. Vide Probationes Hist. Vergiac. p. 212. & Somnerum in Gloss. ad Script. Angl. V. Duellum. Scribit Saxo Grammaticus lib. 10. Hist. Danicæ pag. 171. *abrogatam* apud Danos *Duellorum consuetudinem*, servato tantummodo *ferri candentis* judicio.

Denique cùm promiscuè duella decernerentur pro quibusvis controversiis, etiam levioris momenti, decrevit Henricus I. Angl. Rex in Legib. suis cap. 59. *Ut non fieret bellum sine capitali ad minus 10. solid. nisi de furto, vel hujusmodi nequitia compellatio esset, vel de pace Regis infracta, vel in illis, in quibus est capitale mortis.* Certè constat, non modò pro criminibus capitalibus admissa duella, sed etiam in probationibus proprietatis prædiorum, status ac conditionis, & similium. At cùm nostri pravum hunc usum abolere penitus non possent, eò rem deduxere, ut duella non agerentur, nisi

nisi in quatuor istis casibus enarratis in Aresto 22. Junii an. 1422. quorum primus est, ut crimen capitale esset, 2. ut de crimine perpetrato omnino constaret, 3. ut accusatus notoriè eo infamaretur, 4. denique ut res probari non posset per testes.

Duellum tenendi, ut tunc loquebantur, facultatem ac jus non habebant feudales omnes Domini: sed ii tantùm, quibus id ex lege, consuetudine, vel lapsu temporis competebat. Aresta Pentecost. an. 1263. in 1. Reg. Parlam. f. 33. *Item quod usus est habere pillori-cum, & tenere duellum, & dictum est quod habeat saisinam justitiæ in dicta villa.* Idque potissimùm locum habebat in atrociori crimine. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 38. *Et encore ont plus li vavasseur: car eus tiennent leurs batailles devant eus de toutes choses, fors de grans messés.* Nam licèt in inferiori Curia duellum vadiaretur, seu admitteretur, vel decerneretur, in ea tamen non peragebatur; sed in Curia Majoris Domini, ad quam id juris spectabat, ut est in Regiam Majest. lib. 3. cap. 25. §. 9. 10. Tabularium Dunense apud V. C. Joan. Mabillonium: *Non absurdè autem videtur hîc inserere, quòd prædicta villa non solùm ipsa ab omni prorsus exactione liberrima hucusque perseveraverit: verùm etiam in tantum hujusmodi privilegio omnes cæteras antecellit, ut de proximis circumquaque villis ad judicium calidi ferri portandum, & ad bellum Campionum clypeo & baculo faciendum ex antiquitate semper illic accusatores & accusati conveniant, totaq; causa ad illius villæ Domini deferatur audientiam.* Charta Aleonoræ Comitissæ Viromandensis ann. 1191. *Minister B. Mariæ debet tenere usque ad duellum placita, & tunc ab eodem ministro receptis obsidibus duelli, ipse minister duellum & obsides tradit servienti meo, qui est Præpositus Vixiaci, ad ducendum Cauniacum, usque ad domum meam.* Charta Communiæ Peronensis anno 1207. *Si duellum inde indicatum fuerit, fiet in Curia nostra, sicut debet fieri de quibuscumque rebus duellum fuerit indicatum.* Inquestæ Parlamenti S. Martini an. 1254. *Abbas Columbensis dicit contra dominum Regem, quod usus fuit habere judicium duelli de hospitibus suis, cujuscumque rei sit: & usus fuit addicere prædictum duellum, quando adjudicatum erat, in Castro Domini Regis de Nogento ad justitiam Domini Regis. Et si dictum Duellum pacificatum fuerit per justitiam Domini Regis, Abbas dicit, quòd usus fuit habere emendas. Et si res accidit, quòd dictum duellum eat ultrà, & quòd aliquis pugnantium sit victus, quòd usus fuit habere bona illius, qui victus fuerit, si hospes suus fuit.* Regesti Castri Lidi in Andibus fol. 24. 25. *Omne duellum undecunque veniat, victus erit Comitis, hoc modo, quod Præpositus Majoris ducat victum, reddendo Præposito Castri Lidi 10. sol. exceptis hominibus Monachorum. Ad Majetum non potest fieri duellum, vel judicium, quod non mittatur ad Castrum Lidi, exceptis hominibus S. Martini. De omni terra Archiepiscopi, si contentio sit judicii, vel duelli, vel etiam sacramenti, debet terminari ante Senescallum Comitis ad Castrum Lidi, &c.* Vide Notas nostras ad Stabilimenta S. Ludovici p. 168. Hist. Monast. S. Nicolai Andeg. p. 6. 14. to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 762. Probat. Hist. Monmorenciacæ p. 395. & suprà in V. *Bannaria*.

De compositione de duello ante ictum vel post, scilicet post *vadia* data, emenda debebatur Domino. Charta Mathildis Comitissæ Nivernensis an. 1223. *De gagiis duelli, quod pacificabitur, non nisi 7. solidos & 6. denarios tantum capiam de uno quoque.* Libertates urbis Belnensis, in Burgundicis Perardi p. 275. *Si compositio de duello ante ictum vel post, fiat, 65. solidos & 6. denarios habebo.* Charta Gaufredi de Leziniano Dom. Meruenti an. 1240. *Si autem aliqua causa moveatur coram Canonicis, de qua duellum debeat adjudicari, si pax intervenerint ante judicium, quod exinde perventrit inter me & Canonicos, per medium dividatur. Si verò adjudicatum fuerit duellum, ex tunc totum erit meum, quod exinde pervenerit, & ex quo orta fuerit querimonia coram Canonicis pro duello, non poterit nisi pace vel judicio remanere.* Consuetudo Lorriaci ann. 1187. *Si homines de Lorriaco vadia duelli temere dederint, & Præpositi assensu, antequam tribuantur obsides, concordaverint, duos solidos & 6. denarios uterque persolvat, &c.* Vide Roverium in Reomao p. 667.

Bannum Duelli. Charta Willelmi Dom. Talemondensis Castri: *Quòd si homo S. Crucis prælietur in Campo, sive vincat, sive vincatur, bannum non reddet nisi S. Cruci & ejus Abbati.*

Duellia & duelliaria verba, verborum formula, quibus quis ad duellum provocabatur, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 68. §. 2. *Verba duelli* in Charta Philippi Regis Franc. an. 1296. apud Marcam in Hist. Beneharn. cap. 29. n. 4. *Verba appellum facientia*, apud Bractonum lib. 3. tit. 2. cap. 20. §. 1. 3. *Duellariter alloqui*, in Wichbild Magdeburgensi art. 82. §. 2. Cujusmodi autem fuerint *duellaria verba*, docent Assisiæ Hierosol. MSS. Bracton. lib. 3. tit. 2. cap. 21. §. 2. Fleta lib. 1. cap. 34. §. 29. Philippus *de Beaumannoir* cap. 63. Edictum Philippi Pulchri de Duellis, Oliverius Markanus de Duellis, liber Anglicus inscriptus *Justice of peace* p. 64. Britton. c. 22. 24. &c.

Duellaria vulnera, in Wichbild Magdeburg. art. 81. propter quæ duellum fieri debeat.

Duellum victum, in quo appellans vel appellatus occumbit. Charta Communiæ Divionensis an. 1187. & Libertates urbis Belnensis apud Perardum: *Si duellum victum fuerit, in dispositione mea sit.* Libertates Pontallerii apud eundem pag. 487. *Se bataille est vaincuë, je aurai 65. sols.*

Duellum firmare dicebatur Judex aut Dominus, qui inter partes litigantes duellum decernebat, & ab iis *vadia* recipiebat. Fori Morlanenses art. 8. *Si aliquis bellum cum aliquo habuit, & priusquam Dominum firmatum fuerit, se retraxerit, &c.* Vetus Charta apud Guichenonum in Probat. Hist. Sabaud. pag. 26. *Si homo sanctæ Mariæ firmaverit duellum, & ceciderit, Monachi habebunt legem.*

Duellum ligare. Charta Libertatum Raucurtis & Haldicurtis an. 1255. *Et sciendum, quod duellum ligari non poterit, nisi pro valore 200. solid. vel amplius.*

Duellum custodire. Charta Ermengardis Dominæ Risnelli ann. 1213. in Tabul. Molismensi: *Si duellum firmatum fuerit, in Curia Prioris deducetur. Et si Prior per se duellum custodire non poterit, ego & dominus Risnelli illuc servientes nostros mittemus, qui Priorem & suos custodiant. Si autem alter eorum victus fuerit, corpus tantummodo, nihil domino Risnelli reddetur; & quidquid victus habuerit, Prioris erit.*

Lege duelli approbare, apud Sugerium in Ludov. VI. cap. 15.

Duellum percussum, id est peractum, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 19. §. 9. 10. *Duellum percussum cum judicio*, in Fleta lib. 2. cap. 54. §. 25. Adde Statutum 2. Westmonaster. cap. 48. Vide *Batalla, Bellum, Campio, Campus, Circulus*.

Duello victi arma à victore Ecclesiis offerebantur. Charta Henrici I. Regis Angl. in Monastico Anglic. to. 3. p. 136. & apud Gul. Prynneum in Libert. Eccl. Anglic. t. 3. p. 1103. *Ubicunque sit duellum, Ebor ac juramenta debent fieri super textum, vel super reliquias Ecclesiæ S. Petri: & facto duello, victor arma victi ad Ecclesiam S. Petri offerat, gratias agens Deo & S. Petro pro victoria.*

Duellorum usum etiam extremis seculis invaluisse constat. Charta an. 1353. in Vasatensi apud Occitanos diœcesi obtinuisse hac ætate innuit. An. 1386. per

Curiæ

Curiæ Arestum decretum fuit duellum inter Joannem *de Carouges* & Jacobum *le Gris*, de quo Froissartes & Joan. Galli quæst. 76. 77. Judicato Ballivi Augensis (d'Eu) an. 1390. decretum perinde duellum inter Joannem *de Quesnel* Militem & Joannem *Crochon*, cui (ut hoc obiter adnotem) objectum fuit à Quenello, quòd nobili genere haud natus erat, proindeque pugnare deberet, *comme non noble.* Sub Francisco I. Galcherus de Dintevilla dominus Vanlaii, cùm in Italia esset, ad singulare certamen provocatus fuit, ob crimina aliquot perpetrata, à Joanne *du Plessis* consanguineo, per Regem armorum Franciæ, Regis consensu: qui cùm non comparuisset, ad mortem condemnatus fuit per Arestum supremi Consilii regii 20. Febr. ann. 1538. sed, Rege extincto, in Franciam rediit. Legi Chartas provocationis. Sub eodem Francisco I. illius permissu, Franciscus de Vivona dominus *de la Chasteigneraye* & Guido *de Chabot* Dominus *de Montlieu* duellum inierunt in parco Vincennensi pedites, omnibus duellorum observatis ceremoniis ann. 1547. apud Thuanum, & alios. Vide Guidonem Papæ quæst. 617.

Duellum gallorum gallinaceorum etiamnum in aliquot Provinciis usurpatum à scholaribus puerulis, vetatur in Concilio Copriniacensi ann. 1260. c. 7. quòd scilicet superstitionem quandam saperet, vel potiùs sortilegii, aut purgationis vulgaris nescio quid, redoleret: *Quia ex duello gallorum, quod in partibus istis, tam in Scholis Grammaticæ, quàm in aliis fieri inolevit, nonnulla mala aliquoties sunt exorta, &c.* Diogenes Laërtius in Socrate: ἑώρε ϰ̀ εἰς Φρόνημα Ι'Φικράτην τὸν ςρατηγὸν, δεῖξαι αὐτῷ τοῦ κυρέως Μίδου ἀλεκτρύονας ἀντίον τῶν Καλλίου πτερυξαμένους.

Duellorum verò regulas ac ritus, & ceremonias, ex quibus quædam hîc attigimus, multis prosecuti sunt, qui ex professo de Duellis scripsere, Honoratus *Bonnor en l' Arbre des batailles* 4. part. c. 110. 112. & sequentibus, Comes Glocestrensis in Tract. MS. *des Gages de batailles*, Harduinus *de la Jaille*, Joan. Dom. *de Lisleadam*, & Oliverius *de la Marche*, simul editi Parisiis ann. 1586. Paris de Puteo, Hotomannus, & Savaro in Tractatib. de Duellis. Quibus adjungendi Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari offic. c. 6. 7. Bractonus lib. 3. tract. 2. c. 19. 20. 21. Fleta lib. 1. c. 34. 41. Guillelm. Stanffordius lib. 1. de Placit. Coronæ c. 14. libellus Catalanicus MS. de Batallia facienda, fol. 71. Cod. 93. Bibl. Thuanæ, Leges Scotorum, seu Quoniam Attachiamenta c. 73. Speculum Saxonic. lib. 1. art. 63. Wichbild Magdeburg. art. 35. Thomas Walsingh. in Ricardo II. pag. 237. Charta Amedei Comitis Sabaud. an. 1397. apud Guichenon. in Hist. Saband. pag. 243. &c. præterea Edictum Philippi Pulcri Regis Francorum, quod quidem, licèt pridem editum à Savarone in Tract. de Duellis, & Andrea Favyno in Theatro Honoris p. 1714. hîc rursum longè emendatiùs exhibemus è MS. Codice, quòd universam duellorum usus ac ritus seriem contineat.

PHELIPPE *par la grace de Dieu Roy de France, A tous ceux, qui ces presentes lettres verrent, Salut. Sçavoir faisons, que comme ença en arriere pour le commun proufit de nostre Royaume, nous eussions deffendu generalement à tous nos subjects toutes manieres de guerres, & tous gaiges de batailles, dont plusieurs malfaicteurs se sont avancez par la force de leur corps & faux engins, à faire homicides, trahisons & tous autres malefices, griefs & excés, pource que quand illes avoient faits couvertement & ex repost, ils ne pouvoient estre convaincu par tesmoins, dont par ainsyle malefice se tenoit: & pour ce que nous en avons faict, est pour le commun proufit & salut de nostredit Royaume, mais pour oster aux mauvais dessusdits cause de malfaire, Nous avons nostre deffense dessusdicte attemperée par ainsi, que là ou il apperra evidemment homicide, ou trahison, ou autres griefs violences, ou malefices, secretement ou en rapos, excepté de larrecin, parquoy peine de mort se deust ensuivir, si que celuy qui l' auroit fait n' en peust estre convaincu par tesmoin ou autre maniere souffisant. Nous voulons, que en defaut d' autre poinct, celuy ou ceux, qui par indices ou presumptions semblables à verité pour avoir ce faict, soient de tels faits soupçonnez, appellez & citez à gaige de bataille & souffreront quand en ce cas les gaiges de bataille avoir li[illegible]. Et pource que à celle justice tant seulement nous attemperons nostre deffense dessusdite és lieux & és termes esquels les gaiges de bataille n' avoient lieu devant nostredite Ordonnance, & pour ce n' est mieu nostre entention que ceste deffense soit rapellée ne attemperée à nuls cas passez devant ne apres la date nosdites presentes lettres, desquelles condemnations & absolutions ou enquestes soient faitz procez, affin que on les puisse juger absoudre ou condamner; ainsi que le cas le requerra & evidemment s' appartiendra Et en tesmoing de ce nous avons ces presentes faict seeller de nostre grand seel. Donné à Paris le Mercredy l' an mil* c c c *al.* 1306.

§. 2. *Nota quatre choses, qui appartienennent avant que les gaige de bataille puist estre adjugé.*

Et premierement nous voulons & ordonnons, qui soit chose notoire certaine & evidente, que le malefice soit advenu, & ce signifie la clause, Où il apperra evidemment homicide, trahison, ou autre vray semblable malefice par evidente suspection.

La seconde est, que le cas soit tel que mort naturelle en deust ensuivir, excepte cas de larrecin, à quoy gaige n' eschet point; & signifie la clause; De quoy peine de mort deust ensuivir.

La tierce est, que nul ne peut estre puny autrement que par voye de gaige, & ce signifie la clause, de homicide ou trahison reposte, si que celuy qui l' auroit faite ne se pourroit deffendre, que par son corps.

La quarte, que celuy que on veut appeller soit diffame du faict par indices, & ce signifie la clause; Presumptions semblables à verité. Encores voulons & ordonnons selon le texte de nos Ordonnances; jaç[illegible] que en larrecin n'y eschiet peine de mort toute f[illegible] en larrecin neeschiet peine de mort, toutes voyes en lar[illegible]cin ne chiet point gaige de bataille; si comme il est contenu en la clause, De larrecin, excepté; &c.

§. 3. *Comment le deffendeur se vient presenter devant le juge sans estre adjourné.*

Hic §. deest in MS.

Nota que en gage de bataille tout homme, qui se dit vray pour honneste, se doit rendre & presenter sans [illegible]journement s' il le sçait, mais on luy donne bien d[illegible] avoir ses amis & s' il ne vient sans adjournement, ja pource son droict n' est amendry, ne son honneur [illegible]

§. 4. *Comment l' appellant propose son cas deva[illegible] le juge de l' appellant.*

Encores voulons & ordonnons, que quand on propose aucun cas de gaige de bataille, de quoy mort se d[illegible]suivir, excepté larrecin comme dit est, il souff[illegible] que l' appellant die que l' appellé a faict faire le cas pour luy ou pour autre, supposé que l' appellant ne nomme pas qui.

Encores se le cas est supposé en generaux termes, comme de dire: Je tel dis & vueil dire maintenir & soustenir que le tel à traitreusement tué ou faict tuer le tel: Nous voulons & ordonnons, que telle proposition soit non souffisante & indigne de reponce, selon le stil de nostre Cour de France, mais luy convient declarer le lieu où le malefice a esté faict, le temps & le jour de la personne du mort, ou de la trahison. Toutes voyes en telle condition pourroit estre l' information du malefice, qui ne seroit ja besoing dire l' heure ne le jour, qui pourroit estre trop occulte de sçavoir.

Encores voulons & ordonnons, que se le juge ordonne gage ou combat contre les coustumes, contenues en nosdites lettres, tout ce, qui sera faict au contraire, pourra estre rappellé.

Encores voulons & ordonnons que le demandeur ou appellant doive dire ou faire dire par un Advocat son propos, devant nous ou son Juge competant contre sa partie adverse, & luy present : & se doivent garder de dire chose où il chée vilainie, qui ne serve à sa querele seulement. Et doit requerir le deffendant que se l' appellant ne preuve les choses proposées estre vrayes, qui il soit condamné à avoir, confisqué cors & biens, & estre puny de tel peine comme droit le veut: alors ledit appellant doit & peut dire, qui ne le pourroit prouver par témoings ne aultrement, que par son corps contre le sien, ou par son advoué en champ clos comme gentilhomme & preudhomme doit faire en nostre presence, comme leur Juge & Prince souverain : & alors doibt jetter son gaige de bataille, lequel gaige receu par le deffendant doit puis faire en sa retenue, & puis faire retenue de conseil d' armes, de chevaux & de toutes aultres choses necessaires & convenables à gaige de bataille, & que en tel cas selon la noblesse & condition de luy appartient avecques toutes les protestations, qui s' ensuivent. Lesquelles protestations, appellations & ordonnances seront enregistrées pour juger, s'il y aura gaige ou non, en disant :

Et premier, dira, Tres-excellent & puissant Prince, & nostre souverain Seigneur, ou s' ils ne sont de nostre Royaume, en lieu du Souverain Seigneur, diront, Et nostre Juge competant, pour donner plus bref fin aux choses, que j' ay dites, je proteste & retiens, que par loyalle essoine de mon corps, je puisse avoir un Gentilhomme pour celuy jour mon advoué, qui en ma presence, si je puis, ou en mon absence, à l' aide de Dieu & de nostre Dame & Monseigneur saint Georges le bon Chevalier fera son loyal devoir à mes cousts & despens, comme raison est, toutes les fois & quantes fois qu' il vous plaira ordonner comme à tel cas appartient.

Encores voulons & ordonnons, que le defendant, s'il veut, sur les perilz, puisse dire au contraire, & requerir les injures par l' appellant dictes à luy estre amendées, de telle amende & peine, que devroit porter s' il avoit fait les choses dessusdites, & que ledit appellant, sauve l' honneur de nostre Majesté, ou de son Juge competant, a faulcement & mauvaisement menti, & comme faulx & mauvais, qu' il est de ce dire, il s' en defendra, a l' aide de Dieu, & de nostre Dame, par son corps ou de son advoué par loyale essoine de son corps, s' il est dict & jugé que gaige de bataille y soit, ou lieu jour & place que par Nous comme leur souverain ou autre Juge sera ordonné. Et alors doibt lever & prendre le gaige de terre, & puis faire ses protestations dessusdites. Et requerir son advoué en cas de loyalle exoine, & nous demander retenue de conseil selon la noblesse, & condition de luy, & le surplus ainsi que dict est: lesquelles appelations & deffenses voulons & ordonnons, que soint semblablement escretes & registrées pour sçavoir, s' il y aura gaige ou non. Et pour l' amender l' un à l' autre selon que justice requerra, dans une incluse, s' obligera de comparoir au jour, heure, & place à eux assignés, tant a la journée de sçavoir se gaige y sera, comme a celle de la bataille se bataille y eschiet selon l' information de leur procés, lequel sera bien veu & sainement regardé par nobles & preudhommes, clercs, chevaliers, & escuyers, sans faveur de nulli, lequel gaige ou non sera devant les parties adjugé au jour & place par nous ou par leurs Juges ordonné, sur la peine d' estre reputé pour recreant & convaincu, celuy a qui la faute sera, & outre ce voulons, que soient arrestez, jusques à ce qu' ils donnent bons & souffisant pleges de ne partir sans nostre congié, & de se presenter aux journées ordonnées par nous ou par leur Juge competent.

Comment l' une des parties se part sans congé, & est pris de par le Roy.

Aussy voulons & ordonnons, que se aucune des parties se departoit de nostre Cour, apres les gaiges jettez & receuz, sans nostre congié, iceluy partant voulons & ordonnons qui soit tenu & prononcé pour recreant & convaincu, & faite la justice que le cas requiert retenu nostre volonté.

Encores & pource qu' il est de coustume que l' appellant & deffendant entrent en champ, portant avecques eux toutes les armeures desquelles ils entendent offendre l' un l' autre, & eux deffendre, partant de leurs hostels à cheval, eux & leurs chevaux, housses de coutez & paremens de leurs armes, les visieres baissées, les glaives ez poing, les espées & daghues ceintes, & en tous les estats & manieres qu' ils entendront eux combattre, soit a pié ou a cheval. Car s' ils faisoient porter leursdites armeures par aucuns autres, & portassent leurs visieres levées sans nostre congé, ou de leur Juge, ce leur porteroit tel prejudice qu' ils seroient contraincts de combatre en tel estat qu' ils seroient entrez ou champ, selon la coustume de present. Et parce que ceste coustume nous semble pour les combateurs aucunement estre ennuyeuse : par nosdits chapitres & ordonnances, de present attemperions & voulons, & ordonnons, que lesdits combateurs puissent partir aux heures par nous ordonnées montez & armez comme dit est de leurs maisons, les visieres levées, faisant porter devant eux leurs glaives, haches, espées, s' ilz veulent, & toutes autres armes raisonnables pour offendre & deffendre en tel cas. Et tant plus pour avoir cognoissance de vrais Chrestiens, partans de leurs hostels de pas en pas, de leurs mains droites se signeront, ou porteront le Crucifix ou bannerettes petites où seront pourtraits nostre Seigneur & nostre Dame, les Anges, Saincts ou Sainctes, où ils auront leurs desveu & devotions, desquelles croix ou banerettes ainsi que dict est, jusques à ce qu' ils descendront dedans leurs pavillons se signeront.

Cy s' ensuit la premiere des trois criez, & les cinq deffenses que le Roy d' armes ou Herant doit faire à tous gaiges de bataille

Tout le premier ledit Roy d' armes ou Heraut de la Marche doit monter à cheval sur les deux portes des lisses, & là doit une fois crier l' appellant. Secondement une autre fois quand l' appellant sera entré, & que aurons commandé de appeller le deffendant. Et la troisiéme, quand ilz seront tous deux entrez, & auront devant nous faites leurs presentations, & fait tous leurs sermens par la forme qui s' ensuit, & retournez en leurs pavillons.

La premiere des cinq deffenses.

Or oüez ; or oüez ; or oüez Seigneurs Chevaliers, & Escuyers, & toutes manieres de gens, que nostre Seigneur par la grace de Dieu Roy de France, vous commande & deffend, ou de par leur Iuge, sus peine de perdre corps & biens, que nul ne soit armé, ne porte espée, ne dague ne autre harnois quel qu' il soit, se ce ne sont les gardes du champ, & ceux de par le Roy nostre Sire, ou le Iuge, en auront congé.

Encores ce le Roy nostre Sire vous commande & deffend, ou le Iuge, que nul de quelque condition qu' il soit, durant la bataille, ne soit à cheval, & ce sur peine aux Gentils hommes de perdre le cheval, & aux serviteurs de perdre l' oreille, & ceux qui convoyeront les combatus descendus qu' ils soient de leurs chevaux a la porte du champ, seront tenus incontinent les renvoyer, à la peine que dit est.

Encores le Roy nostre Sire, ou le Juge, vous deffend que nulle personne de quelque condition qu' il soit, ne doit entrer ou champ ne entre les deux lisses, si non ceux qui pour ce y seront ordonnez sur la peine de perdre corps & biens.

Encores le Roy nostre Sire, ou le Iuge, vous commande & deffend à toute personne de quelque condition qu' il soit, qu' il s' assie sur banc, ou à terre, afin que chacun puisse veoir les parties plus à son gré combatre, & ce sur la peine du poing ou du pied.

Encores le Roy nostre Sire vous commande & deffend que

que nul ne parle, ne signe, ne tousse, ne crache, ne crie, ne face aucun semblant, & ce sur peine du corps & des biens.

Autre Ordonnance du Roy, comment les deux combatans doivent entrer en lisses.

Encores & jaçoit, que par les anciennes coustumes de nostre Royaume, l'appellant doit estre au champ avant l'heure à dix heures, & le deffendant devant l'heure de mydi, & quiconques deffaut de l'heure, il est tenu & jugé pour convaincu, se nostre mercy ou du Iuge s'y entend, lesquelles coustumes nous voulons & approuvons, que d'oresnavant se contiennent & vaillent. Neant moins pour aucunes bonnes raisons à ce nous esmouvoir, lesdites ordonnances attemperons, & consentons, que nous ou leur juge puisse advancer ou tarder de jours & de heures, selon les dispositions du temps, ainsi que a nous & à tous Iuges plaira, & les prendre en nos mains pour les accorder, & ordonner à l'honneur & bien de tous deux qui pourra, & ou pour donner autre jour & heure, tant avant la bataille commancee comme en combatant pour parfaire leur bataille, se le jour ne souffisoit, & en les remettant aux mesmes & semblables poincts, & party comme les avions prins: sans ce que nul ne s'en puisse jamais excuser, complaindre, defendre ne protester contre nos Ordonnances, comme nous leurs Iuges competens.

§.8. Ensuivent les requestes & protestations que les deux parties doivent faire à l'entrée du champ.

A la porte des lisses au Conetable se le Roy luy a commis ou aux Mareschaux ou Mareschal du champ, qui la se trouveront, ausquels l'appellant dira ou fera dire par son Advocat, qui est pour plusieurs causes le meilleur, & puis celles qu'il dira, ou fera dire semblablement au Iuge, quand il sera tout à cheval entré dedans, au Mareschal avant que d'entrer dedans, & premier celle de l'entrée du champ.

Nostre tres honoré Monseigneur le Mareschal je suis tel, ou l'Advocat, voyez cy te comme appellant que pardevant le Roy nostre Sire & souverain Seigneur & Iuge competent, se vient presenter armé & monté comme gentil-homme doit entrer en champ pour combatre contre tel, sur telle querelle comme faulx & mauvais traistre ou meurtrier, se le cas est de meurtre comme il est. Et de ce il prent nostre Seigneur, nostre Dame, & Monsieur Sainct George le bon Chevalier à tesmoin à ceste journée, qui aujourd'huy luy est assignée, & pour ce accomplir est venu & se presente pour faire son vray devoir, & vous requiert, que luy livres & despartes sa portion du champ, du vent du Soleil, & de tout ce qui est necessaire profitable & convenable à tel cas. Et ce faict, il fera son vray devoir à l'aide de Dieu, de nostre Dame, & de Monseigneur Sainct George le bon Chevalier, comme dict est. Et proteste qu'il puisse combatre à cheval ou à pied, ainsi que mieulx luy semblera. Et de soy armer ou de ses armes ou desarmé & porter celles qu'il voudra tant pour offendre comme defendre à son plaisir avant combatre, ou en combatant se Dieu luy donne loisir de ce faire.

Encores que si son ennemy tel ou adverse, portoit aultres armes ou champ, qui ne devoit porter par la constitution de France, que icelles luy soient ostées, & que en lieu d'icelles nulles autres n'ayt ny puisse avoir.

Encores que si son ennemy avoit armes forgées par mauvais art & brefz, charois, sors, ou invocations de denneaux, parquoy il en fust cogneu manifestement, que son bon droict luy fust empesché, avant la bataille, combatant ou apres que son droict, bon droict & honneur n'en puist estre amendry, ains soit le faulx & mauvais puny comme ennemy de Dieu, traitre & meurtrier selon la condition du cas, & doibt requerir que sur ce il dove specialement jurer.

Encores doit requerir & protester, que si le plasir de Dieu ne fust que au Soleil couchant il desconsi, & outre son ennemy, laquelle chose il entend a faire si Dieu plaist, neanmoins peult requerir qui luy soit donné du jour autant comme il en seroit passé selon les droicts & anciennes coustumes, ou aultrement peu protester s'il n'a l'espace d'un jour tout au long, lequel luy nous luy devons consentir & octroyer.

Encores que en cas, que le tel son adversaire ne seroit venu dedans l'heure deuë, & par le Roy nostre Sire assignee qui ne soit plus receu, mais soit tenu pour reprouvé & convaincu, laquelle requeste est & sera la en nostre liberté. Neaumoings que s'il tardoit sans nostre volonté qu'il fust comme dict est.

Encores doit demander & expressement protester, qu'il puisse porter avecques luy pain, vin, & autres viandes, pour manger & boire l'espace d'un jour, se besoin luy en estoit, & toutes autres choses à luy convenables & necessaires en tel cas, tant pour luy comme pour son cheval, desquelles protestations & requestes tant en general comme en special il doit demander instrument, lesquelles requestes & protestations, voulons & ordonnons que l'appellé ou defendant puisse semblablement faire, & par la forme que dict est, lesquelles requestes ou protestations s'ils ne leur sont en special defendues, voulons & ordonnons qu'ils puissent cambatre à cheval, & à pié armez chascun à sa volonté de tous bastons & arnois, de mauvais engin, charmes, charrois, & invocations d'ennemys, & toutes autres semblables choses defendues, selon Dieu & Saincte Eglise à tous bons Chrestiens.

De quelle longueur & largeur les lisses doivent estre.

Encores nous voulons & ordonnons que toutes lices de gaige de bataille ayent cent & vingt pas, c'est assavoir xl. pas de large & quatre vingt de long: lesquelles toutes les Iuges seront tenus de faire, & les retenir pour les autres s'il en venoit.

Comment les pavillons des combatans doivent estre mis.

Encores voulons & ordonnons, que le siege & le pavillon de l'appellant, quiconques il soit, sera a nostre main dextre ou de son Juge, & celuy du defendant sera à la senestre.

Comment les deux combatans doivent entrer au champ.

Encores voulons & ordonnons, que quand chascun d'eux auront ou par leur Advocat faict dire les choses dessus dictes, ains qu'ils entrent ou champ, doivent baisser leurs visieres. Et entrer les visieres baissées faisant le signe de la Croix, tout ainsi que dict est. Et en celuy estat doivent venir devant nous ou leur Juge, portant les armes sur eux desquelles ils entendent deffendre & offendre avant que d'entrer dedans, & nous dire & faire dire ce qui ensuit: Tres-excellent & tres-puissant Prince, & nostre Souverain Seigneur, ou voyez cy tel, qui en vostre presence, comme à nostre droicturier Seigneur & Iuge compe- tent, & si le Juge est autre que le Roy, dira ou fera dire: Mon tres-redoubté Seigneur, je suis tel qui en vostre presence comme à nostre Iuge competant, suis venu au jour & heure par vous à moy assignée pour faire mon devoir contre le tel, à cause de meurtre ou trahison qu'il a faicte, & de ce j'en prens Dieu de mon costé, qui me sera aujourd'huy en aide: & quand il aura ce dict, ou par bouche d'Advocat fait dire, alors nous luy donnerons congé de entrer & aller en son pavillon descendre, lesquelles choses accomplies, nous ordonnons, que nostre Roy d'Armes de la marche ou Heraut montera sur les deux portes de la lisse de costé du deffendant, & fera son second cry, & deffense par le propre forme & maniere que dict est.

Cy apres s'ensuivent les trois sermens, que sont tenus de faire les Combatans, ceux qui veulent combattre en gaige de bataille.

Et premier ordonnons, que l'appellant sa visiere haussée tout à pié, partant de son pavillon armé de tot armes, dont il entend offendre & deffendre, accompagné de ses Conseillers & Gardes du champ seulement, alors se mettra à genoux devant nous, & la fera la figure de nostre vray Sauveur Jesus Christ en Croix. Lors sera le Mare-

Mareschal ou un de nos Conseillers, ou celuy, que le Iuge ordonnera, qui luy dira par la maniere qui ensuit : Sire Chevalier ou Escuyer, qui est cy appellant, voyez icy la tres vraye remembrance de nostre Sauveur vray Dieu Jesus-Christ, qui voulut mourir & livrer son tres precieux corps à mort pour nous sauver. Or luy requieres mercy & luy priez, que à ce jour vous vueilles aider, se bon droit avez ; car il est souverain Iuge : souvienne vous des sermens que vous ferés, ou autrement vostre ame, vostre honneur, & vous estes en peril. Alors le Mareschal ou Conseiller, finies ces paroles, prent l'appellant par ses deux mains ostées des gantelets, & luy dit, que il die les paroles apres luy que il dira, & les met sur la Croix. Ie tel appellant, jure sur ceste remembrance de la Passion de nostre Sauveur Dieu Iesus-Christ, & sur la foy de vray Chrestien, & du S. Baptesme, que je tiens de Dieu & que j'ay cuide fermement avoir pour certain bonne, juste & sainte querelle, & bon droit d'avoir en ce gaige appellé le tel, comme faulx & mauvais traistre, ou meurtrier, ou foy mentie selon le cas, que c'est & lequel a tres fausse & mauvaise cause, & de soy en defendre, & combattre contre moy, & se luy monstreray je au jourd'huy par mon corps contre le sien, à l'aide de Dieu & de nostre Dame, & de Monseigneur saint George le bon Chevalier. Lequel serment fait, ledit appellant se leve & s'en retourne en son pavillon avecques ceux qui l'ont amené, & lors par semblable façon est fait du deffendant.

Comment le deffendant fait son premier semblable serment devant le Iuge.

Lequel serment fait, apres ce que l'appellant est en son pavillon, les Gardes du camp vont au pavillon du deffendant, lequel ils menent pour faire le semblable serment, armé de toutes ses armes, & le surplus comme dit est, & quand le Mareschal ou Conseiller l'a bien amoneté, comme dit est, le Mareschal ou Conseiller apres tout ce, prend ses mains ostées des gantelets, & les met ainsi qu'il a fait à celles de l'appellant, & puis luy dit ; Vous tel, ou Seigneur de tel lieu, dites comme moy : Lors il dit : Ie tel, deffendant, jure sur ceste remembrance de la Passion de nostre Seigneur Dieu Iesus-Christ, & sur la foy vray Chrestien, & du saint Baptesme, que je tiens de Dieu, que j'ay & cuide fermement avoir pour certaine, bonne, sainte, & juste querelle, & bon droict de moy deffendre par ce gaige de bataille, contre le tel, qui faussement & mauvaisement m'a accusé, comme faux, & mauvais qu'il est de moy en jour appellé, ainsi monstreray-je aujourd'huy de mon corps contre le sien, à l'aide de Dieu & de nostre Dame, & de Monseigneur saint George le bon Chevalier. Lequel serment fait, ledit deffendant se leve & s'en retourne en son pavillon, ainsi que l'appellant a fait,

Comment les deux parties font le deuxiéme serment devant le Roy ensemble eux tenans par les mains.

Apres ce que chacun d'eux auront fait leurs sermens ainsi que dit est au Chef de piece, nous ou leur autre Iuge ferons partir les Gardes autant de un lez que de l'autre, & iront querir les Combatans accompagnez de leurs Conseillers, ainsi que dit est, lesquels viendront pas à pas de suite, & quand seront à genoux devant la Croix, le Conseiller leur fera oster des mains leurs gantelets, & prendra leurs mains droites & les mettra sur les deux lées du Crucifix, & des senestres se toucheront l'un l'autre ; alors derechef nostre Mareschal dira les paroles, qui ensuivent : Vous tel appellant & vous tel deffendant, voyez icy la vraye remembrance de la tres-sainte Passion de nostre Seigneur Dieu Iesus-Christ, la perdition de celuy qui aura tort en ame & en corps, aux grands sermens que avez faits & ferez, & feront la sentence de Dieu, qui est pour aider à bon droict ; les confortant d'eux mettre plutost à la mercy du Prince que en l'ire de Dieu & pouvoir de l'ennemy. Lequel serment nous ordonnons que ce soit le dernier des trois pour la mortelle haine, qui est entre eux. Alors estans leurs deux mains droites sur le Crucifix, & eux tenans des autres à senestre, adonques le Mareschal ou Conseiller leur demandera, & premier à l'appellant, & puis au deffendant. Vous tel, comme appellant, & vous tel comme deffendant, voulez-vous jurer ; & se aucun d'eux se repent de son tort, & fait conscience comme bon Chrestien, alors nous & se le cas le requiert devant, nous le retenons à nostre mercy, ou de son Juge, & se le cas le requiert, devant qu'il ait combattu, pour luy donner penitence, ou ordonner à nostre plaisir. Dont se ainsi est, nous ordonnons qu'ils soient ramenez en leurs pavillons, & de la ne partent jusques à nostre commandement ; ou du Iuge devant qu'ils soient venus, se tous deux veulent jurer, alors le Mareschal ou Conseille dira à l'appellant qu'il die comme luy. Ie tel appellant jure sur ceste vraye figure de la Passion de nostre Seigneur Dieu Iesus-Christ, sur la foy de Baptesme comme vray Chrestien, que je tiens sur mon vray Dieu, sur les tres souveraines joyes de Paradis, lesquelles je renonce pour les tres angoisseuses peines d'enfer, sur mon ame, sur ma vie, & sur mon honneur, que j'ay & cuide avoir bonne, juste, & saincte querelle de combatre ce faulx & mauvais traistre meurtrier, parjure & foymentie, selon le gage tel que je voy parcy devant moy & tiens par la main, & de ce j'en appelle Dieu à mon vray Iuge, nostre Dame, & Monseigneur saint George le bon Chevalier. Et pour ce loyaument faire par les sermen que j'ay faits, je n'ay ne entens porter sur moy ne sur mon cheval, paroles, pierres, herbes, charmes, charois, conjurations, ne compactions, invocations d'ennemis, ne nulle autre chose, où je aye esperance qu'il me puisse ayder, ne à luy nuire, ne n'ay recors, que en mon bon droict par mon corps, par mon cheval & par mes armes ; & sur ce je baise cette vraye Croix, & me taiz. Apres lesquels sermens faits ledit Mareschal ou Conseiller se traict vers le deffendant, & pour abreger l'un & l'autre, disent tout ainsi que dit est, & puis baisent le Crucifix.

Et quand tous deux font ledit serment, le Mareschal ou Conseiller les fait prendre par leurs deux mains droites, & les fait entretenir ; Alors il dit à l'appellant qui die apres luy en parlant à son ennemy ; Ou tu tel, que je tiens par la main droicte, par les sermens que j'ay faits, la cause, pourquoy je t'ay appellé, est vraye, par laquelle j'ay bonne raison & loyale de toy en avoir appellé, & à ce jour t'en combatray, & tu as mauvaise cause & nulle raison de t'en combattre & defendre contre moy, & tu le sçais bien, dont j'en appelle Dieu, nostre Dame, & Monseigneur S. George le bon Chevalier à tesmoing comme faux traistre ; meurtrier ; ou foy mentie que tu es, selon le cas.

Response au serment & paroles de l'appellant.

Apres ce, le Mareschal ou Conseiller dit au deffendant qui die comme luy en parlant à l'appellant : Toy que je tiens par la troite main, par les sermens que j'ay faits, la cause, pourquoy tu m'as appellé est faulse & mauvaise, par quoy j'ay bonne & loyalle cause de m'en deffendre, & me combattre contre toy à ce jour, & de ce tu as mauvaise cause & faulse querelle de m'en avoir appellé & combattre contre moy, & tu le sçais bien, dont & de ce j'en appelle Dieu, nostre Dame, & Monseigneur saint Georges le bon Chevalier à tesmoings, comme faulx & mauvais que tu es ; Et apres les sermens tous faits & les paroles dites, ils doivent rebaiser le Crucifix, & puis chascun ensemble lever & retourner en leurs pavillons pour faire leurs devoirs : & lors sera ostée la Croix des lisses, & le siege surquoy elle est, lesquelles choses faites ledit Roy d'Armes ou Heraut remontera sur les coings des lisses, & fera son quatriesme & dernier cry.

Le dernier des trois crie.

Apres ce que le Roy d'Armes ou Heraut aura crié & que

que chascun sera assis & ordonné sans dire mot, & que les parties seront toutes en point de faire leurs devoirs. Alors par le commandement du Mareschal viendra ledit Roy d'Armes ou Herault au milieu de lices, entre les 2. Combatans, par trois fois crier, faites vos devoirs: & apres ces paroles incontinent aux deux lez de la lisse à l'endroit de leurs pavillons, leur seront mises leurs bouteillettes & leur pain & tonaillettes, & alors les Combatans incontinent sailliront sur leurs escabeaux pour monter qui voudra sur leurs destriers, qui seront la tous pretz, & devant eux & leurs Conseillers tous en tour. Alors subitement leurs pavillons seront par sus les lices gettez dehors esperant nostre Ordonnance de la bataille par le cry du Mareschal.

Comment les deux parties sont hors des pavillons pour faire leurs devoirs à la voix du Mareschal, quand il jettera le gant.

Alors quand tout sera en point, laquelle chose leur sera demandée, le Mareschal pour nostre Ordonnance ira vers le milieu du camp, qui portera le gand en sa main, lequel par 3. fois dira a haute voix laissez les aller, & la derniere parole dite, il jettera le gand au milieu des lices, alors part à pied ou monte à cheval qui voudra; car en gages de querelle, se il n'est emprins, face chascun le mieux qu'il pourra, & au parme que les Combateurs feront, les Conseilleurs d'honneur sailliront hors de la prochaine lisse voir comment la chose se passera, se par nostre Ordonnance n'est que pour aucunes bonnes raisons ordonnons que les deux parties un ou deux y fussent pour mieux ouir, voir, & requerir le droict de son parti se besoin estoit.

Comment ils combattent, & l'un est vaincu & traisné hors des lisses: & par quantes manieres, gages de bataille se doit outrer.

Encores voulons & ordonons que gage de bataille ne soit point dit outré, fors que par l'une de ces deux façons, c'est a sçavoir, quand l'une des part es confesse sa coulpe, & est rendu: & la seconde est, quand l'un met l'autre hors des lices vif ou mort, dont mort ou vif quel qu'il soit, le corps ou membre sera du Juge livré au Mareschal pour en faire justice, ou luy pardonner, à nostre bon plaisir; & quand il sera mort ou aura dit le mot, le vainqueur se doit presenter à genoux à nous & nous demander, se il a bien fait son devoir, & alors nous le quittons; & à ces paroles il se leve, & en sa partie s'en va monter à cheval accompagné de tous ses amis.

Comment le vaincu sera desarmé par le Herault, & son harnois jetté par le champ.

Encores voulons & ordonnons que se le vaincu est vif, qu'il soit en estant levé, & luy soient les esguillettes couppées, & tout son harnois çà & là par camp jetté, & puis à terre couché, & se il est mort, soit ainsi desarmé, & là laissé jusques à nostre ordonnance, qui sera de pardonner ou faire justice tout ainsi que bon nous semblera; mais ses pleges seront arrestez jusques à satisfaction de partie; c'est à sçavoir sur la deffence, & le surples de ses biens à nostre Court confisquez.

Comment le vainqueur se part des lices honorablement, & le corps du vaincu demeure là jusques à la volonté du juge en la garde des Sergeans, de la Justice.

Encores voulons & ordonnons, que le vainqueur honorablement s'en parte à cheval par la forme qu'il est venu, s'il n'a exoine de son corps portant le baton de quoy il aura desconfict son ennemy en sa droite main, & luy seront les pleges & ostagers délivrez, & que de cette querelle pour quelque information du contraire il ne soit tenu de respondre. Ne nul juge l'en prisse plus contraindre s'il ne veut. Quia transivit per rem judicatam, & judicatum inviolabile observari.

Encores voulons & ordonnons, que [illegible] cheval, comme dit est, & les armes du vaincu, & toutes autres choses qui sur luy seroient venues, soient de droit au Mareschal du champ, qui pour ce jour en auroit la charge.

Icy finent les Ceremonies, Ordonnances, & Statuts de France qui s'appartient à tous gages de bataille fait par querelle.

Or faisons à Dieu priere qui garde le bon droict à qui l'a, & que chacun bon Chrestien defende ne encheoir en tel peril. Car entre tous les perils qui sont, c'est celuy que on doit plus craindre & douter, dont maint noble ayant bon droit se sont trouvez trompez, ou pour avoir trop confiance en engins, forces & outrecuidées: & aucune fois pour la honte du mondl, donnent ou refusent paix ou convenables partis, dont maintes fois ont puis porté des vieux pechez nouvelles penitences, en non chalant le jugement de Dieu. Mais qui se plaint & justice ne trouve, la doit cien Dieu requerir, & se l'interest sans orgueil ne mal-talant pour son bon droict, requiert bataille, ne doit douter engin ne force ayant espoir au vray & tout-puissant Juge qu'il sera pour luy.

DUGALIA. Jus Vicentin. lib. 1. *Aquaductus, clarica, fossata, dugalia, sive degera ac botes, &c.* Statuta Veron. lib. 1. cap. 99. *Pontes, & strata, dugalia, & aggeres, &c.* Vide *Ductus*.

DUITAS, *Duplicitas*. Utitur Prudentius in Hamartigenia.

DULA, Famula, ex Gr. δούλη. Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: *Ancilla, serva, habra, vel Dula: þyln.*

DULCIA, Tragematia, τραγήματα, Bellaria: γλυκύσματα, ἡδύσματα, Philoni lib. περὶ ὀνειρ. p. 138. Gloss. Lat. Gr. *Dulcium*, πλακοῦντα. Vetus Interpr. Juvenalis: *Dulcia placenta veneno plena.* Apitius lib. 7. cap. 11. *Dulcia, domestica, Dulcia piperata &c.* Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei: *Quid juvat stomachum abstinentia, si statim dulcia subsequantur.* Vide Salmasium ad Hist. Angl. pag. 196. Glossæ MSS. Reg. Cod. 2062. Κυρηναῖοι τὸ ὄξος εἶδος φασὶ, καὶ ἄλλοι τὸ γλυκάδιον.

Dulciarius, γλυκυπράτης, in Gloss. Græc. Lat. Occurrit apud Lampridium in Heliogabalo.

Dulciarium, Gloss. Gr. Lat. Γλυκυπράτιον, *Dulciarium*. Torum scil. Alia notione Apitius lib. 7. de Re culin. cap. 11. *Dulcia domestica quæ Dulciaria dicunt, sic facies.*

Dulceamina. S. Cæsarius Arelat. in Regula ad Virgin. cap. 16. *In festivitatibus majoribus ad prandium & ad cœnam fercula addantur, & recedentibus de ea, dulceamina addenda sunt.* Regula S. Pachomii cap. 37. *Qui ante fores convivii egredientibus erogat fratribus dulciamina.* Ita Codex Vaticanus, ubi editus habet *tragematia*.

DULCIANA, Musici cantus dulcioris species. Aimericus de Peyrato Abbas Moissiacensis in Vita Caroli M. in Cod. MS. 1343. Bibliothecæ regiæ fol. 81.

Quidam pelvim modicam tinniebant,
Baculo sonos properantes.
Quidam flautas dulcorabant,
Cæteris cunctis concordantes.
Quidam dulcianam anthoniabant,
Melos suaves concinentes.
Quidam diaphoniam dissonabant,
A dulcisono discrepantes, &c.

DULCICIUM, *Genus panis mellè conspersum*, in Glossis MSS.

DULCINISTÆ, Hæretici Valdensium sectarii, sic dicti à Dulcino Novariensi hæresiarcha, de quo S. Antoninus part. 3. tit. 21. c. 1. §. 2. & Blondus Dec. 2. lib. 9. sub an. 1307.

DULCO, *Vinum dulce*, in Glossis MSS. ad Alexandrum Jatrosophistam.

DULCORARE, Dulcem reddere. Papias: *Dulcoratum, dulcedine repletum.* Ugutio: *Condire, saporare, dulcorare.* Auxilius de causa Formosi: *Unde antiquatum odium felle amaritudinis parvo stillicidio verborum*

dulcorari non potest. Alvarus in Vita S. Eulogii Presb. Mart. n. 11. *Cœnobia — percurrens, multorum patrum est amicitia dulcoratus.* Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *Meaque ora pudicis osculis dulcorando, mellifluo sermonis medicamine à stuporis morbo curavit infirmum.*

DULCOROSUS, Gallis *Doucereux.* Alvarus in Vita S. Eulogii Presb. n. 11. *Undique fulgidus rediens, limpidus, dulcorosus, nectareus, —— emicabat omnibus.*

DULGERE, *Dulgtum facere*, Deserere, *gurpire.* Veteres Annal. Fr. an. 756. c. 16. *Cupiebat supradictus Haistolfus nefandus Rex mentiri, quæ antea pollicitus fuerat, obsides dulgere, sacramenta irrumpere.* Ubi in MS. in Glossa interlineari, est *relinquere.* Monachus Egolismensis in Vita Caroli M. cap. 4. *Saxones iterum rebellaverunt ruptis sacramentis, & obsidibus dulgtis, mentitis, & Eresburgum castrum — capientes, Francos expulerunt.* Annales Franc. *an.* 776. *Tunc nuncius veniens, dixit Saxones rebellatos, & omnes hospites suos dulgtos, & sacramenta rupta, & Heresburgum captum.* Annales Franc. Bertiniani habent hoc loco *tultos.* Iidem Annales an. 777. *Ibique multitudo Saxonum baptizati sunt, & secundùm morem illorum, omnem ingenuitatem & alodum manibus dulgtum fecerunt, si ampliùs mutassent.* Aliàs, *dultum*: Monachus Egolism. *manibus gurpierunt.*

DUMA. Fridericus II. Imp. l. 1. de Arte venandi c. 45. *Innascitur verò avibus plumagium multiplex: pullis namque noviter genitis primò innascuntur illæ, quæ nec sunt ut pili, neque ut lanulæ; sed habent naturam inter utrumque, quæ cooperiunt, & à frigore quoquomodo defendunt. Secundò innascuntur aliæ, quæ dicuntur Lanulæ, à quibusdam Dumæ. Hæ sunt exiles & molles, densiores & longiores primis: hæ plus cooperiunt & plus defendunt: illis & his natis, cadunt illæ.* Ita cap. 48. & alibi hæc vox scribitur: sed puto legendum *duvæ*: nam Gallicum *duvet* expressit: quomodo ejusmodi plumas molliores dicimus.

DUMEX, *Sella Equorum*, in Glossis MSS.

DUNA. Vide *Dunum.*

DUNELMENSE *opus*, seu Dunelmi urbis Episcopalis Angliæ. Visitatio Thesaurariæ ædis S. Pauli London. an. 1295. *Item scrinium de opere Dunelmensi continens reliquias sigillatas.*

DUNJO, Castellulum, minus propugnaculum, in *duno* seu colle ædificatum: unde nomen *Donjon*, in Consuet. Burbonensi art. 286. Lambertus Ardensis p. 148. *Ardensem dunjonem pontibus, portis, & necessariis communivit ædificiis.* Homagia Nobilium Bressensium an. 1272. apud Guichenonum: *Confitetur tenere ab eodem donjonem & fortalitiam de Curto fonte. Le Roman de Jordain MS.*

Je ne voi ville, fermeté, ne donjon.

Le Roman de Garin MS.

Nes les garra donjon ne rolleis.

Dungeo. Eadmerus lib. de S. Anselmi similitudinibus cap. 76. *In villa vero Rex habet Castellum quoddam, supra Castellum autem unum dungeonem, &c.*

Dongio, in Charta Willelmi Episcopi Nivern. ann. 1157. apud Sammarthanos.

Dangio, eadem notione. Ordericus Vitalis lib. 11. p. 834. *Prædictus Comes & Helvisa Comitissa dangionem Regis apud Ebroas funditus dejecerunt.* Lib. 12. p. 878. *Robertus de Candos munio regii danjonis.* Pag. 851. *Aliaque castra ei concessit, præter dangiones, quos propriis excubitoribus assignavit.* Adde lib. 8. p. 664. *Le Roman de Rou MS.*

Et li Dus fist son gonfanon
Porter & lever el danjon.

Domgio, in Chronico Andegav. ann. 1025. *Turrem miræ altitudinis super domgionem ipsius castri erexit.*

Domnio, in Chronico Mosomensi p. 635. *Milites ociùs conscenso domnione, domo scilicet principali & defensiva, &c.*

Domniono, apud Bessium p. 504.

DUNSCLAGHEN. Consuetudines Arkarum in Morinis ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Pugna, quæ dicitur Dunsclaghen, 10. sol. Domino, & totidem læso, si de hoc super eum clamaverit, — emendabit.* Germanis & Flandris *Slaghen* est percutere, *Slach*, Ictus, verberatio.

DUNUM, *Dunus, Duna*, vetere Gallorum lingua montem vel collem significat. Unde factum, ut omnium pene oppidorum, quæ collibus aut montibus inædificata sunt, nomina in *Dunum* terminentur. Verbi gratia *Lugdunum*, à *Lugus*, quod Celtis *Corvum*, & *Dunum*, quod montem sonat, dictum author est ex Clitophonte Plutarchus lib. de Flumin. Λοῦγον γὰρ τῇ σφῶν διαλέκτῳ τὸν κόρακα καλοῦσιν, δοῦνον δὲ τὸν ἐξέχοντα. At Ericus lib. 4. de vita S. Germani nuncupatum vult, quasi *Lucidum montem*:

Lucduno celebrant Gallorum famine nomen
Impositum quondam; quòd sit Mons lucidus idem.

Denique Notæ veteres ad Itinerar. Burdegal. *Lugdunum Desideratum montem* interpretantur. Ita in Britannia, quæ eadem cum Gallis usa est lingua, uti testantur Cambdenus complura observare est oppida, in *dunum* terminantia, quòd ad montes vel in montibus condita fuerint. Florentius Wigorniensis p. 618. *In monte, qui Assandum, id est, mons Asini nominatur.* Beda l. 3. Hist. Eccl. c. 4. *A loco, qui vocatur Wilfares dun, id est, Mons Wilfari.* Asserus in Aelfredo: *In loco, qui dicitur Æscedun, quod Latinè Mons Fraxini interpretatur.* Josselinus in Vita S. Patricii c. 1. *Est autem locus celebris, --- lingua gentis illius Dunbreatan, i. Mons Britonum nuncupatus.* Complura alia oppidorum tam in Galliis quàm in Britannia, Germania, Hispania, & Illyrico, in *Dunum* desinentia nomina recenset præter Bucananum Cluverius l. 1. German. antiq. c. 7. unde conjicit, iis populis eandem fuisse originem. Mussacus verò vocem *Dunum* à Græco βουνος, *Collis*, deducit. Pontanus à θῖνες, *arenarum cumuli.* Vide doctissimi Menagii Amœnitates juris c. 3. Edit. 2. Goropium Bekan. l. 1. Gallicor. p. 15. &c.

Sed & etiamnum *Dunas*, Sabulosos & arenarios colles ad Flandriæ Hollandiæque, atque adeo ipsius Angliæ littora Galli nostri *Dunes*, Belgæ *Duynen* vocant. Annales Fr. Bertiniani an. 838. *Ut aggeribus arenarum illic copiosis, quod Dunas vocitant, ferè coæquaretur.* Lambertus Ardensis: *Per medium dunarum, sive arenosæ molis dorsum, &c.* Alibi: *Ut secum in saltus & dunas secus mare juxta Furnas veniret.* Charta Willelmi Com. Pontivi an. 1203. in Tabul. S. Judoci: *Omnes dunæ in feodo S. Iudoci prædictæ sunt Ecclesiæ, & littus maris.*

DUODECIMA *hora*, quæ & *Vespra*, Officium Ecclesiasticum, quod persolvitur hora duodecima, post nonam. Regula Magistri c. 54. *Sed Prima sic debet dici quomodo Duodecima, quæ dicitur Vespera.* Concilium Turonense II. c. 18. *Patrum Statuta præceperunt, ut ad Sextam sex Psalmi dicantur, cum Alleluja, & ad Duodecimam duodecim, itemque cum Alleluja.* Adde Regulam S. Fructuosi cap. 2. 6.

DUODECIMVIRATUS. Vide *Juratores.*

DUODENA, Duodecim viri juratores in indictamentis. Thomas Wasinghamus p. 276. *Robertus Trisilian justitiarius — apud S. Albanum convocari fecit duodenam, quam pridie averaverat ad indictandum & prodendum malefactores, &c.* Infrà: *Tunc justitiarius convocata seorsum alia duodena demonstravit eis & nomina & indictamenta personarum per primam duodenam, &c.* Vide *Indictamentum, Iurata.*

Duodena, Mensura liquidorum haud magna. Oc-

curit

currit passim in Chartis Abbatiæ Albiniaci in Biturig. *Duodena vasa*, in Charta an. 1303.

Duodena, una ex Horis seu liturgiis Ecclesiasticis, quam alii *Duodecimam* vocant. Vita S. Rusticulæ Abbatissæ Arelat. c. 31. *Vesperam cum filiabus ex more decantans, adjuncta etiam duodena, valde se corpore jam fatigari sentiens*, &c. Vide *Duodecima*.

DUODENARIA. Acta Capitularia capituli Ecclesiæ Lugdun. an. 1343. fol. 88. v. ex Cod. Reg. *Item commiserunt dominis Archidiacono & Sacristæ declarandi & providendi de vice magistro, & ad quem Duodenaria vacans per obitum Dom. Guillelmi de Gez debeat pertinere*. Occurrit rursum infrà.

DUPIA, Genus vasis, quod vulgò *douve* dicimus. Gloss. Lat. Gr. *dupia*, εἶδος σκεύους.

DUPLA. Durandus lib. 1. Ration. c. 4. in tintinnabulis quæ in Ecclesia pulsantur, Nolulam seu duplam recenset, additque sic vocari campanam illam quæ in Horologio pulsatur.

DUPLÆ, Monetæ species. Roderic. Sanctius part. 4. cap. 17. *Sibi dilectum Almoxarifium ad Thesaurarium gladio feriri jussit, à quo sexcenta millia duplarum auri extorsit.*

DUPLARE, pro *duplicare*, nostris, *doubbler*, Italis *dobblare duplum facere*, Joanni de Janua. Gloss. Lat. Gr. *duplavit*, ἐδίπλωσεν: διπλοῦς *Biplex, Duplex, Duplus*. Vide Sidon. lib. 8. Ep. 17. & ibi Savaronem.

DUPLARIUM, Mensura liquidorum. Tabularium Fossatense: *Dicta Abbatia percipit in vindemiis annuatim in vinea de Barbello* 1. *duplarium vini de mera gutta*. Occurrunt eadem verba alibi semel ac iterum.

Dobla, eadem notione in Charta Isembardi Præceptoris domus Hospitalis Hierosol. an. 1222. ex Tabulario Fossatensi fol. 26. *Decimas cum fructibus medii temporis, quos æstimabant* 15. *doblarum vini.*

Duplarium, Sacculus, crumena, Gallis olim *Doublier*. Hubertus Sibuntinus, apud Vincentium Belvacensem lib. 26. cap. 37. *Tres Milites diœcesis Lugdunensis ad S. Jacobum pergebant, quos inveniens quædam muliercula, rogavit, ut sui miserti duplarium suum amore S. Jacobi deportarent*, &c. Infrà *Sacculum* vocat. *Le Roman d'Aubery MS.*

> *Le Chapel prent, l'escharpe & le doublier,*
> *Et le bordon qui ne volt pas laissier.*

DUPLERIUS, Funale, Italis *doppiere*. Historia Cortusiorum lib. 7. cap. 10. *Exequiæ fuerunt solenniter ordinatæ: ibi erant omnes Clerici cum singulis dupleriis incedentes*. Bulla Gregorii XI. PP. an. 1372. pro Collegio Gregoriano Bononiensi apud Ghirardaccum lib. 25. Hist. Bonon. pag. 328. *Emantur quatuor duplerii de arâ pretii* 4. *librarum*, &c.

DUPLEX *aureus*, *Double d'or*, nummus aureus Francicus. Vetus Regestum 20. *April.* 1340. *Fiebant duplices auri de* 23. *Karaz. ponderis* 36. Diarium Compoti Thesauri 1. Jan. an. 1292. *Pro negotiis secretis suis* 865. *Floren. Aur. de Florentia*, & 140. *Regales aureos grossos*, & 180. *duplices auri*, & *tres grossos Augustarios auri*. Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin*:

> *Et je le vous diray sans point de l'arester,*
> *Ce que je vous donray sans point de l'arrester*
> *Soixante mille doubles d'or fin à brief parler.*

Infrà:

> *Et leur a dit en haut, Me scait-il bien gaber,*
> *Qui soixante mil doubles florins me veut donner.*

Historia expugnatæ Minoricæ apud Mich. Carbonellum in Chron. Hisp. f. 86. *Bagant empero cascun de aquells al Senyor Rex set dobles e mirge*, &c. Vide *Marca, Moneta*.

DUPLEX, Versipellis, *esprit double*, qui alia loquitur quam quæ in mente habet. Utitur Gregorius M. lib. 8. Epist. 16. 52.

DUPLICARIUS. Joan. de Janua: *Duplicarius, qui duabus partibus favet, fraudulentus*. Eadem habet Vetus Glossarium Lat. Gal. *Frauduleux, qui fait faveur à deux parties*.

Duplicularius, διμοιρίτης, in Gloss. Lat. Gr. Vide Hesychium.

DUPLICATA, idem quod *Duploma*, de qua voce mox. Raimundus de Capua in Vita S. Agnetis de Montepolitiano n. 48. *Sicut publica etiam duplicata, quas ego plures vidi usque hodie manifestant.*

DUPLODES, ex Græco διπλοίδες, *Gambesones*. ni fallor. Liber Anglicus inscriptus *Justice of peace*, pag. 69. *Vi & armis, videlicet baculis, gladiis, arcubus, sagittis, loricis, duplodibus defens. palettis lanceis, securibus guerrinis, gonnis, balestris*, &c. Vide *Gambeso*.

DUPLOMA & *Diploma* Gloss. Gr. Lat. δίπλωμα, *Duplum*: δίπλωμα, *Diploma*. Caper de verbis dubiis: *Diploma, non Duploma, aut Duplomum*. Sunt autem *Duplomata*, apud JC. Codicilli qui dantur cursu publico utentibus, qui & *tractatoriæ, combinæ*, & *evectiones*. Johannes Sarisberiensis in Euthetico in Polycraticon:

> *Accelera gressus, tanto duplomate pergens*
> *Ad mare, quo morum littora nostra petunt.*

Adde eundem Epist. 285. Petrus Blesensis Epist. 52. *Dominus Rex in Gasconiam tendat, ego autem duplomate utens eum sequor*. Idem Epist. 59. *Ad vos in eadem tempestatis insania duplomate utens remeavit*. Ita omnes MSS. non *diplomate*, uti editiones præferunt. Utimur etiam hac voce Radulphus de Diceto ann. 1172. 1179. 1184. Vide l. 137. D. de Verb. signif.

DURANDAL. Vide *Durissimus*.

DURASUNA, Firma pax; vox formata ex *sona*, quæ Danis pacem & pactum sonat. Diploma Reinoldi Archiep. Col. an. 1166. apud Boland. 6. Febr. *Et ut reconciliatio hæc permaneret indissolubilis & diffinitissima, quæ vulgò dicitur Dura suna*, &c. Vide *Sona*.

DURCONES, Navigia fluviatilia. Abbo lib. 1. de Obsid. Paris.

> *Anteque durcones multi repetunt morientes,*
> *Quam lapides jaciant.*

Pag. 502. ad marginem habetur *ducones*, ubi in textu *naves*.

DURICA, *Castra stationes navium*, in Isid. Gloss.

DURICORS, Duri cordis, immitis, sævus. Utitur Gerardus Episcopus Camerensis in Epist. ad Archidiaconos Leodienses.

DURIDO, Durities. Charta Lusitanica æræ 904. in hist. Episcop. Portensium 1. part. c. 12. de Reliquiis SS. *Hæc omnia quoque dignissimè manent tumulata in ligneis tabulis imputribilibus quadris, cera marmori mixta saxea impler foramina, parva duridine coacta signant sigilla divisa*, &c.

DURILOQUIUM, Verbum asperum. Hincmarus in Epistola ad Carolum Calvum Imp. *Missorum tuorum duriloquiis.*

DURINARE. Octavius Horatianus lib. 4. Rerum Medicar. p. 106. *Nisi ex cibo & potu incitatus fuerit calor, qui in superioribus locis est constitutus, id est in cerebro, qui durinando omnem corporis regionem calefacit; atque solvit*. Legendum videtur *diurinando*, i. poros expurgando, ex Græc. διυρεῖν; unde διουρητικὰ φάρμακα, de quibus consulendus Gorreus in Definition. medicis.

DURIO, Qui dura est & perfricta fronte, impudens. Marius Mercator in lib. Subnotat. cap. 4. §. 3. *Quis scenicus turpior, quis durio, vel sannio professa licentia turpitudinis publicè ista proferret?*

DURISSIMUS. Ita appellabatur spatha, vel ensis Willelmi sectoris ferri Comitis Inculismensis, apud Ademarum in Chronico: *Cum Rege eorum Storim singlari*

singlari conflictu deluctans, ense curto, nomine Durissimo, quem Walander Faber cuderat, &c. Auctor Historiæ Episcoporum & Comitum Engolism. cap. 19. ait, Guillelmum Comitem *Sectorem ferri*, hoc nomen *sortitum, quia cum Normannis confligens, venire solito conflictu deluctans, ense corto, vel scorto durissimo, quem Walandus faber condiderat per medium corpus oricatum secavit una percussione.* Quo quidem *Durissimi* vocabulo allusit, ni fallor, ad ejusmodi spathas, quas *Ducandals*, vel *durandarts*, nostri vocant, & Carolo M. vulgò tribuunt fabulosi Scriptores. *Le Roman de Garin MS.*

Il ferrai tant de Durandart m'espée.

Alibi:

Ains i ferrai de Durandart assés,

Le Roman de Roncevaux MS.

Tint Durandars, dont librans fu lettrés.

Gesta Philippi III. Regis Franc. an. 1271. ubi de Coronatione ejusdem Regis: *Et quoniam à tempore Caroli Magni Regis Franciæ & Imperatoris Romanorum, consueverunt Reges Franciæ Joeosam spatham prædicti Caroli Regis & Imperatoris, in die coronationis suæ, dum celebratur prædictæ coronationis officium, in memoriam tam victoriosissimi Principis à quodam de Nobilioribus ante se facere teneri & deferri: illam Roberto Comiti Atrebatensi consanguineo suo Militi probissimo tradidit illa die deferendam.* Mox addit spatham illam servari cum cæteris regalibus ornamentis in Ecclesia B. Dionysii in Francia. Hæc *spatha invincibilis* Caroli dicitur apud Turpinum cap. 18. Vide Ludovicum Moscardum lib. 4. Hist. Veronensis p. 77. & supra in verbo *Curtana.*

DURPILUM, Vestibulum, limen. Lex Salica tit. 61. *Postea intrare debet in casam suam, — & stare in durpilo, hoc est, in liminari.* Ubi editio Heroldi *Duropellum* præfert. Formula Lindenbrogiana 155. *A die præsente ad integrum concessit & confirmavit — per portas & per ostia.* Et mox: *Tradidit & vestivit, & per durpilum & festucam sibi foras exitum alienum vel spoliatum in omnibus esse dixit, & omnia werpivit.* A voce Germanica *thur*, fores, deducit Lindenbrogius: unde *thurschwell*, limen, *Pfeyler*, columna: Spelmannus à Dupla Saxonico. Wendelinus denique à *Durpel*, quod *limen inferius* sonat, quod nempe ingrediendo & egrediendo calcamus. Kilianus: *Deurpel, limen, hypothyrum, lapis liminaris, q. d. deur-pael, i. ostii limes.*

DURSLEGI, Verbera sine vulnere, à Germ. *durre*, siccus & *slege*, plaga, verbera, quasi *sicca verbera. Ictus orbos* vocarunt nostri. Lex Frison tit. 22. de dolg. §. 3. *Si quis alium ita percusserit, quod Durslegi vocant, dimid. sol. componat.* Ubi Sieama legit *dustslecke.*

DURSUS. Piscis species. Smaragdus in Grammatica MS. *Piscis species sunt hæ, esox, dursus, alausa, tructa, lampreda, & reliquæ.*

DURUS, *Duraria.* Gloss. MS. Regium Cod. 1197. *Durus, servus. Duraria, Ancilla.* Fortè *Dulus* & *Dularia* scribendum fuit, ex Gr. δῦλος.

DUSII. Isidorus in Gloss. *Dusius, Damon.* Idem lib. 8. Orig. cap. ult. *Pilosi, qui Græcè Panitæ, Latinè Incubi appellantur, sive Inui, ab ineundo passim cum animalibus: unde & Incubi dicuntur ab incumbendo, hoc est, stuprando. Sæpe etiam improbi existunt mulieribus, & earum peragunt concubitum, quos dæmones Galli Dusios nuncupant, quia assiduè hanc peragunt immunditiam.* Hausit à S. Augustino lib. 15. de Civitate Dei cap. 23. cujus hæc sunt: *Quosdam dæmones, quos Dusios Galli nuncupant, hanc assiduè immunditiam & tentare & efficere plures talesque asseverant.* Hincmarus de Divortio Lotharii p. 654. *Quædam etiam fœminæ à Dusiis in specie virorum, quorum amore ardebant, concubitum pertulisse inventæ sunt.* Papias: *Dusios nominant quos Romani Faunos ficarios vocant.* Hi, sunt, inquit Thomas Cantipratensis lib. 2. c. 57. n. 17. *Quibus Prussiæ gentiles silvas æstimant consecratas, & eas incidere non audentes, nunquam ingrediuntur easdem, nisi cum diis suis voluerint immolare, &c.*

DUSTIE-FOOTE. Vide *Pede pulverosus.*

DUX, sub Constantino M. qui στρατηγὸς ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπεῖχε, inquit Zozimus lib. 2.

Dux Ducum. In Synaxariis 4. Octob. Sanctus Andronicus Ephesius dicitur fuisse δουξδουκῶν, καὶ ἔπαρχος Μαξιμίνε. In Passione SS. Seraphiæ & Sabinæ num. 10. fit mentio *Vindiciani Ducis Ducum.* Vide Gloss. med. Græcitat. in Ἄρχων Ἀρχόντων.

Duces limitum, quibus gentes quæ maximè cavendæ sunt, ad propinquant, in Nov. Theod. de Ambitu, &c. in Notitia Imp. &c.

Dux sub prima Regum nostrorum stirpe dicebatur qui multis civitatibus, quæ singulæ à Comitibus regebantur, præerat. Gregorius Turon. lib. 2. cap. 20. *Euricus Gothorum Rex Victorium Ducem super septem civitates præposuit.* Lib. 8. cap. 18. *Nicetius à Comitatu Arverno summotus Ducatum a Rege Childeberto expetiit; & sic in urbe Arverna, Ruthena, atque Ucetica Dux ordinatus est.* Ita apud eundem non semel lib. 6. cap. 26. 31. 41. lib. 8. cap. 26. lib. 9. cap. 7. Aimoinum lib. 4. cap. 4. in Gestis Dagoberti cap. 36. apud Eginhard. in Annalib. ann. 748. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 1. *Rex autem hæc audiens, oppidò tristatus est, promittensque ei duodecim & amplius Comitatus se daturum, si hoc dimitteret, & in sua militia perseveraret.* Id est *Ducatum.* Hinc *Duces provinciæ,* & *in provinciis constituti,* in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 1. & apud Walafridum Strabon. lib. de Reb. Ecclesiast. cap. 31. &c. Gradus igitur à Comitatu ad Ducatum fuit. Fortunatus lib. 10. Poëm. 22.

Qui modò dat Comitis, det tibi jura Ducis.

Adde lib. 7. Poëm. 31. lib. 10. Poëm. 25. & Cinnamum lib. 2. num. 13. Habetur formula Promotionis ad Ducatum apud Marculfum lib. 1. Form. 8. ut & apud Senatorem lib. 7. Epist. 4. ubi quale eorum fuerit munus indicatur. Vide præterea Petrum Pithœum lib. 1. Adversf. cap. 8. Hotomanum de Verbis Feudalib. Marcam in Hist. Beneharn. lib. 1. cap. 18. n. 5. &c.

Duces Francorum dicti Majores-domûs Regum Franciæ, in Vita S. Baboleni tom. 2. Hist. Franc. pag. 659. de Erkenoaldo: *Qui tunc Francorum ducatui præerat, & omnia palatina officia suo moderamine procurabat.*

Eodem etiam titulo donati vulgò leguntur Parisienses Comites, aut qui regiones adjacentes vel Comitis vel Ducis titulo regebant, quòd ii præcipuam in Regum aula auctoritatem possiderent, & Francorum in hisce tractibus duces essent: unde postea Parisiensi tractui data Franciæ peculiaris nomenclatura, quam hodie *l'Isle de France* appellamus, quòd ejus fines Ligeri & Sequana fluviis majoribus concluderentur, tametsi pro Regum nostrorum indultu interdum ii longè ultrà producti legantur. Primus autem hac dignitate donatus

Robertus cognomento *Magnus* ann. 861. ut est apud Reginonem lib. 2. cui successit

Hugo cognomento *Magnus*, & *Abbas*, filius, ut est apud eundem an. 867. isti verò

Odo Roberti perinde filius, quem Comitem Parisiensem vocat Abbo de Bello Parisiaco pag. 502. & vetus Charta apud Hemereum de Academia Paris. p. 10. postmodum Rex Franciæ dictus an. 888.

Robertus, ejusdem Odonis frater, Dux & Marchio Franciæ, Rex pariter dictus an. 922.

Hugo Magnus, Comes Parisiensis, à Ludovico Rege *Dux Franciæ* dictus ann. 943. Hugo Flaviniac. hoc ann. Hist. Episcopor. Autisiod. cap. 45. Beslius pag. 239. 241. 247.

Hugo

...go Capetus, iisdem quibus pater donatus dignitatibus ann. 960. Flodoard. ann. 943. 960. Chronicon S. Albini ann. 987. Ademarus p. 164. &c. Rex deinde dictus tertiæ quæ hodie feliciter regnat Regum Franciæ stirpis auctor.

Dux Palatii, in Gestis Dagoberti I. cap. 31. & apud Fredegarium in Chron. cap. 74. ubi de Adalgiso Duce Palatii Sigeberti Regis. Vide *Major domus.*

Dux Imperialis Curiæ Acerbus Morena Laudensis civis dicitur in ejus HistoriaRerum Laudensium p. 118.

E.



E LITTERA numeralis, quæ 250. designat. Unde versus:

> E *quoque ducentos, & quinquaginta tenebit.*

E *in superscriptione Cantilenæ, ut æqualiter sonetur, eloquitur.* Ita Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singula literæ in superscriptione significent Cantilenæ.* Vide A.

EADELING. Vide *Adalingus.*

EAHTAYN. Leges Ethelredi Regis Angl. cap. 6. *Et si Eahtayn occidatur, pertineat infractio pacis intra Curiam, vel adjacentias ejus, Eahtayn personatur plenawera.* Ubi Somnerus EahtaYn, octo homines; vel numerum hominum octonarium interpretatur.

EALAHUS, Anglo-Saxonibus, Caupona, vel popina: ab Eale, cervisia, & huſ, domus: unde Anglis *Alehouse*, pro compotationis domo. Occurrit hæc vox in Legibus Aluredi Regis West-Saxiæ.

EALSCOP, Cerevisiæ confector, Cerevisiarius: vox Anglo-Saxonica. Leges PresbyterorumNorthumbrensium c. 41. *Si Presbyter ebriosus, aut scurrilis, aut ealscop fuerit, compensato.*

EASTINTUS, Natus ex Orientali plaga, à Saxon. Eastinne; Orientalis plaga vel regio, ab East, Oriens & Inne, cubiculum, caverna, cella, & per translationem, plaga, regio. Leges Edwardi Senioris: *Si sit Eastintus, si sit Northintus, emendet; sicut scriptura pacis continet.*

EBBA, Refluxus, recessus maris, Anglis *Ebbe.* Bracton. l. 4. tract. 1. c. 5. *Si extra regnum in peregrinatione fuerit, — dilationem habebit 40. dierum & duorum floddorum, & unius ebbæ, quia de ultra mare, &c.* Lib. 4. tract. 3. c. 3. §. 1. *Habebit spatium de ultra mare 40. dierum & unius ebbæ & unius fluctus.* Lib. 5. tract. 2. c. 2. §. 3. *In quibus Essoniis dabitur dilatio ad minus 40. dierum & unius flud & unius ebbæ.* Vide Britton. p. 115. v.

EBEDIU, Tributum Cambrobritannis notum, quod Nobilium hæredes Capitali provinciæ Domino post mortem antecessorum suorum pendunt, adeundi patrimonii causâ, quod nostris *Relevium.* Ita Spelmannus ex Cod. Landavensis Ecclesiæ, ubi plura.

EBEREMURDRUM, vel *Aberemurdrum*, Murdrum manifestum, seu *apertum murdrum*: à Saxonico æbere, id est, probatum, vel manifestum, & morþ, murdrum, homicidium. Ejusmodi autem habebatur crimen istud, ut de eo *componere* non liceret, seu data pecunia ac emenda illud expiare ac redimere: & ut est in Legibus Canuti Regis cap. 90. apud Bromptonum, *Eberemurder inemendabile erat.* Leges Henrici I. cap. 12. *Ex his placitis quædam emendantur centum solidis, quædam wera, quædam wita, quædam non possunt emendari quæ sunt Husbreche, & Berner, & Openthef, & Eberemorth, &c.*

EBIYMIUM. Vide *Embrymium.*

EBOR, pro *Ebur.* Lucas Abbas Montis S. Cornelii in Cantica Canticor. *Ebor quandiu carne obtegitur, non apparet pretiosus.*

Eboratus, Eburneus, eburnus: occurrit apud Sidon. lib. 8. Epist. 8. 12. *Eburati lecti, Eburata vehicula*, apud Plautum.

EBULLIUM, Ebullitio; Gall. *Bouillon.* Vetus Scheda apud virum doctissimum Joan. Mabillonium tom 5. Sanct. Ord. S. Benedicti pag. 68. *Anno 1149. Deo permittente & volente pios martyres manifestare, è loco in quo sepulti jacebant, scilicet sub lapide Presbyterii, ebullium sanguinis exilivit, &c.* Infrà post: *Secundum ebullium, &c.*

EBULLIRE, metaphoricè, pro, *cum abundantia & copia erumpere.* Tertullianus lib. de Idololatria: *Priusquam hujus monstri artifices ebullissent, sola templa & vacuæ ædes erant.* In Scorpiaco: *Tunc omnes martyriorum refragatores ebulliunt.* Regula Magistri cap. 54. *Intrantium ad oratorium fratrum examen ebulliat.* Historia Translat. S. Sebastiani cap. 11. *Evangelizans omnibus quaquaversum ad sancti exequias ebullientibus.* Will. Brito lib. 1. Philipp.

> *Certantes caveis simul ebullire videres.*

Lib. 7.

> *Quos ubi nostra cohors videt ebullire deorsum.*

Vide Vitam S. Deicoli Abb. c. 8.

ECBOLUM. S. Augustinus in Breviculo collat. 3. c. 13. — *Missos peterent divinos Codices exurendos; — & qui cum ab eo vellent aliqua ecbola, aut quodcunque accipere, &c.* Occurrit rursum c. 15. ubi interpres putat *Ecbolum* hic sumi pro parte, aut fragmento divinorum Codicum, quos integros tradendos à Christianis imperabant Tyranni.

ECCLESIA. Gloss. Lat. Gr. *Conventus* Ἐκκλησία. Gloss. Lat. MS. Regium: *Ecclesia, evocatio, vel collectio, conventus.* Glossæ MSS. ad Canones Concil. *Ecclesia, Convocatio.* Amalarius lib. 3. de Eccl. offic. c. 2: *Ecclesia est convocatus populus per ministros Ecclesiæ ab eo qui facit unanimes habitare in domo. Ipsa domus vocatur Ecclesia, quia Ecclesiam continet.* Epistola Cyrilli Alexandrini Patr. Alexandr. inscripta Aurelio & Valentino Episcopis & omni sanctæ Congregationi in Carthaginensi Synodo congregatæ sic clauditur: *Et alia manu, Deus & Dominus sanctam Ecclesiam, id est, congregationem custodiat.* Edictum Constantini & Licinii pro Christianis apud Lactantium lib. de Mortibus persecutor. num. 48. *Corpus Christianorum vocat*, quod Christiani ipsi Ecclesiam: *Quæ omnia corpori Christianorum protinus — tradi oportebit.* Et mox: *Quoniam iidem Christiani non in ea loca tantum, ad quæ convenire consueverunt; sed alia etiam habuisse noscuntur ad jus corporis eorum, id est Ecclesiarum, non hominum singulorum pertinentia* Anonymus in 3. Rhetoricor. Aristot. p. 165. Ἐκκλησία, λέγεται ὅταν συνδρομὴ γίνεται πολλῶν χάριν τινὸς βουλῆς καὶ σκέψεως. Ammonius: Τὴν ἐκκλησίαν ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι τὴν σύνοδον τῶν κατὰ τὴν πόλιν.

Ita vocem hanc Græcam sumi passim notum est; sed postea pro loco ipso in quo congregationes fiunt, usurpari cœpit, proinde pro templo seu æde sacra publico pietatis exercitio & cultui divino destinata, in quam convenit fidelium cœtus. Quod nuperum non esse arguit quæ leguntur apud S. Paulum 1. Cor. 11. Nam cùm dixisset vers. 18. *Quæ convenitis in Ecclesiam*, mox vers. 20. repetens exponit, *quum convenitis*

eodem loci indicans ἐκκλησίαν non tam denotare multitudinem eorum qui conniebant, quàm locum in quem conveniebant. Et verſ. 22. *Enimvero num domos non habetis ad edendum & bibendum? an EccleſiamDei contemnitis?* Ubi Eccleſia pro domo in quam convenitur ſumi certum eſt. S.Auguſt. Ep. 157. *Sicut appellamus Eccleſiam, baſilicam qua continetur populus, qui vere appellatur Eccleſia, ut nomine Eccleſiæ, id eſt, populi qui continetur, ſignificemus locum qui continet, &c.* Idem in Quæſt. ſuper Levitic. l. 3. quæſt. 57. *Eccleſia dicitur locus, quo Eccleſia congregatur, &c.* Gerardus Epiſcopus Cameracenſis in Synodo Attrebatenſi ann. 1025. c.3. *Porro ipſa domus idcirco vocabulum habet Eccleſiæ, quia continet Eccleſiam, id eſt populum convocatum ab eo qui facit unanimes habitare in domo.* S. Germanus Patr. CP. in Theoria Myſtica: Ἐκκλησία ἐστὶ ναὸς Θεοῦ, τέμενος ἅγιον, οἶκος προσευχῆς, συνάθροισις λαοῦ, &c. Lactantius lib. laudato num. 12. *In alto enim conſtituta Eccleſia ex palatio videbatur.*

Primæ Eccleſiæ Romæ à Beato Petrò conſtructæ & conſecratæ dedicationem referunt vetera Martyrologia die Kal. Aug. Quæ autem illa ſit; & an adhuc ſuperſit, diſquirunt in primis Franciſcus Maria Florentinus ad vetus Martyrolog. Lucæ evulgatum exercit. 11. & Cardin. Bona lib. 1. Rerum Liturgic. cap. 19. n. 1.

Primam verò Eccleſiam palam & publicè à Chriſtianis conditam, eam eſſe Romæ, quam S. Salvatoris vocant, tradit Nicolaus VII. Epiſt. 7. ad Michaëlem Imp. *Eccleſia Salvatoris, quæ ab auttore vocatur Conſtantiniana, & quæ prima in toto terrarum orbe conſtructa eſt.*

Prima denique in honorem Deiparæ ædificata, fuit Dioſpolitana, ſeu Liddenſis, 18. miliarib. ab Hieroſolymis, quam à SS. Petro & Joanne, ipſa adhuc vivente Deipara, ut & ejuſdem in ea repoſitam imaginem à S. Luca depictam, teſtatur Joannis Damaſceni ſeu Orientalium Synodica ad Theophilum Imp. p. 115. De qua legendi præterea Simeon Logotheta in Leone Armenio n.5. & Anonymus de imagine Dei paræ quam *Romanam* vocabant, apud Lambecium lib. 8. de Biblioth. Cæſar. p. 380. Id alii Tortoſæ ſeu Antarado in Syria adſcribunt: illic enim Eccleſiam divæ Virgini à Petro & Paulo tùm Antiochiam properarent, propriis manibus ædificatam, ex veteri traditione ſcribit Willebrandus de Oldenburgo in Itinerario Terræ ſanctæ. Vide quę de hac æde adnotamus ad Joinvillam p. 98. Sed & in Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis extat Charta Jo. Regis Franciæ an. 1356. quâ is memorat ſcriptum eſſe in libris antiquis ejuſdem Eccleſiæ, *eam ab antiquiſſimo tempore fundatam, videlicet adhuc vivente beata Maria virgine glorioſa.*

Eccleſia, nudè pro Cathedrali apud Procopium lib. 2. de Bello Perſico c. 9. ubi de Antiochenæ urbis direptione à Choſroë Perſarum Rege: Ἐς τὸ ἱερὸν ἀπὸ τῆς ἄκρας κατέβαινεν, ὅπερ ἐκκλησίαν καλοῦσιν. Et cap. 10. ἡ μὲν οὖν ἐκκλησία, καθαιρεθείσης τῆς πόλεως, ἐλείφθη μόνη, &c.

Eccleſiæ Baptiſmales, ubi baptiſmus celebratur; ut eſt apud Attonem Epiſcopum in Capitul. c. 20. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 30. *Presbyteri plebium, qui baptiſmales Eccleſias tenent, & minoribus Presbyteris præſunt.* Occurrit paſſim, in Concilio Vernenſi an. 755 Meldenſi an. 845. c. 48. Ravennenſi ſub Joanne VIII. c. 12. in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 17. 24. 29. tit. 10. §. 4. & lib. 3. tit. 47. in Capitulis Caroli C. tit. 41. cap. 11. in Hiſt. Pergamenſi tom. 3. p. 399. &c.

Eccleſiæ Cardinales, quæ vulgò *Parochiales*. Charta Caroli III. Imp. & Ludovici Imp. an. 908. apud Cæleſtinum & Ughellum in Epiſcop. Bergomenſib. *Monaſteriis, Xenodochiis, vel Eccleſiis baptiſmalibus, aut Cardinalibus, ſeu Oraculis, &c.* Vide *Cardinalis*.

Eccleſia Cathedralis, Epiſcopalis, in qua Epiſcopus ſedet in *Cathedra*. Vide Concilium Taraconenſe an. 516. c. ult. & in v. *Cathedra*.

Eccleſia Catholica, dicitur noſtris quæ in toto orbe diffunditur, *quam generaliter omnes amplectimur*, ut eſt apud Optatum lib. 1. & in Decreto Julii I. PP. apud Ivon. lib. 1. Decret. *quæ per totum terrarum orbem diffunditur*, ut ait S. Auguſtinus Epiſt. 107. *Quòd ejus cultus per omnes pene mundi terminos emanavit, Catholica vel univerſalis vocatur*, ut Boëtius lib. de Sancta Trinitate. *Non enim*, inquit Iſidorus lib. 8. Orig. c. 1. & lib. 1. Sentent. c. 19. n. 6. *Sicut conventicula hæreticorum in aliquibus regionum partibus coarctatur, ſed per totum orbem terrarum dilatata diffunditur.* Adde eundem lib. 1. de Eccleſiaſticis officiis c. 1. Marius Mercator lib. Subnotat. c. 9. §. 7. *Eccleſia univerſalis, quam Græco ſermone Catholicam dicimus.* Vincentius Lirinenſ. Commonitorio I. *In ipſa Catholica Eccleſia magnopere curandum eſt, ut id teneamus quod ubique, quod ſemper, quod ab omnibus creditum eſt: hoc eſt enim vere proprieque Catholicum, &c.* Et c. 25. *Catholicum vere eſſe ait, qui in fide fixus & ſtabilis permanens, quidquid univerſaliter antiquitus Eccleſiam Catholicam tenuiſſe cognoverit, id ſolum ſibi tenendum credendumque decernit.* Scribit Lactantius lib. 4. c. 30. ſingulos *cœtus hæreticorum* exiſtimaſſe ſuam eſſe Eccleſiam Catholicam, & Catholicos voluiſſe videri & dici, cùm primam hanc eſſe Eccleſiæ Chriſtianæ conditionem pro certo haberent: ſed cùm id probare haud poſſent, eò res veniebat, ut eandem noſtris tandem ultro concederent, quod non ſemel inſinuat S. Auguſtinus lib. de Vera relig. c. 7. lib. de Util. creden. c. 7. & Contra epiſt. Manichæi cap. 4. Hinc magna illa de hoc titulo Controverſia inter Catholicos Romanos & Donatiſtas, de qua idem Auguſtinus lib. 3. Contra Creſcon. in Brevic. Collat. 3. c. 3. Epiſt. 48. 163. & alibi ſæpe, Collat. III. Carthag. c. 101. Optatus, Tertullian. & Pacianus Epiſt. 1. ad Sympronianum, cujus hæc ſunt: *Ne æſtues, Frater, Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus verò cognomen, &c.* Vide Gregorium Turon. lib. 6. c. 40.

Catholicæ nudè, dictæ olim Eccleſiæ Catholicorum, cùm eas etiam hæretici ipſi hac appellatione agnoſcerent. Sanctus Auguſtinus Contra epiſt. Manich. c. 4. *In Catholica*, inquit, *Eccleſiæ gremio me tenet ipſum nomen Catholicæ: quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta Eccleſia obtinuit, ut cùm omnes hæretici ſe Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum, vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere.* *Concilia Catholicæ*, in lege 1. Cod. de Epiſcop. id eſt, Clerus Eccleſiæ Catholicæ.

Catholicæ dictæ præterea majores & Epiſcopales civitatum Eccleſiæ, quòd omnium quodammodo eſſent, nec uni plebi addictæ, ut parochiales: vel quòd eæ viris ac feminis paterent, ut etiam parochiales. Ita Epiphanius in Hæreſi Arianorum majorem Eccleſiam urbis Alexandriæ καθολικὴν; ut Damaſcenam Theophanes anno 2. Juſtiniani Rhinotmeti, Sophianam Ancyræ in Galatia Eleuſius in Vita S. Theodori Syceotæ n. 58. 89. magnam Eccleſiam CP. τὴν καθ' ὅλου Nicephorus lib. 15. c. 22. vocant. Sed & auctor eſt Guilleterius, nuperus & eruditus Scriptor, in Athenis hodiernis p. 214. 271. Eccleſiam ejuſdem Urbis Cathedralem *Catholicon* vulgò à Græcis appellari. Sanè ita in Vita S. Nili Junioris p. 72. & 123. καθολικὴν ἐκκλησίαν Epiſcopalem vertit Caryophyllus.

Catholicæ Eccleſiæ, dictæ etiam Parrochiales. Jo. Diaconus in Epiſcopis Neapolitanis, in Sotere: *Hic Catholicam Eccleſiam beatorum Apoſtolorum in civitate conſtituit, & plebem poſt S. Severum ſecundus inſtituit.* Occurrit præterea in Bulla Benedicti VIII. PP. Ind. 1. apud Ughellum in Epiſc. Portuenſib. to. 1. p. 139. Apud Græcos virorum Monaſteria & in eis conſtructa oratoria viris tantùm, mulierum mulieribus patent; quod de Sanctimonia-

Sanctimonialium Monasteriis omnino prodit Auctor Vitæ S. Nili Junioris p. 70. Quod etiam apud Latinos obtinuisse in iisdem Sanctimonialium Monasteriis, seu potiùs oratoriis, ubi interdictum viris ingressum, præterquam Presbyteris ad agenda Missarum solennia, testatur Anonymus in Vita S. Liobæ c. 1. ut vicissim mulieribus in Monachorum oratoria; c. 22. præterea Vita S. Theofredi c. 9. Vita S. Leutfredi c. 6. Anonymus in Miracul. S. Bertini lib. 2. c. 12. &c. Vide Gregorium M. lib. 4. Epist. 44. Eæ verò Ecclesiæ, quæ viris & mulieribus, quales sunt parœciæ, patent, καθολικαὶ dicuntur, seu *generales*: atque hac notione usurpant passim, Synodus Trullana can. 59. Codinus de Offic. c. 1. Leo Grammatic. p. 459. 472. Jo. Anagnosta de Excisa Thessalonica c. 20. Vide Eleusium in Vita S. Theodori Sycceotæ n. 35. Præterea Gloss. med. Græcit. in καθολική. Sed & inde apud Messanenses, Ecclesia Græcorum etiamnum *Catholica* nudè appellatur, quicquid dicat Bonfilius Constantius in Messana lib. 3. pag. 21. Porrò in majoribus civitatibus ab ipsis ferè Christianismi initiis, Presbyteri per singulas regiones erant dispertiti, quò morientibus faciliùs subvenirent: qui quidem domicilia sua habebant juxta suam quisque Ecclesiam, ut est apud Epiphanium in hæresi Arianorum: atque inde origo variarum in urbibus Ecclesiarum parrochialium.

Ecclesia Castellana. Ordericus Vitalis lib. 3. p. 499. *Goisfredus autem Gomercii municeps eundem cum thesauro, quem ferebat, honorifice detinuit, & magistratum Castellanæ Ecclesiæ, ubi 4. erant Canonici, usque ad mortem concessit*, id est, Ecclesiæ, quæ in Castello erat: diversa ab ea, quam vulgò *Extramuraneam* vocabant.

Ecclesia Cemeterialis, seu *Templum cemeteriale*, apud Lambertum Ardensem. p. 166. *Sepultus est in templo cemeteriali juxta sepulchrum uxoris suæ.*

Ecclesia Diœcesana, Parochialis, in Lege Wisigoth. tit. 5. §. 6. Vide *Diœcesis.*

Ecclesiæ Curiatæ, Parochiales, quibus præsunt Curiones, apud Hermannum Lerbeckium in Chronico Comitum *Schawemburgens.* pag. 7.

Ecclesiæ Episcopales, Majores, quæ sub dispositione Episcopi sunt. Ita interpretatur Savaro de Ecclesiis Claromont. lib. 1. c. 34.

Ecclesia Forensis, Parochia, respectu majoris Ecclesiæ. Chron. Montis Sereni an. 1151. de quodam Hallensis Ecclesiæ Canonico: *Qui forensi Ecclesiæ jam per annos 14. præerat, mortuo Præposito substituere modis omnibus intendebat.*

Ecclesia Matrix, Cathedralis, apud Gregorium de Verbor. signific. c. 22. in Concilio Moguntino I. c. 8. Islebonensi c. 9. apud Ordericum Vitalem lib. 5. p. 548. 551. &c. Agobardus de Privilegio & jure Sacerdotii c. 12. *Nos ab Ecclesia non recedimus, nec spernimus matrices Ecclesias*: sic legendum puto pro *nutrices*. Codex Canon. Ecclesiæ Africanæ c. 123. ἐὰν ἐν τοῖς ματρικίοις, ἤγουν ἐν ταῖς καθέδραις, ἐπίσκοπος ἀμελὲς φανῇ. *Matrices cathedræ*, in Conciliis Africanis c. 90. *Matrices* nudè pro Metropolitanis & Cathedralibus apud Ferrandum Diac. in Brev. c. 11. 17. 38.

Ecclesia Matricularis, eadem notione, in Chartis Ludovici Pii Imp. & Ratoldi Episcopi Veronensis apud Ughellum in Episc. Veronensib. p. 603. 604. 1072. & apud Helmodum lib. 1. c. 90.

Ecclesia Matricialis, in Synodo Ravennensi sub Joanne VIII. PP. c. 12. *Matricalis*, in Epist. Alexandri III. PP. apud Baronium an. 1148.

Ecclesia Mater, pro Cathedrali in Synodo Romana sub Silvestro PP. c. 17. in Concilio Islebonensi c. 29. in Charta Brunonis Tullensis Episcopi, &c. Charta Ludovici VI. Reg. Francor. an. 1122. *Tradit monacho donum Ecclesiarum & omnium decimarum ad ipsum locum pertinentium. Ecclesia mater & Capitalis*, in Legibus Henrici I. Regis Angliæ c. 19. Dicitur etiam *Ecclesia mater*, apud Rainardum Abb. Cisterciensem in Institut. cap. 32. respectu *Ecclesiæ filiæ*, seu quam Ecclesia mater genuit, & quæ ab ea profluxit. Vide *Pater Abbas.*

Ecclesia Matrix, eadem cum Baptismali, apud Urbanum I. PP. in Epist. decret. cap. 1. & Lindwodum in Provinciali Cantuariensis Ecclesiæ lib. 3. tit. 13. Alexander III. PP. in Appendice Concilii Lateranensis III. part. 1. cap. 7. *Nec eos duas matrices Ecclesias, quarum unam sufficere sibi videbitis, tenere permittatis.* Adde part. 5. c. 3.

Ecclesia Mater, eadem notione in Orig. Murensis Monasterii p. 34. 35. *Mere Eglise de Paroisse*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi c. 1. Charta Hugonis Capeti Regis ex Tabulario Fossatensi f. 13. *Videlicet Ecclesias duas, quarum una est mater Ecclesia* (villæ Mansionum) *in honore B. Remigii, & alia capella in honore S. Germani, &c.*

Ecclesia Obedientialis, quæ alteri Ecclesiæ subdita est. Charta Heliæ Barensis Archiepiscopi apud Ughellum to. 7. Ital. sacr. pag. 865. *Libertavit Ecclesiam omnium SS. in Cuti, & obedientiales ejus, quas habet & habitura est.*

Ecclesia Plebalis, seu Parrochialis, in Charta Chonradi Episcopi Pataviensis in Chronico Reichersperg. an. 1156. & ann. 1169. *Ecclesia Plebeiana* in Historia fundationis Cœnobii Melicensis in Austria p. 631. Vide *Plebs.*

Ecclesia Principalis, Cathedralis, in Lege Wisigoth. lib. 4. tit. 5. §. 6.

Ecclesiæ Patriarchales Romæ, summo Pontifici immediatè subjectæ. Vide Baronium an. 1057. n. 19. 20. 21.

Ecclesia per se, nulli alteri Ecclesiæ subjecta, id est, quæ proprium Presbyterum habet, ad discrimen *Capellarum*, quæ sub Parochiis sunt. Hincmarus Remensis Ep. 7. ex Labbeanis: *Dicunt enim quia ex quo memorari ab his, qui in carne sunt, potest, quoniam ipsa Ecclesia per se fuit semper, & nulli alteri Ecclesiæ fuit subjecta.* Infrà: *Evidentibus documentis invenerunt, quod ipsa Ecclesia de Follanæbraio nunquam Ecclesiæ in Codiciaco fuerit subjecta; sed Presbyterum semper habuerit.*

Ecclesia senior, matrix, cathedralis, in Actis Episcopor. Cenoman. p. 111. 157. 181. tom. 4. Analector. Mabillonii. Charta Palladii, Episcop. Antisiodor. apud eundem Mabillon. lib. 6. de re diplomat. p. 465. *Reliquas duas partes ad lumen Ecclesiæ senioris S. Stephani reservatas.* Infrà: *Ad basilicam seniorem S. Stephani.*

Ad Ecclesiam confugere. Vide *Pax Ecclesiæ.*

Ecclesiæ olim in secularium bonis censitæ; quippe eo ævo, quo Abbatiæ *in Commendam* viris proceribus, cæteræ etiam minores Ecclesiæ viris aliis militaribus, à Regibus identidem concessæ sunt; vel ipsimet in dominiis suis singuli eas usurparunt Domini, quod suprà attigimus in V. *Abbas Miles.* Ecclesiarum autem nomine ferè semper intelliguntur decimæ Ecclesiasticæ, cæteræque obventiones, quæ ex jure Curionibus debentur, quas ii sibi reservabant; cum Curionibus ipsis ad divinum persolvendum servitium pensiones duntaxat annuas, de quibus convenerat, conferrent. Agobardus lib. de Dispensatione c. 15. *Nunc non solum possessiones Ecclesiasticæ, sed ipsa etiam Ecclesiæ cum possessionibus venundantur.* Concilium Cabilonense II. c. 26. *Perlatum est ad nos, quod inter hæredes Ecclesiæ in rebus propriis constitutæ, dividantur, &c.* Charta Rainaldi Archiep. Remensis an. 1128. to. 13. Spicileg. Acheriani pag. 307. *Sparnacensem Ecclesiam ob remedium animæ suæ — in manu nostrâ hujusmodi libertate donavit, cum prædictus Comes Theobaldus præfatam Ecclesiam à progenitoribus suis quasi hæreditario jure*

jure sibi derelictam teneret, & Abbatiam Ecclesiæ suæ Waleramno Domini Andreæ Dapiferi sui filio dedisset, &c. Hugo Flaviniac. p. 133. *Ad Herbodivillam in Vapra Ecclesiam unam, -- & ad Lidimacum quartam partem unius Ecclesiæ, & mansum unum, &c.* Vide p. 167. Joan. Sarisberiensis Epist. 125. *Inter cætera Miles quandam Ecclesiam, quam 40. annis inconcusse tenuerunt, eis molitur auferre, quam adversus Ecclesiam Domini Laici apud nos perniciosissime vendicant.* Adde Epist. 231. 232. Charta ann. 1082. ex Tabulario S. Andreæ Viennensis: *Ego Emmo & uxor mea Elizabeth -- donamus --monasterio supra memorato, & Humberto Abbati & monachis ejus---quartam partem Ecclesiæ matris in honore B. Petri Apostoli sacratæ, cum his appendiciis, videlicet cum quarta parte oblationum altaris, & cum quarta parte cimiterii, & cum quarta parte decimarum, de milio videlicet & panicio, & omni legumine & cannabe, & de omnibus bestiis, & de cunctis primitiis: excipiuntur decimæ frumenti, siliginis & avenæ.* Tabular. S. Albini Andegav. *Radulfus Vice-Comes cum uxore sua Amelina S. Albino & Monachis ejus Ecclesiam de Luchiaco partim quingentis sol. sicut habebat solidam & quietam vendidit, partim pro anima sua, -- dono dedit scilicet altare cum oblatione tota & sepultura tota, sicut habebat, & terram juxta Ecclesiam &c.* Acta Episcopor. Cenomanensium in Gervasio cap. 31. *Similiter & Ecclesiam me vivente dimidiam, & decedente totam, nisi ante placuerit, in territorio Letdunus sitam.* Extat præclara hujusce abusus testis Charta alia Rainaldi Episcopi Andegavensis, ex qua hæc excerpsimus. *In exordio nascentis Ecclesiæ cum author omnium, id est Deus, Apostolis suis præcepisset, dicens, euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ, & illi juxta autoris vocem præcepta complerent, cœpit fides augeri & crescere, ex eo tempore, viri religiosi relinquentes sua eadem autori Deo, & cœnobia construentes, & hæreditates suas ibidem derelinquentes, quatenus in locis illis monachi, sive Clerici seu ancillæ Dei Deo deservientes haberent victualia, nonnulli etiam comam capitis abscindentes, Christo domino colla tradentes, atque ita factum est, ut maxima pars hujus sæculi in hæreditatem Sanctis Dei sit tradita: sed inardescente invidia sæculi hujus & cupiditate grassante, Reges qui vestigia virorum religiosorum sequi deberent, cœperunt easdem hæreditates vendere, Episcopis Episcopatus, Abbatibus Abbatias, atque ipsi Episcopi seu Abbates a monasteriis abstrahere, cum deberent magis augere quàm minuere, & hominibus sæcularibus in hæreditatem dare. Unde usque hodie mos inolevit, ut eas in hæreditate habere videantur. Quapropter ego Rainaldus, Andecavorum Episcopus, Ecclesias, quas quondam in Episcopatu S. Mauricii habere dinoscor, anno ab Incarnatione Domini MI. fratribus nostris Canonicis, ibidem Deo deservientibus integras restituo. &c.* Arnulfus Lexoviensis Epist. 1. ex iis, quæ habentur in tom. 13. Spicilegii Acheriani: *Cùm verò reclamante semper Ecclesia nostra Parochiales Ecclesias & decimationes emptionibus, aut quibusdam illicitis modis de manu laica, sacrilega temeritate, Monachi præsumpserint occupare, sæculari potestate semper defensi sunt, &c.* Historia Abbatiæ Condomensis nuper edita à viro doctissimo Luca Acherio to. 13. Spicilegii p. 495. *Dedit B. Petro Condomensi & ejusdem loci habitatoribus tres partes decimationis Ecclesiæ S. Martini de Lira, -- hac interposita conditione, ut fratres Condomensis Ecclesiæ easdem tres partes Ecclesiæ a creditoribus -- quibus præfatus A. de Lescura eas obligaverat de 400. solidis Morlanensis monetæ, redimendo persolverent.* Pag. 496. *Concedo B. Petro Condomensi octavam partem Ecclesiæ de Gardera, quam libere possideo, &c.* Et p. 497. *Decimatio Ecclesiæ de Gardera* dicitur Rursum pag. 498. *Arnaldus de la Serra Miles, divina inspiratione pertractus, à sententia data de illicitis decimarum detentoribus absolvi cupiens, in manu Heliæ Episcopi Aginnensis & R. Abbatis dedit B. Petro Condomensi medietatem Ecclesiæ de la Saira, sive de Maiomont, cum omnibus appendiciis suis.* Adde pag. 489. præterea Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 44. Addit. 3. Capitul. cap. 23. Concilium Meldense cap. 41. 42. Concil. Francoford. an. 794. c. 54. Concil. Caromontan. cap. 6. 7. Ordericum Vital. lib. 5. pag. 582. 587. & Dominicum de Prærogat. Alodior. cap. 12. Vide *Advocatio, Altare, Patronus.*

Ecclesia, Fastigium turibuli, quòd in modum & ad Formam ædis sacræ assurgat. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Lond. an. 1295. *Duo turibula argentea, exteriùs totaliter deaurata, cum opere gravato & levato, cum Ecclesiis & turribus, & 16. campanellis argenteis appensis, & catenis albis argenteis, ponderis 11. marc. 20. den. Item 2. thuribula argentea, exteriùs totaliter deaurata, cum Ecclesiis & turellis rotundis, & circulis gravatis, &c.* Usurpatur etiam pro Ciborio, quo altare tegitur. Apud Ademarum Caban. in Abb. S. Mart. Lemov. apud Labbeum to. 2. Bibl. *Hic composuit super altare Salvatoris Ecclesiam ex auro & gemmis & argento, quam vocant Muneram.*

ECCLESIANI, appellati à Cæsarianis, qui pro Ecclesia stabant, durante Schismate inter Sacerdotium & Imperium, in Hist. Trevirensi pag. 225. *Quasi regii honoris proditores contumeliis afficiebant insultantes, eos Ecclesianos appellantes.*

ECCLESIARE, *Convocare, vel concionari, quod & Ecclesiarizare invenitur.* Auctor Breviloqui.

ECCLESIASTICÆ literæ, eædem cum *Formatis & commendatitiis*, quæ abeuntibus Clericis in aliam diœcesim ab Episcopo dabantur. Lupus Ferrariensis Epist. 122. *Literas etiam eum Ecclesiasticas habere à venerabili Episcopo nostro G. certissimè scio, nec impedire aliquid, si Deus eum vocat, quo justè infirmari possit electio.* Vide S. Hieronymum in lib. 2. in Ruffinum c. 5.

ECCLESIASTICUM, nudè, pro jure Ecclesiastico, seu eo, quod ad Ecclesiam spectat. Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis, ch. 35. *Totum vobis dono insuper illa Ecclesia cum ipsa Ecclesiastico, quæ est fundata in honore S. Stephani, &c.* Charta Sanctii, Regis Aragoniæ ann. 1093. apud Catellum in Comitib. Tolosan. p. 93. *Cum Ecclesiis & Capellanis suis, quæ ibidem erunt, si voluntas Dei fuerit, cum decimis & primitiis simulque oblationibus & pertinentiis suis, cum omni Ecclesiastico suo.* Occurrit rursum infrà. Charta Sanctii Regis Aragonum æræ 1131. apud Antonium de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 7. *Dono & Ecclesiam S. Ceciliæ cum decimis & primitiis & cum oblationibus suis, sive cum omni Ecclesiastico suo, & cum cuncta, medietate de suo termino cum suis pertinentiis.* Infrà: *Cum Ecclesiis & Capellaniis, quæ ibidem fuerint, ---cum Ecclesiastico earum sine ulla reservatione, &c. Ecclesiasticus honor* eadem notione. Idem Tabularium Conchense ch. 464. *Confirmo tam prædictam Ecclesiam, quàm etiam totum Ecclesiasticum honorem, qui ad Senioratum de Malavilla pertinet.* Adde ch. 496. Vide *Jus Ecclesiasticum.* Præterea Anton. Brandaon. to. 3. Monarch. Lusitan. p. 285. v. 286. v. & lib. 10. cap. 14.

ECCLESIASTICUS, Christianus: & opponitur Gentili, ut est apud S. Hieronymum in Præfat. lib. de Ecclesiast. Scriptoribus. *Ecclesiasticus*, Clericali & Ecclesiastico ordine donatus, qui *Clericus Ecclesiasticus* dicitur ad discrimen Acephalorum, apud Isidorum lib. 2. de Ecclesiasticis officiis cap. 3. Quod vultdeus Diaconus in Epist. ad

ad S. Augustinum libro de Hæresib. ejusdem Augustini præposita, *Ecclesiasticum* vocat Epistolæ perlatorem, quem Augustinus in præcedenti Epistola *Subdiaconum* indigitaverat. Concilium Vasense c. 3. statuit, *Presbyteros non per quemcumque Ecclesiasticum; sed per subdiaconum* Chrisma ab Episcopis petere debere. Ita usurpant l. 49. Cod. Th. de Decurion. l. 5. 20. 21. eod. Cod. de Episcop. Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 3. c. 26. *Viri, qui Ecclesiastica gaudent immunitate, & quos viros Ecclesiasticos vocant, quanquam Laici & uxorati, comis quoque prælongis trans humeros diffusis, solùm armis renunciantes in signum protectionis, Pontificali impositione, amplas in capite coronas gerunt.* Leo Ost. lib. 2. c. 98. *Pandulfus Marsorum Episcopus, vir nobilis & Ecclesiasticus, ad hoc Monasterium venit.* Vide eundem lib. 3. cap. 64.

Ecclesiasticus, qui in Ecclesia Catholica est, Catholicus, S. Hieronymus Ep. 62. c. 1. *Nos nec Ecclesiam scindimus, neque à Patrum Communione dividimur, ab ipsis in ita dicam, incunabulis Catholico sumus lacte nutriti. Nemo namque magis Ecclesiasticus est, quàm qui nunquam hereticus fuit.* Et lib. 2. in Ruffinum c. 4. *Ecclesiastici & Catholici viri* Adde cap. 8. eandem in Epist. ad Ctesiphontem adversus Pelagium c. 1. Epist. 78. &c. In Prologo ad lib. 6. in Esaiam, in cap. 22. 30. ejusdem Esaiæ, in cap. 3. Hieremiæ. Vide præterea Isidorum Hispalensem de Scriptorib. Ecclesiast. in *Aprigio*.

Gesta Purgationis Cæciliani: *Adhibete conclericos & Seniores plebis, Ecclesiasticos Viros, & inquirant diligenter, &c.* Decretum Synodi Sardicensis in fragm. S. Hilarii pag. 9. *Vehementer autem admirati sumus, quatenus eum, qui aliter, quàm in vero est, audet Evangelium prædicare, quidam qui se Ecclesiasticos esse volunt, facilè ad communionem recipiunt, &c.*

Ecclesiastici viri, homines, Liberti, vel liberi, qui ad Ecclesiam pertinebant, eique ita erant addicti, ut ab ea recedere non liceret, in Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 3. lib. 5. c. 8. *Homines Ecclesiastici, seu fiscalini*, eodem lib. 5. c. 210. Distinguuntur autem à mancipiis Ecclesiasticis in Concilio Suessionensi II. c. 12. quæ appellabantur *Servi Ecclesiastici*, vel *Ecclesiæ*. Vide in voce *Servus*.

Ecclesiasticus baculosus. Vide *Baculosus*.

Ecclesiastici, Sacræ Scripturæ Interpretes, apud S. Isidorum in Prologo ad libr. Geneseos.

ECINERARE, *Corpus refodere*, in Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 2. cap. 6.

ECLAFFA. Alapa. Charta Libertatum urbis Seyssell. ann. 1285. *Si quis dicat aliquid probo homini & mulieri, quod sit turpe, vel mulier det ei unum eclaffa, non debet bannum.* Occitanis *Esclafa* est *écacher*.

ECLIPSART, Evanidam facere, apud Petrum de Vineis lib. 1. Ep. 14. lib. 3. Ep. 45.

ECQUINNA, Papiæ, *multitudo collecta, & in unum congregata.* An ex *ἐκκοινον*, quæ vox vix Græca est.

ECORS, *sine corde vel consilio, alienus, ejectus.* Papias.

ECTETA. Vide *Zeta*.

EDA, *Basterna*. in Gloss. Isidori, & apud Papiam: fortè quasi *edra*, ex Gr. ἕδρα.

EDENTATUS. Auctor Græcismi:

Dente carens edentulus est; sed natus habere;
Qui dentes habuit, nec habet dentes, nec habebit,
Est edentatus: prior est infans, vetus alter.

EDECUMATUS. Waleramnus Nwemburgensis Episcopus in Epistola præfixa lib. S. Anselmi Cantuariensis Archiep. de Sacramentorum diversitate: *Cum Minerva de literarum professione aliquid præsumere ineptissimum est, ac inter Edecumatos literarum sectatores ratiocinandi probabilitate fidem facere, non nostram attingit facultatem.* Sed legendum *Edecumatos*. Gloss. Gr. Lat. *Edecumatus*, Ἀδέκαστος, ὁ ἀδωροδόκητος, id est sincerus, insignis, præclarus, præcellens, ut est judex, qui muneribus non corrumpitur. Apud Festum Pauli Diaconi habetur *edecimata, electa*, id est præclara: unde legendum videtur *edecumata*: ut apud Papiam, pro *edicomatus, ejectus*, rescribendum *edecumatus, electus*.

EDHILINGUS. Vide *Adalingus*.

EDIA. Knyghton. l. 5. *Qualiter quoque onera incumbentia Regi & regno, levius ad ediam communitatis supportari poterunt.* Ubi *edia*, Gallicum est *aide*, auxilium, *secours*.

EDICILIUM, *Edicilitas*, in veteri Gloss. Lat. Gall. *Conciergerie, Edilis, Concierge.* Sed legendum *ædilitium, ædilicitas*, ut apud Joannem de Janua in *Edilicium*.

EDICTUM, quævis regalis Constitutio vel præceptio, in Decretione Childeberti Regis c. 4. in Edicto Chlotarii II. Regis, in Concilio Parisiensi V. c. 24. in Capitul. 2. an. 805. c. 4. in Capitul. 4. ejusdem anni c. 5. &c. Præsertim verò ita Legum Longobardarum codicem, à se compactum, appellari præcepit Rex Rotharis, ut Auctor est Paulus Warnefridus lib. 4. c. 44. lib. 5. c. 33. Id etiam habetur in titulo Legibus Longobardicis editionis Heroldi præfixo p. 205. Charta Desiderii & Adelchisi Regum in Bullario Casinensi to. 2. pag. 8. *Fecimus eum apprehendere, & in vincula mittere, & omnes res ejus, secundum quod edictum continet paginæ, impublicare.* Vide Henric. Valesium ad Eusebii Histor. Eccles. lib. 9. cap. 10. & infra in V. *Indictum*.

Edictum, pro *indicto*, seu iis nundinis San-Dionysianis, quas *Indictum* vulgò vocant, usurpavit Odo de Diogilo lib. 1. de Profect. Ludovici VII. Regis in Orientem pag. 15. *Illo anno in quarta feria Pentecostes edictum accidit.* Vide *Indictum*.

Edictum, Bannum. Concilium Parisiense VI. an. 829. lib. 1. c. 52. *Pauperibus sibi subjectis solent edictum imponere, ut nullus illorum tempore messis modium frumenti, nec tempore vindemiæ modium vini majori pretio, quàm quod ab eis constituitur, vendere præsumat.* Charta ann. 1104. apud Duchesnium in Historia Castrovillana: *Et omnes justitias, consuetudines & corveias, roagium, teloneum, edictum, & furnum, & quæcumque in eadem villa possidebant.* Alia Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1182. apud Perardum pag. 300. *In villa, quæ Poissons dicitur, Dux nec edictum, nec aliquam exactionem, nec jus aliquod habet.* Consuetudo Lorriacensis ann. 1187. *Nullus Lorriaci vinum cum edicto vendat, excepto Rege, qui proprium vinum in cellario suo cum edicto vendat.* Charta an. 1228. ex Tabulario Campaniæ fol. 360. *Nullus apud Calvimontem vinum cum edicto vendat, excepto Comite, &c.* Charta an. 1241. apud Thaumasserium in Consuet. Bituric. lib. 3. c. 15. p. 419 *Nulli eorum vendere licebit ad bannum: nisi autem licebit vendere vinum ad bannum semel in anno, per mensem tantùm.* Vide *Bannum vini*.

Edictum, pro *Banno* quod pro matrimoniis fieri solet in Ecclesiis, in Concilio Sarisberiensi an. 1217. c. 13. & in Statutis Odonis Parisiensis Episc. cap. 7. §. 1.

Edictum. Vide Formulam 16. ex Baluzianis.

EDITUS. Præceptum Dagoberti Regis de Episcopali dignitate Cadurcæ urbis conlata Desiderio Thesaurario: *Ut dum satis nobis est in Palatio nostro necessarius, ipsi nobis quodammodo violentiam inferamus, & cum ab editibus propriis profectus publico procuremus. Sed dum nobis, sicut diximus, eum ab editibus nostris auferamus, &c.* Ubi *editibus*, idem valet ac *ædibus*, nisi ita legendum sit.

EDOPORIUM, *Victus, vel cibus*, in Gloss. MSS.

EDORSARE, in veteri Gloss. Lat. Gall. *Endosser; rompre le dos, ou couper.* Jo. de Janua: *Edorsare*,

dorsum scindere, præcipue ab anteriori parte: unde edorsatus dicitur equus ab anteriori parte per dorsum scissus. Exdorsuare piscem dixit Plautus in Aulular. Vide *Redorsatus.*

EDUCERE, pro *educare*, dixit Sidonius post Plautum, & aliquot veteres, quos laudat Savaro ad lib. 3. Epist. 3.

Educere se per æneum, aut per compositionem, in Lege Salica tit. 59. est purgare se per aquæ ferventis judicium, &c.

EDUCILLARE. Vide *Ducillus*.

EDULITAS, Fames ex annonæ caritate. Petrus Blesensis Ep. 141. *Desævit morbus pestilens, & edulitas invalescit.* Utitur & Epist. 91. Hac notione videtur usurpasse Papinianus in l. 17. de Compens. *Ideo condemnatus, quod arctiorem annonam edulitatis tempore præbuit, &c.* ubi quidam legunt *edulitatis*.

EDUNIARE. Vide *Idoneus*.

EFA. Vide *Ewa*.

EFFATUI, *Vaniloqui, sine effectu*, in Glossis Isidori.

EFFEMINARE, Castrare, in Glossis Isonis ad Prudentii Peristeph. Hym. 14. v. 150.

Effeminati, Masculi, qui virilia patiuntur, *molles*, seu *qui in semetipsis feminas profitentur*, inquit Salvianus. Alcuinus de Off. divinis: *Sunt effeminati, qui vel barbas non habent, sive qui alterius fornicationem sustinent.* Utitur etiam Gregorius M. lib. 4. Ep. 14. *Effeminati in viros pudoris contaminatione fœdari* dicuntur in Collat. Legis Mosaicæ tit. 5. Apud Esaiam cap. 3. *Et effeminati dominabuntur eis.* Ubi Aquila, auctore Hieronymo, ἐναλλάκτας vertit, *qui se mutent, & turpitudinis exerceant vices.* Vide eundem in cap. 4. Oseæ. *Puerilia stupra*, apud Ammianum lib. 23. Bacchus θηλυδρίας παιδὸς παιδαγωγός, dicitur Theodoreto de Græc affect. serm. 7.

Effeminatorium, Domus meretricum, Lupanar, in Gloss. Isid.

EFFICABILIS, *in omnibus expeditus*. Gloss. Isid.

EFFICACIA, Efficiendi vis, Gallis *efficace*. Utuntur Ulpianus in l. 33. de Usuris, & in l. 9. Cod. Th. de Executor. *Efficaciter* dixit Seneca lib. de Brevitate vitæ c. 6.

EFFICALE, Efficax. Chronicon Windesemense lib. 2. c. 18. *Fuit eorum primum efficaleque præsidium.*

EFFICAX *Magisteria*. Vide *Magister officiorum*.

EFFIDATUS, Papiæ, *præterritus*. In edito habetur *perterritus*.

EFFIGIARE, Effingere, depingere. Octavius Felix: *In lapides effigiatos unctos & coronatos.* Sidonius lib. 6. Epist. 12. *Sacravit templis, formavit statuis, effigiavit imaginibus.* Solinus in Præfat. Polyhist. *Ante omnia effigiant modum capitis.* Paulinus lib. 3. de Vita S. Martini:

Effigians clypeo insanam cristisque Minervam.

Idem lib. 4.

— quæ munere Christi
Effigians illam quam Christo judice sumpsit.

Prudentius in Psychomach.

— Nam viscera limo
Effigians.

Ordericus Vitalis lib. 4. *Scriptisque laudabilia virtutum suarum monimenta effigiarunt.* Hanc vocem reponant viri docti in l. ult. Cod. Theod. de Excus. artif. *Ad effigiandos sacros vultus*, cum in edit. legatur *efficiendos*. Utitur etiam idem Prudent. in Cathemer. Hym. 10. Peristeph. Hym. 4. &c.

Effigia, Effigies, dixit Plautus.

EFFIGIES, Species. Siculus Flaccus de Condit. agror. *Congeries lapidum in effigie maceriarum.* Suprà: *In specie maceriarum congerunt lapides.* Scriptores alii Gromatici: *Termini cursorii in effigiem tubuli.*

EFFIGIUM, Ἀποτύπωμα, *Effigies*, in Gloss. Gr. Lat.

EFFOCARE, Fauces elidere, veteri Interpreti Juvenalis Sat. 15. v. 222. *Quæ in somnis effocabitur propter dotem.*

EFFOLARE. Vide *Affolare*.

EFFORCIALITER, cum copiis militaribus, *cum efforcio: Avec forces.* Matthæus Paris an. 1213. *Tu ita efforcialiter venias cum equis & armis.* Idem in Vitis Abbatum S. Albani: *Promiserunt, quòd efforcialiter vobis subvenirent de pecunia sua.* Vide *Efforcium*.

EFFORCIARE, *Distringere*, mulctare, cogere. Regiam Majestatem lib. 1. c. 7. §. 16. *Si ipse tenens ad primum diem non venerit, ejus plegii in misericordia Do. Regis erunt & super placito capitali, ipsi plegii efforciabuntur.* Ubi Skenæus, distringentur, *Sal be poinded & distrenziet.* Aresta an. 1259. 1. Reg. Parlam. fol. 15. *Conquerebantur homines de Balagniaco, quòd Petrus de Balagniaco armiger efforciabat eos, & plura damna eis inferebat propter garennam suam, &c.* Charta Adami Episcopi Meldensis an. 1289. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ fol. 83. *Et si nobis Episcopo de dictis mobilibus in villis Decani & Capituli efforcietur; nos Decanus & Capitulum dictum fortiam tenebimur amovere, &c.*

Efforciamentum, seu *afforciamentum*, Districtio vel inquisitio. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 280. *Et idem Abbas veniet per aliquem liberum hominem attornatum suum, qualem præsentare voluerit ad afforciamentum Curiæ tantùm.* Charta Edw. III. tom. 2. p. 832. *De tribus virgatis terræ — quietis de — sectis curiæ, & adventibus, & afforciamentis.*

Efforsare, Munire Castrum, tom. 13. Spicileg. pag. 319.

Efforciatus, Spissus: Gallis, *renforcé*. Testamentum Willelmi, cogn. Longa spada, Comitis Sarisberiensis to. 2. Monastici Angl. p. 931. *Unam Dalmaticam de croceo cendallo bene efforciato.*

Efforciati nummi. Charta Bernardi Episcopi Santonensis an. 1151. apud Sammarthanos; *Dedit* 10. *libras efforciatorum nummorum.* Alia an. 1330. apud eosdem in Episcop. Tolonentib. *Octo libras reforciatas habet.* Tabular. S. Mariæ Santon. an. 1168. *Decem solidi enforciatorum.* Vide *Moneta fortis*. Tabular. S. Dionysii Novigenti, ex Charta Roberti de Mauritania: *Dedit* 5. *solidos Dunensium exforciatos.*

EFFORCIUM, Exercitus, copiæ militares: Gallis *forces*, vel *effort*. Acta Innocentii III. PP. p. 13. *Familiares Regis ad summum Pontificem clamare cœperunt, ut eis cum efforcio mitteret protectorem.*

EFFOROS. Synodicon Raphaelis Archiepiscopi Nicosiensis pro Græcis sub an. 1252. editum cum Constitutionibus Nicosiensibus, post c. 32. in Præfat. *Scribentes aliqua breviter circa hæc, & ea tam Græcis Episcopis, quam efforis, & aliis regni prædicti Græcis Clericis, &c.* Cap. 7. *Quam Constitutionem tam ab Episcopis, quàm à Presbyteris, efforos, Magistris, Capellanis, — præcipimus inviolabiliter observari.* Cap. 24. *Prædicta omnia per Episcopos volumus in suis locis — exponi. — Hoc idem præcipimus efforos in suis locis, item Magistris, Capellanis Græcis, qui sunt in civitatibus, vel alibi constituti.* Ubi *Effori* videntur esse *plebani, curiones*, ex Gr. ἔφοροι, *inspectores, præsides*, cujusmodi fortè erant *Ephori* apud Lacedæmonios.

EFFRACTORES, qui januas effringunt, ædes per vim ingrediuntur, effractis januis. Gloss. Lat. Gr. *Effractores*, θυρεπανοίκται. *Effractarius*, θυρεπανοίκτης. *Effractiarius latronum*, apud Paulum l. 5. Responder. *Effractor & fur*, de daemone, in Passione S. Afræ apud Velserum. Pseudo-Marcellus de Conflictu S. Petri & Simonis Magi: *Ego enim cum ejus essem discipulus, malignum, & infanticidam, & maleficum illum, & effractorem cognosce-*

cognoscerem, deserui eum, &c. Lex Burgund. tit. 29. §. 3. *Effractores omnes, qui aut domos aut scrinia expoliant.* Tit. 89. *Effractores domorum.* Occurrit apud JC. Vetus Consuet. Turon. tit. ult. *Crocheteurs, aussi larrons, qui ont fait bris, doivent estre pendus & estranglez.*

Exfractor, eadem notione. Acta S. Quirini Mart. n. 9. *Horum autem* (qui in carcere detinebantur) *quidam exfractores sunt, alii adulteri & malefici, ac diversorum criminum rei.*

EFFRACTUS, Fractus animo, pavidus: Gallis, *Effrayé.* Gesta Philippi III. Regis Franc. p. 534. *Ulterius pertransire non audentes, effracti & vacui, ad illum, qui eos miserat, redierunt.*

EFFRETARE, Fretum, seu amnem pertransire. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. c. 97. *Quia iste fluvius, si quando imbres incumbant, in tantum excrescere solet, ut absque navigio effretari non possit, &c.*

EFFRONTER, Impudenter, apud Gaifferium Monachum in Vita S. Lucii PP. n. 6. Vopiscus in Numeriano: *Consilii semper alti, nonnunquam effrontis; sed prudentis.*

EFFUGUS, *Fugitivus, vel extrà fugiens, qui scilicet continuè & sæpe fugit.* Jo. de Janua.

EFORA. Orig. Murensis Monasterii p. 10. *Librum Regum cum Job & Thobia, & Judith, & Hester, & Machabæorum, & Paralipomenon, & Efora.* Pag. 30. *Duo libri Machabæorum, & Paralipomenon, & Esoras.*

EGERARE, apud Papiam MS. est *spernere, detestari, execrare.*

EGESTUOSUS, Egenus, egens: *Mendicus*, Isidoro in Gloss. *Miseriis oppressus*, Papiæ. Gloss. Gr. Lat. ἐνδεὴς, *Egestuosus, indigens, indiga.* Salvianus lib. 2. de Gubern. Dei: *In comparatione audum sui egestuosus, in comparatione sui solus.* Idem lib. 4. *obsecrans, ne homini misero & egestuoso rem ac substantiam suam tolleret.* Utitur & lib. 5. & 7. & ad Eccles. Cathol. lib. 3. & 4. ut & Victor in Epit. in Cocceio Nerva.

EGIDIENSES *denarii*, qui cudebantur in civitate S. Egidii, vel nummi Comitum Tolosæ, qui *Comites S. Egidii* vulgò appellabantur. *Solidi Egidiensium denariorum*, in Charta Gibelini Archiep. Arelatensis an. 1106.

EGILDE. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88. *Si quis alium fugiens, ut ira decertantium vel causa persequentium sæpius impetravit, præcipitio vel aliquo moriatur, reddat eum, qui injustè persugebat, nec sibi mortem intulisse, nec egilde meruisse videatur.* Vide Geldum.

EGLECOPALA, Genus cretæ seu margæ columbinæ Gallis, ut auctor est Plinius lib. 17. c. 8.

EGLITRÆ. Apud Tyronem in Notis, eo Capite, ubi vasa plura recensentur p. 164. lego, *Amma, Ammula, Catacussis, Eglitræ, Pelvis.* Pag. seq. *Candelabrum, Cicendilæ, Eglidriæ, Stuppa, Bitumen.*

EGONICUS, Formula veteris Formatæ apud V. Cl. Steph. Baluzium tom. 2. Capitular. pag. 84. *Scientia quidem non extollitur à nobis, quia nec potest Homerica; sed, ut ita dicamus, ut in pluribus non civilibus; sed exterioribus vulgò egonica.*

EGONIUM. Vetus interpres Moschionis, apud Josephum Scaligerum Ep. 327. ῥύπος *Egonium.* An *Egovium?* nos enim *egout* dicimus *sordium* eluviem, cloacam.

EGRADATIM, pro *gradatim.* Gauterius Cancellarius de Bellis Antioch. pag. 454. *De gestis priùs edisseram, ut egradatim enarrando partem malorum, &c.*

EGRAGINARE. Fragmentum Petronii: *Itaque per scutum, per ocream egraginavi, quemadmodum ad illam pervenirem.*

EGREX, *Eximius, eminens.* Gloss. Isid.

EGO, *nis, & egona, æ, seculum*, Papiæ. *Egones penultima producta, sunt Sacerdotes rustici.* Jo. de Janua.

EGREGIATUS, seu *Egregii* titulus honorarius, concessus ut plurimùm iis, qui in Palatio militaverant, aut quibus provinciæ commissæ fuerant, Primipilaribus post emeritam militiam, & Cæsarianis, ut est in Cod. Th. l. 1. de Honorar. codicill. l. 3. de Cohortal. l. 1. de Cæsarian. l. 5. de Decurion. ex quibus colligitur, *Egregiatum* dignitate *Perfectissimatu* inferiorem fuisse. Ad hos titulos honorarios respexit Lactantius lib. 5. Divin. instit. c. 13. *Nemo denique Egregius, nisi qui bonus: nemo Clarissimus, nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit: aut Perfectissimus, nisi qui omnes gradus virtutis impleverit.* Vide eundem lib. de Mortibus Persecutor. num. 21.

EGRUNUM. Vide *Acrumen.*

EGUETI, Dos, vox Cambrica, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ c. 12.

EGUMENUS, Vide *Hegumenus.*

EGWORT. Hermannus *de Lerbecke* in Chron. Comitum Schawenburgens. p. 32. *Jus silvæ, quod Theutonicè Egwort dicitur. Jus commune secandi ligna in silva, quod dicitur Achtwort*, in Charta an. 1319. laudata à Meibomio. In alia an. 1224. *Dedit ipsis licentiam & communitatem silvæ, quæ dicitur Achtwort.*

EIA, Insula, à Saxonico Eaȝe. In libro Ramesiensi sect. 2. *Ramesseia*, exponitur *insula arietum*: apud Huntindonensem, *Herteia, insula cervi*: apud Matthæum Westmonasteriensem an. 843. *Seiupeia, ovium* insula. Interdum *aquam* sonat: unde locorum, qui aquis sunt vicini, aut paludibus pleraque in *eia* sæpe desinunt apud Angles. Hinc nostri *eaue*, vel *eau*, pro aqua acceperunt. Vide Lexicon Runicum Olai Wormii in *Ei.*

EJECTIO, Verbum forense, aliàs *dissaisina* in rebus immobilibus, ut tenementis & terris, cui opponitur *spoliatio*, sive *spoliatio*, quæ dicitur de rebus mobilibus, ut catallis, bobus, ovibus, pecunia. Ita Skenæus. Charta Austindi Burdegal. Archiepiscopi apud Marcam in Hist. Benearn. lib. 4. c. 7. n. 5. *Terram à me emptam ejicio, &c.* Ordericus Vitalis lib. 5. p. 569. 570. *Hæreditario jure possideo Normanniam, ipsamque de manu mea, dum advixero, non ejiciam.*

EJECTA, Repudiata. Canones Apostolorum c. 18. ex versione Dionysii exigui: *Si quis viduam & ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, &c.* Græca habent ἐκβεβλημένην.

EJECTUS. Monasticum Angl. to. 2. pag. 388. *Rex fundavit dictum hospitale super decem Leprosis — & dicunt, quod dicti Leprosi erunt de ejectibus civitatis Lincolniæ ex donatione D. Regis Angliæ.*

EJECTUS, *Ejectum, jactura*, quod vulgò *jet* nostris dicitur: cùm scilicet ingruente tempestate merces è navi in mare projiciuntur, navis ipsius & vectorum servandorum causâ, ut est apud Nilum lib. 2. Epist. 246. Liber Ramesiensis ch. 95. *Reginsted cum libertate adjacente, & omni maris ejectu, quod Wrec dicitur, Ecclesiæ Ramesiensi largitus est.* Edw. Confessor, & ibidem in Charta Willelmi I. *Confirmo atque concedo Reginstedæ cum omnibus ad se pertinentibus, & cum omni maris ejectu, quod Wrec appellamus. Jactura maris* dicitur in alia Charta ejusdem Willelmi in Ch. 176. *Sciatis me concessisse — Tol & Theam, & latrocinium, & jacturam maris apud Ringstede & Brancastre.* Charta Henrici Regis Angliæ an. 1226. *Et si de navi taliter periclitata aliquis homo vivus evaserit, & ad terram venerit, omnia bona & catalla in navi ista contenta remaneant, & sint eorum, quorum priùs fuerant, & eis non depereant nomine ejecti.* Mox: *Si verò infra prædictum terminum nullus venerit ad exigenda catalla sua, tunc nostra sint & hæredum nostrorum nomine ejecti, vel alterius, qui libertatem habet jectum habendi.*

jectum habendi. Ita exarata habetur hæc vox in hac Charta, deſcripta apud Cleyracum de Conſuet. maris p. 102. At in Regeſto Burdegalenſis Conſtabulariæ Camera Comput. Pariſ. fol. 195. pro *ejecto, Wreccum* ſcribitur. Vide Leges maris Oleronenſes art. 8. Contractus Marit. art. 23. 32. 33. præterea Legem Rhod. *de Jactu.*

EINECIUS. Vide *Ainecius.*

EIPERICUS, Alterco, pullus equitii generoſi, in Decretis S. Ladislai Regis Hungariæ lib. 3. c. 28.

EJUCARUM, Genus vaſis, εἶδος σκεύους, in Gloſſ. Lat. Gr.

ELABORARE, *Elaboratus.* Vide *Labor.*

ELARGATIO. Ampliatio. Chronologia Auguſtiniana Cantuarienſis: *Charta de Elargatione Curiæ.*

ELATERARE, Ad latus ponere, *mettre à coſté.* Vita SS. Severini & Victorini: *Paululum ſe ex aggere elaterat parens.*

EFFUNDARE, Papiæ MS. *radicitus eruere,* quaſi *è fundo*: perperam edit. *effuncare,* licèt ita etiam alius MS. *præferat.*

ELEÆ, Elementa, literæ Alphabeticæ. Vita S. Samſonis Epiſcopi Dolenſis lib. 1. c. 10. in Actis SS. Ord. S. Benedicti: *Eodemque die vicinas eleas, teſſeraſque agnovit totas.*

ELECTRAT, *ructat.* Papias.

ELECTUARIUM Iſidorus lib. 4. c. 9. *Electuarium, vocatum eò, quòd molle lingatur:* Matth. Silvaticus: *Electuarium, id eſt, medicinalis ſorbitio.* Ex Græco ἐκλεικτάριον ab ἐκλείχειν, *delingendo evacuare.* Alii ab *electis ſpeciebus* dictum volunt. Jo. de Janna: *Electuarium dicitur ab electione rerum, de quibus conficitur.* Electuariorum alia ſunt dulcia, quædam amara, quædam acria, de quibus Champerius. Octavius Horatianus lib. 4. Rer. medicar. *ad Tuſſim, electuarium, &c.* Cæſarius lib. 7. cap. 48. *De pyxide, quam in manu portabat, electuarium per cochlear hauriens, ſingulis in os mittebat.* Brocardus in Deſcript. Terræ Sanctæ: *Habent poma citrina magna, ex quibus optima conficiunt electuaria.* Vide Conſtitut. Siculas lib. 3. tit. 34. § 4. Durandum lib. 6. Ration. cap. 7. num. 20. &c. Utuntur paſſim Medici. Guiotus Pruvinenſis in Biblia MS. de Medicis:

S' il reviennent de Monpellier,
Lor lectuaire ſont moult cher;
Los dient-ils, ce m' eſt avis,
Qu' ils ont gigimbrat & pliris, &c.

Electarium habet perpetuò Cælius Aurelianus Siccenſis lib. 1. de Tardis paſſion. c. 4. lib. 2. c. 7. 13. lib. 3. c. 1. &c. λακτυάριον & λακτυάριν pro ἐλεκτυάριον habet Myrepſus ſect. 1. c. 74. 498.

Electuarium & florem bellatorum dixit Lambertus Ardenſis pag. 84.

ELECTUBILIA. Vita S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis c. 18. *De præſidio meo veſtimenta, ſcamnalia, menſalia, & electubilia, aurum, vel argentum &c.* Sed legendum, ut præfert Codex MS. *lectuaria:* Nam editiones binæ hujus Vitæ ex mendoſo apographo prodierunt. Utramque cum ipſo archetypo contulit V. Cl. Stephanus Baluzius.

ELECTI, ſic nuncupati quidam hæretici ex ſecta Manichæorum, qui nec carnibus veſcebantur, nec uxores ducebant: Ἐκλεκτοὶ καὶ ἐκλεκταί, in Anathematiſmo hæreſ. Manichæor. apud Cotelerium in Notis ad Recognit. Clement. p. 373. de his S. Auguſtinus Ep. 74. & lib. 2. de Morib. Manichæor. c. 13. 16. 18. 19. Poſſidius in Vita ejuſdem S. Auguſtini c. 15. 16. Leo I. PP. Serm. 5. de Jejunio, Proſper Manichæus in Anathematiſmo Manichæor. cap. 3. apud Sirmond. tom. 1. Concil. Gall. S. Hieronymus in Epiſt. ad Cteſiphontem adverſus Pelagium c. 2. Auctor. Prædeſtinati lib. 1. hæreſi 46. Archelaus Meſopotamiæ Epiſcop. in diſput. adverſus Manichæum. &c. Vide *Auditores.*

Electi, ut eſt in Ceremoniali Romano lib. 1. ſect. 10. appellantur *Promoti ad Eccleſias, ſive Monaſteria ante ſuam conſecrationem, ſive benedictionem, quam infra tres menſes ſumere debent.* Neque enim appellantur Epiſcopi ſive Abbates, *& quamvis utantur Epiſcopali ſive Abbatiali habitu, non tamen poſſunt uti paramentis & mitris ſine ſpeciali indulto Pontificis, &c.* Vide Willelmum Neubrigenſem lib. 2. c. 22.

Electi, qui ad baptiſmum ſunt electi, baptizandi, in lib. 1. Sacrament. Eccl Roman. cap. 26. 33. & in Miſſali Gallicano vet. pag. 449.

ELEEMOSYNA, Miſericordia, ſeu *merces.* Concilium Francoford. an. 794. c. 3. *Idcirco domnus noſter miſericordia motus, præfato Taſſiloni — culpas perpetratas indulſit, & gratiam ſuam pleniter conceſſit, & in ſua eleemoſyna eum in amore dilectionis viſus eſt ſuſcepiſſe.* Charta Ludovici Pii ex Tabulario Foſſatenſi f. 8. *Cujus petitioni in eleemoſyna noſtra libenter aurem accommodare placuit.* Codex Epiſtolarum S. Bonifacii Arch. Moguntini Ep. 115. *Nobis quoque paterna hæreditate ſpoliatis pro veſtra eleemoſyna auxiliari — utcumque faciatis.* Adde Epiſt. 117. Concilium Vernenſe ann. 755. c. 6. 23. Remenſe II. c. 42. Formulas vett. Bignonii cap. 31. Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 6. Capitulare I. ann. 802. c. 29. Epiſtolam Caroli M. ad Offam regem, Capitulare 6. an. 809. c. 7. Chartam Ludovici Pii apud Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti pag. 68. &c. Vide *Merces.* Eadem notione

Eleemoſyna Regum, in Capitul. 6. an. 819. c. 7. *De viduis & orfanis & pauperibus vel omnibus impotentibus, ut in Eleemoſyna Dominorum noſtrorum Regum eorum juſtitiam plenius accipiant.*

Eleemoſyna carucarum, pro aratris. Lambardo: *Arationis eleemoſyna:* Sulh-ælmeſſe, in Canonibus Saxon. Edgari c. 54. i. aratri vel arationis eleemoſyna, à Sulh, aratrum, & ælmeſſe, eleemoſyna. Concilium Ænhamenſe ann. 1009. c. 10. *Jura Deo debita unuſquiſque annuatim recte pendito, aratri ſcilicet eleemoſynam decima quinta nocte à Paſchate. Aratrales eleemoſynæ,* in Decretis Synodalibds ejuſdem Concilii c. 10. Denarius in ſingulas carucas, impoſitus, pauperibus in eleemoſynam erogandus, ab Ethelredo Rege, ut quidam ferunt, impoſitus. Leges ejuſdem Regis cap. 1. *Ut detur de omni caruca denarius, vel denarium valens. Eleemoſyna carucarum,* in Legibus Canuti Regis cap. 11 Saxon. 7. Ejuſdem Canuti Epiſtola ad Ethelnotum Metropolitanum Britanniæ, apud Ingulfum, Matthæum Weſtmonaſt. Florent. Wigorn. & Rad. de Diceto ann. 1031. *Antequam ego in Angliam veniam, omnia debita, quæ Deo ſecundum legem antiquam debemus, ſint perſoluta, ſcilicet eleemoſynæ pro aratris, & decima animalium ipſius anni procreatorum, & denarii, quos Romæ ad S. Petrum debemus.*

Eleemoſyna Regis, Leges Edwardi Confeſſoris cap. 10. de Denario S. Petri: *Quoniam denarius hic Regis eleemoſyna eſt.* Simeon Dunelmenſis de Geſtis Angl. ann. 887. *Ethelelm Comes Wintonienſium eleemoſynam Regis Elfredi detulit Romam. Eleemoſyna S. Petri* dicitur in Epiſtola Paſchalis PP. apud Eadmerum lib. 5. Novor. p. 113. 1. edit. Vide *Denarius S. Petri.*

Eleemoſyna Paſchalis, quæ etiamnum obtinet in Epiſcoporum Palatiis. Anaſtaſius in Hadriano PP. pag. 112. *Ubi fratres noſtri Chriſti pauperes, qui ad accipiendam eleemoſynam in Paſchalem ſolemnitatem annuè occurrere & lavari ſolebant.* Vide Gaufredum Voſienſem 1. part. cap. 30. Probat. Hiſt. Monmorenciacæ p. 410. & Henric. Valeſium ad Euſeb. de Vita Conſtant. lib. 4. cap. 22. &c.

Eleemoſyna rationabilis, quæ ex bonis inteſtatorum ſequeſtrabantur ad pias cauſas, de quibus pluribus agimus in voce *Inteſtatus.* Charta Libertatum oppidi *des Ais* in Biturig. ann. 1301. *Si verò aliquem mori contigerit propinquorum generis ſui, qui mens ſit*

vel

vel femina, meam habere eschetam ad solutionem prædictæ censa, & nisi aliquis heres præsens fuerit, sex electi omnes res suas servabunt per annum & diem: & si infra annum & diem heres venerit, omnia sua habebit, salva tamen eleemosyna rationabili. Infrà: *Vel sine herede mori contigerit respectu sex electorum habebit eleemosyna rationabilis.*

Eleemosynæ, nudè dicuntur Ecclesiarum possessiones: *Tenementa, quæ conceduntur per donationem Ecclesiis Cathedralibus, Conventualibus, Parochialibus, viris religiosis, ut pro donatoris & suorum tam vivorum, quàm mortuorum animabus apud Deum orationibus & divinis officiis intercedant.* Ita Bracton. Paschasius Rathpertus in Vita Walæ Abb. Corbeiensis lib. 2. c. 2. ubi Wala ad Ludovicum Pium: *Quid est quod das, quando honores Ecclesiarum, immo, ut sentio, onera quæ largiris? quod si res Domino jure eleemosynarum legitimè consecratæ sunt, Ecclesiarum ejus sunt; quia suis pauperibus, & specialiter sibi servientibus legaliter datæ sunt.* Consuetudo Normanniæ art. 102. quatuor species tenuræ statuit, per homagium, per divisionem, per eleemosynam, & per vadium, & art. 139. ait, possessionem per eleemosynam, esse quidquid Ecclesiis aut viris religiosis confertur. In Regiam Majestatem lib. 2. c. 23. §. 2. & apud Glanvillum lib. 7. c. 1. *Episcoporum & Abbatum Baroniæ* dicuntur esse *de eleemosyna Domini Regis & antecessorum ejus.* Decreta Regni Anglicani apud Clarendum an. 1164. *Si calumnia emerserit inter Clericum & Laicum, vel è converso, de ullo tenemento, quod Clericus velit ad eleemosynam attrahere, Laicus vero ad Laicum feudum, &c.* Leges Simonis Comitis Montisfortis: *Cuilibet Militi sive rustico licitum erit legare in eleemosyna de hæreditate propria usque ad quintam partem ad consuetudinem & usum Franciæ circa Parisius, salvis tamen Baroniis, & forciis, &c.* Chronicon Mauriniacense lib. 2. *Apud Longum Pontem, quod reguiare cœnobium antecessorum Milonis eleemosyna erat.* Epistola 104. ex Sugerianis, de quadam decima: *Conquerimur super Hagenem Brostin, qui antiquam eleemosynam Regum Franciæ, quæ est apud Calceium--quietam & liberam inquietat & aufert.* Monasticum Anglic. to. 2. pag. 827. *Probibemus etiam, quòd nullus Vicecomes vel Minister, seu alia persona magna vel parva, infra eleemosynas suas hominem capere, verberare, ligare, audeat.* Charta an. 1190. apud Radulfum de Diceto: *Nulla fiet recognitio, si Clericus, vel aliquo modo eleemosynatam esse possessionem probare poterit; sed ad Ecclesiasticos judices remittetur.* Adde Statuta Alexandri III. Regis Scotiæ cap. 20. Statuta secundi Roberti I. Regis Scot. cap. 1. §. 7. Monasticum Anglic. tom. 2. p. 827. &c.

Eleemosyna libera, seu *Libera Eleemosyna.* Bracton. lib. 4. tract. 5. cap. 2. n. 24. & lib. 5. c. 9. *Et quamvis hujusmodi terræ dentur in liberam eleemosynam, non solùm dantur Ecclesiis; sed & personis tenendæ in Baronia.* Charta Philippi August. an. 1219. in ejus Regesto Herouwalliano fol. 163. *Domum Dei de Gonessia -- ab omni seculari potestate & dominio tanquam eleemosynam in perpetuum liberam esse concedimus.* Alia ann. 1227. ex Tabul. S. Arnulfi Crispiac. *Recognovit, se contulisse in perpetuam & liberam eleemosynam Capellam B. Mariæ de Louvery, &c.*

Libera autem *eleemosyna* dicitur, quòd nulli servitio vel redhibitioni aut censui obnoxia sit. Charta Gaufredi Comitis Mauritaniæ in Bibl. Cluniacensi pag. 543. *Et omnia, quæ data sunt vel danda ab aliis in futuro, ita libera esse volo, ut neque ego, neque succedentes mei, neque per bannum, neque per teloneum, neque per vicariam neque per collationem nostrorum Militum, neque per aliam quamvis modicam consuetudinem Monachos de Servitio Dei disturbent, neque suis hominibus inferant inquietudinem. Ista omnia dona libera ita esse volo, &c.* Vide Cowellum lib. 2. Instit. tit. 3. §. 24.

Eleemosyna Ecclesiastica. Monasticum Anglic. to. 3. p. 46. *Hanc itaque Ecclesiam & omnia ad illam pertinentia concessi & dedi Athelwado Clerico, filio Erlavi Sacerdotis, liberè & quietè tenere, sicut decet Ecclesiasticam eleemosynam.* Vide *Jus Ecclesiasticum.*

Eleemosyna pura, id est, *in qua Princeps nihil terrenæ retinet sibi jurisdictionis, seu dignitatis: & hujus eleemosynæ totalis jurisdictio ad Ecclesiasticam pertinet dignitatem. Nullus autem in Normannia potest de feodo suo Laicali puram facere eleemosynam, sine concessione & assensu Principis principalis, &c.* Ita Jura & Consuetudines Normanniæ cap. 117. Vetus Charta Gallica apud Seldenum de Titulis honorariis 2. parte c. 5. §. 24. *Il ne tient riens en chief du Roy, ne per Baronie, mais en pure & perpetuelle almoigne.* Vide Littletonem, & Chartam an. 1205. post Ordericum Vitalem p. 1060.

Charta eleemosynaria, quâ quis aliquid Ecclesiæ confert. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ: *Signum Dragoni, qui Cartam Eleemosynariam istam scribere & firmare rogavit manu ejus firma.* Occurrit pluries in eodem Tabulario. Vetus Charta sub Roberto Rege, ex Tabul. S. Ambrosii Bituric. *Hanc igitur eleemosynariam Chartam, & decretum nostræ voluntatis volumus esse firmum & inconvulsum, &c.* Tabul. S. Eparchii Inculism. fol. 49. *Siquis homo aut ullus de parentibus meis istam cartam eleemosinariam infrangere aut inquietare præsumserit, &c.* adde fol. 118. Vide Ruffium in Comitib. Provinciæ p. 58.

Elemosinaria, nudè, in Charta Amblardi Episcopi, regnante Radulpho Rege, in Tabulario Ecclesiæ Cadurcensis: *Qui eleemosynariam istam ullo modo inquietare voluerit, apponat quod sua lex jubet, & petitio sua nullum obtineat effectum; sed hæc Eleemosynaria firma & stabilis permaneat.* Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis ch. 339. *Si advenerit ullus homo, aut ullus de heredibus meis, qui contra donatione vel eleemosynaria ista ire, aut agere, tentare, vel inrumpere voluerit, &c.* *Charta Eleemosynaria*, in ch. 408.

ELEEMOSYNA, *Eleemosynaria*, Domus Monasterio vel Ecclesiis adjuncta, in qua eleemosynæ pauperibus erogabantur ab Eleemosynario: propriè Hospitale pauperum: *Aumosne*, in Charta Gallica an. 1274. in Prob. Hist. Castillion. p. 63. Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis: *Eleemosyna pauperum, quæ Græcè dicitur Synodochium.* Concilium Islebonense apud Ordericum lib. 5. *Si erraticum habere, (pecus) quod vulgo dicitur Weredif, in Curiam Sacerdotis vel Clerici, qui in atrio manent, venerit, vel in Eleemosynam ejusdem Ecclesiæ, vel in atrium, Episcopi erit.* Hugo Flaviniacensis pag. 169. *Illum, qui contra justitiam tumidus superbiebat captum, in Eleemosyna S. Vedasti sedere, & de eleemosyna vivere instituit.* Vita Godefridi Comitis Campebergensis cap. 2. *Cæcus quidam in illius degebat Eleemosyna &c.*

Eleemosynaria, eadem notione: *Aumônerie*, in Consuetudine Turonensi art. 59. 295. & Juliodunensi cap. 5. art. 1. ubi, inter jura quæ ad Barones spectant, recensetur. *Domus Eleemosynaria*, apud Marbodum in Vita S. Roberti Abbatis Casæ Dei, n. 4. in Miraculis S. Eutropii Episc. Santonensis n. 28. Gencium Camerarium in libro Censuum Ecclesiæ Romanæ, Guigonem in Statutis Ord. Cartusiensis cap. 79. Uldalricum l. 3. Consuetud. Cluniacensium c. 24. & Christianum in vita S. Geraldi Abbatis Grandis Silvæ n. 30. Tabular. Dalonensis Monaster. fol. 49. *Factum est hoc ante domum eleemosynariam d'Autafort an. 1182.* Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensib. *Eleemosynariamque novam integraliter cum Capella construxit.* Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 109. *Qui fidelis procurator Eleemosynariæ S. Mariæ extiterat.* Occurrit præterea apud Guillelmum in Chronico Andrensi ann. 1161. in Vitis Abbatum

S. Albani p. 24. in Statutis Synodalib. Guillelmi Majoris Episcopi Andegavensis ann. 1314. c. 13. in Concilio Andegavensi ann. 1365. c. 21. in Historia Sabaudica Guichenonis p. 43. in Historia Segobiensi Colmenaresii cap. 15. §. 12. &c.

Eleemosynaria, Officium & munus Eleemosynarii. Willelm. Thorne an. 1128. *Decima prædicti molendini Eleemosynarii S. Augustini solvatur.* Nam unicuique Officiorum Monasticorum assignati erant certi reditus, quibus eorum necessitatibus subveniretur.

Eleemosynaria, Almonaria, Almoneria, Gall. *Aumôniere*, Marsupium, ex quo promi solent Eleemosynæ. Charta Simonis de Balgenciaco an. 1149. in Tab. S. Euvertii Aurel. *Et super altare ipsius Ecclesiæ per Eleemosynariam meam lapidem beryllum intus habentem propria manu imposui.*

Almonaria, eadem notione. Computus Baillivorum Franciæ pro termino Candelosæ an. 1268. *Expensæ, pro cendatis, borra ad gambesones, tapetis, sargiis, &c. pro chirothecis, almonariis, & aliis.* Alius computus pro termino Ascension. an. 1269. *Relicta Joannis Godeluche pro almoneriis lacus serici, &c. Aumônieres à las de soie.* Willel. de Podio Laurentii cap. 21. *Protulit literas de sua almoneria, dicens: Legite istas literas.* Gaces de Brulez, Cantu 24.

Moult i a de ceux
Qui deslient aumosniere,
S'en font l'aumosnaux
Et s'en sont bouté ariere.

Le Roman de la Rose.

Lors a de s'aumosniere traite
Une petite clef bien faite.

Le Roman d'Aubery MS.

Ou aumosniere, ou ceinture, au anel.

Le Roman du Renard MS.

Cis Pelerin qui là dormoit,
Une riche aumosniere avoit,
Qui ert laciée à sa coroie.

Aumosnieres ou bourses Sarazinoises, in Statutis MSS. Artificum Parisiens. to. 1. pag. 168. 169.

Almonarium, eadem notione, in Charta Rogeri de Frifhid: *Et dedit mihi dimidiam marcam argenti, & unum aureum byzantium infra almonarium.* Ubi perperam Spelmannus *armarium* vertit.

ELEEMOSYNARIUS, Qui ædi *Eleemosynariæ*, in Monasteriis præest, & qui Eleemosynas & aliorum pauperibus distribuit. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 14. quod inscribitur *de Officio Eleemosynarii: Ad eleemosynam faciendam eligi debet unus de Fratribus pius & mansuetus, ut per pietatem compati sciat indigentibus, & per mansuetudinem possit etiam importunitatem petentium tolerare. Ad hujus officium pertinet terras, & vineas, & nutrituras, & si qua alia sunt, quæ propriè ad Eleemosynam pertinent, secundùm consilium & prudentiam Abbatis manutenere. De panibus decimam accipiat; reliquias refectorii tam de panibus, quàm de Cibariis & vino ipse habebit: --- oportet autem in eleemosyna distribuenda Eleemosynarium magna uti discretione, ut infirmioribus quibusque teneriora & delicatiora reservet, & ut eos fortè, qui ex consortio aliorum erubescere potuissent, si qui tales advenerint, seorsim sedere faciat, ut secretiùs, quod eis impertiendum est, sumere possint, &c.* Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti c. 8. sect. 3. *Eleemosynarius aut per se perquirat, aut per veraces & fideles homines cum multa sollicitudine perquiri faciat, ubi ægri & debiles jaceant, qui non habeant, unde se sustinere valeant, & ingressus domum blandè consoletur ægrum, & offerat ei, quod melius habet, & sibi intelligit esse necessarium, &c.* Describitur etiam Eleemosynarii officium ab Udalrico lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 24. Ejusmodi verò Eleemosynariorum monasticorum meminerunt Ordericus Vitalis l. 3. p. 487. S. Anselmus lib. 3. Epist. 117. Sugerius in Testamento suo, Matth. Paris an. 1254. pag. 598. Chronicon Andrense pag. 357. Regula Hospitalariorum c. 17. ... Monasterii S. Nicolai Andegavensis p. ... Tenebantur porrò Ecclesiarum possessores & Monachi decimas bonorum suorum seu reditu[illegible] pauperibus elargiri. Additio I. Capit. c. 49. *Ut de omnibus in eleemosynam datis tam Ecclesiæ quàm fratribus, decima pauperibus dentur.* Petr. Damian. lib. 2. Epist. 14. *Enim vero & copiosiora in pauperes alimenta proficiant, dantur in Monasteriis & Eremis decimæ quorumque proventuum, & non modò pecorum; sed & ornitum pariter & ovorum.*

Eleemosynarii interdum dicti, qui Eleemosynas morientium pauperibus distribuebant, qui vulgò *Executores testamentorum* appellantur, quibus legata pia distribuenda committuntur. Testamentum Aldrici Episcop. Cenoman. in ejus vita p. 190. *Præscripti & præordinati ad nostram eleemosynam faciendam.* Gregorius Turonens. de Vitis Patrum c. 8. *Post cujus obitum non pauca ab Eleemosynariis pro Sancti memoria capiebat.* Capitularia Caroli C. tit. 43. §. 12. *Si nos in Dei sanctorumque ipsius servitio mors præoccupaverit, Eleemosynarii nostri, secundùm quod illis commendatum habemus, de eleemosyna nostra decertent.* Alio loco: *Volumus --- quòd si aliquis Episcopus vel Abbas, aut Abbatissa, vel Comes, aut vassallus noster obierit, --- nullus ad illorum eleemosynam faciendam eleemosynarios eorum impediat.* Testamentum Poncii Raimundi Comitis Tolosani & Rutenensis, ex Archivis Ruten. *Omnes res mobiles donet eleemosynarius meus Deo, & ad sanctos Presbyteros, & ad pauperes pro anima mea.* Tabularium Brivatense ch. 46. *Nos Hasterius & Hicterius Eleemosynarii Odiloni, qui fuit quondam, per fideicommissum, quem ipse nobis commisit, dedimus Deo & S. Juliano in stipendia fratrum pro anima Odiloni aliquid ex suis rebus, quæ conquestu illi advenerunt, &c.* Ibid. ch. 159. *Nos --- Eleemosynarii Garnerii, qui fuit quondam, per fideicommissum auctoritate, quam de manu ejus accepimus ad sua omnia distribuenda, cedimus, &c.* Tabularium Conchensis Abbat. in Ruthenis ch. 27. *Iscafredus & Frotardus --- Eleemosynarii Umberti donaverunt pro anima ejus ad ipsa casa Domini Dei, &c.* Adde ch. 158. & Excerpta Egberti Archiep. Eborac. c. 40. Dicti etiam

Eleemosynatores. Charta vetus apud Perardum in Burgund. *Quos testes & Eleemosynatores de mea volo esse substantia.* Vide Joan. Sarisberiensem Epist. 57.

Eleemosynarii interdum dicti, qui eleemosynas testamento relinquebant. Capitula Ludovici Pii Addit. 1. §. 50. *Ut prætermissis partitionibus Psalterii, Psalmi speciales pro Eleemosynariis & defunctis cantentur.* Eadem habentur in Vinea Benedictina c. 50. Charta Natranni Episcopi Nivernensis, ex Tabul. S. Cyrici num. 4. *Et quicquid illi olim Antidius dimisit, & ipse postea ab eleemosynariis suis comparavit.*

Eleemosynarii Summorum Pontificum, qui eorum eleemosynas diatim pauperibus distribuunt. Gesta Innocentii III. PP. pag. 150. *Universales oblationes, provenientes ad pedes ipsius, secundùm antiquam consuetudinem accipiebat Eleemosynarius erogandas.* Mox: *Circuibat & investigabat diligenter Eleemosynarius ejus pauperes ac debiles, maximè Nobiles, dabatque illis sigilla, ut per eos, qui ipsa referrent, singulis hebdomadibus acciperent ad victum, &c.* Ita

Eleemosynarii Episcoporum, in Concilio Oxoniensi an. 1222. c. 2. & in Provinciali Eccl. Cantuariensis Lindwoldi lib. 1. tit. 12.

Eleemosy-

Eleemosynarii Regum Franciæ. Horum dignitas alia prorsus fuit à Capellanorum dignitate, licèt aliter censuerit Frisonius. Id præ cæteris arguit Statutum S. Ludovici, quod describitur à Miramontio lib. de Præposito hospitii p. 50. *Nul n' ait chambre en l' hostel du Roy que celui, qui porte le Sel, & le grand Maistre d' hostel, & la Chambre aux deniers, le Chappellain, & l' Aumosnier.* Aliud Statutum Philippi Pulchri: *Toutes chambres sont ostées devers le Roy, fors le Maistre d' hostel, la Chambre aux deniers, les Chappellains, les Confesseurs, l' Aumosnier, & le Sel, qui auront chambre.* Quæ totidem verbis habentur præterea in Statuto pro Regio hospitio à Philippo Longo exarato Turonibus 17. Nov. an. 1317. Eleemosynarii S. Ludovici Regis, qui illius *erogabat* eleemosynas, meminit Gaufredus de Belloloco de Vita & conversat. S. Lud. c. 8. & Nangius in ejusdem Regis Vita sub an. 1248. Extat Charta ejusdem Principis ann. 1269. apud Brolium lib. 3. Hist. Parisiensis pro Typhlocomeo Parisiensi, in qua Eleemosynarii regii habetur mentio. Ex hinc occurrunt aliquot Regum Eleemosynarii, verbi gratia,

Fr. Joannes des Granges Prior Vallis Scholarium, sub Philippo Pulchro, à quo testamenti executor cum aliis dictus est anno 1311. Hunc excepit

Fr. Joannes de Grandpré, qui Eleemosynarius regius inscribitur an. 1314.

Mag. Silvester de la Cervelle (al. *de la Servolle*) Eleemosynarius Regis Caroli V. mense Aprili an. 1367. nominatur.

Ægydius des Champs, postmodum Episcopus Silvanectensis an. 1409. apud *Monstrellet.* 1. vol. c. 55. Alios præterea recenset hac dignitate insignes Frisonius, atque in iis

Petrum Cauchon, Bellovacensem Episcopum, sub an. 1431.

Joannem d' Aussi Episcopum Lingonensem, sub Carolo VII.

Joannem de Brevicoxa, postmodum Genevensem Episcopum, an. 1421.

Joannem Baluam Episcopum Ebroicensem, ac demum Cardinalem, sub Ludovico XI.

Joannem l' Huillier Decanum Parisiensem, sub eodem Ludovico & Carolo VIII.

Aucta postmodum, & novo titulo donata ea dignitas: nam qui primùm nudè Eleemosynarii dicebantur, postmodum *Magni Franciæ Eleemosynarii* appellati; qui quidem in Regum aula deinceps primas tenuere, cùm ad id obeundum munus delecti fuerint viri vel pietate ac doctrina, vel natalibus illustres. Primus autem hacce appellatione donatus legitur

Joannes de Rely doctor Theologus, Regi Carolo VIII. à Confessionibus, Episcopus Andegavensis, nobilissima *Reliorum* ad Hesdinum in Atrebatibus familia oriundus, cujus Elogium descripsit vir doctissimus Joannes Launoius in Historia Navarræ;Collegii, sub ann. 1488. Post hunc

Franciscus de Moulins Abbas S. Maximi in Aurelianis, *Magnus Franciæ Eleemosynarius* occurrit in Tabulis Typhlocomei Parisiensis an. 1500. Deinde

Goffridus de Pompadour in Camera Computorum Præses, Petracoricensis, mox Aniciensis Episcopus, Gulferii D. *de Pompadour* & Isabellæ *de Cimbort* filius, sub Carolo VIII. & Ludovico XII.

Adrianus de Goufier Cardinalis de Boissi an. 1516.

Franciscus le Roy de Chauvigni, Jacobi Archiepiscopi Bituricensis frater, sub Francisco I.

Philippus de Cossé, Constantiensis Episcopus, sub ann. 1535.

Joannes le Veneur Cardinalis, Episcopus Lexoviensis an. 1530. ut est in Francico Ceremoniali.

Petrus Castellanus Matisconensis Episcopus, vir singularis eruditionis, de quo Thuanus lib. 3. Sammarthanus in Elog. viror. illustr. & Petrus Gallandius in ejus Vita, nuper è nostra Bibliotheca edita à V. Cl. Stephan. Baluzio.

Antonius Sanguin Cardinalis *de Meudon*, sub Henrico II.

Ludovicus de Brezé Episcopus Meldensis, sub eodem Rege, cujus exequiis hac insignis dignitate interfuit an. 1559. ut est in Ceremon. Franc.

Carolus de Humieres Episcopus Bajocensis, eadem donatus an. 1578.

Jacobus Amiot Melodunensis, Episcopus Autisiodorensis, Magnus Franciæ Eleemosynarius à Carolo IX. cui Præceptor à parente datus fuerat, institutus. Obiit an. 1593.

Reginaldus de Beaune Bituricensis, ac deinde Senonensis Episcopus. mortuus an. 1606.

Jacobus Davy Cardinalis *du Perron*, Senonensis Archiepiscopus, sub Hentico IV. & Ludovico XIII. Ob. an. 1618.

Franciscus de la Rochefoucaud Cardinalis.

Alphonsus-Ludovicus du Plessis de Richelieu Cardinalis, Archiepiscopus Lugdunensis, Magnus Franciæ Eleemosynarius ad fidelitatis sacramentum admissus 24. Martii ann. 1632. per Rupifucaldii Cardinalis renuntiationem.

Antonius Barberinus Cardinalis, Archiepiscopus Remensis, ac denique

Emmanuel Theodosius de la Tour d' Auvergne de Bouillon Cardinalis an. 1672.

Magni porrò *Eleemosynarii* apud Reges nostros quanta hodie sit dignitas & prærogativa, accipe ex laudato Petro Gallandio in Vita Petri Castellani, Matisconensis Episcopi: *Est enim is honoris gradus omnium Ecclesiasticorum in Gallia facilè princeps; quo qui donatus est, Regi è somno excitato inter primos salutatores adesse solet, & de eo cognoscere, quo in loco & tempore rem sacram peragi velit? Aulæ totius Regiæ unicus Episcopus est: quocunque in loco per totum regnum Rex versetur, ab eo Sacramenta petere solet: Sacello regis ordinando, Cantoribus ejusdem & Sacerdotibus omnibus Aulam sequentibus præest: dispensatio Regiæ in pauperes beneficentiæ & pauperum omnium curatio ejus unius propria est, ad ejus etiam curiam pertinet per universum regnum iis omnibus pauperum peregrinorum domiciliis, quæ tum Ptochodochia, tum Xenodochia appellant, atque etiam iis, quæ lepra infectis olim à regibus attributa sunt, administratores idoneos præficere, præpositeros & mutilos loco movere. Quæ si etiam ab aliis quàm Regibus condita primùm, in eundem finem & censu dotata sunt, & præter Conditorum & Institutorum mentem, contraque æquum & bonum quid in iis geratur, ejusdem est omnem animadversionem ad se revocare, numerum leprosorum, aut aliorum miserorum explere, ad referendas rationes omne Procuratorum & Administratorum genus cogere, corruptè, infideliter, aut socorditer in suo munere versatos exigere, aliosque in eorum locum subrogare: omnia quoque Sacerdotia, quæ regiæ potestatis sunt, quæ plurima sunt, præter Episcopatus & Abbatias donare & conferre. Ad ejus quoque officium pertinet primo quoque Regis in oppida ingressu maleficos carceribus inclusos regia venia eis concessa laxare, & liberos impunè emittere.*

Eleemosynarii apud Anglos officium describitur in Fleta lib. 2. cap. 23.

Eleemosynarii denique ipsi pauperes, quibus Eleemosyna erogatur, in Vita S. Adalberti Pragensis, apud Bzovium: *Quotidianis diebus quinquagenos Eleemosynarios habere solitus erat, quos in Apostolici nominis honorem dape & potu satiabat.*

Eleemosynarii, alia notione. Charta Natranni Episcopi Nivernensis, ex Tabul. Eccl. S. Cyrici Nivern. *Dedit etiam idem Præsul prædictis Canonicis alodum quemdam*

quemdam sibi ab antiquo consanguineo suo eo tenore commissam in eodem pago Nivernensi & in villa Fusco situm, clausum videlicet, sibi cohærentem, cum terra, & prato, & silva, & quidquid illi olim Antidius dimisit, & ipse postea ab Eleemosynariis suis comparavit, ipsis Canonicis possidendum perpetuò dimisit. In eodem Tabulario char. 40. hæc lego: *Hieronymus, Isembardus, Guido Eleemosynarii, & Cumenus dant mansum unum cum vinea --- regnante Rodulfo Rege.*

Eleemosynarii, alia rursum, ni fallor, notione, in Charta Fundationis Abbatiæ de Fontenetto in Normannia sub Willelmo Notho, in 106. Regesto Tabularii Regii ch. 370. *Dedit unum vavassorem cum 12. acris terræ -- dedit quoque omnes Eleemosynarios de Coudello, qui habitant juxta silvam, & omnem terram, quæ est habilis ad arandum*, &c. Alia an. 1143. in Conciliis Normannicis p. 146. *Quinetiam ea, quæ Galerannus Comes Mellent. vobis concessit, videlicet unum Eleemosynarium apud Villevillam, & decimam de Extaldis*, &c.

Eleemosynator, Qui Eleemosynam frequenter largitur, in Vita Godefridi Comitis Campeberg. cap. 1.

ELEGUS, *Elegiacus, elegicus*. Papias: *Elegi, versus miserorum.* Sidonius lib. 2. Epist. 8. *Næniam funebrem non per elegos; sed per hendecasyllabos, &c.*

Elegus, Miser. Ugutio: *Elegus, miser. Elegia, miseria.* Gloss. Lat. Gall. *Elegia, misere, ou traité de misere. Elegius, miserable, ou vers faits de misere. Elegiacus, idem.* Abbo lib. 2. de Bello Parisiaco:

Certabant elegi sæpiùs cornuque jevenci.

Ubi Abbo ope suo Glossator, *i. miseri.* Infrà:

----- Multant elegum, multantur & ipsi.

Et lib. 1.

Sæve quidem cerebrum cervice trahunt elegorum.

Uffingus Monachus in Carmine de S. Ludgero Episcopo Mimigardensi:

Inter & hos elegi recolas miserier hœdi
Uffingi, &c.

Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 690. *Et contemptis elegi supplicationibus, ipsum ---- per fenestras præcipitavit.*

Elegius. Alcuinus Poëm. 177.

Tu quoque virtutum meritis mihi, Sancte Sacerdos,
Elegiis precibus auxiliare tuis.

Ubi leg. fortè *elegiis, & meis.*

Elegicus, eadem notione occurrit apud Aldhelmum de Virginitate c. 14. *Ex ipsius elegica scriptione conjecturam capesso.* Sic leg. pro *elogica*. Hist. Obsid. Jadrensis lib. 1. c. 35. *Elegica & lugubria induerunt vestimenta*, Lib. 2. c. 9. *Orbati parentes elegicas exuunt vestes, nuptialesque ----- assumunt.*

ELEMENTA, solem & lunam & reliquos planetas appellavit Hieronymus in Epist. ad Hedybiam, quæst. 4. *Omnis hebdomada in Sabbatum, & in primam, & in secundam, & tertiam, & quartam, & quintam, & sextam Sabbati dividitur, quas Ethnici idolorum & elementorum nominibus appellant.* Ita Leo M. Serm. 7. de Nativitate Domini, Maximus Taurinensis Homilia de Luna, &c. sic etiam στοιχεῖα Græci aliquot Scriptores solem & lunam vocant, Chrysostomus Homil. 58. in Matthæum, Gregorius Nyssenus in Vita S. Macrinæ, Theodoret. lib. 5. Hist. c. 39. Martyrium S. Acepsimæ n. 4. Nicetas in Manuele lib. 7. p. 132. Edit. Reg. &c.

Elementum, de cibo & potu usurpat Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 15. *Nam esus illi panis tantùm hordeaceus erat & aqua, de utrisque elementis libras singulas per dies singulos sumens.*

ELENCHUS. Ugutio: *Elenchus, titulus libri, qui in titulum libri ponitur. Unde Evangelium secundum Lucam, sic intitulatur: Elenchus Lucæ, i. Titulus.* Ita etiam Jo. de Janua.

ELEPHANTUS, pro Ebore. Gloss. Lat. Græc. *Ebor*, ἐλέφας ὀ τὸ ζῶον, ἀλλ᾽ ἡ ἐκ τῦ ὀδόντ☉ ὕλη. *Eburnum*, ἐλεφάντινον. Gloss. Græc. Lat. ἐλέφας, τὸ ὀςὦν, *hoc Ebur.* Ἐλεφαντῦργ☉, *Eburarius.* Dioscorides, ubi ait, Ebur hordei succo, quem Græci ζῦθον dicunt, perfusum, tractabilius in opere fieri: Ἐν ᾧ καὶ ὁ ἐλέφας γίνεται βρεχόμενος ἀυτῷ. Quo loco Plinius perperam *elephantum* pro ipso animali cepit, ut observarunt viri docti. Ratbertus de Casib. S. Galli cap. 10. *Lectionarium elephanto & auro paratum.* Vide Goldastum ad hunc locum. *Elephantinus liber*, apud Vopiscum in Tacito, qui *Eboreus Codex* Ulpiano l. 52. de Legat. tertio. Martianus Capella lib. 3. *Ferculum, quod levi exteriùs elephanto prænitebat.*

Elephas, Scriptoribus nostris, pro litui vel tubæ specie crebrius usurpatur. Quod proboscidem, seu, ut vocat Plinius, manum elephanti referat, vel, quod cornu eboreum fuerit. *Le Roman de Garin*:

Les cors as roches commencent à charier,
Sonnent cil greille, & cil Olifant cher,
Cil menuel prenent à rechignier.

Alibi:

Cest Olephanten ma main me baillez,
Il le regarde, & en greille, & en chief,
De six virolles d' or fu esfoit liez,
La guige estoit d' un brun paille entailli.

Idem Poeta:

Sonnent buisines, cornent cil Olifant.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Plus de cent oliphant; tonnent la bonde.

Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin* cap. 8.

Sonnoient hautement trompes & Olifant.

Alibi:

La fist-on sonner trompes & Olifant.

Alter Poeta:

La sonnent moienianx, tropes, & Olyfant.

Laudatur ab Olao Wormio in lib. de Cornu aureo p. 27. vetus cantilena Islandica, Runica, quam sic Latine vertit: *Per viginti milliaria Gallica audiebatur sonus Olivanti, dum scutorum expugnator cornu inflavit durissimum.* Ubi miror, viro doctissimo non venisse in mentem cornu elephantinum, dum ait, *Olivantum* nomen fuisse cornu illius. Adde eund. in pag. 29.

ELEPHORIUM. Vide *Elephantum.*

ELESPREFOLS. Tabular. S. Joachii Inculismensis fol. 89. *Ipse post acceptum modium vini pro feodio suo, suscipiet Elesprefols sine ingenio, & secundum mensuram & rationem.*

ELESSIOR, *Falsus laudator.* Papias.

ELEVARE *pueros de sacro fonte*, in Concilio Albiensi c. 15. to. 2. Spicilegii Acheriani. V. de *Levare.*

ELEVATIO. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 18. *Adulter reddet pro dedecore virgam, cum una elevatione, illi, cujus uxorem violaverit, quia de genere hostilitatis est. Pro palpatione primùm in vulva, quæ dicitur gonys, reddet injuriam sine elevatione.*

ELEUFUGA. Alanus lib. 3. Anticl. c. 6. de Geometria:

Hujus tyrones curantes eleufuga terret,
Atque priùs cogit illos exire professum
Quam littus subeant, ludumque, quam in arte laborēt.

ELIBERARE, pro *liberare*. Acta Proconsularia Martyrii SS. Dicymi & Theodoræ nu. 8. *Et nunc misit in habitu militis, quam elibcrare suam. Eliberatio*, pro *liberatio*, apud Thwroczium.

ELIDIATUS, Vide *Elidgare.*

ELIGAMENTUM, ἔνδεμα, in Gloss. Gr. Lat. MS. Editum *alligamentum* habet.

ELIGMA, *Eligmatium*, ἐκλειγμάτιον, Medicamentum, quod ori inditum, sensim liquefit, & deglutitur. Matth. Silvaticus: *Eligmata, medicinæ, vel potiones calidæ.* Occurrit apud Octavium Horatianum lib. 2. Rerum medic. c. 16. Vide Goræum in ἔκλειγμα

ELIMI-

ELIMITARE, In exilium agere, extra regni *limites* propellere. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis cap. 2. *Dei famulum ——— Burgundionum regnum elimitare fecit.* Hoc est, extra regni Burgundici limites exulare coëgit.

ELINGUATIO, γλωσσοτομία, in Gloss. Græc. Lat. MS. γλωσσοτομῶ, *elinguo*, in eodem Gloss. perperam in edito, *linguacio*, & *linguo*. Est autem *elinguare*, linguam secare.

ELINGUITAS, *infantia, ineruditio.* Vita S. Marculfi in prooemio: *Nihil enim in hujus mortalitatis curriculo dignius agitur, quàm si elinguitas nostræ loquacitatis in Dei laudibus jugiter moderetur.*

ELIQUARE, apud Papiam, *Declarare, Eliquata, Purgata, aperta, Manifestata.*

ELISIMUS. Fortunatus lib. 6. Carm. 12.

Hæc tibi Elisimo modulatus simplice cantu,
Sed tonat archetypho barbitos inde sono.

Vide, quæ ad hunc locum annotat Browerus.

ELITIGARE, *Elidicare, Elidiatus, Elidegatus.* *Elitigare*, in Notis Tyronis pag. 198. & in Veteribus Formulis apud Bignonium pag. 367. 369. 393. edit. 1. est extra omnem *litem* & controversiam ponere, ita ut qui *Elitigato ordine* possidet, pleno jure & absque ullius reclamatione possidere dicatur. Quæ quidem vox postmodum depravata ac immutata: quippe pro *Elitigare, Elidicare*, & pro *Elitigatus*, *Elidegatus* & *Elidiatus, Elidictus*, occurrunt non semel. Charta Caroli M. pro Monasterio S. Dionysii: *Sed sicut ipsum mercatum cum omnibus teloneis legaliter evindicaverunt, & actores ipsius Monasterii — ipsum teloneum ad integrum elidicaverunt, ita —firmum atque concessum omni tempore habeant.* Alia Pipini Majoris domûs pro eodem Monasterio: *Ut sicut constat, quòd ipsas res per legem & justitiam in Palatio nostro evindicaverunt, vel reciperunt, — habeant evindicatas, atque elidegatas.* Charta Theoderici Regis Fr. pro eodem Monast. *Ad integrum omnia & ex omnibus, inspecta eorum strumenta, omne tempore habeant vindigata, atque elediata.* Placitum Chlodovæi III. Regis, apud virum doctissimum Joan. Mabillonium tom. 4. Actor. SS. Ordin. S. Bened. pag. 619. *Ita ut præsentaliter ipso locello prædictus Chrotcharius ad partes ipsius Ingramno omni tempore habuit evendecatum atque elidictum.* Placitum aliud pag. seq. *Habeant evindecatum atque ajudicatum.* Placitum Caroli C. ann. 22. in Tabul. S. Dionysiii ch. 38. *Ut memoratum Deodato monachum una cum Antreneo Majorem partibus S. Dionysii talem noti tiam recipere jussimus, per quem supradictis servis ad ipsum servitium in antea teneant atque elidicant, & sit inter eos postmodum ex hac re soluta & definita atque inconvulsa causa. Elidigatus*, in alio Placito Chilperici ibid. p. 622. Formula vetus apud Bignon. cap. 7. *Propterea jubemus — ut ipsam terram ipse Abbas habeat, atque elidiata sit postmodum ex hac re, omnique tempore subita causatio.* Formulæ Lindembrogianæ for. 52. *Quieto ordine vel elidiato valeas possidere.* Form. 30. *Sine ullius judicis consignatione pars monasterio nostro, elidiato ordine præsentaliter revocare facias dominium.* Form. 167. *——habeat evendicatum vel elidiatum.* Adde Præceptum evindicatorium Caroli M. in Chr. Laurishamensi pag. 59. Ex his emendanda, ni fallor, Charta Hispanica æræ 1016. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. *Et si aliquis homo venerit, qui contra eos voce vel judicio suscitaverit, aut aliqua calumnia petierit, nullus firmet super eos; sed illos dent duodecim homines, & delindent se de quocumque judicio illis petierint.* Ubi videtur Legendum *elidicent.*

Delitigari, Judicari, extra litem poni. Decreta Colomani Regis Hungariæ: *Ducis ministri, qui in mega judicis sunt - - ante Comitem & judicem, minores verò, ante judicem delitigantur.*

ELOGIUM, vox in malam partem interdum sumpta, maximè pro brevi anotatione criminis, uti observatum ab Henrico Valesio ad lib. 14. Ammiani pag. 15. Sigefridus Episcopus Moguntinus Epist. 1. *Quia audistis elogio simoniacæ hæreseos eum esse notabilem.* Gozechinus Scholasticus: *Dicis, quid mihi & Leogio, quod olim insolenter dejerens, turpi notârim elogio?* Mox: *Dic ergo, nunquid elogium intuli legia?* Infrà: *Non elogii notam; sed honoris coronam.* Ita eadem vox usurpata legitur de exhæredatione, in l. 4. Cod. Th. de Legit. hæred. *Sub elogio præconis fustibus cæsus*, apud Spartianum in Severo.

ELONGARE dicitur Princeps, cùm alicui debitori ex certa causa dat inducias solvendi debita *Elongamentũ*, ipsæ litteræ Principis, quæ nostris *Lettres de respit*, vel *d'Estat*. Gloss. Gr. Lat. μακρύνω, *Elongo*: Μακρύνω *Longo*. Usatica Majoricarum Regni MSS. *Statuimus, quòd si aliquis de aliquo debito obligatus tenetur, semel à nobis vel successoribus nostris fuerit elongatus, & aliud postea de eodem debito specialiter vel simul cum aliis debitis obtinuerit elongamentum, illud secundum elongamentum non prosit eidem.* Curia Generalis Barcinon. an. 1291. MS. *De Carta, vel Littera elongamenti, de qua consueverunt dari 50. solidi pro mille in anno.* Extat Charta Jacobi Regis Arag. ann. 1268. 18. Kal. Jul. cujus titulus est: *Ut aliquis non elongetur, qui habeat bona mobilia.* Vide Foros Aragon. Edit. 1624. f. 15. v. & Observantias ejusdem regni lib. 9. tit. 1. qui est *de Elongatione debitorum*, & Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. V. *Litteræ elongamenti.*

ELOQUENTIA, Lingua, idioma, *Dacisca, Romana eloquentia*, apud Dudonẽ lib. 3. de Morib. Norman. p. 112.

Eloquentia. Lectio. Helgaudus in Roberto Rege: *Eloquentiæ tantùm incumbens, ut nullus laberetur dies, quin legeret Psalterium, & exoraret cum sancto Davide.*

ELUCIDARIUM. Ita appellavit S. Anselmus, seu quis alius Anonymus librum, quem scripsit de Summa totius Christianæ Theologiæ in Præfat. *Titulus itaque operi, si placet, Elucidarium præfigatur; quia in eo obscuritas diversarum rerum elucidatur.*

ELUDIUM, *Deceptio*, in Glossis MSS. Vide *Conludiũ.*

EMANCARE. Vide *Mancus.*

EMANCEPS, *Famulus à servitute liberatus.* Gl. Isid.

EMANCIPARE, Ab obsidione liberare. Sugerius in Ludovico VI. cap. 7. *Ipse verò potenti disruptis manu & defossis circumquaque omnibus municipiis, Acutummontem emancipavit, & tam armis quam victualibus eorum sophismata denodans, copiosum redaidit.*

EMANCIPATIO, cujus apud nostros ea erat formula, quæ habetur in Regesto Feodor. Burgundiæ 2. p. f. 211. *Nos Hugo, Dux Burgundiæ, N. fac. præsentes litteras inspecturis, quòd in nostra præsentia specialiter constitutus propter hoc Robertus Miles filius noster petiit emancipari à nobis, seu liberari à patria potestate. Nos verò videntes & attendentes ipsius Roberti consensum & voluntatem circa emancipationem habendam & dandam à nobis, mutuo consensu interveniente ex parte nostra & ex parte dicti Roberti ipsam præsentem emancipationem acceptantem legitimè emancipamus à sacris, seu à patria potestate. In cujus testimonium præsenti emancipationi ad requisitionem dicti Roberti sigillum nostrum duximus apponendũ. Dat. die Sabbathi post Festũ B. Lucæ Evangelistæ an. D. 1272.* Extant aliæ emancipationis formulæ in tom. 8. Spicilegii Acheriani p. 263. & apud Rollandinum in Summa Notariæ cap. 7. Rubr. 5.

Emancipatio, in Monasteriis dicitur, cùm Monachus ad aliquam dignitatẽ promovetur, & eo ipso ab obedientia Superioris eximitur. S. Bernardus Epist. 87. *Promotio Abbatis, emancipatio filii est.* Idem Epist. 252. *Quasi—emancipatio filii ad Capitulum, & non potiùs ad solum spectet Abbatem.* Rad. de Diceto an. 1179. *Rogerus à Collegio sanctæ Trinitatis ad supradicti loci curam in Abbatem assumptus ab Alexandro PP. 5. Kal. Febr. Tusculani bene dictionẽ, & in signum emancipationis indutæ mitram, annulum, chirothecas accepit.* Chronicon Mauriniacense lib. 3. de Macario Cluniacensi Monacho electo in Abbatem Mauriniacensem: *Prælibatos itaque Monachos Cluniacum mittimus*

timus, & ut ab Abbate loci illius Macarium à jugo obedientiæ absolvi & emancipari postulent, intimamus. Infrà: *Asserens, se nunquam ei benedictionis consuetudinem impensurum, nisi pleniùs à jugo obedientiæ cognosceret absolutum.*

Emancipatoriæ literæ, quæ ab Abbate in eum finem Monacho electo dantur, in eodem Chronico Mauriniacensi: *Literas emancipatorias postulanti* (Archiepiscopo Senonensi) *ostendunt*, &c. Ex quibus conficitur, ad hoc, ut Monachus in Abbatem alterius Monasterii electus benedicatur, necesse fuisse, ut emanciparetur à suo Abbate, tametsi ipsa promotione emanciparetur; quod præterea docent sequentia, descripta ex Tabulario Monasterii S.Remigii Remensis: *Anno ab Incarnatione* 1097. *postquam de Galliis Urbanus PP. Romam redierat, misit literas Manassi Remensi Episcopo, non priori simoniaco deposito; sed successori M. Catholico, pro Roberto Abbate S.Remigii, qui Monachus fuerat S. Martini majoris Monasterii, in quem diœcesani Episcopi Remensis Ecclesiæ præjudicium fecerant, dicentes, eum de judicio & justitia Abbatis sui pendere, & ejus obedientiæ & disciplinæ subesse debere, & de eo in Capitulo suo, sicut de Monacho suo tractare, quòd his verbis cassavit Romana Ecclesia, & Romanæ Sedis Apostolicus. Urbanus Episcopus servus servorum Dei, venerabili Fratri M. Remensi Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem. Abbatis S. Remigii causa in præsentia nostra & Confratrum nostrorum Episcoporum & Cardinalium diligentiori discussa est inquisitione & ad hunc tandem finem perducta, judicium Episcoporum prolatum super eum cum hac ratione reprobatum in veris, quia postquam filius à patre emancipatus est, sub curam & dominationem patris redire districtione legum non cogitur, nisi sponte ipse rogaverit. Promotionem enim Abbatis emancipationem accipimus, & ideo sub potestatem Abbatis redire non debere judicamus.* Extat formula alia ejusmodi emancipationis apud V. Cl. Jacob. Petitum post Pœnitentiale Theodori pag. 143. Vide Petrum Blesens. Epist 90. & S. Anselmum Cantuariensem lib. 2. Epist. 42. 52. lib. 3. Epist. 32. 139. Quinetiam si Abbas ipse ad majorem dignitatem v. g. Episcopalem provehere-tur, totius Conventûs consensus requirebatur, ut ex S. Anselmi lib. 3. Epist. 6. 7. 8. colligitur. Vide Vitam Aldrici Episcopi Cenoman. num. 54. 55.

Emancipatio etiam dicitur de Ordinibus religiosis, qui ab Ordinariorum jurisdictione exempti, Sedi Apostolicæ nullo medio subjiciuntur, apud Joannem Sarisberiensem lib. 7. Policrat, c. 19. ubi in ejusmodi emancipatos graviùs invehitur.

Emancipatio Monasterii, Exemptio à jurisdictione Ordinarii. Vita B. Heldemari Eremitæ c. 5. *Paschalem Papam super emancipatione sui cœnobii sollicitat, &, quod petit, impetrat.* Vide Barthol. Fizen. in Hist. Leodiensi p. 365. §. 16.

Emancipatio, Disvestitio, traditio. Charta Wiboldi veteris Corbeiæ Abbatis an. 1152. in Monumentis Paderbonensib. pag. 105. *Cujus possessionis empta à prædicto venerabili Episcopo legitimam per hæc scripta emancipationem facientes, &c.* Ita usurpant Acta S. Forannani Abbatis Walciodorensis an. 15.

Emancipare, A servitute liberare. Saxo Grammaticus lib. 6. *Supervenit alius — qui prioris exemplo conditionem fateri jussus, ancillam se cujusdam in matrimonio habere, ejusque domino emancipandæ conjugis gratia rusticum opus dependere testabatur.*

EMANERE, Extra domum manere, vagari, peregrinari. Gloss. Gr. Lat. ἐκκοιτῶ, *Emaneo, Emanet*, διαμένει, παννυχεύει. Gloss. Lat. Gr. *Emansio*, παννυχισμός. *Emansiones*, ἐκκοιτοισμοὶ, ἀποκοιτοι. Vide Cujacium lib. 6. Observat. cap. 26.

Emansores, in Gloss. Lat. Gr. ἀπόκοιτοι, λησταί. Gloss. Gr. Lat. ἐξώκοιτος, *emansor*. Petrus Blesens. Ep. 142. de Monachis vagis: *Transfugæ & emansores à claustro effrenes, vagi & Sarabaitæ.* Contra, *mansores*, qui domi manent, resident. Vita S. Theodardi Archiepisc. Narbon. apud Catellum p. 757. *Sive mansor, sive idem esset viator.*

EMARCUARE, Marcidum reddere, facere. Stephanus Eddius in S. Wilfrido c. 62. *Credo enim indubitata fide, hanc manum incurvatam, & brachium longo tempore emarcuatum, in eo lavacro per sancti sudoris commixtionem, Deo volente, posse sanari.*

EMARCUM, Gallis veteribus, vitis genus mediocris vini. Columella lib. 3. c. 2.

EMASCULARE, *Enervare, debilitare, castrare.* Jo. de Jan.

EMBADIA *forma*. Anonymus Gromaticus: *Termini si duo in unum fuerint, embadiam formam ostendunt: si autem ambo quadri fuerint, naturalem lapidem in 15. pedes ostendunt, &c.* Ἐμβάδια & ἔμβατα Græcis dicuntur τὰ τῶν ἀνδρῶν ὑποδήματα, ut est apud Varinum.

EMBLEMA, ex Gr. ἔμβλημα, quod operi cuipiam adjicitur ornatûs gratia, Opus tessellatum, musivum, &c. *Eminens sculptura*, Joanni de Janua dicitur. Papias: *Emblema superabundantia, vel obscuritas, quod celatur.* Gloss. Lat. Gall. *Emblema, sculture apparent, ornement de vaisseaux.* Dudo lib. 3. de Morib. Normannor. pag. 90. *Supellectilium ubertate locuples, rerumque omnium emblemate dives.* Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Emblema, gemma, lapis, toreumata, thura, falerna. Rabanus apud Browerum in Antiq. Fuld. lib. 2. cap. 10.

Ecce Crucis lignum, quo Christus sæcla beavit,
Emblemate inclusum arx tenet ista Crucis.

Ubi, ut & apud Fortunatum, secunda corripitur. Vita S. Sori Eremitæ nu. 6. *Martyris mausoleum opere polymito, auro gemmisque miro construxit emblemate.*

Emblasma, pro *Emblema*. Testamentum Perpetui Episcopi Turonensis: *Juliæ Perpetuæ Crucem parvam ex emblasmate, in qua sunt de reliquiis Domini, do, lego.*

EMBDOLA, *idola*. Papias.

EMBOLA, Transvectio mercium, quæ in navim injiciuntur. *Felix embola* in l. 2. C. de Navibus non excus. lib. 10. in Nov. Theodos. de Navib. ultra &c. Αἰσία ἐμβολὴ, in Edicto Justiniani 13. cap. 4. §. 1. ubi sic appellatur solemnis & annua *publicarum specierum transvectio*, quæ ex Ægypto fiebat CPolim, quæ aliàs *sacra Embola* dicitur in l. 10. C. de Sacros. Eccl. & Nov. 163. cap. 2. est enim ἐμβολὴ, quidquid εἰς ναῦν ἐμβάλλεται, ut observatum à Salmasio ad Vopiscum pag. 387. Thwroczius in Salomone Rege Hungar. cap. 49. *Rex igitur & gloriosi Duces fere omnibus paganis interfectis, & omnibus Christianis à captivitate liberatis, unà cum felice embola totius Hungariæ, cum triumpho victoriæ, gaudentes redierunt.* Vide Blasium Ortizium in Itinerario Adriani VI. Pap. num. 44. pag. 460.

EMBOLIS, *Embolum, Embolim*, Græcis ἐμβολισμὸς, Additio, additamentum: propriè autem dicitur, quod Epistolæ jam scriptæ additur, vel quod extra præcipuam illius materiam ad calcem rejicitur. *Chartam insertitiam* vocant Centuriatores Magdeb. alii *postscriptum*. Epistola Pauli PP. ad Papinum Regem: *In embolim verò direxit nobis à Deo protecta Excellentia vestra præfatum vos Desiderium admonuisse, Reges Neapolitanos ac Cajetanos constringere, ob restituenda patrimonia protectori vestro B. Petro; &c.* Alia Adriani PP. ad Carolum M. *Emisit nobis Stephanus Neapolitanus Episcopus per suos apices, — in quibus embolum posuit, significans nobis de nefando Adalgioso, &c.* Vide tom. 3. Hist. pag. 717. 745. 747. 770. Baron. an. 860. n. 35. &c.

Embolim, eadem notione, apud Leonem III. Epist. 5. 9.

Embolis, seu *Embolum*, apud Scriptores Ecclesiasticos, dicitur pars illa, qua clauditur Dominica oratio: *Sed libera nos à malo*, quia, ut ait S. Cyprianus Serm. 6. & ex eo Amalarius l. 3. de Eccl. Offic. c. 29. *in consummatione orationis venit clausula, universas petitiones & preces nostras collecta brevitate concludens.* Ordo Romanus:

Sequitur

Sequitur in altum Præfatio Dominicæ orationis, & Oratio Dominica cum emboli sua, in qua tres articuli orationis inveniuntur. Vide Card. Bona lib. 2. Rerum Liturgic. c. 15. n. 2.

EMBOLISMUS, ἐμβολισμὸς, saltus Lunæ, seu superexcrescentia anni solaris super lunarem : de quo præter Durandum lib. 8. c. 10. & cæteros Compotistas, sic vetus Codex Victorinus : *De primo Embolismo. Sunt Epactæ 22. in primo anno Embolismi tertio in ogdoade. Ideo Luna in Kl. Septemb. & Octob. est. 27. in Kl. Novemb. & Decemb. 29. quæ ipsorum est Luna 2. quæ est prima 4. Nonas Decemb. & finitur 32. Kl. Januar. Embolismi est. Ipsa autem Luna, quæ est prima in Kl. Januar. ipsius est, quam 30. terminare debes, si autem bisextus fuerit in illo anno, 30. sunt 4. lunationes simul, id est embolismi Januar. Februar. Martii. De secundo Embolismo. Secundo anno embolismi, sexto in ogdoade, sunt Epactæ 25. & est Luna in Kl. Sept. 30. quæ ipsius est. Luna verò quæ est prima 4. Non. Sept. 30. in Kl. Octobr. embolismi est. Luna quoque quæ est prima, 6. Non. Octobr. & 3. Kl. Novembr. finitur 29. Octobr. est. Ipsa autem quæ secunda in Kl. Novembr. & Decembr. habetur, ipsorum est : quæ verò est in Kl. Januarii 4. ipsius est. De tertio Embolismo. Sunt Epactæ 17. tertio anno embolismi, ultimo in ogdoade, & 10. est Luna in Kl. Sept. & Octobr. 22. in Kl. Novembr. & Decembr. 24. in Kl. Januar. 26. in Kl. Feb. 27. in Kl. Martii 26. in Kl. April. & Maji, 27. in Kl. Junii & Julii, 29. in Kl. Augusti prima, in Kl. Sept. 3. Unam ætatem Lunæ in Kl. April. & Maji non invenies Epactas & regulares, ideò quòd Luna, quæ 2. Non. Martii est prima, & in Kl. April. 27. ut supradictum est, & 2. Non. April. 30. embolismi est. Lunatio, quæ prima cognoscitur esse in Non. April. Aprilis est & Paschalis, quæ 30. in 14. Kal. April. terminatur. Illa autem quæ prima est 4. Non. Maji, & 4. Non. Junii est, 30. Maji est. Ita autem quæ 6. Non. Jul. est, 1. & 2. Kl. Aug. 30. Julii Luna est : quæ verò prima in Kl. Augusti est, in Kl. verò Sept. 4. sicut ordo postulat. Nam si non esset una ætas Lunæ in Kl. April. & Maji, non 14. sed 15. Luna evenerit in Paschali termino, qui est 14. Kl. Maji, & fieret error in Pascha, sive in Kl. mensium. De quarto Embolismo. Sunt in 4. anno embolismi, 3. in Endecade, Epactæ 30. estque Luna in Kl. Sept. & Octobr. 25. in Kl. Nov. & Decemb. 27. quæ ipsorum est Lunatio, quæ 2. Nov. Decemb. notatur prima, & 29. Non. ipsius embolismi est. Illa quoque quæ prima in Non. Januar. & 30. in Kl. Febr. Januarii est. Et ipsa quæ inchoatur 1. 4. Non. Febr. & 6. Non. Mart. 29. Febr. est Luna itaque quæ prima est 5. Non. Mart. & in Kl. April. 30. Martii est. Ipsa quæ est 1. 4. Non. April. Aprilis est, nec non & ipsa, quæ prima est Kl. Maji, Maji est. Si bisextus evenerit 4. Lunæ 30. erit idem embolismi Januar. Mart. Febr. De quinto Embolismo. Sunt in 5. anno embolismi, 6. in Endecade. 23. Epactæ, Lunaque in Kl. Sept. & Octobr. 28. in Kl. Nov. 30. quæ ipsorum est. Illa autem, quæ in 4. Non. Novemb. est. & in Kl. Decembr. 30. embolismi est. Luna verò quæ in 3. Non. Decembr. prima terminatur, ac 4. Kl. Jan. 29. prænotatur, Decembris est, & quæ est 2. in Kl. Jan. Januarii est. Reliquæ autem Lunationes rectum cursum tenent. De sexto Embolismo. Sexto anno embolismi, 9. in Endecade sunt Epactæ 26. nullatenus tamen Lunam embolismi per ipsas Epactas reperies, nisi ad Epactam anni communis superioris, quæ est 15. revertaris : secundùm quem Luna est in Kl. August. 29. quæ illic terminata ipsius Augusti est. Illa autem quæ 4. Non. Aug. prima prænotatur, 30. pridie Kl. Sept. embolismi est. Nullus error nullumque * casum oritur in ipso anno inter embolismum & regulares. Luna quoque quæ prima notatur in Kl. Sept. ipsius est, cæteræ autem suum tenent ordinem. De septimo Embolismo. Septimo anno embolismi, in Endecade 11. decennovennalis sunt Epactæ 18. ideoque Luna, quæ in Kl. Januar. 27. habetur ipsius est nec : ipsa autem, quæ in Kl. Febr. 28. Febr. est, nec non & ipsa, quæ notatur in Kl. Mart. 27. ipsius est. Luna verò quæ computatur 1. in 3. Non. Mart. & 28. in Kl. April. 30. & in 3. Non. April. embolismi est : ipsa autem quæ 1. 2. Non. April. & 28. in Kl. Maji, & 29. 6. Non. ejusdem, Luna Aprilis est. Illa quoque quæ est prima 5. Non. Maji, 30. in Kl. Junii Luna Maji est. Iterum ipsa, quæ est prima 4. Non. Jun. & 29. prid. Kl. Julii, Luna Junii est : nec non & illa, quæ prima est in Kl. Julii 30. & in 3. Kl. Aug. quæ est saltus Ægyptiorum, Luna Julii est, ipsaque quæ non 2. secundùm compotum, sed tertia computatur propter saltum in Kl. Aug. & 29. 6. Kl. Sept. Augusti est. Illa quoque quæ iterum prima est 5. Kal. Sept. & 36. Kal. Octob. Sept. & iterum ipsa, quæ prima est 5. Kl. Oct. & 29. 8. Kl. Novemb. Octobris est : ipsa verò quæ & iterum 1. est 7. Kal. Nov. & 7. in Kl. ejusdem, 30. quoque 8. Kal. Decemb. Novembris est.*

Ebolismus. Thomas Cantipratanus lib. 2. de Apib. c. 15. §. 2. *Quamquam & vix aliter dici potest ; cùm quis in una virtute præpolleat, ut in abstinentia ; parsimonia cibi, eosque qui embolismum, vel naturaliter ; vel usualiter patiuntur, secum abstinere etiam cogit invitos.* Ubi Colvenerius re cum Medicis collata, censet *Embolismum* hic perperam dici pro *bolimo*, seu βυλίμῳ ingenti nempe fame ; qua de voce, præter Medicos, Agellius lib. 16. cap. 3.

EMBOLUS, *Imbolus*, Urbis angiportus, Græcis Byzantinis, ἔμβολος. Charta ann. 1161. apud Ughellum in Archiep. Pisanis : *Tibi --- concedimus Ecclesias, videlicet, Embolum, & Scalas, & Stateram, quæ sunt in CPoli.* In alia ann. 1224. apud eundem, fit mentio *Emboli Pelliparìorum* in urbe Pisana : nos diceremus, *le quartier des Tanneurs.* Ita Cinnamus lib. 6. num. 10. ait, ab Alexio Comneno Imp. concessum Venetis στενωπὸν ἐν Βυζαντίῳ ὃν Ἔμβολον ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. Sic autem appellabant Byzantini ut plurimùm porticus, quæ in urbe sparsim erant ; unde postea vox ipsa regionibus, in quibus eæ erant attributæ, ut docuimus ad Alexiadis Anneæ pag. 160. Papias : *Imbuli dicti, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulamus : sunt enim platearum porticus hinc inde.* Charta ann. 1208. apud eundem Ughellum tom. 7. pag. 278. *Et apothecà in imbulo Amalfiæ.* Hinc emendandus Erkempertus edit. Caraccioli pag. 45. *Tota urbs Sicopolis igne cremata est, ita ut ne una quidem domus remaneret inusta, præter emoplis aulam.* Legendum *Emboli aulam.*

Embolani, Qui in *Embolis* istis commorabantur ; aut potiùs, qui iis præerant. Charta laudata an. 1191. *Ita ut neque Archiepiscopus, neque Consules Pisani, neque Missatici ; neque Vicecomes, neque Embolani ; qui modo sunt, vel prò tempore erunt ; nec aliqua persona occasione Pisanæ civitatis potestatem habeant aliquo modo de prædictis omnibus vendendi, vel pignorandi, aut alienandi.*

EMBOTUM, Infundibulum, Occitanis *Embut*, nostris *Entonnoir.* Hinc.

Embotum dicta concavitas palati, quod infundibuli vicem præstet. Constantinus Afric. l. 3. Pantechn. c. 11. *Hac via quantò plus descendit, tantò magis se rotundat atque stringit, cuidam postea jungenda glandi, quæ concava & rotunda sicut sphæra, vicinatur ossi colatorio simili. Hoc autem os superpositum est palato. Concavitas ista Embotum est vocata : quia sicut vinum per embotum, ita superfluitates nostræ grossæ per hunc influunt. Embotum autem illud ex pelliculis componitur à secundinà matre egredientibus, &c.*

EMBRACITORES, JC. Anglis & Cowello lib. 4. Instit. c. 52. dicuntur caussarum personarumque illiciti defensores, qui suas pœnas sibi constitutas habent

bent, à Gallico *embrasser* appellati, quòd quascumque causas defendendas suscipiant & amplectantur. Anglis, *Embrasour*, vel *Embraceour*. Vide Rastallum.

EMPRIMIUM, in Glossis MSS. *Matta ex grosso papiro tenuiter pectinata*. Cassianus Collat. 1. c. 23. *Iisdem ipsis, quibus insidebamus psiathiis admonens incubare, emprimiis pariter capiti nostro cervicalium vice suppositis, grossioribus papyris in longos gracilesque fasciculos coaptatis*. *Embrimii* mentio est etiam apud Cyrillum in Vita S. Euthymii Abb. n. 90. & in Apophtegmat. Patrum n. 7. Vox, ut videtur, Ægyptiaca, cujus notio hîc satis indicatur, quæ etiam reponenda videtur in Regula S. Pachomii c. 14. *In die Dominica, vel oblationis tempore, nullus deerit de hebdomadariis, sedens in loco Ebiymii, psallentique respondens, ex una duntaxat domo, in majori servat hebdomade.* Nam quod ad hunc locum commentatur Holstenius, vix probem, qui *Ebiymium* esse præcentorem vel cantorem existimat, voce ab Ægyptiis ex Græco ἐυφήμιος, aut ἐυφώνιος detorta. Frustra etiam vocem hanc Casaubonus Exercit. 1. ad Annal. Baronii suspicatur formatam à βρίζειν *dormitare*, & somnum levem capere.

EMBROCARE, ἐμβρέχειν, seu ἐμβροχὴν facere, infundere. Gloss. S. Benedicti cap. de Medicina: *Fomentum*, ἐμβροχή. Matth. Silvaticus: *Embroca, i. infusio, quam nos dicimus fomentum: & Embrocatio, i. infusio, scilicet quando ab alio infunditur & aspergitur*. Occurrit non semel apud Alexandrum Jatrosophistam lib. 1. Passionum. Vide Gorræum in ἐμβροχή.

EMBRUM. Gloss. Lat. Gr. *Embrum*, πραγματικὸς, ἐπιβλαβής, leg. fortè πραγματίας, vel πραγματικὸς, *negotiosus*, in Gloss. Gr. Lat. Nescio, an ad hanc vocem spectent hi versus ex veteri Poëmate vernaculo MS. cui titulus est. *Le Roman du Chevalier au Barizel*:

> *Ainsi trueve les gens si embrons*
> *Et si crueux & si felons.*

EMBULUM, Rostrum navis, ἔμβολος. Fragmentum Petronii: *Quorum imam partem, quasi Embulum navis æneum finiebat*. Hesychius: Ἀρσενικῶς δὲ φασὶ τὸν τῆς νεὼς ἔμβολον τὸ χάλκωμα τὸ πεπιθέμενον κατὰ τὴν πρῶραν.

EMBUCHIÆ, Insidiæ, ex Gall. *Embuche*; occurrit apud Continuatorem Nangii an. 1358.

EMEDIUM, *Vehiculum*, in Glossis Isidori & Pithœanis.

EMELIORALE, Meliorem reddere. Veteres Formulæ Pithœi c. 38. *Et quidquid ibidem adtrahere & emeliorare poteris*. Occurrit præterea apud Baldricum Noviom. lib. 2. c. 35. Hinc *Emelioratio*, quod nostri *amélioration* dicunt. Vetus Charta apud eundem Baldricum lib. 1. cap. 52. *Hæc omnia cum omni integritate & emelioratione ad præfatam Ecclesiam revertantur*. Infrà: *Ullo modo non habeamus potestatem dandi, vel commutandi, aut alienandi, nisi adsalvandum, & emeliorandum*. Vide *Meliorare*.

EMEMOR, *Oblitus*, Papias.

EMENDA, Pecuniaria mulcta, compensatio damni, emendatio, quæ arbitrio judicis irrogatur. Willelm. Armoric. lib. 1. Philipp. pag. 103.

> *Quod quicquid tulerant clero clerive colonis*
> *Præcedente priùs emenda restituerunt.*

Differt verò *mulcta* ab *emenda*: *mulcta* enim judici, *emenda* parti læsæ datur. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 53. §. 2. *Judex in suo judicio mulctam habet, & non emendam, eò quòd judex agere non potest & judicare: nemini verò emendatur, nisi actori. Ideoque illustribus emendam non competere, injustè ab aliquibus vulgatum est*. Lib. 1. art. 53. & lib. 2. art. 6. *emenda* definitur *satisfactio*. Sed & hoc notandum, quod legitur art. 5. *Post quindenam reddenda sunt debita, quæ in judiciis acquiruntur: post sex hebdomadas mulcta: & post mulctam per quinnam præstatur emenda, &c.* Adde lib. 1. art. 8. §. 4. art. 42. §. 3. art. 53. §. 4. lib. 2. art. 8. 11. §. 1.

At secus obtinuit apud nos: nam *emenda* judicem spectat, vulgò *amende*. Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 37. *Semper crescit culpa, quamdiu differtur emenda, & mora, quæ ingruit, donec purgetur, morosior judicatur.*

Emendæ facta & gagiata, in Aresto an. 1290. in Regesto B. f. 83. v. *Emende de gage*, in antiqua Consuet. Perticensi c. 16. art. 19. *Gager l' amende*, in Consuetud. San-Paulana art. 32. Statutum S. Ludovici ann. 1255. cap. 17. *Emendas autem pro maleficiis seu debitis, à Balivis nostris levari non volumus, nisi in foro, aut judiciario publice de bonorum consilio fuerint judicatæ, vel æstimatæ; quamvis antea fuerint gagiatæ.*

Emenda plicata. Charta Gallica an. 1300. in Regesto Philippi Pulchri Regis Franc. ann. 1299. ex Tabul. Regio n. 54. *Ce n' est pour leur propre dete connue ou prouvée, ou pour amende ploiée, ou pour plege, &c.*

Plena Emenda. Plenæ Emendæ medietas, in Legibus Opstalbomicis Frisiæ cap. 34.

Inemendabile delictum dicitur, quod *emenda* vel mulcta pecuniaria non eluitur; sed morte punitur, aut est in Regis misericordia, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 12. Leges Kanuti §. 2. *Si quis intra parietes Ecclesiæ homicidium faciat, hoc inemendabile est*. Et. §. 90. *Infidelitas erga dominum secundùm legem sæculi inemendabile est.*

Emendare, Mulctam inferre, perperam actum resarcire, restaurare, reparare. Leges Edwardi Confess. cap. 35. *Domino Regi graviter emendare debent*. Rigordus ann. 1209. *Et cùm nullo ad hoc privilegio se tueri possent, generali consuetudine contra eos faciente, petiit Rex, ut hoc emendarent. Ipsis autem emendare nolentibus, Rex eorum regalia confiscavit*. Mox: *Emenda tandem facta & Regi soluta —— recuperaverunt omnia, quæ à Rege fuerant confiscata*. Vide Leges Bajwar. tit. 1. cap. 12. *Finita Causa & emendata*, in Lege Alamann. tit. 94. *Emendatione data*, ut ibi statuitur: *Ecclesia emendata vel restaurata*. Capit. Caroli M. lib. 1. c. 122. *Beneficia emendata*, i. instaurata lib. 4. c. 38. Adde Capitul. 2. ann. 813. c. 19.

Emendare equum, in Glossar. Sambuci ad Leges Hungaricas, est licitari, emptitare, seu potiùs alterum dare juxta valorem amissi. Ita usurpat Petrus de Vineis l. 5. Epist. 69.

EMENDATOR, apud Cartusienses, de cujus officio sic Statuta antiqua ejusdem Ord. cap. 40. *De emendatore: In Ecclesia, in Refectorio & in Claustro, excepta recordatione, ille emendat, cui injungitur à Priore. Emendator emendat in omnibus, quæ soli dicimus; excepto quòd ad recordationem emendat ille, qui est juxta librum, &c.*

EMENTARE, Mentem auferre. Victor III. PP. lib. 1. Dial. *Leo verò rugiens irruit in eum —— sicque eum ementatum ac seminecem relinquens, disparuit.*

EMENTUM, *Excogitatio*, in Gloss. Pithœan.

EMERITUM, Præmium, quod datur pro *emerito labore*, ut loquuntur l. 3. Cod. Th. de Princip. Agent. & l. 7. eod. Cod. de Re militari. Modestinus in l. 3. D. de Re militari: *Qui militiæ tempus in desertione implevit, emerito privatur*. Arrius Menander leg. 5. eod. *Præmia & emeritum capiet*. Hygenus: *Erat tunc præmium terra, & pro emerito habebatur*. Utitur etiam alio loco. *Emeritum stipendium*, apud Plautum in Mostellaria.

EMICADIUM, Isidoro lib. 20. c. 7. *vas olearium*, quasi dimidius *cadus*. Hinc emendandum Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: *Emicudium* Ele-fat, i. lecythus, ampulla, olearis. Legendum enim *emicadium*.

EMICATIM, *Splendenter*, Jo. de Janua. Alia notione utitur Sidonius lib. 2. Ep. 13. *Emicatim prosiliens.*

EMINA. Vide *Hemina*.

EMINENTIA, Titulus honorarius Regum & Imperatorum, in Epistolis Francic. 38. 41. 49. tom. 1. Hist.

H. F. Franc. apud Nicolaum PP. Epist. 40. Joannem VIII.PP.Epist.72. Gregor. VII.lib.1.Epist.75.85 lib. 2.Epist. 3. lib. 4. Ep.17.in Charta Lotharii Regis Provinciæ an.855.to. 12. Spicilegii Acheriani pag.132.in Epistola 10. Alexandri PP.ad Willelmum Regem Anglorum, &c.Papæ tribuitur à S.Anselmo. lib. 3. Epist. 37. Novissimè verò *Eminentiæ* & *Eminentissimi* titulus ut proprius, concessus fuit ab Urbano VIII. PP. Decreto 10.Junii an. 1630. Cardinalibus, ut & Electoribus Imperii, & Magistro Hospitalis Hierosolymitani. Vide Frisonium in Apparatu ad Galliam Purpurat. cap. 10. & Mercurium Francicum to.16.pag.592.

EMINERE, pro *imminere*. Vita S.Projecti ex Cod. Atrebat. *Quia jam dies S.Paschæ eminebat.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 68. *Quòd si finitis septem Psalmis, in proximo, prout æstimare possunt Fratres, exitum* (infirmi) *viderint eminere, adjungant* 15.*Psalmos.* Sic vulgò dicimus *peril eminent*, pro *imminens periculum*.

EMINICULÆ, *Eminentes in memoria.* Papias.

EMIR, sic appellant Turci & Saraceni, Magnates, & urbium ac oppidorum Præfectos. Will. Tyrius lib. 10. *Adducti sunt coram Domino Rege, sedente pro tribunali, procurator civitatis, qui lingua eorum dicitur Emir, & juridicus, &c.* Lib.15.cap.11. *Magistratus tamen, quem ipsi vocant Emir, nobilis homo & potens, &c.* Lib.21.cap. 23. *Solent enim Turcorum Satrapæ, & majores Principes quos ipsi lingua Arabica vocant Emyr, &c.* Vide *Amiralius.*

EMISSARIUS, *Percussor, sanguinarius*, in Glossis Isidori. Papias: *Emissarius, flagitiosus, satelles, homicida.* Lampridius in Heliogabalo: *Romæ denique nihil egit aliud, nisi ut emissarios haberet, qui ei bene vasatos perquirerent &c.*

Emissarii, in Mamotrecto ad 2.Reg.c.22. *dicuntur cursores, qui emittuntur ad facta Principum adimplenda. Emissarius, & admissarius equus, in hoc differunt, quòd admissarius est equus, qui ad tempus inter equas admittitur ad coitum: sed emissarius est, qui semper equabus interest*, Breviloq. Ebrardus Betun. in Græcismo c.9:

Emissarius est extra cursum quasi missus;
Currere non cessat, quia prolem gignit equabus.

Mamotrectus 16.Levit. *Emissarius dicebatur, qui in desertum emittebatur. Item emissarius dicitur equus proletarius, sive impregnator equarum.* Vide eundem ad Ezechiel. 33. Joan. de Janua: *Emissarius, equus fortis & velox, qui extra alios eligitur, & ad equas mittitur ad coitum.* Gloss. Lat. Gall. *Emissarius, Cheval estallon, mis aux champs pour engedrer.* Gregorius M. lib. 10. Epist.42. *Decem equarum capita, cum emissario suo.* Beda lib.2.Hist.Angl.cap.13. *Rogavit sibi Regem arma dare, & equum emissarium, quem ascendens ad Idola destruenda venit.* Capitulare de Villis c. 13. *Ut equos emissarios, id est, Waranjones bene provideant.* Matthæus Vindocinensis in Tobia:

Nec plures habeat velut emissarius, Annam
Thobias sociam destinat esse thori.

Matth. Westmon. an. 1014. *De emissario, cui insederat, cecidit.* Anno 1079. *Ab ipso vulneratus in brachio, de suo dejectus est emissario.* Vide veter. interpret. Biblior. Levit. 16. Ecclef.33. Mich.1. Aribonem in Vita S.Corbiniani n.12.17. Fletam lib.2.c.73.§.21.& supra in verbo *Admissarius.*

Amissarius, pro *admissarius* dici interdum suprà observatum in voce *Admissarius.* Ita nempe usurpat Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ Abbat. Corbeiensis l.2.c.7. ubi de Bernardo Comite Septimaniæ: *Quando sceleratus Naso vocatus est ab Spaniis, amissarius ille, qui cuncta reliquit honesta, in quibus erat ordinatus, & immersit se fatuus ad omnia cœni volutabra*: ubi perstringitur ut Judithæ Augustæ adulter: *Naso* verò vocitatur, quòd fortè simus fuerit, vel contra nasutus: adeo ut à nostris Guillelmus *au Court nez* appellatus deinceps fuerit, seu ob brevitatem nasi, seu ob longitudinem, ironicè nempe. Vide Catellum in Hist. Tolosana, & alios.

EMISSUS, apud Papiam, *dicitur cervus, quando cervam sequitur.* Hæc absunt in MS. Collegii Navarræi, ubi ista habentur: *Emissus, species poculi, uno spiritu bibitur.*

EMNE CHRISTEN, vox Saxonica, Frater in Christo. Leges Edwardi Confess. cap. 36. *Fratrem suum ---- quod Angli dicunt Emme Christen.*

EMOLA, *Vas coquinarium, sicut Caldaria vel Cocullum.* *Esdræ 2. Hostias coxerunt in Emolis. Ubi Græci habent in æneis ollis, & dicitur Emola, quasi imola, ab immolando, quia ibi hostiæ immolabantur, vel quasi ænea olla.* Ita Jo. de Janua. Sed legere debuit *anulis*, vel *inulis*, hoc est, *æneis*, seu *ollis*. Locus est 2. Paralipom. c. 35. *Pacificas vero hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis.* Græc. καὶ τὰ ἅγια ἕψησαν ἐν τοῖς χαλκείοις καὶ τοῖς λέβησιν, &c. Vide *Æneum*, *Ænulum*, & *Aqua fervens.*

EMOLERE, *Exacuere*, ex Gall. *Esmoudre.* Vide *Arma molita.*

EMOLOGARE, Confirmare, laudare, approbare nostris *Emologuer*. O[illegible] apud Augustinum Mussatum de Gestis Henrici VII. lib.1. cap. 6. lib.3.10.16.&c. Vide *Homologare.*

EMOLUMENTA, pro tributis, usurpari in Cod. Th. observatum à viris doctis.

EMOLUTUM, *propriè lucrum molendini*, in Gloss. Lat. Gall.

EMPARARE. Vide *Amparare.*

EMPHANISTICUM, quòd à Clericis ab Episcopo ordinatis ex more dabatur Clericis aliis, quorum cura erat, Clericorum recens ordinatorum nomina in matricula describere & *insinuare*; quæ vis est vocis, quam habes apud Julianum Antecess.cap.131.& in Justin. Nov. 56.

EMPHIS, *Terroribus, conviciis.* Papias edit. & MS.

EMPHYTEUTICARII, Qui per precariam possident, seu *per Emphyteuseos contractum*, ut est in Lege Longobard.lib.3. tit. 1. §. 37. tit.10.§.4.in Capit. Caroli M.l.2.c.29. *per libellum & Emphyteusim*, in Charta Ugonis & Lotharii Italiæ Regum an. 934. apud Ughellum to. 2. p. 123. Charta Aystulfi Regis Longob. ann.753. apud eundem Ughell. to. 2. pag.108. *Aut homines tam ingenuos, libertos, quamque servos super terram ipsius Ecclesiæ manentes, sive Emphyteuticarios, &c.* Vide Petrum Damian. lib.4. Epist. 12. & Bignonium ad Marculfum.

EMPINIONES. Fridericus II. Imp. l.1. de Arte venandi c.50. *Sunt præterea quatuor pennæ & duræ in ala positæ, extra has decem forinsecas; & adhærent illi parvo ossi forinseco, quæ dicuntur esse loco pollicis: hæ quatuor vocantur Empiniones, & sunt minores pennis, & majores plumis.* Adde cap.50.

EMPIRAMENTUM, Deterioratio, ex Gall. *Empirement.* Charta Alani Episcopi Autisiod. *Empiramentum fossati Comitis est.*

EMPLAGIUM. Isidorus lib.19. cap. de Retibus. *Minus autem rete, Emplagium dicitur, à plagis.* Ex Græco ut videtur, ἐμπλάγιον, ἀπὸ τοῦ πλαγίου, quia obliquè & transversè tenduntur in viis, cujusmodi sunt δίκτυα ἐνόδια, apud Pollucem.

EMPLEIA, ex Gallico, *employ*, : jus utendi, fruendi. Charta Jausserannæ de Medullione an. 1223. to. 7. Spicilegii Acheriani: *Dono 7. mansiones hominum ---- & ipsos homines, & jus, & quasi jus, & actionem, & empleiam, quod vel quam in ipsis hominibus, & in eorum successoribus ---- habeo.* Mox: *Et Ecclesia prædicta*

prædicti homines & eorum successores empletum & servitium facere teneantur.

EMPONEMA, ex Gr. ἐμπόνημα. Julianus Antecessor cap.34. *Emponemata dicimus ea, quæ labore contrahentis in agro meliorata sunt.* Adde c.202.

EMPONEMB, unum è 12. auguriis, de quibus in verbo *Venta*, quod sic describitur à Michaële Scoto de Physionomia cap.56. *Emponemb, est augurium, quando homo, vel avis, venit à latere sinistro & transit ad dextram; nec eam vides repausare, sed evanescit à te: tunc est tibi bonum signum super negotio.*

EMPRENDIMENTUM. Fori Aragon.lib.4.tit.4. Ut monopolia, &c. *Quia propter monopolia, conventicula, emprendimenta, congregationes, convenientias, &c.* Gallis *entreprise*, Usurpatio.

EMPRESTARE, Accommodare, præstare, mutuo dare, ex Hisp. *Emprestar.* Fori Oscæ an.1247.fol. 5. *Postquam terminus fuerit transactus, in quo debuit recuperare suam pecuniam creditor, qui eam imprestavit.* Vide in *Præstare*.

EMPRISIA. Vide *Imprisia*.

EMPROSOPUS, ex Græco ἐμπρόσωπος, qui coram adest, vel qui personam alterius repræsentat. Sidon. in Panegyric. Aviti:

——— *Procerum tum maximus unus,*
Dignus qui patriæ personam sumeret, inquit.

Chronicon S. Sophiæ Benevent an.1037. *Quamobrem per rogum Joannis Galiardi, & Imperiali Emprosopo, &c.* Charta Rogerii Ducis Italiæ an. 1088. apud Ughellum tom.9.pag.629. *Stratigotis, Prosopitis, Vicecomitibus, &c.* Legendum puto, *Emprosopis.* Concilium Calchedonense Act.1. ὅσοι οἱ συγκαθεσθέντα οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἵνα εἰσέλθωσιν ἤτοι οἵτινες ὑπὲρ τοῦ προσώπου τοῦ εὐλαβεστάτου μονάχου πάρεισιν ἕτοιμοί εἰσιν, εἴπωσιν. Theophanes pag.312. ἐντελλάμενος τοῦ Παπάτζου ὡς ἐκ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐκεῖσε ὄντα, ubi Hist.Misc. *in persona sua vice deputatum.* Balsamon. in Synod. Trullan. in princip. λεγάτοι δέ εἰσιν οἱ ἐκ προσώπου λεγόμενοι, οἵτινες καὶ ἱερατικὴν διακονίαν ἔχουσι. Vide Leonem in Tacticis cap. 4. §.7.

EMPROTORTONUM, ἐμπροσθότονον, morbus contrahens caput ad scapulas; de quo Cælius Aurelian. lib.3. Acut. c.6. Joannes de Burnino Archiep. Viennensis in Epist. de Canonizatione Stephani Diensis Episcopi. *Mulier quædam — quæ in tantum afflicta fuerat Emprotortono, quod nullatenus dextrorsum, sinistrorsum, nec ad cœlum poterat respicere.* Leg. *Emprostotono.*

EMPTICA, Navis oneraria, mercatoria. Glossar. Græc.Lat. MS. ἀγόρασμος, *Empticus*: editum *Empticius*, habet. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Martinum mea prora vehat, sacra emptica nautæ.
Dulcis apex, spes fida ratis, leve pondus amantis.
Mercis onus suave est.

Infrà:

Mergit in undosum tumulatam sarcina proram
Ut petat ad portum, rerum facit emptica jactum.

EMPTOR, Officium aulæ Regiæ, cui incumbit *oves & boves & porcos emere, & inde forum Regis capere; sed cum taxatione fide dignorum, quantum valet ad opus Regis, & quantum valuerint per quindenam ante adventum suum in partibus illis, &c.* Fleta lib. 2. c. 17.

EMTURIUM. Synodus Francoford. an. 794. c. 3. *In omni loco, in omni civitate, & in omni emptorio, similiter vadant isti novi denarii, &c.* Ita in MS. Codice legi monet Baluzius, ubi Sirmondus *Emporio* edidit.

EMUNCTORIA, Forcipes ad emungendum lychnum, inter vasa acministeria sacra reponuntur à Durando lib. 1. Rat. c. 3. n. 28. Occurrit Exod. 25. ubi Mamotrectus: *Emunctorium est instrumentum quo temperantur lapides vel lucernæ.* Glossæ MSS. *Emunctorium, unde candela muncatur: hinc Emungo.* Papias: *Emunctoria, sunt forfices ad emungendas lucernas.* Græcus Bibliorum interpres ἐπαρυστῆρας vertit.

EMUNIS, *Emunire, Emunitas.*

Emunis, Immunis. Balbus in Catholico. *Emunis & Immunis dicitur, qui liber est à muneribus.*

Emunire, Immunem & *Emunem* reddere, facere. Gloss. Lat. Gr. *Emunit*, ἀσφαλίζεται, ὀχυροῖ. Charta Pipini Regis Franc. pro Monasterio S. Dionys. *Petiit ipse Abbas — ut per confirmationem nostram vel deliberationem nostram tale emunire deberemus præceptum.*

Emunitas, Hostiensi in Summa, est *Libertas concessa Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis, & rebus aliis ad eas spectantibus: & dicitur ab extra & munia, i. officia vel onera; à quibus Ecclesiæ sunt immunes.* Generatim est quodvis privilegium, à Principe concessum; vi cujus, viri, Ecclesiæ, ac prædia sub ejus protectione esse intelliguntur. Capitularia Caroli C.tit. 43.c. 20. *Eorum, qui nobiscum vadunt beneficia & villæ sub emunitate maneant.* Capitula ad Legem Salicam c. 2. *Si quis in emunitate damnum fecerit.* Synodus Vernensis ann. 755. c. 19. *Ut omnes emunitates per universas Ecclesias conservatæ sint.* Adde Capit. Caroli M. lib. 5. c. 13. Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 1. pag. 679. Spicilegium Acherianum to. 12. pag. 154. Diplomata apud Doubletum in Hist. Monast. S. Dionysii pag. 699. 700. 701. 822. Walafridum Strab. in Vita S. Galli cap. 12. Ratbertum de Casibus S. Galli cap. 2. 3. 6. &c. Ejusmodi *Emunitatum* formula extat apud Marculfum lib.1. Form 3.

Emunitas, Ambitus Monasterii, intra quem *immunitatis* jus erat. Chronicon Montis-Sereni an. 1205. *Ædificium Curiæ, quæ Præpositi vocatur, construxit. Ambitum emunitatis claustri muro amplexus est, &c.* Charta Chlotarii, Regis pro Fundatione Monasterii Wissenburgensis (fictitia) ibid. pag. 272. *Reliquâ verò familia legitimo loco & tempore ter in anno pro justitia facienda ad placitum advocati debet convenire, & in provicium (proficuum) advocati, si præsens est, singuli singulos denarios solvere, exceptis his, qui sunt in emunitate.* Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 69. *Quendam laicum debitorem suum ab emunitate monasterii — vi abstraxit.*

Emunitoriæ res, Quæ sub emunitate consistunt. Charta Ludovici Regis an.894. pro Isaaco Gratianopolitano Episcopo, ex Tabulario ejusdem Ecclesiæ f. 77. *Et quicunque contra hoc nostræ immunitatis præceptum aliquid contradicere vel violare præsumpserit, sciat se sicut & alias res emunitorias compositurum & emendaturum.*

EN & *Ena*, voces Nobilium utriusque sexûs nominibus præponi solitas apud Benearnos, scribit Marca lib. 7. cap. 16. num. 5. quæ quidem idem sonant quod *Dominus*, vel *Domina*: nec apud Benearnos duntaxat; sed & apud Catalanos; & Aragonenses, ut ex Raimundo Montanerio in Chronico Regum Aragon. ex Historia Expugnatæ Minoricæ Insulæ, & Chronico Petri Regis Aragon. editis à Michaële Carbonello, passim colligitur. Nescio an huc spectet epitaphium, quod descripsit Catellus lib. 2. Rerum Occitan. pag. 171.

En Ramon Arnaldus jacet hoc in marmore clausus, &c. Vide Andream Boschum in sua Catalania pag. 574.

ENACH, Emenda, Scotis, vel satisfactio, quæ datur alicui pro aliquo delicto seu injuria. Occurrit in Regiam Majestatem lib.2.c.12.§.7. lib.4.c.36.§.7.

ENAME-

ENAMELATUS, *Enamelyd*, vox Anglica, Encaustice, pictura encaustica. Occurrit passim in Inventario ornamentorum Ecclesiæ Eboracensis in Monastico Angl. tom. 3. pag. 170. & seq. *Ammaylare*, ibidem pag. 332. Gall. *Emailler*.

ENANTARE. Fori Aragon. lib. 1. fol. 25. ed. 1624. *Statuimus & ordinamus, quod omnes literæ, quæ imperatæ vel obtentæ fuerint amodo contra forum & consuetudinem regni Aragonum, ad impediendum officium Justitiæ Aragonum, quod ipsa Justitia non possit enantare, vel procedere, nec Justitiam facere partibus, secundùm quod suo officio convenit, &c.* Lib. 3. pag. 49. *Cùm processus, qui habitus est ad unum effectum & finem, prout est Ecclesiasticus, ad alium effectum tendit, subsequi non debeat, &c.* Lib. 4. pag. 115. v. *Illi contra quos dicti processus, enantamenta, vel executiones fient, &c.* Pignore V. *Nantum*.

ENAPHOTI. Anastasius in Paschali PP. pag. 152. *Fecit jam prædictus Pontifex canistra enafoti ex argento duo pens. lib. 10.* In Valentino II. pag. 163. *Obtulit — canistra ennafodia duo pens. lib. 15.* ubi canistra videntur esse ἑνὸς φωτὸς, vel ἐννέα φωτῶν, *unius*, vel *novem luminum*, hoc est ἑνόφωτα, vel ἐννεάφωτα. Vide *Exafocis*.

ENARGIA. Henricus Rosla in Herlingsberga:

Sed licèt anxietas premat, ac energia cunctos,
Vota tamen solvunt regnatori, &c.

Fortè *anergia*, ex Gr. ἀνεργία, otiositas, segnities.

ENCÆNIA, ἐγκαίνια, Templorum dedicationes. Quintilianus Declamat. 323. *Dedicatio est illa, quæ de nuo inducit, quæ sede destinata locat.* Papias: *Encænia, initia, vel novi templi dedicationes.* Gloss. MS. *Dedicationes, encænia.* Glossæ MSS. ad Conciliorum Canones: *In Encenis, id est, dedicationibus novis.* Isidorus lib. 1. de Eccl. Off. c. 35. *Quandocumque novum aliquid fuerit dedicatum, Encænia vocatur.* Fortunatus lib. 3. Poem. 4.

Cùm Salomon coleret generosi encænia templi.

Adde eundem de Vita S. Medardi cap. 19. Theodulfus lib. 2. Carm. 4.

Extiterant quondam Solymis encænia festa.

Encæniæ, feminino genere, apud Milonem Monachum Elnoiensem in Hist. Translationis S. Amandi n. 4. *Sacræ scilicet encænias Basilicæ, &c.*

Encænium, numero singulari, eadem notione. Hericus Monach. de Mir. c. S. Germani cap. 18. *Quòd sibi constaret evidentissimam impediri encænii functionem.*

Encæniorum templi varii sunt ritus, quorum præcipuus is, quod Sanctorum reliquiæ recondantur sub altaribus. Charta Alexandri Archiepiscopi Viennensis, in Tabulario ejusdem Ecclesiæ f. 67. *Quo opere perfecto, Richardus sanctæ Vivariensis Ecclesiæ Episcopus, ob meo jussu atque rogatu, ad eundem venit Oratorium, & more Episcopali illud consecrari studuit, atque pignora Sanctorum in honore sanctæ Genetricis Mariæ in pila altaris ibidem recondidit, &c.* Huncce ritum observant Scriptores alii, S. Ambrosius Epist. 85. Paulinus Epist. 12. p. 145. Beda lib. 5. Hist. c. 12. 21. Cyrillus in Vita S. Euthymii num. 122. Gregorius M. lib. 5. Epist. 145. Gregorius Turon. de Gloria Confess. c. 20. Candidus apud Browerum in Antiq. Fuld. lib. 2. cap. 4. p. 114. Balsamon lib. 1. Resp. 38. Synod. VII. c. 7. Baron. an. 389. n. 83. &c.

Oleo sacro inunguntur parietes, quod præter authores, qui de Officiis Ecclesiasticis scripserunt, docet Historia Dedicationis Ecclesiæ Cavensis num. 5. apud Bolland. 4. Mart.

Lustrantur aquâ benedictâ intus & exteriùs. Vide Tabularium Lemovicense ann. 1095. apud Beslium pag. 509. 510. & Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 124.

Diebus tantum dominicis Encænia fieri debere sanxit Concilium Cæsaraugustanum an. 688. c. 1.

Ad Ecclesiarum dedicationes vicinos Episcopos evocatos testantur Scriptores. Gaudentius Brixiensis tract. in Dedicat. Basilicæ SS. 40. Martyr. *Nam ut venerandas Sanctorum reliquias haberemus, Deus noster tribuit, — & hodie, ut adepti summorum Sacerdotum præsentiam, dedicationem celebrare mereamur, ipse concessit. Convenerunt enim Sanctissimi Antistites & Apostolici viri, ad persolvendum beatissimis Patribus & præceptoribus suis debitæ devotionis obsequium, ut ubertate plenissima benedictionum spiritualium ditaremur.* Fortunatus lib. 3. Poem. 4. ad Felicem de Dedicatione Ecclesiæ suæ:

Convocat egregios sacra ad solemnia Patres.

Adde S. Augustinum Epist. 251. S. Ambrosium Epist. 5. Vitam S. Athanasii pag. 22. Sozomenum lib. 4. cap. 13. Vitam S. Bernardi Archiep. Viennensis tom. 6. Vitar. Ord. S. Benedicti. Epist. 58. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. Candidum Monachum apud Browerum in Antiq. Fuld. lib. 2. c. 4. Fulbertum Epist. 118. Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 124. &c.

Convivia publica parabantur in Encæniis, de quibus copiosè Savaro ad Sidonium l. 4. Ep. 15. Vide *Dedicatio*.

Deferebantur reliquiæ præcipuæ totius diœceseos, quæ, finita dedicatione, in suas Ecclesias referebantur: de quo more agunt Baldricus in Chron. Camerac. l. 3. c. 49. Hist. Translationis S. Lifardi Abbat. c. 4. in to. 1. de SS. Ordin. S. Benedicti Fragm. Hist. Aquitan. pag. 81. edit. 1596. Charta Austindi Burdegal. Episc. an. 1062. apud Sammarthanos in Archiep. Ausciensib. Hemeræus in Augusta Viromand. pag. 124. &c. Has & cæteras Encæniorum seu dedicationis Basilicarum ceremonias attigerunt Gregorius M. in libro Sacram. pag. 147. ubi Menardus, Ivo Carnot. Serm. 4. de Reb. Eccles. Rhabanus lib. 2. de Instit. Cleric. c. 45. Durandus l. 7. Ration. c. 48. Durandus de Ritib. Eccl. lib. 1. cap. 24. vetus Charta an. 1186. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus p. 761. &c.

Celebrabantur etiam *Encænia* urbium, ut & eorum anniversarii dies, quorum ritus & ceremonias pluribus descripsimus in nostra CPoli Christiana: præterea Thermarum, Statuarum, & aliorum de novo excitatorum operum publicorum, uti sparsim observamus in ea lucubratione. Vide *Dedicatio*.

Encænia, Initia. Alanus in Anticlaudiano c. 3.

Et veluti quædam cantus encænia donat
Auribus, &c.

Encæniare, ἐγκαινίζειν, initiare, vel aliquid primò exercere, vel induere: unde vestem novam *encæniat*, qui primò eam induit vel portat. Ita Joan. de Janua ex Papia: *Encæniare novum aliquid induere.* Gloss. Lat. Gall. *essaier de nouvel.* Durandus lib. 7. Ration. c. 1. num. 27. *Nam & si quis tunica induitur, Encæniare dicitur.* Epitaphium Aligerni Abbatis Casinensis, de Monasterio Casinensi de novo instaurato:

Quod quia frustratum fuerat tam temporis, ille
Nisibus omnigenis enceniarat hians.

Ethelwerdus lib. 4. c. 4. *Enceniavit in Wintonia urbe arduam turrim, quæ tum noviter fuerat structa in honore Dei Genitricis Mariæ.* Gesta Regum Francor. usque ad Robertum, MSS. ex Bibl. Loiselliana an. 1013. *Floriacense Cœnobium casuali conflagratum est incendio: sed eo insistente infra biennium est restauratum & enceniatum.* Innocentius III. PP. in Epist. ad Parisium Archiepiscop. Panormitan. apud Lelium part. 2. §. 82. p. 46. *Noverat enim tanquam doctus, quia Quod nova testa capit, inveterata sapit, & ideo ne acesceret, quod vasi quis infunderet: nam sincerum vas tui pectoris adhuc recens non permisit, nisi recenti enceniari liquore, nec massam teneram passum est malitiæ aut nequitiæ corrumpi fermento.*

ENCÆNIUM, pro *Exenium* i. donum, munus. Ebrardus Betun. in Græcismo c. 11.

Fercula sunt Epulo: sed sunt Encennia Dona,
Quæ quandoque probis causâ mittuntur honoris.

Durandus lib. 6. Ration. c. 7. num. 21. *Senescalchi vel alii servitores, vel portantes encania, non solvunt jejunium, si prægustant cibos ante dominos.* Ubi vetus interpres Gallicus pag. 177. *Les Seneschaux, les Queux, les Cuisiniers & serviteurs des grands Seigneurs, qui portent presens de viande, &c.* Itinerarium Gregorii XI. PP. *Offerunt tibi encania, &c.* Vide *Exenium*.

Encaniare Muneribus quempiam donare. Joannes à Leydis in Chronico Belgico lib. 13. c. 2. *Qui postquam repatriare cum cæteris Principibus decrevisset, legaliter fuit encaniatus à Wennaro Marchione Ferrariæ.* Utitur præterea lib. 28. c. 2. ut & Chronicon Belgicum p. 187.

ENCALCARE. Vide *Encercare*.

ENCAUSTUM, ex Gr. ἔγκαυστον. Gloss. Gr. Lat. ἔγκαυστον, *recremandum.* Papias MS. *Encausta, pictura, quæ vetus molitur.* Rectiùs Gloss. Eccl. Parisiensl. *Pictura, quæ ex cera molitur.* Jo de Janua: *Encaustum, tinctura scribendi.* Matth. Silvaticus: *Medad, Medadi, Arab. i. Encaustum scriptorum & maximè Saracenicum, quod Dioscorides atramentum vocat.* S. Augustin. l. 13. contra Faustum cap. 18. *Imputet ergo sibi encausti munditia, quæ corio inhæsit agnino,* pergameno. Fortunatus in Epist. ad Syagrium l. 5. Poëm. *Lacrimantes oculi querelas mihi finxerunt; ad vicem encausti, & admirabili modo, aqua, quæ delere solet, per fletus scripsit.* De Encaustica pictura ita dicta agunt Plinius, lib. 35. c. 11. l. 36. c. 25. Vitruvius, Marbodeus lib. 1. de virtutib. herbar. cap. 3. & alii.

Incaustum, pro *Encaustum*, Italis *inchiostro*, Gallis *encre.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Incaustum vel atramentum*, Blæc. Balterus Monachus in Vita S. Fridolini Abbat. n. 2. *Et incaustum seu membrana non adfuit.* Bracton. lib. 5. tract. 5. c. 17. §. 2. *Licèt aliud pergamenum, & aliud incaustum.* Ita in Fleta lib. 2. c. 27. §. 5. Charta an. 1228. *Quapropter incausti et chartæ vitium aboleri incipiebant.* Statuta Ordinis *de Sempringham*: *Calefactorium nullus ingrediatur, — excepto Præcentore ad planandam tabulam, quam non scribat tempore laboris, & ad calefaciendum incaustum, & scriptoribus ad siccandum pergamenum.* Vetus Notitia seu Judicatum, apud Rocchum Pirrum tom. 1. Notit. Sicil. p. 311. *Unde ad certitudinem dictæ sententiæ posuimus nostra sigilla & Dominus Rex posuit suum signum per litteras rubeas, & signum Crucis fecit ad suam confirmationem, & fecimus instrumentum Episcopo & Domino Gilberto cum alphabeto cum incausto* (perperam *incastro*) *rubeo de donatione & contractibus.* Gaufredus Monachus de Gestis in causa Giliberti Porretani: *Attulit chartam, calamum & incaustum.* Occurrit in Regula S. Cæsarii ad Virgines in Recapit. c. 7. apud Udalricum lib. 2. Consuet. Clun. cap. 36. lib. 3. c. 18. Lanfrancum in Decret. pro Ord. S. Bened. c. 17. Thomam Walsingh. pag. 258. in libro Usuum Cisterciens. Ord. c. 72. In Statutis Guigonis pro Ord. Cartusiensi. cap. 7. §. 9. in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 277. &c.

Sacrum Encaustum, Scripturæ species, quâ solis Principibus uti fas erat, purpurea videlicet, *cum cocti muricis & conchylii ardore*, in l. 6. Cod. de Diversf. rescript.

ENCAUTUM, Scripturæ species, quæ fit per adustionem & cestrum, ἐγκεκαυμένον. Gloss. Lat. Gr. *Encaustum*, ἐγκεκαυμένον, ἠσφαλισμένον. Lex 3. Cod. Th. de Extraord. muner. *Manuque propria atque encauto nomina adnectant. Tabulis, vel encauto & cerussa conscribere*, in l. 1. eod. Cod. de Veteranis.

Encautaria, seu *Encautarii*, civitatem & provinciarum libri Censuales & publici, in l. ult. Cod. Th. de Censu, & l. 9. de Agricol. *Encauti breves*, libri, in quibus nomina & modus censualis possessionis continebantur, in l. un. eod. Cod. de Collegiat. Charta an. 1289. apud Anton. Brandaonum tom. 4. Monarch. Lusitan. p. 279. V. *Dom. Rex Portugalliæ Comes Boloniæ fecit cum consilio suorum ricorum hominum, & suorum filiorum de algo tale encautum, &c.* Infrà: *Pectetur istud encautum Dom. Regis &c.* Vide *Cautum.*

ENCENGIA. Vide *Andecinga.*

ENCERCARE, Inquirere, quærere, Gallis *chercher, encher cher.* Tertia Curia Generalis Cataloniæ sub Jacobo II. Rege Aragon. an. 1311. *Et inquirant, & indagent, seu encerquent contra dictos Officiales.* Vide *Circare.*

Encalcare, eadem notione. Usatici Barcinon. MSS. cap. 64. *Omnes homines habentes seniores, —neque guaytent personas eorum, nec encalcent, nec requirant, nec vulnerent, nec capiant.* In tit. Capitis, legitur *incalcet.*

ENCETERIA, *Machina lignea, quâ amphora sustinetur*, in Glossis antiquis apud Casaubon. ad Athenæum, ubi existimo vocem corruptam ex *incitega*, seu ἐλγυθήκη, uti repositorium vocabant Veteres, quod ad Festum observat Josephus Scaliger.

ENCHORI, *Encores, Incores lapides*, ; apud Gromaticos & Agrimensores, dicuntur indigenæ, nativi, nati in ipso solo, quasi ἐγχώριοι, ut censet Rigaltius. Frontinus: *Sed & lapides incores signati sunt.* Arceriana fragmenta: *Alii ponunt silices, alii Tiburtinos, alii Enchoros, alii peregrinos, alii autem politos & scriptos.* Quibus in locis *incores & enchori*, lapides sunt, quos idem Frontinus de Condit. agror. & Latinus *petras naturales*, Balbus *nativas*, Innocentius *lapides nativos, quod est ex ipso solo*, Mago denique & Vegoia, *saxa ex ipso metallo* vocant. Nam & *lapidum metalla*, præter Ulpianum dixit Senator lib. 3. Ep. 9. ut & l. 1. & 13. Cod. Theod. de Metallis. Nec aliud, opinor, sonat ἐγχώρηγον, apud Annam Comn. lib. 4. Alex. pag. 72. Constantinum de Adm. Imp. c. 29. Codinum Orig. CP. & alios, quibus id vocabuli sumitur pro materia ipso in loco, ubi ædificatur, eruta, quod pluribus disceptamus in Notis ad Alexiadem. His opponuntur *lapides peregrini*, apud Siculum Flaccum de Condit. agror. pag. 5. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 739. *Subitoque sapientum consilio murum de lapidibus impolitis, & sine cæmento inter civitatem & oppidum ædificavere. Ipsa enim materia opportunum, ut defenderent se, Christianis præstitit auxilium.* Vide Salmasium de Jure Attico pag. 256. Sic denique vocem *Incoris*, pro indigena usurpat Joannes Subdiaconus lib. 6. Vitæ Patrum Libello 1. num. 12. *Duo fratres erant ei vicini, unus peregrinus, & unus inchoris.* Sed & *Enchoria avium genera*, dixit S. Hieronymus Epist. 140.

ENCHIRIDIUM, ἐγχειρίδιον, apud Paulum Diac. in Præf. ad Vitam S. Mariæ Ægypt.

ENCLETICARE, Inclinare, ἐγκλίνειν, ex ἐγκλιτικός. Alanus in Planctu naturæ: *Caput demissione profunda dejectum, humiliter encleticabat in terram.*

Encleticus, Inclinatus. *Enclesis*, seu potiùs *Enclisis*, inclinatio. Idem in Anticlaud. lib. c. 6.

Encleticum gerit illa caput, nec corporis ullam
Jacturam patitur; sed lumen legat in imum,
Ut quibus insideat mens enclesis illa loquatur.

ENCOLPISMUS, ἐγκολπισμὸς, apud Horatianum lib. 3. Rer. medic. c. 2. pag. 72. dicitur infusio, quæ fit in sinum, quòd aliàs per pessum aut nastale medici fieri præcipiunt. Hinc *Encolpizare*, apud eundem lib. 4. pag. 83. Encolpismum adhibere: *Primò diffumigatur mulier, —— & encolpizatur pigmentis.* Math. Silvaticus: *Encolpismus, i. injectio alicujus medicaminis in matricem. Hinc Encolpizare, medicamentum in matricem injicere*

cere, quasi insinuare. Gloss. Græc. Lat. ἐγκοπλίζω, *insinuo.*

ENCOLPIUM, ex Gr. ἐγκόλπιον. Anastasius ad Act. 5. VIII. Synodi: *Crucem cum pretioso ligno, vel cum reliquiis Sanctorum ante pectus portare suspensam ad collum, hoc est quod vocant Encolpium.* Theosterictus in S. Niceta num. 33. ἐξήνεγκεν ᾗ ὅπερ ἐπεφέρετο ἐγκόλπιον ἱστορισμένον, ᾗ ἐν ὑποκεῖσαι τοῦ προσκυνῶν, &c. De ejusmodi Encolpiis plura diximus ad Alexiadem Anneam pag. 247. 248. Vide *Phylacterium.*

ENCRATICI. Iso Magister in Glossis: *Encrates, abstinens Græce: hinc Encratici hæretici, qui creaturas Dei damnant, dicunt non esse bonum manducare carnem, & bibere vinum.* Encratitæ, Adoni Viennensi an. 425. & aliis. Vide *Continentes.*

ENCUMBRARE: Vide *Cumbri.*

ENCYCLIA, Litteræ Encyclicæ, circulares. Vide Baron. an. 586. n. 50. & Meursium in Gloss.

ENDIMITA; *Vestimentum,* Ugutioni ex Græc. ἔνδυμα, indumentum.

ENDOGENIA, *Natura. Endogenitus, naturalis.* Ugutio.

ENDOTHYS. Hieron. Rubeus in Hist Ravenn. ex MS. ait Maximianū Archiepisc. donasse Ecclesiæ Ravennati *Endothyn byssinam pretiosissimam omnem Christi Dei historiam continentem:* præterea adjunxisse *ex auro aliam endothyn; in qua auro textili pictæ erant omnium qui illum præcesserant, Archiepiscoporum imagines.* Ubi rectè viri docti ἐνδύτην aut legi aut intelligi debere censent. Nam & Græcos mappam altaris majorem, seu mantile quòd insternitur altari, ita vocitare, auctor est Goarus ad Euchologi. etsi potior videtur conjectura hic ἐνδύτην sumi pro velo, quo altaris pars anterior tegebatur. Vide Descriptionē nostram S. Sophiæ num. 65. ubi adde apud plerosque Scriptorum ἐνδύτην masculino generi efferri.

ENEIA. Vide *Æneseia.*

ENERGIMA, ex Græc. ἐνέργημα, Operatio. Prudentius in Apotheosi v. 464.

Audiat insanum bacchantis energima monstri.

Ubi Iso Magister, *illusionē, vel imaginē, furias, &c. Energima, imaginatio vel fantasia unde qui fantasias dæmonū patiuntur, Energumeni dicuntur.* Sed hic contra quantitatē peccat Prudentius, cùm penultima longa esse debuerit.

ENERGUMENI, Papiæ, *dæmoniaci. Energumeni, sunt qui contempta Catholica doctrina, operationes diaboli, eas imitantur.* Vide Concilium Carthaginense IV. c. 92: Arausicanum I. c. 15. 16. &c.

ENETA. Vide *Aneta.*

ENFORTATI. Vide *Efforciare.*

ENFRANQUIMENTUM, Immunitas, Gallis *affranchissement.* Secunda Curia Generalis Catalaniæ sub Jacobo Rege Arag. an. 1299. *Quod non possumus facere donum, vel gratiam, nec venditionem, nec enfranquimentum, nec aliquo alio modo relaxare bovaticum illis personis, &c.* Vide *Affranquire.*

ENGANNUM. Vide *Ingenium.*

ENGARIA. Vide *Angaria.*

ENGASTER. Vide *Hogaster.*

ENGLESCHERIA, vox formata ex Saxonico *Englisc. Anglicus,* quasi *nativitas Anglica.* Est autem forma juris, qua quis Anglus origine ac nativitate esse probatur. Cujus vocis origo inde nata, quod, ut ait Bracton. lib. 3. tract. de Corona, cap. 15. §. 3. *in diebus Canuti Regis Danorum, qui post Angliam acquisitam & pacificatam, rogatu Baronum Anglorum, remisit ad Daciam exercitum suum, & ipsi Barones Angliæ erga ipsum Regem Canutum fide jussores extiterunt, quotquot Rex in Anglia secum retineret, firmam pacem per omnia haberent. Ita quòd si quis Anglorum aliquem hominum, quos Rex secum adduxit, interficeret, si super hoc defendere non posset judicio Dei, scilicet aqua vel ferro, fieret de eo justitia: si autem aufugeret & capi non posset, solverentur pro eo 66. marcæ, & colligebantur in villa, ubi quis esset interfectus, & ideo quia interfectorem non habuerunt, & si in tali villa pro paupertate colligi non possent, colligerentur in Hundredo, in thesauro Regis deponendæ.* Hac autem viâ suorum securitati consulendum existimarat Canutus, quòd haud ita pridem Ætelredus Rex sub prætextu inspiciendorum armorum uniuscujusque patriæ, uno eodemq; die Danos omnes per regnum universum Angliæ occidisset, ut est in Legibus Edwardi Confess. c. 35.

Post hæc igitur si quis per *murtrum* cæsus esset, Anglorum intererat probare eum qui occisus erat, Anglum esse, non verò Danum, ut à prestatione & solutione 66. marcarum eximerentur: idq; probabant per *Engleſcheriam,* seu *Engleſchriæ præsentatione,* coram Coronatoribus, *per duos masculos ex parte patris, & per duas fœminas ex parte matris de propinquioribus parentibus interfecti,* uti pluribus idem Bracton. exequitur §. 7. Quæ quidem lex à Danis ad Normannos transiit: nam postquam Normanni Angliam occuparunt sub Gulielmo Notho, suæ securitati modo simili cautum esse voluere, ut si Francigena, id est Normannus, occideretur, illius qui cædem perpetrarat justitia fieret, hoc est, vel plecteretur, vel judicio Dei se defendere ille teneretur; denique si aufugeret, & capi non posset, villa aut Hundredus pro ejusmodi homicidio inut murdro 66. marcas exsolveret vel certè 46. ut est in Legibus Willelmi Nothi cap. 53. Porrò, ut est apud eundem Bractonum §. 2. & in Fleta lib. 1. cap. 30. §. 1. & 2. *Interfectus pro Francigena reputabatur, nisi Engleſcheria rite coram justitiariis præsentaretur.* Abrogata est tandem lex ista Statuto anni 14. Edwardi III. ut Stanfordius refert lib. 1. cap. 10. *Angleſcheria* scribitur in Fleta.

ENGORGARE, ex *Ingurgitare.* Fori Aragon. lib. 3. tit. de Rivis: *De duobus molendinis quorum unum super aliud sit constructum, si illud quod est inferius engorgat quod est superius, &c.*

ENGRUNAGIUM. Tabular. S. Eparchii Inculism. p. 77. *Requirebat 1. arietem, 1. carucam ad sata sua ferenda, 1. gallinam, engrunagium fabarum, & in mensionario, qui terram illam colebat explegium suum. Et fol. 130. Bernardus siquidem Duzac in unoquoque mansuar... nto mansi & borderiæ, quæstum fabarum, qua vulgò dicitur Engrunatores faciebat.*

ENGUERA. Fori Oscæ 1247. fol. 9. *Debet dar 60. sol. pignorator pro calonia, & pignus reddere, & engueras tales quales judicat forus, &c.*

ENICA. Gloss. Eccl. Paris. MS. & Gloss. Regium Cod. 1013. *Enica, Adultera.*

ENICI, *Idolorum cultores,* in Gloss. MS. Eccl. Paris. sed legendum *Ethnici.*

ENIM, non semel redundanter usurpat Lucifer Calaritanus, nulla necessitate vel notione, quemadmodum Græci δή. *Cur me incusas quod enim sim.* Interdum pro *autem* usurpatur. Regula Magistri c. 82. *Hoc enim ne sit in aliquo, frequenter omnes scrutentur a Prepositis.* Anastasius Bibl. in Nicolao I. pag. 209. *Fecit enim in confessione ipsius sacratissimæ Basilicæ jugulum de auro, &c.* Eckeardus de Casibus S. Gall. cap. 3. *Scio, inquit ille, & optimè scio, nam enim semper facit, quòd semper fecit, &c.*

ENATENRA. Tabularium Carnotense an. 1225. *Et eadem domus debet fieri de decem enlatenris.* Occurrit ibi rursum.

ENNAFODIUS. Vide *Enafoti.*

ENNOS, *Ennoicus.* Ebrardus in Græcismo c. 9. & Brito in Synonimis:

Mango caballorum fit porcorumq; bubulcus,
At asini pastor fit agaso, boumque bubulcus,
Mulio mulorum, ennoycusque caprarum,
Nam caper est ennos, oviumque fit opilio dux

ENOLA, in veteri Glossario Saxonico; redditur Pærl, i. unio, margarita, *perle.* Ubi Somnerus legendum putat *gemmula, lunula,* vel *murenula.*

ENORMATE, *Cui addi minus nihil potest,* in Glossis Isidori.

ENORMIS. Vide *Abnormis*.

ENSATUS, *Ense armatus*. Jo. de Janua.

ENS, pro *Existens*, ab *esse*. Charta Pisanorum Capitanei, apud Guesnaium in Annal. lib. Massiliensib. p. 397. *Domino & Patronis unius Galeæ vocatæ S. Catalina, tunc entis in portu Massilia.*

ENSAPERDA, *Quoddam unguentum*, Papiæ.

ENSICIUM, *Occisio facta cum ense*, Ugutioni. Alia videtur apud nostros vocis *encis* notio. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 25. *Rat est fame efforciee. Eneis si est feme ençeinte, quant l'en la fiert, & elle meurt de l'enfant.* Vide ibi Notas nostras.

ENSIGNE, Sanguine minuti, phlebotomati, Gallis, *qui ont esté saignez*, vel ipsa sanguinis minutio. Statuta Ecclesiæ Leichefeldensis in Monastico Anglic. tom. 3. p. 244. *Si Vicarius ensignè fuerit, duas noctes solummodo quietis habebit, communionem non amittat. Et quod solum 4. vicarii, videlicet 2. ex utraq; parte chori quolibet mense solum ensigne recipient in festis tam 3. quam 9. lectionum, duplicibus festis, diebus Dominicis & festis omnino exceptis: proviso tamen quòd si aliquis vel aliqui de dictis Vicariis diebus Dominicis & vestivis ex causa opportuna ensigne recipiant, quòd horis intersint Canonicis & Missis --- sub pœna perdendi communiam diurnam.* Charta Gallica an. 1282. in Hist. Monast. Deiparæ Suession. *Et si vo lons --- que toutes les Dames & les rendues qui apr ès l' Auleluie se saineront, aient leur sainiez ainsi come en autre tam 5.*

ENTELMA, *Entilma*, Præceptum, mandatum, à Græco ἐντέλλομαι, *mando*. ἔνταλμα apud Georg. Acropolit. cap. 68. Glossæ Nomicæ MSS. Reg. Cod. 396. μανδάτον, ἔνταλμα. Leo Ost. lib. 1. c. 51. *Hic Symbaticus cum esset Imperialis Protospatius --- entilma fecit prædicto Abbati de Monasterio S. Sophiæ, &c.* Regestum Petri Diaconi apud Angelum à Nuce: *Ego Symbatico entilma facio tibi Regem Prando.* Et Infrà: *Videntes & cognoscentes nostram entilmam.* In altero Præcepto, ibidem: *Entelma facta à Joannatio Imperiali Protospathario & stratigo Langobardiæ, &c.* Perperam Entolina habetur apud Luithprandum, pro *Entelma*. Vide Ughellum tom. 8. p. 68. & Notas ad Cinnamum p. 475.

ENTHECA, *Enthica*, *inthica*, Reconditorium, ex Græco ἐνθήκη. Glossarium MS. Ecclesiæ Parisiensis. *Enticam Græco nomine repositam rei copiosæ substantiam appellamus.* Gloss. Sax. Ælfrici: *Entheca, supellex*, in eðclyfe, vel in orf. Glossæ Audomarenses: *Entheca, Repositorium, vel servatorium, sive pecunia, vel opes.* *Memoria* Entheca, apud Placiadem Fulgentium in Biblioth. Labei to. 1. pag. 668. Glossæ aliæ MSS. *Entheca, pecunia commerciis destinata.* Glossæ veteres: *merces*, ἐνθήκη. Ita *Entheca* promiscuè pro pecunia deposita ad quosvis usus, & thesauro, usurpatur. S. Augustinus in Serm. de Diversis 49. c. 4. *Enthecam nobis habere non licet, non enim est Episcopi servare aurum.* Cassianus lib. 4. de Cœnob. Institut. c. 14. *Cumq; totam Entheeam Cœnobii suam credat esse substantiam, &c.* Anastasius Bibl. in Versione Vitæ S. Joannis Eleemosyn. à Leontio scriptæ num. 14. *Emit enthecam, & misit in navem.* num 55. *Erat autem summa multa enthecarum suarum: habebant enim tantum vestimenta, & argentum, & alias res altiores, ut computaretur pondus --- centenariorum* 30. Apud JC. ἐνθήκην, fundum, seu fundi instructum significare observat Salmasius lib. de Modo usurar. pag. 24. 25. Vide Senatorem lib. 2. Epist. 4. Apulejum, Jurisconsultos, &c.

Enthica, pro *Entheca* haberi in l. 12. Cod. Th. de Operibus public. observarunt alii.

Inthica, in Regula Magistri cap. 27. extremo.

Enthica, ibidem cap. 93.

... *Endica*, vox etiam Italica. Vita B. Luchesii Tertiarii n. 2. *Frumenta ejus & blada singula observabat, indicas, ut vulgo dicitur, faciens, &c.*

Enthecarius, Negotiator, Ugutioni.

Enthecare, In horrea recondre, apud Fulgentium lib. 1. Mythol.

Entheca. Eadmerus de Æde sacra Cantuariensi: *Venerabilis Odo corpus B. Wilfridi —— in editiori Entheca, ut ipsemet scribit, hoc est in majori altari, quod in Orientali Presbyterii parte parieti contiguum ac impolitis lapidibus & cæmento exstructum erat, digniter* collocaverat.

ENTILMA. Vide *Entelma*.

ENTOLIN. Luithprandus in legatione: *Cùm Entolin, id est præceptum —— non haberent.* ex Gr. ἐνταλμα. Glossæ Gr. Lat. ἐντολὴ, *Comissum Mandatum*. Hinc ἐντολικάριοι. Mandatarii, in Concilio Ephesino p. 302. edit. 1618. Vide *Entelma*.

ENTOMA, Insectum, quasi ἔντομα. Vita S. Senorinæ Virg. n. 4. de Ranis: *Tunc Senorina garrulas animalium molestorum voces consopire disponens, ne in cæterum perstreperent, imperavit: quod evenit; nam ulteriùs nullum hujus generis in termino illo conspectatur entoma.*

ENTREGA, In integrum restitutio, vox Hispanica, occurrit in observantiis Regni Aragon. lib. 5. tit. de Fidejussorib. §. 32.

ENULESTIO, *Enulestinium*, τιλμὸς ὀσπρίων, in Gloss. Gr. Lat.

EODORBRYCE, vox Saxonica, *sepis fractio*: ab Eoðoꞃ, sepes, & Bꞃyce, fractio: occurrit in Legibus Aluredi Regis Westsaxiæ cap. 45. editionis Saxonicæ 36.

EOLOGIA. Formula Andegavensis 2. *Quia conjunxerunt mihi culpas & meas magis necligentias pro furta quid fieri, unde ego in turmentis fui, & elogias feci, & morte pericolum ex hoc incurrere debui, &c.*

EORLA, & *Eorl*, Comes, Dux, Consul, Anglo-Saxonibus, vox Danica, ut quidam volunt: quod in dubium vocat Somnerus in Glossario Saxonico. Certè *Jarl*, Danis priscis, Barones appellari observat Wormius. Ethelwerdus lib. 4. c. 3. *Consules ruunt, quos illi Eorlas solent nominare.*

EPACARE. Pacare, Gallis *appaiser*. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 93. *Walterum multa mercede donabat, plus pollicitus, si quovis modo tantæ pestis molimina epacaret.*

Epactio, vel Apactio, in Tabular. S. Dionys. Lemovic. Chart. 5. pactum. Vide *Apactare*.

EPACTA. Papias: *Epactas Latini vocant adjectiones annuas, lunares que per undenarium numerum usque ad tricenarium in se revoluentes, quas ideo adjiciunt, ut lunaris emensio rationem solis sequatur. Luna enim juxta cursum suum 28. dies lucere dignoscitur, & fiunt in anno lunares dies 354. remanentque ad cursum solarem dies 11. quos adimunt: absq; iis enim non invenies lunam, quota sit in quolibet anno, mense, vel die. Istæ Epactæ semper 11. Kl. April. inveniuntur, quo quota fuerit luna, tota erit Epacta eodem anno: continentur enim Epactæ circulo decemnovennali.* Vide Dionysium Exiguum de Ratione Paschæ, Isidorum, & Compotistas: præterea ex neotericis Scaligerum l. 7. de Emend. temp. Gassendum de Calend. Rom. &c.

EPADIRE, *Dicere, manifestare*, Ugutioni.

EPANAGNOSTICON, ut ait Anastasius Bibliothec. ad Synodum VIII. *dicitur scriptũ quod palam legitur.*

EPANLEUM, *Ascensio tortuosa*, Papiæ.

EPATULA, *Aqua* Papias.

EPARTUS, *Perfectus*. Papias.

EPHALMATORES, apud Jul. Firmicum lib. 8. Mathes. c. 8. sic dicti quòd saltu corpora ejacularentur, à Græco ἐφαλμα. Vide Manilium lib. 5.

EPHEBIA, ἐφηβία, *prima pars adolescentiæ*, Papiæ, *vel juvenum eminens pulchritudo, vel collectio Epheborum*, Alexander:

Quo prostant pueri, locus est Ephebia dictus.

Machab. lib. 2. c. 4. v. 9. *Super hoc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati ejus concederetur gymnasium & Ephebiam sibi constituere.* Ubi *Ephebia* locus est ubi prostituebantur Ephebi: seu. ut est in Mammotrecto,

trecto, *prostitutio, vel prostibulum puerorum.* Brocardus in Descript. T.S. lib. 2. cap. 2. Edit venetæ 1513. *Loco lupanarium plerumq, in urbibus constituunt ephebias.* Gloss. Isid. *Ephebion, locus constuprationis puerorum imberbium. Virorum lupanaria,* in Constit. Valentiniani tit. 5. Collat. Legis Mosaicæ. Vide *Feminare, Molles.*

EPHETA, vox Hebraica, i. *adaperire,* quam in Baptismi ritu ac orationibus admittit Ecclesia, impiè verò irridet Calvinus ac fœdè conspuit, cùm eam osculenti r Patres Ambrosius, Augustinus, cæterique Scriptores, utpote profectam à facto Servatoris, qui cæci mutique aures & linguam obliniit sputo.

EPHOLÆ, pro *Epulæ,* in l. 20. Cod. Th. de Paganis. Vide Conjecturas Jac. Gotofredi.

EPHOT, vel *Ephod,* Amictus, vestis Sacerdotalis. Extat in Missa veteri ab Illyrico edita Oratio *ad induendum Ephot vel amictum.* Eucherius Lugdun. *Ephod, vestis Sacerdotalis, quæ superindumentum, vel super humerale appellatur. Est autem velut in caracallæ modum, sed sine cucullo, &c.* Vide Interpretes Biblior. ubi hæc vox Hæbraica non semel reperitur.

EPICAUSTORIUM, in Glossis MSS. est *Eminentior locus in ædificio ad ejiculandum, vel solarium puellare:* apud Joan. de Janua, *Instrumentum quod sit super ignem causa emittendi fumum. Item est locus unguentorum ubi se ungebant ad ignem, vel ubi unguenta fiebant ad ignem, vel deniq. locus discernendi causas; & in qualibet harum significationum accipitur in Passione S. Thomæ.* Locus habetur apud Ordericum Vitalem l. 2. p. 412. *Ecce januas hic disponam, & ad ortum solis ingressum; primo Proaulam, secundo Salutatorium, in tertio Consistorium, in quarto Tricorium, in quinto zetas hyemales, in sexto zetas æstivales, in septimo Epicaustorium, & triclinia accubitalia, &c.* Papia etiam, *Epicaustorium,* est *locus unguentorum.*

EPICOENUS. Gloss. Gr. Lat. ἐπίκοινον. *Promiscuum, Epicœnum.* Utitur Quintilianus lib. 1. c. 7. 10.

EPICROCUS S. Columbanus Epist. 3. *Idcirco quamvis trisulcus arcuato vulnere scor ius insurgat, in his, de quibus scriptum est extentaere linguam suam, sicut arcum mendacii, qui nova quæque, licet Epicroca, judicant, &c.* Ubi leg. videtur *Epichronia,* ex ἐπίχρονος, vel ἐπιχρόνιος, *vetustus.*

EPICURIUS, ex Græco ἐπίκουρος, & βοηθός, Adjutor, defensor Hesych. ἐπίκουρος, βοηθός. Vita S. Vitalis Siculi num. 23. *Quia eidem civitati fieret Epicurius maximus & defensor.*

EPIDECEN, vel *Epidicen,* Vestis Monachorum, Ugutioni: sed videtur perperam scripta vox, pro *Ependytes,* Est autem ex Græca formata ἐπενδύτης, quâ indigitatur vestis exterior, quæ Monachis Egyptiis pellicea, seu melotes, Occidentalibus ut plurimùm lanea. *Superindumentum* vertit S. Augustin in Quæst. super Judic. l. 7. c. 41. Ita usurpat S. Athanasius de Virg. ὁ ἐπενδύτης σου μέλας. *Tunica tua sit nigra.* Gloss. Gr. Lat. ἐπενδύτης, *Instata* (legendum fortè *Instrata,* vel *Instita,*) *hæc superaria* Gloss. Lat. Gr. *Superaria,* ἐπενδύτης. Joan. c. 21. de S. Petro: τὸν ἐπενδύτην διαζωσάμενος. Evagrius in Vita S. Antonii c. 23. *Lavit ependytem suum.* Ubi quædam Additiones addunt *scapulare,* quomodo fortè hæc vox intelligitur apud Pachymerem l. 4. c. 7. Hieronymus in Vita S. Hilarionis: *Pelliceum habens Ependyten.* Perperam verò Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. ἐπενδύτης, τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃς καὶ ὑποκάμισον λέγεται. Ita Suidas confundit ἐπενδύτην, & ὑποδύτην, quæ est *Interula.* Vide Nicol. Fullerum l. 2. Miscell. Sacr. c. 11. & Salmasium ad Tertull. de Pallio pag. 379. Homagium Gerardi de Ventadour an. 1362. *Amotis Capucus, & papileis, & amotis zonis, cultellis, & incotardia, cum de subtus cotardiam, ut dixerunt, tunicam aliam decentem non haberent.*

Ependeton, in Gloss. Saxon. Ælfrici, Cop. vel hoppa ða, vel ufferest [illegible] i. Ependytes, seu vestis qua alius insternitur.

Eppendis, Amphibalum, in Glossis MSS.

Epiades, in Vita S. Aventini Presb. c. 2. *Vestimentum autem ejus ad membra corporis hirsutum cicilium, tunica squalida, cingulum pelliceum, epidetem habens laneam, cucullam vetustam.*

Empeditis. Mammotrectus ad Legendam S. Hilarionis: *Empeditis, vestis Monachorum congruens honestati, usq. ad pedes descendens in modum Diaconalis Dalmaticæ.*

Nescio an *Ependyten* intelligant Assisæ Hierosol. MSS. cap. 9. 4. *Les Chevaliers qui se combatent pour murtres ou pour homecide, se doivent combatre à pié, & sans coiffe, & estre roignés à la reonde, & estre vestus de cotes vermeilles, ou de chemises, ou de doubles decende courtes jusques au genoill, & les manches copées jusq. dessous le coude, &c.*

EPIDENDÆ. Felix Monachus Gyrwensis in Vita S. Guthlaci n. 5. *Peractis vero mensium Epidendarumque cursibus, cum pariendi tempus immineret, &c.* Uticensis Codex, uti monet eruditus Mabillon. *mensium Epipendarum dierum cursu* absq; copula præfert. Ex quibus satis patet barbaro hoc & incerti licet etymi vocabulo innui totos illos novem menses, quibus uterum gerit mulier. Editio verò Bollandina hoc loco præfert: *Peractis verò mensium hebdomadarumq. cursibus.* Ubi Henschenius monet vocem *Epidendarum,* quæ in aliis codicibus reperitur, poni pro *Interpendentium:* sed id meræ est conjecturæ ac incertæ. Alia suggerit eruditus Cotelerius in Notis ad to. 1. Monumentor. Ecclesiæ Græcæ pag. 715.

EPIDIPNIS, ἐπιδειπνίς. *Post cœna* Fragm. Petronii p. 60. *Nec ullus tot malorum finis fuisset, nisi epidipnis esset allata, turdis, siligine, uvis passis, nucibusq. fartis.*

EPIGRI. Isidorus lib. 19. Orig. c. 19. *Epigri & clavi sunt, quibus lignum ligno adhæret.* Ita etiam in Gloss. Isid. Gloss. Saxon. Ælfrici; *Epigri, vel clavi:* Naʒle, i. Clavi. Meursius in Gloss. *Epiuri* rescribendum censet. Gloss. Gr. Lat. γόμφος ἐπίουρος. *Compages.* Hesychius: ἐπίουροι, ἧλοι ξύλινοι. Vide eundem Meurs.

EPILEPTICUS. Gloss. Lat. Gr. *Caducos,* ἐπιληπτικός, Emendandum, *Caducus,* ἐπιληπτικός, & in Gloss. Græcol. Willelm. Apul. l. 1. de Gestis Normannorum:

Dum fedit Michael Epilepticus Imperiali
Præsidio.

S. Bernardus in Vita S. Malachiæ c. 30. *Erat autem epilepticus, & cadebat frequenter.* Vide Gregor. Turon. lib. 4. Hist. c. 12. lib. 5. cap. 5.

Epilenticus pro *Epilepticus,* scribitur apud Plinium l. 3. de Medicina c. 10. Jul. Firmicum l. 6. c. 31. l. 7. c. ult. Conradum Marpurg. de Vita S. Elizabeth. p. 288. in Vita S. Samsonis Episc. Dolensis lib. 2. c. 3. apud Joan. de Deo in Pœnitentiario lib. 5. c. 6. &c.

Epilentiscus, apud S. Odonē lib. 4. de Vita S. Geraldi c. 8.

Epilempticus. Charta Ethelredi Regis Angl. tom. 1. Monastici Anglic. *Si quis tam epilempticus philargyriæ seductus amentia, &c.* Utitur etiam Alexander Jatrosophista l. 1. Passionum cap. 8. & alibi non semel.

Epilencia. Gloss. Lat. Gall. *Epilencia, le mal de quoi on chiet.*

Empilentia. Ugutio: *Empilentia, passio sic dicta, quia mentem apprehendens, & corpus possideat, &c.* Ita apud Cantipran. *Epilentia,* pro *Epilepsia.*

Epilensia, & *Epilencia,* in Vita S. Lamberti Episc. Vencienfis, & apud Michaelem Scotum lib. de Physion. c. 12. Egidius Corboliensis MS. de Virtutib. medicaminum:

Per momenta suos Epilensia domat omnem,
Aurea nequitiam.

Epilensis, in Statutis Ordinis *de Semphringham* p. 735. *Epilenticus* ibid. *Epilense,* etiam nostris olim. Vide Guillelmum Tardif Lectorem Caroli VIII. Reg. Franc. in tractatu de Falconaria, parte 2. c. 5. Gariopontus lib. 1. cap. 7. *Epilepsia dicta est à mentis & sensûs oppressione, quibus occupatis, corpus occupatur.*

EPILOGARE, *iterare*, in Glossis MSS. Regiis. Italis, *Epilogare*, idem valet ac recapitulare, seu breviter repetere, ac in Epitomem redigere, ut observat Aleander in Responsione ad Occhi... Andræas Monachus Fontis-Evraldi de Morte B.Roberti de Arbresello: *Pœnitebat ex altera parte ex hoc quod omnia mandata non observaverat, & ut omnia ejus verba dicam epilogando, se servum inutilem fuisse per omnia plangebat ejulando.* Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *Illuc turtur suo viduata consorte, amorum epilogare dedignans, bigamiæ refutabat solatia.* Rursum: *Tunc Hymenæus solemniori vultu lætitiæ gratiarum actiones epilogans, &c.*

EPILOGONIUS *terminus*, qui ratione potiùs & animo concipitur, quàm per evidentia signa. Vitalis & Arcadus Gromatici: *Terminus à ferro taxatus si fuerit, & subditum nihil habuerit, Epilogonius nuncupatur.*

EPILOGIUM. Gloss. Lat. Regium: *Epilogium, novissima pars controversiæ, quæ preces tantùm habet, vel narratio miserationis.*

Epilogium, Epitome. Epist. Alexand. IV. PP. apud Baron. an. 1148. *Qualiter scilicet 28. titulis eorumque Sacerdotibus tota urbs* (Roma) *distributa sit, quatenus posteris nostris, quasi epilogio comprehensa, lucidiora sint.*

EPILOGUS, Epitome. Vita S. Drausii Episc. Suess. n. 20. *Paucis de plurimis sub epilogo recitatis.*

Epilogus, Epitaphium. Ordericus Vitalis l. 12. p. 874. *Versibus hexametris epilogum brevem super illo edidi.*

EPILORICUM, Ἐπιλουρίκιον, Vestis quæ loricæ insternitur. Regestum Petri Diaconi Casin. n. 146. *Misit unum epiloricum de dorso suo oxideauratum.* Vide Rigaltium & Meursium in ἐπιλωρίκιον, & Dissertat. 1. ad Joinvillam.

EPIMENIUM ἐπιμήνιον, Gloss. Isid. *Epimenia, semia*, seu *xenia*. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Epimenia, exenia quæ dabantur per singulos menses.* Ita etiam Gloss. Isid. Ugutio: *Epimenia, orum, expensæ, vel exennia, vel tributa, quæ dantur per singulos menses post defectum lunæ, i. post novilunium.* Gildas sapiens de Excidio Britanniæ: *Item queruntur non affluenter sibi epimenia contribui, occasiones de industria colorantes, & ni profusior ejus magnificentia cumularetur, testantur se cuncta Insulæ, rupto fœdere, depopulaturos.* Paulò antè *annonæ* verbo utitur: *Impetrant sibi annonas dari, &c.* Vita S. Maglorii Episc. Dolensis c. 27. *Regi suadebant ut viros strenuissimos navigandi peritos inquireret, qui eandem navem cum tantis epimeniis Maglorio incolumem præsentarent.* Usus est hac voce Juvenalis Sat. 7. ad quam vide veterem interpretem, & Pithœnum.

EPIMETRUM, quod à conlatoribus, susceptoribus specierum annonarium supra & præter modum collationis dabatur ad levandum dispendium, in l. 15. Cod. Th. de susceptor. *Pour le deschet*, inquit Jac. Gotofredus.

EPIPANTI, pro *Hypapanti*, in Charta anni 1119. apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 870. *Festum B. Mariæ quod vocatur Epipanti, i.* Occursus Purificationis. Vide *Hypapante.*

EPIPEDONICUS *terminus*, Medius, ἐν ἐπιπέδῳ. Frontinus: *Sunt & medii termini, qui dicuntur Epipedonici.*

EPIPHANIA, Festum quod Christiani celebrant ex antiquo ritu 6. Januarii, ut ex Ammiano l. 21. colligitur. De nominis ratione ambigunt doctiores, etsi in eam videantur ire sententiam, ut putent ita dictum, quòd cùm hac die Baptismatis Christi solennitas agatur, tunc primùm Christus cœperit gentibus manifestari, qui antea latuerat omnibus, atque adeò ipsi ejus Prodromo, qui in Evang. Joan. c. 1. 31. ait, *Ego nesciebam illum.* S. Hieron. l. 1. in Ezech. c. 1. *Epiphaniorum dies huc usque venerabilis est, quod huic tempori congruit, quando dictum est, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.* Id etiam adstruit Joan. Chrysost. in Homil. de Baptismo Christi, qui auctor est ita dictum festum, quòd Christus in Baptismo ἐπεφάνη, id est, demonstratus est, innotuit. cœlesti voce.

Isidorus verò Hispal. l. 1. de Off. Eccles. c. 26. vult. Epiphaniam esse dicta, quoniam stella ἐπεφάνη, apparuit in cœlo, quando scilicet Magi Christum jacentē in præsepio adoraverunt. Nam hac die non Baptismum Cristi duntaxat, sed & Adorationē Magorum & primū in Cana miraculum celebrant Christiani. Consentit Ptolemæus Silvius in Laterculo: 8. *Id.* (Januar. *Epiphania, quo die interpositis temporib9, & stella Magis Dominū natum nuntiabat, & aqua vinum facta, vel in amne Jordanis Salvator baptizatus est.* Papias: *Epiphania, Græcè apparitio dicitur, vel manifestatio: hoc enim die Christus sideris indicio Magis apparuit adorandus, vel in Baptismate ostensus est, vel quo primo signo aquam in vinum mutans se propalavit.*

Alii censent abusivè *Epiphania*, seu *Epiphaniorum* appellationem huic inditam festo: quippe cùm pluri-mæ Ecclesiæ in diem illum Natalem Domini referrent & Baptisma, quod de Ægyptiacis testantur disertè Cassianus Collat. 10. c. 2. & Jo. Chrysostomus Hom. in Lucam cap. 2. de Græcis Asiaticis & Syris Epiphanius in Panar. Hær. 51. Natalis verò Christi ἐπιφανείας, & ἐπιφανίων nomine donetur à Patribus, quia tunc primùm apparuit nascendo Christus, factum postea ut Ecclesia CPolitana, quæ Romanæ usum amplexa, natalem Christi cœpit celebrare die 25. Decemb. priorem nomenclaturam diei sextæ Januar. attribuerit, ut quæ prius colebatur tanquam natalis Christi. Lexicon. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. & Suidas: Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔνσαρκος οἰκονομία. Ita Natalem domini vocat Zonaras in Juliano, quem Ammianus loco laudato *Epiphania.* Vide Casaubonum ad Annal. Baron. Exercit. 2. c. 11. eundem Baron. ad Martyrol. & Jacobum Gotofred. ad l. 5. Cod. Th. de Spectacul.

EPIRHEDIUM, Curus, vox Hibrida. Ex Græco ἐπὶ, & *rheda* dictione Gallica. Papias: *Epirhedia, majora vehicula.* Contra Ugutio: *Epirhedia, propriè minora vehicula.* Britannicus ad istud Juvenal. Sat. 8.

Trito ducunt Epiredia collo,
Cornipedes.

Epirhedium ait currum significare, vocabulumque Romanos, auctore Fabio, ex duobus peregrinis suum fecisse. Gellius verò auctor est quosdam sensisse vocabulum totum esse barbarum. At veteri ejusdem Juvenalis interpreti, *Epirhedia, ornamenta rhedarum, aut plaustra* dicuntur. Jo. de Garlandia in Synonymis:

Sunt supra redam partes Epiredia dictæ.

Acta S. Marcelli PP. lib. 1. c. 3. *Quem etiam opprobrio Christianorum indie processionis suæ, ante epirhedia sua protrahi fecit nudum & ligatum.* Vid. Quintilianum l. 9. c. 7.

EPIRO, *nis Memoria* Ugutioni.

EPISCOPA, Uxor Episcopi, seu illius qui postea in Episcopum consecratus est. Concilium Turonense II. c. 13. *Episcopum Episcopam non habentem nulla sequatur turba mulierum.* Vide Baron. an. 34. n. 289. Sic *Episcopissa, uxor concubina Episcopi.* Acta Episcoporum Cenomanensium in Mainardo *Quadam enim die cum ægrotare cœpisset, placuit, ut sanguinem minueret: qui dum esset flebolomatus, nocte insecuta dormivit cum Episcopissa, &c.*

EPISCOPATUS, urbis Venetæ regiones appellantur in Statutis Venetis lib. 1. c. 8. *Vescovado.*

EPISCOPALISSIME. Anastasius Bibl. in Versione Vitæ S. Dionysii à Methodio conscriptæ: *Et cùm excoluisset Athenas, ac si quidam fructifer amplissimus, episcopalissimè venit Romam, præceptorem etiam in hoc imitatus.* Ubi vir doctissimus Petrus Franc. Chiffletius vim vocis Græcæ haud bene cepisse Anastasium observat, ἐπισκοποτάτως, *Directè ad scopum, quem sibi Dei instinctu proposuerat, &c.*

EPISCOPUS, ex Gr. ἐπίσκοπος; quo nomine magistros aliquos è suis vocabant Athenienses, qui per provincias & regiones suæ ditioni commissas excurrebant, quo eas in officio & fide continerent: Latini verò eos qui præerant pani, l. ult. §. 7. D. de Muner & honor. cujusmodi fortè fuit ille cujus mentio est in veteri

veteri inscriptione apud Joffredum in Notit.urbis Niciensis p.6.Encherius : *Episcopus superinspector,& ideo Propheta ait, Speculatorem te posui domui Israel.* Gloss. Lat.Ms.Regium : *Episcopus, Visitator,superspector, speculator.*S.Augustin.lib.19.de Civit Dei cap.19. *Episcopatus nomen est oneris, non honoris.Græcum est enim, atque inde ductum vocabulum, quòd ille qui præficitur superintendit, curam eorum scilicet gerens.* Ibidem libro primo c.9. *Ad hoc speculatores, id est populorum Præpositi constituti sunt in Ecclesiis, ut non parcant objurganda peccata.*Rabanus poëm.4.

Tu decus es populi vocitaris Episcopus ipse :
Et superintendens, dux eris atque Gregis.

Et Poëm. 10.

Nam superintendens pie,Episcopus ipse vocaris.

Vide S. Hieronymum Epist.85.Synodus Romana sub Eugenio II.PP.cap.3. *Episcopum bono opere consistere oportet,ut factis congruentibus luceat , ut optimus speculator existat, &c.* Et c.26. de Episcopo : *Cùm sit optimus prospector.* Nicolaus PP. Epist.12.Append. *Frustra speculatores dimur, si venientem lupum à longè non cernimus. Frustra enim Episcopi, id est, Superinspectores, vocamur, si futurum exitum per antecedentia signa minimè contemplamur:* Adnuntiatio Herardi Archiep. Turonin Concil.Suession. III. *Hoc enim speculatorum officium est, quo nomine nos Episcope, non merito, sed gratia nominamur à Domino, ut imminentia prospicientes pericula, his quorum salutem suscepere, adnuntient.* In Charta Inæ Regis Anglorum Occidentalium à Spelmanno inter Concilia an.725.edita, *Daniel inspector plebis Dei* subscribit. Vide Epistolas Sigefridi Episcopi Moguntini apud Tengnagelium , Amalarium in Eclogis de Officio Missæ p.1357. Innocentium III.lib.1.de Sacrif. Missæ c.7.Rabanum lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 5. Hincmarum Remens. Opusc.14.n.5.&c.

Episcopos Apostolorum successores esse & dici colligitur ex Cypriano Epist.66.D.Hieronymo Epist. ad Evagrium,D. Gregorio Hom.26. in Evang. Clemente Ep.1. ad Jacob,fratrem Domini , &c.

Episcopus Abbas. Vide Infrà *Episcopi vagantes.*

Episcopus Cardinalis, id est proprius, Gallis, *Enchef*, in capite, *quomodo Abbatem Cardinalem* dici, suprà annotavimus. Gregor.M.lib.2.Ind 11. Ep. 24. de Episcopo visitatore. *Et præter ordinationes Clericorum, cætera omnia tanquam Cardinalem & proprium te volumus agere Sacerdotem.* Ita *Presbyterum, Sacerdotem, & Episcopum Cardinalem*, pro proprio Episcopo alibi non semel usurpat, lib.1.Epist.77.79.lib.2. Ind. 10. Epist. 25.Ind.11.Ep.13.14.lib.12.Epist.2. Hadrianus II. PP. Epist.11.de Actardo Nannetensi Episcopo, qui à paganis Ecclesiâ suâ pulsus fuerat : *Decernimus hunc sanctissimum — Actardum Ecclesiæ, quæ fortè suo fuerit viduata rectore, penitus incardinari, quatenus in ea constitutus officia Episcopalia — exerceat, &c.* Idem porrò Actardus Nannetensis ad Turonicam sedem postea incardinatus, *Cardinalis Metropolitanus & Archiepiscopus Turonicæ Ecclesiæ*, dicitur in Epist.ejusdem Hadriani PP.ad Episcopos Synodi Duziacensis edita à Sirmondo : ut Frotharius Burdegalensis Archiepiscopus ad Bituricensem Ecclesiam incardinatus, dicitur *Cardinalis factus in Bituricensem Ecclesiam*, in Epist.8. Joannis VIII.PP.Vide ejusdem Epist.13. & 14.Epistola Urbani II.PP.de Lamberto Episcopo Atrebat.tom.5.Spicilegii Acheriani p. 553. *Vestram ergo dilectionem literis præsentibus admonemus, atque præcipimus, ut ei deinceps tanquam Cardinali Episcopo, tanquam Beati Petri manibus consecrato subesse & obedire curetis.* Adde EpistolamHugonis Archiep.Lugdun.ibidem p.552.AliaEpist. ejusdē Urbani tom.3.ejusdemSpicil.p.124. *Per præsentis itaque privilegii paginam — statuimus,ut Atrebatensis Ecclesia deinceps semperCardinalem sortiatur Episcopum:* Hic autem agitur de Episcopatu Atrebatensi,qui unitus Cameracensi, ab eo avulsus fuit ab Urbano PP.dato ei Episcopo Cardinali, seu proprio.Bulla Anacleti II. Antipapæ pro Erectione Abbatiæ Cephaludensis in Episcopatum, apud Rocchum Pirrum tom.1.p. 309. *Præfatam Ecclesiam sedem Episcopalem fore deinceps — decernimus, in qua Cardinalem Episcopum volumus de cætero permanere, qui per manus Archiepiscopi Messanensis mysteria consecrationis accipiat.* Aliis *Episcopus proprius* dicitur.HeHerimannus de Restaurat.S Martini Tornacensis cap.97. *Mandavit etiam Clericis Tornacensibus ut ad eum irent, libertatem recepturi proprii Episcopi.* Et cap. 114. *Novum pastorem Tornacensibus destinat, & eos ab obedientia Noviomensis Episcopi absolvit, usque semper habeant proprium Episcopum auctoritate privilegii sui promulgavit.* Vide Hadriani PP. Epist. 15. Diurnum Romanum cap.3. tit.11. Hincmarum Rem. Opusc. 45. c. 8. 12. Flodoardum lib. 3. Hist. Rem. c. 21. lib. 4. c. 6. Concilium Duziacense I. pag. 299. 301. 302. edit. Cellotii, & Franciscum Florentem ad lib. 7.Decretal. p.267. 268.

Erant præterea Episcopi quibus id indultum erat privilegium, ut Romanæ sedis Cardinalibus accenserentur ; quod quidem jus attributum Archiepisopo Magdeburgensi ajunt. Historia Fundationis ejusdem Archiepisopâtus edita ab Henrico Meibomio : *Ordinavit & privilegio Apostolicæ auctoritatis sanxit ac confirmavit eum in omni ordine Ecclesiastico primatum habere,omnium Ecclesiarum Archiepiscoporum qui in Germania sunt ordinati — & inter Cardinales Episcopos Romanæ sedis consortium habere : præterea 12. Presbyteros, 7. Diaconos, 24. Subdiaconos Cardinales ad morem sanctæ Romanæ* Ecclesiæ *ordinare, qui ad principale altare ministrantes quotidie, excepto jejunio, dalmaticis, festis verò , sandaliis uterentur.*

Episcopi Cardinales, Quibus jus eligendi summum Pontificem datum est in Concilio Romano an. 1059. *Statuimus , ut abeunte hujus Romanæ universalis Ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales* Episcopi *diligentissime simul de electione tractantes mox ipsi Clericos Cardinales adhibeant. sicque reliquus Clerus & populus ad consensum novæ electionis accedat,&c.*

Episcopi Cathedrales,ad discrimen Chorepiscoporum. in Capitulari Aquisgran. an. 803. c.6. &lib.7.Capit.c. 424.Vide *Cathedra.*

Episcopus Catholicæ Ecclesiæ: ita summi Pontifices seipsos indigitarunt non semel.Vide Italiam sacram to.1. p.396.502.&c.

Episcopi commendatarii. Observat Onuphrius,Avenione,sede Pontificum Romanorum ibi translata,nulla habita antiquissimi instituti ratione,nullum ferè Cardinalē creatum,qui non haberet Episcopatum , vel in titulum, vel in commendam,vel in perpetuam administrationem, eaque omnia nomina Avenione inventa:eamque consuetudinem ad sua tempora perdurasse, in quibus eò deventum fuerat,ut unus Cardinalis Presbyter vel Diaconus non unum tamen haberet in comenda Episcopatum, sed aliquando tres,quatuor,vel quinque, & aliquando sex : cui rei impositus fuit modus in Concilio Tridentino.

Episcopus Episcoporum. Vide Notata à Savarone ad Sidon.lib.1.Ep.6.& Franciscum Turrianum lib. 2. pro Ep.Pontific.cap.2.præterea Monachum Sangallensem lib.1.de Carolo M.c.27.

Episcopi exempti a Jurisdictione Metropolitani,& sedi Romanæ im̄ediatè subjecti nonnulli recensentur. Vide Baron.an. 1057. num.24.EugeniumII.PP.Ep ... ha in Episcopis portensib.in Lusitania part.2.c.1.Ughellum in Italia sacra tom.1.&c.Vide etiam *Suffraganeus.*

Episcopi forenses, in Diurno Romano cap.1.tit.8. dicuntur eadē ratione,qua *Presbyteri forenses*,de quibus suo loco,Episcopi scilicet alienæ Dioeceseos , quā Romanæ.

Episcopus Palatii dicitur Leo quidam in Vita S.Adelberti Episc.Pragensis,n.20 Idem fortè qui *Episcopus Regalis Capellæ* dicebatur,apud Bohemos : quippe Charta Caroli IV.Imp.data Pragæ an. 1366. pro incolis oppidi de

de Romanis in Delphinatu, quæ habetur in Tabulario Regii Regesto an.1363.&c.ch.97.ita clauditur: *Ego Johannes D.G. Colmucensis Episcopus Regalis Capellæ Boem. Comes, & sacræ Imperialis aulæ Cancellarius vice --- Moguntinensis Arch.--recognovi.* Sic porrò dicti videntur Episcopi, qui ex indulgentia summi Pontificis in Palatio Regum morabantur, ut essent cum quibus ii de rebus Ecclesiasticis tractarent. Concilium Francofordiense c.55. *Dixit etiam Dominus Rex in eadem Synodo, se à sede Apostolica, id est, ab Hadriano Pontifice licentiam habuisse, ut Angilramnum Archiepiscopum in suo Palatio assiduo haberet propter utilitates Ecclesiasticas. Deprecatus est eamdem Synodum, ut eo modo, sicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildeboldum habere debuisset, quia & de eodem, sicut & de Angilramno, Apostolicam licentiam habent. Omnis Synodus consensit, & placuit eis eum in Palatio esse debere propter utilitates Ecclesiasticas.* Ad hoc porrò delecti Angilramnus Episcopus Metensis & Hildiboldus Archiepiscopus Coloniensis, ut Capellæ Regiæ præessent, atque adeò Cleri Palatini curam gererent. Nam Archicapellani dignitate functi sunt. Hinc Hilduinus Archicapellanus, *sacri Palatii Antistes* dicitur Agobardo in Epist. ad Proceres Palatii. Vide *Archicapellanus*, & Codicem Carolinum Epist. 26.

Ejusmodi Episcopos habuisse etiam Croatorum Reges, testatur Thomas Archidiaconus in Hist. Salonitan. cap 15. *Voluerunt etiam Croatorum Reges, quasi speciales habere Pontificem, petieruntque ab Archiepiscopo Spalatensi, & fecerunt Episcopum, qui Croatensis appellabatur, posueruntque sedem ejus in campo in Ecclesia S. Mariæ virginis juxta castrum Tniense. Hic multas obtinuit parochias, habuitque prædia, & possessiones per totum pene Regnum Croatiæ, quia Regalis erat Episcopus, & Regis curiam sequebatur, eratque unus ex Principibus aulæ.* Sed & Reges Hungariæ, quod colligere est ex Diplomate Calomani Regis an. 1108. quod extat apud Joannem Lucium lib. 3. Hist. Dalmat. c. 4. quod subscribitur à *Petro Absarensi Episcopo & generalis Domini Regis curiæ.*

In concilio Agathensi an. 506. subscribit inter Episcopos Gothicos *Petrus Episcopus de Palatio*: at cur ita indigitetur, non omnino constat inter eruditos, cùm nulla civitas *Palatii* nomenclaturâ occurrat in veteribus Notitiis. Neque enim ausim contendere Petrum fuisse ex Episcopis Palatinis de quibus egimus. Marca in Hist. Benearnensi p. 847. fieri posse existimat, ut is Palentiæ in Hispania ex Metropoli Toletana, quæ tum à Gothis tenebatur, fuerit Episcopus, ita ut Petrus in aula Alarici tum commorans, Concilio Agathensi interfuerit.

Episcopi primæ sedis, Primates, in concilio Carthag. III. c. 26. 28. Milevit. II. c. 24. Carthag. V. in procœmio in Capitul. Caroli M. lib. 7. n. 17. &c.

Episcopi in vicem Metropolitanorum constituti, in Synodo Vernensi an. 755. c. 2. 4.

Episcoporum, quos *in partibus infidelium* vulgò dicimus, non omnino vetus est inventum, quod quidam tum primùm putant introductum, cùm Latini Hierosolymitanis provinciis à Sarazenis pulsi, in Latinorum provincias se se receperunt, ubi ad vitæ sustentationem attributæ iis Episcopatuum, uti vocant, *Coadjutoriæ*. Vide Altaserram lib. 1. Dissertat. Juris Canon. c. 7.

Episcopus puerorum. Concilium Salzburgense an. 1274. c. 17. *At hæc quidam ludi noxii, quos vulgaris elocutio Episcopatus puerorum appellat, in quibusdam Ecclesiis exercentes adeo insolenter, quod nonnunquam enormes culpæ, & gravia damna subsequuntur. Ex ipsis hos ludos in Ecclesiis & à personis Ecclesiasticis decætero fieri prohibemus, nisi forte pueri 16. annorum & infrà fuerint, qui hujusmodi ludos exerceant, quibus alii seniores ipsi nullatenus se misceant ---* Vide *Kalendæ.*

Episcopi vagantes, Qui parochias non habent, in Concilio Vernensi an. 755. can. 13. σχολαζόμενοι, in Synodo Antioch. c. 16. Σχολάζοντες, in Synodo Antioch. c. 16. & apud Zonaram in Theodosio Jun. ἀπόλιδες & σχολαζοντες, in Concilio Ephesino act. S. p. 664. Edit. Labbei; quibus interdum castra quædam dabantur, in quibus sua munia obirent, ut apud Gregorium Turon. lib. 4. Hist. cap. 18. lib. 5. c. 5. Interdum etiam ut essent qui ad infideliũ conversionem pergerent, ut apud Baldricum Noviom lib. 2. c. 37. in Vita S. Ursmari to. 1. Hist. Franc. p. 688. apud Baudemundũ Vita S. Amandi n. 9. Petrum Damian. in Vita S. Romualdi n. 62. 64. & Vide Erudit. Mabilloniũ in Præfat. ad to. 3. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti n. 37. Alias, ut ait Anselmus Cantuar. lib. 3. Epist. 167. ad Muriardachum Regem Hiberniæ: *Episcopus nisi certam parochiam & populum, cui superintendat, habeat, constitui secundùm Deum non potest, quia nec in sæcularibus nomen vel officium pastoris habere valet, qui gregem quem pascat, non habet.*

Episcopi etiam nullis perinde parochiis donati, concedebantur à summis Pontificibus, exemptis ab Ordinarii jurisdictione Monasteriis, qui in iis munia Episcopalia exercerent, ex Monachis ab Abbate electi, & in Episcopos ab earum regionum in quibus consistebant Monasteria, Episcopis consecrati: cùm aliàs liceret ex privilegio Monachis exemptis indulto, *cujuscunque ordinis gradum suscipere ubicunque Abbati placeret, & ad Abbates qui consecrandi erant, quemcunque vellent Episcopum advocare*, ut est in Bullario Cluniacensi nuper edito p. 9. 11. 12. Extat hujusce moris exemplum in Bulla Stephani I. PP. pro Monasterio S. Dionysii ab erudito Mabillonio edita, ex qua hæc excerpsimus: *Nos etiam idem & habere vobis Episcopum per singulare privilegium concedimus, qui de vobis ab Abbate, vel à fratribus, in Monasterio vero electus, & à fratribus nostris Episcopis de illa regione consecratus, illa vestra Monasteria a vobis ædificata providere, & vice nostri nominis ubi & ubi fuerint rogat, & prædicationi tam in ipso vestro Monasterio, quam in sibi subjacentibus deserviat.* Adde Sirmundum to. 2. Concil. Gall. præterea librum 1. Mirac. S. Dionysii cap. 6. & supra laudatum Mabillonium in eadem Præfat. n. 35. 36. Idem privilegium sancti Martini Turon. Ecclesiæ fuisse firmant Urban. II. PP. Ep. 11. & 12. apud Mosnerium in Defensione juriũ Eccles. S. Martini Turon. c. 2. Neque id exemplo caret, legimus enim apud Sozomenum lib. 6. p. 34. Barsen & Eulogiũ Monachos Edesenos Monachos creatos, non alicujus urbis; sed honoris duntaxat gratia, tanquam ad recompensanda ipsorum præclara facinora, ἐν τοῖς ἰδίοις μοναστηρίοις. Quòd si ita se se res habuit, (cùm non desint qui horum Pontificiorum diplomatum fidem convellere annixi sunt, atq; in iis VV. CC. Joannes Launoius in Dissertat. in eam rem edita, & Carolus Cointius in Annalib. Eccl. Francor. an. 786.) Episcopi illi in Monachorum numero ac ordine non censebantur: cum Episcopis qui abdicata dignitate in Monasteria concedebant, ordines Ecclesiasticos impertiri, vel munia Episcopalia facere non liceret: in quam rem extat Epistola Silvestri II. PP. in laudato Bullario Cluniacensi p. 11. adeò ut Episcopos ejusmodi exemptos fuisse ab obedientia Abbatis par sit credere. Episcopos porrò qui abdicata dignitate in Monast. secedebant, Episcopi nomen retinuisse, contendit Petrus Francisc. Chiffletius in Animadversionib. in S. Ferrandum redivivum p. 388.

Episcopus Abbas. Vita S. Ursmari Abbatis Lobiensis: *Et quia locus se obtulit reddendæ dubitantibus & quærentibus rationis, cur scilicet* (S. Ursmarus) *dictus sit Episcopus, cùm Lobia non sit sedes Episcopalis, pro tempore expediendum est paucis. Quia enim, ut præfatum est, intentus erat semper lucrandis animabus, & quia multi barbaricæ gentis, ut supradicti Flandrenses, adhuc detinebantur variis idololatriæ superstitionibus, prædicandi tantùm gratia, sicut competebat rudimentis novellæ fidei, est ordinatus Episcopus, quod patrem quoque de S. Amando legimus. A quo etiam locus Lobiensis tantam dignitatem est adeptus, partim ob hoc, partim quia locus Regius regia munificentia est constructus, ut nulli committeretur, nisi primum ordinatus esset Episcopus. Quæ dignitas perduravit etiam in multos successores, qui leguntur fuisse Episcopi & Abbates: de qua etiam adhuc tantùm superest in eo loco, ut Abbati liceat*

ceat uti sandalis, tunica Subdiaconali, habere potestatem ligandi atque solvendi, & ubique uti annulo aureo & chirotecis. In Charta Ludovici Pii apud Meurissium in Episcopis Metensib. p. 185. *Magnulfus Episcopus & Abbas Monasterii* Gorziensis dicitur: sed an ex Abbatibus Monasteriorum, de quibus egimus, fuerit, incertum? Vide *Abbas Episcopus*.

Episcopare, Episcopatum habere, vel gerere, Ugutioni. Arnulphus Lexov. Episc. p. 42. *Quod adeo verum est, ut defuncto sæpedicto Episcopo, eum qui successit episcopari Ecclesia Romana nullâ ratione permiserit* S. Bernardus Ep. 234. *Non poterat episcopari turpis infamisque persona.* Utuntur Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 33. Petrus Damian. lib. 1. Epist. 10. lib. 8. Ep. 5. Joan. Sarisberiensis lib. 7. c. 18. & Epist. 234. Justus Abbas in Serm. ad Cistercienses, Fulbertus Episc. Carnot. Epist. 31. Alexander II. PP. Epist. 18. Eadmerus lib. de S. Anselmi similitudinib. cap. 23. &c. Ἐπισκοπεῖν, apud Ignatium in Epist. ad Roman. n. 9.

Episcopale Romanorum, Historia Episcoporum Romæ apud Herkempertum in Hist. Langobard. p. 20. quæ *Liber Episcopalis* dicitur in Codice Thuano Damasi, seu Anastasii Bibl. de Vitis PP. *Episcopalis liber, qui Gesta Pontificum Romanorum titulatur*, in Concilio apud Theodonis villam an. 935.

Episcopalia, Episcopatus insignia, *annulus & baculus*, in Historia Trevirensi p. 231. *Sed quia ab homine excommunicatio & laico Episcopalia suscepisti, Episcopalia inquam, annulum & baculum, &c.* Ita rursum p. 241. Capitulare Francoford... an. 794. c. 8. *Gaerbodus, qui se Episcopum esse dicebat, & suæ ordinationis testes non habuit, qui tamen Episcopalia à Magnardo Metropolitano Episcopo consecutus est, &c.*

Episcopalia, Præstationes quæ Episcopis fiunt, *Synodaticum*. Charta Walteri Episcopi Cestrensis in Monastico Anglic. to. 3. p. 61. *Concedimus etiam ut prædictus Abbas & quisq; successorum ejus sit Decanus de omnibus Ecclesiis quæ datæ sunt Ecclesiæ suæ in Derbysira,-- nec quisquam præsumat eum judicare, nisi solus Episcopus, Episcopalia reddat vel reddere faciat de Ecclesiis Decanatus sui, &c.*

Episcopium, Episcopalis dignitas, Episcopatus: ἐπισκοπὴ in Canonib. Apostol. c. 69. Justiniano in Nov. 123. cap. 1. Theophani, Gregorio Presb. in Vita S. Gregor. Theol. & al. Ratherius Veron Episcopus Epist. 1. ad Joan PP. *Datum Episcopium est meo domino Hilduino, jure stipendiario.* Vita S. Wolbodonis.

Sedit Episcopio ter denis mensibus: in quo
Febre Lacessitus moritur.

Utuntur Stephanus Episc. Leod. in Vita S. Lamberti c. 4. Walafridus Strabo de Mirac. S. Galli lib. 2. c. 16. 18. Notitia Wambæ Regis, Monachus Sangall. in Carolo M. lib. 1. cap. 3. Anastas. de Exilio S. Martini PP. Baldricus Noviom. lib. 1. c. 19. 30. 34. Domnizo. lib. 2. cap. 18. & alii passim, inprimis Diurnus Romanus cap. 5. tit. 10.

Episcopium, ipsa Ecclesia Cathedralis. Translatio S. Marci Episcopi Atinensis n. 7. *Et eadem nocte deputatis Clericis, in hymnis & spiritualibus canticis tota nocte pervigiles jussit manere, ut facto mane, ad Episcopium ejusdem urbis cum laude & gloria deportaret.* Occurrit rursum infrà. Apud Theophanem Cerameum, homilia quarta habita dicitur ἐν τῷ ἄμβωνι τῆ ἐπισκοπῆς, id est, in Ambone Cathedralis Ecclesiæ.

EPISIMUS, ex Gr. ἐπίσημος. Epistola Joannicii Regis Bulgar. in Gestis Innocent III. PP. p. 70. *Misi autem ad præsens in signo parvæ recordationis examita duo episima dupla, unum est rubeum, aliud est album.* Perperam editum est *examina duo episima.* Ubi *examita episima* seu ἐπίσημα, sunt tesseris auro texis vel purpurei clavata. Ita ἐπίσημον ἐσθῆτα apud Laërtium in Aristotele interpretantur viri docti. Vide *Asemus*.

EPISTILE, pro *Epistola*, Fridegodus in S. Wilfrido cap. 30.

Alfrido Regi direxit Epistile Petri.

EPISTOLÆ, Chartæ & tabulæ veteres, diplomata, cæteraque, quibus negotia gerebantur, instrumenta, quòd in Epistolæ modum conciperentur, atque adeò illius salutatione, in cujus scribebantur gratiam, inscriberentur. Hujusmodi Epistolarum formulæ extant apud J. C. non paucæ, quæ postmodum, inclinato imperio, crebriores esse cœperunt, uti observare est præsertim ex Senatoris formulis: unde quidam existimarunt à Gothis, Longobardis, Francis, cæterisque Arctois Gentibus in Italicas Gallicasq; plagas dimanasse. Et certè apud nos Epistolarum invaluisse usum docent plus satis Formulæ. Marculfi & aliorum, & infinita propemodum diplomata. En aliquot in exemplum. Testamentum S. Cæsarii Arelat. Episc. *Et si cui aliquid per Epistolam, aut per pitacium, aut verbo, pietatis intuitu contuli, valere volo.* Vetus Charta sub Chlotario Rege apud Doubletum lib. 3. c. 2. *Sed quia votus meus fuerat, ut per paginam testamenti villas ipsas superius nominatas basilicæ S. Dionysii concedisse, seu ut mos est loci illius: habetur per Epistolas delegasse, &c.* Alia Caroli Martelli apud eund. c. 4. *Si quis—contra hanc epistolam donationis nostræ — venire voluerit.* Quæ tamen Charta in formam Epistolæ non concepta est. Tabularium Brivatense ch. 296. *Quem per Epistolam cessionis in sua eleemosyna pro suis luminaribus condonavit.* Mitto reliqua.

De Epistolis Canonicis agimus alibi suis locis in adjectis.

EPISTOLARIS, Amanuensis, *Ab Epistolis*, Secretarius. Saxo Grammaticus in Præfat. ad Hist Danicam: *Regius Epistolaris effectus* ἐπιστολεύς, in veteri Inscriptione apud Mabillonium tom. 4. Analector. pag. 503. Vide l. 7. Cod. de Palatin. largit. lib. 12.

EPISTOLARIUM, Liber Epistolarum S. Pauli & aliorum, qui legitur in sacris Liturgiis. Leo Ost. lib. 3 c 19. (al. 20.) *Librum quoque Epistolarum ad Missam describi faciens*, Infrà: *Similiter fecit & de Sacramentariis. —— & duobus nihilominus Evangeliis & Epistolario uno. Nam usque ad illud tempus in Plenario Missali tam Evangelia quàm Epistolæ legebantur: quòd quam esset tunc inhonestum, modò satis advertitur.* Adde de cap. ult. ejusdem libri, & lib. 4. c. 90. al. 92. & Vitas Abbat. S. Albani.

Epistolare, eadem notione in Usibus antiq. Ord. Cisterciensis c. 54.

EPISTOLARIUS, Nuntius, Epistolarū lator. Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei: *Veniunt plerumque novi nuntii, novi Epistularii à summis Sublimitatibus missi, qui commendantur Illustribus paucis ad exitia plurimorum.*

EPISTOLATIM, per Epistolas. Alvarus in Vita S. Eulogii n. 3. *Non odiose, sed delectabiliter epistolatim in invicem egimus.* Epistolariter eadem notione dixit scriptor Vitæ S. Gaugerici Episcop. Camerac. lib. 1. c. 10.

EPISTOLIUM, Litera formata. Synodica Concilii Sardicensis in Fragm. S. Hilarii p. 17. *Et ne ignorantes eorum accipiant literas communicatorias, id est Epistolia, quos justa Sententia degradavit.* Infià: *Omnes fratres & Capiscopos nostros literis tuis admonere digneris, ne Epistolia, id est literas communicatorias eorum accipiant.* Concilium Turonense II. c. 6. *Ut nullus Clericorum vel Laicorum, præter Episcopos, Epistolia facere præsumat.*

EPITAPHIUM, pro sepulcro, in veteri inscriptione apud Gruterum 669.

Epitaphiū, quævis inscriptio, apud Sugeriū. lib. de Reb. in Administr. sua gestis c. 28. & lib. de Consecrat. Eccl. S. Dionys. p. 354. Epitaphium pro quavis inscriptione descripsit eruditus Mabillonius in Vita S. Radbodi Hexastichon, hoc titulo: *Radbodi Epitaphium de viatico Christi.*

EPITECTICUM, *Epitecticalis terminus*, voces Agrimensorum, fortè ita dictus, inquit Rigaltius, quia sit ἐπιδεικτικὸς, & recturam aliorum terminorum ostendat & commonstret. Auctor incertus: *Lapides nativos, quod est, ex solo ipso, Centuriales in epitecticum adsignamus.* Item: *Terminus si aliquid sub umbra abuerit super se aurum, (f. æream) aut plumbum, aut stannum epitecticum, hoc est massatum fabricatum inter ceusa Centuriæ*, Vitalis & Arcadius

dius : *Terminus epitticticalis, sive in finitione agri, sive Præfectura, extenditur in pedes 400. & pedes 800. in quadrifinio vero si plus quatuor lapidibus fuerint inventi, Epitecticales vocantur : nam terminus iste vocatur maximus.*

EPITENDESION, vox male confecta ex Gr. ἐπὶ τῶν δεήσεων, dignitas in Ecclesia CP. de qua Codinus, & ejus Commentatores. Epistola Michaëlis Palæologi Imp. ad Joannem XX. PP. apud Waddingum an. 1277. n. 4. *Et honorabilissimo Archidiacono cæteri Imperialis cleri, & Epitendesion ejusdem sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ Georgio Metochita, &c.*

EPITIMIUM. Gloss. Gr. Lat. ἐπιτίμιον, *pœna, mulcta* : sed propriè pœna legibus Ecclesiasticis indicta Clericis delinquentibus. Anastasio ad VIII. Synod. *Epitimium*, est *increpatio, vel indulta pœna pro culpis.* Joannes Diac. lib. 2. Vitæ S. Gragor. M. cap. 45. *Tristatus est, quia antequam exiret de hac vita, non solvit eum ab excommunicationis epitimio.* Ἐπιτίμιον τῆς ἐκκλησιαστικῆς νόμου, apud Palladium in Vita Chrysostomi p. 21. editionis V. Cl. D. Emerici Bigoti. Vita S. Nili Junioris p. 47. Ὅρκοις αὐτὸν καὶ ἐπιτιμίοις φρικωδεστάτοις ἀπό τε τῆς ἁγίας τριάδος καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ὑπέβαλε τοῦ καταδέξασθαι αὐτὸν αὐτοῖς ποιμένα, &c. Vide sanctum Basilium, & Anonymum qui ei subjungitur περὶ ἐπιτιμίων, Pachymerem lib. 7. c. 6. 22. lib. 9. c. 24. lib. 11. c. 6. & Notas ad Cinnamum p. 458.

EPITOGIUM, Britannico ad Juvenalis Sat. 6. *est genus vestis quod togæ superinduebatur.* Joan. Sarisberiensis lib. 8. Policrat. c. 11. *Hic cepa tunicatior, densatus pellibus & & epitogiis, chlamidi penulam superducit.* Occurrit in Notis Tyronis p. 157. & apud Quintilianum lib. 1. c. 9. Dicitur etiam vestis superior Clerici ἐπιτόγιον, in Vita S. Joannis Theristæ c. 1. Vide in voce *Caphardum.* Concilium Londinense an. 1342. c. 2. de abusu Clericorum in vestibus : *Epitogiis ac clocis uti patenter* videmus. Vide to. 4. Hist. Academiæ Parisiens pag. 390.

EPITOLIUM, in Notis Tyronis p. 184. inter balneares ædes.

EPITOMA. Ermenricus Monachus Augiensis de Grammatica : *Sed & hactenus rivo jucundissimo ac in omni virtutum stemmate præfulgido ex primoribus fontibus totius Europæ emananti Cohæres, Hludovici scilicet dilectissimo Regi nostro, qui licet angustiore limite terrarum, virtute tamen vincit Herculem Centauros domitantem, & agilitate Ulissem. Interroga Sclavos in gyro, & non miraris epitoma meum.* Id est laudes meas.

EPITOMIUM, dro *Epitome*, apud Ordericum Vitalem lib. 4. p. 537.

EPITIMUM, *Epitimium.* Ordericus Vital. lib. 7 pag. 659. *Ducatum Normanniæ, antequàm in Epitimo Seniac contra Heraldum pertassem, Roberto filio meo concessi, &c.* Idem lib. 10. pag. 775. *Ultra pontem Engiennæ in epidimio spatioso tentoria figi præcepit.* Quibus locis hæ voces *Campum* proculdubio sonant, sed etymon inquiro. Apud Isidorum lib. 17. c. 9. *Epitimum*, seu *Epithymum*, *est flos timi, vel thymi.*

EPI TU YKIACON. Anonymus Barensis in Chron. an. 1032. *Et adduxit Anatolyki Epi tu ykiacon*, id est, ἐπὶ τῶν οἰκειακῶν. Dignitas in Palatio CP. qui λογοθέτης, τῶν οἰκειακῶν. dicitur Pachymeri lib. 1. cap. 13. lib. 2. c. 21. lib. 5. c. 13. in Gloss. Lat Gr. *Domesticus*, est οἰκεῖος, οἰκειακός. Ex quo forte hunc magistratum præfuisse Domesticis Palatii conjectarunt viri docti. Sed in nostra Constantinopoli Christiana, eundem fuisse cum eo, quem veteres *Comitem rerum privatarum* vocabant, pluribus ostendimus.

EPIURUS, Clavus ligneus, γόμφος, ἐπίουρος, in Gl. Gr. Lat. Occurrit apud Palladium lib. 11. tit. 8. & S. August. de Civit. Dei lib. 15. c. 27. Vide *Epigri.*

EPLOCEUS. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 6. v. 571. *Membrana Mathemathicorum, ut actus diurnos, quæ assidua tractatione colorem suum mutavit, & eplocea facta est, colorem fecit, ut succinum.* Leg. fortè *Glaucea.*

EPOREDICA. Plinius lib. 3. c. 17. *Oppidum Eporedia, Sibyllinis libris a populo Romano condi cœptum. Eporedicas Galli bonos equorum domitores vocant.* Merula sic dictos putat, quasi *oppertuers*, Belgicè, i. *primos equestris militiæ, magistros equitum*, vel *equisones eximiores.* Alii alia censent. Id constat ejusdem originis haberi debere nomen appellativum Gallici Ducis, *Eporedigis* dicti Cæsari lib. 7.

EPTATICUM. Vide *Heptaticum.*

EPULATITIUS, *Qui epulis dat operam.* Gloss. Isid.

EPULICENIUM, *Vas in quo epulæ ad cœnam feruntur*, Ugutioni.

EQUARE. Vetus Scholiastes. Juvenalis Sat. 2. v. 144. *Gracchi filius habitu gladiatoris plerumque ad infamiam equabat, retiarius enim fuit.* f. pro *Equa* vehebatur, vel leg. *Equitabat.*

EQUARITIA, Equorum grex. *Equaria* Varroni lib. 2. de Re rust. *Equile, Equitium*, Tacito, & aliis Joannes de Janua : *Equaritia, est armentum equorum, vel vaccarum.* Perperam ibi *Equaritia.* Descriptio Monasterii S. Galli apud Canisium to 5. Antiq. lect. p. 781. *Domus equaritiæ.*

Hic fœtas servabis equas, tenerosque caballos.

Cæsarius Heisterbach. l. 7. c. 39. *Venientibus eis in quemdam saltum, poledrus equaritiam, id est, gregem equarum de longe pascere conspexit.* Lib. 11. c. 17. *Habebat, Conventus dextrarium pulcherrimum, quem equaritiæ suæ propter fœtum nobilem deputaverat.*

EQUARIUS. Gloss. Lat. Gr. ἱπποφορβός, *equarius, equipastor.* Jo. de Janua : *Equarius, custos equorum.* Ita in Gloss. Lat. Gall.

EQUES, Equus, aut equa. Gesta Regum Francor. cap. 24. *Ascensisque equitibus abscessit*, Eckeardus Junior. de Casibus S. Galli cap. 1. *Sternatur utique, ait, ambulatrix mea --- ascendensque equitem illam velocissimam — circa Nonam adiret Cœnobio.* Cap. 10. *Equite ascenso S. Gallum noctu invadens claustrum clandestinus introiit.* Adde Vitam S. Aicadri Abbat. Gemetic. cap. 11. Vitam S. Hunegundis Virg. cap. 13. Chronicon Fredegarii cap. 90. &c. Ita *Equitem* usurparunt Gellius, Marcellus, Macrobius, Servius, &c.

Equites, ita dicti nescio qui viri obnoxiæ conditionis, in Charta Philippi I. Regis F. ann. 1050. pro Ecclesia S. Audoëni Rotomag. tom. 13. Spicileg. Acher. p. 287. *Et beneficium totum quod Gueslinus Clericus tenet à supradicto Roberto de Barnavilla, & 40. acras de terra, & 2. rusticos, & decimam de equabus suis, & duos equites, scilicet Goscelinum & Osbertum, &c.* Vide *Caballaria.*

EQUESTER. Papiæ dicitur *ille qui certaminibus medius intervenit, per quem utraque pars rectam fidem sectatur, & tunc videtur dici ab æquus.* Sequester. Gloss. MS. Ecclesiæ Parisiensis. *Eques & equester unum est.* Aliud porrò sonat apud Guillelmum Bibliothec. in Adriano II. PP. pag. 222. *Cùm die quadam à --- PP. Sergio consuetudinaliter denariis 40. perceptis domus suæ portas revertens ingredi vellet, ac præ multitudine peregrinorum, quæ ibi fiducialiter more solito, velut ad horreum commune confluxerat, omnino nequiret : misericordia motus, Equestri suo retulit, nil sine tantis fratribus in tantillis denariis sibi esse commune.* Infrà : *In qua redundatione cùm miraretur equester non solum defecisse denarios, &c.* An Equistrator? Ita videtur innuere Petrus de Alectis Episcopus Senogalliensis in Itiner. Gregorii XI. PP. *Equestres, seu habenarum Præsulis directores, erant manipulis induti panno simili.*

EQUIA-

EQUIALE, Equile. Gloſſ. Saxonicum Ælfrici: *Equiale*, horſ-ern, i. equorum locus: ſic paulò antè *Boviale*, pro *Bovile*.

EQUICINIUM, Officina ubi equi ferrantur. Wichbild Magdeburgenſe art. 125. *Nullus faber conſtruere poteſt in platea angarium, ſeu equicinium, hoc eſt, officinam ubi equi ſufferrantur, —— ſine civium conſenſu.*

EQUIFER, *Equiferus*, in Gloſſario Lat. Gal. *Maucheval*, id eſt, malus equus: ἵππος ἄγριος. Ariſtoteli. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Equifer*, ƿilðo cynneſh orſ, i. indomitus equus. Gloſſarium MS. Eccleſiæ Pariſienſis, de Equis: *Sunt autem hi de agreſti ordine orti, quos Equiferos dicimus. Equiferi*, apud Capitolinum in Gordianis, & in Gordiano III. *Agreſtis caballus*, in Epiſt. 1. Gregorii III. PP. ad Bonifacium Moguntin. *Equus ſilvaticus*, in Epiſt. 13. Zachariæ PP. ad eundem Bonifacium. Vide Notas noſtras ad libr. 2. Cinnami.

EQUILIBRATOR. Vide *Æquilibrator*.

EQUILOCUS, ſeu *Æquilocus*, Par. Simeon Dunelmenſis de Geſtis Angl. an. 882. *Elfred Rex Saxonum audaciſſimus, Ducum navali prælio ſuffultus, contra paganicas naves in mari congreſſus eſt. Ex quibus ipſe equilocus duas potenti virtute naves exuperavit, occiſis omnibus qui in eis erant.*

EQUISTATIUM, *Stabulum ubi equi ſtant.* Jo. de Janua.

EQUISTRATOR, qui nudè *Strator* cæteris Scriptoribus, noſtris *Eſcuier*, ἀναβολεύς, de quo Manilius lib. 5.

Aut onerabit equos armis, aut ducet in arma.

i. herum armatum in equum imponet, uti vult Scaliger. Auctor Vitæ S. Cypriani: *Venerunt ad eum Principes duo, unus Stator officii Galerii Maximi Proconſulis, qui Aſpaſio ſucceſſerat, & alius Equiſtrator à cuſtodiis ejusdem officii, &c.*

EQUITATIO, *Equitatus*. Vide *Hoſtis*.

EQUITATURA, Equus ſeu animal quo quis vehitur; vulgò *Chevauchure, Monture*. Pandulfus in Vita Gelaſii PP. *Abbas Cluniacenſis adveniens —— 30. ei equitaturas præparavit.* Dinamius Patricius in Vita B. Marii Abbatis Bodanenſis cap. 2. *In urbe Lugdunenſi vice alia ſuas equitaturas recuperavit.* Chronicon Reicherſpergenſe p. 275. *Exercitus & equitaturæ noſtræ ad nimiam erant devolutæ inediam.* Et pag. 282. *Caſtrametati ſunt juxta quamdam magnam aquam, ubi equitaturæ noſtræ bene gramine refectæ fuerunt.* Petrus Abaelardus in Hiſt. de Calamit. ſuis c. 15. *Die quadam de noſtra lapſum equitatura, manus Domini vehementer colliſit.* Adde S. Bernardum de Vita & morib. Relig. cap. 7. initio, & Ep. 276. Lucam Tudenſ. æra 1109. Concil. Pariſienſe an. 1212. part. 3. c. 12. Guigonem in Vita S. Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani n. 12. eundem in Statut. Ordin. Cartuſienſis cap. 19. Rodericum Tolet. lib. 8. de Reb. Hiſp. c. 13. Hugonem Monachum Epiſt. ad Pontium Abbat. Cluniac. Petrum Vener. in Statutis Ordinis Cluniac. cap. 40. Joan. Sarisber. Epiſt. 182. 285. 286. Goffridum Vindoc. lib. 3. Ep. 16. Conſtitut. Sicul. lib. 3. tit. 38. §. 4. Innoc. III. PP. lib. 1. Epiſt. 14. lib. 15. Ep. 4. Geſta ejusdem PP. pag. 116. 133. Willelmum Neubrig. lib. 3. cap. 23. Stephanum Tornac. Epiſt. 224. Edit. Molineti Petrum de Vineis lib. 5. Ep. 49. 70. Matth. Weſtmonaſt. p. 217. Will. Malmesbur. p. 221. Concilium Ravennenſe an. 1317. c. 11. Miracula S. Eutropii Epiſc. Santon. n. 29. &c. Eſt etiam.

Equitatura idem quod *Chevalcheia*, Exercitus. Speculum Saxon. lib. 2. art. 11. *Reus etiam ab oſtagio ſeu equitatura tunc liberatur.*

EQUITIARIUS, qui *Equitiorum* curam gerit, Armenti cuſtos. Gloſſ. S. Bened. cap. de Agricultura: *Equitiarius*, ἱπποκόμος. Firmicus refert *equitiar*... ... iaturum, qui natus fuit oriente Centauro. lib. 3. c. 13. Eſt autem *equitium* equorum armentum, apud Ulpianum: συνιππία, ſeu ἀγέλη ἵππων in Gloſſ. Gr. Lat. Vide Scaligerum ad lib. 5. Manilii, & Leges Foreſtarum Scoticarum cap. 8. §. 1.

EQUORABILITER. Vide *Æquorare*.

EQUUS. *Equi albi*, ut olim triumphantium fuere, quod docent Demſterus lib. 10. Antiquit. Romanarum, & alii Criticorum filii; ita & Principum in ſolennibus in urbes ingreſſibus. Sugerius in Ludovico VI. pag. 318. de Innocentio PP. *Albo & palliato equo inſidentem educunt.* Adde pag. 290. Acta Alexandri III. an. 1177. de ejus ingreſſu in urbem Jadertinam: *Itaque præparato ſibi de Romano more albo caballo, proceſſionaliter duxerunt eum per mediam civitatem, &c.* Continuator Nangii de ingreſſu Caroli IV. Imp. in urbem Lutetiam: *Et fut mis ſur un cheval ſur le deſtrier que le Roy lui avoit envoié à S. Denys, le quel eſtoit morel: & ſemblablement monta le Roy des Romains ſur celui que le Roy lui avoit envoié, lequel eſtoit pareillement morel. Et apenſement le Roi de France les leur donna de celui poil, qui eſt plus loin & oppoſite du blanc, pource qu' es couſtumes de l' Empire, les Empereurs ont accouſtumé entrer ès bonnes villes de leur Empire, & qui ſont de leur Seigneurie, ſur un cheval blanc: ſi ne vouloit pas le Roy que en ſon Royaume le feit ainſi, afin qu'il ne peuſt eſtre noté aucun ſigne de domination: & ce temps partit le Roy de ſon Palais, monté ſur un grand palefroi planc, richement enſellé tout aux armes de France, &c.* Vide Hadrianum Valeſium ad Berengeri Imp. Panegyricum pag. 205. Joannes VIII. PP. pro Eccleſia & Epiſcopo Ticinenſi: *Sancimus etiam Apoſtolica auctoritate, tuisque ſucceſſoribus Crucem habere, & quocunque volueris ferre. Pallium quoque ſimiliter concedimus, nec non album equum coopertum equitare in Ramis palmarum, & ſecunda feria poſt Paſcha.* Bulla alia Honorii III. an. 1217. pro eodem Epiſcopo: *Fraternitati ſiquidem tuæ inter ſacra Miſſarum ſolennia pallio uti, & tam tibi quàm ſucceſſoribus tuis in proceſſione Palmarum, & feria ſecunda poſt Paſcha, equum album udone coopertum equitare, nec non & Crucem inter ambulandum præferre concedimus.* Adde Leonem Grammatic. pag. 470. Scylitzen pag. 682. Edit. Reg. Innocent. III. lib. 1. Epiſt. p. 36. Edit. Venet. Jacob. Cardinalem lib. 1. de Coronat. Bonifacii VIII. c. 9.

Equi appretiati, dicebantur equi militares vaſſallorum qui ad Regum aut Principum *ſubmonitiones* in caſtra proficiſcebantur. Eorum enim, priusquam ad bella aut prælia ſe ſe accingerent, equi æſtimabantur, ut ſi in bellis ac præliis interfici, perire, vel mori contingeret, eorum pretium Dominis à Rege aut Principe reſtitueretur, ſeu, ut tum loquebantur, *reſtauraretur*. Vetus Charta apud Seldenum de Titulis honorariis 2. part. cap. 5. §. 39. *Domino Johanni de Segrave Bannereto pro vadiis ſuis, Domini Jo. de S. Joanne Bannereti, 11. Militum & 41. Scutiferorum ſuorum, à 1. die Octob. quo die equi ſui fuerunt appretiati, usque ad tertium diem ejusdem menſis, utroque computato per tres dies, cuilibet Bannereto 4. ſolidos, cuilibet Militi 2. ſolidos, & cuilibet Scutiferorum ſuorum per diem 12. denar.* Duplici porrò pretio æſtimabantur ejusmodi equi militares, majori ac minori: ita ut Scutiferis, qui equis majoris pretii veherentur, majus daretur ſtipendium, minus qui minoris. Ut plurimum verò majus equorum pretium 25. librarum erat, licèt pluris valerent. Hæc univerſim diſcere eſt ex Computis *Theſaurariorum guerrarum Regiis*, aſſervatis in Camera Computorum Pariſ. ex quibus ad hæc firmanda ſequentia deſcripſimus. Ex Computo Bartholomæi *du Drach*, ann. 1338. *Deſpenſe: Pour Chevalier Banneret 20. ſ. tourn.*

tourn. par jour, pour Chevalier Bachelier 10. s. pour Escuier monté au pris 6. s. 6. den. pour Escuier monté au moins de pris 5. s. pour Gentilhomme a pié 2. s. tourn. pour Sergent à pié 12. den. & pour Arbalestrier 15. den. tourn. Computum Joan. *du Cange* an. 1340. *On compte par jour aus Chevaliers à Banniere 30. s. t. aus Chevaliers Bachelers 15. s. t. à Escuier monté sur cheval de 25. livres & au dessus, 7. s. 6. d. à Escuier monté sur cheval du pris dessous 25. livres, 5. s. t. & à chascun Sergent de pié 2. s. t.* Denique Computum ejusdem Barthol. *du Drach* an. 1350. *L'en a compté par jour pour Chevalier Banneret 30. s. t. pour Chevalier Bachelier 15. s. t. pour Escuier monté au pris, 7. s. 6. d. t. pour Escuier monté à non pris 5. s. t. pour Archer à cheval, 4. s. t. pour Archer & Arbalestrier à pié 3. s. t. pour Sergent à cheval 2. s. t. & pour homme d'armes à pié 4. s. t.* Et mox: *Compte fait aux gensdarmes. Monseig. Gui de Neelle, Sire de Mello, Mareschall de France, Capitaine dessus nommé, pour les gaiges de lui Banneret, 1. Chevalier Bachelier & 26. Escuiers montez au pris, &c.* Ex præallatis igitur colligitur bifariam censitos equos militares, eosque qui majoris censebantur pretii, *Chevaux de prix*, appellatos: quæ etiamnum loquendi ratio obtinet. *Le Roman de Roncevaux MS.*

Et fui monté el bon cheval de pris.

Le Roman de Gaydon MS.

Un Chevalier sor un destrier de pris.

Le Roman de Garin MS.

En destre meinent les auferrans de pris.

Infrà:

Girbert se sist sor le cheval de pris.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

S'or me donez le bon destrer de pris.

Equus armatus, Præstationis species. Charta an. 1306. in 9. Regesto Philippi Pulcri Ch. 14. ex Tabul. Regio: *Exceptis 30. solidis censualibus, quos faciunt Domino Regi quidam nobiles dicti loci pro equo armato, &c.*

Equi canonici militares, Qui ex canone seu in canonem ad militares usus præstabantur, in l. 3. Cod. Th. de Equorum conlat. Adde tit. Qui à conlatione tironum vel equor. excus. tit. de Stratoribus, tit. de Oblat. equor. eodem Cod. & Just. Vide præterea quæ ex Frothario Tullensi Ep. 21. de equis adnotamus, qui in canonem, seu in *domum* Regibus nostris ab omnibus dari solebant, in Dissert. 4. ad Joinvillam p. 154. 155. quibus adde. S. Basilium Epist. 423. Capitulare 3. Caroli M. an. 803. in Addit. c. 2. & Capit. 5. ejusdem an. c. 20. & Constantin. de Adm. Imp. c. 50. 51.

Equi cataphracti, cooperti. Vide infrà *Equi vestiti.*

Equi curatoricii, in l. 29. Cod. Th. de Annona & tribut. *qui curatoricio nomine flagitantur*, in l. 2. eodem Cod. de Equor. conlat. ii fortè quibus *Curatores* in provinciis ad peragenda negotia utebantur, quique iis à provincialibus subministrabantur. Vide Conjecturas Jacobi Gotofredi.

Equi detruncati. Concilium Calchutense an. 787. c. 19. *Equos vestros turpi consuetudine detruncatis, nares finditis, aures capulatis, verùm etiam & surdas redditis, caudas amputatis: & quia illos illæsos habere potestis, hoc nolentes cunctis odibiles redditis.*

Equus domitus, vel equitatus, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 3. §. 4. & in Legibus Forestarum Scoticarum c. 8. §. 2.

Equi Hermogeniani, olim in pretio, à quodam *Hermogene*, à quo fortè distrahebantur, aut curabantur: dicti *Hermogenis equi*, in l. 1. Cod. Th. de Equis curulibus; *Hermogeniani* verò in l. 1. eod. Cod. de Grege domin. ubi Gotofredus.

Equus indomitus & capistosus, cui opponitur *Equus domitus*, in Quoniam Attachiam. c. 48. §. 10. 11.

Equi palmati, vel *palmatii*, Equi Cappadoces, olim in pretio, à quodam *Palmatio* Cappadoce ejusmodi equorum curatore & nutritore, qui *Andavili* oppido prope Tyanam habitabat, dicti, ut habet Itinerarium Hierosolymitanum, seu Burdegalense. Vide Glossar. Basilic. in παλματίως. De his copiosè egit Jacobus Gotofredus ad l. 1. Cod. Th. de Grege dominico. Joannes de Janua *palmatos* equos, *spadiceos* interpretatur, seu fulvi & rubicundi coloris, sicut est palma, vel quòd palmæ figuram in cruribus haberent. In veteri Inscript. apud Sponium tom. 3. Itiner. pag. 24. ubi varia Equorum nomina describuntur. PALMAT. AF. II. S. Basilius Homil. πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, de divitum equis. Ἵπποι παμμηλῆθεῖς καὶ οὗτοι γενεαλογούμενοι ἀπὸ εὐγενείας πατέρων, ὥσπερ οἱ ἄνθρωποι. Vide Eustath. Swartium lib. 3. Analector. cap. 7.

Equus servitii. Tabular. Vindocinense fol. 246. *Cæteram terram Girardus Abbas dedit Guiscelino, & concessit in feodo habendam servitio unius caballi annuatim, ad summonitionem domini Abbatis, vel ipsius vicarii reddendi.* Fol. 275. *In molendino Cortorii habemus unum equum servitii, & 2. den. censuales.* Tabular. Absiense fol. 5. *Finivit & concessit placitum quod in ea habebat, & equum de servitio, & omne servitium excepta decima blajorum, &c.* Alibi: *Et concesserunt se eum garire & defendere, de equo, de placito, & omnibus servitiis.* Rursum: *Quinque solidos quos in terra Garnerii Audebert pro equo de servitio mihi retinueram.* Hinc *Cheval de service*, in Consuetudine Andegav. art. 177. Castellinovi art. 11. 21. Perticensi art. 76. Drocensi art. 12. Dunensi art. 24. &c. Vide *Runcinus.*

Equus ad stallum, Admissarius, in Legib. Wisigoth. lib. 8. §. 4. unde nostri *Estalon.*

Equus vestitus, Sago instructus, apud Arnoldum Lubecens. l. 2. c. 4. M. Justinus Lippiensis in Lippiflorio: p. 137.

Tyro noster adest equitum pulcro comitatu,
Quos ornant phaleræ splendida vestis equi.

Palliatus apud Sugerium in Ludovic. VI. p. 318. *Equus phaleratus*, non semel in Annalibus Colmariensib. S. Basilius Homil. πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, de Equis: τάπητες ἁλουργοί κοσμοῦντες τοὺς ἵππους ὥσπερ νυμφίους, apud Constantin. de Adm. Imp. cap. 51. extr. Ἱππάρια ἐστρωμένα καὶ χαλινωμένα. *Equus coopertus*, apud Albertum Argent. p. 131. *Equus stratus.* Anselmus Episcopus Havelbergensis l. 3. Dialog. c. 12. *Isti ingressi urbem cum magno honorificentia suscepti die Dominico, advocati sunt in processionem ad sanctam Dei Genitricem ad Blachernas in tanto honore, ut etiam de Palatio caballos stratos eis dirigeret cum obsequio Pietas Imperialis, ut sic eos susciperet. Equi cooperti*, seu bellici, vel quibus in bellis utebantur. Charta Edwardi I. Reg. Angl. apud Gulielmum Prynneum in Libertat. Eccl. Anglic. to. 3. p. 787. *Fecit nobis servitium suum — cum equo cooperto, &c.* Joan. Britton in Legibus Angliæ c. 53. *Tauntost soit enquis queux fuerent à la disseisine a baner despleyé, ou à chevaux couverts, ou autre force d'armes. Cheval couvert & ensellé*, apud Villharduinum n. 83. Rotulus Cameræ Computorum Paris. cui titulus *Compte du voyage de Gascoigne qui fu l'an. 1294. & 1295. Pour les gages M. Bertran Massole retenu aus gages accoustumés pour luy & 2. Escuiers, &c. Et estoit luy & autre à chevaux couvers, & un autre sans cheval couvert.* Infrà: *Pour 11. Escuiers à chevaus couvers a chascun 7. sols 6. den. par jour, & pour deux qui n'ont pas chevaux couvers, à chascun 5. sols.* Hos sic describit Chronicon Colmariense an. 1298. ubi de Dextrariis: *Hi equi cooperti fuerunt*

fuerunt coopertoriis ferreis, id est, veste ex circulis ferreis contexta. Sic etiam describuntur ejusmodi equi vestiti ab Hemricurtio lib. de Bellis Leodiensibus cap. 41. *A cely temps des werres, & encor par l'espase de dix ans aprés les pais faites, tos Chevaliers & Escuiers d'honneur soy kebatoient sor destriers, ou sor corsiers de tel bonteit, qu'il soy powissent sus assegureir, & estoient for hautes selles de tournoy sans satoir, tos coviers de covertures overées d'œvres de brosdure de leurs blazons armoiez & estoient armiez de plates de bons harnas de menut fer, & hiet sor les plattes bons riches wardecors d'armes armoiez de leurs blazons, & avoit cascon un heaume sor son bachinet à on timbre bin jolit, & plusieurs Saingnors Chevaliers & atresy avoit, qui al desos de lor covertures avoient lor destriers armeis de covertures de menues mailhes de fier por la dotanche de leurs chevaz.* Philippus *Mouskes* in Hist. Francor. MS.

Ses cevaus fu de fier couvers,
Par desure ot un cendal piers,
A flours d'or les armes le Roi
De France, & s'ot tout le conroi.

Vide Notas nostras ad Villhard.

Equos ejusmodi vestitos in Nobilium funeribus offerri solitos, docet vetus Ceremoniale Gallicum. Vide *Herietum.*

Equum & arma Patrum senioribus suis dare tenebantur majorum Valvasorum filii, qui in eorum beneficia succedebant, ut est in Constitutione Conradi & Henrici II. Imp. lib. 3. Legis Longob. tit. 8. §. 4. & lib. 3. Feudor. Vide *Herietum.*

EQUULEUS, Patibulum, furca cui decollatorum Martyrum cadavera affigebant. S. Eulogius l. 3. Memorial. SS. cap. 8. de Martyre decollata: *Nec mora consternatis corruens membris, equuleo deorsum versa suspenditur.* Cap. 10. *Nec mora ut erat lineis indutum cadaversporta immissum alveo projici Principes mandaverunt, nec sicut cætera occisorum cadavera, aut pro foribus neglexerunt, aut equuleo suspenderunt.* Cap. 17. *Confestim exanime corpus cujusdam homicidæ patibulo -- capite deorsum suspendi præcepit.* Ita passim lib. 1.

ERA. Vide *Æra.*

ERADICARIUS, Radicitus avulsus. Faustus Regiensis Serm. ad Monachos: *Quid gravius, quando subito, tanquam aliquis repentinus eradicarius de loco ad quem te Dominus vocaverat, — oblivisci loci illius, in quo primum & dulcissimum immutationis habitum & nomen secularis exueris.*

ERANEM *equum vulgus vocat, quòd in modum æreï sit coloris.* Papias.

EREMITÆ, Monachi qui vitam solitariam in *eremis* agunt, *quorum vita est devitare sæculi tumultus, & permanere in cellulis suis, quatenus vacent orationi & silentio,* ajebat S. Stephanus Fundator Ordinis Grandimontensis, apud Geraldum in ejus Vita cap. 3. Philoni, οἱ ἐρημῖται; Chrysostomo, οἱ τειχῶν ἔξω ποιοῦνται διατριβὰς ἐν κήποις, ἢ μοναγρίοις, ἐρημίαν διώκοντες; eidem ἐρημοπολῖται: Nazianzeno, οἱ τῇ ἐρημίᾳ ἐνδιαιτώμενοι, οἱ τὴν ἐρημίαν κατειληφότες, οἱ τῆς ἐρήμου πολῖται. Vide *Anachoretæ.*

Eremita, pro quibusvis Monachis, in Charta Hispanica æræ 1016. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. pag. 445.

Eremitorium, Habitaculum Eremitæ, *Ermitage.* Robertus *de Chorcon* Cardinalis in Tract. de Pœnitentia quæst. 1. c. 39. *Sed esto quod nullum inveniat claustrum, nisi tali rapina infectum, vel aliquod Eremitorium, nisi latronibus obsitum. Eremitorium Fratrum Minorum,* apud Albertum Stadensem an. 1244. H. Knyghton lib. 5. *Eremitorium in bosco D. Ducis petiit, ibique domum hanc aliquanto tempore coluit.* Occurrit præterea in Vita Enceï Abbatis Araniensis n. 7. 21. apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epist. 61. & in Monastico Anglic. to. 3. pag. 18. 50. Adde Luithprandi Pseudochron. p. 309.

Eremita, Cui competit ejusmodi cella, qui eam deservit, apud Gul. Prynneum in Libert. Eccles. Anglic. to. 3. p. 1250. *Robertus Capellanus liberæ Capellæ Dom. nostri Regis juxta Knypelgat, & loci ejusdem Heremita, &c.*

Fratres Eremitoriroum, Religiosi Ordinis Fratrum Minorum, qui loca deserta & solitaria, *Eremitoria* nuncupata, sub disciplina Fr. Pauli incolebant. Sed paulò pòst defecit hoc nomen, inquit Waddingus an. 1375. n. 44. dum ab Eremitoriis ad occupanda etiam & reformanda majora Cœnobia Conventualium transierunt.

Eremitagium, in Regesto Philippi August. Herouvalliano f. 172. & lib. 2. Epist. Innoc. III. p. 415. Edit. Venetæ.

Eremuncula, in Vita S. Domitiani.

Eremitare, Vitam eremiticam ducere. Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensib. p. 327. *ibi Rotbertus venerabilis nostri Cœnobii Monachus cum duobus sociis primùm eremitavit, &c.* Utitur etiam Felix Gyrvensis in Vita S. Guthlaci n. 17.

EREMITARE, *vastare.* Chronic. Gotthor. seu Lusitan. era 904. *Et maris littora heremitavit atque destruxit.* Ibid. *Conimbriam ab inimicis possessam heremitavit.*

EREMUS, Incultus, *Erema terra,* inculta:

---Immanis, rastroque intacta, nec ullis
Saucia vomeribus.

Heremps, in Consuetudine Solensi tit. 13. art. 1. 3. 4. *Terre herme,* in Marchiensi art. 425. Burbonensi art. 331. Arvernensi cap. 28. art. 3. Gloss. Gr. Lat. ἔρημος, *deserta.* Lex 4. Cod. de Censib. lib. 11. *Omne territorium censeatur, quoties defectorum levamen exposcitur, ut sterilia atque jejuna his, quæ culta vel opima sunt, compensentur.* Ubi Cujacius notat quosdam Cod. pro *jejuna* habere *erema,* & Græcos hæc verba sic extulisse, τὰ ἔρημα μετὰ τῶν εὐθαλῶν συμψηφίζονται. Michaël *del Molino* in Repertorio fororum Aragon. in v. *Ganatum: Si illa hæreditas est herema, & talis quæ non possit rigari nisi de cælo, &c.* Præceptum Caroli M. pro Hispanis an. 812. *Erema loca sibi ad laborandum porpriserunt.* Præceptum Carlomanni Regis ann. 881. *Teras quas ex eremo traxerunt, quiete possideant.* Charta Sanctii Navarræ Regis apud Oyhenartum pag. 99. *Cum omnibus terminis & pertinentiis — cum eremo & populatu.* Alia Petri Episcopi Aginnensis an. 1246. *Eundem montem cum suis pertinentiis licèt desertum, nemorosum, & eremum, ad nostrum dominium ratione feudi pertinere dicentis.* Alia Willelmi Comit. Tolosæ ann. 1080. *Ipsum boscum cum omnibus terminis, affrontationibus, exiis, & regressis suis, omnia & in omnibus, cultum & eremum, sine reservatione.* Adrevaldus de Translat. S. Benedicti c. 1. *Ita ut in eremi vastitatem loca priùs desiderabilia conversa viderentur.* Cap. 2. *Qui locus ad eremum redactus cœpit esse ferarum — habitatio. Eremæ hæreditates,* in Testamento Jacobi Reg. Aragon. ann. 1272. Vide Foros Benearn. rubr. *de Herbages,* art. 13.

Inhermæ terræ, Cultæ, in Charta anni 1148. apud Joffridum in Nicia pag. 168.

Eremiæ difficiles, ex Græco ἐρημίαι, apud Luciferum Calaritanum lib. 1. pro S. Athanas.

Eremitas, Vastatio. S. Eulogius in Documento Martyrii:

Martyrii: *Proponunt vobis—— eremitatem Ecclesiarum, compeditionem Sacerdotum, dispersionem ministrorum.*

ERETINA. Charta Desiderii Morinorum Episc. in Chronico Andrensi pag. 474. *Quòd si fortè in hieme, vel ex abundantia pluviarum, vel ex resolutione nivium aquæ nimiæ inundantia fieret, quàm vulgò Eretinam vocant, &c.*

ERGALIUM, ἐργαλεῖον, Instrumentum. Luithprandus lib. 6. cap. 3. *Per vertibile, quod supra laquearium est, ergalium in mensam subvehuntur.*

ERGASTERIUM. Glossæ MSS. *Ergasterium, monasterium, vel officina medicorum, vel operatorium.* Iso Magister: *Ergastron, Operatorium.* Ἐργαστήρια, Tabernæ mercimoniis deputatæ: passim in Cod. Th. & Justin. Vide Jac. Gotofredum ad lib. 4. Cod. Th. de Operib. publ.

ERGATA, Operarius. Papias: *Ergata, vicinus, vel operator.* Gloss. S. Benedicti cap. de Agricultura, *Operarii*, ἐργάται. Testatur Casaubonus ad Suetonium in Vespas. cap. 2. Epirotarum agmina patriam quotannis relinquere, & ulteriora ditionis Turcicæ adire, operis simul & quæstûs faciendi gratiâ, & ab iis *Ergatas* patrio sermone dici. Italis *Ergata* idem est ac *organum.*

ERGATICUS, ut legunt Notæ Tyronis, idem fortè qui *ergasticus.* Gloss. Græco-Lat. ἐργαστικὸς, *operosus*: *ergasticos* enim vocari operas quæ in operibus publicis conductis ab aliquo quasi Principe & magistro gubernantur, ait Hotomannus. Sed an iidem cum *ergosiotanis*, de quibus in l. 5. Cod. de Episc. audient. addubitant viri docti. Ubi Dionysius Gotofredus probabili conjectura pro *diocata ergosiatanorum* emendat *ergositonarum*: ita ut fuerint præfecti eorum qui Alexandriæ frumentum comparabant, quasi ἐργοσιτώναι: *sitonæ* enim dicuntur qui frumento comparando præficiuntur.

ERGODOCHIUM, Officina, ex Gr. ἐργοδοχεῖον. Sermo Petri Damiani de S. Severo: *Audiistis, fratres carissimi, ex B. Severi, dum legeretur, historia, qualiter illum Deus de lanificii ergo dochio sustulit*, i. gynæcæo, Vide in hac voce.

ERGOLABUS, Operarius, operarum redemptor. Gloss. Græco-Lat. ἐργολάβος, *redemptor*, Lexic. Gr. MS. Reg. ἐργολάβους, τοὺς ὑπὲρ τινῶν ἔργων μισθὸν λαμβάνοντας. Infra: ἐργολάβος, ὁ ἐπὶ μισθῷ κακουργῶν, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἐργολαβεῖσθαι, ἡ κρίσις. Glossæ nomicæ MSS. ἐργολάβος ἐστὶν ὁ χρήματα δεδοχὼς ἐπὶ τῷ ἐκχωρηθῆναι ἀγωγήν. De significatione hujus vocabuli videndi Cujacius l. 8. Obser. c. 31. & alii passim.

ERGOSIATANI. Vide *Ergaticus.*

ERICIUS. Papias: *Icinus, marinum animal, à terrestri Icino nomen traxit, quem vulgus Ericium vocat.*

Ericius, Machina bellica. Otto de S. Blasio c. 23. *Cæsar itaque omnem reliquum apparatum, quem ad expugnationem civitatis fecerat, scilicet talpas, vulpeculas, ericios, cattos, (talibus enim censentur nominibus) exuri præcepit.*

ERIGENA, vulgò dictus Joannes, qui *Scotus* Ingulpho pag. 870. vixitque sub Carolo Calvo, & cujus scripta varia circumferuntur, quòd Hibernus esset. *Eriugenam*, non *Erigenam* vocari in veteribus Codicibus, monet Sirmondus ad Concilium Valentinum III. *Irenses* porrò non semel Hibernos vocat Ordericus Vitalis lib. 11. & 12. nostri *Irois*, ex hodierna etiam appellatione: nam Hiberniam *Erin* vocant. Guill. *Guiart MS.*

Arriva la Richart li Rois,
Normans, Anglois, Escos, Irois.

Et anno 1212.

Tant i r'ot li Cornevalois,
D' Escos, d' Yrois, & de Galois.

Sed & Hibernos Scotorum nomine innotuisse palam est. Vide Gratianum Lucium in Cambrensi everso pag. 148. 338.

ERILIS. Vide *Herilis.*

ERIMARIUS. Vide *Herimannus.*

ERINACEUS, κτεὶς κτενιστικός. Ita emendat Salmasius in Gloss. Gr. Lat. pro *remaceus.*

ERMANA, Papiæ, *Calamitas.* Ita etiam in Gloss. MS. Eccl. Parisiensis.

ERMESINUS, pro *Cremasinus*, Gall. *Cramoisi*, in processu de Translat. S. Antonini 768. apud Bolland. to. 1. Maji.

ERMINII, apud Radulfum de Diceto, & alios, iidem sunt quos Geographi *Armenios* vocant, nec erat quòd se hîc torqueret Somnerus. Vide *Hermellinus.*

ERMINSTREAT, Una è quatuor Angliæ viis militaribus celebrioribus, quam eæ intersecant ac percurrunt, olim à Romanis extructis. Harum primam *Watlingstreat* (de qua Vita Offæ II. Regis pag. 19.) & *Werlamstreat*, quòd per Verolamium duxerit; alteram *Ikenildstreat*, quòd ab Icenis initium habuerit; tertiam *Fosse*, quòd fossâ, ut putant, utrinque munita fuerit; & quartam *Ermin streat*, Germanico vocabulo appellitant, à Mercurio, quem sub nomine *Irminsull*, i. *Mercurii columna*, Germani coluerunt: qui quidem Græcis ἐνόδιος dicitur, quòd viis præesse crederetur. Hæ viæ quatuor *Cheminii regales*, dicuntur in Legibus Edwardi Confess. cap. 12. & 13. quorum *duo*, inquiunt, *in longitudinem regni, alii duo in latitudinem distenduntur.* Hi *pacem Regis* habere dicuntur, ita ut qui delicta in iis committunt, Regis judicio nudè subjaceant. Quod & statuitur in Legibus vernaculis Willelmi Nothi §. 30. ubi tres tantùm ex his viis militaribus recensentur, *Wetlingstreet, Ermingstreet*, & *Fosse*: quarta omittitur *Ikenildstreat.* Notum autem *streat*, his locis, *stratam*, seu viam denotare. Horum itinerum meminit præterea Robertus Glocestreusis in Poëm. Anglico MS. ex Bibl. Bodleiana, apud Will. Dugdalum in Antiquitatib. Warwic. pag. 6.

Faire weyes many on ther ben in Englonde,
But four most of all ther ben zunderstonde,
That thurgh old kyng were made ere this,
As men schal in this boke aftir her telle Iwis.
Fram the south into the North takit Ermingestrete
Fram the east into the West goeth Ikeneld strete,
Fram southest the Northwest, that is sum del grete,
Fram Dorer into chestre Goth Watlingstrete.
The ferth of thise is most of alle that tillet Fram Toteneys
Fram the one end ef Cornwalle anone to cateneys.
Fram the soult. well to Northest into Englondes ende,
Fosse men callith thiske voix that by mony thoto von doth voende,
Thise foure weyes on this londe kung Belix the voise
Made and ordeyned hem volth gret fraun hise:
For vohoso dide therein ony thefte other ony wouz
He made juggement therof and gref vengeance ynouz.

Vide Galfridum Monumethensem lib. 1. cap. 18. Et infrà, *Pax Regis.*

ERMULUS. Aldhelmus Abbas Malmesburiensis: *Et ubi pridem ejusdem nefandæ natrices, ermuli, cervulique crudâ fanis colebantur stoliditate in profanis, versa vice discipulorum gurgustia, imò almæ oraminum ædes, architecti ingenio fabre conduntur.* Ubi Usserius Armachanus ad *Erminsul* Saxonum deum hîc alludi putat, de quo suo loco agimus: sed indubiè legendum *hinnuli*, ut habet S. Augustinus. Locum vide in *Cervulus.*

ERMUNIUS. Vide *Infancio.*

EROGARE, *Rogam* seu donativum distribuere.

Loe

Leo III. PP. Epist. 4. *Promittens ei thesaurum absconditum multum, per quod populum erogare debuissent.* Vide *Roga.*

Erogatarius, eadem notione quâ *Erogator*, de qua voce mox. *Erogatarii Ecclesiastici*, qui legata in pios usus erogant & distribuunt. Synodus Pontigon. ann. 876. c. 14. *Ut quotiens divinum judicium aliquem Ecclesiæ Præsulem è sæculo vocaverit, nullus ad suimet perditionem facultates ejus invadat, diripiat; sed erogatariis & eleemosynariis Ecclesiasticis, cum ipsius Ecclesiæ constituto œconomo, liberum sit Canonico more, juste, rationabiliterque deputata successuro reservare, vel quibuscunque, sicut expedit, pro ejus spiritu distribuere.* Baldus ad l. Nulli. C. De Episc. & Cleric. hac etiam voce utitur pro testamentariis executoribus. Vide *Eleemosynarius.*

EROGATOR, Testamentarius executor, qui ultimam voluntatem testatoris exequitur, & ab eo relicta legata in pios, vel alios sibi indictos usus, erogat & distribuit. Unde *Distributores* dicuntur ejusmodi executores in veteri Charta apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacræ p. 566. Gloss. Gr. Lat. Ἐξοδιάζω, *ergo, expendo.* Capitulare Pipini Regis Italiæ ann. 793. c. 9. & Lex Longob. lib. 2. tit. 20. §. 5. *De filia cujus pater per manum erogatoris omnes servos suos jussit fieri libertos, quia contra legem esse videtur, statuimus, &c.*

Rogator, pro *Erogator*, in Testamento Audonis Episcopi Veronensis exarato anno 11. Ludovicii Pii Imp. apud Ughellum.

Erogator militaris annonæ, in l. 16. C. de Castrensi pecul. lib. 12. qui *rogam* militibus & stipendia persolvit, de qua dignitate agit Gregorius M. lib 7. Ind. 2. Ep. 77. & 130. *Erogatio*, distributio, ἐξοδιασμὸς, in Gloss. Græco-Lat. & in d. l.

Erogator obsoniorum, apud Senatorem lib. 12. Ep. 11. qui obsonia à Principe collata populo distribuebat.

EROOD. Charta Premihli Marchionis Moraviæ an. 1235. pro fratribus Hospitalis S. Francisci Pragensis, apud Waddingum tom. 1. *Absolvimus autem villam illam ab omni jure quod spectat ad usus principum, sive in jure quod datur de capite, vel Erood, vel pro fure.*

ERPLANT, *id est, terra accrescens*, quasi *aerdet plan*, Terra plana: in Charta Winemari Castellani Gandensis in Prob. Hist. Guinensis pag. 66.

ERPTIA. Adalardus in Statut. Corbeiens. Abbat cap. *De ordinatione hortorum: Ipsi dent unusquisque ad hortum cui deservit in tertio anno aratrum, id est, jugum cum amblacio & conjunclis -- & in quarto erptiam ad hortum excolendum.* Hic *Erpicam*, instrumentum ad terendas glebas interpretatur vir doctus, nostris *Erce.* Ugutio: *Erpica, est instrumentum rusticorum ad terendas glebas, & trahitur à bobus, unde dicitur erpica, quasi arpica, ab arpe, quod est rapere, quasi arapeta, aratra petens: prius enim terra aratur, postea erpicatur, & hinc Erpicarius, qui erpicam trahit & facit.* Ex his patet *Erpicam* non esse hortorum, sed agrorum.

ERRA, pro *Arrha*, quomodo *Erres* dicimus. Glossæ MSS. *Arra, i. erra. Arraboni, id est, vadimonium, &c.*

ERRANEI, *Errantes*, in Gl. Isidori.

ERRARIUS, Errans, vagans. Charta Thomæ Marescalli & Comit. Notynghamiæ to. 2. Monastici Anglic. p. 240. *habebunt etiam præfati Canonici cignos suos errarios, quantos voluerint, natantes & nidificantes cum pullis & cineolis eorum, depascentes & errantes in omnibus aquis meis, &c.*

ERRATICUS, Errabundus vagus, vagabundus: Italis *Erratico.* Gloss. Gr. Lat. Πλάνος, *erraneus, erraticus, seductor.* Cornel. Fronto: *Erraticus, & potest errare, & solet. Erraticus, animus est qui solet errare, & desinit.* Vita S. Deicoli Abb. Lutrensis n. 15. *Cumque vir sanctus per eremum, quasi erraticus viator, convenientia manendi loca disquireret. Erraticum pecus, quod vulgò dicitur Weredif*, in Concilio Islebonensi c. 27. quod nostris *Espave.* Errandi verbum de pecoribus propriè efferri docet Maro Eccl. 7.

Huc mihi dum teneras defendo à frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerraverat.

Plauto in Bacchid. *Errantia pecora*, solivaga & seorsim pascentia dicuntur.

ERRATOR, Papiæ *debitor, reus obligatus.* Sed legendum *arator.*

ERROR, *vaticinatio*, in Gloss. Isid.

ERROVAGARE, Vagari, errare, hinc inde discurrere, Alemannis *Irrivagen.* Eckchardus junior de Casib. S. Galli cap. 7. *Compulit tamdem Cralo fratres errovagari, post arsuram solitos claustro stabiles vivere.*

ERTHMIOTUM, Conventus vicinorum terræ. Vocem Somnerus deducit à Saxonico eaꝛð, terra, & ᵹemoꞇe, vel moꞇ e, Conventus. Solebant quippe convenire advicinorum inter se discrepantium querimonias summariè audiendas & sedandas, arbitrio comparium Curiæ vel convassallorum. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 57. *Ita ut ne damnum incurrat —— aliquando in divisis, vel in Erthmiotis suum hominem ubique manu teneat, aliquando super ipsam terram.*

ERVATIO, *Enervatio, exinatio.* Papias.

ERRUCTUARE, Evertere. Acta S. Sabiniani cap. 1. *Tunc loquitur Imperator Crispino Præsidi in ira sua, ut exeat currens in furore suo, & milites principales in toto orbe eructuent Christianos, & destruant eos.* Alii Codd. habent, *evertant.*

ERUDIRE, Mederi, remedium dare. Gregorius Turon. in Vita MS. S. Felicis: *Cumque profluente sanguine nullus manum ad erudiendum auderet apponere, &c.*

ERUDITORIUM, διδασκαλεῖον, παιδευτήριον, Academia, Schola publica. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis n. 7. *Ut ---- in omnibus transmarinis eruditoriis nulli pateret secundus.*

ERZA. Vide *Hercia.*

ESBONARE, *Esbonagium.* Vide *Bonna.*

ESBRANCATURA, Ramorum abscissio, ex Gallico, *Esbrancheure.* Rogerus Hovedenus pag. 784. *Qui autem forisfecerit in foresta Regis de Viridi, sive per culpaturam, sive per esbrancaturam, &c.* Vide *Branca.*

ESCA, Glandatio, *Glandée* Gallis; *Maste*, Germanis & Anglis. Lex Bajwar. tit. 21. §. 2. *Si quis aliena nemora præciderit, si portat escam, & rubus est, cum solido & simili componat.* Edit Heroldi, *ubi porcorum esca & robur est.* Charta Alemann. Goldasti 62. *Per singulos annos 2. corvadas de grano bono non scusso, 1. de spelda, & alterum de avina, & quando esca est, porcum solido valentem 1. & quando esca non est, arietem bonum.* Lex Longob. l. 1. tit. 22. §. 3. *De porcis, si in esca alterius paverint, & inventi fuerint, &c.* ὕσκα, Græcis: Hispanis *byesca.* Vide Gloss. med. Græc.

Escaticum, vel *eschaticum*, eadem notione ac origine. Charta Friderici Imp. ann. 1178. apud Ughellum to. 7. Italiæ sacræ p. 1434. *Cum casis, ædificiis, --- pascuis, capilo, aquario, herbatico, escatico, &c.* Alia Aistulfi Regis Longobard. an. 753. apud eundem to. 2. p. 107. *Quod si in ipsis silvis aliquis roncare fecerit, aut si peculia pabulaverit, redditum, escaticum, seu caseum ad fratres Nonantulæ famulantes perveniant totum.* Occurrit præterea apud eundem to. 5. pag. 221. & in Chronico Farfensi pag. 664. Pag. verò 657. *scaticum*, pro *escaticum* habetur.

Esca, vulgò dicitur, quod fomes sit ignis. Papia. Guigo II. Prior Cartusiensis in Statutis ejusd. Ord. cap. 28. §. 5. *Ad ignem focile, esca, lapis ignitus, ligna, securis.*

ESCARIUS. vetus Pœnitential. apud Morinum: *Si est ministerialis, si est negotiator, si est monetarius, si est Escarius, &c.* Infrà: *Si est Escarius, non teneat annonam familiæ.* Idem videtur cum Cellario.

ESCAETA, *Eschaeta, Escheta, Escheuta, Excaeta, Escadentia, Escasura.* Horum vocabulorum non una semper, sed varia & diversa est significatio. Nam interdum, & ut plurimùm sic appellantur bona, prædia, immobilia vel mobilia quævis, quæ ex delicto & forisfactura vassalli vel alio quolibet casu cadunt in fiscum Domini feudi. Ita Rastallus, & practici Angli. Vide Britton. pag. 27.

Duplicis porrò generis *eschetas* statuunt Leges Baronum Scoticor. seu Quoniam Attachiamenta cap. 48. *Escheta* enim *accidunt, quandoque in mobilibus, quandoque in terris & tenementis*: in mobilibus, veluti ἀδεσπότοις, quæ nullius Domini sunt, Thesauris, rebusque aliis in ventis, animalibus confiscatis, &c. in immobilibus, veluti bonis & prædiis damnatorum, proditorum, sine herede decedentium, &c. *Nihil* autem, ut est ibidem §. 13. *judicatur escheta, nisi propter culpam aut transgressionem alicujus partis, quam ipsa res tangit.* Quæ quidem bona, *Caduca* dicuntur jurisconsultis. Gloss. Lat. Gr. *Caducum*, τὸ χωροῦν εἰς τὸ φίσκον. Ita in Charta Guillelmi Episc. Paris. ann. 1244. apud Brolium in Hist. Paris. l. 2. p. 283. 2. edit. & aliis, *caducum* vox usurpatur.

Interdum & sæpe sumuntur hæ voces pro legitimis hæreditatibus, quæ quibusvis obveniunt: unde ut ab escaëtis, quæ ex delicto vel ex defectu hæredis Dominis feudi obveniunt distinguantur, sæpe *eschaeræ* vocabulo additur vox *recta*, idest, *legitima*, ut quæ ex lege obvenit: quæ etiam *Recta hæreditas* dicitur in Legibus Henrici I. c. 1. Charta an. 1279. apud Duchesn. in Probat. Hist. Burgund. p. 94. *Salvo sibi & hæredibus suis recto caduco, sive recta escheeta, & alio jure futuro, si in præmissis contingeret evenire.* Vide Stabilimenta S. Ludovici. lib. 1. c. 21.

Escaëta cum hærede. Gervasius Tilberiensis lib. 2. *At cùm pater familias, Miles, vel serviens, de Rege tenens in capite fata debita solverit, relictis tamen liberis, quorum primogenitus minor est annis, reditus quidem ejus ad fiscum redeunt: sed hujusmodi non simpliciter eschaëta dicitur, sed eschaeta cum hærede,--- de ipsa hæreditate per regios Officiales tam ipse hæres, quàm cæteri liberi necessaria percipiunt.* Vide *Custodia, Hæres*, & *Warda.* Variè porrò hæ voces exaratæ leguntur:

Escaeta, apud Radulfum de Diceto an. 1191. Matth. Paris pag. 394. & alios.

Eschata & *escheeta, escheataë*, Anglis *escheat*, apud Mat. Paris p. 179. Littleton. sect. 4. Tho. Walsingh. p. 100.

Escketa, in Leg. Baron. Scotic. loco cit. in Statutis Roberti III. Regis Scotiæ cap. 28. in Regiam Majest. lib. 2. cap. 55. §. 2. 3. in Itinere Camerarii Scotiæ cap. 34. &c.

Escheuta, in Libertat. Montis regalis apud Guichenon. in Hist. Bresc. in Consuet. Comitatus Burgund. art. 100. Autisiodor. veteri art. 39. Bituricensi tit. 19. art. 16. 33. &c.

Escaëta, in Vitis Abbatum S. Albani p. 88.

Excadentia, in Consuetud. Siculis lib. 1. tit. 77. *Terræ escadentiales*, in Fleta lib. 6. cap. 1.

Excasura. Charta de Chableiis in Tabular. Campan. Thuano fol. 189. *Comes habet escasuras apud Chableias omnium hominum liberorum, & suorum, & omnium extraneorum, qui non habent Dominum.* Charta Libertatum Villæ de *Villereys* an. 1253. *Escasuræ ad propinquiorem hæredem devenient.* Vide Roverium in Reomao p. 259.

Escaduca, in Charta anni 1243. in Regesto Comitum Tolosæ fol. 88. *Albergas, successiones, escaducas, furnos, &c.*

ESCAETOR, *Eschætor*, Magistratus apud Anglos, cujus munus erat, res in fiscum Principis quolibet jure redactas in provinciis diligenter exquirere & colligere: *Escheators*, vulgò. Articuli Episcoporum Angliæ in Additam. ad Matth. Paris. *In tantum jam crevit malitia, quod escaetores non ad bona Abbatum & Priorum usui aecedentium deputata, manus extendunt, verùm etiam ad blada instaurata, &c.* Will. Thorn. an. 1306. *Walterus de Glocestr. Eschaeto.* Idem ann. 1316. in Charta Edw. II. *Ita quòd nullus Escaëtor, seu alius minister noster --- se intromittat.* Vide eundem ann. 1363. Monast. Angl. tom. 1. pag. 48. Concil. Lambethense an. 1261. cap. *de Custodia Eccles.* Edw. Cocum ad Littletonem sect. 4. Fletam lib. 1. cap. 20. §. 60. Prynneum in Libertatib. Angl. to. 2. pag. 978. &c. In Charta Gallica apud eundem Thorn. an. 1388. *Eschetour.* Ejusmodi erant *Cæsariani, qui bona ad Principem devoluta veluti vacantia occupabant*, in lib. 2. Cod. Th. de Bonis vacantib.

Habent, ait Spelmannus, vel potiùs habuere, Magnates aliquot hujusmodi Officialem: suum autem in uno quoque Comitatu Angliæ, qui Magno Thesaurario annuatim constitutus, fisco militat & piscatur, exacto verò ministerii sui anno, iterum infra triennium non ad idem recipiatur exequendum. Stat. Henrici VIII. c. 8. & an. 3. ejusd. c. 2.

Escaëtria, officium *Escaetoris*, in veteri magna Charta fol. 160. 161. &c.

Subescaetor, Locum tenens ac Vicarius *Escaëtoris*, in Fleta lib. 1. cap. 20. §. 60. & apud Gul. Prynneum in Libertatibus Eccl. Anglic. to. 3. pag. 847. *Eschetours, & dessouth Eschetours*, apud Britton. cap. 21.

ESCALIUM. Charta Sanctii Regis Navarræ æræ 1158. apud Blancam: *Confirmo etiam --- omnes decimas terrarum, villarum, escaliorum, & omnium alodiorum suorum, &c.*

Escaliare. Eximinus Salanova de Privilegiis Baronum Aragon. *Item possunt escaliare in villis regalibus ubi sunt vicini tantùm.* Vide *Scalia.*

ESCAMBIUM. Vide *Cambium.*

ESCAPIUM, Evasio, fuga, Anglis *Escaping*, ex Gallico *Eschapper*, & Angl. to. *Escape*, effugere, evadere, ex *captione* se subducere, unde vocis origo: quæ quidem usurpatur apud Anglos, de reo aliquo detento, & in carcerem misso, qui libertate donatur, antequàm judicio, seu judicis sententia & præcepto liberetur. Duplex autem est *Escapium*: *voluntarium*, cùm quis reus in crimine deprehensus & detentus, liber abire permittitur: alterum *neglectum escape*, dicitur, cùm scilicet idem reus, detinetur, ac per negligentiam seu incuriam custodis evadit, custode non admodum laborante in eo rursum comprehendendo. Utroque casu, is cujus custodiæ incumbit reus, ejusdem criminis quo reus, damnatur, & si feloniæ, tanquam felo, si proditionis, tanquam proditor punitur.

Reorum autem custodia non tantùm Carcerarium spectabat, sed & loci incolas: adeò ut si reus per eorum incuriam evaderet, ii *Escapii*, quam dixi, pœnam incurrerent. Quinetiam si quis homicidium intra urbem commisisset, & ille ex urbe evasisset, incolæ *Escapii* pœna tenebantur, ut pluribus hanc mate-

materiam exequntur Auctor Fletæ lib. 1. c. 20. §. 75. & 48. §. 7. Guillelmus Stanford in Placitis Coronæ lib. 1. cap. 26. & seqq. ut & Rastallus verbo *Escape*, & Cowellus l. 4. Instit. tit. 18. §. 14.

Cùm igitur non leve esset onus urbium incolis reos custodiendi, ab eo sæpe exempti legunrur, beneficio Principum. Charta Gilberti Tisoni summi Vexillatoris Angliæ in Monast. Angl. to. 1. p. 372. *Sint quieti in civitatibus, burgis,---& de omni terreno servitio & seculari exactione: similiter de sectis curiæ---& de murdro, & latrocinio, & escapio.* Alia Charta ibidem pag. 977. *Et omnia amerciamenta, redemptiones,-- necnon omnimoda escapia felonum, de & in villa, terris, &c.* Charta Henrici III. to. 2. p. 660. *Et sint quieti---de murdro, de francoplegio,---de escapiis latronum, de roberiis, &c.* Adde p. 511. Charta Philippi Ebroicensis pro incolis Mellenti an. 1320. in Tabular. Prioratus S. Nicasii p. 72. *Lesdiz habitans de la ville de Meulant & des Muriaux---ne sont tenus à gaitier les prisonniez estans en nostre geole de Meulent & des Muriaux: més s'il avenoit que aucun, ou aucunt malfaiteurs occissent un homme, ou feissent aucun murtre ou autre messait, ou aucune malfaçon, & il se boutoit en monstier, ou en lieu semblable, lesdiz habitans seront tenus à gaitier: més hors la ville ils n'iront point gaitier, ne n'y seront contrains.* Will. Thorn. an. 1268. *Et si ille qui captus fuerit per prædictum Abbatem infra prædictas bundas & metas evaserit de prisona dicti Abbatis, non debebunt respondere de ipso escapio coram Justitiariis.* Vide Statutum 1. Westmonasteriense cap. 3. & Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 39. 81. lib. 2. c. 35. & Consuetud. localem *de Meneton*, apud Thomasserium pag. 196. *Incarceratorum evasio* dicitur in Charta Thomæ Regis Manuiæ an. 1055. to. 1. Monastici Anglic. p. 718. *Et quòd habeant incarcerationem, & incarceratorum evasionem, & furcas seu patibulum super terram suam.* Vide Radulfum in Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis n. 37. & Gul. Prynneum in Libertatibus Ecclesiæ Anglic. to. 3. p. 765.

ESCARAMIS. Gauterius Cancellarius de Bellis Antioch. p. 454. *Adeò belli campo clauditur, montium vallium que aditus escaramis obfuscantur, quòd nec unius fugientium illibatus pertransire potuit.* Leg. fortè, & *à ramis.*

ESCARIA. *Mensa escis plena*, Ugutioni.

ESCARLETUM. Vide *Scarlatum.*

ESCARRETA. Inquesta de foresta Andeliaci in Regesto Herouvalliano Philippi Augusti Regis fol. 123. *Habent suam escarretam per liberationem Vicecomitum, & furcos fagi ad suas domos faciendas.* Fortè pro *Carreta.*

ESCASSA. Usatici Barcinonenses MSS. editi à Raimundo Bereng. & Adalmodi Comitib. Barcin. cap. 2. *Si verò fuerit captus, & in ferris, vel in escassa missus, per mediam mortem sit emendatus, requisitus, & cæsus, vel vulneratus, sive in tavega missus, vel per redemptionem distractus, sit per mortem emendatus.* Cap. 9. *Si ampliùs erit retentus in escaza, sive in ferris, vel in tavèga missus, vel in quocumque vinculo aut custodia detentus, &c.* Idem videtur quod *cippus.*

ESCASURA. Vide *Escaeta.*

ESCATICUM. Vide *Esca.*

ESCAUDA, Navis amnicæ species, nostris olim nota. Aresta an. 1258. in 1. Regesto Parlam. f. 10. *Quoniam debent solvere costumam apud Pontem Ademari de lignis suis, quæ ipsi faciunt adduci de venda prædicta per aquam in batellis seu escaudis suis ad lignagia eorum facienda, &c.*

ESCENLA, Scindula, *Escengle*, Gallis Charta an. 1257. in M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 9. ch. 25. *Domos ejusdem grangiæ, sive appenditia cooperta de escenlis, & stramine.* Occurrit etiam in Regesto Herouvalliano Phil. Aug. f. 118.

Essendola, eadem notione. Tabular. Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 114. *Et 1. cartallum de fabis, & 3. trainas de lignis, & 10. faxos de majeria, & 5. essendolas, obra & manobra, & per vindemias 2. costas.*

ESCENUM. In formula 3. ex Andegav. titulus ita concipitur. *Hic est venditio de homine in Esceno posito.* Titulus Form. 28. Marculfi lib. 2. *Qui se in servitio alterius obnoxiat.* Vide *Sunnis.*

ESCEPTA. Vide *Eschepa.*

ESCEWINGA. Vide *Scavagium.*

ESCHAFFAUDUS, Tribunal, pulpitum editius, Gall. *Eschaffaud.* Ordo ad consecrandum Regem Franc. editus à Renato Benedicto: *Primò paratur solium in modum eschafaudi aliquantulum eminens, &c.* De vocis origine vide quæ adnotamus ad Joinvillam.

ESCHANCHIA. Vide *Waterpain.*

ESCHANTILLARE, vel *Eschandillare*, Mensuras ad examen publicarum mensurarum expendere, exigere: Gallis, *Eschantilloner.* Charta Libertatum Montis regalis in Brescia an. 1287. apud Guichenonum: *Et si dicatur mensura falsa vel ulna, ad mensuras vel ulnas eschantillandas vocentur duo vel tres burgenses meliores de villa, & ille cujus est mensura vel ulna, & in præsentia eorum eschantilletur, & videatur utrum sit falsa vel non.* Eadem habet Charta Libertatum Villæ Bellijoc. an. 1274. Hinc *Escandillonage*, apud Sanjulianum in Cabilone p. 394. pro eo jure, quod in mensuris comprobandis Domino feudi competit.

ESCHANGIARE, ex Gallico *Eschanger*, Commutare. Vetus Charta in to. 1. Monastici Anglic. *Et unam virgatam eschangiavi ibidem pro illa virgata, &c.*

Eschangire, in alia an. 1197. in Probat. Hist. Vergiac. p. 122. Vide *Cambire.*

ESCHARA, Pedamentum cui vitis innititur, vulgò *Eschallas*, vel *Escharas*, quasi *scalula*, Latinis *ridica.* Quidam à Græco χάραξ vocis etymon accersunt. Gloss. Gr. Lat. χάραξ, *sudis, ridica.* Onomast. *Ridica*, μόχλοι. Ulpianus l. 11. §. 3. D. Quod vi aut clam, &c. *Si quis in vineas meas venerit, aut ridicas abstulerit.* Charta Mauricii Episcopi Parisiensis an. 1189. in Tabul. S. Maglorii: *Boscum habeat in foresta---ad ædificandum & ad escharas vinearum, &c.* Occurrit passim in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano.

ESCHARGUITA. Vide *Scaraguaita.*

ESCHAUDATI *panes*, qui Parisiensibus *Eschaudez*, leviter cocti. Charta Episcopi Paris. an. 1202. in Tabulario Episc. Paris. ex Biblioth. Puteana, nunc Thuana, fol. 56. *Ego Episcopus inducere bona fide studebo Capitulum Parisiense, ut panes, qui Eschaudati dicuntur, & oblatæ, & vinum, quæ solent reddi Clericis Parisiensibus in vigilia Ascensionis Domini---quitentur.* Regestum peagiorum Paris. *Le jour de la feste de saincte Genevieſve, qui est és foiries de Noel, si ont li peagier de petit pont, & le Prevost de Paris à chascune feste 12. sestiers de vin, & 12. eschaudez, & 2. sols, & 12. eschaudez petits.*

ESCHECCUM. Jurata, seu Inquisitio apud Matth. Paris an. 1240. *Si habuerint venationem illam, vi, aut permissione prædecessorum prædicti Abbatis, vel per Eschеccum.* Et mox: *Vel si habuerunt venationem per vim, vel ex remissione prædecessorum Abbatis S. Albani per eschеccum, ut idem Abbas dicit.* Ubi Watlius *Eschеccum*, vertit increpationem, vetationem, interruptio-

interruptionem, à *Check*, Angl. increpare : & à *Chek* Chaucero, est impedire, inhibere ne faciat, vel eat aliquis.

ESCHEPA, *Eskepa*. Mensuræ frumentariæ apud Anglos species. Monasticum Anglic. to. 1. p. 823. *Richardus de Revesbia recepit unam bovetam in Sticcefordia per idem servitium per annum, excepto quòd escheppa bracii quam debet dare, erit de avena.* Charta Henrici III. Regis Angl. ibidem p. 488. *Ex dono Roberti filii Gilberti dimidiam eskeppam frumenti.* Vide *Sceppa*.

Escepta, to. 2. p. 96. *Et* 30. *Esceptas vivæ annonæ de molendino de Hungflet.*

Eskippa. Vide in *Mina*.

ESCHETA, Vide *Escaeta*.

ESCHIPARE, Gall. *Esquipper*, instruere. Vox à re nautica desumpta : naves enim bene adornatæ dicuntur, quæ suis *Scaphis* instructæ sunt. *Scaphas* porrò vernaculè *Esquifs* appellamus. Matth. Paris : *Naves bene eschipatas bonis & probis marinellis.* Charta Philippi Aug. an. 1207. in Normannicis Andr. Duchesnii: *Nulla navis de tota Normannia præterquam de Rothomago poterit eskipare ad Hyberniam.* Vide Henr. de Knyghton pag. 2718. Ab hac porrò voce *Esquifs*, derivata alia *Esquifer*, vitare, se se subducere : quòd qui in majoribus navigiis tempestate actis & agitatis de vita periclitantur, in scaphas ut plurimùm se se demittant, atque ita imminentis mortis periculum vitent.

ESCHIVIRE, *Eschivare*. Regestum feodorum Campaniæ fol. 73. *Ipsi autem Præpositi non poterunt eschivire foris factum, quod non erit plusquam* 20. *solid. nisi per Dominam Comitissam, nisi de homine errante : si tamen forisfactum illud non fuerit de furto vel raptu vel de multro. Forisfactum quod non montabit plusquam* 20. *sol. eschivabit Præpositus & Scribanus, & duo probi homines villæ, quos Domina Comitissa ad hoc faciendum apponet, &c.*

ESCHOT. Vide *Scot*.

ESCHUMELLUS. Tabularium Fossatense an. 1282. f. 144. *Possidebant ex eorum hæreditate duo arpenta & dimidium terræ arabilis, & duos eschumellos treilleiæ vineæ, &c.*

EECLAVUS. Vide *Sclavus*.

ESCLIGNIATIO. Vetus Inquesta apud Louvetum in Hist. Bellovac. to. 2. p. 384. *Dicit quòd Episcopus habet omnimodam justitiam in villa, videlicet, multrum, raptum, sanguinem, anvoirre,* (leg. *Avoutre*, i. adulterium) *escligniationem, & viariam.*

ESCONDIRE. Vide *Excondicere*.

ESCORAGIUM. Scacarium Paschæ apud Falesiam an. 1221. in Regesto Joannis de S. Justo, in Camer. Comput. Paris. *Judicatum est quòd forestaria quæ contagrum suum, & escoragium suum in foresta de Bonsmoulins, quæ destructa est modò de arboribus, nihil in ea capient, sicut in herbagio, vel in brueria, vel hujusmodi terra Escoragium* (sic) *vel Escoragium, cùm in foresta illa evenerit.*

ESCORIATIO. Rogerus Hovedenus p. 784. *Qui autem forisfecerit in foresta Regis de viridi, sive per culpaturam, sive per esbrancaturam, sive per foditionem turvarum, sive per escoriationem moræ, sive per culpationem de subnemore, &c.*

ESCOSUS, *Escis plenus, pinguis, crassus.* Ugutioni.

ESCOTUS, pro *Scotus*, quomodo nostri *Escots* dicebant, quos hodie *Escossois*. Formula 15. ex Baluzianis : *Vadit tanquam latro, ad aura psallit, ut Escotus mentit, semper vadit toritus, & occidit quod nunquam vidit.* Nempe solemne est peregrinantibus, ut fuere Scoti, mentiri. Joan. Molinetus Valentianensis p. 25.

Atheniens, Turcs, Barbarins, Escots,
Gauls, Espaignols, Hongreu, Bretons, Gallots.

ESCROVETUS, Prætor, ex Belgico *Scouter*, *Escoutet*. Charta Ferrandi & Joannæ Comitum Flandr. an. 1228. pro Scabinagio Duacensi, apud Buzelinum p. 517. *Videlicet quod transactis* 13. *mensibus Scabini, qui exient à Scabinagio, debent eligere* 4. *burgenses in villa de Duaco in* 4. *Escrowetis, &c.* Sed videtur leg. *Escowetis*.

ESCUA, *Esiæ*, *Edulia*. S. Isidorus hymno in SS. Torquatum & Socios :

Mittunt assseculas Escua quærere,
Ut fessa dapibus membra reficerent.

ESCUAGIUM. Vide *Scutagium*.

ESCUBIERA. Libertates concessæ Barcinonensib. à Pet. Rege Arag. an. 1283. MSS. *Concedimus quod cesset Escubiera, & quòd de cætero non sit Escubiera in molendinis.*

ESCUDERIUS, Scutifer, ex Gallico *Escuier*, sed propriè famulus : nam ita famulos suos vocabant Monachi, ut suprà in voce *Armiger* docemus. Charta Raimundi Abbatis Moissiacensis an. 1212. in Regesto 3. Tabularii Regii ch. 13. *Nos nec alii Monachi quicunque fuerint, & Escuderii nostri, vel eorum, nihil dabimus in portu de Moissiaco, sed ibi liberum transitum & reditum habemus.* Infrà. *In uno quoque manso* 3. *minas frumenti, &* 3. *minas avenæ, & albergam duobus Militibus, & duobus Escuderiis, &c.*

ESCULENTIA, *Pinguedo*, in Gl. Isidori. Libellus precum Marcellini & Faustini p. 65. *Hic erat in eadem urbe Roma Presbyter miræ continentiæ, non vino stomachum relevans, non carnis Esculentia corpus curans, sed oleo solo escas asperiores mitigans, &c.*

ESCULEUM, Amplum spatium circa ædem. Charta Joannæ Reginæ Castellæ an. 1225. in Hist. Eccles. Abbavill. cap. 27. *Retentis nobis & hæredibus Pontivi alta justitia, pomerio & esculeo.* Etiamnum Picardi nostri *Esculus* vocant spatium quod sibi retinet qui longiùs prosilire cupit. Chronicon Bertrandi Guesclini MS.

Pour monter au destrier, prenoit son esculie.

Vox videtur efficta ab eo spatio quod *scuti longitudinem* occupat, nisi referatur ad spatium 12. pedum, de quo Additio ad Legem Frisionum tit. 3. §. 24. Lex Ripuar. tit. 70. §. 1. & 2. & Leges Rotharis Regis Longob. tit. 18. §. 9. Vide *Scutum*.

ESDEVENIMENTUM. Curia Generalis Gerundensis an. 1321. sub Jacobo II. Rege Aragonum MS. *Super exitibus, proventibus, esdevenimentis, vel juribus officii sibi commissi.*

ESENCIA, *Esitamentum*. Vide *Aisancia*.

ESGARDIUM, *Esguardium*, Judicium, sententia judicis cum cognitione causæ, Gallis *Esgard*. *Escardium*, seu *scardium*, in Statutis Ordinis Hospital. S. Joan. Hierosl. tit. 2. §. 23. tit. 8. §. 1. 2. & seqq. *Gallica vox est, & significat rationem, considerationem, seu, ut sic dicam, respectum. Quod quidem Scardium est antiquissimum & primum judicium domûs Hospitalis.* tit. 19. de Verb. signif. §. 9. Constitut. Siculæ lib. 3. tit. 17. *De vassallo delinquente in Dominum, Dominus potest de eo quod tenet ab ipso, ipsum per exguardium dissaisire.* Id est, judicio parium suorum interveniente. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 23. *Or dit esgart ou connoissance n'est mie une mesme chose : car l'on fait d'une parolle conoissance de court, ne esgart peut hom faire d'une parolle, pourquoy il est clere chose que esgart & connoissance ne est mie une meime chose*, Cap. 29. *& se preigne à lui d'esgart, que court ne peut faire esgart d'une parolle. La Court esgarde, demander conseil par esgart de Cour, se mettre en l'esgart de la court sauf son retenail*, in iisdem Assisiis Hierosol. cap. 3. 4. 5. 6. 7. 8. &c. *S'aerdre à l'esgart de sa partie*, c. 28. *Premier esgart, second esgart*, cap. 30. *Se prendre à sa partie d'esgart*, cap. 29. Guillelmus Guiart. an. 1209.

Li Rois

Li Rois voust pour ce qu'en pais fussent
Que l'esgart de sa Court eussent.

Le Roman du Renard MS.

Itel amande li fera
Come vostre Cour esgardera.

Alibi:

N'a pas esté à bon escole
Isangrin pour jugement faire,
Dont il li venist miex à taire,
De faire esgard ne jugement.

Disours & Esgardours, i. Judices, arbitri, in Charta Jacobi Episc. Metensis an. 1251. apud Hieronym. Vigner. in Alsaticis p. 140. Hinc formula in pronuntiationibus arestorum, *ayant esgard, &c.* Vide Chronicon Petri IV. Regis Arag. lib. 3. c. 30. 31. & supra in V. *Consideratio.*

ESGARDUM. Vide *Auvardum.*

ESGRINIRE. Liber Ordinis seu Regula S. Victoris Parisiensis MS. cap. 48. *Mensæ lector apertè, & distinctè, & tractim legat, & dum legit aurem accommodet Priori, ut si quando emendaverit, intelligere possit quod emendet, humiliter dicat; si non intelligit, versum reincipiat, & hoc totiens faciat, quotiens Priorem propter hoc esgrinire cognoverit.* Ubi *Esgrinire*, est nostrum *gronder*, vel *rechigner*, Grunnire.

ESINGÆ; dicti Reges Cantiæ, ab Ochta cognomento *Esc*, Æthelbyrthi Regis avo: ita Ethelwert. lib. 2. cap. 2.

ESKEATA. Vide *Escaëta.*

ESKEPA, *Eskipa*, Mensura frumentaria apud Anglos. Vide *Eschepa, Mina.*

ESUPHICUS. Alcuinus Poem. 198.

Hæc studiis floret sacris, esophica jura
Perlegit, & tractat clancula dicta senum.

An vox hæc usurpata pro *Philosophica*, an verò legendum, *& Sophica*, lector judicet.

ESOPHORIUM, ἐσωφόριον, Interula, vestis interior. Glossarium Camberonense: *Esophorium, vestis interior, id est, camisia, quæ à Marciano* (Capella) *Interula vocatur.* Glossæ MSS. *Esophorium, vestis quæ fibula collo penditur.* Anastasius Biblioth. in versione Vitæ S. Joannis Eleemosynarii à Leontio Episcop. scriptæ num. 38. *Expoliavit se esophorium suum, quod illius melius erat, & dat ei.* Epistola Basilii Maced. Imp. ad Hadr. Pp. in fine 8. Synodi. *Transmisimus autem Sanctitati vestræ — vestimenta diaspra 3. esophorin dicitrinum cancellatum unum.* Hucbaldus Monachus Elnonensis in Vita S. Rictrudis cap. 9. apud Mabillonium: *Crebra nucens jejunia, esophorio amicitur cilicino.* Ita leg. pro *Elephorio*, ut est editum.

ESORITA, æ, *Canabum.* Ugutioni.

ESOX, Piscis, cujus meminere Plinius, Isidorus lib. 20. c. 2. Gregorius Turon. lib. 1. de Glor. Confess. c. 5. Severus, Paulinus & Fortunatus in Vita S. Martini, Adamannus Scotus de S. Columba c. 24. Chronicon Montis-Sereni an. 1171. &c. Glossæ Latinæ Saxonicæ cap. de Piscibus: *Esocius, vel salmo*, Lex: vel Læx, i. salmo Flodoardus lib. 14. Carm. 18.

Sumunt tres de quinq; esoces, ad prandia tollunt.

Adde Legem Wisigoth lib 8. tit 4. §. 29. Hesychio ἴσοξ est piscis, qui non alius ab *esoce*: nam & *isocem* dixit Ardo Mon. in Vita S. Benedicti Abb. Anianensis n. 96. edit. Mabillonii.

ESPALTUM. Charta Gaufridi Ducis Aquitan. an. 1076. ex Regesto 66. Tabularii Regii ch. 602. *Cuncta etiam quæ egomet ad præsens dono, scilicet quantum ex silvis meis necesse fuerit, tam Ecclesiæ, quam officinis, excepto Espalto, vel ea quæ alii fideles de casamentis ad me pertinentibus dedere, — annuo & concedo, &c.*

ESPANDAGIUM. Vetus Charta inedita: *Ego G. Comes Andegavensis pro salute animæ meæ & uxoris meæ — dimitto Espandagium quod in Montigniaco scilicet villa Canonicorum B. Petri de Cocia causâ foagii mei capiebatur. Præcipio itaque, & sigillo meo confirmo ne ampliùs capiatur, sed mina legitimæ mensuræ tantumodo capiatur, &c.*

ESPATA, pro *Spata*. Vide *Testinia.*

ESPEDITAMENTUM. Vide *Expeditare.*

ESPERICLUS. Testamentum Gerardi de Abbatisvilla Archidiaconi Pontivensis in Ecclesia Ambianensi ann. 1271. in Hist. Comitum Pontivens. p. 205. *Et meliorem culcitram quam habeo Parisius, & unum coopertorium de espericilis, & quatuor linteamina.*

ESPERVERIUS. Vide *Spervarius.*

ESPLETA. Vide *Expleta.*

ESPONDERIUS. Statuta Delphinalia pag. 38. *Qualiter nobiles possunt facere domos fortes. — Dummodo dictæ domus non fiant in locis espondeiis, seu limitrophis.* Vide *Sponderius.*

ESPORIUM. Charta pro Vicariis Biturigensibus ex Tabul. S. Sulpicii Bituric. *Habebit — ex uno quoque asino qui portat ollas ad vendendum, unum potum: de Quadrigario esporiis, unum estorium, similiter una esolna, & similiter unam latam de lignis quæ intrant.*

ESQUILLA, *Esquillatus.* Vide *Skilla.*

ESSAIUM, Examen, *Essai.* Vide *Cajagium*, & *Dealbare*, & Oct. Ferrarium in *Saggiare.*

ESSANNA. Charta Philippi Aug. an. 1216. in Regesto Herouvalliano fol. 74. *Si verò contineatur in baco, vel in cocheto merrenum ad dolia facienda, reddent pro quolibet milliario 4. den. & si ibi contineantur Essannæ ad clavos, reddent pro quolibet milliario 4. den.* Occurrit ibi pluries; ubi *Essanna* est id quod vulgus *Essangles* vocat, asseres scilicet sectitii, quibus tecta operiuntur. Fol. 93. *Esçanna* scribitur: *Navis ad lignum, ad fœnum, ad esçannas, ad minutum merrenum, &c.* Fol. 159. *Si faciant domum tectam de essanna.*

ESSARTUM. *Essartare.* Vide *Exartus.*

ESSE, Status, *estat, condition, comportement.* Capitularia Caroli C. tit. 11. cap. 5. *Et Comites ac cæteros fideles nostros admonemus, ut ipsi sic suum esse & vivere ordinent, qualiter propter illorum necessitatem vicini eorum ac pauperes non opprimantur.* Ordericus Vitalis lib. 6. p. 601. *In omni esse suo venerabili pollebat modestia, &c.* Lib. 8. p. 688. *Et in omni esse suo se se modestè gerere nitebatur.* Lib. 11. p. 840. *In Claustro Monachorum diu sedit, esse eorum consideravit.* Alio verò sensu videtur accipi vox Gallica, *Estre*, in Consuetudine Nivernensi tit. 26. art. 13. tit. 31. art. 1. 6. 16. 27. tit. 34. art. 5. 7. 16. ubi pro gentilitate, seu consanguinitate videtur sumi, vel certè pro *Statu* ac conditione. Guiotus Pruvinensis in Bibliâ MS. de Cartusiensibus:

Leur ordre ne blasme, ne lor estre,
Més por riens ge ni voldroie estre,
Trop ont estroit & dur convine,
Chascun fet pour lui sa cuisine.

ESSEDUM, *Esseda.* Sergius ad illud Virgilii.

Belgica vel molli meliùs feret esseda collo.

ait *Belgica esseda esse Gallicana vehicula.* Glossæ Isonis Magistri; *Essedum, genus vehiculi Gallicani, i. Sambuch, quasi assedum, ab assidendo dictum.* Jornandes de Reb. Goth. c. 2. de Britannis; *Non tantùm equitatu, vel pedite, verùm etiam bigis, curribusque falcatis, quos more vulgari Essedas vocant.* Ubi malim *Esseda*: nam *Essedum* dixit Propertius lib. 2.

Esseda cælatis siste Britanna jugis,

Lib 4. de iisdem,

Hibernique Getæ, pictoque Britannia curru.

De *Essedis* & *Essedariis* Britannicis agunt etiam Cæsar

ſar lib. 4. de Bello Gall. c. 24. & 33. & Cicero lib. 7. Ep. 6. & 10. Vide Auſonium Epiſt. 21.

ESSENDOLA. Vide *Eſcenſa*.

ESSENTIA, Subſtantia, ſubſiſtentia: vox Scholaſticis & Philoſophis non hodiernis duntaxat familiaris, ſed & veteribus. Quintilianus lib. 3. c. 7. *οὐσίαν, quam Flavius Eſſentiam vocat: neque ſanè aliud eſt ejus nomen Latinum.* Adde eundem lib. 2. c. 15. S. Hilarius in fragm. p. 34. *Eſſentia ex eo, quod ſemper eſt, nuncupatur: quæ quia extrinſecus opis ad continendam ſe nunquam eguerit, & ſubſtantia dicitur, quod intra ſe id, quod ſemper eſt, & in æternitatis ſuæ virtutem ſubſiſtat.* S. Auguſtinus lib. 2. de Morib. Manichæorum cap. 2. *Itaque ut nos jam novo nomine ab eo, quod eſt eſſe, vocamus eſſentiam, quam plerumque ſubſtantiam etiam nominamus.* Id vocabuli Ciceroni aſſeruiſſe Senecam obſervavit Muretus lib. 5. Variar. utitur etiam Sidonius in Epithal. Polemii.

ESSERE, *Adeſſere*, pro *Eſſe*, occurrit in veteribus Chartis aliquot apud Perardum in Tabulis Burgundicis p. 33. 34. 35. & 36. Vetus inſcriptio Romæ in Eccl. IV. Coronator. *Cod eſtis fui, & quod ſum eſſere abetis.*

ESSONIA, *Eſſonium*, *Eſſoniator*. Vide *Sunnis*.

ESTABLIA. Monaſt. Anglic. to. 1. p. 922. *Sint quietide theſauro portando, de chaciis, eſtabliis, ſcotallis regalibus, de purpreſtura, &c.* Vide *Stabilita*.

ESTACO, Taberna, officina. Charta ann. 1163. apud Ughellum to. 7. Ital. ſacr. pag. 268. *Concedo prænominatæ Eccleſiæ --- & abſque ſervitio 3. eſtacones in civitate Laodiciæ, cum ſuis omnibus continentiis, ut in eis ipſi Malfetani maneant, ſtent, ac ſuper ſtacones, prout voluerint, ædificent atque laborent. Habent itaque prædicti eſtaconi ab oriente viam, ab occidente habent portum maris, &c.*

ESTAGGA, idem quod *Stagium*, Gallis *Eſtage*. Charta W. D. Montiſpeſſulani an. 1103. *Dono etiam vobis totum ſeſtairalaticum omni die & nocte in Montepeſſ. --- & ſi Dominus Montiſpeſſ. acciperet letdam de villanis de Suſtantionenſi Comitatu qui haberent domos in Montepeſſ. & non ſtarent in Montepeſſ. per eſtaggam, habeatis ſeſtairalaticum.* Id eſt, qui in Montepeſſulano domos habere tenentur. Vide *Stagium*.

ESTAGIUM, *Eſtagiarius*. Vide *Stagium*.

ESTALLUM, *Eſtallagium*. Vide *Stallum*.

ESTAMINA. Vide *Stamina*.

ESTARE. Vide *Stare*.

ESTECHA, Poſtis, palus, paxillus, Gallis *Eſtache*, vel *Eſteche*. Charta Joan. de Vergeio Seneſcalli Burg. anno 1278. *Inter illos 4. poſtes vel eſtechas qui vertuntur juxta domum, &c.* Vide *Staca*. Willelm. *Guiart* in Philippo Auguſto:

A douloüeres & à haſches
Vont deſomprant piex & eſtaches.

Infrà:

Les eſtaches du pont aſſaillent.

Idem anno 1025.

Cil qui ſont de hardies taches,
Embattent le feu és eſtaches.

Hinc, cum palis vel ad palos pugna, *Eſtacheïs* dicitur in Chronico Bertrandi Gueſclini MS.

A nos François ſe vont fierement aſſemblant,
Fier ſu l'eſtecheis, quant ſe vont encontrant.

Infrà:

Là peuſt onoir marteleis grant,
Et grant Eſtacheïs, & fouleis peſant.

ESTEMA. Fori Oſcæ an. 1247. ſub Jacobi I. Reg. Arag. f. 32. *Si homo infantionis occideret hominem infantionis, talem homicidam poteſt Dominus ejus occidere in captione, fame, ſiti, aut frigore, non faciendo de illo aliquam juſtitiam vel eſtemam. Quòd ſi juſtitia corporalis habeat fieri de eo, tradatur Bajulo Regis, quia omnes juſtitiæ, aut eſtemæ corporales ſpectant ad dominum Regem.* Obſervantiæ Regni Arag lib. 9. tit. de Salva infantionum, §. 10. *In cauſis verò criminalibus, & ubi debet fieri extema corporis aut membri, recurrendum eſt ad Dominum Regem, &c.*

Stema, in iiſdem Obſervant. lib. 6. tit. de Privilegiis Militum §. 10.

ESTER, *Ignis Sacer*, morbi ſpecies. Acta S. Dympnæ Virg. num. 9. *Habet enim ignis ille apud Archiatros plura nomina: dicitur quippe ignis ſacer, ignis perſicus, & ignis infernalis, et eſt qui Eſther dicitur Græco vocabulo. Ex Gr. ἀστὴρ, titio, torris.*

ESTERLINGUS, *Sterlingus*, voces Anglis, & inde cæteris nationibus familiares in re monetaria. Trifariam verò accipitur *Eſterlingus*, ſeu *Sterlingus*: primò pro monetario pondere, deinde pro qualitate monetæ: tertio denique pro quapiam monetæ ſpecie.

Eſterlingus, priori ſignificatione, ſeu pro monetario pondere. Aſſiſa Davidis I. Regis Scotiæ de Ponderibus & menſuris: *Imprimis ſterlingus debet ponderare 32. grana boni & rotundi frumenti.* Eadem habentur in Aſſiſa de Pond. & menſ. Roberti III. in illius ſtatuto cap. 22. §. 6. ſed additur ſecus ea tempeſtate eſſe, *propter minorationem monetæ*. Statuta Edw. I. *Denarius Angliæ, qui vocatur Sterlingus, rotundus ſine tonſura, ponderabit 32. grana frumenti in medio ſpicæ, & 20. Denarii faciunt unciam, & 12. unciæ faciunt libram.* Adde Fletam. lib. 2. cap. 12. §. 1. & Foros Morlanenſes art. 18. Hocſemius in Adolpho à Marka Epiſcopo Leod. cap. 18. *in provincia Colonienſi unciam 20. ſterlingos ponderare, ſterlingum 36. vel circiter hordei groſſi grana, ſive ſpeltæ, 8. verò uncias marcam adæquare.* In Regeſto *Pater*, in Camera Computor. Pariſ. fol. 204. dicitur *Eſterlingus* appendere 3. obolos Turon. *Chaſcun Eſtellin doit pezer 3. oboles Tournois.* Solidus verò ponderalis appendebat 12. obolos. V. in *Marca*.

Eſterlingum, pro monetæ qualitate, uſurpat Matth. Paris an. 1247. 50. *millia librarum denariorum Vienenſium, quorum quilibet denarius valet 3. obolos Eſterlingorum.* Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 37. *Moneta noſtra, videlicet ſterlingi, non deferatur extra regnum per mercatores regni.* Joan. Sariſber. Ep. 31. *Centum marchas ſterlingorum --- tradidit.* Jo. Bromptonus: *Promiſit ſe daturum Regi Franciæ 4000. millia eſterlingorum pro expenſis ſuis.* Matth. Paris an. 1235. p. 104. *Marcas bonorum & legalium eſterlingorum, 13. ſolidis & 4. eſterlingis pro marca qualibet computatis.* Lambertus Ardenſis pag. 256. *Pecuniam denariorum eſterlingorum -- ei diſtribuit.* Charta Henrici III. Reg. Angl. an. 1261. apud Prynneum in Libertatib. Angl. to. 2. p. 981. *In centum marcis bonorum, novorum, & legalium ſterlingorum, tresdecim ſolid. & 4. ſterling. pro qualibet marca computatis, &c.* Eadem ferè habentur pag. 1033. *Le Roman de Garin le Loherans MS.*

Et trois cens mars de Deniers Eſterlins.

Le Roman de Rou MS.

Més je ne ſuie mie venus
En ceſt pais ô tant eſcus,
Et pour ſes eſtellins recevoir,
Més pour la terre toute avoir.

Statuta

Statuta MSS. Aurificum Pariſienſium: *Nul Orfevre ne peut ouvrer à Paris d'argent, que il ne ſoit auſſi bons, comme eſterlins, ou meilleurs.*

Sterlingus, pro monetæ ſpecie, quam *denarium ſterlingum* vocabant. Matth. Paris an. 1247. *Præcepit Dominus Rex --- ut quicumque deinde eſterlingus in regno ſuo pondere non legalis inveniretur, ſtatim funderetur.* Infrà: *Eodem tempore moneta eſterlingorum, propter ſui materiam deſiderabilem --- cœpit deteriorari & corrumpi per illos falſarios monetarum, quos Tonſores appellamus, adeò ut vix interiori circulo nummi parcendo, limbum literatum totaliter aſportarent.* Ordinatio Philippi Regis Franc. & Henr. II. Reg. Angl. pro ſubſidio Terræ Sanctæ an. 1184. *In terra Regis Angliæ ciſmarina 2. den. Andegavenſis monetæ, & in Anglia unus ſterlingus perſolvetur.* In Tabulario S. Bertini an. 1230. *Sub pœna mille marcharum ſterlingorum majoris ponderis.* In veteribus Tabulis Cameræ Comput. Pariſ. legi S. Ludovicum ſtatuto an. 1265. vetaſſe ne *Eſterlingi* altiori pretio quàm 4. Turonenſium caperentur, idque ad 15. menſis Auguſti, eoque elapſo illorum penitus uſum interdixiſſe. De ſterlingorum Anglicorum *recti ponderis* in Francia valore, idem ſtatuitur Statuto Philippi Pulcri an. 1289. menſ. Aug.

De vocis etymo & origine diſcrepant viri docti, quorum ſententias breviter retexam, uti lectori, quæ magis arriſerit, liceat amplecti. Lindwodus ad Provinciale Cantuar. Eccl. lib. 3. tit. 13. à voce Anglica *Starling*, quæ *Sturnum* ſonat, deducit, & dictum vult quòd in nummis Eduardi Confeſſoris deprehenderit quatuor aves effictas ad Crucis ibi depictæ latera. Sed an Sturni ſint, vel Columbæ, vix quiſpiam pro certo affirmarit. Deinde in cæteris Regum Anglo-Saxonum nummis nullam prorſus reperire eſt delineatam avem.

Buchananus ait Scoticum vulgus *Sterlingum* dictum exiſtimare, à caſtro *Starlin*, & *Striveling*, nuncupato. Verùm etſi ſterlingorum mentionem fieri in veteribus Regum Scoticorum legibus certum ſit, nemo tamen ſanæ mentis inde ſterlingorum originem manaſſe cenſeat, niſi certis argumentis probetur in eo caſtro cuſos primum ſterlingos.

Watſius ſterlingos denominatos cenſet, à *ſtarro*. Ita verò apocham, ſeu *adquietantiam* vocabant Judæi Anglici, ita ut probati nummi ſic appellati ſint, quòd ſcilicet tam boni purique eſſent, ut eos non recuſarent vel ipſi Judæi: vel à voce Anglica *Starre*, id eſt, ſtella, quòd plerique veterum Anglicorum numiſmatum ſtella inſigniti ſint. Nam & *Starlingus*, perinde ac *Sterlingus* ſcribi annotavit Spelmannus.

Somnerus vocis originem à Saxonico acceſit, Steore, i. lex, canon, regula, quod ejusmodi nummi, pondere, forma & materia *legales* ſint, ſeu regulares. Unde vulgò probata moneta, *bona & legalis* dicitur: *ling*, addito in vocis productionem, uti in pluſculis Anglicis vocabulis factum obſervat.

Poſtrema denique ſuper vocis etymo ſententia, quam amplectuntur Cambdenus in Scotia, Spelmannus, Jacobus Waræus in Antiq. Hibernic. c. 25. & alii, ea eſt quam ex Annalibus Anglicis erutam ſcribunt, à Germanis ſcilicet Daniæ vicinis, quos ab Orientali ſitu, *Eſterlingos* appellamus, *Eſterlingos* nummos nuncupatos: ſeu, ut in iiſdem Annalibus habetur, quod ii in Angliam aliquando venientes artem purgandi argenti & feriendi intulerint: vel (quod mihi videtur probabilius) quia Normanni noſtri, ut primùm in Anglia ſedem fixerunt, Willelmo Notho duce, veteres regionis incolas, origine Saxonicos, nulla alia denominatione donarent, quàm eâ quæ apud Francos in uſu paſſim habebatur, *Eſterlingorum* nempe, qua appellatione ii Germania populi, qui in Daniæ confiniis habitabant, vulgò innoteſcebant, Unde cùm Anglo-Saxonicorum Regum monetam denotare vellent, quæ probatior erat quam Francica & Normannica, *monetam Eſterlingorum*, id eſt, Regum Saxonum dicebant, eam ſcilicet quæ ante Normannorum in Angliam ingreſſum in commerciis obtinebat. Paulò aliter Cambdenus, ſcribens Eſterlingos à Joanne Rege in Angliam primùm evocatos ad argentum in ſuam puritatem redigendum. Utcunque ſe res habeat, conſtat ante Normannos Anglicos vix in quopiam diplomate aut ſcriptore vocem *Sterlingorum* uſurpatam reperiri. Primus enim, ni fallor, Ordericus Vitalis eam extulit, vocabulo parum immutato, jam ab an. 1066. nam *libras Sterilenſium* vel *Sterilenſis monetæ*, vocat non uno loco, pag. 495. 523. 544. 580. 602. 768. 786. 788. quæ aliis *Sterlingorum* dicuntur. Sed & obſervandum pag. 495. Anglicam monetam à *Sterilenſi* videri diſtinguere, dum ait Mainerio Abbati 44. *libras Angliæ monetæ* Monaſterio S. Ebrulfi erogatas à Lanfranco Archiep. Cantuar. & à Rogerio *de Sappo* 40. *libras Sterilenſium* eidem miſſas Abbati: ubi Anglica moneta pro *uſuali*, Sterilenſis verò pro probata ſumitur.

Jam verò Saxones Germanicos, à quibus originem duxere Anglici, *Oſterlingorum*, ſeu *Eſterlingorum* appellatione Scriptorib. noſtris innotuiſſe, probant plus ſatis Annales Francorum veteres, qui ita dictos obſervant, quòd ad auſtrum, ſeu ad Orientem habitarent, aliorum Saxonum reſpectu, qui ad Septemtrionem & ad Occidentem vergebant. Quippe olim Saxonia, ſeu potiùs Saxonum ditio, procul in Germaniam protendebatur; dividebatur que in tres potiſſimùm provincias, quarum una ad Orientem, altera ad Occidentem, tertia ad Aquilonem porrigebatur. Hanc Saxoniæ partitionem docet planè Witikindus lib. 1. Geſt. Saxon. pag. 7. dum ait *in Orientales populos, Angarios, atque Weſtualos*, Saxones fuiſſe diviſos. Quod etiam ante Witikindum agnoverat Poëta Saxonicus lib. 1. de Geſtis Caroli M. an. 772.

Quot pagos, tot pene Duces, velut unius artus
Corporis in diverſa forent hinc inde revulſi.
Sed generalis habet populos diviſio ternos,
Inſignita quibus Saxonia floruit olim.
Nomina nunc remanent, virtus antiqua receſſit.
Denique Weſfalos vocitant in parte manentes
Occidua, quorum non longè terminus omne
A Rheno diſtat. Regionem ſolis ad ortum
Inhabitant Oſterlingi, quos nomine quidam
Oſtualos alio vocitant, confinia quorum
Infeſtant conjuncta ſuis gens perfida Sclavi.
Inter prædictos media regione morantur
Angarii, populus Saxonum tertius horum
Patria Francorum terris ſociatur ab Auſtro,
Oceanoque eadem conjungitur ex Aquilone.

Oſterlingorum denominationis rationem ipſa prodit appellatio. Dicti enim, quia ad Auſtrum, aliorum Saxonum reſpectu, habitabant. Haud procul ab Obacro ſtatuuntur à Poëta Saxon. an. 775.

Inde movens Carolus regiones venit ad illas,
Quos Oſterlingi retinent, ſeditque locatis
Ad fluvium Caſtris, qui nunc Ovacra vocatur.

Ex quibus abundè patet Oſterlingos eoſdem eſſe qui aliàs in Annalib. Francor. & in Vita Caroli M. an. 775. *Auſtrelindi* vocantur, ubi perperam libri omnes editi, *Auſtreleudi*, præferunt. Nec ſcio, quòd ferè auſim affirmare, an mendum irrepſerit in Annal. Franc. Metenſ. an. 688. *Pippinus ſucceſſibus proſperis Orientalium Francorum, quos illi propria linguâ Oſterlindo vocant, ſuſcepit Principatum.* Nam pro *Francorum* reſtituendum cenſuerim, *Saxonum*, & pro *Oſterlindo*, facili emendatione, *Oſterlindi*.

Fuit igitur Saxonum gens in tres potissimum distributa populos, *Osterlingos*, nempe, *Angarios* seu *Angrarios*, & *Westfalos*. Postremorum manet etiam appellatio in Westfaliæ provincia, Rheno finitima.

De Osterlingis crebra est mentio in Annalib. Franc. Hi numero cæteris præpollebant, ut est in Annalib. Bertinianis an. 841. *Saxonibus, qui Stellinga appellantur, quorum multiplicior in ea gente habetur.* Ubi obiter observandum jam inde non modò *Osterlingorum* nomen in *Sterlingorum* appellationem contrahi cœpisse, sed & littera r, in l, mutata, *Stellingos*, vocatos, uti vocem hanc in re monetaria extulisse Francos posterioris ævi constat. Willelmus *Guiart* an. 1204. *qui coustassent tant d'estellin.*

ESTEVINGA. Vide *Scavagium.*

ESTIMIUM, *Æstimatio, quæ species est opinionis, velut de visu.* Papias. Hinc nostris *estime.*

ESTIVA. Vide *Æstiva.*

ESTIVALLUS. Statuta Ord. Cartusiensis ann. 1368. 2. part. c. 1. §. 1. *Quicunque incisos sotulares, quos vulgus Estivallos vocamus, portaverit, aut inter duo linteamina jacere præsumpserit, &c.* Vide *Æstivalia.*

ESTOLIUM. Vide *Stolium.*

ESTOUBLAGIA. Charta Odonis Archiep. Rotomagensis an. 1262. in Regesto archivi regii 31. fol. 27. *Costuma denarii & oboli, venda, furni, molendina, molta sicca, estoublagia, quarriagia, messeria, servitia vavassorum, servitia rusticorum, &c.* Vide Concilia Ecclesiæ Rotomag. pag. 268. Vox formata ab *estouble.* Will. *Guiart.* in Historia Francica MS. an. 1304.

La ens gist d' armes & de nus,
Par Faschieres, & par estoubles. Infrà:
Et grant planté de charret ons,
Par estoubles & par bruieres.

Ubi *estouble* videtur esse quod *esteule*, stipula, vel culmus. Undè *Estoublage* fuerit onus colligendi vel censitandi stipulas post peractam messem, ad rusticarum ædium tecta. Sed hæc sunt meræ conjecturæ.

ESTOVERIUM, significat apud Practicos, ait Cowellus, quandoque nutrimentum corporis, quandoque potestatem capiendi ex aliena silva lignum foco, aratris, & sepibus reparandis necessarium.

Prima notione dicitur *sustentatio rationabilis*, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 3. §. 5. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ c. 22. num. 4. *Vidua — quousque dos sua sibi assignetur, — habeat rationabile estoverium suum interim de communi.* Statuta secunda Roberti I. Regis Scot. c. 22. §. 5. *Si idem captus fuerit de felonia, tunc residuorum catallorum suorum, ultra estoverium suum prædictum, Domino Regi remaneat.* Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 122. *Le Seignor li doit douner ses Estouviers souffisament, tant come il sera en cel sien ser vice, tout soit ce que il n' ait mie en fié estouvieres hous.* Adde cap. 250. 267. Willelmus *Guiartus* de S. Thoma Cantuariensi:

Mais il trouva tel recouvrance,
El vaillant Roy Lois de France,
Qui lui bailla son estouvier
Sept ans, sans soi de lui mouvoir.

Vide Bracton. lib. 2. c. 40. §. 1. lib. 4. tract. 1. c. 38. §. 2. c. 41. §. 1. Fletam lib. 1. c. 26. §. 2. lib. 2. c. 41. §. 33. 34. c. 25. §. 1. Brittonum pag. 117. Skeneum de Verborum significat. V. *Estoverium*, Glossarium ad Villharduinum, & infrà in voce *Stuffare.*

Altera notione. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 29. *De estoveriis bosci, proficuo capiendo in bosco, de nucibus & glandibus & aliis fructibus colligendis, &c.* Monasticum Anglic. to. 1. pag. 849. *Quicquid ei necesse fuerit ad usus proprios, & ad omnia estoveria sua tam ad omnes grangias suas intra so estam, &c.* Adde pag. 875. 938. 1001. & Brittonum c. 60.

ESTRAJERIÆ, Caduca, derelicta, bona quæ in fiscum ex quavis causa cadunt, propriè alienigenarum & *extraneorum*, quos nostri vulgò *Estrangers* vocant: hîc enim *ie*, tanquam *g.* effertur. Regestum Cameræ Comput. Paris. *Estrahiere, c' est quant un homme par ses demerites est executé par crime de leze Majesté, & vaut autant à dire comme confiscation au Souverain.* Tabulæ conventionis Roberti Teneremundæ Domini cum Canonicis Camerac. an. 1302. apud Lindanum in Tenerem. l. 3. c. 6. n. 23. *Si Catallum estraiers inveniatur in teneamento Ecclesiæ Cameracensis, &c. — si verò illud quod est estraiers sit terra vel immobile, &c.* Arrestum an. 1307. in Tabular. S. Quintini in Insula pag. 11. *Super eo quod dicti Religiosi asserebant se esse in saisina capiendi, levandi, apportandi, & habendi estrajeriam, seu forisfacturam in suo districtu de Insula.* Edictum Philippi Magni Regis Fr. 28. Maii an. 1320. de Receptoribus domanii: *Item ils ne signifieront à personne de quelconque estat ou condition qu'elle soit les aventures qui escherront en leurs receptes, comme mainmortes, estrajers, & autres revenus, &c.* Computum terræ Campaniæ an. 1348. *Mains mortes, fors — mariages, & autres aventures en cette baillie. De l' estrajere de Humbelet justicié à la Ferté sur Aube. Justitia spavia, quod Gallice dicitur Estrahere*, in 1. Reg. Parlamenti an. 1260. fol. 22. *Espaves ou estrajers*, in Consuet. Municipali Salæ & Balliviæ Insulensis tit. 1. art. 27. *Estrejures de bastards*, in Consuet. S. Audomari art. 7. *Extrajure*, in Antiqua Monstroliensi art. 44. *Attrajere* in Consuet. Vitriac. art. 1. ubi jus istud explicatur, & art. 15. 36. 79. in Calvimontensi art. 50. Lotharingiæ tit. 6. art. 5. &c.

Extrahura, idem quod *Estraëria*. At JC. Anglis dicitur propriè res derelicta, *Wayvium*: præsertim verò animalia & pecora, quæ oberrantia reperiuntur in feudo aliquo, quæ post annum & diem, nisi à Domino vendicentur, ad Dominum feudi pertinent. Cowell. lib. 2. tit. 1. §. 45. & Rastallus in verbo *Estray.* Adde Joan. Britton. pag. 26. 30. 81. &c. Vide *Extraria*, *Wayvium*: præterea Christophorum de S. Germano in Dial. de Fundamentis legum Angliæ c. 18. pag. 59. v.

ESTRE, pro *esse*, in Pacto Legis Salicæ tit. 76. §. 1. edit. Heroldi, unde nostrum *Estre.*

ESTRECIATUS, Arctatus, Gall. *Estreci*, ex voce *Strictus.* Rogerus Hovedenus pag. 783. *Inquirendum est — de viis Domini Regis estreciatis.* Joan. Britto de Jure Anglico p. 32. *Puis soit enquis de gors levez en euves communes, & des euves & des chemins estoppez, ou estreites, &c.*

ESTREPAMENTUM, vox forensis; Destructio, quasi extirpamentum. In Brevibus Regiis Anglicis non semel occurrit *vastum & estrepamentum facere.* Vide Rastallum verbo *Estrepment.* Charta Alemanica 17. apud Goldastum: *Quidquid in saltu Swarzuval — hodierna die extirpatum & cultum haberent. Faire Wast ou estrepement du tenement tenu en doüaire*, in Statuto Glocestriensi an. 6. Edw. I. cap. 13. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. *La Bers les doit ardoir, & les prés arer, & les vignes estreper, & les arbres cerner.* Will. *Guiart.* in S. Ludovico:

N' est à trois lieues prés des portes
Remese de vigne cepée,
Qui ne soit arse, ou estrepée.

ESTRIX, *Femina gulosa.* Jo. de Janua.

ESTUGIUM, ex Gallico *estuy*, Theca, occurrit non semel in Charta an. 1231. apud Catell. in Hist. Occitan. pag. 901.

ESTUNUM. Testamentum Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum pag. 26. *Uno fanono vidi, cum brusdo, uno de gliso, uno estuno* (f. de stuno) *cum sirico amnistrare.*

ESUADIRE. Charta MS. W. D. Montispessulani an. 1013. *Vicarius, nec illi qui placitabunt placita Montispessulani pro eo non esuadirant ullum placitum Montispessulani propter hominem illum.*

ESUMARE, inquit Spelm. pro *essoniare*. Computus antiquus penes Camerarium Scacarii: *Et cùm dies placiti mei venit, non potui pro mea infirmitate adire, sed misi esumatores qui me esumaverunt apud Cantarbur.* Sed non advertit vir doctus scriptum *esuniatores*, & *esuniaverunt* pro *essumatores*, &c. Vide *Sunnis*.

ESUS, Pastus, procuratio. Charta an. 1342. *Ampliùs Dom. Prior habet à me unum esum cum duobus paribus epularum coxatarum & assatarum.* In Tabulario S. Michaëlis Ulterioris portus an. 1101. Guillelmus Comes Augi dimittit *consuetudinem edendi, quam in eadem abbatia die festivitatis S. Michaelis cum suis hominibus ipse & Comitissa habebant.*

ETARCHARTEA. Lex Bajwar. tit. 9. c. 11. §. 2. *Superiorem verò virgam, quam Etarchartea vocamus, quæ sæpis continet firmitatem, si eam injustè resciderit, &c.* In quibusdam MSS. *Etarita* legi monet Lindenbrogius. Anglis, Icenis præsertim, *edar*, & *ethar* idem sonare testatur Spelmannus.

ETFUNDUS, Fundus, ager. Ordericus lib. 7. p. 657. *Ingentem exercitum Galliæ in duas partes dimisit Rex Henricus, ut nostros opprimeret Etfundos geminis irruptionibus.*

ETHILINGI. Vide *Adalingus.*

ETLIDUS. Vide *Lidus.*

ETLEHA. Capitulare de Villis c. 40. *Ut unusquisque judex per villas nostras, singulares, etlehas, pavones, fasianos, — semper habeant.* Leg. *Et Lehas.* Nostri etiamnum *Layes*, apri femines vocant.

ETUNIARE, pro *Idoneare*, *Etuniatus*, pro *Idoneatus*, in aliquot Codd. Legis Ripuar. tit. 39. c. 2. uti monet Steph. Baluzius. Vide *Idoneus.*

EVACUARE, *Evacuatoria.* Vide *Vacuus.*

EVADARI, *Reposcere, flagitare.* Papias.

EVANGELIARIUM, Liber, in quo continentur Evangelia, quæ in singulis Missis leguntur aut cantantur, quem, ut hodie habetur, à D. Hieronymo compositum scribit Honorius Augustod. lib. 1. cap. 88.

Evangelistarium, eadem notione. Chronicon Fossænovæ an. 1196. *Quatuor Evangelistaria argentea, 12. cruces argenteæ.* Vide Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 384. εὐαγγελιστάριον Græcis recentioribus, de quo pluribus Leo Allatius Dissert. 1. de Libris Eccles. Græcor. ubi de lectione Evangelii in Ecclesia multa commentatur.

EVANGELIUM. Seu Evangelii lectiones ex veteri instituto stantes audisse fideles pluribus probat Henric. Valesius ad lib. 3. Philostorgii cap. 5. p. 208. Evangelium nudato ense in Vigilia Natalis Domini, in Matutinis, Moguntiæ legit Carolus IV. Imperator, ut est in M. Chronico Belgico p. 286. Continuator Nangii an. 1378. de eodem Carolo: *Et pour ce que de coustume l'Empereur dit la septiesme leçon à Matines, revestu de ses habits & enseignes Imperiaux, il fut avisé par les gens du Roy, que ou Royaume ne le pourroit il faire, ne souffert ne lui seroit.* Berrius in Carolo VII. pag. 87. de Sigismundo Imp. *Le lendemain vint l'Empereur à la Messe S. Pierre de Rome, & le Pape chanta la Messe, & l'Empereur dit l'Evangile en l'habit de Diacre.* Vetus Ceremoniale MS. cap. *Comme on fait un Empereur: Le Pape doit chanter la Messe, & le Roy de France y peut estre, & doit dire l'Epistre: en son absence, le Roy de Sicile la doit dire: l'Empereur doit dire l'Evangile, & y estre couronné Empereur à S. Pierre de Rome, &c.*

Purgatio per S. Evangelium. Anastas. Biblioth. in Pelagio PP. *Qui Pelagius tenens Evangelia, & Crucem Domini super caput suum, in ambonem ascendens, satisfecit cuncto populo & plebi, quia nullum malum peregisset contra Vigilium.* Marcellinus Comes de eodem Pelagio: *Apud S. Petrum ambone ascenso, Evangelioque super caput suum posito, juramento se crimine purgavit.*

Divinatio per Evangelii inspectionem. V. Sortes *Sanctorum.*

Evangelium in dorso portare. Tabularium Ecclesiæ Landavensis, in Monast. Anglic. to. 3. p. 192. *Et Rex circuiens totum territorium, & portans Evangelium in dorso, cum Clericis ferentibus Cruces in manibus, & aspersa aqua benedicta, simul cum pulvere pavimenti Ecclesiæ & sepulchri, in omnibus finibus perambulavit per totum, facta maledictione & excommunicatione ab omnibus uno ore, illis specialiter quicunque locum istum cum suo territorio, & finibus istis subscriptis, ab Ecclesia Landavia, & a Pastoribus illius in æternum separaverit; data autem benedictione servaturis in pace.* Similia habes p. 198. *Et Rex Arthruis circuiens territorium totum in giro suo, sparso pulvere Sepulchri S. Cinwarchi discipuli S. Dubricii per totum confinium, antecedente sancta Cruce, cum aspergine aquæ benedictæ, & præsente Episcopo Comeregio, cum suo Clero, solus Rex portabat Evangelium in Dorso, confirmans eleemosynam factam pro anima patris sui, &c.*

EVANUTUS, Elapsus. Petrus de Alectis Episcop. Venogall. in Itinerario Gregorii XI. *Evanutis istis octo diebus Pentecostes, adest dies sancta Trinitatis.* Utitur non semel.

EVASIO *latronum*, in Fleta lib. 1. c. 20. §. 12. Vide *Escapium.*

EVASTARE, pro *vastare*, ἐκπορθοῦν, in Gloss. Gr. Lat.

EUCHARISTIA, ex Gr. εὐχαριστία, sacrum Christi Corpus in Missæ sacrificio confectum, de qua appellatione audiendus in primis Michael *Dufresne* Soc. Jesu Presbyter, frater ὁ μακαρίτης, in Dissertation. sacris achistoricis ineditis de Antiquis Sacramentorum ritibus, diss. 4. c. 2. *Præterea huic etiam Sacramento ab institutione factoque Servatoris, idque præcipuum Eucharistiæ nomen inditum est. Quippe sacri testantur Evangelistæ, cùm illud institueret, Patri Redemptorem egisse gratias, εὐχαριστήσαι. Ita c. 26. Matthæus, de Calice saltem:* Et accipiens Calicem gratias egit: εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς. *Tum Luc. 22. cap. de ipso pane:* Et accepto pane, *inquit*, gratias egit, εὐχαριστήσας ἔκλασε. *Paulus denique easdem omnino usurpat voces hoc de Sacramento agens in Epist. 1. ad Corinth. c. 11.* Accepit panem, & gratias agens fregit, ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε. *Hoc igitur Sacramentum id nominis ab exemplo Servatoris obtinuit: quod etsi non extet in Scriptura, usurpat illud Syrus Paraphrastes antiquissimus, usurpat Ignatius in sua ad Smyrnenses Epistola, Justinus, Irenæus, aliique primorum Ecclesiæ sæculorum scriptores, ut nihil dicam de recentioribus. Quo in vocabulo, quod à parte una totam Domini designat actionem, qua Deo Patri gratias egit, antequam panem vinumque consecrans; meritò nonnulli observant quomodo Filius Dei umbras legis ad veritatem traduxerit. Quippe mos fuit populo Judaico convivium illud in quo Paschalis Agnus edebatur, poculo claudere, quod Poculum laudis appellabant. Exploratum autem ab gratiarum actione dictam Eucharistiam, ut pluribus explicat Homil. 6. in Matthæum Chrysostomus: nec enim probatur quod in Libris Orig.* εὐχαριστίαν bonam gratiam *S. Isidorus*

Isidorus interpretatur: cui S. Thomas assentitur 3. p. 73. a. 4. quod nomen petitum ait vel ex significatione futuræ gloriæ, quia gratia Dei vita æterna, ad Rom. 6. vel ex re quam continet, Christo videlicet, qui summa Gratia. Eucharistiæ vocem passim usurpat Cyprianus Epist. 11. & alibi, ut & Patres alii, cujus aliquot & præcipuos ritus hîc perstringemus.

Olim quotidie sacram Eucharistiam sumebant fideles, quod jam inde ab Apostolis usitatum fuisse docent non uno loco eorum Acta, ut & Cyprianus de Orat. Dominica. At desiit mos iste Romæ, Hieronymi potissimum ætate, ut ipsemet testatur in Epist. ad Lucam & Beticum, & in Apologet. ad Pammachium: Mediolani verò sub. S. Ambros. ut patet l. 4. 5. de Sacrament. in Africa denique usque ad S. Augustini ætatem, ut colligere licet ex d. lib. S. Ambrosii de Sacrament. & lib. 2. de Serm. Dom. S. Chrysost. Homil. 61. ad populum Antioch. 3. in Epist. ad Ephes. & 17. ad Hebræos, eodem Augustino Epist. 118. c. 2. &c.

Eucharistia in manus fidelium data. S. Augustinus Serm. de Temp. 252. *Omnes viri quando communicare desiderant, lavant manus suas, & omnes mulieres nitida exhibent linteamina, ubi Corpus Christi accipiant.* Vide Baron. an. 690. n. 55. Binium ad Concil. Toletan. I. Menardum ad Sacrament. Gregorii p. 378. Henric. Valesium ad Eusebii Histor. Eccl. lib. 7. cap. 9. Virum doctissimum Joan. Mabillonium in Præfat. ad to. 3. sæculi 3. Benedictini n. 11. Card. Bona l. 2. Rerum Liturgic. c. 17. n. 3. &c.

Eucharistiam domum delatam, & in arca asservatam, scribunt Tertullianus sub finem libri 3. de Orat. lib. 2. ad uxor. S. Augustin. l. 3. contra Crescon. c. 11. Basil. M. Ep. 289. J. n. Moschus c. 29. 79. &c. Verùm id c. 3. Concilii Cæsaraugustani vetitum, quo anathematizatur is qui Eucharistiæ gratiam acceptam in Ecclesia non consumpserit. Vide Baron. an. 57. n. 149. 150. an. 293. n. 2.

Eucharistiam in sacra Liturgia à se confectam, in Communionis Symbolum, sibi mutuò impertiebant Sacerdotes ac Episcopi; cujus moris exemplum habetur apud Evagrium lib. 1. c. 13. intio

Eucharistiam à jejunis sumptam testantur S. Augustinus Ep. 118. c. 6. Concil. Carthag. III. c. 29. S. Eligius Noviom. Episc. Homil. 8. S. Dorotheus doctr. 9. Walafridus Strab. lib. de Reb. Eccl. c. 19. Capitula Theodori Cantuar. c. 50. &c.

Eucharistiam, seu Hostiam sanctam, de manu Episcopi sumebant Presbyteri recèns promoti, quam usu quotidiano usque ad quadragesimum diem consumebant. Vide Fulbertum Carnot. Epist. 2.

Eucharistia olim data, suscepta Extrema Unctione. Vide Usus antiquos Ordin. Cisterciensis c. 93. Riculfum Suessionensem in Statut. an. 889. c. 10. & quæ annotat Menardus ad Sacrament. Gregorii p. 334.

Eucharistia infantibus statim post baptismum etiam lactentibus data, ut est in Ordine Romano, & apud Alcuinum in Ordine ad Baptismum, & Hugonem à S. Victore l. 2. Speculi Eccl. cap. 20. Vita MS. S. Gervasii Diaconi Cenomanensis Mart. *Dicebant enim quod in hora qua sæpedictus Pontifex, peracto baptismate in os illius infantis, sicut moris est, sanctum Christi Corpus misit, in labiis illius guttam sanguinis vidit, &c.* Cæteris porro infantibus non modò datam Eucharistiam, sed etiam porrectum sacrum Calicem, scribunt S. Cyprianus lib. de Lapsis, S. Augustinus Epist. 23. 106. 107. lib. 3. de Trinitate c. 10. l. 3. contra Cresconium c. 11. Contra. 2. Epist. Pelagianor. cap. 22. lib. 4. cap. 4. lib. 1. Contra Julian. cap. 4. 6. lib. 3. c. 1. lib. 1. de Peccator. merit. cap. 19. 20. Jesse Ambian. Episc. &c. Adde Lanfrancum Epist. 33. & ibi notas D. Lucæ Acherii, Menardum ad libr. Sacram. Gregorii pag. 106. V. Cl. Joan. Garnerium ad Marium Mercatorem to. 1. p. 79. & Card. Bona lib. 2. Rerum Liturg. c. 19.

Eucharistiam, seu *hostias consecratas* in libro Manuali, itinerantes Presbyteros Hibernicos à collo suspenso deferre olim solitos, testatur Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 2. cap. 19.

Eucharistiam, seu panem Eucharisticum, in sanguine intinctum sumebant interdum Laïci, quod *mixto sacrificio communicare* vocat Missa antiqua ex Codice Ratoldi Abbatis Corbeiensis, quod tamen non semel vetitum. Vide Micrologum c. 26. Paschalem II. PP. Ep. 32. Ivon. Carnot. part. 2. Decret. c. 85. Concilium Londoniense an. 1175. c. 16. Ernulfum Roffensem Episcopum Ep. 2. to. 2. Spicileg. pag. 432. Joan. Abrincens. de Off. Eccl. p. 19. præterea Marcam ad Canon. 28. Concilii Claromontani, & ad calcem Hist. Beneharn. in Addition.

Eucharistiam mortuis datam, & in os missam, antequam humo mandarentur, observare est ex Concilio III. Carthag. c. 6. & Autisiod. Can. 12. 36. Crisconio cap. 247. ubi id vetatur.

Eucharistiam dari energumenis, vetant Capitularia Attonis Episc. c. 76.

Eucharistia in *navibus* delata legitur apud S. Ambros. lib. de Obitu Satyri fratris, Gregorium M. PP. lib. 3. de Offic. c. 36. lib. 3. Dial. c. 37. Matthæum Paris an. 1247. Joinvillam in S. Ludovico p. 8. & 112. Sed id peculiari privilegio sancto Regi indultum à Legato Apostolico, scribit in ejus Vita Gaufridus de Belloloco c. 9. ut nempe sacram Eucharistiam in Ægyptum profecturo in navigio suo deferre liceret: *quod alii peregrini quantumcumque magni facere non solebant.* Vide *Missa sicca.*

Sacram Eucharistiam in vase aureo in equo albo delatam in solenni in urbem Romam summi Pontificis ingressu, scribit Martinus Ballaius sub an. 1533. *Lui estant assis sur une chaire portée sur les espaules de dux hommes, & en ses habits Pontificaux, hormis la tyare, marchant devant lui une haquenée blanche, sur laquelle reposoit le Sacrement de l'Autel; & estoit ladite haquenée conduite par deux hommes.*

Eucharistia, pro Festo sancti Sacramenti, non semel in Ordinario MS. Ecclesiæ Rotomagensis.

Purgatio per Eucharistiam, iis, quas *vulgares* vocant, videtur accenseri, cùm unicum *Sacramentum*, seu *juramentum* pro Canonica receptum sit; etsi ab ipsis summis Pontificibus & Episcopis legatur inita, & in Conciliis approbata; in quibus ejusmodi purgatio per divinæ *Eucharistia*, seu Sacramenti Dominici perceptionem, Sacerdotibus potissimùm imponitur, à quibus juramentum exigere nefas ducebant, ne manus, per quam Corpus & Sanguis Christi conficitur, juramento pollueretur Concilium Triburiense c. 21. *Laicus per juramentum si necesse sit, se expurget; Presbyter verò vice juramenti per sanctam consecrationem interrogetur, quia Sacerdotes ex levi causa jurare non debent. Manus enim per quam Corpus & Sanguis Domini conficitur, juramento polluetur? Absit, &c.* ubi *Consecrationem* intelligo, non in Sacerdotem, sed Corporis & Sanguinis Christi Sacramentum, inter Missarum solennia: quod indicat Concilium Wormaciense c. 10. *Si Episcopo aut Presbytero causa criminalis, hoc est homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit, pro singulis Missam celebrare debet, & communicare, & de singulis ibi imputatis innocentem se ostendere.* Idem Concilium c. 15. *Sæpe contingit, ut in monasteriis furta perpetrentur, & qui hæc committant,*

committant, ignorentur. Idcirco statuimus, ut quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint, Missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo cui ipse Abbas præceperit, præsentibus fratribus, & sic expletâ Missa, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie. Vide Notas Binii ad hoc Concilium, & Capitulare Aquisgran. de Vita & conversatione Monachorum c. 64. Leges Kanuti Regis c. 5. edit. Saxonicæ, & apud Bromptonum, Presbytero, si *Sacramentales* non habeat, *super sanctum Corpus Domini se purgare* permittunt.

Ita apud Ditmarum lib. 2. pag. 25. cùm Abraham Frisingensis Episcopus, quòd à Julitta Henrici Bavarici Ducis uxore, ac tum vidua, impensiùs dilectus fuisset, ab aliquot invidis infamaretur: eâ extinctâ, in die ejus depositionis, ab eodem Antistite Missam cantante sic expurgata est: *Ante communionem, is versus ad populum, quæ merita ejus fuerint, circumstantibus indixit: hoc, inquiens, delictum, quo diffamata fuit, si hæc unquam commisit, faciat omnipotens Pater Filii sui met Corporis & Sanguinis salutare remedium mihi provenire ad judicium, & ad debitam damnationem, animaque ejus ad perpetuam salvationem. Ac tunc cum mentis ac corporis innocentia sumpsit unicum cunctis fidelibus remedium. Creditique populus, quamvis serò, & cum detractione injusta plus ei profuit, cùm nocere studuit.* Nec absimile illud quod profert exemplum Adam Bremensis c. 147. & ex eo Albertus Stadensis an. 1051. ubi ait in Concilio Moguntino, *Spirensem Episcopum Sibiconem, cui adulterii crimen intendebatur, examinatione sacrificii purgatum esse.* Sic apud Reginonem an. 941. Fridericus Archiepiscopus conspirationis in Imperatorem accusatus, *publica se examinatione, perceptione Corporis & Sanguinis Domini coram populo in Ecclesia purgavit.*

Eodem perinde se judicio purgavit Gregorius VII. PP. apud Lambertum Schafnab. ann. 1077. *Absoluto eo* (Henrico Imp.) *ab excommunicatione, Papa Missarum solemnia celebravit, confectaque sacra oblatione, Regem cum cætera, quæ frequens aderat, multitudine, ad altare evocavit, præferensque manu Corpus Dominicum, Ego, inquit, jampridem à te tuisque fautoribus litteras accepi, quibus me insimulabas Sedem Apostolicam per simoniacam hæresin occupasse, -- & licet multorum idoneorum certè testium adstipulatione crimen refellere queam, --- ego tamen ne humano potiùs quàm divino niti videar testimonio, ut satisfactionis compendio omnem omnibus scandali scrupulum de medio auferam, ecce Corpus Dominicum, quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, ut omnipotens Deus suo me hodie judicio vel absolvat objecti criminis suspicione, si innocens sum: vel subitanea interimat morte, si reus. Hæc & alia, ut solenne est, præfatus verba terribilia, quibus Deum causæ suæ æquissimum judicem, & innocentiæ assertorem adesse precabatur, partem Dominici Corporis accepit, & comedit, &c.* Vide eundem an. 1050. *Extitit*, inquit, Glaber Rodulph. lib. 5. c. 1. *quidam nostro tempore in Clericali habitu, dum jure culparetur quodam crimine, contigit ut sumeret audacter judicio examinis donum Eucharistiæ, Calicis videlicet sanguinis Christi: cui protinus per medium umbilici egredi visa est pars candidissima quam sumpserat ejusdem sacrificii, dans procul dubio evidens indicium reatus se indignè percipientis. Illico verò confitens, quod priùs negaverat, dignè pœnituit.*

Non pauca alia istiusmodi per Eucharistiam purgationis à Presbyteris, Clericis, ac Monachis initæ exempla suggerunt Scriptores: in quibus præ cæteris insigne admodum est, quod ex Tabulario Flaviniacensi descripsere Sirmondus post Concilium Remense an. 894. & Chiffletius in Historia Trenotchiensi pag. 242. quo G[illegible] Monachus Fl[illegible]ensis objectum sibi crimen cædis Adalgarii Episcopi Heduensis in Synodo per Eucharistiæ sumptionem diluit, ubi hæc habentur: *Quod tertio sub testificatione S. Spiritûs clamantes jubentes, C[illegible] nihil prorsus verisimile reperientes, sanciverunt communi consilio, ut quia nec convictum, nec etiam confessum experiebantur, tamen quia ventilatum, & usquam locorum erat divulgatum, ut ab omni suspicione liberrimus redderetur, in viciniori Synodo, quam omni reverentia dignus Gualo Antistes erga filios Ecclesiæ celebraret, Corporis Christi & Sanguinis illo examine, quod solum veriùs probatur & terribiliùs, immo salubriùs creditur, à flagitio divulgato publicè expiaretur. Eo scilicet tenore eumdem priùs testificantes, ut si in aliquo conscius tanti piaculi foret, nullo modo ad sacra sumenda accederet: & si fortè temerariè præsumeret, censurâ sancti Spiritûs, & auctoritate Apostolorum Principis ab ipso vivifico redemptionis nostræ pretio extorris fieret, & cum Juda Domini proditore damnatus, æternis irremediabiliter suppliciis addiceretur. Sin vero immunem se esse per omnia pernosceret, fisus misericordiæ Dei, tanti muneris donum ad salutis suæ remedium saluberrimè percipere non diffideret; quod omnibus usque quaque satis fuit. Igitur Pastor piissimus misericordia motus, illius causa apud Flaviniacum cœnobium & castrum publicum sanctam Synodum propriæ Ecclesiæ colligens, juxta statuta supradictorum Antistitum, Missarum solennius deductis, omnibus in unum qui adfuere in primori Ecclesia S. Petri collectis, jam suprafatum præmonuit virum, ut sicut sibi ipsi conscientia dictaret, ad sacra sumenda, aut etiam refugienda quoquo vellet modo seipsum præfigeret. Quique in nullo hæsitans, Deum sibi & ipsum quod percepturus erat redemptionis pretium, in testimonium & judicium invocans, fidissimè, omnibus in prospectu positis, quæque supra fuerant præfixa votis omnibus peregit.* Mox additur in purgationis ejusmodi fidem datum accusato instrumentum. Historia Trevirens. p. 245. de quodam Sacerdote de hæresi suspecto: *Contrà ille timens, ne Presbyterii privaretur honore, respondit ob hujus suspicionis notam abolendam libenter velle summæ examinationis subire sententiam. Quod dictum cùm placuisset omnibus, jussus est Missam celebrare, & sacrum Canonem, qui Secreta, vel Actio dicitur, sicut cætera, excelsa voce decantare, ut qui mysterio prætiosi Corporis & Sanguinis Christi præsumpsisset detrahere, ipsius probaretur virtute. Missa itaque decursa, ubi ad communicandum perventum est, Episcopus verba imprecationis hujusmodi intulit, dicens: Si vivificum hoc salutis nostræ Sacramentum, quod manibus tenes, non verè Corpus Christi & Sanguinem esse ausus es impio ore garrire, cum istius mysterii contestatione interdico quoquomodo præsumas accipere! si vero non ita, sed Catholicè profiteris, accipe, & accepit. Verumtamen qualiter idem redemptionis munus ad damnationem sui in os ejus intraverit referre super vacaneum non judicavi. Cùm enim esset in examinationis anxietate constitutus, omnipotenti Deo de admissis pœnitentiam, de futuris custodiam pollicens, corde contrito supplicavit, & obtinuit ab instanti confusione liberari.* Aliud exemplum ejusmodi judicii per sacram Eucharistiam initi in Imbricone Augustensi Episcopo [illegible]tat Bertholdus Constantiensis an. 1077. Prædictis denique addendum videtur quod habent Leg[es] Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 25. ubi de Sacramentis & jurejurando: *In alio casu [illegible] dantur Domino ad connumerandum qualiter juramentum præstiterit: Sacerdoti vero ad id [illegible] inducta usque ad tempus quo possit Missam celebrare.*

Fatendum tamen non ipsis duntaxat Sacerdotibus propriam fuisse ejusmodi per divinam Eucharistiam purgationem: cùm hanc ab Eulalio Arvernensi Comite, à quo matrem suffocatam ac strangulatam

fama

fama erat, exegerit Cantinus ejusdem civitatis Episcopus, apud Gregorium Turon. lib. 10. cap. 8. Cùm enim ad communicandum ventum esset, & Eulalius ad altare accessisset, *ait Episcopus: Rumor populi parricidam te proclamat esse, ego verò utrum perpetraveris hoc scelus, an non, ignoro: idcirco in Dei hoc & Beati Martyris Juliani statuo judicio. Tu verò si idoneus es, ut adseris, accede propiùs, & sume tibi Eucharistiæ particulam, atque impone ori tuo. Erit Deus inspector conscientiæ tuæ. At ille acceptâ Eucharistiâ communicans abscessit.* Eandem legem olim præscripsit Adrianus PP. Lothario Regi Lotharingiæ. Chronicon Reicherspergensis Monasterii an. 870. *Lotharius Rex ab Adriano vocatus Romam venit, qui cùm ab eodem Præsule interrogaretur, si monita prædecessoris sui Nicolai PP. hactenus observasset, & jusjurandum custodisset, & ille mentitus, omnia se observasse respondisset: & Proceres & Optimates qui cum eo venerant, eadem testificarentur, nec ulla persona inveniretur, quæ contra Regem legitimum auderet certamen inire controversiæ: Adrianus PP. dedit Regi, & omnibus consciis, qui accedebant, communionem Corporis & Sanguinis Domini de manibus suis ad Missarum solemnia: ita ut si vera essent quæ ipsi testificati fuerant, proficeret eis in vitam æternam. Ita Lotharius Roma egressus morbo corripitur, & Placentiam civitatem perveniens, diem clausit extremum 6. id. Aug. Omnes etiam sui, qui ausu temerario communionem sub tali contestatione porrectam sumere præsumpserunt, divino judicio percussi, ab hac luce substracti sunt, antequam subsequens anni rediret principium.* Eadem narrant Annales Francorum Metenses, & Regino an. 869. Florentius Wigon. an. 870. & Radulphus de Diceto an. 872.

Simili pariter lege obstringere voluerat Henricum Imp. Gregorius VII. PP. quod ille renuit, conscientiâ suâ prohibitus, uti habet Schafnaburgensis an. 1077. Meminit præterea Helgaudus in Vita Roberti Regis Franc. ejusmodi per Eucharistiam examinationis, formulamque indicat: *Præsuli cuidam de Domino non bene sentienti, & quærenti pro quibusdam causis probationem in Corpore Domini nostri Jesu Christi, indignè tulit Rex —— & scripsit ei in his verbis: —— Miror qua ratione quæsieris pro tuis iniquissimis imperiis, & pro infestato odio, quod erga Dei servos habes, examinationem in Corpore & Sanguine Domini, & cùm hoc sit quod à dante Sacerdote dicitur, Corpus Domini nostri Jesu Christi sit tibi salus animæ & corporis, cur tu temerario ore & polluto dicas, si dignus es accipe, cùm sit nullus qui habeatur dignus, cur divinitati attribuis ærumnas corporis, & infernum doloris humani divinæ connectis naturæ?* Adde Albertum Stadensem an. 1224. & Guibertum lib. 3. de Vita sua c. 13.

Priusquam autem quis admitteretur ad ejusmodi purgationem, tenebatur, sacramento ad sancta Evangelia præstito priùs, se culpa exuere. S. Leo PP. aut quis alius, ex MS. *Statutum ait, ut per quatuor sancta Evangelia testetur, qui verum dicere probatur, antequam communicet, & deinde sub judicis flamma relinquatur.* Vide Judicia Withredi Regis Cantuarior cap. 23.

EUDOXUS, ex Gr. εὔδοξος, Gloriosus. Fridegodus in S. Wilfrido c. 6.

Cui queat eudoxas moriens committere caulas.

EVE & *Treve*, dicuntur nativi de avo & tritavo, quorum majores servitutem servierunt. Ita Skeneus lib. de Verbor. significat.

EVECTIO, Diploma, codicillus, libellus, quo cursu publico utendi facultas datur. Gloss. Gr. Lat. συνθημα, *sigillum, evectio.* Alibi: ἐκκομιδὴ πράγματος, *evectio, exportatio.* Nestorius Patr. CP. Contra Pelagianos apud Marium Mercatorem: *Evectionem regiam non habentes, cursu regali iter quo pacto conficient?* Theodericus Rex apud Senatorem lib. 5. Ep. 5. *Ut sive Gothus sit, aut Romanus, qui sine nostra, vel eorum, quorum interest, evectione vere dum præsumit attingere, per unum equum centum statim solidos à te cogatur exolvere.* Idem lib. 6. Ep. 3. *Præfectorum Prætorio* muneris fuisse innuit *evectiones* dare. Passim in Cod. Theod. & Justin. tit. De cursu public. De Munerariis, De Commeatu, &c. apud Symmachum lib. 1. Ep. 6. lib. 4. Ep. 48. lib. 7. Ep. 95. lib. 9. Ep. 20. S. Augustinum lib. 5. Confess. c. 13. & Epist. 55. Serm. de Temp. 180. B. Hieron. in Hilarione, Gregorium Tur. lib. 9. Hist. cap. 9. Marculfum lib. 1. for. 11. Sulpitium Severum lib. 2. Hist. Paulinum lib. 4. de Mirac. S. Martini, Sidon. lib. 5. Ep. 20. &c. Extat præterea formula istius Evectionis apud S. Athanasium Apologia 2. de fuga sua p. 787. eundem vide in Epist. ad Solitar. p. 821. Hinc

Evectio, pro ipsis *equis*, seu *equitaturis*, ubi de visitationibus Episcoporum & Archidiaconorum, &c. in Statutis Hugonis V. Abbatis Cluniac. p. 1467. Bibl. Cluniac. in Concilio Toletano VII. cap. 4. Lateranensi III. sub Alexandro III. cap. 4. Lateranensi IV. sub Innocentio III. cap. 11. 33. Albiensi an. 1254. cap. 58. Viennensi an. 1267. cap. 2. Londinensi an. 1268. cap. 19. Synodo Santonensi ann. 1282. can. 4. (ubi Concilium Sarisberiense an. 1217. c. 77. habet *equos*:) apud Stephanum Tornac. Ep. 130. 690. in veteri Charta apud V. Cl. Jacob. Petitum post Pœnitentiale Theodori pag. 685. &c.

Evectio navalis, apud Victorem Vitensem lib. 3. de Persecut. Vandal. pag. 42. pro ipsis navibus: *Omnis simul civitas evectione navali de proximo confugit.* Fredeg. an. 767. *Inde navali evectione per Ligerim fluvium usque ad Sellus castrum —— pervenit.*

Evectiuncula, apud Paulum Diacon. Emeritensem lib. de Episcop. Emerit. in S. Masona cap. 10. ubi perperam editum, *Eventiunculis.* Vide *Synthema.*

EVENTARE, Aerem sibi vel alteri concitare, vel captare, *Eventer.* Mich. Scotus lib. 1. Mensæ Philosophicæ c. 5. *Est quærendus locus tranquillus & frigidus, & à vento eventatus.* Lib. 4. cap. 17. *Et cùm ille eventaret se, &c.*

EVENTURA, Fortuna, Gall. *Avanture.* Lambertus Ardensis p. 251. *Senes & decrepitos, eò quòd veterum eventuras, & fabulas, & Historias ei narrarent, —— venerabatur.* Vide *Aventura.*

EVERCLUM. Papias: *Sagenæ, retia, verundum Græcè, vulgò Everclum dicitur.* Latini *Everriculum, & verriculum* rete piscatorium vocant. Ulpianus in l. Injuriarum, D. de Injuriis: *Si quis me prohibeat in mari piscari, vel everriculum, quod Græcè σαγήνη dicitur, ducere.*

EVERTERE *pecora, caballos*, Injuriâ occidere, vel disperdere, dolo malo, in Legibus Wisigoth. lib. 8. tit. 4. §. 20. tit. 5. §. 7. & in Lege Burgund. tit. 49. §. 4.

EVEX. Versus scripti in Co[illegible] Evangeliorum, in Chronico Novalicensi c. 19. to. 2. Hist. Francor. pag. 227.

Frodoinns qui pridem Pastor & inclytus Evex.
Nam per decies quater stabuli custos oviumque est.

EVICINIO, Statim. Petrus de Vineis lib. 2. Ep. 44. *Ad offerendum itaque nobis in hac parte subsidium vestra devotio non moretur, quod totum & integrum è vicinio vobis —— reddere pollicemur.*

EVICTIO. Vetus Calendarium Romanum editum ab Ægidio Bucherio ad Victorii Canonem Paschalem, mense Octob. *Evictio Tyranni*, i. victoria relata de Tyranno.

EVI.

EVIDENTIÆ, Chartæ, tabulæ, instrumenta, testimonia, quibus jus prædiorum firmatur, quòd rem evidentem faciant, unde ut plurimùm ejusmodi diplomatum initia ita concipiuntur: *Notum sit omnibus præsentibus & futuris. Evidentia Ecclesiæ Christi Cantuariensis* habeatur cum cæteris Anglicis Historicis editis an. 1652. in quibus continentur variæ donationes prædiorum huic Ecclesiæ factæ. Vide Edw. Cokum ad Littletonem sect. 485.

EVIGILANS-*canem*. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 487. *Post obitum Herberti Senioris* (Comitis Cenomanensis) *qui vulgò Evigilans-canem cognominabatur, propter gravissimas infestationes, quas a perfidis affinibus suis Andegavensibus incessanter patiebatur, &c.* Et lib. 4. pag. 532. de eodem Herberto: *Et vulgò, sed parum Latinè, cognominari Evigilans-canem pro ingenti probitate promeruit. Nam post mortem Hugonis patris sui, quem Fulco senior violenter subjugarat, in eundem arma levans, nocturnas expeditiones crebrò agebat, & Andegavenses homines & canes in ipsa urbe, vel in munitioribus oppidis terrebat, & horrendis assultibus vigilare cogebat.* Acta Episcoporum Cenoman. p. 315. *Crat autem uxor ejusdem Marchisii Gersendis nomine, filia Herberti Cenomanorum Comitis, qui vocatus est.*

EVIGILA-CANEM. Neque id nomen Joculare Herberto duntaxat proprium fuit: nam in Tabulario S. Albini Andegav. occurrit nescio quis Miles, *Martinus, Evigilans canem pariter cognominatus.*

EVIGILANS-*stultum*: sic appellabant boni illi Monachi campanam, qua pulsabatur ad Matutinos: quod tepescente eo ævo pietate, *stultos* eos, qui è lecto exurgerent, quò procederent in Ecclesiam ad concinendos hymnos matutinos, existimarent. Vetus Charta an. 1183. in Tabulario Domus Dei Andegav. *Item quatuor Capellani in Eleemosynaria positi non habebunt præter unum tintinnabulum, neque sonabunt, ante quam tintinnabulum quod Evigilans stultum dicitur, sonuerit.* Stultum scilicet, cujusmodi fuit Vigilantius ille, qui nocturnas vigilias carpebat, atque ob id *Dormitantius* à S. Hieronymo appellatus est.

EVINCULARE, E vinculis solvere, liberare, apud Sugerium in Ludov. VI. cap. 1.

EVINDICARE, Evincere, rem seu possessionem judicio, vel lata sententia sibi asserere, obtinere. Placitum Chlotarii III. Regis Fr. in Actis SS. Ord. S. Benedicti pag. 617. *Jubemus ut memoratus Chaino abbas vel pars basilicæ sui S. Dionysii ipsa villa Nocito una cum omne merito, vel integritate sua, inspecta ipsa strumenta, sicut per ipsas declaratur, absque repetitione memorata Angantrude vel suis heredibus omne tempore habeant evendegatum*, Adde pag. 619. Flodoardus lib. 2. Hist. Remensis cap. 4. *Quasdam quoque res à quibusdam pervasas, apud Regiam Majestatem, agente præfato Sonnatio Archidiacono, evindicasse reperitur.* Adde lib. 2. cap. 6. 17. 19. lib. 3. cap. 10. 16. Concil. Duziac. I. part. 2. pag. 204. Annales Francor. Bertin. ann. 867. Chron. Besuense pag. 520. 522. Hincmarum Opusc. 13. n. 7. Opusc. 17. p. 260. Opusc. 55. pag. 606. Marculfum lib. 2. form. 9. Vitam Aldrici Episc. Cenoman. pag. 135. 136. 140. Baldricum lib. 1. Chr. Camerac. c. 85. Chartam Caroli C. apud V. C. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 65. &c.

EVINDICATORIUM, *Charta Evindicatoria, Præceptum Evindicatorium*, in Chronico Laurisham. ann. 776. Sententia judicis, qua quis in rei controversæ possessionem mittitur, vel in ejus possessione contra invasores conservatur; ubi hæc formula insequitur: *Taliter visi fuimus judicavisse, ut de hac causa omni tempore ipse Abbas habeat evindicatum atque elitigatum, & sit illis in postmodum ex hac re sublata causatio.*

EVINDITALE *judicium*, vel fortè *Evindicale*, datum videtur contra eum qui re cujuspiam ablata, in jus vocatus, ad placitum, nulla missa vel nuntiata *sunnia*, seu excusatione, venire distulit: tunc enim is cui res ablata erat, eam judicio secundùm loci legem lato *evindicabat*, seu *evincebat*. Extat illius formula apud Marculfum lib. 1. form. 37. *Judicium evindicatum* in Formulis MSS. Cod. Reg. 1197.

EVITUDO. Bonitus Subdiac. in Vita S. Theodori Dacis n. 13. *Hujus profectionis rumor, varias distentus per urbes, æmulis tuos ingenti evitudine vibrat.* Ubi Bollandus: *An evidentia & claritate? an hebetudine & stupore?*

EULOGIA, εὐλογία, ipsum Eucharistiæ Sacramentum. S. Paulus 1. ad Cor. 10. 16. τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν. *Calix benedictionis cui benedicimus.* Quia Christus dum hocce divinum Sacramentum instituit, *gratias agens, benedixit, dedit discipulis suis, &c.* Μυστικὴ εὐλογία, pro Eucharistia apud Cyrillum in Epist. ad Calosyrium. Interdum pro hostiæ particula quæ communicantibus porrigebatur, apud eundem Cyrillum Epist. ad Nestorium, & Clement. Constit. lib. 8. &c. Atque hac notione *Eulogiæ* vocem accipi censent quidam in Vita S. Melanii Episc. Rhedon. n. 22. quod improbat Bolandus. Vide S. Augustinum Epist. 86 Jo. Moschum cap. 25. & Chartam Fulconis Comitis Andegavensis apud Sammarthanos in Abbatibus Roncerei. Postmodum.

Eulogiæ vocabulo donati panes, qui in Ecclesia offerebantur ad sacrificium, & benedicebantur, ex quibus pars aliqua seligebatur ad Christi corpus conficiendum. Germanus Patr. CP. in Mystica Theoria: Ἡ δὲ προσφορὰ, ἢ καὶ ἄρτος, καὶ εὐλογία, καὶ ἀπαρχὴ λεγομένη, ἐξ ἧς τὸ κυριακὸν σῶμα διατέμνεται, &c. Distribuebantur autem eulogiæ istæ iis qui ob impedimentum quodpiam diebus festis & Dominicis *communicare non erant parati*, ex Decreto Pii PP. apud Burchardum lib. 5. cap. 27. & Concilio Nannetensi cap. 9. atque adeo ipsis Catechumenis, qui jus sumendæ Eucharistiæ non habebant: quibus id erat loco Sacramenti, vel etiam *Sacramentum* quoddam, uti appellat S. Augustinus lib. 2. de Peccat. remiss. cap. 26. laxiore videlicet notione, quia precibus sanctificabatur. Unde non desunt qui in Concilio Carthaginensi III. can. 5. quo vetatur per Paschales dies Catechumenis *Sacramentum* dari, Eulogias intelligi censent. Atque inde, panem ilium ἀντίδωρον vocarunt Græci, quòd vicem δώρου præstaret, hoc est, divinæ Eucharistiæ, quam δῶρον, & ἅγια δῶρα nuncupabant, ut in v. *Munus*, observamus.

Distribuebatur, inquam, post Missam per Sacerdotem cunctis præsentibus, paulò ante dimissionem. Leo IV. PP. de Cura pastorali: *Eulogias post Missas in diebus festis plebi distribuite.* Liturgia S. Basilii: Μετὰ τὴν εὐχὴν ἐξέρχεται ὁ ἱερεὺς, καὶ στὰς ἐν συνήθει τόπῳ δίδωσι τὸ ἀντίδωρον· εἶτα ποιεῖ ἀπόλυσιν. Et summa cum animi submissione & cultu ex manu Sacerdotis, oris osculo priùs salutata recipiebatur. Cabasilas: Οἱ γὰρ οὖν σὺν εὐλαβείᾳ πάσῃ δέχονται, καὶ καταφιλοῦσι τὴν δεξιὰν, ὡσὰν προσφάτως, ἀψαμένην τοῦ παναγίου σώματος τοῦ Χριστοῦ σωτῆρος, καὶ τὸ ἐκεῖθεν ἁγιασμὸν, καὶ δεξαμένην, καὶ μεταδοῦναι τοῖς φαύσι πιστευομένην. Quippe, ait S. Augustinus lib. 2. de Peccat. remiss. cap. 26. *Hic panis quamvis non sit Corpus Christi, sanctus est tamen, & sanctior cibis quibus alimur.* Unde θεῖος ἄρτος, *divinus panis*, dicitur Pachymeri l. 5. Hist. cap. 8. ἐν μεταλήψει τοῦ θείου ἄρτου, ὃν ἀντίδωρον λέγουσι.

Atque inde, quemadmodum sacra Eucharistia, à jenu-

a jejunis manducabatur, & si quis jejunus non esset, & si acciperet, vicino porrigebat ad manducandum: quod etiamnum observari in Ecclesia Græca tradunt Allatius lib. 3. de Eccl. Occid. & Orient. consens. cap. 9. §. 1. & Goarus ad Euchologr. De Eulogiis post Missam distributis agit etiam Pius Papa & Martyr. lib. 2. Quinque libror. c. 117. & ex eo Hincmarus in Capitulis Presbyteris suæ parochiæ datis an. 752. cap. 7. *Ut de oblatis quæ offeruntur à populo, & consecrationi supersunt, vel de panibus quos deferunt fideles ad Ecclesiam, vel certè de suis, Presbyter convenientes partes incisas habeat in vase nitido & convenienti, ut post Missarum solennia, qui communicare non fuerunt parati, Eulogias omni die Dominico, & in diebus festis exinde accipiant, & illa unde Eulogias Presbyter daturus est, ante in hæc verba benedicat, & sic accepturis distribuat, &c.* Eadem habent Concilium Nannetense an. 895. c. 9. & Regino de Vita & conversatione Presbyter. c. 61. Fundatio Monasterii S. Vincentii ad Lisbonam: *Factum est autem, ut populus ad Ecclesiam iturus, peractis Missarum solenniis, Eulogiis vel pane benedicto caperet præmuniri. Ita enim quotidie consueverat.*

Eulogiarum primam institutionem Synodo Antiochenæ sub Constantio celebratæ videtur adscribere Balsamon ad can. 2. sed illas antea in usu fuisse ex Scriptoribus constat. Vide S. Augustin. lib. 3. Contra Petilianum cap. 16. Atque hæc quidem *Eulogias* publicas spectant, quæ scilicet populo post peractam sacram Liturgiam distribuebantur. Aliæ porro fuere.

Eulogiæ privatæ, quas Episcopi ac Presbyteri ultro citroque dabant & accipiebant, ab ipsis à quibus mittebantur, benedictione consecratæ, & ut plurimùm panes ab iis *benedicti*, quo nomine interdum appellantur, ut à Flodoardo lib. de Pontificib. Roman. in Calixto p. 603.

Panem pro grato benedictum munere legat.

Qui quidem mittendarum ultro citroque ab Episcopis & Sacerdotibus Eulogiarum mos inde fortè fluxit, quòd olim Episcopi qui invicem communicabant, in communicationis indicium vicissim sibi Eucharistiam mitterent, ut testatur Eusebius lib. 5. Hist. cap. 26. quod postea vetitum in Concilio Laodiceno apud Balsamonem: Περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπειν. Unde *communicare se de Eulogia alterius*, in Vita sancti Melanii Episcopi: *Post cujus* (Missæ) *celebrationem, antequam recessissent ab invicem, dedit eis beatus Pontifex in caritate cum Dei gratia & sua benedictione: Beatus vero Marsus præferens jejunium Dei caritati, & Eulogiam, qua communicare debuit, vilipendens, particulam quam acceperat à S. Melanio, in sinu suo cadere permisit.* Infrà: *Post cujus absolutionem, mox versus est serpens in pristinam Eulogiam, quam assumens B. Marsus, gaudens se communicavit de ea, quod priùs malo suo facere neglexerat.* Obasinensis lib. 1. cap. 23. *Et ex his, quæ sibi offerebantur, Eulogias fratribus.* Vita B. Stephani Abbat. *illis*, prout poterat, *exhibebat.*

Eulogiæ verò, sive panes, sive cibi alii, in mensa ab Episcopis, Abbatibus, aut Sacerdotibus benedictione consecrabantur, ac postea distribuebantur, ut est in Vita S. Huberti cap. 12. Capitula Monachorum ad Augiam directorum c. 7. *Ut in refectorio facta benedictione veniant duo Presbyteri ad Abbatem frangentes panem, & dant ipsi Eulogiam cæteris fratribus, antequam accedant ad mensam.* Mittebantur etiam cum literis salutatoriis, quarum formulam exhibet Marculfus lib. 2. form. 42. 43. 44. ad quas pariter literas spectant Epistolæ 9. 10. & 11. ex iis quæ scriptæ sunt ad Desiderium Episcopum Cadurcensem apud Canisium to. 5. Antiq. lection. Has *Eulogias salutis* appellat Gregorius Turon. in Vita S. Maurilii Episcopi Andegav. cap. 8. *Eulogias salutis sibi dari ab eodem fideliter postulavit: quas dum B. Sacerdos sanctificatas illi de more porrigeret, languor qui Monachum diutiùs fatigaverat, ---- evanuit.* Has etiam attigit Poeta Christianus in *Gratiarum actione pro susceptis Eulogiis*, editus à Guill. Morellio:

Quid quòd crebrò etiam mittis pia verba salutis,
Pluribus & donis hîcque domique oneras.
Sic mea nunc redolet proles velut inclita rara,
Munera divino quæ benedicta cluunt.

De ejusmodi *Eulogiis* ac panibus benedictione consecratis agunt passim Scriptores, quos indicasse suffecerit: S. Basilius in Regula cap. 133. Paulinus in Epist. ad Alypium, & in Epist. ad Romanianum, S. Fructuosus in Regula edita in pace cap. 23. Regula S. Columbani cap. 10. Regula Magistri cap. 76. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 16. lib. 5. cap. 14. lib. 6. c. 5. lib. 8. c. 2. 20. lib. 10. c. 16. de Gloria Confess. c. 31. Fortunatus lib. 11. Poëm. 8. 11. Hincmarus Remensis in Capitul. ad Presbyt. parochiæ suæ cap. 7. 16. Theophanes an. 40. Theodosii junior. Additio 1. ad Capitula Caroli M. c. 68. Flodoardus lib. 2. Hist. Remens. c. 11. p. 219. lib. 3. cap. 3. pag. 590. Vita sancti Thuribii Episcopi Cenomanensis num. 7. Vita S. Genovefæ num. 11. Vita sancti Salvii Ambian. num. 4. Vita S. Præjecti n. 6. Vita S. Melanii Episcopi, Vita S. Medardi cap. 7. Vita S. Sori Eremitæ n. 6. Medibardus in Miraculis S. Walpurgæ lib. 2. n. 3. Baudemundus in Vita S. Amandi n. 25. Vita S. Joannis Abbat. Reomaensis lib. 1. n. 13. lib. 2. n. 4. Petrus Damiani in Vita S. Romualdi n. 88. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli c. 2. Ratherius Veronensis in Synodica ad Presbyteros p. 262. Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. c. 21. Patriarchium Bituricense c. 30. p. 37. &c. His addenda quæ in hanc rem congessere Baronius an. 313. Albaspinæus lib. 1. Observat. Eccles. c. 8. Pithœus ad Capitula Caroli M. Durantus lib. 2. de Ritibus Eccles. Haëftenus lib. 4. Disquisit. Monastic. tract. 7. disq. 4. Sirmondus lib. de Azymo c. 6. Card. Bona lib. 2. Rerum Liturgic. c. 23. &c.

Eulogia dicta præterea quævis munera, quæ offeruntur, non tam ex debito, quàm ex convenientia: verbi gratiâ in Regula S. Benedicti c. 54. vetantur Monachi *à parentibus suis nec à quoquam hominum, nec sibi invicem litteras, Eulogias, vel qualibet munuscula accipere, aut dare sine præcepto Abbatis.* In Concilio Meldensi an. 845. c. 45. ubi prohibentur Episcopi munuscula à Presbyteris exigere, hæc verba adduntur: *Decet tamen Presbyteros cum voluntariis Eulogiis tempore congruo visitare & venerari suos Episcopos.* Ita apud Leonem IV. PP. Ep. ad Episcopos Britanniæ c. 3. non cogendos Presbyteros ad sacra Concilia *Eulogias* deferre statuitur; ut apud Hincmarum Remensem in Capitulis ad Archidiaconos c. 5. *Eulogias* nisi sponte oblatas à Presbyteris accipere vetantur iidem Archidiaconi. Eodem sensu ac significatu passim usurpatam vocem hanc pro munusculis quibusvis observare est apud Gregor. M. lib. 11. Ep. 49. Eginhard. Epist. 52. Theophanem p. 84. in Definitione Synodi II. Duziacensis de Doda Monacha c. 2. &c.

Eulogia denique vox postmodum accepta pro munere debito, seu, ut tum loquebantur, pro *dono coacto*, vel pro quavis pensitatione vel præstatione, adeo ut in malam partem sæpe usurpetur. Polyptycus Floriacensis: *Unusquisque mansus ingenuilis & servilis debet in eulogiis panes 6. ad carnem den. 2. &c.* Chronicon Virdunense Hugonis Flaviniacensis: *Ea lege ut ipsi*

ipsi quoad vivant, illo fruantur, & debitum syn dale Ecclesiæ S. Mammetis solvant paratam & Eulogias. Charta Isaaci Lingonensis Episcopi in Tabul, Flaviniacensi: *Nostrum quoque memoriale & successorum Pontificum hujus sanctæ Lingonensis Ecclesiæ debito venerationis obsequio percelebrent, & debitum synodale, quod S. Mammeti debetur, paratas scilicet & Eulogias statutis temporibus persolvant.* Alia Roberti Episcopi Lingonensis ex Tabulario Cluniacensi Ch. 160. *Ea videlicet conditione ut salvum & integrum in ea perseveret jus Lingonensi Ecclesiæ, suis scilicet temporibus, paratæ & Eulogiæ reddantur.* Chronicon Besuense p. 524. *Ut omnibus annis in corvata Monachorum jornalem unum de tritico, & alium de avena persolverent, & eulogias, & in cera 2. denarios.* Et pag. 548. *Et carroperam & censum cum eulogiis.* Denique p. 609. *Archidiaconibus -- debita servitia exhibeant, paratas & eulogias suo tempore communiter persolvant.* Charta Udonis Episc. Tullensis ann. 1069. apud Hieronymum Vignerium in Hist. Alsat. p. 128. *Non hospitabitur Comes, nec inde accipiet ullum debitum vel servitium propter* (i. præter) *eulogias & carratas vini quas ei dant officiales.* Charta Caroli C. apud Sanjulianum in Tornutio p. 510. *Exquirere -- aut mansionaticum, aut paratam aut parafredum, aut eulogias non præsumant.* Tubular. Eccl. Augustodunensis ann. 937. *Repererunt etiam in villa Frodolfenci mansos 4. vestitos & ingenuiles, qua solvit eulogias.* Adde Perardum in Burgundicis pag. 60.

Eulogiarius, in Notis Tyronis p. 192. Eulogiarum confector, aut donator.

EULOGIOSE. Baldricus lib. 2. Chr. Camerac. cap. 1. *Hujus verò familiares mœrore affecti, Dominum triste incusabant, & maximè in S. Mariam eulogiosè fremebant.* Ubi Colvenerius rectè, ni fallor, *elegiosè*, reponit, id est, flebiliter, dolenter. Vide *Elegus*.

EULOGIUM, pro *Elogium*. Liber de disciplina Scholarium cap. 1. *Nugatoria loquacitatis eulogio perusa*, ubi S. Thomas: *Eulogium, sapientia, bona fama, vel testimonium dicitur.* Matthæus Paris in Vitis Abbatum S. Albani pag. 73. *Fecerat plura de ipso eulogia in laudem ipsius.* Vide Andr. Monachum in Vita S. Ottonis Episcop. Bamberg. lib. 2. cap. 11.

Eulogium, Epistola missa ad aliquem, vice muneris quod *Eulogia* vulgò dicitur. Epistola Caroli M. ad Offam Regem: *Cum deceat Reges potentes & famosos amicitia fœdere convinciri, ---vestræ Serenitati hoc eulogium duximus destinandum.*

Eulogium, sermo, dictio quævis. Passionarius Galeni in Præfat. *Siquis intentè desiderat cognoscere intentionem totius libri, prius cursim relegat hac prænotata capitula, qua brevi eulogio in fronte hujus libelli prænotata repererit.*

EUNUCHUS, Dignitas in palatiis Imperatorum, cui cubiculi augustalis cura erat, Cubicularius. Leo Nov. 98. Καὶ τ̃ εὐνῆς ἀνυπόπτους φύλακας εἶναι, τοῦτο γὰρ ἡ κλῆσις ἐσήμανε. *Eunuchus sacri Cubiculi ministeriis adhæsurus*, in l. penult. C. Just. de Præpos. sacri cubic. Evagrius lib. 4. Οἱ τοῖς βασιλικοῖς ἐξυπηρετούμενοι κοιτῶσιν, οὓς εὐνούχους ἡ συνήθεια καλεῖ. Apud S. Ambrosium Ep. 27. ad Valentinianum II. quidam Gallicanus Præpositus Cubiculi *Eunuchus Regius* nuncupatur, velut apud Isidorum Pelusiotam alius, *Eunuchus Palatinus*. *Eunuchi* inter præcipuos aulæ Davidis Magnates recensentur lib. 1. Paralip. Primus verò Eunuchorum ἀρχιευνοῦχος dicitur in Chronico Alexandr. an. 5. Valentiniani, & in Synaxariis & Menæis 28. Decemb. in S. Domna. Μέγας τ̃ παλατίου ..., apud Theophanem an. 1. Mauricii. Scriba Juliani Imp. in Misopogone, antequam Imperium iniret, Eunuchum fuisse nomen honoris, suo verò tempore contumeliæ: & Lampridius, Heliogabalum plerosque Eunuchos rationibus & procurationibus præposuisse, iisque veteres dignitates sustulisse Severum.

EVOCATORIÆ epistolæ, quibus absentes ad Comitatum evocabantur à Principe, aut quibus iis, qui Principis aspectum ambiebant, veniendi facultas dabatur. Nam sine *evocatoria* ad Comitatum venire omnibus non licebat, l. 3. C. Theod. & Justin. de Decur. & Silent. *Permissa veniendi ad Comitatum licentia præter evocatoriæ securitatem.* Utriusque generis formulam exhibet Senator lib. 7. Ep. 34. & 35. Jornandes de Reb. Getic. c. 57. ait Zenonem Imp. Theodericum Ostrogothorum Regem *evocatoria ei destinata, ad se in urbem venire præcepisse.* Adde Sidon. lib. 8. Ep. 12. & Zachariam PP. Epist. 9. ad Bonifac. Moguntin. Episc. præterea Juretum ad lib. 4. Symmachi Epist. 5.

EVOCATUS. Gloss. MS. Eccl. Paris. *Evocati, qui militant sine sacramento*. Vetus Gloss. cap. de Militia: *Evocatus*, ταξίαρχος. Vide Isidor. lib. 9. c. 3. & JC.

EUTYCHEUM, ita dictum videtur Prætorium Præfecti Augustalis Alexandriæ, in l. 1. C. Th. de Alexandrinæ plebis Primatib. cujus subscriptio ita concipitur: *PP.* (i. proposita) *Alexandriæ Eutycheo.* Vox efficta ex Gr. εὐτυχεῖον, fortè quòd ab Alexandria Romam & Constantinopolim advenirent *Felices Embola*, atque adeo in Prætorio Præfecti Augustalis ea pararentur. Epist. 32. MS. Mich. Pselli: Εἰ μήπω λέγεις τὸν εὐτυχῆ Ἀντιόχειαν, τὴν χρυσῆν Ἀλεξάνδρειαν. Vide Cujac. lib. 23. Obser. cap. 3. & Jacob. Gotofredum ad hanc legem.

EUVA. Glossar. Keronis: *Lex, Euva. Testamentum, Euva.* Vox Germanica vetus, Anglo-Saxonibus etiam familiaris. Capitulatio Caroli M. de Partibus Saxoniæ edita ab Holstenio c. 7. *Similiter quidquid aut eorum omnibus factum fuerit, omnia tripliciter faciant restaurare, & secundùm eorum Euva componere.* Ibidem c. 10. *De malefactoribus, qui vitæ periculum secundum Euva Saxonum incurrere debent.* Adde c. 8. Legem Aleman. tit. 6. Capitula ad Legem Bajwar. §. 11. Capitularia Caroli M. lib. 3. c. 65. lib. 4. Addit. 2. c. 34. lib. 6. c. 250. Legem Longob. lib. 1. tit. 14. c. 9. *Ewe*, in Legib. Normannicis Willelmi Nothi cap. 17. Vide Steph. Baluzium ad Capitular. pag. 1075. 1186.

Efa, si Vendelinum audimus, idem sonat ac *Ewa*, in Lege Salica Edit. Heroldi tit. 31. ubi *Landovefa*, eidem est, jus publicum, *lex hominum*. Hunc adi.

EWBRICE, *Adulterium & infractum conjugium* exponitur in Legib. Edmundi Regis §. 4. apud Bromptonum, ubi perperam *Ewice* editum: vox Anglo-Saxonica efficta ex Ep, conjugium, & Bryce, violatio: Belgis etiamnum *Ewen*, sive *Hewen*, est matrimonii lege jungi: *Evebreken*, legem sacramenti violare, adulterari.

EWOECK, Oppidani, villani. Occurrit in Legibus Hungaricis, apud Sambucum. At Albertus Molnarius in Dictionario Hungarico Latino habet *Evroc*.

EWRII, Hungaris, Finium custodes, viarumque observatores, quarum securitati, ne in iis furtum committeretur, invigilabant: divisi erant in centurias & decurias. Vide Decreta S. Stephani Regis Hung. lib. 2. c. 17. lib. 3. c. 1.

EXACTARE pro *exigere*. Diploma Dagoberti Regis pro Monaster. S. Dionysii: *De ipso mercado in ipsa*

ex ipsa mercimonia exactare potuerit. Aliud ejusdem Dagoberti: *Quidquid exinde fiscus noster poterat exactare.* Vide Præceptum Caroli M. pro Hispanis edit. à V. Cl. Steph. Baluzio, Capitula Caroli C. pag. 37. 109. 1. Edit. Chronicon S. Vincentii de Vulturno pag. 679. tom. 4. Actor. SS. Ord. S. Bened. p. 618. Passim.

EXACTIONARE, idem quod *Exactare*, Exigere, per vim auferre. Occurrit semel ac iterum apud Joan. de Beka in Chronico Trajectensi pag. 46. 57. 1. Edit.

EXACTOR, Publicanus, τελώνης. Gloss. S. Benedicti: *Exactor*, ἀπαιτητής. Apud Harmenopulum lib. 1. cap. 12. §. 31. Ἀπαιτητὴς δημόσιος. Glossæ Biblicæ MSS. *Exactores, expectatores tributi.* S. Augustin. lib. 2. de Civit. Dei cap. 19. *Exactores* vocat, quos Lucas cap. 3. *Publicanos*, Idem Epist. 124. *Ut nullas exactorum molestias pateretur.* Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei: *Leviores his hostes quàm exactores sunt: & res ipsa indicat, ad hostes fugiunt, ut vim exactionis evadant.* Senator lib. 5. Epist. 39. *Exactorum quoque licentia fertur ampliùs à provincialibus extorqueri, quàm nostro cubiculo constat inferri. Exactor tribuit. civit. Gall.* in veteri Inscript. *Exactor vel publicus minister*, in Bulla Agapeti PP. apud Sandjulianum pag. 278. Adde Legem Longob. lib. 3. tit. 1. §. 42. & quæ passim habentur in Codice tit. de Exactionib. tributor. & alibi. *Exactor tributorum*, in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 217. *Exactor fiscalium præstationum*, apud Firmicum lib. 4. cap. 3. lib. 6. c. 3. *Exactor Regiarum annonarum*, apud eundem lib. 3. cap. 12. *Exactores rerum publicarum*, in Charta Hlotharii Imp. filii Ludovici Pii, in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 4. pro facultate erigendi mercatum absque teloneo: *Igitur comperiant publicarum rerum exactores, &c. Exactores publicarum*, i. rerum, vel consuetudinum ac præstationum, in Capitul. Caroli M. l. 6. c. 122. *Exactores Reipublicæ*, in Charta Lotharii Imp. apud. Beslium pag. 260. *Exactor loci*, in Tradit. Fuldensib. lib. 2. Trad. 209. *Exactor sæcularis*, in Charta Henrici I. Regis Franc. ann. 1036. apud Loisellum in Bellovaco pag. 253. *Exactor regalium operum.* Chronicon Fontanellense c. 16. *Exactor operum regalium in Aquisgrani Palatio regio, sub Heinhardo Abbate—à Domino Rege constitutus est.* Vetus Inscriptio: *Q. Annio Januario exactori operum publ.* Ἐξάκτωρ, apud Joannem Tzetzem chil. 5. cap. 17. v. 610. Joannes Euchaitarum Episcop.

Μυστοχάφος χθὲς εὐφυὴς νεανίας,
Καὶ σήμερον πάρεστιν ἐξάκτωρ νέος.

EXADELPHUS, ἐξάδελφος, fratris filius, patruelis. Julius Africanus lib. 7. Hist. Apost. *Et accepit Hyrtacus exadelfus Imperium ejus.* Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 3. *Alter Grimoaldus exadelfus ei successit.* Sic etiam ex sorore nepotem vocat Petrus Damian. l. 6. Epist. 29. pag. 567.

EXADITUARE, *Excludere ab adytis*, in Gloss. Isid.

EXADONIARE. Vide *Idoneus.*

EXÆQUARE. Gloss. Lat. Gr. *Exæquatio*, ἐξίσωσις. *Divisio & exæquatio inter consortes*, apud Marculfum lib. 1. cap. 20.

EXAFOCI. Anastasius in Benedicto III. PP. *Obtulit canistra exafoci ex argento purissimo.* Sed legendum indubiè *exafota*, ex Gr. ἑξάφωτα, id est, canistra sex luminibus, lucernis, vel candelis instructa. Ita in Leone II. *Canistra enafoti*, & *Canistra enafodia*, perperam pro *enafota*, id est, unius luminis, ἑνὸς φωτὸς, nisi quis malit legere *eneafota*, seu ἐννεάφωτα, novem lucernis instructa. Atque ex his emendandus idem Anastasius pag. 123. *Canistrum ex cede Cafotii pensant. libras 12. & semis.* Legendum enim *excadecavoti*, seu ἑξκαιδεκαφώτιον, *sedecim luminum*, quomodo rectiùs præferunt alii Codd. *excedecafoti.* Vide *Afocis.*

EXAGEG. Vide *Alchaz.*

EXAGELLA, Trutina, seu potiùs quota pars quæ unicuique hæredum ex successione obvenit: legitima pars hæredis, cum aliis veluti ad *exagium*, seu trutinam exæquata. Ennodius in Vita B. Epiphanii Ep. Ticinensis p. 413. *Ninguido aëre, & quali solent homines ad tecta confugere, Ravennam egressus est, & per omnes Æmiliæ civitates celer venit, tanquam ad sepulcri receptaculum properans, omnibus Sacerdotibus in itinere positis munificus communis, affabilis, & quasi exagellam relinquens, seipso præstantior.* Id est, Sacerdotibus omnibus, ac si hæredibus, ex suis bonis concessa legitima portione. Utitur etiam S. Zeno Veron. Serm. 6. ad Neophytos. Hinc *exaggellario titulo* possidere, aut relinquere. Regula Magistri cap. 91. ubi de bonis Monachi: *Audite regulæ nostræ à patribus salubre statutum consilium. De portione ejus tres fiant partes æqualiter, una distributa Abbatis manibus pauperibus vel indigentibus erogetur: aliam vobis, vel fratribus suis pergens ille ad Comitatum Sanctorum exagiliario munus titulo derelinquat: tertiam vero partem viatici sui utilitate deferat secum Monasterii usibus profuturam.* Ubi legendum videtur *exaggellario.*

EXUGIA, in Glossario Saxonico, ƷeÞcinco. Ubi Somnerus fortè, *axungia.*

EXAGIUM, Trutina, & certæ ponderationis genus, inquit Cujacius. Gloss. Græco-Lat. Ἐξάγιον, *pensitatio.* Ἐξαγιάζω, *examino, perpendo.* Rursum: Ἄρτου ἐντυπή, *Exagios*, leg. *Exagium*, ponderis scilicet nota quæ pani imprimitur, σταθμὸν interpretatur Casaubonus ad Suetonium. Matth. Silvaticus in Pand. *Exagion est nomen ponderis, & est idem quod aureus, & est sexta pars 3. &c. Exagium*, apud Saladinum de Ponderibus, *est pondus unius 3. cum dimidia 90. granorum tritici.* Additque solidum solo nomine differre ab exagio. Versus MSS.

Exagium solido differt à nomine solo,
Si solidum quæris, tres dragmas dimidiabis.

Hac notione passim *exagium* usurpat Constantinus Africanus in libris de Morborum curat. In veteri Inscriptione præcipitur submota *micandi* consuetudine pecora *sub exagio* vendi. *Ratio docuit utilitate suadente consuetudine micandi summota, sub exagio potiùs pecora vendere, quàm digitis conludentibus, &c.* Nov. Theodosii de Pret. solid. *De ponderibus, ut fraus penitus amputetur, à nobis aguntur exagia, quæ sine fraude debeant custodiri.* Cassianus Collat. 1. cap. 22. *Sive illa quorum pondus ac pretium ærugo vanitatis arrodens, exagio seniorum adæquari non sinit.* Zeno Serm. 6. ad Neophytos: *Habetis aginam, exagium facite, quemadmodum vultis ponderate.* Adde Zonar. to. 3. pag. 162. Ἐξάγιον verò pro pondere apud veteres Medicos non usurpatum, observat. Jo. Crato ad Dioscor. lib. 2. Parabil. c. 67. & Leonhardus Fuschius ad Myrepsum sect. 1. cap. 5. Vide Dissertationem nostram de Nummis Imperatorum CPolitanorum.

Exagium, Examen, purgatio, judicium Dei. Vetus Instrumentum apud Guesnaium in Annal. Massiliens. an. 850. *Illum transgredientis terminum, petierunt sibi aliud spatium, in quo possent facere exagium, quo peracto, Dei judicium contra se videntes, recesserunt dolentes.* Vide *Examen.*

Exagium. Vetus Charta an. 1025. to. 7. Spicilegii Acheriani: *Mansum unum, quem tenet Guibaldus, cum curte & exagio suo, & cum ipsis arboribus.* Alia apud Columbum lib. 1. de Gente Simiana n. 11. *Hoc est, mansum unum cum exagio suo pertinente ibidem in Apta civitate, &c.* Alia ibid. n. 12. *Mansos duos cum chartis & exagiis suis, cum campis cultis & incultis, &c.* Ubi *exagium* videtur esse *exiagium*, exitus, proventus. Vide *Exius.*

EXALO-

EXALODIS, idem quod *alodis*, Proprium, proprietas. Tabul. Monasterii Brivatensis: *Placuit — ut res congruas tam Ecclesiasticas, quàm exalodes una cum consensu — Regis Karoli & Ranulphi Episcopi inter se communicare & concambire debuissent.* In Probat. Hist. Arvern. p. 10. apud Justellum.

EXAMEN, *Examinatio*, Purgatio, judicium Dei. *Examinatio ignea*, in Actis Concilii Lateran. sub Alexandro II. PP. apud Baron. an. 1063. n. 22. Regino ann. 941. *Publica se examinatione, perceptione Corporis & Sanguinis Domini, coram populo in Ecclesia purgavit.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 62. *Ab Adventu Domini usque ad Octabas Epiphaniæ — non est tempus leges faciendi, i. vel jurandum pro fidelitate domini, vel concordia, vel bellum, vel ferri, vel aquæ, vel alias leges examinationis tractari. Legitimo examine monstrare, &c.* cap. 87. *Ad Dei judicium se examinare*, in Capitulis Caroli C. tit. 39. §. 3. Vide *Judicium Dei*.

Examinatio plagarum. Anastasius in Hormisda PP. p. 34. *Hic invenit Manichæos, quos etiam discussos cum examinatione plagarum exilio deportavit.*

Examen, pro *origa*, apud Abbonem in Præfat. ad libros de Bellis Parisiac.

EXAMINARE dicuntur apes, quæ unà coeunt, & in examen congregantur. Apuleius de Virtutibus herbarum c. 6. *Ne apes examinent & effugiant.*

EXAMINATOR, dignitas apud Longobardos. Vide Chartam Siconis Principis in Chron. S. Sophiæ Benevent. pag. 628.

EXAMETUM, *Examitum*, Pannus holosericus, Græcis recentioribus ἑξάμιτος, de qua voce Meursius in Gloss. Leo Ost. lib. 3. c. 19. *Alia exameta, Phrygio nihilominus in gyro circumdata. Dalmatica exameta auro & albis à pectore pedibus manibusque insignita.* Adde c. 73. Occurrit apud Will. Tyrium lib. 13. c. 27. lib. 21. c. 23. in Vitis Abbatum S. Albani p. 92. apud Æneam Sylvium Epist. 142. Ughellum to. 7. Ital. Sacr. pag. 289. &c. Ex quibus emendanda Gesta Innocentii III. PP. pag. 70. *Examina duo episiva dupla*, pro *examita duo episima dupla*. Rectiùs pag. 138. *Dalmaticam de optimo examito rubeo, &c.* Pag. 150. *Pretiosam vestem de exameto rubeo.*

Xamitum, in Chartis variis apud Ughellum tom. 1. p. 1083. 1085. tom. 7. p. 1274. 1275. ξάμητος apud Anonymum de Nuptiis Thesei.

Sciamitum. Liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ apud Jo. Rubeum in Vita Bonifacii VIII. fol. 345. *Item undecim planetas diversorum colorum de sciamito, panno Tartarico, & Diaspro.* Bocacius: *Vestita d' uno sciamito verde.*

Samita. Chron. Reicherspérg. *Et misit ei — duodecim samitas, & duos schyphos aureos — fratri Saladini Sabidino misit sex samitas & duas vestes Imperiales.*

Sametum, in Chron. Valciodorensi p. 579. & in Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 2. cap. 10.

Samitum, Samittum, rubeum, croceum, viride samitum, apud Conradum Moguntinensem Episc. in Chronico: *Rubeum samitum* apud Joannem de Vitriaco lib 3. initio. Occurrit præterea apud Arnoldum Lubec. lib. 2. c. 5. Matth. Paris pag. 122. Petr. Blesens. Epist. 66. Vincent. Belvac. lib. 31. c. 143. lib. 32. c. 35. Rollandinum in Chr. l. 1. c. 13. in Vita Caroli Abbat. Villariensis cap. 4. n. 18. in Synodo Coloniensi an. 1280. in Præfat. &c.

Samis, & *Samit*. Vincentius Belvac. lib. 30. c. 85. *Deferunt canistrum — ornatum undique serico vel samite, atque margaritis & monilibus circumdatum.* Hinc emendandus W. Brito lib. 12. Philipp. pag. 244.

— Nullum
Indumenta tegunt, nisi samis byssus, & ostrum.

Perperam enim *samnis* editum. *Samit lividum, samit purpureum*, in veteri Charta apud Catellum lib. 5. Rer. Occitan. pag. 901. *Le Roman de Garin MS.*

L'enfant Girbert envoia un samit,
Et le mantel a son col li pandi.

Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii, an. 1351. *Pour 6. pieces de samit vermeil en graine, pour faire cotes & manteaux fourrez de menu vair aux Chevaliers nouveaux dessus nommez, la veille de leur Chevalerie, &c.*

Aurisamitum, Samitum ex auro, *Drap d' or*. Vetus Charta apud Rocchum Pirrum in Episcop. Agrigent. *Unam cappam de diaspero au isamito vel Tartarisco aureo de sindone sod. ratam, &c.*

Ejusmodi vocabulorum primigenia quibusdam videtur origo *Samit*: cùm & hodie *alutam*, seu corium tenue, & pilis ademptis emollitum, & in usum vestium concinnatum, *Samisch* vocent Belgæ, inferioris Germaniæ dialectus *Semen*, ut auctor est Cluverius lib. 1. Germ. antiq. cap. 16. unde postea traducta vox ad quosvis pannos læviores, atque adeo holosericos. Kilianus *Sammet* Theutonicum seu nostrum *Samit*, quasi *Samnitum sericum* dictum putat. Sed & Barthius ad lib. 12. Philipp. vocem à loco quodam ortam putavit. Verùm hæ videntur levioris momenti conjecturæ, cùm potiùs Græcæ originis censeri debeat vocabulum, ut ἑξάμιτος dictus fuerit sex liciis seu filis textus, quemadmodum μονόμιτος, *simplici licio*, τρίμιτος, *ternis liciis*, πολύμιτος, *multis liciis, &c.* Ebrardus Bethuniensis in Græcismo cap. 10.

Est, mihi crede, Mitos, filum: sed fabula Mithos:
A Mitos, examitum: de Mithos, Mithologia.

EXAMPLARE. Vide *Exemplare*.

EXANGULARE, *Per angulos inquirere*, in Glossis MSS. Regiæ Bibliothecæ.

EXANGYSIS. Julius Africanus l. 5. Hist. Apostol. *Quid jam vobis pro exangysi relinquam?* Ubi rectè monet Editor Græcam vocem esse ἐξεγγύησιν, id est, vadimonium, pignus.

EXANULARE, Annulum deponere, apud Sugerium lib. Administr. suæ cap. 31.

EXAPLA, *exempla*, in Gloss. Pith.

EXAQUIA. Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. v. *Magnates*: *Magnates Aragonum possunt recipere in commandam oves & alias bestias sive ganata villanorum, & cum eis facere ad exaquiam, id est, ad medias: ita tamen quod ex hoc herbajarii Domini Regis non lædantur propter dictam communionem, sive commandam.* Vide Chronicon Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 9.

EXARATA. Vide *Exartus*.

EXARCHUS, ἔξαρχος, Gloss. Gr. Lat. ἔξαρχοι, *Proceres, Principes.* ἔξαρχοι, τῶν φρατριῶν, duces factionum, apud Cedrenum.

Exarchi Italicæ, vel *Ravennæ*, qui ab Imperatoribus CPolit. in Italiam cum imperio mittebantur. Quorum ea erat potestas, *ut ministerium Imperialis fastigii peregisse* in Italia colligatur, ex diurno Romano cap. 2. tit. 4. Horum passim meminerunt Gregor. M. l. 1. Epist. 32. Anastasius Bibl. in Vitis PP. pag. 47. 49. 50. 59. 60. 63. 66. 69. 70. 72. 77. 83. 107. Leo Ost. in Chronico Cass. Horum præterea seriem habes apud Hieron. Rubeum & Scaligerum in Canonib. Isagogicis pag. 155. Vide *Catapanus*.

Exarchatus Ravennæ a Pipino Ecclesiæ Romanæ concessus. Anastas. in Stephano III. PP. Paul. Diac. l. 6. Hist. Longob. c. 61. Annal Francor. an. 756. &c.

Exarchus Africæ. Ap. Gregor. M. Ep. 59. & 72. libri 1. inscriptæ sunt, *Gennadio Patricio & Exarcho Africæ*.

Exarchus, Dignitas, ut videtur, militaris, in vet. Inscript. apud Gruter. 528. 7.

Exarchi dicuntur Pipinus & Carolus Martellus Majores domus, non semel in Cronico Fontanellens. cap. 2. 3. 9.

Exarchus diœceseos, Dignitas Ecclesiast. quæ Patriarchica minor, major verò Metropolitana erat, uti pluribus probant Justellus ad Canones Eccl. universæ, Morinus l. 1. Exercit. c. 15. Sirmondus in Propemptico cap. 3. Allatius de Consensu Ecclesiæ l. 1. cap. 8. Meursius, V. C. Ludovicus Thomassinus, &c. Vide Notitiam Græcam post Codinum Goari pag. 406. & Joannem Cameniatam de Excidio Thessalon. cap. 30. Nicolaus I. PP. Ep. 8. ad Michaëlem Imp. *Porro scripsit nobis Imperium vestrum, ut Theognostum, qui à fratre & Coepiscopo nostro Ignatio super quasdam provincias Exarchatûs pondus suscepisse dignoscitur, &c.*

Exarchus, Dignitas in Ecclesia CPolitana apud Codinum de Offic. c. 1. n. 41. de qua Gretzerus & Goarus ad eundem pag. 15. 176.

Exarchi Monasteriorum, in Novella Justiniani 135. cap. 4.

Exarchum Regni Burgundiæ & summum Principem Consilii sui, & in omnibus faciendis agendisque suis præcipuum, Heraclium Arch. Lugd. instituit Fridericus I. Imp. Bulla sua aurea anni 1157. quam descripsit Paradinus l. 2. cap. 35.

EXARCIA, Funalis apparatus navium, Hispanis *Xarcias*, nostris *Cordage*. Glos. Gr. Lat. Ἐξαρτία παντὸς πράγματος, *hoc Instrumentum*. Græci Byzantini ἐξάρτησιν appellabant instrumentum navis. Harmenopulus lib. 2. tit. 11. §. 9. Vide Notas ad Cinnamum pag. 452. Charta Alfonsi Regis Arag. ann. 1325. *Quòd si forsan dictæ Galeæ, vel ex eis aliqua, aut aliquæ perderentur, vel exarcia illarum, ---quòd restitueremus valorem ipsarum cum exarciis & apparatibus earundem.* Secunda Curia Generalis Cataloniæ sub Jacobo Rege Arag. an. 1299. MS. *Quòd non possit aliquis extrahere de terra nostra istas res prohibitas, scilicet peguntam, espum, aliquitranum, fustam, canabum, filum, exarciam, ferrum, nec arma.* Chron Petri IV. Regis Arag. l. 3. c. 24. *Anam presentar à ladita Verge una galera ab totes ses exarcies d'argent en reverentia de la victoria, &c.* Vide *Sarco*, & Oct. Ferrarium in *Sarte*, & Gloss. med. Græcit. in ἐξάρτιον.

EXARICHUS, Agrorum colonus, arator, Hispanis. Vitalis Episcopus Oscensis, apud Hieron. Blancam in Comm. Rer. Arag. p. 731. *Si quis Peyterius fuerit Exarichus Infancionis, peytabit ut alii, & de omnibus bonis suis.* Fori Oscæ ann. 1247. f. 5. *Cum homo aliquis habet in sua hereditate Exaricum, si forte alius homo habuerit clamum de prædicto homine, & propter illum pignoret ipsum Exaricum, talis est Forus, quod si Exaricus velit se defendere secundum aliorum &c.* Fol. 30. *Cum Christianus oves pignorat Judæo, aut etiam Saraceno, pro aliqua querimonia quam habet de suo Exarich Christiano, &c.* Adde Observantias Regni Arag. lib. 6. tit. de Privilegiis Militum, §. 5.

EXARTHRARE, Membra dissolvere, disrumpere. Ex Gr. ἐξαρθρόω, apud Julianum Antecessor. Nov. 125.

EXARTUS, *Exartum, Exartes, Essartum, Assartum, Sartus, Sartum*: voces unius ejusdemque notionis, quam ita prodit liber Scacarii Anglici parte 1. cap. 13. *Essarta vulgo dicuntur quæ apud Isidorum Occationes nominantur: quando scilicet foresta, nemora vel dumeta qualibet pascuis & latibulis ferarum opportuna succiduntur, quibus succisis & radicitus evulsis terra subvertitur & excolitur.* Mox subdit, *vastum*, ab *essarto* differre, quòd *vastum* dicatur nemus, seu foresta, in qua succisæ multæ arbores, quasi *vastatum*.

De horum vocabulorum etymo discrepant viri doctiores. Spelm. *Essartum* à Latino *Exertum* dictum putat, quod est evulsum & eradicatum. Alii à *sarrire*, quod est sarculis fodere, purgare; unde *sartura* & *sarritura*, frugum vinearumque à noxiis herbis purgatio. Alii denique ab *Exarò*, unde *Exaratum*, ager exaratus, proscissus, & per contractionem *Exartum*, uti scribi passim in vetustioribus Chartis observare est. Quam ultimam sententiam fulciunt Tabulæ veteres in Chronico Besuensi, ann. 5. Ludov. Imp. p. 513. ubi *Exaratum* scribitur: *Adificiis desuper positis, campisque, pratis, sylvis, exartis, pomiferis, &c.*

Exartum usurpat Lex Burgund. tit. 13. *Si quis--- in sylva communi exartum fecerit: aliud tantum spatii de sylva hospiti suo consignet, & exartum quem fecerit, remota hospitis communione possideat.* Tit. 41. *Si quis in exarto suo focum fecerit, &c.* Ita & tit. 55. §. 2. & tit. 67. & in Lege Bajwar. tit. 16. cap. 1. §. 1. & 2. in Lege Longob. Edit. Heroldi tit. 13. in Capit. Car. M. lib. 7. tit. 200. in Concilio Aurelian. III. c. 28. Cabilonensi c. 18. apud Ordericum Vital. lib. 3. pag. 466. &c. Charta Albitii Comitis (Genevensis) apud Guichenon. in Hist. Bress. pag. 215. *Trado quoque villam de Chiviliaco--- cum pascuis, exartis, & cunctis pertinentiis eorum.* Charta anni 1196. in Probat. Hist. Drocens. p. 241. *Et quidquid in toto territorio Laussiniaco diruptum & extirpatum est, quod vulgò dicitur Exsars.*

Exarti. Charta Caroli Regis in Tabulario Ademarensi: *Karolus gratia Dei Rex. Quia veniens carissimus avunculus noster Ruodolfus Comes, humiliter petit Magnificentiam nostram, quatenus sanctis Fratribus sub monastico ordine in cellula quæ Dervum vocatur, conferremus stirpes, vel, ut vulgo dicitur, exartes quosdam, quos ex rebus Tricassinensis Comitatus ipsi proprio labore de heremo ad agriculturam perduxisse noscuntur, ---Cauzlenus Notarius ad vicem Hludovici recognovit.*

Exartaria. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 25. *Exartarias verò quas fuerunt Bernardi Bernarii, ipse Bernardus Bernarius dimisit prædictam decimam de prædictis Exartariis in manu Hugonis Episcopi, &c.* Occurrit in Tabulario Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 56.

Essartum. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 17. *Placitum quoque forestarum, ---de essartis, de cæsiono, de combustione, de venatione, &c.* Capitula Placitor. Coronæ sub Ricardo I. Rege Angl. apud Rogerum Hovedenum: *Et videnda sunt in regardo nova essarta & vetera imbladata post ultimum regardum, &c.* *Le Roman du Renard. MS.*

Tant est alez les tros menus,
En son essart en est venus.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Vaz le le où il gist prés de lez cel essart.

Exsartum, in Chronico Fontanellensi cap. 6. pag. 203.

Assartum, apud Matth. Paris pag. 180. in Additam pag. 100. apud Will. Thorn ann. 1178. Bractonum lib. 4. Tract. 1. cap. 38. §. 11. in Fleta lib. 2. cap. 41. §. 1. &c.

Assarta, fem. gen. tom. 1. Monast. Angl. pag. 113.

Exardium & *Exardum*, in Charta Ludovici Regis Fr. an. 1147. apud Sammarth. in Abbat. Barbell.

Sartus. Charta Gerardi Decani S. Quintini an. 1127. in Tabulario Abbatiæ Montis S. Martini: *Silvestris autem terra, quæ Sartus vocatur, ab Ecclesia obtinebitur.* Adde Hemereum in Augusta Viromand. p. 120.

Sartum. Charta Placitor. Coronæ apud Hovedenum pag. 785. *Nova autem sarta erunt in manu Regis. Si vetera sarta imbladata sunt de frumento, vel siligine, &c.* Adde Monasticum Anglic. to. 1. p. 106. 316.

Quietus & liber à Sartis, vel Essartis, in Privileg. Henr. I. Regis Angl. apud Spelm. & to. 1. Monastici Angl. p. 316. ubi sic: *Liberam & quietam esse constituit—ab omnibus auxiliis, & lestagiis, & sartis, & clausuris, & omnibus operibus Castellorum, & Parcorum, & Pontium, &c.* Spelmannus putat *quietationem* istam spectare *boscorum*, ut vulgò loquimur, *degradationes*, ita ut si quis inforestis *essarta* fecerit, in illum non inquiratur.

Exartare, Sartare, Essartare, Assartare, Interlucare silvas, & dumeta succidere, & in culturam redigere. Gallis, *Essarter.* Lex Bajwar. tit. 16. cap. 1. §. 2. *Habeo testes qui hoc sciunt, quòd labores de illo campo semper ego tuli, nemine contradicente exartavi, mundavi, possedi usque hodie, &c.* Lex Burgund. Addit. 1. tit. 1. §. 1. *Observandum viam publicam, vel inter agros communiter divisam, nec possideri, nec intercludi, nec exartari posse.* Sed hîc *exartari*, videtur accipiendum pro *artari.* Charta Caroli M. apud Perardum in Tabulis Burgundicis p. 13. *In silvis exartandis, & terris laborandis.* Charta an. 1231. in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 295. *Cùm nos vellemus essartare, & ad terram arabilem redigere nemora nostra, &c.*

Exartarius, Operarius, qui *exartat* silvas. Charta Alienordis Reginæ Angl. apud Beslium p. 598. *Exartarius pro fossorio 3. den. dabit.*

Sartare, in veteri Charta apud Hemereum in Augusta Virom. an. 1191. *Vallis Gerardi & medietas nemoris de Berencourt, quod dicitur Forestel, sartanda & excolenda conceduntur, &c.* Hinc emendanda Lex Vervini ann. 1233. art. 2. ubi perperam editum *terram sarrandam*, pro *sartandam.*

Assartare, apud Will. Thorn an. 1178. *Asserter vignes, bois,* in Consuet. Bituric. tit. 15. art. 8. & Trecensi art. 177.

EXATICUM. Papias: *Cantarinum, genus ordei, i. exaticum.*

EXAUCTORITAS, Exauctoratio, qua quis suo gradu dejicitur, in l. 35. Cod. Th. de Cursu.

EXAUREARE, Aura seu leviori vento in aëre se se purgare, aërem captare, quod faciunt falcones, *s'Airier.* Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 54. *Consueverunt namque rapaces circa medium diem sublime volare, præcipuè in æstate, & in diebus calidis ad refrigerandum se in sublimi, & exaureandum.*

EXBANNIARE, *Exbannire,* Bannire, proscribere. Tho. Walsingham. an. 1306. pag. 90. *Flandrenses omnes ex Anglia exbannivit. Exbannire,* apud Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 111. & 112. ubi formula *exbannitionis* refertur. Vide *Bannum.*

EXBRANCHIARE, Ramos avellere, ex Gall. *Esbrancher.* Fleta lib. 2. c. 41. §. 5. *Inquiratur utrum bosci deteriorati fuerint de subbosco, & exbranchiatura & deterioratio subbosci, & exbranchiatura scribantur per se.*

EXBROMARE. Apitius l. 6. de Re culin. c. 1. *Rapas quoque ut exbromari possint, levabis de olla, & iterum lavabis.* Ubi alii Codd. habent *expromi.* Vide *Bromus.*

EXCADENTIÆ, *Excadentiæ Curiæ* in Regno Siciliæ, nostris *Parties Casuelles:* Caduca bona quæ in fiscum cadunt, seu ex commisso, seu alia quavis ratione. Bulla Alexandri IV. an. 1255. in Regesto Vatic. lib. 1. Epist. 574. *Cùm igitur intendamus ad præsens eidem nobili in regno Siciliæ de aliquibus bonis ad Demanium, seu Excadentias Curiæ pertinentibus, —providere, &c.* Ita Constitut. Siculæ l. 1. tit. 84. 85. l. 3. tit. 5. Diploma Constantiæ Imperatricis apud Rocchum Pirrum to. 1. p. 131. Fleta l. 6. c. 1. &c.

Scadentiæ, apud Petrum Diaconum lib. 4. Chron. Casin. cap. 96.

Scaditio, eadem notione, in Præcepto Pandulfi Principis Capuæ, apud Camillum Peregrinum in Hist. Longobard. lib. 1. p. 231. ubi perperam servitii militaris speciem fuisse ait. Aliud Præceptum Roberti II. Capuanorum Principis an. 1128. apud Angelum à Nuce p. 521. *Similiter & terras quas relinquunt homines qui sine hæredibus moriuntur, quæ dicuntur Scaditiones.* Vide *Escaeta.*

EXCAETA. Vide *Escaëta.*

EXCALCEATI, Hæretici, qui excalceatos ambulare debere homines asserebant, inquit Philastrius.

EXCALDARE, Leviter coquere, in aquam calidam immittere, *Eschauder.* Petrus Cellensis lib. 5. Epist. 7. *est proverbium, Excaldatus aquam timet.* Vide Apitium lib. 8. cap. 6.

Excaldare se. In thermis lavari. *Excaldationes,* lavationes in calidis balneis, apud Vulcatium Gallican. in Avidio Cassio, & Spartianum in Albino. Vide ibi Casaubon. & Salmasium, & suprà *Escaldati.* Joan. Britton c. 1. *Et puis vist le Coroner & les jurors que luy voer le cors & les playes & les coups, ou si ascun ait esté estranglé, ou eschaudé, ou par autre peine à more issue.*

EXCALLERIUS. De hac voce audiendus Ammiratus lib. 1. de Familiis Neapolitanis pag. 56. *Essendo chiamato à tempi di Federigo Imperadore sotto l'anno 1248. Jacobo Tomacello Imperiale Excallerio, ne sapendo quel che volesse dire, ho finalmente ritrovato, non dinotar altro, che Proposto, ò Proveditore delle fabriche regie. Percioche sotto il Re Carolo primo si legge di giudice Francesco da Melfi, & un altro essere Excallerio delle mura di Manfredonia, & perche si vede, che queste opere erano fatte* ad Extalium, *che e quelle che si dice, dar in sommo, non so se da questa voce fosse formata quell' altra dell' Excalerio.*

EXCANGIUM, ex Gallico *Eschange,* Permutatio. In Monastico Anglic. to. 1. p. 326. *Decem acras in excangio pro virgulto meo, &c.* Et infrà: *Dedi eis in exchangiam corucroftam vicinam suis ædificiis.* Vide *Cambium.*

EXCANONICARE, Canonicatum alicui auferre, apud Petrum Blesens. Epist. 21.

EXCAPILLARE. Papias: *Excapillare, exerere, discooperire.* Gloss. MS. Eccl. Paris. *Excapillato, exerto brachio ad mammam.* Vide *Expapillare.*

EXCAPITARE, Decapitare, caput amputare. Henricus Huntindonensis lib. 2. p. 365. *Novem semper excapitati sunt, & decimus remansit.*

EXCARNARE, Carne spoliare. S. Zeno Veronensis Serm. 8. de Exodo, *excarnatam umbram tractabilem* vocat hectica febre laborantem.

EXCARPSUS, pro *excerptus.* Vide Capitulare 4. Caroli M. an. 805. Epistolam Cathwlphi ad Carolum M. sub finem, Lambecium lib. 2. Commentarior. de Biblioth. Cæsarea p. 854. & quæ annotat Steph. Baluzius ad Capitular. to. 2. p. 1067.

EXCARRAZONATA. Vetus Inquesta an. 1211.

Item prohibuit nomine Comitis Tolosani qui faciebant excarrazonatam in loco in quo est modo Castrum Ve..., ne tam fuerent, & excommunicavit: & Episcopus fecit portare ligna ... excarrazonatæ ad Palatium ad comburendum. Joannes Columbus à quo refertur, lib. 2. de Gestis Episc. Vasionensium, id vocabuli sibi ignotum esse, forteque mœnium aliquod genus significare ait.

EXCARRICARE. Vide *Carricare.*

EXCASTRARE, ἐξοσχλίζειν, alibi ἐκτέμνειν. *Excastratio*, ἐκτομὴ, in Gloss. Gr. Lat. Gloss. Isid. *Excastratus, excoliatus.* Scribonius Largus c. 9. *Sinapi ex aceto tritum, & non excastratum.* Vide Gellium lib. 9. c. 9. & infrà *Incastrare.*

EXCATTARISARE. Fragm. Petronii: *Quid, inquit Habinnas, excattarisasti me, ut tibi emerem fabam vitream?*

EXCAVERE, *Pracavere.* Gloss. Isid.

EXCELLARE, *Cum uxore esse*, in Gloss. Isid. infrà *Excilare, cum uxore esse in libertate.*

EXCELLENTIA, titulus Principum, atque adeo Imperatorum. Anastasius Bibl. in Hadriano PP. pag. 106. de Carolo M. *Eosque recipiens ejus Excellentia, denuo repedavit Papiam.* Ibidem: *Excellentissimus ac benignissimus Carolus Rex: Excellentissima Hildegarda Regina. Vestra Augustalis excellentia*, in Epist. 5. Nicolai PP. ad Michaëlem Imp. CP. & Epist. 55. Adde Capitula Caroli C. tit. 5. c. 8. Alcuinum Ep. 23. Epistolas Francicas to. 1. Hist. Franc. 39. 40. 49. 52. Joannem VIII. PP. Epist. 52. 54. Gregor. VII. PP. lib. 1. Epist. 18. lib. 3. Epist. 10. Joan. Mabillonium tom. 2. Analector. pag 687. & quæ observavit Bivarius in Comment. ad Pseudomaximi Chron. pag. 65. & seq.

EXCEPTò, adverb. Præter. S. Isidorus: *Habuit enim Christus animam prudentem, intellectualem, excepto divina natura, ut humanitas integra fieret.* Ita Cod. MS. Gesta Dagoberti Regis Franc. cap. 35. *Excepto Comitibus plurimis, qui Ducem super se non habebant.* Adde Leges Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 12. Leg. Longob. lib. 2. tit. 18. §. 3. Capitulare 5. Caroli M. an. 803. c. 2. Chronicon S. Vincentii de Vulturno pag. 690. Epistolas Francicas tom. 4. Hist. Franc. Epist. 559. Anastasium in S. Zepherino PP. Concilium Narbonense ann. 589. cap. 4. Capitul. ann. 804. cap. 61. Capitul. 1. ann. 806. cap. 1. 3. &c. Occurrit etiam non semel in Veteri Testamento, Genes. cap. 9. &c.

Exceptis, eadem notione. Julius Africanus lib. 6. Hist. Apost. *In quo spatio amplius quam sexaginta millia virorum baptizati sunt, exceptis parvulis & mulieribus.* Id est, *præter parvulos & mulieres.* Utitur alibi Marcellinus Comes in Justiniano: *20. Leones, 30. pardi, exceptis aliis feris in amphitheatro simul exhibuit.* Stephanus Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 6. *Ita ista* (Brunechildis) *exceptis Sacerdotib. & Diaconibus, novem Episcopos occidere jussit.* Vita B. Gregorii Trajectensis: *Ut ante obitum suum 500. circiter Monachorum, exceptis pulsantibus, & aliis minoribus personis --- pater extiterit & præceptor.*

EXCEPTOR, Notarius, amanuensis, qui acta judiciorum describit, judicis sententiam excipit. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium: *Scribas, Exceptores, qui dicta judicis & responsa Martyris excipiebant.* Collatio 1. Carthagin. cap. 10. *Qui excipiendi funguntur officio.* Jul. Firmicus lib. 3. *Seu scribas vel exceptores, &c.* Ennodius in Vita S. Epiphanii Episc. Ticinensis: *Notarum in scribendo compendia, & figuras varias verborum multitudinem comprehendentes brevi assecutus, in Exceptorum numero dedicatus eniuit.* In Ecclesia B. Laurentii Mart. Romæ:

Hinc pater Exceptor, Lector, Levita, Sacerdos.

Vetus Inscriptio: *Exceptor Præsidis Provinciæ.* Auctor Homiliæ de Natali S. Genesii: *Cùm secretus adhuc Dei famulus in Exceptorum ordine militaret, --- piam dexteram ab excipiendo --- temperavit.* Acta SS. Tergeminorum n. 19. *Neon autem Exceptor, qui ipsa gesta scripsit.* Petr. Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 66. *Logothetam, Exceptorem & Auditorem Imperii illum constituit.* S. Augustin. Ep. 108. *Si enim notarius non mendosè excipit, aut scripsit.* Epist. 110. *A notariis Ecclesiæ excipiuntur quæ dicimus.* Vide eundem lib. 3. Contra Crescon c. 29. Collat. 1. Carthag. c. 1. Concilium Calchedon. act. 1. p. 96. 117. Edit. 1618. & S. Eulogium l. 3. Memorial. Sanctorum c. 2. & 15. Occurrit passim in Notit. Imp. in Cod. Theod. & Justin. &c.

Primicerius Exceptorum, Primus Exceptorum, seu primus inter Exceptores. Hujus dignitatis formulam habet Senator l. 11. for. 25.

Excepteres, ἐκλήπτορες, *Publicorum vectigalium exceptores*, apud Julianum Antecess.

EXCEPTORIA, *Exceptorium.* Gloss. Isid. & Glossæ MSS. Ecclesiæ Paris. *Exceptoria, cisterna, lacus, collectoria.* Papias: *Exceptorium, collectorium, lacus.* Gloss. Gr. Lat. ἐκδοχεῖον, *Exceptorium.* Hoc sensu cisternas δεξαμενὰς vocant Græci. Gloss. Gr. Lat. Δεξαμενὴ, *Cisterna, lacus.* Hesychius: Δεξαμεναὶ, ὑδάτων δοχεῖαι. *Exceptoria aquarum*, Ecclesiastic. c. 39. 22. ubi Manotrectus, *receptacula.* Gr. Interpres, ἀποδοχεῖα ὑδάτων. Itinerarii in Hierosolym. *Sunt ibi & exceptoria magna aquæ subterranea & piscina magno opere ædificata.* Infrà: *Ibidem modò jussu Constantini Imperatoris basilica facta est, --- habens ad latus exceptoria, unde aqua levatur, & balneum à tergo, ubi infantes lavantur.* Siculus Flaccus: *De superioribus vicinisque agris defluentes aquas excipiunt, ne inferiores terræ laborent.* Cæsarius Arelat. Serm. 9. ad Monachos: *Ecce præparo exceptorium cordis mei influenti per vos aquæ divinæ, &c.*

EXCERVICARE. Lex Salica tit. 36. §. 1. *Si quis --- ritortas quibus sepes continetur, capulaverit, aut tres cambortas excervicaverit, &c.* In margine Edit. Heroldi, *wt-kerven*, i. *concidere.* Vetus Interpres Philonis Judæi quæst. 76. in Genesim: *Hoc modo deficiente continentia verbo excervicante contumaces, vitiorum intemperantia decurrit.*

EXCESSUS, Quod excedit, nostris *le Surplus.* Statuta Collegii Navarræi Paris. an. 1315. apud V. Cl. Joan. Launoium: *Si autem quis ab extra venerit, & sex diebus comederit, solvet bursam similiter cum excessu, &c.*

EXCHUCHARE. Vetus Charta in Tabulario Fiscanensi fol. 71. *Si arbor ibi abscissa fuerit, homines ipsius possunt ibi exchuchare ad stipitem, quamdiu robur ipsius arboris ibi jacuerit.* f. pro *Exsuccare*, Gall. *Essucer.*

EXCOMICARE, ἐκκορίζειν, in Gloss. Gr. Lat. MS.

EXCIPIUM. Isidorus lib. 18. c. 7. *Venabula dicta sunt quasi venatui habilia. Excipia, quia venientem excipiunt, quasi excipiabula, excipiunt enim apros, &c.* Respexit illud Martialis in Apophoretis Epigr. 30.

Excipient apros, expectabuntque leones,
Intrabunt ursos, sit modo firma manus.

Ubi *excipere* artis venatoriæ est vocabulum. Gratius in Cynegetico:

Hic etiam valido primus venabula dente
Induit, & proni moderatus vulneris iram,
Omne moris excepit onus.

At auctor Gloss. Arabico-Lat. & idem Isidorus in Glossis videntur legere *Excipulum*, aiuntque venabulum ita appellasse veteres.

EXCIPULUM, ἐκδοχεῖον, in Gloss. Gr. Lat. Vide *Excipium.*

EXCLA-

EXCLAMARE, *alta voce pronuntiare.* Vox liturgica, quæ in libris Ecclesiasticis Græcorum per ἐκφωνεῖν passim redditur. Diurnus Romanus cap. 7. tit. 17. *Omnes diaconites & pauperes Christi, qui ibidem conveniunt, Kyrie eleison exclamare studeant.* Vide Gloss. med. Græcit. in φωνή.

EXCLARARE. Anonymus de rebus Friderici II. Imp. *Cumque — armati omnibus armis quasi ad pugnam venissent — & se exclarassent in aciem ante civitatem, &c.* Idem: *Visa est quædam acies equitum in quodam loco eminenti exclarata consistere, &c.* id est, expansa.

EXCLUDERE, Erogare, promere, in l. 16. C. Th. de Erogat. militar. annonæ.

EXCLUSA, ex Gall. *Escluse, Clusa,* locus ubi concludantur aquæ. *Conclusio aquarum,* in Lege Wisigoth. lib. 8. tit. 4. §. 30. Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 18. *Defixitque per flumen palis, aggregatis lapidum magnorum acervis exclusam fecit, &c.* Fortunatus lib. 10. Poem. 12.

Inde per exclusas cauta rate pergimus undas,
Ne veluti piscem me quoque nassa levet.

Synodus Metensis an. 753. c. 4. *Ut ipsos per nullam occasionem ad pontes & ad exclusas, aut navigio detineatis.* Charta Henrici III. Regis Angl. in Monastico Anglic. to. 1. *Et ripam Saverne in foresta sua ad tenendam exclusam piscariæ vel molendini de Ettona.* Alia Humberti I. Comitis Sabaudiæ apud Guichenonum: *Donamus exclusam ad capiendos pisces factam, & in aqua quæ vocatur Lisa, positam.* Tabularium Dervense: *Faciebat proclamationem de firmamento cujusdam molendini, quod dicunt Exclusam.* Vide Probat. Hist. de *Chasteauvillain* p. 5. &c.

Clusa, eadem notione, apud Lambertum Ardensem pag. 143.

Sclusa, in Lege Salica tit. 24. §. 3. *Si quis sclusam de farinario alieno ruperit, &c.* Statuta Corbeiensia Adalardi l. 1. c. 7. *Omne materiamen quod ad illud molinum emendandum pertinet, adducere, sclusam emendare, molas adducere, &c.* Adde Capitulare 3. an. 813. c. 35.

Slusa, in Charta anni 1136. in Hist. Guinensi p. 91. ex Flandrico *Sluyse.*

Exclusagium, Pensitatio quæ à domino feudi exigitur pro jure habendi exclusam. Charta Ranulfi *Meschines* in Monastico Anglic. to. 1. p. 398. *Dedi in puram eleemosynam — exclusagium & stagnum de piscaria & molendino de Wederhalle.* Alia Henrici III. R. Angl. ib. p. 587. *Et duo molendina in eodem manerio cum aquis, exclusagiis, & cum tota moltura ejusdem manerii.* Adde to. 2. p. 8.

Slusagium. Monasticum Anglic. to. 1. p. 868. *Ex dono Richardi filii Lucæ, slusagium unum super terram suam, ad molendinum Monachorum fulleritium.*

Exclusator, Cui competit pensitatio ex facultate habendi exclusam alicui concessa. Vetus Notitia in Tabulario Eccl. S. Laudi Andeg. *Hæc est convenientia inter Sanctimoniales Ecclesiæ Caritatis & S. Laudi Canonicos de supradicto ductili; ut æqualiter mittant Canonici & Sanctimoniales quæcumque necessaria fuerint ad ædificationem ductilis; — & æqualiter accipiant omnes profectus; qui inde exituri sunt de piscibus, excepto quarto pisce Comitis, & quarto pisce exclusatorum.*

Exclusaria, Ballivia seu Præfectura *Exclusarum,* in Monasteriis. Innocent. III. PP. lib. 13. Ep. 55. *Bucheria Domini, exclusaria, tabernaria, & forestaria.*

Exclusaticum, Tributum quod à prætereuntibus ad exclusas pensitatur. Tabulæ Caroli M. apud Doublettum p. 708. 709. *Nullum teloneum, neque decimum, nec bogaticum, &c.* Infra: *In nullo modo nullo telloneo, nullo exclusatico.* Infrà: *Regna Franciæ & Italiæ seu ubicumque, neque decimum exigere, nec exactare non debeatis.*

EXCLUSOR, *Exclusorius.* Ugutio: *Exclusor, janitor, qui foras excludit homines.* Jo. de Janua: *Atriensis, i. janitor, ostiarius, exclusarius, patiginarius, jannarius.*

Exclusor, Faber Ferrarius vel argentarius. S. Augustinus Enarrat. in Psalm. 67. *In arte argentaria Exclusores vocantur, qui de confusione massæ noverunt formam vasis exprimere.* Vita S. Egwini Episc. Wigorn. c. 3. *Et cum conflandi ferrum locus esset aptissimus, & fabris, & ferri exclusoribus maximè repleretur.*

Exclusores dæmonum, dicti Exorcistæ. Translatio S. Joannis Abbatis Reomaensis n. 9. de Energumeno: *Unde cum collo ejus statim hærerent, pro more, exclusores dæmonum, ferri præfati patris ita agitatur, ut exenteratim eum disrumpi — cerneres.*

EXCOCIARE. Monasticum Anglican. tom. 2. p. 71. *Et pratum de Elmore, quod Rogerus de Cokeham excociavit.*

EXCÆCATIO, inter pœnas judicum sententiis decretas interdum recensetur. Vide *Abacinatus.*

EXCOGERE, pro *Cogere* non semel apud Innocentium Agrimensorem pag. 227. 232.

EXCOLIATUS, *Excastratus,* in Gloss. Lat. MS. Reg. *Ecouillé* à κόλεος, testiculus, *Couille.* Vide *Extesticulatus.* Gloss. MS. *Ementulare, Escoulier.* Gloss. Gr. Lat. Μονόρχις, *unitestis, unicoleus.*

EXCOLENTIA, à voce *Excolere.* Lex Longob. lib. 3. tit. 9. §. 8. *Si ultra tres numerus* (fratrum) *excreverit, unus semper propter domesticam curam, atque rerum communium excolentiam remaneat.*

EXCOLICUS. Fridegodus in S. Wilfrido c. 53.

Hactenus excolicum quanto sudore sacellum
Emerit, exposui.

EXCOMMUNICATIO, A communione fidelium prohibitio. Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 9. leg. 1. *Descommuniones, sententia que estranna, e aparta al ome contra quier es dada a las vezes de los Sacramentos de la santa Eglesia, e las vegadas de las campannas de los leales Christianos. E descomunio tanto quiere dezir como descomunaleza que aparta, e estranna los Christianos de los bienes spirituales, que se fazen en la Eglesia. E son dos maneras de descomunion, la una mayor que vieda al ome que entrà en la Eglesia, nin aya parte en los Sacramentos, nin en los otros bienes que se fazen en ella, nin se pueda accompannar con los fieles Christianos. La otra es menor, que aparta al ome tan solamente de los Sacramentos, que non aya parte en ellos, nin pueda dellos aesor.* S. Cyprianus Ep. 28. *Si quis — ausus fuerit ante sententiam nostram communicare cum lapsis, à communicatione nostra arceatur.* Epist. 41. *à communicatione cohibere* dixit. S. Augustinus de Genesi ad literam lib. 11. cap. 40. *Tanquam excommunicatus, sicut etiam in hoc paradiso, id est, Ecclesia, solent à Sacramentis altaris visibilibus homines disciplina Ecclesiastica removeri.* Idem lib. 1. de Corrept. & gratia cap. 15. *Quia & ipsa quæ Damnatio nominatur, quam facit Episcopale judicium, qua pœna in Ecclesia nulla major est.* Excommunicatio, quam disciplina invexit Ecclesiastica, successit veteris synagogæ gladio, & præfigurata eo fuit, ut docent Cyprianus lib. 1. Epist. 11. & Hieron. Epist. 1. ad Heliodor. Augustin. de Fide & oper. cap. 2. Vide Baron. an. 57. n. 11. & seqq. Morinum in Exercitat. Eccl. lib. 2. &c.

Excommunicationis species sex recensent. Canones Hibern. l. 39. cap. 1. *A celebratione, à communicatione Missæ; à cohabitatione; à benedictione; à colloquio pacifico, à commeatu.* Adde cap. 4. 7. 8. & 11. & lib. 44. cap. 32. & Scripta S. Patricii pag. 26. 32.

Has ferè attigit Concilium Vernense an. 755. cap. 9. *Et ut sciatis qualis sit modus istius excommunicationis, in Ecclesiam non debet intrare, nec cum ullo Christiano cibum vel potum sumere, nec ejus munera quisquam accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se jungere, nec salutare.* Vide præterea Isidorum in Regula c. 16. Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 42. lib. 6. c. 92. 140. lib. 7. c. 216.

Excommunicatio a pace, Missa, & mensa, Episcopis inflicta qui parochiam alienam invadunt, in Canonib. Hibern. lib. 1. c. 22.

Major & minor excommunicatio. Synodus Nemausensis an. 1284. *Dicitur autem major excommunicatio, cùm dicit Prælatus, Excommunico te.— Talis excommunicatio separat excommunicatum à communione fidelium, & participatione & perceptione Sacramentorum. Minor autem excommunicatio dicitur, cum quis communicat excommunicatio majori excommunicatione: & tunc participans excommunicato, est remotus à perceptione Sacramentorum: ita non debet recipere Eucharistiam vel alia Sacramenta, quousque fuerit absolutus. Interdictum dicitur, cùm dicit Prælatus, Interdico te; vel dicit, Suppono te Ecclesiastico interdicto; vel, Interdico seu prohibeo tibi ingressum Ecclesiæ: & talis interdictus, & ille qui est majori excommunicatione ligatus, non debent intrare Ecclesiam, quandiu sunt in sententia, sed nec juxta Ecclesiam stare, quando divina officia celebrantur, &c.* De minori excommunicatione, Sulpitius Severus lib. 3. Hist. sacræ, ubi de Synodo Cæsaraugustana: *Additum etiam, ut si quis damnatos in communionem recepisset, sciret in se eandem sententiam promerendam.* Bertoldus Constant. an. 1089. *In tertio autem gradu* (anathematis) *eorum communicatores posuit, quos etsi non excommunicaret, adeo tamen eos externa communione commaculatos asseruit, ut in Catholicam societatem sine absolutione & pœnitentia recipi non deberent, videlicet qui excommunicatis salutatione, osculo, oratione, convictu, & ignoranter communicassent.* Vide Pachymer. lib. 7. cap. 6.

Excommunicatio inter pœnas monasticas recensetur in Regula S. Benedicti c. 23. 24. 25. in Regula S. Isidori c. 16. sub finem, in Regula Magistri c. 19. 23. 80. &c. Ea autem varia fuit, interdum *a mensa*, interdum *ab oratorio*, ut est in Regula Magistri c. 13. Cæsarius Arelatensis serm. 14. ad Monachos Lerinenses: *Illis ipsis qui apud nos graviùs delinquunt, nullam tristiorem, nullamque acerbiorem possumus invenire sententiam, quàm à corpore congregationis abscisi sine prece abscedant. A mensæ participatione privari*, in Regula S. Donati c. 69. ubi exponitur cujusmodi est ea excommunicatio, ut & in Regula Magistri c. 23. Vita S. Benedicti Abbat. Anianensis: *Tanta erat ejus sollicitudo, ut si vel modica grana leguminum, vel exigua porri comæ caulium que folia ab eo neglecta invenirentur, mox digna excommunicationis advertebat sententia, cujus probaretur esse delictum.* Veteres consuetudines Ord. S. Benedicti de septem modis pœnitentiæ: *Primus ammonitio semel ac iterum atque tertio. Secundus correptio publica coram omnibus absque excommunicatione. Tertius excommunicatio pro levioribus culpis. Quartus excommunicatio pro gravioribus culpis. Quintus verberum vindicta. vel corporis castigatio. Sextus oratio communis ab omnibus. Septimus expulsio de Monasterio.* Vide Cumeanum Abbatem de mensura pœnitent. cap. 2. & Vitam S. Eupraxiæ virg. num. 20. De hac excommunicationis specie pluribus disserit Haëftenus lib. 8. tract. 5. disq. 1. & seqq. Ad ejusmodi excommunicationes monasticas referri potest Charta Hugonis Abbat. S. Dionysii an. 1193. ex Tabul. ejusdem Monast. *Eos autem, qui contra hanc constitutionem nostram aliquatenus venire præsumpserint, de clavo & corona domini solenniter in capitulo nostro accensis candelis excommunicavimus.*

Excommunicari cibo. Pœnitentiale Egberti Archiep. Eborac. c. 25. *Si quis Clericus superbire præsumpserit, sæpius proprio excommunicetur cibo.* Id est, *in pane & aqua pœniteat*, ut est in c. 32.

Excommunicatio ob debita non soluta interdum inflicta, ut colligitur ex Stabilim. S. Ludov. lib. 1. c. 121. & ejusdem Edicto an. 1245. Pontesiæ exarato. Vetus Consuetudo Franciæ lib. 3. *Si un homme animo indurato se laisse en excommuniment par an, l'Official dit qu' il le peut convenir sur crime de heresie. Toutefois puis que l' excommuniment est pour cause de debte, ce n' est mie si propre heresie que l' en le doive poursuivre.* In Concilio Marciacensi an. 1326. c. 55. *Vetatur, ne locus ullus pro pecuniario debito supponatur* Ecclesiastico *interdicto, sine Sedis Apostolicæ speciali licentia.* Concilium Herbipolense an. 1287. c. 29. *Nonnulli, sicut audivimus, pro maritorum seu filiorum debitis, uxores seu matres excommunicant, ordinaria fulti jurisdictione. Quod juri & æquitati contrarium reputantes, id fieri de cætero prohibemus, nisi mater & uxor succedant in bonis mariti, seu filii, defunctorum.* Videtur de esse *patris*. Habentur exempla ejusmodi excommunicationum in Manuali placitorum, in parlamento 3. Febr. an. 1364. & apud Radulphum de Rivo in Engelberto à Marka c. 5. Vide Stephanum Tornac. Epist. 39. 40. & tom. 6. Spicilegii Acheriani p. 481. 494. En aliud ineditum: *In nomine, &c. Quòd anno 1350. venerabilibus & discretis viris N. N. N. ex parte una, & nobili viro D. Galchero de Lauda Milite Trecensis diœcesis, ex altera, &c. Joannes Maurelli Præpositus* Ecclesiæ *S. Crucis Leodiensis Curiæ Cameræ D. Papæ generalis Auditor, discretis viris Trecensi & Parisiensi Officialibus ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem in Domino. Vobis committimus quatenus nobiles & magnificos viros dominos Joannem de Noeriis, Comitem de Joigniaco, Senonensis diœcesis, Robertum de Grattis, Dominum de Murisallo, Eduensis diœcesis, Gaufridum Dominum de sancta Liveria, Cathalaun. diœc. & Hugonem Dominum de Vulpilleriis, Lingon. diœces. Milites, Galterum de Lauda, Dominum de Soylleriis, Trecensis diœcesis, & Anseletum de Brecuria, Rothomagensis diœcesis, domicellum & familiarem commensalem D. N. Papæ, ab excommunicationis sententia in eos lata propter solutionis moram cujusdam debiti 1500. florenorum auri, &c. absolvatis. Actum annò & mense prædictis.* Vetantur etiam ejusmodi excommunicationes in Consuet. Britan. art. 6. Cæterùm huc referri potest, qui olim obtinuit mos inhumanus, ut creditori liceret mortuum debitorem humo mandari prohibere, nisi debito satisfactum esset; cujus quidem meminit S. Ambrosius in Tobia c. 10. *Quotiens vidi a feneratoribus teneri defunctos pro pignore, & negari tumulum, dum fœnus exposcitur.* Et edictum Theoderici Regis cap. 75. *Siquis autem sepeliri mortuum, quasi debitorem suum adserens, prohibuerit, honestiores bonorum suorum partem tertiam perdant, & in quinquemale exilium dirigantur: humiliores casi fustibus, perpetui exilii damna sustineant. Vide Menæa in S. Donato 7. Augusti.*

Excommunicatorum corpora insepulta, nec corrupta. Vide *Imblocare*.

Excommunicati tenebantur intra annum absolutionem ab Episcopis impetrare, & Ecclesiæ satisfacere, ad idque cogebantur à judicibus sæcularibus. Edictum S. Ludovici an. 1228. à nobis allatum in Not.

Not. ad Joinvillam: *Et si aliqui per annum contumaces extiterint, ex tunc compellantur redire ad Ecclesiasticam unitatem, ut quos à malo non retrahit timor Dei, saltem pœna temporalis compellat. Unde præcipimus quòd Ballivi nostri omnia bona talium excommunicatorum mobilia & immobilia post annum capiant, nec eis aliquo modo ea restituant, donec prædicti absoluti fuerint, & Ecclesiæ satisfecerint.* Interdum etiam ad absolutionem petendam à judicibus Regiis cogebantur sub pœna carceris; ut ibi docuimus ex Chronico Abbatum Castrens. cap. 19. Vide eundem Joinvillam pag. 13. In Anglia ad id tenebantur intra 40. dies, quibus elapsis, Ordinarius Cancellarium Regni de ea re certum faciebat, qui continuò ad Vicecomitem *breve* mittebat, quod de *excommunicando capiendo* dicebatur, vi cujus excommunicatum in carcerem compingebat. Si ille Ecclesiæ satisfecisset, tunc aliud *breve* ad Vicecomitem mittebatur, quod de *excommunicato deliberando* vocatur. Ita Bracton. lib. 5. de Except. cap. 23. §. 3. 4. Fleta lib. 6. cap. 45. §. 2. & Rastallus verbo *Excommengement*. Quòd si denique post dictos 40. dies Barones vel alii & eo amplius excommunicationem in se latam sustinuissent, eorum subditi ab eorum fidelitate absolvebantur, & eorum terra interdicto supponebatur, eorumque feuda in manus superioris domini transibant, quousque injuriam passis & Ecclesiæ ab eisdem fuisset satisfactum competenter, ut est in Chartis Anglicis apud Gul. Prynneum in Libertatibus Anglicis tom. 2. pag. 358. & 410. Agunt de hac re Concilia varia, Triburiense ann. 821. cap. 5. apud Campiniacum ann. 1238. cap. 18. Bitterrense ann. 1246. cap. 36. Coprimacense ann. 1260. cap. 15. Lambethense ann. 1261. cap. de *Excommunicatis* capiendis, Burdegalense ann. 1262. cap. 1. 2. Coloniense ann. 1266. cap. 38. Langiense ann. 1278. cap. 6. apud Pontem Audomari cap. 1. Synodus Santonensis ann. 1282. cap. 2. Senonensis sub Petro Archiepisc. cap. 2. Avenionensis ann. 1326. cap. 41. Concil. Londinense ann. 1342. cap. 13. Synodalia Statuta Anonymi an. 1287. cap. de Sententiis to. 2. Concil. Angl. Provinciale Ecclesiæ Cantuariensis lib. 3. tit. 28. lib. 5. tit. 17. Vide præterea Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 121. & aliud ejusdem Edictum Pontesiæ exaratum ann. 1245. à nobis laudatum ad eadem Stabilim. Hemereum in Augusta Viromand. in Regesto pag. 51. Legem Friderici I. Imp. apud Conrad. Usperg. an. 1187. veterem Consuetud. Normann. cap. 21. &c.

EXCOMMUNIS, Excommunicatus. Concilium Arelat. II. cap. 30. *Ut Ecclesiæ inimici habeantur excommunes.* Turonense II. cap. 24. ex Cod. Bellovac. *Non solùm excommunis, sed etiam anathematizatus morietur.* Alii Codd. habent *excommunicatus.*

EXCOMMUNIONES, Excommunicati; passim in Canonibus S. Patricii c. 17. 18. 20. 27.

EXCONDICERE, *Escondire*, Excusare, satisfacere, purgare se sacramento, affirmare. Capitula Caroli C. tit. 39. §. 2. *Ad mallum veniant, & ibi aut se legaliter, ut permisimus, excondicant: aut si se excondicere non potuerint, quod malè fecerint, legaliter emendent.* Hincmarus Opusc. 31. *Quia fratri Hadulfo missaticum tuum commiseris, — de quo missatico non se excondixit.*

Escondire, eadem notione. Pactum inter Episcopum Meldensem & Comitem Campan. an. 1218. in Tabular. Camp. Bibl. Thuan. f. 276. & in Tabulario Eccl. Meldensis fol. 18. *Et si ad submonitionem prædictam non venerint, escondient quod non audierint submonitionem, vel emendabunt quòd non venerunt. Si autem venerint ad submonitionem, escondient, vel emendabunt illud quod eis objicietur à Præposito de his quæ pertinent ad ... caturam, &c.* Occurrit ibi pluries. Charta Communia Nantoliensis an. 1233. quæ est Radulfi Comitis Suession. *Et dicta die tenetur mihi vel servienti meo emendare per 7. sol. & dimid. monetæ Suessionensis, vel se escondire quilibet, cui admissum imponeretur super alio quàm super latrocinio, septima manu hominum. Et si latocinium imponatur, escondiet se vicesima una manu hominum. Et si dicta die placiti excondita non capiam, extunc non potero aliquem super his querelare; imò omnino extunc quieti & absoluti remanent, quantum ad illa escondita.* Vide *Intercipere* In Addit. Curia Generalis Cataloniæ an. 1321. MS. *Debausiatoribus & traditoribus, qui fidem suam noluerunt escondire — possint præstare auxilium & favorem reptato volenti se escondire, sicut possunt alii Barones Cataloniæ.* Vide *Besiare*. Chronicon Petri IV. Regis Arag. l. 3. c. 31. *Empres mossenyer Gil Royg de Liori dixeren que eren apparellats d'escondir la fe de Don Pedro de Exerica.* Leges Willelmi Nothi vernaculæ c. 50. *Si est ascons quiblamez seit dedinz le hundred 4. humes le retent sei 12. main sespurget. è se il seut suist dedeiz la chalenge, li Sire rende sun were: è si l'un chalenge le seignour, qui per le seut seit alé, si s'escundiè sei 6. maine, s'il ne pot, envers li Rei l'amendis è cil soite utlage.* Id est: *Si quis absconsus est, qui intra hundredum accusatus, & a 4. hominibus rectatus sit duodecima manu se purget. & si fugerit* (lege, *e se il s'ensuist dedans*) *post calumniam, dominus reddat weram suam; & si quis calumniaverit, seu in jus vocaverit dominum, quod per suum factum abierit,* (sen fait) *purget se sexta manu; quod si non potest, emendet versus Regem, & sit utlagatus.* Hic enim cæcutiit Seldenus. Adde caput 16. *Le Roman du Renard MS.*

Si que j'en feroie un joïse,
De caude yaue & de fer chaud,
Mais mon escondire que vaut,
Lasse chaitive mal ostrue.

Alibi:

Gel com jugeront mi baron,
Qui l'en doit faire de larron,
Et com de felon trahitour,
N'en partirés sans mauvais tour,
Se ne vous porés escondire
De quanques l'en vous voudra dire.

Le Roman de Thibaud de Mailly MS.

Au plet en Champfleury
A la grant departie,
Tuit i sommes semons,
Nuns ne s'en escondie;
Ne je ne voi nului,
Qui ja s'en essonie.

Interdum ea vox pro *vetare* usurpatur. Pactum Tongrense an. 1403. in Magno Recordo Leodiensi pag. 25. *Li au fermeteurs ne puissent escondire de faire leur chace quant chacun d'eux venra a son tour, de ce afaire, sans mettre en ce escondit ne empeschement.* Et p. 57. *Que li Maire de Liege ne autre li puist deffendre ou escondire, &c.* Et p. 41. *Et de ce ne peut on venir à loy, ne escondure nul, se ce n'est pour monstrer paiement par quittance, &c.* Adde pag. 119. Hinc vulgaris vox *Esconduire* apud nos, pro, aliquem re infecta dimittere; vel repellere.

Escondium. Charta Guillelmi de Marigneo Armigeri an. 1275. *Et sciendum est, quod si ego dictus Guillelmus Armiger, vel meum mandatum aliqua animalia sæpedictorum hominum vel hæredum suorum invenerim in aliquo forefacto nemorum meorum, potero capere vadimonium, si mihi placuerit; sed oportebit ut procedam per plegios & si dictus homo cujus habebo vadimonium, petit ostensionem loci, oportebit quod ego sæpedictus Armiger vel meum mandatum eam conceda: & si forefactum cognoverit, oportebit quod emendet, videlicet pro quo-*

libet animali 2. denar. Turon. Si autem negaverit, gagiabit unum escondium, & ego dictus Guillelmus vel meum mandatum capiam juramentum escondii in domo Militum Templi de Marigneo per manum meam coram Templariorum, ad usus & consuetudines patriæ. Infra: *Et si aliquos jamdictorum hominum vel heredum suorum in dictis nemoribus meis secantes, vel in callibus animalia servantes invenerim, secationem vel servationem ad usus & consuetudinem emendabunt, vel etiam escondibunt per manum meam, & manus heredum meorum coram Templariis vel eorum mandato.*

Excondire, Excundire, idem quod *Excondicere.* Jacobus I. Rex Aragonum in Constitutionibus Cataloniæ MSS. *Si aliquis nobilis aliquem Militem suum reptaverit, vel aliquam aliam querimoniam habuerit, & ipse Miles velit se excondire de reptamento illo secundùm Usaticos Barcinonenses, & de aliis querimoniis directum facere, secundùm quod debuerit, & dominus scondimentum suum, vel directum noluerit accipere, &c.* Alibi, *se de bausia excondire.* Occurrit ibi non semel, & in Curia Generali Barcinon. sub Petro II. Rege Arag. cap. 22. ubi *excundire* scribitur. Curia Generalis Catalan. an. 1321. *Quòd possit fidem suam excundire per batalliam.* Libellus Catalanicus MS. de Batallia facienda: *Et si aquell qui reptat ès no vol venir à la Cort, ne escundir sa fe, deu len forçar la Cort, &c.* Vide Probat. Hist. Turenensis p. 35.

EXCONTRUM, Permutatio, quod *contra* aliam rem, seu pro alia redatur. Propriè autem est, cùm obses loco alterius obsidis cum licentia discedentis, aut dimissi, datur. Petrus de Vineis lib. 5. Ep. 57. *Supplicarunt obsides de Montefalconis, — apud Capuam commorantes, ut cùm velint, pro seipsis escontrum personarum condecens ex exhibere, videlicet fratrem pro fratre, &c.*

EXCOPIARE, Exscribere, Gall. *Copier.* Chronicon Windesem. l. 1. c. 2. *Libros SS. Patrum per eos describi fecit & excopiari.* Vide *Copia.*

EXCORDARI. Commodianus Instr. 21. *Excordaris, homo, si putas ut ipsi te salvent.* Id est, aberras.

Excordatus, Corde privatus. Sugerius in Ludovico VI. cap. 16. *Quia vecors unius fuerat, mortuus est excordatus. Cor siquidem extis ereptum fraude & iniquitate turgidum, palo imponunt, &c.*

EXCORIARE, Virgis vehementiùs cædere, Gall. *Escorcher.* Fridericus I. Imp. de Pace tenenda: *Si quis quinque solidos valens, aut ampliùs, furatus fuerit, laqueo suspendatur. Sin minùs, scopis & forpice excorietur & tondeatur.* Arnoldus Lubec. lib. 2. c. 37. *At illi indignati, virgis excoriaverunt eos, & decalvatos ad dominum suum remiserunt.* Vide Sicamam ad Leges Frisionum tit. 9. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Excoriatus,* Be Beflæ, à Beflean, decorticare, excoriare, unde fortè nostrum *Befler quel qu' un,* subsannare, irridere quempiam tanquam cæsum virgis.

Excoriare cruces, Aurum & argentum ab iis expilare, apud Radevicum lib. 3. de Gest. Frider. cap. 10.

EXCORTICARE. Vide *Decorticare.*

EXCREDERE, Facere ut aliquis non credatur. Synodus Bajocensis an. 1300. c. 63. *Excommunicamus sortilegia de Sacramentis Ecclesiæ facientes, — & qui ad conjungendum & disjungendum falsa matrimonia, vel ad excredendum aliquem, scienter deponent testimonium falsitatis.*

EXCRUSTARE, Crustam auferre. Monasticum Angl. to. 1. pag. 210. *Duas imagines — quarum unam auro & gemmis excrustavit.*

EXCUBIÆ, propriè sunt Vigiliæ custodum, παννυχίδες, νυκτοφυλακίαι, νυκτηγερσίαι, ut est in Glossariis. At sequioribus sæculis hæc vox sumpta est pro quovis gravamine, aut quavis injusta molestia, quæ subditis infertur à dominis. Lex Longob. lib. 3. tit. 9. §. 2. *De illis hominibus qui res suas alienaverunt, ubicumque super eas resident, distringat eos Comes per excubias publicas, sicut lex continet.* Ubi Glossa, *id est, servitium ad pontes restaurandos.* Paschalis I. PP. in Confirmatione privilegiorum Eccles. Ravennat. apud Rubeum lib. 5. pag. 237. *Nec nullum molestia, aut angarias, aut gravamina, aut excubias quilibet inferre parti sanctæ tuæ Ecclesiæ, &c.* Charta Caroli Imp. in Chronico Farfensi pag 658. *Aut homines ejusdem Monasterii — distringendos, vel ad publicas excubias compellendos, aut ullas redibitiones, vel quaslibet occasiones requirendas, &c.* Adde p. 667. Fundatio Abbatiæ Pinarolensis an. 1078. *Similiter cum areis suis, teloneis, aliisque excubiis, & conditionibus jure inde exigendis.* Charta Marini PP. an. 883. apud Ughellum tom. 4. p. 896. *Pro omni excubia & expeditione tam palatina quàm hostili, &c.* Alia Widonis Imp. an. 895. ibid. pag. 1342. *Nullasque redhibitiones, aut publicas excubias, nullas angarias facere sive persolvere cogantur.* Adde pag. 1345.

Excubiæ, Vigiliæ Ecclesiasticæ. Gloss. MS. Eccl. Parisiensis: *Excubia, officia vigiliarum. Excubias celebrare, agere,* apud Liberatum Diac. c. 20. in Vita S. Arnulfi Episc. Metensis cap. 23. 25. in Vita S. Virgilii Arelat. Episc. apud Lambertum in S. Heriberto Coloniensi Archiep. n. 13. &c.

Excubium, eadem notione. Isidorus Pacensis Episc. in Chron. æra 680. *Fassus est, * quòd quadam nocte se ab hostiariis Ecclesiæ B. Petri Apostoli expetiisse excubium, &c.* id est, ut in ea excubias seu vigilias ageret.

Excubiæ, pro *exuviæ,* Reliquiæ Sanctorum. Vita MS. S. Juliani Episc. Cenoman. *Equi qui lecticam sanctarum gestabant excubiarum, &c.* Vita S. Popponis Abbat. n. 59. *Sæpelimina adiens Apostolorum, sæpe etiam, atque, ut ita dicam usitatiùs, excubias cæterorum frequentans Sanctorum.* Ibi enim *exuvias,* id est, reliquias legendum puto.

Excubiæ, Jus quod *wardæ* dicitur, *Droit de garde,* quod scilicet Vassalli ac Tenentes debent in castris Dominorum. Charta Theobaldi Comitis Blesensis an. 1131. *Habeo talem consuetudinem in burgo de Camariaco, quod homines castri illius burgi pergunt mecum in exercitum, & in expeditionem, & si ibi castrum firmavero, illud claudent de palis & virgis, & in castro nihil plus facient præter hoc quòd corpus meum excubabunt.*

EXCUBITARE, *Excubitum.* Gloss. Gr. Lat. Παρακοιμῶμαι, *excubito.* Ἐκκοίτησις, *excubitum. Excubitare* igitur dicitur qui è strato exurgit, sed propriè qui ad alteterius salutem vigilat. Gloss. Gr. Lat. Παννυχὶς, *hoc excubitum, pervigilium.* Παρακοίμησις, *excubitum.* Alibi: Ἀγρυπνία, *lucubratio, excubitum, pervigilium.* Hinc *facere excubitum,* est vigilare. Vegetius lib. 3. c. 8. & Modestus de Vocabul. rei militaris: *De singulis centuriis quaterni equites & quaterni pedites excubitum nocte faciunt.* Rufus in Legibus militaribus: Καταλιπὼν τὰς προαγρυπνίας ϰ ἐξκούβιτα.

Excubitus, eadem notione. Jul. Firmicus lib. 3. cap. 14. *Faciet Scutarios, vel Imperatorum Protectores, vel qui proprio excubitu salutem Principibus servent.* Sic verò potissimùm appellabantur universim cohortes custodiæ Palatinæ addictæ; *Constantinopolitanum enim Palatium ob Imperatoris salutem multorum præsidiis militum custodiebatur,* ait Luitprandus lib. 1. c. 4. & lib. 5. c. 9. Corippus lib. 3.

Ingens excubitus divina palatia servans.

Idem lib. 4.

— Clypeis pia terga tegebat
Ingens excubitus.

Anastasius in Hist. Eccl. *Populus Scholariorum & Excubitorum.* Idem in Hist. exilii S. Martini PP. *Fecit eum*

inclausum

inclausum sub multa custodia, praecipiens excubitis custodibus, ut nullus penitus sciret civitatis, quia est in eodem excubitu. Τῶν ἐξκουβίτων τάγμα, cohors excubitorum, apud Annam in Alexiade lib. 4. & Constantinum de Themat. pag. 36.

EXCUBITOR. Gloss. Gr. Lat. Ἀγρυπνητής, *vigil, excubitor*. Alibi: Παννυχιστής, *excubitor*. Rursum, Παρακοιμητής, *excubitor*. Procopius lib. 2. Vandal. cap. 12. Ὅς τῶν ἐξκουβιτόρων ἡγεῖτο, οὕτω γὰρ τοὺς φύλακας Ῥωμαῖοι καλοῦσι. *Timarchus Excubitor*, apud Gregor. M. lib. 8. Epist. 52. His qui praeerat, *Comes Excubitorum* dicitur, Nicephoro Patr. CP. in Heraclio, & aliis à Meursio & Fabroto ad Cedrenum, & Alamanno ad Procop. Hist. arcan. laudatis. Vide Gloss. Basil.

EXCUBITORIUM, idem quod Excubitus, Locus palatii in quo excubabant milites excubitores. Anastasius in Collectaneis: *Duxeruntque in custodiam excubitorii*.

EXCUBIUM. Vide *Excubiae*.

EXCULCATOR. Vide *Collocare*.

EXCULEUS. *Importunus*, in Gloss. Arabico-Lat.

EXCULTARE. Ratherius Veron. de Qualitatis conjectura: *Sede, non tibi dicit; non sedentem vero exultare nequaquam omittit*. Vide *Exculcare*.

EXCURSUS, quà aquae excurrere possunt, seu evacuari. Charta an. 1217. apud Duchesnium in Probat. Hist. Castaneor. *Dedi — liberam licentiam faciendi & habendi in dominio meo & feodo de Chaillec quemdam excursum liberum & immunem ab omni costuma & exactione ad excurrendas aquas de maresiis de Langun. — Aqua autem — excurrent, & tenentur excurrere — per praedictum excursum, &c.* Vide Gall. Christ. Sammarth. in Abbat. Absiae an. 1217.

EXCURTARE *caballum*, in Lege Salica tit. 40. §. 15. in Lege Aleman. tit. 70. §. 2, 3. *Caudam auferre*, Gallis *Escouer*. Leges Wisigot. lib. 8. tit. 8. §. 3. *Si quis alieni caballi comam turpaverit, aut caudam curtaverit*.

EXCUSARE, Recusare, renuere. Gloss. Gr. Lat. Παραιτοῦμαι, *Excuso, recuso, evito*. Pontius Diaconus in Vita S. Caesarii: *Magis enim dignus efficitur, qui quod meretur, excusat*. S. Benedictus in Regula c. 65. & Grimlaicus in Regula Solitar. c. 15. *Non liceat — collum excutere de sub jugo regulae, quam sub tam morosa deliberatione licuit ei excusare*. Regula S. Basilii c. 69. *Si licet alicui excusare opus quod ei injungitur, & aliud quaerere?*

Excusare, Purgare se à crimine. Gloss. Gr. Lat. Ἀπολογοῦμαι, *excuso me*. Gloss. aliae MSS. Ἐκκλίνειν, ἐκδικάσαι. Sic *excusatio* in Gloss. vet. apud Menardum: *Apologia vel apologesis, excusatio. Hinc apologeticus, sermo excusativus*. Gloss. Gr. Lat. Ἀπολογία, *excusatio, purgatio, satisfactio*. Vide Petrum Fabrum lib. 3. Semestr. cap. 23. p. 357.

Excusare, Absolvere, reum liberum dimittere. Hist. Episcop. Eystetensium an. 1129. *Probabili septem probabilium virorum testimonio canonice excusatus*.

Excusati autem potissimùm dicebantur dimitti servi aut liberti, qui cùm pro qualibet culpa ad Ecclesiam veniae impetrandae causâ confugissent, dominis reddebantur de omni poenarum genere securi, & ad servitium consuetum redibant, datis priùs à dominis ad Evangelia sacramentis de concessa venia, & quòd nullam iis poenam pro ea culpa, à qua absoluti erant, irrogarent. Quòd si domini sacramenta violassent, excommunicatione, tanquam perjuri, mulctabantur. Ita passim in Concilio Aurelianensi I. c. 1. & 3. Aurel. III. c. 13. Aurel. IV. c. 24. Aurel. V. c. 22. Ilerdensi sub Joanne II. PP. c. 8. apud Gregor. Turon. lib. 5. Hist. c. 3. 4. 49. lib. 9. c. 20. de Vitis Patrum c. 5. in Vita S. Joann. Abbatis Reomaensis lib. 1. c. 3. n. 16. &c.

Excusati in Monasteriis; videntur ii qui ad Ecclesias vel ad Monasteria confugiebant, & majoris securitatis gratiâ iis se quodammodo in servos dabant. Charta Caroli M. in Chronico S. Vincentii de Vulturno lib. 1. p. 679. *Vel reliquas possessiones quae — ibi sunt data, vel delegatae, seu etiam excusatos, seu offertos qui in praefatis Monasteriis legitime jam subjecti sunt, vel qui devote offerre se cum suis rebus voluerunt.*

Excusati, Liberi, quieti, nos *Quittes* dicimus. Charta Henrici Magnopolensis Domini an. 1323. apud Pontanum lib. 7. Rer. Danicar. pag. 434. *Ac pro omnibus obligationibus — quitos dimittimus & excusatos.* Alia Waldemari Daniae Regis apud eumdem: *Et tunc pro tali equo dato suo — — liber est & excusatus.*

Excusati. Andreas Dandulus in Chron. MS. in Urso Duce Venet. an. 879. *Hic in Heraclia civitate de qua progenitores sui originem duxerant, palatium construxit, & licentiam tribuit in Rivo alto paludes cultandi, & domus aedificandi contra orientem & insulam, quae Dorsum durum vocatur, eo consulente composita est, quae gentibus aliquibus ad servitia ducis deputatis, qui Excusati Ducatus dicti sunt, concessa est: & usque in hodiernum diem omnes in eodem degentes territorio, piscatores & aucupatores de his, quae capiunt tenentur tributum annuum persolvere Duci.* Ex eo excripsit, quae habet Petrus Marcellus in Urso Participatio Duce XIII. Sansovinus in Venetia lib. 6. sequentia ex veteri Instrumento profert: *Excusati de Muriano, & eorum nomina, & sunt 44. excusati de Mazorbo, & isti sunt de majoribus, & sunt 24. &c. hac sunt nomina excusatorum qui serviunt in Palatio, & sunt 124. nomina Excusatorum nostri Palatii, & sunt 198.* Sansovinus hoc loco *Excusatos* dictos censet quasi *scutatos*, quos *scutiferos* vocavit aetas posterior. Sed vix est ut id probem: quin potiùs hac videntur appellatione donati propter indulgentiam munerum civilium & personalium, quâ gaudebant ex quadam officii & functionis praerogativa, uti sunt hi de quibus est titulus *De Excusationibus artificum*, Cod. Theod. l. 13. Vide quae de his observamus in Notis ad Alexiadem Anneam.

Excusati, in Chartis Hispanicis, videntur perinde appellati qui ab oneribus publicis excusantur, & soli Glebae serviunt. Charta aerae 1049. ap. Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti to. 5. pag. 465. v. *In villa Castro 2. Casatos: in Cupiellos 4. Escusatos: in Rancio 2. Casatos, &c.* Charta Sanctii Regis pro fundatione Monasterii Deiparae de Naxara aerae 1090. *Sanctum Pelagium de Cerasso cum sua haereditata: alium sanctum Pelagium in ejusdem Cerassi suburbio, cum suo excusato.* Charta Ferdinandi I. Regis Castellae aerae 1100. apud eumdem *Yepez* to. 1. pag. 58. Appendic. *Hac supradicta omnia decima damus cum suos excusatos.* Alia Alfonsi VII. Regis aerae 1175. to. 7. *Et praedictum Monasterium habeat duodecim excusatos in Zamora, & in termino suo, quos ipsi Monachi elegerint, & sint excusati de martiniega, & de fossado, & de fossadera, & de omnibus servitiis & exactionibus regalibus, excepta moneta ferrea: & ipsi excusati persolvant omnia tributa ipsi Monasterio, & quartam pro alia operibus, &c.*

EXCUSATICUM. In Capitulari Sicardi Principis Beneventani edito à Camillo Peregrino, cap. 29. ita concipitur, *Ut non tollatur a tertiatoribus excusaticum & porcos*. Textus verò capitis de est in MS. ubi quid sit *excusaticum*, non est proclivis divinatio: Sunt quibus est glans quercea, qua pascuntur porci: ita ut *excussaticum* legendum sit, quòd excutiantur glandes a quercubus ad victum porcorum. Sed haec non omnino arridet conjectura. Alii legendum volunt *exclusaticum*, de qua voce alibi. Sed quid habet commune exclusaticum cum porcis? Alii denique volunt *excusaticum* esse ipsam pensitationem quae exsolvebatur pro excusatione seu immunitate a muneribus publicis, quae ἐξκουσσεία appellatur in Diplomate Imperatoris Joannis Palaeologi pro Narbonensibus, à nobis descripto in Familiis Augustis Byzantinis.

EXCUSATOR, in Lege Elemannor. tit. 6. § 3 & 5. Reus qui se à crimine excusat, aut certè qui rei quampiam sibi petitam debere negat.

EXCUSATORIA, *Epistola, qua quis se excusat.* Vide Diurnum Romanum cap. 3. tit. 4.

EXCUTERE, Eripere de manibus alterius, *Enlever, Tirer des mains de quelqu'un.* Lex Salica tit. 10. §. 9. *Si qua pecora propter damnum messis alienæ inclusa fuerint, aut minentur, qui ea excutere vel expellere præsumpserit, &c.* Lex Wisigoth. lib. 7. tit. 2. § 20. *Si quis furem captum aut reum alicui excusserit.* Lib. 8. tit. 3. §. 14. *Si quis expellenti de frugibus pecora excusserit.* Utitur hac notione Paulus lib. 1. Sentent. tit. 30. in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 51. *Excutere namium, est si quis viam tollat, & avertat retro namium ipsum.* Adde cap. 40. *Oculum, auriculam, nasum, manum, pedem excutere,* in Lege Ripuar. tit. 26. *Digitum de pede excutere,* in Edicto Rotharis Regis Longobard. tit. 44. §. 25. 26. &c.

Excussio, frumenti nempe. Concilium Vernense ann. 755. *De opera tamen rurali, arato, aut vineæ sectione, excussione, vel sepe, (die dominico) censuimus abstinendum.* Totidem habentur in Capituli Caroli M. lib. 7. c. 200.

Excussio, alia fortè notione, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 40. *Pundbreche* (infractura parci) *fit pluribus modis, emissione, evocatione, receptione, excussione.* Intelligitur fortè crimen ejus qui venationem alterius de manibus excutit.

Excussores segetum in *granicis* ponere, inter jura dominica recensetur. Charta Philippi Reg. Fr. ex Tabul. S. Victoris Paris. *Custodes decimæ ponere debet Ecclesia S. Victoris & Theobaldus de Ultrevoisin: Excussores etiam quotquot necessarii fuerint ex consensu partium apponentur. Et tam custodes, quam excussores, & tractores, qui in campis decimas colligunt, fidelitatem facient Ecclesiæ S. Victoris. Excussores nihil habent facere de foragiis, nisi quæ extra clausuram projiciat.* Vide in *Mestivarius.*

Excussorium, Area ubi frumentum excutitur. Gloss. Sax. Ælfrici: *Excussorium:* Flor on huse. Belgi. *Uloer.*

Excussor, Parricida, homicida, sicarius, satelles, latro, &c. in Gloss. MS. Eccl. Paris.

EXDIGNUS, *Non dignus*, in Gloss. Arabico-Lat.

EXDOMARII, Sine domibus & foris versantes. Decreta Colomani Regis Hung. lib. 1. *De civilibus exdomariis 8. denarios præcipimus colligi.*

EXDORSUARE. Gloss. MS. Eccl. Paris. *Exdorsuandum, judicandum.*

EXECRABILITAS, utitur Apuleius lib. de Philosophia.

EXECRARI dicitur mensa altaris, si superior tabula in qua principaliter fit consecratio, mota, vel in sui forma mutata, vel enormiter, putà ultra medietatem fracta sit: tunc enim iterum consecrari debet. Vide Durandum lib. 1. Ration. c. 6. n. 32.

EXECUTORES, in libris Jurisconsultorum, dicuntur qui judicum mandata, & decreta exequuntur. *Executor Comitis, judicis, civitatis,* in Lege Wisigoth. lib. 12. tit. 2. Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 225. *Si quis hanc constitutionem violaverit, in magistratu positus 10. librarum auri pœna mulctabitur. Si executor est, in Decanicis Ecclesiarum recludatur pœnas luiturus, & officium perdat.*

Executores, Exactores. Isidor. lib. 10. *Exequutor, ab exequendo. idem & Exactor.* Petrus Chrysol. Serm. 25. *Idem ipse est & executor & dentor . . . executorum*, apud Sidon. l. 4. Epist. 24. quæ e . . . dicitur *exactorum circum latrantium barbara infantia.*

Executores denique appellati judices, vel à Principe delegati, qui Episcoporum in Conciliis, contra sæculares, statuta executioni mandari curarent; ab ipsis Episcopis ad id ferè semper postulati. Concilium Milevitanum II. c. 16. *Placuit præterea ut exequutoribus in omnibus justis desideriis impertiatur.* Cap. 25. *Si in matricibus Cathedris Episcopus negligens fuerit adversus hæreticos, conveniatur à vicinis Episcopis, — quòd si ex die quo convenitur, intra sex menses, si in ejus provincia executio fuerit, & non eos ad unitatem Catholicam convertendos curaverit, non ei communicetur.* In Cod. Canon. Eccl. Afric. *Executores* ἐπεξεργαστὰς dicuntur c. 96. ἐκβιβαστάς. Ἤρεσεν πρὸς τούτους ὥστε ἐκβιβαστὰς ἐν πάσῃ τοῖς τῆς ἐκκλησίας χρειώδεσι πέντε ἐπιλεγῆναι αἰτηθῆναι, οἵ τινες ἐν τῇ διαφόροις ἐπιμεληθήσονται ἐπαρχίαις Concilium Toletan. IV. c. 3. *Omnes autem qui causas adversus Episcopos aut judices aut potentes, aut contra quoslibet alios habere noscuntur, ad idem Concilium concurrant; & quæcunque examine synodali à quibuslibet pravè usurpata inveniuntur; Regii executoris instantia, justissimè his, quibus jura sunt, reformentur; ita ut pro compellendis judicibus vel sæcularibus viris ad Synodum Metropolitani studio idem executor a Principe postuletur.*

EXEDRA, Gr. Ἐξέδρα. Gloss. Gr. Lat. Ἐξέδρα, *Triclinius.* Jo. de Janua, & auctor Mamotrecti ad 4. Regum cap. 23. *Exedra, i. cathedra, thronus, sedes, sella, suggestus. Vel exedra est camera secreta, vel locus thesauri, vel locus subselliorum, i. absida, vel camera, vel locus quidam separatus à palatio. Vel exedra est genus fenestræ, quæ exteriùs dilatatur, & interiùs coartatur. Item invenitur exedra pro gazophylacio, & etiam pro thalamo.* Ita ferè etiam Gloss. MS. Eccles. Pariensf. ex Walafrido Strabonem lib. de Reb. Eccles. cap. 6. ubi ait *exedram, esse absidam quandam separatam modicum à templo vel palatio, & dictam quòd extra hæreat.* Sunt igitur *Exedræ* conclavia à reliquis ædificiis separata, quæ interdum porticibus adjungebantur, uti colligitur ex vet. Inscript. 65. 3. 172. 3. Regula S. Antonii ad Monachos c. 18. *Ne loquaris in Ecclesia; nec resideas in exedris Monasterii.* Monachus Altisiodorensis in Chr. an. 905. *Exedras quoque B. Lupi & S. Columbæ bracteis aureis atque argenteis fabrili artificio sculptis ambivit.* Concilium Nannetense can. 6. *Prohibendum etiam — ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut in porticu, aut in exedra Ecclesiæ.*

Interdum *Exedræ* dicuntur throni Episcoporum in Bematibus, seu ipsa Bemata, vel sacra templorum adyta. Glossæ MSS. *Exedra, vel Clothedrum, sedes Episcopalis.* Papias: *Exterior sedes, ubi Papa sedet, quando populus concitatur.* S. Austinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8. *In gradibus exedræ, in qua de superiore loquebar loco, &c.* Idem in Gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo: *Cum Deuterius Episcopus Metropolitanus Cæsariensis unà cum — Episcopis in exedram processisset,* scilicet Ecclesiæ majoris Cæsariæ, &c. Vide Henric. Valesium ad Euseb. lib. 3. de vita Constant. cap. 50.

EXEMPLARE, Describere, exemplar exprimere, effingere, Gall. *Copier.* Papias: *Exemplare, assimilare.* Gloss. Græc. *Exemplum,* ἀντίγραφον, ἀντίτυπον. *Exemplo,* ἀντιγράφω. Gregorius Turon. l. 1. de Miracul. c. 64. *Ille verò — nocturno tempore, famul . . . lumine, fideliter exemplavit.* Ratbertus de Casibus S. Galli cap. 5. *Cum nequaquam inve . . . isset (Ch . . . rtam,) quia omnino non erat, delatum est ei quòd . . . malgarius eum exem . . . rii tradere voluisset.* Eckeardus Junior cap. 3. *Epistolas Canonicas Græ . . . — multis sudoribus ille exemplaverat.* Alanus de Insulis lib. 4. Anticlaudiani:

> *In studiis exemplat eam, factumque sorores*
> *Respiciens, ejus facto sua facta sigillat.*

Et

Et lib. 6.

——Mortisque figuram
Exemplans moritur vivens.

Idem in Planctu naturæ: *Dentes quadam sui coloris consonantia eboris faciem exemplabant.* Utitur eodem libello non semel, & in Anticlaudiano lib. 1. c. 7. l. 3. c. 1. 2. 5. lib. 7. cap. 3. ut & Sidon. lib. 4. Epist. 16. Ruricus lib. 1. Epist. 8. Gregorius Tur. de Vitis Patrum c. 6. Marculfus lib. 1. Form. in Præfat. Rusticus Episc. Burdegal. in Ep. ad Eucherium edita à Sirmondo ad Sidonium l. 2. Epist. 11. S. Bonifac. Moguntin. Episc. Epist. ad Zachariam PP. apud Serrar. de Reb. Mogunt. lib. 3. c. 15. Walafridus Strabo in Præfat. ad Visionem Wettini Monachi, &c. Adde Baron. an. 745. n. 33. Columbum in Episcopis Vivariensibus lib. 3. n. 2. &c. In quo verò differant *Exemplar, & Exemplum,* docet Rollandinus in Summa de Notaria: *Exemplar dicitur originalis scriptura. Genus videlicet ex quo generatur vel ducitur exemplum, quod quidem appellatur Originale, autenticum. Exemplum vero quod etiam vocatur Intextum, vel Sumptum, est scriptura exemplata generata, vel sumpta ex priori sive originali scriptura, unde versus:*

Exemplar genus est, Exemplum quod trahis inde.

Et:

Exemplar generans, Exemplum quod generatur.

Vide Salmasium de Modo usurar. c. 1. Et Goclenium in Lexico Philosoph. pag. 307.

Exemplare, Explanare. Glossæ Biblicæ MSS. *Exemplavi, Explanavi, Exemplis dilucidavi.*

Exemplare, apud S. Augustinum Epist. 59. sumitur pro traducere & ludibrio palam exponere.

Exemplabile, quod alicujus comparatione exempl. simile est. Papias.

EXEMPLARITAS, qua quis se præbet in exemplum. Rythmus de B. Marco Minorita:

Splendor exemplaritatis & sanctitatis integra.

EXEMPLATUS, *Exemplatorium.* Vide *Exemplum.*

EXEMPLIFICARE, idem quod *Exemplare*, Ad exemplar describere. Charta Edw. III. Regis Angl. tom. 2. Monast. Anglic. pag. 408. *Nos autem irrotulamentum ordinationis prædictæ --- tenore præsentium duximus exemplificandum.* Est etiam,

Exemplificare, Exemplum præbere. Inscriptio in Abbatia S. Martini Ambiani:

Hic Christo chlamydem Martinus dimidiavit.
Ut faciamus idem, nobis exemplificavit.

Ebrardus Bethun. in Græcismo c. 15.

Scandalizare malum dicas exemplificare.

Vide Will. Malmesbur. in Vita S. Aldhelmi c. 5. Cæsarium Heisterb. lib. 6. cap. 5. & Joannem de Janua in voce *Parum.*

EXEMPLUM, A[illegible]mentum, figura. Epistolæ Pontificum Romano[illegible]. Ep. 67. *Præfulgidos atque nectareos regalis potentiæ vestræ per Arvinum Ducem suscepimus apices, in quibus referebatur, quod Palatii Ravennatis civitatis musiva atque marmora, cæteraque exempla, tam in strato, quamque in parietibus sita, vobis tribueremus.* Anastasius in Leone III. PP. p. 123. *Fecit autem in Patriarchio Lateranensi triclinium majus --- & in circuitu laminis marmoreis ornavit, atque marmoribus in exemplis stravit.* Ibid pag. 127. *Et in pavimento marmoreis exemplis stratis.* Ita pavimentum *exemplis stratum*, idem est ac tessellatum, in quo diversæ formæ & figuræ exprimuntur. Hinc vestes variis *Exemplis*, & figuris ornatæ ἐξ[illegible]πλωταὶ dicuntur apud Eustathium ad Od. 2. & ἐξεμπλωτὰ πτυχία apud Nicetam in Codice Barbaro-Græco, tapetes *exemplati* & figurati, pro quo in Græco est ἀλουργοὶ ταπητες. Ita Nicolaus Alemannus in Dissert. de Lateranensib. Parietib. lib. 3. cap. 2. & Salmasius.

EXEMPLUM, idem quod *Exartum*, *Essartis.* Charta an. 1126. in Tabulario Vindocinensi: *Joannes filius Goffridi Comitis Vindocin. calumniatus est exempla Wastinæ, quæ adjacent Villæ Dei, & saisivit.* Regestum Castri Lidi in Andibus f. 50. *De nemoribus Militum & feodalium de foresta, ipsi habent exempla sua, tali conditione, ut ipsi non poterunt exemplare, nec vendere, nec dare omne forestagium.* Fol. 47. *Exempla etiam nemoris S. Joannis, quod de feodo Belismensi constat, quantum juxta feodum Gusæ continetur, habet in dominicum.* In eodem Tabul. fol. 54. *Nul ne puet vendre bois ne pleisseys és viez essauples de Barçoy, ne és noviaus, sans asentement au Seignor de cette forest.* Vide Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. p. 63. 64. 87.

Exemplaria, eadem notione. Charta Ludovici Regis Franciæ an. 878. ex Tabul. Ecclesiæ Barcinon. in Append. ad Capitul. n. 110. *Et villam Campinos cum examplariis, ædificiis, casticiis, & vineis, &c.* Charta Willelmi Comitis Belismensis apud Ægidium *Bry* in Hist. Comitum Perticensium: *Dedimus etiam Ecclesias de Domfronte, & decimas omnium agriculturarum quæ in exemplariis forestarum prædictarum.*

Exemplata terra, Eruncata, virgultis purgata. Charta Philippi Reg. Fr. an. 1206. apud Sammarth. in Abbat. Fontis Danielis: *Decimam partem totius redditus --- de terra exemplata & exemplanda in eadem foresta.* Charta Philippi Regis Fr. an. 1206. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1299. Tabularii Regii n. 57. *Et decimam partem totius redditus ejusdem Iuelli* (de Meduana) *de terra exemplata & exemplanda in eadem foresta de Fossa Loven, &c.* Alia ejusdem Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 77. *Plateas, landas, brueriàs, & examplata seu essarta, &c.*

Exemplatio. Charta Gaufredi Comitis Andegavensis in Tabulario Eccl. S. Laudi fol. 81. *Et prope ipsum locum exemplationem quam permisi facere Joannem Clericum in eadem foresta.* Alia an. 1067. to. 11. Spicilegii Acheriani p. 294. *Dedimus --- unam mediaturam terræ cum pratis quæ ad illam pertinent, & exemplationes bosci de Bocria, quæ erant mea propria.* Charta Goffridi Comitis Andegavorum an. 1040. apud Sammarthanos in Episc. Andeg. *Et terram veterem quam ibidem habere dinoscimur, partemque cum novalibus & exemplationibus quæ postmodum ibi facta sunt.* Alia Goffridi alterius Comitis Andeg. apud eosdem Sammarth. *Et prope ipsum locum exemplationem quam permisit facere --- in eadem foreste.* Charta Caroli C. apud eosdem in Episcopis Vivariensib. n. 34. *Districtum quoque ex burguitate, --- Melatem quoque usque ad aquaductum, cum exemplatorio, silvis, & insulis, &c.* Infrà: *Usque ad summum montis Conati, & usque ad exemplatorium.* Vide Columbum in iisdem Episcopis lib. 1. n. 25. lib. 2. n. 49. Quidam his locis *Exemplatorium* esse putant locum in quem rivus influit. Sed cum silvis adjungatur, quæ aliquando *exemplantur*, malim existimare *sartum* significare.

Harum vocum originem vix agnoscunt ipsi, apud quos obtinent, Andegavenses: neque enim pro vero dare velim ab *eximplere* ortas, ut *essarta*, silvarum partes fuerint *eximpleta*; alii meliùs fortè divinabunt.

EXEMPTO, pro *excepto*, adverbialiter, in Bibl. Cluniacensi p. 513.

EXEMPTOR, Carnifex Thomas Cantiprat. lib. 1. c. 25. §. 8. *Nec mora, exemptore vocato, jubet, aperto pectore martyris, cor ejus evelli.* Apud Papiam MS. *Exemptores, tabellarii*; in Edito *Tabularii* dicuntur. Sed legendum videtur *Exceptores.*

EXENARRARE. Glossarium MS. Ecclesiæ Parisiensis: *Exenarrabant, ignorabant.*

EXENIUM, *Exennium*, idem quod *Xenium*, Munus, donum, oblatio, atque adeo quævis præstatio vel tributum

tributum sub nomine doni. Papias: *Exenium, Donum, Servitium.* Gloss. MSS. *Gaza, multa exenia.* Glossa 61. Lat. Cod. Reg. 85. ξένιον, *hospitale, unde Latini Exenium.* In Gloss. Edit. ξένιον, τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον ξέ ω. *Hospitale.* Mamotrectus ad Ecclesiastic. cap. 20. *Exenia, id est, dona de longinquo missa, ab e & xenos, quod est peregrinum.* Editio hodierna habet *xenia.* Catholicon parvum: *Exenium, vel Excinium, Præsent. Exenium nuptiale*, in Legib. Rotharis Regis Longobard. tit. 67. quod ab amicis vel agnatis novæ nuptæ datur. Justus Episcopus Urgelitanus in Epist. ad Sergium Papam: *Quoddam tibi in corporali specie spiritale exenium dirigere procuravi.* Hincmarus Remensis in Quaternion. ad Carolum Regem: *Quia idem frater noster ab eo exenium acceperit, & patris sui beneficium ei donaverit.* Honorius III. PP. *Superfluè dubitastis - - quin teneantur vicesimam solvere de proventibus illis qui ex gratia, intuitu officii, vel loci Ecclesiastici proveuire noscuntur, nisi forsan aliqua exennia sint, quæ ad esculentum, vel poculentum pertineant.* Alanus de Insulis lib. 4. Anticlaudiani:

Et veluti quadam cantus exenia donat.

Ita Cod. MS. pro *encenia.* Occurrit passim hisce notionibus apud Scriptores, in Lege Longob. lib. 2. tit. 1. §. 6. in Annalib. Francor. Bertinianis an. 867. apud Paulum Warnefrid. lib. 4. de Gest. Longobard. Alcuinum Epist. 84. Paulum Diacon. in Vita S. Masonæ Episcopi Emerit. cap. 2. Ingulfum pag. 877. Ordericum Vitalem p. 868. Petrum Damiani in Vita S. Odilonis Abbat. Clunia. cap. 17. Fridegodum in Vita S. Wilfrici cap. 44. Hinc marum in Capitulis ad Presbyt. parochiæ suæ cap. 12. 13. Guibertum lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 22. Guill. Tyrium lib. 7. cap. 13. Anonymum in libro Miraculor. S. Mauti Abbat. cap. 17. Anonymum Poëtam de Episcopis Eboracensibus pag. 559. Simeonem Dunelmensem ann. 1054. & 1147. Gervasium Dorobern. Willelmum Briton. l. 4. Philipp. pag. 141. 145. Mussatum lib. 4. de Gestis Henrici VII. rubr. 2. Thomam Archidiaconum Spalatensem c. 19. Petrum de Vineis l. 3. Epist. 67. Bractonum lib. 5. tract. 5. cap. 4. Fletam lib. 2. cap. 71. §. 11. Thwroczium in Ludovico Rege Hungar. cap. 4. & alibi in Formula 37. ex Baluzianis, &c.

Vocem porro Ulpiano notam in lege 6. D. de Offic. Proconf. observat Dempsterus ad lib. 1. Antiq. Roman. Rosini, scribens in MS. Codice legi *euxeniorum*, pro *xeniorum*, uti Editi præferunt. Vide Felicem Osium ad Mussatum pag. 98. & suprà *Encenium.*

Exeniare, Dona conferre, in Chronico Fredegarii c. 45.

EXENTERATIO, Pœnæ species in læsæ majestatis reos, apud Anglos, apud quos eorum interanea seu viscera extrahuntur & comburuntur. Tho. Walsinghamus in Ricardo II. *Auditum & confessum turpissima scelera, tractioni, suspendio, decollationi, exenterationi, & quarterizationi, ut usu vulgari loquar, adjudicavit.* Et pag. 354. *Adjudicatus est tractioni, suspensioni, exentricationi, combustioni interiorum, & quarterizationi.* Sententia edita in Hugonem Dispensatorem sub Edw. II. apud Knyghtonem: *Et pur ceo que vous abbetastes & procurastes discorde entre nostre Seigneur le Roy & la Royne, & les altres del Realme, si serez emboellez, & puis ils seront ars.* Vide *Exinterare.*

EXEQUIÆ, apud S. Zenonem Veronensem in Serm. de Fide, Spe & Caritate, dicuntur lintea quibus defunctorum corpora involvuntur, vel certè ipsum, ut ajunt, funus.

EXEQUIARE, *Exequias* celebrare. Vita B. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis n. 12. *Tunc ex more funebribus exequiis exequiatur. Exequialis honor*, apud Will. Briton. lib. 12. Philipp. extremo.

EXEQUIALES. Vide *Pulsatores.*

EXEQUITARE. Ex equo dejicere, Gallis, *Démonter.* Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 62. *Victoria itaque Romani potiti, Normannos exequitatos & deprædatos per vicos & oppida persequebantur.* Occurrit apud Erchempertum in Hist. Longob. cap. 61. & in Epist. 326. tom. 4. Hist. Franc. At in Speculo Saxonico lib. 2. art. 72. §. 4. sumitur pro *equitare.* Vide *Eques.*

EXEQUIUS. Testamentum MS. Guill. Jordani Comitis Ceritaniæ Id. April. an. 42. Philippi Regis: *Et ipsas frachendas de villa Targasona & .... & omnes exequios quæ habeo in villa Marechexanes, &c.* Vide *Exaquia.*

EXERCIPES, Cursor, qui in currendo pedes exercet. Gloss. Lat. Gr. *Exercipes*, ταχυδρόμος, δρομεύς, κέρσωρ.

EXERCITALES, Milites, qui in exercitu militant. Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. cap. 7. *Si quispiam exercitalem aut militem, vel quamlibet aliam personam simpliciter ambulantem præsumpserit occidere.* Cap. 20. *Ut non præsumat aliquis tertiatorem exercitalem aut militem facere.* Cap. 21. *Si tertiator absconse exercitalis factus fuerit, aut miles.* Occurrit in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 9. in Legib. Longob. lib. 1. tit. 9. §. 21. tit. 14. §. 1. 3. lib. 3. tit. 1. §. 18.

Expeditio exercitalis, in Capit. Caroli C. tit. 31. §. 27.

Exercitale iter, Gallis, *Marche d'armée.* in Capitul. Caroli M. lib. 2. c. 14. & in Capitulis Caroli C. tit. 20.

Mansi Exercitales. Vide *Mansus.*

EXERCITARE, Bellare, bellum gerere, vel in exercitum pergere. Capitulare an. 807. *Memoratorium qualiter ordinavimus, propter famis inopiam, ut de ultra Sequanæ omnes exercitare debeant.* Adde Capitul 4. incerti anni Caroli M. c. 7. Capitula Caroli C. apud Marsnam an. 847. &c. Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. c. 19. *Ut ubi exercitare volueritis à nobis nullam læsionem habeatis.* Acta S. Prudentii Episcopi Garrayacensis apud Bivarium: *Aragonensis Rex Ildefonsus tam longo tempore cum exercitu suo in Saracenos exercitando extitit, ut, &c.*

EXERCITATORES *Monachi*, in Vita S. Macharii Alexandr. Abb. c. 5. & 7. in Vitis Patrum, dici videntur, qui aliis *Circatores.*

Exercitator equorum, apud Jul. Firmicum lib. 8. *Exercitator corporum*, παιδοτρίβης, γυμναστής, apud Macrobium lib. 2. c. 24.

EXERCITUARE, Castra sequi, conscribere militem, Sambuco ad Leges Hungaricas.

EXERCITUS. *Exercitum* debere dicuntur vassalli, cùm dominorum expeditionibus bellicis interesse, ac pro iis dimicare tenentur. Henricus Huntindon. lib. 7. de Guillelmo Rufo Rege: *Suos exercitibus frequentissimis & geldis continuis vexabat.* Vetus Charta apud Gariellum in Episcopis Magalon. p. 276. *Et exercitum faciant D. Regi, sicut & cæteri de parte Regia.* Charta Philippi Aug. an. 1185. in Hist. Vastinensi lib. 5. *Ita & quod universi homines illius libertatis ad omnes citationes nostras nobis exercitus & equitationes debebunt, quocumque eos ducere voluerimus.* Charta Gastonis Vicecomitis Benearnensis an. 1215. *Præter exercitum quem mihi duxi & meis hæredibus retinendum.* Aresta an. 1294. in Regesto Parlamenti B. f. 105. *Dom. Rex remanebit in saisina percipiendi exercitum, seu servitium exercitus ab Abbate S. Savini ratione homagii & juramenti fidelitatis quæ ab Abbate fiunt D. Regi.* Fol. 107. *Exercitum & equitationem habere. Exercitalis obeditio*, in Capitulari 3. Caroli M. an. 811. Occurrit passim. Vide *Hostis.*

EXFAIDUM. Placitum Chlodovei III. Reg. an. 3. editum ab eruditissimo viro J. Mabillonio tom. 3. SS. Ord.

Ord. S. Benedicti p. 619. *Ap... ... fuit qua contra rationis ordinem ipsa subjacit ... ister, vel in ac causa introiissit, sicut fuit judecatum, ut in exfaido & fredo solidos quindenos pro hac causa jdaem facere debirit; quod ita & in præsenti persistere ausus est, fecisset.* Vide *Faida.*

EXFESTUCARE. Vide *Festuca.*

EXFIAT, pro *exeat*, in veteri Inscriptione apud Gruterum 755. 1.

EXFIBULARE, Fibulam detrahere, solvere. Utitur Prudentius.

EXFINARE, Terminare, definire. Charta an. 1141. apud Ughellum in Episcopis Cumanis: *Sicut exfinat viam que pergit ad stratum, &c.* Ibi rursum.

EXFOLIARE, Folia decerpere, apud Apicium lib. 4. cap. 2.

EXFORBIARE. Vetus Charta apud Ughellum tom. 9. pag. 905. *Qui ---hæc pagina hujus præcepti inanire quæsierit, vel de eis quæ continentur, minuere, aut exforbiare voluerit, habeat maledictionem, &c.* Fortè *exforciare*, per vim auferre. Vide in hac voce mox.

EXFORCIARE, Vim inferre. Vetus Notitia apud Beslium in Regibus Aquitan. p. 23. *Ipse Agnaldus venisset super homines in sua forcia ex villa Cavadado; & exforciasset & eos batuisset injuste.* Tabularium Brivatense Ch. 114. *Ipsas res prædictas ab ipso servo ipsi prædicti per malas occasiones invadendo tulerunt, vel exforciaverunt.* Perperam ibi scriptum *exfornicia-verunt*. Vide *Efforciare.*

EXFORCIUM, Auxilium, ex Gall. *Effort.* Epistola Roberti Siciliæ Regis apud Albertinum Mussatum lib. 7. de Gest. Henrici VII. rubr. 4: *Ac eos prompta vestri exforcii -- adhibitione juvare.* Utuntur non semel Anonymus de Gestis Friderici II. Imp. p. 769. 800. Petrus de Vineis lib. 2. Ep. 54. & alibi, Richardus de S. Germano an. 1198. & 1228. &c. *Esforcium*, in Foris Aragon. lib. 9. tit. de Homicidio. Vide in *Incalcare.*

EXFRACTOR. Vide *Effractor.*

ERFREDIARE, Quasi extra pacem ponere, violare, à Saxon. Frede, vel Frið, pax, Friðian, protegere. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 81. *Si quis ad arma prosiliat, & domum exfrediet, nec tamen aliquem percutiat, dimidio forisfacto culpa consistat.*

EXFRETARE, *Navigare ultra*, in Gloss. Isid. & apud Papiam; Fretum enavigare.

EXFRUCTUARE, Fructus percipere: Tabularium Casauriense: *Ad usum fruendum, ad laborandum, ad exfructuandum.*

EXFUNDARE, *Exfundata*: Pactum Arechis Principis Beneventani cum Neapolitanis: *Si censilis homo de Liburia patitur oppressiones à parte de Neapolim; & voluerit exfundare se de ipso fundo, ponit post regiam domus suæ ipsum fustem, sicut antiqua fuit consuetudo, & vadit ubi voluerit. Si autem pars de Neapolim cum parte Langebardorum potuerit revocare ipsum tertiatorem; in ipsum fundum, & fundare illum ibi, potestatem habeant; & serviat ambobus partes, sicut antea servivit.* Idem Pactum: *Si orta fuerit contentio de fundis exfundatis, & dixerit una pars, quia ista fundora de talibus tertiatoribus fuerint.* Ibidem non semel *fundora, fundata, sive exfundata* occurrunt; locos produxi in *Fundora.* Charta Pandolphi Ducis Longob. apud Ughellum in Beneventanis Archiep. *Concedimus cum omnibus rebus exfundatis quæ fuerunt de hominibus quæ ex hoc sæculo absque hæredes migraverunt.* Adde p. 599. 601. 603. 604. Ubi *Fundare*, est in fundi possessionem mittere; *Exfundare* verò, ipsius fundi possessionem dimittere & abdicare. Apud Nonium Marcellum *Exfundare*, est *a fundo avertere*, ubi ex Cœlio Antipatro lib. 7. Annal. hæc citat: *Respublica amisso exfundato pulcerrimo oppido.*

EXGARDIUM. Vide *Esgardium.*

EXGRAVATOR. Charta MS. Mathæi, Barnabonis, & Galeacii Dominorum Mediolani an. 1354. *Potestates & Vicarios, Capitaneos & Rectores, Exgravatores, Judices appellationum, Exactores, &c.*

EXHÆRES, ἀποκληρονόμος. Testamentum S. Remigii apud Flodoardum lib. 1. Hist. Rem. c. 18. *Hæc ita do, ita lego, ita testor: cæteri omnes exhæredes e-store, suntote.* Adde Marculfum lib. 2. form. 17. Vox Plauto & aliis nota.

EXHIBERE, *Præbere alimenta & ad vitam necessaria*, apud J.C. Lactantius de Mortib. Persecutor. num. 7. *Hæc quoque tolerari possunt, quæ ad exhibendos milites spectant.* Et num. 11. *Dapibus suis sacrificabat pene cotidie, ac vicariis epulis suis exhibebat.*

EXHIBITIONES, Præbitiones, præstationes, tributa, &c. Charta Andreæ Laudensis Episcopi apud Ughellum: *Cunctasque exhibitiones quæ hactenus ad Laudensem Comitatum de ipsa civitate, & suburbano ejus redhibitæ sunt, &c.* Usurpatur etiam eadem notione in Charta Henrici Regis Franciæ an. 1048. Locum vide in *Vicaria.*

EXHOMINARE, Hominem exuere, ἐξανθρωπίζειν. Alanus de Insulis in Planctu naturæ, de sodomitis:

Humanos hominis exuit usus
Non humanus homo. Degener ergo
Bruti degeneres induit artus,
Et sic exhominans exhominandus.

EXHONORARE, *Vituperare*, in Glossis Arabico-Lat. Est etiam *honorem*, id est, feudum adimere. Rathbertus: *Quid putas Imperator? numquid vindicare te putas, hunc virum exhonorando, & qualibet terrarum parte exulare jubendo?*

EXHOSPITARE. Sugerius in Ludovico VI. pag. 321. *Cùm autem antequam cum filio exissemus, cum venerabili Ecclesiæ Priore Hervæo sepulturam ejus ante altare S. Trinitatis, ex opposito tumuli Caroli Imperatoris, mediante altari providissemus, occupato loco Carlomanni Francorum Regis, quia nec fas, nec consuetudo permittit Reges exhospitari, quod proposueramus, fieri non potuit.* Id est, Regum corpora de tumulis suis extrahi, & aliò transferri. Vide *Dehospitare.*

EXIDONEARE. Vide *Idoneus.*

EXIGENDA, vox fori Anglici: ità autem dicitur conditio ejus qui quinquies in Comitatu aperto exactus, aut vocatus ad comparendum, non venit, ideoque exlex propter contumaciam proclamari potest. Ita Cowellus. Adde Rastallum verbo *Exigent*, & Brittonum pag. 5. 14.

EXIGENTIA, Tributum, exactio. Rogerus Hovedenus p. 592. *Concessit quòd---quieta sint de telonio & omnibus aliis consuetudinibus & exigentiis.*

Exigentia, Debitum quod exigitur Bromptonus p. 1183. *Nisi Tancredus Rex Siciliæ---pacem celeriùs cum ipso fecerit de omnibus exigentiis, quas ab eo exigebat.*

EXILIARE, In exilium agere, Gall. *Exiler.* Lex Aleman. tit. 35. §. 1. *Exiliet eum de provincia.* Lex Bajw. tit. 1. cap. 11. §. 4. tit. 2. cap. 10. §. 1. *Hoc in potestate Regis vel patris sui ibit, ut exiliet eum, si vult.* Annales Franc. S. Nazarii an. 786. *Ibidem comprehensi sunt; & exinde exiliati.* Ann. 787. *Fraudulentissimos eorum in Franciam exiliavit.* Leo Ost. lib. 1. c. 32. *Siconolfi filio de Salerno exiliato.* Lib. 2. c. 9. *Joannes PP. de Roma exiliatus venit Capuam.* Eckehardus Junior de Casib. S. Galli c. 16. *In curtes longiùs sitas pane sordidiore aquaque alendos exiliaverat.* Dositheus lib. 3. *A quo exiliatus est.* Adde Miracula S. Bavonis lib. 1. cap. 14. lib. 2. c. 11. Capitul. 2. an. 813. c. 13. Vitam Ludovici Pii ann. 818. Vitam S. Wolphelmi Abbat. num. 33. &c.

EXILIUM, Dissipatio, destructio. *Exiliare*, destruere, dissipare. Statutum Marlebridgense sub Henrico III. Rege Angl. cap. 25. *Firmarii tempora firmarum suarum vastum, venditionem, vel exilium non facient de domibus, boscis, vel hominibus, nec de aliquibus ad tenementa quæ ad firmam habent, spectant, &c.* Fleta lib. 1. c. 11. *Vastum & destructio ferè æquipollent, & convertibiliter se habent in domibus, boscis & gardinis, sed exilium dici poterit, cùm servi manumittantur, & à tenementis suis injuriosè ejiciuntur.* Adde l. 4. c. 9. §. 9. & Bracton. lib. 4. tract. 5. c. 18. §. 1. Villharduinus n. 220. *Ne remest nulleriens a essilier fors la citè de Versoi.* Chronicon. Flandrense cap. 75. *Puis alla vers Peronne ardant ou essilant tout le pais.* Adde c. 89. *Le Roman de Vacces MS.*

Ne soffrez vos homes essilier ne porprendre.

Le Roman de Garin MS.

Le resne avons essilié & gasté,
Et meint monstier contre terre geté.

Hinc etiam Picardi verbum *Essiller* usurpant pro, *bona dissipare. Essileurs de biens*, apud Philippum *de Beaumanoir* c. 58.

EXIMEQUI, *Proxenetæ*, in Gloss. Isid.

EXIMENTUM, idem quod *Exitus*, fructus, & proventus prædii. Charta Raymundi Comitis Barcinon. an. 10. regni Leovici Regis junioris: *Et habeas tertiam partem de omnibus eximentis ejusdem civitatis ac villæ, omniumque terrarum sibi pertinentium.* Alia Ildefonsi Regis Aragon. æræ 1211. *Omnia eximenta & expleta quæ exient de prædicto honore.*

EXIMERE, Interimere, occidere. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 12. §. 1. *Si quis frater fratrem suum in peccatis exemerit, &c.*

EXIMIETAS, *Sublimitas*, in Gloss. Isid. & apud Papiam. Gloss. Gr. Lat. ἐξοχὴ, ἡ ὑπεροχὴ, *Excellentia, eximietas, eminentia.* Titulus honorarius, & compellatorius, qui occurrit non semel apud S. Augustin. Epist. 82. 129. 133. 135. 158. Ratpertum in Epitaphio Walæ Abb. Corbeiens. p. 513. &c.

EXINTEGRO, Plenè, integrè, in l. 28. Cod. Th. de Suscept.

EXINTERARE, Intestina eruere. Pardulus Episc. Laudunensis in Epist. ad Hincmarum Remensem: *Quæ* (volatilia) *oportet primùm exinterare, & diligenti cura sale humores exsiccare.*

EXIRE de aliquo crimine, eo absolvi: *Exire de latrocinio*, in Lege Salica tit 49.

EXISTIMARE. Chartam commutationis anni 935. ita subscribunt apud Ughellum in Episcopis Bergomensib. p. 613. *Petrus qui existimavi ut supra me subscripsi. Aroaldus qui existimavi ut supra me subscripsi, &c.*

EXITURA, Jus exituræ, *Droit de sortie.* Ἐξιτήριον, apud Phavorin. in Lexico. Charta Rogerii Ducis Apuliæ pro Monasterio Cavensi an. 1092. *Prædictum vero Monasterium mercimonia sua absque omni dattione, salutione, seu exitura, libere vendat, &c.* Occurrit præterea in Statuto Honorii IV. PP. pro regni Neapolit. incolis an. 1285. Vide *Fundicus.*

Exituræ, Impetigines, Matthæo Silvatico.

EXITUS, Græcis ἔξοδος, Expensæ rationum: unde ἐξοδιάσαι, in Vet. Testamento. Propriè autem dicuntur *Exitus*, reditus annui, vel alia terrarum commoda quæ exeunt & proveniunt ex re aliqua, ut fructus terræ, & exitus tenementi. *Issues*, apud Littletonem sect. 193. nostri *Revenus* dicunt. *Exuës*, in Testamento Roberti II. Ducis Burgundiæ ann. 1297. apud Duchesnium. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 43. *Et sciat Vicecomes, quòd redditus, blada in grangia, & omnia mobilia, præter equitaturam, indumenta, & utensilia domuum, continentur sub nomine exituum.* Vetus Charta in Monastico Angl. to. 2. *Donationem de tota terra — cum exitu duorum annorum, &c.* Vide Regiam Majestatem lib. 2. cap. 22. §. 2. cap. 46. §. 1. & Skenæum lib. de Verbor. significat. in *Exitus terræ.* Occurrit passim.

Exitum facere, pro *exuere*, Devestiri, quasi *exire ex re aliqua*, rem dimittere. Tabularium Prioratus Persiaci in Burgundia apud Perardum: *Istas -- reswarpiverunt, & se exitum fecerunt pro amore Domini.* Charta Mathildis Comitissæ apud Franciscum Mariam in illius Vita: *Et mihi Mathilda Marchionissa foras exinde werpivit, & exitum fecit.* Regestum Petri Diac. Casin. num. 244. *Nos foras guerpivimus, & exinde ab omnibus exitum foras fecimus, & ipsa supradicta Ecclesia S. Felici investivimus, & investiri dimisimus.* Vetus Charta in Chr. Laurisham. an. 776. *Sed per festucam ante nos se dixit exitum.* Occurrit præterea invett. formul. 69. 155. 155. 156. apud Lindenbrogium.

Exitus, Filii, liberi, qui de aliquo *exeunt.* Statutum Westmonasteriense 2. an. 13. Edw. I. Regis Angl. cap. 1. *In omnibus enim prædictis casibus, post prolem suscitatam & exeuntem ab ipsis quibus tenementum sic conditionaliter fuit datum, huc usque habuerunt hujusmodi feoffati potestatem alienandi tenementum sic datum, & exhæredandi exitum eorum contra voluntatem donatorum, &c.* Infrà: *Licèt exitus, si quis fuerit, obiisset.* Habetur ibi non semel. Monasticum. Anglic. to. 2. pag. 607. *Qui genuit Robertum de Alfreton Baronem — qui per Agnetem uxorem ejus habuit exitum, Thomam filium & hæredem, &c.* i. ex quo natus est, &c. Galli dicunt, *duquel est issu.* Occurrit eadem phrasis p. 869.

Exitus placiti. Jo. Fortescutus de Laude Legum Angliæ cap. 20. *Materia facti, quam legis Angliæ periti Exitum placiti appellant — veritas per leges civiles testium depositione probari debet, in qua duo testes idonei sufficiunt: sed per Leges Angliæ veritas illa non nisi 12. hominum de vicineto, ubi factum hujusmodi supponitur, sacramento, judici constare poterit.* Adde cap. 26.

EXIUS, Exitus. Tabularium Bellilocense n. 130. *Cum terris & pratis & cum ipsis broliis, cum exiis, & regressibus.* Occurit ibi pluries. Ita in formula 28. ex Baluzianis. Aliæ Chartæ ejusdem Tabularii habent vulgò *Exitibus.* Vide *Exitus.*

EXLEGALITAS, *Exlegare.* Vide *Exlex.*

EXLEX, Alterius legis, seu religionis, qui extra legem est. Gloss. Lat. MS. Reg. *Exlex, extra legem.* Fulcherius Carnot. l. 1. Hist. Hieros. c. 11. de Christianis: *Cùm civitatem ingressi fuissent, confestim cum feminis exlegibus concubuerunt plures ex eis.*

Exlex, Qui beneficio legis privatur, adeo ut lege agere non valeat. Leges Edwardi Confess. c. 19. *Pueri verò qui ante malefactum fuerint nati vel generati, non erunt exleges pro malefacto post generationes eorum peracto.* Adde cap. 37. Continuator Florentii Wigorn. an. 1127. *Clericus ab ordine deponatur, laicus vero exlex & excommunicatus habeatur.* Ordericus Vital. l. 10. p. 327. *Absit à me ut credam quòd bonus Miles violet fidem suam; quod si fecerit, omni tempore velut exlex despicabilis erit.* Charta anni 1240. in Tabulario Campan. Biblioth. Regiæ fol. 365. *Si quis dixerit aliquem exlegem, vel aliquid quod sit æquivalens tali convitio, 5. sol. reddet Dominis, & Majori 6. den.* Bracton. lib. 3. tr. 2. c. 11. §. 1. *Si infra tempus illud non venerit, pro exlege tenebitur, cum Principi non obediat, & extunc utlagabitur, sicut ille qui est extra legem, sicut Langhelesmam.* Adde lib. 5. tr. 5. c. 31. §. 7. Apud nostros dicebatur ille *Perdre respons en Court*, cui juri stare haud licebat, aut cujus testimonium in jure nullum erat. Occurrit sæpe hæc formula apud Petrum de Fontanis.

Exlex, Factum contra legem, injuria, maleficium, delictum.

delictum. Charta anni 1236. in Tabulario Ecclesiæ Ambian. Ch. 271. *Ego Petrus Major de Fontanis — notum facio quod cum propter multiplices injurias, exleges, & damna quæ irrogaveram Capitulo Ambiani. &c.*

Exlegare, Exlegem facere, beneficio legis exuere. Matth. Westmonast. an. 1020. *Rex Anglorum Cunto — apud Orencestriam Concilio congregato Æthelwardum Ducem ibi exlegavit.* Vide eund. an. 1021. Occurrit passim apud Scriptores Anglic. Ingulfum p. 899. Rogerum Hoved. ann. 1065. 1070. Simeonem Dunelm. de Gestis Angl. an. 1017. 1052. 1055. 1063. 1065. 1074. &c.

Exlegalitas. Calumniari de exlegalitate, in Legibus Edw. Confess. c. 38. dicitur is qui postulatur, vel accusatur tanquam *exlex.*

EXMELLARE, *Scalpellum vel lanceola quibus inciditur cutis.* Ita Glossæ MSS. ad illud Alexandri Iatrosophistæ lib. 1. Passion. *Scarificantes venas cum acuto exmellari.*

EXMERARE *argentum*, in Capitulis Caroli C. tit. 31. §. 13. est *merum*, seu purum reddere vel purgare. Id nempe requirebatur in denariis, ut puro essent argento, & non mixto, & *pensam*, seu legitimum pondus haberent. Synodus Francoford c. 5. *De denariis, si mero sunt argento, & pleniter pensantes. Le Roman de Parise la Duchesse MS.*

Sil voit le roge or, & l'argent esmeré.

Vide *Merus.*

EXNAMMIARE. Vide *Namium.*

EXMINUTUARE, *Pauperem facere*, in Gloss. Isid. Ugutio habet *Eximmutuare, Depauperare, pauperem facere.* Forte, *Exsumptuare.* Vide in hac voce.

EXOCCUPARE, Occupationibus liberare. Ugutio: *Exoccupare, expedire.* Joannes Sarisber. lib. 1. Polic. c. 4. *Si majoribus*, (Magistratibus) *quod quidem rarum est, eos exoccupari contigerit.* Lambertus in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 12. *Laborabat exoccupari ulterius curis vitæ hujus.* Hinc *Exoccupatus*, ab occupationibus liber, otiosus: qua voce utuntur passim Scriptores, idem Sarisber. lib. 1. Policr. cap. 8. Philippus Lyttetens. Episc. in Vita S. Willibaldi cap. 35. Vita S. Henrici Imp. cap. 29. Gerardus Abb. Silvæ major. in Vita S. Adelardi c. 4. 5. Regula S. Bened. cap. [illegible] Petrus Venerab. lib. 1. Epist. 24. Hugo Flavin. [illegible] in Chron. p. 243. Liber usuum Cistercienfium c. 57. &c.

Exoccupare, De possessione dejicere, occupantem & possessorem expellere. Vetus Charta sub Henrico I. Rege, ex Tabulario Dervensis Monasterii: *Et adhuc promisit — quandam se daturum Ecclesiam, si eam posset aliquo modo exoccupare suis Militibus.* Quibus scilicet inbeneficiata erat. Radulphus de Diceto an. 1106. *Militibus patris concurrentibus ad exoccupandum pontem, milites filii à ponte repelluntur.* Chronicon Andrense p. 379. *Militibus concurrentibus ad exoccupandum pontem*, qui nempe occupatus fuerat ab hostibus.

EXOCIONITÆ, in Historia Ecclesiastica Anastasii Bibliothecarii, Ariani dicti, quòd Constantinopoli in loco *Exocionto* dicto conventus suos agerent, uti pluribus probamus in Constantinopoli Christiana.

EXOCULARE, Oculos evellere, excæcare, in Chron. [illegible] in Philippo Imp. in Statutis Venetor. lib. [illegible] c. 79. &c. Plautus in Rudente:

Vos [illegible] ego innuero vobis; si non ei caput exoculassitis,
Quasi murteis juncis, item ego vos virgis circumvinciam.

Will. Brito lib. 5. Philipp.

Exoculat ter quinos, &c.

Charta an. 1266. *Dictus Vicarius debet & tenetur, per se vel per alium, suspendere, & exoculare, amputare membra, fustigare condemnatos cum suis expensis. — debet cogere homines incavalcatis, & dictos homines cadellare* (aliàs *capdelare*) *per se vel per alium idoneum in expensis jamdicti Domini*, (de Salve) — *debet recipere castrum de dicta vicaria pro jam dicto Domino, quando sibi redduntur a vassallis, & vexillum in jamdictis castris dicti Domini ponere. Et quando dictus Dominus habet guerram, debet dicere & præcipere vassallis dictorum castrorum ex parte dicti domini, quod dicta castra muniant, & fideliter custodiant secundum morem terræ.* Occurrit etiam apud Joannem de Parisiis de Potestate Regia & Papali cap. 22. & apud alios.

EXODIUM, *Exodiarius.* Jo. de Janua: *Exodium, initium cantilenæ. Hinc Exodiarius, præcentor, qui cantum incipit ante alios.* Notæ Tyronis p. 173. *Exodium. Exodiarius.* Vetus Inscriptio Romæ 637. 1. *Sum victus ipse fateor a ter Consule Vero patrono, nec semel, sed sæpius, cujus libenter dicor Exodiarius.*

Græcis recentioribus ἐξόδιον, *exequias* sonat, ut observat Meursius, ex Gloss. Gr. Lat. ἐξόδιον, *Exequiæ.* Ἐξοδιαστικῶν, ritus exequiarum, in Euchólog. Ἐξόδια ῥήματα, ultimæ morientium preces, in Vita S. Hesychii Thaumaturgi num. 4. Ἐξοδιακὸς κράββατος τοῦ νεκροῦ in Synodo VI. Act. 15.

EXOMIUM, Ἐξωμὶς, Substricta ac brevis tunica, circa humerum desinens. Fabius lib. 5. cap. 10. *Non possum togam prætextam sperare, cum exomium pullum videam.* Ita emendat vir doctus pro *exordium.*

EXOMOLEGESIS, Peccatorum confessio apud S. Cyprianum Epist. 11. 13. &c. & lib. de Lapsis, Tertullianum, S. Pacianum Epist. 3. &c. Vide Pamelium ad eosdem Auctores, & Isid. lib. 6. c. ult.

Exomologesis, Litania publica. Concilium Moguntinum an. 813. can. 31. *Inter litanias & exomologeses hoc differt, quòd exomologeses pro sola peccatorum confessione agantur: litaniæ verò indicantur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo misericordiam ejus. Sed nunc utrumque vocabulum sub una designatione habetur.* Atque hac ultima notione usurpatur in Concilio Tolet. XVII. cap. 6.

EXONIA. Vide *Sunnis.*

EXOPINARI. Fragm. Petronii pag. 50. *Viderint qui de hoc alibi exopinissent: ego si mentior, Genios vestros iratos habeam.*

EXORABULA, Exorandi modi, apud Apuleium Florid. lib. 4.

EXORBARE, Excæcare. Leo III. PP. Epist. 4. *Uxorem verò Leonis Imperatoris exorbavit, & filium ejus parvulum interemit.* Et infrà: *Neque uxorem Leonis Imp. exorbaverunt.*

EXORBITARE, Ab eo quod rectum est, recedere. Utuntur Sidon. lib. 5. Epist. 16. lib. 8. Ep. 11. Jul. Firmicus de Errore profan. relig. Tertull. in Exhortat. ad castit. S. Augustinus lib. 9. de Civit. & alii sine numero.

EXORCIZARE, apud Scriptores Ecclesiasticos, est per divina adjurando vim inimicam expellere. Ulpianus in lege 1. D. de Var. & extraord. cognit. *Si incantavit, vel imprecatus est, vel, ut vulgari verbo impostorum* (Christianorum) *utar, si exorcizavit, non sunt ista medicinæ genera.* Duplex autem est in hominem dæmonum potestas, interior & exterior, quando videlicet animam vitiis & peccatis captam & obnoxiam tenent, vel sensus exteriores interioresque perturbant, & furorem quendam inferunt: ergo qui malis illis curandis, sive Catechumenorum, sive Energumenorum in Ecclesia præsunt, *Exorcistæ* vocantur, preces ipsæ *Exorcismi.* Vide S. Augustinum lib. de Vita beata sub finem, disput. 2. diei, & Isidor. lib. 8. Orig. cap. 12.

De divina verò Exorcistarum in dæmones potestate, qua eos de obsessorum corporibus exire compellunt, multa habent Tertullianus lib. ad Scapul. & in Apol. Cyprianus tract. ad Demetrian. & lib. 1. Epist. 6. & lib. 2. Epist. 2. Lactantius lib. 2. cap. 21. Justinus Martyr, Arnobius, Octavius Felix, &c.

Exorcismus, Isidoro lib. 2. de Eccl. off. cap. 20. *est sermo increpationis contra immundum spiritum in Energumenis sive Cathecumenis factus, per quem ab illis diaboli nequissima virtus & inveterata malitia, vel excursio violenta fugetur.* S. Leo M. Epist. ad Episcopos Siciliæ c. 6. *In baptizandis electis, qui secundum Apostolicam regulam, & exorcismis scrutandi, & jejuniis sanctificandi, & frequentibus sunt prædicationibus imbuendi &c.* Ferrandus Diacon. Carthagin. *Celebrato solenniter scrutinio, per exorcismum contra diabolum vindicatur, cui se renuntiare constanter respondit, &c.* Vide *Abrenuntiare*, & *Scrutinium*.

Exorcismus usupatur etiam in rebus inanimatis, quæ scilicet benedicuntur cum adjuratione, qua ab iis repelluntur dæmones: ita *Exorcismum florum, olei, chrismalis olei, olei Catechumenorum, &c.* babet ordo Romanus: & *Aqua exorcizata* quibusdam dicitur, quæ vulgò *benedicta*, uti suprà docuimus. Optatus lib. 2. *Exorcizatis & lavatis sine causa parietes, ut hoc nequitiæ genere subrueretis simplicissimorum hominum mentes.* Infrà: *Quid iniquius quàm exorcizare Spiritum sanctum, altaria frangere, Eucharistiam animalibus projicere?* Althelmus de Laude virgin. cap. 21.

Sic exorcizans lychnos benedixit aquosos.

Exorcismata, Incantationes, in Constitut. Siculis lib. 3. tit. 42. §. 3.

Exorcista. Gloss. Lat. MS. *Exorcista, adjurans.* *Exorcistæ* tertium Ordinis Ecclesiastici gradum constituunt, qui *cùm ordinantur, accipiunt de manu Episcopi libellum in quo scripti sunt exorcismi, accipientes potestatem manus imponendi super energumenos, sive baptizatos, sive Catechumenos,* ut est in Concilio Carthag. IV. can. 7. Ita etiam Ordo Romanus, Sacramentarium Gregorii, Missale Francorum vetus pag. 399. Isidorus l. 2. de Eccl. offic. c. 13. Alcuinus lib. de Divin. offic. Amalarius lib. 2. de Eccl. off. c. 9. Rabanus l. 1. de Instit. Cleric. cap. 10. Ivo Carnot. serm. de Excellentia sacror. Ordinum, Honorius Augustod. cap. 177. Stephan. Eduensis Episc. lib. de Sacrament. cap. 3. Gillebertus Lunicensis Episc. de Usu Ecclesiastico, &c. Ad vocis originem, & Exorcistarum munus alludit Firmilianus in Epist. ad sanctum Cyprianum: *Quod hodie etiam geritur, ut Exorcistas voce humana & potestate divina flagelletur, & uratur, & torqueatur diabolus.* Ut & Paulinus Epist. 24. sub finem: *Exorcista dæmoniis terribilis.* Et Nat. 4. Felicis p. 545.

--- Primus Lector servivit in annis,
Inde gradum cepit, cui munus voce fideli
Adjurare Malos, & sacris pellere verbis.

Infimum Exorcistarum gradum statuere videtur Fortunatus lib. 10. Poëm. 25.

De tirone duces veniunt, de milite princeps,
Ut reliquos taceam, Justinianus erat
Hoc & in Ecclesia Christo tribuente refertur,
De Exorcista aliquo Pontificalis honor.

Vide Synodum Atrebatensem an. 1127. p. 32. Vitam S. Arnulfi cap. 5. in Bibl. Floriac. Anastasium Bibl. in S. Caio, & S. Silvestro pag. 10. 13. Capit. Car. M. lib. 7. c. 28. &c. Exorcistarum mentio occurrit apud veteres Scriptores Christianos passim, Cyprianum Epist. 2. 76. Tertullianum lib. ad Scapulam, Minutium in Octavio, Augustinum lib. 2. de Gratia Dei & peccato orig. cap. 40. & lib. 2. de Nuptiis & concupisc. cap. 29. in Epistola Cornelii PP. ad Fabium Pontificem Antioch. apud Euseb. lib. 6. Hist. Eccl. cap. 31. apud S. Ignatium in Epist. ad Antioch. in Concilio Arelat. I. Laodiceno can. 24. Carthagin. IV. can. 7. 9. apud S. Hilarium lib. de Synodis, S. Epiphanium in Expositione fidei catholicæ, Severum Sulpitium de Vita S. Martini c. 3. Exorcistarum meminere etiam Scriptores aliquot pagani, Ulpianus loco laudato, Lucianus Epist. 30. & Julius Firmicus lib. 3. Matheseos cap. 5. & 9. Extat liber Italicus Hieronymi Menghi Observantini, *dell, Arte essorcistica, edit.* Bononiæ an. 1584.

EXORCIDIARE, pro *Exorcisare*, in antiquissimis Cypriani Codicibus Concilii Carthag. legi monet Rigaltius ad Commodianum. Quæ quidem vox etiam legitur in Archelai Mesopotamiæ Episcopi disputat. adversus Manichæum edita ab Henrico Valesio post Socratis Histor. *Præcepit autem electis suis --- ut cum desiverint manducantes, orarent & mitterent super caput oleum exorcidiatum, &c.* Missale Gallicanum vet. pag. 472. *Opus ad baptizandam. Præfatio antequam exorcidietur.* Et pag. 477. *Exorcidio te, fons aquæ perennis, &c.*

EXORDIARIUS, *Qui incipit, vel exordium facit.* Ugutio. Vide *Exodium*.

EXORDINARE, Turbare, extra ordinem ponere. Gerardus Abbas Silvæ Majoris in S. Adelardo c. 9. *Cumque remeasset, ordinabat si quid ex suis exordinatum fuisset.* Vide *Ordo*.

EXORIUS, *Immanis, Insipiens.* Papias Leg. *Exormis*,

EXORMIS, *Immanis*, in Gloss. Isid.

EXORNARE, Nudare ornatu. Anastasius Bibl. in S. Hadriano PP. p. 104. *Ecclesias B. Petri & Pauli exornare fecit ejus Sanctitas, & cuncta eorum cymilia & ornatus in hanc civitatem introduxit.*

EXORQUIA. Usatici Barcinonenses MSS. c. 62. *Statuerunt siquidem prædicti Principes, ut exorquiæ nobilium videlicet & Magnatum, tam Militum, quam Burgensium, omni tempore in Principum potestate deveniant, videlicet omnia illorum allodia: quod quidem Principi placuit legis habere vigorem. De mobilibus verò illorum faciant ipsi exorchi quodcumque voluerint tam parentibus quam Ecclesiis, sive pro illorum animabus ea attribuant.* Cap. 98. *De rebus & facultatibus de pagensibus sterilibus exorchis illis ab hoc sæculo decessis, eorum seniores habeant partem illam, quam deberent habere insimul filii, si ibi remansissent, ab exorchis procreati.*

EXOSSATUS *ager, sine ossibus, i. lapidibus.* Papias.

EXOTICUS, *Odibilis*, in Gloss. Arabico Lat.

EXPALLUM, *Exspaltum*, Charta Gaufredi Ducis Aquitaniæ an. 1076. apud Beslium p. 475. *Cuncta etiam quæ egomet ad præsens dono, scilicet quantum ex meis silvis necesse fuerit, tam Ecclesiæ, quàm officinis, excepto exspalto, vel ea quæ alii fideles de casamentis ad me pertinentibus dedere, &c.* Alia Willelmi Ducis Aquitanorum ex Tabulario S. Cypriani Pictavensis: *Dono & concedo ---- omnes consuetudines meas quæ erant in obedientia nomine Exoletiis, videlicet præposituram & bannum, & ucham, & expallum, & biannum & friscingam, & pullos, & anseres, & annonam &c.*

EXPALMAMENTUM, vox Italica, *Spalmamento*, ex *Spalmare*, ungere navem. Relatio legationis Ambassiatorum Ducis Andegav. ad Judicem Sardiniæ an. 1378. *Intrarunt portum Marsiliæ cum dicta galea, ubi per totum diem residuum fuerunt pro apunctando & apunctamento faciendo cum dicto Joanne Casse de naulo & expalmamento faciendis.*

EXPALMARE, Palmâ manus cædere, percutere, depellere. Gloss. Gr. Lat. Ῥαπίζειν, *Expalmare, Alapare.* Gloss. Isid. *Expalmare, Depellere.* S. Augustinus in Psalmum 103. Conc. 3. de Christo: *Ille contem-*

contemptus, ille expalmatus, ille conspuitus, &c. Petrus Blesensis serm. 18. de Christo: Vide eum in horto ligatum, in atrio Pontificis expalmatum, sputu illitum. Et serm. 3. colaphis explamatum, pro quo & Serm. 24. ait, palmatum colaphis Acta Proconsularia SS. Didymi & Theodoræ n. 4. *Judex dixit, Expalmate eum arctiùs, &c.* Vide Oct. Ferrarium in *Spalmate*.

EXPALMITARE, In palmitem excrescere. Pactus Legis Salicæ tit. 37. §. 3. *Si quis per alienam messem jam expalmitantem sine via transierit.* Ubi Editiones aliæ: *Si quis per alienam messem, postquam in culmum erigitur, &c.*

EXPANDIOSUS. Vita S. Samsonis Episcop. Dolensis l. 1. c. 20. in Actis SS. Ord. S. Bened. *Grave valde apud se reputans illud Monasterium, quippe quod iam tumultuosum & expandiosum per patriam erat.* Id est, cujus fama longè expandebatur.

EXPANSALE. Jo. de Janua: *Aculeus, est etiam expansale in quo expanditur pannus, vel cutis ad faciendum pergamenum.*

EXPARES. Epistola Incerti ad Pipinum Regem, to. 2. Hist. Francor. pag. 664. *Quoniam verò omnia quæ dicta sunt, ille servulus vester viva voce vobis potest narrare, fuerunt quidam expares, quos & amicos habere putabam, pectore venenoso currentes, antequam venissem, meam conati sunt accusare miseriam.* Anii quos vulgò *Exprés* dicimus, qui ad rem certam peragendam mittuntur?

EXPARTA, *Partu vacua, exparata, vacuata.* Papias. Ita etiam Isid. Gloss.

EXPATRIARE, A patria recedere. Libertates concessæ ab Henrico D. Solliaci incolis villæ *des Ays* an. 1301. *Non poterit jus reclamare, nisi fuerit expatriatus, vel nondum venerit ad ætatem. Expatriez, ou voyagers*, in Consuetudine Namurcensi art. 11. 33. Camerac. tit. 5. art. 9. *Expaïsé*, in Valentianensi art. 22. Vide *Dispatriare*, & *Forispatriare*.

EXPECTABILIS, *Expectatus*, Eximius, illustris. Prudentis contra Symmachum lib. 2.

Imputat attonita virgo expectabilis urbi.

Vita MS. S. Magnobodi Episc. Andegav. cap. 40. *Secundùm humanæ propaginis genealogiam expectabiles.* Vita S. Winoci cap. 1. *Genere quidam expectabiles, & vitâ probabiles.* Occurrit præterea in Vita B. Mariani Abb. Ratisp. cap. 2. & in Chronico Monasterii Cavensis apud Ughellum tom. 7. pag. 512. Sic *Expectatum*, pro *spectatum* dixisse Symmachum lib. 2. Epist. 79. observat Juretus. Adde Epist. 20. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. Gloss. Gr. Lat. Προσδόκιμος, *optimatas, expectatus.*

EXPECTANTIA, pro *expectatio*, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 33.

EXSPECTARE, pro *spectare*, occurrit non semel apud Innocentium Gromaticum pag. 236.

EXPECTORARE, *Exsolvere*, firmaculum à pectore removere. Ugutio & Jo. de Janua.

EXPEDIMENTUM, Impedimentum, sarcinæ, *Bagage*. Epistola S. Thomæ Cantuar. Archiep. apud Baron. ann. 1167. *Dixit se non habere (literas) præ manibus, quia miserat eas cum expedimento suo usque Wintoniam.*

EXPEDIOSE, Expeditè, promptè, compendiosè. Vita S. Aicadri Abb. Gemeticensis cap. 11. apud Mabillonium: *Qui missi fuerant, de viatico expeditiose tractabant.*

EXPEDIRE, Dominum, seu dominium alicujus, dimittere, homagio domini renuntiare. Vitalis Episc. Oscensis, pag 732. *Per autem Forum habes, quomodo potest Infanczo se expedire à Domino Rege, dimittendo beneficia Regi, & comandam debet recipere & custodire fideliter, sicut dominus naturalis: qua expeditione facta, potest cum alio, vel aliis, guerram Regi facere, salvo quòd non potest ignem in terram Regis apponere: & si ad campale bellum cum aliquibus venerit contra Regem, debet transire in adjutorium Regis cum equo & armis, ut in dicto Foro, &c.* Infrà: *Expeditus, de ussancia, non remanet in Regno, nec in Senioria Regis, & quacumque parte anni se expediat, amittit beneficium Regis pro toto illo anno & sequentibus.* Vide Foros Regni Aragon. lib. 7. tit. *de Expeditione Infantionum*, Observantias Regni Aragon. lib. 6. tit. de Conditione Infantionum §. 8. tit. de Privileg. Militum §. 16. & Michaelem *del Molino* in Repertorio f. 232.

Expedire, Mittere, legare: dicimus, *Expedier un message*. Primum Testamentum Widradi Abbatis Flavin. apud. Mabillonium: *Quod verò Deus avertat, ne ibidem sanctus ordo tepescat, potestas maneat Monachis ibidem habitantibus, ad unum de sanctis Monasteriis expedire, & per eorum salubre consilium eorum regulam emendare.*

EXPEDITARE *canem*, vox *Forestariis* familiaris: canum pedes quodammodo mutilare. Legibus enim forestarum cautum erat, ut accolarum, atque adeo ipsorum Forestariorum canes *expeditarentur*, ne cervos aut lepores regios venarentur, & ut ad feras insequendas minùs essent pernices. Fiebat autem *expeditatio canum* duobus modis, scilicet abscissione trium ortellorum, seu unguium pedis anterioris, putà juxta ipsam cutem, vel excisione montis pedis, quem *Pellotam* vocant. Tenentur qui in forestis degunt, molossos & majores omnes canes sic habere expeditatos sub pœna 3. solid. 4. den. Regi pendendorum: renovandaque est expeditatio quolibet triennio, juxta Legem Joannis Regis Angl. p. 180. & Edw. I. de Forestis, quæ extat apud Matth. Paris ann. 1215. & Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 843. Refert Manwodus cap. 16. §. 12. *expeditateonem* illam inventam fuisse ab Henrico II. Rege Angl. vocabuloque initium dedisse in Assisia de Woodstock art. 6. Sed modum hunc de cohibendis canibus longè esse antiquiorem constat ex Legibus Canuti Regis de Foresta cap. 31. & 32 ubi eam *expeditationem genuiscissionem* appellat, Anglicè verò *hoxing*. Illius præterea mentio est in Legibus Henrici I cap. 17. ubi *misera canum expeditatio* dicitur. Sed & de eodem Henrico sic Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 823. *Omnem ferarum venationem totius Angliæ sibi peculiarem vendicavit. Pedes etiam canum qui in vicinio silvarum morabantur, ex parte præcidi fecit, & vix paucis nobilioribus ac familiaribus privilegium in propriis saltibus venandi permisit.* Meminit denique expeditationis canum idem Matth. Paris an. 1225. p. 224. & Charta Henrici III. Regis Angl. to. 2. Monast. Angl. pag. 661. *Sint in perpetuum quieti de sectis Swanemotorum, & omnium aliorum placitorum forestæ, & de expeditamentis canum, & de omnibus summonitionibus, placitis, querelis, — ad forestarios & viridarios pertinentibus.* Expeditatis canibus opponuntur qui integros pedes habent. Idem Monasticum Anglic. to. 2. pag 165. *Habebunt etiam iidem Canonici ad prædictas vaccarias quatuor canes cum integris pedibus, duos ad unam, & duos ad alteram, solutos noctibus, & ligatos diebus: qui si inventi fuerunt soluti à prima hora diei usque ad vesperam, custodes eorum erunt in forefacto domini, & canes in misericordia ejus.* Charta Hugonis Episcopi Dunelmensis in eodem Monastico to. 3. pag. 92. *Et pasturam ad omnia averia sua habebunt undique in eadem: & pedes canum eorum non sint ibi, neque ad wacheriam de Werdale truncati: seu pastores ducant eos ligatos pro feris, ad averia sua servanda pro lupis. Crura enervare* dixit eodem ferè sensu auctor Queroli:

Utinam tibi crura ipsa encervasset, ne unquam inde movisses pedem.

Impediare, eadem notione. Vetus Inquesta apud Will. Dugdalem in Antiquit. Warvicensis provinciæ p. 665. *Et dicunt quod audierunt antecessores dicere, quod tempore quo manerium de Sutton prædictum fuit in manibus Regum Angliæ, tota chacea fuit afforestata, & omnes canes infra forestam solebant esse impediati, & amputati sinistro ortello. Et post quam devenerunt in manum Comitis Warwici, — licentiam habere & tenere canes opertias (sic) ex omni genere canum, & non impediati.*

Expeditatæ arbores, apud Fletam lib. 2. c. 41. §. 31. *Inquiratur de quercubus & aliis arboribus expeditatis in foresta, — vel si aliquo ingenio alio dictas quercus cadere fecerint.* Nostris *Arbres abattus par le pied.*

EXPEDITIO. Gloss. Lat. Gr. *Expeditio*, ἔξοδος ἐκδημητικὴ στρατιωτῶν. Sed sequioribus sæculis hæc vox usurpatur pro obligatione eundi in exercitum domini. Charta an. 1124. apud Hemereum in Augusta Viroman. pag. 96. *Si extra provinciam exercitum duxerit, homines villæ juxta antiquam consuetudinem expeditionem ei tantum faciant.* Chronicon Montis-Sereni an. 1171. *Ut Imperatori Saxoniam advenienti 20. talenta de ipsa Ecclesia redderentur, insuper etiam regalis expeditio ei administraretur.* Historia Episcop. Bremens. an. 1142. *Concessit etiam omnes colonos Ecclesiæ ab omni censu, expeditione, villæ vel urbis munimine, & petitione precaria, liberos & immunes. Expeditio hostilis*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. §. 17. Charta Caroli Crassi. Imp. pro Ecclesia S. Salvatoris Francofordiensi: *Et ab illo Abbate, cui prædicta capella commissa fuerit, nulla unquam hostilis expeditio exigatur, nec ullus ei inde quicquid auferre præsumat.* Tabular. Campaniæ Bibl. Reg. fol. 363. *Homines villæ ibant in expeditionem & exercitum.* Tabular. Eccl. Parisiensis: *Condonamus illis, ne ulterius in hostes nostros vel expeditiones ire non compellantur. Expeditio exercitalis*, in 3. Capitul. Ludovici Pii c. 7. Charta Ludovici VIII. an. 1223. apud Hemereum in Aug. Viromand. *Cum nos ex spirituali dominio expeditionem & servitium pro expeditione ad submonitionem nostram haberemus super villam, & super omnes homines & hospites villæ Humolariensis, &c.* Vide Burchardum de Casib. S. Galli cap. 12. & infrà in verbis *Hostis, Cavalcata, Equitatus.*

EXPEDITIONALES *servi*, quibus in *expeditionibus* uti solebant domini, in Lege Burgund. tit. 10. §. 1. *Si quis servum natione barbarum occiderit, lectum, ministerialem, sive expeditionalem, 55. sol. inferat.*

EXPEDITOR, apud Sambucum in Gloss. ad Leges Hungaricas, est *qui liberat ab onere*. Unde.

Expeditoriæ literæ, Quietantiales, in Jure Hungarico.

EXPEDITORIÆ *res*, Arma bellica, quibus quis in expeditionibus bellicis utitur. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 19. *Suevus tam res expeditorias, hoc est, arma bellica, seu Hergewerth, quam hæreditarias, non solùm in septimo tollit gradu, &c.* art. 22. 24. lib. 3. art. 15. §. 3.

EXPEGATORIUM, Retis species, qua capiuntur perdices, coturnices, phasiani, &c. Describitur à Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 25.

EXPELLEUTA, apud Julianum Antecess. Constit. 124. §. 6. qui in Novella Justiniani 128. §. 6. ἐξπελλεύτης dicitur: *Impulsor*, qui scilicet canonem publicum Canonicariis solvere ultro renuentes compellebat. Vide *Compulsor.*

EXPENDIUM, pro *Dispendium*. Charta an. 1152. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis: *In quo respectu guerræ cum magno comitatu demorantes, de propriis facultatibus vehemens passi sunt expendium.*

EXPENSARE, pro *Expendere*, usurpavit Scævola, in l. 41. D. de Fideicom. libert. Aliàs *Expensare* pro *Compensare*, dixit Macrobius lib. 1. Saturn. c. 13.

Expensaticus, Liberalis, qui largas expensas facit. Lambertus Ardensis pag. 167. *Munificus, liberalis, & expensaticus.*

EXPERGIFICUS, ἐξεγερτικὸς, apud Apuleium lib. 2. Florid.

EXPERIMENTARE, pro *Experiri*. Utuntur non semel Octavius Horatianus lib. 4. Rerum medicarum pag. 89. 90. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. & alii.

Experimentatus, Expertus, *Experimenté*, in Regula S. Fructuosi c. 20.

EXPIARE, ex Gallico *Espier*, Speculari. Tudebodus lib. 2. Hist. Hieros. *Totamque terram in expiando miserunt*, i. Gallicè, *en espiant & cherchant de tous costez.* Vide *Spia.*

EXPLACITARE. Vide *Placitum.*

EXPLANTARE, Eradicare, Gall. *Déplanter.* Utitur Petrus Blesensis Epist. 129.

EXPLETUM, *Expletium*, Reditus, proventus terræ, prædii. *Esplecto*, Occitanis: Gallis practicis, *Explets, Exploits*: Anglis *Espleés*. Chronicon Vosiense part. 1. c. 66. *Hoc anno Burgenses de Subterranea ad invicem juraverunt, ut nullum omnino Monachis darent expletum, quod vocatur Tailltada.* Bracton. lib. 2. c. 18. §. 2. *Item nec expletia capere possit, quia nondum venit tempus messium nec vindemiarum. Si autem fructus non maturos perceperit, ista non debent dici Expletia, cùm sint potiùs ad damnum quàm ad commodum.* Charta Rotroci Comitis Perticensis an. 1126. apud Soucetum in Notis ad Vitam Bernardi Abb. Tiron. *Volumus & largimur ex nunc ipsos usus, actum, expletum, & possessionem nullas ferre saisinas, vel præscriptionem, &c.* Alia Raimundi Vicecom. Turenæ an. 1276. apud Justellum: *Cum omnibus redditibus, talliis, quæstis, servitiis, & expletis: & aliis obventionibus, &c.* Fleta lib. 5. c. 8. §. 9. *Poterit quis habere liberum tenementum sine usu & expletiis.* Fori Oscæ Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. f. 4. *Et qui tenet ipsum (haver) in pignore, debet accipere in compotum, si quod explectum acceperit de ipsa hæreditate.* Infrà: *Et antequam accipiat expleytos, traxerit illam de pignore ille de quo est hæreditas, &c.* Tabular. Eccl. Cadurcensis: *Espleita minuta per capten & per terras quas tenet Hugo, habet intra ejus espleitam propter utilitatem quam consequuntur de terra, &c.* Occurrit passim. Cowellus vocem ab *expleo* deducit, quod vix crediderim. Fortè quòd ex *placito*, seu pacto cum *firmariis*, domino cedit ex proventibus agri.

Expletum, sumitur etiam pro dominio & prædio, quorum fructus percipit dominus. Charta Arnaldi Comitis Inculismensis an. 1199. *Pro eo quod prædicti homines, & eorum animalia in terris meis, pascuis, & expletis deambulabant.* Et Infra: *Et volo & concedo ut liberi & securi, & eorum animalia per terras & pascua mea & expleta eant & redeant absque ullo servitio.* Galli dicerent, *dans mes revenus.*

Explegium, eadem notione in Charta A. Comitis Inculisin. ex Tabular. S. Eparchii fol. 13. 14. *Cum — multis modis gravaremus in collectis, in mestreis, in avena, gallinis, caseis, & multis aliis exactionibus & servitiis occasione explegii, quod habebam in quibusdam terris, extrinsecus positis, &c. Explée* dicitur fol. 27. v.

Expletivus, idem quod *Expletum*. Regestum Comitum Tolosæ in Camera Comput. Paris. in Charta an. 1247. *Et vendidit ei dictus R. Joannes totam illam condaminam terræ, quæ vocatur del Bacudel — terras cultas & incultas, boscos & barcas, prata & pascua, taillivos & expletivos, venationes & forestagia, &c.* Alia an. 1236. ibid. fol. 51. *Prata & pascua, nemora*

nemora & barras, & alberetas, & ramerios, & devesios, & a..mpta, & expletivos, & forestagios, &c.

Expletare, Expleta seu reditus terræ vel prædii percipere: Exploiter, in Consuetud. municipalibus passim. F..um seu Statutum Philippi Pulcri Regis Franciæ de Nobilibus an. 1302. art. 5. *Ordinamus quod ..., b..na, maneria, & jura dictarum regaliarum manuteneantur, custodiantur, & explectentur absque detrimento ac devastatione, ac si nostra essent.* Adde Continuatorem Nangii an. 1327.

Expletator, qui *expleta* seu reditus percipit. Tabular. Nantoliense. *In Pictonis an. 1479. homines mansionarii & expletatores dicti territorii.*

Expletamentum, idem quod *Expletum*, in Charta Philippi Regis Fr. an. 1317. apud Argentreum in Hist. Armoric. lib. 5. c. 34.

EXP..ICABILITER, adverb. apud Diomedem lib. 1. A.. Grammat.

EXPLICIT, Finitur, absolvitur, cui opponitur *Incipit*. Voces frequentes in MSS. verbi gratiâ, *Explicit Plinii historiarum mundi liber primus, Incipit secundus.* Constat *explicit* vocabulum minimè Latinum esse, quamvis à Latino sermone ortum: sed *explicitum* Martialis l. 14. Epigr. 1. *explicitum tractatum* Ulpianus dicunt, finitum significans, seu absolutum. Annotant Editores Prisciani Grammaticæ, hæc verba in fine libri 8. in MSS. Cod. inveniri: *Artis Prisciani viri disertissimi Grammatici Cæsariensis Doctoris urbis Romæ C'Politanæ præceptoris mei liber octavus de verbo explicitus feliciter.* In libro veteri Psalmorum, apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti to. 1. pag. 92. *Explicitus est liber iste a Notario Sebastiano Diacono, notum perfectionis ejus 4. Kal. Februarii æra 987. &c.* Orosius lib. 7. cap. ult. *Explicui, adjuvante Christo, secundùm tuum præceptum -- ab initio mundi usque in præsentem diem, &c.* Sulpitius Sever. lib. 1. Hist. *Salomon captum templi opus vigesimo anno explicuit.* Lib. 2. *Nihil territus, cœpta explicuit.*

Explicit. Papias MS. *Explicit, cujus prima & secunda pe.. na non habetur in usu, quia neutrum est, nec ad ho..nes pertinet, sed ad libros refertur.* Jo. de Janua: *Explicit, ab explico, as, derivatur Explicit & Explicuit, verbum defectivum, i. terminatur & finitur, vel finiuntur & terminantur, nec invenitur de eo p us.* Hieronymus ad Marcellam: *Scire debemus apud Hebræos in fine librorum unum è tribus solere subnecti: ut aut Amen scribant, aut Sela, aut Salom, quod exprimit pacem, unde & Salomon pacificus dicitur: ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere, Explicit, aut Feliciter, aut aliquid ejus modi.* Testamentum Corocottæ Porcelli, cuj..s meminit idem Hieronymus, ita clauditur: *Explicit testamentum Porcelli sub die Kl. Lucerninas Clibanato & Piperato Consulibus feliciter.* Matthæus Vindocinensis Carmen suum in Tobiam sic claudit:

Explicit, explicitum Thobiam qui legit, instet
Thobiam merita religione sequi.

Vide Scaligeriana pag. 15.

EXPOENITENTES. Vide *Pœnitentes*.

EXPOSITE, ἐκθετικῶς, ἀνακεπτυγμένως, Explicatè, apud Gellium lib. 3. c. 2.

EXPOGNA. Charta libertatum Montis Regalis ann. 1287. apud Guichenonum in Hist. Bress. *Burgenses Montis Regalis debent coquere quartallum bladi pro 5. denariis Viennensibus sine expognas, & sine aliqua alia re vel mercede.* Vide *Pugneia*.

EXSPOLIUM. Vide *Spolium*.

EXTREUS, *Abortivus, qui de exercitio ejicitur extra.* Papias. Legendum fortè *exficio*, vel *excicio*, pro exercitio, ut sit nostrum *Fetis*, de qua voce diximus ad Stabilimenta S. Ludov.

EXPOLIUM, Spoliatio. Papias: *Expolia, hostium præda dicta à palliis, quasi expallia, victis cum detrahuntur. Expoliare, nudare, mundare, mactare.* Vita S. Leodegarii Episc. cap. 2. *Quorundam animi ob hujus causam expolii dolore tacti.* Et cap. 16. *Cernens autem vir ille jam post expolium mortem sibi imminere.* Paulò antè *spolium* eadem notione habet: *Cuidam optimati eo usque intulit spolium ------ aufferret omne ejus prædium.* Utuntur præterea Marculphus lib. 2. form. 1. Concil. Bracar. II. c. 7. &c. Hinc *expoliare hominem*, in Lege Salica tit. 15. & 17. Vide Isid. lib. 18. c. 2 extremo.

Expolia, a, Præda, sic dicta ab expoliando. Jo. de Janua.

EXPOMONOGERON. Tradit Ambrosius Morales lib. 16. cap. 36. Ordonium Monachum librum scripsisse, cui titulum fecit *Expomonogeron*. Quid hæc vox sonet, non planè percipio, licèt Græca videatur.

EXPOMPARE, *Vituperare, detestari.* Jo. de Janua.

EXPONERE, pro *Deponere*, non semel occurrit. Non. Marcellus lib. 4. *Exponere, deponere. Nomen virginitatis exponere*, apud Arnobium: *exponere Episcopos*, in Fragmentis S. Hilarii, pro *deponere*. *Togæ expositio* apud Tertull. de Pallio. *Exponere veterem hominem*, apud eundem lib. de Resurrect. carnis. *Expositionem peccatorum de lavacro repromittit*, lib. de Præscript. hæret. Virgil. lib. 11.

---Socios de puppibus altis
Pontibus exponunt.

Vide to. 5. Spicilegii Acheriani p. 534.

Exponere hominem ad occidendum, Aliquem adsciscere, ut alium occidat, in Lege Frision. tit. 2. §. 1. 2. 3. 9. *Elocare*, in Lege Salica tit. 31. §. 1. 3.

EXPONTANEUS, pro *Spontaneus*, in Capitulari 3. an. 789. in Append. c. 2. *Propria expontanea voluntate, &c.* nisi legendum sit, *& spontanea*.

EXPOSITIONES *censuales*, apud Julianum Antecess. cap. 73. dicuntur *exemplaria publici census* in veteribus Scholiis ejusdem Juliani, ἐκθέσεις, apud Julianum.

EXPOSITUM, Expositio, commentarius. Testamentum Riculfi Episc. Helenensis an. 915. *Librum Rabanum unum, Expositum in Evangelium & Epistolas, Eptaticum unum, Expositum super librum Genesis unum, &c.*

EXPRESSARE, Exprimere. Thomas Walsinghamus p. 231. *Post expressata negotia sua.*

EXPRIMARIO, qui *Primarii* munus obiit. Novella Valentiniani de Episcop. judicio tit. 12. *Non corporatus urbis Romæ, vel cujuslibet urbis alterius, non curialis, non exprimario, non aurarius --- ad Clericale munus accedat.*

EXPROMISSUM. Capitula ad Legem Alamannor. c. 38. Edit. Baluzianæ: *Si quis ingenuum aut ingenuam, expromissum cujus fuit in terra, miserit, 40. solidis sit culpabilis.*

EXPROMPTARE, Expromere, apud Fulgentium Placiadem de Virgiliana continentia, semel ac iterum.

EXPUDORATUS, Absque pudore. Gloss. Isid. *Expudoratus, impudicus.* Fragmentum Petronii pag. 16. *Caput præterea durum, frontem expudoratam, cornu acutum --- habet.*

EXQUAMIARE. Vide *Cambiare*.

EXCARITUS. Vide *Scarire*.

EXSCATURIZARE. Will. Brito. in Vocab. MS. in v. *Assare*: *Nota quod pulli priùs exscaturizantur in aqua calida, ut faciliùs deplumentur: deplumati ustulantur; ut subtiles plumæ, quæ manibus extrahi non possunt, comburantur.*

EXSCUTUM, Scutum, ex Gallico *Escu*. Vide *Vicarii servi*.

EXSO-

EXSOMNIARE. Gloss. Gr. Lat. ἐξυπνίζομαι. *exsomnio, expergisco, expergefacto.*

EXSOLUTE, Absolutè, indubitanter. Anonymus Gromaticus: *Ipse finem exsolutè facit.* Idem: *Sine dubio exsolutè finem facit*

EXSUFFLATIO vel *Insufflatio,* in Baptismi ritibus usurpata, occurrit passim apud Scriptores Ecclesiasticos, qua inter renuntiandum ter repetita, significat Baptismi candidatus se se dæmonem, cui fœdam hactenus servierat servitutem, execrari penitus & abominari. Apud Dionys. c. 2. Hierarch. Catechumenus jubetur à Pontifice conversus ad Occidentem Sathanam ter ἐμφυσῆσαι, *insufflare.* Cui ceremoniæ proximè accedunt Moscovitæ, apud quos, ut est apud Gagninum & Herbersteinium, susceptores ac fidejussores, baptizandi nomine, ter interrogati, num diabolo renuncient, toties respondentes in terram expuunt. Sed & in Baptismo Sacerdos ter in faciem illius qui ad Baptismum comparatur, sufflat, signum exprimens crucis capitis motu, orisque, ut est in Sacramentorum libro Gregorii, iis adjectis vocibus, *Exi ab eo sathan, &c.* De qua quidem exsufflatione agunt Cyrillus Catech. 2. Optatus lib. 4. Augustinus lib. 6. Contra Julian. c. 2. lib. 2. de Nuptiis & concupisc. c. 17. 18. lib. 5. Hypognost. & alii Patres passim, ut mirum sit Calvinum lib. 4. Instit. c. 19. ejusmodi ritum irridere ausum, tanquam rem, ut loquitur, inanem atque fictitiam; quæ ab omni memoria totius Ecclesiæ consensu fuit comprobata, ut è Justino etiam Martyre constat dialog. cum Tryphone, Tertulliano lib. de Corona, lib. de Spectac. Cypriano, aliisque innumeris. S. Augustinus Epist. 105. *Quòd exorcizantur & exsufflantur infantes.* Idem l. 2. Contra Pelagium & Celestin. cap. 40. *In remissionem peccatorum non fallaci; sed fideli mysterio baptizantur, etiam priùs exorcizatur & exsufflatur potestas contraria; cui etiam verbis eorum à quibus portatur, se se renuntiare respondent.* Sulpitius Severus dial. 3. *Videt post tergum Avitiani dæmonem miræ magnitudinis assidentem, quem eminus (ut verbo, quia ita necesse est, parum, Latino loquamur,) exsufflans, Avitianus se exsufflari existimans, Quid me, inquit, Sancte, sic afficis?* Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 18. *Dedit autem ei Dominus & gratiam curationis; ita ut insufflatis energumenis protinus dæmonia ejiceret à corporibus obsessis.* Vide Rabanum lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 27. &c. Hinc,

Exsufflare, Contemnere, despuere, rejicere: Græcis, ἐμπτύειν & ἐμφυσᾶν, metaphorâ ductâ ab exsufflationibus dæmonum. Vide vitam S. Eudociæ Mart. num. 33. Tertullianus de Idololat. *Quo ore Christianus fumantes aras despuet & exsufflabit.* S. Augustinus Epist. 162. *Blasphematur caritas Christi, exsufflatur baptisma Christi.* Ibidem: *Exsufflata Sacramenta.* Vide eundem Epist 50. 168. 170. 172. Tractat. 2. in Epist. S. Joann. lib. 3. Contra Epist. Parmeniani cap. 4. lib 1. Contra Donatist. de Bapt. cap. 1. lib. de Unitate Eccl. cap. 18. lib. 2. Contra Crescon. cap. 4. 5. Dugalus contra Claudium Taurinensem: *Quia Christus exsufflatur.* Idem: *Adversus dissipatores Ecclesiæ, adversus exsufflatores Christi, adversus blasphematores Sanctorum ejus. Exsufflare idola,* apud Notkerum in Martyrol. 12. Januar. Vita S. Fulgentii: *Christum Regem Regum miserabiliter exsufflaverat. Insufflare,* eadem notione, in Actis S. Ananiæ & S. Petri Martyr. cap. 1. n. 7. *Et signo Crucis muniens labia oris sui, insufflavit simulacra, & statim elisa sunt.* Prudentius lib. Perist. *Ingressus ille, ut hos paratus* (sacrificii) *perspicit, insufflat, ipsos ceu videret dæmonas.*

Sufflare, eadem etiam notione apud S. Augustin. Epist. 56. ad Dioscorum: *Nomen Anaxagoræ, quod propter literarum vetustatem omnes, ut militariter loquar, literatores libenter sufflant.* Dungalus: *Unus homo blasphemare, reprehendere, conculcare, projicere, ac sufflare præsumit.* Vide Concilium Trosleianum ann. 909. c. 1. Matthæum Westmonast. an. 1085. & 1252. Arnoldum Abb. Bonæ-Spei de Operib. sex dier. pag. 98. & Henric. Valesium ad Eusebii Histor. Eccles. l. 7. cap. 10.

EXSUFFLANTISSIMUS, vox ejusdem originis. Formula 56. ex Andegav. de dissolutione matrimonii. *Domino* non dulcissimo; sed amarissimo & exsufflantissimo jocali meo illa, &c.

EXSUMPTUARE, Papiæ, *Pauperem facere,* Sumptibus exhaurire: *Pauperare,* ut est in Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. Gloss. Isid. *Exsumptuavit, pauperavit.* Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. c. 120. *Domesticos sanè exsumptuabat, locupletabat alienigenas.*

EXSURDARE, Surdum facere. Lex Aleman. tit. 60. §. 1. *Si quis alterius aurem absciderit, & non exsurdaverit, &c.* Gloss. Lat. Gr. Ἐκκωφῶ *exsurdo.*

EXSUS, Exitus. Primum Testamentum Widradi Abbatis Flavin. *Totum illum clausum, quem nos jussimus plantare ad integrum, cum exso & regresso, una cum manso, &c.* Infrà: *Cum exso & regresso in integrum. Cum exitu & regressu,* in Testamento Guillelmi Ducis pro Cluniaco. Sed legendum *exito.* Vide in hac voce.

EXTALES, Exta. Gloss. Ælfrici: *Extales,* Snædel, *vel* Bæc-Þearm. i. Exta, Longanum. Papias: *Extales & ani idem sunt, i. via alvi purgandi.* Jo. de Janua: *Extales, viæ alvi purgandi: unde in 1. Reg. cap. 5. v. 9. Computrescebant prominentes extales eorum, &c.* Marcellus Empiric. c. 31. *Extalem prominentem vino lavari priùs; deinde cedro ungi, & pollice propelli introrsum oportet.* Gariopontus lib. 3. Passionarii cap. 21. *Tenasmon est passio intestinorum, quod Longaonem vel Extalem dicimus, &c.* Alcuinus Poem. 5.

*Nec non extales * multa pœna pudenda*
Curavit citiùs, Domino tribuente medelam.

Petrus Blesensis Epist. 102. *Mures--qui extales, id est, interiora corrodunt.* in Gloss. Lat. Gr. *Extalis,* ἀρχός.

EXTALIATUS. Charta Guillelmi Comitis Marsici an. 1179. apud Ughellum to. 7. Ital. sacræ p. 704. *Cujus Ecclesiæ subsidio villanos quindecim in eadem terra nostra Marsici erogavimus; octo videlicet extaliatos, quorum nomina hæc sunt, &c.* Infrà: *Quos volumus semper habere liberam potestatem emendi hæreditagia ab hominibus nostris Marsici, excepto ab angarariis & extaliatis; &c.* Alia ann. 1296. ibidem pag. 714. *Cujus Ecclesiæ subsidio villanos 15. in eadem terra nostra Marsici erogavimus, 8. videlicet extaliatos, quorum nomina hæc sunt--- angarerios verò 7. quorum nomina hæc sunt, &c.* Ubi *Angariarii* videntur fuisse operis seu *Corveis, Extaliati* verò *talliis* obnoxii: nisi vox orta sit ab

EXTALIUM. Constitutiones Siculæ lib. 1. tit. 61. *Locorum bajuli, qui à magistris, Camerariis, & à Curia nostra, quamquam in credentiam, vel in extalium bajulationem recipiuntur, &c.* Et tit. 68. *Bajulationes omnes ubique per Regnum Kalendis Septembris inchoari præcipimus, sive in extalium, sive ad credentiam collocentur.* Charta an. 1281. apud Ughelium to. 7. Ital. Sacr. pag. 381. *Cujusdam horti --- quem nunc tenet in extalium Philippus Mustaczolus.* Ammiratus lib. 1. de Famil. Neapolit. pag. 56. ait: *dare ad extalium,* idem sonare, quod *dar in sommo,* etsi vocis originem ignorare se fateatur.

EXTELARIUS *cervus, domesticus, mansuefactus,* quem venatores præmittunt in silvam, quo cervi alii & hinnuli nihil metuentes periculi, illius facti socii, faciliùs in eorum casses aut tela incidant, cervo domestico collare, aut aliud quodlibet signum habente, ne venator erret in mittendo telo. Unde *Extelarius* dicitur, quod extra teli periculum habendus sit.

Ita Wendelinus. In Gloss. Lat. Gr. *Extelare*, [est] ἐλευθερῶσαι. Lex Salica tit. 36. §. 3. Edit. Heroldi: *Si quis cervum domesticum signum habentem furaverit, qui ad venationem faciendam mansuetus factus est, & telarium (l. extelarium) potuerit adprobare, quod extelarius fuisset, &c.* De cervis domesticis agunt Justinianus de Rerum divisione, & Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 13. 14.

EXTEMA, *Extemare*, *Estemare*. Eximinius Petrus de Salanova Justitia Aragonum apud Hieron. Blancam p. 748. *Bene recolit Dominatio vestra, qualiter illi, qui fecerunt in regno Valentiæ extemam, in Regno Aragonum secundum forum Aragoniæ fuerunt castigati, quia justitia corporalis, seu extema, ad vos spectant, & non debent fieri nisi per justitias vestras, vel illos, qui merum imperium habent in locis suis.* Fori Aragonenses l. 1. p. 14. v. Edit. 1624. *Absque cognitione judiciaria & debita secundum Forum non occidemus, nec exiliabimus, &c.* Lib. 3. p. 31. *Quicunque Infancio — fecerit justitiam aut extemam de aliquo homine Regis, &c.* Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oscæ an. 1247. fol. 8. *Pro quo* (crimine) *posset homo justitiari, vel estemari, vel infamari perpetuo, &c.* Adde Observantias Regni Aragon. pag. 25. 35. &c. Vide *Estema*.

EXTENDARIUM *vexillum*. Vide *Standardum*.

EXTENDERE, Æstimare, appretiare: vox fori Anglici, quæ occurrit passim apud Bractonum, Fletam, & Anglicos Practicos: Britton. p. 138. v. *Par mesmes les Jourours soient les terres estenduës à la very valuë.*

Extenta, Æstimatio, ex Anglico *Extend.* Æstimo. Monasticum Anglic. to. 1. p. 548. *Hæc est extenta terrarum — de terris & tenementis Prioris de Derhuste, — quantum valeant instaurare, & quantum deinstaurare, &c.* To. 2. p. 321. *Et quia onera prædicta & reprisæ eorumdem tenementorum — in multo excedunt valorem eorundem per æstimationem & extentam per probos & legales viros — factam, &c.* Vide Fletam lib. 2. c. 71. §. 2. & Skenæum lib. de Verbor. significat. v. *Extent.*

Extensor, Æstimator publicus, cujus munus est res hæreditarias inter comparticipes æstimare & partiri. Bracton. l. 2. c. 34. §. 1. *Officium Extensorum est, in rebus hæreditariis extendendis & appretiandis, quòd in primis videant, quid & quantum sit in dominico in quolibet manerio, scilicet quot acræ terræ arabilis, vel quot virgatæ, & quantum valeat acra vel virgata per annum. — & in summa omnia, quæ sunt de corpore manerii, & de quibus commodum posset evenire.* Adde Fletam lib. 5. c. 9. §. 5. 8. 9. 12.

EXTENSIO, *Regio*, in Gloss. Isid.

EXTERGIFACIUM, *Mantile, quo facies extergitur.* Ugutioni.

EXTERGIMENTORIUM, *Tegilla, gausape, mantile*, Ugutioni.

EXTERMINARE *terminos*, Effodere, evellere, extra fines ponere, in Lege Longob. tit. 96.

EXTERMINATIO, Terminus, finis, limes. Charta Caroli C. an. 865. in Tabulario Abb. Belliloci in Lemovicibus n. 4. — *Farinariis, pascuis, exitibus, & regressibus, & omnibus legitimis exterminationibus.*

EXTERMINIUM, propriè, Extra terminos ejectio. Gloss. Lat. Gr. *Exterminium*, ἀφανισμός. Occurrit non semel apud veterem Bibliorum interpretem, Tertullianum adversus Judæos, Petrum Blesens. Ep. 86. & alios. Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei: *Spoliati reculis suis, & exterminati ab agellis suis, &c.*

EXTERNARE, *Extraneum facere*, in Gloss. Isid. Utitur Apulejus in Apolog. ubi Casaub. [illegible]

Externatus, Amens. Gloss. Lat. Gr. *Externatus*, ἐκτὸς φρενῶν.

Externari, *Retrò inclinari. Externata, id est, à se alienata, i. extra se nata.* Papias. Synodus Rom. sub Bonifacio II. Sess. 1. apud Holstenium in Collect. Rom. p. 27. *Miseremini homini humili & externato animo.*

EXTERRENUS. Gloss. Gr. Lat. MS. Ἀπόδημος. *Peregrinus, exterrimus, exterrenus.* Fortè *Externus*, vel *Exterraneus*. Vox *Exterrimus* abest in Edito. Festus: *Exterraneus, ex alia terra, &c.*

EXTERTIUM. Charta Hugonis Ducis Burgund. ann. 1077. tom. 6. Spicilegii Acheriani: *Præter hæc omnia ex meo jure unam condaminam, quæ sufficiat ad extertium unius carucæ, ipsam quoque carucam instauratam & integram similiter do.* Ubi Editor ad marginem, *f. exercitium.*

EXTESTICULARE, Castrare. Willelmus Malmesbur. lib. 4. p. 124. *Dum se se segniter expurgat, cæcatus & extesticulatus est.*

EXTESTINUS, *Alienæ gentis, extraneus*, Papiæ Gloss. Isidori: *Extestinum, extraneum.*

IN EXTINCTO. Chronicon Fredegarii c. 110. *Carlomannus devotionis causa in extincto succensus, Romam advenit.* Id est, *divino instinctu*, vel *in instanti.*

EXTIRPARE. Leges Edwardi Confess. c. 6. *Si latro vel raptor est, quod malè cepit, si ad manum est, reddat: & si illud penitus extirpaverit, — in integrum ei, cui damnum intulit, restituat.* Ubi *Extirpare*, est consumere, amittere. Vide *Stirpare.*

EXTOCARE. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 71. *Dedi etiam eis pratum — quod Rogerus de Tochebam de grava quadam extocaverat.* Aliò pertinet vox *Estocage* in Consuetudine *de Surene* art. 3. ubi ita dicitur census 4. denariorum, qui pro relevio feudi domino solvitur.

EXTOLIUM. Vide *Stolium.*

EXTOLNEARE, Teloneo, quod Angli *Toln* vocant, liberare, in Legibus Etheiredi Regis Angl. §. 23. apud Bromptonum.

EXTORPARI. Leges Edmundi Regis 4. apud Bromptonum: *De servis si qui furentur, senior ex eis capiatur, & occidatur, vel suspendatur, & aliorum singuli verberentur ter, & extorpentur, & truncetur minimus digitus in signum.* Fortè *extirpentur*. Vide Notas ad Cinnamum p. 458. & infrà *Strepare.*

EXTORQUERE, dicitur terminus, qui deflectit, nec rectâ lineâ procedit. Incertus Gromaticus. *Maritimus limes frequentiùs solet rectè statui, quod interpretatur: Non extorquet.* Idem: *Gammatus limes frequentiùs corrumpit, extorquet, & saltum dat, — jugum facit.* Siculus Flaccus: *Flexus, qui de limite detorquetur.*

Extorquere pedem, quòd vulgò dicimus, *Donner une entorse au pied.* Chronicon Moriniacense lib. 2. *Corruit, & sic pedem extorsit, quòd in omni vita sua rectà ambulare non potuit.*

EXTORRES, apud Cyprianum Epist. 19. 20. dicuntur, qui ne Christum negare cogerentur, dimissis omnibus, se subtrahebant, qui etiam inter Confessores adnumerabantur. Nam etsi coram judice libera voce minùs confiterentur, tamen facti potiùs, quàm verborum ista confessio videbatur: dum, ut Christi fidem salvam custodirent, neve religionis dispendium paterentur, bona sua fisco possidenda dimitterent, carosque suos dulcemque patriam relinquerent, in externas regiones migrantes.

EXTORTIONES, JC. Anglis, Rastallo & Cowello lib. 4. tit. 18. §. 51. sunt corruptelæ Subvicecomitum, aliorumque Officialium. Definitur autem *Extortio, illicita quævis pecuniarum emunctio, vel expilatio, qua colore officii sui quis utitur.* Aliàs *Extortiones* dicuntur quævis exactiones illicitæ, *Malatoltæ*, Rollandino in Chr. lib. 8. c. 5. Vide *Malatolta* in *Tolta.*

EXTRACLUSUS *ager*, Frontino est, *qui intra finitimam lineam & centurias interjacet, ideoque Extraclusus, quia ultra limites finitima linea cluditur.*

EXTRACTA, Excerpta, archetypi exemplar, vel notæ inde sumptæ, nostris *Extraits*, Anglis *Estreats*. Brittoni p. 35. *Estrette*. Matth. Paris an. 1254. *Habeant extractas rotulorum*. Occurrit etiam in Fleta lib. 2. c. 32. §. 12. & apud W. Thorn. an. 1384.

EXTRACTUS, idem quod *Extracta*, in Statutis Roberti III. Scotor. Regis cap. 27.

EXTRAFAMILIATUS, Qui sui juris est, extra familiam positus, emancipatus, vel qui uxorem duxit. Statutum Philippi Aug. Regis Fr. de Decimis Saladinis, apud Rigordum an. 1188. *Si autem filius eorum, vel gener crucem habens, hæres legitimus, extrafamiliatus fuerit, vel & si Miles non fuerit, & crucem non habeat, pro eo respectum non habebit.* Ubi *extrafamiliatus filius* opponitur ei, qui *in manupastu* patris constitutus est, *& in familia positus* dicitur Papiano lib. Responsor. tit. 24.

EXTRAFILATUS, Papiæ, *Exerto humero, quasi extra manum præferens.* Hinc fortè vox nostris familiaris. *Extrafilé*, vel *Estrafilé*, de eo, qui cæsim vulneratus fuit.

EXTRAHURA. Vide *Estraheria*.

EXTRANEÆ *mulieres*, in l. 44. Cod. Th. de Episcop. & in Leg. Bajvvar. tit. 1. cap. 13. §. 1. 2. quæ Græcis συνείσακτοι, quarum consortia interdicuntur Clericis. Ita etiam appellantur à Ruffino, quæ aliis *Subintroductæ* dicuntur.

EXTRANEUM *facere*, idem quod *Exitum facere*, de quo suprà, Devestire, possessione exuere. Tradit. Fuldens. lib. 3. trad. 243. *Qui seipsum de subnotatis locis, si in eis aliquid proprietatis haberet, vel habere deberet, fecit extraneum adversus me, quatenus ego legitimam in eis haberem potestatem in meam eleemosynam tradendi, &c.* Vita S. Sifredi Episcopi Carpentoracensis, apud Vincent. Baralem p. 132. *Actibus sæculi se extraneum faciens, nunquam in foro, nunquam in vico, nisi animarum lucris videbatur.*

Extraneare, Alienare. Charta Sanctii Regis Navarræ æræ 1045. apud Sandovallium in Episcopis Pampilonensibus: *Quæcumque exalienata vel extraneata à perversis hominibus ab eadem Ecclesia fuerat.* Nostri etiam *Estranger*, pro *alienare* dixere. Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 33. *L'en doit savoir, que le Duc de Normandie à par raison de la Duché la garde de ceux, qui sont en nonage, jusques à tant qu'ils aient 21. an accompli, per cette raison, que quant il seront issus hors de garde, il peuvent enquerir des saisines, qui à eux appartiennent; & est tenu à leur rendre, se elles ont esté indeuëment estrangées.*

EXTRARIA. Modus tenendi hundredum p. 130. *Item dicunt, quòd unus bos niger vel unus equus, -- provenit de Extraria infra dominium ad festum Paschæ ultimò præteritum: & præceptum fuit Ballivo proclamari in foro & in Ecclesia, prout moris est, & modò ad istam eandem Curiam, præter quod dictus bos niger venditur de extraria infra istud dominium, & modo proprietas pertinet domino, quia remansit post annum & diem, & proclamatio debita modò fuit facta.* Vide *Estraieria*.

EXTRARIUS, Papiæ, *Extraneus, alienigena*. Claudianus Mamertus lib. 1. de Statu animæ cap. 7. *Sicut oculi sine formis corporum, atque extrario lumine contemplari nequeunt, &c.* Joannes Archithrenius lib. 1. cap. 17.

--- *Necdum comes improbus instat*
Proximus, urgenti cedens, extrarius errat.

Utuntur etiam IC

EXTRATICUS, pro *Straticus*, στρατηγὸς, *Strategus*, seu potiùs *Exstratigus*, ἐκστρατηγός, qui *Strategi* functus est magistratu. Anastasius Bibl. in Constantino PP. *Theodorus Patricius Extraticus*. Rursum in Gregorio III. *Ablata sunt à Sergio Patricio Extratico, ipsius insulæ Siciliæ.*

EXTRAVAGANTES, in Jure Canonico dicuntur Pontificum Romanorum Constitutiones, quæ *Extra* Corpus Canonicum Gratiani, sive *Extra* Decretorum libros vagantur. Ita Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 71. ubi de Joanne XXII. PP. *Hic multas fecit constitutiones utiles, quæ hodie cùm in corpore Juris non contineantur, Extravagantes dicuntur.* Ita etiam Anton. Augustin & Franc. Florens.

EXTREMITAS, Titulus animi submissionis, quo de se loquendo utebantur Prælati Ecclesiastici, Jonas Aurelian. Episc. in Epist. ad Pipinum Aquitaniæ Regem, & in Epist. ad Matfredum, Landericus Paris. Episc. in Privilegio pro Monasterio S. Dionysii, Agobardus Lugdun. de Judaicis Superstit. c. 1. &c.

EXTRICARE, Papiæ, *Exterminare, profligare*. Anastasius Biblioth. in S. Joanne PP. *Eodem tempore Justinus Imperator vir religiosus summo ardoris amore religionis Christianæ voluit hæreticos extricare.* Ita *Extricare* apud Columellam lib. 4. est locum aliquem purgare, mundare.

EXTRILIDUS, Exalbidus, apud Gellium lib. 19. cap. 1.

EXTRUNCASE, Truncis seu stipitibus purgare, *Essartare*. Charta Guarini Episc. Ambian. an. 1138. ex Tabulario Abbatiæ S. Fusciani pag. 8. *Godefridus & Gislebertus Ecclesiæ sæpe dictæ terram, quam extruncaverant, in Castellione dederunt: & furnellos suos in Altis Avesnis.* Glossæ Isid. *Extruncis, arbor truncata.*

EXUERE *se de re aliqua*, Rem relinquere. Concilium Duziacense I. cap. 15. *Nisi ab ipsis rebus, quas invaserat, se mox exueret, &c.*

Exuere se de latrocinio, in Pacto Legis Salicæ tit. 50. est purgare se in jure non esse reum furti: *Istud si fecerit, exuit se de latrocinio.* Quo loco aliæ Edit. habent *exivit*; sed perperàm. Lex 12. Cod. Th. de Accusat. *Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint.* *Exuere se de crimine*, apud Gregorium Turon. lib. 9. cap. 16. Cæsarius in Vita S. Cæsarii Arelat. *Ego me exuo, &c.* Chrysost. hom. 2. in Ep. ad Rom. Τοτε ἔγκλημα ἀποδυσάμενος τῆς ῥαθυμίας.

EXUGIA, in Gloss. Anglo-Sax. exponitur per ʒihɣunʒa.

EXULATITIUS. Glossæ Cyrilli: Φυγὰς *Fugitivus, exulatitius, fugitivosus.*

EXUMBRES, Ascii, seu ἄσκιοι, in Gloss. Isid.

EXUNGULARE. Vide *Ungulare*.

EXUPERARE, Superare, subjugare, Latinis *Exuperator omnium gentium*, in Nummo Constantis. *Exuperatorius mensis*, Novembris à Commodo dictus, apud Lampridium. Simeon Dunelm. an. 882. *Duas potenti virtute naves exuperavit.* Vox Latinis notissima.

Est enim *capere*, vel *prehendere*. Leges Edmundi Regis cap. 2. *Vult etiam, ut ibi fur pro certo cognoscetur, Thwelfindi — consocientur, & exuperent eum vivum vel mortuum, alterum quod poterunt.* Ita in Legibus Alfredi cap. 7. apud Bromptonum: *Exsuperetur, & Episcopi judicio reservetur.* Ubi Saxonicè habetur ʒepilde, quod idem est ac *prehendito*, vulgò *Capias*: unde Forensium apud Anglos Breve *Capias*: dictum à ʒepealdan, & ʒepildan, regnare, dominari, imperium tenere.

Exuperantissimus, pro ἐξοχώτατος, dixit Apuleius in Hermetis Asclepio.

EXURGEBAT, pro, poterat, apud Anastasium Biblioth. in Joanne V. PP. *Sed & cæptum frumenti simi-*

pmitter, vel alia diversa, qua Ecclesia Romana minime exurgebat persolvere.

EZCIPHAM, Sampirus Astoricensis in Chron. æra 971. *Rex quidem jam securus perrexit ad domum suam cum victoria magna in pace. Deinde post duos menses Excipham, id est, exercitus; ad ripam Turmis ire disposuit, & civitates desertas ibidem populavit.* Vox Arabica, ni fallor.

EZZISCZUN. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 11. §. 1. *Si illam sepem ruperit, vel dissipaverit, quam Ezziscum vocant, cum uno solido est restitutio.*

F.



LITTERA numeralis, 40. denotat: unde versus:

Sexta quater denos gerit F quæ distat ab alpha.

Eidem literæ si recta linea superaddatur, 40. millia significat.

F. *In superscriptione cantilenæ, ut cum fragore, seu frendore feriatur, efflagitat.* Ita Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ literæ significent in superscriptione cantilenæ?*

F. pro *Ph.* occurrit passim apud Scriptores inferioris ætatis; sed & in veteribus aliquot Inscriptionibus. Locos indicavit Josephus Scaliger indice 19.

FABANA. Fabæ decoctæ. Vita S. Carilelphi: *Tantam fabanam coxit, ut per totam hebdomadam satis haberet.* Perperam, inquit Meursius, in MS. *Fabianam.* φαβᾶτον, Græci recentiores dicunt, ut idem observat.

FABACENA, Præstatio ex Fabis. Vide in *Mestivarius.*

FABARIA, in Pacto Legis Salicæ tit. 27. §. 6. Campus fabis consitus.

Fabare, eadem notione, in Observantiis Regni Aragon. lib. 8. tit. de furtis: *Si dominus invenerit aliquem de die in sua vinea, horto, vel fabari, colligendo fructus, &c.*

FABARIUM, Pensitatio de fabis. Charta an. 1241. In M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 10. Ch. 21. *Ita quòd nihil amodo percipiet, nec in campiparte, nec in decima, nec in ædificiis, nec in lignis, nec in fabario, nec in straminibus, item nec in veciis, &c.*

FABARIUS, Cantor, qui cibis vescebatur, qui mollem vocem reddunt. Vet. Glossar. *Vocalis, Fabarius, Cantor.* Isidorus lib. 2. de Divin. Offic. cap. 12. *Antiqui pridie quàm cantandum erat, cibis abstinebant, psallentes tamen, leguminibus caussa vocis assiduè utebantur. Undè & Cantores apud Gentiles Fabarii dicti sunt.*

FABATARIA, Vasa amplissima, in quibus *fabatia*, de qua Apicius, vel puls fabata solebat apponi, apud Lampridium in Heliogabalo.

FABERRIME, pro *affabrè*, dixit Apuleius Florid. lib. 2.

FABRATERIA, *Ornatus fabrorum, vel domus, vel locus, ubi fabricæ sunt*, Ugutioni. Glossæ MSS. *Fabrateria, fabrica, qua sedent fabri, vel ornatus equorum.*

FABRICÆ, pro operibus publicis, in l. 13. Cod. Th. de Prætorib. l. 14. 30. de Oper. publ. &c. *Fabricatio publica*, opus publicum, l. 2. de Sepulcro viol. Vide l. 37. de Decurion. eod. Cod. Propriè verò *Fabricæ* dictæ, in quibus arma fabricabantur. Ammian. lib. 14. *Tribunos fabricarum insimulassent promittens arma.*

Fabrica, Gallis, *Forge*. Ordinatio Hospitii S. Ludovici Reg. Fr. an. 1261. *Cambellani habent — 12. pecias candelæ minutæ, & fabricam ad tres equos.* Occurrit ibi pluries. Id est, Cambellani habent, quidquid ferri necesse est pro tribus equis, ex fabrica Regia.

Accipi etiam videtur hæc vox pro quovis ædificio, in Lege Burgund. addit. 1. c. 1. §. 7. & in Lege Bajwar. tit. 8. c. 2. §. 1. in qua alii Codd. habent *basilica*, ut monet Steph. Baluzius, adeo ut *fabrica* & *basilica* idem fuerint.

FABRICATURÆ, Vasa aurea aut argentea, aurum omne, argentumve factum, aut in vasa conflatum, in Formulis antiquis apud Lindenbrog. 49. 67. 72. 75. 77. 78. 83. in Formula 18. ex Baluzianis, Form. 32. ex Andegavensibus &c. Gesta Regum Francorum cap. 13. *Aurum quoque multum & argentum, fabricaturasque speciosissimas tradens Legato, &c.* Primum Testamentum Widradi Abbatis Flaviniacensis: *Et quod superius memorari debueramus, tam aurum, quam argentum, vel reliquas fabricaturas seu ministeria Ecclesiæ. &c.*

FABRICENSES, Qui in sacris fabricis arma cudebant & fabricabant, de quibus est titulus in Cod. Th. & Justin. quorum Præpositi, *Primicerii Fabricæ* dicebantur. Erant Fabricæ & Fabricenses sub dispositione Magistri officiorum. Vide Cujac. Gothofred. &c.

FABRICIÆ *buccellæ*. Vide *Nebulæ*.

FABRICINIUM, idem quod *Fabricatura* Capitula Caroli C. tit. 31. c. 3. *Aurum vel argentum, vel quodcumque Fabricinium ex auro vel argento, &c.* Occurrit ibi iterum.

FABRI *grossarii*, ferrarii, vel ærarii, uti vocantur à Plinio lib. 34. c. 8. In Statutis antiquis Abbatiæ Corbeiensis lib. 1. cap. 1. *Fabri grossarii sex, artifices duo.*

FABRILES *uvæ*, Fumi vapore siccatæ. Cælius Aurel. l. 4. Chron. c. 3. *Item uva, & magis fumi vapore siccata, quam Fabrilem appellant.* Adde lib. 2. c. 7. 13. lib. 3. c. 2.

FABRILLA, & *Fabrissa*, *Uxor fabri*, Ugutioni & Joanni de Janua.

FABRIRE, Fabricare. Fortunatus lib. 2. Poëm. 8.

Quod nullus veniens Romana gente fabrivit,
Hoc vir barbarica prole peregit opus.

FABULA, Pactum, conventio, *Pourparler*. Glossarium vetus: *Fabula, id est, pactum conditionis.* Qua notione vocem hanc usurpat non semel Lex Longobard. lib. 1. tit. 9. §. 9. tit. 23. §. 2. tit. 30. §. 3. lib. 2. tit. 1. §. 1. Leges Rotharis Regis tit. 52. 65. tit. 105. §. 30. &c. apud Heroldum.

In Foris Hispanicis lib. 3. tit. 1. §. 6. lib. 5. tit. 2. §. 4. dicitur ille *morir sen fabla*, seu *mori sine fabula*, qui moritur intestatus, tabulis testamenti non confectis. *Mori sine lingua*, apud Tyrium. Vide *Confabulati*, & *Inordinatus*.

Fabula, pro rumore, apud Senecam lib. 3. de Benefic. c. 23. & aliis locis, S. Hieronymum Ep. 33. ad Ctesiphontem, Tertullianum Apologet. c. 21. &c. Fortunatus Carm. ad Justinum Imp. *Currit ad extremas fidei pia fabula gentes.* Epistola Sigeberti Regis ad Desiderium Episc. Cadurcensem to. 1. Hist. Franc. *Dum fabula currente à pluribus & fidelibus nostris cognovimus, &c.* Gregorius Turon. lib. 5. c. 49. *Fabulam fingit, quòd Guntrannus Rex capere vellet Turonicam civitatem.*

Fabula, Historia, narratio. Vita S. Eparchii Abbatis Inculism. c. 17. *Fabulas eremitarum eis sæpius exponebat.*

FABULARE, *Fabulari*, Confabulari. Gloss. Lat. Gr. *Fabulat*, μυθεύεται, λαλεῖ, κωμῳδεῖ. Italis *favellare*, loqui. Regula S. Cæsarii ad Virgines. *Dum psallitur, fabulare omnino, vel operari non licet.* Vetus Charta apud

apud Beslium p.388. *Nuncianſque Hugoni ut invicem fabularentur.* Alia Alfonſi Regis Caſtellæ, æræ 1129. apud Anton. *de Yepez* to.6. *In ſua vita, in quantum cum loquela ſua poterit fabulare.* Occurrit etiam in Synodo Rom. ſub. Eugenio II. PP. c.15. apud Joann. Saresber. Ep.190. in Vita S. Samſonis Epiſc. Dolenſ. lib.1. c.23.55. in Epiſtola ſcripta ſub nomine Jeſu Chriſti ſub Carolo M. &c. Atque hac notione vox iſta non ſemel uſurpatur à Plauto. *Fabulas conferre,* dixit Capitolinus in Pertinace: *Fabulæ privatæ, literatæ,* pro privatis ac doctis ſermonibus, Lampridius in Alagabalo, & in Alexandro Severo.

FABULO. Gloſſ. Iſid. *Fabulo, fabulas componens. Fabulones, fabularum inventores.* Utitur Macrobius lib 2. Saturn. c.1.

FACCES, *Lenticula aquatica*, in Gloſſ. MSS. ad Alexandrum Jatroſophiſtam. Vide *Falcata.*

FACELLA, diminut. à *facula*, uti hoc à *face*, vox Petrarchæ & Danti nota, *Faccellina*, Senenſibus. Occurrit in Actis S. Tharaci Martyris. Pachymeres lib. 6. c.31. φανέλλας ἐκ παπύρων ποιήσαντες.

Facella, apud Lampridium in Heliogabalo, quid ſit? vide apud Caſaubonum.

FACENDEIRA. Charta Aldefonſi Regis Caſtellæ æræ 1218. in Hiſtor. Segovienſi cap.18. §.2. *Abſolvo etiam omnes Clericos & Sacerdotes totius regni mei ab omni facendeira, & foſſadeira, & poſta, & qualibet alia pecta in perpetuum.* Vide *Fazenda.*

FACERE, Commorari. Exodi c.34. *Fecit ergo ibi cum Domino Moyſes 40. dies, & 40. noctes, &c.* Papinianus in l. Miles, ad leg. Jul. de Adulter. *Ne ſibi computarentur dies, quos in cuſtodia feciſſet.* Adde l.14. D. de Statu lib. In Monumentis Chriſtianis: *Fecit annos XX.* &c. pro *vixit*, paſſim habetur, apud Gruterum 447.3. 838.12. 842.7. 1051.1. 1176.9. In Actis Apoſtol. c.18. Ποιήσας χρόνον τινά. Et cap.20. ποιήσας τε μῆνας τρεῖς. Occurrit hæc loquendi formula non ſemel apud Scriptores, Senecam Epiſt. 67. Capitolinum in Maximo, Julianum Anteceſſ. Conſtit. 15. §.57. in Collat. Carthag. cap.142. apud S. Jacob. Epiſt.4. in Actis S. Theogenis Mart. n.12. S. Fructuoſi n.2. in Actis SS. Nicandri & Marciani apud Caracciolum ſub finem, apud Gaufridum lib.2. de Vita S. Bernardi c.3. Anaſtaſium Bibl. in S. Marcello PP. in Hiſt. Eccl. p. 77. 99. Domnizonem lib.2. c.18. Lupum Ferrar. Epiſt.4. &c. Vide Gloſſar. Pithœi ad Julianum Anteceſſ.

Ubi fecit menſis talis dies tot, &c. Loquendi formula frequens in Actis quinti & ſexti ſæculi, pro diei ac menſis charactere. Nicetius Epiſcopus Epiſt.2. to. 1. Concilior. Gall. p.323. *Per feſtivitatem S. Martini, quam undecima die facit November.* Vetus Epitaph. in Monaſt. S. Crucis Burdegalenſis: *Hic requieſcit bone recordationis humilis XPI. Monmolenus, qui vixit annus* CCC. (circiter) *ſeptuaginta, apud quem nullus fuit dolus malus, qui fuit ſene trajocundus, hoc eſt accepit tranſitum ſub die* VI. *Iidus Auguſtas, ubi fecit Auguſtos dies ſeptem, anno* V. *regnum Donni nōſt. Chlodovei res* †. Alia bina Epitaphia conjugum paris, inventa in Eccleſia S. Acheoli juxta Ambianum an. 1660. †. *Leudelinus hic requieſcit in pace, vixit annus* L. *defunctus eſt ubi ficit genar. dies* XV. †. *Valdolina hic requiiſcit in pace, vixit annus* XXX. *defuncta eſt, ubi ficit Julius dies* XXVIII. Tabular. S. Cyrici Nivern. ch. 28. *Theotbaldus ſcripſit & dictavit in menſe Octobris ubi fecit, dies 13. anno 1. regnante Ludovico Imperatore.* Hujuſmodi diem & menſem adſcribendi formulas ſimiles proferunt Placita vetera optimæ notæ, quæ Jo. Mabillonius eruit ex veteribus corticeis membranis Monaſterii S. Dionyſii, quas unà cum eodem viro doctiſſimo ac humaniſſimo videre contigit in Chartophylacio ejuſdem Monaſterii an. 1671. & to.4. Actorum SS. Ord. S. Benedicti inſeruit p.617.618.620. Ea autem ferè ſemper ita clauduntur: *Datum quod fecit menſis Auguſtus dies duodecim. Datum, quod fecit menſis Junius dies quinque, &c.* Vide vitam Aldrici Epiſcop. Cenoman. num.69. & Acta Epiſcopor. Cenomanenſium tom. 4. Analector. Mabillonii, ubi hæc formula paſſim occurrit.

Facere Miſſam. Vide *Miſſa.*

Facere, Gall. *Faire avec quelqu' un*, hoc eſt, Rem conficere, negotium peragere, paciſci. Gregorius M. lib.2. Ind. 2. Epiſt.32. *De Neapolitana verò urbe— vobis indicamus, quia aroges, ut cognovimus, cum Arnulpho ſe fecit, & reipublicæ contra fidem venit.* Anonymus Barenſis in Chr. an. 1073. *Et ſecundo die intrante Febr. fecit cum ipſo Duce.* An. 1089. *Mortuus eſt Urſo Archiep. & electus eſt Helias, & fecit Bari cum Boamonte.* Idem an. 1080. *Ipſe Dux fecit fine cum Bari, & menſe Aprili fecit Taranto cum illo & Trane.*

Facere aquam dicitur navis, quam aqua per rimas occupat: phraſis Gallica, *Faire de l'eau.* Vita S. Deivotæ Virg. apud Vincentium Barralem: *Ipſa autem navicula, quia fuerat deſtituta & ſicca in littore, faciebat multam aquam in ſentina ſua, &c.*

Facere literas, Dare, mittere, ſcribere ad aliquem. Lupus Ferrar. Epiſt.7. *Feci autem literas ad Audoinum de tua reverſione.* Saxo Grammat. lib.13. *Literas ad Lotharium facit.*

FACES. Polyptychus Floriacenſis: *Solvit pullos 3. cum ovis 15. & alios pullos vindemiales cum ovis. Solvit ſinapem & faces.*

FACETIA, pro *Facundia.* Chunradus de Fabaria de Caſib. S. Galli cap.8. *Non juris facetia, ſed armorum copia, in qua confidebat, &c.* Et cap. 9. *Poſt multam Minervæ facetiam, cum omni dignus poteſtate clamaretur à cunctis, &c.*

Facetia, in ſingul. pro *facetia*, dixit Apuleius in Apolog.

FACETIARI, Per facetiam aliquid dicere. Proverbium apud Will. Malmesburienſem lib.1. de Geſtis Pontificum pag.213. *In proprias laudes facetiari, jactantia eſt.*

FACHA, Columbæ majoris ſpecies, apud Fridericum II. lib.1. de Arte venandi cap.9. *Faccha*, c.26. *Fakecha*, eodem cap. pag.62. *Facheta*, cap.54. p.126. Ex Græco φάσσα, *palumbus, palumbes*, in Gloſſis Gr. Lat. & apud Ariſtot. & alios.

FACIALIS, *Faciale*, Orarium, linteum tenue, quo facies extergitur. Gloſſ. Lat. Gr. *Faciale*, προσόψιον. Item, δὸς προσωπίδιον, *da facialem.* Colloquium Scholaſticum, ξύστραι, προσόψιον, ποδεκμαγεῖον, λήκυθον, *ſtrigilem, facialem, pedulem, ampullam.* Hypomneſticum de Anaſtaſio Apocriſiario, inter Anaſtaſii Bibl. Collectanea p.259. *Donatu etiam particula ſancti orarii, id eſt, facialis, quæ ſibi fuerat ab eo dimiſſa.* Martyrol. vetus in S. Timotheo: *Ut cognoſci nequirent, facialibus velantes facies.* Verſus inſcripti Phylacterio, apud Hermannum lib.3. de Miracul. S. Mariæ Laudun. cap.1.

> *Spongia, crux Domini, cum ſindone, cum faciali,*
> *Me ſacrat, atque tui genitrix & virgo capilli.*

φακιόλιον, Græcis recentioribus. Gloſſ. MS. Reg. Cod. 930. Θέριστρον. θέρινον ἱμάτιον, καὶ τὸ δρέπανον, καὶ τὸ φακιόλιον, Pallad. in Hiſt. Lauſ. οὐκ ὀθόνην ἐφόρεσεν ἐκτὸς φακιαλίου. Adde Nomocanonem, editum à Jo. Bapt. Cotelerio c.50. & quæ ibi obſervat vir doctiſſimus, ut cæteros Gloſſographos.

FACIALITER. Secundùm faciem. Stephan. Juliacus in Vita B. Coletæ n.8. *Intuebatur verò facialiter duobus decorata coloribus, albedine ſcilicet & rubedine.*

FACIES *Eccleſiæ*, Oſtium, limen. Willelmus Neubrigenſis lib.3. cap. 26. de Alienora Aquitana Hen-

Henrici III. Regis Angliæ conjuge: *Solutamque à lege prioris viri, in facie Ecclesiæ, quadam, ut ita dicam, illicita licentia, ille mox suo accivit conjugio.* Formula nostris trita: *Se marier en face de sainte Eglise.*

FACILLARE. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis n. 35. *Cumque nefas tale cresceret, & nemo esset, qui facillaret, quasi licenter miserum caput tanto utebatur incestu.* Ubi Bollandus, *facillare, est quasi fauces aperire*, i. cùm nemo esset, qui de his ne quidem hiscere auderet. Aliàs *facillare, est strangulare, sive fauces opprimere*,

FACILUS, *Faculus.* Testamentum S. Everardi Comitis apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21. *Spatham unam cum aureis hilcis, & cuspide aurea, & faculum unum de auro & gemmis, baltheum unum, &c.* Infrà: *Spathas duas, unam cum hilcis argenteis & aureis simul, facilum de argento & auro unum, baltheos, &c.* Mox: *Alterum facilum cum gemmis aureum.*

FACIMA, *Favena.* Charta an. 1207. apud Ughellum to. 7. Ital. Sacr. pag. 594. *Si ipse Presbyter 8. facimas de musto & puteolo minus ab eodem Monasterio habuerit, — liceat ipsi capere de rebus ipsius Monasterii, quantum minus fuerit ipsius 8. favenis de musto & puteolo, &c.*

FACIO. Vide *Factio.*

FACITERGIUM, *Facistergium.* Isidorus lib. 19. cap. 25. & ex eo Papias: *Facitergium & manutergium, à tergendo faciem, vel manus, dictum.* Will. Brito in Vocab. MS. *Sudarium dicitur facitergium, quo sudorem extergimus à facie.* Jo. de Janua: *Facitergium, i. togilla, sive parvulum gausape ad tergendum faciem.* Gloss. Lat. Gall. *Facitergium, Touaille.* Itali *Fazzoletto*, linteum tegendæ faciei dicunt. Theodulfus lib. 1. Carm. p. 139.

Quo facies humore levi palmasque solemus
Tergere, quis dandum textile munus debet.

Regula S. Isidori c. 14. de supellectile Monachi: *Stratus erit storea, & stragulum, pellesque lanatæ duæ, galnabis quoque & facistergium, geminusque ad caput pulvillus.* Fortunatus in Vita S. Radegundis c. 2. *Facistergio jacentem pulverem colligens.* Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 8. *Facitergium dependentibus villis intextum, quòd Sanctus super caput in die obitus sui habuit.* Adde Regulam Magistri cap. 17. 19. 81. Regulam S. Cæsarii ad Virg. c. 42. Codicem Epistolarum S. Bonifacii Arch. Mogunt. Ep. 157. &c.

Inter vestes sacras etiam vulgò reponitur in Chronico Fontanellensi cap. 16. in Hist. Episcopor. Autisiod. c. 44. in Charta Hugonis Ducis Burgundiæ ann. 1077. quæ extat in Spicilegio Acher. tom. 6. in Testamento Riculfi Episcopi Helenensis an. 915. apud V. C. Steph. Baluzium, in alia apud Antonium *de Yepez* in Chron. Ord. S. Bened. to. 5. p. 425.

Facistergium, pro quavis mappa, etiam altaris, usurpat Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Facistergio altaris prolixo aperit, simul cum cypho, &c.*

FACITERGULA, idem quod *Facitergium*, Mappa. Historia de Fratribus conscriptis: *Pulpitum etiam facitergulâ cocco imaginatâ circumdari jussit, gradusque ejus tapetio velari.* Hariulphus lib. 3. Chron. Centul. cap. 3. *Capellum auro paratum 1. ex pallio 1. facitercula 2. cappæ 377.* Translatio S. Liborii Episc. Cenoman. *Raptis feminarum facitergulis eam contexere.*

FACITUS, pro *factus.* Charta Jacobi Regis Aragon. an. 1326. *Extunc dicti mercatores non expectata seu obtenta requisitione aliqua, seu facita, à vobis vel vestris officialibus nobis facienda, aut facita justitia, &c.* *Facitore*, pro *fattore*, dicunt etiam Itali. Vide Pergaminum in *Fare.* *Facitur*, pro *fit*, dictum ab antiquis observat Nonius.

FACTICIOSUS, *Dædalus*, πολυμήχανος, in Gloss. Gr. Lat.

FACTIO, *Malitia, unde Factiosi, malitiosi*, in Glossis MSS. Jo. de Janua: *Factio, actus faciendi, vel ficta actio. Cùm enim aliquis fingit, se aliquid facere causa commodi alicujus, & facit, ut incommodet illi, Factio propriè dicitur: unde & factio dicitur proditio, unde Factiosus, qui fingit se facere, ut prosit, facit tamen, ut noceat, unde & Factiosus dicitur proditor. Fautio & Fautiosus, à Faveo, aliud significat.* Gloss. Gr. Lat. *Factiosus*, νεωτεριστής. *Factionem*, συζυγία. Aliud Gloss. *Factio*, σκευωρία, συζυγία. Glossæ MSS. ad Concilium Carthaginense c. 10. *Querimoniam, querelæ, id est, maleficia, factio.* Vide Festum.

Factio. Leges Inæ Regis Westsax. §. 30. apud Brompton. *Qui furem ceperit, habeat inde 10. sol. — & parentes ejus abjurent ejus factionem.* Et §. 78. *Non cogatur liber cum servo cognationem solvere, nisi velit eum factione liberare, nec servus cum libero.* Quibus locis Editio Saxonica Lambardi Fæhþe habet, quod idem sonat ac Feiða, Faiða, Zueþſa. Leges Henrici I. cap. 70. iisdem ferè verbis: *Non cogitur liber cum servo neggildare, nisi velit ei factionem facere, nec servus cum libero.* Concilium Duziacense I. pag. 224. Edit. Cellotii: *Eam sua factione & quasi per forciam, & non per justitiam vindicare curavit.* Henricus Rosla in Herlinsberga:

Tum bene conjectans, quòd ei nova factio surgat.

Quòd verò *factio* hìc vocatur, *fauctio* dicitur Sugerio in Ludov. XI. cap. 16. *Interim ad Regem mittunt Ludovicum, fauctionem significant, & quid super his præcipiat, consulunt.* Idem cap. 20. *Hostes, cognito ejus adventu, mirabantur fauctionem adeò celatam ei innotuisse.* Ubi *factio* & *fauctio*, ejusdem videntur originis, & sonare non *favorem* ac animi consensum, qui alicui impenditur; sed faidam, seu capitalem inimicitiam. In Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 88. legendum *factionem*, eadem notione, pro *fractionem*: *Et portet factionem erga cognationem*, i. faidam. Vide Doubletum in Hist. Sandionys. p. 826.

Fautiosus, Defector, qui à principe suo deficit. Sugerius in Ludovico VI. cap. 7. de Thoma de Marna: *Ipse, qui dicebatur pater ejus, Engerannus de Bova, — illum de castro ejicere ob ejus fautiosam tyrannidem moliebatur.* Et cap. 16. *Cujus fautiosi diis & hominibus exosi oppidi possessor Guido, &c.*

Factio, Corvata, exactio operarum. Charta Mathildis Comitissæ apud Ughellum to. 2. p. 217. *Quòd de nostris arimannis de Monticulo nullos alios usus, vel factiones deinceps requisierit.* Vide *Fauctio.*

FACTIONARII, Qui *factionibus* Circorum præerant: δήμαρχοι Byzantinis Scriptoribus, *factionum domini*, Lampridio. Gloss. Gr. Lat. ὁ τάγματος ἡγέμονος, *factionarius.* Gloss. Lat. Gr. *Factio*, τάγμα. Hac notione usurpat l. 1. Cod. Th. de Equis curul. Est etiam in eodem Gloss. *Factionarius*, συσκευαστής, factiosus, qui alteri negotium facessit. Vide Bulingerum lib. de Circo cap. 47.

FACTOR, in Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. est *Dictor.* Aliàs.

Factor, est idem ac *fautor*, qui alicujus partibus favet. Aimoinus lib. 3. de Mirac. S. Bened. c. 6. *Id* (castrum) *Geraldus quidam partibus favens Adhemarianis tenebat, exclusis factoribus Hugonis, qui partem ejusdem Castri ab Adhemaro sibi præceptam non mediocriter indignabatur.* Hugo Flaviniac. in Chron. p. 193. *Perpetuo anathemate cum suis auctoribus, factoribus, sequacibus à luminibus sanctæ Ecclesiæ separatus, &c.* Nangius in Chr. ann. 1265. *Multique alii hæretici & factores eorum gladio anathematis feriuntur.* Adde Historiam Cortusior. lib. 9. cap. 2. & lib. 11. cap. 6. Vide *Fauctio.*

Factores, Procuratores mercatorum, Italis *Fattori*, nostris *Facteurs.* Vide in *Draperius.*

Factores ſceleris, apud Ulpianum, ut eſt in Pandectis Florent. pro *fautores*, & Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 61. *Facteurs*, nudè, in Conſuetud. Hannonienſi cap. 32. 33. &c. *Fauteulz*, in Magno Recordo Leodienſi p. 55. qui crimen perpetrarunt. Concilium Silvanectenſe an. 990. *Eos quoque, qui hujus traditionis fuerunt inventores, auctores, factores, cooperatores, &c.* Ita uſurpant l. 6. D. de Re militari, & l. Solent. D. de Cuſtod. & exhib.

FACTUM. Sic appellata, ut auctor eſt Sirmondus in Notis ad Sidonii Epithalamium Polemii, Conſtitutio quædam Honorii & Theodoſii Augg. ad Agricolam Præf. Pr. Gall. in Codice Autiſiod. quæ ab Hincmaro *Edictum* dicitur. Vide, quæ de hac voce obſervat prætereа Salmaſius ad Capitolinum p. 259. ubi *Factum* idem eſſe, quod πραγματικὸν Græcis, ſeu *Pragmatica Conſtitutio*, argutè docet.

Factum, inquit Spelmannus, à Forenſibus Anglicis dicitur ſcriptum ſolenne, quo firmatur donum, conceſſio, pactum, contractus, & hujuſmodi: aliàs charta, inſtrumentum contractûs in ſcriptis conceptum, aut in ſcripta redactum, apud Cowellum lib. 3. Inſtit. tit. 22. §. 10. Monaſticum Anglicanum tom. 2. p. 246. *Prædictus verò Willelmus poſteà per concordiam quietum clamavit liberè & pacificè ab omni ſervitio dictam advocatiam, — ut patet per factum ſuum.* Vide *Indentata Charta*.

Facta armorum, Haſtiludia, *Torneamenta*: Gallis, *Faits d'armes*. Jo. Brompton. in Ricardo I. pag. 1261. *Rex Ricardus, in Angliam tranſiens, ſtatuit, facta armorum, quæ vulgò Torneamenta dicuntur, in Anglia exerceri.*

FACTURA, *Creatura*. Sedulius lib. 1. Paſchalis operis de Deo:

--- Cui convenit unam
Facturam ſervire ſuam.

Factura, Forma. Anonymus Gromaticus: *Omnes limites maritimi aut Gallici in una factura current.* Apud eundem: *Termini factura tornatiles*, i. rotundi: *Lapilli factura tornatiles, ſive alia factura breviores.* Ruricius Lemovicenſis Epiſcopus lib. 1. Epiſt. 14. *Equum, qualem juſſeras, deſtinavi, manſuetudine placidum, membris validum, firmum robore, forma præſtantem, factura compoſitum, animis temperatum, &c.* Adde lib. 2. Ep. 34. Itali *Fattezza* dicunt. Apud Claudium *Corte* Italum lib. 1. cap. 21. inſcribitur *della forma & fattezza del cavallo.* Ita *Fattura* Lanfranco Cicalæ Poëtæ Provinciali, apud Joannem Noſtradamum cap. 39. eſt egregia corporis compoſitio:

Noi miſeri, laſciando fra le mura
La bella ſpolia, che fra tante nate
Al noſtro tempo viſte, e celebrate
Non è, chi s'aſſomigli à tua fattura.

Factura, alia notione. Vetus Donatio apud Perardum in Burgundicis pag. 64. *Hanc donationem fecit --- hoc eſt, per ſuum cultellum & facturam, & per hoc pergamenum, &c.*

Factura. Charta Henrici I. Regis Franc. an. 1057. in Hiſtoria S. Mariæ Sueſſion. p. 437. *Omnem autem juſtitiam, ſcilicet in facturam, vicariam, & omnia ad juſtitiam pertinentia, &c.* Sed legendum *infracturam*.

Facturari. Proceſſus ad Vitam S. Antonini n. 18. *Contigit lamiaria lamiis ſeu faſcinari, vel facturari factura dæmoniorum aut ſtrigum, &c.*

FACTUS, Modus agri. Capitularia Caroli M. l. 5. c. 151. *Viſum eſt nobis --- ſtatuere, ut quicumque de prædictis hominibus quartam facti tenet cum ſuis animalibus, Seniori ſuo pleniter unum diem cum ſuo aratro in campo dominico aret.* Charta Caroli Calvi Regis Fr. an. 22. regni Ind. 10. pro Monaſterio S. Martini Turonenſis ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 136. *Quarum villarum nomina hæc ſunt, id eſt, Burgagalus cum capellis & manſo dominicato, & factis nonaginta duobus, in quibus ſunt coloniæ Cuciacus, & Areolus, Victena, &c.* Occurrit ibi pluries. Charta ejuſdem Caroli C. an. 845. apud Beſlium in Epiſcop. Pictav. *In villa Bidiſciaco caſam dominicatam cum Eccleſia — & factos 10. --- in villa Sion terram S. Cirici factum 1. aſpicientem ad Bidiſciacum. --- In Anadone factos 5. in villa Fano factum 1. & in Portiaco alterum.* Polyptycus Eccleſiæ Floriacenſis: *Habet in ipſa villa factos, id eſt, manſos 60.* Vetus Charta in Actis Epiſcop. Cenoman. pag. 235. *Quod nos conceſſimus Acileo illo facto, quem genitor ſuus Acibertus, qui vocatur Achita, — tenuit, vel moriens dereliquit, uſque annos quinque, ipſe Achileus de ipſo facto aliud exindè non reddat, præter tantum regalia in campo dominico procurare faciat.* Occurrit etiam non ſemel in Tabul. S. Mauri ad Ligerim. Vide *Faicia*, & *Faxa*.

FACULA, Latinis, Tæda ex arboribus pinei generis: recentioribus verò quivis caudex, ſtipes ad ardendum; *Buſche*. Capitulare de Villis c. 62. *Quid de lignariis, & faculis, qui de axilis, & alio materiamine, &c.* Marculfus lib. 1. form. 11. in Tractoria Legatorum: *Ideò jubemus, ut locis convenientibus eiſdem à vobis evectio ſimul & humanitas miniſtretur, hoc eſt, veredos ſeu paraveredos tantos, panis nitidi modios tantos, --- leguminum carra tanta, faculas tantas, &c.* Tabularium S. Remigii Remenſis: *Sunt ſimul exceptis lignariis & carris, quæ in ipſis villis fiunt, 867. facularum, 977. perticarum Circulorum, 156. Scindularum, &c.*

Faculas accendere, Superſtitionis ſpecies, quam exagitant paſſim Concilia. Arelatenſe II. c. 23. *Si in alicujus Epiſcopi territorio infideles aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel ſaxa venerentur, &c.* *Candelam deferre*, in Concilio Nannetenſi c. 20. Adde Capitul. Caroli M. lib. 7. c. 136. Vide Concil. Bracarenſe apud Burchard. lib. 10. c. 21. Synod. Trullan. c. 65. Concil. Toletan. XII. c. 11. XVI. c. 2.

FACULARE, *Faculas, vel faces fingere vel facere.* Joanni de Janua.

FACULTATICULA, Bona, prædia, qualiacumque ſunt, quomodo *bonuſcula*, apud Sidonium lib. 9. Epiſt. 6. & in l. 29. Cod. Th. de Petition. Concilium Pariſienſe IV. *Etiam & facultaticulam Eccleſiæ --- ſimili conditione pervaſit.* Charta S. Karileffi in Actis Epiſcopor. Cenoman. p. 84. *Nullas functiones vel exactiones de prædicta facultate penitùs requirantur; ſed ſub integra emunitate facultaticula, &c.* Vide Vitam Aldrici Epiſc. Cenom. num. 36. *Facultatula*, apud Hieronym. adverſus Vigilantium cap. 5. in Miraculis S. Urſmari n. 3. &c. *Facultatulam* dixit idem Hieronym. Epiſt. 27. cap. 4. Epiſt. 47. cap. 1.

FACUNDIA, Facultas. Capitula Ludov. Pii ann. 826. c. 6. *Et ultra ille, qui quæſierit, facundiam de ſervitio illius dicendi non habeat.* Charta Luithprandi Regis Longobard. apud Ughellum in Epiſcopis Aretinis: *Et nullam facundiam --- contra te vel tuos ſucceſſores habeat aliquod de ſupraſcriptis Eccleſiis loquendi.* Lex Longobard. lib. 1. tit. 36. §. 6. *Decernimus, ut nullam facundiam requirendi habeat.* Occurrit præterea lib. 2. tit. 8. §. 6. tit. 21. §. 13, 20. 24. tit. 26. tit. 35. §. 6. &c.

Facundè, noſtri uſurparunt pro facultatibus ac divitiis. *Le Roman d'Alexandre MS.*

Riches d'avoir & de facondes.

FADA. Vide *Fadus*.

FADERIUM, *Faderphium, Phaderphium.* Vox Longobardorum, quæ in Boëtianis Gloſſis, *Dos* exponitur. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 12. *Et ſi filios de ipſa muliere habuerit legitimos, habeant filii morgingap, & fa-*

& faderphium ſuæ matris. Lib. 2. tit. 14. §. 5. *Tunc illa vidua, quæ in domo patris aut fratris regreſſa eſt, habeat ſibi morgengab & methium: de fadergo autem, id eſt, de alio dono, quantum pater aut frater dederit ei, quando ad maritum ambulaverit, mittat in confuſum cum aliis ſororibus.* Edit. Boëriana habet *Phaldeſium. Phaderphium*, lib. 2. tit. 1. §. 4. *Habeat ipſa mulier morgengab, & quod de parentibus ejus adduxerit, id eſt, Phaderphium.* Sunt igitur *Fadeſia*, dona, quæ pater filiæ, quam nuptui dat, in dotem concedit. Vox deducta à Saxonico Fæðeꞃ, aut Germanico *Fader*, i. pater, & Eꞃꝼ, hæreditas, quaſi dicas, *paterna hæreditas.* Vide Sibrandum à Sicama ad Legem Friſion. tit. 15.

FADIATUS *dies*, in quo aliquis *defecit*, ſeu juri, aut aſſignationi non ſtetit, qui diem *vadiatum* non ſervavit: unde fortè vocis origo, in Conſuetud. Toloſæ part. 4. tit. de Feudis, art. 13.

FADUS, *Fada*, Dæmonis ſpecies: Gallis *Faie*, vel *Fée*; vox efficta fortè à *Nympha*. *Fadas*, & *Hadas*, has vocant Hiſpanici Fabularum, ſeu *Romanorum*, Scriptores. Scholiaſtes Theocriti: Νύμφαι, τὰ ἐν γυναικείῳ σχήματι δαιμόνια. Gervaſius Tilleberienſis MS. de Otiis Imperial. deciſione 3. cap. 88. *Multi teſtantur, — ſe vidiſſe Silvanos & Paanes, quos Incubos nominant, Galli verò Duſios dicunt, — quosdam hujusmodi larvarum, quas Fadas nominant, amatores audivimus, &c.* Cap. 94. de quodam equo mirabili: *Quid dicam, neſcio, ſi verus equus fuit, aut ſi fadus erat, ut homines aſſerunt.* Chron. Bertrandi Gueſclini MS.

Encore diſoit-on, que c'eſtoit deſtinée,
Et que le ſans de quoy elle s'eſtoit ſe ſoudée,
Li venoit proprement par parolle de Fée.

Le Roman de Partenay, ou de Lezignan, MS. tiré du Latin, & rimé par le commandement de Guillaume l'Archeveſque:

Le chaſteau fut fait d'une Fée,
Si comme il eſt par tout retrait.

Hinc *Faerie*, pro ſpectris. Guillelmus *Guiart* in Hiſt. Francica MS.

Pluſieurs parlent de Guenart,
Du Lou, de l'Aſne, de Renart,
De faeries, & de ſonges,
De fantoſmes, & de menſonges.

Scholiaſtes Theocriti Idyll. 3. v. 11. Νύμφαι εἰσὶ τὰ ἐν γυναικείῳ σχήματι ἐν τοῖς ὄρεσι φαινόμενα δαιμόνια. Vide *Faunus*.

FÆRBENA, vox Saxonica, in Legibus Presbyterorum Northumbrenſium cap. 47. quæ idem, quod Cẏꞃliꞅc, id eſt, *ruſticus*, ſonat, ut cenſet Spelmannus tom. 1. Concilior. Angl. p. 499.

FÆCISCERE, Fæce infici, fæcem redolere. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 37. *Ipſe calix confricetur, ne fortè aliquantulum fæciſcat.*

FÆSTINGMEN, Homines commendati, vaſſalli: ex Saxon. Fæſtinȝ, commendatus, & manu ſtrenuus homo. Charta Cenulphi Regis Merciorum ann. 821. to. 1. Monaſtici Angl. pag. 100. *Nec Rex ſuum paſtum requirat, vel habentes homines, quos nos dicimus Faſtingmen, nec eos, qui accipitres portant, vel falones, &c.* Ubi *habentes* idem valet ac *divites*.

FAGATUM, vel potiùs *Fagotum*, Faſcis, Gallis, & Anglis *Fagot*, occurrit apud W. Thorn. ann. 1307. Vide *Fagotum*.

FAGIA, Silva ex *fagis*, Gallis *Faye*. Tabularium Eccleſiæ Cadurcenſis: *Donamus in villa de Corn in uno manſo 2. panes, & 2. gallos, & in fagio paiſſio 40. porcos per ſingulos annos.*

Fagia, alia notione, in Statut. Mediolanenſ. part. 2. cap. 272. *Teneatur judex ſtratarum bis in anno viſitare ſtratas maſtras, & fagias, & pontes ſuper eis exiſtentes, &c.* Adde cap. 284.

FAGINA, *Glandis fagea*, uti vocatur à Plinio lib. 16. c. 5. copia, *Fayne*, in Conſuetudine Arvern. c. 31. art. 38. Chrodegangus Epiſc. Metenſis in Regula Canonic. c. 7. apud Acherium: *Si contigerit, quòd illo anno glandis, vel fagina non ſit, & non habeat, unde hanc menſuram de carne impleant, &c.* Tabularium Dervenſis Monaſt. an. 1027. *Et ſi pro tempore felicitatis ſilva occurrerit, & eſus glandium vel faginæ fuerit, &c.* Charta Hugonis Leodienſis Epiſcopi an. 1202. apud Barthol. Fizen in Hiſt. Leod. p. 447. *Præterea dedimus in aiſanciis paſturarum, & uſum faginæ & glandium, &c.*

FAGIOLUM. Geſta Innocentii III. PP. pag. 147. *Pandulphus cœpit ædificare fagiolum ſuper quoddam monumentum antiquum, quod illius domui adeo erat vicinum, ut à fundibulariis de hoc in illam lapides jacerentur.*

FAGUS, Jus conficiendi faſces, & eos auferendi ex ſilvis, quos *Fagots* vocamus. Innocentius III. lib. 2. Epiſt. pag. 415. *In parochia de Eſcones pasnagium quitum, & 22. fagos absque aliqua traditione annuatim, quando volueritis, accipiendas.* Charta Henrici II. Ducis Brabantiæ ann. 1206. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 100. *Et uſum lignorum in ſilva mea, — & cum uno plauſtro tantùm, qui uſus in noſtro vulgari Fagus appellatur.* Inquiſitiones Coſtumarum de Andeliaco in veteri Regeſto Cameræ Computor. Pariſ. ſignato P. fol. 19. *Jurati dixerunt, quòd Dom. Rogerus Torel habet in prædicta foreſta per liberationem Vicecomitis -- ſuum herbergagium ad virgam de pleno pugno ad terram, -- & habet ad ignem ſuum fagum Boloniæ, & furcum, & frondes, ſine defectione arboris.* Occurrit paſſim in Regeſto Herouvalliano Philippi Auguſti.

Fagotarii, Qui faſces lignorum in foreſtis conficiunt, *Fagotiers*, in Regeſto Philippi Aug. fol. 129. Vetus Inquiſitio Foreſtar. ibidem fol. 170. *Item fagotarius eorum vadit poſt aſinos, & facit fagotos ſuos de eo, quod remanet poſt onera aſinorum,*

FAHNLEHEN, *Fanelen*, *Vanlehen*, Germanis, dicuntur majora feuda, quæ cum traditione vexilli conferuntur à ſolo Principe. Vox deducta à Fana, Saxonico, vel *Vaen*, Germanico, vexillum, & Lehen, feudum. Bulla aurea Caroli IV. Imp. an. 1356. *Feudis Principum exceptis, & illis, quæ Vanlehen vulgariter appellantur, quorum inveſtituram & collationem ſoli Imperatori, vel Regi Romanorum ſpecialiter reſervamus.* Charta Witzlai Principis Rugianorum an. 1322. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 432. *Quibus de dictis terris homagium fecimus jure feudali, quod Fanelen nuncupatur.* Chronicon Lauriſhamenſe p. 32. *Septem principalia beneficia, quæ vulgò appellantur Vollehen, morte ſeptem nobiliſſimorum Eccleſiæ fidelium in unam perſonam Godefridi in brevi devoluta ſunt.* Ubi Freherus emendandum aut intelligendum *Fanlehen*, rectè exiſtimat. Vide *Feudum vexilli*.

FAIA, Fagus, ſeu arbor glandifera, vel glandem fageam ferens. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 8. *Si quis roberem, aut quercum, ſeu cerrum, quod eſt modo laiſcum, aut glandem, quod eſt faia, — inciderit.* Ubi Leges Rotharii Regis tit. 101. §. 62. pro *modò laiſcum*, habet *medula iſchat*. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 4. *Et de ſilva noſtra, quæ vulgò appellatur faia præpoſitalis.* Silva fagis conſita. Vide *Fagina*.

Faia. Vetus Membrana in Sanctuario Capuano pag. 529. *In vigilia revelationis S. Stephani, infraſcriptæ Eccleſiæ venire debent cum faiis ad Eccleſiam Capuanam, &c.* Ubi Michaël Monachus: *Hic faia ſeu faius eſt machina hujusmodi formæ: pertica alta & gracilis ſeu arundo intra 3. circulos æquè diſtantes immitti-*

mittitur: baculis & circuli adornantur: eminet signum Crucis in vertice, & pede Crucis, bracteæ seu vittæ papyraceæ tres vel 4. coloribus & incisuris pulcræ deorsum pendent, circulis alligatæ, ne moveantur. Quare faius seu faia rotundæ metæ seu turris formam repræsentat. Bellè hæc quidem, at unde vocis origo? hîc hæret Monachus. Fortè, inquit, ab initio ejusmodi machina dicta Pharus seu Phara, posteà corrupta voce *fajus* & *faia*. Fortè denique per *faias* intelliguntur rami fagorum, quos *faias* Longobardi appellabant, quos eæ Ecclesiæ deferrent. Quid si legendum *baiis*, id est, palmarum ramis? nam præterquam, quòd ita appellabantur à Græcis nuperis, constat, Stephanum Protomartyrem cum palma in manu vulgò depingi in signum martyrii.

Faia, alia notione. Vetus Charta apud Dominicum lib. de Prærog. allod. sub finem: *Illa vinea de illa faia super via Rigaldo fratri Bosoni dimitto.*

FAICIA. Tabularium Ecclesiæ Uticensis an. 1241. fol. 51. vers. *Recognoscimus vobis — totum honorem infra scriptum, videlicet quandam faiciam, quæ vocatur Faicia dels Codalizes, quæ est in fischa D. Episcopi Uticensis, in parochia S. Laurentii, — & aliam faiciam, quæ est in eadem fischa, &c.*

Faissa, Faissia, eadem notione. Charta in Ruthenensi Comitatu exarata an. 1306. ex 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. Tabularii Regii n. 7. *Item ab hæredibus Guillelmi Boc ignobili, qui ab ignobili acquisiverat faissiam juxta terram mansi de Boisso pretio 30. libr. Turon. debilis monetæ, &c.* Infrà: *De alia verò medietate dicti mansi & faissiarum, quam per mutationem — acquisiverunt, &c.* Rursum: *Quia dictum mansum de Quezaguet cum duabus suis faissis & juribus universis — acquisivit, &c.* Idem videtur, quod *Fazenda*. Vide in hac voce, & *Factus*.

Faisa. Charta Alexandri PP. an. 1160. in Tabulario Humolariensi: *Item apud Ursellum tres faisas, & tria nemora, &c.*

Faxia. Tabular. S. Theofredi in Velavis: *Sicut descendit faxia de monte in vallem.*

Faxa, eadem etiam, ut videtur notione. Vetus Charta an. 1126. Petri Abbatis Axianensis: *Dimitto tibi Raymundo — tertiam partem de manso Guigon, quod est in villa de Vallesias, præter unam faxam de terra, quæ est ante portam Jo. Revelli.* Ubi *faxa*, videtur esse *facies*, nos diceremus, *sauf une face de terre, qui est devant la porte, &c.* Hispanis, *faxa*, est *fascia*. ita erit terræ ligula.

FAIDA, exponitur *Inimicitia*, in Lege Longob. l. 1. tit. 7. §. 115. lib. 2. tit. 14. §. 10. interdum vindicta, quæ pro morte propinqui aut agnati exigitur: *Vindicta parentum, quod Faidam dicimus*, apud Reginonem lib. 2. de Ecclesiast. discipl. c. 5. & Burchardum lib. 1. cap. 94. Gloss. *Faida, vindicta mortis.* Rhenanus lib. 2. Rerum Germanic. p. 95. *Faidam vocabant Franci simultatem apertam, qua unus aliquis uni vel pluribus bellum denuntiat. Ab hac Gallicani scribæ Faidosum appellant, qui faidam exercet. Germanis notum nimis vocabulum est.* Præsertim verò definitur, gravis & aperta inimicitia ob cædem ferè aliquam suscepta. Neque tamen omnis simultas fuit *faida*; sed capitalis illa, quæ apud Germanos & Septentrionales populos obtinuit, penes quos privatæ inimicitiæ per totam cognationem diffundebantur: adeò, ut si ex ea quis interfectus fuisset, cædis pœna à tota cognatione exigeretur, ac in eam pro libito vindicaretur. Synodus Ticinensis an. 855. in Appendice c. 3. *Si inter hæc fortè eundem latronem occidi contigerit, nullatis, qui eum occidit, damnatione mulctetur, neque ullas inimicitias à parentibus, aut ullam persecutionem ab ullo ejus amico vel propinquo sustineat.* A Saxonico Fæhð, seu ehðe, vel Germanico *Fhede*, & *Feide*, i. hostis, inimicus, vocem deducunt Lambardus, Spelmannus, Somnerus, & alii: Sibrandus à Sicama, à *Veed*, capitalis inimicitia. Vide Dissertationem nostram ad Joinvillam de Privatis bellis, & Gregorium VII. PP. lib. 2. Epist. 5. Apud Olaum Wormium in Lexico Runico, *faatt*, exponitur *privata simultas.*

Feida, scribitur in Capitulari de Villis c. 4. *Pro homicidio & incendio, unde feida exire potest.*

Feida regia, ibidem, pro satisfactione, quæ ex delicto Regi debetur: *Pro feida verò nostra, — familia vapuletur.*

Faidam levare, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 18.

Propter faidam fugere, in Capitulari Compendiensi an. 757. c. 18.

Faidam pacificare, Pacare: Per sacramentum pacificare, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 34. lib. 2. tit. 7. §. 2. in Capit. Caroli M. lib. 4. c. 27. 55. in Capit. Caroli C. tit. 34. §. 10. interjecto solenni jurejurando confirmare se depositis odiis in concordiam rediturum.

Faidam requirere, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 17.

Pro faida pretium recipere vel solvere, in Lege Longob. lib. 1. in Capit. Caroli M. lib. 5. c. 131. in Capit. addit. 4. cap. 92.

Faidam jurare, apud Hincmarum in Epist. ad Carolum Reg. à Cellotio edita, & to. 2. Spicilegii p. 825. in Capitul. Carlomanni tit. 2. §. 3. 10. &c.

Faidam portare alicui, Bellum domesticum indicere. Occurrit passim in Legibus Edmundi Regis Angl. c. 1. Saxon. tit. 2. §. 5. in Capit. Caroli C. tit. 11. c. 5. tit. 39. c. 2. in Capitul. Carlomanni Regis tit. 2. c. 3. 10. 11. in legib. Henrici I. Regis Angl. c. 88. &c. Sic *inimicitias denuntiare* dixit Seneca Epist. 77. *Indicere simultatem*, Suetonius in Nerone cap. 25. *Inimicitias indicere*, Sidonius lib. 7. Epist. 9.

Propter faidam occidere, in Lege Saxon. tit. 3. §. 4.

Componere exceptâ faidâ, in Lege Saxon. tit. 12. §. 3. *Componere, cessante faida, id est, inimicitia*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 7. §. 1. tit. 9. §. 4. quod exponitur §. 15. tit. 7. *Ut faida, quod est inimicitia, post compositionem acceptam postponatur, & amplius non requiratur, nec dolus teneatur.*

Faidam habere, in Lege Long. lib. 2. tit. 1. §. 11.

Faidam deponere, id est, inimicitiam pacificare, in Lege Longob. lib. 2. tit. 14. §. 10. Vide præterea eandem Legem Longob. lib. 2. tit. 2. §. 1. 2. 3. tit. 13. §. 2. tit. 54. §. 2. Capit. Caroli M. lib. 5. c. 6. Capitulationem ejusd. Imp. de partibus Saxoniæ c. 3. Capit. Caroli C. tit. 34. c. 10. tit. 39. c. 3. &c.

Faidia, idem quod *Faida*. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 88. *Si quis post hæc hominem occidat, ipse sibi portat homicidii faidiam.* Et mox: *Si quis propter faidiam, vel causam aliquam, de parentela se vellet tollere, &c.* Edictum S. Ludovici Edict. 1245. *Mandantes tibi præcipimus, quatenus de omnibus guerris & faidiis tuæ Balliviæ ex parte nostra capias, & dari facias rectas treugas. &c.* Hinc

Infaidiare, Inimicitias exercere, gerere, suscipere, adversus aliquem stare, impetere, &c. in Legibus Edmundi Regis apud Culintonam editis §. 2.

De *Faidis* seu bellis privatis Dissertationem integram instituimus ad Joinvillam, quæ est 29. Adde præterea, quæ collegit Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in verbis *Diffidamentum, Batalla, Capitaneus, Fractor pacis, Guerra, &c.* Honoratum Bonnorium Salonensem in Arbore certaminum, 4. parte c. 15. 16. 17. 22. 67. 68. 70. 71. Foros Aragon. fol. 181. v. 182. &c.

Faidire, Faidam, seu inimicitiam excitare. Charta an. 1181. apud Catell. lib. 2. de Comitib. Tolos. p. 214. *Si aliquis homo vel femina de Tolosa faidiat, ut guerram faceret Comiti, &c.* Philippus *Mouskes* in Philippo Augusto:

Quar

Quar li Poitevin li aidoient,
Et le Roy Jean moult faidoient.

Vide Jacobum Pergaminum in *Ferire*.

Faidimentum. Aresta ann. 1261. in 1. Reg. Parl. f. 115. *Cùm D. de Limoso peteret faidimenta & altam justitiam in terra à D. Rege sibi data in Albigesio, &c.* Charta S. Ludovici Reg. an. 1264. apud Sammarthanos in Episcopis Albiensib. *Et intelligitur de faidimentis illorum faiditorum, qui fuerunt, vel erunt faiditi à civitate Albiensi.*

Faiditus, Hostis, qui in *Faida*, seu guerra est. Monachus Vallis Sarnei c. 83. *Ruptarii & faiditi, & multi alii, qui anteà erant inimici occulti Comitis, &c.* Perperam *faidici* editum. Charta an. 1218. in Regesto Carcassonensi fol. 10. *Præterea faiditos de terra, seu ruptarios, & quoslibet alios inimicos & proditores Comitis prædicti non recipiemus scienter.* Conventiones inter Carolum I. Comitem Andegav. & Provinciæ, & Arelatenses an. 1251. art. 19. *Quia verò damna faiditis Arelatensibus, a suis concivibus in domibus & rebus aliis illata noscuntur, &c.* Quam vocem non intellexit Benedictus Avinio Interpres Gallicus. Adde Chron. Guill. de Podio-Laurentii c. 25. 37. 41. & Concilium Tolosanum ann. 1228.

Faidosus, eadem notione. Eginhardus Ep. 17. *Asserens, se ad hanc remansionem magna cogi necessitate, pro eo, quòd faidosus sit, & cum inimicis suis & his, qui vitæ ejus insidiantur, hoc iter agere non audeat.* Vide Capitula Legis Salicæ cap. 2. §. 2. Legem Bajwar. tit. 2. c. 8. Legem Saxon. tit. 2. §. 6. Legem Fris. tit. 2. §. 5. Capitul. 2. an. 805. c. 5. Capit. Caroli M. lib. 3. c. 4. lib. 5. c. 215. Capitul. an. 13. Imperii cap. 28. Legem Longob. lib. 1. tit. 37. §. 2. Leonem III. PP. in Capitulis c. 28. &c.

FAIDIUM, pro *Feudum* in veteri Charta, apud Sammarthanos, in Abbatib. S. Stephani de Vallibus p. 893.

FAISA, *Faissa*, *Faissia*. Vide *Fascia*.

FALA. Ordericus Vitalis lib. 6. p. 624. *In territorio Balgenzaii cuidam pagensi, Taurus nomine, Fala erat, quæ sæpe gregem armentorum relinquens in saltum currebat, &c.*

Fala, Turris lignea. Vide *Phala*.

FALANGA, *Phalanga*, *Falangus*. Papias: *Phalanga, fustis, cui aliquid deligatur.* Nonius: *Palangæ dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad littora subducuntur: unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt.* Gloss. Lat. Gr. *Phalangarii*, οἱ ταῖς δοκοῖς ἀποκρεμῶντες βάρη, καὶ πλείονες ἅμα βαστάζοντες. Hesychius: Φαλάγγια, στρογγύλα, ξύλα καὶ σύμμετρα. Pollux: τὰ δὲ τῶν νεῶν ξύλα, οἷς ὑποβληθεῖσιν ἐφέλκονται αἱ νῆες, Φάλαγγες, ἢ φαλάγγια. Agobardus lib. Adversus Fredericum c. 21. *Sicut & illi duo, qui unum botrum in falango portabant, unum opus faciebant indifferenter, nisi quia eundem botrum unus post dorsum, alter ante faciem habebant.*

Phalanga, apud Petrum Damian. lib. 2. Epist. 15. *Sicque velut hœdum in phalangam pendulum alter post alterum bajulare cœperunt.* Occurrit eadem inflexione in Speculo Saxonico lib. 1. art. 63. §. 6. Guillelmus de Guignavilla in Peregrinatione animæ:

Mon balay je nomme ma langue,
Et mon fourchon, & ma palangue,
Dont toute ordure je baloie,
Je housse, ramonne, & netoie.

Pallingum, eadem notione. Luithprandus in Legat. *Residentibus itaque nobis ad mensam sine longitudine longam, pallingi longitudine tectam, longitudine seminudam, &c.*

Walenga, pro *Falanga*. Rollandinus in Chron. lib. 3. cap. 15. *Cum lanceis, ensibus, walengis acutis, & clypeis, & omni armorum genere, &c.*

FALANGUS. Giraldus in Topogr. Hiberniæ, apud Bromptonum: *Gens ista --- vice palliorum falangis nigris utitur.* At in edito Giraldo Distinct. 3. c. 10. est *phalingis laneis*, i. Camdeno interprete, sagis sive lacernis villosis. Harum descriptionem pluribus refert Gratianus Lucius in Cambrensi everso cap. 13.

FALARICA. Vide *Phalarica*.

FALAGIUM, Jus herbas desecandi in forestis vel pratis. Aresta Candelosæ an. 1259. in Regesto Parlamenti fol. 100. *Dictum fuit hominibus de Leonibus, quòd non haberent Falcagium, quod in foresta de Leonibus dicebant sibi quitatum esse.*

FALCASTRUM. Isidorus lib. 20. c. 14. *Falcastrum, instrumentum ferreum curvum, cum longo manubrio ad densitatem veprium succidendum. Sic dictum, quia recurvum ad similitudinem falcis. Idem & Runco dicitur.* Gregorius M. lib. 2. Dial. c. 6. *Et dare ferramentum jussit, quod ad falcis similitudinem Falcastrum vocatur, ut de loco quodam vepres abscinderet, quatenus illic hortus fieri deberet.* Interpres Græcus habet ξυλοκόπιν. Occurrit in Vita Egwini Episc. Wigorn. cap. 4. apud Faustum in Vita S. Mauri Abb. cap. 2. & in Gloss. Anglo-Saxon. Ælfrici. Vide *Bidubium*.

Falcastrum, Falx militaris. Historia MS. Excidii Acconis Jan. 1291. *Portantes ibidem --- lanceas, falcastra, cassides & loricas.* Nisi ensis fuerit in modum *falcis* curvatus, qui *Fauchon* dicitur Scriptoribus nostris. Regestum Peagiorum Bapalmæ: *Le espée, ou fauchon, chacun 1. obol.* Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

Non arcus, non hasta gravis, non sæpe bipennis,
Non desunt falces, gladiis armantur acutis.

Liber Anglicus inscriptus: *Justice of peace*, pag. 77. b. *Cum aliis ignotis de covina sua, & associatis, vi & armis, scilicet gladiis, baculis, vagis, falcastris, arcubus, & sagittis, &c.* Occurrit non semel apud Willelmum *Guiart* in Hist. Francor. MS.

Plommées fermement tenues,
Fauchons, juisarmes esmoulues.

Idem in S. Ludovico:

Fauchons, & coutiaus, & espées.

Alio loco:

Aus Fauchons, aus coutiaus à pointes.

Idem ann. 1295.

Hasches, espies, juisarmes, lances,
Fauchons, coutiaus, ars, arbalestes,
Et sajettes de traire prestes.

Et ann. 1296.

Aus fauchons tranchans & aus hasches,
Pour fairir à une main faites,
S'entrenuaissent de retraites,
Destos & de tailles diverses.

Vide Fletam lib. 1. cap. 24. §. 12. & infrà in *Falso*.

FALCATA *prati*, Quantum unus *sector* per diem *falcare* potest de prato. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 28. *Et pratum debet habere illam magnitudinem, ut per 3. dies jugiter 16. sectores operentur sine aliquo lucro.* Charta Richeri Abb. S. Valerici an. 1219. in Tabul. Campaniæ: *Exceptis sex jugeribus terræ, --- & exceptis sex falcatis prati, ubi illas commodiùs poterimus invenire.* Tabularium S. Vitoni Virdunensis: *Habemus 4. quartarios alodii & 15. falcatas prati, &c.* Ibidem: *In Formestor est mansus indominicatus cultura, 3. prata ad falces 30. piscatio per legas 3.* Regestum feodorum & servitiorum, in Camera Comput. Paris. f. 216. *Lige de 12. fauchées de pré, & de demy arpent de vignes.* Chron. Besuense p. 632. *Inquisitione facta inventi sunt 52. jugera terræ, & 4. falces de prato.* Pag. 676. *Dederunt etiam quatuor falces prati in suo broulo S. Sequani.* Et p. 700. *Addidit is & falcem prati propè Arcionensem siti.* Adde pag. 114. ubi perperam edit. *facces*, pro *falces*, & pag. 624. Chronicon S. Benigni Divion. p. 448.

p.448. *Est in Dornone unum pratum, quod possunt secare falces centum.* Charta Gallica ann. 1566. *Item un prey contenant douz faulcyes ou environ, seant au ban de Gelocourt, &c.* Vide *Sectura prati.*

FALCATORES, Milites *falcibus* instructi, apud Thwroczium in Salomone Hungariæ Rege cap. 52. Glossæ Isid. *Falcarius, gladiator falcem gerens.* Vide Ciceron. 5. in Catilin. Fletam lib. 1. cap. 24. §. 12. & Mandatum super juratis ad Arma, in Append. ad Matth. Paris pag. 149.

FALCATORIA, Navis species. Senator. lib. 2. Epist. 20. *Decernimus, — ut quantitas* (l. quantas) *in Ravennati urbe falcatorias potueris reperire, frumentis fiscalibus oneratas ad nos usque perducas.* Ubi quidam legunt *fulcatorias.*

FALÇILE, apud Adalardum in veteribus Statutis Abbatiæ Corbeiensis lib. 1. c. 1. est falx, quâ herbæ vel avenæ secantur: nostris *Faucille.*

FALCILLAGIUM, ex Gallico *Faucillage*, Præstationis vel *corveiæ* species. Aresta in Nativitate B. Mar. ann. 1257. in Reg. 1. Parl. fol. 3. *De relevius, corveis, terragiis, falcillagiis, forisfactis, excadentiis, &c.* Regestum censuum & feodorum Carnotensis Comitatus fol. 57. *Le faucillage & le fenage d'ilec, c'est à savoir pour l'herbage, que ceux de Senonches ont en la forest, & por estre quitte des prés fener, dont chascun hostel doit 4. den.*

FALCO. Gloss. Gr. Lat. Κίρκος, *Falco*: accipitris species; nostris *Faucon, sic dicta*, ait Joannes de Janua, *quòd ungues habeat recurvos ad similitudinem falcis.* Seu potiùs ad similitudinem *falconum*, qui in Gloss. Lat. Gr. dicuntur δάκτυλοι ποδῶν ἔσω βλέποντες. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Falcones, genus avium, pollices pedum incurvos habentes.* Festus, & Glossæ Isidori, *Falcones* pariter dictos ajunt, qui pollices pedis intrà curvos habent. Aliud etymon habet Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 8. *Falcones igitur à falcando, quia in falcis modum in circumeundo perlustrant.* Vide eundem lib. 1. de Expugn. Hibern. cap. 29. & lib. 1. Itiner. Cambr. cap. 12. Primus autem Julius Firmicus hoc verbo videtur usus lib. 5. c. 7. lib. 7. c. 4. Capitula Caroli M. an. 769. c. 2. *Omnibus servis Dei venationes & silvaticas vagationes cum canibus, & ut accipitres & falcones non habeant interdicimus.* Adde lib. 7. Capitul. c. 125. Synodus Ticinensis ann. 850. cap. 4. *Non canibus, aut accipitribus, vel capis, quos vulgus Falcones vocat, per se venationes exerceat.* Adde Concilium Cabilonense II. c. 9. Liptin. cap. 3. & Hericum Monachum de Miraculis S. Germani Antisiod. cap. 48. Epistola Hedilberti Regis Cantiæ ad S. Bonifacium Archiepisc. Moguntinum: *Unam rem præterea à vobis desidero exhiberi, — hoc est, duos falcones, quorum ars & artis audacia sit grues velle libenter captando arripere, & arripiendo consternere solo.* Idem Bonifacius Epist. ad Athebaldum Regem Merciorum: *Direximus tibi accipitrem unum, & duos falcones, duo scuta, &c.* *Le Roman d'Aubery MS.*

— Avoit faucons mués.

Sunt porrò *falconum* species diversæ, quas cum adjunctis, seu epithetis, vulgò Scriptores indigitant, de quibus singulis agunt Frideric. II. in libris de arte venandi cum avibus, Albertus Magnus lib. 23. de Animalib. Petrus de Crescentio lib. 10. de Agricultura, &c. Vide prætereà Belisarium Aquavivam de Aucupio, Jacobum Augustum Thuanum de Re accipitraria, & alios. Idem Fridericus lib. 2. cap. 2. *Aves rapaces, quibus homines utuntur, & apud nos usi sunt ab antiquo, sunt istæ: Girofalci, Sacri, Gentiles, Peregrini gentiles, & Laynerii, quæ quidem sub uno genere comprehenduntur, videlicet Falcone.* Capiuntur autem *Falcones*, aut in nido, & *Nidularii* vocantur, vulgò *Niais*, Friderico II. *Nidasiti*: aut jam adulti, & *Ramales*, Friderico *Ramagii*, dicuntur, vulgò *Branchus*: adultiores, antequam tamen primùm deplumentur, *Horni*, seu *Hornotini* sunt, vulgò *Sores*: postquam jam annum egerunt, & plumas exuerunt, hos anniculos & deplumatos, *Mutatos*, seu *Muez* appellant. Vide *Girofalcus, Sacrus, Lainerius, Gentilis, Smerilionus, Nidasius, Ramagius, Sorus, Mutatus*, ubi de singulis quædam attingimus: præterea Petrum Crescentium l. 10. de Agricult. c. 8. 9. 10. & Nicolaum Uptonum l. 4. de Milit. Officio pag. 187. Vide *Capus.*

Falconium, φαλκούνιον Canano p. 190. Machina bellica, nostris *Fauconneau.* Vide Muschetta.

Falconagium, Tributi species, à falconibus, ut par est credere, primitùs appellatum, tametsi ad alias præstationes posteà derivatum, quod in aliis ejusmodi non semel observare est in hoc Glossario. Charta Philippi Pulcri Regis Fr. an. 1297. in Regesto Rubeo Cameræ Comp. Paris. qua concedit Abbati sancti Germani Parisiensis *sex modios avenæ, & 10. solidos vel circiter Paris. annui & perpetui reditus, debitos ratione cujusdam coustumæ, quæ vocatur Falconagium, quos apud Cormelias habebamus.*

Falconarius, Falconibus præpositus, dignitas Palatina, Gallis, *Fauconier*, Italis *Falconiere.* Capitulare de Villis c. 47. *Venatores nostri & Falconarii, vel reliqui ministeriales.* Hincmarus Remensis de Ordine Palatii c. 24. *Similiter quoque 4. Venatores, & quintus Falconarius, &c.* Adde Epistolam Karoli M. ad Pipinum filium Regem Italiæ, & Capitulare 3. an. 811. cap. 4. Charta Cenulfi Regis Merciorum to. 1. Monastici Anglic. p. 100. *Nec eos, qui accipitres portant, vel falcones, vel caballos ducunt sive canes, &c.* Qui Falconariis præerat, is apud nos *Magnus Franciæ Falconarius* appellatur. In computo hospitii Regis 1. Janu. an. 1312. fit mentio *Petri de Monteguignardi Militis Magistri Falconarii. Le Roman de Garin le Loherans:*

Fauconier Mestre de ses oisiax en fist.

Atque is Græcis Byzantinis πρωτοϊερακάριος dictus fuit, cujus dignitatis, præter Codinum, meminit Pachymeres lib. 1. cap. 8. lib. 10. c. 25. Quæ verò fuerint Magni Falconarii *jura* & prærogativæ in Palatio Regum Franciæ, docet Historia MS. rerum gestarum sub Ludovico XII. & Francisco I. scripta à Roberto *de la Mark*, Domino *de Fleurange & de Sedan*, Marescallo Franciæ, ex qua sequentia à nobis olim excerpta: *La Fauconnerie du Roy est une chose ordinaire, & à le grand Fauconier, qui est un fort bel Office en France, & l'est pour l'heure presente un honeste Gentilhomme & de bonne maison, qui s'appelle René de Cossé, premier Panetier de France. Le dit grand Fauconnier a d'Estat quatre mil florins, & a 50. Gentilshommes sous luy, qui ont bon Estat, & 50. fauconniers aydes, & ont les dits Gentilshommes cinq ou six cens francs d'Estat, & les aydes 200. & depart le dit grand Fauconnier tous ses Estats, & a bien 300. oyseaux sous luy: & peut le dit grand Fauconnier aller voler par tout le Royaume de France, ou bon luy semble, sans que personne luy puisse donner empeschement, & tous les marchans d'oyseaux luy doivent tribut, & n'oseroient vendre un oyseau en ville du Royaume de France, n'y à la Court sans consentement dudit grand Fauconnier, sur peine de confiscation de toute leur marchandise. Et a le dit grand Fauconnnier plusieurs beaux droits. Et faut, que le Roy luy achepte tous les oyseaux, & a un Contrerolleur, & un Tresorier, & gens ordonnez pour les payemens, aussi bien que pour la Vennerie, ou autre Estat du Royaume de France; & sont tous jurs ordinaires saivans le Roy par tout, où il va, aussi bien, que font les Venneries, esté, que quand ce vient à l'esté, ils vont mettre leurs oyseaux en mue; mais tous jours il en demeure quelque nombre pour voler les per-*

les perdreaux, avec les vautours, & lenerets, & les tiercelets. Et a une autre façon de faire merveilleusement belle entre la Vennerie & la Fauconnerie : car quand ce vient à la Sainte Croix de May, qu'il est temps de mettre les oyseaux en mue, les Venneurs viennent tous habillez de vert avec leurs trompes & les gaules vertes, & chassent les Fauconniers hors de la Cour, pour ce, qu'il faut, qu'ils mettent leurs oyseaux en mue, & le temps des Venneurs approche pour courre les cerfs à force : & quand ce vient à la Sainte Croix de Septembre, le grand Fauconnier vient à la Cour, & chasse tous les Veneurs de la Cour, pour ce qu'il est tems de mettre les chiens aux chenils : car les cerfs ne valent plus rien, &c.

Falconariorum diversiones, inter gravamina, quæ subditis inferebantur, recensentur in Charta Roberti Regis Franc. pro Monasterio Sandionysiano, apud Doubletum p.826. *Namque*, ait Rex, *Venatores atque Falconarii capiendi specie salvamenti, penè vernaculos B. Dionysii devastantes, eos populabantur, abactorumque more spoliantes prædabantur.*

Falconeria, Venatio cum falconibus, veteribus prorsus incognita, cùm primus ex Scriptoribus Julius Firmicus sit, qui *nutritores accipitrum, falconum, cæterarumque avium, quæ ad aucupia pertinent*, memoret. Charta Ottonis III. Imp. an.986. apud Ughellum in Januensibus Episcopis: *Cum omni jurisdictione, cum piscaria, falconeria, & omnibus venationibus Capitis Montis.*

Falconista, apud Will. Hedam in Joanne II. Episc. Traject. idem qui *Falconarius.*

Falcus, pro *falco*. Formula 15. ex Baluzianis: *Latrat vulpis, sed non ut canis : faltus* (l. falcus) *mit semper inanis; cauda proferit, jam non fronte, cito decadet ante cano forte*. i. falcus, vel falco volat semper inanis; caudâ ferit, non rostro, citò decidet ante validos canes.

FALDA, Vox à Saxonico ꝼalꝺ, seu Cambro-Britannico ꝼꝼalꝺ deducta, quæ *Stabulum* vel caulam vulgariter, propriè verò *septum*, claustrum, cùm ad aliorum animalium, tùm ad hominis præsidium significat. Triplex autem in veteribus Tabulis hujus vocis notio deprehenditur. Nam primò pro *ovili*, hoc est, pro sepimento ex caulis vel cratibus facto, quo pastores nocte includunt oves, tùm ad stercorandum arva, tùm ne in segetes spatientur. In Charta vernacula seu Gallica in Monastico Anglic. tom.1. p.903. *Falda, Faude*, & *Faldagium, Faudage* dicitur. Ita apud Britonum pap. 109. v. Vide Consuetud. Bononiensem art. 176.

Falda igitur interdum sumitur pro crate, quâ illa conficitur. Custumarium de *Hecham*: *Portabit faldas domini.* Walsinghamus in Ricardo II. p.255. *Et ideo in primis ad diffiduciandum Abbatem, faldas, quas fecerat in Fauconwod, & silvis aliis, esse frangendas ipsa nocte, &c.* Mox: *Ipsa nocte ante quietem universa — in fractione faldarum, excisione portarum, & domus subversione — perpetrarunt.* Rursum: *Consultum est de faldis in silvis, de silvarum portis, &c.* Monasticum Anglic. p.165. *Et de bosco meo, sive arborum succisione, sufficientem materiam ad faciendas domos & faldas duarum vaccariarum. Faulde des Charbonniers*, in Statuto pro foresta Compendiensi ann. 1563. art. 29. Quibus locis *Faldæ*, sunt crates seu *cleiæ faldarum*, quibus silvæ, vaccariæ, & carbones clauduntur, & continentur.

Falda, pro septo, quo equi, aut alia quævis animalia includuntur. Monasticum Anglic. to.2. p.395. *Præterea concessi eisdem, quòd habeant equos & porcos suos intra forestam meam, & habeant duas faldas in foresta mea, — ad capiendum equos & pullos suos semel in anno, & signandum.* Fleta lib.2. c.76. §.11. *Expedit juvenculas & vaccas — in falda bene straminata nocturnanter custodiri.* Adde c.86.

Falda denique sumitur pro libertate habendi *faldam*, quæ libertas *Faldsoca* dicitur: Ʃoc enim Saxonibus *libertas*. Nulli quippe olim licuit vel in terris propriis *faldam* erigere, aut gregem alere, nisi domino feodali, seu manerii, hoc ex jure publico gaudenti. Est igitur libertas *faldæ*, seu *faldagium*, prærogativa dominicalis, tenenti plebejo non competens. Atque hac notione passim usurpari videas in veterib. Chartis. Monasticum Anglic. to.1. p.340. *In Snetesham unam carrucatam terræ cum falda propria.* To.2. p.209. *Et quòd oves Canonicorum eant in pastura cum propriis ovibus ejus ubique, & quòd sint levantes & cubantes in propria falda Canonicorum prædictorum.* Ibid. p.625. *Quadraginta acras terræ — cum libertate habendi faldam suam.* Tom.1. p.302. *Haberet & faldas, ubi omnes homines villæ præter Seneschaldum, qui propriam faldam habet, tenentur ponere oves suas.* Adde to.2. pag. 275.

Faldsoca verò vox, habetur in veteri Charta apud Spelmannum: 40. *acras terræ cum dimidia faldsoca.* Occurrit etiam in Monastico Angl. tom.1. p.478. *Et faldsocam per omnes campos.* Ubi perperam editum *faldsognam*. Idem Monasticum Anglic. tom.2. p.275. *Cum tota alia terra, & cum libertate faldæ, & pasturæ, & suarii, &c.*

Faldæ secta, dicitur illa Tenentium servitus, quâ tenentur oves suas in *faldam* dominicam immittere ad stercorandos illius agros. Vetus Charta apud Spelmannum: *Concessimus totam terram — cum falda, & secta faldæ de hominibus nostris, & omni libertate, quæ ad faldam pertinet.* Hodiè, inquit Spelmannus, oves Domini & Tenentium uno pascuntur grege, sub pastore à Domino dato, in cujus stipem Tenentes ideò contribuunt, & pastor ille Tenentium oves æquè ac Domini curans, unà omnes in *falda* Domini reponit, quod & in Galliæ locis plerisque usurpatur.

Fald-gange-pening, dicebatur nummus à vassallo Domino fundi solutus, ut à *secta faldæ* liberaretur; ne scilicet oves ejus ovile vel caulam Domini, fundi dominicalis stercorandi gratiâ, sequerentur.

Faldagium, idem quod *Faldsoca*, Privilegium scilicet, & erigendæ & circumagendæ *faldæ*, seu ovilis, per arva inculta, eorumdem stercorandi gratiâ, & gregis fovendi. Monasticum Anglic. to.1. p.337. *In Brunham 2. carrucatas terræ, & unum faldagium, & 1. molendinum.* Pag.340. *2. carrucatas terræ, cum 1 faldagio, & molendino.* Pag.412. *Cum faldagiis & brueriis suis apud Norwicum.* To.2. pag.275. *De faldagio habendo ad ducentos bidentes ad plus in villa, &c.*

Faldare, Faldam in agrum immittere, illius stercorandi gratiâ. Fleta lib.2. c.73. §.5. *Faciant — terras dominicas marlari, compostari, de ovili faldari, appruari, & emendari.*

FALDAO, Sedes, seu sella brachiis conclusa, à ꝼalꝺ Saxonico, quod, ut suprà diximus in *Falda*, non modò stabulum ovile; sed etiam quodvis septum significat. Extat apud Theodulphum Episc. Aurelian. lib.2. Carm.15. Epigramma, cujus titulus est: *In faldaone Episcopi*, & principium: *Sessio Teudulfi placeat precor, &c.* Fredegarius in Chron. cap.34. *Ubi ad ventrem purgandum in faldaone sedebat, sagitta saucius moritur.* Vide *Faldistorium*. Nescio, an ejusdem originis vox Gallica *Faude*? de qua Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Hucques de pris, tres-riches mantelines,
Venans sans plus jusqu'au dessous des faudes.

Et Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. c.124. *Et dona li tal cop per les faldes en la cuxa, que la cuxa li passa, & la sella, & apunta lo cavall.*

FALDEFIUM. Vide *Fadersium*.

FALDEN. Hariulphus lib. 3. Chronici. Centul. cap. 3. *Capsa Evangeliorum duæ ex auro & argento paratæ, faldene addito ex argento fabricatum ad opus ipsarum.* Vox, ut videtur, ejus originis, cujus *falda*, septum: est enim hoc loco *Falden*, operculum, quo Evangeliorum textus ambitur & concluditur.

FALDIA, Vestis muliebris, in Statutis Mediolanensib. 2. part. 462. Ital. *Falde.* Vide *Faldones.*

FALDISTORIUM, Sella plicatilis, uti nuncupatur ab Aimoini Continuatore lib. 5. cap. 33. *Plictilis*, in Chartula plenariæ securitatis, scripta sub Justiniano, apud Brissonium lib. 6. Form. *Sella ferrea plictile valente tremisse uno, sella lignea plictile valente nummos aureos quadraginta, &c.* Vox porrò *Faldistorium*, à Germanico *Falden, quod est plicare*, apud Keronem, ita ut iis accenseatur sellis, quas Athenæus lib. 12. Synesius de Regno, Hesychius, & alii à Græcis ὀκλαδίας vocant. Sebastianus Cobarruvias ab Hispanico *Falda*, i. vestimentum femineum cum plicis, deducit. Alii denique ejusdem esse originis volunt, qua *Faldao*, de qua voce suprà, quod prorsus non abnuerim. Vide Oct. Ferrarium in *Faldistoro.* Utcumque sit, ridiculè omninò Paris de Grassis lib. 1. c. 3. *Faldistorium* dictum scribit, quasi *Fandistorium*, hoc est, locum fandi & perorandi. Papias: *Clepo, Clericorum, (MS. Deorum) faldestorium.* Acta Hadriani. IV. PP. *Descendit, & in præparato sibi faldistorio sedit.* Acta Alexandri III. *Papa in eminentiori loco positus in faldistorio suo resedit.* Jacobus Cardinalis de Coronatione Bonifac. VIII. PP. lib. 2. cap. 2.

Cumque genu flexo sedi prostratus, & auro
Procubuisset herus, simul omnis & infula circum
Pontificum supplex in faldistoria pectus
Funderet, &c.

Occurrit præterea in Chronico Casin. lib. 3. cap. 19. (al. 20.) in Chron. Fossæ novæ an. 1196. in Ceremoniali Rom. non semel, in Actis Concilii Lugdunensis ann. 1274. apud Durandum in Ration. lib. 4. cap. 30. num. 1. &c.

Faudestola, eadem notione. Matthæus Paris in Vitis Abbatum S. Albani: *Unam cathedram, quam Faudestolam vocant.* Ubi expressa Gallica vox vetus, *Faudestuef*, & *Faudestueil*, nunc contractiùs *Fauteuil. Le Lusidaire MS.*

El faudestuef d'or l'aserront,
Illuecques le couronneront.

Computum Stephani *de la Fontaine* an. 1352. in Camera Comput. Paris. *Faudestueil* vocat. *Le Roman de Roncevaux MS.*

Dou faudestuef s'estoit levez en piés.

Le Roman de Gaydon MS.

El tref avoit un faudestuef assis,
Qui por Thiebaut i fust posés & mis.

Occurrit præterea in veteri Flandriæ Chronico cap. 51. 72.

Faltestalium, eadem perindè notione. Ademarus Cabanensis pag. 164. *De Capella Regis Roberti Evangelium ex auro & argento, Dalmaticam — faltestalium argentatum, vestimentum integrum sacerdotale, &c.*

Faldestolus. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. c. 47. *Et affertur illi faldestolus, in quo sedeat, &c.*

Faldestolium. Romualdus Salernitanus in Chronico MS. *Imperator deposito pallio, de suo faldestolio surgens, &c.* Vide *Cliothedrum*, & *Clepo.*]

FALDONES. Helmodus lib. 1. c. 1. *Pro laneis indumentis, quos nos appellamus Faldones, illi offerunt tàm preciosos martures. Paldones* habet hoc loco Adam Bremensis cap. 227. *Ad vestem anhelamus marturinam, quasi ad summam beatitudinem, itaque pro laneis indumentis, quæ nos dicimus Paldones, illi offerunt tam pretiosos marturez.* Kyliano, *Falie*, est palla, cyclas, vestis muliebris totum corpus circumdans: eidem *Palt-rok* est etiam palla. Hispani, *Faldones*, ut auctor est Sebastianus Cobarruvias, appellant, *los que cuelgan de las almaticas a una parte, y a otra.*

FALDRAVA. Charta Margaretæ Warvicensis Comitissæ in Monastico Anglicano to. 2. p. 986. *Totam decimam de agnis, de caseis, & velleribus, — de vitulis, & de ruschis, & de faldravis, & de chiricsetis.*

FALDSOCA. Vide *Falda.*

FALDWRTHI. Charta Edwardi Confessoris apud Spelmannum: *Volo præterea, ut sancta Maria & Benedictus, & Abbas, & fratres Ramesiæ habeant socam in omnibus, super omnes homines, qui sunt mortwrthi, ferdwrthi, & faldwrthi in illo hundredo & dimidio, cujuscumque homines sunt.* Quædam hìc commentatur Spelmannus ex conjectura, aitque, has voces confectas ex ƿyꞃði, dignus, aptus, & idoneus, & Ꝼald, Ꝼeꞃd, & moꞇ: ita ut *Faldwrthi*, fuerint, qui idoneæ sunt ætatis *faldari*, hoc est, stabiliri in certo aliquo contubernio seu decania, Saxonibus Ꝼꞃiboꞃᵹa, ut de eo constet, ubinam exigendus sit? si in Regem deliquerit: *Notwrthi*, qui conscribi mereantur in placita & conventus publicos, moꞇ enim conventum sonat: denique *Ferdwrthi*, seu *Fredwrthi*, qui eo adoleverint, ut jurentur in pacem regiam, vel qui evocentur in militiam, quam hæc ætas, *Expeditionem* appellavit, Saxones Ꝼyꞃd.

FALESCERE, Carere, cessare, finire, *Faillir, Manquer.* Althelmus de Laude virginum:

Integritas animæ regnans in corpore casto
Flos est virgineus, qui nescit damna senectæ,
Nec cadit in terram, ceu fronde ligustra falescunt.

Ubi perperam Canisius *fatiscunt* reponit. Nescio, an ita etiam legendum cap. 16.

Donec tortoris sævi tormenta falescunt.

Et cap. 17.

Sic miles Christi frænabat marmora ponti,
Ut merito Sancti non unquam fama falescat.

Ubi Canisius monet, *Fatescat* haberi in MS.

FALESIA, Gall. *Falese.* Sic Normanni nostri vocant maris editiores margines rupesque mare claudentes. Turnebus lib. 1. Advers. c. 23. à *Phalerum deducit*, quæ vox apud Varronem lib. 3. de Re rustica, crepidinem quandam significat. Sed id etymon improbat Jos. Scaliger, putatque à *Fels* ou *Fales* voce Germanica, quæ rupem sonat, petendum. Quid si à *Phalis*, vel *Falis*, quæ sunt turres editiores? Hesychius: Φαλαι, φάλαιναι. Suprà: Φάλαι, ὅροι, σκοπιαί. Ita restituunt viri docti. Will. Brito lib. 8. Philipp. de *Falesa* oppido in Normannia:

Vicus erat scabra circumdatus undique rupe,
Ipsius asperitate loci Falesa vocatus.

Monasticum Anglic. to. 2. p. 165. *Concessi, quòd habeant largam, liberam & rationabilem viam super Falesiam Petrariæ per totam longitudinem dicti falesii.* Charta Petri D. Marleti an. 1234. *In domanio meo est medietas alta Falesiæ ante Chantou.* Historia Bellorum Hierosol. MS. vernacula: *On ne puet le castiel assegier ke d'une part, pour çou ke il siet sour une haute falise.* Balduinus de Condato MS.

Tant soit fort li mur ne massis,
Ne en haut lieu & fort assis,
Et hostiaux sor falise murée, &c.

Vide Edw. Cokum ad Littletonem Sect. 1.

FALINGUS. Vide *Falangus.*

FALIONES. Charta Ademari Comitis, regnante Rodolpho Rege indict. 12. ex Tabular. Silvaniacensi: *Donate Archimbaudo filio meo allodos bonos 10. cum mansis 55. & servis & ancillis, & omnibus suprapositis, & spadam meam minorem & sigillum de safiro, ubi*

Irmin-

Irmingardis sculpta est, m & duos faltones, & caballos 4. Vide *Faldones*.

FALKELAND. Vide *Folklande*.

FALKESMOTE, Curia quædam Londoniensis, in qua judicia exercebantur. Vox conficta est Falk, ... & mote, concilium, conciliabulum. Henricus I. Rex Angliæ in Charta pro Londoniensibus: *Et amplius non sit miskenninga* (id est, mislocutio) *in Hustenge, neque in Falkesmote, neque in aliis placitis infra civitatem.*

FALISCUS, *Culter vel securis*, Papiæ MS. *fallifcus* præfert. Alibi: *Forca, quam nunc Faliscum appellamus, nunc Culter dicitur, aliàs Securis, qua Pontifices in sacris utuntur.*

FALLACIA, Levior culpa ex oblivione præsertim, nostris *Faute*. Usus veteres Ordinis Cisterciensis cap.68. *Similiter super articulos manuum satisfaciant omnes in loco, in quo sunt, quoties fallaciam in Oratorio incurrerint non divertentes dextrorsum vel sinistrorsum.*

FALLERA, pro *Phalera, Harnesium*, Instrumentum rusticum. Monasticum Anglic. to. 2. p.256. *Et quòd eant cum bigis & carris & falleris super tenementum suum de Grenhull.* Gloss. Lat. Gr. *Falera*, ἱπποκόσμια. Glossæ aliæ MSS. *Falerus*, περιτραχήλιον.

FALLIBILIS, *Subdolus, insidiosus*. Papias.

FALLICETUM, Papiæ, *Licentia Judæorum, vel justitia.*

FALLIRE. Lex Salica tit. 9. §.1. *Si quis voluerit alterum occidere, & colpus ei fallierit.* Phrasis Gallica. *Si le coup lui a failli*: Id est, *si ictus fefellerit.* Germanis *faelen* & *feylen*, est falli, labi, errare. Sed nescio, an legendum *fallierit*? cùm Editio Heroldi præferat: *Et colpus præterfallierit.*

Fallire, vel *Fallere*, Deesse rei alicui. Usatici Barcinonenses MSS. c.28. *Qui fallerit hostes vel cavalcadas seniori suo, cui eas facere debuerit, aut emendet illi eas in duplo, si senior voluerit, aut emendet ei totum damnum & missiones & perdas, quas senior per fallimentum illius fecerit, &c.* Id est, qui exercitui non interfuerit, & equitationem, quam debet, non fecerit. Cap. 29. *Qui viderit seniorem suum necesse habere, & fallerit ei de juvamine & de servitio, quod ei debuerit facere, &c.* Id est, qui non juverit, vel opem dederit.

Faillimentum, Culpa, Gall. *Faute*. Iidem Usatici Barcinonenses cap.61. *Et qui honorem per illum non tenuerit, emendet illi fallimentum & desonores, quos ei fecit eum avere & sacramento manibus propriis jurando.* Adde cap.61.

FALLIUM. Charta Lotharii Regis Franc. an. 987. pro Eccl. S. Cucufatis in Catalania, apud Michaëlem Carbonellum in Chron. Hispan. fol.8. *Et Ecclesias S. Genesii, & S. Martini, & S. Felicis, quæ sunt ad ipsum fallium, &c.*

FALLUM, ex Anglico *faile*, Deficere: *failing*, desertus. Parliamentum de depositione Regis Ricardi II. *Citra Pascha proxima extunc sequens sine fallo rediret in Angliam.* Galli dicunt, *sans faute*.

Fallum videtur etiam modus agri apud Anglo-Saxones. Monasticum Anglic. to.2. p.425. *De duabus acris, & 3. rodis terræ, & 30. fallis in Lartwait.*

FALQUERII, Religiosi Turci. Vide Waddingum an.1314. 9.

FALSADOR. Vide *Falsarius*.

FALSARE, Decipere. In Glossis Isidori: *Falsatus sum, deceptus sum.*

Falsare, Adulterare, scriptum corrumpere. Rabanus Maurus lib. contra Judæos c.13. *In tantum namque eorum processit impietas, ut etiam Scripturam Propheticam falsare conati sint.* Sexta Synodus CP. act. 14. τὰς δ φαλσεύσαντας τὰ εἰρημένα δύο βιβλία, &c. Occurrit ibi non semel.

Falsare, Falsam esse rem quampiam contendere. Lex Ripuar. tit.59. §.2. *Et si quis in posterum hoc refragari vel falsare voluerit, à testibus convincatur.* Ita *Falsare chartam*, est falsam asserere, in Capitul. 3. an. 819. c.10. *Chartam falsam efficere*, lib.3. Capitul.c. 43. Tabular. S. Ambrosii Bituric. sub Roberto Rege: *Si quis autem homo seu femina hanc cartam falsare voluerit, componat centum libras auri, aut seipsum reddat eidem Ecclesiæ ejusdemque habitatoribus ad servile opus peragendum.* Leges Edgari Regis art.9. apud Bromptonum: *Si accusatus se de hoc non idoneaverit, & nisi accusationem falsaverit, redimat se wera sua.* i. falsam esse arguerit. Vide l. penult. D. de Falsis.

Falsare Curiam, in Regiam majestat. lib.3. cap.21. §.7. idem valet ac appellare à judicio Curiæ tanquam falso & pravo. Usatici Barcinonenses MSS. cap.71. *Qui judicium Curiæ recusat, Curiam falsat, & qui Curiam falsat, Principem damnat.* *Fausser la Cour*, in Assisis Hierosolymit. MSS. c.103. quod idem valet ac

Falsare judicium, Appellare à judicio. Dupliciter autem *falsabatur Curia*, vel *judicium*, primò, cùm simplex ac nuda erat appellatio: secundò, cum appellationi adjungebatur crimen aliquod, quod Judici ejus impingeretur, veluti si odii, lucri, vel alia prava causa judicium egisse appellans contenderet. Prima appellatio in Curia domini superioris consueto juris ordine procedebat, altera duello definiebatur. Appellans enim, Judicem aut Judices seu Pares suos pravum judicium ac iniquum ex prava causa egisse duello se probaturum profitebatur, eoque nomine cum ipsis Judicibus monomachiam inibat. Quod ab ipsis veteribus Francis accersitum non insulsè viri docti, apud quos Comes seu Judex, qui in judicando peccasset, plectebatur, adeo ut contingeret etiam, ut à partibus læsis interdum occideretur iniquus Judex, ejusque cædes non magna mulcta lueretur, ut videre est in Lege Salica Edit. Heroldi tit.54.57. Sed de *Falsatione judiciorum* plura jam à nobis observata sunt ad Statuta S. Ludovici lib.1. c.6. quibus subdere videtur operæ pretium locum Hugonis Falcandi de Calamitatib. Siciliæ p.690. *Hanc ergo sententiam vice consensuque omnium Boamundus Comes, ut erat vir eloquens, in præsentia Regis exposuit. Tunc Richardus Comes exclamavit, injustè se gravari, odium æquitati præferri: paratum se probare, quòd iniquam falsamque protulissent sententiam. Quibus verbis Boamundus Comitem prohibuit Curiæ respondere, dicens, injuriam hanc non in eos, qui judicaverant; sed in caput regium principaliter redundare. Dehinc injunctum est Archiepiscopis & Episcopis qui aderant, ut in auctorem tantæ contumeliæ, quod æquum esset, de juris severitate decernerent. At illi juxta Constitutiones Regum Siciliæ decreverunt, Comitem Richardum non solùm de terra sua; verùm etiam de membris & corpore Regis misericordiæ subjacere, eò quòd judicium Curiæ falsum dicere præsumpsisset. Captus igitur & militum custodiæ traditus, Tauromininium jussus est perduci, & ibidem in Castello summa diligentia custodiri.* Quæ quidem non modicè illustrant, quæ habentur in Statutis S. Ludovici lib. 1. c.76. ubi sanè appellari à judiciis Regiarum Curiarum posse; sed Regiam Curiam falsari non posse decernitur: *car l'en ne trouveroit mie qui droit en feist: car li Rois ne tient de nului fors de Dieu & de lui.* Addam etiam formulam ejusmodi appellationum, desumptam ex Tabulario Episcopatus Parisiensis Bibliothecæ Puteanæ fol.149. *Philippus D. G. Franc. Rex dilecto & fideli suo Episcopo Parisiensi salutem & dilectionem. Cùm fidelis & devotus frater noster P. Alencon. & Carnotensis Comes, & Almaricus de Meulento*

Valletus noster asserant se ab audientia vestra ad nostram Curiam super quodam judicio, tanquam pravo & falso dato in vestra Curia contra eosdem pro Roberto de Haricuria Milite appellasse: mandamus vobis quatenus sitis coram nobis ad instans Parlamentum ad diem octabarum B. Martini hiemalis, & vobiscum habeatis Andream Groingnet, Joannem Angier, & Philippum Paon judicatores vestros super pravo & falso judicio dictis Comiti & Almarico responsuros, & significetis dicto R. de Haricuria, quod ad dictum diem intersit, si sua crediderit interesse: inhibentes vobis, ne pendente huiusmodi appellatione aliquid innovare præsumatis in præjudicium Curiæ nostræ, & dictæ appellationis. Dat. Paris. die Jovis post festum Apostolorum Petri & Pauli.

Cognitio verò de falso judicio facto ad Regem unicè spectavit. Statutum Marlebridgense sub Henrico III. Rege Angl. c. 21. *Nullus de cætero, excepto Domino Rege, teneat placitum in Curia sua de falso judicio, facto in Curia tenentium suorum, quia huiusmodi placita specialiter spectant ad Coronam & dignitatem Domini Regis.* Vide Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. to. 3. p. 551.

Falsificare, idem quod *Falsare*. Charta Ludovici VI. Reg. Fr. an. 1110. apud V. Cl. Jacob. Petitum, post Pœnitentiale Theodori p. 581. *Horum itaque* (servorum) *probationes, aut liberi suscipiant, aut contradicendo falsificent.* Ægidius de Roya an. 1230. *Fernandus Comes Flandriæ — Brugensibus dedit privilegium, quòd Scabinos impositos amovere non posset, nisi secundùm legem falsificati essent.* Id est, convicti *de falso judicio.*

FALSARIA *monetæ*, Crimen Falsæ monetæ, cujus cognitio solum Regem spectat ex Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 10.

FALSARIUS, Sica, pugionis vel cultelli species. Albericus in Chron. MS. an. 1214. de Pugna Bovinensi: *Ante oculos ipsius Regis occiditur Stephanus de Longo Campo, in capite percussus longo, gracili trialemelló, quem Falsarium nominant.* Chronic. Flandr. cap. 15. de eodem prælio: *Matthieu de Mommoranci tenoit un faussart en sa main, & en derompoit les presses. Le Roman de Roncevaux MS.*

Et grans juiz armes, & faussars acerez.

Le Roman de Gaydon MS.

Lancent à lui les faussars acerez.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Et arbalestes, javelos & faussars.

Chronicon MS. Bertrandi Guesclini:

D'espées & de faussars ot sur lui plus de cent.

Alibi:

Mains bacinets aussi œuvré joliement,
Panons, dars, & faussars, qui tranchent souëfvemēt.

Iterum:

Gettent dars & faussars, moult en vont ociant.

Falsador, eadem, ni fallor, notione apud Sanutum l. 2. part. 4. c. 8. *Decet etiam antedictum (navigium) habere sagittaminum numerum infinitum, & præcipuè ex eis, quæ Falsadores vulgariter appellantur.* Et cap. 21. *Duodecim magistri ad faciendum falsadoria atque tela.*

FALSATOR. Falsarius, in Lege Salica tit. 32. §. 8.

FALSIFICARE, ex Gallico *Fausser*, Trajicere, perfringere Joan. Monach. Majoris Monast. l. 1. Hist. Gaufredi D. Norman. *Imposita est capiti ejus cassis multo lapide pretioso relucens, quæ talis temperaturæ erat, ut nullius ensis acumine incidi vel falsificari valeret.* Robertus *de Bourron* in Hist. Arthuri & Merlini MS. *Li haubert sunt si fort & si tenant, qu'il ne puent maille fausser. Le Roman de Kanor an. 1294. MS. Ne peut le cop tenir, qu'il ne soit entrés en la coiffe; & li baçins faussés. Le Roman de Roncevaux MS.*

Faussent ces broingues, où li ors est batus. Alibi:

Son haubers firent fausser & desmailler.

Guill. *Guiart MS.* an. 1267.

Bacinez foudre, embarrer hyaumes,
Haubers fausser, & espaulieres.

Le Roman d'Alixandre MS.

L'Aubert fausse & desront ô l'acier viennois.

Vide *Falsare.*

FALSIGRAPHUS, Qui falsa scribit. Vox hybrida, apud Joann. Sarisber. lib. 3. Metalog. cap. 5. Josephus Iscanus lib. 2. de Excidio Trojano:

— Fingit enim, nullique hac parte secunda
Falsigraphus commenta docet.

Falsigraphia, apud Alanum de Insulis in Planctu naturæ p 301. 319.

FALSITIA, Falsum, ex Gall. *Fausseté.* Henr. Knyghton: *Accusatus est de multis transgressionibus, fraudibus, falsitiis, & traditionibus.*

FALSO, Lanceæ armorum species, *Fauchon* Gall. de qua voce suprà in *Falcastrum.* Synodus Nemausensis an. 1284. de Clericis: *Enses non deferant, nec cultellos acutos, nec lanceas seu falsones, nisi fortè ex causa probabili tuitionis, seu guerræ.* Vide *Falsarius.*

FALSONARIUS, Falsarius, ex Gallico *Faussonier.* Charta Majoriæ Rotomagensis & Falesiæ: *Latro, falsonarius judicabitur per communiam, & ponetur in pillorico, ut omnes eum videant & cognoscant. Falsonarii & retonsores denariorum,* apud Bractonum l. 3. tract. 2. c. 1. §. 3.

FALSOSUS, *Circumventus, deceptus.* Gloss. Arabico-Lat.

FALTESTALIUM. Vide *Faldistorium.*

FALTUS. Vide *Falcus.*

FALVUS, Fulvus color, Gall. *Fauve*, Papias: *Falvus, fulvus, elvus color.* Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 24. de Falconibus: *Item falvi aut sunt simpliciter falvi, & absolutè, qui non habent marginem in dorso neque in caudâ, aut tendunt ad rubedinem secundùm magis & minus, &c.* Occurrit ibi pluries. Feras falvas, *Bestes fauves*, vulgò appellamus eas, quarum pili sunt fulvi coloris, ut cervum, cervam, damam, & capream.

FALX *missuria.* Chartula plenariæ securitatis, exarata sub Justiniano, apud Brisson. lib. 6. Formul. *Arca granaria minore ferro legata valente siliquas aureas duas, falce missuria valente siliqua aurea una, cupo uno, &c.* Fortè legendum: *Lancæ missuria.* Vide *Missorium.*

FAMARE, Famâ vulgare. Hieron. Dungersheimius de Laudibus S. Scholastici n. 2. *Qui usque ad Justiniani Imperatoris sanguinem lineam deducere famatur avitam.*

FAMBULO. Vide *Gurgo.*

FAMEN, Sermo, verbum. Onomast. *Famen, φάτις, βάξις.* Abbo lib. 2. de Obsid. Paris.

Almis faminibus sospes procedit egrotus.

Ælnotus in Vita S. Canuti in Prooemio:

Obstructas aperit aures, famina reddit.

Henricus Rosla in Herlingsberga.

— Collectas famine tali
Compellat turmas, &c.

Andreas Capellanus in Eroticis: *Præterea mendacibus non debet uti faminibus, sed & cavere, ne sermone minus effuso utatur.* Anastasius Biblioth. in Præfat. ad Sermonem Theodori Studitæ de S. Bartholomæo: *Opuscula nonnulla composuit, inter quæ & sermonem hunc de B. Bartholomæo satis utilem, obscuris dictionibus — Græco edidit famine, &c.* Utitur Henricus Altisiodor. lib. 3. v. 19. lib. 4. v. 11. 21. 298. lib. 5. v. 133 Dudo de Act. Norm. Orderic. Vital. lib. 3. Will. Brito lib. 2. v. 404. 289. lib. 8. v. 631. lib. 9. v. 33. &c.

FAME

FAME *necare*, Jurisdictionis species, apud Aragonenses. Fori Oscæ an. 1247. sub Jacobo I. Rege Aragon. f. 32. *Si homo infantionis occiderit hominem infantionis, talem homicidam potest dominus ejus in captione, fame, siti, aut frigore, necare, non faciendo de illo justitiam, vel estemam.* Vide *Estema*. Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Privileg. Militum. §. 9. *Si vassallus domini, non habentis merum nec mixtum imperium, in loco occiderit vassallum, dominus loci potest eum occidere fame, frigore, & siti. Et quilibet dominus loci habet hanc jurisdictionem necandi fame, frigore, & siti in suo loco, licet nullam aliam jurisdictionem criminalem habeat.* Adde lib. 1. tit. de Pignorib. §. 3. & lib. 9. tit. *Actus Curiarum*, §. 4.

FAMFALUCA, & *Famfoluca*, voces incognitæ Somnero, cui in Glossis Saxonicis per papul efferuntur. Nescio, an inde nostri suum *Fanfeluë*, vel *Fanfeluche* hauserint? quibus vocabulis rem nihili ac quisquilias denotant.

FAMICUS, *Locus tabernarum in urbe, quem frequentant propter famem pellendam.* Jo. de Janua.

FAMIGERATUS, Famosus, φιαφημισθεὶς, apud Apuleium lib. 2. Florid.

FAMILIA, hac voce indigitantur Servi, coloni, in prædiis rusticis commanentes, dominis prædiorum famulatum & servitium exhibentes. Glossæ Basilic. Φαμιλίας, οἰκετῶν, ἀνδραπόδων. Charta Caroli C. pro Tornutiensi Monasterio apud San-Julianum: *Et Truncinum villam, cum familia utriusque sexus, & omni re ad se pertinente.* Hanc vocem JC. & Scriptoribus veteribus, pro cœtu servorum uni domino subjectorum notam constat.

Familia, Terræ portio, uni familiæ alendæ sufficiens, & in eam rem destinata. *Mansus, carucata, hida.* Beda lib. 3. Hist. c. 3. *Donavit terram 50. familiarum ad construendum Monasterium.* Cap. 13. *Habens terram familiarum 7000.* Ita & cap. 16. & 22. Quibus locis Interpres Saxonicus *hidam* habet. Ita etiam hanc vocem usurpat lib. de Monasterio Wiremutensi c. 4. 9. 15. ut & Simeon Dunelm. in Hist. Regum Angl. *Ut confestim ei terram 70. familiarum largiretur.* Brompton: *Dedit ei Monasterium 30. familiarum in loco, &c.* Infrà: *Donavit Episcopo — terram 40. familiarum ad Monasterium construendum.* Eadmerus in Vita S. Wilfridi cap. 47. *Donavit servo domini terram 87. familiarum.* Stephanus Eddius in Vita ejusd. Wilfridi utitur voce *mansionum*, c. 8. & 39. Vide *Mansio*. Hist. Translat. S. Sebastiani: *Cauciacum, quæ septingentarum familiarum esse perhibetur, ad templi fabricam spattandam dedit.*

Familiæ, in militia videntur appellari *Tirones*, qui ad militiam educabantur, aut instruebantur, nondum in numeros aut signa relati, quibus annonæ perinde ac militibus de publico præbebantur, quæ inde φαμιλιαρικὰ dicuntur Mauricio lib. 2. Strateg. c. 2. De ejusmodi familiis copiosè egit Jacobus Gothofredus ad l. 17. Cod. Th. de Erogat. milit. annonæ, & ad l. ult. de Jure fisci.

Familia, in Scacariis. Vide *Scacarium*.

FAMILIARESCERE, pro *familiaris fieri*, vox Sidonii lib. 7. Epist. 2.

FAMILIARES, De familia alicujus, qui à servis separantur in l. 3. Cod. Th. Ne præter crimen majest. Gloss. Gr. Lat. οἰκεῖος, *familiaris*. Præsertim verò *Familiares* vocabant, quos Reges ac Principes in familiam suam peculiariter adsciscebant. *Familiares Regales*, in Charta Willelmi Regis Siciliæ ann. 1172. apud Rocch. Pirrum. W. Tyrius lib. 21. c. 16. *Georgius Sinaites Imperialis aulæ familiaris.* Rogerus Hovedenus p. 725. *Robertus de Turneham familiaris Regis.* In Ratificatione testamenti Regis Philippi Pulcri per Ludovicum Hutinum, Martinus *des Essars* dicitur *Familier du Roy*. Qua etiam appellatione donatur Egidius de Compendio in Regesto Dierum Trecensium. Extat Diploma Joannæ Reginæ Neapol. ann. 1344. qua Petrum de Aquila Minoritam in suum Capellanum & Familiarem assumit. Habetur præterea formula assumendi in *Familiarem*, in Monumentis Neapolitanis, tom. 3. Waddingi hist. Minor. subjectis pag. 3.

Familiares Curiæ, occurrunt apud Hugonem Falcandum non semel p. 672. 676. 777. qui dignitatem ipsam *Familiaritatem Curiæ* nuncupat. Erant autem ii præcipui Regis consiliarii, quibuscum res majoris momenti disceptabat & dijudicabat. Idem Scriptor: *De solvendo quoque matrimonio præcepit Curiæ Familiaribus, ut convocatis Episcopis, aliisque personis Ecclesiasticis, & auditis utriusque partis allegationibus, quod inde dictaret æquitas, expedirent.* Alibi de Guillelmo II. Rege: *Familiares autem Curiæ non in eo gradu, quo fuerant, aut dignitatis æqualitate voluit permanere. Nam Gayto Petro summa rerum omnium potestate concessa, super omnes eum eminentiori loco constituens — interesse quidem Conciliis, & Familiares appellari; sed ejus in omnibus imperio subservire.* Acta Innocentii III. PP. pag. 10. *Statuit eum Familiarem Regium.* Pag. 18. *Quinetiam Familiares instituebat Regios, quos volebat.*

Familiaritas, Dignitas *Familiaris*. Acta Innocentii III. *In regiam eum Familiaritatem admittens.* Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. c. 17. de Bonifacio IX. PP. *Item revocavit litteras Familiaritatis, quas multis concessit, qui Familiares ejus continui non extiterant.*

Familiares Curiæ Delphinalis, in Statut. Delphinat. p. 39.

Familiares, præterea dicti, qui ex familia Monachorum habebantur, licèt nec ex Monachis, nec ex Conversis essent. Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 13. lege 7. *Familiares son llamados, e confadres los que toman señal de habito de alguna orden, e moran en sus casas seyendo señores de lo suyo, e non se desampara dello.* Statuta Cluniacensia S. Petri Venerab. cap. 48. *Statutum est, ne hi, qui vocantur Familiares, hoc est, nec Monachi, nec Conversi, quorumdam Monasteriorum pessimi destructores, nec etiam pro maximo lucro alicubi recipiantur. Causa hujus instituti fuit, Familiarium illorum multis nota perversitas, qui nec Deo servientes, nec manibus operantes, nec aliud utile domibus providentes, ad garriendum, ad detrahendum, ad dissipandum, quæ poterant, in quibusdam Monasteriis alebantur & vestiebantur.* Ejusmodi *familiarium* mentio est in Nomastico Cisterciensi p. 255. 416. 342. Vide *Oblati*.

Familiaritas, Familia. *Familiaritati vel dominio alicujus inhærere*, in l. 3. Cod. Th. Ne præter crimen majest. i. ex familia alicujus esse. Bonifacius Archiep. Moguntin. in Epist. ad Zachariam PP. *Postquam non ante annos propè 30. sub familiaritate & servitio Apostolicæ Sedis — voto constrinxi.*

FAMILIARITER, Per familias. Frontinus: *Agros in montibus Romani acceperunt familiariter.*

FAMILIARIUM. Cornel. Fronto lib. de Nominum verborumque different. *Familiarium, quod servo competit, ut sagum, gladius.*

FAMILIA *pupillæ, id est, summitas.* Matthæo Silvatico.

FAMOSA, nudè, pro Libellis famosis. Glossæ Basil. Φάμωσα, λίβελλοι περὶ ἀνωνύμων βιβλίων τῶν δηλούντων φλυαρίας. Adde Joan. Tzetzem Chil. 9. c. 489. Ita usurpat lib. 7. Cod. Th. de Famos. libell. Anna Comnena lib. 12. Alexiad. φάμωσά τινα γράφοντες κατὰ τοῦ βασιλέως ἔρριπτον σκηνῶ. — δηλοῖ ἡ λέξις τὰ φάμωσα λοιδορήματα — ἐγγραφα, &c.

FAMOSITAS, Fama, opinio, in Vita S. Endei Abbatis Aranensis n. 2.

FAMU-

FAMULAMEN, pro *famulatus*, in Epistolis Ruodeperti Magistri & Monachi S. Galli, & apud Andr. Dandulum in Chron. MS. An. 998.

FAMULARES. Miracula S. Aigulfi Abb. Lerin. cap. 6. *Tres calices cum patenis inde rapiens (quod horribile est dictu) in famularibus suis occultavit.* Sed nemo non videt legendum *femoralibus*, quod non advertit vir doctus, qui *famulare* manticam esse putavit.

FAMULI, Servi, in l. 1. C. Com. ser. man.

Famulatus, Servitus: *famulatus nexibus liberare*, in l. 3. Cod. Th. de liberali causa.

Famulus, idem qui *Valetus*, *Scutifer*, nostris *Escuier*. Charta an. 1307. apud Fredericum Sandium in Consuetud. feudalib. Gelriæ p. 39. *Nos Herbertus de Putten famulus, &c.* Diploma Magni Ducis Brunsvicensis an. 1357. sic clauditur: *Testes hujus rei sunt Geverhardus & Burchardus de Werberge, Nobiles: Lippoldus de Vreden & Balduinus de Dalem, Milites: Henricus de Veltheim, & Burchardus de Asseburg, famuli.* Quo loco *Famulus* idem est, qui *Ministerialis*, Germanicis Scriptoribus. Fabricius in Chronic. Misnensi: *Illo tempore non amplior nobilium virorum titulus fuit, quàm ut strenui Famuli nominarentur, quod literis probari potest, Equites verò aurati, ut dicerentur Milites.* *Terra trium famulorum*, habetur in Monastico. Anglic. to. 2. pag. 969. sed nescio, an legendum *familiarum*? Vide *Familia*, & *Valetus*.

Famuli feodales, Vassalli. Charta Mauricii de Bellavilla Dom. *de Ganasche*, an. 1265. *Et septima pars illius messivæ est famulorum feodalium.* Infrà: *De isto autem gagio habebunt 5. solid, & famuli feodales 2. sol.*

Famulatus, eadem notione. Gaufredus Malaterra lib. 1. c. 4. *Adjiciens Tarentum, & Hydruntum sive Galipolim cum omnibus appenditiis, & quidquid, Gaufridus de Conversana sub ipso habebat cum ipso famulatu ejusdem.* In Tabulario S. Dionysii Novigente, occurrit *famulatus separatus a feodo Militum.*

Famulitas, Vassallatus. Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Veronensib: *Hæc sunt, quæ Episcopus Theobaldus ab Episcopatu, videlicet feudum fratris ejus, quod pro famulitate tenebat, & nummos inde acceptos libr. 700. in allodio tribui fecit.* Nisi legendum sit *familiaritate*, ita ut feudum fuerit addictum iis, qui è familia Episcopi erant, quod sequentia videntur suadere: *Similiter dedit nepoti suo feudum, quod fuit Bersoldi, qui fuit de familia, &c.*

FANATICUS. Vide *Fanum*.

FANDALUTES. Epistola Arnoldi Archiepiscopi Narbonensis de Victoria, obtenta à Christianis contra Miramomelinum Hispaniæ, apud Ughellum to. 1. Ital. Sacr. pag. 189. *Dictum est tunc in exercitu, quòd Rex Valentiæ patruus Miramolini esset cum Saracenis militibus cismarinis, qui Fandalutes dicuntur, &c.*

FANGIUS. Statuta Mediolan. part. 1. c. 204. *In quolibet præcepto executorio apponitur quantitas frangiorum seu famulorum usque ad quam judex concedet.*

FANGUS, Lutum, Italis *Fango*, Gallis, *Fange*, apud Petrum de Crescentiis lib. 4. de Agricult. cap. 35.

FANNATIO, vox forestarum: Tempus, quo pariunt damæ, quo scilicet prohibentur venationes exerceri, & omnimoda alia negotia, quæ aut parturientes damas, aut fœtus adhuc tenellos agitent, vel perturbent. Vide *Ferina*, *Sona*. *Fan* verò quasi *Infans*, ut quibusdam placet: quippe Gallis *Faon*, est hinnulus, νεβρὸς, hinc *faonesou*, seu *foinesou*. Charta Henrici Regis Angl. de Foresta c. 8. *Tertium suanimotum teneatur in initio 15. dierum ante festum S. Joanis B. propter fannationem bestiarum nostrarum.* Charta alia Ricardi I. de Foresta, apud Rogerum Hovedenum p. 784. *Prohibendum est etiam ad placita foresta, ne aliqua caretta exeat chiminum in foresta Regis, neque porci sint in foresta Regis tempore de foinesun, scilicet 15. diebus ante Nativitatem S. Joan. Bapt. & 15. diebus post idem festum.*

FANNATUM *frumentum*, Eventilatum, vannatum, Anglis *fanned*, nostris *Vanné*. Domesdei fol. 45. de ministerio Cellerarii Wigorniæ: *In septimana recipiet 10, sextarios frumenti fannatos, & 10. mittas brasii.*

FANO, Sindon, mappa, ex Germanico *Fahnen*, vel *Fanen*, quo vocabulo etiamnum dicuntur vela vel siparia ex hastilib. dependentia. Lex Aleman. tit. 59. §. 6. *Si autem testa transcapulata fuerit, ita ut cervella appareant, ut medicus cum pinna aut fanone tetigit, cum 12. sol. componat.* Tit. 84. *Levent illam terram — & commendent in sua manu, ille involvat in fanone, & ponat sigillum.*

Fano, vel *Phano*. Papias: *Fanon dicitur Corporale.* Leo IV. PP. de Cura pastorali: *Nullus cantet sine lumine, sine amictu, sine alba, stola, fanone, & casula.* Vetus Charta apud Perardum: *Cum patena argentea, uno fanone viridi cum brusdo, uno de glizo, uno de stuno.* Hariulphus lib. 2. cap. 10. *Fanones de pallio aureo parati.* Chronicon. Casin. lib. 3. c. 73. *Fanones aurei pro subdiaconibus tres.* Infrà: *Fano Imperialis aureus totus.* Acta murensia: *Decem stolæ cum fanonibus.* Petrus Abaëlardus: *Nulla de serico sint ornamenta, præter stolas & phanones.* Adde Chr. Fontanell. cap. 15. 16. Antiq. Fuld. lib. 1. tradit. 39. &c.

Fano, vexillum exercitus, Germ. *Fahnen*, uti suprà observatum. Charta originalis, quam vidimus, Ottonis II. Imp. an. 982. *Qualiter Conradus filius Rodulfi quondam Comitis in die belli, quod fuit inter nos & Saracenos, sub fanone nostro, hoc est sub imperiali vexillo, legali ritu tradendum nobis commendavit omne prædium suum, quod habet in Regno Lothariensi, &c.*

Fanonus: eadem notione ap. Hugon. Flavin. an. 1097.

Fanum, in Monastico Angl. to. 1. p. 363.

Fanones offertorii. Ordo Romanus: *Populus dat oblationes suas, id est, panem, & vinum, & offerunt cum fanonibus candidis.* Amalarius in Eclogis de Officio Missæ: *Cum fanonibus offerunt, quoniam legimus in passione Domini sudarium usurpatum esse: alter quippe fanones de lino efficiuntur, &c.* Hariulfus lib. 3. c. 3. *Fanones ad offerendum auro parati 14.* Offertur autem *oblata*, seu hostia consecranda, cum fanone à Primo Cantorum, ut est apud Durandum lib. 4. Ration. c. 30. n. 27.

FANTASIA. Vide *Phantasia*.

FANUM, pro gentilium Templis Christiani proprio vocabulo usurpabant. S. Ambrosius Epist. 29. *Quid est enim nisi fanum, in quo est conventus gentilium?* Commodianus Instr. 24.

Exis inde foris, iterum tua fana requiris.

Fana idolorum, in Capitulat. de partibus Saxoniæ c. 1. &c. Est autem propriè fanum, ἱερὸν τὸ ἐν ἄλσει, in Glossis Gr. Lat. Hinc

Manducare aut bibere juxta fana, ex immolaticiis forte, grande Christianis piaculum. S. Columbanus de pœnitentiarum mensura, cap. 36. *Si quis autem laicus manducaverit juxta fana, id est, postquam Sacerdos illi prædicavit, quòd Sacrilegium hoc erat, & postea mensæ dæmoniorum communicaverit, &c.* Ubi Cumeanus Abbas cap. 7. *Si quis ad fanum communicaverit &c.* Vide *Immolaticia*.

Fanatici, Gentiles. Fredegarius in Hist. Epitom. cap. 65. *Quod ab his gentibus fertur eorum Deum fuisse locutum, quem fanatici nominant Wodanum.* Gesta

Gesta Regum Francor. c. 10. de Chlodoveo: *Eratque ipse tunc fanaticus & paganus.* Annales Franc. Lambeciani an. 798. *Illi Abotridi fanatice erant.* Apud Prudentium, *fanaticos, fanorum Sacerdotes*, interpretatur Iso Magister in Glossis. Vide Galfridum Monemuthensem l. 2. c. 1.

FARA, *Phara*, Generatio, linea; vox Longobardica. Paulus Warnefrid. de Gestis Longob. lib. 2. c. 9. *Gisulfus non priùs se regimen ejusdem civitatis & populi suscepturum edixit, nisi ei quas ipse eligere voluisset, Langobardorum Pharas, hoc est, generationes, vel lineas tribueret.* Lex Longobard. lib. 3. tit. 14. *Si quis liber homo migrare voluerit aliquò, potestatem habeat — cum fara sua migrare, quò voluerit.* Chronicon Casin. lib. 1. c. 36. *Curtem suam, quæ dicitur Fara Majoris.* Cap. 47. *Fara Majoris, & Fara, quæ Bajana dicitur. — Et obtulit huic Monasterio eamdem faram, quæ simul 580. terræ modios continet.* Lib. 2. c. 31. *Fara Ripa ursa.* Sic porrò illæ curtes appellatæ, quæ certis generationibus addictæ essent. Utitur etiam Otfridus Evangel. lib. 6.

Furista auch in wara
Thera armilichun fara.

FARAMANNI, apud Burgundos, quædam videtur fuisse hominum conditio: sed cujusmodi fuerit, incertum. Lex. Burgundion. tit. 54. §. 2. *De exartis novam nunc & superfluam Faramannorum competitionem & calumniam a possessorum gravamine & inquietudine hac lege præcipimus submoveri, ut sicut de silvis, ita de exartis — habeant cum Burgundionibus rationem: quoniam, sicut jam dudum statutum est, medietatem silvarum ad Romanos generaliter præcipimus pertinere.* Occurrunt iterum *Faramanni* §. 3. ubi opponuntur *Romanis*, id est, veteribus terræ incolis. Unde conjicere est, *Faramannos* fuisse quosdam ex Burgundis, sic appellatos ex *fara*, generatio, & *man*, homo; seu potiùs eos, quibus in *locis* vel agris & prædiis *hospitalitas erat delegata*, ut est in §. 1. i. quibus agri ad habitandum concessi erant, ac proinde eosdem, qui

Farand-manni, aliis *Pede pulverosi*, Extranei ex Saxonico Faꞃanꝺ, ire, & man, homo. Hinc *Lex de Farand-man*, seu de *Pede pulveroso*, in Legibus Burgorum Scoticor. cap. 140. ubi appellati Adventitii, advenæ, *albani*. Vide Skenæum de Verbor significat.

FARCITÆ *Epistolæ*. Vide *Farsia*.

FARDING, *Ferdingel*, ex Saxonico Feoꞃꝺ, Quarta. Ita Faꞃꝺınᵹ usurpatur pro quarta parte rei, verbi gratiâ terræ, vel nummi. Feꞃꝺinᵹel, terræ quarterium in Domesdei. Consulet Spelmannum, qui plura volet.

FARETRUM, pro *Faretra*, βελοθήκη, in Gloss. Gr. Lat.

FARFALIUS. Decretum Childeberti Regis ad Legem Salicam c. 6. *De farfalio ita convenit, ut quicumque in mallo præsumpserit farvalium minare, sine dubio suum wvereguldum componat, quia omnino volumus, ut farfalius reprimatur. Et si fortè acquiescet istum farvalium custodire, vitæ periculum per omnia incurrat.* Al. *sustineat.* Codex MS. quem vidi, habet *farefalius*: Baluzius *farfaliis*. Ubi hæc Spelmannus: Silent hîc Glossographi, & ego de exotico non audeo pronuntiare. *Ferfallen* autem, aliàs *verfallen*, Bavaris idem significat quod Gallis *Forfaire*, & *Forfait*. Etymologicum Theutonicum vetus, *verifellen*, *stuprare*, vulgò feloniam facere. Saxonibus etiam Feꞃl & Fæꞃl, casus, *falen*, cadere, delinquere.

FARGA. Vide *Bicocaria*.

FARGANA. Leo Ost. lib. 3. Chr. Cas. c. 57. *Profectus hinc, 190. farganas fratribus in dormitorium misit. Alia vice pro piscibus misit tarenos mille.* Ubi quidam legendum censent *sarganas*. Sunt autem σαργάναι Hesychio & Suidæ, sportæ vimineæ, crates ex juncis, usui fortè Monachorum aptæ in dormitorio.

FARIA, *Verba multa*, in Gloss. Isid. & Arabico-Lat. Papiæ, *Multa eloquia*. Hinc fortè nostris *Fariboles*.

FARINAGIUM, Pensitatio ex farina, quæ fit molendinariis pro frumento molito. Tabularium Burguliense an. 1214. fol. 101. *Prior debet moltam, de unoquoque sacco unum boissellum, plenum farinagium.* Charta Joannis Decani Ambian. an. 1220. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ n. 155. *Cùm inter nos & molendinarios nostros contentio verteretur super farinagio, quod prædicti molendinarii in molendinis nostris pro asinis & vanno percipiebant, tandem compositio intervenit in hunc modum. Quicumque bladum suum in vehiculo suo molendum deduxerit ad molendinos nostros, nihil solvet de farinagio. Qui autem in asino molendini bladum suum molendum detulerit, pro modio dabit pro farinagio 4. boissellos, &c.* Charta Matthæi Comitis Bellimontis an. 1200. *Concedo etiam eis molturam suam liberam & immunem ab omni farinagio, & ab omni servitio, &c.*

FARINALE, Molendinum. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Farinale*, Meale huꞅ, i. farinæ domus.

FARINARIUM, idem quod *Farinale*, Moletrina, seu *molendinum*, ubi ex frumento molito farina conficitur. Utuntur passim Lex Salica tit. 24. §. 3. tit. 33. §. 3. Tradit. Fuld. pag. 551. Aimoin. lib. 2. Miraculor. SS. Georgii & Aurelii num. 19. Acta Episcopor. Cenoman. p. 300. Hariulfus lib. 2. Chr. Centul. c. 7. lib. 3. c. 32. lib. 4. c. 6. Chronicon Besuense p. 517. Veteres Chartæ in Hist. Montmorenciaca pag. 15. apud Perardum in Burgundicis pag. 41. 149. Beslium in Episc. Pictav. pag. 39. 44. in Comit. Pictav. pag. 238. &c.

Farinaria. Capitulare de Villis c. 18. *Ad farinarias nostras pullos & aucas habeant juxta qualitatem farinariæ.*

Farinarius, idem quod *Farinarium*, in Chronico S. Benigni pag. 412. in Chronico Abbat. S. Joann. de Vineis p. 40. &c. Occurrit etiam in Donationibus factis Eccles. Salisbur. c. 4.

FARINOLA. Passio S. Maximi Presb. n. 13. *Et veniens de amne, portans farinolam in ulnis suis, obviavit Magnentium.* Ubi leg. fortè *Sarcinulam*.

FARIOLA. Matth. Silvaticus: *Tisana, i. aqua ordei, vel fariola.*

FARISEA. Vide *Farius*.

FARISTEL. Viarum obstructio. à Saxon. Faꞃ, iter, via, & ꞅꞇal, stabulum, obstructio. Vide *Forstall*.

FARIUS *equus*, Arabicus, generosus: Arabibus *Faras*. Unde Φάρας, apud Achmetem in Onirocriticis cap. 233. ἵππος ὁ φάρας ὁ εὐγενὴς, &c. & cap. 152. 159. Φάρας Ἀραβικὸς, apud Nicetam in Isaacio lib. 1. num. 2. Leo Imp. in Tact. cap. 18. §. 137. ait, Saracenorum equos φαρίας appellari. Raymundus *de Agiles* pag. 162. *Assumptis omnibus pecuniis suis Cæsaream & Camelam adibant, ut ibi equos Farios mercarentur.* Infrà p. 165. *Cœperunt ostendere illi de parte Comitis equos Farios, & divitias suas.* Ead. pag. *Qui cùm accepisset à Comite Raimundo 5000. solidorum, & duos equos Farios optimos, &c.* A voce φάρας nostri equos generosos, ut sunt Arabici, *Ferrandos* vocarunt, ut docemus in V. *Ferrandus*. Equos verò ejusmodi Arabicos in pretio fuisse, alibi docemus. *Le Roman de Garin.*

Hue s'en retorna sur le roux Arabi.

Alibi:

Bien fu armé, s'ot le rox Arabi.

Alpharaces cavalli, iidem qui *Faris*, vox nempe conflata ex præpositione *al*, Arabibus familiari, & *Faras*, equus generosus. Matth. Silvaticus in Pand. *Al, & el, articulus apud Arabes significat id, quod apud nos vulgariter addimus præponendo nominibus, la, le, li, lo.* Joannes VIII. PP. in Epistola ad Aldephonsum Regem Galliciæ apud Sampirum: *Aliquantos utiles & optimos Mauriscos cum armis (quos Hispani cavallos Alpharaces vocant) ad nos dirigere non omittatis.* Ubi *Maurisci*, non sunt quasi minores Mauri, quod vult Altaserra; sed ita dicuntur enuntiatione Longobardica, quomodo *Franciscum, Angliscum*, & similia usurpant Scriptores. *Caballi Maurisci*, in Epist. 3. Leonis III. PP. proinde iidem, qui *Numidæ* & *Ægyptii*, quos commendant etiam Gratius in Cynegetico v. 518. & Arianus seu Xenophon Junior in lib. de Venat. c. 24. Vide, quæ observamus ad Alexiadem p. 408. 409. Ab *Alfaras*, Arabico formata vox *Auferant*, nostris olim familiaris. *Le Roman de Girard de Vienne MS.*

Mult sont lasé li auferant cremu.

Infrà:

Mais quant j'oi braire les destres auferrans.

Le Roman de Garin MS.

En destre menent les auferrans de pris.

Alibi:

Il remonterent és auferrans destriers.

Farisea, vox ejusdem originis, pro equa faria. Ordericus Vitalis de Boëmundo lib. 10. pag. 794. *Et celerem equam fortissimamque, quam Fariseam appellant, cum uno Milite ascendit.* Hinc *Far-faras, stercus caballinum*, apud Matthæum Silvaticum.

Ex prædictis videtur emendandus Procopius lib. 1. Goth. c. 18. ubi Belisarium exhibet equo bellicosissimo insidentem, qui toto fuscus corpore, anteriorem capitis partem ad nares eximio candore insignem habebat. Mox addit: οὗτον Ἕλληνες μὲν φαλιὸν, βάρβαροι δὲ βάλαν καλοῦσι. Legerim enim φάρα. Hisce addendum videtur, quod Hieronymus de Nominibus Hebraicis, *Affanez*, equorum domitorem interpretatur.

FARLEGANI, Fornicatores, adulteri, ex Saxon. Forlegere, fornicator, adulter, mœchus: Forliggan, fornicari, adulterari, mœchari: Forliggard, lupanar. Unde nescio an nostrum *Forligner*, deducatur, de iis, qui conjuges inferioris sortis ac conditionis sibi adsciscunt: tametsi probabilius censeatur, ejusmodi nuptias quasi *foris* seu extra *lineam* nobilem contractas appellatas. In Lege Frisionum titulus 9. inscribitur: *De farlegani*, in eoque agitur de adulteriis & stuprationibus. Sikama rescribendum censet, *de horleganis*, id est *hoerleggers*, seu de concubinis.

FARO, pro *Baro*. Fredegarius Scholast. c. 41. *Burgundiæ Farones verò, tam Episcopi, quàm cæteri leudes, &c.* Utitur præterea hac voce cap. 44. & 55.

FARONUS, Pharus, ex Hispanico *Faron*. Curia Generalis Cataloniæ, acta Cervariæ ann. 1369. MS. sub Petro Rege Arag. *Ulterius ordinamus, quòd Faroni, seu Fars, durante guerra præsenti fiant per loca maritima, in quibus fieri sunt assueta, sumptibus tamen eorum, qui facere sunt astricti.*

FARRAGO, *Forrago*, Equorum vel animalium pabulum ex frugum leguminumque miscellanea, *ocymum* Varroni, Gr. ὤκιμον, Ital. *Farraina, Fourage*: vel etiam stramen, palea. Charta Ludovici Comitis Blesensis an. 1199 in Tabulario Eccl. Carnotensis n. 116. *A festo autem sancti Remigii usque ad tempus messium rursum habebit Major granicam liberè ad usus suos, sicut suam, cum farraginibus, & paleis, & viciis. Et has farragines & paleas, &c.* Ita in alia n. 230. *Forrago*, in Charta Reginaldi Episcopi Carnotensis an. 1206. in eodem Tabulario, n. 50. *Sive in pratis, sive in stramimbus, sive in forraginibus, vel aliis quibuscunque, &c.* Vide *Fodrum*, & Plinium lib. 18. c. 16. ubi & *farrago*, idem quod *secale*, Gallis, *Segle*.

FARSA, Tumor, qui totam cutem exulcerat. Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosophistam: *Erpes estiomenus, i. se comedens, quod Salernitani Farsam vocant.* Constantinus African. lib. 8. Commun. locor. Medic. cap. 10. *Colera rubea si sit simplex, & ad id quod membrum videatur descendere, facit apostema, quod vocatur Formica, & aliud Farsa: quæ si cum sanguine misceatur, Erisipela inde generatur.* Vide eundem lib. de Gradib. pag. 374. & 382. Marbodus de Herbis lib. 4. cap. 20.

Ulcera desiccat mala, restringit quoque farsam.

Italis *Fersa*, est calor immensus. Dantes: *Com il ramarro sotto la gran fersa de di canicular, cangiando sepe folgore par, se la via de traversa.*

FARSIA. Charta Odonis Episcopi Parisiens. an. 1198. post Notas ad Petrum Blesensem ultimæ Editionis: *Missa similiter cum cæteris horis ordinatè celebrabitur ab aliquo prædictorum, hoc addito, quod Epistola cum Farsia dicetur à duobus in cappis sericeis.* Incertum, quid hæc vox denotet, à qua dictæ

Epistolæ Farcitæ, in Visitatione Thesauraria S. Pauli Lundinensis ann. 1295. *Unum troperium — in cujus initio notantur omnes Sequentiæ, & in fine ponuntur omnes Epistolæ farcitæ.* Ibidem: *Gradale de Choro, quod vocatur Puerorum, sine officio; in cujus fine ponuntur Epistolæ farcitæ.*

FARSURA, pro *Fartura*, apud Petrum Blesensem Epist. 86.

FARSWIROTAS. Vide *Furswirotas*.

FARUS, *Cœnator, Cœnatorium*, Papiæ. Vide *Pharus*.

FASCENINA, *Fascennia*, Ital. *Fascinata*, Propugnacula urbium, seu arcium ex *fascinis*, seu ligneis fascibus confecta. Ugutio: *A fascis, hæc fascennina, i. clausibilis vallatio, sicut circa castra & civitates, quæ solet fieri quibusdam lignis.* Ita enim Glossæ Pithœanæ, ex quibus emendandæ, quæ Isidorianæ habent *fascemina*. Gloss. Lat. Gall. *Fascennia, Palis de bois, ou clostures environ chastiaus.* Nos etiamnum *Fascines* dicimus. Occurrit in Hist. Obsid. Jadrens. lib. 1. c. 4. lib. 2. c. 19.

FASCIA. Vide *Fasciola, Funiculus, Superpellicium*.

FASCIAMENTA, Fasciæ sepulcrales. Alcuinus Ep. 71. *Nunquid non fasciamenta mortui eodem verbo solvere poterat, quo mortuum vita redditum de sepulcro prodire jussit?* Vide *Pectorale*.

FASCINABULUM. Notæ Tyronis p. 182. *Fascinum. Fascinabulum. Fascinabellum, Præfascinat. &c.*

FASCIOLA. Ugutio, partim ex Isidoro lib. 19. cap. 33. *Fasciola dicitur, qua vulnera ligantur. Fasciale verò Latinis cingulum, quo puer circumligatur in cunis.* Diminutivum à *Fascia*, cujus vocis crebra occurrit mentio in Regulis Monasticis, cùm agunt de Monachorum vestibus, ubi maximè itinerantium fuisse observare est. Bernardus in Consuetud. Cluniacensib. MSS. c. 3. *Non debet equitare sine fasciolis plusquam una leuca.* Cap. 62. *Ablatis calcaribus, & fasciolis ad Monasterii introitum petat veniam.* Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Benedicti c. 7. ait ad Camerarium pertinere, ut procuret *fratribus in iter profecturis cappas, fasciolas, calcaria.* Idem cap. 14. Monachum *fasciolatum, aut cinctum, sive cum cappa*, in claustrum introire vetat, quod hæc sint itinerantium. Bernardus Mon. MS. c. 4. & Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. c. 11. *fasciolas* Monachis tribuunt *propter tibias infirmantes*, id est, si id exigat infirmitas. Vide lib. 1. Miracul. S. Dionysii cap. 14. Regula Magistri c. 81. sta-

statuit, ut Monachi habeant in hieme *pallium stamineum, braccas laneas, & fasciolas, aut pedules.* Vult præterea, ut *fasciolæ laneæ* non sint; sed *lineæ, ut aliquid distet à Clerico Monachus.* Denique Conventus Aquisgran. an. 817. c. 22. *fasciolas* duas Monachis concedit, & duas alias, *quibus necesse est itineris causa.* His interdicuntur in Concilio Cloveshovensi an. 747. c. 38. *Nec imitentur sæculares in vestitu crurium per fasciolas, &c.*

Quærunt ipsi Monachi, quod genus vestis fuerint *fasciolæ* his locis? Haëctenus cum *pedulibus* confundit, ut & R. P. D. Lucas Acherius ad Udalricum, qui *Gamaches* vertit. At palam est, suprà laudatos Scriptores pedules à fasciolis perpetuò distinguere. Verùm non est, cur ad exoticas notiones recurramus, cùm Latina se offerat; sunt enim Ciceroni lib. de Aruspic. resp. *fasciolæ, quæ*, Ulpiano L. Argumenta sunt, D. de Auro & arg. leg. *fasciæ crurales* dicuntur: nostris *Jarretieres.* Eginhardus in Carolo M. *Fasciolis crura & pedes calciamentis constringebat.* Monachus Sangallensis lib. 1. c. 36. *Fasciolæ crurales vermiculatæ, &c.* Qualis autem fuerit calceatura Francorum, suprà attigimus in voce *Armiger*, quibus hæc addere placet ex Joanne Puricello in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ p. 70. ubi Bernardi Regis Italiæ, Pipini filii, effossum & apertum tumulum describit, ipsiusque Bernardi vestes regias: *Superstites adhuc è corio rubro calcei utrumque pedem contegebant, iidemque ligneam quisque soleam, hinc inde coriaceis insutam, habebant. Tam verò aptè pressèque ad suum quisque pedem juxta ordinem digitorum congruebant, in acutum versus primorem digitum desinentes, ut calceus dexter non nisi dextro pedi, quamdiu integer ille erat, sinisterque sinistro adaptari potuisset. Cæterum quisque calceus duabus tantùm corii partibus invicem consutis pedem ita contegebat, ut anterior corii pars in suprema versus crura extremitatem aliquantulum scissa in longum esset, illicque pedi ligamine astringeretur, ad eum prorsus modum, quo rusticana hodie celceamenta factitari solent.* Calcaria deinde ærea pedibus aptata describit. A fasciis denique cruralibus nata vox *Fesse*, seu, uti vulgò dicimus, *Face*, vel *Fasce*, in armorum insignibus. Guill. *Guiart* MS. an. 1304. *Ot maint escu portrait à fesse.*

FASCIOLUM, Operimentum capitis, quod Chaldææ incolis tribuit B. Odoricus de Forojulio in Peregrinat. sua n. 3. *Portant autem super capita sua fasciola aurea de perlis pretiosis.* Item fortè quod *fasciolas* vocat S. Hieronymus Epist. 2. de Vita Clericorum: *Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, vestes ori applicitas, & oblatos ac degustatos cibos, blandasque & dulces litterulas, sanctus amor non habet.* Neque alii d videtur à φακιολίοις Turcarum, de quibus Ducas cap. 37. quæ nunc *Turbans* seu *Tulipantos* vocant. Testatur Leunclavius in Pandecte Turc. n. 240. Græcos etiamnum sic appellare Turcicos *Tulipantos*, quòd ex fasciis seu fasciolis convolutis & complicatis conficiantur, quod etiam Achmes innuit cap. 226. Φακιόλια Saracenis etiam tribuit auctor Vitæ sancti Nili Junioris pag. 56. Ἤρχοντο ὡσεὶ δέκα καβαλλάριοι, ἐνδύματα, καὶ ὅπλα, καὶ φακιόλια, καὶ ὅλον τὸ σχῆμα ἔχοντες τῶν Σαρακηνῶν. Infrà: Περιελόμενοι δὲ τὰ φακιόλια ἀπὸ τῶν προσώπων αὐτῶν, &c. Glossæ Basilic. Φακιόλιον exponunt ζωνάριον, & *Semicinctium* Latinorum. Alii crumenam & marsupium. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Φασκόλιον, ἱμάτιον, ἢ σακκέλλιον. Aliud Cod. 930. Φασκόλιον, ἱμάτιον, φορεῖον. Φασκόλιον δέ ἐστι μαρσίπιον. Ita ferè Hesychius. Ismaëlitarum *vittata capita* dixit Hieronym. in Vita Malchi. Vide *Faciale.*

FASCULUM, pro *Vasculum.* Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. & Isidori: *Vasculum, Discus, Fasculum.*

Fasculum, Fossorium. Vetus Charta Hispanica an. 955. apud Sandovallium: *Et cùm cepissem fodere, divino judicio flagellatus sum, usque adeo quòd factus sum cæcus, & milites mei, qui immunes erant à culpa, qui cum fasculis cœpissent fodere, lumen amiserunt.* Huc fortè spectat locus ex Glossario Gr. Lat. Σκαφίον, ἤτοι ὄρυξ κηπουρικὸς, *Acisculum.* Codex MS. S. Germani Parisiensis habet — κηπουρικὴ, *Aciscumulum.*

FASEOLUS. Vide Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 26.

FASIDIS, *Grassus*, in Gloss. Arabico-Lat.

FASILIA, in Gloss. Lat. Gr. Λοβοί.

FASMA, Lingua, idioma. Hesychius: Φήματα, ῥήματα, Φάσματα. Ethelwerdus lib. 4. c. 3. *Nam ex Latino Rhetorico fasmate in propriam verterat linguam volumina, &c.*

FASOR. Vide *Sagma.*

FASSIO, in Legibus Hungaricis, Præsens relatio voluntatis & contractuum coram magistratu. Sambucus.

FASSUS, Fascis, Ital. *Fascio*, Gal. *Faisseau.* Charta an. 1345. *Solvat pro pœna 10. sol. de jumata, 3. de fasso, &c.* Occurrit ibi pluries. Monasticum Anglic. to. 2. p. 238. *Concessit Abbati duos fassos dorsales ramorum grossorum bosci ipsius — capiendos singulis diebus.* Vide *Teda.*

FASTA, Papiæ, *Honorata dicta, aut locuta.* Fortè ex Gr. φατά, dicta. Vide *Fatare.*

FASTELLA. Ligamen, Italis *Fastello.* Anastasius Bibl. in Benedicto II. PP. p. 57. *In Ecclesia B. Valentini — fecit coopertorium super altare, cum clavis & fastellis, & in circuitu palergium chrysoclavum.* Alii Codd. habent, *cum clavis in festellis*: alii denique *fistellis.* Vide *Fistulus.*

FASTERLA, eadem fortè notione. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. c. 77. de Officio Parasceves: *Et crux ab armario duabus fasterlis, dum Missa minor cantabatur, cooperta, apportatur à duobus Albatis de altari S. Jacobi ante altare principale.*

FASTERMANNES. In Legibus Edwardi Confess. caput 38. inscribitur: *De emptionibus sine fidejussionibus, quod Anglicè dicitur Fastermannes.* Mox additur: *Prohibitum erat etiam in eadem Lege, ne quis emeret vivum animal, vel pannum usatum sine plegiis & bonis testibus.* Vox deducta à Saxonico Fæst, vel Fæst, firmus stabilis, constans; & man, homo.

FASTIDIACIO, Superstitionis species. Capitulare Gregorii II. PP. pro Bavaris, §. 8. *Ut incantationes & fastidiaciones, sive diversæ observationes dierum Kalendarum, quas error tradidit paganorum, prohibeantur, sicut maleficia & magorum præstigia, &c.* Ex *Fastis dies*, videtur vox deducta.

FASTIDIUM pro *fastigium.* Vetus Inscriptio apud Gualterum in Tabulis Siculis p. 51. *Columnas cum fastidiis & parietibus templi, &c.*

FASTIGARE, Extollere, elevare, vox usurpata à Plinio, Solino, Mela, Martiano Capella, Sidonio, Leontio Episcopo, Joanne Sarisberiensi, & aliis.

Fastigatissimus, quasi *Fastigiatissimus*, ad suprema dignitatum fastigia eductus, apud eundem Sidon. lib. 1. Epist. 9. *Fastigatissima felicitas*, suprema, lib. 2. Epist. 4.

FASTIGIUM, *Summitas*, Servio ad 1. Æneid. Inferioris verò ætatis Scriptoribus, nescio quod ornamentum in ædibus sacris. Anastasius Bibl. in S. Silvestro PP. *Fecit Constantinus Augustus Basilicas istas, quas & ornavit: basilicam Constantinianam, ubi posuit ista dona, fastigium argenteum battutile, quod habet in fronte Salvatorem, sedentem in sella, &c. — fastigium ipsum, ubi stant Angeli, &c. farum ex auro purissimo,* quod

quod pendet sub fastigio, &c. Fecit autem Valentinianus --- fastigium argenteum in Basilica Constantiniana, quod à barbaris sublatum fuerat, quod pensabat, &c. In S. Hilario: *In medio cancellis æreis & columnis, cum fastigiis & epistyliis undique ornatum ex musivo, &c.*

FASTILIS, idem videtur quòd *Fastella.* Vetus Notitia in Tabulario Casauriensi anno Ludov. Imp. filii Lotharii 8. *Quòd coram prioribus regni sui Dominus Imperator prædictas res propter munera, quæ ei dederat, fastilem optimum aureum reddere voluit.* Vide *Fastella, Fasterla.*

FASTIVA. Otto Morena in Hist. Rerum Laudens. p. 53. *Posteà Imperator castellum suum, ut bene retroductum fuit statim bene aptari, firmiterque ex duplicibus fastivis viminum cooperiri fecit: ex simplicibus enim in primis erat coopertum, deinde optimis feltris, coriisque — illud armari præcepit.* Legendum fortè *fascinis*, i. fascibus, ex Ital. *Fascina.*

FASTUS, *uum*, pro *Fasti, orum*, dixisse Varronem, Lucanum, & aliquot alios, observatum à Prisciano l. 6. Sed & *fastus*, pro *fasti* dixit Hieronymus, seu quis alius, in Epist. ad Demetriadem: *Licèt ediderit virilis sexus memorabiles Consulatus, & amplissimi ordinis fastus illustris familiæ nomina frequens audierit, &c.* Turtius Rufius Asterius Quintus Exconsul Ordinarius atque Patricius in Cod. MS. Juvenci:

Asteriique tui semper meminisse jubeto,
Cujus ope & curis edita sunt populis.
Quæ quamvis summi celebrent per sæcula fastus,
Plus tamen ad meritum est, si viget ore tuo.

FATAMIA, *Plaga, ut meridiana, vel occidentalis*, Papias.

FATARE, *Fato destinare*, Joanni de Janua. Festo *fatari*, est *multa loqui.*

FATERI, Dicere. Etherius & Beatus lib. 2. adversus Elipandum Toletanum Archiep. *Libelli tui, in quibus nos hæreticos esse fateris, jam per publicum --- vulgati sunt.* Paschasius Ratbertus in Vita Walæ lib. 1. c. 7. *Quo audito illi cœperunt prospicere, is si esset, quem fatebamur*, i. dicebamus. Aimoinus de Translat. SS. Georgii & Aurelii num. 3. *Inter quos quidam ejusdem viæ loca hujusmodi fatebantur importunitatibus passim præpedita, quatenus nec magno Comitatu quisquam vallatus illud iter securè aggredi valeret.* Vide V. Cl. Stephan. Baluzium ad Capitul. p. 1265.

FATIGARE, Vexare, præsertim de litigatorum vexationibus. Glossæ antiq. MSS. *Vocare, Fatigare, Lassare.* Capitulare ann. 806. c. 9. *Sunt & alii, qui justitiam legibus recipere debent, & in tantum fiunt in quibusdam locis fatigati, usque dum illorum justitiam per fidejussorum manus tradunt, &c.* Adde l. 3. Capit. c. 21. Lex Longob. lib. 2. tit. 35. §. 5. *Cum sacramento suo se defendat, nam per pugnam, ut suprà dictum est, non fatigetur.* Tit. 55. §. 15. *Dicat juratus, quia non asto animo eum per pugnam fatigare quærat.* Formula vetus 48. apud Bignon. *Tibi exindè nullas calumnias, nec fatigationes, nec repetitiones agere --- debeamus.* Adde form. 51. Legem Bajwar. tit. 12. cap. 2. §. 2. Concil. Agath. c. 21. Aurelian. II. c. 5. Toletan. III. c. 20. 21. Wormat. c. 24. &c. Gregor. M. in Sacrament. *Parce, quæsumus, Domine! parce populo tuo, & nullis jam patiaris adversitatibus fatigari.* Idem lib. 10. Epist. 74. *Litigiis fatigare, Fatigari argutiis*, apud Sidon. lib. 6. Epist. 2. *Per pugnam fatigare*, in Diplomate Henrici Imp. ann. 1081. apud Ughellum tom. 3. pag. 419. Occurrit non semel in Cod. Theod. & apud Veteres Scriptores, Ammianum p. 101. 1. Edit. Valesii, veterem Interpretem Concilii Constantinop. sub Flaviano Act. 7. non semel. Joannem Diacon. in Vita Gregorii M. lib. 4. c. 64. Hildebertum Cenomanensem Episcop. Epist. 67. 76. &c. Vide Savaron. ad Sidon. lib. 1. Epist. 8. Salmasium ad Vopiscum p. 482. & V. Cl. Ægid. Menagium in Orig. Francic. v. *Fascher.* Hinc

Fatigare, pro, in jus vocare, vel alicui quidpiam controvertere. Fori Aragon. lib. 7. f. 129. v. *Nec reperiri poterit, quòd pater suus nec avus aliquo tempore fecerint servitutem regalem, & sit fatigatus pro sua infantionia, &c.* Id est, *qu'il soit inquieté pour sa noblesse.*

Fatigatio, Vexatio, exactio, &c. in Formulis veterib. Bignonii c. 48. 51. & in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 7.

Fatigare de directo, Fatigatio, & Fatica de directo, voces fori Catalanici & Hispanici, quæ defectum juris, seu justitiæ reddendæ dilationem denotant, *Defaut de droit*, practicis nostris: quo nempe quis jus petens sibi fieri à domino, *fatigatur*, seu vexatur, si ei denegetur, vel adversarius stare recto seu juri renuat. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 58. *Nemo sit ausus ei desemparare, nisi primùm fatigaverit se de directo.* Cap. 74. *Et teneat illud fallimentum, per fatigamentum directi, si ille adversarius, qui ad placitum fallerit, non habuerit Es fine engan.* Cap. 93. *Sicut malum, quod factum est per fatigationem de directo, nullatenus debet esse emendatum, ita illud, quod factum fuerit super proferimento de directo, nullatenus debet remanere, ut non sit redirectum.* Cap. 110. *Si quis dixerit, se esse fatigatum de Justitia in Principem, vel in Episcopum, aut in dominum suum, seu in adversarium suum de directo, --- si hoc probare noluerit, emendet omnia malefacta, quæ propter hoc hac occasione fecerit.* Constitutiones Catalaniæ inter Dominos & Vassallos MSS. cap. 39. *Si verò Princeps iste injustè daret damnum Baroni vassallos auferendo ei feudum, seu alodia, sine jurisfatica, tunc Baro inventa priùs juris fatica in ipso domino suo potest injungere hominibus sui alodii, ut ipsum adjuvent contra Principem ipsum, si super hoc insurgendo contra eum vellet insurgere.* Cap. 48. *Si aliquis dominus accepit potestatem castri, vel emparavit feudum, quod tenetur pro eo, scilicet ratione defectus servitii, vel per faticam directi.* Adde cap. 49. & 50. Concilium Helenense an. 1065. & Constitutio Jacobi I. Regis Arag. pro Treuga Domini: *De prædicta autem pace vel de scripta treuga, querela ad Episcopum, vel ad ejus Canonicos, seu fatigatio omni tempore fiat, --- & ipsi, in quibus Episcopus vel Canonici prædictæ sedis se fatigaverint de reductione præfatæ pacis, &c.* Curia General. Catalan. an. 1291. MS. *Si dominus vel Curia fuerint in fatica reddendæ justitiæ, vel solutionis seu satisfactionis faciendæ, vel etiam negligentes, &c.* Alia Charta: *Data priùs fatica 30. dierum, infra quos sit licitum retinere, &c.* Ubi *fatica* videtur accipi generatim pro dilatione. Alia Jacobi Infantis Regis Aragonum filii & hæredis Majoric. & Montispessl. data apud Majoricas 4. Kl. Mart. 1259. quâ *quamdam peciam terræ in heremum* Bertrando de Rivopullo concedit: *Liceatque vobis & vestris post 30. dies, ex quo in prædicto Dom. Rege, vel nobis vel nostris faticati eritis, totam hanc acquisitionem vestram cum omnibus melioramentis, quæ ibi feceritis vendere, dare & stabilire, sive alienare, &c. Salvo tamen in omnibus & per omnia censu, jure, dominio, laudimio, & faticâ D. Regis prædicti, & nostri & nostrorum.*

Fatica de directo, suprà, & in Constitut. Petri I. Regis Aragon. edita Barcinone ann. 1228. Vide *Pignorare.*

Fatigare, Ire aliquò cum molestia. Gregorius M. lib. 12. Epist. 27. *Ita fac, ut labor ejus, quo hic ad nos fatigatus est, vacuus non sit.* Charta Erici Regis Daniæ an. 1423.

an. 1423. apud Pontanum lib. 9. Hist. Danicæ pag. 571. *Et ab hoc præfatos dominos ad diem placiti, & ad invicem convocavimus, & nos cum eis fatigavimus, & propter pacem concordiam & compositionem tractavimus, &c.*

Fatigare, Iter suscipere. Vetus Scheda de Ordinat. Episcopi in Appendice ad Capitul. Regum Francor. Edit. V. C. St. Baluzii: *Interrogantur ab Episcopo: Quid est, fratres! quòd vos fatigastis? Illi respondent: Ut nobis concedas Patronum.* Occurrit ibi rursum.

Fatigare. Canones Hibern. l. 33. c. 5. *Debitor reddet, quantum rata solvit, & quantum fatigatus fuerit: si verò humanus fuerit, ratæ non quæret usuram, nisi quod tantum solvit, & quantum fatigatus fuerit. Si verò inhumanus fuerit, uno anno crescet usura, & quintam partem debiti in omni mense.* Ubi, *quantum fatigatus fuerit*, est, quantum ex debito non soluto creditor damni acceperit.

FATIGIÆ, Molestiæ, labores. Gall. *Fatigues*. Chronicon Windesemense lib. 1. c. 32. *Pro fatigis & expensis.* Lib. 2. c. 35. *Quantis laboribus & fatigiis.* Occurrit etiam in Legibus Hungaricis.

FATIGIUM, idem quod *fatigiæ*. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Anhelitus, suspirium, fatigium.* Visio Taionis: *Quumque ab eis interrogaretur, quam ob causam tam grande extaret fatigium?* Perperam *fastigium* scribitur hoc loco apud Isidorum Pacensem æra 680. ut & paulò infrà: *Ut ejus remuneraret tam vastum fastigium.* Occurrit præterea apud Elipandum Episc. Toletan. in Ep. ad Felicem Urgelitanum Bedam in Chronic. lib. 2. cap. 18. ex Edit. Chiffletii. in Lege Longobard. lib. 1. tit. 30. §. 6. apud Leon. Ost. lib. 3. c. 28. Erkempertum in Hist. Longob. in Charta anni 908. apud Paschasium Radbertum in Epitaphio Walæ lib. 1. c. 2. lib. 2. c. 1. 11. Ughellum in Episcop. Bergomens. &c.

FATIGOSUS, Fatigationi idoneus, Gall. *Homme de fatigue.* Utitur Michaël Scotus in lib. de Physionomia: locus non succurrit.

FATISIA. Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Veronensibus pag. 742. *Item broilum alienavit: item fatisias ab Episcopatu alienavit, & pradum unum, &c.*

FATITII. Charta Ottonis III. Imp. an. 997. in Bullario Casinensi to. 2. p. 58. *Ut nullus homo magnus aut parvus terram ipsius colentes, aut habitantes, aut fatitios inquietare, distringere, aut eorum possessiunculis tollere aliqua occasione præsumat.* Adde pag. 83.

FATOLES, *Fateles*. Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. apud Anton. de *Yepez* in Chronic. Ord. S. Benedicti to. 5. *Plumatios digniores paleos 10. alios subminores 8.--- almucellas morgones 6. fatoles paleos 2. &c.* Alia æræ 1016. ibid. *Almoçalas de Paleo & de Grentisco, cum suos plumatos paleos, & Græciscos, & suas sabanas literatas, & fateles alfanegues, &c.*

FATUÆ *mulieres*, Meretrices. Vet. Charta apud Gul. Prynneum in Libert. Eccl. Angl. to. 3. pag. 812. *Cum quadam fatua muliere in lecto suo nudus cum nuda extitit deprehensus.*

FATUARI, Μωραίνειν, in Gloss. Gr. Lat.

FATUOSUS, pro *fatuus*, apud Ingulfum. p. 855.

FATUS, pro *fatum*, in Fragm. Petronii p. 21. Vetus Inscriptio: *Fructum alium meritorum suorum reportare fatus malus negavit.* Alia: *Virginem eripuit fatus malus, &c.*

FAUCIDIA. Primum Testamentum Widradi Abbatis Flavin. an. 1. Theoderici Regis exaratum: *Præterea ista omnia reservavimus in faucidia hæredibus nostris, Pagaciacum in pago Neverninse, curtem, quam dicunt Mentem Porcionis, &c.* Id est, *in Falcidia*, seu legitima parte hæreditatis. Vide Jurisconsultos.

FAUCIO, *Fautio, Fauctio, Factio*, à *Faveo*. Joannes de Janua: *Fautio, laus vel consensus in malo, sicut amicitia, consensus in bono, &c.* Gloss. Lat. Gall. *Faucio, onis, Consentement en mal. Fautor, fautoris, le Veux, Consenteur. Nota, quòd fautoria est, vel faucio est inter malos, amicitia inter bonos.* Hinc *defaucio*, quæ *faucioni* opponitur. Gloss. Lat. Gr. *Defautio*, ἀποστροφὴ, ψόγος. Vide *Factio*.

FAUDESTOLA. Vide *Faldistorium*.

FAUDICUS, *Ille, qui vera dicit, cui cuncta favent.* Ugutio.

FAVELLARE, *Sermocinari*, ὁμιλεῖν, in Gloss. Gr. Lat.

FAVERCA, usurpari videtur, inquit Spelmannus, in MS. Rivalensis Monasterii, pro molendino ferrario, vel pro fodina, ubi ferrum eruitur.

FAVERE dicebatur dominus, quoties vassallo facultatem alienandi feudum suum concedebat. Tabularium Vindocinense Thuanum: *Et ipse favendo concessit, & donum super altare posuit.* Ibid. fol. 88. *De futuro verò convenientiam fecit, ut si ab hominibus suis aliquas comparationes quarumcunque rerum facere potuerint, ipse libenter faveat, suum præbeat autoramentum.* Occurrit ibi f. 36. 66. 74. 131. 146. Chronicon p. 561 *Quod quidem conjux sua, & filius ejus fautores libenter concesserunt.* Tabular. Vindocinense Thuanum num. 10. *Qui etiam fidejussor fuit de faventia uxoris ipsius.*

Favor, Ipse consensus Domini pro alienando feudo, *laudimium*. Tabularium Angeriacense fol. 58. *Dedit tertiam partem totius terræ de Curionio, favore & consilio illorum, à quibus habebat illud beneficium, scilicet favore Arberti de Roisec & Kalonis Vicecomitis de Ouniaco, atque Julianæ Vicecomitissæ uxoris suæ.* Tabularium Vindocin. Charta 102. *Facilè eum à constituto deflexit, & favorem donationis sui fevi ab ipso exegit.* Ch. 307. *Dedimus illi 100. sol. Pictavenses, & uxori ejus tres aureos, pro favore & memoria.* Vide Gallandum lib. de Franco allodio pag. 56.

FAVILESCERE, In favillas abire, apud Fulgentium Placiadem de Virgiliana continentia.

FAVISOR, *Favissor*. Joan. de Janua: *Favissor est piscator, qui semper rogat, & favet Deo, ut si bene eveniat: & dicitur à Faveo.* Gloss. Anglo-Saxon. Ælfrici: *Adulator, vel Favisor*; Lyþeȝe e.

FAVORARE. Vide in *Vaccaria*.

FAVORIZARE, Favere, favorem impendere, Gall. *Favorizer*. Ericus Upsaliensis lib. 3. Hist. Suecicæ pag. 92. *Parti Regis minimùm favorizans.*

FAUNI, Dæmones. Vita S. Agili Abbat. Resbac. c. 8. *Warascos prædicaturi accelerant, qui agrestium fanis decepti, quos vulgi Faunos vocant, gentilium quoque errore seducti, in perfidiam devenerant, Fotini seu Bonosi viris infecti.* Quo loco *agrestes* dicuntur *Fauni*, quia silvestres dii fuisse finguntur à Poëtis, bellumo more vitam agentes in silvis: undè *Fauni ficarii* dicuntur apud Hieremiam cap. 50. Adde Isidor. lib. 8. Orig. c. ult. Vide *Fada*.

FAüS, Silva; idem quod *Fagia*, de qua voce suprà. Charta Longobardica in Bullario Casinensi to. 2. p. 12. *Ego Rotharis Abbas insycola* (leg. *silvola*) *& in fao jugis 40. & 8. terra aratoria seu vitis, omnia ad pertica legitima, &c.*

FAUSETUM, ex Gallico *Fausset*. In musica cantus acutioris species. Regula Ordinis *de Sempringham*, pag. 717. *Organum tamen & decentum, fausetum, & pipeth omnino in divino officio omnibus nostris utriusque sexus interdicimus.* Anglis, à *faucet*, dicitur *fistula*, *tubulus*. Fortunatus ad Clerum Parisiensem:

Cymbalicæ voces calamis miscentur acutis.

Le Roman du Renard MS. de Gallo gallinaceo cantaturum se dicente:

Je te dirai une chançon,

N'aura

N'aura voisin ci environ,
Qui bien n'entende mon faucet.

A *faucibus* fortè, undè vox acutior emittitur.

FAUSSARIUS. Gloss. Ælfrici, cap. de nominibus ferarum: *Faussarius*, Ꝥꞇepa. Ubi Somnerus, *fortè flotarius.*

FAUSTICONTIN. Ethelwerdus lib. 4. c. 9.
Aurilargus exanime corpus reliquit
Monarchus Britannûm.
Nobilis ex stirpe frondens Saxonum,
Eadgarus anax: namque sermone Latino
Fausticontin nuncuparunt beatam.

FAVITOR, Qui partibus alicujus favet. Gloss. Isidori: *Favitor, fautor.* Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis n. 11. *Ut cœperunt me favitores mei oleo defrigere, quomodo solent in agonem.* Plautus Amphitr.
Sat habet favitorum semper, qui rectè facit.

FAXA. Vide *Faicia.*

FAZENDA, idem quod *affarium*, Prædium rusticum, ager: est enim Occitanis, *Fazendas*, quod nostri *Affaire*, negotium dicunt: *Facienda* Itali efferunt. Fulco Episcopus Tolosanus, qui obiit an. 1231. apud Catellum p. 900.
Dieus, que commensamens es de touta fazenda.
Charta MS. an. 1268. *Ego B. Cat, filius quondam D. Azemarii Cat Militis, — recognosco, me tenere à vobis D. Hugone Dei gr. Comite Ruthenensi — in feudum liberum & francum fazendam meam de S. Amantio, — item appendariam sive fazendam de Comba meira, — item mansum seu appendariam de Bruniffac, &c.* Profertur alia Charta in verbo *Pagesia.*

Fazienda, Apparatus rusticus. Fori Jaccenses apud Blancam in Commentar. Rer. Arag. p. 595. *Et dimissis ganatis, & omnibus suis faziendis, sequantur appellitum. Le Roman d'Alexandre MS.*
Riches de avoir & do facendes.
Vide *Faicia, Frachenda.*

Fosia. Charta Occitanica an. 1298. in Regesto Philippi Pulcri ann. 1299. n. 13. ex Tabulario Regio: *Item vineas ad operationem seu fosiam quadraginta hominum per unam diem ad summam sex solidorum rendualium, &c.* Infrà, *fazenda* habetur: *Scilicet ipsam domum & vineas ad operationem seu faziendam 73. hominum per unam diem ad valorem 8. libr. annui reditus.*

FEASTINGMEN. Charta Wiclafi Regis Merciorum in Monastico Anglic. to. 1. p. 123. *Hoc modo per ævum liberabo à pastu Regis, & Principum, & ab omni constructione regalis villæ, & à difficultate illa, quam nos Saxonicè Feastingmen dicimus.*

FEBRIA, pro *fibra.* Laurentius Decanus Pictaviensis in Planctu super morte Gilberti Episcopi Pictaviensis: *Aurum quoque modò lentiscebat in laminas, modò vanescebat in spumam, ut vasa ministerii coloraret. Videres etiam in filo mollescere, torqueri in febrias, & in opus textile per manus artificum deservire.*

FEBRIFUGIA, Herbæ species, quæ fortè *febrem fugat*, in Capitulari de Villis c. ult.

FEBRETICUS, Qui febri laborat. Vita S. Apiani Monachi n. 17. *Plurimos ibi febreticos curavit.*

FEBRIRE, Febre laborare, πυρέσσειν, in Gloss. Gr. Lat. *Avoir la fiévre.* Spartianus in Adriano: *Venit & de Pannonia quidam natus cœcus ad febrientem Adrianum.* Utuntur passim Medici.

FEDA, Fides, ex Germ. *Feid.* Capitulare de Villis c. 62. *Quid de feda fracta, vel freda, quid de feraminibus, &c.* Vide *Fides fracta.*

FEDIUM, pro *feudum*, in Charta Philippi I. Reg. Fr. ann. 1091. apud Fabrum Canterellum Tract. de Feud. in Probat. p. 1.

FECANGI, vel *Fengangi*, in vet. Gloss. *Furtum manifestum.* Vox Longobardica. Edictum Rotharis Regis Long. tit. 101. §. 1. *Si quis liber homo furtum fecerit, in ipsum furtum tentus fuerit, id est, fegangit, usque ad decem siliquas furtum ipsum, sibi nonum reddat.* Idem Edictum tit. 6. *Si ancilla furtum fecerit, dominus ejus componat tantùm ipsum furtum, — pro culpa, quod est fegange, non requirantur, nec exigantur à domino ancillæ.* Leges Luithprandi tit. 119. §. 1. habent *fengangi.* Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 2. 48. 59. *fegangi.*

FEGATUM, Jecur, ex Italico *Fegato.* Judicatum, vel Pactum pacis sub an. 1224. apud Ughellum to. 1. Ital. Sacr. p. 905. *Tanquam si abstraxeris fegatum de corpore meo.*

FEIRA. Vide *Feria.*

FELAGUS, Fidelis, ex Saxonico Ꝼæle, fidus: vel à Ꝼe, fides, & laȜ, ligatus, *socius individuus.* Leges Edwardi Confess. c. 15. *Si dominum non haberet felagus ejus, id est, fide cum eo ligatus.* Adde cap. 35. Vide *Fratres conjurati.*

FELAX, *hæc Catta*, αἴλουρος, in Gloss. Gr. Lat.

FELDE. Vide *Strand.*

FELECTUM. Chronicon Novalicense c. 18. *Tunc pater Frodoinus misit duos ex suis — cum Raimperto Advocato de felecto ipsius Monasterii.*

FELENA, *Cerva*, Ugutioni.

FELGARIA. Charta Sisnandi Episcopi Iriensis seu Compostellani æræ 952. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Bened. to. 4. p. 434. v. *Per ubi dividunt per Agilario trans ruptas, dirutas, arbores, babeias, felgarias, ac quicquid ibi conclusum est, habeat sanctus Stephanus in perpetuum.* Charta sequens ejusdem Sisnandi paulò aliter habet: *Per ubi divident cum artillero terras ruptas & inruptas, cum arbores, bausas, & felgarias, &c.*

FELIBRIS, *Adhuc latus vivens*, Papiæ, Glossæ Isidori, *fellebris*, habent.

FELICITER, vox adscribi solita ad calcem veterum MSS. quæ in Acclamationibus publicis frequens, ut apud Lampridium in Commodo. Hieronymus ad Marcellam: *Ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere: Explicit, aut Feliciter, aut aliquid istiusmodi.* Vide l. 6. §. 4. Cod. Th. de Collatione donat.

FELLIBILIS, *Subdolus, amarus.* Papias.

FELLICULA. Mamotrectus ad 31. Ecclesiastici: *Cholera, quæ est una de quatuor humoribus, quæ Fellicula vocatur, id est, fellis effusi.*

FELLO, *Felo*, Perfidus, rebellis; Lindwodo, Edw. Cooko, & Anglis, omnis malefactor, cui debetur pœna mortis. Gallis *Felon*, Italis *Fellone.* Ex Saxon. Ꝼælen, & Ꝼelen, & Theutonico *Faelen*, delinquere, errare, cadere. Alii vocis originem arcessunt à Latino *Fel*, quòd qui crimina perpetrant, ea *felleo animo* perpetrare dicantur. Capitula Caroli C. tit. 23. c. ult. *Non tibi sit cura, Rex, quæ tibi referunt illi felones atque ignobiles.* Ratherius Veron. Episc. in Qualitate conjectur. *Quòd sic vellet eum* (castrum) *tenere pro suo gratu, sicut pro uno fellone, quia per donum Imperatoris — illud, cùm mentiretur, teneret.* Infrà: *Cùm nemo possit ferre, ut malum audiat aliquem dicere de suo seniore, nisi qui maximus fello convincitur esse.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 1.
Damnant fellones, cruciant furcisque latrones.
Vide Regiam Majest. lib. 2. c. 56. lib. 4. c. 12. Quoniam Attach. c. 18. Littleton. Sect. 745. Walsinghamum pag. 278.

Catalla felonum, inter prærogativas altæ Justitiæ recensentur in Monastico Anglic. tom. 1. p. 143. 767. &c.

Felo de se, JC. & Practicis dicitur is, qui sibi ipsi mortem sponte consciscit: is successorem non habet in Catallis præter fiscum. Vide Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 31. §. 1. & Cowell. lib. 2. tit. 12. §. 4. lib. 4. tit. 18. §. 16.

Felonia,

Felonia, inquit Cowellus, *est omne crimen capitale, infra læsam majestatem*, ut sunt incendia, raptus, homicidia, latrocinia, & hujusmodi, quæ vitæ dispendio luuntur, cùm ea olim delicta *wera*, seu pecunia redimerentur. Sed id sustulit Henricus I. Rex Angl. sub ann. 1108. suspendio furibus damnatis, ut habent Florentius Wigorniensis, & Hovedenus, hoc an. Westmonast. an. 842. *Theodulphus Aurelianus Episcopus apud Ludovicum Imp. — felonia à quibusdam æmulis suis accusatus.* Nostris

Felonia propriè dicitur Delictum vassalli in dominum: qua notione passim usurpatur in Consuetudinibus municipalibus. Vide Raguellum. Hostiensis: *Felonia est culpa seu injuria, propter quam vassallus amittit feudum.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 43. *Qui feloniam fecerit, terram suam foris fecit.* Quidam *feloniam* dictam scripserunt, quasi *falloniam*, à fallendo.

FELONICA. Charta Caroli C. ex Tabulario Arulensi in Hispania, apud V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 63. *Nostram deprecatus est Clementiam, ut prædictum Monasterium denuò cum Monachis ibi consistentibus, & cum cellulis ibidem aspicientibus, id est, cum Ecclesia S. Martini ad ipsas felonicas, in via, quæ discurrit ad ipsas clusas, — sub nostro reciperemus mundiburdo ac tuitione, &c.*

FELTE. Baudovinia in Vita S. Radegundis cap. 4. *Adhuc de regali secum habens ornamento, felte fusum ex auro & gemmis vel margaritis factum, habentem in se auri solidos mille, quem — transmisit venerabili Domino Janni Reclauso, &c.* Quidam MSS. habent hoc loco, *cyphum*.

FELTRUM, *Filtrum, Filtrus, Pheltrum, Philtrum. Filtra*, seu *feltra*, sunt lanæ coactæ, quas infuso & addito aceto ferro resistere, auctor est Plinius lib. 8. c. 48. cujusmodi *Gambesonem*, quem etiam feltri nomine auctores quidam agnoscunt, describit Nicetas in Isaacio lib. 1. n. 8. unde *Coactilia* dicuntur Ulpiano in l. 25. D. de Auro & arg. leg. & in Gloss. Gr. Lat. πιλωτὸν, *Coactile*: eorum confectores *Coactiliarii*, Græcis πιλωτοποιοί, in eodem Gloss. & *lanarii coactores*, in veteri Inscript.

Vox verò *Feltrum* ab Anglo-Saxonibus videtur deducta, quibus, ut & Anglis etiam, Felt, lanam coactilem sonat. Gloss. Ælfrici: *Centrum, vel filtrum*, Felt. Hinc Belgæ *Vilt*, Itali *Feltro*, Galli *Feutre* formarunt. Matth. Silvaticus: *Filtrum, i. pannus lanæ incontextus.* Idem: *Pilima*, (πίλημα) *filtrum*. Jo. Villaneus lib. 5. c. 29. *In su un povero feltro fu levato Imperadore.*

Sed & recentiores Græci indè ἀφέλτρον mutuati sunt, quod habetur apud Leonem in Tacticis cap. 6. §. 8. à qua voce primam literam demendam censet Meursius, & legendum φέλτρον apud Leonem. Verùm, ut non temerè assentiar, facit vetus Poëta vernaculus, apud Falcetum lib. 2. de Poëtis Francic. c. 14. in hoc Carmine:

N'en vol prendre cheval, ne la mule afeltrée,
Peliçon, vair, ne gris, mantel, chape fourrée.

Le Roman de Gaydon MS.

La Dame sist sor la murle affautrée.

Ugutio: *Centro, onis, dicitur pulvinar, vel velum de multis pannis, vel qui facit filtra ad ipsum filtrum.*

Filtrum, inter exercitus, aut certè militum impedimenta sæpè reponitur. Lex Bajwar. tit. 2. c. 6. § 1. *Si quis in exercitu aliquid furaverit, pastorium, capistrum, frenum, feltrum, &c.* Tageno Patav. *Exterriti, relictis tentoriis & filtris, montana profugi ascenderant.* Vincentius Belvac. lib. 30. c. 80. de Tartaris: *Cùm ad bellum ire volunt, cursores præmittunt, qui secum nihil præter filtra suadeferunt.* Vide eundem c. 86. lib. 32. cap. 4. Speculum Saxon. lib. 3. art. 89. Constit. Frider. I. Imp. ann. 1158. apud Goldastum tom. 3. Constit Imp. &c.

Tentoria Filtrea. Thwroczius in Chr. Hungariæ de Tartaris: *Cum suis tentoriis filtreis, jumentis, pecoribus, terram vacuam Hungariæ peragrabant.* Tentoria etiam *filtrina* iisdem Tartaris adscribit Thomas Archid. Spalat. cap. 38. Turcomannis, Sanutus lib. 3. part. 12. cap. 1. *Domus filtrea*, i. ut interpretor, *tentorium.* Arnoldus Lubec. lib. 2. c. 9. de Sultano Iconiensi: *Dedit etiam ei* (Henrico Duci Saxon.) *sex domos filtrinas, secundùm morem terræ illius.*

Filtrum, in supellectili lectaria monachica, apud Guigonem II. Priorem Cartusiensem in Statut. ejusdem Ord. cap. 38. §. 1. cap. 57. §. 2. Bernardus Prior Portarum Epist. 3. ad Inclusum: *Ad lectum habeto stramen, filtrum, coopertorium de grossis ovium pellibus rustico panno coopertum, &c.* Vita S. Galterii Abbatis Pontisarensis n. 10. *Lectus ejus filtrum erat, & vilis matta cilicio tecto.*

Vestes de *filtris*. Vincentius Belvac. lib. 32. c. 8. de Tartaris: *Filtra de lana camelorum, quibus vestiuntur, faciunt.* In Regula S. Benedicti habentur *chlamydes de feltro.*

Loricæ ex filtris. Eckehardus Junior de Casibus S. Galli c. 5. *Fabricantur spicula, filtris* perperam *piltris* editum,) *loricæ fiunt*, & *wannis scuta simulantur.* Guillelmus Apul. lib. 3. Rerum Normannic.

Proque repellendis saxorum, vel jaculorum
Ictibus, objectis rubicundis undique philtris
Ad pugnam veniunt.

Vide *Gambeso*.

Capelli filtrei, in Statutis Hugonis V. Abbatis Cluniac. in Bibl. Clun. p. 1467. & in Bulla Gregor. IX. pro Benedictinis. *Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.*

Chapeau de feutres, & bons haubers saffrez.

Etiamnum ex filtris, & coactis lanis fiunt nostri pilei, quos *Feutres* appellamus. Statuta Ordin. Præmonstrat. dist. 2. c. 13. *Pileis autem de filtro albo sine curiositate uti licebit.* Suprà: *Pileo nullus utatur, nisi de licentia Abbatis sui, qui non cuilibet nec de facili concedere debet pilei usum, nisi pro manifesta necessitate. Debent autem pilei esse de panno albo, vel pelle alba, sive de utroque, qui ita portari debent sub caputio, ut non multùm appareant, maximè in Conventu.*

Calcei filtrati, in Chron. Windeshem. lib. 1. c. 42. Chronicon Fontanell. p. 245. *Filtra ad soccos faciendum* 12. Statuta Adalardi Abb. Corbeiens. lib. 1. cap. 3. *Soccos filtrinos duos, calcearios quatuor.*

Idola de filtro, ad imaginem hominis confecta, adorasse Tartaros, tradunt Vincentius Belvacens. lib. 30. c. 7. & B. Odoricus Forojul. in sua Peregrinat. n. 21.

Cinis filtri, apud Constantinum Afric. l. 1. de Morbor. curat. c. 9.

Filtrus, in Charta Aleman. Goldasti n. 58. habetur.

Viltro. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. Monast. c. 11. *Duo femoralia, duo paria calceorum cum corrigiis, unum par viltronum ad hiemem in nocte, & alterum sine viltrino ad æstivas noctes, duo paria caligarum, &c.* Tibialia, seu crepidas ex filtro, seu grossiori & villoso panno, rectè interpretatur Editor: constat enim, *viltrum* pro *filtrum* aliquot Scriptores usurpasse. *Soccos ex filtro* seu *filtrinos*, vocant Adalardus & Chronicon Fontanellense, uti suprà monuimus. Vita MS. Caroli M. jussu Friderici Imp. exarata lib. 2. ubi de divisione Imperii: *Cortinæ, stragula, tapetia, viltratoria sagmata, &c.* Ubi Eginhardus p. 105. perperam habet *fulcra coria*, pro *viltratoria*.

Feutre & *Fautre*, Poëtis nostratib. Guill. *Guiart* ann. 1224.

Escus au col, lances sus fautres.

Le Roman de Garin:

Lance sor fautre acueillent lor chemin.

Chron.

Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin*:

Chascun lance sus feutre, és estriers s'afficha.

Vide Sebastianum Cobarruviam in voce *Fieliro*.

FEMARE, pro *fimare*, Agrum stercorare. Capitul. 2. an. 813. c. 19. *Terram aratoriam studeant femare.*

FEMELLA, Femina, mulier. Glossæ Gr. Lat. Θῆλυ, *Femella*. In Actis S. Quirini Mart. lib. 2. n. 17. 24. *Femellæ avium*, in Additamentis ad Matth. Paris p. 271. Fleta lib. 2. cap. 1. §. 17. *De femellis nubilibus maritos competentes refutantibus.* Vide *Fimella*.

FEMELLARIUS, in Glossis Isidori: *Feminis deditus, quem antiqui Mulierarium vocabant*: idem qui *femellosus*, in Gloss. Lat. Gall. *Femellosus, feminaux.* Ugutio: *Femellarius, mulierarius, i. feminino operi deditus, vel femineos habens mores, vel voluptati femininæ deditus & obnoxius.*

FEMINA, Uxor, nostris *Femme*. Capitularia Caroli C. tit. 31. §. 31. *Si femina maritum, aut maritus feminam accepit, illud conjugium dissolvatur.* Vide *Mulier*.

FEMINALIA, quæ & *femoralia*, quibus *femen*, seu *femur*, tegitur. S. Hieronymus in Epist. ad Fabiolam: *Lineis feminalibus, quæ usque ad genua & poplites veniunt, verenda celantur, & superior pars sub umbilico vehementer astringitur.* Adde Isidor. lib. 19. cap. 22. Theganus de Gestis Ludovici Pii c. 19. *Nihil illis diebus se induit præter camisiam & feminalia, nisi cum auro texta.* Gloss. Gr. MS. Reg. Cod. 1673. Περισκέλη, φιμινάλια, βρακίν. Suidas: Φιμινάλια, ἀναξυρίδας, βρακίν. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Φιμινάλια, βρακία, περισκελα. Aliud Cod. 930. Ἀναξυρίδας, φιμινάλια, βρακία, ἢ τὰ * βρακαθέαι, ἢ καὶ ἀβραδικὰ ὑποδήματα.

FEMINARE, Viris se subjicere more feminarum, quod faciunt molles & subacti. Cælius Aurelian. lib. 4. Chr. c. 9. *Nemo enim pruriens corpus feminando correxit, vel virilis veretri tactu mitigavit.* Collatio Legis Mosaïcæ tit. 3. *Moyses dicit: Qui manserit cum masculo mansione muliebri, aspernamentum est, ambo moriantur, rei sunt.* Ubi Levit. cap. 20. *Qui dormierit cum masculo coitu femineo.* Constitutio Valentiniani, ibidem: *Omnes, quibus flagitiosus luxus est viri corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, nihilque habere discretum cum feminis, &c.*

FEMORALIA, quæ & *Feminalia*, & *Bracca*. De femoralibus Monachorum, vide Regulam Magistri c. 4. Regulam Solitariorum c. 49. & observata à Menardo ad Concord. Regul. & ab Haëfteno.

FEMORASSES. Arestum Parlam. Paris. penult. Janu. an. 1319. pro Archidiacono Uticensi: *Quendam ortum cum suis pertinentiis & confrontationibus in loco vocato A la Crueria, etiam & quendam locum, ubi tenebantur femorasses, scilicet sub censu 2. Remondensium quolibet anno Archidiacono, qui esset solvendorum.* Infrà: *In dicto loco de Crueria, ubi tenebantur dicti femorasses, fecit ædificari quandam turrim.*

FEMUR. *Viri inter femora fornicantes*, annum 1. pœnitere jubentur, in Pœnitentiali MS.

FENARIA, *Domus*. Charta an. 1316. apud Fantinum Castruccium to. 1. Histor. Avenion. p. 176. *Item domus seu fenaria de na Genolha, quæ est juxta domum liberorum Raimundi Prælati.* Infrà; *Item una logia seu fenaria Nicolai de Sabaudia, &c.*

FENATICUS, Fœniceus. Hesychius: Φοινίκεον, πυῤῥόν. Papias: *Spadices, quos Fenaticos vocant, profusos, mirteos.* Jo. de Janua: *Spadix, & hæc spadica, palma, unde spadix, subrubeus, fulvus, sc. colore palmæ, unde & spadices dicuntur equi palmati, i. equi fulvi & rubicundi coloris, sicut palma, vel qui palmæ figuram in cruribus habent.* Vide *Palmati*.

FENATIO. Vide *Fannatio*.

FENATOR, qui *fenisex*, Persio, Columellæ, & aliis. Charta Odonis Comitis Corboliensis an. 1111. apud Doubletum lib. 3. p. 845. *Dimisi quasdam consuetudines, quas ibi accipiebam, scilicet Frescengagium, & Fenatores.*

Fenagium, Gall. *Fenage*. Regestum censuum & Feodor. Carnoti fol. 55. in Camera Comput. Paris. *Les rentes des prez, & la coustume, que l'en appelle Fenage.* Vide Consuetud. Durdanensem in Processu verbali.

Fenatio, eadem notione. Charta Libertat. S. Karterii in Biturigib. an. 1256. *Quiti & immunes erunt à talliis, charreis, falcationibus, fenationibus, & omnimodis biennis, &c.* Charta an. 1248. ex Tabular. S. Germani Prat. *Fena pratorum meorum de brolio homines de Autogniaco & de Verreriis fenabunt, & homines de villa Haimonis de feno quadrigas charriabunt.*

Fenarius, Gallicè *Fenier*, Fœni venditor, in Statutis artium mechanicar. Parisiens.

FENCEMONTH, vox forestariorum, inquit Spelmannus, aliàs *defense-month*, i. mensis vetitus, prohibitionis mensis, quo scilicet venari in forestis non licet, nec animalia in silvas immittere ad pasturam, ne parturientibus damis molestia inferatur. Sumit hic mensis initium à 15. die ante festum S. Joannis B. cùm *agistatores* & ministri forestæ pro *fannatione bestiarum* conveniunt, & finitur 15. diebus dictum festum sequentibus. Vide *Fannatio*.

FENESTELLA. Charta an. 1031. ex Tabul. Angeriacensi, apud Beslium p. 401. *Hoc autem volumus inserere, quod oblivioni tradatur fenestella, quod super supradicta reddidimus unum equum cum sella & freno pretio 100. solid.*

FENESTRA, & *Fenestra versatilis*, in Monasteriis Monialium, *per quam danda & recipienda* traducuntur, quam vulgò *le Tour* appellamus. Occurrit non semel in Statutis Ordinis *de Sempringham* pap. 719. 727. 730. 757. Vide Egilem in Vita S. Sturmii Abbat. cap. 1.

Fenestrarius, seu *Fenestraria*, Cui fenestræ seu per fenestram res traducendi cura incumbit, in iisdem Statutis pag. 730. *Touriere*.

Fenestræ, ubi vænum exponuntur merces levioris momenti. Charta Friderici II. Imp. an. 1226. pro Ecclesia Asculana: *Licet habere & tenere plancam portatilem ad vendendum mercimonia, & tenere fenestram apertam, &c.* Tabularium Episcopatus Autissiodorensis: *Omnes, qui tenent fenestras, vendentes allia vel erucas, debent in quolibet sabb. obol. de suo mercato.* Leges Burgorum Scoticor. cap. 67. *Nullus, qui facit panem ad vendendum, abscondat panem; sed ponat in sua fenestra, vel foro, ut communiter vendatur.* Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania an. 1228. *Non licebit die Mercurii alicui aliquod vendere in stallis vel fenestris, nisi in communi foro, &c.* Tabularium Monasterii S. Bertini: *Omnes, qui tenent fenestram panis in Arques, debent Amanno de Arques qualibet septimana in die Dominica panem valoris unius veteris oboli. Menus Fenestriers, & petits Comporteurs*, in Impositionibus Parisiensibus an. 1349. in Regesto Memorial. Cameræ Comput. sign. C. fol. 62. Vide 1. Regestum Parlamenti sub an. 1257. fol. 3. & Consuetud. Bituric. Thomasserii p. 331.

FENESTRAGIUM, Jus istud exponendi panem vel alias merces in fenestris. Liber censuum & *custumarum* urbis Carnotensis an. 1302. in Camera Comput. Paris. fol. 55. *Le Fenestrage d'ileuc, c'est à savoir pour chascune personne, qui vent pain à fenestre en la partie, que le Comte a à Chastiauneuf, vaut 15. sols.* Charta an. 1294. *En deniers, en blages, paages, fenestrages, vinages, veirages, &c.*

Fenestragium, præterea nostri appellabant, cùm in hastiludiis, qui decertaturi erant, antequam in arenam descen-

celse, derent, armorum suorum insignia ædium suarum fenestris aptabant, quò cunctis, ut dimicaturi, innotescerent. Jacobus Valerius in Tractatu MS. *du Droit d'armes de Noblesse*, ubi de torneamentis: *Quant ce viendra aut Fenestraige pour cloer son blason, le heaume doit estre couvert trois dois eu environ du blason du chief de la banniere.* Vetus Ceremoniale MS. *Au cry des Tournois: Dit, que l'on faisoit fenestre la veille du Tournoy, & pour faire fenestre de Lundy, & pour tournoier le Mardy. En un autre cri: Or oyez, Chevaliers & Escuiers, qu'on vous fait à savoir un riche pardon d'armes, & tres-noble Tournoiement de par le blanc, & de par le vermeil, lesquels seront en la ville du Mans le 7. jour de May, pour estre as hosteux, & lendemain faire fenestres, & des blazons de leurs armes à faire fenestre, & celuy jour faire le vespree de leur monstres pour lendemain tournoier.* Idem Valerius enarrans, ut armorum insignia ædium fenestris aptabantur: *Item doivent estre esleus deux Discurs comme Juges, lesquels doivent appeller les Roys d'Armes & Heraulx, afin qu'il leur dient le nombre des heaulmes, bannieres, & penon, tant d'une marche, comme de l'autre: afin que lesdits Juges puissent partir plus justement les fenestres dudit Tournoy. Item doivent estre portées les bannieres & penons ausdites fenestres, ensemble leurs heaulmes & tymbres: & sous lesdits heaulmes doivent estre cloez les escuçons de leurs armes. Et se doivent mettre par ordre des plus nobles de ceux, qui auront le plus veu, pour la garde la banniere, & pareillement du penon. Item la veille du Tournoy les Roys d'Armes & Heraulx doivent porter les dites bannieres & penons, & les heaulmes & tymbres toute ensemble esdites fenestres environ l'heure de dix heures devant None: & se doivent les dits Roys d'Armes & Heraulx departir, pour servir les nobles, & iceluy Tournoy.* Infrà: *Il est de coustume de tout temps, que pour chascun blazon cloer, est deub au Roys d'Armes & Heraulx, qui attachent, & cloent le dit blazon, 8. sols Par. Fenester les bannieres*, ibidem. Ratio etiam *Fenestram*, ut ajebant, *faciendi*, pluribus describitur à Renato Rege Siciliæ, in Tract. de Torneamentis pag. 60.

FENESTRARE, Ugutioni, *Fenestras facere, vel preparare.* Fortunatus in Vita S. Albini Episc. Andeg. n. 18. *Statimque duo cœci sunt pariter illuminati, tandem aliquando sumentes lumina diei ab umbra defuncti, nimirum agnoscentes ejus adminiculo se posse lumen consequi, cujus virtute potuisset paries fenestrari.*

FENESTRATIM, Obiter, per transennam. Theodericus Monachus de Invent. S. Celsi Episc. Trevir. num. 4. *Nos autem per tapinosin præcelsa gesta fenestratim propalantes, humilibus oportet consentire.*

FENGANGI. Vide *Fegangi*.

FENGELDUM, Pecunia, vel tributum ad arcendos hostes erogatum, à Saxonico Fen, hostis, & Ʒelð, pecunia, tributum. Occurrit in Chartis Anglicanis to. 1. Monast. Anglic. p. 372. to. 2. p. 812. 827.

FENILE, in Gloss. vett. *Locus, ubi fenum ponunt.* Gloss. Gr. Lat. χορτοκόπιον, *Fenile, fenisecium.* χορτέβολον, *fenilium. Fœnisicium*, in veteri Kalend. mense Junio, Tempus, quo fenum secatur. Adde Varron. lib. 6. Lex Salica tit. 18. §. 3. — *Si quis scuriam cum animalibus, vel fenile incenderit.* Adde Legem Bajwar. tit. 1. c. 14.

FEODUM, *Feodatus*. Vide *Feudum*.

FEORWENDEL, Modus agri: quarta, ut videtur, pars acræ: nam Saxonibus, Feoᵹð, est quartus. Monasticum Anglic. to. 2. p. 913. *Medietatem unius feorwendel terræ de meo dominio, in eadem villa, & alteram medietatem unius feorwendel, quam Augerus tenet.*

FERA, pro *Feria*, Nundinæ. Ex Gall. *Foire*. Fulcoius Monach. de Ogerio Carmentriacensi: *Præter censum, qui solvitur ad feram in mense Maji, &c.* Occurrit præterea in veteri Charta apud Marcam in Hist. Benearn. lib. 5. c. 9. n. 4. & in Libertatib. villæ de Moneto in Biturigib. apud Thomasserium lib. 1. cap. 65. Vide *Feria*.

FERA, Prædium rusticum, quod *Affare* alii vocant. Vide in hac voce. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonæ an. 1108. *Et aliam feram cum mansionibus meis, ubi sto.* Infrà: *In villa Limoso unam feram cum suis mansionibus, & cum suis ortis, &c.* Vide *Feira*.

FERA, Apri femina: nam & *feros* pro apris dixerunt veteres, uti monitum à Salmasio ad Capitolinum p. 268. Charta Fundationis Abbat. S. Mariæ Santonens. ann. 1047. apud Sammarthanos: *Statuimus, ut quotannis Abbatissa misso Venatore suo, quoquomodo poterit, habeant de præfata silva, ad recreandum feminæ imbecillitatem, aprum unum cum sua fera, cervum cum cerva, damum cum dama, caprum cum caprea, &c.*

Fera regalis, quam Angli Staggon appellant, in Legibus forestarum Canuti Regis cap. 21. 24. 26. 34. ubi *feræ regales* distinguuntur à *Feris forestæ*; est autem *Staggon*, Anglis *Stagge*, cervus, cujus venatio regalis dicitur. Observat Nonius *ferum*, singulariter appellari cervum à Virgilio lib. 8. Æneid.

Pectebatque ferum, puroque in fonte lavabat.

Narrat verò Luithprandus lib. 3. c. 4. Lanthbertum Mediolanensem Archiepiscopum Burchardo Suevorum Duci, *quasi hoc esset privilegium amoris, concessisse cervum, quem is suo in brolio venaretur, quod nulli unquam nisi carissimis magnisque concesserat amicis.*

Feræ forestæ, in iisdem Legib. forest. c. 21. 22. 27. ubi aper *bestia forestæ* dicitur, non verò *capreoli, lepores* & *cuniculi*. Quippe, ut est apud Hyginum in Astronom. lib. 2. p. 73. nobiles venatores circa lepores non versantur: unde carpitur Callimachus, quòd Dianam dixerit leporum sanguine satiari. Libertates villæ de S. Paladio in Biturigib. an. 1279. *Per totam dictam forestam — venari poterunt ad omnia animalia: ita quidem, si magnam feram, cervum, aprum, capreolum, vel aliam grossam feram ceperint, tenebuntur eam Præposito vel Servientibus præsentare, &c.* Legibus porrò Friderici Imp. lib. 2. de Feud. tit. 27. §. 5. retia tendere, aut laqueos vetantur omnes, *nisi ad ursos, aut apros, vel lupos capiendos.* Aprorum tamen venationem Regibus propriam fuisse insinuat Theganus de Gestis Ludovici Pii c. 20. *In mense Augusto, quando cervi pinguissimi sunt, venationi vacabat, usque dum aprorum tempus advenerat.*

Feræ bannitæ, quarum venatio interdicta est, in Chartis an. 1056. 1065. in Probat. Hist. Limburg. p. 29. & apud Zyllesium p. 40. Alia Henrici Imp. an. 1049. in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 365. *Ut nemo absque licentia & voluntate præfati Episcopi successorumque suorum infrà prædictos ejusdem foresti terminos banni conclusione vetitos præsumat venari, aut aliquod genus ferarum, quod in forestarum jure banni interdicitur, lege qualibet, venatoria industria capere, vel decipere.* Charta alia to. 2. pag. 543. *Ibique erat bannus bestiarum prædictorum dominorum.* Sed hìc agitur de prato, non de silva.

Fera. Matth. Silvaticus: *Pecus, i. animal monstruosum, quod generatur in utero mulieris, quod Salernitanæ mulieres vocant Feram.* Occurrit hæc vox; sed alia notione, apud Thomam Archidiac. in Hist. Salonitana cap. 41. & in Historia Acutheis de Gestis civium Spalatensium c. 2. *Quatuor cladibus antedictis, videlicet epidimia, fame, fera, & ferro tota illa provincia — flagellata est.* Ubi *fera* videtur esse *pestis*.

FERAGULUM, *Coopertorium*, in Glossis Biblicis MSS.

FERAMEN, Fera venatica, *Ferum*, & *Feramio*, Occi-

Occitanis. Capitulare 1. Caroli M. an.802. c.39. *Ut in forestis nostris nemo feramina nostra furari audeat, &c.* Capitulare de Villis c.36. *Et feramina nostra intra forestes bene custodiant.* Perperam *fertaminibus* editum c.62. Charta Pipini Regis Franc. pro Monast. S. Dionys. *Nec non & diversa feraminum genera, seu & forestarios cum ipsorum mansibus in ipsa foreste per diversa loca commanentes.* Alia Caroli M. pro eod. Monasterio: *Cum utriusque generibus feraminum, cervorum, capreolorum, &c.* Eginhardus Epist.7. *Convicti de quodam furto, furando feramina in dominica foreste.* Capitula Caroli C. *In Ligurio porcos & feramina accipiat.* Adde Capitulare 2. an.813. c.18. Philippus *Mouskes* in Hist. Francor. MS. ubi de Guillelmo Rufo Rege Angliæ:

> *Cers i mist, & bisses, & dains,*
> *Puis Counins, lievres, & ferains,*
> *Et maniere de sauvaigne.*

Infrà:

> *Et s'as les glises abatuës,*
> *U tu as la forest plantée.*
> *Qui de fierains est habitée.*

FERAMUS, Idem quod *Feramen.* Lex Aleman. tit. 99. §.4. *Si rubeus feramus cum ipso sagittatus est, &c.* Quo loco *rubeus feramus* nostris dicitur *Beste fauve*: Gallis *Beste noire.* Occitani *Feramio*, lupum, vel quamvis aliam feram silvestrem nuncupant, vel quodvis phantasma.

FERANCUS. Rigordus in Philippo Aug. de Francis: *Quos cùm multis post idem Valentinianus præliis attentasset, nec vincere potuisset, proprio eos nomine Francos, quasi ferancos, i. feroces appellavit.* Respexit fortè Rigordus Belgicum *Uranghe*, quod est *acerbum, asperum, trux, ferox*, unde etymon accersit Wendelinus. Vel potiùs id hausit ab Adone Viennensi in Chronico: *Francos lingua Attica Valentinianus Imperator à feritate & duritia atque audacia appellari primus voluit.* Præfatio ad Legem Salicam: *Gens Francorum inclyta, audax, velox & aspera.* Isidorus lib.9. c.2. de iisdem: *Alii eos à feritate morum nominatos suspicantur, eò quòd bruti sint.* Gesta Regum Francorum c.13. de Francis: *Quia populus ferocissimus est.* *Feritas barbarica*, in l. 2. Cod. Th. de Postlim. Ferocitatem eandem Gallis ipsis veteribus adscribit Egesippus lib.2. c.9. *Veniamus ad Galliarum incolas, populos natura feroces, & naturalibus muris ferociores, &c.*

FERATRUM, *dicitur à fera, & sunt feratra, tecta silvarum spissa.* Ita Papias, & Joann. de Janua. Id est, loca in silvis spissiora, in quæ feræ se se recipiunt.

FERCOSTA, Navigii species. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ c.25. *Si aliqua navis, vel Fercosta, vel aliud vas appulsum fuerit.*

FERCULA, Quæ pro nuptiis celebratis Curioni seu Sacerdoti ex jure præstabantur. Charta C. Archiep. Senonensis ann. 1200. in Tabul. Maurigniacensi n. 79. *Omne beneficium nuptiarum, sive fuerit in ferculo, sive fuerit in alia re, &c.* Statuta Synodalia Odonis Episc. Parisiens. c. 7. §.4. *Prohibetur districtè sub pœna suspensionis, ne ullus Sacerdos aut Capellanus exigat aliquid ante benedictionem nuptialem, sive pro testimonio ferendo, sive pro matrimonio celebrando, occasione ferculorum, quæ debentur pro nuptiis: celebrato autem matrimonio, recipiat fercula sua, & exigat, si necesse est, sicut consuetum est.* Id etiam statuitur in Constitutione Odonis Legati contra Simoniacos, lata in Concilio Provinciali Syriæ an. 1254. *Item & pro officio circa celebrationem nuptiarum impendendo, quoddam ferculum & duas ampullas vini, vel aliquod simile pretium à nubentibus exigunt & extorquent.* Bulla Alexandri PP. an. 1234. apud Perardum in Burgundicis p.434. *Si autem ultra 4. denarios datum fuerit pro eis, duæ partes erunt Prioris, & tertia pars erit Sacerdotis, & fercula pro nuptiis celebratis, vel quod datur nomine ferculorum.* Vide *Verinuptum.*

Ferculum generale. Charta Joannis Thesaurarii S. Quintini an.1094. ex Tabulario Humolariensi Ch.30. *Ordinavit etiam caritas eorum, ut in die S. Trinitatis, quæ ante Domini adventum quibusdam in locis celebratur, die scilicet meæ nativitatis, quandiu viverem, & in anniversaria mei transitus commemoratione refectio eorum uno quolibet generali ferculo communiter & indesinenter ampliaretur, &c.* Vide *Generale.*

FERCULUM, Gestatorium, sella gestatoria. Anastasius Bibl. in Hist. de Exilio S. Martini PP. p.86. *Jussit eum surgere à ferculo, & stare.* Suprà: *Gestatorium, Gestatorium sedile, & portatorium*, dixit. Cantica Canticorum: *Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas.* In quem locum Aponius: *Ferculum à ferendo nomen accepit.*

FERDELLA *terræ*, Quarta pars virgatæ terræ, ut colligit Spelmannus ex vetere MS. cujus hæc laudat: *Decem acræ terræ faciunt secundùm antiquam consuetudinem unam ferdellam, & 4. ferdellæ faciunt virgatam, & 4. virgatæ faciunt unam hidam, & 4. hidæ faciunt unum feodum militare.* Vide *Ferdingel.*

FERDFARE, in Fleta lib.1. c.47. §.23. est *Quietantia eundi in exercitum.* Vide *Firdfare.*

FERDINGEL, Modus agri. Domesdei tit. Somerset, Ermenton: *Huic manerio pertinent consuetudines istæ: de ferdingel 30. den. &c.* Ubi Spelmannus observat, Agrimensores Anglicos *Forthindel* usurpare de quarta parte acræ: putat tamen hoc loco *Ferdingel* intelligi, vel de quarta parte virgatæ 5. acras continentis, vel de quarta parte carucatæ, vel ejusmodi alicujus mensuræ.

FERDO. Vide *Ferto.*

FERDWYTA, juxta Fletam lib.1. cap.47. §.15. *est quietantia murdri in exercitu.* Id est, ut interpretatur Edw. Cokus ad Littletonem Sect.96. *liberum esse de oneribus armorum*, Occurrit in Monast. Angl. tom.1. p. 390. Vide *Firwite.*

FERENDARIUS, Procurator, qui vice alterius in judicio causam agit: Germ. *Fursprech.* Occurrit non semel in Speculo Saxonico lib.1. art. 60. 61. 62. 63. l.3. art. 14. 30. &c.

FERENTES, Milites Bannereti. Anonymus de Rebus Friderici II. Imp. p.887. *Factum est itaque, quòd dum prælibatus Vicarius propè Schiaccam magnum Siculorum exercitum congregasset, & illi potissimè, qui vocati in partibus illis vexilla ferebant, appellati vulgari linguositate Ferentes, fidem Regis Karoli profiteri viderentur, &c.* Vide *Banneretus.*

FERERIUS. Ceremoniale Roman. lib.1. sect. 2. p.29. *Fererius tapetum (portat) & parvum scabellum, & cussinum.*

FERETRUM, Νεκροφορεῖον, Isidoro lib. 18. c. 19. *Ubi funus defertur. Sarcofagus*, in veteri Inscriptione apud Gruterum 607. 1. seu capsa, vel arca, qua effertur corpus humandum. Gloss. Gr. Lat. Φορεῖον, *Lectica, feretrum.* Servius, & Isid. lib.20. c.11. *Feretrum, Locus, ubi mortui feruntur, & est Græcum nomen, nam Græcè φέρετρον dicitur.* Gloss. Ælfrici: *Feretrum*, Bærte. Unde nostris *Biere.* Fortunatus lib. 6. Poëm.7.

> *Interea vehitur tristi lachrymosa feretro,*
> *Solvit & exequias obsequialis amor.*

Leges Henrici I. c.36. *Amici extrahant mortuum, deferentes in feretrum, & portantes eum ad Ecclesiam.* Hinc, *Fiertes*, & *Fiertres*, loculos aut capsas, in quibus Sanctorum corpora vel reliquiæ reconduntur, dicimus. Hugo Flaviniac p.122. *Ornamenta Ecclesiastica quamplurima, & feretrum, ubi sunt reliquiæ Sanctorum, &c.*

rum, &c. Bercarius Presbyter in Hist. Episcopor. Virdunensium n. 19. *Feretrum, ubi sunt nunc reliquiæ Sanctorum, honestissimo decore composuit.* Will. Guiart art. 1205.

Et si enclos & encagies,
Come un cors saint en une fierte.

Feretra reliquias Sanctorum continentia ad corrogandas eleemosynas in reædificationem Ecclesiarum, aut in alias necessitates cum processionibus circumlata, non semel legere est. Has *processiones ad offerendum* vocat Ægidius Aureæ Vallis in Hist. Episc. Leod. c. 55. Vide *Reliquiæ.*

Feretro caballario vehi, apud Bedam in S. Benedicto Episcopo c. 21. & in Vita S. Erkenwaldi Episcopi Londoniensis.

Inferetrare, Feretro inferre. Lambertus Ardensis p. 19. *Hujus autem reverendissimum sanctissimæ Virginis corpusculum populo demonstravit, & inferetravit venerabilis Ecclesiæ Morinensis Episcopus Milo secundus.*

FERIÆ, Singuli dies Hebdomadis dicti, ut est apud Hieronymum, non quòd in iis feriandi necessitas incumbat; sed à septimanâ Paschatis, quæ erat immunis ab opere faciendo, & feriata. Unde cùm sex illi dies post Pascha feriati essent, & ea esset prima anni Ecclesiastici hebdomas, inde factum, ut omnes dies septimanæ vocarentur Feriæ. Lex enim est Constantini M. qui hebdomadas ante & post Pascha, ἀπράκτους & feriatas sancivit. Sed usus obtinuit, ut posterior tantùm esset feriata, ut est in Syn. in Trullo can. 66. Will. Brito in vocabul. MS. *Feria idem est, quod cessatio, unde & diem solennem antiquitus Feriam appellabant, i. cessabant ab operibus servilibus. — Et nota, quòd Judæi dies sabbati appellant, nos autem Ferias dicimus, quòd omni die feriare, i. cessare à peccato debemus, unde dicimus primam feriam, sc. diem Dominicum, secundam, tertiam, quartam, quintam, sextam, sabbatum.* Similia habet Joann. de Janua. Tertullianus lib. de jejunio: *Proinde nec stationem, quæ & ipsæ quidem suos dies habeant, quartæ feriæ & sextæ.* Primus igitur hebdomadæ dies Dominicus dicitur: qui pòst sequitur, secunda feria; & sic deinceps. Vide Durand. l. 7. cap. 1. n. 10. 11. & Henric. Valesium ad Eusebii lib. de Martyr. Palæstinæ cap. 1. Beda in Hymnis:

Nostro more dies feriæ sunt nomen habentes.

Feriæ legitimæ, in Pœnitentiali Romano, Theodori, & Bedæ, crebrò occurrunt, verbi gratiâ: *Si infrà 30. annos adolescens fornicationem faciat, tres quadragesimas, & legitimas ferias — pœniteat.* Id est, jejunet tres quadragesimas, præter *ferias legitimas*, seu dies, in quibus indicta sunt jejunia ab Ecclesia. Infrà: *Presbyter cum puella fornicans, annos quatuor, & tres quadragesimas in anno, & ferias quartam & sextam in pane & aqua.*

Feriari, Diem festum colere, ab opere servili cessare. Hayto Episc. Basileensis c. 8. *Feriandi verò per annum isti sunt dies, &c.* Passim.

Feriales, Libri, in quibus conscripta erant festa Martyrum. Epistola Chromatii & Heliodori Episcoporum ad B. Hieronymum de opere Martyrologii colligendo: *Ut famosissimos Feriales de archivio S. Eusebii Cæsareæ Palæstinæ Episcopi inquirens, Martyrum ad nos dirigat festa.*

Feriatici dies, Feriæ hebdomadis. Capitul. Caroli M. an. 813. c. 28. *De faidosis hominibus, qui solent incongruas commotiones facere, tàm in Dominicis diebus, quàmque & aliis solennitatibus, sicuti & in feriaticis diebus.*

Feriæ, Nundinæ, mercata, Italis *Fiere*, Gallis *Foires. Feyres & Marchez*, apud Brittonum p. 21. 23. 30. &c. Ita porrò appellatæ, quòd ut plurimùm in Sanctorum Patronorum festivitatibus, vel Ecclesiarum encæniis ac dedicationibus institutæ fuerint, cùm scilicet vicinorum populorum ad illas frequens fit concursus. Charta Ludovici VI. Regis an. 1117. ex Tabular. Maurigniacensi: *Nundinas, quas ferias vulgariter appellamus.* Acta Episc. Cenoman. p. 231. *Dederunt B. Juliano unam feriam in Civitate Cenomanensi in anniversario die Consecrationis matris Ecclesiæ tribus continuis diebus celebrandam, scilicet die Sabbati, die Dominica & die Lunæ.* Consuetudo Lorriaci ann. 1187. *Quando homines de Lorriaco ibunt Aurelianis cum mercatura sua, pro quadriga sua solum nummum persolvant in urbis egressu, scilicet quando non ibunt causa feriæ, &c.* Charta Philippi Regis Francor. ann. 1195. in Tabul. Prioratus S. Nicasii Meduntensis fol. 15. *Feriam quoque, quam nomine alio mercatorum nundinas dicunt, &c.* Charta Fundationis Abbatiæ S. Stephani Cadom. apud Lucam Acherium in Notis ad Vitam Lanfranci: *In territorio Cadomi feriam 3. dierum, ita ut quoties quilibet horum dierum in secunda feria evenerit, totum mercatum magni burgi sit S. Stephani.* Occurrit passim; in Monastico Anglic tom. 1. pag. 410. to. 2. pag. 37. in Fleta lib. 2. cap. 63. §. 2. in Miraculis S. Aigulfi cap. 2. apud Will. Thorn. an. 1125. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 298. &c. Vide *Nundinæ.*

Faira, & *Fira*, eadem notione. Charta Hugon. I. D. de Feritate, in Historia Monasterii S. Audoëni Rotom. pag. 460. *Præterea Ecclesiam Bilci & feiram S. Martini, feiram etiam S. Michaëlis, & feiram S. Margar. & Ecclesiam de Osbervilla, &c.* Vide tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 289. Charta Petri Regis Aragonum in Constitutionibus Catalaniæ MSS. *Nundinas sive firas & mercatos nostros sub eorum regimine & securitate ponimus.*

In Foris Aragonensibus & eorum Observantiis, *Feria* dicitur *haberi loco auctoris:* ita quòd si quis equum vel rem aliam quamvis in *feria* seu nundinis emat, non teneatur dare auctorem ei, à quo emit. Vide Michaëlem *del Molino*, in Repertorio, in verbis *Autor*, & *Feria.*

Feria Jovis, Pagania, seu superstitionis paganicæ species, Christianis interdicta, quæ die Jovis fiebat. Indiculus superstitionum, seu paganiarum in Concil. Liptin. an. 743. *De feriis, quas faciunt Jovi vel Mercurio.* S. Eligius, apud S. Audoënum in ejus Vita lib. 2. c. 15. *Nullus diem Jovis absque festivitatibus sanctis, nec in Majo, nec ullo tempore in otio observet.*

Feriæ messivæ, Vacationes autumnales, apud Papianum lib. Respons. tit. 13. & in Lege Longob. lib. 2. tit. 1. §. 11. *A 15. Kal. Augusti, usque ad 15. Kal Sept.* quo temporis spatio eadem Lege justitium indicitur. Harum meminit Fulbertus Carnot. Epist. 18. 39. Aliæ enim feriæ sunt solennes, divini cultus causâ institutæ in honorem Dei, aliæ indictæ, quæ messium vindemiarumque gratia indicuntur; aliæ denique repentinæ, quæ arbitrio Principis constituuntur, l. 4. cum seqq. C. de Feriis. *Ferias de Messions*, in Foris Beneharn. Rubr. *de Ferias*, art. 1. *Induces mestives*, in Consuet. Turon. art. 56. *Feriæ messivæ & vindemiales*, in Concilio Toletano VII. c. 6. ubi etiam *de feriis Paschalibus 15. diebus, & Natalis Domini 7.* in quibus à litibus cessabatur.

FERIALIS, pro *Feralis*, *Feriale malum*, apud Paulinum lib. 4. de Vita S. Martini. Idem lib. 2. *Ferial murmure dentes.* Lib. 3. *Ferialia dicta paterent.* Et lib. 5. *Ferialia busta tyranni. Ferialis secta*, in l. 2. Cod. de Judæis. *Ferialmente*, Bocaccio pro crudeliter. *Feralis* verò vox hac notione crebra in Cod. Theod.

FERIARCHA, *Arma subitis bellis reddita.* Ita Papias MS. At editus habet *feriacha*, & *recondita.*

FERIATICA. Isidorus Mercator in Concilio Laodiceno can. 37. *Non oportet à Judæis vel Hæreticis feriatica, quæ mittuntur, accipere, nec cum eis dies agere festos.* Ubi Græca Editio τὰ ἑορ᾽ αςικὰ λαμβάνειν habet: ἑορ᾽ αςικὰ verò intelligenda censet Filesacus lib. 1. Select. cap. 7. p. 84. quæ ad festi celebritatem apparata erant, seu ornatus, seu voluptatis, seu usus gratiâ, eaque esse, quæ Canones Apostolorum c. 70. τῆς ἑορτῆς τὰ ξένια vocant.

FERICULA, Θηρίδιον, in Gloss. Gr. Lat. Parvula fera.

FERIFERUS, Furens, in Gloss. Isid. *Ferifera, feræ furentes,* apud Papiam.

FERILE, seu *Ferrile, ubi ferrum reconditur,* in Charta veteri apud Ughellum to. 5. Ital. sacræ. p. 1538.

FERINA, *Venaison*, in Gloss. Lat. Gall. Gl. Gr. Lat. Ἀγριμαῖον, *Ferina.* Eckehardus Junior de Casib. S. Galli c. 1. *Cùm tales pridie pro ferina juberentur die nocteque laborare, ursum de lustro unus attulerat.* Infrà: *Odorem ferinæ hauriunt & carnium.* Carmen de Curia Romana:

Si mare transmittat pisces, si terra ferinam.

Franciscus Canonicus Pragensis 2. parte Chron. lib. 1. cap. 26. *Placeat vestræ magnificentiæ, ut ego ad solemnitatem Domini Electi de ferinis providerem.* Infrà: *Tres currus variis ferinis refertos Domino Electo transmisit.* Andreas Monach. lib. 2. Vitæ Ottonis Episcop. Bambergensis: *Ferina cervorum, bubalorum, & equulorum agrestium, ursorum, aprorum, porcorum, omniumque ferarum copia redundat omnis provincia.* Ἄγριον κυνήγιον, in Nomocanone Coteleriano n. 449.

Ferinesona. Charta Edw. I. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccles. Anglic. to. 3. p. 674. *Pro uno damo tempore pinguedinis, & una dama tempore ferinesonæ eisdem Decano & Capitulo per annum reddendis.* Vide *Fannatio.*

FERITA, Vulnus, percussio, à *Ferire*, vulnerare, vox Italis nota. Paulus Warnefridus de Gestis Longob. lib. 3. c. 31. *Talem Autharis feritam facere solet.* Charta an. 1345. *Si insultum vel feritam cum sanguine, vel sine sanguine fecerit, &c.* Occurrit passim in Lege Longobard.

FERITARE, Ferire, pugnare. Dudo lib. 3. de Morib. Norm. p. 136. *Nullaque gens auderet feritare cum Richardidis.* Eidem *Feriter*, pro *Fortiter.*

FERITORES. Aug. Mussatus p. 33. *Duæ siquidem erant acies, prima ejus ordinis, quem Feritorum vocant.* Ubi Laurentius Pignorius: *Feritores* gerebant vexillum quadratum, *il pennone*, ut placet Vincentio Borghinio, & legitur apud Villanum lib. 7. & 9. c. 70. vexilla Regia seu Imperii, cum Aquila, nobis *Bandiere*, ductabant cæteras turmas. Villanus verò his locis habet *Feditori.* Dicto cap. 70. *Uguiccione veggendo che non potea schiffare la bataglia, fece assalire le guardie dello spianato, ch'erano i Sanesi: e colligiati, e altri, à suoi feditori, intorno di 150. Cavalieri, ond'era capitano con pennone Imperiale.* Ubi *Feditori*, videntur esse confœderati, fide astricti, à *fede*: vel dicti quasi *Faiditi*, de qua voce suprà egimus. Vide Pergaminum in *Ferire.*

FERIUM. Vide *Affarium.*

FERLINGUS, Quadrans, vel quarta pars denarii, à Saxon. Feorðling, seu Feorðing, à Feorð, quartus. Assisa panis & cerevisiæ ann. 51. Henr. III. apud Spelman. *Quando quarterium frumenti venditur pro 12. den. tum panis wastelli de ferlingis ponderabit 5. libr. & 6. solid. Ferlins* nostris. Will. *Guiart* ann. 1211.

Par quoi chascun ostel encore
Rend là par an quatre esterlins,
Ou la value de ferlins.

Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Reg. an. 1350. *Un gobelet d'or à couvercle pesant 2. marcs, 1. once, 3. esterlins, & 3. ferlins.* *Frelin*, in Chronico MS. Bertrandi Guesclini:

Ne me faut nuls secours en nose n'en jardin.
Pour un homme tenir, car par S. Matelin,
S'il y en avoit deus, n'en donroie un frelin.

Ferlingus terræ, apud Edw. Cokum ad Littleton. sect. 1. *Quarentena terræ* exponitur, diciturque continere 32. acras. Monasticum Angl. to. 1. p. 280. *Unam virgatam terræ de dono Galfredi de Morba, & dimidium ferlingum terræ de dono Magistri Roberti, &c.* Pag. 925. *Totam terram ejusdem Ricardi, — scilicet 4. ferlingas terræ cum pertinentiis suis.* Occurrit prætereà pag. 577. 586. 684. to. 2. p. 8. 205. 250.

FERMARIUM. Vide *Firma.*

FERMENTADA. Charta Guillelmi Ducis Aquitan. an. 1027. in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 170. *Et cum leporada, & la fermentada, & cum totas pertinenzas, &c.* f. pro agro, in quo *frumentum* seritur.

FERMENTACEI, & *Fermentarii*, à Latinis per contumeliam appellati Græci, quòd ex fermentato pane Corpus Christi conficerent, ut est apud Algerium l. 2. de Sacr. c. 10. & S. Anselmum l. de Azymo & fermentato c. 2. ut illi vicissim Latinos *Azymitas* vocabant. Rigordus an. 1201. *Fermentarios hæreticos* Græcos vocat. Wibertus in Vita S. Leonis IX. PP. lib. 2. c. 9. *Ea tempestate orta est hæresis Fermentaceorum, quæ calumniatur sanctam Romanam sedem, imò omnem Latinam & Occidentalem Ecclesiam, de azymis vivificum Deo offerre sacrificium.* De utroque, azymo scilicet & fermentato, ita Gregorius VII. lib. 8. Ep. 1. *Nos verò azymum nostrum inexpugnabili secundùm Dominum ratione defendentes, ipsorum* (Græcorum) *fermentatum nec vituperamus, nec reprobamus, &c.* Sic vicissim Græci ipsi azymo vel fermentato pane in sacrificiis uti satis indifferens existimabant. Nicetas Archiepiscop. Nicodemiensis apud Anselmum Havelbergensem Episc. l. 3. Dialog. c. 19. *Si ergò fortè essem, ubi nullatenus fermentatum habere possem, & azyma præsto & paratum esset, & ego missam cantare, ac Domino sacrificium altaris offerre vellem, ego profectò azyma non horrerem; sed fiducialiter ad offerendum sacrificium Deo immaculatum consecrarem, & fideliter communicarem, &c.*

FERMENTUM. Gravis est & intricata omninò controversia; sed & necdum omninò enodata à viris doctis, quid sit *Fermentum*? apud Anastasium in S. Melchiade: *Hic*, inquit, *fecit, ut oblationes consecratæ per Ecclesias ex consecratu Episcopi dirigerentur, quod declaratur Fermentum.* Eadem fermè de Siricio scribuntur: *Hic constituit, ut nullus Presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum Episcopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur fermentum.* Rem, seu moris istius rationem, exponit Innocentius I. Epist. ad Decentium c. 5. *De fermento verò, quod die Dominica per titulos mittimus, superfluè nos consulere voluisti, cùm omnes Ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ, quarum Presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcircò Fermentum à nobis confectum per Acolythos accipiunt, ut se à nostra communione, maximè illa die, non judicent separatos.* Hisce auctoritatibus solenne fuit Græcis Latinos incessere, qui azymis in sacrificio uti solent: eæque olim objectæ Anselmo Episcopo Havelbergensi Lotharii Imp. Legato ad Joannem Comnenum Imp. in ea collatione, quam ille habuit in Absida S. Sophiæ cum Niceta Archiepiscopo Nicomediensi, de causis dissidii inter utramque Ecclesiam, lib. 3. Dialog. c. 13. à qua quidem objectione, ut se se expediret idem Anselmus, cap. 15. ait, existimare se veriùs, *Constitutum hoc Romanorum Pontificum Melchiadis & Siricii non de fermentata hostia; sed de eulogiis potiùs intelligendum videri,* quæ

quæ per singulos Dominicos dies per Ecclesias distribui jubentur. Quæ est etiam Baronii sententia an. 313. num. 49. & seq. quæ eò videtur probabilior, quòd Concilium Laodicenum can. 14. vetet τὰ ἅγια εἰς λογονὲυλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας πέμπεσθαι. Alii contra volunt *Fermenti consecrati* voce ipsam Eucharistiam designari, atque in iis viri doctissimi, Joannes Mabillonius lib. de Azymo c. 10. & Cardinal. Bona lib. 1. Rerum Liturgic. c. 23, n. 16. 17. Sirmondus mediam init viam in lib. de Azym. atque ex eo fermentum à prædictis Pontificibus dictam existimat Eucharistiam, non quòd ex pane fermentato esset; sed quòd ipsa ex quocunque pane fieret, Ecclesiis, ad quas mittebatur, fermenti vicem præstaret, eisque unionis inter se vinculum esset, sicut fermentum massæ, cui commiscetur. Horum omnium plura scire aventi, sententias expendere per nos liceat, dum ad alia properamus.

FERNOVA, vox barbara, qua significatur una è 12. speciebus auguriorum, quæ sic definitur à Michaële Scoto de Physionomia c. 56. *Fernova, est augurium, quando tu exiveris domum tuam causa faciendi aliquid, & eundo vides hominem, vel avem eundo vel volando, ita quòd se ponat ante te in sinistra parte tui: & istud est tibi signum bonæ significationis super negotium.* Vide *Venta*.

FERQUIDUS, Par, similis: vox Longobardica. Lex Langob. lib. 1. tit. 19. §. 2. *Ipse qui focum portavit, damnum ferquidum, id est, simile, componat.* §. 16. de cane occiso: *Reddat ferquidum, aut similem.* Ita & §. 20. tit. 23. §. 3. 7. lib. 2. tit. 15. §. 4. Capitulare Radelchisi Principis Beneventani cap. 17. de servis fugacibus: *Et si non reddantur ab eis, aut si nullo modo inveniri potuerint, reddantur ferquidi eorum.* Regestum Petri Diaconi Casinensis n. 393. *Et restaurate nobis ferquidum, id est, simile.* Ex his emendare licet Chartam veterem apud Ughellum to. 1. Italiæ sacr. p. 491. ubi vox hæc perperam exarata.

FERRACIA. Charta Galeacii Comitis Virtutum anni 1375. *Contulit & dedit pedagium, toltam & ferraciam, qui in Castro Uguilliarum — percipiuntur.*

FERRAGO, Agri portio, in qua non ad frumenti copiam; sed ad viridis tantummodo pabuli saginam, ordeum, vel granum quodvis invicem mixtum seritur. Unde à Latino *Ferrago*, deducta vox censetur. Gloss. MS. Regium Cod. 1013. *Ferrago, viridis,* γρασὶς. Castellani *Herennales* vocant, Itali, *Ferragina*, & *Ferraina*. Vetus Judicatum an. 1191. apud Catellum l. 4. Rer. Occit. pag. 461. *Propter decimas & primitias hortorum clausorum, & ferraginum, quorum & quarum quidam homines Carcassonæ decimas & primitias eis dare nolebant.* Infrà: *Quidam sunt in hac villa, qui decimas & primitias nobis dare nolunt de hortis, clausis, & ferraginibus.* Codicillus Rostagni de Podio alto, tom. 7. Spicilegii Acheriani p. 275. *Volo, quòd Prior — habeat & possideat ferraginem meam, quæ est prope sanctum Veredimium, quæ dicta ferrago confrontatur ab Oriente cum quadam via publica, &c.* Infrà: *De proventibus dictæ ferraginis, &c.* Vide Columbum lib. 3. de Episc. Sistaricens. num. 24, Guesnaium in Annalib. Massiliensibus pag. 292. 335. &c.

Ferraginalis, idem quod *Ferrago*. Charta Veremundi Regis Hisp. apud Ambros. Moralem in Notis ad S. Eulogium: *Et omnes suos hortos, unum in Arvale, & alium in ripa fluminis, & suos ferraginales, ubicumque illos habuit.*

FERRAMENTARIUS, Faber ferrarius, apud Jul. Firmicum lib. 3. Math. cap. 13.

FERRANDUS, Color in equis sic appellatus. Charta, scripta sub Roberto Rege, in Tabulario Abbat. Conchensis in Ruthenis Ch. 209. *Ex laxo sancti Salvatoris & sancta fide caballum meum ferrandum.* Willelmus Brito lib. 12. Philipp. de Ferrando Comite Flandriæ, capto in Prælio Bovinensi:

At Ferrandus equis evectus fortè duobus,
Lectica duplici temone vehentibus ipsum
Nomine quos illi color æquivocabat, ut esset
Nomen idem Comitis, & equorum, Parisianis
Civibus offertur Luparæ claudendus in arce.

Similia habent Rigordus & alii sub an. 1215. Albericus in Chronico MS. *Accidit etiam casu mirabili, quòd equi lecticam Ferrandi trahentes, essent coloris ferrandini.* Will. *Guiart* de eodem Comite:

Ferrant portent dui auferrant,
Qui tous deux sont de poil ferrant.

Charta an. 1158. in Spicilegio Acheriano tom. 13. p. 312. *Et fratres dederunt ei 300. solidos, & unum palafredum ferrant.* Rollandinus in Summa Notariæ c. 5. *Unum runcinum ferrantem cum cifeto, & cum uno freno & sella extimatum, &c.* *Le Roman d'Auberi MS.*

Et Cuens Guibert, qui le poil a ferrant.

Le Roman de Garin MS.

Dont sist li Dus sor le ferrant de pris.

Alibi:

Prenez vos Garde de moi & de ma gent,
Ne tendez mie as chevaus, as ferrans,
As beles robes, à or, ne à argent.

Brunetus Latinus lib. 5. c. 53. de Equis: *Et in colore dei tu gardare lo baio, el ferante, rotato, o nero, o biancho, o fallago, o d' altra maniera, &c.*

At cujusmodi fuerit istiusmodi color? haud omnino constat, tametsi probabile sit eum esse, quem *Varium* nostri vocabant, uti suo loco docemus, vulgò *Pommelé*, quod etiam ex veteri Chronico vernaculo probavimus in Notis ad Alexiadem Annæam pag. 409. ut & vocem ortam à colore equorum Arabicorum, quos *Faras* appellabant. Vide in *Farius*.

FERRATUM, Vas fortè, in quo aqua benedicta defertur, quod in quibusdam Galliæ Provinciis *Sellet* vocatur, quasi *Seillet*: nam *Seille* hydriam dicunt, unde fortè legendum *Sellatum*, in Necrologio Ecclesiæ Reiensis apud Sammarthanos an. 1316. — *Obiit R. I. C. P. Petrus Gantelmi Episcopus Reiensis, qui reliquit Ecclesiæ — unam capam de diapr. & unum ferratum, & ysopum de argento.*

FERREBRACHIA, Cognomentum Guillelmi fratris Roberti Guiscardi, ob præclaram in bellis fortitudinem. Willelmus Apuliensis lib. 1. de Gestis Normann. de eodem Guillelmo:

Is quia fortis erat, & ferrea dictus habere
Brachia, nam validas vires animumque gerebat.

Et lib. 2.

—— Vir ferrea dictus habere
Brachia Guillelmus, &c.

Ita *Ferreum latus* appellarunt Dani quendam Biorno, *ob eximiæ strenuitatis claritatem*, inquit Sueno in Hist. Danica cap. 7.

FERRUM, Equi solea, *Fer de cheval.* Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 106. *Dixit se teneri facere D. Regi sex ferra nova equi cum clavis suis in mutatione Domini.*

Ferrare, Ferrea solea equi soleam munire. Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. c. 10.

Ornatos magnos secum tulit atque caballos,
Sub pedibus quorum chalybem non ponere solum
Jusserat, argentum sed ponere, sic quasi ferrum
Esse repercussum clavum [illegible]
Ex hoc ut gentes possent referre quis esset.

Willel. Tyrius lib. 13. c. 27. *Adjecit autem prædicto viro — nobili palafredum albissimum, argento ferratum,*

tum,&c. Jo. Bromptor. p.911. *Mulam etiam, quam equitabat, auro fecit ferrari, prohibentes omnes suos, ne quando ferratura caderet, sustollerent.* Occurrit etiam in Statutis Ordinis *de Sempringham* p.743. in Institut. Cap. Gener. Cisterc. c.36. in Fleta lib.2. c. 14.§.4. in Foris Bigorrensib. art.40. in Charta an. 1038. apud Buzelinum p.528. &c. Jo. Villaneus lib. 4. c.18. *Havendo ornato il suo cavallo di freno d'oro, e ferrato di fine arjento. Le Roman de Rou MS.*

Pour fere gens parler de soi,
Fist tous les quatre fers dorer,
Ne vout mie dire ferer.

Sufferrare, eadem notione. Speculum Saxon. l.2. art.12. §.4. *Cuilibet equo quatuor manipuli infra diem & noctem erogentur, & in anterioribus pedibus equi sufferrentur.* Jus feudale Saxon. cap.34. §.15. *Equi eorum debent in anterioribus pedibus sufferrari, & non retro.*

In ferro mitti, Catenis ferreis vinciri. Anonymus de Gestis Constantini. M. *Et missi sunt in ferro, & adducti Ravennam. Ferro vinciri*, in Lege Longob. l.2. tit.13. §.5.

Ferro in utraque maxilla comburi, in Chartis Bruningi Abbatis Laurishamensis in Chronico Laurishamensi p.74. *In utraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candente caraxari & comburi*, in Charta Henrici Imp. ibid. p.75.

Ferrionis, Pœnæ levioris species apud Anglos, ut est in Fleta lib.1. c.26. §.4.

Ferri molendinorum, apud Innocent. III. PP. lib.14. Ep.79. quæ *ferramenta molini* dicuntur in Lege Salica tit. 34. §.2. Gloss. Gr. Lat. ἐργαλεῖον, *Ferramentum.*

Ferrum oblatarum, quo scilicet *oblatæ*, seu hostiæ ad sacrificium conficiuntur. *Ferrum, ferramentum characteratum, in quo sunt coquendæ hostiæ*, apud Bernardum in Consuetud. Cluniac. MSS. c.55. & 77. Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico: *Pixis cum oblatis, & ferrum eorum.* Adde Usus veteres Cistercienses c.114. & Udalricum in Consuet. Cluniac. lib.3. c.13. Vide *Oblata.*

Ferrum Pictavense, olim in Pretio. Joannes Monachus Majoris Monasterii lib.1. Hist. Gauffredi Ducis Norman. p.19. *Allata est ei hasta fraxinea, ferrum Pictavense prætend ns.* Vetus Poëta MS.

S'ot glaive courte & grosse à fer Poitevinal.

Idem Poëta:

Li uroit Sei nor n'en odrent-il guerpir
Eins le deffandent as acier Poitevins.

Alibi:

Par mi le cors mist l'acier Poitevin.

Rursum:

Il ceint l'espée de l'acier Poitevin.

Ibidem:

Et fu armé sor le cheval de Pris,
D'auberc & d'iaume, d'escu Poitevin.

Burdegalense ferrum laudat Froissartes 2. vol. cap. 117. *Lesquels furent recueillis de ces longs glaives aux fers de Bourdeaux.* Idem to.4. cap. 6. *Puis leurs furent baillez leurs glaives à pointes acerées de fer de Bourdeaux.* Chronicon Bertrandi Guesclini MS.

Un Escuier y vint qui au Comte lança
D'une espee de Bourdeaux, qui moult chier li cousta.

Ferri Spanisci, Trutinæ ex ferro Hispanico. Charta an. 859. in Tabulario Eccles. Viennensis fol. 19. *Dum incognitum non habetur, & honorabilibus & nobilibus filiis Ecclesiæ Clericis & Laicis, qualiter nos suscepimus aurum de thesauro prænominati B. Mauricii libras 5. de auro cocto, calicem & patenam, pensante unaquaque libram ad ferros Spaniscos, ipsas libras de manu præfati Domni Adoni Archiepiscopi accepimus, &c.*

FERRUM *candens* seu *Ferri candentis judicium*, quo quis innocentiam suam tuebatur, nuda manu ferrum candens deferendo, hac illæsa. Veteris Ethnicorum superstitionis reliquias esse docent, quæ habent Sophocles Antigona:

Ἡμεῖς δ' ἕτοιμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν,
Καὶ πῦρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὁρκωμοτεῖν, &c.

Ubi Scholiastes: Εἰώθασι δὲ ὀμνύοντες, καὶ πίστεις διδόντες, μύδρους βαστάζειν, καὶ πῦρ ὑπερβαίνειν. τοὺς γὰρ μὴ ἐνόχους τῷ ἁμαρτήματι ᾤοντο, καὶ ἐν τούτοις μὴ ἀλγεῖν.

Id porrò purgationis vulgaris genus variè efferunt ævi recentioris Scriptores: quippe *Judicium ferri* vocant Leges Canuti Regis de Forestis c.13. Leges Edwardi Confess. cap.9. 16. Leges Willelmi Nothi cap.62. &c. *Judicium ferri calidi*, Leges Henrici I. Regis Angl. cap.64. *Ferri candentis Judicium.* Historia expeditionis Asiaticæ Friderici I. Imp. pag.87. *Candentis calybis examen*, Ordericus Vitalis lib.5. pag.564. *Examen igniti ferri*, Eadmerus lib.1. Hist. Novorum p.48.1. Edit. & Alexander III. PP. Epist.19. ex iis, quas Sirmondus edidit. *Judicium igniti ferri*, Matthæus Paris an.1085. & Bromptonus ann. 1088. & vetus Charta apud V. Cl. Jacob. Petitum post Pœnitent. Theodori p.665. *Ferrum ignitum*, Tortarius de Miraculis S. Benedicti. *Ignitum Judicium*, Tabularium Angeriacense fol. 20. & Tabularium Molismense: *Igniferum Judicium*, Dudo lib.2. de Actis Normann. pag.85. *Ferreum Judicium*, Decreta Calomanni Regis Hungariæ lib.1. *Ferrum Judiciale*, Gillebertus Lunicensis lib. de Usu Ecclesiastico. Charta Sanctii Regis Aragon. æræ 1116. in Historia Pinnatensi lib.1. c.54. & Bromptonus pag.846. Διὰ μύδρου ἀπόδειξιν, Acropolita cap.50. pag.52. *Ferrum*, nudè, Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap.15.16. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ c.7. Charta Alexandri Comitis Cupersanensis an.1102. apud Ughellum to.7. Ital. Sacræ pag.864. Jus Feudale Saxonum cap.24. §.19. Gervasius Dorobernensis pag.1511. Chronica Sclavica c.25. Bracton. lib.3. tract.2. cap.15. §.3. Monasticum Anglic. tom.1. p.554. &c.

Jern byrd, vel *Jarn-byrth*, Danos & Suecos ejusmodi judicium appellasse, scribunt Isaacus Pontanus in Daniæ Descriptione p.772. & Petrus Reseniusin Notis ad Jus Aulicum Canuti II. Regis. pag.617. & Joannes Loccenius lib.4. Antiquit. Sueogotthic. cap.4. etiamnumque hodie *signum veri*, vernaculâ linguâ, signum candentis ferri vocari: vulgò enim, *Fern-legen* dicere. Vide *Sfursiern.*

Hinc variæ loquendi formulæ, in ejusmodi judicio ferri candentis enuntiando apud Scriptores. *Ferrum calidum nuda manu portare*, apud Ordericum Vitalem l.6. pag.629. *Ferro ignito se purgare*, apud Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandriæ n.156.162. *Per calidum ferrum se purgare*, in Regiam Majestatem lib.4. cap.3. §.4. *Ferro candenti se expurgare, purificare*, ibidem cap.15.20. *Contactu ferri calidi* quidpiam *probare*, apud Hildebertum Cenoman. Epist.19. ex iis, quæ editæ sunt tom.13. Spicilegii Acheriani in Appendice. Ὑπέχειν τὸν μύδρον, apud Pachymerem lib.2. Hist. cap. 1. *Ferri judicium portare*, in Decretis Calomanni Regis Hungariæ lib.1. ubi Editor perperam dixit esse, *compedibus puniri. Ferri judicium deportare, & portare*, in Chartis, laudatis à Duchesnio in Notis ad Bibliothecam Cluniacensem p.156.157. & à Mabillonio to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. p. 762. *Ferrum candens manibus portare*, in Speculo Saxonico lib.1. art.39. *Ferrum ignitum portare*, in Wichbild. Magdeburgensi art.92. §.2. *Judicium portare*, nudè in Legibus Edmundi Regis Angliæ. Tabularium Molismense: *Et ibidem à viris prudentibus judicatum, quòd Molismenses, qui tertias se habuisse referebant, si possent, hoc 2. hominum sibi nil attinentium sacramento, aut unius suorum*

suorum approbare ignito judicio tenturam habuissent idoneam: nec ob hoc tamen Prior de Ecclesiolis usuarium nemoris quod reclamabat, probatione præeunte convenienti, amitteret. Firmato itaque Molismenses, sicut judicatum fuerat, judicio, die, quâ portandum fuerat, in loco, qui Villaris dicitur, tam ipsi, quàm sæpefatus Prior cum suis convenerunt, &c.

Spectavit porrò ejusmodi Purgationis genus eos, qui vel ob ætatem, vel ob *mahemium*, seu ægritudinem aliquam, aut quemvis corporis defectum, duellum inire non poterant: præsertim verò liberos homines, sicut *aqua* rusticos, ut est in Regiam Majestatem lib. 4. cap. 3. §. 4. Quod etiam innuit Eadmerus lib. 1. Hist. Novor. pag. 48. docentque exempla varia istius Purgationis.

Apud Aragonenses *villanos* spectasse videtur innuere Charta Sanctii Regis Aragon. *Et ideo mando & judico, ut si aliquis homo rusticorum voluerit extrahere de Monasterio isto terram, aut vineam, aut aliquam hæreditatem, veniat ad S. Joannem, & juret super illud altare: & postquam juraverit, accipiat ferrum calidum judicialem, sicut mei villani faciunt, & omnis terra. Similiter & si illos villanos S. Joannis habuerint pleito cum meis villanis, vel cum meis merinis, vel cum infantionibus; sicut mei se salvant in mea sede, sic mando, ut & ipsi se salvent in sede sancti Joannis per judicialem ferrum: & proinde pono & mando hoc judicium, quia multi sunt inflati spiritu maligno, quia non timent perjurium de jure, & ideo quod juraverit, salvum fuerat per ferrum.*

Sed & spectavit Monachos, & Clericos, ut *Duellum* sæculares. Vetus Notitia apud Charlonium in Notis ad Historiam Inculismensem Corliæi: *Unde factum est, ut ob hanc causam peteret Toarcium, & Vicecomitem adiret, paratus aut calidi ferri judicio, secundùm legem Monachorum, per suum hominem probare, aut scuto & baculo juxta legem sæcularium defendere.* Tabularium S. Dionysii de Capella diœcesis Bituricensis Ch. 118. *Judicaverunt igitur ut suum confirmarent testimonium per ferrum ignitum, quod ipsi facere non veriti sunt, & homo, qui pro eis* (Monachis) *tulit, nullam sensit læsionem.* Tabularium Majoris Monasterii Ch. 37. *De qua reportato calidi ferri judicio per hominem nostrum Haimonem de Boeleto, probatum est contra illum, &c.* Et Charta 122. *His itaque determinationibus circumquaque finiens, hujusmodi infra se obtinet privilegium, ut si fortè incolarum aliquis in aliquo excedit, unde aut bellum faciendum, aut solitum candens ferri judicium sit deportandum, & vel alio quolibet modo, quo peccari potest, delinquit, &c.* Tabularium Abrincatense an. 1061. *Excommunicati ab Episcopo ad ejus satisfactionem & absolutionem venient: judicium ferri igniti & aquæ ferventis Abrincis portaretur, si Clerici lapsi in culpam degradationis fortè invenirentur, quia ad Episcopum pertinet ordinatio, & ad ejus judicium pertineret degradatio.* Adde vetus Diploma apud Virum Doctissimum Jo. Mabillonium to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. p. 765.

Jam verò quibus ritibus ac ceremoniis perageretur judicium per ferrum candens, multis docent Leges Adelstani Regis, apud Bromptonum pag. 856. & Concilium Grateleanum an. 928. c. 7. *De ordalio præcipimus in nomine Dei & præcepto Archiepiscopi, & omnium Episcoporum, ne aliquis intret Ecclesiam, postquam ignis infertur, unde judicium calefacere debet, præter Presbyterum, & eum, qui ad judicium iturus est. Et sint mensurati 9. pedes à staca usque ad marcam, ad mensuram pedum ejus, qui ad judicium ire debet.— Et quando judicium paratum erit, ingrediantur ex utraque parte duo homines, & certi sint, ut ita calidum sit, sicuti prædiximus; introëant totidem ex utraque parte, & det eis osculari textum sancti Evangelii, & signum sanctæ Crucis; & nemo faciat ignem diutiùs quàm benedictio incipiat; sed jaceat ferrum super carbones, usque ad ultimam collectam: postea mittatur super staphas;* (al. staplas) *& non sit illic alia locutio, quàm ut precentur sedulò Deum Patrem, ut veritatem suam in eo manifestare dignetur. Et bibat accusatus aquam benedictam, & inde conspergatur manus ejus, quâ judicium portare debet, & sic adeat. Novem pedes distinguantur inter terminos. In primo signo secus stacam teneat pedem suum dextrum; in secundum, sinistrum pedem; in tertium signum, quando ferrum projiciet, & sanctum altare festinet. Insigilletur manus ejus, & inquiratur die tertia si mulaminum* (i. si inusta) *sit intra consigillationem.* Eædem Leges Adelstani §. 30. *Si quis judicium ferri vel aquæ vadiaverit, accedat ante tribus noctibus ad Presbyterum, qui sanctificare debet eum, & pascat se pane, & sale, & aqua, & herbis, & audiat Missas singulorum ipsorum trium dierum, & offerat, & eat ad sacrosanctam Communionem ipsa die, qua ordalium examinari debebit, & juret, quòd jure publico sit innocens illius accusationis, antequam ad ordalium veniat. — Si ferrum calidum sit, tres noctes transeat antequam inquiratur, & videatur manus ejus, &c.* Ordericus Vital. lib. 5. p. 584. *Tandem multorum diffinitione Optimatum præfixum est in Curia Regis, ut culpatus vir ad abstergendam nefarii maculam facinoris, apud Rotomagum in præsentia Cleri subiret candentis examen calibis. Quod ita factum est: scintillans ferrum nuda manu portavit, Deique nutu non adustus apparuit, & inde Clerus cum tota plebe alta voce Deum laudavit. Malivoli hostes armati aderant ad spectaculum, ut si reus deprehenderetur per ignis judicium continuò reatus, amputato rei capite, puniretur per gladium.* Christianus in Vita S. Wenceslai c. 65. *Ille nihil dubitans, verùm in Sancti fidens merita, candens ferrum ab igne sumpsit, longèque à termino gessit: & ni ab aliis prohiberetur, tres fortass. fecisset metas.*

Pachymeres lib. 1. Histor. cap. 12. scribit, eum, qui se ad Purgationem per ferrum candens offerebat, triduano priùs jejunio & oratione se parasse: custoditum interim, & manu velo involuta, cui sigillum apponebatur, ne quis eam unctionibus adversus ignis sensum roborantibus muniret: tum productum in medium, arrepto nuda manu ignito ferro, ter definitum spatium emensum. Quædam enim sunt, quæ vim ignis retundunt. Sic in Athenarum obsidione turrim ligneam, alumine oblitam, Sylla incendere frustra conatus est: Lignaque viscata & oleo perfusa, vestis contacta à deflagratione, ut scribunt Theophrastus & Plinius, tuta sunt. Nec ita & olim illi, qui apud Hirpinos per prunas ardentes nudis incedebant vestigiis in Apollinis honorem, de quibus Virgilius lib. 11. Æneidos.

— Et medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna.

Medicamento plantas tingebant, ut ait Varro apud Servium: quam in rem consulendi præterea Busbequius in Epist. 4. Legat. Turcicæ, & Camerarius Meditat. Histor. Cent. 2. cap. 18. quibus addo, quæ habet Albertus M. de

de Mirabilibus mundi : *Si vis in manu tua portare ignem, ut non offendat, accipe caloem dissolutam cum aqua fabarum calida, & aliquantulum magranculis, & aliquantulum malvavisci, & permisce illud cum eo bene, & deinde line cum eo palmam tuam, & fac siccari, & pone in ea ignem, & non nocebit.* Infrà : *Experimentum mirabile, quod facit homines ire in ignem sine læsione, vel portare ignem, vel ferrum ignitum sine læsione in manu. Recipe succum bismalvæ, & albumen ovi, & semen psilii, & calcem, & pulveriza, & confice, cum illo albumine ovi succum raphani commisce, & ex hac confectione illinas corpus tuum, vel manum, & dimitte siccari : & postea iterum illinas, & post hoc poteris audacter sustinere ignem sine nocumento.*

Quòd porrò ait, jejuniis & orationibus præviis, atque adeo sumptâ divinâ Eucharistiâ, se ad ejusmodi judicia subeunda parasse accusatos, id omnino firmant supra laudatæ Leges Æthelstani Regis Saxonicæ c. 23. & Sueno mox laudandus : ut & per continuum triduum (verùm post peractum, non verò ante initum judicium) obsignatam manum servatam : quod etiam habet Ordo ad has Purgationes, apud Lambardum in voce *Ordalium*, & Hugonem Machoudum in Observat. ad Robertum Pullum : quibus adjungenda videntur quæ recitat Ambrosius Morales lib. 11. Hist. Hispan. cap. 48. pag. 57.

Addit præterea idem Pachymeres *μύδρον* hunc, seu ferrum illud ignitum, *ἅγιον*, *sanctum*, appellatum, quòd scilicet à Sacerdote benediceretur, ut colligitur ex Honorio Augustodunensi lib. 1. cap. 18. ea oratione, quam recitant Aventinus lib. 4. Annalium Boior. p. 249. Edit. 1627. Lambardus in Gloss. ad Leges Saxonicas v. *Ordalium*, & Goldastus tom. 2. Rerum Alamannic. pag. 178. Adde Opera Alcuini p. 1191. Scribit Acropolita cap. 50. Michaëlem Comnenum, seu Palæologum, postmodum Imperatorem, quem ad *μύδρον*, seu judicium ferri calidi subeundum, ad diluendum impositum crimen, adigere volebat Imperator Theodorus Lascaris, sic eidem reposuisse : οὐκ οἶδ᾽ ὅπως τὸ τοιοῦτον κέκληται ἅγιον : mox, admissa conditione, sic Metropolitam Philadelphiensem compellasse : Ἔνδυσαι μὲν αὐτὸς τὴν ἱεράν σου πᾶσαν στολὴν, καθὼς εἴωθες ἐν τῷ θείῳ εἰσέρχεσθαι βήματι, καὶ ἐντυγχάνειν Θεῷ, εἶτα δὴ ταῖς σαῖς χερσὶν ἐκπύρωσόν μοι τὸν σίδηρον, — καὶ ταύταις δὴ ταῖς χερσὶν ἐπίθες τῇ χειρί μου τὸν σίδηρον, καὶ τεθάῤῥηκα εἰς τὸν δεσπότην Χριστὸν ὡς πᾶσαν μὲν οὕτως ἁμαρτίαν μου παροράσεται, θαυματουργήσει δὲ τὴν ἀλήθειαν. At Metropolita respondit, ejuscemodi Purgationes Canonibus prohiberi, Barbarorumque, hoc est, Latinorum eas esse proprias, nec apud Romanos seu Græcos receptas, nisi ex peculiari præcepto Imperatoris.

Ritus denique omnes in Purgatione per ferrum candens pluribus exequitur Andreas Suenonis, Archiepiscopus Lundensis lib. 7. Legum Scanicarum cap. 15. cujus titulus est: *De judicio candentis ferri : Gestaturus ferrum lota manu nihil debet contingere, priusquam ferrum levet, nec caput, nec crines, nec aliquod vestimentum, ne per tactum alicujus succi, vel unguenti per fraudem potiùs quàm per innocentiam, ferri candentis effugiat læsionem. Triplex autem ferri judicium, quod usus recipit, invenitur. Unum quod in 12. ignitis vomeribus calcandis consistit, quibus personis conveniat, qualiterque debeat exerceri, sufficienter credimus declaratum. Est item aliud ferri judicium, illi soli conveniens, qui pro furti crimine convenitur, quod Trigshiern in lingua patria nominatur, ab alveolo, qui per 12. pedum vestigia debet à baculis, quibus ferrum superponitur, elongari : quod accensum, priùs præstito ab adversario juramento, quod Aa Suoren eed appellatur, sumptum à baculis in ipsum alveolum nuda manu debet immittere reus ipse, & immissum, si forte resilierit, vel extra ceciderit, resumet iterum, & pronunciet, donec ipsum ibi contigerit contineri. Est item tertium ferri judicium, illis gestaturis ferrum attinens, quibus prædicta judicia non incumbunt, quod ignitum sumptum à baculis reus ipse donec processerit novem vestigiis deferre tenetur. Et tunc primò à se jactare, à quo jactu ipsum lingua patria Studsiern appellat, & si dicatur ab adversario insufficienter vel minùs legitimè detulisse, probet duobus testimoniis se deferendi modum legitimum observasse. Hoc est autem circa quodlibet ferri judicium observandum, ut nullum eorum debeat in septimana, quæ diem festum habeat, exerceri. Duobus quidem primis diebus, in secunda videlicet & tertia feria, reus in pane & aqua & vestimentis laneis jejunabit, & in quarta subibit judicium. Hoc completo incontinenti, vel pedes, si vomeres calcati fuerint, vel manus, si ferrum gestatum fuerit, panno aliquo involventur, cui diligenter astricto, sigillum etiam apponetur, ne quid adveniat fraudulenter, quod vel possit extinguere ustionem, vel auferre saltem apparentiam ustionis. Hoc velamen in pedibus vel manibus usque ad sabbatum permanebit. Eodem die coram actore adversario usque ad solis descensum post meridiem expectando : & si nec tunc advenerit, coram astantibus auferendum, qui statim cum nudam manum vel pedes conspexerint, vel innocentem reum, vel culpabilem judicabunt, & si fuerit innocens judicatus, persolvet laboris sui pretium Sacerdoti : si verò culpabilis, ad actorem illius mercedis solutio, juxta Ecclesiæ vel Provinciæ consuetudinem, pertinebit.*

Interdum chirothecæ formâ ferrum induisse delatos, auctor est Saxo Grammaticus lib. 10. Hist. Danicæ pag. 171. *Percunctatus, an monitis suis obsecuturi essent, si adflagrantis ferri tactum manum ejus læsione vacuam conspexissent, universis haud dubiè parendum respondentibus, candentem ferri laminam, chirothecæ formam habentem, expediri jussit, eique brachium cubito tenus inseruit, ac protinus per omnes interritè circumlatam ante Principis pedes excussit, dextramque nulla ex parte corruptam in eodem incolumitatis colorisque habitu religiosæ omnium admirationi conspiciendam monstravit.* Habet ex eo Albertus Stadensis an. 971.

Asservabatur porrò *ferrum judiciale*, Episcopi benedictione consecratum, in iis Ecclesiis vel Monasteriis, quæ ejusmodi judiciorum vulgarium jus habebant. Quod docet Charra Fontanellensis an. 1082. nuper edita inter Concilia Rotomagensis Ecclesiæ, ex qua sequentia excerpsimus : *De qua libertate, tempore Guillelmi Regis Anglorum & Principis Normannorum, quæstio ex parte mota est inter Guillelmum Archiepiscopum Rotomagensem, & Girbertum Abbatem Fontanellensem hac occasione, quia quidam Monachus præfati Monasterii ferrum judicii, quod ex antiquo jure in eodem Monasterio erat, per ignorantiam & ex quadam simplicitate in alios usus transformavit. Cumque Abbas ferrum aliud suprà nominato Archiepiscopo sibi benedici postularet, & Archiepiscopus dubitans, utrum ex antiqua consuetudine ferrum haberet judicii? quod Abbas postulabat, denegaret, tamdiu res indeterminata remansit, donec ad præsentiam prædicti Regis deferretur*, &c.

Proferunt infinita actæ per *ferrum candens* Purgationis, & probatæ innocentiæ exempla Scriptores, quæ quidem indicasse suffecerit, Annales Francorum Metenses an. 858. Vita S. Hildegundis dictæ Joseph n. 14. Chronicon Magdeburgense MS. an. 952. Radulfus de Diceto an. 970. Saxo Grammaticus lib. 10. 13. & 14. p. 171. 294. Eadmerus

dmerus lib. 2. Hiſt. Novor. pag. 48. 1. Edit. Ditmarus lib. 1. pag. 18. Albericus in Chron. MS. an. 967. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 584. lib. 10. p. 780. Magnum Chronicum Belgicum an. 1000. & pag. 96. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriæ n. 156. 162. Matth. Paris an. 1085. Godefridus Monachus S. Pantaleonis an. 1172. Chronicum Marcianenſe an. 1183. Gobelinns Perſona in Coſmodromio ætate 6. cap. 50. 52. Cæſarius Eiſterbach. lib. 1. Miracul. cap. 5. lib. 3. cap. 16. 17. lib. 10. cap. 35. 36. Bromptonus p. 978. 942. 983. Willelmus Hedaſ 273. 1. Edit. Innocentius III. PP. in Epiſtola ad Novarienſem electum, apud Ughellum in Epiſcopis Albingaunenſibus, Krantzius l. 8. Vandaliæ c. 30. Pontanus in Hiſt. Danica p. 140. 141. Annales Eccleſiæ Wintonienſis in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 35. &c.

Judicii denique vel Purgationis per ferrum candens mentio occurrit, præter laudatos Scriptores, in Capit. 3. ann. 813. c. 46. apud Agobardum lib. Contra judicium Dei cap. 1. in Legib. Athelſtani Regis Saxonicis c. 14. 23. in Capitulis Theodori Cantuar. c. 47. in Concilio Treburienſi an. 895. c. 22. in Concilio Ænhamenſi an. 1009. c. 26. apud Burchardum in Lege familiæ, Ivonem Carnot. Epiſt. 75. 205. 280 Joann. Sariſber. Epiſt. 122. Hildebertum Cenomanenſem Epiſt. 17. Gregorium IX. PP. lib. 5. tit. 35. c. 3 Andream Suenonis Archiepiſc. Lundenſem lib. 3. Legum Scanicar. cap. 7. lib. 5. cap. 15. 23. lib. 7. cap. 6. 7. 8. 13. lib. 9. c. 9. 12. lib. 13. cap. 2. 3. 4. Silveſtrum Giraldum in Deſcript. Cambriæ c. 14. in Charta Henrici Claudi Imp. apud Browerum l. 3. Antiq. Fuldenſ. cap. 15. in Chron. Colmarienſi an. 1278. in Decretis S. Ladislai Regis Hungariæ lib. 1. cap. 28. lib. 3. cap. 1. in Decretis Calomani Regis Hungar. lib. 2. cap. 44. in Fragm. Hiſt. poſt Albertum Argent. an. 1215. &c. Vide *Duellum.*

Purgationem per ferrum candens, ut & alias ejuſmodi purgationes vulgares, interdixere ſummi Pontifices, Concilia, & Principes: atque in primis, Stephanus in cap. Conſuluiſti, c. 2. q. 2. Alexander III. Epiſt. 19. ex iis, quas Sirmondus edidit, Innocentius III. cap. Ex literis, de Exceſſib. Prælator. Honorius III. in cap. Dilecti, de Purgatione vulgari, Synodus Bajocenſis an. 1300. c. 35. Concilium Palentinum an. 1322. c. 26. Fridericus I. Imp. in Legib. Sicul. lib. 2. tit. 31. Jacobus I. Rex Aragon. ut & judicia aquæ ferventis & ſimilia, in Foris Oſcæ an. 1247. f. 35. Alexander II. Rex Scotiæ in Statut. cap. 7. §. 3. &c.

Tradunt Saxo Grammaticus lib. 10. Ericus Upſalienſis l. 1. Hiſt. Suecicæ extremo, & alii Scriptores Dani, Sueonem Ottonis, qui Rex Daniæ dictus eſt an. 981. Chriſtianum factum, duellum abrogaſſe, decreviſſeque ut igniti ferri geſtatione poſtea ſe purgarent: quod decretum ajunt an. 985. alii an. 1000. Quando verò deinceps abolitum in Dania ferri igniti judicium, pluribus expendit Olaus Wormius in Monumentis Danicis lib. 1. cap. 11. & in Additamento ad eadem, pag. 6. 7. Abrogatum verò in Suecia à Magno & Birgero Regibus circa an. 1260. tradit Loccenius lib. 3. Hiſtor. Suecanæ p. 86. & lib. 2. Antiquit. Sueogotthic. cap. 4. & Johan. Stiernhookus lib. 1. de Jure Sueonum vetuſto cap. 7. Vide *Vomeres* & *Duellum.*

FERSA, Scabies, Gall. *la Farſe.* Vide in *Sturola.*

FERSPEKEN, *Ferſpillan.* Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 61. *Nemo poteſt de feudo domini ſui placitare ſine eo, nec cogi debet rectum ejus ferſpeken, nec ferſpillan: de omnibus, & quibuſcumque cauſis communibus vel emendabilibus implacitetur aliquis, ſi petierit, debet habere terminum requirendi & habendi dominum ſuum, &c.* Apud Somnerum in Gloſſario Saxonico, Ꝼæꞃ-ꞅpell occurrit, ubi ex Paraphraſi quadam Saxonica *nuntium ſubitaneum* ſignificare ſubodoratur, ex Ꝼæꞃ, ſubitaneus, & ꞅpell, nuntius, legatus. ꞅpæce verò, ſermonem, cauſam, litem denotat, unde Ꝼæꞃ-ꞅpeken, nuntius litis. Hæc diſcutiant linguæ Saxonicæ peritiores.

FERT. Ita appellabant unum ex auguriis per avium volatus, de quibus in verbo *Venta,* quæ nec fauſta, nec infauſta erant. Michaël Scotus de Phyſionomia cap. 56. enumeratis ſingulis auguriorum nominibus, hæc ſubdit: *Sciendum eſt, quòd auguriorum quædam ſignificant bonum eventum, ut Conferth & Emponenth: quædam malum eventum, ut Viarum & Harenari: & quædam medium inter utrumque, ut Fert, & Confert.* Huc ſanè referri debere vetus Comitum atque adeo Sabaudiæ Ducum, uti vocant, *diviſiam,* FERT, quam ante annum 1300. ſibi adſcripſiſſe, pluribus probat Guichenonus in Hiſt. Sabaud. p. 140. & 141. omninò ferè contenderim. Nam cùm hactenus vocis iſtius ſignificatio apud Scriptores incerta prorſus maneat, fieri, inquam, poteſt, ut ille ex illuſtriſſimis iſtis Principibus, qui primus lemma iſtud uſurpavit, in animo habuerit æqualitatem fortunæ, quam cæteris prætulerit, ſeu mediam vitæ rationem, quæ nec *altum ſaperet,* aut proſperis rerum ſucceſſibus erigeretur, aut adverſis deprimeretur, quod in ejuſmodi auguriis, illud quod *Fert* appellabatur, denotabat. Certè id lemma uſurpatum à Sabaudis Principibus circa tempora, quibus ea adhuc obtinebant, evincit ætas, qua vixit Jo. Scotus, nempe ſub Friderico II. Imp. ut obſerv. in verbo *Cervelleria.*

FERTELLA. *Fertellum,* Menſuræ ſpecies, apud Brabantenſes: Quadrans. Ejuſdem originis ac *Ferthing,* de qua voce mox. Vetus Charta Brabantenſis: *De duobus verò ſaccis, quorum uterque novem ſextaria obtinet, duæ fertellæ ſumuntur, quarum qualibet tertiam partem ſextarii teneat.* Magnum Chron. Belg. an. 1315. *Caritas adeo magna fuit, ut fertellum ſiliginis venderetur in Antuerpia pro 60. Groſſis veteribus Turonenſibus,*

FERTHING. Vide *Ferto.*

FERTHINGMANNI, in Statutis Gildæ Scoticæ cap. 6. 14. videntur appellari, qui noſtris *Quarteniers,* quorum munus eſt urbis *quarteria,* ſeu partes, curare. Junguntur enim ibi Aldermannis & Decanis. Vox deducta à Saxonico Ꝼeꞃðinᵹ, quartus, & man, homo.

FERTO, *Fertum, Ferdonum, Fierto, Firto, Ferthing, &c.* Voces ejuſdem ac unius notionis; ſed & ejuſdem originis ac Ꝼeoꞃðinᵹ, quarta pars marcæ, ut ex Guntheri loco mox laudando conſtat. Sambucus apud Hungaros *fertonem* 84. denariis conſtare ait. Quinque ſolidos fertoni comparat Lambertus Ardenſis. Hiſtoria Epiſcoporum Bremenſium in Hildeboldo: *Et magna pecunia data fuit Friſionibus pro homicidiis ipſorum, ita ut qui fratrem, vel cognatum ſuum amiſerat, vix fertonem, vel dimidium reciperet pro eodem.* *Ferconem,* pro *Fertonem,* in Bulla Alexandri III. PP. perperam legit Buzelinus lib. 2. Gallo-Flandr. cap. 21. quam vocem non intellexit. Vide Cauſ. 12. quæſt. 2. Can. Sancimus 12. q. 2. & Ephemerides Monaſt. S. Galli p. 158.

Freiton, in Tabulis Gallicis. Juramentum ſeu Sacramentum, quod Monetarii fecerunt Comiti Pictavenſi an. 1265. *Et jurons, que nos ne recevrions nus des deniers des ouvriers par qu' il * iſtie plus de trois fors, & de trois foibles au freiton, c' eſt à ſavoir que li fors doivent eſtre de 15. ſols & 5. den. &c.*

Ferto auri, apud Arnoldum Lubec. lib. 7. c. 2. Chronicon Montis Sereni an. 1127. *Sub annua pensione fertonis argenti, &c.* Adde an. 1217.

Ferdonum. Guntherus in Hist. CP. cap. 8. *Regio fisco persolvebat nummum aureum, qui Perpera vocari solet, ferdoni, id est, quartæ parti marcæ unius æquivalens.*

Fierto, apud Malbrancum lib. 5. de Morinis c. 45. & lib. 11. c. 47. Statutum Ludovici VIII. Regis: *Hoc modo quod si fiertonem ultra 2. marchas fecerint, mihi hoc admittant.* Lambertus Ardensis: *Annua pensione pro uno fiertone, vel pro 5. solidis ab ipsis hæreditario jure tenere debebat,* Infrà: *Singulis annis unum fiertonem, vel 5. solidos reddidit Cœnobitis.*

Fertum. Idem Lambertus Ard. p. 28. *Pro tribus fertis argenti, & cifo uno mazdrino.* Chronicon Andrense p. 352. habet: *Pro 3. fertis argenti & cipho uno mazerino.*

Firto. Chronicon Abbatiæ S. Trudonis l. 6. pag. 403. *Vasque argenteum ad vinum trium firtonum pondus habens.* Charta Willelmi Castellani S. Audomari an. 1175. in Tabulario Monasterii S. Bertini: *Porrò gallinæ — sub annua pensione 5. firtonum & unius loti redactæ sunt.*

Ferthing, & *Farding*, apud Anglos, in nummo argenteo dicitur quarta pars denarii, qua notione accipitur apud Littletonem sect. 551. Sumitur etiam quandoque pro nummo aureo quartam *Nobilis* partem valente, hoc e t, 20. denarios veteres, qui hodie 5. solidos excedunt. A Saxon. Feoꝛð, quartus, unde Feoꝛðling Saxonibus, pro quadrante, Anglis *Farthing.* Henr. Knygthon an. 1345. *Eodem tempore Nobile & Obotus, & Ferthing de auro cœperunt florere in regno.* Vide Statuta secunda an. 9. Henrici V. cap 7. Linguâ antiquâ Norvagicâ, *Fiorthung*, sive *Fierdung*, & modernâ Norvagicâ & Danicâ *Fierding*, quartam partem rei alicujus significat, ut testantur Stephanius ad Leges Castrenses cap. 9. & Resenius ad Jus aulicum Canuti II. Regis pag. 611. Vide Christophorum Hartknochium in Dissert. 16. ad Chronic. Prussiæ n. 6.

Farthing. Littleton. sect. 551. *Livrer al grantée un denier, ou un maile, ou un farthing per voy d'atternement.*

FERTORIUM. Sella gestatoria. Cælius Aurelianus lib. 1. de Tardis passionibus cap. 1. *Adhibenda igitur vectatio pro viribus ægrotantis, fertorio, vel sella procurata.* Paulò ante, *portatoriam sellam* dixit, ut & lib. 2. c. 13. *fertoriam sellam* lib. 1. cap. 4. lib. 2. c. 1. *gestatoriam sellam* lib. 1. cap. 5. *fertorium lectum* lib. 5. cap. 1. *cathedram*, lib. 1. cap. 5. unde *Cathedrarii* servi, apud Sidonium lib. 1. Epist. 11. qui *lecticarii* aliis, φορειοφόροι, in Gloss. veteri. Liber Miraculorum S. Anastasii Mart. ἀναλαβόμενοι δὲ αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἐπὶ φορείου ἀπήγαγον.

FERTUM, Genus panis, in Glossis MSS. Isidoro & Papiæ *dicitur oblatio, quæ ad altare fertur & sacrificatur à Pontificibus, à quo Offertorium nominatur.*

FERTOSUS. Historia Wambæ Regis Toletani p. 820. *Si jam asperas & inhabitabiles montium rupes percurristi, si jam fertosa & silvarum nemora pectore confregisti.* Idem fortè quod *conferta.* Vide *Fretosus.*

FERTURA, idem quod *Fertum*, quasi *Offertura*, Oblatio. Gloss. Sax. Ælfrici: *Fertura*: meꞅꞅe lac, i. hostia, munus, oblatio Missæ.

FERVETUS, una è 12. speciebus auguriorum, de quibus in voce *Venta.* Sic autem definitur à Michaële Scoto lib. de Physionomia cap. 56. *Fervetus, est augurium, quando tu exiveris domum tuam causa faciendi aliquid, & eundo priùs, invenis vel vides avem vel hominem pausantem ante te in sinistra parte tui, & illud est tibi malum super negotio.*

FERULA, Baculus pastoralis, pedum, *cambuta*: insigne pastoralis dignitatis, atque adeo Papalis. Honorius Augustod. lib. 1. c 216. *Baculus — qui & virga pastoralis, & caputta, & ferula, & pedum dicitur.* Vita Aldrici Episcop. Cenoman n. 44. *Misit ei baculum pastorale, quod Ferula vocatur.* Luithprandus lib. 6. cap. 21. & ult. de Benedicto PP. exauctorato agens: *Pallium sibi abstulit, quod simul Pontificali ferula, quam manu gestabat, domino Papæ Leoni reddidit, quam ferulam idem Papa fregit.* Eadem habet auctor Appendicis ad Reginonem an. 964. Anonymus apud Baronium an. 1100. de Electione Paschalis II. PP. *Est locatus, in utrisque curulibus sedibus scilicet eburneis, data est ei ferula in manu.* Cencius Camerarius in Ceremoniali, de inauguratione Cælestini III. PP. *Idem electus sedet ad dexteram in sede porphyretica, ubi Prior Basilicæ S. Laurentii dat ei ferulam, quæ est signum regiminis & correctionis. Ferulæ Episcoporum*, in Annal. Francor. Bertinianis ann. 868 869. apud Anonymum Salernitanum cap. 1. &c. νάρθηξ Patriarcharum CP. apud Pachymerem lib. 11. c. 1. *Ferula Abbatum*, apud Leonem Ostiens. lib. 3. c. 65. & Eckeardum Jun. de Casib. S. Galli cap. ult. Vide *Baculus, Cambuta.*

Ferula percuti, pœna olim fuit Monachorum delinquentium, ut liquet ex Regula Monacharum n. 11. & auctore Vitæ S. Wolstani.

FERVORIUM, Ugutio: *Frixorium, fervorium, patella vel sartago.*

FERUSCULA, Parvula fera, animalculum. Hist. Episc. Autissiod. c. 20. *Item aliam bacconicam — habet hominem & mulierem, & ad pedes eorum ferusculas.* Ibidem: *Bacconicam anacteam --- cum duabus ferusculis pennatis.* Vide *Fera.*

FERVURA, pro *fervor*, Inflammatio. Vetus Moschionis Interpres: ζέσις, *Fervura.* Glossæ S. Bened. cap. de Medicina: *Fervura*, φλεγμονή. Agobardus in Epist. ad Bartholomæum: *Quamvis exustiones istæ, super quibus movemini, non multum distent à vesicis turgentibus, vel sicut alia Editio dicit, fervuris Ægyptiis illatis, &c.* Exod. 9. v. 9. 10. ubi Græcus Interpres, φλυκτίδες ἀναζέουσαι, &c.

FESSÆ, Nates, ex Gall. *Fesse.* Vide Miracula S. Bertini c. 16. apud eruditum Mabillonium to. 3. Actor. SS. Ord. S. Bened.

FESSARA, *Gallina*, in Glossis MSS.

FESTAGIUM, Vectigal, aut tributum, quod domino villæ, aut feudi, penditur, pro facultate habendi & extruendi domum in *villa.* Nam ut *culmen* in Lege Salica, pro domo, id est, pars pro toto, usurpatur, sic apud Gallos nostros *Fastigium* domus, quod *Feste* dicitur, pro ipsa domo sumptum est: utpote quòd eo posito, tunc demum domus appellari, eaque confecta dici possit. Atque ita *fastigium* usurpat Charta Hugonis Ducis Burgundiæ pro Communia Coicheiensi an. 1252. apud Perardum p. 476. *Et quod eis præstare debent singuli singulis annis in festo Nativitatis Domini unam gallinam, & 5. solidos pro singulis fastigiis domorum, & etiam pro foris, &c.* Galli dicerent *pour chaque pignon*: nam ita domus culmen vocamus. Vide in *Pinnaculum.* Libertates Sacri Cæsaris an. 1327. apud Thomasserium lib. 3 c. 16. *Festagium, hoc est, pro le fest cujuslibet domus certam pecuniam, &c.*

Ejusmodi porrò *festagium* non semel occurrit in veteribus Tabulis. Charta Hervei Comitis Nivernensis an. 1218. *Omnes, qui in dictis villis mansionarii sunt, & erunt, singulis annis dabunt singuli de festagio pro singulis domibus die festo SS. Apost. Simonis & Judæ 5. solid. Turon.* Alia Aimerici Vicecomitis Thoarcensis in Re-

in Regesto 31. Chartophylacii Regii fol. 110. *festagia domorum 20. fol.* Tabularium Constabulariæ Burdegal. in Camera Comput. Paris. fol. 198. *Hominibus nostris d. Olerone & hæredibus eorum confirmamus quietanciam de festagiis, & omnibus tallagiis, & exactionibus, &c.* Regestum Normanniæ signat. P. *Donant etiam 2. denarios pro festagio domus quando nova est.* Regestum Andegavense: *Vinagium verò vel vinum, quod de propriis vineis Capituli B. Martini sumitur ultra Ligerim, per Ligerim liberum debet habere transitum, quod nihil pro eo debet dari, exceptis consuetis festagiis, quæ dat Decanus.* Regestum Philippi Aug. fol. 69. *De juncta forestæ unaquæque mansura prædicta debet capere in tribus annis unum charetil per manum forestarii, donando singulis annis sex garbas, & pro festagio domus suæ: quando facit eam novam, aliquis istorum donat forestario 12. den.* Charta Alphonsi Comitis Pictav. pro Libertatib. Rupellæ: *Sciatis, nos dedisse — quietantiam de festagiis & omnibus talliagiis & exactionibus & de omni pedagio, tam in villa nostra de Rupella, quàm alibi, &c. Festagium Blesense,* in Charta an. 1244. apud Hubertum in Hist. S. Aniani Aurelian. & in alia an. 1240. in probat. Hist. Blesensis p. 16. *Festage,* in Consuet. Dunensi art. 26. 27. 28. Bituric. tit. 6. art. 3. *de Menetou* art. 19.

Id præterea juris distinctiùs exponitur in Charta Roberti Comitis Drocensis an. 1272. in Tabul. Castelli Lidi (*Château du Loir*) fol. 69. *Sachent tuit que comme nous eussons en nostre ville dou Chasteau dou Loir taille sus nos bourgois, & sus lour mesons de nostre ville devant dite, & nous aions entendu & esgardé dou conseil de prodes homes le preu de nostre ville dite. Nous voulons & ottroions desmes en avant, que la ville dou Chasteau dou Loir devant dite, & les mesons & les appentis, qui sont & qui pourront estre dou tousjours à venir, soient mis à festage. C'est à savoir que chescun borgeois, ou autre qui aura meson, ou apentis en nostre ville, soient tenus rendre à nous, & à nos heirs, chescun an trois sols de festage de Tournois, ou monnoie courant, & l'apentis dos oit deniers Tournois, &c.* Adde Perard. in Burgund. p. 405. & Chopinum de Sacra Polit. lib. 3. tit. 4. n. 12. Vide *Festum.*

Festagium, Jus, quod colonis & villarum incolis competit sumendi in foresta Dominica, seu Domini feudi, culmen, vel *festum* ad conficiendam domum. Inquisitiones costumarum Andeliaci, de foresta: *Et omnes homines debent habere festagium, scilicet festum, & 6. chevronos, & pro hiis debent bodellum 6. denar.* Idem Regestum Normannicum P. *Sanctus Laurentius in Lyons furcam* (habet) *ad hospitandum, & brancas ad ardendum, & festum ad hospitandum, & ideo debet servare porcos Regis, vel reddere 4. solidos, & querere les Bigres.* Idem Regestum: *Coustumagii de ramagio habent mortuum boscum de costuma, & residua Carpentariorum, cum testis capellorum, & 2. furcas, & unum festum ad hospitandum per liberationem, &c. quisque autem dat pro 2. furcis & pro la feste 14. denar. Turon.* Ex quibus patet, jus exigendi *festagium* à colonis primitus inductum ob facultatem iis à domino concessam extrahendi fastigii in silvis dominicis.

Festagium, præterea dicitur de furnis, molendinis, & aliis rebus ejusmodi, cùm feriantur, vel otiantur: *Fester* enim est festum agere, & otiari. Computum Domanii Comitatus Pontivian. 1369. in Camera Comput. Paris. *Festages des fours & molins payez & rabatus aux fermiers d'iceluy, à Vincent Charles fermier de Martaingneville qui rabatus li ont esté de sa ferme pour 60. jours qu'il fu en festage pour les Englez, &c. pour une semaine que ledit molin fu en festage envers Toussains pour l'ost de Tourneben, & que les Englez passerent le blanquetasque, & aussy que l'armée de la mer ordennée par le Roy retourna au Crotoy. &c.*

FESTILIA, *Dies festi,* in Glossis Isidor. Papias habet *festalia,* eadem fortè quæ Græci ἑορταστικὰ appellabant. Concil. Calchedon. Act. 10. de Episcopo Iba: ἔθος ἐστὶν ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἡμέρᾳ τῆ Πάσχα, ἢ πρὸ τῆς ἡμέρας, διδόναι αὐτὸν ἐκ χειρὸς τοῖς κληρικοῖς φανερά τινα ἑορταστικὰ, ταῦτα μέλλων διδόναι ὁμιλεῖ πρότερον, καὶ οὕτως δίδωσιν. Infrà eadem ἑορταστικὰ, εὐλογίαι dicuntur: Εὐλογιῶν παρεσχημένων, εἰκὸς ἦν ἅπαντα τὸ σύστημα τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν παρεῖναι.

FESTINANTIA. Breviloq. ex Ugutione: *Agina dicitur foramen, in quo se trutina vertit, vel dicitur Festinantia.*

Festinantia, Festinatio: *Festina celeritas,* in l. 52. Cod. Th. de Hæret. Acta Hadriani IV. PP. *Celeriter preperabat ad urbem, & tanta festinantia, ut, &c.* Itinerarium Gregor. XI. PP. *Mare ingreditur cum festinantia.* Utitur etiam Vetus Interpres Concilii Oecumenici Act. 12. Passio S. Vitalis Mart. n. 3. Helmodus lib. 1. cap. 68. S. Bernardus in Vita S. Malachiæ, Anonymus de Gest. Friderici II. Imp. p. 778. Petrus de Vineis lib. 2. Ep. 44. lib. 3. Ep. 83. Cortusii in Hist. lib. 2. c. 8. Concilium Tolosan. an. 1229. c. 1. & Arelat. an. 1234 c. 5.

FESTITATULA, pro *festivitatula,* seu parva festivitas, apud Avitum Vienn. Epist. 79.

FESTIVARE, vel *Festinare,* Convivio excipere apud Cantipratanum. In vita Balduini Lutzemburg Archiep. Trevir. lib. 2. cap. 3. 13. lib. 3. cap. 10. & in Statutis Collegii Navarræi Parisiensis apud V. Cl. Jo. Launoium in Hist. ejusdem Collegii p. 30.

Festiver, Festiner, Festin. Vox ducta à festis, in quibus Christiani mutuis se conviviis, quæ *Agapas* vocabant, excipiebant: de quibus S. Augustin. Ep. 64. *Comessationes & ebrietates ita concessæ & licitæ putantur, ut in honorem etiam beatissimorum Martyrum, non solùm per dies solennes; (quod ipsum quis non lugendum videat, qui hæc non carnis oculis inspicit) sed etiam quotidie celebrentur.* Infrà: *Cùm istæ in cœmeteriis ebrietates & luxuriosa convivia non solùm honores Martyrum a carnali & imperita plebe credi solent; sed etiam solatia mortuorum.* Vide eundem l. 1. de Morib. Eccles. Cathol. c. 34. Cumeanum de Mensura pœnitentiæ cap. 1. initio, & quæ observat Savaro ad Sidonii lib. 4. Epist. 15. lib. 5. Epist. 14. & in voce *Agape.*

FESTIVITATES *feriales feminabus, non hominibus,* in Charta an. 1226. apud Roverium in Reomao pag. 253. ubi disquirit de festis istis femineis.

Festivitates vendere. Decreta Calomani Regis Hungariæ lib. 2. c. 43. *Nullus festivitates vendere præsumat,* id est, in festis diebus, ni fallor.

Festivitas fracta, cùm quis in die festo opus aliquod exegit, cujus forisfacti mulctam Archidiaconi ad se pertinere contendebant. S. Anselmus Cantuar. lib. 4. Ep. 99. *Audivi quòd Archidiaconus vester accepit homines meos quasi pro forisfactura fractæ festivitatis, & de iis plegios accepit, nec ante eos voluit dimittere, quam plegios haberet, quod nec sibi nec alicui personæ licet super homines meos.*

FESTRA, pro *Fenestra,* vel parva fenestra, unde Macrobius in Saturnal. *Festra quidem est minusculum ostium in sacrario.* Jo. de Janua. Vide Festum.

FESTRAGIUM. Charta Guigonis Comitis Forensis an. 1253. pro Libertatibus Villarezii: *Pro hac si quidem libertate in dicta villa — census bladi, denariorum & gallinarum duplicabunt, & duplicatum solvent annuatim in festo B. Martini hiemalis, & ad nullum aliud festragium teneantur, vel cogantur.* Etsi in

MS. sic exaratum sit, legendum tamen *festagium* censuerim: nisi *festragium* dictum sit pro *fenestragium*. Vide in hoc verbo.

FESTUCA, *Fistuca*, Signum & symbolum traditionis, vel translatæ possessionis, quam tradebat emptori venditor, aut qui modo quovis rei possessionem in alium transferebat. Frequentia autem hujus traditionis, ait Bignonius, ex facilitate descendit, quòd *fistuca* obviam sæpè occurrat. Extat in Tabulario Campaniæ Bibl. Regiæ p.535. Charta an.1258. qua Abbas Arreviarensis ex Bulla Apostolica: *Mercatores Romanos de bonis mobilibus Campsorum ubicumque possent in districtu Comitatus Campaniæ inveniri, Regis nomine, per traditionem cujusdam Apostolicæ Paleæ, secundùm quod in tradendis possessionibus de consuetudine in istis partibus observatur — investit.* Existimant alii, *fistucam* idem valere ac fustem, seu baculum, quo investituræ passim factæ leguntur: Glossæ Lat. Gr. *Festuca*, κάρφος, ῥάβδος: qua sanè notione hæc vox usurpata videtur, idque infrà docemus in voce *Fustis*, & verbo *Investitura*, ubi de baculo. Alii denique Francos nostros hac voce allusisse volunt ad *stipulationem*, de qua Jus Romanum, quam Isidorus lib. 5. Orig. à *stipula* deductam opinatur: *Veteres enim*, ait ille, *quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes sponsiones suas agnoscebant.* Scio, aliam à Varrone & JC. dari hujus vocis originem, de qua V. Cl. Menagius in Amœnitatibus juris p.401. 2. Edit. Certè eò respexisse recentiores, par est credere: siquidem traditiones interdum *culmo*, interdum *stipulatione subnixæ* dicuntur in veteribus aliquot Tabulis, uti in voce *Culmus* observamus.

Per festucam intercurrentem, &c. Vide *Lacina*.

Festucam in laisum (i. sinum) *jactare*, in Lege Salica tit.48. Vide *Laisowerpire*.

Cum festuca fidem facere, in eadem Lege Salica tit.52. § 2. & in Lege Ripuaria tit.30. §.1.

Per suam festucam se exutum facere, in Formul. veter. cap. 19. 39. 43. Placitum Childeberti III. Regis editum à Mabillonio: *Ut dum contra ipsa strumenta nihil habebat, quod diceret, nec quod apponeret, per sua festuca se exinde* (f. exutum) *in præsenti dixit esse.* Vetus Notitia apud Perardum in Burgundicis p. 32. *Per festucam — easdem res legaliter guarpiverunt.* Alia apud eundem p. 65. *Et per festucam & fustum se per omnia exutum fecit.* Adde Probat. Histor. Vergiac. p.43. Chronicon Laurisham. p. 59. Mabillonium tom. 4. SS. Ord. S. Benedicti p. 342. n. 19. &c. Projiciebatur nempè *festuca* in ejusmodi *disvestionibus*. Capitularia Caroli M. lib.6. cap.285. *Ut ergo omnis suspicio à nobis cunctis Sacerdotibus & sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus funditus auferatur, profitemur omnes, stipulas dextris in manibus tenentes, easque propriis è manibus ejicientes, coram Deo & Angelis ejus, ac vobis cunctisque Sacerdotibus, — nec talia facere, nec facere volentibus consentire; sed magis Deo auxiliante resistere.* Ademarus Cabanensis pag. 164. de Carolo Simplice: *Congregati* (Proceres Francorum) *in campo more solito ad tractandum de publica regni utilitate, unanimi consilio, pro eo, quòd ignavæ mentis erat idem Rex, festucas manibus projicientes, rejecerunt eum, ne esset eis ultrà senior.* *Le Roman de Charité MS.*

Abés, respons moi, que fais-tu,
Qui jadis rompi le festu
Au monde, &c.

Per fistucam werpire, eadem notione, projecta nempe vel tradita fistuca, apud Marculfum lib. 1. for. 13. Charta Ottonis III. Imp. an.997. apud Hermannum Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Westphalici p.203. *Et sicut mos est Laicorum, cum festuca semet ab eo exuit prædio.*

Per fistucam commendare, dare, apud eundem Marculfum lib.3. form.21. lib.2. for.4.

Per fistucam partiri, apud eundem lib. 2. form. 14.

Sacramentum per fistucam adhramire, in Formulis veter. c.2.

Fistuca nodata. Vetus Charta Longobardica apud Ughellum tom.3. Ital. sacræ p.49. *Omnia, quæ suprà leguntur, legitimam facio vestituram per cultellum, fistucum nodatum, wantonem, & wasonem terræ atque ramum arboris, me exinde foras expuli & werpivi, & absitum feci, & ipsius Ecclesiæ Monasterio ad proprietatem adhabendum concessi.* Adde p.51. 61. Occurrit eadem formula passim in Tabulario Casauriensi, in Charta Mathildis Comitissæ apud Franciscum Mariam in Mathildi lib.3. p.105. in aliis an.1109. & 1121. apud Chiffletium in Luminibus Salicis cap.6. in aliis ann.961. 1028. 1029. apud Chiezam in Hist. Pedemont. c.20.21. & 39. Guichenonum in Probat. Hist. Sabaud. p. 18.21.23.&c.

Exfestucare, idem quod *Festucam* tradere, abjicere, rem abdicare, *Déguerpir*, quòd qui rei dominium in alterum transferebat, aut illius juri renunciabat, *festucam* seu stipulam possessori tradebat in signum dominii translati, vel eam in terram projiciebat, tanquam re, quam in alium transferebat, se exueret. Adelbertus Abbas Heidenheimensis: *Omnibus ergo Canonicis usque ad unum Episcopo consentientibus & præbendam pro Deo & pro denominata recompensatione exfestucantibus.* Adde p. 353. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n.65. *Fidem & hominia, quæ hactenus vobis servavimus, exfestucamus, damnamus, abjicimus, — finita responsione ista, arreptis festucis, exfestucaverunt illorum hominum fidem, &c.* Adde n.141.152. Cæsarius lib.2. Miracul. c.12. *Miser juvenis à villico persuasus, creatorem suum ore suo negavit, manu exfestucavit, diabolo homagium faciens.* Charta Conradi Imp. ann. 1143. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. p. 158. *Potestatem, quam jure advocatiæ super ministeriales Ecclesiæ Frisingensis habere videbatur — secundùm consuetudinem Curiæ omninò exfestucavit.* Charta Manassis Episc. Lingonensis ann. 1186. in Tabulario Monasterii Albæripæ lib. 2. *Nihil sibi de omnibus retinens; sed omnia exfestucans.* Vetus Charta ann. 1231. apud Duchesnium in Hist. Guinensi p.497. *In manu mea --- legitimè resignavit & exfestucavit.* V. p.74. Occurrit passim, in Chron. Abbat. S. Trudon. lib.11. pag.483. lib.12. p.506. apud Othon. Frising. lib.7. Chr. c.24. de Gest. Frider. l.1. c.6. Ægidium Aureæ Vall. in Episcop. Leod. c.14. & 21. Albertum Aq. lib. 5. c.35. Anonymum in Miracul. S. Ursmari per Flandr. n.12. in veteribus Chartis apud Bolandum 6. Febr. pag.920. Duchesnium in Hist. Guin. p.58.131. 182.499. in Chron. Andrensi p.379. &c. *Cum exfestucatione werpire*, in Charta Desiderii Episc. Morin. an.1177. apud Malbrancum lib.10. de Morin. c.29. & 87. & in Tabulario S. Bertini. Vide Gallandum lib. de Franco alodio p.325.326. Scribitur & *Effestucare* apud Buscium in Chron. Windesem. l 1. c.17.

Festucare, idem quod *Exfestucare*. Charta ann. 1151. apud Duchesn. in Hist. Guin. p. 667. *Ac legitima donatione tradidimus, coram his testibus festucavi, &c.* Charta Philippi Comitis Flandriæ an.1159. in Tabulario Monasterii S. Bertini: *Triginta septem mensuras, quas à me tenebat, in manus meas reddidit & festucavit.*

Infestucare, In possessionem mittere, *adheritare*. Charta ann. 1300. in Hist. Guinensi: *Par l'enseignement & le jugement des hommes devant dis, nous fumes adheri-*

adheritez, & li dis Hues desheritez : & enwerpi & en-festuca une fie autre & la tierche, si que n'i en eut, ni retient, & nus en fumes enheritez bien & à loi, &c.

FESTA *Dominica*, Martyrum, Confessorum, apud Christianos, instituta vel ab ipsis Apostolis, vel Conciliis. S. Augustinus Epist. 118. c. 1. *Illa autem, quæ non scripta; sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri, sicut quòd Domini Passio, & Resurrectio, & Ascensio in cælum, & Adventus de cælo Spiritus sancti, anniversaria solennitate celebrantur.* Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. c. 34. *Festivitates Apostolorum seu in honore Martyrum solennitates antiqui Patres in venerationis mysterio celebrari sanxerunt, vel ad excitandum imitationem, vel ut meritis eorum consociemur, atque orationibus adjuvemur : ita tamen, ut nulli Martyrum; sed ipsi Deo Martyrum offeramus, quamvis in memoriis Martyrum constituamus altaria.* Eadem habet Rabanus l. 2. de Instit. Cleric. c. 43. Alcuinus lib. de Offic. divin. *Sanctorum dies, quibus de hoc sæculo migraverunt, solenniter & cum magna exultatione celebramus, adeò ut in ipsis, abstinentiæ aliquantulùm rigore laxato, paululùm remissius vivamus.* Infrà : *Cùm antiquos natalitia sua, vel suorum asseramus, quibus in hanc miseram effusi sunt vitam, tanta alacritate invenimus celebrasse, ut etiam omni corporeæ voluptati licentiùs operam darent : quanto nos spirituali hilaritate sanctorum Patrum natalitia convenit celebrare, quibus non ad miserias nascuntur; sed de miseriis ad gaudia transierunt sine fine possidenda, non nos corporalibus illecebris resolventes, ut faciebant pagani; verùm canticis spiritualibus, Hymnisque cælestibus in Christo tripudiantes, ut Christiani. Quamvis non denegemus etiam corporaliter aliquantulùm remissiùs, quam cæteris esse vivendum, propter quosdam, ut reor, hebetiores, qui nihil putant esse festivum, nisi quod viderint corpora delectatione mellitum.* Vide Durandum l. 7. c. 1. Baronium de Martyrolog. Rom. c. 4. in Annal. an. 58. n. 81. an. 263. n. 14. Covarruviam l. 4. Var. resolut. c. 19. & Filesacum lib. 1. Select. c. 6. ubi plura de festis Christianorum.

Festa annalia, annualia, Præcipua totius *anni* festa, unde nomen. Odo Cluniac. l. 1. de Vita S. Geraldi c. 15. *Si tamen in eisdem feriis festivitas annualis evenisset, abstinentiam ita solvebat, ut &c.* Charta Hugonis Ducis Burgundiæ pro fundatione S. Capellæ Divion. an. 1172. apud Perardum : *In festis annalibus, id est, in Nativitate Domini, in Pascha, in Pentecoste, & in omnium Sanctorum.* Ita in Charta Alphonsi Imp. ap. Hieron. Vignerium in Hist. Alsatica p. 143. Regestum Parlam. B. fol. 51. verso sub an. 1279. *In 4. festis annualibus, videlicet Nativitatis Domini, Resurrectionis Dominicæ, Pentecost. & omnium SS.* 1. Reg. f. 123. *Qui faciunt burgesiam apud Castrum Nantonis in tribus festis annalibus, &c. Festa annualia*, in Statuto Philippi Pulcri an. 1302. c. 57. 59. in Charta Odonis Episcopi Paris. an. 1199. apud Sammarth. in Gall. Christ. *Dies Annales*, in Ordinat. Hospitii S. Ludovici Regis an. 1261. *Feste annuaul*, in Charta vernacula Hugonis Ducis ann. 1268. apud Duchesnium. *Festes annuelles*, apud Joinvillam in Hist. S. Lud. p. 124. Adde veteres Consuetudines Bituricenses apud Thomasserium p. 250. 275. *Festivitates præcipuæ, Domini Natale, Pascha, Pentecoste, & si quæ principales reliquæ solennitates*, quas Presbyteri & Diaconi, qui in villulis deserviunt, cum Episcopis suis in civitatibus celebrare tenentur, in Concilio Arvern. c. 15. Missas quippe, ut in hisce festis majoribus, in oratoriis facere aut tenere prohibentur Presbyteri in Concilio Agath. c. 21. ita Laici præcipui, seu *natu majores*, *Pasca & principales festivitates sub præsentia Episcopi tenere* jubentur, in eodem Concilio Arvern. c. 15. & Aurelian. IV. c. 3. In Agathensi verò c. 18. statuitur, ut *sæculares, qui Natale Domini, Pascha, & Pentecosten non communicaverint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur.* Quæ quidem festa *Festivitates festivitatum* appellantur à Brunone Signiensi Episcopo apud Petrum Diaconum lib. de Viris illustr. Casin. c. 34. Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS c. 52. *Restant illæ nominatissimæ solennitates totius universalis Ecclesiæ speciali gaudio suscipiendæ, prædicandæ pariter & celebrandæ, Natalis Dom. nostri J. C. sanctum Pascha, Pentecosten, summorum Apostolorum Petri & Pauli, atque Assumptio S. Mariæ. Hæ igitur festivitates cæteras, quasi quodam superlativo gradu, transcendunt, in quibus omnia superiori narratione latiùs explicata, ex asse complentur.* Vide Chartam an. 1247. in Hist. Monast. S. Mariæ Suession. p. 454. & aliam an. 1294. apud Gallandum de Franco aldio pag. 252.

Festum duplex, cum duo festa concurrunt eodem die, quo casu dignioris festum agitur, alterius sequenti. Quædam autem *festa* dicuntur *in totum duplicia*, quædam *simpliciter duplicia*, quædam denique *semiduplicia*. Dicuntur quædam *duplicia* in quibusdam Ecclesiis, pro eo, quòd responsoria, tàm majora, quàm brevia, & versus à duobus cantantur, & quia omnia incipienda à duobus incipiuntur, & quia antiphonæ in Matutinis & Vesperis duplicantur : dicuntur enim Completæ, & ante Psalmum & pòst, sicut est Festum Natalis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evang. Circuncisio Domini, Epiphaniæ, Purificationis, Annuntiationis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, S. Joannis B. Apostolorum Petri & Pauli, S. Laurentii, Assumptionis B. Mariæ, Nativitatis ejusdem, & Dedicatio Basilicæ. Atque hæc sunt majora duplicia. Vide Ordinar. Præmonstrat. c. 15. p. 914. *Minora* autem *duplicia festa* sunt 2. & 3. feria infrà octavas Pentecostes, Commemoratio S. Pauli Apostoli, Octava Apostolorum Petri & Pauli, & Assumptionis, & quodlibet festum, quod unaquæque Ecclesia duplex ordinaverit celebrari. *Semiduplicia festa* sunt, in quibus præmissa omninò non observantur; sed tantùm tertium, sextum & ultimum responsoria cantantur à duobus, nec incipiuntur à duobus, nec duplantur antiphonæ, licèt versus & brevia responsoria à duobus dicantur. Et sunt hæc semiduplicia festa SS. Andreæ, Nicolai, Luciæ, &c. Ita Beletus cap. 57. & Durandus lib. 7. Ration. cap. 1. num. 31.

Festa quadruplicia, in Statut. Ord. Præmonstrat. dist. 2. c. 1. *In festis, quæ apud alios vocantur triplicia, apud alios quadruplicia, majora, aut præcipua, &c.*

Festum, seu *Festivitas triplex*, de cujus officio multa in secunda parte Ordinarii MS. Ecclesiæ Rotomagensis, qua voce intelliguntur majora festa, ut Natalis, Paschatis, &c.

Festum trium lectionum, ibidem, & in Statutis antiq. Cartusiensib. 1. part. c. 30.

Festum novem lectionum, in quo novem lectiones dicuntur in Matutinis, cujusmodi sunt majora festa. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 3. *In omnibus festis novem lectionum debent Fratres cotidie tenere silentium.* Vide Ordinar. Præmonstrat. c. 15. p. 915.

Festum 12. lectionum, in quo 12. lectiones. Vide Statuta antiqua Cartusiensia 1. part. c. 29.

Festum Dominicale, seu *quod Dominicali more celebratur*, in Ordinario MS. Ecclesiæ Rotomag.

Festa in cappis, Majores solennitates, in quibus inter Missæ solennia & vesperas deferuntur cappæ à ministris Chori Ecclesiæ. Tabularium Fossatense fol. 122. *Dederunt eidem Ecclesiæ albas paratas, — de quibus induuntur in festis, quæ fiunt in dicta Ecclesia in albis, vel in cappis, &c.* Consuetudines Eoveshamensis Monasterii in Anglia : *Et ad omnes collationes festivitatum*

tam in cappis, quàm in albis, &c. Mox: *Debent etiam habere caritatem de cellario ad prandium singulis diebus octabarum principalium festivitatum, quæ octabas habent, exceptis diebus, quibus sunt in cappis.* Vitæ Abbatum S. Albani: *In festis, quæ in cappis fiunt & maximè præcipuis*, pag. 80. 83. Observat Watsius in Missa Mozarabum aliquando occurrere *festum trium*, vel *sex*, vel *novem capparum.*

Licèt de festis Dominicis & Sanctorum ex professo commentatus sit Baronius in Notis ad Martyrologium, quædam tamen de iis, quæ observationem aliquam postulant, hic leviter attingemus, ordine literarum servato.

Festum S. Agnetis celebrari cœptum est propter quoddam miraculum, quod octavo die suis contigit parentibus ad ejus tumulum lamentantibus. Ita Beletus c. 75.

Festum animarum, seu Commemoratio Defunctorum 2. Novembr. Gall. *la Feste des ames*, nempe *des Trépassez.* Matth. Westmon. ann. 1244. *In crastino Animarum convenientes omnes Angliæ Magnates, &c.* Adde eundem ad an. 1246. & Annales Colmarienses an. 1286. Id festum, vel potiùs Commemorationem instituisse primùm in suis Monasteriis sanctum Odilonem Abbatem Cluniacensem, ex quo ad cæteras Ecclesias transiit, scribunt Petrus Damiani in Vita S. Odilon. Radulfus de Diceto an. 966. Sigebertus an. 998. Udalricus in Consuet. Cluniac. lib. 1. cap. 42. Durandus lib. 7. cap. 35. &c. Vide Ditmarum lib. 6. pag. 70.

Festum Annuntiationis Deiparæ, de quo copiosè Baronius ad Martyrologium. Tantùm moneo, festum istud *Marzache* olim à nostris appellatum, quòd in mensem Martium incidat. Regestum Censuum & Feodorum Carnotensis urbis f. 67. *Sachent tous, qu'en l'an de grace 1286. le Jeudi d'emprés la Marzache, que Henry, &c.* De hoc festo sic Nomocanon nuper editus à V. C. Jo. Bapt. Cotelerio c. 2. Τοῦ εὐαγγελισμοῦ τὴν ἑορτὴν τὸ σέβας ἀπονέμειν, ὅτι σεβασμία πασῶν τῶν ἑορτῶν.

Festum Architriclini. Vetus Inquesta apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ p. 1073. *Vidit enim, quòd viventibus Imperatore Federico & filio ejus, in festo Architriclini custos Canonicorum, Jacobus nomine, ad petitionem Domni Ambrosii, tunc Abbatis, portavit crucem.* Paulò suprà, *dies Architriclini* appellatur, quo vocabulo Dominicam secundam post Epiphaniam, in qua Evangelium Joannis c. 3. de Nuptiis in Cana recitatur in Ecclesiâ Mediolanensi, rectè conjicit idem Puricellus. Factum porrò ipsum miraculum in Cana 6. Januarii, ac proinde ipso Epiphaniæ die, consentiunt Scriptores omnes.

Festum Assumptionis Deiparæ, de quo Baron. ad Martyrol. & Steph. Baluzius ad Capitular. Reg. p. 1171. Beletus c. 146. & alii, à Baronio laudati. Quando verò & qua occasione in diœcesi Morinensi feriatum esse incœperit, produnt Annales Francor. Bertiniani ann. 862. Vide Vitam S. Theodardi Episcopi Narbonensis apud Catellum pag. 760.

Festum Azymorum, Pascha, apud Ordericum Vitalem lib. 11. pag. 816.

Festum S. Blasii. Cur hac die populus lumina pro domibus vel animalibus accendere soleret, atque adeò eleemosynas largiri? docet Honorius Augustod. lib. 3. cap. 25.

Festum Cathedræ S. Petri Antiochiæ, 22. Febr. quòd *Natale Petri de Cathedra* dicitur in veteri Martyrologio apud Bucherium 8. Kl. Martii. Vita S. Lauriani Episcopi MS. *Erat enim solennitas Cathedræ, quam celeberrimam ex more plebs habebat Romana, eò quòd sessio Pontificalis Apostoli eo die primùm fuisset dedicata, id est, quinto decimo Kl. Febr.* De hoc festo agunt S. Augustinus in Append. de Divers. Serm. 74. Concil. Turon. II. c. 22. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 20. Beletus c. 83. Durandus lib. 7. cap. 8. Baronius ad Martyrol. Bolandus 18. Januar. & 22. Febr. Baluzius ad Capitular. Reg. pag. 1172. Vide infrà *Festum B. Petri Epularum.*

Festum Compassionis B. Mariæ. Vide Synodum Coloniensem ann. 1423. c. 11.

Festum Conceptionis B. Mariæ ajunt institutum ab Ildefonso Archiepiscopo Toletano, ut est in ejus Vita. Alii ex quadam revelatione ab Herberto Abbate Ramesiensi, ut Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 240. & Gaufredus Vosiensis cap. 12. Ab Anselmo denique Cantuariensi Archiepiscopo, Concilium Londoniense an. 1328. c. 2. Cœptum in Gallia celebrari circa annum 1145. ex S. Bernardi Epist. 174. colligit Baronius ad 8. Decembr. quem vide, ut & Lucam Tudensem lib. 3. contra Valdenses cap. 20. Quando verò apud Græcos cœperit? vide Combefisium tom. 1. Auctar. *Bibl. Patr.* p. 1223.

Festum Conversionis S. Pauli, cur celebretur? pluribus docent Innocentius III. lib. 1. Epist. p. 29. Edit. Venetæ, & Durandus lib. 7. cap. 4.

Festum Coronæ Christi. Henricus Rebdorff. an. 1357. *Hic etiam PP.* (Innocentius VI.) *ad supplicationem Regis Caroli speciale festum in honore instrumentorum Dominicæ Passionis, videlicet hastæ, clavorum, & aliorum, in partibus Alemanniæ & Bohemiæ solenniter celebrandum indixit, feriâ 6. post Octavam Resurrectionis Dominicæ, & super hoc indulgentias dedit, & hoc fecit propter reverentiam Imperialium insignium, quòd aliqua de prædictis instrumentis Rex Romanorum, seu Imperator in sua tenet custodia. Cujus quidem Coronæ festum in Regno Franciæ celebravit.* Magnum Chron. Belgic. p. 304. *Carolus IV. Imp. à Rege Franciæ obtinuit spinam unam de Corona Domini. Unde promeruit à PP. Innocentio VI. festum fieri de Corona & Clavis Domini, quod celebratum feriâ 6. post octavam Pascha, cum proprio cantu, & officio divino.* Auctor verò Vitæ Innocentii VI. pag. 117. *Festum de lancea & clavis Domini vocat.* Vide *Lancea Constantini M. Regalia.*

Festum Coronæ Domini, seu Susceptionis Coronæ Dominicæ à S. Ludovico, in Usibus antiquis Cisterciensib. c. 65. Vide Hist. nostram Gallo-Byzantinam l. 4. n. 11. 12. 13.

Festum Corporis Christi, seu, ut vocant, *sacrosancti Sacramenti*, celebrari primus instituit Urbanus IV. PP. 5. feriâ post Octavam Pentecostes, an. 1264. Thierricus Valliscolor. in Urbano p. 241.

Sic digne statuit, ut in anno Corporis hujus
Tam festum celebre fiat in orbe semel,
Post Pentecostes octavas luce Jovis, nam
Consumi Christus fecerat ista die.
Hocque sui terno fecit Papatus in anno,
Officiumque novum continet ista dies.

Adde Hocsemium in Episcop. Leod. c. 6. & Thomam Walsinghamum p. 111. Quid verò festo isti indicendo occasionem præbuerit, pluribus edisserit Chapeavillus in Tractatu Historico de Vera Origine festi Corporis Domini, post 2. tom. Rerum Leod.

Festum S. Joannis Bapt. Natalis. S. Augustin. Homil. 44. c. 2. *Quia in magno sacramento natus est Joannes, ipsius solius justè Ecclesia natalem diem celebrat: & Natalis Domini celebratur; sed tanquam Domini. — Passionum diem servis plurimis celebramus, Nativitatis diem nemini, nisi Joanni.* Vide eundem Serm. 21. de Diversis, & 23.

Festum Decollationis S. Joannis Baptistæ. Vide Beletum cap. 147.

Festum Divisionis Apostolorum notatur in Martyrologiis Bedæ, Usuardi, & aliorum 15. Julii, quo scilicet Apostoli in diversas orbis provincias profecti sunt,

sunt, ac dispersi sunt; unde *Festum de Dispersione Apostolorum*, apud Albertum Stadensem an. 1098. appellatur. Kalendar. S. Victoris Parisiensis: *2. Id. Julii Divisio Apostolorum ad prædicandum.* Chronic. Elwangense, & Compilatio Chronologica an. 1291. *Rex Romanorum Rudolphus obiit in Divisione Apostolorum.* Chronicon Montis S. Agnetis can. 10. an. 1041. *In crastino Divisionis Apostolorum.* Huc respexit Paulinus Natali 9.

— Lux populis festiva recurrit,
Quâ sanctus quondam cœlo demissus ab alto
Spiritus ignito divisit fulmine linguas.

Vide Baron. ann. 44. n. 13. 14.

Festum Exaltationis S. Crucis. Vide Beletum c. 151. Durand. lib. 7. c. 29. Auctorem Vitæ Gregorii IX. PP. à Bosqueto editum p. 221. Baron. an. 628. num. 2. Puricellium in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 426. &c.

Festum Hypapantes, seu Occursus Domini, 2. Febr. celebrari cœptum CPoli anno 15. Justiniani M. ut auctor est Theophanes. Vide Durandum lib. 7. c. 6. n. 5. Baronium, &c. & infrà in verbo *Hypapante.*

Festum S. Jacobi die 25. Julii celebratur, non quòd hoc die decollatus fuerit; sed in Paschate, ut auctor est Honorius Augustod. lib. 3. c. 163.

Festum Inventionis S. Crucis, ut 5. Non. Maji solenniter celebretur, instituit Eusebius PP. Microlog. cap. 55. Hoc festo carent Græci, ut ex eorum Menologiis constat.

Festum S. Joannis ante Portam Latinam, est illa dies, inquit Honorius Augustod. lib. 3. c. 160. *quâ Joannes Apostolus à Domitiano Cæsare ante eandem portam in dolium ferventis olei est missus; sed divinitùs liberatus.* Vide Beletum c. 126.

Festum S. Joannis Evangelistæ, seu *Dormitio*, incidit in diem Nativitatis S. Joannis Bapt. *Sed quia ob celebre officium illic agi non potuit, Ecclesia 27. Decembris die ejus festivitatem instituit, quando ab exilio rediit, vel ipsius Ecclesia dedicata extitit.* Ita Honorius August.

Festum S. Laurentii inter ea, quæ celebrari debent, recensetur, in Capitulari Aquisgranensi an. 817. c. 46. in Concilio Lugdunensi, & in Provinciali Cantuariensis Eccl. lib. 2. tit. 3. Vide Durandum lib. 7. c. 23. & Beletum c. 75. 145. præterea Guillelmum Neubrig. lib. 2. cap. 35.

Festum Macchabæorum, in quod extant complures Sanctorum Patrum Homiliæ. Vide Beletum c. 142.

Natalis S. Mariæ ad Martyres, 3. Id. Maji in Libro Sacram. Gregor. M. festum, quod etiam *Dedicatio Ecclesiæ B. Mariæ ad Martyres*, nuncupatur. Illud instituit Bonifacius IV. PP. converso Romano Pantheo in Ecclesiam S. Mariæ & omnium Martyrum. Vide Paulum Diac. lib. 4. Hist. Langob. cap. 37. lib. 5. cap. 11. Honorium Augustod. lib. 3. cap. 161. & Beletum cap. 127.

Festum S. Martini recensetur inter festa, quæ celebrari debent, in lib. 6. Capitul. c. 189. in Capitulari Aquisgran. an. 817. c. 46. in Capitulis Walterii Aurelian. c. 18. in Concil. Lugdun. sub Innoc. III. &c. Vide Capitulare Ahytonis Episcopi Basileensis cap. 8. & Beletum c. 163.

Festum S. Michaëlis, est illa dies, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 167. *quâ populus Christianus cum paganis pugnavit, & victoriam per S. Michaelem Archangelum obtinuit.* Vide Cathwlphi Epist. ad Carolum M. to. 2. Hist. Franc. p. 667. Beletum c. 129. 153. & Durandum lib. 7. c. 12.

Festum Nativitatis Christi. festorum omnium *Metropolis* appellatum à Joanne Chrysost. Orat. de B. Philogonio, & ab Isaacio invectiva 1. in Armenios cap. 12. Πρώτη ἑορτὴ καὶ ῥίζα, καὶ ἀρχὴ καὶ ἑορτῶν ἑορτὴ, καὶ μητρόπολις πασῶν ἑορτῶν. S. Augustinus Epist. 119. *Noveris diem Natalis Domini non in Sacramento celebrari; sed tantùm in memoriam revocari, quòd natus sit, &c.* Vide Joan. Nicænum Arch epist. in Orat. de Nativit. Dom. edita à Combefisio p. 300. 301. In Capitularibus lib. 2. c. 35. & Concilio Mogunt. cap. 36. in Natali Domini dies quatuor celebrari jubentur. Hoc verò festo, si in feria sexta aut septima contigerit, carnibus vesci licet *propter excellentiam*, ut est apud Gregorium lib. 3. Decret. tit. 46. cap. 3.

Festum Nativitatis S. Mariæ. Quomodo institutum fuerit, docet Honorius Augustod. lib. 3. c. 16. his verbis: *Quidam solitarius vitam ducens sanctissimam, audivit annis singulis die Nativitatis S. Mariæ Genitricis Dei harmoniam concentus Angelorum in cælo: qui cùm miraretur, quid hoc esset? & orasset intente, dictum est illi per Angelum, quod ea die nata sit S. Maria. Cujus Nativitas cùm ignoretur ab hominibus in terra, venerabiliter eam excolunt in cælis Angeli. Quod ille referens Ecclesiæ, statuta est ejus Nativitas solenniter celebrari.* Adde Beletum c. 149. & Durand. lib. 7. c. 28. præterea Vitam Gregorii IX. PP. apud Bosquetum p. 222. Vide suprà *Festum Concept.* *La Septembrate* vocant hoc festum Statuta MSS. *pour les Seliers & les Peintres de Paris: Nul ne peut ouvrer au Dimanche, ne aux quatre festes nostre Dame, c'est assavoir à la Myaoust, à la Septembrate, à la Chandeleur, & en Mars, &c.* *L'Angevine* appellatur apud Andegavenses, seu *Andegavina*, quòd censuum ac redituum prædiorum in ea Provincia solutiones ferè omnes in hoc festum incidant, non verò, quòd illud institutum fuerit, à S. Maurilio Andegavensi Episcopo, uti censuit Bordinius in Hist. Andegav. pag. 16. cùm ejus celebritatis memoriam tum primùm auditam in Galliis plerique velint sub Carolo Calvo, quòd in Capitulis Walterii Episcopi Aurelianensis, editis à Cellotio cap. 18. illius meminerit, de ea verò sileant Herardus Turonensis, Hincmarus Remensis, Isaac Lingonensis, & Theodulfus, & ipsi Aurelianenses Episcopi. Istius porrò nomenclaturæ crebra est mentio in Regesto Ludovici Regis Siciliæ in Camera Comput. Paris. fol. 74. *Jean Hardoul doit foi simple à 6. den. de devoir au jour de l'Angevine par chascun an.* Fol. 54. *Rentes, que plusieurs personnes doivent à l'Angevine.* Fol. 63. *Des rentes & froment deus chascun an au jour de l'Angevine.* Fol. 72. *Messire Brient de Cosmes Chevalier, homme lige à cause de la terre de Gabis, à 12. den. de service par an au jour de l'Angevine.* Adde, quæ observavit vir doctissimus, ipseque Andegavensis, Ægidius Menagius in Orig. linguæ Francicæ pag. 676.

Festum omnium Sanctorum. Scriptum est in Gestis Pontificalibus, inquit Alcuinus lib. de Divin. Offic. *quòd S. Bonifacius PP.* (IV.) *quandam domum Romæ, Pantheon nomine, quæ erat consecrata in honore omnium dæmoniorum, eliminatis omnibus spurcitiis, sacraverit Ecclesiam in honore sanctæ Dei Genitricis, omniumque Sanctorum. Unde constitutum est, ut plebs universa per totum orbem in Kl. Novembribus, sicut in die Natalis Domini, ad Ecclesiam in honore omnium Sanctorum ad Missarum solennia convenire studeat, illud attendentes, ut quidquid fragilitas humana per ignorantiam aut negligentiam in solennitatibus Sanctorum minus plenè peregisset, in hac sancta observatione solveretur.* Honorius Augustod. l. 3. c. 168. *Festivitatem Omnium Sanctorum Gregorius PP. Junior instituit, quam priùs Bonifacius PP. in honore S. Mariæ & omnium Martyrum servandam censuit.* Chronicon Reicherspérg. an. 835. Gregorium IV. PP. ait, Ludovici Pii consensu, statuisse, ut secundùm Romanam consuetudinem per totam Galliam ea festivitas Kal. Novembr-

Novembr. deinceps ageretur: quam sanctam constitutionem ab eo tempore servat omnis in toto terrarum orbe Catholica Ecclesia. Adde Sigebertum ann. 835. Durandum lib. 7. c. 34. & Baronium ad 1. Novemb. in Martyrolog. *Memoria omnium Sanctorum*, apud Ditmarum lib. 6. p. 71. Apud Græcos Festum omnium SS. celebratur die Dominica proxima post Dominicam Pentecostes. Vide Evangelistarium Gr. & Theoph. Cerameum Homil. 41.

Festum Palmarum, apud Conradum Usperg. ann. 1106. Dominica, quæ præcedit Pascha: βαιοφόρος Græcis. Luithprandus lib. 3. c. 5. *In ea, quæ est ante βαιοφόρον, quod nos Palmarum ramos dicimus, hebdomada, &c.* Vide *Dominica Palmarum*.

Festum Passionis S. Petri. Vide Catwlphum in Epist. ad Carolum M. sub finem, tom. 2. Hist. Franc. pag. 667.

Festum S. Petri ad vincula, Kal. Augusti, institutum ferunt, jussu Eudoxiæ Augustæ Imp. Theodosii uxoris, ut populus revocaretur à gentilis superstitionis pompa, quam quotannis celebrabat ea die, pro victoria Octaviani Aug. de Antonio & Cleopatra Kal. Augusti relata. Ita Honorius Augustod. lib. 3. cap. 164. Beletus c. 141. Durandus lib. 7. c. 19. Andreas Silvius an. 439. & Chronicon M. Belgicum p. 14. &c. At Scaliger l. 5. de Emend. temp. Actiacam victoriam 3. die Sept. non autem Kal. Augusti contigisse probat; unde elicit, aliud solenne veteris superstitionis fuisse.

Festum S. Petri epularum, ita appellatum *Festum Cathedræ S. Petri Antiochiæ*, quòd ethnici hac die ad parentum sepulcra convivia agerent: quæ quidem festivitas *Cara cognatio* nuncupabatur. Vetus Glossarium cap. de Diebus festis: *Cara cognatio*, τιμησιγγένεια: ubi reponunt viri docti φιλία, vel τιμία συγγένεια. Kalendarium rusticum apud Gruterum p. 138. in mense Febr. *Lupercalia, Cara cognatio, Terminalia.* Aliud Kalendarium à Bucherio editum habet hac die *Caristia*, ut 9. Kl. Mart. *Feralia*, 7. Kl. *Terminalia*; *Lupercalia* denique 15. Kl. Mart. Kalend. Herwarti, 8. Kl. Mart. *Caristia*. Ita *Caristia* idem valet ac *Cara cognatio.* Appellationis posterioris rationem indicat Ptolomæus Silvius in Laterculo: *8. Kal. Mart. Depositio S. Petri & Pauli. Cara cognatio, ita dicta, quia tunc, etsi fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus deponuntur*, Papias ex Glossis antiquis MSS. *Caristia, dies festus inter cognatos.* Agebantur porrò in hoc ethnicorum festo solennes epulæ ad parentum sepulcra, φιλικὰ συμπόσια, in Chronic. Alexandrin. p. 268. quæ quidem, ut abolerentur superstitiones, Ecclesia festum cathedræ S. Petri Antiochiæ hac die celebrari præcepit. Beletus c. 83. ex quo Durandus l. 7. c. 8. *Dicitur*, inquit, *festum B. Petri epularum. Fuit enim consuetudo veterum ethnicorum, ut singulis annis mense Februarii certo quopiam die epulas ad parentum suorum tumulos apponerent, quas nocte dæmones consumebant, cùm indè non minùs falsò quàm ridiculè animæ refici credebantur. Putabant enim hujusmodi epulas ab animabus circa tumulos errantibus absumi. Hæc autem consuetudo atque hujusmodi falsæ opinionis error à Christianis vix extirpari potuit. Quod quidem, cùm viri sancti animadvertissent, ac penitùs illam consuetudinem extinguere voluissent, instituerunt Festum de Cathedra S. Petri, tam de illa, quæ fuit Romæ, quàm quæ Antiochiæ, idque eodem die, quo abominanda illa ab ethnicis fiebant, ut solenni hoc festo prava illius consuetudinis festum omninò extingueretur. Unde etiam ab illis epulis festum hoc appellatum est B. Petri epularum.* Vide Concil. Turonense II. cap. 22. & Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 194.

Festum Præsentationis, cujus auctor dicitur Anselmus de *Chantemerle* Episcopus Redonensis, qui obiit anno 1389. Vide Gall. Christianam.

Festum Stellæ. Vide *Stella*.

Festum Reliquiarum, seu Commemoratio Sanctorum, quorum reliquiæ sunt in ea Ecclesia, in qua celebratur. Statuta antiqua Ord. Cartusiensis 1. part. c. 28. §. 7. *Festum Reliquiarum solenniter celebramus: Conversi tamen & mercenarii debent laborare; sed non circa domum superiorem. In hoc festo dicuntur Capitula plurimorum Martyrum; Responsoria verò & Antiphonæ, sicut in festo omnium Sanctorum.* Et §. 12. *In Octavis festi Reliquiarum Ecclesiæ superioris, fiat festum Reliquiarum Ecclesiæ inferioris: non tamen cessatur ab operibus.* Adde cap. 32. §. 1. part. 2. c. 12. §. 6.

Festum Sanctificationis Deiparæ. Statuta ann. 1368. Ord. Cartusiensis 1. part. c. 2. §. 8. *In festo Sanctificationis Beatæ Mariæ fiat officium, sicut in Nativitate ejusdem, nomine Nativitatis in nomen Sanctificationis transmutato.*

Festum Transfigurationis Domini. Hanc festivitatem, inquit Beletus c. 144. factam constat sub finem hiemis, & circa principium veris, cùm videlicet de illa legitur Evangelium. Notat verò idem Scriptor, Christi sanguinem eadem hac die ex novo vino, si inveniri possit, aut aliquantulum ex matura uva in calicem expressa, & racemos benedici, indèque homines communicare, &c.

Festum S. Trinitatis. Vide Rupertum lib. 11. de Divin. Offic. c. 2. Microlog. c. 60. Drogonem lib. Miracul. S. Winnoci c. 4. l. 2. Decretal. tit. 9. c. 2. & Baron. præterea Concilium Arelatense an. 1260. c. 6.

Festum Visitationis, ab Urbano VI. institutum, & à Bonifacio IX. confirmatum, vel potiùs publicatum, occasione schismatis in Ecclesia componendi, ut habent Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. p. 268. & Mag. Chronicon Belgicum pag. 322. Adde Baron. Metropolim Salisburg. to. 1. p. 170. &c.

Festum Aman, apud Judæos institutum in memoriam supplicii Amanis, qui in eo patibulo, quod Mardochæo paraverat, suspensus est, ut habetur in lib. Esther, & apud Josephum l. 11. c. 6. Celebratur autem hoc festum 14. & 15. mensis 12. *Adar.* qui Februario & Martio respondet. Hujus meminit lex 18. Cod. Th. de Judæis, cælicol. &c. ad quam consulendus Jacob. Gothofredus.

Festum Asinorum, cujus Officium, quod die Christi Natalitio celebrabatur, ut & nomenclaturæ rationem, accipe ex Ordinario Ecclesiæ Rotomagensis MS. *Nota, Cantor, si Festum Asinorum fiat, processio ordinetur post Tertiam. Si non fiat Festum, tunc fiat processio, ut tunc prænotatur. Ordo processionis asinorum secundùm Rothomagensem usum. Tertia cantata, paratis Prophetis juxta suum ordinem, fornace in medio navis Ecclesiæ, linteo, & stuppis constituta processio moveat de claustro, & duo Clerici de secunda sede in cappis processionem regant, hos versus canentes*, Gloriosi & famosi. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Cujus ortum. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Quem futurum. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Impiorum Judæorum. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Sed Judæi. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Israël infideli. *Chorus*, Gloriosi. *Vers.* Gentes unde. *Tunc processio in medio Ecclesiæ stet, & sex Judæi sint ibi parati, & ex altera parte Gentiles, & omnes Gentes vocent ita Vocatores*, Omnes Gentes, Dominus homo fit. *Hic vertant se Vocatores ad Judæos*, O Judæi, verbum Dei. *Vers.* Vestræ legis testes. *Judæi respondeant*, Nos mandatum vobis. *Vocatores ad Gentiles dicant*, Et vos Gentes non credentes. *Gentiles respondeant*, Deum verum, Regem rerum (f. Regum.) *Vocatores, priùs Moysem, ita dicentes*, Tu Moyses Legislator. *Tunc Moyses, tenens tabulas legis apertas, indutus alba & cappa, & cornuta facie, barbatus tenens virgam in manu, dicat*, Vir post me veniet exortus. *Hoc dicto, Vocatores eum ducant ultra fornacem, dicentes*, Iste cœtus, psallat lætus.

Chorus,

Chorus, Quod Judæa. *Vocatores dicant ad Amos*, Amos mentis. *Tunc Amos senex barbatus spicam tenens, dicat*, Ecce dies venient. *Vocatores*, *Chorus*, Quod Judæa. *Vocatores dicant Ysaia*, Ysaias verbum qui scit. *Ysaias barbatus, alba indutus, per mediam frontem rubea stola distrinctus, dicat*, Est necesse virga Yesse. *Vocatores, &c. Vocatores ad Aaron*, Aaron, doce populum. *Aaron ornatus Pontificalibus indumentis, & mitra, barbatus, tenens florem, dicat*, Virga Jesse florida. *Vocatores, &c. Vocatio Semiæ*, Qui vocaris Iheremias. *Iheremias sacerdotali habitu ornatus, & barbatus, tenens rotulum, dicat*, Sic est, hic est Deus noster. *Vocatores, &c. Vocatio Danielis*, Daniel judica voce Prophetica. *Daniel indutus viridi tunica, juvenilem vultum habens, tenens spicam, dicat*, Sanctus Sanctorum veniet. *Vocatores, &c. Vocatio Abacuc*, Abacuc Regis cœlestis. *Abacuc, senex claudus, Dalmatica indutus, habens in pera radices & longas palmas, habens, unde gentes percutiat, comedens, dicat*, Opus tuum inter * bini. *Vocatores, &c. Duo missi à Rege Balec, dicant*, Balaam, veni, & fac. *Tunc Balaam ornatus, sedens super asinam*, (hinc festo nomen,) *habens calcaria, retineat lora, & calcaribus percutiat asinam, & quidam juvenis, tenens gladium, obstet asinæ. Quidam sub asina dicat*, Cur me calcaribus miseram sic læditis? *Hoc dicto Angelus ei dicat*, Desine Regis Balac præceptum perficere. *Vocatores Balaun*, Balaun, esto vaticinans. *Tunc Balaun respondeat*, Exibit ex Jacob rutilans. *Vocatores, &c. Vocatio Samuelis*, Accede, Samuel. *Samuel religiosè, indutus, dicat*, In Israël faciet Rex Verbum. *Vocatores &c. Vocatio David*, Dic tu, David, de nepote causas. *David ornatus regalibus ornamentis, dicat*, Universus grex conversus adorabit Dominum. *Vocatores, &c. Vocatio Osee*, Aufer Osee, plebi Hebrææ cæcitatem. *Osee barbatus dicat*, Deus nuntiavit de filio David in præsenti. *Vocatores, &c. Vocatio Johelis*, Johel, leva vocem cum cæteris. *Johel diversum habens cultum, & barbatus dicat*, Effundam de Spiritu meo, dicit Dominus. *Vocatores, &c. Vocatio Abdiæ*, Fac, Abdia, præconia venturi Salvatoris. *Abdias diversum habens cultum, barbatus, dicat*, Et in monte Syon salvatio erit. *Vocatores, &c. Vocatio Jonæ*, De persona Christi, Jona, quæ sunt in te mystica? *Jonas calvus, alba indutus, dicat*, O Judæi, hujus rei signum gemis fatuum. *Vocatores, &c. Vocatio Micheæ*, Effice, Michea, quòd credat plebs. *Micheas diversum cultum habens, barbatus, dicat*, Descendet Dominus, cui non est terminus. *Vocatores, &c. Vocatio Naun*, Naun, plebi Judaïcæ dic. *Naun senex respondet*, Super montes Evangelizantis. *Vocatores, &c. Vocatio Sophoniæ*, Esto nobis, Sophonia. *Sophonias barbatus dicat*, In medio tui, Syon, Rex regnabit. *Vocatores, &c. Vocatio Aggei*, Audiamus os Aggei, ut exponat. *Aggeus, senilem vultum gerens, dicat*, Veniet cunctis Gentibus Rex desideratissimus. *Vocatores, &c. Vocatio Zachariæ*, Veni, Zacharia, Fili Barachiæ. *Zacharias barbatus dicat*, En Rex tuus venit justus, Filia Syon. *Vocatores, &c. Vocatio Ezechielis*, Profer nobis, Ezechiel, adventum. *Responsio ejusdem*, Per clausam januam Rex intrabit solus. *Vocatores, &c. Vocatio Malachiæ*, Palam nobis refer, Malachia. *Responsio ejusdem*, Scimus, hoc dicentem Deum. *Vocatores, &c. Vocatio Zachariæ, patris S. Joannis*, Zacharia, os aperi. *Ipse ornatus quasi Judæus, dicat*, Per viscera dulcissimæ Dei misericordiæ. *Vocatores, &c. Vocatio Elizabeth*, Illud, Elizabeth, in medium. *In persona alba quasi prægnans, dicat*, Quid est rei, quod me mei. *Vocatores, &c. Vocatio S. Johannis Baptistæ*, Da, Baptista, ventris cista clausus. *Ipse nudus pedes tenens textum, dicat*, Venit talis, sotularis, cujus non sum. *Vocatores, &c. Vocatio Simeonis*, Quid dixisti, Symeon, cùm in tua? *Symeon senex respondeat*, Dei nostri Salvatoris conspexerunt cæli. *Vocatores, &c. Vocatio Virgilii*, Maro, Maro, vates Gentilium, da Christo. *Virgilius in juvenili habitu, bene ornatus, respondeat*, Ecce polo demissa solo. *Vocatores, &c. Interim Nabuchodonosor quasi Rex paratus, ostendens imaginem duobus armatis, dicat*, Huc venite, vos armati. *Tunc armati ostendant imaginem Pueris dicentes*, Regi gratum famulatum. *Interim ostendant imaginem tribus pueris, dicentes*, Huic sacro simulacro. *Tunc Pueri imaginem respuentes, dicant*, Deo soli digno coli. *Hoc audito Armati Pueros ducant Regi, dicentes*, Quia tuum stabilitum non timetis. *Tunc ostendant Pueros Regi, dicentes*, Rex, tua salventur. *Tunc Rex iratus dicat*, Ergò tales assumantur. *Tunc Armati ducentes Pueros ad fornacem, dicentes*, Reos dignè jam in igne. *Tunc mittantur Pueri in fornacem, & accendatur. At illi facti liberi, dicant*, Benedictus es, Domine Deus, &c. *Rex hoc audiens admirans, hoc dicat*, En, quid cantant illi tres? *Armati dicant*, Deum laudant. *Tunc Vocatores dicant Regi*, Puerum cum Pueris Nabuchodonosor. *Rex fornacem ostendens, dicat*, Tres in igne positi Pueri. *Vocatores, &c. Vocatio Sibyllæ*, Tu, Sibylla, vates illa. *Sibylla coronata, & muliebri habitu ornata, dicat*, Judicii signum tellus sudore. *Vocatores, &c. Quo finito, omnes Prophetæ & Ministri in pulpito cantent hos versus*, Ortum prædestinatio parvo sabbati spatio. *Hoc finito, Cantor incipiat ad introitum Chori Responsorium*, Confirmatum est cor Virginis. *Prophetæ & Ministri regentes Chorum secundùm suum ordinem incipiant ad Missam Officium*, Puer natus, Kyrie, & Gloria, &c.

Festa, seu *Solennitates Candelarum*, dicuntur apud Cartusienses solenniora festa, in quibus in sacris officiis accenduntur candelæ, in Statutis antiq. ejusd. Ord. 1. part. cap. 31. §. 2. 5. cap. 32. ubi eæ recensentur, scilicet: *Natalis Dom. S. Joannis, S. Stephani, Innocentium, Circumcisionis, Apparitionis, Purificationis, &c.* Mox subjungitur: *In Vesperis, & Matutinis, & Missa, itemque Vesperis duas candelas accendimus: & si quis voluerit plures accendere in prædictis præcipuis festis, ultra quatuor non accendat.* Adde c. 41. §. 27. Statuta ejusd. Ord. an. 1368. 1. part. c. 2. §. 36. 37. *Moniales possunt festum 11. millium Virginum solenniter ac cum candelis, & Monachi cum Capitulo celebrare. — In festo S. Hugonis Lincolniensis, quod cum candelis celebramus, &c.* Adde cap. 3. Fortè, quia in aliis diebus unica accenderetur. Vide Ordinarium Præmonstrat. cap. 1.

Festa Capituli, in Ordine Cartusiensi, dicuntur *Solennitates, in quibus de consuetudine fit collatio in Capitulo Monachorum.* Hæ porrò sunt: *Nativitas Domini, Epiphania, Purificatio Virginis gloriosæ, Annuntiatio, Resurrectio, Ascensio, Pentecoste, Nativitas S. Joan. Bapt. Festum B. Mariæ Magdalenæ, Festa Assumptionis & Nativitatis Dei genitricis, S. Michaelis, & omnium Sanctorum, & sancti Hugonis Lincolniensis.* Ita Statuta nova sub Guillelmo Rainaldo Priore 1. part. c. 3. n. 2. *Festa, quæ Capitulum habent*, in Statutis antiq. ejusd. Ord. part. 2. cap. 8. §. 10. *Festum 12. lectionum non habens Capitulum*, c. 14. §. 22.

Festum Carbonum. Vide *Carbo.*

Festum Kalendarum, Festum fatuorum, Festum Hypodiaconorum. Vide *Kalendæ.*

Festum mandibile, apud Will. Thorn. in Chron. ann. 1393. Gall. *Festin.* Est enim in Gloss. Lat. Gall. *Mandibilis: Manjables.* Ita porrò ille: *Missâ verò à præfato Priore more suo inter eos celebratâ, cum Abbate ab eisdem diligenter prius requisito, festa mandibilia in papilionibus, curtis & palliis deauratis Ecclesiæ prædictæ coopertis — iidem Prælato pariter tenuerunt.*

Festum Mirabilium, la Feste des Merveilles. Charta Petri de Sabaudia Archiepisc. Lugdun. an. 1312. *Nobis etiam ac successoribus nostris retinemus Festum, appellatum Mirabilium, cohercionem & punitionem, inobedientiam, & delinquentium in non faciendo debitum suum circa dictum festum, prout est apud Lugdunum aliàs consuetum.* In alia Charta, apud Paradinum l. 2. Hist. Lugd. c. 73. *Festivitas Miraculorum* dicitur: *Nos verò Canonici hanc censuram istius mansi ad mensam fratrum in omni tempore damus, & constituimus in festivitate Miraculorum.* Acta Capitularia Ecclesiæ Lugdun. an. 1345. MSS. ex Camera Comput. Paris. fol. 151. v. *Qua die instante Bartholomæo de Balma Cancellario Curiæ secularis Lugdun. ordinaverunt* (Canonici) *& sibi præceperunt, quod Mirabilia faciat cridare ad diem Lunæ ante festum proximum Natalis S. Joannis Bapt.* At quod fuerit festum illud? adhuc quærunt Lugdunenses. Tametsi non desunt, qui illud esse putant institutum ob miraculum, quod accidit in Christianorum Martyrum corporibus in Ararim projectis sub Severo Imp. de quo quidem Paradinus lib. 1. cap. 32.

Festum Imperatoris. In veteri Inquesta Mediolanensi, apud Puricellum in Basilica Ambrosiana p. 1068. mentio fit *Festi, quod celebratur annuatim pro Imperatore Federico, & filio ejus Anrico, — in die Archutriclini:* ut & p. 1071. 1072. *Processionis, quæ fiebat ad honorem Domni Imperatoris Federici & filii.* Vide ibi eundem Puricellum.

Festum Olivarum, Dominica, ni fallor, quæ Pascha præcedit. Conradus Uspergens. in Frider. I. *Imperator verò nobili potiùs triumpho, in Olivarum festo in Beati Ambrosii Basilica, unà cum oliva triumphalem gestavit victoriæ palmam.* Vide *Dominica.*

Ad festum redigere. Burchardus Wormaciensis Episcopus in Lege familiæ: *Sin autem Occisor aufugerit, & capi non potest, quicquid habet, ad festum redigatur, & proximi ejus, si inculpabiles sunt, firmam pacem habeant.* Videtur legendum, *ad fiscum.*

FESTUM, Curia generalis, quæ ut plurimum in diebus festis solennioribus cum conviviis publicis celebrari solebat. Unde *festum,* non semel pro convivio solenni usurpatur. Brompton. *Mandavitque Regi, quòd ad festum suum properans cibos salsatos sufficienter inveniret.* (Vide *Firma.*) Conradus Usperg. ann. 1181. *Imperator apud Moguntiam maximum festum & convivium celebravit, convocatis ibidem Principibus & Baronibus totius regni.* Idem in Henrico VI. *Tempore Paschali maximum festum nuptiarum celebravit, cum multis Principibus & Baronibus in campo magno, qui vocatur Concio legis.* Willelmus Neubrigensis in Præfat. Historiæ, de Arthuro: *Post hæc cum triumpho multiplici reducit eum in Britanniam, & facit eum cum subactis Regibus & Principibus festum celebrare famosissimum, præsentibus tribus Britonum Archiepiscopis.* Matth. Paris. ann. 1135. *Rex ab omnibus acclamatus, & regale festum splendidè celebravit.* Hermannus de Lerbecke in Chron. Comitum Schawenburg. pag. 37. *Cùm, — pro filia Regis Angliæ, quam duxit uxorem, festum nuptiarum in Noviomago solenniter ageret, &c.* Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini, de Convivio Maximi Imp. cui accubuit Martinus:

Certatim acciti regalia festa colentes.

Festa convivia, in l. 4. Cod. de Sacrif. pagan. Joan. de Condato MS.

Par tout les veoie & oioie,
Demener grant joie & grant feste.

Idem Poëta:

Partant s'il tiennent court ou feste,
Il doivent mener joie honneste.

Le Roman de Garin MS.

Sor une table o Fromont suet mengier
As hautes festes, quant il sa grant cort tient.

Le Roman de Phelippe de Macedoine MS.

Car icel jor que il fu nez,
Li Amiraus sa cort tenoit,
Et un grant feste faisoit,
El jor de sa nativité,
Ses Barons avoit asemblé.

Infrà:

Tuit li Baron de bonne geste
Furent mandé à cele feste.

Le Roman de Florimont composé l'an 1188. *par Haimes, ou Haimon, MS.*

Le jor, que Phelippes fu nez,
Fu li barnages assamblez,
Li Amiraus sa cort tenoit
Et une grant feste fesoit.

Chronicon Flandr. cap. 52. *Le Roy de France feit un jour de Pentecouste l'une des plus grandes festes, qui onques fut faites au Royaume de France, & y feit semondre tous ses hauts Barons, &c.*

Facere magnum festum, quod nos dicimus *Faire grande rejouissance.* Vide Epist. Lotharii Imp. editam ab Angelo de Nuce post Chron. Casin. & quæ notavimus in Dissert. 5. ad Joinvillam p. 163. *Dies festissimi,* apud Vopiscum in Tacito. Hinc

Festum, pro quovis convivio, quod inde nos *Festin* dicimus. Michaël Scotus l. 4. Mensæ Philosophicæ c. 9. *Quidam Miles habens festum fecit Sacerdotem primò lavari, &c.*

Festum facere alicui, Aliquem benevolè excipere, *Festeggiare,* Italis; Gallis, *Faire feste à quelqu'un.* Vincent. Belvac. lib. 32. c. 39. *Daniel & Vasilico frater ejus festum nobis fecerunt.* Chronic. Flandr. cap. 102. *Où il trouva le Roy à l'Hostel de S. Pol, qui moult grand feste lui feit.* Adde cap. 2.

Festa principalia & mediocria. Vide *Burjuratus.*

Festum, Nundinæ, quæ in festis Patronorum vulgò fiunt, in veteri Charta. *Le Roman de Garin MS.* sub finem de Pipino:

Dix festes fist en France le pais,
Une de Bar, deux en mist à Provins,
L'autre de Troies, le quarte de Laigni,
Et trois en Flandres, la novisme au Landis,
Et la disisme li renommez Lignis.

FESTUM, Ugutioni, est *lignum illud in summitate domus, ad quod omnia diriguntur tigna, & in quo conveniunt.* Ƿyrst, Anglo-Saxon. Charta Philippi Augusti anni 1285. pro Ecclesia Ferrariensi apud Morinum in Hist. Vastinensi p. 706. *Propter ejusmodi quittationem, omnis domus, quæ unum festum habuerit, annuatim Ecclesiæ 5. solidos solvet, & si aliquem plures domos habere contingit, unam habebit pro granchia ad sex denarios de censu, &c.* Vide *Festagium, Fyrst-fall, First-ful.*

FETILLERUS. Fori Aragon. lib. 9. tit. *de Divinis, sortilegiis, sive fictileriis.* Deinde, *cùm plures — pro suis negotiis recurrerint ad eos, qui fingunt se divinare, & ad sortilegos, ac etiam fetilleros.* Occurrit rursum infrà. Ubi *Fictileri* & *Fetilleri* sunt, qui *phylacteriis* magicis utuntur, unde voces formatæ.

FEUDUM, seu Beneficium, Otberto lib. 2. Feudor. est illud, *quod ex benevolentia alicui ita datur, ut proprietate quidem rei immobilis beneficiatæ, penes dantem remanente, ususfructus illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum hæredesque suos masculos & femineos, si de his nominatim dictum fuit, in perpetuum maneat, ob hoc, ut ille & sui hæredes fideliter domino serviant, sive id servitium nominatim, quale esse debeat, expressum sit, sive indeterminatè promissum sit.* Breviùs Cujacius ad lib. 1. Feud. tit. 1. *Feudum est jus in prædio alieno, in perpetuum*

petuum utendi, fruendi, quod pro beneficio dominus dat ea lege, ut qui accipit, sibi fidem & militiæ munus aliudve servitium exhibeat. Leges Alfonsinæ part. 4. tit. 26. Lege 1. *Feudo es bienfecho, que da el señor à algund ome, porque se torne su vasallo, e el faze omenaje de ser le leal. E tomo este nome de fe, que deve siempre el vasallo guardar al señor.* Ex quibus patet, *feudum* idem esse cum *beneficio*, de quo sat multa diximus suo loco, fac nomine tantùm differre.

Beneficiorum militarium seu feodorum originem aliundè, quàm à Longobardis, quorum inventores fuisse dicuntur, rectè quidam, opinor, accersunt: cùm apud Scriptores rerum Romanarum legamus data militibus ac veteranis capta ex hostibus prædia, ea conditione, ut militarent, quæ propria fuit feudorum. Atque, ut rem ab ipsis primordiis non repetamus, id potissimùm firmat locus Lampridii, in Alexandro Severo *Sola, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus & militibus donavit, ita ut eorum ita essent, si hæredes illorum militarent.* Et alter Vopisci in Probo: *Veteranis omnia illa, quæ angustè adeuntur Isauriæ loca privatis donavit: addens, ut eorum filii ab anno octavo-decimo, mares duntaxat, ad militiam mitterentur.* Veteres beneficiorum, ac proindè feudorum leges attigimus in voce *Beneficium*, quas etiam prosequutus est Gerardus Niger lib. 1. de Feudis tit. 1. ut & Fridericus I. Imp. in ea Constitutione, quam profert Radevicus lib. 4. c. 7. & ex eo Guntherus lib. 8. Ligurini.

Feudi porrò vocabulum sub Carolo Crasso primò auditum, pridem observatum à viris doctis: in ea scilicet Constitutione, quam edidit de Expeditione Romana circa annum 884. à Frehero, Goldasto, & aliis publicata, in qua hæc leguntur: *Cuicumque secundùm hanc legem expeditio imperetur, si ad Curiam Gallorum, hoc est, in campum, qui vulgò Rungalle dicitur, dominum suum non comitetur, & ibi cum militari apparatu non repræsentetur, feodo, præter hos, qui cum gratia dominorum suorum remanserunt in conspectu nostro, absque spe recuperationis privetur.* Eadem vox bis deinde ibidem repetitur. Verùm, etsi non desint, qui Chartam hanc falsi suspectam putent, circa tamen ea tempora auditam, nempe Carolo Simplice, Rodulpho, & Lothario Regibus regnantibus, ex veteribus Tabulis adstruit Dominicus de Prærogat. alodior. cap. 15. §. 1. Charta quippe Pipini Regis pro Monasterio Figiacensi in to. 13. Spicilegii Acheriani, in qua ea vox reperitur, falsitatis notas præfert. Certè *feudi honorandi* meminit Charta Lotharii I. Imp. an. 846. in Bullario Casinensi to. 1. p. 27. sed nemo est, qui fictitiam esse non facilè perspiciat. Neque nævo perinde caret Charta alia Caroli M. descripta in Chronico S. Michaëlis Vird. p. 403. ubi *feudi* mentio fit. In Tabulario S. Theofredi in Velavis sub an. 990. *Dederunt de terra, quam habebant ad fenum, &c.*

Feudorum Leges Lothario adscribit Gervasius Tilleberiensis: *Hic*, inquit, *Legem feodorum primus instituit, sanciens, ut nullus feodum audeat vendere, seu impignorare, vel quocumque modo alienare, sine permissione majoris domini, ad quem feodum spectare dignoscitur. Huic sanctæ constitutioni, quia futuris tantùm, & non præteritis formam dabat negotiis, Fridericus Imperator addidit hæc: Nos autem ad pleniorem regni utilitatem providentes, non solùm in posterum; sed etiam omnes hujusmodi primò factas alienationes cassamus, & in irritum duximus, nullius temporis præscriptione impediente.*

Feudus. Ordericus Vitalis lib. 8. p. 680. *Vos omnes, qui patris mei homines fuistis, & feudos vestros in Normannia & Anglia de illo tenuistis, &c.*

Feidum. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 56. *Illam partem de decimo, quam habebat Natemus Terrencus de eo per feidum in parochia S. Joannis.*

De vocis etymo varia varii tradidere. Feudum à *fœdere* quidam deducunt. Otbertus lib. 2. tit. 4. & Joannes de Janua, à *fidelitate*, vel *fide*: cui sententiæ accedunt Cujacius, & plerique alii. Hotomannus à *Feed*, voce Germanica, quæ bellum sonat, quod prædia bello quæsita militibus distribuerentur. Pontanus in Chorographia Danica, à *feide*, voce, quæ Danis *militiam* sonat: alii à *faida*, quod est *inimicitia*. Fredericus Sandius in Præliminari ad Constitutiones feudales Gelriæ n. 11. à voce Germanica *fiod*, vel *vehd*, quod bellum publico vel privato consilio susceptum significat: bellorum namque, inquit, necessitas feuda peperit. Matthias Berneggerus in Disquisit. de Regno Hungar. §. 206. contendit, *Feudum* vocabulum esse Hunnicum, seu Hungaricum, nempe *foeld*, quod significat *terra*. Etymon perinde suo more, hoc est, absonum, prodit Goropius Bekanus lib. 5. Hermathenæ pag. 102. Denique Seldeni sententia est, quam amplecti videtur Faber Cantarellus in tractatu de Feudis, vocem *feudum* à Saxonico ortam, formatamque ex Feo, Feh, & Feoh, merces, stipendium, h postmodum in ð mutato: ni, inquit, placeat hað, vel hoð adjicere, quod Saxonicè etiam classem, statum & ordinem significat, ut perinde dicatur *feodum*, quasi Feohað, vel Feohoð, id, quod statu vel ordine stipendiario possidetur.

Variæ autem recensentur Feudorum species, quas ordine literarum breviter attingemus.

Feudum ædificii. Charta Philippi Aug. ann. 1185. pro Ferrariensi oppido, apud Morinum in Hist. Vastinensi pag. 707. *Qui domum in feodo habuerit, eam ab Ecclesia Ferreriarum tenebit ad censum 5. sol.* Et mox: *Domum verò suam de feodo, cum alio feodo suo, ad censum 12. denariorum in villenagio tenebit.* Vide *Feudum burgense.*

Feudum annuum, seu stipendium, quod ad annum datur, pro officio, dignitate, vel quolibet ministerio, in Fleta lib. 2. c. 71. §. 12. De ejusmodi feudis ita consuetudo Normanniæ art. 157. *Dignitez & offices tenus en fiefs sans fonds ou glebe, doivent hommage & non relief.* Charta Henrici III. Regis Angliæ apud Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 96. *Et de feodis solvendis illis, quibus tenemur in Curia prædicta, ad præsens providere nequivimus.* Alia ejusdem Regis p. 977. *Assignantes ei annuum feudum 20. marcarum annuatim percipiendum ad scacarium nostrum. &c.* Alia denique pag. 1059. *Et quia Judæi quosdam reditus de terris & tenementis Christianorum, tanquam perpetuos dudum recipere solent per manus Christianorum, qui etiam Feuda dicebantur, &c.* Hinc in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ capp. 2. 3. 4. 5. *de feodis Cancellarii, Justitiarii, Camerarii, Senescalli, Constabularii, Vicecomitis, &c.* inscribuntur: & in Statutis Roberti III. cap. 25. est *de feudo Vicecomitis*: in Fleta lib. 2. c. 7. *de feodo Camerarii*: Hugo de Cleeriis de Senescallia Franciæ: *Vade servitum feodum tuum Marescalciæ, & hospitare Hugonem, quia habes istud feudum à Comite.* Statutum Edwardi Regis Angliæ pro officio Senescalli Vasconiæ, in Regesto Constabul. Burdegal. fol. 81. *Dictus Judex percipiat annuatim pro feudo suo 150. libras dicta moneta.* Infrà: *Item ordinatum est, quòd sit unus Defensor Regis in diœcesi Petragoricensi, qui petat & defendat jura Regis, &c. & percipiat annuatim pro feudo suo 50. libras dictæ monetæ.* Alibi: *Senescallus Vasconiæ principalis faciat, ordinet, & constituat per totum Ducatum Subsenescallos, Judices, Defensores, &c. & cuilibet eorum conferat feoda & vadia in ista ordinatione superiùs adnotata.* *Feudi Dapiferariæ* meminit Freherus in Orig. Palatinis. *Feodi Cambellani & Majoris*, Charta Philippi Aug. an. 1185. pro Ecclesia Ferreriarum, apud Morinum in Hist. Vastinensi pag. 708. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 9.

de Custode Vini: *Et inde habet in feodum vinum, quod per totum annum de vasis vineariis stillat, &c.* Ubi supra scribitur, *i. in beneficio. L'ordonnance & la maniere de creer les Chevaliers des bains*, apud Edw. Bilseum: *Et le Barbier ostera le baing, & tout ce, qu'il a entour, aussi-bien dedans comme en dehors, & le prendra pour son fié.* Infra: *Et le Chandelier prendra pour son fié tous les garnemens avec tout l'arroy, &c.* Occurrit ibi pluries. *Pagar il fio*, Danti, est solvere stipendium: ubi *fio* idem valet ac *fevum*, feudum. Vide Cujacium ad lib. 3. de Feud. tit. 1. & Skenæum de Verbor. significat. verbo *Feudum*.

Feudum antiquum, quod & *paternum*, quibusdam dicitur, illud est, quod ab antiquo cuidam familiæ ita concessum est, ut à masculis tantùm possideatur, nisi feminæ chartâ infeudationis illius capaces existant. & ad agnatos deficiente linea primogenitorum transeat, alienatione interdicta: cujusmodi conditionis formula extat in Charta, quam descripsit vir multæ eruditionis Dion. Salvagnius Boissius lib. de Usu feudor. c. 2. p. 15. *Feudum* verò *antiquum* à *paterno* distinguit Zazius lib. de Feud. part. 2. §. 7. *Antiquum* enim dici ait, *quod ab aliquo ex antecessoribus acquisitum est, qui communis agnationis ultra quartum gradum origo fuit. Si verò à patre, vel ab aliquo usque ad quartum gradum, nempè avo, proavo, abavo, proveniat*, tunc *paternum* appellari. Ita etiam Baldus in §. Hoc quoque, de Success. feud. & Cowellus. Simile est tenementum, quod Angli, *Teneure par homage ancestrel* vocant, illud scilicet, quod quis à domino tenet, ab antecessoribus suis possessum, à tempore, cujus non extat memoria. Ita Littleton sect. 143. Charta Amardi *de Rossillon* an. 1342. apud V. Cl. Dion. Salvagnium p. 33. *Quod quidem, ut asseruit, habet & habere debet aliàs naturam paterni feudi, nobilis, & antiqui, in quo per viam testamenti possint & debeant succedere, quicumque liberi & hæredes masculi & feminæ, agnati, cognati, descendentes & ascendentes, habiles & inhabiles de personis, & ab intestato succedere possint, & debeant in eodem omnes illi, qui de jure possunt & debent in hujusmodi feudis successionem habere.* Arestum an. 1382. *In feudum ligium nobile & antiquum, & taliter conditionatum, quòd transferri non possit in alias personas, nisi de cognatione dicti Guillelmi.* Chartâ Humberti Delphini Viennensis 14. Maji an. 1349. in Statutis Delphinatus p. 39. *Omnia & singula feuda & retrofeuda Delphinatus præsumuntur & intelliguntur esse antiqua, nisi ipse dominus Delphinus, vel successores sui, ipsa, vel aliqua ex ipsis, clarè ostenderent esse nova.* Charta Cremonensis an. 1244. *Et hoc de suo recto & honorabili feudo antiquo & antiquissimo.*

Licèt verò feudum novum sit, & de novo concedatur, potest tamen concedi jure feudi antiqui: & tunc naturam sumit feudi antiqui, & illius jure regitur non tantùm in persona primi vassalli; sed etiam omnium descendentium. Atque ejusmodi feudum doctores vulgò vocant, *Feudum ex pacto & providentia antiquum*, ut est apud Thomam de Martinis Tract. de Generib. & qualitatib. feudor. Extat in veteri Regesto Cameræ Comput. Paris. Charta Galeacii Comitis Virtutum an. 1371. qua *Castrum Donati erigit in nobile, rectum, antiquum, paternum & gentile feudum.* In alia an. 1377. *In Gentile, paternum, antiquum, honorificum & perpetuum feudum.* Vide Ughellum tom. 2. pag. 161. 162. to. 4. pag. 874. & Probat. Hist. Ducum Burgund. p. 92.

Feudum aperibile & ligium. In Vita Balduini Lutzemb. Archiepiscopi Trevirensis lib. 3. 4. 5. 6. 7, id est, quod, licet ad Ecclesiam spectet, post Episcopi mortem *aperitur*, id est, vacat, quomodo *aperti honores* dicuntur, & de quo posteà electus hominium ligium præstat. Vide *Aperire*.

Feudum burgense, seu ignobile, Zazio parte 2. de Feudis, est, quod à minimis valvasoribus, vel etiam à plebe, paganis, id est, privatis in feudum conceditur. *Fief rural*, cui opponitur *Fief noble*, in Consuetud. Nivernensi tit. 4. art. 27. 28. 29. Vide *Feudum ædificii*.

Feudum bursæ, idem quod *Feudum de Camera*. Ut enim *Camera* dicitur Thesaurus Regius, ita *bursa* pro fisco usurpatur: atque ita Petrus de Fontanis in Consilio à nobis edito cap. 14. §. 23. fiscum, *Bourse* reddit, in Lege 1. Cod. Si adversus fiscum. Regestum feodorum Campaniæ fol. 61. v. *Guillelmus de Gornay homo de 10. libris in bursa. Philippus de Crespeio ligius de 30. libr. bursæ, salva fidelitate Regis & Comitissæ de Vermendesio.* Fol. 64. *Dominus Bartholomæus de Roya homo de 40. libr. bursæ.* Fol. 110. *Adam de Bellomonte fecit homagium ligium, post dominos suos, quos primitùs habebat, de 30. lib. quas habet singulis annis in nundinis S. Aigulfi in bursa.* In Regesto Feodor. & Servitior. Campaniæ fol. 146. *Lige de 50. livres à vie en bourse.* Passim ibi. Regestum Parlamenti Paris. sign. B. fol. 41. inter Aresta an. 1277. *Ordinatum fuit, quòd injungeretur Mareschallo Campaniæ, ut solvi faciat feoda, quæ Milites habent in bursa Comitis Campaniæ.* Juxta regulas feudorum, annui reditus quivis in feudum dari possunt: quia annui reditus computantur inter immobilia. Ita Zazius parte 2. de Feud.

Feudum bursæ, seu *bursale* appellant præterea Consuetudines nostræ municipales aliquot, feudorum reditus partem aliquam, quæ à primogenito secundogenitis pro eo, quod in iis habent, jure, ex successione paterna datur: *Fief boursal*, Consuetudo Cenomanensis art. 282. *Fief boursier*, Carnotensis art. 17. ut qui ejusmodi feuda possident, *Boursaux*, Perticensis art. 77. 78. Vetus Consuetudo Andegavensis & Cenomanensis parte 7. tit. *des Successions: Aucuns usages locaux sont en aucunes Chastellenies, & Fiefs desdits pays, que tels gens coutumiers departiront bien tels acquests entre eux comme le domaine, fié, ou heritage tenu à foi & homage exaument, & à l'un pourroit demeurer si hebergement i avoit en sa portion de terre ou autre chose, & porteroit la foi pour tous les autres, suppose, qu'il ne tenist le quart, ni le quint. Mais quand la terre cherroit en rachat par la mort de l'home ou de la foi, les autres farechaus rendroient à la bourse, & feroient leur part du rachat, & chiet tout le domaine en rachat, & appelle on le fié boursal, c'est à savoir terre aquise de bourse coustumiere, lequel usage local est a condamnez, selon l'opinion des assistans, & à ramener à la coustume general.* Ejusmodi etiam videtur istud genus feudi, de quo Bracton lib. 4. Tract. 3. c. 9. §. 6. *Feodum est id, quod quis tenet ex quacumque causa sibi & hæredibus suis, sive sit tenementum, sive sit redditus, ita quòd redditus non accipiatur sub nomine ejus, qui provenit ex camera alicujus.*

Feudum Cameræ, vel *Canevæ*, aut *Cavenæ*, dicitur, cùm aliquid annuum ex *Camera*, i. fisco Regio, vel ex aliquo loco thesaurario, vel ex vectigalibus, vel ex mensa argentaria solvitur. Leges Alfonsinæ parte 4. tit. 26. Lege 1. *La otra manera es, que dizen feudo de Camera. E este se faze quando el Rey pone Maravedis, à algun su vassallo cado año en sa Camera e este feudo à tal puede el Rey toller cada que quisiere.* Ejusmodi feuda in rectis feudis non computantur, licèt recti feudi servent naturam, præterquam in successionibus, scilicet in servitiis præstandis, in danda & præstanda investitura, in sacramento fidelitatis, &c. Vide Zazium part. 12. de Feud. §. 31. & Rosentalium de Feud. cap. 2. §. 30. 31. Bracton. lib. 2. c. 35. §. 6. ait, de feodo vel redditu, qui datur ex Camera, sine tenemento, de quo possit redditus pervenire, non fieri homagium, præterquam Regi. Mox addit, non valere homagium, si redditus sit annuus, & de Camera, nisi constituatur & proveniat ex certo tene-

tenemento. Formula porrò ejusmodi feudorum de Camera concessionis sic concipitur in Chartis Friderici II. Imp. an. 1250. pro Guigone Delphino Viennensi, in veteri Regesto Delphinatus Herouvalliano: *Attendentes devotionis & fidei puræ zelum, quem Wigo Dalphinus Viennensis dilectus consanguineus & fidelis noster habet erga Majestatis nostræ personam: considerantes quoque grata servitia, quæ idem Culmini nostro fideliter exhibuit hactenus, exhibet in præsenti, & exhibere poterit in antea majora, de annuo feudo trecentarum unciarum auri percipiendarum de Camera nostra singulis annis in festo Resurrectionis Dominicæ, — sibi in fide & devotione nostra persistenti de gratia nostra duximus providendum, &c.* Extat in 4. Regesto Memorialium Cameræ Computor. Parisiensis fol. 47. hominium Regi Joanni præstitum pro simili feudo Cameræ, quod vice formulæ hic describendum duximus: *A tous ceux, qui ces presentes lettres verront & orront, Rogier de Beauchamp Chevalier au Roy d'Angleterre, Salut. Je fais à savoir à tous, que le Roy de France Monseigneur m'a donné de sa grace deux mil florins à l'escu de rente annuelle, à prendre, percevoir & avoir chascun an tant comme je vivrai, sur son Tresor à Paris, si comme il appert par ses Lettres à moi données sur cel an de grace 1360. le 6. jour de Janvier, ainsi signées*, Per Regem vobis præsentem Tolosæ, *pour laquelle rente je suis entrez en la foy & en l'hommage de mondit Seigneur le Roy de France, & lui ay promis & promet foy & loyalté, & le servir loyalment à mon pouvoir de ce qu'il aura à faire de moy, toutes fois que de par luy en seray requis, contre toutes personnes quelconques, excepté tant seulement mondit Seigneur le Roy d'Angleterre & ses enfans. En tesmoin de laquelle chose j'ay seellées ces Lettres de mon seel, dont je use communément. Donné à Londres le 26. jour de Juillet 1362.* Complurium ejusmodi Regibus nostris præstitorum ab exteris hominiorum meminit Tillius, ubi de bellis inter Reges Francicos & Anglicos. Nonnulla etiam alia descripsit Fredericus Sandius in Commentar. ad Consuetudines feudales Gelriæ tit. 1. c. 1. n. 7. 8. 9. 10. &c. Vide, quæ de iis annotavimus in 13. Dissertatione ad Joinvillam.

Feudum capitale dicitur illud, quod nullo medio à Rege, aut eo, qui supremo jure gaudet, dependet, ut sunt Ducatus, Comitatus, Baroniæ. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. c. 23. *Les fiemens chevels, sont icels, lesquiex sont tenus en chef, si comme Comtées, Baronnies, & Fieus de hauberc, Sergenteries franches, & tous autres fiemens, qui sont tenus en chief, qui ne sont pas sousmis au fieus de hauberc: & as Seigneurs de tels fiemens doivent paier leurs hommes trois aides chevels selon la Coustume de Normandie. Tous les fiemens par dessous sont apellez tous iceux fiemens, qui descendent des chevels fiemens, & sont soumis à iceus Seingneurs, si comme sont Vavassouries, qui sont tenuës par hommages & par services, si comme ou par service de chevel masle & autres fiemens, qui sont tenus par les acres de terre de leurs chiefs Seingnors.* Vide novam Consuet. Normann. c. 34. 35.

Feudum castrense, Feudi species, qua quis certa pecuniæ quantitate, vel tenemento aliquo donatur, ut castrum sibi à domino collatum custodiat ac tueatur: *Burglehen* Germanis appellatur, ut auctor est Freherus in Orig. Palatinis. Wichbild Magdeburgense art. 7. §. 4. de Romanis: *Consultabant præterea ut arces illas pro commodo inhabitantium jure aliquo communirent ac locarent: acceptisque nonnullis Militaris ordinis viris, illas fortaliciis & munitionibus præfecerunt, ac sub eo jure, quod Castrense seu Emphyteuticum jus dicitur, ub feudo Castrensi collocarunt.* Jus Feudale Saxon. c. 37. §. 5. *Feudum castri non potest Castrensis alteri conferre, &c.* Chronicon Laurishamense pag. 89. *Et partem agri dominicalis in castrense beneficium — distribuit.* Exemplum investituræ *castralis beneficii*, uti appellatur, profert Freherus in Originibus Palatinis, l. 1. p. 82. quo quidam Popo *de Durn* à Ludovico Comite Palatino Rheni investitus, profitetur tam pro se quàm pro hæredibus suis, in Castro Hidelbergensi *castrale beneficium* perpetuò se deserviturum, habiturumque in eodem castro, loco sui unum Militem continuè residentem, &c. Quod quidem feudum Popo recepit, acceptis à Comite centum marcis argenti Coloniensis ponderis. Vide Jus feudale Saxon. cap. 3. §. 4. c. 29. §. 12. c. 37. §. 4.

Feudum in Curia, seu *in Curte* dicitur, cùm dominus castri, vel villæ, certam partem vel ex Camera territorii sui, aut ex teloneis, vel ex villa aliquid infeudat, quod minus sit parte alia, quæ remansit. Vide Rosentalium cap. 2. §. 40.

Feudum extra Curiam est, quando dominus castri, vel villæ, jurisdictionem quidem & districtum in villa vel castro cum modica aliqua possessione habet, quam alteri infeudat, cùm ceteræ possessiones aliorum sint propriæ. Ita Zazius part. 11. de Feud. §. 1. ubi fusiùs rem explanat.

Feudum dangerii, nostris *Fief de danger*, in Consuet. Trecensi art. 37. Calvimontensi art. 56. Barrensi art. 1. &c. sic appellatum, quòd ejus amittendi periculum immineat, nisi maturè hominium & fidelitatem exhibuerit vassallus, vel si is, inconsulto domino, seu nondum præstito hominio, feudi sui possessionem adeat. Constitutio Friderici I. Imp. apud Radevicum lib. 4. c. 47. *Si quis infeudatus major 14. annis sua incuria vel negligentia per annum & diem steterit, quòd feudi investituram à primo domino non petierit, transacto hoc spatio feudum amittat.* Vide *Dangerium*.

Feudum Ecclesiasticum, inquit Zazius part. 2. de Feud. dicitur triplici respectu, 1. quòd ab Ecclesia datur. 2. quòd ab ea recipitur. 3. quòd datur & recipitur à Clerico, licèt non tanquam ab Ecclesia. Feudo istiusmodi opponitur *Feudum sæculare*. Breviùs, feudum Ecclesiasticum est, quod ab Ecclesiasticis & Ecclesiis possidetur. Ita accipitur in Regiam Majest. lib. 3. c. 25. §. 2. 3. c. 34. Tabul. Conchensis Abbatiæ in Ruthenis Ch. 483. *Et accipiet Sacerdos fevum de Ecclesia de manu Abbatis, &c.* In Concilio Claromontano an. 1095. vetatur Presbyter effici homo Laïci: *Sed si feudum à Laico Sacerdos tenuerit, quod ad Ecclesiam non pertineat, talem faciat ei fidelitatem, quòd securus sit.* *Homagium* verò pro dignitatibus Ecclesiasticis, v.g. Decani, Episcopo factum legimus apud Louvetum in Hist. Bellovac. lib. 1. p. 338. Tabular. S. Cyrici Nivern. *Feoda Dom. Episcopi Nivernensis, pertinentia ad Dominum Nivernensem. Et primo feoda Ecclesiæ Nivern. Archidiaconus Nivern. Thesaurarius, Cantor, &c.* Regestum Feodorum & Servitiorum fol. 141. in Camera Computor. Parisiens. *Henri de Culant Celerier de S. Estienne de Troies, Lige de la Celererie de l'Eglise de S. Estienne.* Fol. 167. *Le Tresorier de S. Kyriace de Provins maistre Guillaume Vasco Lige de la Tresorerie à lui donnée l'an* 1258.

Feudofirma, vel *Feudi firma*, est tenura terrarum vel tenementorum alicui & hæredibus concessa pro annuo reditu, qui tertiam, vel ad minus quartam veræ æstimationis æquat, absque aliis servitiis, quàm quæ in charta concessionis, seu feoffamento exprimuntur. Hujus autem tenuræ conditio talis est, ut si tenens per biennium reditum suum detineat, tum dominus, seu feoffator, actionem ad terras sibi & hæredibus suis recuperandas habeat. Ita Britton. p. 164. Covvellus lib. 2. Instit. tit. 2. §. 16. tit. 4. §. 1. lib. 3. tit. 25. §. 2.

 & Ra-

& Raltalius verbo *Fecferme*. Itaque *firmam in feudo tenere* appellabant Leges Henrici I. Regis Angl. c. 56. *Si quis verò firmam in feudo teneat, & homagium inde fecerit, sive in eo manens sit, vel non sit, & eum diligit, satisfaciat domino suo in curia sua, vel in curia domini, de quo ipsum feodum est.* Charta alia Henrici Regis Angl. to. 1. Monastici Anglic. p. 106. *Et quoddam pratum —in feudofirma perpetuò habendum pro 20. solidis reddendis unoquoque anno, &c.* Et pag. 112. *Concessit —dimidium gurgitis de Duny ad feodam firmam in escambium, &c.* Matth Paris an. 1250. *Partem suam in silvis—pro magna summa pecuniæ ut sibi in viaticis provideret, ad feudofirmam dimisit.* Charta Philippi Pulcri an. 1314. in Reg. Chartophylacii Regii 49. Ch. 190. *Nous faisons à savoir &c. que comme Pierres Sires de Chambly tenist à fieferme de nous nos moulins de Monfort sur Rille—lesquels moulins feu Pierre de Chambly nostre Chambellan, tenoit à ferme de nous pour ladite somme, &c. luy quittons pours toujours ladite pension, qu' il nous payoit pour lesdits moulins, &c.* Habetur formula dationis ad manufirmam in libro Anglico *Justice of peace* pag. 147. & apud Willelmum Thorn sub an. 1206. Vide eundem an. 1283. pag. 1935.

Feudifirmarius. Leges Burgorum Scoticor. c. 138. *Feudifirmarius non potest firmarium facere de aliqua terra, nisi reddatur domino capitali, & ipse faciet illum firmarium, &c.*

Feodum forinsecum, in Fleta lib. 2. c. 14. §. 1. videtur appellari stipendium, quod à *Thesaurario Garderobæ Regiæ* aliis, quàm ex domo & hospitio Regis præstatur, & exsolvitur ex fisco Regio: cui opponitur *Feudum in curte domini*, de quo Otbertus lib. 1. tit. 2.

Feudum francum illud dicitur, in quo vassallus ad servitia non tenetur, fidem tamen domino servare tenetur, eoque nomine hominio obnoxius est. Hæc Zazius lib. de Feudis part. 8 §. 44. & Rosentalius lib. de Feud. cap. 2. §. 33. Ita in libello de Recuperatione Terræ Sanctæ, circa finem, *Franca feuda* dicuntur, *quæ speciali servitio non sunt onerata.* Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. parte sect. 3. c. 9. *Nous apelon Franc fieu, quant aucun tient franchement son fieu, & tous ses sousmis l' en font le service, qui apartient à icele franchise.* Tabularium Tutelense an. 1265. *Ut omnia teneant ab Abbate & successoribus in francum feodum sive allodium, ut pro his homagium francum nobis Abbati & successoribus nostris, ampliùs facere teneantur.* Charta Raymundi *des Baux*, cogn. Junioris an. 1274. mens. Febr. quæ profitetur, tenere se à Bertrando *de Clabensais* Episcopo S. Pauli Tricastin. Castella Suzæ & Buxedonæ *in feudum francum & gentile.* Mox additur: *Item fuit concessum, quòd ipse Raimundus de Baucio & ejus hæredes semper in mutatione domini vel vassalli teneantur facere homagium ligium flexis genibus, & jurare fidelitatem cum illis articulis, qui in dicto juramento continentur, videlicet dictus Episcopus & successores possint suum vexillum seu baneriam mittere, in signum dominii & recognitionis dicti Castri, seu in fortalitio, &c.* Charta an. 1306. in Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1295. Tabularii Regii n. 165. *Prædicta verò omnia idem D. Bertrandus & ejus successores tenebunt à D. Rege & ejus successoribus Regibus Franciæ in feodum franchum & honoratum sub homagio ligio & fidelitatis juramento.*

Videntur tamen exempta fuisse ejusmodi *feuda franca & honorata* à redditione castrorum; quod potissimùm colligitur ex hominio Guillelmi filii Ducissæ Mathildis Dom. Montispessulani mens. Martii ann. 1189. Raimundo Comiti Tolosano & Mergoriensi facto: *Quæ omnia habeo & teneo de te ad feodum francum & honoratum, ita quod nullum supradictorum castrorum vel villarum tibi vel tuis, nec alicui Comiti Melgorii reddere teneor.* Vide *Feudum honoratum.*

Feudum francale, in Consuetud. municip. Vianæ in diœcesi Aginnensi, in Regesto Constabul. Burdeg. f. 53. *Possunt vendere vel infeodare, aut res suas immobiles dare, excepto feodo francali Militari, quod emere vel recipere non possunt* sine licentia Regis Angliæ. Quæ totidem verbis habentur in Consuet. Valentiæ in ead. diœcesi fol. 141. In Regesto Homagiorum Aquitaniæ, *Vitalis Seron* profitetur, se tenere à Rege Angliæ Duce Aquitaniæ *in feudum francale ratione Ducatus du u partes vineæ, quæ est in Parochia, &c.* In eod. Regesto fol. 11. *Dixerunt se esse homines ligii & francales dicti Domini Regis.* Atque hoc feudum *francale* aliud non videtur ab eo, quod *feudum francum*, id est, nobile, & quod à viris ignobilibus teneri & possideri non potest.

Feudum furcale, cui *furcæ*, seu superioris justitiæ jus competit. Charta R. Abbatis Carofensis an. 1308. ex Regesto 2. Philippi Pulcri Regis Franc. in Tabul. Regio, n. 11. *Item quòd habitantes in dicta bastida possint emere & recipere ad censum vel in domo à quacunque persona volente vendere vel infeudare, aut res suas immobiles dare, excepto feudo furcali & Militari, quod emere vel recipere non possint, nisi de nostro vel successorum nostrorum processerit voluntate.* Vide *Furca.*

Feudum futurum, aut *de futuro*, dicitur illud, de quo quis infeudatur post mortem possessoris. Nam *Dominus potest duobus solum feudum conferre, uni possessionem, & alteri expectationem, quæ dicitur Conventio, si moriatur absque hærede feudali possessor*, qui quidem dicitur *infeudatus de futuro*, in Jure feudali Saxonum cap. 7. 8. 9. 29. 30. & 37.

Feudum gardiæ, quod aliàs *Annale* vocat Zazius art. 2. de Feud. cui opponitur *Perpetuum*, ut sunt omnia feuda: cùm scilicet custodia castri, domus, &c. mercedis nomine conceditur. Auctor Breviloqui: *Guardia feuda sunt, quæ constituuntur aliquibus propter custodiam rei domini constituentis: Guardio dicitur ille, cui talis custodia est commissa.* Vide Rosental. lib. de Feud. cap. 2. §. 32.

Feudum honoratum, nulli servitio obnoxium: proinde idem, quod *francum*. Pactum initum inter Petrum Regem Aragon. & Jacobum Regem Majoricarum super Regno Majoricar. 13. Kl. Febr. 1278. *Nos Jacobus— recipimus à vobis D. Petro Rege Aragonum fratre nostro & successoribus vestris Regib. Arag. in feudum honoratum sine omni servitio— totum prædictum regnum Majoricarum, &c.* Homagium, factum à Guillelmo filio Mathildis Ducissæ D. Montispessulani Raimundo Comiti Melgorii, mense Mart. an. 1189. *Quæ omnia habeo & teneo de te ad feodum francum & honoratum, ita quòd nullum supradictorum castrorum vel villarum tibi vel tuis, nec alicui Comiti Melgorii reddere teneor:* Et infrà: *Et hæc omnia habeo & teneo à te D. Raymundo Comite Melgorii ad feodum francum & honoratum, pro quibus omnibus præscriptis facio vobis hominium & fidelitatem.* Charta Bertrandi D. Castri *de Paris* in Comitatu Ruthenensi, 3. Non. Mart. an. 1274. *Recognosco — vobis D. Henrico Comiti Ruth. — me tenere — in feudum francum & honoratum & nomine feudi honorati, ad fidelitatem tamen & homagium, omne ego quod possideo — in dicto Castro de Paris.* Alia Raimundi Comitis Tolosani an. 1242. in Regesto Tolos. *Et pro hac donatione sive quitatione Dominus Comes prædictus pro se & hæredibus suis donavit in liberum & honoratum feudum villam nomine Bessitam in Rutenensi diœcesi — ad omnem eorum voluntatem in perpetuum faciendam:* ita

ita tamen quòd prædictus Gaillardus & Domestica ejus uxor & hæredes eorum sint pro feudo prædicto homines & Milites prædicti Comitis, quibus additur etiam *hominium*. Alia Guillelmi, filii Mathildis, DucissæD. Montispessulani an. 1185. Jun. *Hæc omnia prædicta dono, laudo, trado & concedo in perpetuum tibi & tuis ad feodum honoratum, & tu Raymundus Aerradus & hæredes & successores tui, qui hoc feudum tenebunt, facietis mihi & hæredibus meis nomine hujus feodi hominium & servitium.* Extat Charta B. Episcopi Magalonensis, Domini & Comitis Melgoriensis, qua dat *in feudum honoratum* & *censuatum* 4. denarios de 10. denariis, quos ratione dicti Comitatus percipiebat, Jacobo Regi Arag. Domino Montispessulani. Adde Histor. Beneharn. lib. 8. c. 27. n. 10. & Gariellum in Episcopis Magalon. p. 244. 269. Ejusmodi etiam feuda, quæ in *releviis* ferrum lanceæ, sparverium, austurem, chirothecas, & similia præstare tenentur, *Fiu hondrat*, seu *feuda honorata*, vel *honoris*, vocant Fori Beneharnenses tit. 1. art. 27.

Feudum ignobile est, quod à manerio aliquo dependens, rusticis & hæredibus eorum ob servitium aliquod ignobile conceditur, & Liberum tenementum vulgò appellatur. Cowellus lib. 2. tit. 2. §. 8. Vide *Feudum burgense*, & *Sergentia*.

Feudum integrum, in Consuetudine Castelli novi in Thimeraio art. 10. & 21. & Carnotensi art. 15. dicitur illud, quod ratione *equi servitii* valet 60. solidos de *racheto*.

Feudum Laicale, Laicum, quod non tenetur de Ecclesia; sed est de feodo merè temporali, inquit Lindwoodus. Charta Henrici II. Regis Angl. to. 2. Monastici Angl. p. 260. *Centum solidatas terræ de Laico feudo, &c.* Joannes Brompton. p. 1169. *Reddidit etiam ei omnes Laicos feudos, quos Henricus pater ejus illi dederat.* Adde Matth. Paris pag. 675. Matth. Westmonast. an. 1175. 1226. Historiam Comitum Pontivi p. 117. &c.

Feudum liberum. Charta Communiæ Abbatisvillæ c. 24. *Statutum est etiam, quòd nullum vavassorem, vel liberum feodum in terra mea habentem, burgenses de Abbatisvilla in suam Communiam recipere poterunt, nisi de assensu meo & domini sui.* Adde c. 25. Hominagium Hugonis *d'Arpajon* Domicelli an. 1264. *Feudum liberum & honoratum. Liberum militare feudum*, in Chronico Abbat. S. Trud. p. 459. *Feoda libera Ecclesiarum parochialium*, apud Rogerum Hovedenum p. 779.

Feudum ligium. Vide *Ligius*.

Feudum maternum, quod primo est à femina acquisitum, quæ fit ex ascendentibus, & fit cognationis caput, tit. de Benef. fem.

Feudum Militare, vel *Feudum Militis*, quod à vassallo *Milite* possidetur: qui quidem vassallus ad hoc, ut servitium præstet domino in expeditionibus bellicis, Militari cingulo donatus esse tenetur. Matth. Westmonast. p. 454. *Ad augmentandam igitur profectionem suam in Scotiam, fecit Rex per Angliam publicè proclamari, ut, quotquot tenerentur fieri Milites successione paterna, & qui haberent unde militarent, adessent apud Westmonasterium, &c. Feudum Militare*, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 85. *Feudum Militare liberum*, in Chronico Trudonensi lib. 9. p. 459. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 574. *Et ex paterna hæreditate feudum Militis possedit.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 47. *Servitium Petri Caron & hæredum suorum de feodo unius Militis de Setona, —& servitium de feodo duarum partium unius Militis —pro servitio feodi trium Militum, &c.* To. 2. pag. 826. *Prædictum manerium tenetur de D. Rege per servitium dimidii feodi Militis.* Adde Hovedenum pag. 549. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 23. 141. 271. 664. Ughellum tom. 6. pag. 866. Feoda Normanniæ pag. 1045. &c.

Qui verò ejusmodi feuda possidebant, *Feudati*, & *Feodati Milites*, dicuntur Simeoni Dunelmensi & Bromptono an. 1086. qui quidem tenebantur Regem in expeditionem pergentem comitari per 40. dies armis omnibus & equis instructi: si verò feudum dimidii esset Militis, per 20. si denique quartæ partis Militis, per 10. Ita Littleton sect. 95. Statutum Henrici II. Regis Angl. apud Hoveden. p. 614. *Quicumque habet feodum unius Militis, habeat loricam & cassidem, & clypeum & lanceam: & omnis Miles habeat tot loricas & cassides & clypeos & lanceas, quot habuerit feoda Militum in dominio suo.* Vetus Normannorum Jus municipale MS. 1. part. sect. 3. cap. 8. ait, Anglis Normanniæ Ducatum tenentibus, *que tous ceus, qui porscent fieu de hauberc sont tenus à avoir cheval & armes: & des cen que il avoient aage de 21. an, il doivent estre ses chevaliers que il soient trouvez prez & appareilliez au mandement del Prince ou de leur Chiefs Seigneurs.* Porrò

Feudum loricæ, nostris, *Fief de haubert*, vulgò nuncupatur, quod aliis *Feudum Militare*. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 2. *Milites, qui per loricas terras suas deserviunt.* Apud Matth. Paris p. 38. malè *defendunt*, pro *deserviunt*, scribitur. Adde Ricardum Hagustaldensem de Bello Standardico pag. 321. eundem Matthæum Paris p. 167. Normannica Duchesnii pag. 1142. Robertum de Monte an. 1159. &c. Vide *Militia*.

Jam verò qua terræ seu agri quantitate constiterit feudum *Militare*? variè definiunt Chartæ veteres. Codex MS. apud Spelmannum: *Virgata terræ continet 24. acras: 4. virgatæ constituunt unam hidam: & 5. hidæ constituunt feudum Militare, cujus relevium est 100. solid.* Alter: *10. acræ faciunt secundùm antiquam consuetudinem unam fardellam: & 4. fardellæ faciunt unam hildam: & 4. hildæ faciunt unum feodum Militare:* Tertius denique Codex MS. 16. *virgatæ terræ faciunt integrum feodum Militare, &c.* 13. carrucatis terræ constitisse feodum unius Militis, docet vetus Charta in Monastico Angl. tom. 1. p. 661. *Salvo forinseco servitio quantum pertinet ad dimidiam bovatam terræ, quam dictus Joannes tenet in manu sua, unde 13. carrucatæ terræ faciunt feudum unius Militis, prout continetur in chartis, &c.* vel *octo*, ut alia tom. 2. p. 825. *Salvo tantummodo mihi & hæredibus meis forinseco servitio Domini Regis, quod dicitur Scutagium, quantum pertinet ad 12. bovatas terræ, unde 8. carrucatæ faciunt feodum unius Militis.* Viginti libratis terræ, seu 20. librarum annuo reditu. Liber de Modo tenendi Parlamentum tempore Edvvardi Regis, filii Regis Ethelredi: *Comitatus constat ex 20. feodis unius Militis, quolibet feudo computato ad 20. libratas: Baronia constat ex 13. feodis & tertia parte unius feodi Militis secundùm computationem prædictam: unum feodum Militis constat ex terris ad valentiam 20. librarum.* Vide *Cavaleria, Membrum Loricæ*.

Feudum mortuum, Fief mort, in Consuetudine Aquensi in Aquitania tit. 8. art. 5. 7. *qui est proprement soubsacasement, ou rente seiche*, cui opponitur *feudum vivum*. Vide *Census siccus*.

Feudum nobile, Baldo in C. inter dilectos, de Fide instr. & Zazio part. 2. de Feud. est, quod possessorem suum nobilitat, vel eum, qui priùs erat, nobilem ostendit. Hujus generis sunt, inquit Cowellus lib. 2. tit. 2. §. 8. apud Anglos, quæ *Maneria* vulgò appellantur, quorum domini jurisdictionem aliquam in tenentes sui feudi habent.

Feudum nobile & gentile. Charta an. 1242. apud Guichenonum in Probat. Hist. Sabaudic. p. 90. *Dedit — nomine gentilis & nobilis feudi Castrum Bardi, &c.*

Feu-

Feudum novum vocant Feudistæ, quod de novo concessum, sive infeudatum fuit in personam primi investiti, in quo initium cepit. Differt verò ab antiquo, quòd antiquum in omnem agnationem transeat, novum in liberos & descendentes tantùm primi infeudati. Vidè *Feudum antiquum*. V. Cl. Dion. Salvagnium de Jurib. domin. c. 2. Cowellum lib. 2. tit. 2. §. 9. & Rosentalium de Feudis cap. 2. §. 14. 16. 18. 22.

Feudum nummorum, idem quod *bursæ*. Regestum Feodorum Campaniæ fol. 52. *Galterus de Antri, de feodis nummorum Castritierri homo fuit Guillelmi de Berne. Joannes homo de 10. libr. Castritierri, & de 10. libr. Ulcheii.* Fol. 61. *Petrus de Poanci ligius de* 100. *libr. & cùm feodus ordinetur,* 100. *libræ ponentur apud S. Pharonem, donec alibi ponantur.* Idem videtur quod in Assisiis Hierosl. MSS. c. 175. *Feudum Byzantinorum* appellatur, cujus lemma sic concipitur: *Se aucun Seignor done fié en Bezans à home ou à feme en aucun leu moti.* Adde cap. seq. Charta Hugonis Ducis Brabantiæ an. 1204. in Regesto Herouvalliano Philippi Augusti f. 105. *Prædictus autem Dominus Philippus Rex Francorum mihi assignavit in feodo* 200. *marcas argenti singulis annis percipiendas in Purificatione B. Mariæ, &c.* Tabular. Campaniæ: *Ego Simon Dom. de Passavánt Not. — quòd Comitissa Campaniæ mihi assignavit* 30. *libratas annui reditus habendas singulis annis in nundinis Barri, & donavit* 200. *libras in denariis computatis. Ego itaque propter hoc donum deveni homo suus ligius & filii sui Comitis Campaniæ, juravique sibi, quòd ipsos juvabo bona fide contra omnem creaturam, quæ possit vivere & mori, — Actum an.* 1216. Vide Chartam Alphonsi Imp. Hisp. an. 1258. apud Perardum in Burgund. p. 491. & Monasticum Anglic. to. 2. p. 967.

Feudum Paragerium, Fief Parager, in Consuet. Norman. art. 134. 135. quod in *Paragium* tenetur. Vide *Paragium*.

Feudum paternum, quod ab uno ex majoribus nostris, qui communis agnationis caput fuerit, acquisitum est: vel quod à patre, vel ab aliquo ascendentium usque ad quartum gradum inclusivè obtentum est, ut colligitur ex cap. 1. §. 1. de Feud. Success. Vide Zazium part. 3. de Feud.

Feudum personale, quod ad recipientis hæredes non transit, & est feudum habitationis. Zazius.

Feudum planum, nudè & nullo medio à domino dependens; *Plain fief,* in Consuetudinibus municipal. Nivernensi tit. 37. art. 9. 10. Aurelianensi cap. 1. art. 47. 48. 67. 68. Carnot. art. 65. Dunensi art. 15. 21. Burbonensi art. 373. 388. Autisiod. art. 52. 67. 72. Melodun. art. 74. 75. Claromont. art. 199. Trecensi art. 45. 190. Laudunensi art. 260. & Remensi art. 222. Charta an. 1230. apud Perardum in Burgundicis p. 417. *Notum facio, quòd ego teneo in plano feodo Castrum meum de Maulain à D. Rege Franciæ. Ligius de plano feodo,* in Regesto Feodorum Campaniæ fol. 101. *Vassal de plain fief,* in Consuetudine Montargensi cap. 1. art. 18. Aurelian. cap. 1. art. 19. & in Charta anni 1266. apud Chiffletium in Beatrice p. 94. Vide *Homagium planum*.

Feudum Presbyteriale, quo nomine *Mansus Ecclesiasticus,* qui ad Presbyterum Ecclesiæ pertinet, de quo in v. *Mansus,* intelligitur. Concil. Bituric. ann. 1031. c. 21. *Ut sæculares viri Ecclesiastica beneficia, quod Feros Presbyterales vocant, non habeant super Presbyteros. Feudum Presbyterii,* in Tabulario Bellilocensi Ch. 32. & in Bibliotheca Cluniacensi pag. 1390. *Beneficium Presbyterii,* in Charta Guillelmi IV. Ducis Aquitan. apud Beslium pag. 308. *Feodum Sacerdotale,* in Tabulario Monasterii Dolensis Ch. 27. *Spiritale beneficium,* in Tabulario Absiensi f. 31. Charta an. 1076. in Tabulario Angeriacensi fol. 60. *Ego Helias Rufus concedo Deo, &c. in præsentia D. Oddonis Abbatis Ecclesiam Oixiaci, & fiscum Presbyteratus, & Cemeterium, &c.* Fol. 62. *Achardus de Borno, confirmat Ecclesiam de Oixiaco, feodum Presbyterale, burgumque totum, &c. Fiscus Presbyteralis,* fol. 68. *Fiscus Presbyterii,* fol. 73. Alia Charta an. 1037. fol. 177. *Et totum fiscum Ecclesiæ quod pertinet ad Presbyterum propter Ecclesiæ servitium.* Tabularium Santonense: *Ecclesia de Tousac, & Cæmeterium ejus, & Sanctuarium, quod Feudum Presbyteri dicitur.* Vide Thomasserium in Consuet. Localib. Bituric. c. 41.

Feudum primum, seu domini superioris, *Prin fief* in Consuetud. Bayonensi tit. 5. art. 10. 11. 33. 37. 38. 42. tit. 8. art. 1. 9. 10. tit. 13. art. 7. tit. 17. art. 14. & 16. & in Consuet. Labourt. tit. 6. art. 13.

Feuda quaternana, vel *feuda quaterna,* ut est in Constitutionibus Siculis lib. 1. tit. 37. dicuntur *magna feuda, quæ in quaternionibus doanæ regiæ inveniuntur inscripta,* eodem lib. tit. 39. §. 2. tit. 41. lib. 3. tit. 21. 22. His opponuntur *feuda non quaternata,* eodem lib. tit. 52. §. 2. tit. 85. Statuta Honorii IV. PP. pro Regno Neapol. an. 1285. apud Odoricum Rainaldum n. 48. *Si contingat feudatarium crimen committere, per quod publicanda fuerint bona ejus, aut ipsum sine legitimis hæredibus fati munus implere, si feudum ejus fuerit quaternanum, nihilominus immediatus dominus illud cum onere servitii consueti personæ concedat idoneæ, Regi postmodum præsentandæ, ut ejus super hoc habeatur assensus. Si vero quaternanum non fuerit, &c.* Vide Rosental. cap. 2. §. 42.

Feudum receptabile, & non reddibile, in Aresto ann. 1390. descripto in Histor. Castilion. pag. 106. 107. est illud, in quo, seu in cujus castro, vassallus tenetur *recipere,* seu admittere dominum capitalem, cùm ei libuerit illo uti ad suum commodum; ita tamen ut vassallus ex eo excedere, illudque totaliter *reddere* domino teneatur. In Testamento Caroli Ducis Lotharingiæ an. 1424. dicitur Castellum de *Billestein* esse *Rendouble & Receptauble au Duc.* Vide Dissert. 30. ad Joinvillam p. 350.

Feudum rectum, dicitur, quòd ad hæredes transitorium sit in infinitum, inquit Zazius de Feud. part. 12. seu ut Cujacius, cujus possessio recta est. *Rectum & gentile feudum,* in Charta an. 1228. apud Ughellum in Episcopis Eporediensib.

Feudum reddibile, cujus castrum reddi debet domino capitali, cùm ei libuerit, à vassallo, qui inde cum tota sua familia excedere tenetur. Tabulæ an. 1340. *Concessit in feudum antiquum & reddibile, &c.* Chronic. Metense to. 6. Spicilegii Acheriani: *Feodum de Marimont cum appendiciis suis reddibile — acquisivit.* Occurrit passim in veteribus Tabulis. Ea autem feudorum conditio *Redda* dicitur in Charta Bernardi Abbatis Tutelensis in Lemovicibus in Hist. Turenensi p. 39. *Redditio,* & *Redditus,* in alia an. 1239. in Hist. Vergiac. p. 170. 171. & Ducum Burg. p. 75. Extant in Codice Thuano 93. fol 56. & seqq. *Consuetudines Cataloniæ inter dominos & vassallos tenentes castra pro dominis, seu alia feuda,* in quibus ejusmodi feudorum reddibilium conditiones & jura exactè enucleantur & deciduntur. Vide eandem Dissert. 30. ad Joinvillam p. 349. 350.

Feudum regale, Feudum majus, seu quod regale aliquid in se habet, de quo quis à Rege absoluto, nec superiorem agnoscente, instituitur, cujusmodi sunt ea, quæ *Libertates regales* habere dicuntur. Ita Cowellus lib. 2. Instit. tit. 2. §. 7. qui *Comitatus Palatinos* intelligit, de quibus in hac voce.

Feuda

Feuda Scutifera, seu *Scutiferorum*, Germanis *Schuldlehen*, de quibus lib. 4. de Feud. tit. 74. Jacobus de S. Georg. & Zazius part. 12. de Feud. §. 10.

Feudum Sergenteriæ. Vide *Sergenteria.*

Feudum simplex, quod simplici & perpetuo jure quis tenet sibi & hæredibus suis. Ita Cowellus lib. 2. tit. 2. §. 12. & Rastallus. Littleton. sect. 1. *Tenant en fée simple, est celui qui a terres ou tenemens à tener à lui & à ses heires à touts-jours, & est appel en Latin*, Feodum simplex, quia feodum idem est quod hæreditas, & simplex idem est quod legitimum vel purum; & sic Feodum simplex idem est, quod hæreditas legitima, vel hæreditas pura. Hæc idem Littleton. Habentur formulæ complures infeodationum ejusmodi feudorum in Charta feodi in libro Anglico, inscripto *Justice of peace*, p. 145. v. & seqq.

Feudum soldata dicitur, cùm nobili alicui de annua pro alimentis præstatione sub titulo feudali provisio fit, non tamen ex camera, aut ex cavena, aut vectigalibus, &c. idque post mortem dantis & accipientis finitum. Vide Zazium part. 12. de Feud. §. 32. *Fief de sodoier*, in Assisiis Hierosf. MSS. c. 244.

Feudum solidum, idem quod *ligium*, in Constitutionibus Cataloniæ inter dominos & vassallos MSS. cap. 44. Vide *Solidus, Homagium solidum.*

Feudum talliatum, dicitur verbis forensibus *hæreditas in quandam certitudinem limitata*, seu feudum certis conditionibus concessum, verbi gratiâ alicui, & liberis ex legitimo matrimonio nascituris. Unde si is, cui feudum datum est, moriatur absque liberis, feudum ad donatorem redit: *talliare* enim est ad quandam certitudinem ponere, vel ad quoddam certum hæreditamentum limitare. Ejusmodi sunt *terræ & tenementa sub tallia data, concessa, vel obventa*, apud Henricum Knygthonum lib. 5. *Terræ tamen & tenementa, quæ sub tallia eis provenerant, post eorum decessum ad rectos hæredes redire statuuntur.* Alibi: *Similiter exhæredati sunt, & forisfecerunt omnia tenementa, terras & possessiones pro se & hæredibus suis in perpetuum, iis exceptis, quæ sub tallia provenerunt, &c.* Ex quibus patet, *feuda talliata* in *confiscationem* non cadere.

Diversum porrò videtur *feudum talliatum* à feodo, quod *Restrictum* vocat Consuetudo Ambianensis art. 71. 84. 132. *Fief restreint & abbregé*, quòd scilicet certis conditionibus, atque adeo interdum censui obnoxium sit. Vide 1. Regestum Parlamenti Paris. fol. 130. verso, Statutum 2. Westmonasteriense an. 13. Edw. I. cap. 1. 50. Chartam feodi p. 149. Littletonem sect. 13. 14. 18. & seqq. Cowellum lib. 2. tit. 2. §. 12. 13. & Rastallum verbo *Fée taille.*

Feudum vassallaticum, Vassalli servitio obnoxium, in veteri Charta apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 64.

Feudum verum, cui opponitur *Feudum de futuro*, in Jure Feudali Saxonum c. 29. §. 12.

Feudum vexilli, aut *Feudovexillum*, quod cum vexillo confertur, quo quis cum vexillo investitur, cujusmodi sunt majoris dignitatis feuda, quæ nostri *Fiefs de bannieres* vocant, quòd vexilla in aciem cum vassallis suis educant, qui ea possident. Ejusmodi *feudovexilla*, Germani *Fahnleheh*, vel *Vanlehen*, vocant; est enim *Fen*, vexillum, *Lehen*, feudum. Vide Wiguleium Hondium in Metropoli Salisburgensi tom. 1. p. 312. 382. Speculum Saxon. lib. 3. art. 58. §. 2. *Nullum est feudum vexilli, de quo possit illustris seu princeps fieri, nisi illud sibi à Rege conferatur.* Art. 60. §. 1. *Imperator confert cum sceptro spiritualibus, & cum vexillis secularibus, feudo omnia illustris dignitatis.* Art. 62. §. 2. *Septem etiam vexillorum in Saxonia sunt definita, Ducatus Saxoniæ, Palantia, Marchia Brandeburgensis, &c.* Art. 52. §. 3. *Imperator — confert Comitatus, seu Comitias, vexillaque feudalia. Feudovexillum*, in Jure feudali Saxon. c. 16. §. 3. 4. 7. c. 34. §. 1. Vide Hieronymum Vignerium in Hist. Alsatica p. 143. & Dissert. 9. ad Joinvillam p. 196.

Feudum vivum, Gall. *Fief vif, ou rente fonciere*, in Consuetud. Aquensi tit. 8. art. 2. 6. 8. 11. in quo tenens seu vassallus tenetur habere seu tenere ignem vivum, *Feu vif*, id est, perpetuam residentiam. Vide suprà *Feudum mortuum.*

Feudum, marito vivente, propter nuptias est mulieris donatio: ipso mortuo ejus *Feudum* appellatur Speculum Saxon. lib. 3. art. 75. §. 2.

Crescere dominum in feodo, est augere feudum domini per accessionem & acquisitionem, in Charta an. 1230. apud Perardum in Burgundicis p. 417. De ejusmodi *augmentis feudorum*, pluribus egit vir clarissimus Dionysius Salvagnius Boissius lib. de Feudorum usu cap. 19. Vide *Servitium meliorare.*

Feudum minuere vetantur vassalli, id est, partem illius dare, vel alienare; præsertim si servitium domino inde pereat vel *minuatur*, quomodo *obsequium regale minuere* dicitur in Capitulari 4. an. 805. c. 13. Nam cæteroquin minora feuda partitionem ac divisionem admittunt. Guntherus lib. 8. Ligurini:

Marchia, seu Comitis possessio, sive Ducatus
Integra permaneant: feudalia cætera multis
Participanda patet, domino dum quisque fidele
Spondeat obsequium, jurandaque fœdera præstet.

Constitutio Friderici I. Imp. apud Radevicum lib. 4. c. 7. *Non modicas accepimus querelas, quòd beneficia eorum & feuda, quæ vassalli ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant, & quadam collusione, nomine libelli vendiderant, unde debita servitia amittebant, & bonorum Imperii nostræ felicis expeditionis complementum minuebant, &c.* Alia Charta an. 1176. apud Hieron. Vignerium in Genealog. Alsatic. p. 120. *Hoc addito, quòd feudati mei, si quid dare voluerint in eleemosynam de feudis suis, unde servitium nec reditus mei decrescant, & illi habeant liberam potestatem dandi, &c.* Tabularium Lehunense Ch. 85. *Eo siquidem tenore, quòd non licebit ei vel hæredibus suis feodum imminuere, vel dividere.* Adde Galliam Christian. to. 4. p. 146.

Ita tamen feudorum partis alicujus alienationes à dominis permittebantur, dummodo vassallus retineret tantum terræ aut feudi, quo servitium consuetum domino exhiberet, &, ut vulgò loquuntur Consuetudines municipales, *pourveu qu'il retinst de quoi-servir le fief.* Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 3. *Addidi — ut si quis ex isto meo honore voluerit loco sanctæ Crucis ac Monachis ibidem Deo servientibus de possessione sua dare vel vendere, non prohibeatur; sed potiùs commoneatur, tantillo interdicto, ut dominus suus inde suum non perdat servitium.* Tabular. Cœnobii Dolensis: *Concedimus etiam, ut quicumque ex nostris casatis vel feodatis partem aliquam sui fisci sive casamenti, quod à nobis habet, dare voluerit, liberè hoc agere possit, ita tamen ut non totum det; sed partem retineat capitis.* Magna Charta Angliæ cap. 32. *Nullus homo liber det de cætero ampliùs alicui de terra sua, quàm ut de residuo terræ posset sufficienter fieri domino feodi servitium ei debitum, quod pertinet ad feodum illud.* Statutum de Prærogativa Regis an. 17. Edw. II. cap. 7. *Nullus, qui de Rege tenet in capite per servitium Militare, potest alienare majorem partem terrarum suarum, ita quòd residuum non sufficiat ad faciendum servitium suum, sine licentia Regis.* Tabular. Monast. Longipontis in diœcesi-

ceii Parif. *In primo anno, quo Philippus filius Philippi Regis Francorum accepit uxorem Helizabeth filiam Guidonis Troſſelli, reſidens apud Montem Letericum inter proceres ſuos, firmavit quæcunque Eccleſia de Longoponte tenuerat usque ad diem illum, videlicet villam, quæ dicitur Ver, ab omni exactione liberam, conſuetudinem Militum de fiſco Montis Leterici dandi Eccleſiæ, excepto quòd dominus ſervitium ſuum non perdat, poteſtatem habentium.* Charta Renaldi Comitis in Chron. Beſuenſi p. 681. *Donavit quicquid de feodo ſuo unuſquiſque de eadem villa — prædictæ cellæ fratribus dederat, dummodo ex hoc totum feodum ſuum ipſe non amittat, &c.* Alia an. 1060. apud Louvetum in Bellovaco: *Confirmavit adhuc — ut ſi aliquis ex Militibus ſuis de fiſco ſuo Eccleſiæ donare voluerit, abſque ſuo juſſu donet indifferenter, ita ſcilicet ut Militare ſervitium non amittat.* Charta Ludov. VII. Reg. Franc. an. 1141. in Tabul. Prioratus Neronis villæ fol. 6. *Si verò aliquis homo noſter pietate ductus de feodo noſtro eiſdem Monachis aliquid impertire voluerit, auctoritate noſtra ei concedimus. & donamus, eo ſcilicet tenore, ut ſervitia & conſuetudines noſtras propter hoc non amittamus.* Charta fundationis Abb. S. Stephani de Fontenetoin Normannia, in Regeſto 106. Tabularii Regii Ch. 370. *Conceſſi eis & confirmavi, quòd homines & Milites mei & homines Militum meorum liberam habeant poteſtatem donandi ſive vendendi eiſdem Abbati & Monachis competenter de tenementis ſuis quod voluerint: ita tamen quòd tantum remaneat de feodo in manu donatorum, quòd ipſi poſſint ſufficienter reſpondere mihi & hæredibus meis de omnibus ad me & hæredes meos pertinentibus, &c.* Aſſiſiæ Hieroſolymit. MSS. cap. 190. *Se un home qui a fié, qui ſoit coneu à vil, recreant, coüart, ou que il ſoit boſſu, ou que il ſoit mahaigné d'aucun des membres, ou yvrongne, ou entechié de aucun mauvais & vilain vice; mais que il ſoit fis de Chevalier & de Dame, né en loial mariage, l'on ne le peut pas contredire que il n'achete le fié, de quoy le Seignor peut eſtre empiré, ou amermé de ſon ſerviſe, &c.* Vide Conſtit. Siculas lib. 3. tit. 5. §. 2. & Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 124. Ordericum Vitalem p. 583. 587. 588. 589 Monaſticum Anglic. to. 2. p. 974. &c. præterea Andream Suenonis lib. 4. Legum Scaniæ cap. 10.

Feudum perdere, ſeu *Foriſfacere feodum propter feloniam*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 88. Uſatici Barcinonenſes MSS. c. 32. *Qui ſeniorem ſuum vivum in bello reliquerit, dum eum adjuvare poſſit, aut malo ingenio ei de pugna defecerit, perdere debet omnia, quæ per illum habuerit.* Ita de eo *qui ſeniorem ſuum deſpexerit, & per ſuperbiam eum penſabiliter diffidaverit*, c. 33. & de eo *qui ſe ſciente ſeniorem ſuum à manu vel à lingua occiderit, vel filium ſuum legitimum, aut adulteraverit uxorem ejus, vel tollerit ejus caſtrum, & non reddiderit ſine peronimento, aut fecerit ei malum, quod non poſſit ei redigere nec emendare, &c.* Adde cap. 38. Vetus Conſuetud. Franciæ lib. 2. *Le vaſſal pert ſon fief, quant par mal talent il met la main ſur ſon Seigneur à tort, ſe il arme contre lui, ſe ſans congié il peſche en ſes eſtangs, & où il chaſſe en ſa garenne, ſe il forfrait ſa femme, ou fille pucelle.* Per Aſſiſias Hieroſol. MSS. cap. 186. & 195. *l'on peut perdre ſon fief en trois manieres: l'un eſt l'an & jour, l'autre toute ſa vie, & la tierce luy & ſes heirs. L'an & jour le peut home perdre par deffaut de ſervice. Toute ſa vie le peut hom perdre, & pert par deffaut d'homage & par autres choſes, & lom peut perdre & pert pour Dieu renoier, & pour eſtre traitour vers ſon Seignor.* Et cap. 193. *Ce ſont les choſes de quoi il me ſouvient ores pour quoy l'on peut & doit par l'aſſiſe ou uſage du Royaume de Jeruſalem eſtre desheritez lui & ſes heirs. Qui eſt herege (heretique,) qui ſe renoie, qui met main ſur le cors de ſon Seignour, qui vient à armes contre ſon Seignour en champ, qui vent ſans le congié de ſon Seignour ſa cité, ou ſon chaſtiau, ou ſa forteresse à ſon ennemi, tant come il a à boire, ne à manger tant ne quant, qui traiſt ſon Seignour, & le livre à ſes ennemis, qui porchaſſe la mort & le desheritement de ſon Seignour, & eſt de ce attaint & prové, qui vent par l'aſſiſe ſon fié, qui eſt appellé de trahiſon, vencu en champ, ou defaillant de venir ſoi deffendre en la Court de ſon Seignour de la trayſon que l'on li met ſus, ſe il eſt ſemons, ſi come il doit.* Cap. 194. *Ce ſont les choſes, pour quoi il me ſemble que l'on peut & doit eſtre desherité ſa vie. Se un home tient un fié don Seignor de qui il li doive homage, & ſe il ne le fait, ou il ne l'euffre à faire, ſi come il doit, dedans un an & un jour, &c. qui eſt attaint de foy mentie vers ſon Seignor, il pert le fé tonte ſa vie, &c.* Adde libros Feudor. Regiam Majeſt. lib. 2. cap. 63. Leges Alfonſinas parte 4. tit. 26. lege 8. Conſtitut. Siculas lib. 3. cap. 13. §. 17. Conſuetud. Andegav. art. 187. & ſeqq. & Feudiſtas paſſim. Vide *Foriſfacere*.

Feudum retinere, quod Practici noſtri dicunt, *Retenir par puiſſance de fief*, ut eſt in Conſuetud. Senon. art. 185. & aliis paſſim: *Retenir & reünir à ſa table le fief par puiſſance de Seigneurie*, in Conſuetud. Ambian. art. 18. 43. Silvanect. art. 226. & Claromontenſi art. 93. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegal. fol. 101. *Probatur & eſt notorium & publicum, quòd nemo nec nobilis, nec innobilis poteſt nec conſuevit acquirere feudum nobile, nec vendere, ſi teneatur immediatè à D. Rege & Duce, quouſque primò illud feodum dicto D. Regi, vel gentibus ſuis præſentaverit, & viderit, an illud pro pretio, quo fuerit venditum, retinere voluerit: & ſi voluerit, poteſt illud retinere eodem pretio, ut dominus ſuperior & directus.* Subdit Inſtrumentum: *Dummodo à Domino feodi non fuerit miſſus in ejus poſſeſſionem.*

Feudi judicium. Charta ann. 1180. apud Georgium Pilonum in Hiſt. Bellunenſi p. 90. v. *Ad hæc Becellus de Camino remiſit judicium feudi Noſatino & Ariolδo, quod ſuper eos fecerat, tamen ſi atttenderint, ut ſuperiùs legitur.* Infrà: *Item unicuique ex ſuis vaſſallis, qui iſtud ſacramentum fecerint ad commune Conigliani, & firmum tenebit, ſimiliter remiſit judicium feudi.*

Feudum facere, id eſt *homagium*, occurrit non ſemel in Actis Capitularibus Eccleſiæ Lugdun. an. 1341. fol. 78. & alibi.

Feudalis, Vaſſallus. Tabularium Bellilocenſe Ch. 97. *Totum quem viſus ſum habere in ipſo manſo aut unus ex meis feudalibus.* Charta Eccleſiæ Tutelenſis, ſcripta ſub Odone Rege: *Scalas caſtrum meum cum omni caſtellania, & cum univerſis feudalibus. Feudales Milites*, in Charta Frotardi Vicecomitis Caturcenſis ſub Rodulpho Rege ſcripta. *Feudales liberi Trajectenſis Eccleſiæ*, in Charta Adelbodi Epiſcopi an. 1021. apud Will. Hedam p. 282. 1. Edit.

Feudatus, in Charta anni 1176. to. 4. Galliæ Chriſt. pag. 146.

Feodarius, Feudatarius, apud Will. Thorn l. 2. c. 15.

Feudatarius, Vaſſallus, paſſim.

Feudatarius, vel *Feodatarius*, apud Anglos, eſt Officialis à Magiſtro Curiæ Wardorum, ſeu pupillorum, ſub ſigillo Curiæ illius, uni vel pluribus Comitatibus datus. Hic in cognoſcendis rimandiſque feudis, ad Regem pertinentibus, & ad tenuras pro Rege manifeſtandas, tuendaſque operam navat: Eſcaëtori ideo adjunctus, omnibuſque nervis regiam promovens utilitatem. Pupillorum terras luſtrat, valorem annuum inveſtigat, prodit, indicit, cenſum recipit, & Curiæ receptori defert. Viduis item tenentium Regis dotem aſſignat. Spelm.

Feodati

Feodati, *Fievez*, apud Suger. de Administr. sua cap. 10.

Feodatarium, jus, quod uxori competebat in feodis mariti. Charta Rainaudi Archiep. Lugdun. an. 1215. *Et 3. dem. frumenti, & 3. dem. siliginis, & 3. dem. ordei, debitales in illa parte, quam tenet Margarita uxor Gaufridi Gros, & 5. sol. & 4. ob. debitales & investituras in ambabus partibus, non obstante feodatario pro parte Margaritæ.*

Feodagium. Charta Hemerici Vicecomitis Rupiscavardi an. 1256. in 7. Regesto Archivi Reg. *Feodagia illius partis castri de Brusac Petragoric. diœcesis, quæ Helias dictus Flameng Miles avohabat, & cognoscebat à nobis, cum feodagio omnium, quæ prædictus Helias habebat seu habere poterat in Castellania Castri prædicti, &c.*

Feoditas. Will. Thorn. an. 1281. *Consuetudinem & auxilia ad relevationem Abbatiæ S. Augustini,— feoditatem etiam & relevium 25. sol.* Idem ann. 1283. *Quod præfati homines de Stonore facerent eis redditum, relevium, feoditatem, sectam ad Curiam suam, &c.* Ubi *feoditas* videtur vox formata ex Gallico *Feauté*, fidelitas, homagium, sacramentum fidelitatis. *Faire fief, recevoir le vassal à fief*, in Consuetudine Arvern. cap. 22. art. 5. 25. ubi feodum sumitur pro hominio & fidelitate, seu *foi & hommage*, ut est in art. 4.

Feoffare, Feudum in aliquem conferre, investire, donare. *Feoffator*, donator. Chronicon Cambriæ: *Rex Willelmus cogn. Bastardus — Conquestor Angliæ — feoffavit Hubertum de Vaux de Baronia de Gillesland — & feoffavit Robertum de Strivers de Baronia de Burgo, &c.* Occurrit apud Will. Thorn. an. 1281. 1283. *Feofari per chartam*, in primis Statutis Roberti I. Scotiæ Regis cap. 2. Differt autem *feofare* à *donare*, quòd *feofare*, sit feodum simplex feofatario conferre; *donare* verò sit conferre *feudum talliatum*, hoc est, ad certam conditionem. Hanc differentiam observat Littleton. sect. 57. Vide Bractonum lib. 2. c. 5. §. 6.

Refeoffare, In feudum denuo concedere, seu potiùs rursum investire. Henric. Knyghtonus an. 1291. *Ad refeoffandum electum in tota regalitate & dignitate, &c*

Feoffamentum, Datio ad feodum, donatio feudi, sæpe simplex donatio, inquit Cowellus lib. 2. Inst. tit. 7. §. 2. Vide tom. 2. Monastici Angl. p. 201. & W. Thorn. pag. 2078. *Feoffement*, apud Littletonem sect. 1. 57.

Feoffator, Rastallo & IC. Anglis *Feoffor*, Dominus, qui terram ad feodum concedit, vel qui prædium *tenentis* in feudum simplex erigit, aut certè qui investit aut donat. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 375. *Quæ quidem carta visa, compertum est, inter cætera, contineri in eadem, quòd feoffatores subscripti dederunt Benedicto quandam Abbati de Seleby, &c.* Tom. 2. p. 25. *Tenuit — teneamenta — per feofamentum antecessorum de Lovetot, tenendum de feofatoribus suis, videlicet de illis de Lovetot.* Littleton. sect. 57. *Le feoffor est properment tou home enfeoffa un auter en ascuns terres, ou tenemens en fee simple. Celuy que fist le feoffment, est appell Feoffour, & celuy, a qui le feoffment est fait, est appel Feoffée.* In Consuetudine Meldensi art. 134. Rex dicitur esse *le souverain fieffeux*, seu *fieffeur*, id est, supremus feoffator.

Feoffatus, Donatarius, vel qui feudo investitur. Passim apud IC. Anglos, *Fieffé*, in Consuetudinibus nostris municipalibus, Pontivensi art. 103. Calvimontensi art. 77. Insulensi tit. 1. art. 62. &c.

Feofirma. Vide *Feudofirma*.

Fevum, pro *feudum*, ex quo nostri *Fief*, ut ex *feudum*, Burgundi *Fied* formarunt, ut est in Consuetudine Ducatus Burgundiæ cap. 3. &c. Charta exarata sub Lothario Rege in Tabulario S. Mariæ de Fontibus apud Cadurcos: *Illo fevo de Limanico, quæ fuit Ranulfo avo meo, quæ tenuit de Comite, Hugoni dimitto & Gerardo filiis suis: & illo fevo, qui fuit Guinaberto, dimitto medietatem Hugoni, &c.* Vide tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 220. Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. c. 5. §. 2. Probat. Hist. Monmorenciacæ p. 30. &c. Interpres Græcus Concilii Lateranensis IV. c. 45. *Feudum* & *Feudatarii*, φίον & φιῶται, reddidit, inspecta scilicet Gallica pronuntiatione, *Fié*, & *Fievé*.

Feum, Codicillus, seu testamentum Raimundi Comitis Tolosani & Rutenensis an. 960. *Illo alode de Limanico, quod Grimaldus habet à feo de Raimundo &c.* Infrà: *Et alio alode, quod de Poncione acquisivi, quod Bernardus de Nante habet à feo S. Salvatoris.*

Fevatarius, Feudatarius, à *Fevum*: *Fivatier*, in Consuetudine Labourtensi tit. 1. art. 4. & Solensi tit. 2. art. 8. tit. 10. art. 1. 6. 7. 8. 10. &c. Beneharn. tit. 1. art. 26. 27. 28. Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1183. *Sed prædictus fevatarius non debet istud feodum dare ad feodum.*

Fevatus, eadem notione in Charta an. 1056. apud Chiffletium in Hist. Trenorchiensi p. 311. Chronicon Andrense p. 425. *Si aliquis suorum fevatorum de fevo ipsius centum solidatas, vel tantùm ut suum hominatum non perderet, donare voluisset, concessit.* Ubi perperam editum *fenatorum* & *feno*.

Feodatus. Sugerius in Ludovico VI. *Rex Francorum Ludovicus, ea, quæ supereminebat Regi Anglorum Ducique Normannorum Henrici sublimitate, in eum semper tanquam in feodatum suum efferebatur.*

Fevataria, Jus feudi, in Charta Amedei Comitis Sabaudiæ, apud Guichenonum in Episcopis Bellicens. pag. 58.

Infeodare, In feodum vel feudum conferre, *Infeoder*. Burchardus de Casib. S. Galli cap. 11. *Ac alias possessiones pro 190. marcis & 100. libris denariorum invadiavit, vel etiam infeodavit.* Idem cap. 8. *Quidquid per infeodationem ab utrisque alienatum est.* Conradus Fabariens. cap. 8. *Res Ecclesiæ damnabiliter & irrecuperabiliter disposuerat infeodare.* Wenceslaus Brack in Terminis Juristarum.

Arestare frexen, dic impheodare belehnen.

Infeare, eadem notione. Vetus Instrumentum apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 432. *Contulit —huic Ecclesiæ prædia — ita ut nulli unquam Archiepiscopo aut Abbati liceat ex eis omnibus alicui aliquid infeare, vel per libellum aut cambium, seu quovis modo alienare.*

Subfeodare, Gall. *Donner en arriere fief.* Charta Philippi Regis Franciæ an. 1271. in 30. Regesto Chartophylacii Regii Ch. 221. *Totum tenebit à nobis ad feudum honoratum, sic quòd possit subfeodare, vel in acapitum dare, retento de Templo dominio, canone, vel servitio.*

FEUGERA, Filix, vulgò *Feugere*, in Fleta lib. 2. c. 41. §. 33. Vide Consuetud. Solensem tit. 13. art. 4.

FEUGIA, idem quod *Feugera*. Libertates Oppidi Jasseronis in Bressia an. 1283. apud Guichenonum: *Feugiam verò colligere & extrahere possint in dictis nemoribus dicti homines per se, vel per alios.* Ubi f. leg. *feugeriam*.

FEXU, Capitalis: sic in MS. quodam Saxonico vox exposita, inquit Spelmannus.

FF. Literæ quibus Libri Digestorum notantur à IC. quæ nullam habere rationem, esseque omnino ex Notariorum invento, id est, qui notis scribebant, censet Cujacius lib. 12. Obser. cap. 40. Vide alio-

rum conjecturas in Lexico Juris, & apud Sebast. Cobarruviam in Thesauro Linguæ Castellanæ, verbo *Digestos*.

FF. In Testamento S. Fulcranni Episc. Lutevensis apud Bolandum 13. Febr. binæ hæ litteræ exaratæ conspiciuntur, quæ cibi, vel potionis, aut alterius rei cujuspiam mensuram denotant, n. 5. *Et per singulos annos ad festivitatem S. Genesii donet Canonicis ad collationem ff. tres de pulmento, & ff. duos de vino.* Occurrit ibi pluries. Ita non semel in Tabulario Ecclesiæ Brivatensis, ubi hæ literæ non sunt FF. sed SS. cum linea transversa: & sanè sic restituendæ apud Bolandum, significantque *sextarium*, aut sextarios, ut observat non semel Jacobus de Partibus in Notis ad Alexandrum Jatrosophistam, præsertim ad cap. ult. libri 3.

FIADA, *Vadimonium*. Vox Hispanica: Fori Leirenæ: *De pugna, quæ fuerit in fiada, si Miles fuerit victus, det* 10. *solid. si peon, quinque.*

FIALA. Vide *Phiala*.

FIATUR. Vide *Fitur*.

FIBEBELLA, *Lumina, solis ortus, vel lunæ*. Papias. Abest hæc vox in MS. Navarræo. Legendum fortè *Phebe, bella*, id est, pulcra luna, cùm scilicet oritur: nam & lunam in sua plenitudine vulgò nostri *la belle* vocant. *La belle luit*, i. luna lucet.

FIBELLA, Parva fibra. Vide Casaubonum ad Capitolinum.

FIBULA. Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1088. tom. 8. Spicilegii Acheriani: *Quem portum cum aqua & piscationibus, & littoribus sibi pertinentibus, & fibulam cum finitima palude sibi pertinenti, &c.*

FIBULARIUM. Vide *Fibulatorium*.

FIBULATORIUM, à *Fibula*, qua vestis subligatur, vox deducta, unde quibusdam pro ipsa fibula sumitur; & certè Gloss. Gr. Lat. huic expositioni favet: Πόρπη, ὑποκορισικῶς, *Fibulatorium*. Ita ut fuerit *parva fibula*. Ugutio: *A fibula, Fibulatorium, illud, quod apponitur mantello, per quod mittuntur fibulæ, ne dissipetur mantellum.* Quo loco Joannes de Janua habet *Fibularium*. Constitutiones Cataloniæ MSS. *Nec portent aurum vel argentum, — nec affiblas cum auro vel argento.* Locum integrum vide in *Laqueatæ vestes*. Anastasius in Gregor. III. qui id inter sacra ministeria reponit pag. 72. *Contulit dona diversarum specierum, — amulas superauratas paria* 2. *pendentes, fibulatoria numero* 5. Idem in Leone IV. p. 197. *Cantharam exauratam* 1. *baucas exauratas* 3. *fibulatoria majora & minora* 5. Leo Ost. lib. 1. c. 19. *Listam unam auream cum margaritis, & fibulatorium nihilominùs aureum, &c.* Fibulas aureas pro donariis oblatas Ecclesiis habet etiam Anonymus de Miraculis S. Remacli cap. 11. & 24. apud Mabillonium. Ejusmodi *Fibulatoria*, *Firmacula* vocabant nostri, (vulgò *Fermail*) quibus scilicet vestes *clauderentur* & astringerentur. Froissart. 2. vol. c. 154. *Et si eut pour le prix un fermail à pierres precieuses, que Madame de Bourgogne prit en sa poitrine.* De fibulis aureis & gemmatis copiosè egerunt Petr. Faber lib. 1. Semestr. cap. 16. Chiffletius in Anastasi Chilperici cap. 16 & Salmasius ad Tertullian. de Pallio pag. 62. 63. nos etiam quædam in Notis ad Joinvillam pag. 48.

At Suidas φιβλατώριον, φιβόλαιον Περσικὸν interpretatur. Proinde videtur fuisse etiam *fibulatorium*, non ipsa *fibula*; sed vestimentum, quod subinde fibulis variis subnectebatur. Gloss. Lat. MS. Regium: *Limbus, ora vestis auro texta, vel fibulatorium.* Ejusmodi fuit *sagum* illud *fibulatorium*, cujus meminit Pollio in Regilliano: *Arcus Sarmaticos, & duo saga velim ad me mittas; sed fibulatoria, cùm ipse miserim de nostris.*

Fibulare, pro *alligare*, dixit Columella lib. 1. cap. 6. ut *fibulationes* Vitruvius.

FICACIUM. Ugutio: *Cassidilis, vel cassidile dicitur sacculum, pera, sacciperium, ficacium, marsupium, &c.*

FICATUM. Papias MS. *Epar, Græcè: Jecur, i. Ficatum.* Postrema verba absunt ab Edito. Alibi; *Gecur, quòd ibi ignis sit conditus; vel quòd gerat cor, ficatum.* Italis *Fegato*. Sic porrò jecur quodvis dictum volunt, quòd olim jecur anserinum multa ficu farciretur. Gloss. Gr. Lat. Συκωτὸν, *Ficatum*. Perperam *ficotum* habent Acta Martyrii S. Theodoriti: *Nam sacrificium, quod acceperat, particulatim disrumpebat ejus ficotum, & ejiciebat per os foràs.* Infrà: *Diversas accipiens escas, suo tantùm pastus est ficoto.* Vide Salmasium ad Solinum.

FICHORRA. Vide *Batuda*.

FICO, Genus calceamenti monachici, vel fortè rusticorum. Certè Italis *Fico* rusticum significat. Proinde *Fico* Hibernis fuerit *Calceus rusticorum*. Gloss. Saxonicum Ælfrici: *Fico*, Ƿco, i. calceus. Anonymus in Vita S. Cuthberti Episc. n. 14. *Ficones novi, quibus calceatus est, in Basilica nostra inter reliquias pro testimoniis usque hodie habentur.* Adde n. 17. Vita S. Aidani Episc. Fernensis cap. 2. n. 13. *Surgens de lecto, tenuit ficonem circa unum pedem, cucurritque velociùs ad silvam in occursum S. Maedhog.* Occurrit pluries in Vitis Sanctorum Hiberniæ.

FICTA, Venetis *Fitta*, Dolor acutior in aliqua parte corporis, quasi in ea aculeus defixus esset, cujusmodi est in pleuresi, quem *Telum* vulgò alii vocant, nostri *Pointe*. Vita S. Eligii auctore Audoëno lib. 2. cap. 23. *Quidam --- pessima laborabat ægritudine, denique dira atque intolerabili percussus ficta, & morte jamjamque imminente, & jam à flatu spiraminis arcebatur.* Gregorius Tur. l. 5. Hist. cap. 5. *Dormienti apparuit B. Tetricus, — hæc dicens, virgam, quam habebat in manu, pectori ejus cum ictu valido impulit. In quo ille evigilans, dum cogitat, quid hoc esset? ficta in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur.* Idem lib. 3. Miracul. S. Martini cap. 10. *Erat autem subitaneus* (dolor) *tanquam clavus affligens, atque ita fictam gravissimam dabat, ut plerumque eclysim generaret, &c.* Academicis Cruscanis, *fitta*, est *dolore pungente di quando in quando*.

FICTABILIS, *Fictalitius*. Vide *Fictus*.

FICTILIARIUS, ὁ ςρακοποιὸς, in Gloss. Gr. Lat. perperam in MS. *Fictiarius*.

FICTITIA, Simulatio. Fleta lib. 2. c. 76. §. 2. *Cum cariatoribus præsens existat Præpositus tota die, ut sine fictitia dietam finiant & laborent.* Galli dicerent, *sans feintise*.

FICTUS, vel *Fictum*. Tabul. S. Severi apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 3. cap. 12. *Item Hover villam, & in Gottis allodium, unumque villanum de Lera, & silvam, atque fictum de Bussel trado B. Petro, &c.*

Fictus alia notione, in Charta Conradi Imp. apud Ughellum in Episcop. Cremonensib. pag. 807. *Ut ei districtum suum tollant, & fictum de molendinis, ac de navibus censum solitum, &c.* Charta Friderici I. Imp. ann. 1153. apud eundem tom. 4. pag. 1293. *Cum omnibus pertinentiis, cum operibus, servitiis, districto, ficto, placito, cæterisque aliis, &c.* Vide Statuta Veneta lib. 3. c. 8. 9. & suprà *Affictus*, & infrà *Fictus*.

FICTUS. Glossæ MSS. ad Alexandri Jatrosophistæ libros Passionum: *Fictus, i. anus fictus, dicitur à fumoribus, i. stercoribus.*

FICTUS, idem quòd *Affictus*, de qua voce suprà; Census, locatio, pensio, reditus, vectigal, fixum & certum: nam & *fictum* pro *fixum* dixisse Veteres observat Salmasius ad Solinum. Italis *fitto*, & *affitto*, Papias:

Papias: *Fictum dicitur, quod inter duos componitur omni anno reddendum, qui & census.* Charta an. 1035. apud Ughellum to. 5. p. 1589. *Dedit — libellario nomine ad fictum censum reddendum, &c.* Charta Theodori Marchionis Montisferrati anni 1324. *Cum fidelitatibus, successionibus, penis, bannis, multis, fictis, pariariis, & tertiis, cum fodris, taleis, &c.* Alia an. 1384. *Non teneatur — ad solutionem ficti, seu incantus illarum possessionum.* Alia an. 1246. *Sine tertio & affaitamento, & ficto proinde Monasterio dando.* Occurrit præterea in Statutis Venetor. an. 1242. lib. 3. c. 8. in variis Chartis apud Hieron. Rubeum in Hist. Ravenn p. 308. Ughellum to. 5. p. 676. 677. 678. &c. Rollandinus in Summa Notariæ c. 1. observat, *fictum* sumi interdum pro *precaria*, seu emphyteusi. Vide *Libellus*, & Oct. Ferrarium in Orig. Ital.

Fictationes, in Charta Ottonis M. Imp. apud Ughellum in Episcopis Laudensibus.

Fictabilis, Censualis, qui censum persolvit. Charta an. 1327. in Regesto Privilegiorum Civitatum Lombardiæ: *Cum accepissent & derobassent Anziano de Livrascha massario, & fictabili Monachorum, &c.* Alia Blanchæ Sabaudæ uxoris Galeacii Comitis virtutum: *Ab eis, vel eorum massariis, aut fictabilibus auferendis, &c.*

Fictalicia res, Datæ ad censum. Charta Lotharii II. Imp. apud Ughellum to. 4. p. 815. *Et omnia jura & possessiones, & tenutas earum, alodes, transfictalicias, emphyteoticarias, precarias, libellarias, fictalicias, &c.*

FICTWITA, Præstationis species, Anglis, in Monastico Anglic. to. 1. p. 503.

FICUS. Papias: *Mariscæ, exta prominentia, quæ vulgò Ficus dicitur.* Ebrardus Betun. in Græcismo c. 12.

Est Ficus, morbus: est Ficus fructus & arbor.

Est etiam equorum morbus, Italis *Fico*, de quo sic Petrus Crescentius l. 3. de Agricult. c. 56. *Accidit quandoque, quòd pes læditur subtus ungulam in medio solæ ex ferro vel alia re dura intrantem usque ad tuellum, ex quo tuellus læditur, ex qua læsione, cùm ungula non inciditur circumquaque, ut debet, nascitur super tuello quædam carnis superfluitas, quæ superat solæ superficiem, Ficus vulgariter nominatur.* Vide prætereà Jordanum Rufum Calabrum MS. lib. 2. de Equorum medicaminibus ad Fridericum Imp.

Sub Ficu & Vite, proverbialis loquendi formula, qua rerum abundantia significatur, sat frequens in veteri Testamento. Joannes Berardi in Prologo ad Chron. Casauriense: *Omnis illa regio — frequentibus villis atque casalibus inhabitabatur, & quasi sub ficu & vite, vel in propriis prædiis erat hominum illius temporis incolatus.* Benjaminus Tudelensis in Itiner. p. 27. *Comedentes & bibentes quisque sub vite & ficu sua.* Utitur etiam Ordericus Vital. lib. 4. p. 533. & Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 1.

FIDAMEN, Fides. Cyprianus, seu Tertull. in Carmine ad Senatorem:

Corrige delictum fidamine, corrige mentem.

FIDAMORA. Charta Guillelmi Regis Siciliæ ann. 1173. apud Ughellum to. 8. Italiæ sacræ: *Concedimus etiam in dicto Monasterio cædua lignorum absque ullis forestagiis, & volumus etiam & inhibemus, ut nullus sit, qui fidamoras ei auferat.*

FIDANTIA, Fidejussio, sponsio, *Fidanza* Italis, *Fiança* Hispanis. *Le Romain de Jordain de Blaye MS.*

Dame Erembors a les fiances prises.

Charta Libertatum *de la Perouse* ann. 1260. apud Thomasserium: *A la Paerose ne doit hon prendre, si fiance voet donner, &c.*

Fidantia, & *Fidentia*, Salvagardia. Anonymus de Desolatione Monasterii Morimundensis in agro Mediolanensi: *Prædictus Abbas Florius ad protectionem domus suæ procuraverat fidentiæ & securitatis literis præmuniri.* Charta an. 1314. apud Ughellum in Archiep. Mediolan. *Dirupta fidantia per eos multis vicibus promissa.*

Fidantia, Fidejussor, vel *Manulevator*: voces Hispanis familiares. Vetus Charta apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. c. 12. *Et si hoc denegaret, per unamquamque fidanciam 300. sol. daret, — & posteà in eadem firmitate staret.* Alia ibidem c. 21. *Dederunt fidancias — Vicecomitissæ — Arnaldum de Lescun, — quòd nec aliquis descendens de stirpe Guillelmi Ariol inquietet, nec turbet supradictas domos, &c.* Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oscæ an. 1247. fol. 7. *Si aliquis homo fuerit fidantia pro aliquo homine, vel pro alia qualibet causa, &c.*

Fidantia de directo, qua quis rectum se alicui seu jus facturum spondet. Vide Foros Aragon. p. 14. v. Edit. 1624. & Michaëlem *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon.

Fidantia juris, in iisdem Foris p. 96.

Fidantia salvitatis, apud eundem Molinum, qua quis rem *salvam* alteri præstat & cavet, *Garantit*. Vide eundem Scriptorem.

Fidantia de Riedra, apud eundem. Vide *Riedra*.

Fidantia de la spera, & *Fidantia de la torna*, *quæ dabatur & præstabatur olim, quando aliquis reptabatur ad batalliam, &c.* Idem. Vide *Torna*.

Fidantia, quæ ignem facit, in Observantiis Regni Aragon. lib. 2. tit. de Satisdando, §. 1. qui focum & ædem habet in loco.

Fidantia de prima & secunda cruce. Vide *Crux*.

Fidantia, Præstatio, tributum. Falco Beneventan. an. 1122. *Mandavit, ut neque sibi, neque Comiti Jordano auxilium præstarent, & daret eis & concederet fidantias & pensiones, quæ à Castello Fenuculo — exibant.* Charta Rogerii Regis Siciliæ an. 1137. apud eundem: *Dimittimus & condonavimus vobis — fidancias subscriptas, videlicet denariorum redditus, salutes, angarias, terraticum, &c.* Adde pag. 310. 314. Charta Caroli II. Siciliæ Regis an. 1289. apud Rainaldum in Annalib. Ecclesiast. an. 1285. 5. *Fidantias ab omnibus remitti faciemus, & remittemus eisdem. Fidantiarum autem remissio, est concessio libertatis, ut cives Beneventani possint liberè proprias vineas & terras excolere, ipsarumque fructus & fruges recolligere, — sine aliqua exactione vel munere, vel etiam datione.*

Affidantiare, Fidantiâ, seu vade rem præstare. Fori Oscæ an. 1147. *Dictum autem affirmative potest mutari & renuntiari semper, antequam causa sit affidantiata.* *Causa diffidantiata*, in Observantiis Regni Arag. lib. 6. tit. de Generalib. privileg. §. 17.

Fidanceria. Iidem fori f. 5. *Si quis miserit fidantiam, & dixerit fidantiæ suæ: Si damnum vobis evenerit, de ista fidanceria, super istam domum, &c.*

FIDARE, Fidere. Usatici Barcinonenses MSS. c. 56. *Habeant perfectam fidem, & veram locutionem, ita ut omnes --- possint se in illis fidare, &c.* Itali *fidare* hac notione dicunt.

FIDATOR, Cui aliquid commendatur, deponitur. Fori Oscæ an. 1247. sub Jacobo I. Rege Aragon. f. 19. *Nullus debet pignorare vicinum suum, si fidator vel debitor suus non est.*

FIDEDICERE, Fidejubere. Gloss. Lat. MS. Regium: *Consponsores, alterutrum fidedicentes.* Alibi: *Vadatur, promittit, pollicetur, fidedicit.* Ita etiam in Glossis Isidori. Apulejus de Deo Socrat. *Quis pro te Deus fidedicet?* Ita enim rescribunt viri docti, pro *fidem dicet.* Anianus lib. 1. Sentent. Pauli c. 9. *Si minor majorem fidedicat, licèt ipse teneri non possit, tamen, quem fidedixit, teneri potest.* Ubi *fidedicere aliquem* est, quod Græci dicunt ἐγγυᾶσθαί τινα. Est igitur *fidedicere*, per fidem suam aliquid promittere, quod & *fidepromittere* unico verbo dixit idem Anianus lib. 1. Sentent. Pauli.

Fidedictor, Sponsor. S. Augustinus Epist. 23. de Baptizandis pueris: *Quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tanquam fidedictores respondent.* Tabularium Conchensis Abbatiæ in Ruthenis Ch. 32. *Et de hoc dedi fidedictorem Girberto de Cabdenago, &c.*

Fidedictus, Pro quo spondetur, apud Scriptorem Vitæ S. Lupicini Abbat. Jurensis n. 9.

Fidedictio, Fidejussio. Historia Fundationis Monasterii Gladbacensis cap. 18. *S. Petrus eo tempore sua suscepit cum fidedictione, quod Cœnobium prædictum cum omni affectu debent reædificare, &c.* Mox: *In hac fidejussionis verba dimissus, &c.*

FIDEDIGNI, Testes ἀξιόπιστοι. *Tales homines, quorum fides admittitur*, in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 70. §. 1. & Ratchis tit. 4. §. 1. Præsertim verò ita dicuntur testes producti ex Clero, vel Monasterio, qui ex ipsa Clericaturæ, aut Monachismi professione, nullo interposito sacramento, fide habentur digni, cùm quidpiam in judicio attestantur. Lex Longobardorum lib. 2. tit. 47. §. 1. *Decernimus, ut nec Episcopi, nec Presbyteri, nec cujuscumque ordinis Clerici, non Abbas, non aliquis Monachus, vel Sanctimonialis in qualicumque controversia sive criminali, sive civili jusjurandum qualibet ratione compellatur subire: sed advocatis suis propriis idoneis hoc officium debeant delegare.* Regiam Majestat. lib. 1. c. 19. §. 9. *Presbyter nil recipiat, nisi sub testimonio fidedignorum.* Charta Olai Roschildensis Episcopi an. 1318. apud Isaacum Pontanum lib. 7. Hist. Dan. *Promiserunt in manus D. Regis, ac Dominorum Othonis Comitis ab Hoya, & Henrici Domini Magnapolensis, ac multorum fidedignorum, Militum, & Armigerorum, &c.* Vide Fletam lib. 1. cap. 41. §. 5. & aliis locis. Hinc

Fidedignitas, pro testimonio à Clericis & Monachis præstito. Decreta Sigismundi Regis Hungariæ an. 1435. *Cum hominibus & testimoniis Capitularibus & Conventualibus, quæ communiter fidedignitates vocantur.* Alibi: *Personis autem testimonialibus Capitulorum & Conventuum, pro singulis diebus, quibus in itinere fidedignitatis processerint, solvantur 12. denarii, &c.*

FIDEFODODINCUL. Observantiæ Regni Aragon. l. 8. tit. de injuriis, §. 2. *Nota, quòd de consuetudine Regni antiqua, quia hoc verbum, Fidefododincul, est vulgare Aragonum, & communiter usitatum, si contra aliquem prorumpatur, non inducit caloniam: secus, si adjiciat ultrà, quia tunc caloniam incurrit de consuetudine Regni.*

FIDEJURARE. Tabular. B. Mariæ Columbensis diœcesi. Carnot. *Radulfus pater & Radulfus filius & alii fratres Milites, qui ibi erant, fidejuraverunt, quod ab illo die, &c.* Gloss. Lat. Gr. *Fideipromissores πιςωπισ̃ελιαι.*

FIDEJUSSORES *tollere* dicebatur judex, qui in jus vocatum, aut accusatum de aliquo crimine, vadem dare ad dictam diem juri se stiturum, cogebat. Vita S. Præjecti Episc. & Mart. cap. 7. *Obtinuitque cum Principe, ut Missos ex latere dirigeret, qui eum per fidejussores nuntiarent, & in aula Regis facerent præsentari.* Mox: *Et quomodo per fidejussores venisset, explicitus depromit.* Vetus Notitia apud Perardum in Burgundicis p. 35. *Dedit Maurinus fidejussorem nomine Autardo, de sua præsentia. Per fidejussores ad præsentiam Regis deduci*, in Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 34. in Capitul. Caroli C. tit. 12. c. 1. 4. 5. 7. tit. 20. c. 6. tit. 29. c. 3. tit. 31. c. 23. tit. 39. c. 4. *Per fidejussores ad palatium Regis venire*, in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 43. 147. *Per fidejussores ad placitum Regis venire*, in Addit. 4. Lud. Imp. cap. 77. in Capitul. Caroli C. tit. 32. cap. 3. *Sub fidejussione ad palatium venire. compelli*, in Addit. 4. Lud. Imp. c. 77. *Per fidejussores mitti ad præsentiam Regis*, in Addit. 4. Lud. Imp. cap. 76. *Per fidejussores constringere, ut reveniat ad Palatium*, in Capitul. Caroli C. tit. 39. c. 1. *Per fidejussores ad mallum adduci*, in Capitul. Car. C. tit. 39. cap. 3. Epist. 69. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. *Non aliter fiat, nisi in placito, quod vobis suprà scriptus Pontifex denuntiaverit, memorato Diacono vestro per fidejussores unà cum indiculo vestro ante parvitatem nostram faciatis venire.* Adde Joannem VIII. PP. Ep. 228. Leges Guillelmi Nothi: *Omnis homo, qui voluerit se teneri pro libero, sit in plegio, ut plegius eum habeat ad justitiam, si quid offenderit: & si quisquam evaserit, talium videant plegii, ut solvant, quod calumniatum est, &c.* Ejusmodi fidejussorum mentio est apud Gregorium Turon. lib. 4. Hist. cap. 43. l. 8. cap. 7. 12. 43. lib. 9. c. 8. in Concilio Metensi an. 753. c. 1. &c. Hinc *pignerari* dicuntur rei, seu in jus vocati. Conventus Ticinensis an. 853. c. 3. *De liberis hominibus, qui --- contra legem ad placita protrahuntur, & ideò pignerabantur, constitutum est, ut secundùm legem patroni eorum eos ad placitum adducant, & si quis contra hanc nostram auctoritatem, & eorum legem pignerare aut distringere præsumpserit, &c.* Quòd si reus fidejussores non haberet, *in custodia servabatur*, ut est in Capitulari Pipini Regis Italiæ c. 36.

Occurrit autem passim hæc formula in privilegiis & immunitatibus Ecclesiis concessis, qua judices vetantur in eorum terris, *ad audiendas altercationes ingredi, freda de quibuslibet causis exigere, aut mansiones vel paratas tollere*, ut apud Marculfum lib. 1. form. 3. 27. 28. &c. Quo verborum circuitu nihil aliud intelligitur, quàm ut judex in terris, in quibus immunitas concessa est, jus non dicat, aut justitiam non exerceat. Charta Caroli Simplicis apud Sammarthanos in Archiep. Narbon. *Quòd in sua parochia --- gravissima increverit consuetudo, de eo, quòd Comites atque judices, seu ministri illorum, Sacerdotes Domini, sive reliquos Ecclesiæ ministros ad placitum suum violenter ducere, & fidejussores tollere, atque eos more Laicorum distringere præsumant.*

Fidejussores, Testamenti executores, in Testamento Hugonis I. Episcopi Tolosani, apud Catellum in Hist. Occitana pag. 858.

Fidejussores dicti etiam patrini, apud S. Eligium in Homilia descripta tom. 5. Spicilegii Acheriani p. 212. lib. 2. Capitul. cap. 46. & apud alios laudatos in Dissert. 22. ad Joinvillam p. 275.

FIDELES, Christiani ita dicti post susceptum baptismum, quia *fidem* susceperunt. S. Ambrosius l. 1. de Sacram. c. 1. *In Christiano viro prima est fides. Ideò rectè Fideles dicuntur, qui baptizati sunt.* S. Augustinus in Tract. in Joann. *Interroga hominem Christianum, respondet tibi: Non sum: adhuc quæris ab eo, Catechumenus, an fidelis?* Idem Epist. 67. *Frater Paulus narrat gaudia de Gabiano, quòd non solùm Christianus; sed etiam fidelis sit valdè bonus per Pascha proximum baptizatus.* Vide eundem de Verbis Apostoli Serm. 13. Innocent. I. Ep. 22. c. 2. *Quæro, si una eademque sit uxor ejus, qui antè Catechumenus, posteà sit fidelis.* Pontius Diac. in Vita S. Cypriani; *Quid Christiana plebs faceret, cui de fide nomen est?*

Fidelis, Subditus, vassallus, qui fidem suam domino obstrinxit, *fidelitatem juravit*. Gloss. Lat. Græc. *Fidelis*, πιςὸς δοῦλος. Gloss. Lat. Gall. *Fidelis, Feal. Fideles homines sui*, apud Lampridium, famuli. Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 11.

Ut juraret ei rogat ipsum more fidelis.

Idem lib. 2. cap. 17.

Filius esse Petri si vult Rex atque fidelis.

Tabularium Dolense an. 927. *Ibidem adjungo ad hujus dedicationis honorem, ut omne beneficium, quod ex me nunc vel deinceps nostri fideles habent aut habebunt, &c.*

Fideles Regis, Subditi, vassalli Regis, in Legib. Luithprandi Regis tit. 70. §. 1. in Lege Longob. lib. 2. tit. 26. tit. 51.

tit.51. §.14. tit.52. §.1. in Capitul. Caroli M. lib.2. cap.17. lib.4. cap.34. lib.6. c.96. in Vita Ludovici Pii ann.839. apud Nithardum lib.1. ann.834. Baldricum lib.1. Chr. Camerac. cap.61. in Charta anni 1069. apud Duchesn. in Hist. Monmorenc. p.23. &c. Vide Fabrum Canterellum in Tractatu de Feudis, Goldastum ad Ratpertum de Casib. S. Galli c.8. &c.

Infideles, Qui fidem Regi, quam jurarunt, non servant. Capitularia Caroli M. lib.4. c.34. *Pro infideli teneatur, quia sacramentum fidelitatis, quod nobis promisit, irritum fecit.* Concilium Dusiacense I. pag.299. 1. Edit. *Regis quoque infideles contra Ecclesiasticam auctoritatem armata manu defendit.* Vide Leg. Longob. lib.1. tit.34. §.2.3.

Infideles, Qui fidelitatis sacramentum domino feudali non servant. Brompton. an.1088. *Terras infidelium suorum fidelibus suis distribuit.*

Infidelitas, in Lege Longob. lib.1. tit.34. §.2. Leges Kanuti §.90. *Infidelitas erga dominum, secundùm legem sæculi inemendabile est.* Vide Leges Henrici I. Regis Angliæ c.10. Flodoardus l.4. Hist. Remensis c.35. *Insimulati sunt de Infidelitate ipsius senioris sui.* Et lib. 2. c.20. *Depositus est ab Episcopatu pro infidelitate Imperatoris.*

FIDELITAS, Fides, quam quis Regi suo vel Principi servare debet, subditus, qui & *fidelis*, potissimùm. *Fidelitatem Regi promittere*, in Capitularib. Caroli M. lib.3. c.8.88. in Capitul. Caroli C. tit.32. c.2.3. tit.39. c.4. apud Marculfum l.1. form.40. &c. Produnt formulam sacramenti, fidelitatis Regi à subditis facti, eadem Capitularia Caroli C. tit.13. c.13. *Ego illi Karolo Hludowici & Judith filio ab ista die in ante fidelis ero secundùm meum savirum, sicut francus homo per rectum esse debet suo Regi. Sic me Deus adjuvet & istæ reliquiæ.* Habetur aliud paulò prolixius *fidelium sacramentum* tit.22. c.1. Ubi observandum, *fidelitatem* Regi fieri *per sacramentum*, quod ei proprium fuit. Capitulare 2. & 4. an. 805. c.9. *De juramento, ut nulli alteri per sacramentum fidelitatis promittatur, nisi nobis, & unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem & sui senioris.*

Fidelitas, Anglis *Fealtie*: nostris *Feauté*: *Fiduciam* Angli appellant, inquit Cowellus lib.2. tit.3. §.13. Est autem servitus realis à quolibet feudatario domino in ipsa institutione præstanda. Fulbertus Carnotensis: *Fidelitatem dicimus jusjurandum, quod à vassallo præstatur domino, Jusjurandum fidelitatis vassallaticæ*, apud Radevicum lib.2. de Gestis Frider. c.20. *Sacramentum fidelitatis jurare*, in Capitul.3. an.789. c.2. ubi habetur ejus formula. *Jurare fidelitatem*, apud Simeonem Dunelmensem lib. 3. de Dunelmensi Eccl. cap.22. & in Hist. Angl. an.1086. *Fidelitatem facere & hominium*, apud eundem Radevicum lib.1. cap.11. Differt tamen *fidelitas* ab *homagio*, etsi homagio adjunctum sit sacramentum fidelitatis, ut est apud Nicol. Uptonum lib. de Militari Offic. cap.18. *Differt homagium à fidelitate, quia homagium est ille actus præstationis juramenti cum sua solennitate, & fit in principio: sed fidelitas est obligatio permanens, habens perseverantiam & tractum temporis, &c.* Clariùs Littleton. sect. 91. & 92. *Fealti idem est, quod* fidelitas *en Latin. Et quant franc tenant fera fealtie à son Seignior, il tiendra sa maine dexter sur un lieur, & dirra issint: Ceo oyez vous, mon Seignior, que jeo à vous serra foyal & loyal, & foy à vous portera des tenemens, que jeo claim à tener de vous, & que loyalment à vous ferra les customes & services qu'eux faire à vous doy as termes assignés, si come moy aide Dieu & les Saints; & basera le lieur, mais il ne genulera, quant il fait fealty, ne ferra tiel humble reverence, comme avant est dit en homage. Et graund diversitie y ad pour enter feasans de fealtie & de homage. Car homage ne poit estre fait fors que al Seignior mesme, mes le Seneschal de Court le Seignior, ou Bailise, puit prendre fealtie pour Seignior.*

Diximus fidelitatis sacramentum adjunctum esse homagio, quod verum est, si quidem vassallus primo homagium facit domino, deinde fidelitatis sacramentum. Utriusque formulas & discrimen sic observat Bracton lib2. cap.35. §.8. *Sic debet homagium facere: debet quidem tenens manus suas utrasque ponere inter manus utrasque domini sui, — & debet dicere: Devenio homo vester de tenemento, quod de vobis teneo, & fidem vobis portabo de vita & membris & terreno honore contra omnes gentes, &c. Et statim post faciat domino suo sacramentum fidelitatis, hoc modo: Hoc audis, Domine N. quod fidem vobis portabo de vita & membris, corpore & catallis & terreno honore, sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia. Et quidem hoc adjiciunt in sacramento, & bene, quòd si fideliter & sine diminutione, contradictione, vel impedimento & dilatione injusta, terminis statutis faciet servitium domino suo & hæredibus suis.* Ita Fleta lib.3. cap.16. §.21. Adde Littleton. sect. 88.

Ex quibus patet homagii & sacramenti fidelitatis discrimen: ac homagium quidem fieri à vassallo, genibus flexis, manibus in domini manus immissis: sacramentum verò fidelitatis à vassallo stante, & tactis sanctis Evangeliis. Charta an.1229. apud Marcam lib.8. Hist. Beneharn. cap.22. n.2. *Recognoscimus, quòd vos nobis fecistis homagium, & præstitistis insuper fidelitatis juramentum, sicut vestri antecessores nostris prædecessoribus sunt facere consueti.* Charta an.1247. apud Sammarthanos in Episcopis Aptensibus: *Et corporale nobis fecit homagium, suscipientibus per nos & successores nostros, ponendo manus proprias infra nostras: & promittens jurejurando supra sancta Dei Evangelia fidelitatem nobis servare, prout in formula fidelitatis exprimitur, videlicet incolume, tutum, utile, honestum, facile, possibile.* Sed & inde observare est, *homagium* & *fidelitatem* passim simul jungi. Fridericus I. Epist. ad Ottonem Frising. Episc. *Hominio & fidelitate nobis facta coronam regni de manu nostra Petrus Rex Danorum suscepit.* Idem Otto lib.1. de Gestis Frider. cap.2. *Ad pedes Imperatoris, satisfactionem offerens, humiliter Dux venit, hominiumque sibi cum sacramento fidelitatis exhibens, Ducatum ab illo suscepit.* Radevicus lib.1. cap.2. *Tunc ad curiam venientes, Friderico fidelitatem fecerunt atque hominium, & beneficia de manu illius susceperunt.* Apud Petr. Blesensem Ep.102. *homagia & fidelitates.* Apud alios, *homagia fidelitatis*. Trithemius cap.20. *Cum honore magno suscipitur, & homagio fidelitatis suscepto per dies septem commoratus, &c.* Jo. Beka in Ottone IV. Episcopo Traject.36. *Accedentes quoque singulatim Primates ad regale solium præstiterunt eidem debita fidelitatis homagium.* Ptolomæus Lucensis an.1126. *Rogerium Siculum facto sibi homagio, juramento fidelitatis firmato, ipsum de Ducatu Apuliæ & Siciliæ investivit. Fidelitatis astrictus homagio*, apud Albertin. Mussatum. *Homagium & fidelitatem ligantiæ facere*, apud Matth. Paris an.1257.

Sunt quidam hæredes, inquit Bracton. lib.2. cap.35. *qui tenent ad homagium faciendum, & ad sacramentum fidelitatis:* quidam tantùm ad sacramentum fidelitatis secundùm diversitatem tenementorum. Verbi gratiâ de tenemento, quod tenetur ad terminum, non fit homagium; sed tantùm fidelitatis sacramentum. Rursùm de socagio villano nullum omninò competit homagium; sed fidelitatis sacramentum.

Homagium minor facere potest; *nullum tamen juramentum fidelitatis, antequam ad ætatem pervenerit, præstabit.* Idem n.4. & Fleta lib.3. cap.16. §.14. Nam ut est in Regiam Majestatem lib.2. cap.6c. §.2. *tenetur dominus recipere homagium recti hæredis, sive fuerit infra ætatem hæres ipse, sive plenam habuerit ætatem, dummo-*

dummodo masculus sit. Recepto verò homagio idem hæres in ipsius domini custodia remanebit, donec plenam habuerit ætatem. Ibid. cap. 68. In aliquot Consuetudinibus municipalibus ætas faciendi homagium definitur annus vigesimus completus, in Aurelian. art. 24. in Dunensi art. 12. in Consuetudine Castelli Novi art. 54. in Arvernensi cap. 22. art. 28. decimus quartus pro masculis, & duodecimus pro feminis in Peronensi art. 58. decimus quartus in feminis in Aurelianensi d. art. 24. Statutum Baronum Andegavensium & Cenomanensium mense Majo an. 1246. in Tabulario Andegavensi Cameræ Comput. Paris. fol. 32. *Est autem ætas hæredis masculi faciendi homagium domino, & habendi terram suam, quàm citò hæres ingressus fuerit vicesimum primum annum.* De nobilibus verò puellis hæredibus sic ibidem statuitur: *Ordinavit, quòd femina non maritata postquam quintum decimum annum compleverit, habeatur legitimæ ætatis ad faciendum homagium domino, & ad habendam terram suam.* At quoad masculos, ea Statuta spectant potissimùm sacramentum fidelitatis, quod feminæ non præstant, ut infrà docemus: ita quòd si contingeret minorem homagium facere, non ideo à custodia domini seu alterius liberatur. Sic Philippus Augustus mense Aug. an. 1214. & Girardus Episcopus Catalaunensis mense Sept. ejusdem anni Theobaldum Comitem Campaniæ ad homagium admisere, *salvo dotalitio Blanchæ Comitissæ matris, & salvo ballio Comitatus Campaniæ & Briæ, quod debebat tenere, donec filius ejus haberet 21. annos, de quo idem Theobaldus exire non posset ante prædictum ætatis annum, nisi per eam, & de voluntate illius.*

At Consuetudines nostræ aliquot municipales sacramentum fidelitatis non admittunt, nisi in homagiis ligiis. Turonensis art. 115. *Le vassall doit faire hommage simple à son Seigneur, nuë teste, les mains jointes, & le baiser: & celui, qui doit hommage lige, le doit faire mains jointes sur les Evangiles, nue teste, desceint, & le baiser en faisant les sermens requis.* Id ipsum statuitur in Andegavensi art. 138. in Cenoman. art. 150. & in Pictavensi art. 113. Formulam sacramenti fidelitatis describunt Andegavensis art. 138. & Cenomanensis art. 150.

Fidelitatem cum affidatione facere, non verò homagium, tenetur maritus de dote, quam uxor de priore marito habet, ex Regiam Majest. lib. 2. c. 48. §. 10. Ubi *cum affidatione* idem valet, ac *sub fidei vel sacramenti interpositione*, eod. lib. c. 57. §. 10. quo loco dicitur fidelitas præstari dominis à mulieribus & earum hæredibus, sub eadem forma & iisdem verbis, quibus homagium fieri solet. Et cap. 29. §. 3. ejusdem libri: *Feminæ de jure nullum homagium facere possunt, licet plerumque fidelitatem dominis suis facere solent.*

Fidelitatem, non verò *homagium*, Regi faciunt Episcopi consecrati de Baroniis suis eleemosynatis, seu de Regalibus: ratio est, quia non proprio; sed alieno nomine, scilicet Dei & Ecclesiæ, terras possident & tenent. Vel quia de feudo eleemosynato non fit homagium, ut est in Regiam Majest. lib. 2. c. 64. 65. & apud Bractonum lib. 2. tract. 2. cap. 35. §. 4. Ubi additur, electos in Episcopos ante consecrationem homagia sua facere consuevisse. De sacramento fidelitatis, Regibus ab Episcopis præstito, multa habet Juretus ad Epist. 35. & 190. Ivonis Carnot. Formulæ illius extant in Privilegiis Ecclesiæ Hamburgensis p. 199. 200. in Concilio Dusiac. I. part. 1. cap. 5. part. 2. cap. 32. 33. &c. Porrò sacramentum fidelitatis Regi tenentur facere Episcopi *infra 40. dies post susceptionem Regalium*, ut est in Charta S. Ludovici Regis mens. Febr. ann. 1260. pro Episcopo Aurelian. in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 471. Vide V. Cl. Jacob. Petitum ad Pœnitentiale Theodori pag. 476. 477. Describitur formula hujus Sacramenti in Regesto nigro Castelleti Parisiensis, hisce verbis: *C'est la maniere, & comment les Prelats & gens d'Eglise font serment de feauté au Roy nostre Seigneur. Il convient audits Prelats & gens d'Eglise mettre la senestre main sur le pis, & la dextre sur le livre & l'estole au col. Vous jurez sur les saintes Evangiles de Dieu & par vos ordres, que vous serez loiaux & feaux au Roy de France, nostre Seigneur, qui cy est, & à ses Successeurs Roys de France, son honneur, son Estat, son corps, ses membres, & son heritage, vous lui garderez contre toutes personnes, qui peuvent vivre & mourir, & son Conseil vous demandé bon & loial, vous lui donnerez, & si le sien vous dit, vous lui celerez & ainsi vous le jurez. Et puis doit le Prelat baiser le livre.* Hodiè verò paulò aliter concipitur.

Sed & Presbyteri omnes fidelitatem tantùm; non verò hominium faciunt dominis Laicis, etiam de propriis feodis. Concilium Claromontanum, & Epistola Synodi Rotomagensis ann. 1095. apud Ordericum Vital. lib. 9. pag. 722. *Nullus Presbyter efficiatur homo Laici, quia indignum est, ut manus Deo consecratæ mittantur inter manus non consecratas: quia est aut homicida, aut adulter, aut cujuslibet criminalis peccati obnoxius. Sed si feudum à Laico Sacerdos tenuerit, quod ad Ecclesiam non pertineat, talem faciat ei fidelitatem, quòd securus sit.*

Formulam sacramenti fidelitatis sex includere suprà attigimus, ex Charta ann. 1247. videlicet *incolume, tutum, utile, honestum, facile, possibile.* Quod ex Epistola 101. Fulberti Episcopi Carnotensis duxisse probabile est, quæ inserta à Gratiano 22. q. 5. de Forma, in qua hæc ille scribit ad Guillelmum Aquitanorum Ducem: *De forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hac vobis, quæ sequuntur, ex librorum auctoritate notavi: Qui domino fidelitatem jurat, ista sex in memoria semper habere debet: incolume videlicet, honestum, utile, facile, possibile. Incolume videlicet, ne sit domino in damnum de corpore suo. Tutum, ne sit ei in damnum de secreto suo, vel de munitionibus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit ei in damnum de sua justitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. Utile, ne sit ei in damnum de suis possessionibus. Facile, vel possibile, ne id bonum, quod dominus suus leviter facere poterat, faciat ei difficile: neve id, quod possibile erat, reddat ei impossibile. Ut autem Fidelis hæc nocumenta caveat, justum est; sed non ideò sacramentum meretur. Non enim sufficit abstinere à malo, nisi fiat, quod bonum est. Restat ergò, ut in eisdem sex supradictis consilium & auxilium domino suo fideliter præstet, si beneficio dignus videri vult, & salvus esse de fidelitate, quam invenit. Dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem reddere debet; quod si non fecerit, meritò censebitur malefidus, sicut ille, si in eorum prævaricatione vel faciendo vel consentiendo deprehensus fuerit, perfidus & perjurus.* Quorum quidem sex verborum explicatio inserta iisdem habetur verbis in homagio ann. 1296. apud Columbum lib. 3. de Episcop. Vasion. n. 26. Adde aliam an. 1246. apud Sammarthanos in Episcopis Aptensibus. Huc etiam referri possunt Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 5. *Omnis homo fidem det domino suo de vita & membris suis, & terreno honore, & observatione consilii sui per honestum, & utile, fide Dei salva, & terra Principis salva, &c.* Vide Glanvillam lib. 7. cap. 18. Rastallum in V. *Homage*, & Spelmannum in V. *Fidelitas*. In Statutis antiquis Cartusiensib. part. 2. c. 32. §. 2. *Nolumus, quòd domus nostri Ordinis recipiant homagia; sed fidelitates fide & juramento vallatas.*

FIDES, quæ & *Fides Catholica*, de qua est titulus in Cod. Th. & Justin. Lactantio lib. 4. de Vera sapient. c. 30.

c. 30. extremo, Ecclesia Catholica dicitur esse *Domicilium fidei*. Ipsi fideles *Domestici fidei* appellantur à Patribus, uti alibi docuimus. In veteri Inscriptione Emeritæ, Constantinus M. dicitur *pacis & justitiæ cultor, publicæ quietis fundator, Religionis & fidei auctor.*

Fides Christianitatis. Charta Fulconis Comitis Andeg. *Et promittit, & dedit fidem Christianitatis in manum Teberti Præpositi, quòd nunquam foderum clamaret.* Vide *Christianitas.*

Fidem facere, Fidem suam de re quavis, verbi gratiâ de pecunia solvenda, alteri obstringere; in Lege Salica tit. 53. & 54. Edit. Heroldi: *S'obliger envers quelqu'un.* Charta Chlodovei III. Regis, edita à Mabillonio: *Sicut fuit judicatum, ut in exfaido & fredo solidos quindenos pro hac causa fidem facere debirit, &c.* *Sacramento fidem facere*, in Lege Ripuar. tit. 58. §. 21. tit. 66. §. 1. *Manu fidem facere*, apud Gregor. Turon. de Glor. Confess. cap. 68. *Fidem in manum alicujus dare*, apud Dodechinum in Chr. ann. 1158. Precaria Hadoindi Episcopi Cenomanensis: *Et si negligens aut tardus de ipso censo apparuero, fidem exinde faciam, & ipsum monasteriolum tempore vitæ meæ non perdam.* Alia Precaria Meroli Episcopi Cenomanensis eadem fermè habet in Actis Episcopor. Cenoman. p. 208.

Fides ligia. Arnulfus Lexoviensis Epist. 5. ex iis, quæ editæ sunt to. 13. Spicilegii Acheriani: *Præterea, quòd de jure Archidiaconatus hominio mihi & fide ligia tenebatur obnoxius.* Vide *Ligius.*

Fides salva, Servata, illæsa. *Fidem salvare*, illæsam conservare. Capitulare Ludov. Pii an. 828. cap. 4. *Instruendi sunt, qualiter ipsam fidem erga nos salvare debeant.* Infrà: *Omninò, si salvam voluerit suam fidem & promissionem habere, manifestum faciat.* Annales Franc. ann. 789. de Tassilone Duce Bavariæ: *Et Bajoarii cœperunt dicere, quòd Tassilo fidem suam salvam non haberet; sed postea fraudolans appareret.* Quo loco Chronicon Reicherspergense, *quòd fidem promissam violasset.* Anna Comn. lib. 14. Alexiad. p. 428. Δεῖν ἐλογίσαντο τὸν υἱὸν τοῦ Πλεκτράνη εἰς σῶαν πίστιν ὀμνύειν τῷ αὐτοκράτορι. i. oportere censuerunt, ut filius Bertrandi salvam & integram fidem Imperatori juraret.

Fideidonationes, de iis, qui invicem sibi *fidem dant* de futuro matrimonio contrahendo. Synodus Cicestrensis an. 1289. c. 29. *Fideidonationes domesticas, etiam de matrimonio contrahendo fieri prohibemus, &c.*

Fidem mentiri dicebantur, qui contra *fidem factam*, sacramento firmatam, in dominum insurgebant. Synodus Vermeriensis an. 752. c. 9. *Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum seu provinciam fugerit, aut seniorem suum, cui fidem mentiri non poterat, secutus fuerit, &c.* Annales Franc. veteres ann. 778. *Saxones, gens perfida, mentientes fidem, egressi de finibus suis, venerunt ostiliter usque ad Rhenum fluvium, &c.* Vita Ludov. Pii an. 833. *Tandem ergo conventum est — in locum, qui ab eo, quod ibi gestum est, perpetua nominis ignominia notatus est, vocatur Campus mentitus. Quia enim ii, qui fidem Imperatori promittebant, mentiti sunt, locus, in quo id contigit, testis nequitiæ in suo nomine remansit.* Annales Fr. Fuld. an. 858. *Illi vero fidem mentiti, & Karolo conjuncti, &c.* Ordericus Vitalis lib. 12. p. 881. *Perjuriique nefas ultro committentes, mihi fidem suam mentiti sunt.* Vide eundem pag. 495. 534. 657. 881. 922. Galfridum Monemuth. lib. 8. c. 2. Rodericum Tolet. lib. 4. Hist. Hisp. cap. 10. Huntindonens. pag. 390. Fragmentum de Willelmo Conquestore pag. 30. Gesta Consulum Andegav. ubi de Edelthelo, Petrum de Vineis lib. 1. Ep. 21. pag. 162. lib. 3. Ep. 85. &c.

Fidem igitur *mentiri* dicebatur vassallus, qui fidem hominio promissam domino suo haud servabat. Philippus Bellomanerius cap. 61. *Appel de foi mentie est de tele foi, qu'à omage appartient, en tele maniere, que li apeleres mist à son home sus, qui foi le devoit par le reson de l'omage.* Deinde exemplum proponit in vassallo, qui adulterium cum domini uxore, quam custodiendam acceperat, commisit. Eodem etiam cap. *Fois & loiatés est de si france nature, qu'elle doit estre gardée, & especialement à celi, à qui elle promise: car à l'ommage on promet fere à son Seigneur foi & loiauté.* Unde concludit, vassallum non posse feudum suum deserere, cùm à domino ad expeditionem submonetur: nam *ce ne seroit pas loiatés de renoncer el point, que ses Sires s'en doit aidier.* Sic porrò officium vassalli erga dominum ex hominio observant Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. c. 197. ita ut si contra peccet, reus sit *fidei mentitæ. Et pour ce me semble-il, que il est tenus de non mettre, ne faire mettre main sur son cors, ne consentir, ne souffrir à son pooir, que autre li mette, ne ne doit prendre, ne faire prendre, ne tenir aucune chose de son Seignor sans congié outre son gré, se il ne le fait par l'esgart, ou par la conoissance de la Court de son Seignor, de celle Seignorie, ou son fié est, pour quoi il a fait homage. Ne ne doit home, ne feme, conseiller contre son Seignor, se le Seignor ne le donne à son Conseil. Ne ne doit pour home, ne pour femme, parole mostrer en Court, se il n'est à son Conseil, de que il se mete en esgart, ou en conoissance de Court, de chose, qui contre son Seignor soit. Ne ne doit porter armes contre son Seignor, se ce n'est avec un autre sien Seignor, à qui il soit tenus de foi ains que à lui. Ne ne doit faire à son escient, ne porchiasser la honte, ne la damage de son Seignor, ne consentir, que autre li face. Ne ne doit à la feme de son Seignor, ne à sa fille, requerre vilainie de son corps, ne souffrir, ne consentir à son escient, ne à son pooir, que autre li face, ce est assavoir de gesir à li charnellement, coment que ce soit, se ce n'est par mariage, ne à sa sœur, tant come elle est damoiselle en son hostel, ne soffrir, ne consentir à son escient, ne à son pooir, que autre li face. Et doit conseiller loyaument à son Seignor à son escient de ce, que il demandera conseil.* Capite sequenti: *Et home doit tant plus à Seignor par la foi, que il li est tenus, que le Seignor à lui, que home doit entrer en ostage por son Seignor getter de prison, se il l'en requiert, ou fait requerre par certain message: & chacun home, qui à fait homage à autre, est tenus par sa foi, s'il treuve son Seignor en besoin d'armes à pié entre ses ennemis, ou en leué, qu'il soit en perill de mort, ou de prison, de faire son loial pooir de remonter le, & de rejetter le de celui perill: & se il autrement ne le peut faire, il doit donner son cheval, ou sa beste, sur quoi il chevauche, se il la requiert, & aider le à mettre sus, & aider le à son pooir à son cors sauver. Et qui faut à son Seignor des avant dites choses, il ment sa foi vere son Seignor, & se le Seignor l'en peut prover par recort de Court, il pora faire de lui, & de soues choses, come home attaint de foi mentie. Et qui fait aucune desdites choses por son Seignor, le Seignor est tenus par sa foi de delivrer le à son loial pooir celui ou ceaus de ses homes, que il a mis en ostage pour sa delivrance, & ce celui, ou ceaus de ses homes, qui le montent, come est dit cy-dessus, sont pour achaison de ce pris & emprisonnés. Li est tenus à son Seignor d'entrer pour lui en ostage, pour dethe, & en plegerie de tant vaillant, comme le fié, que il tient de lui vaut, & dequoi il est son home vaudroit raisonnablement à vendre par l'assise. Et qui ce defaut à son Seignor, je crois, que il doit perdre le fié à sa vie, que il tient de lui, &c.* Cap. 209. *Se home ment sa foi vers son Seignor, & le Seignor à son home, & il l'occist, ou fait occire, ou pourchasse sa mort, ou la consent, ou la seuffre, se il la seit, & la peut garder, & deffendre, se il ne l'a fait à son pooir, & se il faire ne le peut, que il au mains le garnisse au plutot, que il pora pour garder sen, ou se il le prent, ou fait pren-*

prendre; ou pourchasse, ou consent, ou seuffre, que il soit pris par ses ennemis, se il peut deffendre, ou garder, se il ne le fait à son pooir, & se il faire ne le peut, que il l'en guarnit par soi, ou par autre le plustost, que il pora. Ou se il le tient, ou fait tenir en prison, ou seuffre, que autre le tiegne: si il l'en peut getter, & il ne le gette à son pooir, ou à bone foi. Ou se il le fiert par ire, ou fait ferir, ou consent, ou seuffre, que il soit ferus, ou laidis, & le peut deffendre, & il ne le fait à son pooir. Ou se il li court sus, ou fait courre pour mettre main en son cors, ou en des choses de la Seignorie & celle, dont il est son home, ou pour lui desheriter, tout ne le fait-il, ou se il le fait faire, ou ce il li met sus, qu'il a esté ou veaut estre mesprenant vers lui de sa foi, ou que il fist trahison vers lui, ou pourchassé, ou souffri, ou consenti, ou fit, ou ne le garda, ou au mains ne l'en garnit, ou aucune autre maniere de trayson, ou de foi mentie li met sus, & il ne l'attaint, si come est devisé en l'autre chapitre, que le Seignor peut son home attaindre de sa foi, ou l'om son Seignor. Ou il gist charnellement à sa fille, ou la requiert de folie, ou li porchasse pour autre à faire. Ou se il quiert, ou fait pourchasser l'une des choses avant dites à la fille de son Seignor, ou à la seur, tant, come elle est damoiselle en son hostel, ou seuffre, ou consent, que autre le face, se il peut destourner, & il ne le fait, ou au moins n'en face son pooir. Et de laquel des choses dessus dites, que l'un mesprent vers l'autre, il ment sa foi.

Ex quibus patet, *fidem mentiri* etiam dominum, si, quam, vassallo hominium facienti, pollicitus est, non servaverit: quia fidem uterque secundùm diversa domini ac vassalli officia pollicetur, vassallus domino, dominus vassallo. Unde in vetere Poëmate vernaculo, *le Roman de Garin*, cùm Garinus Pipinum convenisset, ut Harderico Suessionensem Comitatum, quem ab eodem Pipino tenebat, auferret, Pipinus reponit:

> *Ne m'enseignez pas à ma foi mentir,*
> *Ja su les jors, Hardres de moi la tint.*

Quod verò spectat ad pœnam fidei mentitæ, quam incurrit vassallus, sic ea exprimitur in iisdem Assisiis eodem capite: *Se le Seignor attaint son home de foi mentie, il est encheu en sa merci de cors & de fié, & de quanques il a. Et se il veaut avoir droit, & il le requiert à sa Court, que elle li conoist, quel droit il en doit avoir, je cuit, que la Cour esgardera, que il peut faire de son cors justice, selon ce, que les mesfait sera de trayson, ou de foy mentie, & qu'il peut son fié & toutes les autres choses prendre, & faire en, come de chose de traitour & de foi mentie.*

Sed & quam *fidei mentitæ* vicissim incurrit dominus, ita ibidem pœna recensetur: *Se l'home attaint son Seignor en Court, qu'il ait mespris vers lui de sa foi, & il l'en requiert à avoir droit par esgart, ou par conoissance de Court, je cuit, que la Cour esgardera ou conoistra, que l'home est quite vers lui de sa foi, & à son fié sans service toute sa vie.*

Subdunt eædem Assisiæ, si dominus vassallum, ac vicissim vassallus dominum, de fide mentita conveniant, quam probare non possunt, non probantem pœnam fidei mentitæ incurrere, ac judicium de fide mentita à Paribus Curiæ fieri debere. Eædem Assisiæ cap. 211. *Qui ment sa foi l'un à l'autre, celui, à qui l'on la ment, sera quite de sa foi, qu'il doit à celui, qui li a sa foi mentie: & celui, qui la ment, n'est mie quite portant, ains est aussi bien tenus come devant.*

In Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 53. vassallus de fide mentita interpellatus à domino litem ei movere non potest, donec se purgaverit: *Si dominus de felonia, vel fide mentita compellat hominem suum, non respondeat quibuslibet implacitationibus ejus, donec quietus sit.* Vide, quæ de formula: *Sine me facere, & Sine fidem mentiri*, adnotavit vir clarissimus & summæ eruditionis Dionysius Salvagnius Boissius lib. de Usu feudor. cap. 18.

Fidementitus, Perjurus, qui *fidefragus* in Speculo Saxonico lib. 1. art. 40. *Fidei suæ fraudator*, in Capitulari Francoford. an. 794. c. 1. *Le Roman de Garin:*

> *Et dist la Dame, Vos i avés menti,*
> *Come traitres, parjures, foi mentis.*

In Assisiis Hierosol. cap. 62. in iis, qui *garandiam ferre* non possunt, ponuntur *les fois mentis*.

Fidementirosus, in Foris Alçaconensib. æræ 1267. *testimonia* mentiriosa, & fidementiroso pectet 60. solid.

Mentiri, nudè, pro *fidem mentiri*. Charta Abbonis pro fundatione Monasterii Novalicensis ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ f. 60. *Et illa portione, quem de Maurengo Clerico pro sua infidelitate, quod nobis mentivit, & per verbo dominico conquisivimus, dum & ipse nobis mentitus fuit.* Hincmarus Opusc. 60. p. 832. *Ab Imperatore defecit, & illi mentitus, ad Lotharium confugit.* Abbo lib. 2. de Bell. Paris.

> *Nuncius interea Regalem concutit aurem,*
> *Gallia quòd mentita sibi sit.*

Historia Translat. S. Sebastiani n. 91. *Ad locum sic fortè venitur, qui ex eventu ruptæ fidei, & sacramentorum, Mentitus-campus extunc appellatur.* Eadem auctor Vitæ Lud. Pii loco suprà allato. Vide tom. 3. Hist. Franc. p. 891. Annales Franc. Loisellii tom. 2. Hist. Fr. pag. 761. &c.

Fides fracta, Fides mentita, *Fidefragium*. Gloss. Gr. Lat. Ἀγνωμονῶ, *Tergiversor, fidem solvo, fidem rumpo*. Vetus Notitia judicati apud Perardum in Burgundicis pag. 35. *Et si Autardo jam dicto Maurino non repræsentaret, faciat partibus Fredelono pro fide fracta, sicut Lex est.* Vide Speculum Saxon. lib. 1. art. 40. *Fidem frangere*, habent etiam JC. in l. 10. D. de In jus vocando, & in l. 2. Cod de Hæred. vel act.

Fidefragus, in Speculo Saxonico lib. 1. art. 40.

Fidefragium, Perjurium, in Legibus Hungaricis, fides fracta, mentita. Charta Sigismundi Imp. ann. 1415. apud Pontanum lib. 9. Rerum Danicar. *Multasque alias felonias contra hujusmodi fidelitatis debitum, nec non fidefragia & traditiones ipsi domino feudi commiserint.*

Fides læsa, idem quod *Fidefragium*. Rogerus Hovedenus in Ricardo I. pag. 692. *Appellavit Conradum Marchionem de fide læsa, & de perjurio, & de proditione facta adversus Regem.* Et pag. 758. *Dominus noster Rex Franciæ calumniatur te de fide læsa & perjurio, quia jurasti & fidem dedisti, quòd venires hodie ad colloquium.* Matth. Paris. an. 1247. *Lites de fidei læsione & perjurio prohibentur à Rege, quando super his conveniuntur laici coram judice Ecclesiastico.* Epistola S. Thomæ Arch. Cantuar. apud Baron. an. 1167. *Quòd non liceat Episcopo coercere aliquem de perjurio, vel fide læsa.*

Fides violata, in Lege Frider. I. Imp. an. 1187. apud Conradum Uspergensem. Concilium Francoford. an. 794. c. 3. de Tassilone Duce Bavariæ: *In quibus fraudator fidei suæ extiterat.*

FIDIATOR, Fidejussor, Sponsor, Hispanis *Fiador*. Vetus Charta apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 24. *Et ipsi posuerunt fidiatores Arramon, Arnault, —— & Bernardus de Nay posuit Sicard d'Assat — utrique in præsentia Gastonis, ut firma sit illa terra emptoribus, &c.* Alia apud eundem lib. 5. c. 21. *Et si fortè denuò querelam renovarent, aut in aliquo violentiam inferrent, per manum unius fidiatoris centum solid. Morlanæ monetæ solverent, & damnum eis restituerent.* Vide eundem lib. 4. c. 20.

Fidiatura, Ipsa actio fidejubendi, fidejussio, Hispanis *Fiadora*. Charta Sancii Regis Aragon. apud eundem Marcam lib. 4. Hist. Beneharn. c. 20. n. 1. *Et si tantum*

tantum non quæsierit Dominus Galindo stare in mea terra, quod ponunt ipsum illi fidiatores in manus meas, antequam aliqua mala faciat, & sedeant soluti de fidiatura.

FIDICULA, Βασάνυ ὄργανον, in Gloss. Gr. Lat. Alibi: ὄνυχες, οἱ ἐς τὰς βασάνυς, *Fidiculæ* Gloss. Lat. MS. Reg. *Fidiculæ, genus tormentorum, sicut laminæ.* Ita Isidorus & Papias *ungulas* cum *fidiculis* confundunt. Præterea observat Contius in lib. ad Leges Majestatis, Græcam metaphrasim in l. Nullus, Cod. ad Leg. Jul. Majest. *fidicularum tormenta* vertisse *unguium pœnam.* Iso Magister in Glossis: *Fidiculæ, funes ad flagellandum. Quamvis fidicula à fidibus dicatur: in hoc tamen loco* (Prudentii) *significat ungulas, vel genus tormenti, quo rei in eculeo suspensi torquentur, ut fides & veritas inveniatur.* Ibidem. *Fidicula genus tormenti, vel ferri subtilissimi, quo incidebantur Martyres.* Certè *Fidiculæ* veteribus videntur fuisse chordulæ seu funes, quibus rei distendebantur. Suetonius in Tiberio c.62. *Ut veretris deligatis fidicularum simul urinæque tormento distenderet.* Valerius Maximus lib. 3. *Fidiculas laxavit, solvit eculeum.* Vide l. 1. & 2. Cod. Th. de Quæstion.

Fidiculina, ὄργανον βασανιστήριον, in Gloss. Gr. Lat.

FIDUCIA, JC. est, cùm res aliqua, mutuandæ pecuniæ gratiâ, mancipatur, vel in jure ceditur. Gloss. Lat. Gr. *Fiduciatus*, ὑποτιθέμενος. *Fiduciat*, ὑποτίθεται. *Fiducia*, πεποίθησις, ὑποθήκη, ἐνέχυρον. Gloss. Gr. Lat. ὑποθήκη, *Hypotheca, obligatio, fiducia.* Ὑποθηκιμαῖος, *Fiduciarius.* Sic *fiduciam*, pro *hypotheca*, usurpant Sidonius lib. 4. Ep. 35. & alii passim, quos laudat Salmasius de Modo usurar. p. 590. & seq. & 686. & lib. de Usuris p. 69. *Rem in fiducia ponere*, in Edicto Rotharis Regis tit. 62. §. 4. pignori dare. Will. *Guiart* in Hist. Franc. MS. an. 1202.

Vint Robert li Quens d'Alençon
Sa terre rendre au Roy de France,
Son homme devint par fiance.

Idem in Ludovico VIII.

Aprés la prise des fiances,
S'en vint li Rois de France en arriere.

Fiducia, Fidejussor, qui fiduciam præstat, in Charta an. 1204. in nupera Concilior. Rotomagensis Ecclesiæ Editione pag. 177. Tabular. Absiense: *Insuper etiam dederunt tres fiducias, —— ut defendant idem pratum fratribus Absiæ, si ipsi defecerint.*

Fiducia, Fides, fidelitas, sacramentum fidelitatis. Petrus Tudebodus lib. 2. Hist. Hierosf. pag. 781. *Cui dixit Imperator, ut ejus homo fieret, & fiduciam ei faceret, quemadmodum Boëmundus, & alii Principes fecerant.* Vetus Charta apud Gariellum in Episcop. Magalonensib. pag. 134. *Guillelmus Sibyllæ filius Montispessulani dominus in Ecclesia S. Petri apud Magalonam, & super altare S. Nicolai, more solito, Joanni Magalonensi Episcopo —— fiducias fecit, fidemque clientelæ sacramento obstrinxit.*

Fiduciare, Pignori aliquid dare. Vetus Inscriptio Monumenti Romæ: *Ea conditione, ne fiducient, ne vendant, neve aliquo genere id sepulcrum, sive monumentum, & alienare ulli potestas sit.* Paulus lib. 3. Sentent. tit. 7. *Rem legatam, si testator posteà pignori, vel fiduciæ dederit.*

Infiduciare, Papiæ: *Impignorare, pro pignori dare.* Occurrit hac notione in Lege Longob. lib. 2. tit. 29. §. 2. Charta Sicardi Principis Beneventani in Chronico S. Sophiæ: *Res illas, — quas Allo liber homo infiduciatas, aut in pignus tenuit à servis nostri Palatii:* Capitula data Presbyteris c. 9. edita à V. Cl. Steph. Baluzio in Appendice ad Capitul. *Nullam habeat potestatem quolibet modo alienandum, neque infiduciandum, neque venundandum, &c.* Charta an. 1053. apud Puricellum in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ p. 429. *Alicui dare, vel commutare, seu libellare, vel venundare, aut in beneficium dare, sive per pignus infiduciare, &c.*

Fiduciare, Per fidem suam promittere, fidem suam veluti *Fiduciam*, aut pignus obligare. Ugutio: *Fiduciare, fiduciam præstare, quod vulgariter solet dici Affidare.* Contin. Aimoini lib. 5. c. 56. *Deinde ipse apud Castrum Moretum Regi obviam veniens, ei fiduciavit, quod Communiæ deinceps non consentiret.* Littleton. sect. 514. *Les 12. Chevaliers fieront lour serment, &c.* *Le Roman de Garin MS.*

Et il li a fiancé & plevi.

Alibi:

Ainçois li fait fiancer & plevir
Que son Segnor emportera deci.

Chron Flandr. cap. 69. *Et fut la paix confermée entre les deux Roix de France & d'Angleterre, & fiancée des deux parties.* Et cap. 71. *Et pour ce s'entrefiancerent, que jamais ne departiroient l'un de l'autre.*

FIERADUCA, Vestis species. Statuta Massiliensia MSS. an. 1276. *Garnachia, sive Fieraduca, sine rugis.*

FIERBOTE, Lignum necessarium ad ardendum, quod Lege communi quis potest percipere in terris aut prædiis sibi legatis aut concessis, dummodo necessarium non excedat, tunc enim vastum committeret. Rastallus. Vide *Lignagium.*

FIERI, pro *esse*, usurpari ab Interprete S. Irenæi notat Billius lib. 1. Observat. cap. 33.

FIERTO. Vide *Ferto.*

FIETA, Mensura liquidorum. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 10. *Fieta una vini similiter datur eis.*

FIFBURGENSES. Vide Somnerum in Gloss. Saxon. V. *Fif-burhingas.*

FIFFULS, Mensuræ frumentariæ apud Anglos species. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 149. *Et in eisdem festivitatibus singulos fiffuls de frumento ad wastellos de granario.* Infrà: *Habere debent Monachi singulos fiffuls de granario ad wastellos.*

FIGERALIS. Charta an. 1250. Garciæ Examinii locum tenentis in Cuissa pro D. Infante Petro Portugall. *Versus Raphalem & versus figeralem tuum, sicut includitur.*

FIGURALITAS, Figuratio, tropologia. Fulgentius Placiades de Virgiliana Continentia: *Ergo sub figuralitate historia plenum hominis monstravimus statum.*

FIGURALITER, pro *Figuratè*, ἐσχηματισμένως, in Gloss. Gr. Lat. *Figuranter*, dixit Diomedes Grammat. lib. 1.

FYHTWITA, Amerciamentum pro conflictu: *Melleta*, Ranulfo Cicestrensi lib. 1. Hist. c. 50. Bromptón: *Fyhtwite, emenda, proveniens ex contentione.* Aliis, mulcta ob commissam pugnam in perturbationem pacis, quæ in exercitu Regis 10. solidorum erat. MS. Codex: *Fightwitha, id est, forisfactura pugnæ.* Vox Saxonica, conflata ex ƿyhꞇ, pugna, & ƿiꞇe, mulcta. Leges Edmundi c. 3. *Et nolo, ut aliqua fihtewita vel mambota condonetur.* Leges Canuti cap. 32. apud Bromptonum: *In Denelaga habet Rex fyhtwitam, i. forisfactum pugnæ, & fyrthwite, i. forisfactum expeditionis.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 80. *Si homicida divadietur ibi, vel cravetur, fitwytam recipiat.* Alii Codd. habent *fitwwtam*, & *fihtwitam.* Vide *Fletwita.*

FILA. Vide *Biga.*

FILACIUM, Filum crassius, quo in Curiis judiciariis brevia & rescripta, trajecta invicem constringuntur, ne pereant, Gallis *Filace.* Will. Thorn. *Istud breve est in Filaciis Marescalli.* Talium Filaciorum custodes Anglis *Filazer* dicuntur, quos ad quatuordecim in *Banco communi* esse testatur Spelmannus. Vide Cowellum. Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Chables, cordeaux, estoupes, lins, fillace.

FILANDERIA, Quæ lanam vel linum in fila deducit. *Filanderia, lanæ vellini*, in Consuetud. Tolosæ part. 2.

FILARE, Fila rhombo circunvolvere. B. Ordericus de Forojulio in sua Peregrinat. n.4. *Ibi viri nent & filant.*

FILATERIUM, pro *Phylacterium.* Ugutio: *Filaterium, membranula vel brevicellus, in quo lex scripta est, & conservatur, quam deferebant ante frontem vel pectus, ut sic viderentur religiosi, &c.* In Glossa super cap.25. Genes. *Inaures dicuntur filateria idolorum.* S. Gregor. l.12. Ep.7. *Adulowaldo Regi transmittere filateria curavimus, id est, crucem cum ligno S. Crucis.* Ricardus Prior Hagustald. de Episc. Hagustal l. c. 9. *Fecit igitur illam (redditionem) cum quodam pulcro filaterio, scilicet cruce argentea, in qua Sanctoru n.— reliquiæ continebantur.* Atque hinc emendandum veterem Interpretem Juvenalis Sat.3. alibi monuimus: *Nam & niceteria filateria sunt, quæ ob victoriam fiebant, & de collo pendentia gestabantur.* Perperam enim bis ibi editum *fyllateria.* Rectiùs apud Ugutionem: *Niceteria dicuntur filateria, quæ gesta* * *etheleche faucta* (facta) *de summitatibus armorum, quæ à victis acceperant, & ea collo suo suspensa gerebant, quoties victores extiterant, quasi signa victoriæ, & ideò filateria talia, in quibus designabantur victoriæ, Niceteria dicta sunt.*

Philaterium, apud Radulfum Giabrum l.3. cap.2. extremo.

Phillaterium, apud Nangium in Chronico an. 1015. Ita Galli *Filatiere* dixerunt. *Le Roman de Garin:*

Ne filatires, ne Crucifs dorez.

Vide Dissert.26. ad Joinvillam pag.310. Aliud porrò hac voce innuitur in Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis ann. 1352. *Pour une chambre pour la Royne d'Espagne, où il ot coute pointe, &c. Et pour faire le sourtail de 15. Fillatieres, qui sont armoiées aux armes d'Espaingne & de Bourbon, &c. Et pour ouvrer la chambre du neu de 7. poins, avec les Fillatieres, pour façon, anneaux, cordes & rubans, &c.* Alibi: *Pour la chambre de M. as. le Dauphin, où il a grant coustepointe, & un chevreciel, qui fait demy cielouvré de mesmes la coustepointe, & ou milieu a une Fillatiere, où son tymbre est armoié de ses armes, & 3. courtines, &c.*

FILATICIUM. Processus de Translatione S. Antonini: *Demum dictum sanctum corpus calligis ex filaticio, ut dicunt, albo, & sandalibus ex ermesino rubro, — more Archiepiscoporum calceatum extitit.*

FILATISTA, *Qui vel quæ pro mercede filat.* Jo. de Janua.

FILATUM, Rete, Cassis, *Filet à prendre perdrix.* Vide in *Sordus.*

FILCTALE. Bracton lib.3. tract. de Corona c. 1. *De Ballivis, qui faciunt cervisias suas, quas quandoque vocant Sothale, quandoque Filctale, ut pecunias extorqueant ab eis, qui sequuntur hundreda sua & baillivas suas.* Ubi Codex MS. Spelmanni habet *Scotale*, & *Fidale*, quæ voces compotationis genus denotant, quod Vicecomitum Ballivi à suis Hundredariis, seu à suæ jurisdictionis incolis exigebant, conflata ut plurimùm ex iis pecunia; quod Henrici III. ætate sublatum docet idem Bracton. Confectæ autem ejusmodi voces ex ale, cerevisia; tametsi harum notionem non omninò planam fatetur Spelmannus, quem consule, si lubet, super etymis Saxonicis, quæ non planè arrident.

FILFORI. Vide *Silfori.*

FILIÆ, dicuntur Monasteria, quæ ab aliis majoribus, peculiari quadam familiaritate dependent. Charta Willelmi Episcopi Lingonensis ann.1215. ex Tab. ejusdem Ecclesiæ, de forma vivendi fratrum Vallis Scholarium: *Et si fortè in Ecclesia Vallis Scholarium fuerit aliquid emendandum, vel corrigendum in Capitulo, vel Priorem eligendo, vel deponendo, tres filiæ primævæ liberam habeant potestatem in matrem, visitando, corrigendo, Priorem etiam, si causa evidens extiterit, deponendo, & alium substituendo.* Gesta Innocentii III. PP. p.137. *Scripsitque Abbati & Conventui Fontiniacensis Cœnobii, ut ipsam Ecclesiam S. Martini reciperent in filiam specialem, & ad ipsum dirigerent Abbatem & Conventum de Monachis & Conversis, quod ipsi libenti animo perfecerunt.*

FILIALITAS. Epistola Calojoannis Imperatoris Bulgarorum, ad Innocentium III. PP in Actis ejusdem Pontificis: *Hoc autem petit Imperium nostrum ab Apostolica Sede, ut nos simus in Ecclesia Romana, sicut matris filialitate firmati.* Fortè *filiolitate.*

FILIARE, *capere, tomar*, Hispanis. Charta Lusitanica apud Brandaonum lib. 14. Monarch. Lusitan. c.5. *Dixit e ipsa hereditate, fuit ipsa filiata, in tempore de Mayor Garcia Sogra de Roderico Velasci, & de illa venaiderunt, &c.* Alia cap.16. *Sciatis, quòd ego do vobis alviam pro vestra aldea, pro lealdade & fidelitate, quam fecistis: & mando vobis ipsam torrem, & ipsum portum, & non leixetis ibi morare aliquem hominem de illis, qui ibi erunt, quando infans Dominus Alfonsus eam filiavit.*

FILIASTER, Privignus. Glossæ Isidori: *Filiaster, privignus, qui antè natus est.* Gloss. Gr. Lat. Θυγατρίδης, *neptis, filiaster.* Gloss. Ælfrici *Filiaster*, Ʃteopſohꞇeꞃ. Gloss. Lat Gall. *Filiaster, Filiastres.* Vetus Inscriptio 645. 4. *Cetonius Magnus Filiastre Benemerenti.* Alia 681. 8. *Epitynchano filiastro M. Antonius Hermeros B. M. F.* Occurrit & in alia, quæ extat Lugduni apud J. Spon. p.46. Præterea item apud Adelbertum Abb. Heidenheimens. p.365. in Capitularib. Caroli M. lib.5. c.5. in veteri Charta apud Perardum in Burgund. pag.108. in Vita S. Mengoldi Mart. cap.2. nu.8. apud Fulbertum Ep.33. Leon. Ost. lib.1. c.10. in Concilio Moguntino I. cap.57. in Chronico S. Sophiæ Beneventan. pag.614. &c. *Le Roman d'Aubery MS.*

Dit Hermensens, bien devroie desuer,
Quant mes fillastres m'a fait si atorner.

Filiastra, Privigna. Capitulare Arechis Princip. Benevent. c.8. *Noverca, id est, matrima, aut previgna, id est, Filiastra.* Occurrit in Concil. Vermerienli ann. 752. c.2. 11. Compendiensi an.757. c.4. 12. 43. Moguntin. ann.813. c.56. an.847. c.29. Wormatiensi c.63. in Capitul. lib.5. c.7. 18. 19. in Lege Longobard. lib.2. tit.8. §.1. &c. *Le Roman d'Aubery MS.*

Aidiez-moi tuit ma fillastre à vengier.

FILIATIO, Obedientia & subjectio, quam Monachi Abbati suo debent. Hugo Flaviniac. in Chron. p.252. de se verba faciens: *In Conciliabulo illo fratres & filii nostri sanctæ obedientiæ libellum repudii conscripserunt, Domno Episcopo filiationem per legatos ejus offerentes, ei villam servari promittentes, & in omnibus mihi abrenuntiantes.* Adde pag.253.

Filiatio, Titulus honorarius, quo Episcopos compellant Summi Pontifices. Vide Ughellum in Italia sacra p.1. to.108. Occurrit passim. Vide *Filiolitas.*

FILIATUS. Papias: *Curvatum.* Jo. de Janua: *Filiatus, i. curvatus, à filum dicitur, quia citò curvatur.* Gloss. Lat. Gall. *Filiatus, Convers.*

FILICON, Ex Græco φιλικὸν pensitatio, quæ ex benevolentia, amicè, & ultrò præbetur, in Lege 32. Cod. Th. de Navicularíis, quomodo *donum, mutuum, &c.* nostri posteà usurparunt. Ita exactiones suas, etiam veteres, specioso nomine palliarunt.

FILIOLATUS. Vide *Filiolus.*

FILIOLITAS, Titulus honorarius, quo ut plurimùm Summi Pontifices utuntur, cùm ad Principes fideles scribunt, à quibus *Patrum* appellatione donantur. Rescriptum Episcoporum Synodi Duziacensis ad Ep.27. Hadriani PP. *Tradidit nobis Epistolam à vestra* Pater-

Paternitate Filiolitati nostræ directam. Joan. VIII. PP. Ep. 3. ex iis, quas Sirmondus edidit: *Nos etenim, quamvis illum, quem interim filiolitatis amore complectimur, oppido reprehensibilem non negemus.* Idem Ep. 8. ex editis: *Quod Filiolitatis vestræ petit industria.* Joannes X. PP. Epist. ad Carolum III. Regem: *Unde hortantes vestram Filiolitatem monemus, &c.* Adde Epist. 315. Vide *Filiolatio.*

FILIOLUS, Υἱάφιον, ὑποκοριστικῶς, in Gloss. Gr. Lat. Propriè nostris: *Parvulus filius, quem de sacro fonte levamus.* Jo. de Janua. Capitulare Aithonis Episcopi Basil. cap. 21. *Filiolus, aut filiola spiritualis de fonte, aut de confirmatione. Filius adoptivus:* Steph. Eddius in S. Wilfrido cap. 56. *Et sancti Pontifici nostro filius adoptivus factus est.* S. Bonifacius Moguntin. Ep. 17. *Qui in matrimonium acceperit illam viduam, cujus antè filium in baptismo adoptivum suscipiebat. Filius de baptismo,* in Concilio Autisiod. c. 25. *Filius in baptismo,* apud Gennadium de Script. Eccl. in Severiano Gabalensi. Liber Dodanæ Manualis c. 60. *Qui te ex meis suscipiens brachiis, per lavacrum regenerationis filium adoptavit in Christo. Filiolus de baptismo,* apud Anastasium Biblioth. in S. Petro Apost. *Filiolus de Fonte,* apud Ademarum Cabanensem in Chr. ann. 826. *Filius in baptismate,* in Vita & Passione S. Eusebii Episcopi Vercellensis, & apud Harigerum in Vita S. Landoaldi lib. 1. c. 2. *Imperatoris ex sacro fonte baptismatis filius,* apud Theganum cap. 56. in Vita S. Eusebii Episc. Vercellensis, &c. Ethelwerdus lib. 3. cap. 3. *Et filium à charismate nominavit, ut modò sub manu Episc. solemus accipientes parvulos, Filios nominare.* Vide Capitular. Caroli M. lib. 6. c. 172. Capitula S. Bonifacii Mogunt. c. 26. Leges Henrici I. c. 79. Stephanum Tornac. Ep. 237. &c.

Filiolatus, Filiolagium, Donum, quod *filiolo* à susceptore seu patrino in adoptionis spiritualis tesseram confertur. Chronicon Ademari Cabanensis ann. 826. *Eroldus cum uxore sua & magna Danorum multitudine veniens ad Imperatorem Moguntiaco, & apud S. Albanum, cum his, quos secum adduxit, baptizatus est, fuitque filiolus Imperatoris de fontibus, & multis muneribus ab eo donatus, per Frisiam, qua venerat, reversus est: in qua provincia dedit ei Imperator in filiolatu unum Comitatum, qui Drusti vocatur.* Tabularium Abbatiæ S. Amantii Inculism. *Guillelmus Pontoners dicebat terram, quæ est subtus Ecclesiam, patrem suum habere in filiolatum à patre prædicti Arnaldi Bochardi, & ideò habuit 10. sol.* Gesta Consulum Andegav. cap. 9. n. 10. *Obtinuit, ut eum Militem constitueret, & causa filiationis modicum terræ ei largiretur, quo posset eò gratiosiùs & accuratiùs servire.* Et n. 11. *Qui solus remanens homagio & ligatione Consuli facta, terram patris vel fratris defunctorum suscepit regendam, cum illa, quam ei Comes amore filiolatus dederat.* Unde pro *filiatio* legendum suprà *filiolatio* videtur. Eadem notione

Filiolagium. Lambertus Ardensis in lemmate capitis: *Quomodo Arnoldus Balduini filius curam egit amitæ suæ Elstrudis, & filii ejus, & Sifridi, Ardolphi, & quomodo ei totam Bredenardam in filiolagium contulit.* Mox in ipso textu: *Hanc igitur terram memorandus Flandriæ Comes Arnoldus, ut jam diximus, pater Balduini Barbati, ad honoris sui & nepotis augmentum, & ad Ghisnensis terræ fines dilatandos, in feodi quoque crementum, cognato suo Germano & Filiolo liberè possidendam, & in perpetuum hæreditario jure tenendam contulit Ardolpho. Le Roman d'Amile & d'Amy MS.*

> *Filliens, dist-il, je vous ay moult aymé,*
> *Mais d'une chose ait fait grant laschete,*
> *De fillolage ne vous ay point donné,*
> *Or le vous voil bel & gent presenter.*

Legi Diploma Philippi VI. Regis Franc. ann. 1343. mens. Maji, quo Philippo Alençonio filiolo suo, & ex fratre Carolo nepoti, 6000. libratas terræ concedit, in cujus dorso hæc verba habentur: *Charte contenant comme la terre de Donffront fut baillée en assiete pour 3730. ll. 9. sol. 4. den. obol. en rabatant de 6000. ll. de terres, que le Roy Philippes avoit données en filleurage à Mons. Philippes d'Alençon.* Extat in eandem sententiam Charta alia hocce verborum contextu in Tabulario Regio Reg. 78. *Philippes par la grace de Dieu Roy de France. Sçavoir faisons à tous presens & avenir, que comme Perros Plain-champs, fils bastart Olivier Plain-Champs, nous à fait exposer, que en filiolage li furent données pour Dieu plusieurs berbis, lesquelles ledit Olivier son pere prist par devers soy, & les fist long-temps garder, tant qu'elles vindrent à grant nombre, &c. 24. May 1350. à Laigny sur Marne.*

Filiaticum, idem quod *Filiolatus.* Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 49. *Et habeo duos mansos, quos dedit Episcopus Isarnus Radulfo avo meo pro filiatico.*

Constat autem ex Scriptoribus, à susceptoribus collata fermè semper filiolis post baptismum munera, in signum adoptionis, vi cujus bonorum suorum partem aliquam iis deberi existimabant. Asserus de Ælfredi rebus gestis ann. 878. de Codrum Rege Paganorum: *Quem Ælfred Rex in filium adoptionis sibi suscipiens, de fonte sacro baptismatis elevavit: cujus chrismatis soluto 8. die in villa Regia, quæ dicitur Wedmor, fuit: qui, postquam baptizatus fuit, 12. noctibus cum Rege mansit. Cui Rex cum suis omnibus multa & optima ædificia largiter dedit.* Beda lib. 4. Hist. cap. 13. *Erat autem Rex gentis ipsius Ædilwach, non multò antè baptizatus in provincia Merciorum, præsente ac suggerente Rege Wlfhere, à quo etiam egressus de fonte, loco filii susceptus est, in cujus signum adoptionis duas illi provincias donavit, &c.* Henricus Huntindon. lib. 2. Hist. pag. 318. *Ejus autem industria conversus est Rex Adelwold Rex Sudsex primus ad fidem, cui de lavacro suscepto dedit in signum adoptionis insulam With.* Rogerus Hovedenus ann. 994. de eodem Ethelwaldo Rege: *Quem Rex honorificè suscepit, & confirmari ab Episcopo fecit, sibique in filium adoptavit, & regio munere donavit.* Adde Dudonem lib. 2. & 3. de Actis Norman. pag. 84. 100. & Gobelinum Personam in Cosmodromio pag. 193. Denique huc spectant, quæ habet Scylitzes de Michaële Imp. Theophili filio p. 544. *Τῶν συμπαιζόντων αὐτῷ καὶ συνηνιοχέντων καὶ συναμιλλωμένων ἐκ τοῦ θείου υἱοθετουμένου τὰ τέκνα βαπτίσματος, τὸν βασιλικὸν κατεκένου πλοῦτον, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, καὶ τοὐλάχιστον πεντήκοντα τῷ καθεκάστῳ παρεχόμενος λίτρας.*

FILIUS, vox usurpata etiam in brutis: nam & Isidorus *filios* de ovibus dixit: de hirundinibus, vetus Interpres Juvenalis Sat. 10. v. 230. *παιδία* de ranis, Hesychius in Γύρινον, ut & Synesius de aliis animantibus.

Filiis, pro *filiabus,* usurpant l. 2. Cod. Th. de Secund. nupt. & l. 2. de Lenonib.

Filios, Cæsarum dignitate à se donatos compellabant Imperatores, ut ii vicissim Augustos, *Patres* appellabant. Vide Lactantium de Mortib. Persecutor. n. 20. 32.

Filius dalgo. Vide *Hidalgus.*

Filius Georgii. Gesta Francor. expugnant. Hierusalem sub finem:

> *Rodbertus Flandrensis, probus Miles, inclitus,*
> *A Turcis appellatur Georgii Filius.*

Gualterus Terwan. in Vita S. Caroli Comitis Flandr. de eodem Roberto cap. 3. *Ob invincibilem*

animi constantiam, ab ipsis quoque Arabibus ac Turcis Filius Georgii scribitur appellatus.

Porrò Arabes Robertum Flandrensem appellarunt *Filium Georgii*, non quòd à S. Georgio genus traxisse existimarent; sed quòd ipsum esse S. Georgium Militem inclytum, & apud Græcos eo nomine celeberrimum, existimarent. Nam Arabes, ut & Syri, *filium hominis*, pro homine, *filium iniquitatis*, pro iniquo dicebant, ut observat Abrahamus Ecchellensis in Hist. Arab. cap. 1. pag. 150. Vide, quæ de S. Georgio observat Seldenus in Titulis honorariis. Nos etiam quædam ad Joinvillam.

Filii Hernaudi, per contumeliam appellati à *Pullanis*, milites Christiani, qui ad terræ sanctæ tuitionem, relictâ ultro patriâ, & *pro Christo exulantes*, properabant, *tanquam fatui & idiotæ*, uti narrant Jacobus de Vitriaco lib. 1. Hist. Hierosl. c. 72. & Sanutus lib. 3. part. 8. c. 2. & 5. Statuta Ordinis Hierosl. tit. 19. de Verbor. signific. §. 33. *Per Filios Arnaldos, intelliguntur hi, qui novissimè post alios Ordinem nostrum sunt professi, quasi tirones. Quod quidem vocabulum, quod & ipsum Gallicum est, in Terra sancta frequens & commune fuit. Nam qui illic ex patribus Christianis nati erant, Polani dicebantur, qui verò in partibus citramarinis nati eò veniebant, ab eis Filii Arnaldi vocabantur.* Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium p. 46. *Erat autem ibi ad illam obsidionem* (Cremæ) *quædam magna societas solummodo pauperum & egenorum insimul congregata, qui derisione Filii Arnaldi appellabantur, &c.* De *Pullanis* agimus in hac voce.

Filii S. Petri dicuntur potissimùm Imperatores ac Principes, qui Sedi Apostolicæ venerationem quandam peculiarem impendunt, qualem filii patribus: quod pluribus observavit Nicolaus Alemannus in Dissertat. de Lateranensib. parietinis cap. 11. Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. cap. 18.

Filius esse Petri si vult Rex, atque fidelis.

Filia Petri, dicta Mathildis Comitissa, Bonifacii Ducis relicta vidua, Gregorio VII. PP. lib. 1. Ep. 11. l. 2. Ep. 9. & Domnizoni lib. 2. non semel. Idem cap. 3.

—Pacem putat esse futuram
Filiolæ Petri, Christi famulæque fideli.

Rangerius Episcopus Lucensis de eadem:

Filiola Petri violæ post lilia dentur.

Post Chartam ejusdem Mathildis, quæ describitur à Dominico in Assertore Gallico cap. 9. habentur in originali hæc verba: *P. Episcopus servus servorum Dei Verdunensis Ecclesiæ dilectis fratribus sal. & Apostolicam benedictionem. Quod Comitissa Mathildis dilecta filia B. Petri Virdunensi Ecclesiæ sponte dedit, nos in illud hoc nostro scripto assensum præbuimus, ac proprio sigillo designari jussimus.* Ex Schedis Peiresclanis.

Filius Ecclesiæ. S. Ambrosius Epist. 33. ad Valentinianum Imp. *Quid enim honorificentius, quàm ut Imperator Ecclesiæ filius esse dicatur? quod enim dicitur, sine peccato dicitur.* Joannes Papa: *Si Imperator Catholicus est, (quod salva pace ipsius dicimus) filius est, non Præsul Ecclesiæ.* Ceremoniale Cencii Camerarii, de Inauguratione Cæsaris: *Tunc surgens Dominus Papa ter quærit ab eo, si vult esse filius Ecclesiæ: quo ter respondente, Volo; Dominus Papa dicit: Et ego te recipio ut filium Ecclesiæ: & mittit eum sub manto, & ille osculatur pectus Domini Papæ.* Ubi observanda formula adoptionis, & *mittit eum sub manto*, de quo more copiosè egimus in Dissertat. 22. ad Joinvillam. Gregorius VII. PP. lib. 3. Ep. 11. *Noverit fraternitas tua, quoniam Rogerius Comes frater Roberti Ducis Apostolicæ Sedis benedictionem & absolutionem requirit, ejusque filius vocari & esse desiderat.* Willelm. Britto lib. 8. Philipp. de Philippo Aug.

Hæc Rex ut juri contraria, juris amator,
Filius Ecclesiæ, ob matris revocavit amorem.

Vide Bertoldum an. 1095.

Filii Ecclesiæ, Clerici & Sacerdotes uni Ecclesiæ addicti, apud Anastasium in Bonifacio III. & in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 41.

Filius Pœnitentialis, dicitur Sacerdotis, à quo *pœnitentiam* quis accepit, seu cui confessus est peccata sua, qui *Pater spiritualis*, seu πνευματικὸς vulgò appellatur. Concilium Sarisberiense an. 1217. c. 9. *Et cum peccans Sacerdos peccare faciat populum Dei, maximè à filia sua spirituali & pœnitentiali se abstineat, & ab omnibus, quibus dispensaverit Ecclesiastica sacramenta: sciens, quod in detestationem tanti peccati secundùm Canones & SS. Patrum statuta, 15. anni debentur, & postea detrusio in Monasterio.* Constitutiones Synodales Episcopi anonymi an. 1237. tom. 2. Concil. Angl. *Maximè autem à filia sua pœnitentiali se contineat, &c.*

Filius spiritualis, eadem notione. Concilium Dalmaticum an. 1199. c. 4. *Districtiùs inhibemus, ne aliquis Sacerdos filii sui vel filiæ spiritalis privatam confessionem alicui revelare præsumat.* Aliàs

Filius spiritualis ejus dicitur, à quo in baptismo exceptus est. Inscriptio Christiana apud Seldenum ad Marmora Arundel. ΙΩΑΝΝΗϹ. ΡΟΥΦΙΝΟϹ. ϹΜΥΡΝΑΙΟϹ. ϹΥΜΒΟΛ ΑΙΟΓΡ. ΔΩΡΗϹΑΜΗΤΟ. ΚΗΠΙΟΝ. ΤΟΥΤΟ. ΘΕΟΔΩΤΩ. ΤΩ. ΕΜΩ. ΓΝΕ. ΕΚΓΟΝΩ. † ΚΑΙ. ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΩ. ΥΩ. †

Filius spiritualis, Adoptatus. Vetus Scheda apud V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 88. *Avunculo, qui eum in spiritalis filii vicem susceperat.* Vide *Adoptio*, & Oct. Ferrarium in *Figliol d'anima.*

Filius Tonitrui, dictus S. Joannes Evangelista. Rupertus lib. 3. de Divin. Offic. cap. 22. de S. Joan. Evang. *Hic tonitrus firmamenti, opera manuum ejus annuntians, qui verba cælorum eloquentium in fines terræ fecit audiri, scilicet quòd Verbum Deus, Deus absconditus, in sole posuit tabernaculum suum, &c.* Theophanes Cerameus Homil. 48. ὁ μεγαλόφωνος υἱὸς τῆς βροντῆς. Vide Notas nostras ad Alexiadem.

FILLONES, Nebulones, cujusmodi sunt, quos nostri inde fortean *Filous* vocant: verberones. Kero Monach. *Verbera, fillo. Verberum, filloum, fillonokertu.* Theodulfus Epigr. 3. in Analectis viri eruditissimi D. Joannis Mabillonii to. 1. de Bilingue:

Ecce nugax labiis filo quidam certa susurrans
Nunc joca, nunc fletus, nunc quoque turpe canit.

Infrà:

Haud secus instabiles percurrit elluo montes
Infestus juvenum, quos agit aula levis.

Ratherius Veron. Episcop. in Qualit. Conjectur. p. 200. *Dicit pro eo, quòd est animosus atque pauperrimus, nolit Ministrum vel Capellanum habere, quem fillonem non audet appellare.* Eckeardus junior de Casib. S. Galli c. 5. *Ecce Ungri, fillones illi fugitivi, nunciis me fatigant.* Vide V. Cl. Ægid. Menagium in Orig. Gallic. v. *Fillou.*

FILOPARES, ait Salmasius, res dicuntur, quæ sunt *filo pari*, id est, magnitudine & figura, lineamentisque formæ planè pares: *filum* enim idem omnino quod lineamentum, Græcis χαρακτὴρ, περιγραφὴ εἶδος. Lucretius lib. 2.

Debent nimirum non omnibus omnia prorsum
Esse pari filo, similique affecta figura.

Ita etiam *filum* usurpant Plautus & Agellius. Anastasius in Gregorio III. PP. pag. 72. *Quas* (columnas) *statuit circa Presbyterium ante Confessionem, tres à dextris, & tres à sinistris, juxta alias antiquas sex filopares.* Ubi alii Codd. habent *philopareas.* Idem in Gre-

in Gregor. IV. *Albas majores numero 29. Alabandinas majores numero 20. albas modicas habens circum capitis coronam diversè filopares.* In Leone III. p.122. *Item velum alythino rotatu habens periclysin rotas cum cancellis,& in medio crucem cum gemmis,& 4. rotas de Tyrio filopares.* In Leone IV. *Gabatas de argento purissimo numero 6. tres quidem filopares signo Christi, &c.*

FILOSA. Itinerarium Greg. XI. PP. p. 318. *Viâ incœptâ obviant Pontifici histriones, cum filosis via tractatur,&c.*

FILTORTUS. In Lege Salica titulus 44. sic concipitur in Edit. Heroldi, *de filtortis,qui Lege Salica vivunt.* In Edit. Tilliana,*de filtortis,hoc est,qualiter homo furatas res intertiare debet.* Ubi Wendelinus *Filtortos* dici ait,pro *Flitortos*,linguâ Flandricâ *Ulietaert*, id est,*Fugitivos.* Est ergo,illo auctore, *Filtortus* hoc loco,qui vel fugit, vel de fuga est suspectus, vel cui absenti ac tanquam fugitivo furtum videtur imputandum.

FILTRUM. Vide *Peltrum.*

FILUM *aquæ*, Cursus aquæ rectus: Gallis *le Fil de l'eau. Filum aquæ,seu medium aquæ*, in Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap.16. §.1. Charta Joannæ Comitissæ Flandr. an. 1230. pro Marquetano Monasterio apud Buzelinum lib.2. Gallo-Flandr.c.30. *Usque ad filum aquæ,per quod navigium ducitur.* Occurrit etiam apud Bractonum lib.4. tr. 1. c. 28. §.4. & in Consuetud. *de Menetou sur Cher*, art. 21. & Burbonensi art. 341. *Secundâ aquâ navigare*, in Annalibus Eginhardi an. 826.

Filum salinæ. Bulla Alexandri IV. PP. an. 1255. apud Ughellum to.1. p.68. *Unam pedicam terræ & dimidiam de Anserano, unum filum salinæ in pedica Sanctæ Aureæ, & tres filos salinæ in pedica ultra Tiberim.* Adde p.125. 136. 137. 140. Charta Benedicti PP. apud eundem Ughellum, to. 1. p.136. 143. *Et filum salinæ in integrum situm in 7. filas. Item ei Baccanensi & in Genucula fila novem,omnia fila salinarum, quæ ad vestrum Episcopium pertinere noscuntur.* Ibidem: *Per fossatum ipsius vallis pergit à pede fili salinarum,concludente totum campum usque in pedicam, quæ vocatur Viscoli, & Piscina Galiarda concludente ipsam pedicam, quæ sunt fila 30. & pergente juxta fila,quæ stant, &c.*

Filum de pallio projicere, in argumentum remissionis injuriæ. Eigil in Vita S. Sturmii Abbatis Fuldensis cap. 18. de Pipino Rege: *Tollensque manu sua de pallio suo filum,projecit in terram, & dixit: Ecce in testimonium perfectæ remissionis filum de pallio meo projicio in terram,ut cunctis pateat, quod pristina deinceps annulletur inimicitia.* Vide *Vestire, Vestitura.*

FIMARIUM. Fimetum, locus,ubi reponitur fimus,quo agri stercorantur,in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap.15. *Si aliquis injustè & contra legem alterius canem interfecerit, vigilabit & custodiet ejus fimarium post annum & diem.* Gallis *Fumier.* Charta an. 1254. in M. Pastorali Ecclesiæ Paris. lib.9. Ch 45. *Necnon fimarium,paleam,& stramina existentia in porprisio prædicto,&c.* Will. *Guiart* in Hist. Francor. MS. an. 1304.

S'en vont vers Vendinc à grans routes,
Par biaus chemins,& par femiers,

FIMBRIÆ,Pallæ,quibus Sanctorum sepulcra tegebantur. Gregorius Turon. lib.7.c.22. *Illud inter jurgia exprobrans,quòd eum velim à sancti Antistitis fimbriis separare.*

FIMBRINA, nudè,in Gloss. Arabico-Lat. & mox: *Fimbri,Bombyx.* Sed videtur legendum,*fibrina,*& *fibri.* Vide *Bever.*

FIMELLA, vel *Femella*, Ferrum januæ affixum, per quod circellum ei insertum ducitur, ut ad ejus strepitum janitor fores aperiat, Occitanis *Femelle.* Gloss. S.Benedicti c. de ferramentis p.170. *Femella*, ἀμφίδευς. Regula Magistri c.95. *Quæ regia Monasterii aforis circellum habeat ferreum in fimella,quo ab adveniente concusso,cujuslibet supervenientis intus indicetur adventus.*

FIMITIUM. Monasticum Anglic. to. 1. p.256. *Percipit Prior 4. acras frumenti,& 4. avenæ, in culturis,post fimitium,ex liberatione servientis.* Ubi Editor ad marg. Lege, *fœnificium:* Verùm non secatur fœnum in *culturis*; sed *bladum*, aut avena in iis seritur. Proinde malim *fimitium* tempus esse, quo agri fimantur.

FIMORARE, Fimare, *Fumer.* Fleta lib.2. c.76. §.3. *Terra sabulonosa fimo puro non fimoretur.*

FINAGIUM, Confinium, finis ac limes agri, ex Gall. *Finage*, in Consuetud. Meledunensi art.302. Senonensi art.145. Trecensi art.169. & aliis. Utitur Joann. Eremita lib.2. de Vita S. Bernardi cap.12.

FINALIS. Vetus Charta an. 936. apud Catellum lib.1. Hist. Comitum Tolosæ p.89. *Cum silvis & forestis,& cum omnibus finalibus & mercariis, & firnum jugiis,&c.* Fortè *fivalibus*, id est, viris feodalibus, vassallis: nam & *fivum* pro *fevum*, occurrit.

FINANCIA, Præstatio pecuniaria. Vetus Charta in Historia Episcoporum Lodovensium p.106. *Absque omni exactione toltæ,quæstæ,talliæ,guacciæ, & financiæ.* Occurrit præterea in Charta anni 1305. in Hist. Vastinensi p.313. & alibi sæpè. Vide *Finis.*

FINCARE. Eximinus Petri Salanova Justitia Aragonum, apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. p. 332. *Et si contrà tria prædicta fecerint,fincant pro talibus,quales esse debent secundùm consuetudinem Hispaniæ.* Videtur legendum *fineant*, vel *finiant*, hoc est, solvant. Vide *Finis.* Nisi idem sit quod

FINCHARE, in Charta Adelphonsi Regis Aragonum pro Cæsaraugustanis, apud Mich. de Molino pag. 265. & Blancam p. 640. *Dono vobis fueros bonos, quales vos mihi demandastis,quomodo habent illos bonos infançones de Aragone, quòd bene populetis & finchetis ibi.*

FINCTUS. Synodus Romana II. sub Silvestro cap. 13. *Testimonium Clerici adversus laïcum non admitti; finctus est enim.* In utraque Editione. Fortè *sanctus.*

FINGA, vel *Fingia, quoddam genus simiarum villosum comis & armis prominentibus, docile ad feritatis oblivionem.* Ugutio à *Fingere* deducit. Galli *Singe* vocant.

FINGIA, *Dicitur quoddam genus panis,qui farinulam modicam accipit & frumentum modicum , & habet humectionis plus quàm omnis panis, unde & Fingia nomen accepit propter humorem & candorem.* Ugutio.

FINIABILIS, *Terminabilis,extremus*, in Notis Isonis Magistri p. 837.

FINICULUM. Charta Aldrici Episcopi Cenoman. in ejus Vita n.31. *Et de vino optimo modios 4. & insuper potionem de finiculo modium unum.* Legendum fortè *viniculo*, ut opponatur *vino optimo.*

FINIS, est judicialis illa transactio,qua quis ad majorem facti auctoritatem coram Justitiariis Regis terras vel tenementum ad alium transfert, & eorum subscriptionibus firmat. Bracton. lib.5. tract.5. c.28. *Finis ideo dicitur finalis concordia, quia imponit finem litibus,& est exceptio peremptoria.* Glanvilla lib.8. c. 1. *Finis est amicabilis compositio,& finalis concordia ex consensu & licentia Domini Regis, vel ejus Justitiariorum.* Vide eundem cap.3. Bromptonum p.1103. Cowellum lib.1. tit.21. §.5. lib.2. tit.13. Skenæum de Verbor. significat. & Spelmannum in *Freda*, & *Finis. Querela de fine facto in Curia non observato*, pertinet ad Vicecomitum jurisdictionem, in Regiam Majest.

Majest. lib. 1. c. 3. §. 3. Huc spectat proverbium, quod habetur in Consuetudine Perticensi art. 61. *Quand argent faut, finaison nulle.* i. Cùm deficit pecunia, nullus *finis*, seu nulla & irrita compositio.

Finem facere, Componere de lite, de crimine. Liber censu & debitorum Bigorræ, fol. 14. *Descriptio concordiæ Sancii de Labarta, quam habuit cum domino suo Centullo Comite de Bigorra, quando se in captionem Comitis misit, & guerram suam diffinivit, & Comiti dedit fidem suam, &c.* Fol. 15. *Postea Raymondus Garsias fecit finem cum Comite tali pacto, &c.* Vide Chron. Besuense pag. 688. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 53. Matth. Paris pag. 501. 586. Regiam Majestatem lib. 1. c. 3. 27. lib. 4. c. 18. Fletam lib. 2. c. 7. §. 3. Thom. Walsingham. pag. 180. Catellum in Hist. Comit. Tolosæ pag. 229. Marcam in Hist. Beneharn. l. 4. c. 5. n. 2. &c.

Finire, eadem notione apud Roger. Hoveden. p. 783. *Inquirendum est etiam, quæ viduæ non finierunt pro se maritandis, & finis capiatur ad opus Domini Regis.* Brompton. pag. 1105. *Quando Rex Scotiæ cum Domino Rege finivit.*

Capere finem vel mercedem, in Fleta l. 2. c. 41. §. 25. 44. Inquisitiones de forisfacturis forestar. in Additam. ad Matth. Paris art. 21. *Item inquirendum est — qui Justiciarii finem ceperint de forestariis, ut ponerentur in ballivis suis forestarii, ut permitterent ipsos esse in balliva forestæ sub ipsis, ad damnum Domini Regis, &c.* Ii, qui pactum inierunt cum forestariis, aut ab iis pecuniam acceperunt.

Finem levare & prosequi dicitur in jus de re aliqua vocatus, cùm causæ suæ agnito defectu, à judicibus concordandi licentiam impetrat, pactumque, quod cum actore super controversia init, coram eisdem judicibus recognoscit. Ita *finem levare* apud Anglos, idem ferè est, quod apud nos: *Passer sentence de condemnation.* Statutum de finibus levatis editum an. 27. Edvv. I. cap. 1. *Quia fines in Curia nostra levati finem litibus debent imponere, & ideo Fines vocantur, maximè cùm post duellum & magnam assisam in suo casu ultionum locum finalem teneant in perpetuum, &c.* Monasticum Anglic. to. 2. pag. 25. *Concesserunt cuidam Richardo Comiti Gloucestriæ per finem inde levatum — unum messuagium, &c. — similiter Niegellus* de Mandeuil *hoc idem fecit per finem inde levatum coram eisdem Justitiariis, & eodem anno, & concessit tres carrucatas terræ, &c.* Et pag. 325. *Sciendum est, quod cùm Joannes de Breus pervenit ad ætatem, quidam finis levatus fuit in Curia Regis inter ipsum & Reginaldum avunculum suum, per quem omnes terræ hic nominatæ remansere D. Reginaldo & hæredibus, &c.* Denique p. 557. *Finis levatus* dicitur esse *finalis concordia*. Laudatur ab Edvv. Cocko ad Littleton. sect. 183. Statutum de modo levandi fines. Vide Christophorum de Sancto Germano in Dial. de Fundamentis Legum Anglic. cap. 23. p. 69.

Finis, etiam dicitur pecunia Regi persoluta, pro licentia transferendi prædia: Anglis *the kynges sylver*, i. *argentum Regis*. Spelm.

Finis, Pacta summa pecuniæ, quæ ineundorum prædiorum causa vel domino persolvitur à nativè tenente, vel elocanti à conductore, olim *Gersima* dicta. Spelm.

Finis præterea est mulcta gravior, gravioribus delictis, vel à Rege & Magistratu imposita, vel à domino manerii: Saxonibus, *Wita major.* Nam quæ levioribus impingebatur, *Wita* simpliciter, & *Amerciamentum* dicitur: quæ gravissimis, *Redemptio.* Covvell. lib. 4. tit. 16. §. 37. & Spelman.

Finem habere. Leo Ost. lib. 3. c. 48. (al. 50.) *Quod illi cognoscentes, & malum timentes, acceperunt consilium intra se, ut si quo modo possent, fœdus cum Henrico Imperatore componerent, dicentes: Nullum ulteriùs ab eo finem habebimus; sed junctus Romanis, — omnes nos de partibus illis expellet.* Phrasis Gallica: *Nous n'aurons pas de fin avec lui*, id est, nulla deinceps nobis cum illo erit conventio, nisi, &c.

Finire, Componere. Edictum Rotharis Regis Longobard. tit. 43. §. 33. *Omnes verò plagæ aut feritæ — quæ evenerint per hunc tenorem, sicut suprà decretum est, finiantur*, id est, componantur. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 70. *Qui pacem facit cum aliquo de vulnere vel malo, quod inflixerit, distinctè cum testibus & gratuita parentum ejus unanimitate finiat, ut ei scilicet sic non requiratur ab ingenitis, &c.*

Item dimittere, quasi per compositionem. Vetus Charta apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis p. 8. *Notum — quòd Udalricus dominus de Balgiaco reddidit, & reliquit, & finivit pro salute animæ suæ — omnes consuetudines & prenditiones, &c.* Notitia an. 1103. apud eundem in Bibl. Sebusiana Cent. 2. c. 19. *Existimans, se posse quasdam ibi malas consuetudines exercere, quas Berardus ille in vita sua finierat.* Infrà: *Contestans, ne aliquis de progenie sua, quod finierat ipse, præsumeret appetere, &c.*

Diffinire, eadem notione. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonæ an. 1108. *Et solvo & diffinio Domino Deo & sanctæ Mariæ de Grassa totum hoc, quod habeo, &c.* Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in V. *Diffinimentum*, & Observantias Regni Aragon. lib. 8. tit. de Homicidio §. 12.

Finis. Vita S. Sabini Episc. Canusini n. 19. *Dum Missarum solenniis à Diacono finis ex more datur*, i. dum dicitur: *Ite, Missa est.*

Finis, pro domo, in l. 20. Cod. Th. de Episcop.

Finis, idem quod *terminus*, de qua voce infrà, pagus, regio certis finibus limitata ac circumscripta. Chronicon Besuense p. 523. *Vendiderunt etiam & alias suas res, sitas in fine Vendonrensi, & in fine Pontensi, & in fine Lulensi, &c.* Pag. 516. *Quæ sunt sitæ in ipso pago, & in fine Lucensi, seu in ipsa villa Luco.* Pag. 531. *Similiter dedit in ipsa fine jornalem unum, & in alia fine, quæ dicitur Campaniæ, dedit jornales duos.* Vide Formul. 37. ex Baluzianis initio, præterea Nicolaum Bergerium de Itinerib. Romanis pag. 492. & Salmasium ad Hist. August.

FINITIO, Mors, qua vita finitur. Vetus Inscriptio 810. *Sanè Nevia Prisca si permanserit usque in diem finitionis suæ, recipietur ibi juxta maritum suum.*

FINTWITA. Vide *Fihtwita*.

FINUS, Excellenter bonus, ex Gall. *Fin.* Ital. *Fino*, pro *finitus*, quomodo etiam *Fini* usurpamus, pro re, cui nihil addi potest, seu, ut vult Casaubonus ad Persii Sat. 5. tanquam finem ultimum assecuta. Joannes à S. Geminiano in Vita S. Finæ Virg. *Quod excellentem vel optimum gradum bonitatis obtinet, finum vel finissimum vulgariter appellatur.*

FIOLA, pro *Phiala*, Ampulla, nostris *Fiole*. Vetus Interpres Juvenal. Sat. 10. *In aurata fiola, cùm vinum coloratum acceperis, time venena.* Utitur Matth. Paris pag. 146. Vide *Vitula*.

FIOZA. Libertates MSS. Salvæterræ in Ruthenis anni 1284. *De qualibet fioza carnis porci, quæ inventa fuerit in foro propinquiori ante Nativitatem Domini, semel in anno unum denarium* (dabit.)

FIRÆ. Vide *Feriæ*.

FIRDEFARE, Profectio in bellum, *hostis, exercitus, cavalcata.* Vox Saxonica, ex Fiꞅꝺ vel Fyꞅꝺ, exercitus, expeditio, & Faꞅe, profectio: proinde idem quod *heribannum*, in Legibus Canuti Regis cap. 91. apud Brompt. & in Legibus Henrici I. Regis Angliæ c. 10. inter delicta, quorum cognitio ad solum Regem

Regem spectant, recensetur illius, *qui burghbotam, vel brigbotam, vel firdesare supersederit.* Id est, in expeditionem profectus non fuerit.

FYRDERINGA, inter crimina, quorum cognitio ad solum Regem spectat, recensetur in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10. Fẏꞃdeꞃunᵹ Saxonicè sonat expeditionis apparatum.

FIRDSOCNE, Immunitas à militia, ex Fiꞃd Saxonico, exercitus, & Socne libertas, immunitas.

FIRDSTOLL. Vide *Fridstoll.*

FIRDWITA. Militiæ detrectatæ mulcta, à Saxon. Fẏꞃd, expeditio, & Ƿiꞇe, mulcta. Vide Leges Canuti part. 2. c. 12. 14. 62. 75.

FIREBOTE, vel *Fierbote*, idem Anglo-Saxonibus valet, quod nostris *estoverium*, vel *aisiamentum*, jus scilicet quod quis habet in alterius silva, ligna succidendi ad foci, ædium, sepium, & agriculturæ suæ sustentationem. Vide *Housebote.*

FIRLOTA, Mensuræ genus apud Scotos, *galones* 2. & *pintam* continens, pondere autem 41. libr. ut habet Spelmannus. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 9. §. 2. *Liber homo dabit ad molturam molendini decimum sextum vas, — & magis, de 20. bollis unam firlotam.* §. 3. *Et de celdra magis, unam firlotam.*

FIRMA, Juramentum, sacramentum, nostris *Affirmation.* Propriè verò

Firma, est Sacramentum quod *petens* seu actor facit in jure de bona conscientia, suæque causæ bonitate, unde *Firma juris* appellatur à Practicis Hispanis: Jurisconsultis, *juramentum calumniæ.* Consuetudines Catalaniæ inter dominos & vassallos MSS. cap. 49. *Natura feudi est, quòd ille, pro quo tenetur, possit eum sibi retinere pro fatiga, & in hoc casu debet facere firmam ille alius pro quo tenetur immediatè, & accipere tertium.* Libertates concessæ urbi Barcinonensi à Petro Rege Aragon. an. 1283. MSS. *Nemo potest reptare aliquem de batallia in Curia Barcinonensi, nec Curia consuevit recipere firmam, nisi tantùm de treugis fractis, vel bausia, vel traditione.* Alia Charta ejusdem Petri pro Barcinonensibus: *Statuimus, quòd querelator quicunque fuerit, firma juris utrique facta, si juraverit se non habere advocatum, &c.* Vide Foros Aragon. p. 137. 140. &c. & Michaëlem *del Molino* in hoc verbo. Hinc

Firmare directum, Juramentum calumniæ præstare, affirmare se in ea causa *directum* seu jus habere. Eædem Consuetudines Catalaniæ c. 48. *Et vassallus veniet coram domino, & dicet: Domine, paratus sum firmare directum: licèt sibi contradixerit aliis vicibus, vel velit esse paratus stare cognitione judicis sui super defectu servitii debiti, seu super firma, quam contradixerit ei, non tenetur dominus ejus recipere firmam suam, &c.* Usatici Barcinonenses MSS. c. 18. *Omnes homines debent firmare directum Senioribus suis, ubicumque Seniores illorum eis mandaverint in suo.* Cap. 23. *Magnates seu Milites, si contenderint, firmare directum Senioribus suis, sicut eis facere debuerunt, & propter hoc seniores apprehenderint potestatem de suo castro, vel emparaverint eis suum fevum, non debent illis reddere nec castrum, nec fevum, donec eis factum directum habeant, & redirectas omnes missiones, quas Senior fecerit per apprehensionem castri, & per ejus custodiam, & emparamentum fevi. Si aliter illis dederint potestatem, non firment eis directum, donec habeant castrum recuperatum, nisi senior habuerit guerram, ad quam castrum opus habeat, aut stationem in ipso castro.* Cap. 36. *Potestatem de suo castro & firmamentum de directo nullo modo contradicat homo Seniori suo, sicut debet dare ei potestatem, & facere directum, quod quamdiu contradixerit, baudator sum erit.*

Ferme de dret, in Chronico Petri IV. Regis Arag. l. 3. c. 13. Consuetudo Aquensis tit. 16. art. 4. & 5. *Ferme, est venir par le defendeur toucher à la main du Bayle, en affirmant qu'il a bon droit. Contreferme est par le demandeur en mesme maniere aussi qu'il a bon droit, &c.* S. Martinus Dumiensis Episc. lib. de 4. Virtutibus cap. 4. *Nihil tibi intersit, an firmes, an jures? Firmare*, pro *affirmare*, usurpat l. 1. Cod. Th. de His, qui per metum judic. *Fermer* olim nostri, pro *pacisci* dixerunt. *Le Roman de Vacce MS.*

La fille au Duc Huon ont à Richart fermée.

Infrà:

N'i ont mie longues fremailles,
S'emprés furent les espousailles.

FIRMA, Scriptoribus Anglicis, Convivium, cœna, & omnis denique mensæ apparatus, exponitur: voce à Saxonico Feoꞃm, vel Feoꞃme, victus, cœna, cibarium, prandium; unde Feoꞃmian, cibum præbere, convivio excipere. Henricus Huntindonensis libr. 6. pagina. 367. *Tosti igitur furibundè discedens à Rege & à fratre suo, porrexit ad Hereford, ubi frater suus corrodium regale maximum paraverat: ubi ministros fratris sui detruncans, singulis vasis vini, medonis, cervisiæ, pigmenti, morati, siceris, crus humanum, vel caput, vel brachium imposuit: mandavitque Regi, quòd ad firmam suam properans cibos salsatos sufficienter inveniret, alios secum deferre curaret.* Eadem verba habent Matthæus Westmonaster. Ranulfus Cestrensis, & Henricus Knyghton. Brompton verò aliis rem explicat: *Mandavitque Regi, quòd ad festum suum properans, cibos salsatos sufficienter inveniret, &c.* Trevisa, qui Ranulfum Anglicè vertit, *tho his feste* etiam habet. Clariùs Ordericus Vitalis lib. 4. p. 514. *Verùm postquam tuta sunt opinati, conviviis provincialium, quæ vulgò Firmam appellant, illecti, ad terram egrediuntur, ambo Comites ex improviso eos invadunt, epulas cruore confundunt, &c.* Atque ita capiendam hanc vocem in Domesdei, ubi crebrò occurrit, censet Spelmannus: *Comes Meriton Borne T. R. E.* (id est, tempore Regis Edwardi) *Reddebat firmam unius noctis.* Alibi: *Tempore Adeldredi patris Regis Edwardi reddebant hæc tria maneria dimidiam firmam noctis.* Rursum: *Reddit firmam trium noctium, hoc est, 100. libr.* Ibidem: *Tunc reddidit hoc manerium 10. noctes de firma, modò 100. libras ad pondus, & 100. solid. de gersuma.* Alio loco: *Reddebat unum diem de firma, & valebat 95. libr. 6. den. & post valuit 50. libr. modò 3.* Alibi. *Hæc tria maneria — reddunt firmam unius diei. — de hoc manerio ablatæ sunt terræ, quæ redd. Canonicis T. R. E. firmam 4. septimanarum.* Ubi *firma noctis*, pro cœna, ut *firma diei*, pro prandio: *firma* denique 7. *septimanarum*, pro *pastu* tantidem temporis videtur usurpari: ita tamen ut ejusmodi *pastus*, quemadmodum nostris dicuntur, in redditus pecuniarios interdum conversos fuisse, ex laudatis locis liquidò appareat. Quæ quidem priscum morem, qui in Anglia diutiùs perstitit, arguunt annuos prædiorum redditus non ad certam duntaxat annonariam; sed ad rerum, quæ ad victum conducunt, præstationem redigendi. Sic tamen ut non pro libito imponerentur ii à dominis prædiorum; sed specierum, quas quilibet agri modus deberet, numerus vel qualitas Legibus præscriberentur. Quippe Ina Rex in suis Legibus cap. 70. statuit, ut ex 10. hidis terræ, seu aratris vel carrucatis, exhiberentur *mellis dolia 10. panes 300. cervisiæ Wallicæ, i. potentioris ambræ 30. cervisiæ tenuioris ambræ 30. boves adulti 2. aut verveces 10. anseres 10. gallinæ 20. casei 10. butyri ambra 1. salmones 5. fodri seu pabuli libræ 20. anguillæ 100.* Quòd si hæc ad unam hydam seu carrucatam reducantur, erunt pro qualibet, mellis dolium 1. panes 30. vervex 1. gallinæ 2. anguillæ 10. &c.

Hæc porrò in Anglia obtinuere etiam post Normannorum ingressum, atque adeo usque ad Henricum II. quod potissimùm discere est ex libro Scacarii Anglici, cujus auctor creditur Gervasius Tilleberiensis, Marescallus Arelatensis, cujus etiam liber extat de Otiis Imperial. MSS. Locum à Spelmanno, verbo *Firma*, & à Seldeno in Notis ad Eadmerum, descriptum, cùm rem haud adeo tritam doceat, hoc loco perinde describimus: *Sicut traditum habemus à patribus, in primitivo Regni statu post conquisitionem, Regibus de fundis suis non auri vel argenti pondera; sed sola victualia solvebantur, ex quibus in usus cotidianos domus Regiæ necessaria ministrabantur: & noverant, qui ad hoc deputati fuerant, quantum de singulis fundis proveniebat. Cæterum ad stipendia & donativa militum, & alia necessaria de placitis militum vel conventionibus, & ex civitatibus vel castellis (à quibus agricultura non exercebatur) pecunia numerata succrescebat. Toto igitur Regis Willelmi tempore, perseveravit hæc institutio, usque ad tempora Regis Henrici filii ejus: adeo ut viderim ego ipse quosdam, qui victualia statutis temporibus de fundis Regiis ad Curiam deferri viderint. Certumque habebant Officiales domus Regiæ, à quibus Comitatibus triticum, à quibus diversas species carnium, vel equorum pabula, vel quæque necessaria debebantur. His verò solutis secundum constitutum modum cujusque rei, Regii Officiales computabant Vicecomiti, redigentes in summam denariorum:*

Pro mensura, scil. tritici ad panem centum hominum solid. unum.
Pro corpore bovis pascualis solid. unum.
Pro ariete vel ove iiii. den.
Pro prabenda 20. equorum similiter iiii den.

Succedente verò tempore cùm idem Rex in transmarinis & remotis partibus, sedandis tumultibus bellicis operam daret: contigit ut fieret sibi summa necessaria ad hæc explenda numerata pecunia. Confluebat interea ad Regis Curiam querula multitudo colonorum, vel (quod gravius sibi videbatur) prætereunti frequenter occursabat, oblatis vomeribus in signum deficientis agriculturæ. Innumeris enim molestiis premebantur occasione victualium, quæ per plurimas Regni partes à sedibus propriis deferebant. Horum igitur querelis inclinatus Rex definito magnorum concilio destinavit per Regnum, quos ad id prudentiores & discretiores cognoverat, qui circumeuntes & oculata fide fundos singulos perlustrantes habita æstimatione victualium, quæ de aliis solvebantur, redegerunt in summam denariorum. De summa verò summarum, quæ ex omnibus fundis surgebat in uno Comitatu constituerunt Vicecomitem illius Comitatus ad Scaccarium teneri, addentes, ut ad scalam solveret, hoc est, propter quamlibet numeratam libram 6. den. Rati sunt enim tractu temporis, de facile posse fieri, ut moneta tunc fortis, à suo statu decideret. Nec eos fefellit opinio: unde coacti sunt constituere, ut firma maneriorum non solùm ad scalam, sed ad pensum solveretur.

Firmatio, Ciborum suppediatio, ad mensam admissio. Leges Inæ Regis Westsax. c. 34. apud Bromptonum. *Si cirliscus homo forisbanniti firmationis accusetur, per suam ipsius weram neget.* Editio Saxonica c. 29. habet Feoꞃminȝe: ubi Lambardus ita vertit: *Paganus si accusetur fugitivo subministrasse cibum, &c.* Apud Somnerum Feoꞃminȝ & Feoꞃnuonȝ, est cibariorum exhibitio.

Firma, in Vitis Abbatum S. Albani sumitur pro quadam pecuniæ portione, quæ fortè vice cibariorum exsolvitur, uti suprà observatum. Pag. 36. *Habemus igitur de maneriis nostris 53. firmas: firmam vocamus 46. solidos. Tot ergo habemus firmas, quot sunt septimanæ in anno, & unam in antecessum, quæ hoc modo proveniunt. Qualibet hebdomada 46. solidos recipiunt Cellarii nostri, &c.* Observat porrò Somnerus in Glossario Saxonico, ab ejusmodi *firmis* Anglicis inditum nomen *firmæ* villis vel prædiis elocatis.

FIRMA, Prædium seu villa alteri elocata ad certum tempus, sub præstatione annua vel annonaria, vel rerum ad victum necessariarum, vel denique pecuniaria. Hinc *datio ad firmam*, pro contractu, quo sub annuo reditu fundi ad aliquot annos possidendi dantur. S. Anselmus l. 3. Ep. 100. *Ecclesias verò non do Laicis, cùm do eis mea maneria ad firmam, &c.* Henric. Huntindonensis in Will. Rufo: *Episcopatus & Abbatias vendebat, aut in manu sua retinens, ad firmam dabat, &c.* Will. Malmesbur. an. 1089. *Rex Willelmus Ecclesias & Monasteria ferè totius regni Angliæ in manu sua Pastoribus defunctis retinens, gravi omnia depopulatione vastabat, & instar firmarum Laïcis commendabat. Ecclesiam ad firmam ponere*, apud Simeonem Dunelmensem an. 1100. Concilium Eboracense apud Roger. Hovedenum in Ricardo I. *Ut omnis evagandi licentia Monachis adimatur, strictiùs prohibetur, ne reditus, quos Obedientiarias vocant, ad firmam teneant.* Adde cap. ult. Ext. *Ne Prælati vices suas, &c.* Concilium Westmonast. an. 1127. Londoniense an. 1237. &c.

Firma præpositurarum, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 13. 19. Vide *Præpositus*.

Firma alba, vel *Blanca firma*, seu *Alba firma*, est, inquit Spelmannus, census annualis, qui Centenario, sive Domino hundredi, penditur. Ideo *alba* dicta, quòd non ex more prisci sæculi, in annona, quæ nunc *Blake maile* nuncupata fuit; (hoc est, census vel firma nigra) sed argenteo, quasi *censu albo*, reddebatur. Normanni dicunt *Blanche ferme*, nos Galli voce latioris notionis, *Fermes à l'argent*, id est, prædia, quorum census, non annonâ; sed numerata pecuniâ exsolvitur: *album* enim, ut Græci recentiores ἄσπρον seu albam monetam, argenteam appellabant. Liber niger Scacarii Anglici lib. 1. cap. 4. apud Spelmannum: *Coloni noverint à patribus suis edocti quantum de alba firma pro singulis libris solvere teneantur.* Infrà: *In libro judiciario* (nempe Domesdei) *in quo totius regni descriptio diligens continetur, & tam de tempore Regis Edwardi, quàm Regis Willelmi, sub quo factus est, licèt singulorum fundorum valentia exprimatur, nulla prorsus de alba firma fit mentio. Unde probabile videtur, quòd facta illa descriptione tempore jam dicti Regis, de albo firmarum fuerit à studiosis ejus constitutum, propter causas, quæ inferiùs annotantur.* In Regiam Majest. lib. 2. cap. 41. §. 4. & cap. 47. §. 4. opponuntur *Soccomanni & alii liberè tenentes per albam firmam*, Militibus, tanquam plebei, Nobilibus. Vide *Dealbare*.

Firma libera, Brittono cap. 66. dicitur esse, *ubi terræ aut tenementa sic tenentur, ut natura feudi per feoffamentum mutetur à servitio Militari in certa servitia annua, ita ut nec maritagium, nec relevium inde requirere possit, nec aliud servitium in feoffamento expressum. Tenere per liberam firmam*, in Fleta lib. 2. c. 71. §. 13.

Firma manus. Vide *Manufirma*.

Firma nobilis, Prædium, quod à viro nobili ad firmam vel emphyteusim tenetur. Anonymus Scriptor de Subsidio Terræ sanctæ, in Gestis Dei per Francos, inter alia expeditionis Hierosolymitanæ subsidia suggerit, ut à Templariis & Hospitalariis, *bona, quæ habent citra mare ad firmam nobilem, primo trium vel 4. annorum cum incremento, & demum, vel ex nunc, si sufficienter fieri possit, in perpetuam emphyteusim tradantur, &c.*

Recta

Recta firma, Legitima, quæ jure ad aliquem pertinet, in Legibus Henrici I. c. 1. Ricardus Hagulstadensis an. 1135. *Exceptis rectis firmis meis, &c. Ferme droit*, in Consuetud. Britanniæ art. 369. Vide Commentatores.

Firma, Prædium, villa, nostris *Ferme*. Brompton: *Rex autem Ethelredus cum mœstitia & confusione ad firmam suam in Comitatu Salopiæ jacebat.*

Firma Regis. Leges Aluredi Regis c. 2. *Si quis ad Ecclesiæ mansionem pro qualicumque culpa confugiat, quæ ad firmam Regis non pertinet, &c.* Saxonica Editio habet cyninᵹeſ ꝼeoꞃme, quæ verba Lambardus de *villa regia*, Somnerus, de *victu*, vel *mensa* interpretantur.

Firma, Rastallo, propriè dicitur Mesuagium capitale in villa seu burgo, ex quo dependet omnimodum dominium, quod ad voluntatem, vel ad vitam alicui relinquitur. Ita etiam appellatur reditus, qui super ejusmodi mesuagium reservatur.

Firmarius dicitur is, *cui terra conceditur ad terminum annorum:* qui quidem *nihil juris vindicare potest præter usumfructum*, ait Fleta lib. 3. c. 12. §. 7. lib. 5. c. 5. §. 21. nostris *Fermier*. Ingulfus pag. 906. *Illi verò responderunt — terras & tenementa firmariis tradidisse.* Ordericus Vitalis lib. 11. p. 805. *Qui municeps erat & vicecomes & firmarius Regis.* Adde Leges Henrici I. Regis Angl. c. 56. Vide *Præpositus*.

Firmaria, Locus fortè in Monasteriis, ubi *Firmarii* excipiuntur. Chronicon Andrense p. 414. *Donavit — decem* (raserias frumenti) *ad mensam Monachorum, 5. autem ad firmariam, 5. verò ad hostellariam.*

FIRMA. Vide *Aspergo*.

FIRMACULUM, *idem quod firmatorium, quo quid firmatur*, Ugutioni. *Fermail*, Fibula, fibulatorium. Vita S. Roberti Abbatis Molismensis n. 14. de Comitissa Nivernensi: *Cùm firmaculum aureum haberet ad collum suum, tam auri materiâ, quam incisione lapidum pretiosum, &c.* Matth. Paris: *Capam choralem dilaceravit, & firmaculum, quod vulgariter Morsus dicitur, avulsit, quod auro & argento & gemmis fuerat pretiosum.* Idem an. 1251. *Annulos, zonas pretiosas, firmacula aurea, &c.* Ita etiam an. 1255. *Annulis, zonis, firmaculis, &c.* Raimardus Abbas Cisterciensis in Institutis ejusdem Ord. c. 13. *Ne in Ecclesiarum libris aurea vel argentea, sive deargentata, vel deaurata habeantur retinacula, quæ usu Firmacula vocantur.* Adde Institutiones Capituli ejusdem Ord. an. 1256. distinct. 1. c. 7. Willelmus de Guilevilla in Peregrinatione animæ:

Sur quoi l'en met un affichail,
Qui autrement est dit Fermail.

Martialis Parisiensis in Arestis Amoris:

Dessus si avoient leurs manteaux
Tant de grosses perles barrez,
Fermans à moult riches fermaux.

Vide Notas nostras ad Joinvillam p. 48.

FIRMALE, *Firmallus*, Fibula, *firmaculum*, de quo suprà. Gall. *Fermail*, Italis *Fermaglio*. Vide *Balascus*.

Firmallus. Concilium Albiense c. 15. *Clericus botones, vel firmallos aureos vel argenteos — deferre in aliquibus vestibus non præsumat.*

FIRMANCIA, Fidejussor: *Fermança*, apud Raimundum Montanerium c. 167. *Plege ou fermance*, in Consuetudine Solensi tit. 32. art. 4. & in Foris Benehatn. Rubr. *de Fermencas*.

Fermances vesialeres, in eadem Consuet. Solensi tit. 1. art. 6. tit. 6. tit. 7. art. 2. Tabularium Ucetiensis Ecclesiæ an. 1156. fol. 8. *Firmantias & justitias Episcopo — adjudicaverunt.* Hugo Flaviniac. in Chr. p. 244. *Salvam firmantiam ei obtuli 4. mill. solidorum.* Tabulæ nuptiales Bernardi Comitis Convenarum & Mariæ Montispessulanæ mens. Decembr. an. 1197. *De his omnibus & singulis supra dictis ex parte Comitis Convenarum est firmancia & debitor per sacramentum corporaliter præstitum R. Comes Tolosæ, &c.* Infrà: *Sunt de omnibus supradictis firmanciæ & debitores quisque in solidum, G. de Balcio, &c.* Concilium Tolosan. an. 1228. c. 8. *Si movens guerram, vel pacis violator ad mandatum redire noluerit, firmancia vel sacramentum solum non recipiatur ab eo; sed pignora vel obsides, vel persona propria in bona custodia teneatur.* Adde Concilium Monspeliense ann. 1214. c. 39. ex Edit. Catelli, (nam nuperus Editor Conciliorum ignoravit vim vocis, quam asterisco notavit) & Tolosanum ann. 1229. c. 31. 38. & eundem Gariellum in Episcopis Magalon. p. 176.

Firmanciæ, interdum dicuntur mulctæ pecuniariæ, exactæ ab iis, qui *firmancias* dederant, & causâ exciderant, vel quævis præstationes. Charta W. D. Montispessulani an. 1103. *Dono tibi — totam Vicariam totius Montispessulani — scilicet omnes firmantias, & omnia districta omnium hominum — habitantium in Montepess.* Infrà: *Nec homo, nec femina pro eo firmantiam accipiet, quod ad vicarium pertinet.* Charta Ademari de Muroveteri an. 1191. *Scilicet castrum de Omelacio cum omni dominio ejus, & dominatione & districtione, & hominiis, & satisdationibus, & firmanciis, & justitiis, --- quartis, usaticis, --- garricis, cascivis, devesis, mansis, & mansuris, &c.* Vide Catellum in Hist. Tolosana pag. 36. 89. V. Cl. Steph. Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. p. 160. to. 8. Spicilegii Acher. p. 168. to. 13. p. 318. Gariellum in Episcopis Magalonensibus p. 72. 100. 159. 178. &c.

FIRMARE, Securitatem dare. Annales Franc. Loisellani an. 757. *Sic & ejus homines majores natu, qui cum eo erant, firmaverunt.*

Firmare directum. Vide *Firma*.

Firmare cantum, psalmos, hymnos, &c. dicuntur, qui, priusquam in Ecclesia cantent, in cantu se se exercent, ut rectè cantare discant. Galli dicerent, *Asseureur son chant*. Liber Ordinis S. Victoris Paris. MS. c. 22. *Quando autem in Claustro Novitius sedet, debet firmare psalterium suum, & corde tenus ad verbum reddere.* Cap. 31. *Fratribus, quibus injunctum est cantum suum cotidie firmare & reddere, debet Armarius singulis libros, in quibus cantant, specialiter assignare, --- similiter his, qui psalmos & hymnos suos firmare habent, psalteria & hymnarios, prout opus fuerit, distribuat. Ex quo autem Armarius alicui fratri aliquem librum ad aliquem firmandum & reddendum specialiter assignaverit, ea illa hora, qua id facere habet, nemo illum accipiat, &c.* Rursum: *Ii verò, quibus specialiter assignati de cantu libri sunt, & psalteria, & hymnarii, post quam lectiones suas firmaverint, non debent eos, sive in die, sive in nocte abscondere; sed in communi servatorio cum cæteris communibus libris reponere.* Infrà: *Fratribus quibus injunctum est cantum suum firmare, debet Armarius, vel aliquis de senioribus, quibus Abbas in Capitulo jusserit, assistere, qui & eos, si erraverint, corrigant, & lectiones eorum, quando reddere voluerint, audiant.* Denique: *Qui psalmos suos firmant, vel cantant, submissa voce legant, ne alios disturbent.*

FIRMARE, Gallis *Fermer*. Cæsarius lib. 4. c. 75. *Pixidem ei clausam, sed non firmatam porrexit.* Ubi observandum aliud esse *claudere*, aliud *firmare*. Est enim *firmare*, *feram* vel *firmaculum* obdere. Adde Continuatorem Florentii Wigorn. ann. 1138. 1162. pag. 667. 675. Concilium Budense an. 1279. c. 43. &c.

Firmatura, ex Gallico *Fermeture*, Sera, clauſura, in Regula Templar. c.40.

Affirmare, pro *firmare*, Claudere. Matth. Paris an. 1251. *Obtulit duo monilia, & juſſit ea feretro indelebiliter ad memoriam ſui clavis fortiter affirmari.*

FIRMATARIUS, Officium monaſticum, cui fortè incumbit reparationum ſeu Sartatectorum Monaſterii cura, illiuſque *firmandi*, niſi idem ſit, cui *Firmariæ* cura incumbit, vel certè *Firmariorum*: nam *Fermeteurs* vocant etiamnum Leodienſes, quos noſtri *Fermiers* dicunt, qui ſcilicet tributa exigunt. Vide Magnum Recordum Leodienſe p. 33. &c. Vetus Scheda apud Angelum à Nuce pag. 497. *Firmatarius* (Caſinenſis) *debet facere reparare Palatium Infirmarii, cum ſubjacentiis ſuis.*

FIRMATORIUM, *quo pallium tenetur in humeris, vel cingulum in lumbis, fibula.* Jo. de Janua. Vide *Firmaculum*, & *Firmallum*.

FIRMITAS, Securitas data alicui, *Aſſeurance, Seureté*, ʼ. ϕ ι. ϵα. Annales Franc. Bertin. an. 864. *Quem pater è veſtigio inſequens, ſub firmitatum conditionem ad ſe venire facit, & ei honores donat.* Capitul. Caroli C. tit. 16. c. 15. *Et ſi adhuc dubitatis, & aliam firmitatem quæritis, &c.* Adde tit. 27. c. 3. 8. tit. 36. c. ult.

Firmitas, Pactum. Capitul. Caroli C. tit. 21. c. 1. *Quia neceſſe erat, ut inter nos firmitas facta fuiſſet ſecundùm Dei voluntatem.* Cap. 3. *In illa firmitate, quam ego cum patre ſuo — feci.* Ita tit. 23. c. 7. tit. 26. c. 1. *Chartæ firmitas.* Chronica Auguſtenſis an. 1057. *Seditio inter Hainricum Auguſtæ Epiſcopum & Diepoldum Comitem pro Comitatu ad altare S. Mariæ per chartæ firmitatem tradito. Firmitatem facere per chartam*, in Lege Alemann. c. 1. §. 1. 2.

Firmitas, Privilegium, *emunitas*, præceptum, quod ſcilicet *perpetuam obtinet firmitatem*, ut eſt apud Marculfum l. 1. form. 1. & alibi paſſim. Ratbertus de Caſibus S. Galli c. 5. *Hortatus eſt eos, ut per aliquem fidum hominem eandem firmitatis cartam domno Imperatori dirigerent.* Suprà, *emunitatis præceptum* dicitur. Adde cap. 8. Theodorus Campedonenſis de S. Magno c. 25. *Dedit ei totum ipſum ſaltum cum marcha firmitatis, quæ in epiſtola ſua fecit conſcribi.* Et mox: *Et ne quiſquam ex ſucceſſoribus ejus tanti obſiſteret boni, fecit conſcribi ſuæ firmitatis epiſtolam, &c.* Walafridus Strabus de Vita S. Galli c. 21. *Juſſit fieri conſcriptionem firmitatis, &c. Epiſtola firmitatis*, in Lege Aleman. tit. 2. Occurrit paſſim, in Lege Longob. l. 3. tit. 8. §. 2. apud Aimoin. lib. 4. Hiſt. Franc. c. 62. Babolenum in Vita S. Germani Abb. Mart. n. 8. Aribonem in Vita S. Corbiniani cap. 29. &c.

Firmitas, Munitio, Caſtrum undique firmatum ſeu clauſum: *Fermeté* In Conſuetud. Calvimontenſi art. 8. Gloſſ. MS. Regium Cod. 1197. *Munitiones, firmitates.* Annales Francorum Loiſelliani an. 776. *Et nimia feſtinatione Saxonum caſas ſeu firmitates ſubitò introivit.* Occurrit præterea apud Ethelwerdum lib. 4. c. 3. p. 845. Henricum Huntindon. lib. 8. p. 372. 373. Adonem Viennenſem in Chronico, Ordericum Vital. lib. 9. p. 738. Matth. Paris pag. 53. 65. Joannem Brompton. p. 993. 1059. in Chron. Beſuenſi p. 556. in Hiſtoria Epiſcopor. Autiſiod. c. 53. in Annalib. Francor. Bertinianis p. 221. in Epiſt. 61. ex Francicis to. 4. Hiſt. Fr. &c. Philippus *Mouskes* in Henrico I.

Li ot tolu par ſa gierre
Et ſes caſtiaus & ſes cités,
Et ſes bours & ſes fermetés.

Idem in Chilperico:

Caſtiaus ſaiſi, cités,
Bours & viles, & fermetez.

Le Roman d' Alexandre MS.

Onques ne pot garir Chaſtiaus ne fermetez.

Infra:

C'eſt une fermeté, qui moult eſt redoutée.

Le Roman de Garin MS.

Riches eſt li ſires, qui à tel fermeté.

Alibi:

Donjon, ne marche, recet, ne fermeté.

Le Roman d' Aubery MS.

Tant vos donrai chaſtiaux & fermetez,
De mon roiaume ſeres Sires clamez.

Le Roman de Gaydon MS.

Et dis chaſtiaux & autant fermetez.

Le Roman d' Amile & d' Amy MS.

Et ſaiſirois toutes vos fermetez.

Hinc diminutivum *Ferté*, quo nomine donantur etiamnum complura in Gallia caſtra.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Por l' amor Dieu qui oncques ne menti,
Guillaume priſt Orenge, la tor & la fierté.

Le Roman de Garin:

Le Siege a mis environ la ferté.

Le Roman d' Aubery:

Je vous croiſtrai forment vos heritez,
De deux chaſtiaux, & de quatre fertez.

Firmitas, Exactio in rebus venalibus. Joan. Hocſemius in Epiſc. Leod. lib. 1. c. 15. *Fuit autem forma concordiæ, quòd quoad 18. annos tunc futuros de ſola cerviſia firmitas levaretur, &c.* Adde c. 26. lib. 2. c. 13. pag. 398. *La ferme de la biere.*

FIRSTFALLI, Culminis ruina, ex Saxonico & Germ. Fiꞃꞅꞇ, laquear, tigillum, *feſtum*, culmen, & ꝼall, ruina. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 3. *Si quis deſertaverit, aut culmen ejecerit, — aut incendio tradiderit uniuscujusque, quod Firſtfalli dicunt, &c.* Habetur præterea c. 4. §. 5. *Firsfalli* præfert Editio Heroldi cap. 13. §. 3.

FIRSTSUL, Columna, qua domûs culmen ſuſtentatur, ex Germ. & Saxon. Fiꞃꞅꞇ, culmen, & ꞅul, vel ꞅẏl, columna. Lex Bajwar. tit. 9. c. 3. *Si quis eam columnam, à quâ culmen ſuſtentatur, quam* Firſtſul *vocant.*

FIRTALA, Menſura annonaria in Morinenſi ſeu Bononienſi & Flandrenſi tractu. Chronicon Andrenſe p. 361. *Terram — ſub firma manu dedit per duas firtalas frumenti, & quinque firtalas avenæ.* Occurrit ibi non ſemel pag. 362. 366. 370. 372. 396. 397. 405. &c. & in Charta Balduini Comitis Flandr. an. 1056. in Tabul. S. Bertini. Vide *Ferto*.

FIRTHE, ſeu potiùs *Fyrht*, vox Saxonica, pro terriculamento, phantaſmate, ſpectro. Somnero, ꝼyꞃhꞇo, eſt ſtupor, horror. Leges Kanuti Regis c. 27. apud Bromptonum: *Gentilitas eſt, ſi quis idola colit, — aut in ſorte vel in firthe, (leg. fyrht) vel in ſimilibus fantaſiis vel præſtigiaturis aliquid agat.*

FIRTHUNGA vel *Fyrthunga*, Expeditio, ſeu profectio militaris: *expeditionis apparatus*, in Legibus Kanuti Reg. c. 31. Edit. Brompton. *Expeditio*, nudè in cap. 32.

FIRTO. Vide *Ferto*.

FISCALIS, *Fiſcalinus, Fiſglinus.* Vide *Fiſcus*.

FISCALIA, Annonæ tributa, quæ fiſco inferuntur. Julius Africanus l. 5. Hiſt. Apoſt. p 64. *Nam dum cuſtodiuntur, fures inſidiantur, dum ſolvunt fiſcalia, dum ædificant promptuaria, &c.* S. Ambroſius in Ep. ad Romanos c. 13. *Ideo dicit tributa præſtari, vel quæ dicuntur Fiſcalia, ut ſubjectionem præſtent.* Scholiaſtes Juliani Anteceſſ. c. 72. *Quando is, qui nihil poſſidet, fiſcalia dare cogitur.* Ita uſurpat l. 3. C. de Epiſcop. & l. 7. Cod. Th. de Annona. *Fiſcale onus, Penſitatio fiſcalis*, in l. 17. 12. eod. tit. Cod. Theod. Bulla Cæleſtini V. PP. apud Ughellum to. 1. Ital. ſacr. p. 429. *Ab omnibus & ſingulis fiſcalibus, mutuis, & collectis, exactionibus, & functionibus, &c.* Adde p. 430.

FISCHA. Vide *Faicia*.

FISCLA. Glossar. Longobard. S. Germani Paris. ex Glossis: *Fistula, vulgò Fiscla dicitur.*

FISCO, Culcitra straminea, vulgò *Paillasse*. Fr. Juncta in Vita B. Margaretæ de Cortona n. 17. *Tunicas, fiscones & opertoria lecti.* Constitut. Ord. Prædicat. dist. 1. cap. 9. *Super stramina & saccones laneos dormire licebit.* Bulla Innocentii IV. PP. pro Damianitis Barcinonensib. an. 1243. apud Waddingum: *Scapularia & mantellum cum pellibus, ac subtilares cum pedulibus, & utendi fisconibus fœno vel palea plenis, & cervicalibus vobis licentiam impertimur.* Alia ejusdem Pontificis pro universis Damianitis ann. 1247. habet hoc loco *saccones*: *Licet autem unicuique habere sacconem de palea vel de fœno, & cervical.* Alia Urbani IV. an. 1263. pro Sororibus Minorum Monasterii Humilitatis B. Mariæ Parisiensis, apud Ughellum: *Liceat autem unicuique sacconem plenum habere de palea, vel de fœno, vel stramen, aut saltem fœnum vel stipulam pro saccone, &c.* At quod *fisco* & *sacco*, locis præallatis, *saccus* appellatur in Regula Templariorum cap. 70. *Credimus enim prorsus saccum, culcitram, & coopertorium unicuique sufficere.* Columellæ verò lib. 12. cap. 48. *fisco* est fiscina juncea: unde *fisculus*, parvus fiscus, eidem cap. 49.

FISCLUM. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Fisclum*: Eleƿeoccheard verbum, *oleum ægrotorum.*

FISCUS, Papias: *Fiscus, saccus est publicus, unde fiscina & fiscella.* Hausit ex S. Augustino in Psalm. 146. *Fiscus saccus est, unde & fiscinæ & fiscellæ dicuntur.* Jo. de Janua: *Fiscus, vel bursa Regis, ubi publicus census reponitur.* Gloss. Ælfrici: *Fiscus, vel saccus publicus*, biȝ-ȝiƿdel. Somnero bi-ȝyƿdel, est *zona.*

Fiscus, pro re, quæ fisci est, & ad fiscum, seu ad dominum alicujus pertinet. Concilium Valentinum an. 855. c. 10. *De fiscis & villis, quas constat dominio Ecclesiæ à fidelibus olim fuisse contraditas, & nunc potestati sæcularium subditas, &c.* Eckeardus Junior de Casib. S. Galli c. 1. *Nondum adhuc illo tempore Suevia in Ducatum erat redacta; sed fisco regio regulariter parebat, sicut hodie & Francia.* Chron. Reichersperg. an. 1088. *Admontense Cœnobium his temporibus fundavit, — quia fiscus Episcopalis erat.*

Fiscus Regius, Regis domanium, villa regia, prædium dominicum. Capitulare de villis c. 3. *Franci autem, qui in fiscis aut villis nostris commanent, &c.* Adalbertus Floriac. in Hist. Translat. S. Benedicti num. 2. *Namque idem ager Floriacensis fiscus regius erat.* Flodoardus l. 1. Hist. Rem. c. 20. *Manens juxta regii villam fisci, quam Rosetum vocant.* Chronicon S. Petri Vivi p. 761. *Locum Mauriaci, qui fiscus regalis & capella Regum Francorum est.* Henricus Huntindon. lib. 6. *Normannia fiscus regalis erat.* Occurrit passim, in Annalibus Francor. Metens. an. 879. apud Robertum de Monte an. 1038. Fulcuinum de Gestis Abbat. Lobiens. c. 1. Fortunatum de Vita S. Medardi c. 15. 19. Baldricum lib. 2. Chr. Camerac. cap. 21. in Vita S. Mauri, n. 50. &c.

Fiscus dominicus, in Vita S. Bathildis Reg. n. 8.

Fisco sociare, Fisco sociante, socio, cogente, discutiente: formulæ, quæ passim in veteribus Tabulis occurrunt, quibus res fisco publico adjuncta aut adjungenda innuitur. Appendix Codic. Theodos. Constit. 14. *Facultatibus eorum fisco nostro sociatis.* Const. 19. *Non solùm bona sua largitionibus nostris jussimus sociari; verùm etiam &c. Fisci viribus sociare, adsociare*, in eod. Cod. Th. & apud Papianum tit. 9. &c. Vita S. Romarici MS. *Villas eorum fisco sociari præcepit.* Vita S. Isidori Episcopi Hispalensis n. 13. *Ecclesiarum prædia, quæ pater suus fisco associaverat.* Ita vocem *sociare*, pro *adjungere*, usurpat Edictum Chlotarii II. Regis in Concilio Parisiensi V. c. 18. *In exilio deportentur, & facultates eorum propinquis hæredibus socientur.* Adde Capitulare 2. an. 813. c. 6. Vide l. 13. eod. Cod. de Paganis, &c. Chron. Farvense p. 655. &c.

Sociante fisco. Charta 47. inter Alamannicas Goldasti: *Qui contra hanc donationem à me factam venire præsumpserit, sociante fisco multam repetitionem componat, id est, auri lib. 2.* Vide Chartam seq. & 58. Tradit. Fuld. lib. 2. c. 27. Marculfum lib. 2. form. 4. 6. 7. 11. 18. 52. &c.

Socio fisco. Formulæ veteres c. 27. & 37. *Una cum socio fisco auri uncias tantas, &c.* Charta Rodulfi Archiepisc. Bituric. an. 851. in Tabul. Belliloci: *Si litem, calumniam, sive aliquid oppositionis facere voluerit, cui litem intulerit, auri libras 30. argenti pondera 60. unà cum socio fisco coactus exsolvat, & quod male petit, vindicare non valeat.* Privilegium S. Amandi, descriptum tom. 2. SS. Ord. S. Bened. pag. 1294. *Et insuper inferat vobis cum socio fisco auri libras decem, &c.*

Cum consocio fisco. Primum Testamentum Widradi Abbat. Flaviniac. *Unà cum consocio fisco auri libras 30. argenti pondera quingenta coactus exsolvat.*

Cogente fisco. Charta Rodulfi Arch. an. 858. in Tabul. Bellilocensi: *Deinde cogente fisco auri libras 15. argenti pondera 30. coactus exsolvat.* Vide Chartam Alam. 81. apud Goldastum, Baldricum lib. 1. Chr. Camerac. cap. 27. Tradit. Fuld. lib 2. trad. 38. 39. &c.

Discutiente fisco. Charta Alam. 77. apud Goldast. *Ad ipsum Monasterium restituat, & in discutienti fisco multa componat, id est, auri uncias duas, &c.* Aliis verbis in Charta 60. *Qui contra hanc donationem venire tentaverit, partibus fisci multa componat, id est, auri uncias 6. &c.*

Fiscus, Feudum, beneficium, præsertim vetustioribus Scriptoribus: quia in primæva feudorum institutione Principes *terras fiscales*, seu patrimoniales *Fidelibus* suis seu subditis concedebant in beneficium & feudum, idque ad vitam. Unde fisci nomen retinebant, quia non omninò alienatæ erant; sed censebantur semper esse de dominio donatoris ac *feofatoris*. Unde non desunt, qui vocem *feudum* confectam ex *fiscus* putant: ita ut cùm nostri *fiesc* pro *fisco* dicerent, vocem *fiesc*, in *fief* verterint, unde postmodum *feudum* formarint. Vetus Lapis in Ecclesia S. Germani Pratensis Parisiis: *Hic pausante sancto Germano, in die translationis, dedit ei Rex Pipinus fiscum Palatiolum cum appenditiis suis omnibus.* Annales Franc. Metenses an. 847. *Deditque illi Comitatus & fiscos plurimos.* Adde an. 885. 887. Baldricus Noviom. lib. 2. c. 35. *Ipsum locum in fisco tenebat.* Ordericus Vital. lib. 10. *Plerique Francorum, qui binis cogebantur dominis obsecundare, pro fiscis, quibus abundè locupletati sub utriusque Regis turgebant ditione, &c.* Vetus Charta apud Marcam in Hist. Benearn. lib. 4. c. 11. n. 1. *Dedit ei in fiscum & filiis suis, & suæ progeniei 12. conductus, &c.* Tabularium Dolensis Monasterii in Biturigib. *Concedimus etiam, ut quicunque ex nostris casatis vel feodatis partem aliquam sui fisci sive casamenti, quod à nobis habet, dare voluerit, liberè hoc agere possit, &c.* Tabular. S. Sulpicii Bituricensis circa an. 1000. *Quòd si fortè evenerit, quòd ipse vel hæredes ejus, quod absit, defecerint, omnis fiscus revertetur in proprium S. Sulpitii.* Epistola 297. ex iis, quæ habentur to. 4. Hist. Francor. *Jam quod regiæ dignitatis, & de fisco Regis Francorum est, Regis Anglorum feudum impudenter esse asserunt.* Adde Monachum Sangallensem lib. 1. c. 14. 16. Fulbertum Carnot. Epist. 96. Odonem de Miracul. S. Mauri Abb. cap. 4. Diplom. Belg. lib. 1. c. 8. Probat. Hist. Guinensis. pag. 45. 47. Prob. Hist. Monmorenc. p. 67. &c.

Apud Marculfum lib. 1. form. 2. *fiscus* opponitur *proprietati*: *Ergò dum & ille Episcopus, aut Abbas, aut inluster vir Monasterium in honore illius, in pago illo, aut super proprietate, aut super fisco, noscitur ædificasse, &c.* Quod quidem aliis verbis exprimitur in form. 12.

form. 12. & 33. *Villas illas, sitas in pago illo, quas de munere regio, aut de alode parentum, vel undecumque ad præsens tenere videtur.* Ubi *villæ de munere regio* possessæ, sunt *fisci* beneficia, feuda: *alodes* autem, *parentum*, ipsa *proprietas*.

Infiscare, idem quod *Inbeneficiare*, Prædium in *fiscum*, vel *beneficium*, aut feudum alicui conferre. Flodoardus lib. 1. Hist. Remens. cap. 26. *Angilrannus — traditionis hujus ignarus, à Rege Venderam sibi postulat dari. Quod ubi Rex annuisset, audiens domnus Hincmarus Præsul, qui sedem tenebat Ecclesiæ Remensis, hanc infiscari villam, &c.* Baldricus lib. 2. Histor. Camerac. cap. 18. *Quod* (Monasterium) *postquam viris militaribus infiscatur, pro imminutione rerum, ad raritatem fratrum redigitur.* Vita S. Theodorici Remensis n. 13. *Is audiens villam infiscari jure proprietatis, quæ ejus Ecclesiæ subjecta dono regali dinoscebatur.*

Fiscalini, qui *fisco*, seu prædio Principis deserviebant, erantque ei quodammodò addicti. Gloss. Saxon. post Leges Henrici I. *Fiscalinus, villanus.* Ita passim accipitur in Capit. ad Legem Salicam §. 12. in Lege Longob. lib. 2. tit. 33. §. 6. in Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 26. in Capitulari 5. ejusdem Caroli M. an. 803. cap. 15. in Capitul. Caroli C. tit. 39. c. 3. &c. ubi cum colonis ferè semper junguntur, atque etiam *servis fiscalinis*. in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 30. *Litis* æquiparantur in lib. 3. tit. 20. In Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 16. *De liberis hominibus uxores fiscalinas regias habentibus.* Acta Episcopor. Cenoman. pag. 297. *Curiam antecessorum Episcoporum, quam colonias vocant, fiscalinorum admodum plenam, — dedit Fulconi Andegavorum Comiti.* Adde Aimoinum lib. 3. Hist. c. 56. & Rhenanum lib. 2. Rerum German. p. 94.

Fiscales iidem, qui *Fiscalini*. Capitulare de Villis c. 52. *De fiscalibus vel servis nostris, sive ingenuis, qui per fiscos aut villas nostras commanent.*

Fiscales iidem, qui *Fiscalini*, in Capitul. ad Leg. Salicam: sequioribus verò sæculis, vassalli, interdum *tenentes*, qui *homines fisci* dicuntur apud Eckeardum Juniorem de Casib. S. Galli c. 1. pag. 43. & mox: *Nam victimas & cætera, quæ libebat sponte nolentibus dare fiscalibus, vi quidem auferebant.* Tabular. S. Dionysii de Capella in Biturigib. Ch. 27. *Ut quidquid omnes fiscales mei eis dare voluerint Monachi, perpetuò habeant.* Et Ch. 30. *Dimisi omnes Ecclesias, quas hactenus ego & fiscales mei injustè possidebamus: si verò fiscales mei facere noluerint, quod ego facio, pro certo sciant, quòd ego non ero eis ulteriùs nec testis, nec defensor, nec adjutor.*

Fisgilini, pro *Fiscalini*, apud Burchardum Wormaciensem in Lege familiæ: *Jus erit familiæ, ut de weregeldo fisgilini hominis quinque libræ ad cameram reddantur, & duæ libræ & dimidia amicis ejus contingant.* Occurrit ibi semel ac iterum.

Fiscani, Fisco regio præpositi. Joannes Brompton p. 1258. *Super quibus trina conficerentur scripta, quorum unum apud fiscanos, aliud sub custodia viri fide digni — maneret.*

Fiscare. Lex Salica tit. 54. Edit. Heroldi: *Si quis graviorem ad res alienas tollendum invitaverit, & eum legitimè jachtivum aut admallatum non habuerit, qui eum rogat, ut injustè aliquid tollat, &c.* Ubi ad marginem ex alio MS. *fiscare debeat*. Est igitur *fiscare* idem quod *confiscare*, in fiscum proprium redigere. Gloss. Græc. Latin. ταμιεύω, *fisco, proscribo.* ταμίευσις, *proscriptio.*

Fiscarii, Publicani, fisci redemptores, Firmico.

Fiscatus, Fisco seu feudo investitus, vassallus, qui fiscum seu beneficium, ab aliquo dependens possidet. Gesta Abbatum Laubiensium pag. 599. *Auxit ipse Abbas fiscatis suis solidos, fiscis fiscos superaddens & solidos.* Tabularium Burguliense fol. 122. *Ecclesia ipsa de fisco meo est, me ignorante de fiscato meo homine ipsam olim pretio acquisistis.*

FISSINA, Fuscina. Tabularium Vindocinense Ch. 240. *Dedit unum vivarium, & 12. combros in flumine Ledi, atque 20. fissinas in eodem flumine, quæ ponuntur ad capiendas anguillas.*

FISGILINUS. Vide *Fiscus*.

FISICOLUS. Epistola Incerti 28. ad Dardanum de diversis generibus musicorum, to. 9. Operum S. Hieronymi, de fistula: *Ita bombulum æreum ductile quadratum, latissimumque, quasi in modum coronæ cum fisicolo æreo ferroque commixto, atque in medio concusso, quod in ligno alto spatiosoque formatum superiore capite constringitur, &c.* Vox formata ex Gr. φυσᾶν, & κῶλον.

FISIGARDUM. Charta Roberti Ducis Normanniæ in Hist. Monasterii S. Audoëni Rotom. p. 73. *Ecclesiam unam supra mare positam, cum 36. jugeribus, & Cappellam de Appavilla, & unum fisigardum in Dieppa, & apud portum ipsius Dieppæ 5. salinas.*

FISTUCA, *Fistucus*. Vide *Festuca*.

FISTULA, cujus opera sanguis Domini à communicantibus Fidelibus hauriebatur, quod intelligendum est de Communione sub utraque specie, quæ primis Christianismi sæculis obtinuit. Diaconus enim tenens *fistulam* intra calicem, propinabat sanguinem fidelibus, ut quisque admoto ore sugeret de calice ex alio fistulæ capite: λαβὶς Cantacuzeno lib. 1. cap. 41. p. 124. dicitur, & aliis apud Goarum ad Euchologium Græcor. pag. 152. σίφων, apud Sguropolum in Histor. Concilii Florentini sect. 10. cap. 10. extr. ubi describitur. *Calamus, quo sanguis Domini sumitur*, apud Guigonem II. in Statutis Ord. Cartusiensis cap. 40. Ordo Romanus: *Ipse autem Diaconus tenens Calicem & fistulam, stet ante Episcopum, usque dum ex sanguine & corpore Christi, quantum voluerit, sumat, & sic Calicem & fistulam Subdiacono commendet.* Mox: *His ita peractis* (post communicatum populum) *duo Diaconi complicantes corporale, ponant super Calicem, fistula in eo remanente.* Usus antiqui Ordinis Cisterciensis c. 53. ubi de Missæ ritibus: *Quòd si plures fuerint, Diaconus percepto sanguine, ibidem ponat calicem super cornu sinistro altaris. Diaconus autem teneat utraque manu in calice fistulam à Subdiacono præparatam, qui Subdiaconus percipiat sanguinem cum fistula.* Habeatur ibi plura de Fistulæ usu p. 143. 144. Nomastici Cisterciensis, & c. 54. 100. Adde p. 249. 276. ejusdem Nomastici. Rursum: *Dum autem fratres percipiunt sanguinem, infundatur vinum in Calicem à Diacono, cùm opus fuerit: si quod autem residuum fuerit de ipso sanguine, bibat illud cum Calice, postquam fistulam reddiderit Subdiacono, quam fistulam, antequam reddat, in quantum poterit, ab utraque parte sugendo, à sanguine Domini evacuet.* Hinc *fistulas* inter ministeria sacra observare est. Ditmarus lib. 6. extremo: *Calicem aureum atque gemmatum cum patina & fistula.* Chronicon Casin. lib. 3. c. ult. *Fistula aurea cum angulo. --- fistulas argenteas duas.* Adde lib. 4. c. 64. Conradus in Chronico Moguntino: *Erant fistulæ quinque ad communicandum argenteæ deauratæ.* Florentius Wigorn. an. 1087. *Divisit Ecclesiis cruces, altaria, scrinia, textos, candelabra, situlas, fistulas, ac ornamenta varia, &c.* Vide Monastic. Anglic. to. 1. pag. 700. Sed & hodiè in Monasterio Sandionysiano, ministri more antiquo sub utraque specie communicant, & sanguinem è Calice fistulâ hauriunt. Vide Ordinarium Ordin. Præmonstrat. cap. 4. & Browerum lib. 8. Annal. Treviren. n. 114.

Fistula, Morbi species, quæ Westphalis *die pistelen* dicitur, sive defluxiones humorum. Vita B. Godefridi Cappenbergensis n. 26. *Fuit Sacerdos quidam, --- quem fistulæ per multos dies adeò debilitaverant, quòd vix moveri*

moveri potuit. V. Jo. Cratonem ad Dioscoridis l. 2. Parabil. c.208.

Infistulatus, hoc modo laborans, apud Conradum Marpurgensem de Miraculis S. Elizabeth. p.281.292.

Fistula aquæ, in Chron. Benevent. S. Sophiæ p.608.

FITH. Leges Henrici I. Regis Angl. cap.80. *In fith vel in focna est, quod ab ipsis, qui in domo sunt contubernales, agitur, &c.*

FITORA, *Stomachi corruptela*, Papiæ MS. In alio est *Fitoria*, in Edito *Fictoria*.

FITTER, In Lege Salica Edit. Heroldi tit.80. idem valet ac quatuor. Vide Wendelinum.

FITUR, pro *fit*, apud Fredegarium Scholast. in Chron. cap.35.83. Occurrit etiam pluries in Monetis Franciæ Regum 1. Stirpis apud V. Cl. *Bouteroue* p.185. 346.357.361.371. *Fiebatur*, apud veterem Interpretem Juvenalis Sat.4. *Fietur*, pro *fit*, in Chronico inedito apud Petrum Lambecium lib.2. Commentar. de Biblioth. Cæsarea p.851. *Fiatur*, in Epist. Sigeberti Regis ad Desiderium Episc. Cadurcensem tom. I. Hist. Franc. p.887. *Fiere*, pro *fies*, apud S. Augustin. Ita usurpabant veteres *facitur* apud Nonium, *possetur* apud eundem, *potestur* apud Lucretium lib.3. & Diomedem, *poteritur*, in Inscript. quæ extat in Roma subterranea to. I. p.204.

FIXORIA, Limes agro positus & infixus. Vetus Charta apud Catellum in Vicecomitibus Biterrens. p.651. *Cùm esset contentio de termino & fixoriis de villa Aspirano.* Charta an.884. ex Tabulario Gerundensi, apud V. Cl. Stephanum Baluzium in Addit. ad Capitul. n.118. *Et tunc ordinaverunt, — ut infra ipsas villas, — fixurias vel terminia mitterent quinque petras fictas, sicuti & fecerunt.* Charta Alfonsi Imperat. Hispaniæ æræ 1175. apud Anton. *de Yepez* to.7. *Et mando judici de Zamora, quòd ponat ibi inter montem & viam unum lapidem magnum bene affixatum pro termino.* Vide *Area*.

FIXORIUM. Papias: *Clavus, vel fixorium, quo aliquid firmatur.* Anonymus de Rebus bellicis: *Qui duabus superimpositis cratibus, fixoriisque confixus, intra se tectos ab omni incursione defendit.*

FIXORIUS *cultellus*, Sica, pugio. In Chronico Montis-Sereni p.172. *Cultello fixorio, quo dudum suspectos eos habens se munierat, &c.*

FIXULA, *Fibula, quæ ad firmandum pallium infigitur.* Joan. de Janua.

FIXUS, Fibulatus. Concilium Andegavense ann. 1365. c.19. *Vestes fixas, decurtatas cum botonibus deferre non verentur.* Cap.20. *Immò vestes fixas, botonatas, & chlamydem fixam super humerum in publico deferre non verentur.* Cap.13. *Vel etiamsi deferat mantellum, seu chlamydem, fixum, depeczatum per circuitum.*

FIZURIA, *Fidejussio*, in Tabulario Celsinianensi non semel.

FLABELLUM, Ugutioni & Jo. de Janua: *Muscarium, sc. quo muscas abigimus.* Præsertim illud, cujus usus in sacris liturgiis. S. Hieronym. Epist. 27. c.13. *Ipsa assidere lectulo, flabellum tenere, sustentare caput, &c.* Hildebertus Episcopus Cenomanensis apud S. Anselmum lib.3. Ep.162. *Flabellum tibi misi, congruum scilicet propulsandis muscis instrumentum.* Ubi agit de flabello, cujus est usus in Missæ celebratione, & de ejus mystica significatione. Sic autem describitur à Bernardo Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. c.37. ex quo hausit, quæ habet Udalricus lib.2. c.29. p.142. *Unus autem ministrorum, qui semper duo debent esse, stans cum flabello propè Sacerdotem, ex quo muscarum infestatio exurgere incipit, donec finiatur, eas arcere à sacrificio & ab altari, seu ab ipso Sacerdote non negligit.* *Flabellum argenteum*, inter ministeria sacra habetur apud Hariulfum lib.3. cap.3. & in Testamento S. Everardi apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21. Ecclesiasticis Scriptoribus Græcis ῥιπίδιον dicitur, Jobio lib.5. c.25. apud Photium Cod.222. Theostericto in Vita S. Nicetæ Hegumeni n.14. Germano Patr. CP. in Theoria mystica, in Chronico Alexandrino p.894. Symeoni Thess. p. 225. in Catalogo Offic. Eccl. CP. à Medonio edito, ubi de Magno OEconomo, &c. De Diacono autem flabellum tenente, dum sacra peraguntur, agunt Jo. Moschus in Prato spirit. cap.150.196. idem Theosterictus loco citato, Abbas Venusinus in Vita S. Petri Abbatis Cavensis n.11. Hildebertus Cenomanensis Episcopus Epist. 8. Vita S. Petri Episcopi Policastrensis apud Ughell. tom.7. Ital. sacræ pag.766. Durandus Mimatensis lib.4. c.35. n.8.9. Durandus Monachus, Morinus de Sacris Ordinat. p.217. Menardus ad Gregorii M. Sacrament. p.319. Habertus ad Liturg. Goarus ad Euchology. Nos etiam in Glossar. med. Græcit. in Ῥιπίδιον. De flabellis verò, quæ *Buffadors* Itali vocant, extat locus insignis apud Gregor. Nazianz. orat. 16. Τοὺς δὲ ὑπὲρ κεφαλῆς ἄνεμον ταῖς ῥιπῖσι σοφιζομένους, καὶ ταῖς ἐκ χειρῶν αὔραις τὸ πλῆθος τῶν σαρκῶν ἀναψύχοντας. & alii, &c. Vide *Muscarium*.

FLACHIA. Acta Capitularia MSS. Ecclesiæ Lugdun. ann. 1347. fol. 126. *Item super quadam flachia sita super terram tachibilem hæredum Stephani Bemen.*

FLACO, Locus cœnosus, vel aquis stagnantibus oppletus, qui *flaccere*, seu arescere incipit, unde fortè etymon. Gallobelgæ, seu Picardi, *Flaque* dicunt. Isaiæ 19. *Erunt irrigua ejus flaccentia*, i. arentia. Monasticum Anglic. to.1. p.209. *Aqua etiam per devexos civitatis vicos à porta confluens occidentali circa situm Monasterii, in paludem horridam congregata, & in lutum ex flacone diutina condensata, fœtorem ex se intolerabilem emittens, &c.* In Glossario Gr. Lat. Sangermanensi MS. lego: *Laxa, Stagnum*, τόπος, ἐν ᾧ ὀλίγον ὕδωρ συνίσταται. Ubi fortè leg. *Flaxa*. Vide *Flactra*, & Nonium in *Flaccet*.

Flaco. Annal. Franc. Fuld. an.870. *Surrexit de loco convivii, — & quasi cum flaconibus ludum exercens, præparatas devitavit insidias.* Ad marg. script. al. *falconibus.*

FLACTA. Vide *Flaxa*.

FLACTRA, idem quod *Flacco*, & ejusdem originis. Ordericus Vitalis lib.4. p. 537. *Est in mediterranea Angliæ partibus immensæ magnitudinis acerrima palus, quæ — nunc stagnis, nunc flactris, interdum nigris laticibus & crebris insularum nemoribus — protenditur.* Vita S. Guthlaci, ex qua hæc desumpta cap.14. habet *flactiris*, fortè ex

Flacteria, eadem notione. Fridericus II. Imp. lib.1. de Venat. cap.7. *Flumina magna & modica, quæ dicuntur Riveriæ, & cætera loca una collectiva aquarum, quæ dicuntur à quibusdam flacteria.* Ita legendum pro *Placteriæ*.

FLADO. Vide *Flanto*.

FLAGE. Statuta Ordinis S. Gilberti p.739. *Pellicea verò illa non fiat ad formam aliarum pellicearum; sed aperta erit in anteriori parte, & corrigiis constringetur circa mediam partem ventris, sicut solet fieri in veste lactentis pueri, quæ vestis Anglicè solet vocari Flage.*

FLAGELLARE, Molestare, affligere, apud Ughellum to.5. p.1577. Vide *Flagellatio*.

FLAGELLARIUS. Ugutio: *Mastigophorus, Flagellarius.*

FLAGELLATIO, Inter pœnas crebrò occurrit, etiam apud inferioris ævi Scriptores.

Flagellari nudum ad palum coram populo, in Concilio Francoford. an.794. c.5. al.3.

Extensis flagella infligebantur: hinc formula frequens in Lege Wisigoth. & in Lege Bajw. tit.11. cap.4. §.3. *Flagel-*

Flagella publicè extensus accipiat. Super Scamnum tensus, in Lege Salica tit. 42. §. 1. Lactantius lib. de Mortibus Persecutor. num. 21. *Si quis esset verberandus, defixi in stabulo pali quatuor stabant, ad quos nullus unquam servus distendi solebat.* Martyrium S. Niconis num. 18. κελέυεται αὐτὸς τεθέντας βυνέυροις ὠμοῖς πλήττεσθαι αὐτῶν σάρκας. Gregorius in Vita S. Basilii Jun. num. 4. κελέυει ἐκταθέντας ὑπὸ τεσσάρων βυνέυροις τύπτεσθαι. Denique Theodorus Iconiensis Episcop. de SS. Cyrico & Julitta: Ταύτην δὲ σχηματισθεῖσαν καὶ τανυσθεῖσαν ὠμοῖς νευροῖς ἀφειδῶς τύπτεσθαι ἐπέτρεψεν. Designabat verò sententia numerum verberum, ut habent Concilium Narbonense ann. 589. cap. 4. Concil. Toletan. XVI. cap. 2. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 7. 8. 11. & alibi passim. Lex Burgund. tit. 4. & 83. §. 2. Lex Salica tit. 13. Lex Bajwar. Speculum Saxon. lib. 3. art. 16. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis, ann. 781. apud Sandovallium, Cedrenus pag. 536. Harmenopulus lib. 6. tit. 3. §. 1. Chartæ variæ apud Doubletum pag. 661. 697. 736. &c. Vide Acropolitam cap. 73. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelatensis: *Solebat verò Sanctus id accuratè observare, ut nemo ex illis, qui ipsi parebant, sive illi servi essent, sive ingenui, si pro culpa flagellandi essent, ampliùs 39. ictibus ferirentur; si quis verò in gravi culpa deprehensus esset, permittebat quidem, ut post dies paucos iterum vapularet; sed paucis. Contestabatur Ecclesiæ præfectos, si quis juberet quempiam diutiùs flagellari, & ea verbera illi mortem afferrent, ut is homicidii reum se sciret.*

Nullam porrò infamiæ notam viris liberis & ingenuis inurebat flagellationis pœna, uti disertim testatur Concilium Toletan. XIII. c. 2. *Qui etiam, si pro culpis minimis, (ut assolet,) flagellorum ictibus à Principe verberentur, non tamen ex hoc, aut testimonium amissuri sunt, aut rebus sibi debitis privabuntur.* Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 18. *Ita ut ei flagellorum ista correptio non inducat notam infamiæ.* Adde §. 33. lib. 2. tit. 4. §. 10.

In Capitulari 2. & 4. Caroli M. an. 805. c. 10. adjutores conspiratorum se invicem flagellare, & sibi nares præcidere jubentur.

Duplex autem fuit *fustigatio*: alia cum *fuste*, alia cum virgis. Utriusque meminit Edictum Pistense cap. 15. *Constituimus fidelium nostrorum consensu atque consilio, ut quorumcunque coloni & servi pro hoc convicti, non cum grossa fuste; sed nudi cum virgis vapulent*: In *fustigatione cum fuste*, numerabantur *ictus*: unde in Edicto in Carisiaco ann. 861. cap. 1. *virgæ minutæ* opponuntur *ictibus*: *Et aut ictibus, prout viderit competere, aut minutis virgis cum ratione & discretione illum, qui denarium bonum rejecit, castiget.* Idem Edictum Pistense cap. 16. *Si servus vel colonus, nudus cum virgis vapulet.* Cap. 20. *Insuper & virgis nudo corpore vapulet.* Cap. 23. & 24. *Nudus cum virgis flagelletur. Virgarum verbera*, inter canonicas castigationes recensent etiam Augustinus Epist. 159. & Gregorius M. lib. 9. Epist. 67.

FLAGELLATORES, Sectarii ac hæretici, sub annum 1261. Siffridus Presbyter: *Eodem anno multa millia Flagellatorum prodierunt in mundum, dicentes, hominem ab omnibus peccatis absolvi, si in tali secta per unum mensem versaretur.* Vide Odoricum Rainald. an. 1260. n. 11.

Floruit etiam secta alia ejusdem appellationis sub annum 1349. *Fratrum Flagellatorum* nempè, qui nulla populi vel Ecclesiæ auctoritate, *publicam pœnitentiam suscipiebant. Hi vexillum Domini cum crucibus ante se portantes, & Ecclesias bis in die intrantes, se omnibus vestibus nudabant, solis pudendis honestè velatis, & tunc seipsos antè & retrò; sed præcipuè in scapulis, cum flagellis coriaceis, habentibus aculeos ferreos in extremis nodis durè percutientes, sanguinem proprium excutiebant, & sic seipsos flagellando cantilenas Deo canebant in vulgari. Nunquam etiam dormiendo pernoctaverunt in illo loco, ubi pridiè quieverunt. Et nullus scire potuit, qui sectam hanc inchoaverit, quam tandem Clemens VI. PP. interdixit.* (cujus extat in eam rem Diploma, datum Avenione 13. Kl. Nov. an. 8.) Hæc ferè Joannes à Leidis lib. 29. c. 13. De hac secta agunt passim Scriptores, Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 3. cap. 9. Vita Clementis VI. PP. p. 96, Henricus Rebdorffensis an. 1347. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 69. Continuator Nangii Latinus, Levoldus Northovius in Chr. Marcano, Radulfus de Rivo in Engelberto à Marca c. 3. Albertus Argentin. an. 1349. Magnum Chr. Belg. an. 1349. Speculum Hist. MS. Joannis Abbat. Laudun. l. 11. c. 72. Hist. Landgrav. Thuringiæ c. 105. &c. sed præ cæteris Continuator Nangii vernaculus sub an. 1347. ubi complures eorum regulæ articulos Latinè exaratos refert, ut & cantus ipsos vernaculos, seu Gallicis versibus compositos, quos, dum se flagellarent, concinebant. Scripsit Joannes Gerson Epistolam contra ejusmodi sectam, se flagellantium. Vide *Trita*.

FLAGELLATIVUS. Gloss. Gr. Lat. MS. Μαςιγίας, *verberosus, flagellativus, verbero*. Edit. habet *flagellatitius*.

FLAGELLUM, quo frumentum teritur, vulgò *Fleau*. S. Hieronymus in cap. 28. Esaiæ: *Sed virga excutiuntur & baculo, quæ vulgò Flagella dicuntur.* Translatio S. Joan. Reomanensis num. 9. *Repentè in Cenaculo assurgit, flagellum excussorium rapit, passimque interdicto noctis spatio excutere, velut in area cœpit.* Vita S. Ermelandi Abb. *Flagellum accipiens, in aream, annonam trituraturus ingreditur.* Occurrit præterea in Chronico Andrensi p. 666. *Le Roman du Renard MS.*

Qui porte tinel, qui porte hache,
Qui flaiel & baston d'espines.

Vide *Fustis*.

Flagell[illegible] Flagello frumentum excutere: vox Plinio nota. Custumar. Prioratus Lewensis apud Spelmannum in V. *Corrodium*: *Omnis molman inveniet equum ad portandum corredium Prioris, — flagellabit præbendam Prioris per unum diem cum corredio domini.*

Flagellum, Reda, quadriga, quæ scilicet ab auriga flagellum tenente regitur. Lex 5. Cod. Th. de Curiosis: *Per singulas redas, id est, quas Quadrigas, vel Flagella appellant.* Ut porrò Rhedæ *flagella* dicebantur, ita vice versa *rhedæ* dicta flagella, siquidem ita emendare liceat in Vita S. Nicolai Studitæ pag. 912. Κελέυει τούτου καὶ τά τε τῶν βραχιόνων, καὶ τῶν ὠλένων ταῖς λεγομέναις ῥέδαις μαςίζεσθαι. Ubi edit. ῥέκαις. Vide *Rheda*.

Flagella, Summitates vitium & fruticum, sic dicta, *quia flatu agitentur.* Jo. de Janua.

Flagella capillorum, crinium. Vide *Crinitus*.

Flagitare, Accusare, quomodo hanc vocem usurpat Tacitus lib. 17. Concil. Engelenheimense ann. 948. cap. 5. *Ut nullus Laicorum Presbyterum flagitare, seu fatigare, vel aliquam sibi injuriam inferre audeat.*

FLAGRADA, *Miscellus*, in Glossis MSS.

FLAMBARDUS. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 678. de quodam Ranulfo, viro arroganti: *Temerèque majoribus, quasi viregia fultus imperabat: unde à Roberto Dispensatore regio Flambardus cognominatus est, quod vocabulum ei secundùm mores ejus & actus quasi propheticè collatum est: flamma quippe ardens, multis factis intulit genti novos ritus, quibus crudeliter oppressit populorum cœtus, &c.*

FLAMI-

FLAMINA, Vexilla Ecclesiarum, *Flammula*. Wolfardus lib. 3. de Mirac. S. Walburgis num. 11. *Dum paratis omnibus cruces à fidelibus efferrentur, ut ipsa etiam juncta plebis dominicæ agmini prævia atque signifera flamina sequeretur*. Occurrit præterea lib. 4. n. 14.

FLAMINARE, *Incendere*, in Gloss. Isid. & Pithœi, Flammis urere. Vide *Flammeriari*.

FLAMINES, Episcopi, in Concilio Eliberitano c. 2. 3. 4. Gloss. Lat. Gr. *Flamines*, ἱερεῖς.

Flamineum. Gloss. Sax. Ælfrici: *Flammeolum, vel Flamineum*: biscopes huf. i. Episcopi mitra.

Flaminium, Sacerdotium, *Flaminis* dignitas, in l. 21. Cod. Th. de Decurionib. & apud Tertull. de Spectac. c. 12. & Sidon. lib. 5. Ep. 7. vox nota etiam Valerio Maximo & Agellio. *Flamonium* habent veteres aliquot Inscriptiones & Isidorus.

Flamininus honor, in Gloss. Ælfrici, biscoplic Prymscipe: id est, Episcopalis dignitas. Jo. de Janua habet *flamineus*, in *Flamen*.

Flamineatus, Sacris ac Episcopalibus vestibus indutus, & mitrâ caput tectus. Missa vetus ex Cod. Ratoldi Abbatis Corbeiensis apud Menardum: *Cum omni quoque diligentia Episcopus veneretur à suis. Eo autem rationabiliter flamineato, accedat ordinatim omnis processio*.

Flamineum. Will. Malmesbur. l. 4. Hist. Angl. p. 127. de quibusdam Monachis: *Nihil pelliceum aut lineum vestiunt, nec illud, quod subtiliter texitur laneum, quod nos Flamineum vocamus*. Sed ibi legendum *stamineum*. Vide in hac voce.

FLAMITA, Sacerdotissa, Joanni de Janua. Videtur legendum *flamina*, ut est in veteri Inscript. 459. 9.

FLAMMERIARI, Flammis aduri, seu ad flammas admoveri; Gallis, *Estre flamboié*. Raymundus *de Agiles* pag. 178. *Alii vero diutissimè torti, & ignibus adusti flammeriabantur*. *Flammare*, pro flammis adurere, dixit Tacitus: *Aut crucibus affixi, aut flammandi*.

FLAMMEUS, *Iratus*, in vet. Gloss. MS. apud Goldastum ad S. Valerian.

Flammidus, eadem notione dixit Apulejus de Deo Socrat. φλογώδη.

FLAMMIGARE, φλογίζειν, apud Gellium lib. 17. c. 10. & Macrob lib. 5. Saturn. c. 17.

FLAMMULUM, Vexillum in flammæ speciem desinens, cujusmodi est illud, quod Carolo M. porrigit S. Petrus, in Lateranensibus Parietinis apud Nicolaum Alemannum. *Flammeum vexillum*, apud Ammianum lib. 20. pag. 163. S. Fulgentius Homil. 56. *Ante carrucam Imperatoris, qui præcedunt Metatores, Palatini, Protectores, Tribuni, Duces, & Comites, Signa Dracones, & Vexilla, & Flammulæ illæ concordissimæ pannorum diversitate gaudentes, tubæ sonantes, &c.* Anastasius in Stephano IV. PP. p. 92. *Romanam urbem ingressi sunt, & per muros civitatis cum flammula ascendebant*. Vox Scriptoribus Byzantinis nota. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Σωύδημα, γνώρισμα, σημεῖον, βάνδον, Φλαμουλον, quæ vox hac notione habetur in Leonis Tacticis cap. 5. §. 5. c. 6. §. 2. 18. 25. c. 12. §. 54. 104. 118. apud Nicetam, Codinum, & alios. φλάμουρον etiam dixere recentiores Græci. Narratio MS. de Belisario: Συκονῦσι τὰ φλάμουρα τῶν βασιλέων τότε, μετὰ ξαμήτου, ταῦτα ἢ μετὰ τὴν κορδευνίων. Vide Dissertat. nostram de *Auriflamma* ad Joinvillam, Gloss. Basilicon, Meursii, Rigaltii, & aliorum.

FLANCHIA. Vide *Palectum*.

FLANQUERIA. Vide *Flecarius*.

FLANTONES, Placentæ species, Gallis *Flans*, Teutonibus *Vladeyen*. Occurrit in Charta veteri apud Louvetum in Hist. Bellovac. to. 2. p. 199.

Flatones, eadem notione. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis: *Tenentur mittere per suos servitores ad domum Cantoris — hora prandii unum panem magnum, unum galonem boni vini, honestum ferculum piscium, & unum magnum flatonem de pinguedine lactis, &c.* Charta Communiæ Roiensis in Picardia: *Si quis gastellos, vel flatones, vel hujusmodi, quæ villæ noceant, fecerit, &c.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 149. *Præterea percipiet coquinarius ad pascha tria prabendaria frumenti de granario ad flathones inveniendos*. Habetur præterea in veteri Charta apud Bolandum 18. Febr. p. 105. in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 25. in Vita S. Bernardi Pœnitentis n. 25. &c.

Fladones, dixit Fortunatus in Vita S. Radegundis c. 15. *Quæ in mensa sub fladone segelatium panem & hordeaceum manducabat*. Utitur præterea c. 21. Udalricus l. 3. Consuetud. Cluniac. c. 18. *In illis festis fabæ sæpius, aut fladonibus mutantur*. Ita etiam Bernardus Mon. ex quo hausit in iisdem Consuet. MSS. c. 7. 77.

FLASCA, *Flascula*, *Flasco*, Lagena, vas figulinum aut vitreum vino conservando idoneum; nostris *Flascon*. Theutonibus *Flesche*, aut *Flasch*.

Flasca. Isidorus lib. 20. c. 6. & ex eo Papias: *Flascæ, à Græco vocabulo dictæ. Hæ pro vehendis ac recondendis phialis plurimum factæ sunt; inde & nuncupatæ sunt. Posteà in usum vini transierunt, manente Græco vocabulo, unde & sumpserunt initium*. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 775. *Oppidani flascas prunis ardentibus plenas desuper dimittebant*.

Flascula, diminut. à *Flasca*. Idem Vitalis l. 4. ex Vita S. Guthlaci cap. 30. *Binas flasculas celia impletas*. Vetus Scriptum de Ecclesia Bremensi, de Carolo M. *Ac flasculam ejus argenteam deauratam, imaginibus diversis bene redimitam*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 223. *Flasculas ligneas deauratis barris & cera ligatas vini sub specie, auri tamen plenas — fertur transmisisse*.

Flasco, eadem notione. Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: *Flasco* Butesuc. Cambro-Britannicum Lexicon. *Flacced, Lagena, uter*. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 930. Κ. μίασις, φλασκίον, καὶ πο. μάχυικὸν ποτήριον, Φλασκίον, eadem notione in Vita S. Marci Atheniensis n. 3. Monachus Sangallensis lib. 1. c. 25. *Qui adsumpto prægrandi flascone, cellarium Bromii vel Ditis illius irrumpens, &c.* Vita S. Remigii, & Flodoardus lib. 1. Hist. Rem. c. 15. *Vas, quod vulgò Flasconem vocant, vini à se benedicti plenum dedit*. Liber 1. Miraculor. S. Richarii c. 2. *Rogavit suos, ut præpararent cuneos & malleos, quatinus in crastino flascones & quæcumque essent necessaria, inde fierent*. Charta Chilperici Regis, in Actis Episcop. Cenoman. p. 107. *Solvat in Cœna Domini plenum modium de ovis, & plenos flascones paratos de vino optimo*. Adde pag. 251. Occurrit præterea apud S. Gregor. lib. 2. Dial. c. 18. Ardonem Mon. in Vita S. Benedicti Anianæ Abb. n. 28. Ordericum Vital. lib. 6. p. 599. Odonem Cluniac. l. 1. de Vita S. Geraldi c. 29. l. 2. c. 21. Paulum Diaconum Emeritensem lib. de Vita & miraculis Patrum Emeritensium in S. Renovato, Walafridum Strabum de Vita S. Othmari c. 4. Joannem à Leidis lib. 1. c. 27. Florent. Wigorn. p. 544. Paulum Venetum lib. 1. cap. 59. Thwroczium c. 88. in Hist. Merovingica p. 592. in Monastico Anglic. to. 1. p. 104. &c.

FLASCILONES, Vestis species. Monachus Sangall. de Carolo M. lib. 2. c. 41. *Ita ut nobilioribus quibuscumque aut baltheos, aut flascilones, pretiosaque vestimenta à latissimo Imperio perlata distribui juberet*.

FLASSATA, in supellectili rustica recensetur, in Charta an. 1242. apud V. C. Stephan. Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. *Item 50. inter pullos, gallinas, & capones. Item 4. flassatas. Item 4. vomeras*. Occitani *Flassada* coopertorium lecti vocant, quasi *filassata*.

FLATARE, Papiæ, *Augere, vel amplum facere*. Fortè metaphorâ ductâ ab iis, qui ignem exsufflando augent.

FLATONES. Vide *Flantones*.

FLATOR, *Tibicen*, in Gloss. Arabico-Lat. qui tubam inflat.

FLATURA, pro *Conflatura*, χώνευσις. Julius Firmic. lib. 6. *Falsarios facient, aut qui pecunias publicas flaturarum adulteras artifices imitentur.* Hinc

Flaturarii, Fusores, *Fondeurs*, qui metalla fundunt: *Flatores æris, auri, argenti*, in l. 30. D. de Orig. Jur. *Flaturarius auri & argenti monetar.* in veteri Inscript. ubi *flaturarius* est monetarius, quomodo & in l. 6. Cod. Th. de Falsa moneta. *Flaturarius sigillarius*, in alia Inscript. qui *sigilla*, seu signa, fundit, conficit.

FLATUS. Vita S. Alberti Abb. Gambronensis n. 11. *Invenerunt unum è famulis reddidisse flatum*, i. extremum spiritum. Baldricus Abbas Burguliensis:

Emisit flatum subitò cum sanguine mixtum.

FLAVA, Morbus regius, seu ἴκτερος. Vita S. Teliaï Episc. Landavensis c. 3. *Propter pestilentiam, quæ totam ferè deleverat gentem, — pestis autem illa Flava vocabatur, eò quòd flavos & exangues universos, quos invasit, efficiebat.* Giraldus Cambrensis in Itinerario Cambriæ lib. 2. cap. 1. *Peste quadam, qua catervatim plebs occubuit, quam Flavam pestem vocabant, quam & Physici Ictericiam dicunt passionem, &c.*

FLAVI. Ita Franci indigitati in aliquot Græcorum Oraculis ob capillorum colorem. Rogerus Hovedenus pag. 650. ait, CPoli, in Porta Aurea, scripta hæc verba: *Quando veniet Rex Flavus Occidentalis, tunc ego per me ipsum aperiar, & tunc Latini imperabunt, & dominabuntur in civitate CPoli*, quando scilicet Franci urbem cepere an. 1204. De quibus etiam, ut & de eadem expeditione, intelligendus Leo Imp. in Oraculo de Restitutione CP. à Leunclavio edito:

Ἀλλά σε πυρίςατον καὶ ξανθὸν γένος
Πᾶσαν τεφρώσει, καὶ τὸ σὸν λύσει κράτος.

Anonymus in Paraphrasi oraculor. ejusdem Leonis: Φέρων τε τὸν πόλεμον, καὶ τῶν ξανθῶν τὰς μηχανὰς, &c. Ita denique apud Pachymerem lib. 1. Hist. cap. 18. Franci dicuntur τὸ ξανθὸν καὶ αρειμάνιον γένος, *Flava & bellicosa gens.* Claudianus in Rufinum lib. 2. de Gallis:

Inde truces flavo comitantur vertice Galli.

Idem de Bello Getico, de Sicambris:

Agmina quinetiam flavis objecta Sicambris.

Flavam etiam *Germaniam* vocat Autor Vitæ S. Adalberti Episc. Pragensis n. 10. Papias: *Ruteni flavi, idest, Flandrenses populi.* Sed videtur legendum *rutili*: nam & *rutilatas comas* Livius lib. 38. Gallis tribuit, quos *celsioris staturæ pene esse omnes, & rutilos, luminumque torvitate terribiles*, scribit Ammianus lib. 15. S. Hieronymus in Vita S. Hilarionis, de quodam Candidato Constantini, gente Franco: *Rutilus coma, & candore corporis indicans provinciam.* *Flavam Britanniam* dixit Archithrenius lib. 5. cap. 4. *Et Flavos Britones* auctor libri de Disciplina Scholarium c. 2. Anglos etiam ita appellasse videtur autor Carminis de Curia Romana:

Hic partes Siculas, hic te Germania gaudens
Visitat, hic flavos, Patre jubente viros.

Getarum rutilum & flavum, S. Hieronymus Ep. 7. ad Lætam: contra *furvam gentem*, Indos appellavit Juvenalis Sat. 12. Vide Salmasium ad Plinium p. 762. & quæ annotamus in Gloss. med. Græcit. in Ξανθοί.

FLAVII Prænomen, quod Vespasiani & Titi Augustorum fuit primus, ni fallor, usurpavit Claudius Imperator, atque ex eo Constantius Chlorus & Constantinus M. & qui deinceps hos excepere CPolitani Augusti. Neque porrò ipsi duntaxat Imperatores; sed Proceres ferè omnes, Consules, Præfecti Prætorio, Præsides, & viri clarissimi & Patricii illud sibi adscripsere, ut ex Inscriptionibus Gruterianis passim colligitur.

Apud Langobardos verò primus Autharis Rex, *ob dignitatem, Flavius à suis appellatus est, quo prænomine omnes, qui posteà fuerunt Langobardorum Reges, feliciter usi sunt*, inquit Warnefrid. lib. 3. de Gest. Langob. c. 16.

Sed & Gothici Hispaniæ Reges *Flavii* cognomen sibi perindè arrogarunt, quòd à Recaredo primo factitatum in Concilio Toletano III. volunt, ut Bivarius ad Pseudochronicon Maximi p. 73. & Chiffletius in Vindiciis Hispan. p. 350. Hinc *Flavia*, Gothorum Imperium appellatur in veteri Scheda, laudata à Gariello in Magalonensibus Episcopis p. 3. *Cedat Latium Flaviæ*, quam vocem ille perperam ad *Flavianam*, seu Sanctægidianam urbem retulit. Vide, quæ observamus in dissertatione de CPolitanorum Augustorum nummis.

FLAUTA, Fistula, tibia, Gall. *Fleute*, vel *Fluste*. Vide *Dulciana*.

FLAVOR, Aurum flavum. Fridegod. in S. Wilfrido c. 20.

Præterea templum cæsis instaurat arenis,
Circundans cæcis sinuato fornice cryptis,
Lenibus obductas pingens flavoribus aulas.

Et cap. 47.

Ut jubar introiit, jubaris ceu nectar opimi
Protulit effevum liquido flavore libellum
Hisce characteribus, &c.

FLAUVONESPENY. Statuta Hospitalis S. Juliani, in Additam. ad Matth. Paris p. 163. *Habeant — in die Paschæ unum denarium, qui apud eos Flauvonespeny nominatur.*

FLAXA, vox Saxonica, Lagena, *Flasco*, al. Pecer-flaxa. Gloss. Ælfrici, cap. de Vasis: *Flaxa*: Flaxe. Ugutio habet: *Flacta, Lagena, Laguncula.*

FLAXARE, Papiæ: *Vigilias circuire*, Edit. *Circumire.*

FLEBILIS, pro *debilis, infirmus, imbecillis*. Gallis *Feble*, olim *Fleble*. Hist. Obsidionis Jadrensis lib. 1. cap. 38. *Architectant multos spingardos in gyro civitatis, ubi flebilioris apparebat virtutis.*

Flevilis, ex Gallico, seu potiùs Picardico, *Fleve*, pro *Feble*; Itali *Fievole* dicunt. Regula Magistri cap. 7. apud Menardum: *Considerantes, in nobis diversa esse vasa flevilia, &c.* Ubi Editio Parisiensis Holstenii habet *flebilitas*.

Flebilitas, Debilitas. Alcuinus Epist. 19. *Ingravescente infirmi corporis flebilitate, &c.* Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. in *Fievole*.

FLEBOTOMARE. Vide *Phlebotomare*.

FLECARIUS, *Flecaria, Flanqueria*, Panifex, qui vel quæ panes conficit. Hispanis *Panaderos*. Vetus Charta apud *Diago* in Comitibus Barcinon. lib. 2. c. 114. *Quia pater suus Raimundus Berengarius noviter per violentiam eas imposuerat prædictis Flecharius, &c.* Libertates Regni Majoricarum MSS. *Flecaria, si vendiderit panem de minus penso, vel ponatur in costello, vel donet 5. solidos.* In Editis apud Joan. Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 276. est *Flequeria*.

Flanquerius. Libertates concessæ Barcinonensibus à Petro Rege Aragon. an. 1283. MSS. *Quilibet civis Barcinonensis potest molere bladum suum sine impedimento alicujus, ubicumque voluerit, exceptis fornerius & flanquerius, quæ debent molere ad molendina regalia.*

FLECTA. Glossarium Ælfrici: *Crates, i. flecta*, Hyrdel. Grimlaïcus in Regula Solitariorum c. 35. *Vidit eundem sedentem, & flectam de palmis facientem.* Idem quod *Plecta*. Vide in hac voce.

FLEDWITA. Vide *Flidwita*.

FLEMENFIRMA, *Flemenefrith, Flemenefermthe*, Fugitivorum admissio: receptio: vox Saxonica, formata ex Flema, vel Flyma, fugitivus, profugus, exul, & Fyrmþe, vel Feorme, firma, cibus, alimentum. Apud Somnerum Flymena-Fyrmþe, est fugitivorum

tivorum admissio. Inter crimina, quorum cognitio ad solum Regem spectat, ponitur in Legibus Henrici I. Regis Angl. c.10. capite verò 12. inter ea, quæ werâ emendantur. Charta Edwardi Regis Anglor. in Evidentiis Ecclesiæ Christi Cantuar. *Et Flemenefermthe super suos homines infra urbes & extra, in tantum & tam plenter, sicut proprii ministri mei exquirere deberent.* Vide Leges Inæ c.29. & 47. Leges Athelstani c.2. & Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 133. 192. 286. 827.

FLEMENESWITE, Vox Saxonica, *Mulcta fugitivorum*, à Fleam, fuga, & Pite, mulcta.

FLEMENSREDE, Jus, quo *catalla fugitivorum, sive amerciamenta hominum fugitivorum, cum anno & vasto*, dominis feudalibus competunt, ut est apud Bromptonum p.2031. Flymena, vel Flimen, Saxon. est fugitivus Ꞅæd, consilium. Fleta lib.1.cap.47.§.12. *Flemenesfreive, vel flemesrenthe*, (est) *habere catalla fugitivorum suorum tenentium.*

FLESHMONGERS, Macellarii, carnifices, ex Anglo-Sax. & Anglico Flæꞅ-manƷere, eadem notione. Leges Edwardi Confess. c.39. *Machecarii, — quos vocant Fleshmongers.*

FLET. Leges Burgorum Scotic. c.25.§.2. *Salvo hoc, quòd uxor ejusdem defuncti desponsata, tota vita sua, quandiu erit vidua, interiorem partem domus capitalis, quæ dicitur Flet, tenebit.* In Gloss. Saxon. Somneri, Fleꞇꞇ, Fleꞇe, vel Fleꞇ, est area, casa, domus, habitatio: FeðeꞃꞅFlæꞇe, sedes paterna, vel patrimonialis. Nescio, an huc pertineat vox *Fledum*? apud Miræum in Diplomat. Belg. lib.1. c.31. Vide *Aquaria*.

FLETA, *Fletum*, Æstuarium, fluentum, seu canalis, quem aqua fluens & refluens occupat, à Sax. Fleoꞇ, æstuarium, Fleoꞇan, fluctuare, natare.

Fleta. Charta an. 5. Henrici VIII. apud Spelman. *Extendit se in longitudine à communi via — usque ad fletam de Ee versus Austrum.*

Fletum. Charta an.1240. apud W.Thorn. in Chr. pag.1889. *Item pro bono pacis concessum est à Priore & Capitulo antedictis, quod de cætero ad fletum de Menstre per flumen de Sandwico liber sit accessus per navigium & recessus, hoc adjecto, quod si in ipso flumine ante dictum fletum aliqua navis vel negotiandi, seu merces alias transferendi causâ se ibidem exoneraverit, &c.* Et mox: *In fleto autem antedicto nihil juris de cætero vindicabunt.*

Fleta, Carcer Londoniensis, *The Fleet*, Anglis, & a præterlabente torrente, seu fluviolo, sic nuncupatus: *Gaolæ de Fleete* meminit Statutum 2. Westmonasteriense cap.12. *Prisona de Fleete*, Fleta lib.2. c.30. Ab hoc carcere dictus auctor libri, qui Fleta inscribitur, quod ab aliquo è Justitiariis, qui ob crimen repetundarum in eum carcerem conjecti sunt sub Edwardo I. in eo carcere exaratus sit, ut censet Seldenus.

FLETGEFOTH, vox Saxonica, in Legib. Henrici I. cap.81.

FLETWITE, *Flitwita*, Mulcta ob rixas & jurgia excitata, ex Saxonico Fliꞇ, contentio, lis, jurgium, rixa, & Piꞇe, pœna, mulcta. Joan.Brompton. p.957. FliꞇPiꞇe, i. *ferir par medlée.* Ranulfus Cicestrensis lib.1. Hist. c.50. *Flitwit, est emenda proveniens pro contentione. Fletwita*, to.1. Monastici Angl. p.192. to.2. p.827. Quietum igitur esse de *Flitwita*, est liberum esse à solutione mulctarum, ob jurgia impositarum. Vide Rastallum, & infrà *Mellea*.

FLEVAS *equitis*, Papiæ dicitur, *quoddam genus ornamenti equi, quod Flexum vocant.* Sic in Cod. MS. & Edito: alter MS. habet *Equitas*.

FLEVILIS. Vide *Flebilis*.

FLEUMA, pro *Flegma*: *Flemma*, Italis. Smaragdus in Grammatica MS. *Alia sono feminina, intellectu neutra, ut Pascha, dogma, schema, fleuma, malagma, &c.* Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëtam:

Quo Caper hirsutus vitiorum fleumate plenus.

Occurrit prætereà in Vita S. Rusticulæ Abbatissæ Arelat. cap.31. Item pro excreatione seu sputo. Formula 14. ex Baluzianis: *Post talone buccas inflat, in rotore crebrat, & currit in sudore, fleumas jactat in pudore, &c.* Ita Picardi nostri *Fleume* dicunt, pro pituita.

FLEXURA, καμψιόδος, *Amfractus*, in Gloss. Gr. Lat. *Flexura viarum*, apud Sueton. in Nerone.

FLEXUS. Charta an.1242. apud V. C. Steph. Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. *Item — dictus Amalricus amparavit Curiam dicti D. Archiepiscopi, & flexum, & potum bestiarum, & animalia, & omnes res, quæ erant in Curia prædicta.* Vide *Flevas*.

FLICTIM, pro *Efflictim*, apud Diomedem l.1. Grammat.

FLIMA, *Flyma*, Anglo-Saxon. fugitivus, in Legibus Ethelredi Regis c.12.

FLITWITE. Vide *Fletwite*.

FLOBARIUM, Ambra, Matthæo Silvatico.

FLOCARIA. Testamentum Will. Dom. Montispessulani an.1211. *Illud verò, quod statui de Flocaria, & tabula & molendino, & tincturis, &c.* Vide *Flasca*.

FLOCCARE. Jo. de Janua: *Floccus, parva massa lanæ vel nivis, quòd leviter flatu impellatur huc & illuc. Hinc flocco, as, verbum activum, soli Deo conveniens, tunc enim Deus floccat, cùm floccando ningit. Floccare*, pro ningere dicunt Itali: Picardi verò nostri *Floquer*, de veste, quæ amplior est. Vide *Floccus*.

FLOCTBABEN. Andreas Suenonis lib.5. Legum Scanicarum c.18. *Si quis cum Comitibus quinque, & armis quinque, quæ* Floct-baben *in lingua patria nominantur, alicujus domum violenter confringat, &c.*

FLOCUS, *Floccus*, Monachorum vestis, quæ amplas habet manicas, vulgò *Froc.* Ita fortè appellata, quòd esset *floccosa*, id est, τριχώδης, uti vocem hanc interpretatur vetus Moschionis Scholiastes: vel quòd *floccet*, i. cùm ampla sit, huc & illuc levi flatu, instar flocci, lanæ impellatur, uti vocem *Floccare*, interpretatur Joannes de Janua. Vetus Diction. Lat. Gall. *Villosus, plein de floches, ou de peau.* Scitum porrò, quid sit *Floccus* apud Latinos. Petrus Cluniac. lib.1. Ep.28. *Prævaricamini nobiscum & vos, qui simplici flocco & cuculla contenti esse non vultis.* Bulla Gregorii IX. PP. pro Benedictinis: *Nec incedant sine cuculla & flocco.* Declarationes Congregat. S. Justinæ ad cap.55. Regula S. Benedicti: *Habeant & cucullam, quæ secundùm Clementinam: Ne in agro, vocatur Floccus, & scapulare, quod habet quasi formam cucullæ.* Concilium Andegavense an.1365. cap.19. *Cucullas vel floccum honestum & amplum deferant.*

Floccum, neutro genere. Vita S. Petri Abbatis Cavensis n.12. *Cùm floccum Domini Abbatis à Capellanis negligenter fuisset repositum.*

Floccata cuculla, ampla, & superfluitate panni redundans. Rainardus Abbas Cisterc. in Institut. c.15. *In Ecclesiis nostris non sint cucullæ deforis floccatæ.* Joannes Monach. in Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. lib.3. c.1. *Relictis namque nativis atque assuetis vestimentis, cœperunt fucatas atque fluxas pallioque ornatas, circumferre cucullas, &c.* Ubi fortè leg. *floccatas*.

Flocellus, diminut. à *Floccus*, Minor floccus: sed potissimùm ea flocci pars, quæ in caput à parte posteriore revolvitur, ut apud Benedictinos. Goffridus Vindocin. lib.2. Epist.12. *Domnus Ernaldus, quem Decanum vestrum dicitis, si sibi secundùm justitiam placuisset, teste flocello de capite suo, potiùs in nostra, quàm in vestra sorte manere debuisset.*

Frocus, *Froccus*, voces deductæ ex *Floccus*, literulâ mutatâ. Udalricus lib.3. Consuetud. Cluniac. c.5. *Super caballum ascensurus, priùs cappam induit, quàm frocum*

frocum corrigia præcingat. Will. Brito lib. 1. Philipp. pag. 108.

Nil toga ruricolæ, nil frocus religioso, &c.

Adde Origines Cisterciensis Ordin. c. 15. tom. 1. Biblioth. Labbei p. 645.

Froccus, in Chronico Andrensi p. 421. apud Ingulfum p. 886. 889. to. 1. Monastici Anglic. p. 675. in Statutis Cluniacens. Petri Venerab. c. 29. in Vitis Abbatum S. Albani p. 24. in Hist. Exordii Ord. Cisterciensis c. 15. &c. Joan. Fortescutus de Laudibus Regum Angliæ c. 35. de Rusticis Franciæ suæ ætatis: *Froccis fixe collobiis de canabo ad modum panni saccorum teguntur, &c.*

Frocci capellati. Gaufridus Vosiensis lib. 1. cap. 73. *Prisci Cœnobitæ religione florentes nos manzerinos hæredes habuere, qui silentium, & quæcunque honesta sunt, relinquentes, parvas coronas, strictos sotulares, cucullas clausas, pro froccis ocreas, pro gandengis froccos capellatos absque cuculla — insectamur.* Vide Haëftenum lib. 5. Disq. 1. & in verbo *Roccus.*

FLODDUS, *Flud*, fluctus, ex Anglico *Floud.* Vide *Ebba.*

FLONIS. Vide *Rasus.*

FLORALIS. Gloss. Gr. Lat. Ἄνθινος, *Floralis.* Ἀνθινὸν χρῶμα, *Floralis color.*

Florale, Locus consitus floribus. Jo. Sarisber. in Policr. lib. 1. c. 4. *Illis, ut pascua augeantur, prædia subtrahuntur agricolis sationalia, insitiva colonis, cùm pascua armentariis & gregariis, alvearia à floralibus excluduntur, ipsis quoque apibus vix naturali libertate uti permissum est.*

FLORENI, Monetæ aureæ Florentinorum, apud quos cudi primum cœpere anno 1252. titulo 24. ceratiorum, quorum octo unciam conficiebant. In una horum parte insculptus fuit *flos* lilii, unde Monetæ nomen inditum, in altera effictus S. Joannes Baptista. Ita Joan. Villaneus lib. 6. c. 54. & Ricordanus Malaspinus c. 152. *Florenus de Florentia*, in Charta an. 1350. in Probat. Hist. Turenensis p. 90. cujus pretium erat tunc temporis 10. solid. Paris. *Denarii Floreni*: Rythmi in obitum Henrici VII. Imp.

Paulinum quemdam variis
Corrumpit cum denariis
Quamplurimis Florenis,
Ut Principem pissimum
Monarcham potentissimum
Inficiat venenis.

Infrà:

Te cæcum cæci muneris
Præcipitant Floreni.

Aureum numisma Florentinum, apud Joannem Hocsemium in Episcopis Leodiensib. cap. 20.

Hinc ferè monetis aureis cæteris *Floreni* indita appellatio. In Computo Thesaurariorum Franciæ ann. 1316. in Camera Comput. Paris. *Florenus* æstimatur 14. sol. *Florenus de Florentia* 12. sol. Paris. *Florenus ad maçam* 22. sol. Paris. *Florenus ad Mutonem* 14. sol. Paris. *Floreni de Florentia, Floreni de agno, & Floreni de mas*, seu *ad massam*, occurrunt etiam apud Will. Thorn. pag. 2037. ubi perperam *floreus*, pro *florenus* interdum scribitur. *Floreni Colonienses*, apud eundem p. 2194.

Tradit idem Villaneus lib. 9. c. 170. Joannem XXII. PP. Florenos aureos cudisse circa annum 1322. similes pondere, lege & formâ Florentinis, præterquam, quòd qua parte effictus erat S. Joannes Baptista, in circulo illius nomen descriptum legebatur, ad latus verò S. Joannis effi[c]ta erat mitra Papalis. In partis autem, ubi lilium erat, circulo, descriptæ erant hæ voces: *S. Petrus, S. Paulus.* Exhinc Marchione Monferratensi, Spinolis Genuensibus, & aliquot aliis Italicis Principibus, Florenos perinde aureos Florentinis similes cudere aggressis, sub anathematis pœna id interdixit idem Pontifex mense Decembri an. 1324. ut idem Scriptor tradit lib. 9. c. 279. Floreni verò isti Pontificii, *Floreni auri de Camera* appellati: quæ nomenclatura occurrit in Charta an. 1378. in Historia Turenensi pag. 117. & in alia anni 1485. apud Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 335. Hos Robertus Cenalis lib. de Ponder. & Mensur. vocat *Novellos Ducatos Papales seu de Camera. Aureorum de Camera* meminit etiam Leonardus Portius lib. 1. de Ponderib. ac Mensur. p. mihi 29.

Sed præsertim id nominis attributum monetis aureis Regum Francorum, quas vulgò *Denarios* appellabant, additâ notarum quarumdam, quibus à se invicem distinguebantur, nomenclaturâ. Hinc, quos *denarios ad Agnum*, seu *ad Mutonem*, *ad Massam*, *ad Cathedram*, & *ad Scutum*, vocant Statuta Regum nostrorum, *Floreni ad Agnum, &c.* dicuntur in veteribus Chartis. De singulis agimus in verbo *Moneta.*

Floreni blavii, in Chronico Windesemensi lib. 1. c. 32. *Centum florenos blavios dicebatur accepisse.*

Trezisini solidi de flore, in Bulla Honorii III. ann. 1220. pro Episcopo Tarracinensi apud Ughellum.

Φλωρίον, Græcis nuperis Raphaël Hieromonachus apud Crusium p. 131. ὅτι ἔταξε ταῖς δύο χιλιάδες τὰ φλωρία. Vide Meursium.

FLORENTIA. Lib. 2. Paralipom. cap. 4. *Candelabra quoque cum lucernis suis, ut lucerent ante oraculum juxta ritum ex auro purissimo, & florentia quædam. & lucernas, & forcipes, &c.* Ubi auctor Mamotrecti: *Florentia, id est, species quædam liliorum in candelabro, super quibus ponebantur lucernæ.*

FLORES diversi coloris, ad instar charismatum Spiritus sancti, desursum immissi in festo Pentecostes. Joan. Episcop. Abrincensis de Offic. Eccl. p. 58.

Flos aureus. Vide *Rosa.*

Flores, Menstrua mulierum. Michaël Scottus de Physionomia cap. 6. *Sciendum est, quòd natura ob hoc sibi tribuit purgamentum, quod Flos nominatur in vulgari, & Menstruum in Scriptura.* Infrà: *De flore mulieris est ut arboris: quoniam fructum non portat, nisi priùs florescat.* Nostri *Fleurs* dicunt, non à floribus; sed à *fluore*: ita enim ῥοῦν mulierum vertunt Latini Medici. Papias: *Mena, nigra, vel Jovis filia, quam pagani Deam dixerunt esse, quæ menstruis fluoribus præesse dicebatur feminis.* Vide *Fluor.*

FLORETUS. Joanni de Janua, *floretum* est *locus, ubi flores abundant.* Eckeardus apud Canisium to. 5. Antiq. lectionis p. 785.

Tecum in floretis liceat mihi ludere lætis.

Sic etiam quidam Liber versibus scriptus, qui editus est Lugduni cum Catone, Theodolo, libro Tobiæ, & Parabolis Alani an. 1509. inscribitur. Idem in Prooemio:

Hic liber extractus de pluribus est vocitatus,
Rectè Floretus, quia flos est inde receptus, &c.

Clementis PP. esse dicitur in MS. Codice Bibliothecæ Regiæ 1505.

FLORIERE, Florescere, Gallis *Fleurir.* S. Bonifacius Moguntin. Epist. 1. *Homo, sicut fœnum dies ejus, & sicut flos agri, sic floriet.*

FLORIARIUM *corporis*, anima dicitur Zenoni Veronensi Episc. Sermone de Lazaro.

FLOSEGA, *Flosca.* Matth. Silvaticus: *Gebara, Gebaram, i. flosega molendini.* Infrà: *Gerazera, id est, flosca molendini.*

FLOTA, Piscis species. Tabularium Fiscanense fol. 75. *Relaxavit eis Abbas consuetudinem flotarum & allecium, quæ habebatur de piscatione sua.* Sed ibi legendum videtur *fletarum*, ut intelligantur pisciculi marini, quos *Flets* vocamus.

FLOTSON, Marini juris vocabulum, quod ex naufra-

naufragio in mari fluctuat, eoque ipso Amiraliorum juris est ex Saxon. Flœoten, fluctuare.

FLOTTA. Glaber. lib. 1. Hist. c. 5. *Denique clam egrediens ad prædictam Normannorum gentem, illis tantummodo primitus adhæsit, qui assiduo raptui servientes, victum cæteris ministrabant, quos etiam illi (Normanni) communiter Flottam vocant.* Vide Bolandum 24. Martii p. 526.

FLOZE, Ratis. Vita S. Willibaldi, edita à Gretzero pag. 140. *Se conduxerunt in quodam ligno, quod dicitur Floze, transeuntes venerunt in oppidum, &c.*

FLUCTUS. Vetus Charta MS. *Guillelmus Comes Hannoniæ tenet de Duce* (Brabantiæ) *Advocatiam & dominium in Mechlinia, fluctum atque theloneum, forum seu stapulum salis, piscium ac animalium.* Videtur esse quod *Flot & Flegard* vocant Consuetudines aliquot municipales, Ambianensis vetus art. 74. 104. Bonomæ art 29. 43. 122. 168. Atrebatensis art. 5. 51. &c. Vide *Frauſtus.*

Flucticulus, κυμάτιον, apud Apuleium in Apolog. & Diomed. lib. 1. Artis Grammat.

FLUMA, Flegma, quod etiamnum Picardi *Flume* dicunt. Monasticum Anglic. to. 1. p. 7. *Non audebant in dicta Ecclesia aut cimiterio aliqua vana loqui, nec fluma, vel salivam in illam terram sanctam expuere vel projicere.*

FLUMARIA, Fluvius, Italis *Flumara.* Charta Friderici II. Imp. pro Ecclesia Anglonensi apud Ughellum to. 7. pag. 125. *Et vadit ad stratam — quæ dicitur Strata Franca, & perducit ad flumariam Argri, & per ipsam flumariam ducitur ad vallem Cupam.* Adde Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. p. 313.

FLUMETICA, Regio flumini adjacens, apud Leon. Ost. lib. 2. c. 1.

FLUMICELLUS, Fluviolus, Innocentio Agrimensori p. 233. Italis *Fiumicello.*

FLUMINEA, Flumen: apud Innocentium Gromaticum non semel.

FOAGIUM, *Focagium,* Census, qui exigitur à domino feudali pro singulis *focis* seu domibus subditorum ac tenentium suorum: καπνικὸν Scriptoribus Byzantinis, Theophani pag. 411. Cedreno & Scylitzæ p. 500. 683. Zonaræ to. 3. p. 100. &c. Vetus Charta in Probat. Hist. Guinensis p. 378. *Item pro quolibet foco hominum de potestate commorantium apud Laval. 3. den. Paris.* Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania an. 1228. *Unusquisque de foco proprio qui uxoratus est, vel uxoratus fuit aliquando, solvet domino 5. solidos, &c.* In Consuet. *de la Tour de Vesure* in Bitur. art. 8. apud Thomasserium, tenentes debent domino quotannis panem 3. obolor. Turon. & 1. obol. Turon. *pour le droit de foüage.* Computum Baillivi Bituricensis an. 1306. *De subventione focorum pro exercitu Flandriæ anno 1304. à personis nobilibus, & ignobilibus exigi ordinata, 751. lib. de Comite Nivernensi, de eadem subventione pro quinto terræ suæ 1600. lib.*

Quod igitur pro singulis focis quotannis exigitur, *Focagium* nostri appellarunt, ut est in Charta Alphonsi Comitis Pictavensis an. 1269. vel *Foagium*, vulgò *Foüage.* Forma colligendi census, apud Will. Tyrium lib. 22. c. 23. *Si verò quatuor selecti, qui ad hoc deputati sunt, cognoverint pro certo, quod alicujus substantia non valeat centum Byzantios, accipiant super eum foagium, id est, pro foco Byzantium unum, &c.* Charta Communiæ Rotomag. an. 1207. *Nullus manens infra muros Rotomagi debet foagium.* Chronicon Rotomagense an. 1227. *Ceperat foagium de Villeta, quæ est in parochia de Louviers, cùm illud foagium ad se pertinere et ratione feodi, quod de ipso tenet at. &c.* Tabularium Andegav. Cameræ Comput. Paris. fol. 57. *Quod ipse Dominus Comes exigat & habeat unica vice duntaxat in villa Andegavensi foagium, videlicet à quolibet foco quatuor solidos unica vice solvendos, pauperibus, locisque ac personis privilegiatis duntaxat exceptis.* Apud Guillelmum *Guiart* ann. 1206. Philippus Augustus, expugnato Normanniæ Ducatu, incolas rogat, an Normannicis, vel Gallicis Legibus uti velint?

Et respondent entre eus, qu'il veulent
Tel usage com avoir seulent.
Li Rois lettres leur en delivre.
Bien le firent à guise d'yvre,
Car s'il eussent esté sage,
Il fussent quittes du fouage,
Dont li Rois chascun an les plume.

Foagium quippe maximè obtinuit in Normanniæ Ducatu, in exquo solvi à populis solitum fuit singulis trienniis, ut vitaretur frequens monetarum mutatio. Vetus Consuetudo Normanniæ c. 15. *Le monneage est un aide de deniers, qui est deue au Duc de Normandie de trois ans en trois ans, afin qu'il ne face changer la monnoie, qui court en Normandie.* Infrà: *Tous les autres, fors ceux que nous avons exceptez, qui tiennent feu & lieu, doivent payer le monneage, — & pour ce souloit-il estre appellé Foüage: car ceux le paient principalement, qui tiennent feu & lieu.*

Quomodo autem apud nostros exigebatur *foagium*, discere est ex veteri Charta, quam ex Camera Computor. Parisiensi pridem eruimus, tum etiam ex Regesto Philippi Augusti Herouvalliano fol. 90. *De foagio Normanniæ: Foagium capiendum est in Normannia in tertio anno, ita videlicet quòd duo anni præmittuntur sine foagio, & in tertio anno capitur de unaquaque villa, secundum hoc, quod villa est. Submonentur quatuor homines, vel sex, vel plures, si opus est, & illi submoniti jurant quòd fideliter colligent foagium de quolibet foco 12. denar. Et si in eadem domo manserint quatuor homines, vel plures, vel pauciores, de quibus unusquisque vivat de suo proprio, & habeat de Catello 20. solidos & amplius, dat foagium. Vidua etiam si habeat de mobili 11. solid. aut ampliùs, dat foagium: si non habeat 40. solid. non redditur. De foagio autem quiti sunt omnes Presbyteri, Diaconi, & Milites, & omnes personæ, quæ habent Ecclesias. Molendinarii etiam & Furnarii Episcoporum, & Abbatum, & Baronum, & omnium Militum, qui deserviunt dominis suis per membrum loricæ, quiti sunt. Præterea quilibet Episcopus, & Abbas, & Baro habet 6. servientes quoscumque volunt quitos de foagio. Sciendum est, quòd duo ex Juratoribus de singulis villis afferent ad Ballivos Regis foagium, & habebunt in scriptis nomina eorum, de quibus receperunt foagium, quæ tradent Ballivis cum foagio, & illi duo habebunt 12. denar. de quittancia de foagio suo pro illis afferendis. Illi autem colligent foagium de hominibus Templariorum & Hospitaliorum, & similiter afferent ad Ballivos Regis, & per manus Ballivorum reddetur ad Scacarium Templariis & Hospital. Sciendum verò, quòd hæ terræ quitæ sunt de foagio, scilicet totum feodum Britolii quicumque illud teneat, & Vallis Moritolii usque ad Pecias, Abbas usque ad Doert Herberti, & tota terra de Passais, & Alençonium, & Alençonesium usque ad Pissotum Erandi, & à Plint, & Bons à Plins, & terra ad ea pertinens, & Castrum de Aumenesche in Ballivia de Argenton. In civitate Lexoviensi capietur paagium per manum Episcopi Lexoviensis, & extra civitatem ut alibi capietur.* Vide Novam Consuetud. Normanniæ art. 76. 77. 78. 79. 80. In Assisiis Hierosol. MSS. c. 265. dominus dicitur *Foager son fief*, cum *foagium* à tenentibus suis pro aliqua necessitate exigit.

FOCACIA, *Focacius.* Isidorus lib. 20. Orig. c. 2. *Subcinericius, cinere coctus & reversatus, ipse est & foca-*

focacius. Ita etiam Papias, Auctor Mamotrecti, & Matth. Silvaticus. Jo. de Janua: *Placenta, i. libum, focacia.* Italis *Focaceia.* Jo. Vincentius Metulinus in Notis ad Græcismum: *Acrisimus, panis sine fermento, videlicet focacia.* Italis *Focaccia*, apud quos proverbium obtinet, *vender pane per focaccia*, apud Boccacium Nov. 50. & 73. nostris *Foüache*, Placenta scilicet quæ ad *focum*, seu ignem familiarem coquitur. Ejusmodi panes subcinericios *fugacias* etiamnum à Bulgaris appellari, auctor est Busbequius in Itinere CP. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 55. *Et duos panes, & duas focacias, & 4. capones, &c.* Occurrit ibi pluries.

Fogata, eadem notione. Tabularium S. Remigii Remensis: *Nativitate Domini & Pascha in venerationibus magistrorum fog. 3. pullos 4. butticulas plenas vino 2.* (dat.) Infrà: *Ex antiqua consuetudine debet — fogat. 4. pullos 6. auga 1.*

Fogaza, in Tabulario Abb. Conchensis in Ruthenis Ch. 97. *Similiter & in Kalendis 4. denarios, & una gallina, & duas de fogazas, similiter & opera.*

Fogasa, idem. Tabular. Eccl. Cadurcensis: *Habet autem Gaufredus ille de prædicto Hugone 2. gallos & 1. gallinam & 3. denarios, & 2. fogasas, & 1. sesterium vini in tempore messis.* Alibi: *Et per censum singulis annis in Nativitate Domini dabat 1. porcum grandem, & 8. panes, & 8. fogaceos, & 3. capones.*

Fuacia. Charta an. 1056. apud Chiffletium in Tornutio p. 310. *In ordeis, in avenis, in denariis, in gallis, (&) fuaciis.* Alia an. 1229. in Hist. Episcop. Cadurcens. n. 77. *De questa, de lendis, de fuacis, de saltibus, de aquis, &c.*

Fugatia, in Charta an. 1171. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica p. 929.

FOCAGIUM. Vide *Foagium.*

FOCALE, Annona lignaria, vulgò *Chauffage*. Statuta Hospitalis S. Juliani in Anglia: *14. solidi æquis portionibus pro focali eorum annali — distribuantur.* Vel jus, quod quis habet percipiendi ligna in silvis ad suum *focum*. Monasticum Anglic. to. 1. pag. 779. *Et in eadem haia 10. carratas clausturæ, & 10. carratas focalis recipiendas annuatim per visum servientis mei, &c.* Pag. 603. *Et sunt ibi spinæ crescentes in Lonedon pro focali, &c.* Hermannus *de Lerbecke* in Chron. Comit. Schawenburgens. p. 38. *Lignis pro coquina deficientibus, vasa mensalia, puta scutellas, & talia, quotquot inveniebantur, in Noviomago pro focalibus comburit. Nolebat enim carbones, seu cespites, quibus utuntur, pro focalibus in festo suo comburi.* Ita usurpatur pag. 815. to. 2. pag. 204. 291. 813. to. 3. pag. 91. Lindvvodus: *Focalia, quæ colliguntur de stercoribus animalium, continentur appellatione lignorum, & sic decimari debent.* Vide *Prisa.*

Focale, Focile, igniarium: Danti in Inferno cant. 14. & Italis. Ugutio & Jo. de Janua: *Focalem petram vulgus vocat, quæ ferro percussa scintillam emittit.* Alibi: *Igniarium, focarium.* Gloss. Lat. Gall. *Focalis, Le fusileux, comme pierre qui fait feu.* Guigo II. in Statutis Ord. Cartusiensis cap. 38. §. 5. *Ad ignem, focile, esca, lapis ignitus, ligna, securis.*

FOCALIA, Papiæ, *Afuco, i. oraria, Genera vestimentorum.* Vide Senecam lib. 3. Natural. Quæst. & Quintilian. lib. 11. & horum Interpretes

FOCARIA, Ancilla, famula, quæ focum curat, Culinaria, 1. Regum, Jurisconsultis, apud Petr. de Vineis lib. 5. Ep. 9. &c.

Præsertim verò *Focariæ* appellatæ Presbyterorum & Clericorum concubinæ, Gerardus *de Schueren* in Vocabul. *Focaria, eyn huere by den hert, meretrix foco assidens.* Occurrit hac notione in lib. 3. Cod. de Donat. in Synodo Sodorensi in Insula Manniæ c. 5. & 6. in Concilio Eborac. apud Hoved. an. 1195. apud Matth. Paris an. 1278. Joannem Sarisber. Ep. 27. Rad. de Diceto an. 1137. Radulfum in Vita S. Richardi Episc. Cicestr. n. 50. in Statutis Ordinis *de Sempringham* p. 785. in Concilio Nemociensi an. 1298. c. 4. in Constit. Petri Episcopi Ruthenensis Legati Apost. an. 1312. c. 40. in Concilio Bituricensi an. 1336. c. 10. in Synodo Herbipolensi an. 1287. c. 5. Rotomagensi an. 1299. c. 1. Bajocensi an. 1300. c. 37. Placentino an. 1298. Concilio Parisiens. an. 1212. c. 4. Coloniensi an. 1260. c. 1. &c.

FOCARIUS, *Focarista*, Presbyter Concubinarius, qui *focarias* alit & domi detinet.

Focarius, in Concilio Copriniacensi c. 25.

Focarista, in Vita B. Bonifacii Episc. Lausanensis c. 2. *Semel fecit sermonem Sacerdotibus focaristis.* Chronic. Windesem. lib. 2. cap. 96. *Quidam Sacerdos focarista.* Tho. à Kempis in Vita Gerardi Magni cap. 14. *Contra proprietarios focaristas certavit.*

FOCATA, *Focaria*, Tributum, quod præstatur pro ligno, quod ad *focum* faciendum in urbem adducitur: Gallis *Foüée.* Tabularium Monasterii Corbeiensis: *Quicumque adducunt ligna ut vendant, duas quadrigatas debent nobis & Castellano, & redditur singulis obolus unus. Et si adduxerint materiam, ut vendant, 6. denarios, &c. si autem postquam materiem vendiderint, ligna adducere coeperint, & vendiderint, reddentur eis 6. denarii, & quadrigatam suam solvent, qui reditus Focata dicitur.* In alio ejusdem Monast. Tabulario: *Chest le maniere coment on culle le cauchie a foüée de Corbie. Primes toutes carettes carquies de bos non taillié doivent 2. deniers de foüée, &c.* Similia habet Charta Peagiorum Ambiani vernacula, quæ est Philippi Comitis Flandr. & Ambiani: *Qui vent le caretée à un cheval à plusieurs Carkie de mairien, & de tout bos, doit 1. denier de la foüée, &c.* Charta an. 1274. in Tabular. Episcopat. Ambian. *Il se voloient efforcier de faire paier chauciée ou foüées à nos homes de Cate.* Aliud sonas *Foée* in Gloss. Lat. Gall. *Vicissitudinarius: Qui fait foüées d'autrui.* Id est, qui operas, quæ à singulis *focis* exiguntur, pro alio præstat. Charta anni 1241. in Probat. Hist. Castilion. p. 55. *Debent etiam ad clausuram castri & ad ejus reparationem subsidium cum aliis de Castellania scilicet per unum diem singulis septimanis operam unius hominis de quolibet foco, &c.*

Focaria, idem quod *Focata*, in Charta apud Meurissium in Episc. Metens. pag. 137. *Quicumque de adjacentibus exinde voluerit focariam de mortua silva habere.* Tabularium Ecclesiæ Ambian. *Quicumque debet 12. denarios de vinagio, unam focariam persolvit.*

FOCILE. Fridericus II. l. 1. de Arte venandi cap. 33. *Huic verò ossi colligantur duo focilia cruris, quæ sunt in aliis; sunt autem duo focilia cruris, ut si unum pateretur, reliquum remaneat sanum, &c.* Infrà: *Hæc autem duo focilia, quæ nos dicimus constituere crus, quibusdam appellantur Coxa &c.* Vide *Focale.*

FOCILLARES, *Domus*, Papiæ. Vide *Foculare.*

FOCIS, Italis *Foce*, Senensibus *Fauci*, ex Lat. *Fauces*. *Sboccatura della canna della gola in bocca*, Academicis Cruscanis: Ostium fluvii aut cujusvis rivi. Leo Ost. l. 1. Chr. Casin. c. 14. *Concessit — portum Trajectensem — necnon & totam piscariam de civitate Lesina, una cum foce sua.* Ubi quidam Codd habent *fauce.* Lib. 3. c. 58. (al. 59.) *Reddit B. Benedicto fluvium Lauri, cum tota piscaria sua, & ipsam focem S. Benedicti cum tota piscaria, & calatoribus suis, &c.* Sanutus lib. 1. part. 1. c. 6. Ostia Nili *foces* pariter non semel vocat. Vide Ughellum to. 1. Ital. Sacr. pag. 68. 136. Sandovallium in Idacio p. 292. Antonium *de Tepez* to. 4. Chron. Ordin. S. Benedicti p. 457. verso, Anton. Brandaon tom. 3. Monarch. Lusitan. fol. 294. v.

FOCOSITAS. Gesta Consulum Andegav. cap. 3. n. 3. *In graves infirmitates cadens, videlicet focositatem,*

tem,phtisim,& hydropisim,&c. Idem quod calor vehemens. Italis *focoso*, ardens, *focosamente*, ardenter.

FOCULARE, idem quod *focus*, Locus ubi ignis asservatur, vel domus ipsa, Italis *Focolare* nostris *Foier*. Gloss. Saxon. Ælfrici. *Foculare*. Eorð. Quæ vox *terram,& solum*, sonat. Aliud Glossarium Saxon. Cottonianum: Fyr-ȝeaſpunȝa, *Focularia*, Somnero, *fomes combustibilis*. Lex Longobard. l. 1. tit. 19. §.2. *Si quis focum super novem pedes à foculare portaverit, & damnum ex ipso foco sibi aut alteri factum fuerit, &c.* Adde Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 54. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Siciliæ cap. 85. *En tel maniere, que por la contumace de l'université por la determination de chascun focular, demi Augustaire soit baillié à nostre cort.* Charta Urbani II. PP. apud Baronium an. 1092. n. 14. *Cum juribus, angariis, pensionibus solutis tam ratione terrarum, quàm pro quolibet foculari ipsorum locorum, &c.* Papias, ex Isidoro: *Focilares, domus dicuntur.* Vide *Focillares*.

FOCUM, Focus, ignis. Capitulare de Villis c.27. *Casa nostra indesinenter foca & wactas habeant, ita ut salvæ sint.*

FOCUS, Ignis, unde nostrum *Feu*: contrà Latinis id dicitur, in quo ignis servatur. *Focum facere*, ignem excitare, apud Anonymum de Rearchitectonica c. 3. Flodoardus lib. 1. Hist. Remens. c. 17. *Ad ipsum calefacere se cœpit ignem: Semper, inquiens, est bonus focus.* Anonymus de Miraculis S. Benedicti cap. 27. *Viderant ignem accendi: vulgus reliquum expergefactum terrificam illam vocem cum horribili ululatu concrepabat: Ad focum, videlicet, Ad focum.* Galli dicunt: *Au feu, Au feu* Monasticum Anglic. to. 2. p. 139. *Et in bosco ejusdem villæ, quod necesse eis fuerit domibus & sepibus suis reficiendis, & ad focum faciendum.* Adde Legem Alemann. tit. 65. §. 5. tit. 81. §. 1. Legem Bajwar. tit. 3. c. 4. Legem Longob. lib. 1. tit. 19. §. 2. 3. Edictum Rotharis tit. 54. §. 5. 6.

Focus, Familia, domus. Siculus Flaccus de Condit. agror. *Quoniam, ut sæpe invenimus sæpe uni foco territoria complurium acceptarum attribuantur.* Ita etiam usurpant Scriptores Latini aliquot. Vide Claudium Expillium Orat. 31. pag. 371.

Tenentes focum & locum, Cubantes & Levantes in justitia N. &c. in Charta an. 1291. in Tabulario Ecclesiæ Autisiod. fol. 456. *Tenir feu & lieu*, in vet. Consuet. Normann. c. 15. *Tenir feu, pot, & domicile permanent*, in Consuetud. Camerac. tit. 6. art. 2. *Avoir maison, & tenir feu*, in Consuetud. Burbon. cap. 36. *Focum aut tectum hospiti negare*, vel tradere, in Lege Burgund. tit. 38. §. 1. 9.

Facere focum alicubi. Curia Gener. Catalaniæ ann. 1291. *Quòd aliquis homo qui teneat mansum, vel pernadam, vel bordam, & faciat focum inibi, non possit se facere hominem alterius, sine licentia domini sui. Faire son vif & residence sur une heritage*, in Consuetudine Marchensi art. 144. 145. 164. 175. Plautus Aulularia:

Nam si ignis vivet, tu extinguere ex tempulo.

Vide *Ignis*.

Focos dividere dicuntur, *conditionales*, seu servituti rurali obnoxii, cùm qui priùs unum *focum*, seu familiam conficiebant, duos aut plures ex consensu mutuo, vel pacto, conficiunt. Charta Joan. D. Castrivillani an. 1279. in Tabulario Cluniac. *Item quidquid juris habebat in hominibus suis, qui focos suos dividunt.* Consuetudo Marchensis art. 153. *Entre hommes tenans heritages serfs ou mortaillables, le chanteau part le villain: c'est à dire, que quand deux ou plusieurs desdits hommes, parens ou autres, qui paravant estoient communs, font pain separé par maniere de declaration de vouloir partir leurs meubles, ils sont tenus & reputez divis & separez quant aux meubles, acquests, noms, detes & actions.* Adde Consuetud. Arvernensem c. 27. art. 7.

FODERARE. Vide *Fodrum*.

FODERATUS, Pellitus, Italis *Foderato*, Gall. *Fourré*. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia: *Supertunicale --- strictum sine manicis, de varso foderatum.* Nicolaus IV. PP. in Ep. apud Odoricum Raynaldum an. 1278. nu. 79. *Referant cappas nigras de segia simplices, vel, si voluerint, foderatas à cingulo, vel circà ex parte anteriori, fixas interiùs & apertas.* Cæsarius lib. 8 c. 59. *Cùm esset frigus, & ille se algere simularet, Gerardus cappam suam foderatam, qua se tegeres iens cubitum, transmisit.* Ericus Upsaliensis lib. 1. Hist. Suecicæ: *Illic bestiæ nobilium pellium vellere tectæ, sunt in magna multitudine & copia, quarum pelles pro foderatura aptissimæ. Fodratura*, in Concilio Toletano ann. 1346. Vide *Furratus*. Vox porrò orta, ni fallor, à *fodero*, seu *fodro*: qui enim ad *fodrum* seu pabulationem proficiscebantur, inde redibant rebus omnibus instructi ac onerati, dicebanturque esse bene *foderati. Bien fourrez*: quod postea traductum est ad pelles, quibus onerantur vestes & instruuntur. Loccenius à Sueco-Germanico *Foder*, ortam vult.

FODERUM. Vide *Fodrum*.

FODIO, *Bidens*, in Gloss. Arabico-Lat.

FODITA, Fossa, seu vivarium piscium in fossa. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 28. §. 2. *In piscaturis verò, foditis, seu stagnis, si quis piscaverit, &c.*

FODORUS. Vide *Posticium*.

FODRATURA, Pellitium, quo vestis ornatur, Gallis *Fourrure*, in Concilio Constantiensi an. 1418. sess. 36. Vide *Foderatus*.

FODRIUM. Vide *Fodrum*.

FODRUM, *Foderum, Fodrium*. Ita Scriptores inferioris ætatis appellarunt *annonam militarem*, uti hæc vox definitur in Vita Lud. Pii an. 796. seu quæ præbebantur ad victum militum, vel equorum, ut stramentũ & palea, cui inde apud nos *Feurre* appellatio mansit: ex Germanico *futter*, pabulum equorum, ut quidam volunt: generatim denique, quod hisce verbis recensetur in Charta Heriberti Viromanduorum Comitis an. 1076. apud Hemeræum: *Decrevi & districtè præcepi, ne quis amodo successorum meorum sub obtentu Advocationis vel dominii dictam Abbatiam audeat perturbare, non pastum, non annonam, nec etiam stramentum aut paleam de cunctis ejus possessionibus auferre.* Quæ quidem omnia unicum *fodri* nomen comprehendunt: quod pro quavis exactione, atque adeo non pro equorum duntaxat; sed & pro ipsorum militum annonis vel etiam victu, seu, ut tum loquebantur, *procurationibus* ac prandiis passim usurpari constat. Diploma Friderici II. Imp. an. 1213. apud Goldastum in Const. Imperial. *De mandato summi Pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab ipsis.* Charta Umberti Maurianensis Comitis apud Guichenonum in Hist. Saubaud. p. 27. *Liberum quidem & absolutum à fodro & omni censura.* Hæc porrò restituenda videtur vox apud Gregorium VII. PP. lib. 9. Ep. 11. de Henrico Imp. *Quod fieri minimè credimus, quoniam nec etiam fodrum ab his, per quos transitum habet, habere potest.* Ubi edit. *focum*. Charta Henrici Imp. an. 1045. in Bullario Casinensi to. 2. pag. 81. *Ad publicam exacturam, vel aliquem reditum, quæ vocant Fodrum, &c.* Otto Frisingensis lib. 2. de Gestis Friderici c. 12. *Mos enim antiquis, ex quo Imperium Romanum ad Francos derivatum est ad nostra usque deductus tempora, ut quotienscumque Reges Italiam ingredi destinaverint, gnaros quoslibet de familiaribus suis præmittant, qui singulas civitates seu oppida peragrando, ea, quæ ad fiscum regalem spectant, quæ ab accolis Fodrum dicuntur, exquirant.* Adde cap. 23. & Radevicum lib. 4. c. 10. Guntherus lib. 8. Ligur. *Id quoque, quod Forum vulgari nomine dicunt.* Apud Baron. an. 1159. *De Dominicalibus Apostolicis non esse fodrum colligendum, nisi tempore suscipiendæ coronæ. Fodrum tollere*, in Charta an. 1014. to. 10. Spicileg. p. 637. *Laforre*, in Charta an. 1222. apud Perardum in Burgundicis p. 327.

Fodrum

Fodrum commune, quod ab omnibus Imperatori præstatur, in Charta Friderici II. Imp. an. 1220. apud Ughellum to. 2. p. 23. Idem &

Fodrum regale, in Charta Friderici I. apud eundem Ughellum part. 2. tom. 1. pag. 112. *Fodrum enim regale, quod nobis inde debetur, exhiberi statuimus.* In alia ejusdem Imp. an. 1164. *Excepto nostro Imperiali fodro.* Alia ejusdem Imp. ann. 1159. in Hist. Bergomensi to. 3. pag. 461. *Ipsi autem de nullo fodro alicui respondeant, nisi soli Imperatori, vel ejus certis Legatis.* Occurrit hæc vox sæpe apud Scriptores, in Legib. Longob. l. 3. tit. 8. §. 4. in Chron. Fossænovæ ann. 1186. 1208. 1209. apud Hincmarum in Capitul. Archidiaconis datis cap. 1. & 6. Petrum de Vineis lib. 2. Epist. 29. in Bullario Casin. tom. 1. p. 22. apud Hieron. Rubeum in Hist. Ravenn. pag. 355. in Epist. Martini IV. PP. tom. 5. Hist. Franc. p. 880. apud Ottonem Morenam pag. 24. tom. 5. Ughelli pag. 1105. 1106. 1111. &c.

Foderum, idem quod *Fodrum*. Vita Ludovici Pii an. 796. *Quibus prudentissimè ordinatis, inhibuit à plebejis ulteriùs annonas militares, quos vulgò Foderum vocant, dari.* Charta Fulconis Comitis Andegav. an. 1033. *Dedi itaque illi Ecclesiæ* (S. Nicolai) — *scilicet vicariam, foderum, omnesque consuetudines, quas terra reddere solet.* Alia alterius Fulconis an. 1092. *Foderum omnium terrarum suarum quittum, &c.*

Fotrum, in Charta Caroli Crassi Regis apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 231. 232.

Fodrium, eadem notione. Charta Goffridi Comitis Andegav. pro Ecclesia S. Laudi: *Cum omni honore & etiam cum fodrio meo, & cum vinagio illarum vinearum, &c.* Alia ejusdem Gaufredi pro Ecclesia S. Nicolai: *Perdono — fodrium quoque ipsum, quod scilicet in talibus relaxationibus alias mihi retinere soleo.* Charta Joannis Regis Fr. an. 1351. pro eodem Monasterio S. Laudi: *Cum omni honore, & cum fodrio meo, & cum vinagio.* Tabularium S. Albini Andeg. *Reddit duos sextarios frumenti de frumentario, unum sextarium de forre, 12. denarios de friscengagio, &c.* Vide Galliam Christ. Sammarth. in Episcop. Andegav. n. 45.

Foderare, Fodrum exigere. Bulla Benedicti IX. an. 1033. *Nec mansiones eorum hospitari, vel invadere, vel foderare præsumat.* Est etiam prædari, *Fourrager*, à fodro, *Aller au fourrage.* Chronicon Fossænovæ ann. 1194. *Campaniam applicavit, & eam totam foderavit.*

Forrare, eadem notione. Matthæus Paris an. 1242. *Quidam de Francis discurrebant, emolumentis victualium intendentes, quod vulgariter forrari dicitur.* *Foriare*, Knygthoni an. 1355. *Fourrer*, apud Villharduinum, Froissart. 2. vol. c. 96. Monstrelletum, in Chron. Flandriæ vernac. c. 17. &c. *Aller en fuerre*, vel *en feurre*, apud nostros. *Le Roman de Garin:*

Alés en fuerre, s'il vos plaist, le matin.

Infrà:

En fuerre en est alés dans Auberis.

Guillelmus *Guiart:*

Pour ceus grever, qui vont en feurre.

Idem an. 1034.

Par les chans volentiers s'espandent
Polentiers d'aler en feurre,
L'un tient une espée sans feurre, &c.

Rursum:

Car cil, qui sont en feurre alé, &c.

Fodrarii, Qui ad *fodrum* exigendum, vel tollendum pergunt: nostris, *Fourriers*. Hincmarus Remensis Opusc. 5. *De coërcendis militum rapinis: Et mitte homines secundùm consuetudinem prædecessorum vestrorum, qui in longius pergant propter Fodrarios, & curam de pace accipiant.* *Le Roman de Parise la Duchesse:*

Antoine à veu pardevant le forrier,
Qu'il amoine vitaille, & d'avoir sont chargiez.

Foriarii, Prædatores militares, apud Thomam Walsinghamum p. 404. Adelbodus de Gestis S. Henrici Imp. p. 440. *Exercitus autem ille æstimabatur 11500. esse virorum: de Theutonibus vexerant 5000. & hi partim per fodrum divisi, partim ad vias custodiendas transmissi.* *Le Roman d'Auberi.*

Par li pais corroient li forrier.

Guillelmus *Guiart:*

Li fourrier la contrée esprenent,
Bestail proient & chastiaus prenent.

Idem an. 1304.

Et li fourrier à l'ost retournent,
Qui pour leur gaaing se confortent,
Li un armeures aportent, &c.

Le Roman de Garin:

Li fourrier cuerent par le pais.

Alibi:

Li fourriers viennent, qui gastent le païs.

Adde Chron. Flandr. cap. 17. &c. Ab ejusmodi *fodrariis*, seu *fodri* exactoribus, appellati apud nos *Fourriers*, seu *mansionarii*, qui domos magnatibus in urbibus parant: ex eo, quòd Imperator, cùm maximè in Italiam pergeret, fodrarios suos præmitteret, qui mansiones & victum militibus, & stramenta equis pararent, quæ omnia ab incolis subministrabantur. Idque *Prendre lodgis per forrées*, appellatur in Foris Beneharn. tit. 1. art. 18.

Foratores, iidem qui *Fodrarii*. Auctor Fletæ lib. 2. c. 4. §. 3. ait, Marescalli forinseci officium esse, *singulis noctibus in crepusculo insidias assidere, & in aurora eas levare, & exercitu vigilato, cum foratoribus vexillo explicato singulis diebus ire in protectionem.* Hinc *Marescallos ad fodrum dirigere*, in Capitulis Caroli C. tit. 12. cap. 13. & tit. 27. *Forratores*, apud Guillelmum de Nangiaco in S. Ludovico ann. 1242.

Foragare, Stramine seu foragio instruere. Fleta lib. 2. c. 86. *Averia brumali tempore — calide beneque custodiantur & foragentur.*

Foraginare, Prædari: Gall. *Fourrager*. Lambertus Ardensis pag. 258. *Eandem villam — foraginando, deprædando, modum excedendo devastavit.*

Foragium, *Forragium*, ex Gallico *Forage*, Stramen, pabulum equorum, *fodrum*, vel etiam *farrago*. Nicol. Trivettus in Chr. ann. 1301. *Multos equos perdiderunt propter foragii defectum.* Eadem habet Thomas Walsingham. pag. 85. Adde Knygthonum pag. 2449. & Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 10.

Forragium, apud Will. Thorn. in Charta Henrici III. Regis Angliæ sumitur pro *fodro*, id est, jure exigendi pabulum pro equis.

Furagium, idem quod *foragium*. Charta Henrici IV. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 22. *Ne furagium capiatur ubicumque in Comitatu Canciæ ad equos sustentandos in Castello Dover.* Vide *Farrago.*

Vocis *fodrum* etymon à Saxonico Fodre, i. pabulum, alimentum, accersunt Spelmannus & Somnerus: quæ quidem sententia longè videtur vero similior, quàm ea, quæ proditur in Judicato MS. Judicis Papiensis ann. 1378. *Fodrum secundum etymologiam potest dici Fodrum, id est, foris seu foras datum, ex quo videtur, quòd dicti Comites non tenentur solvere fodrum de eorum bonis, id est, non compellantur dare foras de eorum bonis id, quod ab invito extorqueri consuevit, &c.* Vide Oct. Ferrar. in Orig. Ital.

FOECUN-

FOECUNDIA, *Fœcunditas*, in Glossis Arabico-Lat.

FOECUNDICES, *Partes steriles glebæ*, in Glossis MSS. Reg. Cod. 1013.

FOECUNDITAS, Liberorum numerus, in l. 105. Cod. Th. de Decurion. *Fœcunditatis privilegium*, pro jure liberorum, in l. 8. eod. Cod. de Bonis proscript.

FOEDERATI, generatim dicti à barbaris populis, qui Romanis merebant: unde à *Militibus*, qui propriè *Romani* sunt, distinguuntur in Novella Valentiniani de Reddito jure armor. *Magister militum Sigisvultus tam militum, quam fœderatorum tuitionem urbibus ac littoribus non desinet ordinare.* Adde Julianum Antecess. c. 387. Procop. lib. 1. Vandal. c. 11. qui præterea Fœderatorum meminit c. 19. & l. 3. Goth. c. 31. 33. Harmenopulum l. 4. tit. 12. &c. Maximè verò Gothi, qui à Constantin. M. primùm conducti, inde nomen *Fœderatorum* sortiti sunt. Jornandes de Rebus Geticis, de Gothis: pag. 102. *Qui fœdere inito cum Imperatore* (Constantino) 40. *suorum millia illi in solatia contra gentes varias obtulere, quorum & numerus, & militia usq; in præsens in republica nominantur, id est, Fœderati.* Infrà: *Militiaq; illa dudum sub Constantino Principe, Fœderatorum renovata, & ipsi dicti sunt Fœderati.* Gothorum Fœderatorum præterea meminit p. 112. 115. ut Sidon. lib. 1. Epist. 8. lib. 2. Epist. 13. Procopius l. 1. Vandal. c. 11. 19. lib. 4. Goth. c. 5. Olympiodorus apud Photium p. 179. Malchus in Eclog. de Legat. Glossæ Basil. & Suidas v. φοιδεράτοι, &c. His qui præerat, *Comes Fœderatorum* dictus, de qua dignitate suprà egimus.

FOEDUS, pro *Fœditas*, in l. 47. D. de Ritu nupt.

FOENERATOR. Vide *Usurarius*.

FOETUTINA, Fœtorum colluvies, apud Apuleium in Apologia: *In fœtutinis & olenticetis suis jaceat.*

FOESA. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 906. *Sexaginta solidos in foësa foresta, & decimam molendinorum ipsius.*

FOGAGIUM, Gramen, quod æstate non depascitur, & quod spoliatis jam pratis, hiemali tempore succrescit. Leges Forestarum Scotic. cap. 16. *Si gramen, Regis in foresta locatur pro fogagio, scilicet à festo O. SS. usq; ad festum S. Petri in Quadragesima, unum quodq; animal solvet pro fogagio 4. denarios, & unaquæque juvenca 2. denarios.*

FOGATA. Vide *Focatia*.

FOINESUM. Vide *Fannatio*.

FOLCLAND, Terra popularis, quæ jure communi possidetur, vel sine scripto: cui opponitur ea, quæ *Bocland* dicitur. Vox Saxonica, composita ex ꝼolc, populus, & lanꝺ, terra. Vide *Bocland*.

FOLCMOT. Vide *Folkesmote*.

FOLEIA. Charta Matthæi de Mommorenciaco an. 1218. apud Duchesnium: *Item de foleia, quæ erat ante domum Herberti de Latiniaco in terra mea, quam diruerunt, unde peto emendam mihi dari.* Locus fortè vel area ante domum, ubi adolescentes jocari ac ludere solent, ex Gallico *Folie*.

FOLEN. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. fol. 6. *Bene potest mittere procuratorem suum loco sui, tali modo, quòd ante Justitiam & Bonos homines alios constituat, & mittat illum procuratorem pro se, & in loco suo, dicens, ita: Istum folen constituo procuratorem meum super demanda, quam fecit folen, aut ego demando illi &c.* Fol. 4. *Et per talem hominem follen, qui ei erat fidancia per follen.* Et fol. 12. *Et tunc Justitia nominando adversarium, dicat in hunc modum: Est hic folen, ut audiat testimonium, &c.* Ubi *folen* videtur sumi pro *ille*, cùm scilicet viri nomen non designatur.

FOLGARE, *Fulgare*, Saxonibus ꝼolᵹian, est sequi: est igitur *Folgare*, sistere se in aliquo contubernio, *friborga*, seu fidejussione, tradere se alicui in clientelam: servire, sequi, sectari. Leges Aluredi cap. 33. *Si quis ab una mansione ad aliam transire velit, fiat hoc testimonio Aldermanni, in cujus Comitatu priùs fulgavit.* Leges Adelstani c. 6. *Ne aliquis recipiat hominem alterius sine licentia ipsius, cui priùs folgavit, nec intra marcam, nec extra.*

Folgarii, Clientes, qui alicujus clientelæ vel servitio se se addicunt, famuli, qui focis propriis carent, aut sub stipendio & servitii alicujus præstatione possident. Leges Canuti c. 40. *Sit heordfeste, sit folgarius, sit in hundredo.* Leges Henrici I. c. 8. *Bis in anno conveniant in hundredum suum quicumq; liberi tam hudefest,* (leg. *heordfest*, vel *hyrderefest*) *quam folgarii, ad dinoscendum—si decaniæ plenæ sint, vel qui, quomodo, qua ratione discesserint, vel qui supervenerint, &c.* Bracton. l. 3. tract. 2. c. 10. *In franco plegio debet esse omnis, qui terram tenet & domum, qui dicuntur Husfastene, & etiam alii, qui aliis deserviunt, qui dicuntur Folgheres, quia nec debet quis à se repellere servientem suum, antequam purgatus sit de omni calumnia, unde priùs fuit calumniatus.* Quibus in locis *Hirderefest*, & *Husfastene* (quæ voces *patremfamilias* significant) opponuntur *folgariis*, seu clientibus.

FOLIATA, Locus foliis obsitus, Gall. *Feuillée*. Miracula S. Bertæ Blangiacensis Abbatissæ part. 4. n. 10. *Feretrum in quadam foliata de ramis arborum ibidem facta deposuerunt.*

FOLIATA. Bernardus Monach. in Consuetudinibus Cluniacensib. MSS. ex Bibl. Sangermanensi c. 8. de Granatario: *Omni dominica fratribus debet per consuetudinem Foliatas, quæ alio nomine Similæ vocantur, ac in omnibus diebus Quadragesimæ; sed istæ calidæ debent esse.* Et cap. 12. *Vinum deferunt, & per justitias dividunt, panes apponunt, qui si sunt abusti,* (sic) *vel si sunt Foliatæ, ad hoc habent cultellos, quibus eos radant & præparent, &c.* Ubi *Foliatæ* videntur esse eæ placentulæ, quas *Gasteaux feuilletez* dicimus.

FOLIATUM, *Curvatum*, in Gloss. Pithœan.

FOLIATI *calcei*. Isidorus lib. 19. c. ult. *Lingulati* (calcei) *quos nos Foliatos vocamus.* Papias: *Ligulati, genus calcei, qui Foliati dicuntur.*

FOLIXELLUS. Computum Thesaurariæ urbis Bononiæ in Italia ex Bibl. Regia: *A Joanne Buvalelli Attolini Not. & Conductore dacii folixellorum pro uno anno incœpto die 20. Maii anni præfati 1364. pro pretio in Sa. L. VIIII. M. V. C. Bon. solvendarum hoc modo: videlicet omnem quantitatem pecuniæ, quam reciperet ex foleis, & folixellis friscis & siccis, durantibus friscis dicti anni statim cùm reciperet, & residuum pro rata de mense in mensem, &c.*

FOLKESMOTE, *Folkmote*, & *Folkesmoth*, Conventus populi, à Saxonico ꝼolc, populus, moꞇe & ᵹemoꞇe, conventus. Dicitur autem de majori conventu, putà in civitatibus non unius *Wardæ*, seu Curiæ; sed omnium *Wardarum*, in Comitatibus unius hundredi, non omnium hundredorum. Hic, quasi *Shiregemotus*, id est, conventus civitatis seu burgi. Leges Edwardi Confess. cap. 35. de Aldermannis: *Cùm aliquid verò inopinatum vel dubium, vel malum, contra Regnum, vel contra Coronam Domini regis, fortè in bailliviis subitò emerserit, debent statim pulsatis campanis, quòd Anglicè vocant Motbel, convocare omnes & universos, quod Anglicè dicunt Folkmote, i. vocatio & congregatio populorum & gentium omnium, quia ibi omnes convenire debent—& ibi providere debent indemnitatibus Coronæ regni per commune consilium, &c.* In ejusmodi etiam conventibus eligebantur Vicecomites & *Heterochii*. Ibidem; *Item aliud Folk*-

mo. esse debet in quolibet Comitatu, scilicet in capite Kal. Octob. ad providendum ibi quis erit Vicecomes, & qui erunt eorum Heterochii, & ad audiendum ibi juxta eorum præcepta, consilio & assensu Procerum, & judicio folkesmote. Hujus vocis mentio præterea occurrit in Legibus Aluredi apud Brompton. c. 24. Editionis verò Saxonicæ 34. & in Legib. Henrici I. c. 2.

FOLLICANTES, *Vestis grossior*, Papiæ. *Caligas follicantes*, dixit Hieronymus Epist. 22. c. 14. & c. 12. *Sic pes laxa pelle non folleat.*

FOLLIS, Vasis Genus. Stephanus PP. in Ep. ad Pipinum to. 3. Hist. Franc. p. 708. *Sed & Beneventani omnes — Ecclesias Dei incenderunt, — munera sancta, id est, Corpus Domini nostri J. C. in suis contaminatis vasibus, quos Folles vocant, miserunt, & cibo carnium copioso saturati, comedebant eadem munera.*

Pro genere muscipulæ sumit Rosweidus in Chronico Windesem. lib. . c. 31. *Pro opere quotidiano instrumenta lignea, palas, & fossoria, folles & muscipulas fabricando.*

FOLLIS, Genus monetæ, apud Byzantinos potissimùm. Vetus Gloss. MS. & Papias: *Numi, Folles dicuntur, à sacculo, quo conduntur.* Glossæ antiquæ MSS. *Nummi autem idcirco Folles dicuntur à sacculo, quo conduntur, à continente id quod continetur appellatur. Priùs numus Argyrus nuncupabatur, quia quamplurimùm ex argento percutiebatur.* S. Augustinus lib. 22. de Civit. Dei c. . *Et quendam piscem — trecentis phollibus vendidit.* Evodius Uzalensis Episc. lib. 1. de Miracul. S. Steph. c. 14. *Insuper etiam acceperunt pecuniam creditam prope 20. millia folles.* Vide eundem Augustin. lib. 3. Contra Crescon. cap. 29. & quæ annotamus in Syntagmate de nummis inferioris Imperii. Vide præterea Baronium an. 330. num. 42. & seqq. & Glossar. med. Græcit. in φόλλα.

Follera, Follis, qui & *Folleralis*, de qua voce mox. Charta ann. 1178. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. *Laici verò 13. facient eleemosynas, & 30. vices singulis sabbatis unusquisque singulas ad oleum portabit folleras.*

Folleralis, *Follaris*, Follis æreus, monetæ species. Marcellinus Comes: *Nummi, quos Romani Teruncianos, Græci Follerales vocant, Anastasius Princeps suo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem distraxit.* Ita Editio an. 1546. & *Terentianos*, pro *Teruncianos*: at Sirmondi, *Follares* præfert, quomodo etiam Falco Beneventanus an. 1140. de Rogerio Rege Siciliæ: *Induxit etiam tres follares æreos Romesinam unam appretiatos.* Lampridius in Elagabalo, *centum folles æris* dixit. *Folles* enim alii erant ærei, alii argentei. De utrorumque valore quædam annotavit Sirmondus ad S. Augustin. Serm. 40. in Notis.

FOLLIS, *Follus, Folletus, Follia, Follitia, &c.* voces unius ejusdemque originis.

Follis, vox vetus Gallica, quam etiam usurpamus, pro stulto, vel fatuo; *Fol* enim dicimus: Cambro Britanni & Armorici, *Ffôl.* Ugutio: *Infollare, propriè est buccam inflare; & quia folles inflantur quasi quadam re inani, inde est, quòd follis dicitur stultus, superbus, vanus, inflatus.* Joannes Diac. lib. 4. Vitæ S. Gregorii PP. cap. 96. *At ille more Gallico sanctum senem increpitans follem, ab eo quidem virgâ leviter percussus est.* Willelmus Abbas Metensis Epist. 3. *Prætereo minas tuas, prætereo quòd in ipsa festivitate Beati Remigii follem me verbo rustico appellasti.* Infrà: *At certè omnino stupendum fuit, ut qui follis extiti, ad te veniendo, non fierem follior sub tua tyrannide remanendo.* Versus scripti an. 1133. ex Tabulario S. Andreæ Viennensis.

Septima Concurrens tunc corporabatur in ipso
Occursu solis, negligit quem currere follis.
Quatuor ex senis sapiens si demseris unum,
Epactas legis sic concurrisse videbis.

Follus. Chronicon Malleacense & Andegavense an. 993. de Carolo Simplice: *Hic fuit follus.* An. 919. *Karolus Follus à suis relinquitur.* Ita etiam indigitatur in Chronico Kempertegiensi an. 879. Joannes de Garlandia in Synonymis;

Insciens, & brutus, simplex, idiotaque, follus,
Indoctus, vel insipidus conjungitur istis.

Ubi Interpres hos versus citat:

Item: *Per collum follum debes agnoscere follum.*
Et: *Non opus est follo suspendere tympana collo.*

Ebrardus in Græcismo cap. 9. *Follus quandoque significat fatuum.* Vide Chronicon Guill. de Podio-Laurent. cap. 25. & Origines Italicas V. Cl. Ægidii Menagii.

Folleti dæmones, nostris *Esprits follets*, *Folletti*, Italis, dæmones aërii, quos *lusitare* aiunt. Gervasius Tillebetiensis in Otiis Imperialibus MSS. decisione 1. de Dæmonibus: *Sunt & alii, quos Folletos vulgus nominat, qui domos simplicium rusticorum inhabitant, & nec aqua, nec exorcismis artantur. Et quia non videntur, ingredientes lapidibus, lignis, & domestica supellectile affligunt, quorum verba utique humano more audiuntur, & effigies non comparent.*

Follia, Convitium. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 15. *Si quis alicui criminalem folliam dixerit, & eam illi probare noluerit, vel non potuerit, adjuret illi per sacramentum, quòd illam folliam per iram dixit, & non per veritatem.* Etiamnum dicimus vulgo: *Dire ou chanter folie a quelqu'un.* Hinc *Follier*, nostris pro *Convitiari*. Vetus Consuetudo villæ *de Perouse* ann. 1260. edita à Thomasserio in Consuetud. localib. Bituric. lib. 1. c. 66. *De folier ne faet-on droet à la Paerose: mais si mauvais hom ou mauvaze femme folie prodhom, ou prodefeme, det o mottrer au Seignor ou à son Balle, &c.*

Follitia, & *Follentia*, apud Joannem de Janua, *Vanitas, superbia, stultitia, à folleo, inflo.* Glossæ Isid. & Pith. *Felonitia, vanitas.* Italis *follia*, est stultitia, vanitas.

FOLLIS, *Folliculus*, Scrotum. Ditmarus lib. 8. de adultero: *In pontem mercatus ductus per follem testiculi clavo affigitur. Folliculi testiculorum*, in Lege Angliorum tit. 5. §. 16.

FOLOBS, *Sermo*, Papiæ.

FONG, *Fongere.* Charta Anglica an. 1330. laudata à Spelmanno in *Wardpenny*: *Et reddit inde per annum 3. sol. 4. den. ad prædictos 4. terminos, & ad festum S. Martini 2. Wardepens, — & debet colligere fongere, sicut idem Ricardus ad repa... dom. supra prec. opus ob. item — ad fœnum colligere, vel fong.* An filix, herba, quam *Fougere* dicimus?

FONS, Vas in baptisterio, in quod baptizandi descendebant: κολυμβήθρα, & δεξαμενὴ Græcis Scriptoribus, laudatis in Descript. S. Sophiæ n. 83. *Fons baptisterii, Fons baptismi*, apud Anastas. Bibl. in Vitis PP. p. 5. 26. *Fons*, vel *Fontes* nudè, p. 1. 26. 32. &c. S. Ambrosius de Sacramentis: *Venisti ad fontem, ingressus es.* Sidonius lib. 3. Epist. 12.

Quod frontem cruce, membra fonte purgant,
Primus de numero patrum suorum,
Sacris sacrilegis renuntiavit.

Vetus urbis Epigramma ad Ecclesiam S. Laurentii in Damaso, ad Fontem, apud Sirmond. ad Sidonium:

Iste salutares fons continet inclitus undas,
Et solet humanam purificare luem.
Munia sacrati quæ sint vis scire liquoris?
Dant regnatricem flumina sancta fidem.
Ablue fonte sacro veteris contagia vitæ,
O nimiùm felix, vive renatus aqua.
Huc fontem quicunque petit, terrena relinquit,
Subjicit & pedibus cæca ministeria.

Leo IV. PP. de Cura pastorali: *Unusquisque fontes lapideos habeat, & si lapideos habere non possit, vas saltem aliquod ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat, habeat.*

Fons

Fons consecratus, in Lege Longob. l. 3. tit. 1. §. 47. Quippe benedicitur à Sacerdote eorum aqua, qui baptizandi sunt. S. Basilius lib. de Spiritu sancto c. 27. Εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος. *Fons consecrari, antequam descendat, qui baptizandus est*, dicitur etiam à S. Ambrosio lib. de Iis, qui initiantur, c. 5. Messianus Presb. de Vita S. Cæsarii Arelat. *Cùm ad benedicendos fontes procederet*, &c. Victor Utic. lib. 2. Persecut. Vandal. pag. 12. *Illa hora, qua benedicent fontem, ut baptizentur accedentes ad fidem*, &c. Paulinus Epist. 12.

Dives opum Christo, pauperi, sibi, pulcra Severus
Culmina sacratis fontibus instituit. Hinc

Fons sanctus, apud Anastasium Bibl. in S. Silvestro PP. *Fontem sanctum, ubi baptizatus est Augustus Constantinus.* In S. Hilario: *Item ad sanctum Joannem, intra sanctum fontem, lucernam auream*, &c. Tortarius de Translat. S. Mauri Martyris:

Donec Normanni, fontis gens nescia sacri,
His infesta foret.

Meminit præterea *benedictionis fontium* feriâ 6. ante Pascha, Gregorius in libro Sacrament. ubi orationes describuntur. Inde

Fontes in remissionem peccatorum sanctificati, apud Auxilium de Ordinationib. à Formoso PP. factis lib. 1. cap. 28.

Descensus ad fontem, ita inscriptum Carmen, editum à Canisio to. 5. Antiq. Lect. p. 745. quo describitur Litania, quæ canebatur, dum baptizandi ad Fontes deducebantur:

Mitte sanctum nunc amborum
Spiritum paraclitum
In hanc plebem, quam recentem
Fons baptismi parturit.

Sacramentarium Gregorii M. olim datum Ecclesiæ Aretinæ à Joanne Episcopo Aretino, qui vixit sub Carolo Calvo, nunc Ecclesiæ Belvacensis: *Orationes de Pentecosten die sabbati ante descensum fontis.* Infra: *Oratio ad Missam in sabbato Pentecosten post ascensum Fontis.*

Porrò aquæ vivæ in baptisteriorum fontes influebant per fistulas, canales, & aquæ ductus, uti colligere est ex his, quæ habent Ennodius Carm. 149. Vita S. Aviti Viennensis Episcopi n. 5. Anastasius Bibl. in Hadriano PP. p. 113. 117. &c. Eæ interdum per columnas, in medio fontium perforatas, effluebant. Idem Anastasius in S. Hilaro p. 28. de Baptisterio Basilicæ Constantinianæ: *Cum columnis porphyreticis, ragiatis, foratis, aquam fundentes*, &c. Sæpe per figuras animalium, verbi gratiâ cervorum. Idem Anastasius ead. pag. *Item ad S. Joannem intra sanctum fontem — cervos argenteos tres, fundentes aquam.* Adde eundem in S. Silvestro p. 14. Breviarium Vivariense apud Columbum lib. 2. de Episcop. Vivarien. n. 11. *Nihilominus & baptisterium in ista Ecclesia — sub terra verò aquam venientem in ipsam Ecclesiam — deduxit, quæ & per meatus plumbeos in altum respirans, per columnas marmoreas mirabiliter ascendebat, quam etiam æneus cervus in medio stans evomebat.* Interdum per figuram agni. Anastasius in S. Silvestro: *In labro fontis baptisterii agnum ex auro purissimo fundentem aquam*, &c. In Leone III. p. 134. *Isdem Præsul à fundamentis ipsum baptisterium in rotundum ampla largitate construens, in meliorem erexit statum, atque sacrum fontem in medio largiori spatio fundavit, — & in medio fontis columnam posuit, & super columnam agnum ex argento purissimo, fundentem aquam*, &c. Vide Senator. lib. 8. Epist. 33.

Fons, Vas, in quo aqua ad Missæ sacrificium reponitur. Ordo Romanus: *Subdiaconus accipit Fontem de manu Archiparaphonistæ, & defert Archidiacono, & ille ex amula infundit; faciens crucem in calicem.* Occurrunt hæc verba semel ac iterum. Vetus Scheda apud Browerum lib. 8. Annal. Trevir. n. 114. *Offertorium aureum gemmatum cum patina, fontem aureum cum gemmis, pavonem auro & margaritis distinctum.*

Fontium adoratio interdicta passim legitur in Conciliis, Autisiod. c. 3. Nannetensi c. 23. Arelat. II. can. 23. Toletan. XII. c. 11. apud Burchard. lib. 1. c. 94. interrog. 42. in Legib. Longob. lib. 2. tit. 38. §. 1. &c. Hinc *Fonticolæ*, apud Cyprianum in vita S. Cæsarii Arelat. &c. Vide Cluverium lib. 1. Germ. antiq. c. 34.

FONTAGIUM. Charta Odonis Archiep. Rotomag. M. Jul. an. 1266. in Tabulario Normannico signato P. ex Camera Computor. Paris. *Terræ arabiles, vineæ, modiationes vini, prata, nemora, varrennæ, fontagium, redditus in frumento, avena, blado communi*, &c.

FONTALIA, Fontes, rivi à fontibus profluentes, in Charta an. 1180. apud Petrum Mariam Campum in Histor. Eccles. Placentina in Regesto 2. part. num. 29. *Item de omnibus surtuminibus & fontaliis, quæ sunt & nascuntur apud clausos de Oltoe*, &c.

FONTANA, Fons, *Fontaine*: Italis, *Fontana*; Papias: *Fontamina, sunt fontanæ.* Joann. de Janua: *Fontana idem est quod fons. Ad fontanas adorare*, in Lege Longob. l. 2. tit. 38. §. 1. *Fontana aqua viva*, in veteri Charta apud Ughellum tom. 1. pag. 1029. Occurrit præterea apud Innocentium Gromaticum, & in Vita S. Condedi cap. 1.

Fontanea Scaturigo, apud Solinum.

FOOTEGELD, Pedis redemptio: vox Saxon. ex Foote, pes, & Zeld, mulcta. In Assisa forestæ *de Pikring* 10. Edw. III. quidam se quietum clamavit de *Footegeld*, id est, ut canes infra metas forestæ *inexpeditatos* custodiret, sine amerciamento, fine, vel forisfactura: & allocatur ei præterea, quod ita concessum esset alicui majorum ejus.

Fotgeldum, in Monastico Angl. to. 1. p. 192.

Fotegeldum, in to. 2. p. 827. Vide *Expeditatio.*

FORADE. Vide *Forathe.*

FORAGARE, *Foragium, Foraginare.* Vide *Fodrum.*

FORAGIUM, Jus, quod domino feudi competit, non pro *perforatione* dolii vinarii, ex quo vinum promitur ad vendendum in popinis, ut quidam volunt; sed pro pretio à domino imposito vino, quod à Tabernariis & Cauponibus distrahitur. Charta Ivonis Abb. S. Dionysii an. 1169. *Foragium hominum cursim vel in transitu in villa vina vendentium habebit*, &c. Charta an. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Qui vinum vendiderit, dabit de dolio vini sextarium ad foragium.* Consuetudo Lorriacensis an. 1187. *Et de vino suo, quod de vineis suis habuerit, foragium non quoque reddet.* Versus antiqui apud Cousinum lib. 1. Hist. Tornacensis pag. 324.

Tradita Canonicis à Rege foragia vini
Distribuunt illis æqua ratione ministri.

Charta Willelmi Castellani S. Audomari in Chronico Andrensi pag. 527. *De foragio videlicet totius vini, quod ad usus proprios Ecclesia Andrensis — comparavit.* Aresta an. 1295. in Regesto Parlamenti B. f. 107. *Cùm ipsi ex dono Regum Franciæ, ut dicebant, foragium habeant in civitate Tornacensi de quolibet dolio vendito certam portionem seu mensuram vini*, &c. Charta anni 1166. in Tabul. S. Dionysii de Nogento: *Si aliquis hominum, qui Vicecomiti foragium semel dederit in aliena terra manens, si se ad manendum in territorio S. Sepulcri transtulerit, Vicecomes foragium suum de eodem & ibidem habebit, quamdiu vineas, quas tunc temporis habebat, tenuerit.* Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS.

Et s'eut la vouerie aussi,
Et les forages leur guerpi,
De vin, de cervoise, & de miés,
Quel kil soient noviaus u viés.

Charta Philippi Comitis Flandriæ apud Hemeræum pag. 45. & 168. *Justitiam Laicalem — & teloneum, & fuerfini.* Infrà *foragium* dicitur. Magnum Tabularium Corbeiense: *Li Abbes fait mettre fuer es vins con vent à broke, quam mestier est. Forum vini*, in Charta Pacis oppidi Faræ an. 1207. apud Thomasserium in Consuet. Bituric. p. 437. De foragio & jure foragii agunt Fleta lib. 2. c. 73. §. 9. Hemeræus in Augusta Viromand. pag. 109. 179. 180. 259. Doubletus in Hist. Monast. S. Dionysii pag. 434. 907. Loisellus in Hist. Bellovacensi p. 274. Raguellus de Juribus Regiis verbo *Forage &c.* Vide *Forum*, *Pertusagium*.

Foratagia vini, apud Laurentium de Leodio in Hist. Episcopor. Virdunensium pag. 288. nisi legendum sit *foragia*, quod puto.

FORAGO, in Glossis Isid. *Trames diversi coloris*: Papiæ, *nota in textura, significans cujuscunque diei opus.* Ugutio & Jo. de Janua: *Forago dicitur illud filum alterius coloris, quod mulier ponit in capite, vel in fine, vel in latere telæ, ad distinctionem vel ornatum faciendum.* Vide *Farrago*,

FORALE, Pars currus, lignum scilicet perforatum, in quo ponuntur *furcalia*. Ita Interpres Joannis de Garlandia in Synonymis:

Temo, longale, trabale, furcale, forale.

Forale. Wichbild Magdeburgense art. 9. §. 2. *Idque signum hucusque servatur, ubi civitates vel foralia noviter fundantur.* Legendum puto, *fortalitia*, munitiones, castra; nisi *foralia* sint nundinæ, vel fora publica.

FORALIS, *Ager optimus*, Papiæ.

FORAMINARE, Perforare. Utitur Sidonius lib. 1. Epist. 5. lib. 3. Epist. 3.

FORANEITAS, dicitur de Canonico, qui *foraneus* est, seu qui non facit residentiam. Charta Petri Episcopi Meldensis an. 1245. ex Tabulario Ecclesiæ Meldensis f. 48. *Privilegiis super his dictæ Ecclesiæ concessis — super residentia & foraneitate præbendarum, & perceptione fructuum earundem taliter duximus ordinandum.* Infrà: *Si verò facta prima residentia Canonicus non habitus pro foraneo post Kalendas Apriles cesserit, vel decesserit, &c.* Quid verò propriè sit *Foraneitas*, docet vetus Statutum Ecclesiæ Trecensis apud Camusatum p. 150. *Si absentes Canonici residentiam non fecerint per medietatem unius anni integre, dicti Canonici, qui dictam residentiam non fecerint, tenentur solvere 100. solid. Celerario Ecclesiæ, totiens, quotiens defecerint in dicta residentia facienda. Et si defecerint per unam diem de dicta residentia facienda, nihilominus debent solvere dictos 100. solidos. Et vocatur ista servitus, seu hujusmodi redhibentia, Foraneitas.* Charta an. 1217. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 228. *Nihil autem habeat de pane & vino pro annualibus de foraneitatibus, hoc est, de fructibus præbendarum foraneorum Canonicorum, &c.* Vide ibidem Ch. 314. Hemeræum in Augusta Viromand. an. 1159. 1230. & V. Cl. Jacob. Petitum post Pœnitentiale Theodori p. 442. 444.

FORARIUM, *Fordarium*. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 279. *Et de dominico suo, forarium, quod jacet juxta viam apud Northampton.* Pag. 1010. *Fordarium idem* videtur: *Apud Hoestresiam unum fordarium.*

FORARIUS. Liber Inquisitionum Alfonsi III. Reg. Castil. apud Cordosum in Hagiologio Lusitano: *Dixit, quod Ferdinandus Canellas comparavit tempore D. Regis Sancii, avi istius Regis villam de Pinhiero, & forariam de Caballacia &c.* Ubi Brandaon lib. 3. Monarch. Lusitan. cap. 2. ubi idem refertur, vertit, *que era foreira à de caballacia.*

FORAS, Extra, cum accusativo. Decretio Childeberti Regis c. 4. *Et si foras Ecclesiam capti fuerint, &c.* Capitulare an. 779. c. 19. *Foras marcham nemo mancipium vendat.* Adde c. 20. Occurrit passim.

Foras-mixtos. Capitulum 1. ad Legem Salicam c. 12. & Lex Longob. lib. 2. tit. 33. §. 6. *Ut nec colonus, nec fiscalinus possit alicubi foras-mixtos traditiones facere.* Ubi glossa interlinearis, *foras-mixtos, i. extrà conservos.* Cavetur igitur hoc Statuto, ne quis colonus aut fiscalinus donationem vel venditionem alteri faciat, quàm conservo, vel potiùs propinquo. Glossæ antiquæ MSS. *Propinqui, qui à femina veniunt, consanguinei dicuntur. Propinquus mixto sanguine, post adfinitate jungitur.* Vide Notas Steph. Baluzii ad Capitul. to. 2. p. 1061. 1184. ubi variantes lectiones descripsit.

FORASMURANEUS, Foras, seu extra muros, cui opponitur *Intramuraneus*, intra muros, de qua voce infrà Gregorius Turon. lib. 5. cap. 11. *Gavisus autem nuntio Pontifex, nocte sancta Pentecostes vigiliis celebratis, ob baptismum forasmuraneum egressus est.*

FORASTICUS, Extraneus, Papiæ, *Exterior. Pugna forastica*, in Epist. 3. S. Bonifacii Archiep. Moguntini. *Presbyter forasticus*, de quo suo loco. *Forastici homines: servi vel ancillæ forasticæ*, in Tabulario S. Remigii Remensis. Alibi: *Servi 11. & ancillæ 13. forenses scilicet, sive accolæ, debentes lib. 1. sol. 4. viri mansa tenentes, & accolæ, & forenses sunt 228. debentes anno tertio pro pasto tot porculos.* Ibidem: *De terra forastica culturæ 4. campi 2. recipientes semine spelta mod. 320.*

FORASTUM. Vide *Forestum*.

FORATHE, vox Saxonica, composita ex ꝼoꞃ, pro, & aðe, juramentum. Constitutiones Canuti Regis de foresta cap. 1. 2. *Liberalis autem homo, id est, pægen, modò crimen suum non sit intra majora, habeat fidelem hominem, qui possit pro eo jurare juramentum, i. foratathe.* Vetus Gloss. Saxon. *Foread*, perjuratio. *Forade* scribitur, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. ult.

FORATICUM, *Foraticus*, Vectigal, idem quod *foragium*. Charta Dagoberti Regis Fr. apud Doubletum pag. 656. *Temonaticos, cespitaticos, pulveraticos, foraticos, mestaticos, &c.* Formulæ veteres c. 45. apud Bignon. *Nec nullas venditas, nec rodaticum, nec foraticum, nec pontaticum, &c.* Alia Caroli Reg. ex Tabul. Molismensi: *Et in Vetuero mansum dimidium, & foraticum de camba una.* Alia Berengarii Episc. Virdunensis apud Hugonem Abbatem Flaviniac. an. 951. *Et decimam foratici nostræ civitatis de vino.* Adde Aimoinum lib. 5. c. 10.

FORATORES. Vide *Fodrum*.

FORATUS. Vide *Furratus*.

FORBANNIRE. Vide *Forisbannire*.

FORBATOR, Armorum politor, samiarius, Gallis *Forbisseur*. Leges Aluredi Regis c. 23. apud Bromptonum: *Si quis forbator alicujus arma susceperit ad purgandum, &c.* Vide Oct. Ferrarium in *Forbire*.

FORBATUDUS, dicitur ille, qui ab eo occiditur, quem per vim aggressus erat. Formulæ vett. c. 29. apud Bignonium: *Hic juro — quòd homo aliquis nomine ille, ita factus, cum armis suis super me venit, & colpus super me misit, & sic mihi Dominus directum dedit, & tales colpus ei dedi, pro quibus ipse mortuus est, & quod feci, super me fecit, & ego hodie ipsum facto infra damnum* (Edit. Lindenbrog. habet *fordanno*) *& forbatudum infra noctes 42. sicut lex est & nostra consuetudo, apud tres alcarius, & 12. conlaudantes juraverunt, & linguas eorum legibus direxerunt.* Quibus quidem verbis reus cædis pollicetur, se juraturum duodecima manu, ac probaturum, eum, qui primus sibi manus intulit, jure cæsum, ut qui *foris battiderit*, seu perperam & contra jus primus percusserit. *Forbatudum* enim *facere*, est probare eum haud jure manus injecisse in alium. Formula alia: *Et sic est veritas absq; ulla fraude vel conludio, & in sua culpa secundùm Legem forbatudum fecit.* In Lege Ripuar. titul. 77. est *de homine forbatudo,*

do, ubi aggressor interfectus, dicitur *de vita forfactus*: *Et tunc ante judicem in araho conjuret, quòd eum de vita forfactum interfecisset*. Decretio Childeberti Regis c. 4. de raptore: *Qui autem edictum nostrum ausus fuerit irrumpere, judex loci illius solatio collecto ipsum raptorem occidat, & jaceat forbatudus*. Aliter de vocis *forbatudus* origine censet Somnerus, aitque, vocem conflatam ex voce Saxonica ꝼoꞃ, quæ vim negandi habet, & baꞇuꞇuꞃ, quæ etymon habet ex baeꞇe vel boeꞇe, idemque sonat, quod boꞇe, emenda, mulcta: ita ut *forbatudus* is sit, cujus mors nullam emendationem aut compositionem admittit.

FORCAPIUM, *Forcheapum*. Vide *Foriscapium*.

FORCIA, *Forcelletum*. Vide *Fortia*.

FORCIPES, quorum gemino dente componitur ignis in lychnis, inter vasa ac ministeria sacra reponuntur à Durando lib. 1. Ration. c. 3. n. 29. Vide *Forfex*.

Forceps oris, pro *rostro* avis, quòd forcipis figuram referat, apud Radulfum in Miraculis S. Richardi Cicestr. Episc. n. 13. Vita S. Guthlaci Anachoretæ n. 11. *In quo matutinæ volucres avido forcipe pipant*.

FORCONSILIARE. Vide *Forisconsiliare*.

FORDA. Ordinatio Marisci Ramesiensis p. 69. *Non liceat alicui de cætero facere dammas, aut fordas, aut alia impedimenta in aliquibus landeis, watergangis, fossatis sive aquagiis communibus in marisco prædicto, &c.* Monasticum Anglic. to. 1. pag. 617. *Et tendit usque ad magnam aquam de Ayr, & fordales ejusdem prati, quæ percutiunt ex una parte super pratum hospitalis, &c.* Saxon. ꝼoꞃꝺ est amnis, vadum, trajectus.

FORDANNO. Formula Lindenbrog. 160. *Et quod feci, super me feci, & ego hodie ipsum facio fordanno, & forbatudo infra noctes 42. sicut lex & consuetudo est.* Editio Bignonii p. 245. habet hoc loco: *Et quod feci, super me feci, & ego hodie ipsum facio infra damnum & forbatudum infra noctes 42. &c.* Vide, quæ de hac voce commentatur Somnerus in Gloss. Saxon. verbo *Fordoen*, & *Orgilde*, ubi ait Saxonibus ꝼoꞃꝺoen, esse *interimere*.

FORDARIUM. Vide *Forarium*.

FORDRO. Lex Ripuar. tit. 33. §. 4. *Quòd si in ipsa hora, quando res intertiatur, responderit, quòd fordronem suum nesciat, &c.* i. auctorem rei venditæ, vel intertiatæ.

FORE, pro *Esse*. Gregorius Turon. in Vita S. Maurilii Episc. Andeg. MS. c. 2. *Audiens autem — in villa quadam — fanum fore antiquissimum diversis idolorum culturis dedicatum, &c.* Adde c. 18. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 16.

En qui confirmas Christum fore cunctipotentem.

Ditmarus l. 2. *In medium prosilit, & Canonem per omnia mentitum fore coram omnibus dixit.* Occurrit passim. Vide Felicem Osium in Notis ad Ottonem Morenam pag. 34.

FORE CENSITI *Presbyteri*. Capitulare Pipini Regis Italiæ, editum à V. Cl. Steph. Baluzio c. 36. *Ipsi* (Monachi) *in verbo tantùm & veritate promittant, de quibus specialiter Abbas adducunt Domino nostro, deinde advocatis & Vicariis, Centenariis, sive forecensiti Presbyteri; atque cuncta generalitas populi, &c.* Iidem fortè qui *forastici*. Vide *Presbyter forasticus*.

FOREFACTUM. Vide *forisfacere*.

FORENSES, Extranei, in Hist. Cortusior. lib. 1. c. 11. & alibi. *Foresi*, Bocaccio.

Forenses homines, qui vulgò *Albani*, seu *Aubains*, Alienigenæ, in veteri Notitia apud Loisellum in Hist. Bellovacensi p. 248. Vide *Presbyter forensis*.

FORERA, vox Agrimensorum, apud quos in agrorum distinctionibus pars ea dicitur, quæ latus suum alterius fini, fronti seu capiti opponit. In campis arabilib. sulcos habet transversos, sulcis terræ seu quarentenæ impingentis, hoc est, revocant, *abuttantis, terra transversalis, &c.* Spelm.

FORESCUM. Fori Morlanenses c. 12. *Item statuo, quòd aliquis istius villæ non capiatur pro aliquo forescò, si fidejussores dare poterit.* Ubi videtur legendum *forefacto*.

FORESNI. Titulus 2. Legis Frisior. *Foresni* inscribitur, seu *Forresni*, ut habet Editio Heroldi: ubi agitur de iis, qui alios *exponunt ad occidendum*, i. elocant, vel adsciscunt: ex quo Sikama legendum censet *forreednisse*, id est, de proditione.

FORESTA, *Foreste*, *Forestus*, &c. Saltus, silva, nemus: Cambro-Britannis, qui, ut aiunt, priscam linguam Gallicam & Britannicam retinent, *Fforest*. Lindwodo, *Foresta* est, *ubi sunt feræ non inclusæ; Parcus, locus, ubi sunt feræ inclusæ*. Ockamus cap. *Quid Regis foresta est? Foresta est tuta ferarum mansio, non quarumlibet; sed silvestrium, non quibuslibet in locis; sed certis, & idoneis, unde foresta, E mutata in O, quasi feresta, hoc est, ferarum statio.* Eadem habet liber Niger Scacarii Anglici, cujus auctor creditur Gervasius Tilleberiensis, apud Spelmannum. Alii, quod *foris stent*, forestas dictas putant.

Foreste. Vita S. Gudilæ Virg. n. 39. *Per circumadjacentem forestem exturbabat rapidas feras à sedibus suis.* Occurrit præterea hæc vox apud Laurentium Leodiensem in Episcopis Virdun. p. 323. in Charta Childerici Regis apud Boland. 1. Febr. pag. 235. in Charta Caroli Simpl. ap. Miræum in Diplomat. Belg. lib. 2. c. 17. & alibi passim.

Forastum, & *Forestum*, apud Baldricum in Chr. Cameracensi lib. 1. cap. 108. Ditmarum lib. 3 pag. 27. in Charta Caroli M. apud Crantzium in Metrop. lib. 1. c. 2. in Privilegiis Ecclesiæ Hammaburg. pag. 186. &c.

Foresta, apud Perardum in Burgundicis p. 28.

Forestus, in Capitulari de Villis c. 11. apud Ditmarum lib. ult. pag. 110. &c.

Forasta, in Chartis Alemannicis Goldasti c. 31.

Foreste Dominicum, Silva Regia, in Lege Longob. l. 1. tit. 22. §. 7. & apud Eginhardum Ep. 7. & in Charta Ludovici Pii II Imperatoris apud Ughellum to. 5. pag. 618. *Forestes*, in eadem Lege Longob. lib. 3. tit. 35. *Silvæ ad Regem pertinentes*, in Vita S. Richarii, silvæ scilicet majores, quas Principes sibi reservabant, quò in iis, certis anni tempestatibus, venationi indulgerent, quæ aliis prorsus in iis erat interdicta: adeo ut Guntrannus Rex Chundonem Cubicularium Regium, qui bubalum venando in Vosago occiderat, morte mulctarit, ut refert Gregorius Turon. lib. 10. cap. 10. Sed & ipsis Regum filiis in iis venari fas non erat, quod exertè habetur in Capitulis Caroli C. tit. 43. cap. 32. cujus locum hìc afferam, quòd aliquot forestarum dominicarum nomina & situs prodat: *In quibus ex nostris palatiis filius noster, si necessitas non fuerit, morari, vel in quibus forestibus venationem exercere non debeat. Carisiacus penitus cum forestibus excipitur. Silvacus cum toto Laudunensi similiter. Compendium cum Causia similiter. Salmontiacus similiter. In Odreia villa porcos non accipiat: & non ibi caciet, nisi in transeundo. In Attiniaco parum caciet. In Verno porcos accipiat tantùm. Arduenna penitus excipitur, nisi in transeundo, & villæ ad servitium nostrum similiter. In Ligurio porcos & feramina accipiat. Aristallum cum foreste penitus excipitur. In Lens, & Wara, & Astenido, & feramina & porcos capere potest. In Rugitusit, in Scadebolt, & in Launif, tantummodo in transitu, & sicut minùs potest. In Crisiaco similiter. In Lisgo porcos tantùm accipiat. Ut Adelelmus de forestibus diligenter sciat, quot porci & feramina in unaquaque à filio nostro caciata fuerint.* Adde Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 39. Atque ut aliquid de forestis istis Regiis ibi recensitis adnotem,

Carisiacum, locum hodie *Kiersi sur Oyse* nominari in pago Suessionensi, multis probaturus est propediem vir doctissimus Jo. Mabillonius, ubi celeberrimum extitit regium palatium: & ab eo haud procul *foreste*, seu silva, in qua *Ludovicum Pium ex more autumnalem venationem complevisse* an. 820. refert Eginhardus in Annalib.

Silvacum, in Laudunensi pago, locum hodie *Selve* dictum, haud procul Fara oppido, ubi est Vedogiensis silva, statuit idem Mabillonius.

Venationis Regum in *Causia* silva, quæ & *Cotia* Scriptoribus passim, ad Compendium, meminerunt Gregorius Turon. lib. 4. c. 21. Fortunatus in Vita S. Medardi, Gesta Regum Francor. c. 29. &c. Hodie *Forest de Compiegne* appellatur.

Quæ *Odreia* villa hîc appellatur, *Audriaca* dicitur in Annalibus Francorum Bertinianis an. 865. 867. 871. 873. 878. & apud Eginhardum Epist. 52. *Odriacum*, & *Hodricium*, in Chartis Dagoberti & Caroli M. apud Doubletum p. 676. 721. statuiturque inter Ambianos & Atrebates, quam quidem eandem esse cum *Ariaco*, vulgò *Aire*, multis probavit Malbrancus lib. 5. de Morin. c. 4. 9. 11. 13. 14. 15. 16. lib. 7. c. 58. cui adjacet ingens silva, quam *Vastlau*, seu vastum saltum vocant.

De *Attiniaco* & *Verno* Palatiis, quibus adjunctæ fuere silvæ regiæ, quædam adnotamus, ubi de Palatiis regiis. *Brolii ad Attiniacum Palatium* meminit Capitulare triplex Caroli M. an. 808. cap. 10.

Venationis regiæ in *Ardenna*, seu *Arduenna* silva crebra mentio est in Annalibus Francorum an. 802. 804. 813. 819. 822. 823.

Aristalli, seu *Heristalli* Palatii mentio pariter non semel occurrit in iisdem Annalibus.

Lens etiamnum habetur oppidulum in Atrebatibus.

Astenidum videtur esse *Satanacum* in Lotharingia, quod *Astenai* olim, nunc *Stenai* dicitur.

Crisciacus etiamnum nomen retinet in Comitatu Pontivi, hodie *Cresci*, cui adjacet ingens ejusdem nominis *foreste*. *Criscecus villa in Pontio*, apud Fredegarium cap 96. *Crisciagus*, in Gestis Regum Franc. c. 45. *Crisciacensis silva* in Vita S. Richarii.

Aquisgranensis forestis meminit Charta Caroli M. pro Ecclesia Osnabrugensi an. 840.

Vosagi celeberrimæ silvæ, in qua regiæ venationes fiebant, mentio est etiam passim apud Scriptores, Gregoriū Turon. lib. 10. c. 10. Fortunatum lib. 7. Poëm. 4. in Annalib. Fr. an. 805. 806. 817. 821. 825. &c.

Fiebant autem istæ venationes à Principibus nostris cum tota Palatii Comitiva. Hinc *Venationes publicæ* vocantur forestæ ipsæ Regiæ in Chronico Montis-Sereni: *Erat circa locum ipsum Venatio publica Imperatoris.* Sub autumnum ut plurimum fiebant: unde *Venationes autumnales* dicuntur Eginhardo an. 820. 822. 826. *Venationes ex more, more solito*, solennes, ut loquitur idem Eginhardus an. 817. 819. 820. *Juxta morem Francorum*, ut auctor Vitæ Ludovici Pii ann. 817. Idem ann. 822. *Quibus dispositis juxta morem Francorum Regum autumnale tempus venationibus insumpsit.*

Ut olim veteribus Gallis, quod testatur Arrianus lib. de Venatione cap. 34. ita fuit venatio Francis omnibus familiare exercitium. Quippe cùm venatio artis bellicæ pars ac imago semper habita sit, &, ut ait Aristides Orat. in Minervam, τῆς πολεμικῆς μορφὴν τέχνης, μᾶλλον ἢ εἰκών. Seu, ut Philo Judæus in vita Mosis: Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀγρίων θήρα στρατηγικὸν κατ᾽ ἐχθρῶν ἐστι γύμνασμα: His artibus futuri Duces olim imbuebantur, inquit Plinius in Paneg. Philippus *Mouskes* in Carolo M.

Et nules gens en tout le mont
Si volentiers kacier ne vont,
Ne en riviere com François,
Et orent fet tousjours ançois.

Id pariter de Francis omnibus, & Francorum Principibus testantur Scriptores alii. Aimoinus l. 1. Hist. c. 21. in Clodoveo: *Ut moris est Francorum venatui insistere.* Et lib. 2. c. 37. *Indéq; venationis gratia exercendæ, cujus studiosos fore Francos suprà meminimus, Cotiam silvam ingressus, &c.* Gesta Dagoberti Regis c. 2. de ipso Dagoberto: *Cùm adolescentiæ ætatem, ut Genti Francorum moris est, venationibus exerceret, &c.* De eodem c. 23. *Exercitiis viritim* (f. virium) *& venationibus assidue utens, in omni agilitate corporea strenuus atque incomparabilis erat.* Angradus Monachus in Vita S. Ansberti, de Theodorico Rege: *Venatibus, ut sibi gentilitium erat, indulgens.* Idem de Chlotario prodit Fredegarius Scholast. c. 42. Eginhardus de Carolo M. *Assiduè exercebatur in equitando ac venando, quod illi gentilitium erat: quia vix ulla in terris natio invenitur, quæ in hac arte Francis possit æquari.* Poëta Saxonicus lib. 5.

Hic se venatu, nec non equitando frequenter;
Fecerat ignarum desidia penitus.

Alcuinus, sive quis alius auctor Poëmatis de Carolo M. editi à Canisio:

—Etenim nemora inter opaca
Hic pater assidue Carolus venerabilis heros
Exercere solet gratos per gramina ludos,
Atque agitare feras canibus, tremulisq; sagittis
Sternere cornigeram, nigraque sub arbore turbam.

Sed & *filios, quam primùm ætas patiebatur, more Francorum equitare, armis, ac venationibus exerceri fecit*, ut est apud eundem Eginhardum. Ludovicum Pium venatoriis etiam exercitiis vacasse testantur Theganus cap. 19. & auctor Vitæ illius an. 817.

Ut verò omissis priscis Regibus ad recentiores transeamus, Ludovicum XI. venationi operam impensiùs dedisse tradit Monstrelletus 3. vol. pag. 97. Id ipsum scribit Thuanus de Carolo IX. cujus de Venatione liber in omnium manibus versatur. De Ludovico XIII. norunt, qui etiamnum sunt superstites.

Fateor tamen Regibus nostris non peculiare fuisse venationis studium, quod ab antiquis etiam Principibus cultum; exemplis aliquot probavit Meursius in Notis ad Lycophronem.

Præ cæteris autem Reges Angliæ Normannicos venationis perinde studiosos extitisse, ex Scriptoribus constat, *qui in tantam erupere insaniam*, (verbis utor Joannis Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 4.) *ut hostes naturæ fierent, conditionis suæ immemores, divini judicii contemptores, dum in vindictam ferarum, imaginem Dei exquisitis suppliciis subjugarent; nec veriti sunt hominem pro bestiola perdere, quem Unigenitus Dei redemit sanguine suo.* Quibus quidem verbis utrumq; Willelmum, Nothum & Rufum, & Henricum I. carpit: ac Nothum quidem, qui ut auctor est Robertus de Monte an. 1084. & Bromptonus, ei, qui cervum aut aprum cepisset, oculos evellebat, ut qui feras, tanquam earum pater, amaret: Willelmum vero Rufum, qui, ut habet Knyghtonus lib. 2. c. 7. *tantam exercuit per forestas duritiam, quòd pro dama hominem suspenderet, pro lepore 20. solidis plecteretur, pro cuniculo 10. sol. daret.*

Rufi in venatores sævitiam pluribus etiam exagitat Eadmerus l. 2. Hist. Novor. pag. 48. *Hac fide in ipso proficiente, ad hoc quoque lapsus est, ut Dei judicio incredulus fieret, injustitiaque illud arguens, Deum aut facta hominum ignorare, aut æquitatis ea lance nolle pensare, astrueret. Exempli causâ 50. circiter viri, quibus adhuc illis diebus, ex antiqua Anglorum ingenuitate, divitiarum vestigia quædam arridere videbantur, capti sunt, & calumniati, quòd cervos Regis ceperint, mactaverint, manducaverint. Negant illi. Unde statim ad judicium rapti, judicantur injectam calumniam examine igniti ferri à se propulsare debere.*

Statuto

Statuto itaq; die, præfixo pœna judicii pariter subacti sunt, remota pietate & misericordia. Erat ergo misericordiam videre, &c. Deniq; Henricus I. *feras propter venationis delicias plus justo diligens, in publicis animadversionibus cervicidas ab homicidis parum discernebat.* Verba sunt Willelmi Neubrigensis l. 1. c. 3. & l. 3. c. 26. Quò etiam referenda ista ex laudato Joan. Sarisberiensi: *Quæ fere naturæ sunt & de jure occupantium fiunt, sibi audet humana temeritas insipiciente Domino vendicare, & idem juris in omnibus ubicunq; sunt statuit, ac si claustris sui indagine universa cinxisset: quodq; magis mirere, pedicas parare, avibus laqueos texere, allicere modis vel fistula, aut quibuscunq; insidiis supplantare, ex edicto sæpe fit criminis, & vel proscriptione bonorum mulctatur, vel membrorum punitur salutisq; dispendio. Volucres cæli & pisces maris communes esse audieras; sed hæ fisci sunt, quas venatica exigit ubicunq; volant.* Paulo mitior fuit Henricus II. *qui hujusmodi transgressores carcerali custodia sive exilio ad tempus coercuit.* At Ricardus I. Henrici II. filius in Assisa de forestis, apud Roger. Hovedenum p. 784. veteres Leges in usum rursum revocavit, statuitque, ut qui ei de venatione & forestis forisfecissent, & inde essent convicti, plenaria de illis justitia fieret, qualis facta fuerat tempore Henrici avi sui, videlicet ut amitterent oculos & testiculos. Verùm postea pœnam hanc sustulit ipse Ricardus. *Hanc enim legem de venatione sublatam,* inquit Matth. Paris an. 1232. *in hoc temperavit, quòd cùm apud Reges antecessores ejus, si quilibet in fraude venationis deprehensi fuissent, eruebantur oculi eorum, abscindebantur virilia, manus vel pedes — truncabantur. Sed tale judicium pio Regi Ricardo visum est nimis inhumanum, ut homines ad imaginem Dei creati, pro feris, quæ juxta legem naturalem generaliter omnibus sunt concessæ, de vita vel membris periclitarentur, ut id faciendo feris ac bestiis deterior videretur. Hoc enim solummodo sufficiebat ei, ut quilibet in culpa deprensi, vel Angliam abjurarent, vel pœnam carceralem subirent, vel pœna punirentur pecuniali, salvis omnibus vita & membris.* Tandem Edwardus I. in Magna Charta Libertatum Angliæ cap. 10. vetuit, ne ullus de cætero vitam vel membra amitteret pro venatione regia; sed gravi mulcta, vel carcere, aut exilio puniretur.

Cùm igitur ea laboraret insania Willelmus Nothus, *terram,* ut ait Gualterus Mapæus, vetus Scriptor, apud Camdenum in Britannia, *Deo & hominibus abstulit, ut eam dicaret feris & canum lustris, à qua 36. matrices Ecclesias extirpavit, & populum eorum dedit exterminio.* Brompton de Notho: *In silva venationis, quæ nunc Nova foresta vocatur, villas & Ecclesias plures eradicari, gentem extirpari, & à feris habitari fecit.* Et infrà, de Rufo: *Ad Novam regiam forestam, Anglicè Ychene dictam, quam pater suus Willelmus Bastardus hominibus fugatis, desertis villis, & subreptis Ecclesiis, per 30. & eò amplius milliaria in saltus & lustra ferarum redegerat, &c.* Quod alii perperam Rufo adscribunt, de quo ita Knyghtonus: *Fecit forestas in multis locis per medium regni, & inter Southamtonam & Prioratum de Twinam, qui nunc vocatur Christchyrke, prostravit, & exterminavit 22. duas Ecclesias majores, cum villis, Capellis & maneriis atq; mansionibus: secundùm verò quosdam 52. Ecclesias parochiales, & fecit de loco illo forestam novam, quam vocavit suum Novum herbarium, & replevit eam cervis, damis, & aliis feris, parcens illis per 7. annos venatûs gratiâ.* Cui sententiæ, falsæ licèt, favent Versiculi Joannis Withi Episcopi Wintoniensis ab Camdeno laudati.

Ut verò in eadem *Nova foresta* Walteri Tirelli sagitta percussus interierit Rufus, narrant Scriptores Anglici omnes. Sed & Brompton an. 1100. perinde ut alii, ante Rufum, Ricardum Henrici I. fratrem, à suo Milite, inter venandum, in eadem foresta confossum scribunt. In qua etiam Henrici Nothi è filio Roberto nepos, dum feras contentiùs insectatur, ramusculis, ut olim Absalom, appensus, animam efflavit. Hæc tristia regalis familiæ fata sic perstringit Joan. Sarisberiensis: *Nostrorum quoque temporum luctuosis instruimur exemplis ab hujusmodi inquietudine temperare, cùm proceres nostros inter venandum veris variisque miraculis indignatio divina percusserit, bestialemque sæpe invenerint exitum vitæ, qui, dum licuit, bestialiter vixerant. Regibus quoque ipsis manus Domini non pepercit, & in malitiam eorum condignam & gloriosam exercuit ultionem.* Hanc porrò forestam Novam *Ytene*, vel *Ychene* appellatam fuisse scribunt Simeon Dunelmensis & Brompton an. 1100.

Præter Novam forestam in Regno Angliæ 68. *forestas*, præter *chaceas* 13. & *parcos* plus minus 781. ut & earum nomina & situs, recenset Spelmannus.

Plena foresta, jus utendi foresta, & in qualibet illius parte. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 69. *Plures sunt, qui debent 2. denar. pro brenagio, & habent herbagium in communi foresta, donando pro unaquaque vacca 1. den. Pro fructibus plenæ forestæ donat quisque unam gallinam, sive 2. den. nisi possit affidare, quòd fructum non habuit.*

Foreste, *Forestis*, Vivarium piscium. Charta Childeberti Regis pro Abbatia S. Germani Parisiensis: *Has omnes piscationes, quæ sunt & fieri possunt in utraq; parte fluminis, sicut nos tenemus, & nostra forestis est, tradimus ad ipsum locum, &c.* Charta Caroli C. pro Monasterio S. Dionys. apud Doubletum p. 789. *Pari etiam voto adtribuimus eis forestam piscationis atque venationis.* Alia ejusdem Regis apud eundem p. 803. *Pari etiam modo attribuimus illis in ipsa aqua forestam piscationis.* In alia, pag. 806. *Foresta aquatica* dicitur. Carolus M. in Capitul. ex triplici lege c. 18. *De forestis ut forestarii bene illas defendant, simul custodiant bestias & pisces, &c.* Adde Capit. 2. an. 813. c. 19. Charta Caroli C. apud Perardum in Burgundicis: *Silvam ubi possint saginari porci 600. forestam piscium in aqua a ponte Divionis castri usq; ad Rotiacum.* Adde Chronicon S. Benigni pag. 412. Charta Zuenteboldi Regis apud Sammarthan. in Abbat. S. Apri: *Concessimus — nostram piscationem scilicet in foresta nostra super fluvium Mosellæ in unaquaque hebdomada dies duos, &c.* Alia Gaufridi Meldensis Episcopi an. 1211. in Tabul. Campan. *Conquerebantur, quòd Comitissa volebat facere forestam in aqua de Nongento.*

Forestas verò piscium vivaria appellasse videntur nostri, quòd majoribus illis silvis adjuncta essent & vivaria. Capitulare 2. an. 813. c. 19. de cura villicorum: *In forestis mansum regale, & ibi vivaria cum piscibus, & homines ibi maneant.*

Forestare, Silvam in forestem convertere, forestæ adscribere, jus forestæ concedere: *Forestem noviter instituere*, in Capitul. 4. an. 819. c. 7. & lib. 4. Capit. c. 42. 65. Charta Conradi Imp. an. 1029. in Chronico Episcopor. Mindensium pag. 736. *Quandam silvam — forestari concessimus, & banni nostri districtu circumvallavimus, ea videlicet ratione, ut nemo ulteriùs in eodem foresto absque prælibati Episcopi suorumque successorum licentia potestatem habeat venandi, sagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, quæ meritò sub jure banni continentur.* Alia ejusdem Imperat. ibid. *Supplicans, quatenus nos quoddam forestium sui scilicet juris per Imperiale nostri præceptum forestari faceremus, &c. Forestæ noviter institutæ*, in Capitul. 4. an. 819. c. 7. & lib. 4. c. 42. & eodem lib. Append. 3. c. 3. *De foreste, quam Autharius Comes habere vult, ubi ea priùs non fuisse dicitur, ut Missi nostri rei veritatem inquirant, &c.*

Affo-

Afforestare, eadem notione Charta Forestæ Joannis Regis Angl. apud Matth. Paris: *Omnes bosci, qui fuerunt afforestati per Regem Ricardum fratrem nostrum --- statim desafforestentur, nisi fuerint dominici bosci nostri.* Adde eundem an. 1225. pag. 223. & in Additam. pag. 100. & Fletam lib. 2. c. 40. §. 2. *Charta afforestata*, in veteri Inquesta apud Will. *Dugdale* in Antiquit. Warwicensib. pag. 665.

Inforestare, idem quod *afforestare*. Matth. Paris an. 1245. *De regiæ forestæ, vel terræ inforestatæ occupatione.*

Forestæ verò creandæ ritum ita describit Spelmannus: Constituuntur regio diplomate viri aliquot graves & prudentes, qui locum forestæ designatum intuentur, lustrant, & terminis manifestis circumscribunt. Perimpleto hoc, & in Cancellariæ monumentis (de more) inscripto, Rex præconis voce ipsum locum, seu regiunculam, per totum Comitatum, ubi sita est, forestam edicit, forestæque legibus communitam. Prohibet insuper, ut nemo ea turgeat audacia, quòd sine majestatis venia aliquàm illic exerceat venationem, diciturque jam locus *afforestari*, &, ut cæteræ forestæ, in omnibus valere. Magistratus deinceps, officiales & ministros cooptat, quorum munera lex ipsa dictat & consuetudo.

Infeofare Rex dicitur *Baronem cum libera foresta*, cui jus forestæ concedit, in Legib. Forest. Scoticat. c. 21. §. 1.

Deaforestare, Terras de forestæ jure demere, & in pascua aut culturam redigere. Charta Edwardi I. Regis Angl. to. 1. Monastici Angl. pag. 939. *Concedimus etiam --- quòd omnes terræ & tenementa sua, & hominum ac tenentium suorum in maneriis & locis prædictis, tam in bosco, quàm in plano existentia, & extra omnem potestatem Forestariorum, Viridariorum, Regardatorum, Agistatorum, & omnium aliorum Ballivorum & ministrorum forestæ nostræ, & quòd possint de boscis suis, de maneriis prædictis pro voluntate sua -- commodum suum facere, & boscos illos assartare, & in culturam redigere.* Charta alia to. 2. pag. 176. *Totam hayam nostram de Langewath --- quam nobis & successoribus nostris per cartam suam deafforestavit, &c.* Alia Henrici III. Regis tom. 3. p. 125. *Ita quòd bruilli prædicti cum landis, pratis, & omnibus suis pertinentiis, tam in bosco, quàm in plano deafforestentur, & quieti sint in perpetuum de regardo, vasto, venatione, & de omnibus, quæ ad forestam vel forestarios, vel eorum ministros pertinent: quos quidem bruillos prædictus Episcopus & successores sui assartare, excolere, & fossato sive haia claudere poterunt, &c.* Willelmus Malbesbur. an. 1300. *Item postulaverunt, ut deafforestationes, pro quibus angustiabantur omnes divites plebis, à Rege sæpius concessas; sed hactenus opere non completas, remota ulteriori dilatione fieri juberet decretis.* Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. to. 3. p. 1142.

Reaforestare, Forestam vastatam & in novalia conversam rursum ad forestam redigere. Extant apud Goldastum to. 1. Constit. Imperial. p. 319 320. Diplomata aliquot Henrici VII. Imp. an. 1309. & 1310. quibus facultatem concedit, silvam in agros redactam, *in arbores & in silvam, sicut solebat esse primitus, redigendi.*

Forestagium, Jus utendi foresta, vel ipsa præstatio pro jure utendi foresta, seu in ea capiendi *rationabile estoverium*, ut aiunt practici, atque in iis Bracton lib. 4. de Assisa novæ dissaisinæ c. 41. & tit. de actione dotis c. 41. & tit. de actione dotis c. 18. scilicet *ad ædificandum, ardendum, claudendum, &c.* Ugutio: *Lucar, pecunia vel pretium ex luco collectum, quod vulgò dicitur Silvaticum, id est, Forestage, Gallicè.* Catholicon parvum: *Lucar; Fourestage.* Tabularium S. Dionysii de Capella diœcesis Bituric. Ch. 135. *Reddant Monachi de unoquoque furno unam eminam avenæ de forestagio, quamdiu acceperint silvas ad opus furnorum.* Charta Guillelmi Regis Sicil. an. 1173. apud Ughellium in Archiep. Beneventan. *Concedimus etiam in dicto Monasterio cedua lignorum absque ullis forestagiis, &c.* Charta Alienoræ Reginæ Angl. apud Beslium pag. 598. *Habebunt in eis* (nemoribus) *forestagium & pasnagium, & cætera omnia, quæ antecessores eorum habebant temporibus Comitum Pictavensium, ita quòd neque vendent, neque donabunt.* Charta Idæ Comitissæ Bononiensis in Tabul. S. Judoci: *Eidem Ecclesiæ forestagium condonavi & reddidi de terra B. Judoci inter Cantiam & Astenam adjacente, sive sit de ejus feodo, sive de jure possessivo.* Regestum Castri Lid. in Andibus fol. 50. *De nemoribus Militum & feodalium de foresta ipsi habent exempla sua, tali conditione, ut ipsi non poterunt exemplare, nec vendere, nec dare nisi forestagium. De foresta, sive sit de domo, sive sit de dolio, sive de cuba, sive de merreno vinearum, dominus de Lopelando habet totum forestagium, scilicet de 12. den. 1. den.* Charta Joannis Comitis Augi: *De prædicta Ecclesia* (S. Michaëlis de Ulteriori portu) *avenam & frumentum de Verleio, quæ pertinet ad forestagium, &c.* Ubi

Forestagium videtur usurpari pro alia quavis præstatione. Charta Occitanica an. 1312. ex 48. Regesto Tabularii Regii n. 29. *Nec non & medietas quistæ & forestagii valebant, &c.* Ut in Constit. Sicul. l. 1. tit. 59. §. 2. *Doanas, forestagia, plateatica, passagia, &c.* Charta Herberti Vicecomitis Thoarcensis an. 1099. apud Sammarth. in Abbat. S. Florentii Salmur. *Castrum de Nois, forestagium, pasnaticum, vendam atque pedagium hominum S. Nicolai, &c.* Charta an. 1247. in Regesto Comit. Tolosæ: *Terras cultas & incultas, boscos & bartas, prata & pascua, taillivos & expletivos, venationes & forestagia, quercos &c.* Monastic. Anglic. to. 1. p. 600. *Donavi --- 3. forgias --- liberas & absolutas & quitas, & omne ferrum, quod in eis fabricabitur, ab omni teloneo, & forestagio, & passagio, & ab omni genere consuetudinum.* In veteri Charta vernacula mentio fit *du forestage, qui se leve à cause du four bannal.*

Forestaria, vel *Forestarium*, idem quod *Forestagium*. Charta an. 1264. apud Augustinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. *Asserebat habere debere in plesseia & laëya, & aliis nemoribus usuagium suum, tam ratione forestariæ, seu forestarii, quod idem Guillelmus habebat in foresta & nemoribus nobilis viri Petri Tornemine, quàm pro ratione successionis Gaufridi dicti Hersard, patris videlicet, ad portandum de lignis ad sua ædificia construenda & reparanda, & ad pascendum po cos suos cæteraque animalia sua in eisdem plesseta & laeya.*

Forestaria, Præpositura, seu *Balia*, ita appellata in Monasteriis & Ecclesiis Canonicorum, ap. Innonocent. III. PP. l. 13. Epist. 55. cui fortè forestarum incumbebat cura, aut advenientium extraneorum, quos *Forestarios* nuncupabant.

Forestale, idem quod *Forestagium*. Arestum Paris. 11. April. 1319. *Quod essent ab antiquo in possessione vel quasi quieta & pacifica scindendi, capiendi, & portandi ligna pro usu calefagii, & ædificiorum dicti Monasterii, necnon dandi & vendendi ea cuicunque pro libito suæ voluntatis, ac ibidem venandi, ac fera animalia capiendi soli & in solidum & de feris animalibus ibidem caput & pedes & alia usagia consueta à venatoribus habendi & levandi, & etiam forestandi ibidem, & forestarios habendi & tenendi, & forestale levandi & exigendi à quibuscunque personis ligna capientibus, seu animalia sua immittentibus in quadam parte nemoris, &c.*

Foresta-

Forestarius, qui *forestas* seu silvas curat, servat: *Forestier*, in Consuetud. Montensi cap. 53. Senonensi art. 154. Victriacensi art. 120. Ducatus Burgund. art. 7. Comitat. Burg. art. 58. Nivernensi tit. 17. art. 13. 14. & Britanniæ art. 230. 402. Charta Pipini Regis Franciæ pro Monasterio S. Dionysii, apud Doubletum pag. 699. *Necnon & diversa feraminum genera, seu & forestarios cum ipsorum mansibus in ipsa foreste per diversa loca commanentes.* Adde Capitulare de villis cap. 10. *Custos silvarum*, apud Gregorium Turon. lib. 10. cap. 10. & in Legibus Wisig. lib. 8. tit. 5. §. 1. *Le Roman de Girard de Vienne MS.*

Tant que il vindrent un pou ains l'esclairer
A la maison Bernard le Foreter:
Icil devoit le boschage gaiter.

Forestarii Regii, qui *Custodes regii saltus* dicuntur, apud Flodoardum lib. 1. Hist. Rem. c. 20. *Custodes saltuum villarumque regiarum*, in Chron. Fontan. c. 1. Maurontus in Vita S. Richarii cap. 12. appellatur *Silvarum regiarum procurator*: in Chronico Hariulfi lib. 1. c. 19. *Silvarum ad Regem pertinentium dispositor & Custos*: *Regius forestarius*, apud Aimoinum lib. 5. c. 47. & Ermentarium in Vita S. Philiberti cap. 16.

Forestarius de feodo, Qui *forestariam* feodalem possidet, in Monastico Anglic. to. 2. p. 330. in Addit. ad Matth. Paris p. 100. 101. & in Fleta l. 2. c. 41. ubi opponitur *forestarius de non feodo*. *Forestarius capitalis de feodo*, ibid. cui subsunt *forestarii de feodo*. Regestum Ludovici Ducis Andegav. fol. 99. *Juhel d'Avaugour Chevalier est homme lige du Duc d'Anjou à cause d'une foresterie fatée sise en la forest de Maienne.* Forestariorum verò feodatorum munus hisce exequitur Charta Arnaldi de Hispania Domicelli an. 1273. in Regesto homagiorum Ducatus Aquitaniæ, pag. 6. *Item dixit & recognovit se tenere in feudum à dicto domino villam & homines de Botujas cum pertinentiis, & custodiam saltuum, quos saltus dixit, quod debet custodire pro dicto Domino Rege; & si invenerit aliquem venantem, qui non debeat venari pro natura sua, scilicet quòd sit nobilis, aut jure suo debeat venari, debet ipsum capere, & habere equitaturam suam, si quam habet, & canes; & debet personam reddere in castro Burdegal. & si habeat venationem, primum quarterium debet portare Constabulario; & de gagio tertiam partem.* Charta Joannæ Reginæ Castellæ & Comitissæ Pontivi an. 1255. ex Tabulario S. Vulfranni Abbati vill. p. 20. *Volumus etiam, quòd custodes forestæ nostræ, quicumque sint, teneantur erga Capitulum juramento præstito apud Cresciacum, quòd nemus prædictum Decani & Canonicorum fideliter observabunt, ita quòd de omnibus foresteris & emendis in dicto nemore evenientibus — medietatem percipient, sub juramento custodum nemoris sibi super hoc præstito.* In ejusmodi Forestariorum abusus pluribus invehitur Petrus Blesensis Epist. 95.

Foresterii. Vide Constitut. Sicul. lib. 3. tit. 58. §. 1.

Forestarii ad custodiendos campos, in Charta Chrodegangi Episcopi Metensis, apud Meurissium p. 169.

Protoforestarius, Dignitas in Anglia, quæ hodie exolevit. Is res forestæ procurabat, cognoscebat de causis ad forestam pertinentibus magna cum auctoritate, & à forestariis aliis ratiocinium exigebat. Idem *Justitiarius de foresta*, dicitur Matthæo Westmonasteriensi an. 1252. & Rogero Hovedeno p. 784. Erant autem duo simul, quorum hic Cis-Trentanis, ille ultra Trentam constitutis forestis præfectus erat. *Protoforestarios Angliæ* aliquot recensent Scriptores.

Hugonem de Nevilla, seu de *Novavilla*, Matthæus Westmonast. an. 1211. & Matth. Paris an. 1244. Rog. Hoved. p. 784.

Joannem Biset, qui obiit an. 1242. idem Westmon. p. 1242.

Joannem de Nova-villa, Hugonis filium sub Henrico III. qui obiit an. 1246. iidem Westmonast. & Parisius.

Galfridum de Langlea, à fluvio Trenta usque ad regnum Scotiæ; &

Robertum Paslewe, seu *Passelew*, in partibus australibus Angliæ, usque ad eundem fluvium Trenta, quibus successores dati an. 1253.

Ernoldus de Bosco Miles, loco Roberti, qui obiit an. 1255. &

Joannes de Lexintona Miles, loco Galfridi. Matth. Westm. p. 311. 353. 360. Matth. Paris p. 606.

Exolevit postea Protoforestariorum nomen, qui *Justitiarii forestarum*, & *itinerantes* nudè dicti sunt, quorum alter Cis-Trentanis, alter Ultra-Trentanis forestis præfectus est. Rogerus Hovedenus, de Henrico II. Rege Angl. p. 624. *Eodem anno obiit Thomas filius Bernardi, qui post decessum Alani de Neovilla constitutus erat summus Justitiarius omnium forestarum Angliæ à domino Rege: quo defuncto Dominus Rex divisit forestas suas Angliæ in diversas partes, & unicuique partium præfecit quatuor Justitiarios, videlicet duos Clericos, & duos Milites; & 2. servientes de domo & familia ipsius custodes venationis & viridis super omnes alios forestarios tam Regis, quam Militum & Baronum, & misit eos placitare placita forestæ secundùm suprascriptam assisam forestæ.* Idem p. 784. *Per Hugonem de Nevilla summum Justitiarium omnium forestarum Regis in Anglia.* Meminit ibidem *Justitiariorum forestarum itinerantium.*

FORESTARE, Proscribere, bannire. Conventiones inter Carolum I. Comitem Andegav. & Provinciæ & Arelatenses, an. 1251. art. 15. *Dominus Comes seu ejus Curia non possit gravare aliquem Arelatensem, vel damnum inferre in personis vel rebus, etiamsi forestati fuerint, sive banniti, &c.*

FORESTEL, *Forstel*, *Forstal*, Criminis in via perpetrati reus, viæ obstructio, itineris interceptio, à Saxonico ꝑoꞃe, quod est *præ*, vel *ante*, seu ꝑaꞇe, via, & ꞇꞇal, statio, septum; cujus quidem delicti cognitio ad solum Regem spectat, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 10. 12. 35. 59. Eædem Leges Henrici c. 80. *Si in via regia fiat assultus super aliquem, Forestel est.* Infrà: *Forestel est, si quis ex transverso incurrat, vel in viam expectet, & assaliat inimicum suum. Si post eum expectet, vel evocet, ut ille revertatur, in eum non est forestel.* *Foristallis transgressio*, videtur id delictum appellari in Curia 4. Burgor. Scotic. §. 2. apud Skenæum pag. 153. At Spelmannus *Forstallis* pro *rescussu averiorum* usurpari ait in Statuto Walliæ anno 12. Edw. I. Vide *Foristallare*. Variè autem hæc vox scribitur.

Forestal, in Legibus Henrici I. cap. 10. & in Monast. Angl. to. 2. p. 827.

Forestæl, in iisdem Legibus c. 35.

Forstel, ibidem cap. 12.

Forstal, & *Forstalles*, ibid. c. 59. extremo.

Forestallum, Cognitio ac jurisdictio de *Forestalli* crimine, quæ alicui conceditur, in Monastico Anglic. to. 2. pag. 110 112. 133. & to. 3. p. 4.

FORESTERÆ, Mulctæ, seu emendæ, quæ ex forestis malè habitis emergunt. Vide in *Forestarius*.

FORESTERIA, Jus *albanatus*, nostris *Droit d'aubeine*, quod dominis in bonis advenarum competit. Italis *Foresteri* sunt advenæ. Charta Guilielmi Regis Siciliæ an. 1179. apud Ughellum tom. 7. p. 701. *De platia autem, foresteria, & bando, sit ita ipsa Ecclesia libera, — sicut est, & in qua manet Eccle-*

Ecclesia prædicti Episcopii. Infrà : *Donamus & concedimus perpetuò dictæ Ecclesiæ totam foresteriam hominum ipsius Ecclesiæ, quam de eis habere debemus. Concedimus etiam ipsi Ecclesiæ, ut nullus bajulorum seu foresteriorum nostrorum vel hæredum, aut successorum nostrorum de hominibus Ecclesiæ pro aliquibus distringendis vel molestandis, se nullatenus intromittat.* Adde pag. 715. Vide *Estraheria*.

FORESTOLIUM. Aimericus de Peyrato Abbas Moissiacensis in Vita Caroli Magni in Cod. MS. 1343. Bibl. Regiæ fol. 83. *Demum cantores artis musicæ peritissimi in forostolio librum expletà Offerendà tenentes apertum, prædulci — melodia hanc Sequentiam cecinerunt melodisenter in memoriam & laudem defuncti.* Ubi ipsemet Glossator : *Forestolium verò est, in quo cantant in choro Clerici seu Religiosi, quod Pulpitum appellatur. Ambonem autem dicimus locum, in quo prædicatur, &c.* Fortè quasi *Foris stallum*, quod a *stallis* discedant *ad analogium* cantaturi.

FORETHOT-FELONIE. Statuta Roberti II. Regis Scotiæ cap. 3. §. 1. cap. 4. §. 2. *Ad faciendum cognosci per assisam, an homicidium fuit perpetratum per* murther, *seu per Forethot-felonie.*

FORFACES. Charta an. 1204. *de Interceptionibus Clericorum adversus Do. Regis jurisdictionem*, in nupera Conciliorum Rotomagensis Ecclesiæ Edit. *Clerici non possunt excommunicare de jure propter forefactum servientis sui, neque interdicere terram ejus, priusquam Dominus super hoc fuerit requisitus, vel Ballivus, si Dominus sit forfaces.* Ubi Editor hanc vocem pro Domino accipi putat, cui jus forisfacturæ competit, quod vix credam. Puto legendum *Forisfactus*.

FORFANG, *Forfeng, Forefeng*, & *Forfengen*, voces ejusdem originis & notionis : à Saxonico ꝼoꞅe-ꝼanᵹ, vel ꝼoꞅe-ꝼenᵹ, vocabulo composito ex ꝼoꞅe, ante, & ꝼanᵹ, captio, prehensio, apprehensio. Est igitur *Forfang*, Spelmanno, captio obsoniorum, quæ in foris aut nundinis ab aliquo fit, priusquam minister Regis ea ceperit, quæ Regi fuerint necessaria. Fleta lib. 1. cap. 47. §. 15. *Forfeng, quietantiam prioris prisæ designat. In hoc enim delinquunt burgenses London. cum prisas suas ante prisas Regis faciunt.* Vide Leges Inæ Regis cap. antepenult. & Leges Willelmi Nothi vernaculas c. 6. Monasticum Anglic. to. 1. p. 669. &c. Vide *Prisa*.

Forfang, & *Forfangum*, in Legibus Adelstani, *Forisfangium*, in Legibus Inæ cap. 59. 76. 79. dicitur esse *præventio* vel *anticipatio*, seu certæ pecuniæ quantitas, quæ ei datur, qui rem furto ablatam de manibus latronum excussit, & pro modo valoris datur à rei domino.

FORFEX, *Forpex*. Gloss. MS. Regium : *Forceps, fabri, qui corrupte Forfices dicuntur.* Ex quo emendari possunt Glossæ Isidori. Ebrardus Bethuniensis :

Forfice fila, pilum cape forpice, forcipe ferrum.

Ita etiam auctor Mamotrecti ad cap. 7. Isaiæ. Hocce discrimen non observant Gesta Regum Francor. c. 24. *Illi statim remiserunt Arcadium ad Reginam, dicentes : Hic sunt forfices, & ecce gladius : sic mandant filii tui ; si vis eos tondere, aut gladio perimere, &c.* Ubi Gregor. Turon. l. 3. c. 18. habet *forcipes*. Concilium Pictavense an. 1100. c. 2. *Ut nemo in faciendis coronis* (Clericorum) *forcipes vel manutergia exigat.* Archithrenius lib. 3. cap. 3.

Forfice tonsa pilos, &c.

Idem lib. 2. cap. 3.

Prodigus in latum, nec castigatus avaro
Forpice, procedit tunicæ discursus, &c.

Vide Octav. Ferrarium in *Forbice*.

Forfices, vocabulum etiam militare, de instructa acie forficum instar, apud Gellium lib. 10. c. 9.

FORGELDUM, in Monastico Angl. tom. 1. p. 372. *Et omnibus geldis, tengeldis, horngeldis, forgeldis, penigeldis, &c.*

FORGIA, Fabrica ferraria, nostris *Forge*. Occurrit in Monast. Angl. to. 1. p. 508. 600. & in Fleta l. 2. c. 41. §. 8.

FORGORPIRE, Foris *gurpire*, devestire, possessione exuere. Tabularium Casauriense an. 2. Imp. Caroli C. *Sed & ego Fulchradus per festucam me exinde forgorpivi, & in omnibus me exinde foras exitum feci.* Alibi, nudè ; *De ipsis rebus per festucam me gurpivi, & in omnibus foras exitum feci.* Vide *Werpire*.

FORIARII. Vide *Fodrum*.

FORICATUS, idem quod *Furratus*, Pellitus, *Fourré*. Vide *Redorsatus*.

FORICUS. Sigebertus an. 1107. *Abbas Cistertii & Fratres ejus non immemores sponsionis suæ, regulam S. Benedicti in loco illo ordinatam unanimiter statuerunt tenere, rejicientes à se, quidquid regulæ refragabatur, foricos videlicet, & pelliceas, estamina, caputia quoque & femoralia, — & cætera omnia, quæ puritati regulæ adversabantur.* Legendum fortè *froccos*.

FORINSECI, Extranei, habitantes extra burgum, in Legibus Burgor. Scoticor. cap. .

FORIS, Extrà, præpositio cum accusativo. Recapitulatio Legis Salicæ §. 3. *Si quis porcellum — foris domum furaverit.* Occurrit passim.

Foris esse dicuntur Gentiles, quòd extra Ecclesiam sint. S. Hieronymus in Prologo in Job : *Heliu verò & Balaam typum præferunt Philosophorum, qui a foris, id est, extra fidem positi, insidiantur Ecclesiæ Dei.* Idem Epist. 25. ad Paulam c. 4. *Non debemus exire de templo, id est, de proposito Christiano, non foras egredi, incredulitati videlicet gentilium commisceri.* Victor. l. 1. de Persecut. Vandal. p. 12. *Cœpit per conversationem operum bonorum venerabilis & reverendus haberi, etiam ab eis, qui foris sunt.* Anastasius in S. Silvestro PP. *Probatus ex omni parte, etiam & ab his, qui sunt foris, testimonium habere bonum, &c.* Constitutio 10. in Append. ad Cod. Theod. ubi de extraneis feminis Clericorum. *Sed hac societate, seu amicitia non penetret, fama contaminat, datque sinistris rumoribus locum alterni sexus adjunctio, cum foris positos, ac publico jure viventes ad inlecebram criminis trahit obscœnæ suspicionis exemplum.* Commodianus Instr. 24.

Exis inde foris, iterum tu fana requiris.

Et Instr. 37.

Exis pro foribus : inde & ad idola vadis.

Vide S. Hieronymum Epist. 22. & Epist. 83. sub finem, S. Augustinum de Vera relig. cap. 8. lib. 3. Contra Parmen. cap. 4. lib. 7. de Bapt. Contra Donatist. cap. 1. lib. 3. cap. 19. & Epist. 170. &c. Sic Græcis οἱ θύραζε, οἱ ἔξω, Gentiles dicuntur non semel apud Gregorium Nyss. in Vita S. Gregorii Thaumat. Theorianum in Legat. Psellum de Operat. dæmon. &c. Vide S. Ambrosium lib. 1. de Offic. cap. ult.

Foris positi, dicebantur excommunicati, quòd extra Ecclesiam essent, & ab ea arcerentur : *Extra Ecclesiam constituti*, apud Cyprianum Epist. 55. Idem Ep. 52. *Quisquis jam Episcopus fieri voluerit, foris fiat necesse est.* Et mox : *Profanus est, foris est.* Adde Ep. 69. 73. &c. E contra, Fideles dicuntur, *qui intus sunt*, i. in Ecclesia, apud S. Augustinum lib. 3. Contra Donatist. cap. 19. *Foras exire*, hoc est, ab Ecclesiæ communione recedere, apud eundem S. August. lib. 2. Contra Crescon. cap. 4.

Foris præterea *esse* dicebantur Hæretici. Facundus Hermianensis lib. 2. cap. 2. *Et illi quidem qui videntur in Ecclesia falsi fratres, qui utinam foris essent, modò negantibus non resistunt, quinimo & laudantur. Quod ut nos seducerent, fallaciter immiserunt : ut postea*

postea nobis ab ipsis, vel ab his, qui foris sunt, dicatur hæreticis, &c. S. Hieronymus lib. 3. in Ruffinum c. ult. *Quid loquar de hæreticis, qui licèt foris sint, tamen se nominant Christianos?*

FORISBANNIRE, In exilium agere per *bannum*, seu banno & edicto promulgato. Matth. Paris an. 1245. *Expulsus à Scotia, forisbannitus ab Anglia, exhæredatus in Hibernia, &c.* Ita in Capitul. Caroli C. tit. 12. c. 6. 7. tit. 29. cap. 3. tit. 39. c. 1. in Vitis Abbatum S. Albani p. 70. apud Petrum de Vineis lib. 5. Ep. 107. In Concilio Lambethensi an. 1261. cap. *de Clericis captis, &c. Forbannir* in Consuetud. Andegav. art. 48. Normann. c. 24. Beneharnensi tit. 16. art. 1. &c.

Forbanitus, in Lega Salica tit. 51. §. 3. in Capit. Caroli C. tit. 12. c. 6. in Capitul. Carlomanni tit. 1. c. 3. in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 59. in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 6. in Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 49. in Constit. Sicul. lib. 2. tit. 3. apud Petrum de Vineis l. 2. Ep. 56. l. 3. Ep. 79. l. 5. Ep. 111. *Forbanni* in Consuet. Norman. c. 23. 76. 80. 100. 121. &c. *Forabanditz*, in Foris Beneharnens. *Telonea forbannita*, vetita, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 5. *Furbannitus*, in Lege Ripuar. tit. 87. Joann. Molinetus *au Chappellet des Dames:*

Mais fourbennis furent soirs & mains
Cueurs orgueilleux, que rebouter on doit.

Forbannitio, apud Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 48. *Forbannissement*, in Consuetud. Norman. c. 24.

Forbannum, idem quod *forbannitio*. In forbannum mittere. Capitulatio Caroli M. pro partibus Saxoniæ cap. 26. *Si quis homo fidejussorem invenire non poterit, res illius in forbanno mittantur, usquedum fidejussorem præsentet. Si verò super bannum in domum suam intrare præsumpserit, sol. 10 — componat.* Adde Capitulare 2. an. 809. c. 4. lib. 3. Capit. c. 50. Capit. Caroli C. tit. 31. c. 6. tit. 39. c. 3. *In forbanno mittere latronem*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 62. *Faire forban*, seu *forisbannitum*, in Stabilim. S. Ludov. lib. 1. c. 31. & l. 2. *Sentence de forban*, in Consuetudine Britanniæ art. 11. *Droit de forban*, in veteri Consuet. Perticensi c. 4. Aliud est autem

Foris banno: is enim dicitur *foris banno* esse, qui *bannum* suum adimplevit. Capitul. 2. an. 813. c. 13. *Sed si bannus ei judicatus fuerit, & banno per acto stet in eo interim usquedum Comiti & eo, qui clamorem vel causam ad eum habuit, & tunc sit foris banno.*

FORISCAPIUM, *Forcapium*, Exactio, tributum haud debitum, per vim vel contra jus captum, exactum: *Mala tolta.* Ita usurpant Capitularia Caroli M. lib. 4. c. 36. & Capitul. 4. ann. 819. c. 1. quod inscribitur *de forcapiis.* Neque alia videtur notione capienda vox

Forcheapum in Legibus Ethelredi Regis c. 23. *Et homines Imperatoris, qui veniebant cum manibus suis, bonarum legum digni habebantur, sicut & nos emere in suas naves: & non licebat eis aliquid forcheapum facere burhmannis, & dare teloneum suum.* Ubi exertè usurpatur pro quavis exactione.

Foriscapium, Laudimium, quod domino pro facultate alienandi feudi conceditur. Usatica MSS. Regni Majoricarum: *Instituimus certam summam super laudimiis seu foriscapiis, quam nobis & nostris successoribus dare teneantur populatores præsentes & futuri in portione nostra intus civitatem Majoricarum commorantes*, pro venditionibus domorum & possessionum. Curia generalis Cataloniæ sub Petro Rege Arag. in villa Cervariæ an. 1339. MS. *Super laudimio seu foriscapio, quod pro revocatione, seu nova acquisitione feudi, solvi debet feudi domino.* Joannes Plantavitius in Episcopis Lodovensibus p. 277. sub an. 1317. *Gerardus de Lodova dat causâ permutationis Guillelmo Episcopo unam heminam avenæ censualis percipiendam unoquoque festo S. Genesii super agro quodam — necnon dominium, laudimium, & foriscapium.* Charta an. 1032. *Salvis & retentis nobis & nostris successoribus fatiga, & fortiscapio, & laudimio, quotiens prædictum feudum modo aliquo alienari contigerit.* Tabularium Hospitalis Montis-Maurilionis in Pictonibus. *Melisendis & filii sui, Guillebaudus videlicet & Theobaudus atque Ugo*, (domini Tremoliæ) *dederunt pauperibus Domus-Dei Montmorlii, & solverunt, & emancipaverunt in perpetuum omnes homines Forschapche de quaque terra venerint stare in terram Eleemosynariæ & pauperum supradictorum, exceptis illis de honore Tremoliæ. Hoc donum concessit Guillelmus Tremoliæ, quando venit Hierusalem.* In eodem Tabul. *Ego Bernardus Vicecomes Brociæ, & uxor mea Pastorella, donamus & concedimus Deo & pauperibus Domus-Dei de Monmorillo — tot los forschapches totius terræ & dominationis Mogniaci.* Andreas Boschus *dels Titols de honor de Cathalunya* lib. 4. c. 5. §. 3. *Non pagan foriscapis de permutes, y si de consals morts.* Et infrà: *Les foriscapis y censos en los casos de dauhen pagar, &c.*

FORISCASATUS, Emancipatus, extra *casam*, positus, in Curia Generali Cataloniæ, celebrata Perpiniani sub Petro Rege Aragon. an. 1351. MS.

FORISCONSILIARE, *Forconsiliare, Forsconsiliare*, Malè consulere, malum consilium dare. Vitam vel honorem alteri, aut alterum in vita vel honore *forconsiliare* dicebatur, qui *malo consilio* in illius vitam vel honorem machinabatur. Capitularia Caroli C. tit. 8. & Annales Franc. Bertiniani an. 851. *Ut nemo suo pari suum regnum, aut suos fideles, vel quod ad salutem & prosperitatem ac honorem regium pertinet, discupiat, aut forconsiliet.* Capitularia Caroli C. tit. 26. *Adjutor ero ad regnum illorum continendum, & nec in vita, nec in membris, neque in regno illorum eos forconsiliabo.* Occurrit ibi non semel, & in Annalib. Franc. Fuldensibus an. 860. ubi *verum consilium* opponitur *forconsiliationi.*

Atque inde, in hominiis, vassalli dominis bona fide consilium daturos se se pollicebantur. Hominium Guillelmi de Petra pertusa, præstitum Simoni Comiti Montisfortis an. 1217. in Tabulario Carcassonensi fol. 10. *Vobis, Domine Simon, promisi, quòd contra inimicos vestros vobis bona fide dabo consilium, auxilium tenebo & favorem, &c.* Aliud Raymundi Peleti an. 1220. *Juro etiam vobis, quod non ero in Consilio vel favore, quòd vos amittatis vitam, vel membra, vel vitam, &c.* Vassallus igitur qui contra ejusmodi sacramentum, seu hominium hostibus domini se se adjungebat, *forisconsiliare* dicebatur. *Forconseiller* nostri etiam dixere. *L'Ordene de Chevalerie d'Hues de Tabarie MS.*

Dame ne doit ne Damoiselle
Pour nule rien fourconsillier,
Mais s'eles ont de lui mestier,
Aidier leur doit à son pooir.

Robertus Bourronus in Historia MS. Merlini: *Merlin qui moult estoit sages & boin conseil, ne onques ne forconsilla.* Apud Froissartem 4. vol. cap 86. perperam editum *forsconseillé* pro *forsconseillé*: *Et remonstra ce propos doucement & sagement au peuple, qui estoit forconseillé & accueilli de mal faire.* Vide Stabilimenta S. Ludovici libr. 1. cap. 61.

FORISFACERE, Ugutioni, est *Offendere, nocere, quasi facere foris, i. e. extra rationem.* Ex Glossis Isid. & Pithœi, *Forisfacio, offendo, noceo.* Epicedium Erici Regis Daniæ, apud Pontanum lib. 7. Rer. Danicar. *Oro omnes, quibus aliquid forisfeci, ut mihi per suam gratiam indulgeant.* Vox passim obvia. *Forisfactus*, qui forisfecit. Leges Edw. Confess. c. 18. *Si [illegible] forisfactus poposcerit Regis misericordiam pro [illegible] cto suo, &c. Forfactus de vita*, in Lege Ripuar. tit. 7. id

id est, ob malefacta dignus, cui vita adimatur ex Legibus. *Forisfactus servus*, homo liber, qui ex delicto servus factus est, in Legibus Athelstani Regis c. 3.

Forisfacere feodum propter feloniam, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Ex delicto, forefacto, vel crimine, illud perdere, confiscare. Eædem Leges cap. 43. *Qui furtum fecerit, qui proditor domini sui fuerit, quicunque ab eo in obviatione hostili, vel bello campali fugerit, vel victus erit, vel feloniam fecerit, terram suam forisfecit.* Eodem sensu: *Forfaire son fief, sa Justice*, in Consuetud. Senonensi art. 183. Vitriacensi art. 4. Hannoniensi c. 77. 85. 86. Camerac. tit. 1. art. 62. in Chronico Flandr. cap. 16. & apud Froissart. 3. vol. c. 96. *Forfaire son Comté, ses heritages, forfaire corps & avoir*, in Consuetud. Montensi cap. 12. 22. & in Chronic. Flandr. c. 26. 40. 81. Tabulat. Vindocinense Ch. 63. *Pro qua re accepit Comes Goffredus fevum suum, quod ille forisfecerat. Forfactæ res*, causæ per delictum, & in fiscum relatæ, in Lege Longob. l. 3. tit. 33. *Chose forfeit*, apud Littletonem sect. 74. *Terres forfaites*, in Charta Gall. an. 1266. in Probat. Hist. Guinensis pag. 291. Casus alios, quibus vassallus feudum suum forisfacit, collegit Spelmannus ex libris feudorum, in Verbo *Felo*. Vide *Committere*.

Foris facere, alia notione. Charta Berengarii & Adelberti Regum Italiæ, apud Ughellum in Episcopis Vercellensibus: *Legitimam facimus traditionem & corporalem investituram, & ita nos exinde privamus, & foris facimus.* Id est, exuimus, vestituram & possessionem dimittimus. Charta alia: *Et me exinde foris expuli, warpivi, & absentem feci.* Vide *Absens*.

Forisfactura, Crimen, delictum. Leges Edw. Confess. cap. 32. *Friborgi causulas tractabant, & secundùm forisfacturas emendationes capiebant.*

Forisfactura, Mulcta, vel emenda ob *forisfactum*, seu delictum. *Amende des forfaitures*, apud Froissart. 1. vol. cap. 116. Leges Edw. Confess. c. 36. *Inveniant plegios tales, qui possunt reddere forisfacturam, id est, were suum, nisi possint disrationari.* Infrà: *Reddat Episcopo tres forisfacturas*, &c. Leges Willelmi Nothi: *Reddatur de rebus hujus hominis quod calumniatum est, — & insuper Regi forisfactura.* Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 901. *Omnes forisfacturas reis indulsit.*

Forisfactura plena, Plena mulcta, integra, Saxonibus *wyta plena*, & *fulwite*. Leges Willelmi Nothi: *Ita quod nullus alii forisfaciat in nullo super forisfacturam nostram plenam.* Infrà: *Et ista præcepta & statuta non sint violata super forisfacturam nostram plenam. Super plenaria forisfactura*, apud Knyghton. lib. 3. c. 10. p. 2521.

Forefactum, Delictum, crimen, *Forfait* nostris, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 42. & alibi passim.

Forisfactum, Ipsa pro forisfacto mulcta, in Regiam Majest. l. 1. c. 18. §. 2. Quoniam attach. c. 74. §. 2. & alibi non semel. Epist. 488. to. 4. Hist. Francor. *Forefacta villæ nostræ, & tertiam totius redditus nostri sibi vi usurpat. Amende de forfait*, in Usagiis civitatis Ambian. MSS. *S' aucuns qui n' est mie de quemugne, estranges ou forains fiert, ou navre, ou fourfache home de quemugne, double amende du fourfait paiera.*

Forefacta magna, quorum cognitio ad dominum, qui altam justitiam habet, spectat. Charta Odonis Ducis Burgundiæ an. 1206. apud Perardum pag. 297. *Omnia namque magna forefacta communiter ad Dominum Episcopum & ad me spectant, sicuti multra, homicidia, furta, adulteria, violenti concubitus feminarum, falsæ mensuræ, edicti communis contemptus & fractio, casus in bello campestri, & in judiciis deprehensio.* Vide pagina 323. 444.

Forisfactum extra legem, id est, quod non lege seu mulcta; sed morte luitur. Charta Odonis Dom. Hamensis an. 1227. *Si quis hominem occiderit infra clausuram villæ Hamensis, vel fortè forefactum fecerit extra legem, statim postquam occisus fuerit homo, vel forefactum extra legem factum, Dominus Hamensis potest capere mobilia & catela delictoris, &c.* Titulus Chartæ concipitur: *Du Cas hors loy.*

Esse in forefacto domini, dicitur is, qui ex delicto in commissum cadit. Tabularium Episcopi Parisiensis: *Si maritaverint se extra familiam Episcopi vel Comitis, sine consensu Episcopi, ipsi & res eorum sunt in forefacto Episcopi.*

FORISFAMILIARE, Aliquem *forisfamiliam* ponere, emancipare. Dicitur verò propriè filius *forisfamiliari*, cùm partem hæreditatis à patre vivente accipit, eaque contentus est, ita ut amplius petere non possit. Regiam Majestat. lib. 2. cap. 13. §. 7. 8. 10. *Et si quidem filius in vita patris sui forisfamiliari, si pater quandam partem terræ suæ sibi assignet, & seisinam faciat inde sibi in vita sua, ad petitionem & bonam voluntatem ipsius filii, ita quòd de tantâ parte terræ sit ei satisfactum. Tunc non poterit hæres ipsius filii, de corpore suo genitus, aliquid amplius petere contra patruum suum de residua parte hæreditatis avi sui, quam partem patris sui.* Vide Leges Burgor. Scoticor. c. 124. & 125. §. 4. Bracton. lib. 1. c. 10. §. 1. & Skenæum de Verbor. significat.

FORISFAMULARE, idem quod *forisfamiliare*, in Fleta lib. 1. c. 7. §. 5. c. 27. §. 2. lib. 2. c. 52. §. 7.

FORISFANGIUM. Vide *Forfang*.

FORIS-HABITANS, qui & *Forinsecus*, extraneus, nostris *Forain*, in Legibus Burgorum Scoticorum c. 3.

FORISJUDICARE, *Forjudicare*, Rem, aut possessionem quampiam per judicium vel sententiam *abjudicare*, auferre; possessione exuere, privare. Breve, apud Bractonum lib. 4. tract. 3. c. 5. §. 2. *Et non permittas quod A. capitalis dominus feodi illius habeat custodiam illius terræ, quia in prædicta curiâ nostra forisjudicatus de illa custodia, eo quòd terra illa teneri debet de socagio, &c.* Ubi Bractonus ipse voce *abjudicatus* utitur: *Custos abjudicatus est de Custodia sua, fortè propter factum, &c.* Chronicon vernaculum Franciæ MS. incipiens ab anno 1222. desinens in ann. 1293. *Et fut jour ugié au Roy d' Engleterre toute Gascoigne, & toute la terre qu' il avoit ou Royaume de France.* Historia Gallica Dovorensis Cœnobii to. 2. Monastici Angl. *Agarde feust que cele Charte n' avoit nule valor, & ensi fust le Priour & le Chapitre de Canterberi forjugé de leur demande.* Adde Leges vernaculas Guillelmi Nothi c. 39.

Forisjudicati dicuntur rei criminis atrocioris, qui in judicium per bannum publicum citati, non comparent, annoque elapso, omni defensionis aditu per *sententiam forjudicationis*, ab ipso judice de novo pronuntiatam excluduntur, & pro damnatis habentur. Fridericus I. Imp. in Constit. Sicul. lib. 2. tit. 3. *Pœnam eorum, qui in contumacia perseverant, dignis stipendiis prosequi cupientes, statuimus, si quis infra annum à die banni edicti numerandum, coram Magistro Justitiario, qui eum bannierat, minimè comparuerit, vel etiam successori ejusdem, bonis suis, ut prædictum est, infiscatis, post ipsius anni decursum, eundem forjudicari debebit, nulla omnino licentia postea remanente, se super principali causa criminis defendi. Sed perinde habeatur ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerat, esset per definitivam sententiam condemnatus. Sic forjudicatus habebitur, prout in aliquibus nostri Imperii partibus nuncupantur, quasi foris omnem aditum judicii constitutus. Interim sibi judicii limina præcludentur, quod se contumacem etiam fuisse negare non possit, qui nec per se tempore tanto comparuit, nec per alium*

præ-

prætendentem legitimam causam suæ absentiæ & probantem extitit excusatus. Nullo sibi appellationis seu supplicationis remedio forjudicatus superesse cognoscat, quoad omnia ferè pro mortuo habeatur; & hostis publicus reputetur, sic ut ab omnibus offendatur impune: adeo quòd si ipsum occiderit aliquis, nullam proinde calumniam mereatur; sed præmium à gratia nostræ Serenitatis expectet, &c. Adde l. 1. tit. 54. §. 1. l. 2. tit. 4. 6. 7. 8. 9. Huc spectat, quod habet Henricus Knyghton lib. 2. c. 4. an. 1087. *Quòd si more solito latro taliter egerit, & forte fortuitu ad Ecclesias vel ad Sacerdotum domus frequenter evasit, ablatione restituta, forjuget & redeat: & si fortè reditum fecerit, nullus eum hospitari præsumat.* Ubi lego *forjugé* (id est, *forjudicatus*) *non redeat.* Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 195. *Se un home est ou plusiours ont fait trayson vers le Seignor, & ils sont forjugez par esgart, on connoissance de Court come traitours, à moi semble que eaus & tous les heirs de celui, ou de ceus qui ensi sont forjugés, sont desheritez du fié, & de l'heritage qui estoit des forjugez ains que il fit la trayson, come ceus qui y furent puis nés, &c.* In Charta an. 1266. in Probat. Hist. Guinensis p. 291. *Terres forjugées*, sunt prædia confiscata. Adde Jacobum Hemricurtium de Bellis Leodiensib. cap. 2. & Pactum Tongrense an. 1403. in Magno Recordo Leodiensi p. 41. 44.

FORISJURARE, *Forjurare*, Ejurare, abjurare rem aliquam, *Quitter, abandonner. Forisjurare parentelam, & de ea se tollere*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 88. Adde Consuetudin. Hannoniæ c. 45. Arestum O.SS. an. 1264. in 1. Regesto Parlam. f. 140. *Noluerunt facere assecurari, nisi ipsum fratrem suum Clericum forjuraret.* Aliud Arestum Pentec an. 1266. f. 150. *Determinatum fuit, quòd idem Poincardus ponere poterat extra ipsam treugam dictum fratrem suum ex causa de novo supervenienti inter ipsum & fratrem suum. Præcepit tamen Curia, quòd ipsum fratrem suum forjuraret, & de se & aliis treugam daret. Provinciam forisjurare*, in Legib. Edwardi Confess. c. 6. *Villam forjurare*, in Epist. 221. quæ extat to. 4. Hist. Francor. *Forjurer sa Chastellerie*, in Stabilim. S. Ludovici l. 1. c. 31. *Forjurer la terre*, in primo Statuto Westmonast. c. 15. Vetus Charta vernacula post Chronicon W. Thorn. p. 2025 *Et hom de Staplegate forjura la terre le Roi, & porta la crois à la meer. Forjurer le pais*, in Consuet. Normann. c. 23. 24. 80. 82. &c. Petrus *de Langtofi* vetus Chronographus Rythmicus:

Thomas de Weylande en banc primes nomé,
Par agard du court le reigne a forjuré.

Le Roman de Parise la Duchesse MS.

Fait m'a li Dus mes Sire ma terre forjurer.

Tabular. Leprosariæ Pontis Audomari: *Forjuraverunt dictam terram coram nobis, ita quòd nihil de cætero in ea de jure possint reclamare.* Vide Brittonem in Legib. Angl. c. 3. Consuetud. Hannoniensem c. 45. &c. *Forjurer ami charnel*, apud Petrum *de Fontaines* in Consilio c. 13. Willelmus *Guiart* an. 1304.

Qui orent par fausse promesse
Recen Jean de Renesse,
A Seigneur come parjuré,
Et l'oir de Henaut forjuré.

Le Roman d'Aubery MS.

Qui forjuré ont l'enfant Auberi.

Forjurez de franche ley, apud Britton. pag. 134. v. qui juri stare non possunt, quorum in jure non recipiuntur testimonia.

FORISMARITAGIUM, appellabant forenses nostri eam præstationem, quæ à servis, seu adscriptis glebæ, exsolvebatur, pro facultate conjuges sibi adsciscendi ex libera conditione ac ingenua, ut est in Consuet. Trecensi art. 2. Calvimontensi art. 3. Vitriacensi art. 144. & Meldensi art. 78. Remensi antiqua, &c. vel ex servis alterius domini, ut habent passim veteres Chartæ. *Mesmariage* & *Formariage*, promiscuè in Charta Joannis Vicedomini Catalaunensis an. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1299. Ch. 32. ex Tabulario Regio. Atque id quidem, etiam stante Romanorum republica quadantenus obtinuisse, testatur Tertullianus l. 2. ad Uxorem: *Nonne quique domini & disciplinæ tenacissimi, servis suis foras nubere interdicunt? scilicet ne in lasciviam excedant, officia deserant, dominica extraneis promant, &c.* Vide Gregorium M. lib. 10. Epist. 27. in Lege Wisigoth. lib. 3. tit. 2. §. 5. *Quicumque ancillam suam servo alieno sine conscientia domini sui uxorem dedisset, dominus servi ancillam ipsam cum filiis sibi vendicabat.* in Lege pariter Salica tit. 27. §. 6. *servus ancillam alienam sine voluntate domini accipere non poterat.* Sed & nec conservam suam, ut est apud Eginhardum Epist. 16. quod & in Jure nostro obtinuit: neque denique liberam, ut est in Ep. 15. Charta Theoderici Abbat. S. Maximini Trever. an. 1065. apud Duchesn. in Probat. Hist. Luxemburg. p. 29. *Nusquam nisi inter se villani aut mansionarii nubant, aut uxorem ex familia S. Petri sine nostro consensu accipiant, ita tamen ut alteri Ecclesiæ altera damnum non inferat: sed per successiones filiorum ac filiarum utrique Ecclesiæ quod suum est, ad ultimum redeat ac remaneat.*

Quod si sine domini consensu cum extranea, vel extraneo nuptias iniissent, in illius *forisfacto* erant, ut & eorum bona, id est, in caducum veniebant. Tabularium Episcopi Paris. ex Bibl. Puteana: *Hæ sunt consuetudines istorum hominum: talliam nobis debent. Si maritaverint se extra familiam Episcopi, vel Comitis, sine consensu Episcopi, ipsi & res eorum sunt in forisfacto Episcopi, & escheementa sunt Episcopi, &c.* Consuetudo Britanniæ cap. 9. art. 22. *Es lieux où on a accoustumé de prendre feurmariage, le Seigneur de la mainmorte prend pour le feurmariage de la femme mainmortable, les heritages qu'elle a sous lui, & au lieu de sa mainmorte, ou autant vaillant qu'elle emporte en mariage, au choix de la dite femme.* Cujus quidem moris memorabile quoddam refertur exemplum à Joanne Hocsemio in Hist. Episcopor. Leodiens. lib. 5. cap. 23. sub an. 1296.

Ejusmodi verò conjugia servorum, qui diversos haberent dominos, non dirimi, sanxit Additio 3. Capitular. c. 28. & Concilium Cabilonense II. c. 30. Aliter tamen statuit Capitulare Ahytonis Episc. Basileensis c. 21. *Ubi verò mancipia non unius, sed diversæ potestatis juncta fuerint, nisi consentientibus utrisque dominis, hujusmodi copulatio rata non erit.*

Enim verò cùm dominis haud interdum superessent tot servi adscriptitii, ut inter se nuptias possent inire, cogebantur alterius conditionis, vel dominii viris seu feminis matrimonia contrahendi facultatem iis impertiri: quæ quidem venia certa ac modica præstatione redimebatur ab adscriptitiis, ita tamen ut eam denegare dominis haud liceret, quod habet disertè Consuetudo Vitriacens. art. 144. & Remensis Præpositturæ, hisce verbis: *Homme de corps ne peut prendre par mariage femme d'autre condition que de la sienne sans le congé de son Seigneur, lequel congé ledit Seigneur ne lui baillera, si bon ne lui semble. Et si ledit homme de corps prend de fait sans le congé du Seigneur femme d'autre condition, que de celle dont il est, il choit pour ledit formariage envers son dit Seigneur en amende de 60. sols 1. denier. Et où il demande le congé à sondit Seigneur, posé orès qu'il ne l'ait obtenu, il n'est tenu de la dite amende, & est seulement tenu bailler audit Seigneur le tiers de ses biens tels qu'il les avoit au jour & heure de sondit mariage, & selon la condition qu'il est pour l'indemnité dudit Seigneur.* Tabularium Bellilocense Ch. 95. *Breve de exemptis, quæ Vicarii de Favars habent in terra S. Petri:*

S. Petri : -- homines verò de terra S. Petri non accipiant mulieres extraneas deforis , dum in ipsa terra invenire poterunt feminam , cum qua jungantur. Similiter & de feminis sit, dum in ipsa Curte inventi fuerint homines, cum quibus jungantur legaliter. Quod si Judex aut Vicarius constitutionem hanc transgressi fuerint, pro ullo malo ingenio secundum legem, emendent Abbati, aut Præposito. Ipsa verò lex 60. solidis sit. Et si rusticus fecerit sine consilio ipsorum, legem suam emendet : & ipse homo aut femina in ipsa terra revertatur illic , ubi ipsi elegerint , sine bausia (rausia.) Charta Communiæ Meldensis an. 1179. *Homines de Communia uxores, cujuscunque potestatis voluerint, ducent , licentia tamen à Dominis requisita.* Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania an. 1228. *Unusquisque de villa poterit matrimonium contrahere ubicumque voluerit , si feminam liberè & absolutè acquirere poterit sine aliqua conditione dominorum, vel Procerum regni , vel alterius, qui eam de jure possit reclamare. Aliquis verò vel aliqua de libertate S. Desiderii aliquem vel aliquam de hominibus vel mulieribus terræ Domini S. Desiderii vel feodi sui habere non poterit in matrimonio, nisi de voluntate & assensu domini.*

Ex præallatis patet, mulctam eorum, qui vel quæ invito domino cum alterius domini adscriptitiis nuptias inibant, fuisse 60. solidorum, quod etiam exertè tradit Consuetudo Vitriacensis art. 144. Verùm hanc facultatem longe minoris constitisse arguunt, quæ infrà observamus de *licentia matrimoniorum*, & vetus Charta ex Tabulario Corbeiensi lib. 26. Ch. 2. *N. Dei Gr. Abbas Corbeiæ & Conventus , universis Dei fidel. sal. Vobis innotescere volumus, quosdam de censu capitali B. Petro naturaliter obnoxios in pago Suessonico , apud villas scilicet Luz & Taisniéres , dudum se de subjugo Ecclesiæ nostræ excussisse, modo verò rationis evidentia revocatos : tandem errorem suum confitentes S. Petro iterum se reddidisse. Ita videlicet , ut si quis eorum deinceps alienæ potestatis uxori nupserit , à famulo Monachi Vasliacensis submonitus infra dies octo 5. sol. monetæ currentis in patria illa dabit. Quod si octavum diem transierit , jam cum lege eum reddere oportebit. Si autem mori eum contigerit, eadem iterum ratio de ipsis solidis erit. Actum anno 1154. Episcopatus Dom. Ansculfi Suess. ann.* 2. Charta alia apud W. Hedam pag. 287. 1. Edit. *Iterum ne omnimodis sine respectu videatur sancta Dei Ecclesia pro licentia nubendi infrà sive extrà concedere potestatem , dentur sex denarii , &c.* Alia denique Charta ex Tabular. S. Maximini Trevirensis : *Mancipia quoque trado , & posteri eorum , si in eadem villa sederint vel nupserint , tali libertate & servitio perfruantur , sicut Confessoris Christi inibi manens familia. Si qui verò foris nupserint , vel manserint , vel aliàs vagati fuerint , unusquisque eorum in festivitate S. Maximini persolvat unam denariatam ceræ pro remedio animæ meæ.*

Hæc porrò matrimonia cum cæteris contrahendi licentia ac facultas à dominis concedebatur hac conditione, quòd liberi, qui ex iis nascerentur , inter ipsos dominos dividerentur, ut est apud Glanvillam l. 5. c. 6. Charta Guillelmi Episcopi Paris. an. 1224. apud Brolium lib. 2. Hist. Paris. *Notum facimus, quòd nos consentimus, quòd Odelina filia Radulphi Gandin , de Villacereris* (Villarceaux) *femina nostra de corpore contrahat matrimonium cum Bertrando filio quondam Hugonis de Verreriis defuncti, homine de corpore Ecclesiæ S. Germani de Pratis Parisiensis , hoc modo scilicet, quòd ex filiis seu filiabus ex eisdem de cætero procreandis medietatem penitus habeamus , reliqua medietate Abbati & Conventui dictæ Ecclesiæ.* Idque obtinuit inter servos regios , & Baronum seu Procerum feudalium. Charta Nobilium Campaniæ an. 1297. in Regesto Magnorum dierum Trecensium : *Item, que quand li home aus Gentilshomes prennent les femmes , le Roy , & li homme aus Gentilshommes muerent , li Rois vuet avoir touz les hoirs , & ne laisse joir les Gentilshommes de la remenance de leurs hommes. Item , nous avons tousjours accoustumé à partir au Roy les enfans, qui issent de nos hommes & de nos femmes, qui se mellent par mariage aus hommes & aus femmes, le Roy , &c.* His addam Diploma aliud, quod habet Tabularium S. Maglorii Paris. Charta 15. *Ego Ludovicus Dei gratiâ Rex Francorum & Dux Aquitanorum notitiæ fidelium commendare dignum videtur quamdam conventionem inter piissimum genitorem nostrum Ludovicum Regem Francorum , & venerabilem Gumebaldum S. Maglorii Abbatem audum habitam , hanc quoque in tertio anno nostræ sublimationis reverendissimo ejusdem Monasterii Patri Roberto à nobis concessam , & ipsius concessionis pactionem subscriptam , sigilli etiam impressione signatam atque corroboratam. Tempore siquidem supradicti Gumebaldi Abbatis homo quidam ex familia S. Maglorii de villa Karrone , Guoinus nomine , duxit uxorem nomine Sehes ex regali familia procreatam. Quæ res cùm Abbati ac Monachis vehementer displiceret , eò quòd sui juris homo alterius familiæ sibi conjugem delegasset ; & ob hoc plurimùm calumniaretur, quòd debito sibi procreationis fructu Ecclesia privaretur , ventilata hac calumnia ad aures piissimi genitoris nostri pervenit. Qui nolens Ecclesiam fructu familiæ suæ destitui , sancire studuit , ut amborum conjugum propagatio ex æquo partiretur, & altera regiæ amplitudini , altera pars sancto Maglorio remaneret in perpetuum possidenda. Ea ergo quæ gloriosus genitor noster sapienti usus consilio pridem concesserat , nos quoque ob utilitatem Ecclesiæ benignè concedimus. Quod ut perpetuæ stabilitatis obtineat munimentum, sigilli nostri auctoritate & nominis nostri karactere subterfirmavimus. Actum publicè Parisius in Palatio nostro anno incarnati Verbi 1138. regni vero nostri 3. astantibus in Palatio nostro, quorum nomina subtitulata sunt & signa. S. Radulfi Viromanduorum Comitis & Dapiferi nostri, S. Guillelmi Buticularii, S. Matthiæ Constabularii , S. Matthiæ Camerarii. Data per manum Algrini Cancellarii.*

Interdum etiam in casu *forismaritagii* fiebant servorum seu adscriptitiorum inter dominos permutationes : ita ut si quæpiam femina adscriptitia alterius domini adscriptitio nupsisset, cùm illa legem mariti sequeretur, ac proinde in alterius transiret dominium, vicissim mariti dominus alteram conjugis adscriptitii domino ejusdem probitatis ac notæ restituere tenebatur. Assisiæ Hierosolym. MSS. cap. 270. *Se aucun vilain de qui que ce soit se marie avec vilaine d'autre leuë, sans le coumandement dou Seignor de la vilaine, le Seignor dou vilain , à qui sera mariée la vilaine estrange , rendra au Seignor de la vilaine un autre en eschange à la vilaine, de tel aage, par là connoissance de bones gens. Et se ils ne treuvent vilaine, qui la vaille, il li donra le meilleur vilain qu'il aura d'aage de marier : & cil qui sera marié à la vilaine estrange, meurt, le Seignor dou vilain doit avoir son eschange , se la vilaine torne à son premier Seignor : & se la vilaine est allée en la terre de l'autre, son Seignor à pooir de prendre la, &c.* Et cap. seq. *Se aucune vilaine vait de aucun cazal en autre, qui ne soit de son Seignor , & le Seignor dou leuë, où elle sera venuë, n'a pooir de li marier, & se il la marie , il doit donner à son Seignor une autre vilaine en eschange , à la connoissance de bones gens sans faillir.* Profert Brolius lib. 2. Hist. Paris. pag. 281. 2. Edit. Chartam ejusmodi permutationis indicem.

Horum

Horum porrò adscriptitiorum liberos inter se partiebantur domini, ita ut si plures essent numero pari, totidem quisque haberet; si verò unus remaneret ex numero impari, is communis esset. Ita Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 1. §. 17. & Consuetudo Burbonensis art. 192. Extant præterea Chartæ aliæ harum partitionum apud V. Cl. Hubertum in Historia Eccl. S. Aniani Aurelianensis p. 81. Vide Capitulare 6. Caroli M. an. 803. c. 1.

Ex his igitur satis constat, *Forismaritagium*, præcipuum fuisse servitutis glebalis argumentum: unde in ejusmodi servorum manumissionibus, *manus mortua & forismaritagium* in libertatis indultæ notam remittuntur. Vide Chartam Thomæ Abbatis S. Germani Paris. apud Brolium lib 2. Antiq. Paris. p. 279. 2. Edit. & alias ejusdem tenoris apud Gallandium de Franco alodio p. 85. 86. Doubletum in Hist. Sandionys. Monast. p. 907. &c. Quibus aliam addo Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. pro Communia Vailiaci an. 12 1. *Nos quitavimus dictis hominibus totam talliam, quam Ecclesia nostra consuevit accipere super eos, — item forismaritagium, hoc excepto, quòd quilibet, qui se forismaritabit, tenebitur Ecclesiæ nostræ solvere ipso die forismaritationis suæ, vel in crastino, 7. solid. & dimid. monetæ patriæ: quos denarios si dicto die vel in crastino non solveret, teneretur emendare per 7. solid. & dimid. monetæ supradictæ, ad instantiam Majoris nostri & Scabinorum per legem faciendam, & nihilominus forismaritagium reddere tenentur.*

Forismatrimonium, eadem notione in Charta Engerrami D. de Couciaco an. 1207. pro Libertatibus oppidi Faræ, apud Thomasserium in Consuet. Bituric. p. 429.

FORISMITTERE, Extra manum suam ponere, alienare, *Mettre hors*. Capitulare 3. an. 813. cap. 11. *Qui per chartam aut per hantradam ingenuus est, & se ille foris de eo miserit, tunc ille leodis in dominicum veniat, &c.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 88. *Nulli liceat forismittere hæreditatem suam de parentela sua, datione vel emptione.*

FORISNEGARE, *Fornoier un meffet en jugement*, apud Philippum Bellomanerium cap. 59.

FORISPATRIATUS, idem quod *forisbannitus*, vel *expatriatus*, Gallis *Forspaysé*. Charta Guigonis Comitis Forensis pro Libertatibus Villarezii an. 1253. *Nisi ille qui requireret, esset forispatriatus.* Charta Libertatum Autisiodorensis civitatis à Mathilde Comitissa concessarum: *Quicunque aliquam possessionem per annum & diem pacificè tenuerit, nullus contra eum poterit reclamare, nisi sit advocatus, vel forispatriatus, &c.* Perperam in MS. *forispatriciatus*. Assisiæ Hierosolymit. c. 30. *Enci dit l'on que celui qui requiert l'heritage, est forspaisé, & il revient, & requiert aucun heritage, que aucun autre ait tenu an & jor, & aucuns gens veullent dire, que l'assise de la tenure ne li griege, porce que il estoit forspaisé, & l'autre l'a tenu, li voiant & oiant & plusiors gens, &c.* Cap. 221. *Se celui qui est leuë dou Seignor, meurt, ou forpaise, &c.* Charta Libertatum oppidi de *Vesdun* in Biturigib. an. 1275. *Il n'en doit respondre à nesun se il n'est forpais, ou en bailh, ou fors d'age, &c.*

FORISTALLARE, *Foristallator*, *Forstallator*, *Forstellarius*, & in Domesdei *Foristellarius*, *Forstaller*, Brittoni pag. 33. 77.

Foristallatores, Cowello, Spelmanno, & aliis, sunt illi, qui annonam versus emporium publicum adductam in via intercipiunt, emuntque, priusquam venditioni publicæ exponatur. Iter Camerarii Scotici cap. 19. §. 1. *Primò quòd vendunt pisces suos ad littus maris, cum vendere debeant in foro Regis: unde Foristallatores plenariè dici possunt.* Adde cap. 1. Fleta lib. 2. c. 12. §. 28. *Item de forstallariis victualibus venalibus mercatum obviantibus, per quos carior fit inde venditio.* Id porrò interdictum Legibus politicis, ut vocant, passim legitur. Leges Burgorum Scoticorum c. 78. *De foristallatoribus in burgo: Nullus infra burgum habitans, vel extra, sit ausus in die fori exire portas burgi ad emendum aliquam rem, antequam veniat infra portas burgi, & qui super hoc convictus fuerit, dabit 8. sol. ad forisfactum.* Adde Statuta Gildæ Scoticæ c. 29. ubi ejusmodi *foristallatores* & *foristallantes Anticipatores fori* dicuntur. Eorum mentio est præterea in Statutis Willelmi Regis Scotiæ c. 35. & in libro Anglico inscripto: *Justice of peace*, p. 74. De iisdem etiam ita veteres Consuetudines Bituricenses apud Thomasserium p. 358. *Se aucuns boucher va au devant des marchans, qui ameinent chirs vives à vendre à Bourges, & iceluì boucher les aille acheter une lieue ou deux, ou demie au devant, pour tenir le peuple en sarre, il est amendable arbitrairement, se il ne laisse venir au marché où l'en a accoustumé de vendre.* Ubi vim vocis *Sarre*, quæ rursum eadem pag. occurrit, non omnino percipio. Vide *Forestel*.

Forstallum, in Legibus Edmundi Regis, editis apud Cultontoniam c. 6. dicitur Bromptono *Coactio, vel obsistentia in regia strata facta*, quò minus scilicet quis rem suam furto sublatam recipiat, uti est in iisdem Legibus. Interdum sumitur pro ea libertate, qua *quis quietus est de amerciamentis de catallis arrestatis infra terram suam, & quòd habeat placita inde in Curia sua, & de hujusmodi catallis arestatis amerciamenta inde provenientia.* ita W. Thorn. an. 1315.

FORIZARE, Fora negotiandi causâ frequentare, Goldasto. Ita usurpatur in Decretis Alberti Regis Hungariæ: *Nullus mercatorum forensium — ad mercandum seu forizandum in medium regni — accedat.*

FORLONGA. Vide *Furlonga*.

FORMA, Figura, imago. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 133. *Usus autem formas sculpendi à lege cœpit, ubi Moyses jussu Domini duos Cherubin ex auro fecit.* Epistola Rodoberti ad Didonem, seu S. Audoënum Archiep. Rotomag. to. 5. Spicilegii Acheriani: *Etenim verè fatear, pinxisse illic mihi videris Sanctitatis tuæ, imoque beatissimi Antistitis Eligii integerrimam formam, ita ut nihil prorsus defuerit ex cunctis Sancti virtutibus, quod non potentatu verborum per singula investigaveris, &c.* S. Bernardus de Vita & morib. Relig. c. 11. *Auro tectis reliquiis saginantur oculi, & loculi aperiuntur. Ostenditur pulcherrima forma Sancti, vel Sanctæ alicujus, & eò creditur sanctior, quo coloratior.* Utitur etiam hac notione Rodericus Toletanus in Hist. Arabum cap. 2.

Formula, Imaguncula. Glossæ Basil. φορμοῦλα, εἰκὼν. Adamnanus lib. 1. de Locis sanctis c. 11. *In quo videlicet linteo 12. Apostolorum formulæ habentur intextæ.* Et lib. 3. c. 4. *In Diospoli civitate, cujusdam Martyris Georgii, in quadam domo, statua marmorea in columna, contra quam alligatus persecutionis tempore flagellatus est, formula depicta est.* Mox *imaginem* vocat: *Cujus est imago in marmorea columna formata?* Infrà: *Thoracidam* appellat. Utitur ibisemel ac iterum, & c. 19. Vita S. Gildæ Sapientis c. 9. *Propriis manibus formulam fecit fusili opere, &c.*

Forma, Nummus formatus, id est, figurâ seu Principis charactere donatus: nam *formari moneta* dicitur apud Lampridium, & in l. 3. Cod. Th. de falsâ monet. & l. 1. de Expens. Ludor. Lex 6. Cod. Th. de Indulg. Crimin. de monetam adulterante: *Qui sacri oris imitator, & divinorum vultuum adpetitor, venerabiles formas sacrilegio eruditus impressit.* *Diversa forma mensura* in solidis, in quibus scilicet Imperatoris

forma

forma seu imago *majore habitu faciei extenditur: aut quæ angustiore expressione concluditur*, in l. 1. eod. Cod. *Si quis solidi circulum, &c.* Lampridius in Alexandro Severo: *Formas binarias & ternarias & quaternarias — quas Heliogabalus invenerat, resolvi præcepit, neque in usu cujusquam versari.* Quintilianus lib. 1. c. 10. *Utendum plane sermone, ut numo, cui publica forma est.* Apud Isidorum lib. 16. c. 17. *metalla* dicuntur *ad omnem formam posse deduci.*

Forma, Phantasma, imago apparens. Liber Miraculorum S. Columbani cap. 27. *Aspicit ad se venientes duas formas in specie mulierum tam teterrimas & deformes, &c.*

Forma, Tabula ærea, quæ agrorum fines ac centuriationes continebat. Hygenus: *Si qua compascua aut silvæ fundis concessæ fuerint, quo jure data sint, formis inseremus*, i. tabulis æreis. Ita ille non semel. Fragmentum Legis Agrariæ, à Sigonio & Grutero editum: *Dedit, adsignavit, reliquit, inve formas tabulasque retulit, &c.* Hinc *forma*, pro limite; *formare*, pro, limitibus dividere. Siculus: *Agrorum, qui ex vicinis populis sumpti sunt, propriæ factæ sunt formæ.* Aggenus: *Formæ antiquæ fundorum.* Bulla Honorii III. PP. an. 3. *Totum tenimentum, quod insistit extra formam, & habet suas fines*, to. 1. Italiæ sacræ pag. 822. Vide l. 8. D. ad Leg. Jul. peculat.

Forma, Τύπος, vel Epistola, littera *formata*, cui impressa est *forma*, seu imago scribentis, in sigillo scilicet. Unde θεῖοι τύποι, *sacræ formæ*, quæ *Sacræ* nudè postmodum appellatæ. Ulpianus: *Et repeto, ante formam à divo Marco datam, divum Pium rescripsisse.* Capitolinus in Antonino: *Neque de provinciis, neque ullis actibus quicquam constituit, nisi quod prius ad amicos retulit: atque ex eorum sententia formas composuit.* *Oraculi nostri forma*, in l. 1. Cod. Th. de Rei vindicat. Edictum Constantini & Licinii pro Christianis apud Lactantium lib. de Mortib. Persecut. num 48. *Ut autem hujus sanctionis benevolentiæ nostræ forma ad omnium possit pervenire notitiam, &c.* Lucifer Calaritanus l. 2. pro S. Athanasio p. 502. *Si damnassemus innocentem, qui dedissemus formam ad sanguinem fundendum justorum, &c.* Liberatus Diacon. c. 11. *Et data forma de aliquibus causis eorum, libellos obtulit Eusebius Flaviano & omni consilio.* S. Cyrillus ex versione F. cundi Hermianensis lib. 3. c. 6. *Hoc autem & nunc, sicuti vestræ literæ monstrant, ad Regiam urbem pergentes movent, si quomodo prævaleant persuadere concursu aliquorum, ut per Imperatoriam formam anathemati subdantur illa, quæ ab eis proferuntur, cum accusatione volentium ea defendere.* Vide eundem Facundum lib. 5. c. 3. p. 194. l. 6. c. 1. p. 225. Collationem Legis Mosaicæ p. 54 &c.

FORMELLA. *Nicæni tractatus*, seu Concilii, in Fragmentis S. Hilarii p. 1. τύπος.

Forma epistolarum, Tenor, series Epistolarum. Idem Facundus Hermianensis lib. 2. cap. 2. *Et cùm Joannes Antiochenus, & cæteri Orientales Episcopi, Mopsuestenum Theodorum præconiis in eisdem epistolis, quarum formam se attendisse in suis diffinitionibus Calchedonensis Synodus fatetur; tanquam Apostolicam declarantem doctrinam; ut Epistolam B. Leonis acciperet, &c.* Infrà: *Si hæresis crimen est laudasse Theodorum, in illis epistolis prædicatum, quarum se formam attendisse in suis decretis — prædicta Synodus confitetur, &c.* Lupoldus de Bapenberg de jure regni & Imperii Romani cap. 8. *Ex formis aliquarum literarum, in quibus continebantur decreta electionum quondam Rudolphi, Adolphi, & Alberti Regum Romanorum, quas formas recolo me vidisse, apparet potiùs contrarium.*

Formula, idem quod *forma*, Epistola. Ammianus l. 14. *Ut formula missa lethali — occideretur.*

Forma, Certi gradus ac ordines in Scriniis, vel Scholis: verbi gratiâ, *Ducenarii, Primicerii, Mittendarii, &c.* *Forma prima, secunda, tertia*, in l. 7. Cod. Th. de Palatinis. *Supernumerarii sacri ministerii prima vel secunda forma*, in l. 2. eod. Cod. de Castrensianis.

Forma, Arcus, fornix. Spartianus in Severo: *Ejus denique etiam Januæ in Trans-Tiberina regione ad portam nominis sui, quarum forma intercidens statim usum publicum invidit.* Hinc

Formæ, ὀλκοὶ, in Nov. Justiniani 17. *Canales structiles & arcuati*, Vitruvio lib. 8. c. 7. per quos aquæductuum aquæ educuntur. Nam ut ait idem Vitruvius, & Anonymus de Re Architecton. seu Vitruvii abbreviator antiquus cap. 6. *Ductus aquæ quatuor generibus fiunt; aut forma structili aut fistulis plumbeis, aut tubis vel canalibus ligneis, aut tubis fictilibus.* Canales structiles *Formæ* propriè appellantur, quod subditis formis instruantur, qua ratione Formacei Afrorum ex terra parietes dicuntur Plinio lib 35. c. 14. Palladius lib. 9. tit. 11. *Aqua si per formam ducetur, solidandus est canalis, ne per rimas possit elabi.* Anonymus de Aquæductibus: *Nunc nomina aquarum, quæ usibus æternæ Urbis formarum constructionibus advectæ sunt, indicemus.* Vetus Inscriptio apud Mutium Phæbonium lib. 3. Hist. Marsorum pag. 79. *Respublica populusque Corfiniensis formam aquæductus vetustate corruptam DD. refecit.* Utuntur passim Scriptores Lex 1. D. de Legat. 1. l. 3. & 6. Cod. de Aquæduct. lib. 11. Frontinus l. 1. & 2. Antoninus in Itiner. Acta Martyrii S. Stephani PP. apud Baron. an. 260. n. 3. Symmach lib. 10. Ep. 33 Sidonius lib. 1. Ep. 5. Gregor. M. lib. 10. Ep. 22. Ammian. lib. 28. Senator. l. 3. Epist. 31. 53. lib. 7. Epist. 6. lib. 8. Ep. 30. idem in Chronico, Anastas. in Vitis PP. p. 17. 19. 21. 46. 112. 113. 114. 117. 165. 210. Chron. Casinense lib. 3. c. 38. Flodoardus de Summis Pontific. in Adriano pag. 583. 596. &c. Erat autem magistratus, cui cura formarum commissa erat, *Comes formarum* dictus, de quo suprà egimus. Hinc

Formæ, dictæ quævis fossæ, aquas continentes, Aquarum receptacula, δοχεῖα. Tabularium Casauriense: *Cum medietate de uno sedio de molino, cum insula introitu & exitu suo; & cum aqua levata & pausata; & cum forma infractando; & in sertando cum omni firmamento, quantùm ad ipsum molinum pertinet.* Idem Tabular. *Donavimus medietatem de uno molino — in fluvio de Orfente, cum leva & pausa sua, cum forma & sertura, cùm introitu & exitu suo, &c.* Alibi pro *sertura*, est *clausura*. Rursum in Charta anni 1007. *Vendidimus & tradidimus tibi — in ipsa insula unam formam cavare, & sertora mittere, & aquam prehendere, quantum opportunum fuerit. Quod si ipsa forma se disturbaverit, aut dilataverit, licentiam habeatis aliam formam cavare.* Alia an. 1085. ibid. *Id est, unum sedium de molino — ut habeamus ego Maio licentiam ipsum sedium cabare, & formas facere, & omnem firmamentum ad ipsum molinum faciendum.*

Formale, idem quod *forma*, Aquæductus. Bulla Paschalis II. PP. an. 1102. pro Veliternensi Ecclesia: *Ac reflectitur in pratalina de formali de Ulmis, descenditque per vallem, &c.* Vide Ughellum to. 1. p. 61. 84.

Formensia prædia, Agri, in quibus *formæ*, seu aquæductus publici excurrunt: *Formenses cespites*, in Novella Valentin. de Pantapol. Vetus Charta Cornutiana edita à Suaresio: *Cum omni scilicet onere professionis suæ, vel necessitate, quam certum est formensia prædia*

prædia ſuſtinere. Infrà: *Ea lege & conditione, ut cùm etiam fructus poſt obitum meum capere cœperit, ac ſibimet vindicare; non ſolùm ſolennem modò agnoſcat fiſcalium functionem, verùm etiam propagationem formarum, quæ ab omnibus dominis hujuſmodi prædiorum dependi conſuevit.* Vide Inſcriptionem Salonenſem apud Sponium to. 3. Itiner. part. 2. pag. 5.

Forma, Sella, ſolium canentium in Choro, duplicì conſtans parte, antica, & poſtica. In poſtica ſunt ſedilia plicatilia, *σκάμνα θρονοειδῆ*, in Histor. Concilii Florentini ſect. 4. cap. 30. quæ eriguntur, cum canentibus ſtare incumbit. Sic fortè dictæ ejuſmodi ſedes, quòd *formæ* ſeu imagines, opere ſculptorio, vel penicillo, adumbratæ in ſingularum *dorſalibus* effingerentur; quod etiam in pleriſque Eccleſiis noſtratibus obſervatum conſtat: vel potiùs quòd ſupernè in modum formarum aquæductuum arcuatæ ſint. Gloſſ. S. Benedicti cap. de ſupellectile: *Sella arcuata, θρόνος.* Conſuetudines Cluniacenſes lib. 1. c. 12. *Complicantur formæ, ſicut eſt conſuetudo, in his diebus, in quibus venia non eſt petenda.* Pars verò illa plicatilis erecta præbens quandam ſediculam, *Miſericordia* appellatur. Vide in hac voce. Formarum pars antica podii vicem præbet, ad quod procumbunt & curvantur, cùm venia petenda eſt. Supplex Libellus Monachorum Fuldenſium oblatus Carolo M. c. 5. *Ita ut nec baculum eis pro ſuſtentatione ferre liceat, nec ad inclinatorium, quod nos Formulam dicimus, morando hærere.* Veteres Conſuetudines Floriacenſes: *Et poſt ſingulas inciſiones ab unoquoque procumbitur ad formas, & venia petitur.* Conſuetud. Cluniac. lib. 1. cap. 29. *Procumbitur ſuper formas ad orationem. Curvari ſuper formas*, apud Lanfrancum pro Ord. S. Bened. cap. 1. ſect. 3. 4. Formarum iſtiuſmodi mentionem agunt paſſim, Guigo in Statut. Ord. Cartuſienſ. cap. 15. §. 1. Statuta antiqua ejuſdem Ord. part. 1. c. 13. §. 40. cap. 36. §. 30. part. 3. c. 2. §. 2. Statuta Ordinis *de Sempringham* p. 721. Innocentius III. lib. 15. Epiſt. 114. Cæſarius de Miracul. lib. 8. cap. 6. Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandr. n. 72. S. Bernardus de Vita & moribus Religioſ. c. 11. Lanfrancus pro Ordine S. Benedict. cap. 1. ſect. 2. 4. & cap. 5. Acta Archiepiſcopor. Rotomagenſ. p. 448. Conſuetudines Cluniacenſes lib. 1. c. 2. 11. Chronic. Windesheimenſe lib. 2. c. 39. &c.

Formula, diminut. à *Forma*. Gregorius Tur. de Glor. Confeſſ. c. 92. *Factum eſt autem ut quadam vice S. Germanus Pariſiacæ urbis Epiſcopus, ad hunc tumulum vigilias celebraret, haud procul formulam habens, in qua genua, cùm neceſſitas poſceret, deflectebat.* Idem lib. 8. Hiſt. c. 31. *Cumque inter pſallendum formulæ decumberet.* Vita S. Eugendi Abb. c. 3. *Poſt omnium quoque diſceſſum formulæ ſuæ incumbens, oratione diutina paſcebatur in ſpiritu.* Adde Vitam S. Lupini Abbat. Jurenſis n. 2. Supplex Libellus Monachorum Fuldenſium Carolo M. porrectus, apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuld. cap. 12. *Ita ut nec baculum eis ferre liceat, nec ad inclinatorium, quod nos Formulam dicimus, morando hærere.* — *Quia cæcus & claudus* (Monachus) *non poſſunt ſine ſuſtentatione baculi bene incedere, nec decrepitus ſine formula genua flectere.* Vita B. Stephani Abbatis Obaſinenſis lib. 1. cap. 16. *Quidam ex honoratis novitius dum in Eccleſia librum teneret, & ſocium, juxta ſe poſitum, advocans, quædam ei in ipſo libro digito demonſtraret, aſpiciens hoc Vir ſanctus in perſonam noluit vindicare; ſed arrepto libro de manu ejus, in conſpectu omnium ad formam confregit, & ita rediit in locum ſuum.* Infrà cap. 18. *Sub formula quadam ad orationem proſternitur.*

Forma, Longioris ſedilis portatilis ſpecies, noſtris etiamnum *Forme* appellata, à formis monaſticis ita dicta. Necrologium Eccleſiæ Carnotenſis: *Legavit etiam in omnibus domibus Epiſcopalibus formas, menſas, & hujuſmodi utenſilia ad uſus Epiſcopatus.*

Forma, Calcei modus. Papias: *Scalprum, quo corium aptatur, quo fabricantur formæ ſutorum.* Utitur Ulpianus ad Legem Aquiliam.

Forma, Iſidorus lib. 5. Orig. cap. 8. *Impetigo eſt ſicca ſcabies, proveniens à corpore cum aſperitate & rotunditate formæ, unde vulgus Formam appellat.* Ita legit Wil. Britto in Vocab. MS. non *ſarnam*, ut editi libri præferunt. Vide *Sarna*.

FORMALIA *verba*, quæ in *Formis*, ſeu ſacris τύποις utplurimum ſcribebantur, cujuſmodi ſunt: *Noſtra Serenitas, Pietas, Manſuetudo, &c.* de quibus Julianus Conſtit. 113. §. 420. Scholia ad eundem Julianum c. 63. *Auditorium ſacrum dicebatur, ubi formalibus verbis allegabantur.*

FORMALES *epiſtolæ* Latinis ſunt, quæ eadem forma omnibus ſcribuntur, ἐγκύκλιοι ἐπιςολαί.

FORMARIUS, Dignitas in Monaſteriis, Qui *in bonis ſit forma*, ut loquitur S. Ferreolus in Regula c. 17. unde nomen, id eſt, qui cæteris Monachis vitæ ſuæ ratione præluceat, ſeu potius qui Monachorum *ſpiritualitati* invigilet: *Senior, qui aptus ſit ad lucrandas animas, qui ſuper Monachos omnino curioſe intendat & ſollicitus ſit*, ut in Regula S. Benedicti c. 58. *Pere Spirituel.* S. Ferreolus citato cap. *Nam poſt ipſum, quem diximus, Præpoſitum, qui in bonis ſit forma, ſtatuimus, regularem formare Formarium: ut faciliùs adjutorio illo ſubjuncto Abbas, cui nomen Pater eſt, uberes fructus metat de perfectione dulcium florum, &c.*

Formaria, eadem dignitas in Monaſteriis feminarum, quæ *Formarii* in virorum. Regula S. Cæſarii ad Virgines c. 37. *Si quis verò germanam ſuam, vel filiam, aut quamlibet parentem — videre voluerit, præſente Formaria, vel qualibet ſeniore ei conloqui non negent.* Adde cap. 39. & Regulam S. Donati c. 4. 12.

FORMATÆ, Eccleſiaſticis Scriptoribus Latinis appellatæ Epiſtolæ, quæ Græcis κανονικαὶ, quòd ſcilicet *Canonibus* & Conciliorum Statutis inductæ fuerint. Ita *formatæ* nomen genericum eſt, & convenit omnibus ferè Epiſtolis Eccleſiaſt. maximè verò *Commendatitiis, Pacificis, Dimiſſoriis, Communicatoriis*, & aliis hujuſmodi, quas ad hoc invenere ſancti Patres Concilii Nicæni, ut auctor eſt Atticus Patr. CP. *ne aliqua fraus falſitatis temere præſumeretur.* Formatas enim dabant Epiſcopi Clerici in alias diœceſes profecturis, ſeu *commendationis*, ſeu *communionis* gratiâ, uti de ſingulis, ſuis locis, docemus. Unde in veteri Scheda de Officio & Ordinatione Epiſcoporum, edita à V. C. Steph. Baluzio, ad eos pertinere dicitur *earum conſcriptio epiſtolarum, quæ Formatæ dicuntur.*

De nominis etymo diſcrepant eruditi. Cujacius, Savaro, & noviſſimè vir doctiſſimus Philipp. Priorius in Diſſertat. de Literis Canonicis, & aliquot alii cenſuere, ita dictas, quòd ſub certa ac determinata forma, verbiſque ſolennibus, certis adhibitis præterea notis & ſignis, concipi ſolerent. Carolus Labbeus, Schottus, &c. *Formatas* appellatas ſcribunt, eo ſenſu, quo *Formales epiſtolas* dixit Suetonius in Domitiano cap. 13. quòd haberent talem formam, qualem publica inſtrumenta & edicta habere ſolent. Non deſunt præterea, qui *Formatas* dictas volunt à *formis*, ſeu litteris, quæ in earum fine apponuntur: nam *formas litterarum* dixit Quintilianus lib. 1. c. 1. Sirmondus denique ad Goffridum Vindocin. & ad Sidonium probabili conjectura exiſtimat, *Formatas* appellatas haſce epiſtolas, à ſigilli forma, qua muniebantur. Quod potiſſimùm eruit ex Gloſſis Vaticanis, quæ *Formatam Epiſtolam, ſigillatam* interpretantur: quibus conſentiunt Gloſſæ MSS. ad Canones Conciliorum in Bibl. Regia ad Concil.

Carthaginense c. 23. *Formam, scriptam, vel sigillatam.* Unde *Formatam*, τετυπωμένην vertit Græcus Interpres Concilii Carthagin. in Codic. Canon. Eccl. Afric. c. 23. est enim τυποῦν, *Sigillare*. Sigillum autem appositum Formatis testantur Concilium II. Cabilonense can. 41. & Ratbodus Trevirensis in Formata sua apud Ivonem. Est porrò *forma* hoc loco idem quod *imago*, typus, quòd in Episcopi, à quo exarabantur & dabantur *formatæ*, sigillis, illius vel Ecclesiæ Patroni, figuræ exprimerentur: quod testantur passim vetustissima Episcoporum vel Ecclesiarum Sigilla. Sic Formata epistola est ea, quæ *forma* seu imagine scribentis ac sigillo est munita: quemadmodum dici videtur *Lex formata* in l. 4. Cod. Th. de Privileg. cor. qui in sacro Pal. mil. lex sacro Principis typo vel sigillo munita, quæ Græcis istius ævi τύπ☉ passim appellatur. Ita *Sigillum* posterior ætas epistolam sigillo munitam dixit, ut infrà docemus. Vide Cujac ad l. 62. de Verbor. oblig.

Ejusmodi *Formatarum* meminerunt passim Scriptores, Sozomen. lib. 7. cap. 17. Atticus Patr. sub finem Concilii Calchedon. Silvester PP. apud Joan. à Bosco in Vienna p. 27. Alexander I. PP. Epist. 3. Vigilius PP. Ep. 10. ad Aurelian. Episc. Arelat. Concil. Milevit. c. 2. African. cap. 40. 73. Carthaginense III. c. 28. Parisiense VI. lib. 1. cap. 34. Synodus Romana an. 826. c. 25. Concilium Meldense an. 845. c. 50. Ravennense an. 997. c. 3. Rotomagense an. 1074. c. 3. Beneventanum an. 1091. c. 3. Ferrandus Diac. c 46. 111. 127. 212. Addit. 4. Ludov. Pii ad Capit. Caroli M. c. 98. Optatus lib. 2. S. Augustin. Ep. 163. Capitula Guilleberti Episcopi de Interdictis cap. 1. Ratherius Veron. in Synodica ad Presbyt. p. 263. Regino in simili Synodica c. 79. Lanfrancus Epist. 24. Decreta Calomani Reg. Hungar. l. 2. c. 21. Sugerius in Ludovico VI. p. 312. &c.

De iis porrò multa congerunt Franc. Bernardinus Ferrarius lib. 1. de Antiq. Eccles. Epist. c. 2. & seqq. Baron. an. 142. n. 6. & seqq. Cujacius ad Nov. 6. Savaro ad Sidon. lib. 6. Ep. 8. lib. 7. Ep. 2. Sirmondus ad eundem Sidon. lib. 6. Epist. 3. Browerus lib. 9. Annal. Trevirens. p. 543. 1. Edit. Justellus ad Canon. Eccl. universæ, Binius ad Vitam Sixti I. PP. Bignonius ad Formulas veteres, Meurissius in Episcopis Metensib. p. 289. Priorius, & alii. Formulas Formatarum plures dedit Sirmondus ad calcem to. 2. Concil. Gall. pag. 663. & seqq. Habentur etiam nonnullæ in Diurno Romano cap. 3. tit. 10. apud Papiam verbo *Formata*, Ivonem Decreti part. 6. c. 433. 434. 435. Burchard. lib. 2. c. 227. Gratianum distinct. 73. cap. 1. Souchetum ad Epist. Ivon. 4. Carolum Labbeum ad Synopsin Basilican p. 196. Ferrarium lib. 1. c. 5. p. 29. Bignonium in Formul. veterib. cap. 12. pag. 219. 1. Edit. Ughellum tom. 5. Ital. Sacr. p. 1288. VV. Cl. Steph. Baluzium post Capitularia Regum Franc. & in Nova Collect. Formul. c. 39. 40. 41. 43. & Philippum Priorium in Dissert. de Literis canonicis.

Lettres formées, seu *Literæ formatæ*, Regio vel publico sigillo sigillatæ, in Consuetud. Andegav. art. 471. 472. quarum vi juridica decreta executioni mandantur. Statutum pro Monetariis an 1354. in Regesto Cameræ Comput. Paris. sign. 123. fol. 98. v. *Item que nul ouvrier ou monnoier ne tienne concubine, & s'il la tient, que l'en lui face formée, & se aprés qu'il auroit formé, il renchoit, qu'il paie pour chascune fois qu'il fourniroit, ou rencheroit, un marc d'argent, & soit tenu pour infame.*

Formata, Divina Eucharistia. Ordo Romanus, ubi de benedictione Episcopi: *Cùm autem venerit ad communicandum, Dominus Pontifex porrigit ei formatam, atque sacratam oblationem integram.* Ubi perperam Menardus *Epistolam formatam* hic innui censuit. Miracula sancti Stephani Episc. Cajacensis, seu Calatini, apud Michaëlem Monachum in Sanctuario Capuano p. 185. *Cùm feria 5. sanctus Domini Confessor divina celebrasset, sanctissimumque Eucharistiæ, tam Clero quàm populo, tradidisset Sacramentum, quod de formata supererat, Ecclesiæ custodi magnâ tutelâ servandum tradidit, &c.* Synodus Ravennensis an. 997. *In sancta hac Ravennate Ecclesia — dudum consuetudo est valde reprehensibilis orta, ut Subdiaconus Corpus Domini, quod Formatum* (leg. *Formatam*) *appellant, tempore consecrationis Episcoporum, ipsis vendant Episcopis, & Chrisma vendant Archipresbyteris parochiæ vestræ: in quibus apparet venditio Filii Dei, & venditio Spiritus sancti, &c.* Formatam porrò sacram Eucharistiam appellatam puto, à *forma*, seu *figura*, sive Crucis, sive Christi, quæ ei imprimi solet: quod etiam docet Durandus lib. 4. cap. 41. Σφραγὶς, *sigillum*, dicitur in Liturgia S. Chrysostomi. Vide *Oblata*.

FORMATICUM, *Formaticus, Formatis*, Caseus: sic vulgò *Formage*, vel *Fromage* appellant, quòd in forma infarciatur & struatur. Papias: *Caseus, dictus quòd careat sero, vulgò Formaticum, Forma; inde fit diminutivum Formula: unde etiam Formella, quæ etiam informationes casei significat, unde & Formaticum dicitur.* Chrodogangus Metensis Episcop. in Regula Canonic. c. 8. *Portionem de formatico, & cibaria alia accipient.* Ordo Romanus: *Ova manducant & formaticum, id est, caseum.* Occurrit præterea in Capitulari de Villis c. 44. in Charta Lud. Pii apud Mabillon. to. 5. Vit. SS. Ord. S. Benedicti p. 67. apud Cosmam Pragensem in Chr. Bohem. p. 5. &c.

Formaticus. Hincmarus Remensis in Capitulis Archidiaconis datis c. 4. *Quando parochias circuitis, nolite graves esse Presbyteris, petentes friskingas, vel pisces, aut formaticos, aut annonam, &c.* *Formaticos* etiam habet Monasticum Anglic. to. 1. p. 139. *Formatem* Eginhardus Epist. 23.

Formellus casei, in Charta an. 1072. apud Joan. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. p. 102.

Formella, Caseus, in Gloss. Biblicis MSS. Vide suprà, ex Papia.

Fromageria, Locus, ubi casei, quos *Fromages* dicimus, fiunt vel asservantur, in Statutis antiq. Cartusiensib. 3. part. c. 11. §. 26. Vide *Arcella*, in Addit.

FORMATUM, inquit Papias, *sive Formatium in Africa & Hispania parietes dicunt de terra formatos, utrimque duabus tabulis.* Eadem habent ferè Glossæ Arabico-Lat. ex Isidoro lib. 14. c. 9. Hispani *Tapias* vocant ejusmodi parietes. Vide Plinium lib. 35. c. 14. & Philandrum ad Vitruv. lib. 2. c. 8.

FORMELLA, Ponderis genus apud Anglos, cujus ratio habetur in Statuto de ponderibus, edito anno 51. Henrici III. i. an. 1267. *La charre* (i. carrionus) *de plumbo constat ex 30. formellis: & qualibet formella continet 6. petras, exceptis 2. libris: & qualibet petra constat ex 12. libris, & qualibet libra constat ex pondere 25. solidorum.*

FORMELLA. Ugutio & Auctor Breviloqui: *Formella & formula, dimin. à forma, & sunt propriè instrumenta alutariorum, quibus formant subtalares.* Vide Formaticum.

FORMELLUM. Vide *Formaticum*.

FORMERIUS, *Puer oblatus* vel *novitius*. Charta an. 1322. in Maceriis Monasterii S. Barbaræ Lugdun. pag. 202. *Videlicet in festo O. SS. frocum & cucullam, & hoc solummodo sacerdotibus & juvenculis, & quando tradentur novi, tradantur veteres. Pueris verò formeriis providere & frochis & cucullis, convenientibus & honestis, prout antiquitus est fieri consuetum.*

FORMICÆ *Scoticæ*. Ita per ignominiam & contemptum, & ut pusillos appellabant Angli Boreales vicinos Scotos, quos animitus olim oderunt, *Ofthe Scotch*

Scotch tikes. Matth. Paris an. 1174. *De formicis Scoticis tot interfectæ referuntur, quòd numerum omnem excedere dicebantur.*

FORMICANS & *vermiculus pulſus*, Μυρμικίζων & σκωληκίζων σφυγμὸς, inordinatorum pulſuum apud Medicos ſpecies, quorum primus dicitur à formica, quòd is velut formicæ ſuper digitos, alter quòd ut vermis motus ſentiatur; uterque mortis indices. Magiſter Egidius de Corbolio, qui ſub Philippo Auguſto vixit, lib. de Pulſibus:

> *Sunt gemini pulſus, formicans, vermiculoſus,*
> *Æſtivis potiùs in febribus, & peracutis,*
> *Mortis præcones fidi, reſerantque ſepulcra.*
> *In febre formicans, pulſu vermiculante verendus,*
> *Non redit ad melius; ſed vitam morte ſoporat.*

Vide Gorræum.

FORMICARIUM, *Locus formicarum, quod & Formicetum dicitur*, Ugutioni. *Formicaio*, Italis.

FORMICTA. Monaſticum Anglican. to. 1. p. 149. *In Rogationibus ad feſtum S. Odulfi præbendarium* (frumenti) *ad frixuras. Similiter in Septuageſima, & uno die paraſceve ad pulmentum. Ad formictas verò in adventu Domini debent habere 14. ſummas contra Natale Domini, contra Quadrageſimam tantundem, —— omnes ſcilicet percipiendas de horreis.* Vide *Formiſcare.*

FORMIDAMINA, Spectra, φόβητρα, apud Apul. in Apol.

FORMIDINES, *Illigatæ pennæ, quibus venatores cervos capiunt.* Papias. Seneca lib. 2. de Ira c. 11. *Nec eſt mirum, cùm maximos ferarum greges linea pennis diſtincta conterreat, & ad inſidias agat, ab ipſo effectu dicta Formido.* Horatius in Satyra, de Priapi ſtatua in hortis poni ſolita:

> *—— Deus inde ego furum aviumque*
> *Maxima formido.*

Hieronym. adverſus Luciferianos c. 8. *Quotidie induſtria ruſticana aves ſonitu abigit, imaginibus exterret: hinc flagello crepitat, hinc formidines tendit.*

FORMIDUS. Joannes de Janua: *Formos, calor vel ignis, unde formus, & formidus, calidus. Hoc formum calida materia ferri, ſicut extrahitur ab igne.*

FORMISCARE. Charta Idelfonſi Regis Aragonum an. 1187. pro Libertatibus villæ Amiliani, (*Milhau*) in Regeſto Ludovici Hutini Reg. Franciæ fol. 7. *In molendinis non ultra pugnanderiam* (pugillatam) *rectam, quam dominus molendini debet habere, de ſextario non detur, nec accipiat ultra libram farinæ de ſextario, quotcunque ſint ibidem molendinarii, vel alii nuncii, & propter hoc differant & referant blatum à farina, & formiſcant, & molant molienti, &c.* Vide *Formicta.*

FORMITER, *Ritè.* Vita S. Domnoli Epiſcopi Cenoman. num. 4. *Et poſtea cum omnibus ad ſe pertinentibus ad matrem ipſius civitatis Eccleſiam per eorum chartulas legaliter formiterque ipſi Domino Domnolo Epiſcopo tradiderunt.* In proceſſu B. Franciſci Servitæ: *Pro examinandis teſtibus formiter auctoritate Apoſtolica.* Sed vereor, ne in Vita S. Domnoli non legendum ſit *firmiter.*

FORMULA, idem quòd *Formaticum*, Caſeus. Acta Murenſis Monaſterii p. 54. *Conſuetudo eſt, ut omne lac, quod ſibi de pecoribus in duabus vicibus provenerit, vel ipſum lac, vel formulas, quæ inibi fiunt —— illi det, &c.* Vide *Forma.*

Formula panis. Fragmentum Hiſtoricum de Concilio Aquiſgranenſi: *Indultumque eſt illis* (Canonicis,) *ut magnis ſolennitatibus plurima habeant fercula, cum panis formulis, & phialis pigmenti, propter honorem & nobilitatem Francorum, &c.*

FORNACALIA, *Inſtrumenta fornacis ad opus aptata.* Ugutio. Vide Feſtum.

FORNACIRE, *Fornacem facere, vel in fornace coquere: hinc fornacitus, in fornace coctus.* Jo. de Janua.

FORNASERII, Tegularii. Jus Vicentin. lib. 4. *Fornaſerii teneantur & cogantur facere tegulas tectorum, &c.* Occurrit in Statut. Veron. lib. 2. cap. 187. &c.

FORNATA, *Fornaticum, Forneria, &c.* Vide *Furnata.*

FORNAX. *In fornace pro ſanitate febris filium ponere*, ſuperſtitio damnata in veteri Pœnitentiali MS.

FORNELLUM. Charta an. 1208. apud V. C. Dion. Salvagnium Boiſſium lib. de Uſu feudor. cap. 24. *Poſtea anno incarnati Verbi 1208. pridie Kl. Januar. in fornello Archiepiſcopi, quod eſt juxta Eccleſiam B. Mariæ, ipſe Guillelmus —— hominium ligium fecit, &c.*

FORNIA, *Fornicatio*, Papiæ.

FORNICARIUS, Qui meretricatur, vox Latinis vix cognita, tametſi *Fornicariam* meretricem vulgò dicant. Gloſſar. Gr. Lat. καταπορνεύω, *fornico.* Alibi: πορνεύω, *fornicor, ſcortor.* πορνών, *fornix, ganeum, lupanarium:* πόρνη, *Lupanar, ſcorta, meretrix, fornix.* Fragmentum Hiſtor. tom. 1. Hiſt. Franc. p. 782. *Omni ſpurcitiæ deditus, fornicarius, & illuſor feminarum.*

Fornicari, in ſacra Scriptura, ſæpe pro *Idola adorare*, ſumitur. Vide Mamotrectum ad 31. Deuteronom. & alibi.

Fornicaria, in Gloſſ. Lat. Gr. Πόρνη, ἀπὸ καμάρας, ἣ ἵσταται. Lex Longobardor. lib. 1. tit. 16. §. 2. *Si quis puellam aut mulierem liberam —— fornicariam aut ſtrigam clamaverit.*

Fornicatio inter femora. Pœnitentiale Fulberti Carnotenſis Epiſc. *Si quis fornicatur inter femora, ſemel 4. Quadragenis pœniteat.*

FORNICEPS, pro *Fornix*, in Rythmis de Verona, to. 1. Analector. Mabillonii: *Foro lato ſpecioſo ſternuto lapidibus, ubi in quatuor cantus magnus inſtat forniceps, Plateæ miræ ſternutæ deſectis lapidibus.*

FORNICIUM, *Fornicatio*, Mulcta ſtupri. Charta Alfonſi VI. Regis Caſtellæ æræ 1115. apud Anton. *de Yepez*, in Chr. S. Benedicti to. 1. *Et illa domus ſit abſoluta & ingenua ab omni regali fiſco, & homicidio, & fornicatione, &c.* Alia æræ 1018. ibid. *Neque pro homicidium, neque pro fornicio, &c.* Aliæ habent *ſtuprum.* Charta Alfonſi VI. Regis æræ 1129. *Neque in ipſa villa de Cortar ullus Procer vel Exactor, neque pro ſtupro, neque pro adnuba, neque pro foſſadera, neque pro aliqua alia calumnia vel negocio —— intret.*

FORNILLA. Regeſtum Herouvallianum Philippi Aug. f. 69. *Donant —— de unaquaque domo unum panem in Natali, pro fornilla furni.*

FORNIMENTUM. Vide *Furnire.*

FORNIX, Arcus, quo ſagittæ emittuntur. Uſus eſt Abbo lib. 1. de Bellis Pariſiac.

FOROSTAGIARE dicitur, qui fidem erga eum, cui in obſidem datus eſt, fallit. Obſes enim Gallis eſt *Oſtage.* Tabularium Vindocinenſe Charta 63. *Cùm verò Comes Cenomanicus boſiavit Comiti Goffrido, & foroſtagiavit obſides ſuos, perjuravit ſe Herbrannus de oſtagio, ſicut alii oſtagii, contra Comitem Goffridum, & tenuit ſe in guerra cum Comite Cenomanico, &c.* Et Charta 207. fol. 85. *Comes Goffrido Comiti boſiavit, bellumque intulit, & Herbrannus de obſidatu, in quem miſſus fuerat contra Goffridum, ſe perjuravit, & contra illum in guerra illa perſtitit, &c.* Vide Capitulare 4. an. 814. cap. 10.

FORPRISA, idem quod *Forcapium*, Exactio, *malatolta*, tributum, quod injuſtè accipitur, ex Gallico *Forpriſe.* W. Thorn. an. 1285. *Totum pratum —— ſine quacumque forpriſa in excambium pro placea —— dedit.*

FORPUGH. Charta Woldemari Regis Daniæ an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Hiſt. Dan. p. 443. *Nullus Forpugh emat apud littus maris ultra dimidium plauſtrum alecium, &c.*

FORQUINA. Vide *Furcia*.

FORRARE, *Forrator*. Vide *Foderium*.

FORRESNI. Vide *Foresni*.

FORSARIUS. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londoniensis an. 1295. *Et præmissæ 3. Cruces continentur in quodam parvo scrineo consuto de serico, sub sigillo Decani, in quodam alio nigro forsario, in quo quædam alia continentur.* Alibi: *Item in quodam forsario nigro sigillo — continentur vasculum cristallinum vacuum, & multi lapides in scapsis argenteis, &c.* Ubi *Forsarius*, est cistæ species, quam *Forchier*, vel *Forsier* appellabant nostri. Historia Bertrandi Guesclini cap. 5. *Puis ala a son Forchier, & en trayt cent florins qu'il luy donna.* Ubi Chronicon ejusdem Herois MS.

A son contoir vint, cent Florins en osta.

FORSCHAP. Vide *Forcheap*.

FORSOCNE. Vide *Frithsocne*.

FORSPECEN. Leges Kanuti Regis c. 46. apud Brompton. *Qui in placito seipsum vel hominem suum distortis compellationibus defendere præsumpserit, habeat totum hoc Forspecen.* i. hoc ei sit penitus interdictum. Ex Saxon. ꝼoꞃ-ꞅpecen, in vanum, in cassum, vel frustra dictum.

FORSTALLUM, *Forstel*, *Forstal*. Vide *Forestel*, *Foristallare*.

FORSTHUB, Ædes forestariorum: vox Germanica. Statutum Caroli IV. Imp. an. 1358. de forestariis §. 2. *Quilibet etiam forestarius super manso suo forestali, qui vulgariter Forsthub nuncupatur, tenebitur residere, & non plus.*

FORSTULLA. Gloss. Gr. Lat. Φλοκτὶς, *Papula, pusilla, puscula, forstulla.* Ita MS. Editum habet, Φλοκτίς, *Papulla, pusilla, pesulla.*

FORSULA, Munitiuncula, *Petit fort, forcelletum.* H. Knyghton. an. 1333. *Forsulam funditus everterunt.* Utitur non semel.

FORTALITIUM. Vide *Fortia*.

FORTENSES. Ita dicti milites legionis X. Vide Henricum Valesium ad Ammiani lib. 18. extrem.

FORTERA, Vox Hispanica vetus, *vas* quodpiam significans. Charta Stephaniæ Reginæ, uxoris Garsiæ Regis Navarræ æræ 1060. apud Sandovallium in Episcopis Pampilonensibus pag. 61. & apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti to. 7. *De meas forteras, de vasos, de argenteo, quidquid habuero, commendo unam partem ad Senior Eximino Garceiz, alia ad Senior Fortum Lopiz, tertia ad Senior Fortum Sancii, ut teneant illas pro fidelitate, & vendant illos vasos vel forteras Salomonaticas in duplum pro plata, & illas alias illo valente, & toto pretio donent illud ad dona Auria, & illa dispendat illud in opera de sancta Maria pro mea anima, & de meo Seniore.*

FORTERITIA, idem quod *Fortalitium*, nostris *Forteresse*. Rigordus an. 1212. *Comes Boloniæ diruit quandam forteritiam novam.* Adde Guillelmum Armoricum an. 1203. Gesta Ludovici VII. cap. 2. &c.

FORTIA, *Forcia*, Potestas, dominatus. Leges Henrici I. Regis cap. 86. *Non est eis imputandum, qui tenuerint viam suam, & recedent ab illis, si per omnia se allegient, quòd nec consilium eorum, vel auxilium sit in forcia ipsa.* Sanutus l. 3. part. 11. c. 9. *Redditisque captivis, sive in fortia essent Soldani, sive ejus filii Conradini.* Et c. 11. *Et quòd nullatenus vel seipsum ponat sub Imperatoris fortia.* Ita Cortusiorum Historia lib. 7. c. 18. 20.

Inforcia alicujus esse. Vetus Inquesta, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano f. 114. *Et dictus Gasco in illa emenda non percipiebat, excepto quòd servientes Domini Regis & servientes ejusdem Gasconis aliquem caperent insimul ad forisfactum in foresta, in forcia erit ipsi Domino Regi, & Præpositus medietatem emendæ habebit.* Et fol. 118. *Juraverunt — quòd ballia Episcopi Aurelianensis — non durat nisi usque ad pontem Albeæ, neque Episcopus neque Præpositus ejus habet prisiam extra, neque forciam.*

Fortia, *Forcia*, Violentia, vis, Gall. *Force*. Lex Bajwar. tit. 2. c. 10. §. 1. *Ut patrem suum dehonestare voluerit per consilium malignorum, vel per fortiam, &c.* Tit. 11. c. 5. *Si cui Deus dederit fortiam & victoriam.* *Fortiam facere alicui*, vim inferre, in Lege Ripuar. tit. 11. §. 3. *Forcia hostilis*, militaris, in Lege Bajw. tit. 2. cap. 5. §. 1. Capitulare Saxon. an. 797. c. 1. *Ut raptum & fortiam nec incendium infra patriam quis facere audeat.* Lex Longob. lib. 3. tit. 12. §. 5. *Nemo Comes — aliquid per vim exigat, præter quod constitutum Legibus est: sed neque per suam fortiam in mansione arimanni se applicet, &c.* Concilium Duziac. primum: *Eam sua factione & quasi per fortiam & non per justitiam vindicare curavit.* *Per fortiam auferre, invadere, abstrahere*, apud Marculfum lib. 1. form. 27. 28. in Chronico Farvensi p. 656. & apud Philippum Abbat. in Vita S. Amandi num. 71. Vide Capitulare Carlomanni tit. 1. c. 11. Joannem VIII. PP. Epist. 71. 140. Ottonem Morenam de Gestis Friderici II. apud Baron. an. 1167. &c.

Fortia frisca, Spelmanno dicitur Vis recenter illata; inde *assisa friscæ fortiæ* datur, ubi dissaisitus in civitatibus & burgis infra 40. dies queritur. Gallis *Frés*, & *Freschement*, est recens, recenter. Vide *Fraustus*.

Fortia, *Forcia*, Munitio, *Fort*, *Forteresse*. Guillelmus de Podio Laurentii c. 30. *Cum cunctis villis & fortiis, quæ erant sub ejusdem castri dominio, in quibus erant 20. fortiæ, vel infrà, &c.* Adde caput 20. Charta Oldegarii Episcopi Barcinon. *Retinemus omnes decimas — domorum videlicet & villarum, castrorum & fortiarum, quæ ibi sunt.* Vide Hist. Episcopor. Lodovens. p. 219. & Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 95. 134. 176. 198.

Refortiuncula, Parva munitio. Thomas Walsinghamus an. 1317. *Ad Walterum de Seby suæ consortem malitiæ se contulerunt, qui in refortiuncula sua de Horton lateas, vicinis similem injuriam inferebat.*

Forcaiadella, eadem notione in Charta Hispan. in Histor. Segoviensi cap. 19. §. 9.

Fortiare, Munire, *Fortifier*. *Castella firmata & forciata*, in Charta apud Bromptonum, munitiora facta. Hinc

Infortiare. Charta Raimundi Comitis Tolosæ in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 121. *Ita etiam quod nos nec aliqua villam inforciare poterimus.* Vincentius Belvac. lib. 32. c. 98. de Damiata: *Erat quoque civitas ipsa — fortissima, multumque, postquam aliàs capta fuerat, infortiata.* Charta Ludovici Regis Franciæ an. 1228. apud Catellum in Comitib. Tolosan. p. 334. *Sex millia marcharum solvet — ad muniendum, infortiandum, & custodiendum castrum Narbonense.* In alia ibid. p. 355. *Spelunca infortiata.* Gesta Philippi III. Reg. Franc. p. 547. *Igitur post deditionem urbis Gerundensis, Rex Franciæ eandem reparari, & inforciari præcipiens, &c.* Ita hac notione in Charta an. 1230. in Probat. Hist. Drocens. p. 259. *Enforceur de femmes*, in veteri Consuetudinario Franciæ.

Placitum inforciare est, cùm ad illud peragendum plures judices conveniunt: *Renforcer la Cour*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 29. *Si justitiam sine judicio dimittant, (judices) sed summonitis terrarum dominis inforcietur placitum termino competenti, vel non fuerint antea summoniti, &c.* Et cap. 33. *Si quis in Curia sua, vel in quibuslibet agendorum locis placitum tractandum habeat, convocet Pares & vicinos suos, ut inforciato judicio gratuitam, & cui contradici non possit, justitiam exhibeat.*

Forti-

Fortificare, Munire, *Fortifier*, ἰσχυρίζειν, in Onomast. Gr. Lat. Occurrit in Hist. Cortusior. lib. 5. c. 3. &c.

Fortalitium, Munitio, arx, castrum, nostris, *Fort*, *Forteresse*. Will. de Podio Laurentii cap. 85. *Et eis fortalitia tradebantur, & ad suam dabant obsides voluntatem.* Chronicon incerti auctoris, editum à Catello, an. 1226. *Consules occurrebant, & Regi fortalitia tradebant.* Elmhamus Prior *de Lenton*, in Gestis Henrici V. Regis Angl. an. 5.

Ad fortalitii facti muricque cacumen,
Hostes portabant dolia, ligna, petras.

Occurrit non semel apud Ericum Upsaliensem in Hist. Suecor.

Fortalitia, eadem notione, occurrit passim in Hist. Cortusiorum lib. 1. cap. 15. 18. lib. 5. c. 3. lib. 7. c. 18. &c. apud Sanutum lib. 2. part. 2. c. 6. &c.

Forterescia, in Tabul. Fossatensi f. 36.

Forcelletum, Munitiuncula, castelletum, *Petit fort*; *Forcelet*, in 1. Statuto Westmonasteriensi cap. 17. *Forcelet*, apud Brittonem cap. 20. Fleta lib. 1. c. 20. §. 119. *De his, qui fugaverint averia ad castra vel forcelleta, & ea ibi detinuerint.* Adde lib. 2. c. 47. §. 1. & Knygthonum an. 1342. pag. 2581. *Forciletum*, eidem Knyghtono an. 1342.

Fortitium, Arx, castrum, *Fort*. Testamentum S. Fulcranni Episc. Lodovensis: *Et in villa, quam dicunt Fodinas, Ecclesiam, quæ fundata est in honorem S. Mariæ, cum ipsa turre, & cum ipsis fortitiis, quæ modò sunt, & in antea erunt.*

Fortitudo, Castrum, munitio. Will. de Podio Laurentii cap. 46. *Interceptis subitò excubiis illam fortitudinem occuparunt.* Tabularium Lascurrense, apud Marcam l. 5. Hist. Beneharn. c. 15. n. 1. *Tulit illum honorem de Murel S. Mariæ cum fortitudine sua, & tenuit eum in vita sua.* Charta an. 1125. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 188. *Excepta medietate civitatis de Avenione, & de castro & fortitudinibus, quæ ibi sunt vel erunt de territorio, &c.* Adde Vitam S. Anselmi Lucensis Episc. n. 71.

FORTIOR, Major, ditior. Capitularia Caroli M. l. 5. c. 136. *Comites fortiores libram de argento aut valentem dent in eleemosyna.* Adde c. 207. & Addit. 4. c. 143. Lex Longob. lib. 1. tit. 11. *Sive etiam nonnulli fortiores vassi Comitum.* *Fortior bannus*, mulcta major, in Capitul. Saxonum an. 797. c. 9. Ita Matth. 20. juxta veterem Versionem: *Qui vult inter vos esse fortior, sit vester ultimus.* Vulgata habet *major*.

FORTIS, *Fortis moneta*. Vide *Moneta*.

Fortis potio, quæ inebriare potest, ut est apud Eigilem in Vita S. Sturmii Abbatis Fuldensis, quomodo dicimus *Vin fort*. Vide *Cerevisia*.

FORTITAS, *Virilitas*, ἀνδρεῖα, in Gloss. Gr. Lat. Alibi: γενναιότης, *fortitas*, *strenuitas*.

FORTUNA, Bona. In Lege Salica tit. 48. *Super fortunam suam ponere*, tit. 52. §. 2. *A ses perils & fortune*, id est, sub pœna amissionis bonorum. Ita *fortunas*, pro facultatibus & bonis usurpant l. 123. Cod. Th. de Decurion. l. 20. de Bonis proscript.

Fortuna, Thesaurus inventus: nam, ut ait Lex 63. §. 1. D. de Acquir. rer. domin. & ex ea Bracton. l. 3. tract. de Corona c. 2. §. 4. *Thesaurus, fortunæ donum creditur. Thesauros ducente fortuna reperire*, in l. 3. Cod. Th. de Thesaur. Epist. 561. ex Francisco. 4. Hist. Franc. *Unde mandamus vobis, ut fortunam, sicut inventa fuit, infra 15. dies nos habere faciatis.* Mox, *pecunia sublata* dicitur. Tabularium Monasterii Deip. Santon. fol. 25. *Si Santonis fuerit inventum aurum, vel argentum, aut fortuna, Comes habet inde medietatem, & qui invenerit, aliam.* Charta an. 1080. in Tabular Vindocin. n. 270. *Vicaria autem & forisfactorum omnium emendationes & fortunæ, nostra erunt omnes.* Charta ann. 1334. apud V. Cl. Dion. Salvagnium Boissium in Tractatu de Placito dominico pag. 28. *Item jus suum nemorum, avium nobilium, fortunarum, si quæ sint, aut inveniantur, & etiam quartam bestiarum ferarum, &c.* Vide to. 1. Monast. Anglic. pag. 298. Stabilimenta S. Ludovici l. 1. *Nus n'a fortune d'or, se il n'est Rois. Et les fortunes d'argent sont aus Barons, & à ceus, qui ont grans Justices en sa terre. Et se il avenoit, que aucuns homs, qui eust voirie en sa terre, trouvast sous terre aucune trouvaille, elle seroit au vavasor, a qui la voirie de la terre où la trouvaille fu trouvée.* Et infrà: *Fortune, si est quant elle est trouvée dedans terre, & terre en est effondrée.* Vide Consuet Andeg. art. 61. & Cenoman. art. 70. & infrà in *Sacrobarra*, ubi Spelmannus *fortunam*, fortuitò occisos interpretatur, nescio quo vade?

FORTUNIUM, Ugutioni, *Prosper eventus, & dicitur à fortuna.* Eckehardus Junior de Casib. S. Gallis in Proœmio: *Operæ pretium putantibus cum infortuniis tradere fortunia.* Infrà: *Alii veritati nihil parcentes fortunia & infortunia quomodolibet erant, edixerant.* Idem cap. 3. *Multa bonis & malis aut fortunia prædixit aut infortunia.* Quandoque pro quavis fortuna, bona aut mala. Idem cap. 5. *Nescio, quo loci fortunio?* Cap. 5. *Ut cæteros relinquamus, & nostra fortunia tangamus.*

Fortunium, Hastiludium, torneamentum. Matth. Paris. an. 1241. *More militari, quoddam hastiludium, quod vulgariter Fortunium, imò potiùs Infortunium appellatur, ad virium ceperat, & exercuit experimenta.* Et infrà: *In contemptum meum ipsi torneamento interfuisti, & sophisticè illud Fortunium appellasti.* Chron. Theokesburiensis Monasterii in Anglia, *Fortunio belli ante fratrem suum decessit.*

FORVENGE. *Quietum esse de forvenge*, in Monastico Anglic. to. 2. p. 387. Vide *Forfang*.

FORULUS, Vagina, nostris, *Fourreau*. Papias: *Foruli, thecæ vel cistæ librorum, tabularum, vel aliarum rerum, ut spatæ, dictæ, quòd deforis tegant.* Gloss. Lat. Gall. *Forulus, Boursse. Escriptoire, Fourel.* Willelm. Britto lib. 12. Philipp. pag. 242.

Francorum gladios nimia jam cæde rubentes
Vix foruli agnoscunt.

Infrà:

— vel absconsi forulis prægnantibus æris.

Gervasius Dorobern. *Comites & Barones cereos ferant, & regium gladium in forulo.* Chronicon Casauriense lib. 4. *Monachi S. Clementis nituntur ad illud, quòd est impossibile, & volunt duos enses in unum forulum mittere.* Feurre, Scriptoribus nostris medii ævi. *Le Roman de la Malemarastre MS. Se il copa le chief, & puis resna s'espée, & le mit arriere en son fuerre.* Infrà: *Vostre fieux a ja l'espée sachie hors do fuerre pour vous coupier le chief.* Will. Guiart an. 1297.

Il gietent les mains aus espées,
Qu'en l'eure des feurres estortent,
Et aus autres bastons qu'ils portent.

Georg. Castellanus in Hist. Jacobi Lalani cap. 94. *Deux espées, l'une ceinte qui ait le feure tranché jusques à renges, l'autre attachée en son escu.* Occurrit iterum cap. 95. & in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 94. & aliis Scriptoribus passim.

FORUM, Nundinæ, feriæ, *Foires*. Charta Lotharii Imperatoris, filii Ludovici Pii, in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 4. *Quia Agilmarus venerabilis Archiepiscopus ad nostram accedens Majestatem, retulit, quòd in pago Lugdunensi, in villa scilicet, quæ vocatur Pavasianis, super proprium suum, quoddam forum, publicumque construere & convocare vellet mercatum, deprecans, ut ei illud*

concederemus, quod inde ad jus publicum exigi poterat. Henricus Aquilonipolensis de Lubeccanæ Urbis primordiis lib. 1. c. 5.

Bis forum in hebdomada statuit generale, &c. Leges Burgorum Scoticor. c. 40. *Mercator sive institor, qui habet stallum coopertum in die fori, vel botham in foro die fori, dabit obolum pro consuetudine & custuma sua.* Adde Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ c. 32. Charta Alani Episcopi Autissiodorensis: *Justitia Episcopi est; forum & theloneum Episcopi est, quidquid de foro exit, & justitia de omnibus hominibus, qui venerunt, infractura castri, & rapina, & incendium, Episcopi est.* Thwroczius in Bela I. Rege Hungar. c. 45. *Iste enim omnia fora die Sabbati constituit, pro vendendo & emendo.* Etiam usurpant Consuetudines villæ de Regula apud Labbeum to. 2. Bibl. p. 744. Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 97. &c.

Forum, pro pretio rerum venalium, quo scilicet in *foris* seu nundinis distrahi solent, *le Prix du marché*: in Statutis Gildæ Scoticæ c. 22. §. 2. in Itinere Camerarii Scot. cap. 7. §. 3. & in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ c. 36. §. 1. *Prix & Fueur*, in Consuetud. Pontivensi art. 84. Vide *Foragium*, *Forus*, *Afforagium*.

Forum, Merces ipsa, quæ in foro & nundinis venum exponitur. Radevicus l. 3. c. 26. *Si mercator Teutonicus civitatem intraverit, & emerit mercatum, & portaverit ad exercitum, & cariùs vendiderit in exercitu, Camerarius auferet ei omne forum suum, & verberabit eum, &c.*

Forum pro Commeatu, seu cibariis ad alimoniam exercitus, aut plurium, vel etiam privati alicujus. Chronicon Reicherspergense pag. 263. *Addidit, si Imperator obsides mitteret, transitum sibi per brachium S. Georgii & forum concederet.* Alibi: *Hilari vultu eos excipientes, forum pro posse suo exercitui ministraverunt.* Odo de Diogilo lib. 1. pag. 13. *Alemannorum & Hungarorum etiam Reges de foro & transitu requisivit.* Lib. 2. pag. 21. *Quidam ex parte Regis de securitate sui regni juraverunt, & ipsi forum idoneum, concambium competens — sacramento simili firmaverunt.* Et mox: *In hac* (terra) *pro voto nobis fuerunt forum & concambium.* Gesta Ludovici VII. Reg. Franc. cap. 14. *Non est ibi carum forum rerum venalium, quia satis de bladis & vinis & rebus aliis necessariis per mare navigio advehunt mercatores.* Monachus Florentinus de Expugn. Acconensi:

> *Ergo postquam inclytus Princeps Romanorum,*
> *Intravit monarchiam Regis Ungarorum,*
> *Ubertatem omnium dat Rex & forum.*

Adde Tagenonem Pataviensem, & al. *Le Roman de Vacce MS.*

> *De tout le lor rien ne demande,*
> *Fors le marchié de la viande.*

Hinc *facere bonum forum*, nostris *Faire bon marché*, apud Mich. Scotum lib. 4. Mensæ Philosophicæ c. 16.

Forum, seu *Villa forensis*, quæ jus nundinarum habet. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 66. §. 2. *Non liceat castrum, forum, seu villam forensem, nisi unum milliare ab alia distet, construere.*

Forum, eadem notione, & pro facultate manendi in urbe. Charta Odonis Ducis Burgundiæ an. 1206. apud Perardum pag. 299. *Alienigena quisquam, si in villa manere veniat, nulli domino, donec ipse voluerit, compellitur famulari: & si forefactum incurrat aliquod, amborum tenetur exequi justitiam Dominorum, donec alicui Domino se commendet, nec eidem liberum villæ forum conceditur, donec per annum & diem in ea fecerit mansionem; & si tunc demum forum velit requirere, & annalia villæ ritus executus fuerit, sibi villæ forum conceditur, in hunc modum, quòd Præposito sextarium vini, & Majori sextarium, & duobus villæ vantariis pro rei laudatione & concessione 2. denarios tenetur exhibere, &c.*

Forum pœnitentiæ, quod vulgò *Forum conscientiæ* dicimus. Testamentum Jacobi Regis Aragon. 1272. *Item volumus, quòd omnes torts sive injuriæ nostræ, quibus obnoxii tenemur, & verè apparuerint, restituantur per dictos manumissores nostros — — secundùm Deum & forum pœnitentiæ.* Id est, quomodo pœnitenti ea restitutio à Confessario injungeretur. *Forum pœnitentiale*, in Bulla Innocentii III. Pap. in Tabul. Abbatiæ Barbellensis ch. 36.

Forum Confessionis. Chronicon Andrense pag. 628. *Super quibusdam secretis in foro confessionis eo consulto.*

Forum Basilicæ, Atrium, ni fallor, vel *Navis.* Vetus Inscriptio Christiana: Domino *juvante Felix Eps Dei famulus forum Basilicæ beati Martyris Stephani musivo & marmoribus decoravit.*

Forum, *Foragerius.* Notitia an. 1015. apud Loisellum in Hist. Bellovac. p. 248. *Præterea Episcopus Comiti medietatem fororum & forageriorum, ut accipiat in potestate prandium non ampliùs in toto anno quàm unum.* Ubi *forum* videtur idem quod *fodrum*, vel *procuratio.*

FORUS, idem quod *Forum*, Nundinæ, *Mercatum.* Jo. de Janua: *Forus etiam est, ubi res venduntur.* Gloss. Gr. Lat. Ἀγορὰ, ἡ τῶν ὠνίων. Ἀγορὰ, ὁ φόρος, *hic forus.*

Forus, Pretium mercis, rei, quæ venum exponitur. Concil. Suessionense an. 744. c. 6. *Ut per omnes civitates legitimus forus & mensura fiat, secundùm abundantiam temporis.* Charta Libertatum oppidi S. Paladii in Biturigib. an. 1279. *Non poterimus ponere vinum dicti banni ad cariùs forum, quàm fuerit carius vinum, quod venerit in vineis dictæ villæ illo anno, &c.* Hinc nostris Formula: *Faire bon marché.* Lex Vervini an. 1233. art. 32. *In villa, cùm mihi placitum fuerit, forum statuam*, i. pretium.

Forus, seu *Fori*, Lex vel Consuetudo municipalis, Hispanis *Fuero.* Glossæ MSS. *Fori, edicta regalia.*

Marca lib. 5. Hist. Beneharn. c. 2. n. 12. *foros* appellari putat, non tam Consuetudines municipales, quàm ipsum jus publicum & privilegia, quibus utuntur civitatum incolæ, cùm ea, quæ contractus, successiones, testamenta, & formulas judiciarias spectant, *Usaticorum* & *Morum* appellatione videantur donari in veterib. Chartis. Vix est tamen ut in hanc sententiam pedibus eam, cùm hæ voces synonymæ sint, ac unum idemque sonent. Proinde *foros*, Gothicè appellatas potiùs censuerim Consuetudines municipales, quòd jura contineant, quibus in *foris* seu judiciis uti licet. Michaël *del Molino* in Repert. Foror. Arag. *Fori Aragonum dicuntur Leges, quia Legum dispositionem fororum vocabulum comprehendit.* Infrà: *Fori Aragonum dicuntur Statuta.* Sed & *Forus*, pro *forum*, seu loco judiciario, dictum observat Joan. de Janua. Unde Græcismus:

> *Causatur, venditque forus, signatque foramen,*
> *Inveniesque foros, datque carina foros.*

Charta an. 1170. ex Tabulario Regio Pompilonensi apud Oyhenartum in Notitia Vasconiæ l. 1. *Ego Infans Garsia Rex Navarræ dono & concedo vobis omnibus hominibus, qui populatis Villam Vetulam — talem forum, & tales usaticos, quemadmodum habent homines de Stella & de Ponte Reginæ in omni judicio & foro, &c.* Concilium Coyacense an. 1050. c. 13. *Et confirmo totos illos foros cunctis habitantibus in Legione, quos dedit illis Rex Dominus Adefonsus.* Lucas Tudensis æra 1058. *Adelfonsus — repopulavit Legionensem urbem, — & dedit bonos foros & mores.* Idem æra 1065. *Sancius Burgensium Dux dedit bonos foros & mores in tota Castella.* Et p. 109.

Obtinuit

Obtinuit, ut corrigeret mores & foros Legionensis civitatis. Vetus Charta Hispanica ap. Michaëlem *del Molino* in suo Repertorio: *Hæc est carta de foros & usaticos, &c.* Vide Observantias Regni Arag. l. 6. tit. Interrogat. §. 11. Alphonsus II. Rex Aragon. apud Blancam p. 594. *Scio, quòd in Castella, in Navarra, & in aliis terris, solent venire Jaccam per bonas consuetudines & fueros ad discendos eos & ad locasua transferendos.* Alia æræ 1153. apud eundem pag. 640. *Dono vobis fueros bonos, quales mihi demandastis, &c.* Vide Baron. an. 1027. n. 15. Foros Morlanenses art. 37. Oyhenartum in Notitia Vascon. p. 85. 208. Bibliothecam Cluniac. p. 1435. &c.

Forista, ut *Legista*, *Decretista*, qui Foros diligenter legit vel commentatus est. Michaël *del Molino* in Repertorio p. 75. v. *Dom. Ximinus Petri de Salanova Justitia Aragonum, qui fuit magnus practicus & forista, & compilavit plures observantias, &c.* Hunc non semel laudat Hieron. Blanca, ut & Vitalem Episcopum Oscensem, quem *valde practicum & expertum fuisse in foris*, ait idem Molinus pag. 72. & 159.

Contraforis, Hisp. *Contrafueros*, Quod contra *foros* seu leges agitur, in Foris Arag. l. 1. tit. de Adjunctis, & alibi.

Φόρους præterea appellatas Imperatorum imagines, auctor est Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 337.

FOSCUS. Vide *Fraustus*.

FOSIA. Vide *Fureia*, & *Fazenda*.

FOSSA, Caverna, seu locus in terra defossus, aquâ repletus, ubi feminæ furti damnatæ immerguntur. Ita Skenæus ad Regiam Majest. l. 1. c. 4. §. 2. ubi quædam placita criminalia pertinere dicuntur maximè ad eos, *qui habent & tenent curias suas cum socco & sacca, furca, & fossa, toll, &c.* Quoniam attachiamenta c. 77. *Omnes Barones, qui habent furcam & fossam de latrocinio; de hominis occisione habeant furcam.* (al. *Curiam*) Gervasius Dorobern. an. 1187. *Nam & ipsi in omnibus tenementis suis omnem ab antiquo legalem habuere justitiam, videlicet ferrum, fossam, furcas & similia.* Idem an. 1195. *Mense Decembri Justitiæ, qui vocantur Errantes, missi per Angliam ab Archiepiscopo Cantuariensi, fuerunt apud Cantuariam, ibique per ministros Regis judicio aquæ mundati sunt, vel perierunt criminosi, qui ad Regiam pertinebant coronam. Qui verò ad Archiepiscopum pertinebant, in fossa Archiepiscopi apud Westgate salvati sunt. Similiter qui ad Priorem & Conventum, in eadem fossa salvati sunt.* Charta an. 1088. in Monastico Anglic. to. 1. pag. 554. *Ferrum, & fossum*, (leg. *fossam*) *& furcas, cum aliis libertatibus, &c.* Adde to. 2. p. 1035. ubi perperam *follam* editum. Scribit Spelmannus, apud Scotos in usu fuisse, delinquentes masculos furca suspendere, feminas puteo vel fossa immergere, idque privilegii habere infra dominia seu Barones, quod *fossæ* & *putei* vocant. Ita secundùm hunc Scriptorem *fossa* aliud fuerit à *judicio aquæ frigidæ*: qui eò pertinere ait, quod scribit Tacitus de Moribus Germanor. *Proditores transfugas arboribus suspendunt, ignavos & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, injecta insuper crate, mergunt.* Vide Skenæum de Verbor. signific. verbo *Fossa*.

Fossa, quomodo *cul de fosse* dicimus, *imus carcer*. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicil. c. 30. *Nos volons & commandons que se aucune fame ait esté convaincue de tele acusation, qu' elle soit mise en une fosse, & qu' elle n' en isse jamais, &c.*

Fossa, Tumulus, sepulchrum. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 15. *Servus ipse super fossam mortui appendatur.* Epitaph. Bedæ:

Hic sunt in fossa Bedæ venerabilis ossa.

Vide Capitula ad Legem Alamannor. c. 25.

Fossare, Tumulo mandare. Epitaphium Joannis Episcopi Frisingensis, qui obiit anno 1324. in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 169.

Hic est fossatus, qui bis erat hîc cathedratus.

Fossa finalis, vice termini, cui opponitur *propria*. Siculus Flaccus: *Intelligi potest aliquando ex ipsarum fossarum positione, utrum propriæ, an finales sint?* Idem: *Qui proprias faciunt ad excipiendas aquas, aliquid soli sui extra fossam solent relinquere.* Rursum: *Si enim proprias quis faciat in terris suis ad sustinendos servandosque agros suos, &c.*

Fossa lapidum, Lapicidina in Charta Philippi II. Imp. an. 1199. in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 77. *Et unam fossam lapidum in monte Gamanar semper habendam.*

Fossa cœca, Latrina. Chronicon Casinense l. 4. c. 16. *Tradidit per scriptum 4. castella Monasterio in territorio Casseolano, duriculam, scilicet fossam cœcam, Cameralem, & piretum.* Ubi pro *duriculam*, legendum fortè *cuniculum*. Glossæ MSS. *Cuniculus, foetidus locus, vel fossa occulta.* Consuetudo municipalis Lorriacensis anni 1394. edita à Thomasserio cap. 11. art. 6. *Aucun ne peut & n' est licite de faire chambre aisées, nommées Fosse coies, ou Latrines, ou Fosses de cuisine, pour tenir eaue de maison auprés d' un mur mitoien, &c.* οἱ τῶν ὄνων χόροι, apud Artemidor. lib 2. c. 24. Vide *Duciculus*.

Fossam facere, Vallo urbem aut castrum munire. Charta Conradi Imp. an. 1031. apud Georg. Pilonum in Hist. Bellunensi p. 70. v. *Castella & turres ædificare, vel fossas facere habeat potestatem.* Adde p. 86.

Fossis, canibus, pulvere, & hamis lupellos comprehendere, in Capitulari de Villis c. 69. *Feras in foveis comprehendere*, in Legibus Wisigoth. lib. 8. tit. 4. §. 23. Vide Legem 7. §. 8. D. Quod vi l. 28. §. 1. ad Leg. Aquil. & Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 33.

Fossæ ferrariæ, plumbaritiæ. Capitulare de Villis c. 62. *Quid de tornatoribus & sellariis, de ferrariis & scrobis, id est, fossis ferrariciis, vel aliis plumbariciis, quid de tributariciis, &c.*

FOSSAGIUM. Vide *Fossatum*.

FOSSARIUS. Papias: *Vespillo, fossarius mortuos sepeliens.* Apud Christianos primus fuit Clericorum in Ecclesia *Fossariorum* gradus, qui humandis fidelium corporibus curam impendebant. Incerti Epistola 13. ad Rusticum Narbonensem to. 9. Operum Hieronymi: *Primus in Clericis Fossariorum ordo est, qui in similitudinem Tobiæ sancti sepelire mortuos admonentur.* Hi perinde ultimi collocantur in ordine Ecclesiastico in Notis Tyronis pag. 99. κοπιαταὶ, & κοπιῶντες appellantur, in Epistola Ignatio adscripta ad Antiochenos, ab Epiphanio in Comp. doctr. in Euchołog. Gr. p. 39. & aliis, quos laudat vir doctissimus Joan. Bapt. Cotelerius ad veterum Patrum opera. Hi & *Fossores* dicuntur in Actis Proconsularibus, quæ recitat Augustin. l. 3. Contra Cresconium c. 29. & Ep. 241. seu in Actis purgationis Cæciliani. Adde S. Hieronym. in Muliere septies icta, & in Epitaphio Fabiolæ. Vide *Copiatæ*, & quæ observat Suarezius ad Nili Ascetica. Nescio, an de his fossoribus intelligendus auctor Præfationis ad Libellum precum Marcellini & Faustini? *Tunc Damasus cum perfidis invitat arenarios, quadrigarios, & fossores, omnemque Clerum cum securibus, gladiis, & fustibus, & obsedit basilicam hora diei secunda, &c.* Suprà: *Cum omnibus perjuris, & arenariis, quos ingenti corrupit pretio, &c.* Incertum etiam, an hoc loco *Arenarii*, iidem sint qui Fossores? nam *Arenaria*, cœmeteria vocarunt Christiani. Vide in hac voce.

FOSSATOR, Qui fossas facit, apud Eigilem in Vita S. Sturmii Abbat. Fuldensis n. 20.

FOSSA-

FOSSATUM, Vallum, fossa: sed ea præsertim, quæ circa urbium mœnia circumducitur, nostris *Fossé*. Gloss. Gr. Lat. Τάφρος, *Fossa, sepes, fossatum*. Papias: *Fossatum dictum, quòd multas fossas habeat*. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 31. §. 1. *Si quis fossatum in terra alterius fecerit, &c.* Anastasius Bibl. in S. Silverio PP. p. 38. *Fabricis murorum & reparatione fossati circumdedit civitatem Romanam.* Albertus Aquensis lib. 4. cap. 30. *Vallo immenso, quod dicitur Fossatum.* Regula Magistri c. 15. *Non enim secura possunt esse fossata, ubi intus est hostis.* Willelmus Brito lib. 7. Philipp.

Aggere congesto fossata implere studentes.

Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 49. *Non est habilis resistentiâ locus, quem murorum non munit ambitus, aut concavitas fossatorum.* Vide Vegetium lib. 4. de Re milit. c. 16. &c.

Fossatus, eadem notione apud Latinum, Myrsontium, & Innocentium Gromaticos, Alexandrum Abbat. Celesinum l. 2. c. 42. & in Vita S. Baboleni to. 1. Hist. Franc. p. 661 Latinus & Myrsontius de Limitib. p. 261. *In sequentibus lineis fossatos, quos Augusteos appellamus.* Infrà: *In locis montanis terminos posuimus, rotundos, quos Augusteos vocamus, pro hac ratione quòd Augustus eos recensuit, & ubi fuerunt, lapides alios constituit, &c.*

Fossatum. Obligatio, qua *Fossatis* urbium reficiendis tenentur cives. Charta Ludov. Reg. Fr. an. 1148. in Tabul. S. Dionysii: *Palagium, expeditionem, latronis redditionem, fossatorum castelli sui relevationem, &c.* Alia ex Tabul. Monast. Longi Pontis in Diœcesi Paris. *Dedit Deo & S. Mariæ de Longoponte consuetudinarium carretum & fossatum de Ver, quæ pater suus & idem ipse in eadem villa habuerunt.* Charta Ottocari Regis Bohemiæ an. 1221. in Bohemia Pia p. 58. *Collectas generales ædificationes castrorum, fossata, — & omnia alia gravamina.* Charta Communiæ Meduntensis an. 1150. *Communes necessitates, ut de excubiis, de catenis, de fossatis faciendis & de omnibus ad villæ munitionem & firmitatem pertinentibus ab omnibus communiter procuretur.* Charta Communiæ Atrebatensis an. 1211. §. 39. *Qui fossare debent, ad fossaturam veniant sicut debent.* Charta an 1230. *Cum nos ad fossati castri Matriolarum reparanda semel in anno possemus citare homines S. Germani, — & eos tantummodo per triduum retinere, &c.* Vetus Inquesta in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano: *Debet tres menses de custodia, & hospites sui debent fossata.* Charta Communiæ S. Richarii: *A fossis, ab excubiis, à tallione liberos. Operatio vallorum*, tom. 1. Monast. Anglic. pag. 192. Vide Roverium in Reomao p. 328. Hinc agri militibus dati cum onere *circa curam fossati tuitionemque limitis servandi*, in l. 1. Cod. Th. de Terris limitan. Adde Concilium Lateranense an. 1179. an. 19.

Fossagium, eadem notione, in Charta Henrici II. Regis Angl. apud Sammarthanos in Archiep. Turonensib. *Ab omni servitio, & talliagio, pontagio, teloneo, passagio, fossagio, exercitu, &c.*

Fossatum, Exercitus, seu potiùs Castra vallo & fossis circunducta. Quamprimum enim exercitus hostium terras ingreditur, fossis eorum castra muniuntur. Glossæ Basil. in Φόσσα: Ἐξ οὗ καὶ φοσσάτον. ὅπερ λέγει καλῶς, μεθ' ὃ τὸ στρατόπεδον εἰς τὴν τῶν πολεμίων γῆν εἰσελθὸν ἄρξεται ποιεῖν τάφρον, ἤτοι παρεμβολήν, ἤγουν κάστρον, τουτέστι φόσσαι, &c. Capitolinus: *Castra omnia fossato circuibat.* Claudianus lib. 2. in Rufinum:

— Adventumque tremens se cogit in unam
Planitiem, tutoque includit pascua gyro.
Tunc duplici fossa non exuperabile vallum
Asserat alternis sudibus, &c.

Prudentius Peristeph.

Machinis murum ferire, castra fossis cingere.

Idacius in Fastis: *Ipso anno profectus est Valens ex urbe ad fossatum.* Gesta Constantini M. *Odoacer abiit in Veronam, & fixit fossatum in campo, &c.* Infrà: *Veniens in Pineta, fixit fossatum.* Rursum: *Ingressus in Pineta, in fossato Patricii Theodorici, &c.* Anastasius Bibl. in Joanne VI. *Sacerdotes ad fossatum, in quo in unum convenerant, misit.* In Stephano III. *Ipsi verò Franci, introeuntes clusas, cunctum fossatum Longobardorum, post peractam cædem, abstulerunt, spolia multa auferentes.* Charta Henrici Comitis Portugalliæ, apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 281. v. *Et de preda de fossato non detis nobis plus quam quintam partem, & azaget, & vobis remaneant duas, &c.* Charta Alfonsi Regis Portugalliæ ap. eundem l. 15. c. 24. *Salvo, quòd mihi & successoribus reservo in perpetuum, videlicet collectam monetam, hoste, annaduam, appellidum, fossadum, justitiam, servitium & ajudam.* Idem Rex in Foris Alcaçonensib. eræ 1267. *Et duas partes dos cavaleiros vadant in fossado, & tertia pars remaneat in villa, & una vice faciant fossado in anno: & qui non fuerit ad fossado, pectet pro foro 5. solid. pro fossadeira, & omnes milites, qui fuerint in fossado, vel in guarina, de cavallos, qui se perdiderint in algara, vel in lida, &c.* Adde Annales Fr. an. 801. Annales Bertinian. an. 862. Aimoinum lib. 4. Hist. Franc. c. 90. Rufi Leges milit. & Notas nostras ad Alexiadem pag. 341. Ita φοσσάτον usurpant non semel Scriptores Byzantini. Procopius lib. 3. de Ædific. Χῶρός τίς ἐστιν, ὃν δὴ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Αἰγύπτου φοσσάτον· ἐπεὶ Αἰγύπτιος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ῥωμαίων στρατηγὸς στρατεύσας ἐπὶ Τζάνους ποτέ, ἐνταῦθα πεποίηται τὸ στρατόπεδον. Glossæ Basilic. κάστρον, ἤτοι φοσσάτον. Leo in Tactic. c. 11. §. 1. Κυρίως γὰρ τὸ φοσσάτον τὸ ἄπληκτον τοῦ ὅλου στρατοῦ καλεῖται. Ita Chronicon Alexandr. p. 914. & Martyrium Bacchi Junioris pag. 101. Hinc traducta vox ad ipsum exercitum, ut apud eundem Leonem in Tactic. c. [illegible] §. 1. Consule Glossaria Rigaltii, Meursii, Fabroti, & aliorum.

Fossatellum, Fossatum minus, in Bulla Honorii III. apud Ughellum to. 1. Ital. sacr. p 822.

FOSSADARE, *Fossam facere: fodere*. Formula 28. ex Andegavensib. *Interpellabat aliquo homine, nomen illa, quasi fossado per terra suâ, in loco nuncupante, qui vocatur, ipsa villa, qui aspicit ad illa, ei fossadasit.* Occurrit alibi.

FOSSADEIRA, in Charta Alfonsi Regis Castellæ eræ 1218. in Histor. Segoviensi c. 18. Vide in *Fossatum*.

FOSSATURA, Fossatum. W. Thorn. an. 1363. *Rex concessit 250. marcas pro fossatura & claustura civitatis.* Vide *Fossura*.

FOSSE. Vide *Ermistreat*.

FOSSIDARE, Fossam facere, fodere, in Charta an. 1179. Vide *Aspaldare*.

FOSSINA, Fuscina, Italis *Fossina*, Instrumentum ad capiendos pisces. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. ult. *Est autem fossina ferreum instrumentum, habens multas acuitates, quarum quælibet habet barbulam ad tenendum, & sunt aliquantum distantes ab invicem, quod piscator habet in capite hastæ lanceæ, vaditque cum eo quietè in navi per aquas, & cùm piscem videt, eum fortiter ferit, & infixum tenet, &c.*

FOSSINAGAR. Lex Longob. l. 3. tit. 4. §. 1. *Si quis caballos iter facientes de stipula aut de ipsis pascuis, ubi alia pecora pascuntur, movere præsumpserit, in octogilt caballos componat, quòd ipsos de arvo campo, quod est Fossinagar, movere præsumpserit.* Edit. Heroldi tit. 108. habet *Fonsaccar*.

FOSSORES. Vide *Fossarii*, & *Talparii*.

FOSSO-

FOSSORIATA, Modus vineæ: quantum quis uno die *fodere* potest. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol.53. *Et habet de prato 8. sextariatas in loco, ubi dicitur Pendelupum, & habet 6. fossoriatas vineæ in clauso Avonis Canonici, qui vocatur Porcils.* Necrologium Prioratus S. Roberti Conillionis propè Gratianopolim, 8. Kl. Junii: *Pro quo Michaele debemus habere anniversarium usque ad 20. sext. scilicet de 3. sextariis frumenti, qui faciunt ap. S. Vincentium li Faurot, & de 6. fosoiratis vineæ ad Lesruma de Balma.* Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis: *Et iterum damus ei de nostro alodo, quantumcunque septuaginta homines fodere potuerunt in loco, qui dicitur Bugruns.* Tabular. Prioratus de Domina in Delphinatu Ch. 27. *Petrus Humbertus aufert nobis terram, — ubi plantavit 20. fossariatas vineæ, &c.* Alibi: *Contulit unam vineam, quæ continet 2. fossoriatas.*

Foxorada, eadem notione. Tabularium sancti Andreæ Viennensis: *Ego Achardus istius Congregationis Monachus dono Beato Andreæ sanctoque Maximo quinque foxoradas vineæ mei alodi, & partem terræ meæ, quæ videtur soli mihi habere & possidere in villa Cummernaici. Atque iterum concedo quindecim foxoradas vineæ, quæ sunt sitæ in Parochia B. Petri, &c.* Occurrit ibi non semel. Idem Tabularium: *Donamus vineam, quam octo fosserarii una die fodere valent.*

FOSSORIUM, Ligo. Gloss. Lat. Gall. *Ligo: Hoë, ou Fossour.* Occitanis, *Fosson.* Papias: *Fossorium dictum, quòd foveam faciat, ipsa est scudicia.* Idem: *Ligones, fossoria.* Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: *Fossorium*, Coꞅꞇeꞅe. Alibi *Scudicia, vel fossorium*, Ꞅpaꝺ. Vide *Vanga.* Ugutio: *Fossorium, ligo, cum quo foditur.* Alibi: *Rastrum, instrumentum rusticorum, vel Fossorium duplex.* Gloss. Arabico-Lat. *Scotica, dicta eò, quòd circa Codicem terram aperiat: alii eam Fossorium vocant.* Charta Hervei Comitis Nivern. àn. 1204. in Tabul. Eccl. Autisiod. fol. 234. *Quicumque cum fossorio terram lucratus fuerit, 2. bichetos frumenti annuatim mihi reddet.* Charta Alienoræ Reginæ Angl. *Exartarius pro fossorio 3. den. dabit.* Occurrit apud S. Audoënum in Vita S. Eligii, auctorem Miraculor. S. Mengoldi Mart. n. 1. Petrum Damiani lib. 2. Ep. 14. in Vita S. Joan. Episc. Tragur. p. 13. apud Ordericum Vital. lib. 10. p. 794. Leonem Episcopum Atinensem de Translat. S. Marci Mart. Guigonem in Statutis Ordin. Cartusiensis cap. 57. §. 4. Rollandinum in Chr. lib. 10. c. 5. &c. Vetus Carmen vernaculum MS. de Inventione S. Crucis:

En sa main le fessoir à pris,
Pour commencer le fondement.

Perperam *sofosorium*, pro *fossorium* habetur in Canonib. Hibern. lib. 38. c. 7.

Fodesorium, in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 68. *In vinea sua laborans, & cum fodesorio suo eam fodiens.*

FOSSUM. Vide *Fossa.*

FOSSURA, Fossa. Gloss. Gr. Lat. Σκαφετὸς, *Fossura, occatio, bidentatio.* Infrà: Σκάφη, τὸ ὄρυγμα, *Fossura.*

FOSTER LEANN. Leges Edmundi Regis de Sponsalibus, c. 2. *Posteà sciendum est, cui foster leann pertineat, vadiet hoc brigdunia, & plegient amici sui.* Saxonib. ꝼoꞅꞇeꞃ, est victus, cibarium; lean, exhibere.

FOSTRE, *Vernæ ex ancillis nati*, quibus & peculium & familiam habere concessum fuit, in jure prisco Sueonum apud Joannem Stiernhookum pag. 208.

FOTEGELDUM, *Fotgeldum.* Vide *Footgeldum.*

FOTINELLUM, Genus ponderis apud Anglos. Vide *Charrus.*

FOTRUM, Capsa, vel instrumentum, in quo scyphi feruntur, apud Cæsarium Heysterbac. nostris *Fourreau.* Vide *Fodrum.*

FOVEA, Thesaurus in terra inventus. Radevicus l. 3. de Gestis Friderici cap. 26. *Quicumque foveam invenerit, liberè fruatur ea.*

Fovea, Tumulus. Glossar. Gr. Lat. MS. τάφος, *sepulcrum, --- bustum, fovea, humus*, Perperam edit. *fovens.* Epitaphium Tassilonis Ducis Bavariæ:

Conditur hac fovea, quem, pie Christe, bea,
Tassilo Dux primùm, pòst Rex, Monachus sed ad imum,
Idibus in ternis decesserat iste Decembris.

Vide *Fossa.*

In foveam mitti, Imus carcer, nostris, *Basse-fosse.* Synodicon Raphaëlis Archiepiscopi Nicosiensis Græci sub an. 1252. c. 19. *Et ex hoc contingit, eos* (Clericos) *capi per Milites, in foveas mitti, & aliàs tractari turpiter contra Ecclesiasticam libertatem.* Vide *Fossa.*

Fovea ad capiendos pisces, in veteri Charta Normannica an. 1050. to. 13. Spicilegii Acheriani p. 286.

FOVERARE, pro *Foderare, Fourrager*, Fodrum auferre. Fleta lib. 2. c. 41. §. 13. de forestis: *Inquiratur, — quantùm pastura Regis foverata fuerit, aut deteriorata per animalia, quæ exeunt à domibus illis.*

FOVENTATIO. Edictum Philippi Pulcri pro Reformatione Regni an. 1202. c. 5. apud Pithœum: *Vivaria insuper & stagna & piscaria, nisi piscium nutritura & foventatione servatis, pro captura piscium non graventur*, id est; *fœtibus piscium*, pisciculis, *Rappoissonnement. Silvam fovere*, in Charta Henrici VII. Imp. an. 1309. apud Goldastum to. 1. Constit. Imper. pag. 318.

FOUNINARE, Fœtum edere, proprium damarum. Fleta lib. 2. c. 41. §. 33. *Qui fecerint vastum in foresta, — maximè, ubi damæ solebant founinare, & habere defensionem cum fœtibus suis.*

FRACHENDA. Testamentum MS. Guillelmi Jordani Comitis Ceritaniæ Id. April. an. 42. Philippi Regis Francor. *S. Laurentio dimitto — frachendam unam, quæ est ante S. Laurentium.* Ibidem: *Et ipsas frachendas de villa Targasona.* Idem videtur, quod *Fazenda.* Vide in hac voce.

FRACISCERE. Isidorus Mercator in Can. 17. Synodi Ancyranæ, ex Cod. Justelli: *Pro his, qui in animalibus, ut animalia fraciscunt, vel in masculis leprosi efficiuntur.* Ubi Cod. Gr. ἀλογευόμενοι habet.

FRACTALE. Charta Longobardica apud Baron. ann. 1019. n. 8. *Incipiente à vado, quod est ab ara Crescentii de arce, & exinde per fractale usque in pede de monte S. Mariæ.* Idem fortè, quod *Fractellum*, de qua voce mox.

FRACTELLUM, *Stillicidium stercoris, vel sterquilinium.* Ugutio.

FRACTITIUM. Jo. de Janua: *Fractitium, quod facilè frangi potest.*

Fractitium, idem quod *Ruptitium.* Ager aratro proscissus. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 873. *Pratum de Mara, & 3. acras terræ de fractitio.*

FRACTILLUS, Ugutioni & Joanni de Janua: *Cauda vel fragmentum panniculi causà ornatus pendens ex interiori parte. Fractillus etiam dicitur villus in capite vel à veste villosa. Et fractillum, molinellum, in quo piper teritur, quia grana piperis confringit, & est perforatum ab inferiori, & inde Piperetum accipitur pro quodam vase perforato, per quod solent prospicere tauxilla, ne fiat ibi fraus.*

FRACTILATA *vestis*, apud Jo. Buschium in Chr. Windesem. lib. 2. c. 47. 49 dicitur concisa, latissimis rimis & hiantibus, cujusmodi æstivo tempore Galli nostri thoraces gestant, adeò fenestratos & hiantes, ut seminudi ferè appareant, vel certè, ut Petri Chrysologi verbis utar, *artificiosa nuditate vestiti.* Fissuras istas enormes, in Clericis præsertim, perstringit Bernardus lib. 3. de Consid. cap. 5. quas etiam proscripsit

scripsit Willelmus Episc. Colon. an. 1360. qui inter alia sic ait: *Monemus universos & singulos Clericos, ne de cætero vestes partitas, virgatas, taliatas, scacatas — deferant.*

FRACTIO. Vide *Factio.*

FRACTURA. Constantinus Afric. lib. 8. Pantechn. c. 19. *Si junctura separatio fit in carne, vocari debet plaga: si putrescat, dicentur vulnera: si in ossibus est, fractura.*

Fractura, videtur certum genus characteris, ut in littera Flandrica, vulgò *Fracture.* Chronicon Windesem. lib. 2. cap. 42. *Novis libris conscribendis in bona rotunda textura & fractura pergameno vel franceno quotidiè insudavit.* Et lib. 2. pag. 62. *Cui tunc temporis meliorem in fractura & notatura Monasterium nostrum non habuit.*

Fracturæ navium, vulgò *Bris de vaisseaux*, vreccum. Charta Edgardi filii Malcolmi Regis Scotor. to. 1. Monast. Anglic. p. 45. *Cum omnibus terris, & silvis, & aquis, & teloneis, & fracturis navium, & omnibus consuetudinibus, quæ pertinent ad prædictas mansiones.*

FRÆNARII, Frænorum confectores, χαλινόποιοι, in Constit. Sicul. lib. 3. tit. 36.

FRAGA. Charta Alphonsi Imperatoris Hispan. æræ 1162. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 7. *Et totam ipsam fragam cum oliveto, usque in illum terminum, ubi intrat Lor in Sile.* Ager fortè *fragis* consitus. *Fragas* enim fraga Hispani vocant.

FRAGIDIS. Constitutio Ludovici II. Imp. an. 867. in Hist. Ignoti Casin. cap. 6. pag. 101. *Omnes volumus, ut omnem hostilem apparatum secum deferant. — Vestimenta autem habeant ad annum unum, — fragidis enim quicumque eundo & redeundo commotionem fecerit, vitæ incurrat periculum.*

FRAGILITATUS, Debilitatus, *fragilis* factus; *Fresle*, nostris. Leges Rotharis Regis Longob. tit. 105. §. 6. *Animal marcidum aut minuatum, — fractum vel fragilitatum, &c.*

FRAGINA. Gloss. Gr. Lat. MS. Πλαγιάριος, *Plagiarius, Fragina.* Editum, *Fragena.*

FRAGIUM. Monasticum Anglic. to. 1. p. 813. *Concessi eisdem fragium, focalia, & coopertoria, &c.* Sed legendum videtur *fagium.* Vide *Fagus.*

FRAGRANTIA, Flagrans delictum: vox fori Hispanici. Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in hac voce.

FRAGRARE, Olfacere. Vita S. Wunebaldi c. 22. *Tam magnum & mirandum suavissimum odoris nectar obviam illi, quando aperit januam, veniebat, & per totam Ecclesiam, quasi fumi vapor calidus, conspergebatur.* Mox: *Tunc ille progrediens foras vidit ibi homines stantes, & indicavit illis, & illi intrantes non poterant cognoscere neque fragrare, nec ullus, nisi ipse solus.* Fortè *flagrare*, ut inde accersatur nostrum *Flairer*, olfacere.

FRAGUS, gi, Joanni de Janua: *Incurvatio genuum, vel ipsum genu, à frango, quia videtur ibi os fractum.*

FRAIRESCHIA. Vide *Fratriagium.*

FRANCALIA, Agri à censu & præstatione immunes. Charta an. 1247. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. *Fontes, rivi, aquæ & piscariæ, quastæ & albergii, corrogia & adempriva, & servitia, homagia, & francalias, emptiones, & pignora, escasutas & successiones, &c.* Libertates Vicecomitatus Fezenzagueti an. 1294. *Item fuit statutum, — quòd si res francales vendantur, de quibus certus census non solvitur annuatim, & prædictæ res francales descenderent, fuissent, extitissent de Militia, vel prædictæ res fuissent, extitissent libera seu francales ab antiquo, &c.*

FRANCENUM. Pergamenum ex pelle vitulina confectum, Flandris *Francyn*, nostris *Velin.* Occurrit in Chr. Windesem. lib. 2. c. 42. 43. 54.

FRANCHERIUS. Libertates concessæ Barcinonensibus à Petro Rege Aragon. an. 1283. MSS. *Quilibet habitator Barcinonensis, sive sit officialis, sive francherius, contribuat in servitiis regalibus partem sibi contingentem in eis.*

FRANCHESIA. Vide *Francisia.*

FRANCHILANUS. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 442. *Et unam carucatam terræ apud Hamerwith, cum villanis & franchilano nomine Hamone, &c. Francland*, est terra Francorum, Saxonibus: ita *franchilanus* erit *liberè tenens*, cui opponitur *tenens in villenagium*, seu *villanus.* *Frauncleín*, dicitur in Chronico vernaculo Trivetti laudato à Spelmanno, paulò antè ann. 1307. *Thomas Brotherton* (filius Eduardi I.) *aprés le mort son pere espesa la fille de un Frauncleín appellée Alice?* Jo. Fortescutus de Laudib. Legum Angliæ cap. 29. *Quòd in ea villula tam parva reperiri non poterit, in qua non est Miles, armiger, vel pater familias, qualis ibidem Frauncleín vulgariter nuncupatur, &c.*

FRANCIA, Gallia, à Francis, qui eam invaserunt, & Romanis abstulerunt, dicta. Primus autem hac appellatione Galliam donasse dicitur Gregorius M. lib. 4. Epist. 31. ad Mauricium Imp. & lib. 6. Epist. 33. quam prioribus eorum sedibus tribuit præ cæteris Nummus Constantini Imperatoris, quem alibi proferimus, in cujus aversa parte FRANCIA legitur.

At posterioribus sæculis, & potissimùm sub prima & secunda Regum nostrorum stirpe, cùm Francorum Imperium & dominatio in exteras regiones, atque adeò longinquas se se protendisset, Franciæ nomine intellectæ eæ omnes, quæ Francis parebant, aut paruerant. Id verò ab eo manavit, quòd Reges harum provinciarum à Francis orti, & à Francia digressi, se se indidem *Francorum*, non autem regionum, quibus imperabant, Reges inscriberent, uti observatum ab Ottone Frising. lib. 6. c. 17. & Sirmondo ad Capit. Caroli C. tit. 1.

In primis verò Germania hacce appellatione innotuit, quòd ea provincia diu Francis nostris paruerit, ut constat ex Eginhardo an. 820. 823. Hermanno Contracto an. 838. & aliis Rerum Francicarum Scriptoribus: unde etiamnum Franconiæ nomen editum. Lexicon MS. Gr. Reg. Cod. 2062. Γερμανικὸς, ὁ Φράγκος. Vetus Scholiastes Juvenal. Sat. 4. de Cattis: *Gentes Germanorum sive Francorum.* Et S. Hieronymus in Vita S. Hilarionis: *Inter Saxones quippe & Alemannos gens ejus non tàm lata quàm valida, apud Historicos Germania, nunc verò Francia vocatur.*

Cùm igitur tam latè se se diffudisset Francorum nomen & virtus bellica, & in exteras ac remotas Europæ regiones se se propagasset eorum Imperium, inde factum, ut Græci non modò; sed & Saraceni, Arabes, & Abyssini Europæanos populos *Francorum* nomine donarint. Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 11. *In illo tempore propter excellentiam Caroli, Galli & Aquitani, Edui & Hispani, Alamanni & Bojoarii, non parum insignitos se gloriabantur, si vel nomine Francorum servorum censeri mererentur.* Georg. Monachus S. Sabæ apud Eulogium lib. 2. Memorial. c. 10. *Cœpi cogitationibus variis æstuare, ut aut proprium solum reviserem, aut regna Christianorum, id est, Franciam peterem.* Luithprandus in Legat. *Residentibus nobis ad mensam, — ex Francis, quo nomine tam Latinos, quàm Theutones comprehendit, ludum habuit.* Id potissimùm observatum à Guiberto in Hist. Hieros. lib. 2. c. 1. Conrado Usperg. in Henrico IV. Vincentio Belvacensi lib. 30. cap. 87. lib. 31. cap. 146. Abulfeda p. 4. Josepho Barbaro in Itinerario in Persiam p. 465. Belono lib. 2. Observ. cap. 8. 85. Damiano à Goës to. 2. Hist. Hisp. Gabriele Sionita ad Geograph. Nub. Clim. 4. part. 1. Abrahamo Ecchellensi in Hist. Arabum c. 5. &c.

Francia antiqua, Franconia, vetus Francorum sedes, quam *Francorum Regionem* vocat Hieronymus in Chron.

Chron. an.377. *Franciam*, supradictus Constantini M. Nummus. Ita porrò appellatur ab eodem Hieronymo in Vita Hilarionis, & à Monacho Sangallensi lib. 1. cap.25. & lib.2. cap.16.

Francia Gallicana, in Chron. Laurisham. p. 69.

Francia interior, Gallia ipsa, ad discrimen ulterioris, seu Germanicæ. S. Eulogius Archiep. Toletan. in Epist. ad Willesindum Pampilon. Episc. *Quos vulgi opinio negotiatorum cohortibus interesse nuper ab ulterioris Franciæ gremio ibidem descendentibus jactitabat. Deinde urbi appropinquans negotiantes quidem reperi, peregrinos autem meos eorum relatione apud Moguntiam nobilissimam Bajoariæ civitatem exulasse cognovi. Et verum fuisse hoc negotiatorum nuncium regredientibus — ab interiori Francia fratribus nostris didicimus.*

Francia Latina, Gallia ipsa, Wipponi de Bello Saxon. p.112. Vetus Chronicon apud Lambecium lib.2. Commentar. de Biblioth. Cæsarea p.394. *Hic divisio facta inter Theutones Francos, & Latinos Francos.*

Francia media, quæ inter Austriam & Neustriam interjacet, in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. p.57.

Francia magna, Μεγάλη φραγκία, Germania, apud Constantinum de Adm. Imp. c.26.29.

Francia nova, Neustria, quæ distinguitur ab Austria. Albericus: *Successit ei in regno filius ejus Clodoveus in Neustria, id est, Nova Francia, per annos 17. vivente adhuc Sigeberto in Austria.* In veteri Notitia præfixa to. 1. Hist. Franc. *Senonensium Archiepiscopus, Franciæ novæ Archiepiscopus nominatur.* Vetus Notitia apud Dominicum: *Civitas Parisius, civitas Aurelianis, ubi deficit Nova Francia.*

Francia Occidentalis, Gallia, Francia propriè dicta apud Ottonem Frising. lib.5. c.35. lib.6. c.17. Albert. Aq. lib.8. cap.6. Asserum de Ælfredi rebus gest. an. 884. 886. &c.

Francia Orientalis, dicta Germania, ad discrimen Franciæ Occidentalis, seu Galliæ. Annales Francor. Metenses ann.688. *Pipinus Orientalium Francorum, quos illi propria lingua Osterlandos vocant, suscepit principatum.* Ubi *Osterland* idem valet ac *Austrasia*, seu *Austria*, de qua voce suprà egimus. Unde passim legere est, Reges & Imperatores Germanicos se se subinde *Francorum Reges* aut *Imperatores* inscripsisse, licèt non essent de stirpe Regum Francicorum orti. Vide Ditmarum l.6. p.60. Harigerum Abbat. in Vita S. Landoaldi n. 12. Vitam B. Mathildis Reginæ n. 2. Crantzium in Metrop. l.4. c.13. &c.

Francia Orientalis, Gallia ipsa, respectu Angliæ, apud Asserum de Ælfredi rebus gest. an.880.

Francia Romana, Gallia, sic dicta, inquit Albericus an.939. *non à Roma; sed à lingua Romana*, apud Luithprandum lib.1. c.6. Ottonem Frising. lib.7. c.15. & Albertum Aquens. lib.1. c.9. 17. lib.3. c.30. *Gallia Romana*, apud Contin. Reginonis an.939.

Francia, seu *Gallia secunda*, apud Lambertum Tuitiensem in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n.22. est Francia nostra.

Francia Sequanorum, Senonensis provincia, quæ circa Sequanam fluvium limites suos habet, quæ *Francia Senonensis* in veteri Notitia Galliæ appellatur. Acta Conversionis S. Huberti Comitis to. 1. Hist. Franc. p. 678. *Hic, quia prudentis erat ingenii, considerans Ebroinum ad omnem malitiam promptissimum, execratus omnes actus illius, Franciam Sequanorum deseruit, & in Austriam ad Pipinum Ducem — se contulit.*

Francia Theutonica, Franconia, apud Lambertum Schafnaburg. pag.242.

Francia ulterior. Vide *Francia interior*.

FRANCIGENÆ, Anglis dicebantur omnes extranei, sive cogniti essent, sive incogniti, nisi Anglos se esse probassent per *Englescheriam*, inquit Bracton lib.3. tr.2. c.15. §.2.4. Vide *Englischeria*.

FRANCISCA, *Franciscus*. Papias, Jo. de Janua, & Jacobus de Voragine scribunt, *Franciscas dici signa quadam instar securium, quæ Romæ ante Consules ferebantur, quæ erant in terrorem, in securitatem, & in honorem.* Certè Aimoino lib.1. c.12. *Francisca* est spatha seu machæra, vel etiam bipennis, Gallis propria. Hincmarus in Vita S. Remigii: *Accepit autem Rex franciscam ejus, quæ vocatur Bipenna, & projecit in terram.* Iisdem ferè verbis Gesta Regum Francor. c.10. *Accepit autem Rex franciscam ejus, quod est bipennis, & projecit in terram.* Et Flodoardus lib.1. Hist. Rem. c.13. *Spretisque ipsius armis, ejus franciscam projecit in terram.* Bipennem appellavit paulò antè, ut & Greg. Tur. lib.2. Hist. c.27. qui Francis securim propriam fuisse testatur lib.9. c.35.

Franciscus, eadem notione. Papias, ex Isidoro lib.18. c.6. *Franciscæ signa sunt, quæ Hispani ab usu Francorum Franciscos vocant, quæ ante Consules ferebantur, quæ Secures dicuntur.* Vide Anastasim Childerici cap.14.

FRANCISCI, Franci, Galli, φραντζίσκοι, Nicetæ in Isaacio & Alexio num.2. & Pachymeri l.3. c.8. Utuntur non semel Scriptores, Leo Ostiensis l.1. c.64. Hariulfus lib.1. c.15, lib.3. c.10.25. lib.4. c.32. Dudo de Morib. Norman. passim, Nangius in Chr. an.1182. &c. *Solidi Francisci*, Vide *Solidus*. *Scara Francisca*, in Annal. Franc. an.778. *Francisca lingua*, pro Gallica. Hermoldus Nigellus lib.1. de Ludovico Pio:

Seu quis Franciscam mavult reserare loquelam,
Nominis ut possit noscere notitiam.

In Epitaphio Gregorii V. PP. in Æde Vaticana:

Usus Francisca, vulgari, & voce Latina,
Instituit populos eloquio triplici.

Et in Gestis Consulum Andeg. c.6. n.6. *Franciscè componere*, apud Otfridum in Epist. ad Liutbertum Archiep. Mogunt. *Franciscus habitus*, apud Aimoinum l.5. c.33. *Syndon Francisca*, in Charta an. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275. *Vestitus patrius, id est, Franciscus*, apud Eginhardum in Vita Caroli M. pag. 102. *Cuspis Franciscus*, *miles Franciscus*, *Franciscus mos*, apud laudatum Hermoldum. Lana Gallica Italis dicitur *Francisca*, teste Polydoro Virgilio l. 1. Hist. Angl. Quippe veteres Etrusci *Franciscos* appellabant, quos alii *Francos*. Ita Joan. Villaneus lib.2. c.18. & alibi non semel.

Hanc verò enuntiationem mutuati videntur populi omnes à Longobardis, aut Sclavis, qui gentilitia & appellativa nomina efferebant plerumque in *isc*, quod potissimùm solenne est etiamnum Dalmatis. A Sclavis Anglo-Saxones hauserunt eum morem, apud quos *Romanisc* est Romanus: *Lundenisc*, Londoniensis, &c. In veteri Charta apud Perardum in Burgund. p.26. & 27. *Saracentscus*, *Longobardiscus*, legitur. Ita *Thraciscus* apud Capitolinum & Jornandem de Rebus Geticis in Maximino: *Spaniscus*, non semel apud Anastasium: *Hunniscus*, apud Vegetium lib.4. Art. veterin. cap.6. & Monachum Sangall. lib.2. in Præfat. *Frigiscus*, apud eundem Veget. *Teutiscus*, *Metiscus*, apud Mon. Sangall. lib.1. c.11. *Sclaviscus*, in Annal. Franc. Fuld. an. 871. *Græciscus*, apud Gerbertum Epist.153. *Daciscus*, in Notitia Imper. &c.

Francisci, Hæretici quidam, quorum mentio fit in Constitut. Friderici Imp. contra Patarenos apud Waddingum an.1154. n.16.

Franciscare, in Gloss. Lat. Gall. est *Françoier*, *c'est foy avoir, ou parler en maniere de François.*

FRANCI, dicti viri potissimùm ex nobilitate, ingenui, ipsique proceres. Decretio Childeberti Regis c.8. *Ita, ut si francus fuerit, ad nostram præsentiam dirigatur, & si debilior persona fuerit, in loco pendatur.* Capitulare Compendiense an.757. c.5. *Si Francus homo accepit*

pit mulierem, & ſperat, quòd ingenua ſit, &c. Hincmarus Remenſis Opuſc. 33. cap. 1. *Et de alia terra, quam franci homines in eadem villa in ſuis proprietatibus dederunt.* Hincmarus Laudunenſis, to. 2. pag. 335. *Ipſo reſultante, quòd francus eſſet, & ut liber ſe defendere vellet & quiret, &c.* Charta Caroli Calvi, apud Sanjulianum in Tornutio pag. 510. *Neque præſumat horum quiſquam ab eorum ſervis, colonis, ſeu francis ſuper eorum terram commanentibus exigere.* Tabularium S. Remigii Remenſis: *Anno Incarnationis Domini 861. Epiſcopatus autem Domini Hincmari 17. veniens Miſſus Domni Regis Karoli, nomine Gautſelmus, Clericus in villam Condatum, ſitam ſuper fluvium Matronam 8. Kl. Octob. ex precepto præfati glorioſi Regis, coram teſtibus multis, francis videlicet atque colonis, & conſignans tradidit ipſam villam Miſſis Domni Hincmari, Adaloldo ſcilicet, Cuſtodi Eccleſiæ S. Remigii, & Herigaudo, ipſius Advocato.* Ita *francus homo*, in Formulis veterib. Bignonii c. 2. 3. *Homines bene franci Salici* c. 5. Sic denique paſſim in Capitulis Caroli M. & Caroli C. in Concilio Duſiacenſi I. pag. 105. &c. Vetus Notitia ex Pancharta Nigra Turon. an. 926. *Quam reclamationem per ſex ferè annos ducentes, propter cupiditatem francorum hominum, qui eas quoquo modo poſſidebant, nunquam ad juſtitiam perducere potuit.* Charta S. Karileffi in Actis Epiſcopor. Cenoman. pag. 83. *Ab aliis etiam nobilibus & francis perſonis ex rebus eorum ditatus ſum.* Alia Charta apud Beslium pag. 247. *Ut nullus noſtrorum hæres aut ſucceſſor, Comes, aut Epiſcopus, Vicarius aut Centenarius, nec quilibet francus, & ipſi poteſtati vicinus, audeat hanc donationem noſtram violare, &c.* In Chartis aliquot anni 799. apud Henſchenium in Comment. ad Vitam Ludgeri Epiſcopi §. 4. *Ingenuus, nobilis, & francus*, idem ſonant. Exin viri liberi, ingenui & immunes ab oneribus ac præſtationibus ſervilibus dicti promiſcuè franci. Turpinus in Hiſt. Caroli M. c. 31. *His à Rege relatis, populi nummos ſaluberrimæ promiſſionis devotiſſimè offerebant, & qui libentiùs reddebat, Francus ſancti Dionyſii ubique vocabatur, quomodo liber ab omni ſervitute, Rege præcipiente, erat. Hinc mos ſurrexit, ut terra illa, quæ anteà vocabatur Gallia, tunc Francia vocaretur, id eſt, ab omni ſervitute aliarum gentium libera.* Papias: *Liber, francus homo.* Anonymus de Nominibus Germanorum: *Francus, Franciſcus, liber, liberius,* ἐλεύθερος, *per ſyncopen ſeu ſynalephen, à* fry, & and, *quaſi* fryanch, *Saxonicè* frei *diphthongo Suevica eſt liber, adjectivè*; Ancke, *eſt adoleſcens, juvenis, nomen hodiè gentile multis familiis, &c.* Capitulare 6. Caroli M. an. 803. c. 8. *De ſervis, qui francas feminas accipiunt, &c.* Charta Roberti Regis an. 1005. in Probat. Hiſt. Vergiacenſis pag. 52. & apud Perardum pag. 170. *Et cum omnibus conſuetudinariis exactionibus, ab iis etiam, qui francorum nomine cenſentur, pro debito exigendis.* Alia Ottonis Comitis ann. 1004. in iiſdem Probat. p. 54. *Et conſuetudines, quas debent ipſi ſervi & ancillæ, & etiam illi, qui Francos ſe dicunt deſuper poteſtatem manentes, &c.* Charta Henrici Imp. ann. 1039. in Chronico Mindenſi p. 737. *Aut homines ipſius Eccleſiæ, francos, liberos, & Eccleſiaſticos, litones, maalman, vel ſervos, &c.* Occurrunt eadem verba pag. 739. 740. 741. Fridericus I. Imp. in Actis Adriani IV. PP. apud Baron. ann. 1151. *Supervenit Francus, verè nomine & re nobilis, eamque* (Romam,) *quæ adhuc in re reſidua fuit, ingenuitate fortiter eripuit.* Chron. Foſſæ novæ ann. 1192.

Et nos per Francos facit amodo vivere francos.

Le Roman de Garin:

Garin mes peres fu frans hom & gentis.

Philippus *Mouskes*:

L'enfant de Champagne avoec,
Et maint franc bacelier iluec.

Vide Perardum p. 147. Probat. Hiſt. Turenenſis p. 105. Probat. Hiſt. Sabaud. p. 55. &c. Scribit Butelerius in Summa Rurali hominem obnoxiæ ac ſervilis conditionis *Francum* fieri, ſi ei permittat dominus feudum acquirere intra dominii ſui fines.

Francus tenens, idem, qui *liberè tenens*, *Franc tenant.* Aſſiſæ Henrici II. Regis Angl. apud *Clarendon: Si quis obierit francus tenens, hæredes ipſius maneant in tali ſaiſina, qualem pater ſuus habuit, de qua fuit vivus & mortuus, de feodo ſuo, &c.* Vide *Liberè tenens*, in voce *Tenens.* At

Francus, in Hiſtoria Abbatiæ Condomenſis videtur ſumi pro tenente obnoxiæ conditionis, quique in commercio fuerit. P. 463. *Oliverius Monachus dedit francum unum in loco, qui dicitur Biraged.* Ibid. *Dederunt francum unum in loco, qui dicitur Eſtoubed.* Pag. 464. *Dederunt S. Petro Eccleſiam, quæ vocatur Nux ſicca, & francum unum, & alium francum in loco, qui dicitur Anezag.* Adde p. 478.

Francus, opponi videtur *villano*, in quadam Conſultatoria, edita poſt Obſervantias Regni Aragon. fol. 43. *Si vir præmoritur ſupervivente uxore, uxor ingenua, i. Infançona, vel uxor franca, i. civitatis, &c.*

Francus, Moneta Francica, noſtris *Franc. Francxs Bordallés*, Franci Burdegalenſes in Conſuetud. Solenſi, tit. 9. art. 3. Vide *Moneta.*

FRANCHIRE, Ingenuum, *francum* facere ex ſervo, manumittere, Gallis *Affranchir.* Gloſſ. Lat. Gall. *Manumittere, Franchir.* Charta an. 1185. ap. Guichenonum in Probat Hiſt. Breſſenſ. pag. 5. *Franchio, manu & ore manumitto à conſuetudine Legis Salicæ Joannem Pithion de Vico hominem meum, & ſuos legitimè natos, & ad ſanum intellectum reduco, ita ut ſuæ filiæ poſſint ſibi ſuccedere: dictumque Joannem & ſuos natos conſtituo homines meos franchos & liberos ab omni uſagio bono vel malo Legis Salicæ, & pro hac manumiſſione & franchesia habui & recepi 18. libras Viennenſium bonorum, &c.* Adde Conſuetudines & Libertates Baugiaci apud eundem p. 63. Charta Theobaldi Comitis Campaniæ 1222. in Tab. Campan. *Not. quòd ego Joannem de Meldis Monetarium, & Margaretam uxorem ejus, franchivi & liberos eſſe conceſſi ad vitam eorum, ita quòd ſingulis annis reddent 50. ſol. in nundinis Maji. Per hoc autem volo & concedo, ipſos eſſe liberos & immunes & quitos, quandiu vixerint, ab omni tallia tolta & demanda, & cuſtodia villæ, turris & gabiolæ, &c. Francomatos*, captivos libertate donatos appellabant noſtri in Regno Hieroſolymitano. Aſſiſiæ Hierol. MSS. 2. part. cap. 31. *Et de ceaus, qui s'avoueent pour Frangomates, ou Eſclafs franchis, ils doivent porter lettres ſeellées dou Viſconte, ou dou Bailli de la contrée, en quoi ils ſont, coment ils ſont frans, à ce que l'on ne les puiſſe arreſter.*

Franchire, eſt etiam immunitatem à præſtationibus & operis concedere. Charta Guidonis Vicecomitis Thoarcenſis an. 1240. ex Tabul. S. Hilarii M. Pictavenſ. *Nos Guido Vicec. Thoarc. notificamus univerſis, quòd nos homines B. Hilarii de la Coinderie, & hæredes ipſorum, & tenementa, & arbergamenta ipſorum, ſpectantia ad Eccleſiam memoratam eximimus, & franchivimus in perpetuum ab omnibus excubiis Caſtri Thoarcii, & ab omni talliata, propter talleiam terrarum nobis debitam de jure in nativitate B. Joan. Bapt. item ab auxilio & quæſta Baillivorum Thoarcii, & à panagio ipſos ſimiliter duximus franchiendos, &c.* Vide Littletonem ſect. 204.

FRANCHISIA, Prædii ruſtici ſpecies, ſic fortè appellata, quòd *Francorum* & liberorum eſſet, cujusmodi eſt apud Anglos *liberum tenementum*, tametſi poſtmodum cenſibus & præſtationibus obnoxia. Tabularium Prioratus Paredi fol. 62. *Et omnia, quæ ibi habebat, alodum ſive franchiſiam, campos, prata, ſilvas, &c.* Fol. 63. *Franchiſiam unam, omnemque terram, quæ*

ad ipſam

ad ipsam franchisiam pertinere videtur, &c. Fol. 42. *In villa Mancellis franchisiam, ubi stat Bernoënus, & omnem terram, quæ ad servitium ejusdem franchisiæ pertinet, cum omni integritate.* Fol. 12. *Item in ipsa villa unam franchisiam appellatam Mansum Ales Placis, & reddit 2. sextarios de avena, &c.— In villa Moncellis unam franchisiam, quæ vocatur Ad vinam, & reddit in censum 2. den. &c.* In Consuetudine Herliacensi art. 2. 3. *Tenir franquiesmes*, id est, terras francas & immunes à censu tenere. *Franchise*, Gallis nostris dicitur jus, quod nobilibus viris potissimùm competit: atque ita vox hæc intelligi debet in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. c. 9. 22. *Loi de franchise*, id est, lex seu jus nobilium, Petro de Fontanis c. 3. n. 5. 6. in Consuetud. Normanniæ art. 49. & Nivernensi c. 9. art. 1. *Homme de corps, qui jouit de franchise par dix ans*, in Consuetud. Catalaunensi art. 18. Vide *Francitas*.

FRANCIGINI. Statutum Communis Bononiensis apud Ghirardaccum lib. 9. Hist. Bonon. p. 279. *Quòd lusores azardi & bescazariæ, & incisores casei in ipsis scalis, & in platea Communis per decem perticas, nec etiam cantatores franciginorum in plateis Communis ad cantandum, —omnino morari non possint, nec debeant, &c.* Fortè ii, quos *Chanteurs de Romans*, Franci nostri vocabant.

FRANCITAS. Surita lib. 1. Indic. Arag. æra. 882. *Carolus Calvus Francorum Rex Barcinonensibus, sive Hispani, sive Gothi essent, immunitatem libertatemque elargitur, qua Franci uti assueverant, permittitque, ut Gothicis legibus jura inter se foraque constituant. Immunitas ea à Francis in Hispania Frankitas dicta. Francorum enim nationem Germanicam Germanis reliquis & Frisiis commodiore immunitatis conditione antetulerat.* Idem æra 1148. *Ut oppidum coleretur habitareturque, civibus frankitatis, id est, ingenuitatis ornamenta ab Imperatore præstantur.*

Franquitas, idem quod *Franquisia, Salvitas, Libertas, Salvatio, Salvamentum, &c.* Locus scilicet, cujus incolæ jure gaudent immunitatis, cujus tamen ratione præstatio dominis fiebat. Historia Abbatiæ Condomensis pag. 457. *In isto Cœnobio Sanctimonialis effecta dedit quandam franquitatem Darsimam, &c.* Pag. 486. & 488. *Francdad* idem sonat, ubi fortè *francitad* legendum. Vide Foros Regni Aragon. f. 129. *Libertas, Salvitas, &c.*

Nescio, an alia notione hanc vocem usurpent Fori Bigorrenses art. 36? *Francitatem coopertam nemo emat, vel discooperire faciat, ut postea possit emere: quod si fecerit, servitium Comiti, sicut quilibet, persolvat, aut dimittat.*

FRANCLING. Vide *Franchilanus*.

FRANCUM *plegium*. Vide *Plegium*.

FRANC-UINUM, seu *Francum vinum*, quasi *Franc vin*. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1253. apud Perardum p. 476. *Bannum trullorum, furnorum, vinorum, nemorum, vindemiarum, franc-vinis, mercatus, &c.*

FRANGERE. Vide *Juramentum fractum*.

FRANQUILLINUS, Avis species, de qua Fridericus II. lib. 1. de Venat. cap. 9.

FRASCARIUM, Locus arbustis consitus: est enim *Frasca* Italis folium, vel ramusculus arboris: unde *frascati*, pro fascibus ramorum. Hinc etiam *Fraschéggiare* nostri *Faire frasque*, pro illudere, metaphorâ ductâ ab his, qui ramusculis aut bacillis aliis illudunt. Hispani pariter *Frascas*, ramos siccos vocant. Charta ann. 1003. apud Ughellum to. 2. pag. 137. *Id est, terra arabili vineata cum frascario super se habente.* Occurrit præterea in alia Grimoaldi Archiep. Pisani to. 3 p. 404. & alia to. 4. pag. 1283. in Chronico Benev. S. Sophiæ p. 665. &c. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital.

FRASCETUS. Rafanus de Caresinis in Chron. MSS. an. 1379. *Navigantibus nobis absque strepitu & cum ordine magno, imposito etiam Comitis ut sibloti sive frasceti silerent.* Id est, qui fistula canunt, nostris *Sifflets*.

FRASENUM. Vetus Instrumentum an. 1143. apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi p. 76. v. *Eodem die misit D. Decanum prædictæ Ecclesiæ in tenutam, per frazenum unum.*

FRASSETUM, in Inquisit. apud Lanc. in Comitatu Cornubiæ coram Justitiario Aud. an. 6. Edw. I. significat *à wood*, seu *groundthatis woodie*. Ita Edw. Cokus ad Littleton. sect. 1.

FRATALIA, Confraternitas, ex Ital. *Frataria*, in Chronico Paduano an. 1393. post Rollandinum, semel ac iterum.

FRATRES, invicem se appellabant Christiani, *quòd unius Dei parentis homines, quòd consortes ejusdem fidei, & spei coheredes*, ut ait Minutius, fraterno inter se more viverent: quòd *& unum patrem Deum agnoscerent*, ut Tertullianus in Apologetico: quòd essent *cum omnibus, quos sol videt, germanitatis necessitudine copulati*, ut Arnobius lib. 4. adversus Gentes: quòd denique *omnes homines pro fratribus diligerent*, ut Lactantius lib. 5. c. 10. S. Hieronymus adversus Helvidium c. 8. ait, in divinis Scripturis *fratres* dici, *natura, gente, cognatione, affectu*: *affectu* quidem *fratres* appellari &c. *qui in duo scinditur, in spirituale & in commune. In spirituale, quia omnes Christiani fratres vocamur, &c.* Neque porrò licebat Christianis Gentiles fratrum appellatione donare. Vide Nomocanonem, editum à V. Cl. Joan. Bapt. Cotelerio c. 452. Sed & Imperatores, qui unà Imperium administrabant, ut est apud Lactantium lib. de Mortibus Persecutor. n. 20.

Fratres se invicem appellabant Reges. Vide Notas nostras ad Alexiadem.

Fratres, Rectores Provinciarum & Comites appellabant Imperatores. Senator lib. 6. in Formula Rectoris Provinciæ. *Additur, quòd à Principe frater vocaris, ut nobilitate pretiosi nominis à vilitate criminum tolleteris.* Hinc formula: *Frater amantissime*, de qua Brissonius lib. 3. Formul. p. 353.

Fratres, Episcopos omnes vulgò compellant Summi Pontifices, ut Episcopi vicissim summos Pontifices: quod obtinuisse etiam post an. 1400. observat vir doctissimus Joan. Launojus in Hist. Regii Navarræ Collegii Paris. p. 540. Sed deceptum volunt quidam eruditi, penes quos est liber MS. ex quo id hauserat, itaque compellari Episcopum ab Episcopo, non verò summum Pontificem.

Fratres, dicti Monachi universim, id nominis à primis Christianis mutuati, uti ad Cinnamum docuimus p. 433. Etiam Militares Ordines. Ita

Fratres de Palmis, apud Ordericum Vitalem lib. 13. *Tunc Rotro Comes Moritoniæ cum Francis, & Episcopus Cæsar-augustanus, cum fratribus de Palmis, &c.* De his fratribus vide Marcam in Hist. Beneharn. l. 5. c. 21.

Fratres S. Sepulcri, to. 8. Spicileg. pag. 368. 381. &c

Fraternitas S. Jacobi, Compostellensis, apud Sanutum lib. 3. part. 11. cap. 13. *Fratres*, ipsæ fraternitates Militares, dictæ in Assisiis Hierosol. part. 2. c. 21.

Frater adveniens, Monachus hospes, advena, alterius Monasterii. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli c. 1. *Et locum hospitis in refectorio haberet dum viveret, — ut mansione ibi parata, crebrò velut frater adveniens Abbati non esset onerosus, neque familiæ incommodus.*

Frater in Baptismate. Ægidius de Roia ann. 1294.

 Quem

Quem venientem detinuit aliquandiu tanquam captivum, postea dimisit eum, & filiam ejus retinuit (leg. *tenuit*) *factusque est ejus frater in baptismate, eamque reginæ suæ associavit, ut esset in ejus obsequio*, id est, filiam ejus de fonte baptismatis excepit. Sed videtur legendum *pater*.

Fratres Barbati. Vide *Barbatus*.

Fratres Clientes, Gall. *Freres servans*. Ita dicti apud Hospitalarios & Templarios, Milites inferioris ordinis, qui nobiles non sunt. Epist. Fulcherii Magistri Templi in Gestis Dei p. 1182. *Ceciderunt in ore gladii 60. Milites fortissimi, præter Fratres Clientes & Turcopolos.*

Fratres conjurati, adjurati, qui sacramento sibi invicem dato *fraternitatem* ineunt: *Fratres adjurati*, apud Simeonem Dunelmensem p. 81. *Conjurati fratres*, apud eundem Dunelmensem p. 190. 203. Hovedenum pag. 445. Adamum Bremensem c. 159. qui *Conjurati sodales* dicuntur eidem cap. 247. Joannes VIII. PP. Epist. 207. *Dum Dei proximique dilectione sollicitus doles Capuanos, nobiles scilicet viros, fraterno fœdere per jusjurandum inter eos habito, nequiter corrupto, ad veram discordiam & inimicitiam pervenisse.* Vide Dissertat. 21. ad Joinvillam.

Fratres conjurati præterea dicebantur ad reipublicæ tuitionem sacramento mutuo adstricti Regum subditi: quomodo *Jurati* nudè vocabantur oppidani, qui una eademque lege vivebant. Leges Willelmi Nothi c. 59. *Præcipimus, ut omnes liberi homines totius regni sint fratres conjurati ad monarchiam nostram & regnum nostrum contra inimicos pro posse suo defendendum. &c.* Adde Leges Edw. c. 35. Præclarè in hanc sententiam Simplicius in Epictetum p. 65. εἰ γὰρ κοινὴ μήτηρ ἡ πόλις, μητρὶς ὅσα καὶ πατρὶς, δῆλον ὅτι κατὰ τοῦτο ἀδελφοί πως εἰσὶν οἱ πολῖται.

Fratres conscripti, Laici, atque adeo alii in album fratrum seu Monachorum relati, seu potiùs eorum fraternitate donati; ut olim *Milites conscripti* dicti, *qui in tabulas conferebantur ab eis, qui eos ducturi erant*, ut est apud Isidorum lib. 9. c. 3. vel ut Senatores, *Patres conscripti* appellati, quòd *eorum nomina in tabulas aureas contulisset* Romulus, ait idem Isidorus cap. seq. Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1. *Petiit tandem Salomon Junior bene educatus, ut frater conscriptus nobis fieri mereretur.* Infrà: *Nos in fraternitatem interdum & laicos recepimus, quibus tamen in laico habitu nequaquam in claustro abutimur.* Eodem cap. *Convivia fratribus — facere consuevit. Solebant id ipsum antè etiam quidam alii fratres conscripti nostratibus caritatis signum exhibere.* Ibidem de Augustensi Episcopo: *Me & meos decet ad proximum S. Galli diem viros Dei visitem, frater illorum conscriptus fiam, & quantum mihi copia est, caritatem illorum regratier.* Idem, de Conrado Imp. *Rex vesperum & noctem cùm egisset hilariter, diluculo conventum fratrum petens, omnium votis faventibus fit frater conscriptus.* Cap. 5. de Canonico Constantiæ: *Nam frater conscriptus vocis pulcherrimæ gratiam habebat.* Cap. 9. *Ad recipiendum enim Episcopum cum Evangelio, etiamsi frater conscriptus non fuerit, æquum esse, ut pariter occurrant omnes, concordant.* Cap. 11. *Abbas intulit, immo ut fratres conscripti sitis volo, quia alia vobis dona dare non habemus. Lætis ob hoc omnibus itur in Ecclesiam: recepti manibus Abbatis, singuli in libro vitæ scribuntur.* Adde Chronicon Constantiense p. 635. Eo nomine claustrum ingrediendi iis jus erat. Ibidem: *Mittit Abbas Kebonem, qui Episcopos, & fratres conscripti claustrum intrare utique suum non dedignarentur. Veniunt omnes, & societati fraternæ participandum fore gaudio gaudent*, cùm laïcis interdictum esset. Idem cap. 16. *Claustrum autem S. Galli — ab antiqua patrum memoria tantæ venerationis est habitum, ut nemini vel potentissimorum sæculi Canonicorum seu laicorum introitus, vel etiam introspectus ejus licuerit.* Præallatis adde Chartam Simonis Ducis Lotharing. an. 1176. *Quapropter ut ego sim de cætero frater conscriptus & particeps omnium beneficiorum Belliprati, habeamque in vita & in morte, quantum unus de filiis istius Ecclesiæ professis, &c.* Huc etiam spectant, quæ habet Faustus in Vita S. Mauri Abbat. *Tunc beatum Maurum petiit* (Theodebertus Rex) *ut fratres eum recipere dignarentur in societatem, & nomen ejus inter sua scribere nomina.* Et Beda in Præfat. ad Vitam S. Cuthberti: *Sed & me defuncto pro redemptione animæ meæ, quasi pro familiaris & vernaculi vestri, orare & Missas facere, & nomen meum inter vestra scribere dignemini. Nam & tu, sanctissime Antistes, hoc te mihi promisisse jam retines, in cujus etiam testimonium futuræ conscriptionis, religioso fratri vestro Gutfrido Mansionario præcepisti, ut in albo vestræ sanctæ Congregationis meum nunc quoque nomen apponeret.* Traditiones Fuldenses lib. 3. cap. 36. *Et in præfatis locis nomina patrum & matrum fratrumque nostrorum in fraternitate volumus annotari.* Tabularium Eccl. S. Laudi an. 1116. *Eo videlicet tenore, ut Sanctimoniales Fontis Ebraldi Canonicos S. Laudi tam præsentes, quàm futuros in suo Martyrologio fraternaliter scribant.* Vide Hist. Monasterii S. Nicolai Andegav. p. 59. *Orationibus investiri*, in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 33. *Si aliquis orationibus nostris petierit commendari, finitis clamoribus adducatur, & de ipsis orationibus per librum investiatur. Si Episcopus, vel Abbas, vel Religiosus aliquis de orationibus nostris investitur, postquam investitus fuerit, debet Abbas ab eo humiliter quærere, ut ipse similiter de orationibus ipsum & Conventum investiat, & partem beneficii sui fratribus concedat. Quando Abbas aliquem de orationibus investit, debent Fratres assurgere. Si Rex, vel Episcopus, vel Abbas in Capitulum adducitur, fratres assurgentes omnes ei inclinent, cùm ante eos transierit.* Liber Usuum Ordin. Cisterciensis c. 70. de Episcopo: *Quod si societatem quæsierit, assurgentibus omnibus, concedatur ei per librum*, in quo scilicet nomen ejus scribitur. Vide *Investitura*.

Frater in Christo, idem qui *Frater spiritualis*, de quo mox, qui in fraternitatem & societatem monachicam admissus est. Ordericus lib. 6. p. 627. *Hic societatem Uticensium expetiit, & frater in Christo factus fraternitatem optimè servavit.* Vide *His emne Cristen.* Alia videtur *Fraternitas in Christo*, apud Ditmarum lib. 6. pag. 67. *Post hæc collecto exercitu pagum, qui Morezni dicitur, juxta Magdaburg jacentem, populatur, & fraternitatem, quam in Christo cum Parthenopolitanis priùs conjunxerat, hostili asperitate disrupit.* Vide infrà: *Fratres spirituales.*

Fratres exteriores, Monachi laïci. Acta Murensis Monast. p. 36. *Quia autem hic sunt fratres, qui vocantur Exteriores, de cella S. Blasii, huc venit, ubi primùm talis vita laicorum oriri cœpit.* Et pag. 17. *Eo etiam tempore misit huc exteriores fratres cum sororibus, de qua consuetudine etiam adhuc assunt.* Pag. 49. *Et duos diurnales, quos cùm dedisset Otto Comes, constituit ad lumen in dormitorio Exteriorum fratrum.* Passio S. Thyemonis Archiepiscopi Juvanensis: *Quidam Religiosus ex illis, qui apud Canonicos & Monachos Exteriores fratres in cappa vocantur, cujus scema ordinis & habitus is etiam Noricæ regioni omnium primus intulisse narratur.* Nescio, an iidem sint? quos Ecclesia Græcanica μοναχοὺς, vel ἀδελφοὺς ἐξωμονίτας vocat, ad discrimen ἐσωμονιτῶν, de quibus Novella Alexii Comneni apud Balsamonem ad VII. Synod.

Synod. can.19. & Joannes Antiochenus Patriarch. opusc. de Charisticariis nu.14. pag.183. qui quidem κοσμικὰς fuisse innuit, id est, sæculares, scribens in Monasteriis, quæ à laicis tenebantur totidem ferè esse κοσμικοὺς ἀδελφοὺς ἰσομονίτας & ἐξωμονίτας.

Fratres externi, Monachi aliorum Monasteriorum, vel Clerici & Canonici, quibus orationum & suffragiorum societas concessa est, apud Udalricum lib.3. Consuet. Cluniac. cap.33.

Fratres Gaudentes, appellari in Italia Fratres ordinis Militiæ S. Mariæ Virginis, quorum Ordo institutus primùm fuit ab aliquot nobilibus Bononiensibus sub an. 1261. quibusque regulam præscripsit Urbanus IV, PP. quam in Indice to.1. Hist. Bononiensis describit Cherubinus Ghirardaccus, qui plura de iis etiam habet l.7. ad eundem annum, ubi præterea observat *Fratres Gaudentes* appellatos, quòd unà cum uxoribus & filiis singuli ferè in ædibus suis privatim manerent. De iis etiam agunt Ammiratus lib.2. Hist. Florent. sub ann. 1266. ut & Landinus & Velutellus ad hæc Dantis in Inferno cant.23.

Frati gaudenti fummo, e Bolognesi,
Io, Catalano, & costui Loderingo.

Neque alii sunt, de quibus Marsilius Patavinus in Defensore pacis part.2. cap. 8. *Neque adhuc his clausi limitibus, laicos quosdam, quos in Italia Fratres Gaudentes, alibi verò Beginos appellant, &c.* Vide præterea Nicolaum Uptonum lib. 1. de Militari officio cap.3.

Ita etiam quidam appellati ex Minoritis, qui plus justo licentiùs vivebant. Wiguleus Hondius in Metropoli Salisburgensi to.2. p.348. *Fuere autem hac Franciscanorum Monasteria olim arctiori regula non astricta, Gaudentes vocant, qui etiam bona propria, census & reditus habebant.*

Fratres maturi, vel ætate provectiores, vel morum probitate cæteris præcellentes. Adalardus in Statutis antiquis Monasterii Corbeiensis l.1. c.3. *Si necesse fuerit, deputetur ei talis frater maturus, de cujus conscientia omnes securi sint.* His fratribus *maturis* opponuntur *juniores, aut minùs sapientes vel constantes*, cap. seq. Petrus Cluniac. lib.1. de Miracul. cap.8. *Coætaneorum quippe lasciviam innato pudore abhorrens, maturis Clericis sive Monachis adhærebat.* Adde ejusdem Statuta Cluniac. cap. 69. & Usus antiquos Cisterciensis Ordin. c.81. Vitæ Abbatum S. Albani p.87. *Maturi & discreti fratres.* Apud Latinos *matura ætas* dicitur inter juvenilem, quæ adhuc acerba est, & senectutem, quæ jam σήπεται. Contra *immaturus*, qui juveniliter agit. Ditmarus lib. ult. *Ekkihardus juvenis, ac ideo immaturus.*

Frater patruelis, Gr. ἐξάδελφος, qui nostris *Cousin germain*. Constantius Imp. apud Ammianum lib.15. de Juliano, quem Cæsarem designavit: *Julianum hunc fratrem meum patruelem, &c.* Uterque enim filii fuere duorum fratrum Constantini & Constantii Nobilissimi.

Fratres Pyes. Thomas Walsingham. pag. 124. *In quodam cœmeterio, quod fuerat quondam fratrum, quos* Freres Pyes *veteres appellabant*, qui scilicet partim albo, partim nigro habitu utebantur. Ut porrò *Picas* nostri *Agaches*, Occitani *Agasso* dicunt, ita ejusmodi nomenclaturâ hosce Monachos vocabant. Chronicon Franciæ vernaculum MS. desinens in annum 1322. ad an. 1273. *En cest an assembla li Papes Greigoires au Concile à Lion sur le Rosne. Là furent abatu plusseur ordenement par le Conseil des Precheurs & des Freres Meneurs, si come li Freres Agachies, & li Freres aus sacs, & tuit li autre qui n' estoient renté: & si fu li preivileges aus Bigaunes tolus.*

Fratres remanentes, in Regula Militum Templariorum cap.21.23.25.28.35.36.42. 46. 62. generatim dicti *Milites* ejusdem Ordinis.

Fratres servientes. Vide suprà *Fratres Clientes*, & infrà in *Serviens.*

Fratres spirituales, iidem videntur qui *Maturi*. Regula S. Fructuosi cap.4. *Quicquid in veste vel cultu est Monachorum, non peculiariter apud unumquemque habendum, sed sub manu unius fratris spiritualis in una cella recondendum est; quique cùm necessaria poposcerit, petenti cuiquam congrua staturæ mutatoria tribuat.* Cap. 8. de novitiis senibus: *Et cùm fortè ab aliquo fratre spirituali corriguntur, continuò in iracundiam prosiliunt.* Bernardus Monachus in Consuetud. Cluniacensib. MSS. c.1. de electione Abbatis: *Qui* (Episcopus) *inquisito ab omni Conventu, utrum omnibus electio placeret, & maximè à spiritalibus fratribus, auditaque concordia maximè spiritalium super hoc, &c.* Regula Magistri cap.56. *Cùm fratres spiritales sine Laico ambulant, juncti ad se, & cantantes, modicè de via flectant genua.* Adde cap. 63. Concilium Toletanum VI. c.7. *Quotiescumque quilibet ex subditis corrigendus est, aut publica debet à Sacerdote disciplina curari: si aliter rectoribus placet, duorum vel trium fratrum spiritualium testimonio peculiariter adhibitis, & modus criminis agnoscatur, & modus pœnitentia irrogetur.*

Fratres spirituales, appellati præterea Laïci, qui *fraternitatem monachicam*, de qua suprà egimus, adepti erant. Tradit. Fuldenses lib.3. c.40. *Consulentes ergo nobis ex qualitate temporis, & ex eo quod idem Cancellarius spiritalis frater noster esset.* Charta an. 1214. in Probat. Hist. Guinensis pag. 270. *Et tam mihi quàm uxori meæ spiritualem fraternitatem in Ecclesia sua tanquam uni ex fratribus concesserunt.* Tabular. S. Albini Andegav. *Girardus Senescallus quando frater noster devenit, hoc est, quando in societatem nostram devenit, & beneficium nostræ congregationis recepit, &c.* Vide Ordericum Vital. lib.5. p.585. Πνευματικοὶ nudè, in Nomocanone edito à V. Cl. Joan. Bapt. Cotelerio c.79.

Fratres spiritualos, Græcis potissimùm dicti, qui se seinvicem *in fratres* adoptabant, seu qui *fraternitatem* sacramento, in Ecclesia coram Sacerdote, sumpta interdum ac divisa Eucharistia, acto firmabant: ἀδελφοὶ πνευματικοὶ, apud Gregorium in Vita S. Basilii Junioris n.28. & in laudato Nomocanone c. 190. 422. qui iidem videntur qui ἀδελφοποιητοὶ dicuntur c. 200. 220. & 227. Quæ quidem Fraternitas, πνευματικὴ ἀδελφότης appellatur apud Constant. in Basilio cap. 10. 53. & Scylitzem p.562.586. quæ ἀδελφοποίησις Leoni Grammatico in eodem Basil. pag.460. Ἀδελφοσύνη, in laudato Nomocanone c.512. dicitur. De ejuscemodi fratribus spiritualibus copiosè egimus in Dissert. 21. ad Joinvillam. Adde Alamannum ad Hist. arcanam cap.6.

Fratres spirituales, dicti quidam fratres minores, seu Beguini, hæreseos damnati. Vide lib.1. Miscellan. Baluzii p. 276.

Frater ad succurrendum. Vide *Monachus ad succurrendum.*

FRATERCULI, Monachi, Italis *Fraticelli*. Vita S. Ricmiri Abbat. n. 2. *Ordinatisque fraterculis, — quos congregaverat, &c.* *Monachuli* dicuntur n. 5.

FRATERIA, Fraternitas, *confratria*, congregatio, Italis *Frataria*. In Charta Riccardi Comitis Ayelli n.1193. apud Ughellum in Archiep. Salernit. Vide *Frareia.*

FRATERNITAS, ipsa Ecclesia dicta, vel certè ipsi fide-

fideles, apud Tertullianum, Cyprianum, Ambrosium, Hieronymum, S. Maximum Taurin. homil. 1. de avaritia, &c. in Actis Martyrii SS. Numidarum 30. April. n. 6. 10. in Libello Precum Marcellini & Faustini pag. 66. 87. &c. *Fraternitatis reus*, qui in Ecclesiam peccat, vel in *fratres*, fideles. Concilium Lugdun. 1. c. 6. *Quisquis excesserit, aut implere — neglexerit, quasi divinorum mandatorum transgressor, reum se Concilio fraternitatis futurum esse cognoscat.* Crebrò in Conciliis Gallicanis, & in Toletano II. c. 2. in Lege Aleman. tit. 40. &c.

* *Fraternitas*, Fratrum, seu Monachorum cœtus. Liberatus Diac. c. 11. *Quibus euntibus ad se, tale Eutyches reddidit responsum, hoc apud se esse decretum, ut nunquam egrederetur à sua fraternitate; sed tanquam in sepulcro degeret in Monasterio. Fraternitas monacha*, apud Paulinum Epist. 3. extr. Ἀδελφικὸν, apud Palladium in Hist. Lausiaca, & in Concilio CP. sub Menna act. 5. Ἀδελφότης in Vita S. Nili Junioris pag. 126. apud Theodorum Studitam in Vita S. Platonis n. 32. 37. Theosterictum in Vita S. Nicetæ n. 10. 12. 13. 47. &c. Vide Notas nostras ad Cinnamum pag. 434.

Fraternitas, Societas inita inter Monachos variorum Monasteriorum, qua sua sibi invicem bona ita communicabant, ut tanquam fratres alterius Monasterii haberentur, in illud reciperentur, epularentur in refectorio, precationum, seu uti vocabant, *beneficiorum* omnium essent participes, pro iis, cùm è vita migrassent, preces funderentur, perinde ac pro Monachis indigenis, &c. Charta fraternitatis, apud Goldastum to 2. Rerum Alemann. p. 184. *Solennique fraternitate à toto Capitulo recepta, & è contra Maguntino Conventui per fratres nostros transmissa literis hanc confirmationem inscripsi, &c.* Alias ejusmodi fraternitatum & societatum monasticarum Chartas, & exempla proferunt Historia Abbatiæ Condomensis pag. 498. 499. 500. Roverius in Reomao pag. 186. 260. 266. 304. Marlotus lib. 3. Hist. Remensis cap. 14. 21. & p. 648. &c. De iis etiam agunt Haëftenus lib. 8. Disq. Monast. tract. 1. disq. 4. idem Roverius ad Hist. Monast. Reomaënsis c. 141. præterea vir doctissimus Jo. Mabillonius in Præfat. ad to. 1. Sæculi 3. Benedictini §. 100.

Chartam duntaxat singularem, ac antiquam, ad ejusmodi societatum formulam percipiendam hîc adscribam ex Tabulario Flaviniacensi: *Anno Verbi incarnati* 894. *eodemque Serenissimi Odonis regnantis primo & septimo, operante officio caritatis, inita est obnixiùs fraterna quædam bonisque omnibus, ut credimus, accepta societas inter religiosos viros, Domnum scilicet Gregorium Beatissimi Martini Augustidunensis Cœnobii Abbatem, itemque Principis Apostolorum Petri Girfredum Flaviniacensis Monasterii Prælatum, ex utraque parte inibi Deo famulantibus assensum præbentibus, quam insolubiliter perpetuò conservandam, inque dies singulos firmitatis augmenta capturam, literarum quoque monumentis tradere, utriusque partis constat provisione decretum, ut res salubriter perpetrata, ad postfuturas successiones non relatu solùm; verùm & scripto transmissa decurrat. Pacti inter eos fœderis hæc ratio est, ut quidquid instantiæ, laboris, studiique salutaris pars quæque pro suis viventibus vel defunctis insumit, id quoque pari devotione pro fratribus hac sibi devotione devinctis exerceat, absque imminutione, retractatione, interpolatione. Quid sanè illud quantumve sit, quod agendum decernitur, ut cuique absque dubietate constet, noverit nos fratres Cœnobii almi Principis Apostolorum in decessu cujusque fratrum nostrorum è corpore per 30. dies, vespertinas, nocturnas, & matutinas agendas generaliter celebrare, ita ut tertio, septimo, & tricesimo die ex more id fiat solenniùs. Missam quoque pro defunctis per dies præfatos cum oblationibus quotidie canimus. Inter hæc etiam animæ pro salute illius duo canuntur ab omnibus psalteria. Cæterùm in his prædictis diebus omni peracto officio psalmum pro eo canimus 129. flexo genu. Hoc igitur pro recentibus. Primo anni recursu vigiliam & Missam celebramus: exinde reliquis anniversariis Psalmos 12. canimus. In Kalendis omnium mensium pro universis defunctis nostræ Congregationis vigiliam & Missam cum oblatione votorum explemus. Hæc usu robustissimo retinentes, ut pro nostris, ita pro vestris quoque in reliquum annuente Deo exercere curabimus: hujus vicem officii à vestra caritate instantiùs reposcentes. Utque hæc honesta & à Deo, ut credimus, inspirata Fraternitas non præsentibus solùm; sed & posteris uberiùs innotescat, oramus, ut in die festivitatis sacratissimi Martini Confessoris Christi hujus scripti continentia in sacri conventus vestri præsentia per annos singulos recitetur. Demum almificam dilectionem vestram petimus, ut si quislibet nostrorum vitio suo lapsus abjectusve fuerit, à vobis recipiatur, nec aliorsum eat, quousque satisfactione acta, spreto vitio, aut recipiatur, aut certè judicio vestro, quid agendum sit? decernatur. Hoc etiam de vestris exposcimus. Et ut hæc acta permaneant, manibus propriis subtersignavimus. Giffridus Mon. scripsit. Hildegarius. Girbertus. Gauzarius. Beringarius.*

Præallatæ Chartæ alteram hîc subjicere lubet ex Martyrologio Corbeiensi: *Hæc est societas Ecclesiarum Corbeiensis & Atrebatensis, constituta per Domnos Abbates Rotbertum Corbeiensem & Walterum petente utroque Capitulo. Scilicet communio utriusque Capituli & detentio, & in necessariis procuratio cujuslibet fratris ab Ecclesia sua quolibet modo exturbati usque ad reconciliationem sui Capituli, nisi fortè, quod absit, irrecuperabiliter ab Abbate suo & Capitulo ei ablato habitu ejectus sit. Obeuntes autem fratres, allato brevi, sicut fratres ejusdem Ecclesiæ extra claustrum defuncti solemne habeant officium, & Septenarium, & Tricenarium, & annotationem in Regula, super hoc addita uniuscujusque Sacerdotis Missa una, & aliorum fratrum ordinata psalmodia. Pro Abbatibus verò obeuntibus fiet tricenarius cum singulari debito trium Missarum & ordinatæ psalmodiæ, & præbenda per annum, & Anniversarius eorum cum pulsatione campanarum. Actum an.* 1137. *Indict.* 15.

Fraternitates. Præstationes, quæ fiebant Monasteriis ab iis, qui eorum fraternitatem susceperant, dicuntur in Concilio Lateranensi IV. cap. 57. Anastasius IV. PP. Epist. 12. ad Fratres S. Joannis Hierosolymit. *Decernimus ergo, ut receptores vestrarum fraternitatum sive collectarum, salvo jure dominorum suorum in B. Petri & nostra protectione consistant, &c.*

Fraternitas, de Laïcis dicitur, qui in participationem orationum, suffragiorum, & *beneficiorum* Monachorum ab iis admittebantur: qui *in fratres*, vel *in fratres & Monachos recipi* dicuntur apud Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli c. 1. p. 37. Will. Thorn. p. 1896. in Probat. Hist. Guinens. p. 278. in Monastico Anglic. tom. 1. p. 53. 331. &c. Hinc *Monachatus* nomine donatur ejusmodi fraternitas in Statutis antiq. Cartusiensibus 1. part. c. 49. §. 15. *Statutum est, ut extraneis non detur monachatus, nisi de licentia Capituli.* §. 19. *Fraternitas* dicitur. Adde Statuta ejusd. Ord. an. 1368. part. 1. c. 4. §. 28. 29. 30. 35. & Statuta an. 1368. c. 4. §. 28. *Fratres Ecclesiæ in orationibus & eleemosynis Monachorum*, in eodem Monastico Angl. p. 75. Et p. 308. *Et in Capitulum introiens fui frater & particeps beneficiorum totius Ecclesiæ.* Pag. 656. *Et ipsi me susceperunt in fraternitatem suam & participationem omnium beneficiorum universarum domorum suarum.* Adde p. 657. Vita S. Henrici Imp. cap. 26. *Et fraternitatem Monachorum suscipiens cum maxima humilitate & contritione cordis, orationibus eorum se com-*

se commendavit. Tabular. S. Albani Andegav. *Girardus Senescallus quando frater noster devenit, hoc est, quando in societatem nostram devenit, & beneficium nostræ Congregationis recepit, &c.* Charta an. 1123. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 569. *Excepto, quòd determinatè & sine fraude & malo ingenio fuerit oblatum ad partem Monasterii, vel ad partem Canonicæ, vel per conversionem, vel per orationem, id est, suscipiendo aliquem in suis orationibus, aut per testamentum. Fraternitatem Ecclesiæ recipere*, ibidem pag. 22. 30. 246. 249. 376. apud Doubletum in Historia Sandionys. p. 856. &c. Vide Ditmarum lib. 6. pag. 81. Ordericus Vital. lib. 5. pag. 585. *Tunc Hugo fraternitatem Monachorum, quam olim in infantia acceperat, renovavit.* Infrà: *Cuncti nempe Milites de Maulia in vita & morte societatem eorum obnixè petierunt, & fratres eorum, ut monachili prece dæmonum cuneo fortiùs resistere valeant, fideliter effecti sunt.* Ejusmodi verò fraternitas in Capitulo *per librum* à Monachis concedebatur. Statuta Ordinis *de Sempringham: Quòd si Episcopus vel Abbas Canonicorum regularium, seu Monachorum, vel Rex intraverit Capitulum, assurgentes ei omnes inclinent, cùm ante eos transierit. Quòd si societatem quæsierit, assurgentibus omnibus, dicatur psalmus*: Ecce quàm bonum, &c. *Et sic concedatur ei fraternitas, manibus libro appositis, &c.* Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. cap. 5. *Et si fraternitatem quæsierit, assurgentibus omnibus, concedatur ei per librum.* Idem Ordericus Vitalis l. 12. p. 840. *In Capitulum venit, societatem eorum humiliter requisivit & recepit.* Stephan. Torn. Epist. 233. *Quibus in generali Capitulo concessimus fraternitatem plenariam Monasterii nostri, quia aliud non possumus, constituentes vos participes omnium beneficiorum Ecclesiæ nostræ, tam in vita quàm in morte, &c.* Præ cæteris rem illustrat Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. c. 27. & ex eo Udalricus lib. 3. c. 33. *Sunt plerique fideles Christi, tam pauperes quàm divites, qui cùm adducti in Capitulum nostrum venerint, petunt, ut ipsi quoque mereantur habere Fraternitatem nostram; annuitur, & cum libro eis datur. ut partem & communionem habeant de omnibus bonis, quæ ullo modo fiunt, vel in orationibus, vel in eleemosynis, non solùm apud nos; sed etiam in cunctis locis, quæ nostri juris esse videntur. Pro his omnibus quamdiu sunt in hac temporali vita specialiter cantatur per singulas horas Psal. 68. & ea Collecta:* Prætende, Domine, famulis, &c. *Quoties ad majorem vel ad matutinalem Missam dicitur, prœ eis apponitur. Postquam autem obierint, Defunctorum ea Collecta:* Omnipotens sempiterne Deus, *cui, quando non est in ordine Collectarum prima, illis propriè deputata est, & similiter illa Matut. Laudes pro Defunctis, quæ post quamlibet diem 12. lectionum solennem in sequenti nocte absque officio cantantur. Præterea quatuor vices in anno, id est, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Natale SS. Apostolorum Petri & Pauli, post festivitatem O. SS. in quibus specialem commemorationem facimus cum officio, cum Missa, cum septenario, & tricenario, & præbenda eodem modo, quo solet agi pro quolicet absente, qui obierit in aliqua cellarum nostrarum. Quod cùm satis manifestè relatum sit in superioribus,* (cap. 30. 31.) *non est opus secundò referre. Et hoc est quod superadditur, quod 12. pauperes reficiuntur: hoc minus agitur, quòd non a singulis Sacerdotibus Missa cantatur.*

His addere placet formulam admissionis in ejusmodi societates ex Chartul. Campan. Bibl. Thuan. fol. 299. *Illustri Comitissæ Campaniæ carissimæ Dominæ nostræ frater A. Prior Cluniacensis & ejusdem loci Conventus æternam in Domino salutem. Cùm ergo Cluniacensem Ecclesiam dilectionis plurimùm innatam vobis pietatem evidenter habere cognoverimus, vobis vices, quas possumus in hoc referre volumus & tenemur. Inde est, quòd in recompensatione devotionis vestræ vos in sororem Cluniacensis Ordinis recepimus, facientes participem & consortem omnium beneficiorum, quæ de cætero fient in Ecclesia Cluniacensi, & in omnibus membris ejus sive pro vivis sive pro defunctis agantur. Concedimus etiam vobis, quod cum de transitu vestro Cluniacensi Ecclesiæ per præsentes litteras innotuerit, pro vobis in Ecclesia Cluniacensi solemne officium cum Missis & aliis beneficiis fiet, sicut si in aliquo Monasteriorum nostrorum cum sororibus nostris contingeret obiisse. Tricenarium etiam fiet in Conventu nostro pro vobis, & nomen vestrum scribetur in brevibus, quæ per domos congregationis nostræ ex consuetudine transmittuntur, ut ubique in locis nostris pro vobis fiat officium, & consueta beneficia persolvantur. Insuper scribetur in Catalogo defunctorum nomen vestrum in Regula in die anniversarii vestri singulis annis perpetuò recitandum, ut pro vobis fiat officium, & anima vestra absolutionem & debita beneficia consequatur. Rogamus autem dilectionem vestram & monemus in Domino, ut interim, dum in hac luce fueritis, in qua per donum gratiæ Dei longo tempore vos esse cupimus & oramus, Ecclesiam Cluniacensem & omnia loca ad eam pertinentia, & fratres totius Congregationis, sicut soror Cluniacensis Ordinis affectuose diligere, & eorum negotia, cùm vobis occurrerint, curetis secundùm Deum liberaliter promovere. Actum anno Dom.* 1205. *mense Maio.* Vide aliam fraternitatum formulam apud Ughellum to. 9. p. 469. His addo, quod habet Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Ego Arbertus Miles, filius Wilbodi, & uxor mea nomine Ax, & filius meus Petrus, accepimus societatem corporis & animæ in Monasterio sancti Andreæ intra mœnia Viennæ urbis posito, sub præsentia Abbatis Uberti, & ut partem habere possimus in sacris & in omnibus benefactis, quæ fiunt in Monasterio, & in omnibus membris ejus, & ut inter socios sanctæ Congregationis numerari possimus, donamus prædicto Monasterio & habitatoribus ejus unam vineam nostræ hæreditatis, sitam in pago Grattianopolitano, &c.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 45. *Et ipsi Monachi dederunt ei societatem Monasterii, ut si ipse Presbyter voluerit venire ad habitum S. Benedicti, pro hac re & pro aliis beneficiis recipiant eum.*

Fraternitas, Fratriagium, Frareschia, dicitur Pars hæreditatis, quæ ad fratres primogeniti pervenit, ita ut quod ex bonis paternis ii possident, dicantur possidere ratione *fratriagii*, eoque ipso à fratre primogenito in clientelam id teneant, eique hominium faciant: ille verò tam pro bonis, quæ ratione primogenituræ ipsi obvenerunt, quàm pro iis, quæ ab universis bonis paternis aut maternis per *fratriagium* decisa sunt, fratribusque postnatis obvenerunt, domino capitali hominium exhibeat. Ea est enim fratriagii natura, ut ex Bractono constat lib. 2. de Acquirendo rerum dominio cap. 35. §. 1. & Fleta lib. 3. c. 16. §. 6. 7. Hinc intelligendus Nangius in S. Ludovico an. 1256. ubi ait, *terram de Bovis & de Gornaio à terra de Couciaco per Fraternitatis partitionem fuisse decisam*: quia nempe prædia ista primitus fuerant Domini Codiciaci, à quo ad filios secundogenitos pervenere, qui ob ea fratri primogenito Domino Codiciaci hominium præstiterunt, ratione *fraternitatis*, quam *Fraragium* vocat Arestum an. 1260. in 1.° Reg. Parl. f. 113. & aliud an. 1269. apud Chopinum lib. 2. de Dom. tit. 4. §. 8. *Frareschiam*, vetus Charta à nobis laudata in ea, quam de hac re ad Joinvillam instituimus Disser-

Dissertatione, quæ est tertia: denique *Fratriagium*, Arestum an. 1317. Franci nostri vulgò *Frerage*, & *Freresche* vocant ejusmodi partitiones bonorum paternorum, unde *Frerager*, & *Frerescher*, pro partiri inter fratres; & *Frarescheurs*, pro cohæredibus passim usurpant Consuetudines municipales, Andegavensis, Cenomanensis, Pictavensis, & Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 130. 138. In Libertatibus villæ *de la Perouse* an. 1260. apud Thomasserium p. 100. & 101. vox *Fraresche* pro quibusvis bonis, vel potiùs pro *Escaeta* usurpatur. Charta Guillelmi de Veteri Ponte Militis an. 1265. *Nomine cambiationis seu permutationis concessimus Roberto de Veteri Ponte Militi Domino Curvavillæ fratri meo — quidquid juris habebamus in villa Curvavillæ ratione fraragii, in hominibus, in festagio, in baulis, in justitia, & inviaria, &c.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 28. *In istius campis supranominatis totam fraternitatem suam, quæ illi ex hæreditario jure debebatur, supradicto loco concessit.* *Portio fraterna* dicitur in Arestis S. Martini hiem. an. 1263. fol. 130. 1. Reg. Vide Probat. Hist. Monmorenciacæ p. 134. & Thomasserium in Consuet localib. Bituric. c. 36.

Fraternitas, Titulus honorarius, quo utebantur Reges, cùm ad alios Reges scribebant: fratres enim se se vulgò appellant, uti docuimus ad Alexiadem p. 274. Luithprandus in Legat. *Sed & optimam amicitiæ arrhabonam fraternitati tuæ nunc Dominus contulit.* Ἀδελφότης, hac notione apud Menandrum Protector. Sæpe etiam ipsi Episcopi ac cæteri è Clero. Occurrit passim.

FRATERNUS, *Filius Fratris*, in Gloss. Arabico-Lat. Isid. & Pith, sed legendum videtur *Fratruus*.

FRATRICELLI, qui & *Fratres de paupere vita*, *Bizochi*, & *Beguini*, interdum nominantur. Minoritarum secta, qui pura & candida S. Francisci Instituta sectari se jactabant, & à Cælestino V. Pontifice auctoramentum sectæ se accepisse contendebant, cujus auctor fuit Henricus Ceva, damnata non semel à Bonifacio VIII. & Joanne XXII. De hac consule Magn. Chr. Belg. an. 1299. Odoricum Raynald. an. 1297. num. 55. 56. 1317. n. 56. 57. 1318. n. 45. 51. 1321. n. 18. 19. 1322. n. 53. 1331. n. 4. 1334. n. 18. & Waddingum an. 1317. num. 24. & seq. an. 1318. n. 21. 1322. n. 66. 1368. n. 4. an. 1373. n. 1. & seqq. 1430. num 30. Vide *Bizochi*.

FRATREIA, Societas, ex Gr. φρατρία, *Confrerie*. In Synodo Rotomag. ann. 1189. c. 25. *frateria* scribitur in nupera Conciliorum Rotomag. Ecclesiæ Editione, ubi ita describitur: *Sunt quidam tam Clerici quàm laici hujusmodi societatem ineuntes, ut de cætero in quibuslibet causis vel negotiis mutuum sibi præstent auxilium, certam in eos pœnam statuentes, qui contra hujusmodi veniunt constitutionem. Et quoniam ejusmodi societates seu fraterias, &c.* *Frairies*, in Consuet. Turon. art. 103, 142. Cenoman. art. 41. Senonensi art. 5. 23. Altisiod. art. 6. 10. 48. Turon. art. 103. 142. &c.

Fratria. Gundemarus Rex Gothorum in Hispania in Decreto, quod extat in Concilio Toletano: *Ita ut quidam Episcoporum Carthaginensium provinciæ non revereantur contra canonicæ auctoritatis sententiam passim ac liberè contra Metropolitanæ Ecclesiæ potestatem, per quasdam fratrias & conspirationes inexploratæ vitæ omnes Episcopali officio provehi, &c.* Joan. Sariberiensis Epist. 186. p. 330. *Quia ergo Archiepiscopus semel iniquam fratriam reportaverat, & videbat ex malitia persecutoris & debilitate judicis imminere nequiorem, declinavit judicium, &c.* Ubi *Fratria* videtur sumi pro sententia, nescio unde deducta notione? nam φρατρία nihil ejusmodi sonat apud Græcos.

Fratria, *Fratris uxor*, in Gloss. antiq. MSS.

FRATRIAGEUM. Vide *Fraternitas*.

FRATRISSA, *Fratris uxor*. Isidoro lib. 9. c. 8. Papias addit, *fratruelissa vocatur*. Gloss. Sax. Ælfrici: *Fratrissa*: bꞃoðoꞃ ƿiꝼ. i. fratris uxor.

FRATRUELES, Duorum fratrum filii, in Gloss. Lat. Gall. Isidorus lib. 9. cap. 6. & Palæmo in Glossis: *Fratruelis, matertera filius*. Ethelwerdus lib. 4. c. 3. *Successit fratruelis ejus in regnum.* Adde Florent. Wigorn. pag. 605. 629. Cujacium lib. 6. Obser. c. 17. & Reinhartum Robigium lib. 7. Robigal. c. 7.

FRATRUUS, Ex fratre nepos, fratris filius. Apud Florent. Wigorn. p. 604.

FRAUSTUM, vel *Frausta terra*, Vastum, incultus & eremus ager, *Terre en gast*. Tabularium Abb. Belliloci in Lemovicib. Ch. 24. *Cum vineis, pratis, omnibus indominicatis, seu & aliis mansis cum fraustis.* Ch. 178. *Dimitto fraustos meos de Fonte Asinario S. Petro.* *Terra frausta*, in Charta Guillelmi I. Comitis Inculismensis pro fundat. Abbat. S. Amantii, in Tabulario ejusd. Monasterii: *Terras & vineas, & in alia villa sex, terra frausta & borderia, Humberti Noca, in ipsa villa, terra, & silva, &c.*

Frosta terra, eadem notione, in Tabulario S. Cypriani Pictav. fol. 81. *Guido Pictavensium Comes requirebat apud Exsoletiam talem consuetudinem in terra, quæ populariter Frosta vocatur, qualem in illa, quæ frosta non erat, — judicatum est ergo & definitum ab Adelberto Comite Marchiæ — terram, quæ in frostum redacta jam esset, liberam debere reverti, & quietam, in dominium Sancti, cujus proprii juris esse dignoscitur.* Tabular. Absiense: *Quendam campum terræ frostæ, &c.* Et fol. 71. *Et omnes alias consuetudines, quas habebat in terris, quæ circum frostos sunt.* Alio loco: *Omnes terras, quas ei pater suus dederat & concesserat circa frostos.*

Frusca terra. Monasticum Anglic. to. 2. p. 327. *Fundata fuit Ecclesiola in situ seu fundo — continente 40. acras terræ fruscæ, pasturæ, &c.* Mox: *Quas quidem 40. acras --- sine aliquo sæculari servitio, sine decimis alicui Ecclesiæ solvendis seu subjectione, quia manes erant & vacuæ -- donavit.* Nescio, an eadem notione

Frustum accipi debeat in Charta Willelmi Ducis Aquitaniæ an. 969. apud Besliun p. 284.: *Deprecatus est me, ut aliquid ex fraterno frusto, quod est ex ratione B. Hilarii pertinens, ex curte Cujon --- cuidam Mainardo --- sub censu 3. solidorum concederemus.* At in Charta anni 1129. apud Locrium in Chronico Belgico, *Frustum terræ* videtur dici, quomodo vulgò usurpamus: *un morceau de terre*.

Quod verò *Fraustum*, & *Frostum*, hîc dicitur, *Frocus* videtur vocari in Charta Ludovici Regis Franc. anni 1107. quæ habetur apud Loisellum in Hist. Bellovacensi p. 265. *Frocos etiam, quos Dominus Fulco Episcopus dederat Canonicis, & Garinus invadendo eis injustè abstulerat, Ecclesiæ & ipsis reddidi.*

Froccus, in veteri Charta in Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. p. 89. *Quam* (partem terræ) --- *calumniabant, atque in ea brandonem posuerant; frocum enim esse dicebant.* Quippe *Froc de la ville* appellat Charta an 1310. pro Comitatu Pontivensi in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 249. agrum incultum, qui urbi vel ædibus adjacet, quomodo *Fros*, vel *Froc*, occurrit in Consuetud. Ambianensi art. 184. S. Audomari art. 13. Tervannensi art. 6. Atrebatensi art. 5. Pontivensi art. 104. Tabular. Episcopat. Ambian. an. 1282. fol. 36. *Item ordinatum est super frocis & locis omnibus, de quibus controversia erat, &c.* *Frou*, in Consuet. Aurelian. art. 169. *Froux, ou Friche*, in Consuet. *de Menetou* art. 10. Tabular. Fossatense an. 1043. f. 151. *Si autem cultor arpenni defuerit, & ar-*

& arpennus in frou beati Petri redierit, tutor in eo nihil capiet, usque quo cultor redeat, & arpennum à ministro Abbatis recipiat. Fraux & pasturages, in Consuetud. Arvernensi cap. 28. art. 6. Neque alia, opinor, notione vocem *Flos* usurpat Guillelmus *Guiart* in Philippo Audace Rege Franc.

François errent tant qu' il viennent
Et flos qui à lui appartiennent.

Porrò à voce *Fros*, deducta alia *Frosser*, in Consuetudine Montensi cap. 53. pro in *Fraustis* ædi attinentibus ædificare.

Ex his emendanda Charta an. 1205. post Ordericum Vitalem p. 1060. *Item diximus per sacramentum, quod non vidimus — quòd aliquis redderet decimas de feriis, aut de genestis, aut de foscis, ubi priùs fuerant demosmatæ.* Legendum enim puto *froscus*, id est, locis incultis, eremis. Sed quid *demosmatæ* vox sonet? fateor mihi ignotum, nisi legendum sit *domus dirutæ*. Vide *Friscus*.

FREA, Quæ sub alterius tutela seu *mundio*, vel dominio est, Papias: *Frea, i. mundoalda.* Isid. in Gloss. *Frea, vel mundiana à de parente suo relicta.* Jo. de Janua, *Frea: potestas, vel mundia, a parente suo relicta, & dicitur à fremo: hoc mundium dicitur dominium.* Lex Longobard. l. 2. tit. 2. §. 4. *Si quis fream alienam sine voluntate mundoaldi* (i. tutoris) *ejus movere de casa, ubi ipsa habitat, præsumpserit, &c.* Adde tit. 11. §. 4. & Leges Luithprandi Regis tit. 93. ubi Boërius: *Frea est mulier, quæ est in mundio Regis vel alterius.* Anglo-Saxonibus, Ƿrea, est dominus, herus: ex quo Ƿreolæta, libertus. Vide Loccenium lib. 1. Antiq. Suecic. c. 3. & Joan. Stiernhookum de Jure Sueonum antiquo pag. 394.

Frea, Saxonum Dea, uxor Vodani, qui & ab iis pro Deo cultus est, de qua Paulus Warnefridus de Gestis Longob. lib. 1. c. 8. Matthæus Westmonaster. Willelm. Malmesbur. p. 9. Saxo Grammat. lib. 1. & 5. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 513. Godefridus Viterb. qui *Feriam* vocat, & Galfridus Monemuthensis lib. 3. c. 1. Vide Wormium in Fastis Danicis l. 1. c. 15. in Monumentis Danicis lib. 1. c. 4. & Cluverium lib. 1. Germ. antiq. c. 27.

FRECIA. Papias, de coloribus nativis: *Ut sinopis, rubrica, paretonium, melinum, frecia, auripigmentum, &c.* Nescio, an huc pertineat Charta Dagoberti Regis Fr. apud Doubletum p. 670.? *Et quicquid de freciis, aut de reliquis exinde fiscus augmentare potuerat, ad ipsos pauperes proficiat in augmentis.*

FRECINNANT *aves, Cantant.* Papias.

FRECTA, *Frectatus, Frictatus.* Inventarium ornamentorum Ecclesiæ Eboracensis an. 1530. in Monastico Angl. to. 3. p. 109. *Una mitra frictata cum argento & reband. — Item Mitra de albo serico cum riband de auro.* Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londonens. an. 1295. ibid. p. 314. *Item sandalia cum caligis brendatis & frectatis, de armis palatis & undatis.* Rursum p. 317. *Cum nodulis frectatis in extremitatibus de filo auri & argenti.* Pag. 321. *Capsa operta sameto rubeo, cum frectis & scutis brendatis, præterquam in tergo, &c.* Pag. 326. *Unus pannus de viridi campo, cum rosulis inter frecturas, &c.* Infrà: *Inter frecturas aureas, &c.* Pag. 331. *Cum casula de panno inaurato super serico, cum avibus aureis in fretta, lineata panno de Ailesham rubeo.*

Fretes nostri sagittæ speciem vocabant. Regestum Ludovici Ducis Andegavensis Regis Siciliæ fol. 61. in Camera Comput. Pariliens. *La terre de Hotere doit tous les ans de service deux arcs, deux fretes ferrees & deux bousons, deux gelines, & un chapel de roses.* Hinc *Freté* Heraldi nostri in armorum insignibus, ejusmodi sagittas cancellatim positas videntur appellasse. *Le Roman de Garin:*

Tante hante freté, & tant escu croisi,
Et tant vassal contre terre flati.

i. videre erat tot hastas cancellatim, & scuta in Crucis formam humi jacere. Proinde fortè *Frectatus* idem erit ac *Freté*.

FREDA, Ornamentum vel umbraculum, quod feretris & capsis Sanctorum superponebatur. Monachus Altisiod. an. 840. *Hic Sanctorum Martyrum Alexandri & Crisanti pignora ab urbe Roma detulit, quæ in prædicta Ecclesia recondidit, fredamque cum cancellis benigno studio exornavit.* Gesta Consulum Andegav. cap. 3. nu. 26. *Fecit præterea intus* (altare) *aliam absidam ex oricalco, cupro, & stanno fusilem — ubi & hanc absidam electrinam posuit, secundamque fredam desuper auro optimo & lapidibus pretiosis ornatam, &c.* Hist. Episcopor. Autisiod. c. 20. *Fredam verò quæ sacratissimo Corpori est superposita, Rex auro argentoque mirifice decoravit.* Hericus Monach. de Miracul. S. Germani Autisiod. c. 27. *Post genitricis excessum, super adorandam beatissimi Germani memoriam — regalibus expensis fredam composuit, quæ auro argentoque elegantissime decorata, in nostram quoque duravit ætatem.* Vide *Fredum*.

FREDIANI, cum Dendrophoris & aliis, qui gentilitiæ superstitioni operam dabant, recensentur in l. 20. Cod. Th. de Paganis, ubi Jac. Gothofredus conjecturas suas proponit, quas expendere cuivis licet.

FREDLESS. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scanicar. c. 6. *Obtineat, ut à Juridicis talis sententia proferatur, ut & à reo Rex tres marcas accipiat, & actor non solum æstimationem*; (rei furatæ) *sed duplum pariter æstimationis, & ut ipse reus Communis pacis expers ab omnibus habeatur, quam lingua patria* Fredleil *appellat.* Ex *fred*, vel *frid*, pax, & *Less*, dimittere, unde nostris *Laisser*.

FREDUM, *Freda, Fredus, Fridus*, Mulcta, compositio, qua fisco exsoluta, reus pacem à Principe consequitur, vel ob violatam pacem publicam indicta, uti vult Vadianus. Nam *frid*, Germanis idem valet quod *pax*. Kero Monachus: *Pacem, Friden.* Conradus Usperg. an. 1152. de Friderico I. Imp. *Cùm ex nominis sui interpretatione Pacis dives vocaretur.* Idem an. 1187. *Quas litteras Alemanni usque in præsens Fridebrief, id est, litteras pacis vocant.* Papias: *Freda, id est, bannum.* Quo loco *bannum* est etiam mulcta, compositio. Charta C. M. apud Meurissium in Episcopis Metensib. p. 185. *Et ubi fredum ipsi Agentes, aut reliqui homines memoratæ Ecclesiæ acciperent, freda ad ipsa loca Sanctorum deberent Christo præsule proficere in augmentum.* Alia Ottonis Imp. apud Baldricum in Chronico Camerac. lib. 1. c. 72. *Aut mallum tenendi, bannum vel freda exigendi, &c.*

Fredum fisco persolutum docent Lex Aleman. tit. 3. §. 3. tit. 4. Lex Bajwar. tit. 6. §. 3. tit. 10. §. 4. Lex Frision. tit. 16. Capitularia Caroli M. lib. 3. c. 30. lib. 5. c. 185. Additio 4. Ludov. c. 83. &c. Gregorius Turon. de Mirac. S. Martini c. 26. & ex eo Flodoardus lib. 4. Hist. Rem. c. 50. *Affirmavit compositionem fisco debitam, quam illi Fredum vocant, à se fuisse reis indultam.*

Interdum tamen freda fisco non exsolvebantur; sed judicibus ipsis, ut est in Lege Salica tit. 52. §. 4. tit. 55. §. 2. in Decreto Chlotarii §. 12. &c.

Neque etiam fuit *Fredum* solida compositio à reo exsoluta; sed tantùm pars tertia, quæ fisco aut judici exsolvebatur. Lex Rip. c. ult. *Fredum autem non illi judici tribuat, qui culpam commisit; sed illi, qui solutionem recipit. Tertiam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilisque permaneat.* Quæ verba ultima evincunt *Fredum* datum pro habenda *pace*. Capitul. Caroli M. lib. 4. c. 14. *Triplo componatur,* dua

duæ partes eidem Presbytero, tertia pro fredo ad Ecclesiam, &c. Adde Capitulare 3. ann. 813. cap. 2. 3. 4. Decretionem Chlotarii II. Regis cap. 9. &c.

Freda de quibuslibet causis, in Ecclesiarum possessionibus exigere vetantur judices, in privilegiis & immunitatibus à Principibus iis indultis: ita ut quod ex his fiscus sperare potuerit, in Ecclesiarum usus, in luminaria locorum Sanctorum, vel in stipendia Sanctorum Dei convertatur. Quæ verba passim habentur in veteribus Chartis apud Marculfum lib. 1. form. 2. 3. & Beslium in Comitib. Pictavens. p. 155. 165. Sanjulian. in Hist. Burgund. p. 212. 274. Doubletum, & alios, Baldricum in Chron. Camerac. l. 1. c. 47. 62. 72. 76. 106. &c.

Fredum pro quavis exactione videtur interdum usurpari in aliquot Chartis, apud Duchesnium in Hist. Monmorenc. pag. 20. 22. Hemeræum de Academ. Paris. pag. 33. Beslium in Episc. Pictav. pag. 35. &c.

Ab hac voce ortum habet, quæ passim est in usu apud Practicos, *Frez, Frez des procez*, pro litium ac causarum sumptibus & impensis. Aresta an. 1284. in Regesto Parlamenti fol. 70. *Quod pro solvendis & aquitandis debitis & fredis villæ suæ possent talliare, &c.*

Fridus, in Lege Salica Edit. Heroldi tit. 53. §. 2. Capitul. Caroli M. de Partib. Saxoniæ c. 15. *Undecunque census aliquid ad fiscum pervenerit, sive in frido, sive in qualicunque banno.*

Fredus, in Lege Salica tit. 26. §. 9. tit. 55. §. 2. in Decreto Chlotarii §. 12. in Lege Ripuar. tit. 46. §. 1. in Legib. Henrici I. cap. 90. &c.

Freda, apud Papiam, & in Lege Anglior. tit. 7. §. 5. in Lege Frision. tit. 16. 17. tit. 22. §. 81. in Charta Caroli Calvi apud Camusatum in Antiq. Tricass. pag. 84. &c.

FREDUS, *Marrubium*, Papiæ.

Fredus. Lex Aleman. tit. 106. Edit. Heroldi, (nam hic titulus deest in Lindenbrogiana,) *De eo, qui in fredo infantes læserit: Si quis alterius infantem de medio fredus læserit*, (læserit,) *sol. 3. componat.* Vide *Fredum.*

FREMENEFEDA, in Monastico Angl. tom. 2. p. 256. Vide *Flemenesfrith.*

FREMITICUS, in Notis Tyronis p. 180. idem, qui *Frigoreticus: Epifora. Fremos. Fremiticus. Cardiacus, &c.* Ubi *fremus* videtur esse *horror febris*. Vide *Frigoreticus.*

FRENDLESMANNI, appellabantur olim ab Anglis, qui postea *Utlaughe*, seu *utlegati*, vel *exleges*, id est, proscripti exules, in Legibus forestarum Canuti Regis cap. 24. & apud Bractonum lib. 3. tr. 2. c. 13. §. 1.

FRENDWYTE, in Fleta lib. 1. c. 47. § 15. significat *acquietantiam prioris prisæ ratione solennitatis convivii.* Vide *Forfeng.*

FRENELLATUS. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 23. *Necessarium est, — quòd dictæ galeæ sint tali modo & maneriæ sint frenellatæ, quòd dum adversus hostes processerint pugnaturæ, de facili stringant se invicem & conjungant.* Adde cap. seq. Vox formata à *Frænum*, & *Frænare*, unde *frenella* Italis, ferrum, quod equi os stringit, lupatum.

FRENOSUM. Alcuinus Poëm. 199.

Eas idcircò reor comprendere plectra Maronis,
Carminibusque sacris naves implere frenosum.

Locus malè sanus.

FRENISCUL, *Ulcera circa rictum oris, similia, quæ sunt jumentis asperitate frenorum.* Isidor. lib. 4. c. 8.

FREOBORGES. Vide *Friborgum.*

FREPATÆ *vestes*, Gallis, *Habits trouëz, decoupez, frippez*, unde vocabulum. Gaufridus Voliensis part. 1. cap. 74. *Repertæ sunt pretiosæ ac variæ vestes, — quas quidam in sphærulis & lingulis minutissimè frepantes, picti diaboli formam assumunt.* Trepatas vestes habet Jacobus I. Rex Aragonum in Constitutionibus Catalaniæ MSS. *Item statuimus, quòd nos, nec aliquis subditus noster, non portet vestes incisas, listatas, vel trepatas*, fortè quasi *terebratas, perforatas.*

Nescio, an inde petendum sit vocis *Fripiers*, apud nos etymon? pro vestium interpolatoribus, ita ut ii fuerint, qui vestes detritas, *frepatas*, & laceras venum exponebant: vel potiùs à *ferpe*, & *ferperie*, licèt horum vocabulorum notio non omninò mihi comperta sit. In veteribus Statutis pro *peagiis* Parisiensis civitatis, titulus habetur inscriptus *Ferperie.* Deinde sequuntur hæc verba: *Convertouers de vair, 6. den. Mantel fourré de vair, 4. den. chascune penne vaire, 3. den. Item tous garnemens fourrez de vair, &c.* Ibi tamen *la Ferperie* distinguitur à *la Pelleterie.* Vocis verò *Ferpe* meminit Guill. *Guiart* ann. 1304.

Fust tout l'ost du Roi atournez,
Sus biaus garnemens & sus ferpes,
Ca & la de blanches escherpes.

FREQUENTANEUS. Vita S. Deicoli Abb. n. 38. *Vermes quippe ita sibi à vertice usque ad talos ebulliebant, ut frequentanei ejus maximum inde putorem tolerarent.* Galli dicimus, *Ceux, qui le frequentent.*

FREQUENTARE, pro *narrare*, seu τὸ χῶς dicere, iterare, dixi. Vopiscus *Quod memoria tenet publica, & fides historica frequentavit.* Item: *Ergò Thersitem & nos bene scimus, & posteri frequentabunt.* Spartianus in Æliano Vero: *Jam illa frequentantur à nonnullis, quòd & accubationes ac mensas de rosis ac liliis fecerit.* Adde l. 1. C. Th. de Judiciis.

FREQUENTIDICUS, *Mathematicus, Divinus*, in Glossis MSS. Reg. Cod. 1013.

FRESCUS. Vide *Friscus.*

FRESIA. Vetus Charta apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Flandr. c. 25. *Et unum hominem de ipsa familia, Rogerum nomine, ut in illo loco, in quo illum constitui, deservire liceat, & illam fresiam, Heigardam nomine, ubi nunc hospitatur, permanere liceat.*

FRESTRA, *Fenestra*, Papiæ.

FRESUM. Lex Angliorum tit. 5. §. 20. *Qui harpatorem — percusserit, componat illum quarta parte majori compositione, quam alteri ejusdem conditionis. Aurifices similiter. Feminas fresum facientes similiter.* Ubi videntur ea esse, quæ cannabem in aqua madefactam macerant, subigunt, confringunt: est enim *fresus, fractum, divisum, molutum, à frendeo*, ut habet Papias. Vide Varronem lib. 2. cap. 4. Isidorum, &c.

FRETALE, Vas coquinarium, frictorium, sartago, *Frixorium.* Apitius lib. 7. c. 5. *Assatura in colari elixatur, & infunditur in fretali piper, condimentum, vel liquamen, &c.*

FRETUM, Rivulus, canalis, *Bras d'eau.* Charta S. Bonifacii Archiep. Moguntini apud Browerum lib. 1. Antiq. Fuld. cap. 4. *Et ab ostio ejus sursum, usquequo ipsum flumen dividitur in freta: inde transit inter media freta, quæ nasci videntur de flumine Fulda.*

Fretosus locus, Fretis impeditus, seu rivulis & canalibus. Isidorus Pacensis Episcopus in Chron. æra 769. *Montana Vaceorum dissecans, & fretosa & plana percalcans, trans francorum intus experditat, atque adeò eas penetrando gladio verberat.* Ubi Rodericus Toletan. in Hist. Arab. c. 13. *Fretosa dissecans, & montana præcalcans Rodanum etiam dissulcavit.* Idem Rodericus c. 16. *Et dum per devia & fretosa cursitant.* Quo loco Schottus, *Fruticosa* legendum putat. Vide *Fraustum.*

FREY-

FREYGRAVIUS, Comes liber. Extat Charta Ruperti Imp. qua Salentinum *Freygravium*, seu liberum Comitem in sede Freyheolenor vulgariter nuncupata, sita in dominio *Zuschen* constituit, eumque de dicta sede Freygraviatus investiit an. 1420. Vide *Gogravius*.

FRIA. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ c. 12. §. 1. *Stagna aut molendina, — ubi salmunculi, seu smolts vel friæ cujuscumque generis piscium maris, vel aquæ dulcis ascendunt, vel descendunt.* §. 2. *Ita quod nulla fria piscium impediatur ascendendo.* Apud nos pisces dicuntur *Freer*, qui pisciculos edunt; *Frey*, ipsi pisciculi.

FRIBORGA, *Triborgus, Friborg, Freoborhges. Friborga* est fidejussio libera, ingenua, nostris *francum plegium*, à Saxon. ꝼꞃeo, id est, liber, & boꞃgheꞅ, fidejussor, vas: *Friborgus* verò, fidejussor. Est autem *Friborga* idem quod *Decenna*, seu Collegium vel Societas decem primariorum hominum in unaquaque villa, qui singuli invicem fidejussores erant erga Regem de restaurando damno ab eorum quolibet illato. Fleta l. 1. c. 47. §. 10. *Fricborgh, est laudabilis homo astrarius testimonii, liber vel servus, per quem omnes juxta ipsum commorantes firmiori pace sustententur sub stabilitate fidejussionis ejus vel alterius per denarium numerum: unde quilibet est quasi plegius alterius, ita quòd si unus feloniam fecerit, novem teneantur ipsum ad standum recto præsentare.* Hæc etiam pluribus docent Leges Edwardi Confessoris c. 19. *Præterea est quædam summa & maxima securitas, per quam omnes statu firmissimo sustinentur, videlicet, ut unusquisque stabiliat se sub fidejussionis securitate, quam Angli vocant Freoborhges soli tamen Eboracenses dicunt eandem Tienmannatala quod sonat Latine decem hominum numerum. Hæc securitas hoc modo fiebat, scilicet, quòd de omnibus villis totius regni sub decennali fidejussione debebant esse universi: ita quod si unus ex decem forisfecerit, novem ad rectum eum haberent. Quòd si aufugeret, daretur lege terminus ei 31. dierum: quæsitus interim & inventus, ad justitiam Regis adduceretur, & de suo illicò restauraret damnum, quod fecerat: & si ad hoc forisfaceret, de corpore suo justitia fieret. Sed si infra prædictum terminum inveniri non posset, quia in omni friborgo unus erat capitalis, quem vocabant Friborghesheofod,* i. fidejussorem primarium, *ipse capitalis sumeret duos de melioribus sui friborgi, & de tribus friborgis sibi propinquioribus acciperet de unoquoque capitalem. & duos de melioribus uniuscujusque friborgi, si posset habere, & ita, se duodecimo existente, purgaret se & friborgum suum, si facere posset, de forisfacto & fuga supradicti malefactoris. Quod si facere non posset, ipse cum friborgo suo damnum restauraret de proprio malefactoris, quamdiu duraret, quo deficiente, de suo & friborgi sui perficeret, & erga justitiam emendaret, secundùm quod legaliter eis judicatum fuisset. Tandem verò sacramentum, quod non potuerunt adimplere per tres friborgos sibi viciniores, per se ipsos jurarent, se se nullatenus fore culpabiles, & si quando possent eum recuperare, adducerent ad justitiam, aut justitiæ dicerent, ubi esset.* Istius institutionis causa & origo habentur c. seq. Quomodo verò iis casibus in *friborgum* procederetur, docent Bracton l. 3. tract. 2. qui est de Corona c. 10. Fleta l. 1. c. 27. l. 2. c. 52. Adde Skenæum de Verbor. significat. Vide *Decenna, Decanus friborgi, Plegium francum.*

FRICHBORGH. Vide *Friborgus*.

FRICHIUM. Vide *Friscum*.

FRICO, cui in Monasteriis *fricare* aut tergere quidpiam incumbit. Bernardus Mon. in Consuetudinibus MSS. Cluniacensib. c. 12. de Hospitario: *Præterea habet proprios famulos, unum majorem Cocum, & unum Portarium, & unum Friconem, qui tergit calcaria & ocreas, & portat aquam, & Asinarium, & Asinum, &c.*

FRICTIONES, ex Gallico, *Fricons*, quasi *frigitiones*, ῥῖγη τῦ πυρετοῦ. Gregorius Tur. de Vitis Patrum c. 6. *Ita sospitati est restitutus, ut nec illas, quas vulgò Frictiones vocant, ultra perferret.*

FRIDARIA. Vide *Frigidaria*.

FRIDEGHETA, in Statutis Mediolan. part. 2. cap. 457.

FRIDHBURGUM, *Frigildum, Fridmannus*. Vide in *Frith*.

FRIDSTOLL. Vide *Frithstol*.

FRIDUS. Vide *Fredum*.

FRIGDARIUM, *Receptaculum piscium*, in Glossis MSS.

FRIGDOLÆ. Vide *Crispellæ*.

FRIGDOR. Glossæ antiquæ MSS. *Fricdor, frigus, frigidum.* Gloss. MS. Regium Cod. 1013. *Algor, Frigus, Frigdor.* Alibi: *Frigduit, Alsit. Frigdent, Frigdescunt.* Idem Gloss. *Rigor, rectitudo, severitas, & stupor frigdoris, algidum, frigidum.* Papias: *Frigdor, frigus, frigidum. Frigdent, frigescunt.* Et alibi: *Peripsycis, frigdor.* Ex Gr. περίψυξις. Breviloq. *Frigor, oris, frigus.* Vetus Interpres Moschionis apud Jos. Scalig. Ep. 327. ψυχρότης, *frigdor.* Glossar. Longobard. S. Germani Parisiensis, ex veteri Galeni Interprete: *Vomitus fit ex frigdore & flegmatum abundantia, &c.* Vetus Interpres Alexandri Jatrosoph. lib. 3. Passion. *Cæterarum verò febrium — nihil ex eis signis habent, qualia sunt horrores, tremores, frigdores, rigores.* Octavius Horatian. lib. 2. Rerum Medic. cap. 16. *Item ex calore immenso, vel ardore, ut est causon, — frigdore quoque & singultu.* Idem lib. 4. de resina cum oleo: *Facit autem ad totius corporis frigdorem, & ad ischiam & podagram utilissimè prodest.* Vide *Frigor, Distemperantia.*

FRIGDORÆ & *Occidentanæ*, Toni vel modi musici, à Notkero Balbulo adinventi. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli c. 4. *Fecerat quidem Petrus ibi jubilos ad Sequentias, quas Metenses vocant: Romanus verò Romanè nobis è contra & amœnè de suo jubilos modulaverat, quos quidem pòst Notkerus quibus videmus verbis ligabat. Frigdoræ videlicet & Occidentanæ, quas sic nominabant jubilos, his animatus etiam ipse de suo excogitavit.* Eadem propemodum habet Eckeardus Minimus de Vita Notkeri Balbuli c. 9. Jodocus Mezlerus: *S. Notkerus vocatus Balbulus, Magni Ottonis nepos, natus in Castro Heligow, Abbati Grimaldo oblatus est juvenculus, voce balbulus, — primus adinvenit jubilos seu sequentias modulatas, quas ipse ad distinctionem Metensium appellabat Frigdoræ, aut Occidentanæ, quas & inter sacrosancta mysteria toties Ecclesia repetit.* Sed ex his vim aut Etymon vocabuli vix quis agnoscat. Goldastus ad Eckeardum scribit, *Frigdorarum* originem à Græcis, *Occidentanarum* ab Latinis esse, ipsa nomina fidem facere; *Frigdoramque* appellatam, quòd constiterit ex modis, quos *Phrygium* & *Dorium* vocant Græci. Cætera, quæ ibidem de musica recentiorum commentatur, majorem lucem horum vocabulorum etymis non afferunt. In veteri Cod. Bibliothecæ Cæsareæ, scripto ante annos circiter 700. quo continentur Hymni Ecclesiastici varii, apud Petrum Lambecium l. 2. Commentar. de Bibl. Cæsar. c. 8. hymnus describitur, qui in sancti Paschatis die decantatur, in quo hæc habentur: *In Sctō die Paschæ Frigdola. Laudes Salvatori voce modulemus supplici, & devotis melodiis, &c.* Qua quidem *Frigdolæ* inscriptione innuitur hoc tono Hymnum cani debere: unde cùm Hymno, qui canitur in Natali S. Stephani, *Hypodiaconissa*; in Natali S. Joannis Evangelistæ, *Romana*; denique Hymno de S. Andrea Apostolo, & Hymno de Apostolis, *Aurea*, voces præponantur: prorsus existimo, ita eo ævo appellatos certos musicos tonos ac modos, quibus ii Hymni decantari deberent.

FRIGGEDO, Frigus. Vetus Interpres Alexandri Jatro-

Jatrosophistæ l.2. Passionum: *Membrana calefacta & temperata frigedine.*

FRIGIDARE, Frigefacere, *Refroidir.* *Frigidare ardorem tentationum,* in Vita S. Isidori Episcopi Hispal. n.18.

FRIGIDARIA, *Fridaria*, voces Mathematicorum. Joannes Hispalensis in Astrolog. *Volens ergò scire, de cujus frigidaria sit quisque annus, demus annis Christi 15. annos: reliquum dividas per 75. quod remanet à divisione, dividas per planetas, à sole incipiens, & in cujus annis inveneris, ipse est dominus.* Ita *fridaria* passim alibi scribitur.

FRIGIDARIUM, ψυχροφόρον. Gloss. Gr. Lat. Ψυχροφύγιον, in Lat. Gr. Vide *Frigdarium.*

FRIGISCI equi, quos *Chevaux de Frise* dicimus, *velocitate & continuatione cursus invicti,* apud Vegetium l.4. Art. veterin. c.6.

FRIGITUDO, Frigida complexio. Constantinus Afric. lib. de Stomachi affect. c.5. *Frigitudo verò membra exprimit.*

FRIGIUM. Vide *Phrygium.*

FRIGOR, *Frigus.* Ugutio, & ex eo Joannes de Janua: *Frigores, febres, quæ faciunt homines frigere.* Gloss. Lat. Gall. *Frigores, froidures de fievres.* Gloss. Lat. MS. Reg. *Frigor, Timor, vel Algor, Frigus.* Poëta infimi sæculi MS. ex Bibl. Thuana:

Est febris frigor, hiemis quoque mach .... frigus
A frigo, frigis, seu frigeo, dicis utrumque.

Vita S. Romani Presbyteri MS. *Pariter qui frigoribus torquebantur, à dæmonibus obsessi, &c.* Vita S. Eparchii, apud Labbeum: *Febricitantes typo frigoris, quartanis videlicet & quotidianis febribus afflicti. Typus frigoris,* in Vita S. Severini Abb. Agaunensis n.3. Messianus in Vita S. Cæsarii: *Quidam jam totus frigore quartanæ febris incurrit, atque tremebundus ambulat.* Mox: *Da mihi de pannis S. Cæsarii, propter frigora, quia multos juvant, &c.* Rursum: *Ego hodiè febrim patior, & jam totus tremo.* Vide Fortunatum in Vita S. Germani Paris. c.20. eundem in Vita S. Paterni c.3. & in Vita S. Radegundis c.2c. Acta Elevationis S. Agricolæ n.4. Faustum in Vita S. Severini Abbat. Agaun. c.1. Herardum Turon. in Capitul. c.3. &c.

Frigus febrium, eadem notione, apud Gregor. Turon. l.4. de Vita S. Martini c.21. *Frigora*, eidem de Gloria Confess. c.24.85. & in Vita S. Vodali Benedicti n.15. *Febrium frigora*, in Vita S. Genofevæ n.37. *Rigores frigorum*, apud Julium Africanum lib. 5. Hist. Apostol. *Frigora & febrium typi*, apud Apulejum lib. de Herbis c.102.

Frigoritio, Gregorio Turon. de Glor. Confess. c.21.

Frigoratio, eidem in Vitis Patr. c.8. nisi legendum sit *frigoritio*.

Frigoreticus morbus, pro ipsa febre, apud Hepidannum in Vita S. Wiboradæ lib.1. c.27.

Frigoretici, ipsi febricitantes, apud Gregor. Turon. lib.1. de Miracul. c.6.73.101. lib.2. c.44.49. de Gloria Confess. c.15.16.21.25. lib.1. de Mirac. S. Mart. c.34.38. &c. de Vitis Patr. c.8. &c. lib.5. Hist. c.10. Frodoardum in Hist. Eccl. Rem. lib.2. c.14. lib.4. c.44. Baldricum in Chron. Camerac. lib.1. c.55. in Chron. Lobiensi pag. 591. in Translat. Reliq. S. Rigoberti Archiep. Rem. n.5. in Actis Elevat. S. Agricolæ n.4. &c.

Petrus-Maria Campus in Vita B. Conradi Eremitæ c.8. scribit, etiamnum à Siculis quartanam febrim *frigoris* vocabulo appellari. Est autem his locis *frigor* idem, quod Græcis ῥῖγος, *frigus febrium*: unde ipsa febris eodem donatur nomine; τεταρταῖον ῥῖγος, quartana febris, apud Annam Comnenam l.7. p.212. Ἐπιβολὴ ῥίγους, frigoris in febre accessio, & ῥίγη περιοδικά, rigores febrium circuitu redeuntes, apud Medicos; ῥιγιαζόμενοι, *frigoretici*, apud Palladium in Hist. Laus. c.12. *horrorem aut frigus patientes*, apud Alexandrum Jatrosophistam lib.1. Passion. *Accessiones, quæ cum rigore fiunt*, apud eundem l.2. c.77. Celsus l.3. c.3. *Frigus voco, ubi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, ubi totum corpus intremit.* Est autem horror in febribus, uti Galenus lib.2. de Differentiis febrium tradit, inter rigorem & frigus medius, rigore quidem minor, frigore verò major: & tanto quidem major frigore, quanto minor rigore, æqualiter abstitens extremis utrisque, & in medio eorum existens. Vide Notas ad Alexiadem p.339.

FRIGOROSUS, *Plenus frigore*, Jo. de Janua: *Frigorosæ regiones*, apud Anonymum de Re architectonica cap. 2.

FRIGULITUS. Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosoph. *Erpes cancreas, i. granosa desudatio, quam Salernitani Frigulitum dicunt.*

FRILAZIN, Manumissus, libertus, libertinus; ab Anglo-Saxon. Fꝛe, vel Fꝛeoh, liber, & leꞇan, dimittere. Gloss. Theotisc. apud Lindenbrogium: *Libertini, Frilaza.* Lex Bajwar. tit.7. cap.10. *Si cummanumissa, quam Frilazin vocant, & maritum habet, concubuerit, &c.* Lex eadem cap.6. Edit. Heroldi: *De liberis, qui per manum dimissi sunt liberi, quod Frilatz vocant.* Desunt ultima hæc verba in Edit. Lindenbr. Vide Pontanum lib.6. Orig. Francic. c.15. & Cluver. lib.1. Germ. antiq. c.15. & Joan. Gryphiandrum de Weichbildis Saxonic. cap.24.

FRILINGI, Ingenui, liberi, ex Saxon. Fꝛe, liber, & linȝ, progenies. Nithardus lib.4. p.376. *Saxonica gens omnis in tribus ordinibus divisa consistit. Sunt enim inter illos, qui Edhilingi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lazzi illorum linguâ dicuntur: Latinâ verò linguâ hi sunt: Nobiles, Ingenui, Serviles.* Vide Cluverium lib.1. Germ. antiq. c.15.

FRINIGILDUM, Mulcta viri liberi, ex Saxon. Fꝛinan, liber, ingenuus, & Ȝeld, mulcta, pensitatio. Occurrit in Legibus Henrici I. c.76.

FRINTSCHINGUM. Vide *Frisinga.*

FRISANTUS. Historia de Exordio Monasterii S. Joannis de Tarouça in Lusitania: *Dedit illis 70. Morabitinos auri, & ipse Rex dedit 70. frisantos de argento, ut facerent servitialia Ecclesiæ.* An *frisius pannus*, vel moneta argentea?

FRISCINGA, *Friscinka, Friskinga, Frischenga, Frisgunga*, voces in antiquis Chartis, non Alemannicis duntaxat; sed ex Gallicis, admodum frequentes, & Germanicæ originis, licèt de significatione inter Germanos non constet. Goldastus & Lydius *vitulum* exponunt. Vadianus & alii *scrofam adultam*: *Nam & nostri* (inquit) *venatores porcum silvestrem anniculum aut adultum Frischling vocant*: Sic etiam Rheni accolæ, inquit Pithœus. Et certè constat etiamnum apud Occitanos effœtam suem seu porcam *Fraysse* vocitari. Erant igitur Friscingæ non porcelli, (ab his enim distinguuntur l.4. Capitul. Caroli M. cap.73. in Synodo Ticin. an.855. & in Capitulari tertio Ludovici Pii c.10.) sed porcellis majores, nondum tamen justi incrementi; unde pro ætatis & incrementi modo varii erant pretii. In Capitulis Caroli C. tit.5. c.2. *Friscinga* æstimatur 6. denariis, alibi 4. Sic in Alemannicis S. Galli Chartis n.12.42.49.67. *Frischenga tremissa*, & *tremissalis* dicta est, quæ tremisse valeret. Charta 60. *Frisgunga saigit valenti. Tremissis* autem est tertia pars solidi: *saigit*, al. *saga*, quarta pars tremissis, i. denarius unus, ut exponitur in Lege Aleman. tit.6. §.3. Charta Henrici IV. Imp. in Actis Murensis Monast. pag.22. *Unum maltrum de frumento, & unum frintschingum, & unum siclum de vino, &c.* Adde Joan. à Leydis lib.5. cap.26.

Sunt, qui *friscingas* pro pernis accipiunt, unde in veteri Diplomate apud Lindenbrogium, *Friscinge ovinæ*, i. ovi-

i. ovium coxendices: *Vervecinæ* apud Browerum lib. 8. Annal. Trevir. p. 434. 1. Edit. ex veteri prædiatorio jure: *Solvit Friskingam porcinam, aut denarios 4. vervecinam ad Pascha, aut denarios 12*, quo loci *friscingam* carnem assam perperam interpretatur idem Browerus. *Friscingæ vervecinæ & porcinæ*, in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. Sanè *friscingam*, vocem esse Germanicam constat, ex *frisch*, recens & *schincke*, perna. Vide *Scincus*, & *Spalla*. At Wendelinus à voce Flandrica *Verchens*, & diminutivè *Verchochens*, i. porcus adultus, deducit. *Verres seu friskinga*, apud Hincmarum Rem. ad Clerum Laud. *Ne etiam quasi ad receptionem Regis aut Legationum, — denarios, vel caballos, aut verres seu friskingas — accipiat*. Vide Capitulare Tolosanum Caroli C. §. 2.

Accipitur etiam hæc vox pro *friscengagio*, seu friscingæ præstatione dominis fieri solita. Charta an. 1210. in Hist. Guinensi p. 265. *Scilicet unum operarium ter in hebdomada, dum licet operari, dimidiam frescengam, tres bustellos avenæ*. Adde p. 94. Charta Willelmi Aquitan. Ducis apud Beslium p. 357. *Dono consuetudines, — videlicet præposituram & bannum, & ucham, & expallum, & friscingam, & pullos, & anseres, &c.* Alia Ludovici Fr. Reg. an. 1144. apud Labbeum tom. 2. Miscellan. p. 609. *Consuetudines illas, quas habebant in quadam villa S. Dionysii, videlicet talliam de annona, quæ dicitur Mestiva, — porcos sive frescengius, anseres, gallinas, &c.* Alia Guidonis de Capis anni 1206. *Ecclesia D. Petri legavit 60. sol. annui reditus, — videlicet in reditu, qui vocatur Frezanges*.

Friscinga, in Capit. 5. an. 819. c. 29. lib. 4. Capit. c. 73. & alibi passim.

Fruskinga, in Capitul. Wormatiensi an. 829. &c.

Friscingus, in Charta Henrici Imp. an. 1075. pro Monasterio Hirsaugiensi apud Trithemium. *Friskingus* in alia Henrici III. an. 1056. apud Nicol. Zyllesium.

Frescinga, in Charta Caroli M. apud Doubletum pag. 723. & apud Hariulfum de Miracul. S. Richarii cap. 12.

Frescengia, apud Alexandrum III. PP. Epist. 29. ad Petrum Cellensem.

Frescengius, in Charta laudata ann. 1144.

Frescengia, in Epist. 29. Alexandri III. PP. apud Sirmondum.

Fressenga, in Hist. Guinensi p. 94.

Frasingia. Tabular. Brivatense Ch. 240. *Panes 30. frasingias 3. donare faciant*.

Frexingia. Idem Tabul. Ch. 331.

Frintschingus, in Charta laudata Henrici IV. Imp.

Frisginga, apud Joann. à Leydis l. 5. c. 26.

Frisgung, & *Fresgunga*. Tradit. Fuldens. lib. 2. trad. 6. *Et ut mihi per singulos annos unum sagum, aut frisgung, vel aliquid consolationis — detur*. *Frisgunga*, in Charta Alemannica 60. inter Goldastinas.

Frescenna, in Tabulario Dervensi: *Frescenna 2. solidos valebat, aut pro ipsa 2. solidi dabuntur. Porrò terminus frescennarum erit à festo S. Martini, usque ad Natale Domini*.

Frisengagium, & *Frescengagium*, Tributum ex friscingis, atque adeo aliis rebus. Charta fundationis Abbatiæ Omnium SS. Andegav. an. 1049. *In curte S. Dionysii per totam terram Canonicorum perdonat Comes vinagium totum, & frumentagium, & multonagium, frisengagium, & bidannum ad 15. dies*. Alia Odonis Comitis Corbolienis anni 1111. apud Doubletum lib. 3. Hist. Sandionys. pag. 845. & Morinum Hist. Vastinensis lib. 2. p. 457. *Dimisi quasdam consuetudines, quas ibi accipiebant, scilicet frescengagium & Venatores*. Tabularium S. Mariæ *de Josaphat* in Charta Girardi Valeti de Carnoto an. 1102. qua eidem Ecclesiæ concedit *Jura viariæ, & quidquid ad viariam pertinet: Hæc sunt autem, quæ ad viariam pertinebant, 2. bostelli avenæ, obolus pro pastu, pro frescengagio una gallina, sanguis, multrum, latro, & quidquid justè vel injustè exigere potest dominus ab homine sub viaria constituto*. Tabular. S. Albani Andegav. *Reddit duos sextarios de frumentacio unum sextarium de forre, 12. denarios de fresengagio, & 6. denarios de bavagio*. Charta an. 1553. *Item, compete & apartient audit Seigneur* (de Barbezieux) *en ladite Baronie un autre droit appellé le droit de la Fressenge, à cause duquel il a droit de prendre & percevoir par chascun an sur tous & chascuns les manans & habitans demeurans au terroir de Boiscoutau, ayans porceaux ou truies jusques au nombre de trois, les porceaux de lait exceptez, deux sols tournois, & ceux, qui cachent leurs porceaux, pour frauder le dit droit, doivent au dit Seigneur 60. sols d'amende. Consuetudo porcorum* videtur appellari in Charta Guidonis Comitis Pontivi, apud Hariulfum l. 4. c. 22. *Decimæ porcorum*, in Constitut. Chlotar. Regis, post Concil. Paris. II. Vide *Porcellagium* & *Waterpacio*.

Friskinga, videtur reponi inter vehicula, in Capit. Lud. Pii an. 821. c. 2. *Sive carris, sive sagmariis, sive friskingis, sive aliis vehiculis, &c.*

FRISCULUM. Stephanus Tornacensis Ep. 107. de Canonico Regulari, qui ex claustro evaserat: *Et post greges sodalium suorum vagari incipiens ut insipiens, post modicum ad se reversus, soluto frisculo, venit plorans, &c.*

FRISCUM, Ager incultus, eremus, nondum proscissus. Charta an. 1237. in Tabulario Abb. Frigidi montis fol. 68. *Contuli quoque dictæ Ecclesiæ unam minatam frisci contigui pratis ejusdem juxta Curtillum Verreriæ*. Monasticum Anglic. to. 2. p. 56. *Et de communia pasturæ in friscis & dominicis suis, &c.* Charta Goffredi Comitis Andegavensis ann. 1048. pro fundatione Abbatiæ O. SS. Andegav. tom. 4. Galliæ Christ. p. 698. *In Curte S. Dionysii — perdonat Comes viatium totum, & frumentagium, & multos*, (multones) *agnos, friscum, gagium, & bidannum ad 15. dies, &c.* Sed, ut verum fatear, mendum hisce verbis subesse arbitror; quippe in Adversariis meis, ubi hæc Charta habetur, lego: *In curte S. Dionysii per totam terram Canonicorum perdonat Comes vinagium totum, & frumentagium, & multonagium, friscengagium, & bidannum ad 15. dies*.

Frescus. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind pag. 182. *Reddendo inde nobis 2. marcas argenti — pro omni servitio, nisi quod debet auxiliare secundum quantitatem illius terræ intus & extra, tam contra salsam, quam contra frescum, sicut cæteri, & curiam nostram sequi. Vignes en fresche*, in Regesto Ludovici Regis Siciliæ p. 59. *Frisches* apud Escorneum in Durdano p. 76. *Laissier les gaaingnages sept ans en frichete*, in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. c. 161. *Friez & savart*, in Consuetud. Claromont. art. 120. *Frische, savart, ou ruine*, in Remensi art. 264. Statutum Glocestrei se an 6. Edw. I. Regis Angl. cap. 4. *Et celui, qui la terre tient issint charge la lessit giser fresh, &c.* Voces porrò nostris notas, *Frés*, pro recens, novus, *Freschement*, pro recenter. *Eau fresche*, pro aqua recens, ab ejusmodi agris incultis & nondum proscissis, etymon ducere admodum probabile est: unde & *Novalium*, id est, recentium, appellatione etiam donantur.

Frichium, in Charta an. 1289. ex Tabul. Fossatensi fol. 97. *In dictis tribus arpentis terræ seu frichiorum nihil juris sibi retinendo*.

FRISGUNGA. Vide *Friscinga*.

FRISKINGA. Vide *Friscinga*.

FRISIA. In Statutis Canonicorum S. Quintini in Viromanduis, apud Hemeræum: *Carpeia cum frisia*, non semel occurrit: ubi *in carpeia* inesse dicuntur *dimidius porcus, 1. aries, 250. ova cum pipere: in frisia* verò

verò dimidius porcus, 1. aries, 250. ova cum aromatibus. Charta Ottonis Comitis Viromandensis, apud eundem an. 1025. *Quoniam verò eidem Cœnobio subjacebat alia aqua, cum piscatione in frisia ab antiquo, idem vir suam aquam tradere disposuit præfatæ S. Mariæ.*

FRISII *panni*, in Statutis Petri Venerab. pro Cluniacensib. c. 16. *Statutum est, ut nullus fratrum nostrorum pannis, qui dicuntur Galabruni, --- vestiantur, nec iis, qui vocantur Scalfarii, vel Frisii, exceptis Anglis & Angliæ affinibus.* An quòd crispati lanei essent, *Draps frizez:* an verò, quòd ex Frisia adveherentur? Vide Monachum Sangallensem lib. 1. de Carolo M. cap. 36.

FRISOCNE. Vide *Frithsocne*.

FRISUM, Fimbria, lacinia, *Frange*, vox formata ex *Phrygium*. Vide in hac voce. Leo Ost. lib. 2. c. 61. *Tres pannos de altari, unum cum albis, alium cum cruce & friso.* Lib. 3. c. 31. *Albam quoque à scapulis & capite ac manibus friso decentissimè adornatam, à pedibus verò frisea nihilominus lista --- circundatam.* Infrà: *Pannum diarodinum frisatum cum auro.* Cap. 58. *Planetam purpuream cum friso.* Chronicon Trudonense lib. 1. p. 350. *Pallium unum cum friso & margaritis.* Vide Ughellum to. 7. p. 1275.

FRITELLA. Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosophistam: *Crustula, i. fritella quædam in sartagine facta, vel cortex panis.*

FRITORGA, Pacis securitas. Vox. Saxon.

FRITHGEAR, vox Saxon. Somnero: *Pacis annus, Jubilæus*, ex ꝼꞃıð, pax, & ᵹeaꞃ, annus. Leges Presbyterorum Northumbrensium cap. 48. *Si superstitiosus ille conventus, qui Frithgear dicitur, habitus fuerit in terra alicujus circa lapidem, arborem, fontem, &c.* HRABanus Maurus Poëmat. 10. alludens ad nomen Friderici, cui inscriptum est:

Fœdus cum vitiis tandem tua ut ultio scindat,
Et Christi pactum firmet ubique piè.
Nam dedit hoc nomen dudum tibi cura parentum,
Baptismum quando sorte tua tuleras.

FRITHGILDUM, Collegium, Sodalitium, ex Saxon. ꝼꞃıð, pax, & ᵹılꝺan, solvere: quòd qui ejusmodi societates ineunt, collatitiam stipem in commune ad sua negotia conferant. Vide Præfat. ad Leges Adelstani & cap. 14. & suprà in *Congildones*.

FRITHMANNUS. Glossarium Saxon. sub Edw. III. exaratum: *Fridmannus, pacis homo*, ex Saxon. ꝼꞃıð, pax, & man, homo. Qua voce intelliguntur, qui ex aliquo sodalitio sunt, quod ꝼꞃıðᵹılꝺ vocabant. In Legibus Ethelredi de Pace, c. 3. *Frithman, & Frithimannus*, habentur pro Regio subdito, & vassallo.

FRITSALUM, genus panni, apud Andr. Monach. lib. 1. Vitæ Ottonis Episcopi Bamberg. c. 45.

FRITHSOCNE, Tuendæ pacis jurisdictio, à Sax. ꝼꞃıð, pax, & ꞅocne, libertas, *franchesia*, jurisdictio. Jo. Brompton: *Frithsoken, i. tutatio in jurisdictione, hoc est, seurté en defens.* Fletæ lib. 1. c. 47. §. 11. *Frithsokne, vel forsokne, libertatem habendi visum franci plegii* denotat. Sed legendum *frisocne* monet Spelmannus.

FRITHSTOLL, ꝼꞃıðꞅꞇoll, Asylum, Sanctuarium, refugium, ex Saxon. ꝼꞃıð, pax, & ꞅꞇol, sedes, cathedra: ꞅꞇoꝩ, locus. In Chartis immunitatum Ecclesiæ S. Petri Eboracensis, confirmatis anno 5. Henrici VII. exponitur *cathedra quietudinis vel pacis*, ut & apud Ricardum Hagulstadensem de Statu Ecclesiæ Hagulstad. c. 14. *Quòd si aliquis vesano spiritu agitatus diabolico ausu quemquam capere præsumpserit in cathedra lapidea juxta altare, quam Angli vocant Fristoll, id est, Cathedram quietudinis vel pacis, vel etiam ad feretrum sanctarum reliquiarum, quod est post altare, hujus tam flagitiosi sacrilegii emendatio sub nullo judicio erit, &c.* Eadem habentur in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 135. & apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccles. Angl. to. 3. p. 1102.

Erant hujusmodi cathedræ complures in Anglia, præter Eboracensem istam & Hagulstadensem: Beverlaci autem celeberrima, quæ priscorum Regum benignitate, asyli nacta privilegium, tali honestabatur inscriptione: *Hæc sedes lapidea Freedstoll dicitur, i. pacis cathedra, ad quam reus fugiendo perveniens, omnimodam habet securitatem.* Occurrit *Frithstol* pro refugio, in quadam Versione Psalmi 17. *Frithstow*, pro asylo, in Præfatione Legum Aluredi, & significat præterea palatium, quod Regiæ asyli jure gaudeant.

FRITTICULA, *Ganeum, aut popina*, in veteri Glossario. Quare ita vocetur, ignorare se fatetur Jos. Scalig. Epist. 205.

FRIVOLA, Σκευάρια εὐτελῆ πάνυ, in Gloss. Gr. Lat.

FRIXIATUS, pro *Frigiatus*, seu Phrygio vel limbo ornatus. Charta an. 1228. in Hist. Eccles. Placentinæ lib. 17. p. 138. *Pluviale rubeum, & dalmaticam rubeam frixiatam, & camisium frixiatum cum stola, &c.* Vide *Phrygium*.

FRIXONES. Albertinus Mussatus l. 6. de Gestis Henrici VII. rubr. 11. *Avium quoque genus ignotum per Longobardorum agros visum, deprehensumque pluma cineritiæ, cum rubris maculis, & crista in vertice, magnitudinis harum, quas Frixones Patavini vocant.*

FRIXORIUM, *Patella, vel ferrum, super quo quid coquitur*, Ugutioni. Papias: *Cremium, frixorium, à cremando, vel quod est aridum.* Macrobius de differ. & societ. Græci Latinique verbi: *Frigo verò, frixi, à tertia, unde frixum, frixorium, id est, calefactorium.* M. Robertus de Sorbona in Serm. ad Theologos de Conscientia: *Tantùm torquet justum iniquitas aliena, quantùm recedit à sua: peccata enim proximorum, frixoria sunt justorum.*

FRIXURA. Consuetudines Eoveshamensis Monasterii in Anglia: *Præterea percipiet coquinarius tria prebendaria frumenti de granario ad stathones inveniendos: similiter in Rogationibus ad festum S. Odulfi unum prabendarium ad frixuras.*

FROBERGA, Ensis, gladius. *Le Roman de Garin de Loherans:*

Buegues li Dus desor un drap se sist,
Il vest l'aubert, laçe l'iaume gentil,
Bien fu armé, nul home si ne vit,
Froberge pant à la selle d'or fin,
Ceinte à une autre, qui de Colougne vint.

Infrà:

El cors li boute froberge au pont d'or fin.

Alibi:

Et Biatrix li ceient le branc forbi,
Ce fu Froberge la bele au pont d'or fin.

Idem Poëta:

Trest froberge la bele au pont d'or fin.

FROCCUS. Vide *Floccus, Fraustum*.

FRODMORTELL. Charta Adelstani Regis Angliæ in Monast. Anglic. to. 1. p. 173. *Et concedo eis curiam suam de omnibus querelis, --- & judicium suum pro frodmortell, & quod homines sint credendi per suum ya, & per suum na.* Vox confecta fortè ex Saxonico ꝼꞃeo, *liber*, & moꞃð-ꝺæꝺ, *homicidium, murdrum*, id est, judicium de homicidio viri liberi.

FROMAGERIA. Vide *Formaticum*.

FROMENTUM, pro *Frumentum*, quo modo *Froment* dicimus, in Formulis Baluzianis 11. 12.

FRONCHUSE. Vetus Charta Germanica in Metropoli Salisburgensi to. 3. p. 319. *Census eorum prædiorum subter notatur. Mittelsten solvit 14. modios siliginis, — sex pullos, duos anseres, porcum saginatum, fronchuse 60. halbfrisch, vel 16. den.*

FRONDARE, *Purgare, putare*, Papiæ. *Frondes avellere. Frondator, putator*, eidem.

FRON-

FRONDEVOLA. Vide *Fundibalum*.

FRONDOSITAS, *Abundantia frondium*. Ugutioni.

FRONIMUS, ex Græco, φρόνιμος, Prudens. Papias: *Fronymos, sapiens, nomen: bene ergo fronestatus, sapientissimus.* Gloss. Ælfrici: *Fronimus*, **Piſ.** i. sapiens, prudens.

FRONOMEN. Acta Murensis Monasterii p. 38. *Hombarius autem, qui plenum habet mansum, debet singulis annis dare 4. maltra de spelta, & sex de avena, talis mensura, quæ ad hoc constituta est, quæ vocatur Fronomen.*

FRONSSATUS, Rugatus, sinuatus, à rugis frontis, Gall. *Fronsé*: in Concilio Senonensi an. 1346. cap. 2.

FRONTALE, Προμετώπιον, in Gloss. Gr. Lat. MS. Edit. προμετωπίδιον. Gloss. Lat. MS. Reg. *Mitra, vitta, Regalis corona, Frontalis, seu Amictus.* Vox Livio lib. 37. usurpata.

Frontale, & *Frontalis*, Lindwodo est *Apparatus, pendens in fronte altaris, qui apparatus aliàs dicitur Palla.* Durandus lib. 1. Ration. c. 3. n. 32. *Frons altaris aurifrisio ornatur, &c.* Chronicon Gemblacense p. 528. *Fecit tabulam argenteam, — frontale quoque ad altare S. Exuperii Martyris.* Provinciale Ecclesiæ Cantuar. lib. 3. tit. 27. *Frontale ad magnum altare, cum tribus tuellis, &c.* Charta Cinduasinthi Regis Gothor. in Hispania, æræ 683. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti: *Offerimus vasa altaris, calicem argenteum & pateram, Crucem argenteam similiter deauratam: vestimenta altaris omnia ad plenum, sive frontalia, sive principalia, &c.* Alia Ordonii Regis æræ 960. apud eundem to. 3. *Vestimenta altaris, frontales, pallas, velos principales, qui inter vestibulum & altare dependeant, &c.* Alia Sisnandi Episcopi Iriensis æræ 952. apud eundem tom. 1. *Ministeria Ecclesiæ, id est, calicem ar[illegible] argenteam, signos, frontales, pallas, [illegible], &c.* Charta Aldegastri, filii Sylonis, Regis Ovetensis, an. 781. apud Sandovalium: *Et una cruce de argento, & duas de ligno, & quatuor frontales de serico, & duas campanas de ferro, &c.* Alia Ferdinandi Magni Regis æræ 1101. apud eundem *Yepez* tom. 6. *In prædicto loco ornamenta altariorum, id est, frontale ex auro puro, opere digno, cum lapidibus, smaragdis, safiris, & omni genere pretiosis & olovitreis: alios similiter tres frontales argenteos singulis altaribus, &c.* Alia ejusdem Regis: *Frontales tres auro fusos.* Charta æræ 1111. apud eundem *Yepez* to. 6. *Item ministeria, frontale argenteo & exaurato, & retrofrontale argenteo pensante solidos quingentos.* Ibidem: *Frontale Grezisco, casula Grezisca una, &c.* Charta Ferdinandi Imp. Hispaniæ æræ 1191. apud eundem to. 7. *Tres frontales, duos de ciclaton: infulas 3. unam de ciclaton, &c.* Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Unum frontale de nigro sameto, cum barris & vineis de aurifrigio bono, ad majus altare. Item aliud frontale strictum, cum pluribus diversis scutis: & in medio brendantur imagines Crucifixi, Mariæ & Joannis, — ad idem altare.* Alibi: *Item tabula frontalis & superfrontalis bene depicta, --- pannus frontalis de Baudekyno, & pannus superfrontalis de rubeo cendato cum turribus & leopardis deauratis.*

Frontellum, vel *Frontellus*, ex Gallico *Fronteau*. Synodus Exoniensis an. 1287. c. 12. *Frontellum ad quodlibet altare.* Statuta Walteri Arch. Eborac. ann. 1250. & Synodus Mertonensis ann. 1300. c. 4. *Frontale ad magnum altare.*

FRONTARIA, *Fronteria*, Gall. *Frontiere*, Regni aut Provinciæ cujuslibet limites. Lucas Tudensis æra 1273. *Catholici viri strenui de frontaria Maurorum, &c.* Charta Raimundi D. Alesti ann. 1217. in 30. Regesto Tabularii Regii Ch. 20. *Et vos haberetis guerram in frontaria nostra, &c.* Occurrit præterea in Testamento Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. apud Innocentium III. in Epist. edita à Catello in Comit. Tolosan. p. 258. Petrum de Vineis lib. 2. Ep. 58. &c. Vox Agrimensorum recentiorum, quibus *Frons* agri ea pars dicitur, quæ obversatur agro alteri. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ an. 1247. fol. 31. *Et adhuc debet cum suis expensis mundare ipsum publicum meatum, ut aquæ inde transire valeant liberè, quantum frontaria, sive afrontatio suarum domorum tenuerit.*

Fronteram tenere dicitur Princeps, qui castra sua in finibus principatus contra hostes suos locat, tenet, & iis se se opponit. Charta Adefonsi Regis Aragon. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 5. cap. 24. *Quod fecit mihi cum suis Abbas S. Joannis apud Monregal, quando ibi tenebamus fronteram, &c.* Speculum Historiale MS. Joannis Abbat. Laudun. scriptum ann. 1388. lib. 11. c. 5. *Puis il lui commanda, qu'il prinst deus cens hommes, & allast à S. Omer, & illec tenist la frontiere contre les Flamens.*

FRONTISPICIUM, Frontis hominis inspectio. Will. Malmesburiensis lib. 1. de Gest. Pontif. p. 205. *Quòd ille statim vivacitate sensus intellexisset, quantæ prudentiæ Lanfrancus esset ex dignitate frontispicii & faciei.*

Frontispicium, idem quod *Frontale*. Inscriptio *Frontalis*, apud Anton. de *Yepez*, in Chronico Ord. S. Benedicti to. 6. p. 125. *Nos Sancius Rex, Garciæ Regis filius, unà cum Blanca conjuge dilectissima, hoc aureum altaris frontispicium intemeratæ virgini Mariæ offerimus, &c.* *Frontal* vertit idem *Yepez*. Vide *Frontale*.

FRONTOSUS, Impudens. Chronicon Mauriniacense lib. 1. *Eo vehiculo, quod vulgò Birotum dicitur, circumferri per Belsiam ad petendam annonam piè frontosus non erubuit.* Ita *Frons* pro impudentia, audacia, in l. ult. Cod. de Episcopor. Judic. & alibi.

FRORISTEUM. Tabular. Claromariscense in Hist. Guinensi pag. 126. *Ipsi etiam, quæ fodienda sunt, opportuno tempore fodiant, ne per eorum incuriam aliis damnum eveniat. Quòd si contigerit, — 5. solidos pro froristeo restituent.* Sed legendum videtur *forisfacto*. Vide p. 134.

FROSCUS, *Frosta*. Vide *Fraustum*.

FRUCTA, pro *Fruita*, id est, *adepta*, Papias.

Fructa, Usus fructus. Chrodegangus in Regula Canonicorum Metensium cap. 32. *Et ipsi Clerici de ipsis rebus, quas in precarias habent, --- minuendi, aut vendendi, aut commutandi potestatem non habeant, excepto, ut diximus, de illa fructa, vel quod ibidem laborare potuerint, viventes faciant, quod voluerint.*

Fructa. In Capitulari Sicardi Principis Beneventani an. 836. 24. caput est de *fructa*: sed cùm textus in MS. absit, haud facilè est divinare, quid hoc verbum sonet?

FRUCTUARIA, Vectigal ex fructibus. Testamentum Petri Comitis Sabaudiæ an. 1268. *Brennariam verò, fructuariam & paleam, quam consuevimus percipere in Comitatu Sabaudiæ, totaliter quitamus.*

FRUCTUARIUS, Officium in Domibus regiis: cui *fructus*, atque adeò candelarum & ceræ cura incumbit, in Ordinatione Hospitii S. Ludovici Regis an. 1261. vulgò *le Fruitier*. Officium ipsum *Fructuaria* dicitur. *Valet de la Fruiterie*, in Chron. Flandr. cap. 72.

FRUCTUATIONES *publicæ*, Publici proventus, tributa, in Charta Conradi Imp. an. 1029. pro Ecclesia Æmonensi apud Ughellum.

FRUCTUM, pro *fructus*. Capitulare de Villis c. 20. *Unusquisque judex fructa semper abundanter faciat omni anno ad curtem venire.*

FRUCTUOSUS. Regula cujusdam Patris cap. 22. to. 2. Regularum antiq. p. 170. *Fratribus, quibus habitatio in sterili terra, id est, absque pane, & sunt in montanis, & fructuosis, modicum lactis permittimus.* Ubi fortè leg. *Frustuosis*, vel sanè *infructuosis*. Vide *Fraustus*.

FRUGESTRUM. Vita S. Lupi Archiepiscop. Lugdun. *Quoniam auditus est in frugestris, inventus est in campis silvæ, &c.* Campus frugibus ferendis idoneus.

FRUGIARE, Frui, in Charta Rogerii Ducis Calabriæ, apud Ughellum to. 7. p. 400.

FRUGIFERATIO, καρπωμα, in Glossis MSS.

FRUITIS, *Vas aquarium, pro parvioribus.* Glossæ antiq.

FRUMENTAGIUM, Præstationis agrariæ species, primitùs ex *frumento*, deinde etiam ex ipsis vineis: *Droit de fromentage*, de quo jure quædam attigit Raguellus. Charta fundationis Monasterii Omnium SS. in urbe Andegav. an. 1049. *In curte S. Dionysii perdonat Comes totum, & frumentagium, & multonagium.* Consuetudines municipales *de Boisdecené* in Pictonibus: *Sciendum verò est, quòd tales sunt (assentiones,) quòd domini ipsius terræ debent percipere in ipsa frumentagium, quem Mestivam feodalem vocant.* Charta ex Tabulario Ecclesiæ S. Laudi Andegav. p. 88. *Constanter asserebat, quòd nullum frumentagium penitùs pro vinea illa habebat.* Tabularium S. Albini Andegav. *Reddit 2. sextarios de frumentacio, venum sextarium de forre 12. denarios de friscengagio, &c.* Tabularium Absiense ann. 1223. *Viginti sextaria frumenti annuatim reddenda de frumentagio meo, quod Radulfus de Bellomonte Dom. Bercoji olim dederat, &c.* Et fol. 78. *Dedi & concessi eisdem Monachis annuatim sex sextarios frumenti de frumentagio meo, quod habebam apud Aursevallem.* In Regesto de Rebus Ludovici Regis Siciliæ, Ducis Andegav. fol. 51. in Camera Comput. Paris. *Item un clous de vignes, appellé le Fromentage, ou Domaine du Seigneur.* Fol. 112. *Jean du Baillail lige de certains fromentages, que il tient de la Baronie de Mayenne.* Charta Joannis Ducis Britanniæ an. 1316. in Regesto Ludovici Hutini n. 80. *Tant en rentes, quant deniers, fromentages, avenages, gelinages, &c.* Vide *Mestiva.*

FRUMENTARII, Quorum munus paucis declarat Aurel. Victor. Schotti in Diocletiano: *Ac remoto pestilenti Frumentariorum genere, quorum nunc Agentes rerum simillimi sunt, qui, cùm ad explorandum annuntiandumque, qui fortè in provinciis motus existerent, instituti viderentur, compositis nefariè criminationibus, injecto passim metu, præcipuè remotissimo cuique, cuncta fœdè diripiebant.* De his agunt multis Baronius an. 261. n. 17. 18. 19. 20. & Salmasius ad Spartianum.

FRUMENTUM *aneum*, in l. un. Cod. Th. de Frumento Carthag. ad quam consulendus omninò Jac. Gothofredus.

FRUNISCAT. Charta Alemannica Goldastina 35. *Hunc cartola escripsi, & in testimonio subscripsi cartola donationis Audemari Apatis frunìscat con gratia Dei & S. Petri.* Alia apud Vadianum pag. 66. sic clauditur: *Ego Wolfuinus tui, inter ubi chartula facta est in testimonio subscripsi chartula donationis. Audomaro Abbatis fruniscat cum gratia Dei & S. Petri.* Vide conjecturam ejusdem Vadiani super hac voce.

FRUNIUM. Auctor Mamotrecti ad cap. 23. Ecclesiastici: *Infrunita, i. corrupta & putrefacta, quasi sine frunio, quod est pulvis de corticibus arborum contritis, quo cerdones coria apparant ad usum debitum. Inde frunio, is, ire, i. frunium conficere.*

FRUSCA *terra.* Vide *Fraustum.*

FRUSSURA, Terra de novo proscissa, *Ruptitium, Ruptura, novale, &c. Terre froissée, rompue.* Monasticum Anglic. to. 2. p. 394. *Dictam autem nonam garbam dabimus, ego & hæredes mei in perpetuum, tam in frussuris, quæ de novo fiunt, & in frussuris, quæ de cætero fiunt, quàm in aliis terris domini mei priùs cultis, &c. Frussura domus*, effractio domus, apud Gervasium Dorobern. an. 1195. *Rectatus de latrociniis & frussura domorum. Fruisser la paix*, pacem infringere, in Legibus Normannicis Will. Nothi c. 3. Vide *Ruptitium.*

FRUSTARE, ex Italico *Frustare*, Flagellare, flagris cædere. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 110. §. 2. *Comprehendat ipsas mulieres, & faciat eas decalvare, & frustrare per vicos vicinantes ipsius loci, &c.* Ubi legendum *frustare*, quo modo etiam legitur in Statutis Venetis lib. 6. c. 77. 78. At Lex Longob. lib. 1. tit. 17. §. 5. habet *frustare.* Vide *Fustis.*

FRUSTARI, apud Interpretem S. Irenæi lib. 3. cap. 15. 24. pro *rejicere.* Vide Billium lib. 2. Observat. sacr. cap. 5.

FRUSTITES, in Actis B. Ægidii Minoritæ n. 10. qui in alio MS. *Dispensator* appellatur, fortè quòd Dispensatoris sit, cibos in *frusta* scindere.

FRUSTRARIUM, *Invanum*, in Glossis. Regio MS. Cod. 1197.

FRUSTUM *terræ.* Domesdei apud Spelman. & Edw. Cokum: *In Insula habet Rex unum frustum terræ, unde exeunt sex vomeres.* Charta Rainoldi Archiepiscopi Remensis an. 1129. apud Locrium in Chron. Belg. *Et apud Curerias tres curtiliones, & apud Roverot unum curtilionem, & sex frusta terræ, & apud Noiellam, unum frustum terræ. Frustum terræ*, in Domesdei particulam significare, ait Edw. Cokus, quo modo dicimus, *un morceau de terre.* At Spelmannus legendum censet, non *frustum*; sed *frustrum*, idemque sonare ac agrum nondum proscissum, quo modo *terras fraustas* appellari suprà observavimus.

FRUTECTUM, pro *frutetum*, vel *fruticetum*, Locus fruticibus consitus. Hierem. 11. *Et combusta sunt frutecta ejus.*

FRYDIUS. Charta Caroli IV. Imp. an. 1377. in Chronico Mindensi: *In judicium sæculare, & specialiter ad judicium, quod dicitur Frydius, --- trahere præsumpserit, &c.*

FRYGIUM. Vide *Phrygium.*

FRYGRAVIATUS, Libera sedes: feudi Germanici species, cujus formula erectionis habetur apud Goldastum to. 2. Constit. Imperial. p. 343.

FUACA. Vide *Focagium.*

FUACIA. Vide *Focacia.*

FUALIUM, Vepreta siccata ad ignem conficiendum: nostris *Foüailles.* Monasticum Anglic. tom. 2. p. 23. *Præterea concessi eis habere omnia averia sua in parco meo de Stanffede, & 20. porcos quietos de pascuagio, & fualium ad panem suum & ad cibos coquendos, per visum & liberationem servientum & Parcariorum meorum, quod asportabunt.* Et pag. 154. *Et in bosco, quod opus habent prædicti Canonici ad emendationem domorum & sepium, --- & quod opus est ad fualium suum, & pannagium porcorum suorum per omnia quietum.*

FUARIUM, *Fodrum*, palea, *Fouerre*, *Fourage.* Monasticum Anglic. to. 2. pag. 275. *Cum tota alia terra sua, & toto servitio suo, & cum libertate faldæ, & pasturæ, & fuarii --- in omnibus locis, quæ ad prædictum Petrum pertinuerunt.*

FUDIBULUM. Vide *Fundabulum.*

FUGA, Gall. *Chasse*, vel *Chace*, Venatio, jus venationis, quia venando fugantur feræ. Charta Alani Comitis Penteuriæ an. 1211. apud Augustin. du *Pas: Retenta mihi ferarum fuga, & accipitrum captura.* Charta anni 1270. in Tabulario Abbat. Pontiniac. *Præterea dictus Miles sibi & hæredibus suis retinuit fugam sive chaciam in dicto nemore.* Charta Guillelmi V. Aquitaniæ Ducis: *Volui etiam & concessi fugam cum avibus & canibus, & garennam ad cuniculos in suis terris.* Gesta Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. c. 29. *De venatione & fuga ferarum nemoris de Boucheto.*

Fugare, Venari, Gallis *Chasser.* Papias: *Fugare, insequi, expellere.* Radevicus lib. 3. c. 26. *Si quis per canes leporarios feram fugaverit, non erit necessariò sua; sed erit occupantis.* Charta Henrici I. Regis Angl. in Tabulario Fiscanensi f. 8. *Prohibeo, ne quis sine ejus licen-*

licentia mea fuget, vel leporem, vel aliam bestiam capiat super 10. libras forisfacturæ. Petr. de Vineis lib. 2. Epist. 53. *Dum herba crescit, equus moritur: dum fugans canis mingit, fugiens lepus evasit.* *Fugare & refugare animalia in chacia*, to. 2. Monast. Anglic. p. 292. Vide Fletam lib. 1. c. 20. §. 69. lib. 2. c. 41. §. 23. Monasticum Anglic. to. 1. pag. 219. 507. 551. 583. to. 2. p. 994. to. 3. p. 122. 161. W. Dugdalum in Antiquit. Warwicensis Provinciæ pag. 665. &c.

Fugare averia, Animalia ad pasturam abigere, *Chasser les bestiaux aux champs.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 777. *Ac homines & tenentes eorum habeant in perpetuum liberos & sufficientes introitus & exitus, ad se, & ad omnimoda averia sua fuganda, & carragia sua facienda, &c.* Vide *Chacea.*

Fugaces bestiæ. Auctor Queroli: *Multum se se aliqui laudant, qui vel pugnaces feras, vel fugaces bestias, aut vestigiis insequuntur, aut cubilibus deprehendunt, aut casu opprimunt.*

Fugatio, idem quod *Fuga.* Charta Henrici I. Reg. Angl. pro Londinensibus: *Et cives habeant fugaciones suas ad fugandum, sicut meliùs & pleniùs habuerunt antecessores eorum.*

FUGACES, Fugitivi servi, qui à dominorum servitio se subducunt, in l. 8. Cod. Th. de Jurisdict. qui *refugæ dominorum* dicuntur apud Gregor. Turon. de Miracul. S. Martini c. 58. *Fuga lapsi*, in Charta an. 865. in Tabul. Bellilocensi in Lemovicib. n. 176. *Cum mancipiis supra manentibus seu fuga lapsis.* Præterea in Lege Ripuar. tit. 30. §. 2. tit. 72. §. 2. in Lege Longob. l. 1. tit. 9. §. 22. tit. 36. §. 5. lib. 3. tit. 12. §. 1. Capitul. Car. M. lib. 3. tit. 26. Adde Annales Franc. Fuld. an. 801. &c. Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei: *Illorum fugam non tam debemus ad eos referre, qui fugiunt, quàm ad eos, qui fugere compellunt. Vim patiuntur infelicissimi, famulari optant, & fugere coguntur: discedere à servitio dominorum suorum nolunt, & conservorum suorum crudelitate non permittuntur, ut serviant, &c.*

Fugaces alterius retinere non licebat, ut testatur Gregorius Turon. lib. 6. Hist. c. 31. & ex eo Flodoardus lib. 2. c. 2. nec eis *panem dare*, ut est in Lege Burgund. tit. 6. §. 9. 10. aut *viam ostendere*, in Lege Wisig. lib. 9. tit. 1. §. 7. aut *capillum facere*, in Lege Burg. tit. 6. §. 4. Wisigoth. lib. 9. §. 5.

Interdum tamen ex privilegio, Ecclesiis maximè concesso, licebat fugitivos recipere. Exemplum prodit Ingulfus p. 859.

Auris abscissione mulctatos *fugaces* servos tradit Gregorius Turon. lib. 5. c. 48. & ex eo Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. c. 43.

Fugitivi, apud Practicos nostros & Anglicos dicuntur *tenentes in villenagium*, qui in aliorum dominia transeunt, inconsultis dominis: qui *cùm consuetudinem revertendi habere desierint, incipiunt esse fugitivi ad similitudinem cervorum domesticorum, vel si chevagio sint obnoxii, illud solvere desierint.* Ita Bracton. lib. 1. tit. 1. §. 3. & Fleta lib. 1. c. 7. §. 7. *Fugitivi Dei*, id est, Ecclesiæ tenentes, in Legib. Henrici I. cap. 11.

Secta fugitivi, dicitur de domino, qui *fugacem sequitur*, id est, requirit, ut est in Lege Burg. tit. 6. §. 2. Ad hoc autem, ut *fugitivi* dominium servet dominus, debet *illum statim persequi, & infra annum clameum suum apponere, quo facto non currit tempus contra dominum, cùm res per clameum appositum efficiatur litigiosa. Si verò dominus negligens fuerit in prosequendo & in clameo apponendo qualitercumque, si fugitivus revertatur post annum, non erit domino licitum, nec tutum, manum apponere, &c.* Bracton. lib. 1. tit. 1. c. 10. §. 3. Fleta lib. 1. c. 7. §. 7. lib. 4. c. 11. §. 23. Ad sectam fugitivorum pertinent, quæ habet Consuet. Catalaun. art. 18. *Si tels hommes ou femmes de corps s'estoient retirez furtivement, sont reputez serfs fugitifs, & n'ont par le dit temps acquis franchise.* Ejusmodi fugitivorum *sequelam* seu persecutionem, *Suite* vel *Poursuite* vocant Consuetudines municipales, Bituricensis tit. 1. art. 1. Solensis art. 1. Nivernensis tit. 8. art. 6. Burbonensis art. 189. 197. 203. Trecensis art. 3. 6. Calvimont. art. 3. Vitriacensis art. 145. Arvernensis cap. 27. art. 2. 9. Marchensis art. 147. &c. Donationes factæ Eccl. Salisb. c. 13. *Placitum est habitum & quæsitio Ilbungi Fabri, qualiter Socco eum conquisierit in servum.*

Receptio fugitivi, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 23.

De servis *fugacibus*, seu fugitivis, plura habent Lex Burgund. tit. 6. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 1. Lex Long. lib. 1. tit. 25. Leges Luithprandi Regis tit. 63. Capitulare Sicardi Princip. Benevent. an. 836. c. 6. Capitulare Radelchisi Princip. Benev. cap. 13. 14. Ennodius lib. 3. Epist. 16. 19. Metellus in Quirinalibus p. 136. Aimoinus l. 4. de Miracul. S. Benedicti, cap. 11. Monasticum Anglic. to. 2. p. 827. Vadianus p. 84. &c.

FUGACIA, Ruris portio cervis & feris addicta, nullo sepimento, nec forestæ legibus; sed tamen suis privilegiis communita, *Chacea.* Charta Mathildis Imperatricis, qua Milonem de Gloecestria Comitem Herefordiæ constituit: *Præcipio, quòd hæc omnia supradicta teneat de me, — liberè & quietè, in bosco & plano, in forestis & fugaciis, in pratis & pasturis, &c.* Spelmannus.

FUGATORES *carucarum*, quorum *ars est, ut boves æquè sciant conjunctos fugare, ipsos non percutiendo, pungendo seu gravando*, ut est in Fleta lib. 2. cap. 78. §. 1.

FUGELLA. Abbo lib. 2. de Bellis Parisiac. p. 513.
Inde sopor repetit cives, miserosque fugella.

FUGILLUS, Gall. *Fuzil*. Ugutio & Jo. de Janua: *Fugillus, ferrum, quo extrahitur ignis de petra. Unde fugillare, ignem de petra fugillo extrahere, & fugillator. Et hinc per figuram Fugillatores dicuntur umbræ dæmonum, qui ignem ferunt.*

FUGINARE, *Adulando impedire, ludum dare, decipere*, in Gloss. Arabico-Lat. Glossæ antiquæ MSS. *Fuginat, adulando impedit, laudari decipit.* Isidori, *laudando* habent.

FUGITIO, pro *fuga.* Henr. Knygthon. ann. 1357. *Condonavit omnes felonias, evasiones & fugitiones.*

FUGITIVARIUS, *Fugitivus*, δραπέτης, in Gloss. Gr. Lat. MS. Editum: Δραπέτης, *fugitivus*, δραπετικὸς, *fugitivarius.*

FUGITIVOSUS, Φυκτὸς, in Gloss. Gr. Lat. Alibi: Φυγὰς, *fugitivus, exulaticius, fugitivosus.*

FUJAGIUM. Vide *Affujagium.*

FUISTALLUM. Charta Edw. III. Reg. Angl. to. 2. Monast. Angl. pag. 89. *Et de tribus mensuris terræ in Wigornia, & de decem junctis salis in Wickie, cum duabus salinis & fuistallo.* Nos *Fustailles* dicimus vinaria dolia.

FUIT, pro *ivit.* Vetus Inscriptio: *Sex. Truttedio. Sex. f. pol. Maximiano. fuit ad superos menses 7. &c.* Gesta purgationis Felicis: *ad Numidas fuisti? respondit: Non, Domine. Sit, qui probet. Ælianus Proconsul dixit: Nec in Mauritania? respondit: Negotiari illò fui.* Ita hodiè nos Franci, *il a esté*, pro *il est allé.* Capitul. 3. an. 803. c. 14. *De Episcopis, Abbatibus, Comitibus, qui ad placitum nostrum non fuerunt.* Paulus Diaconus Emeritensis de Gestis Episcop. Emeritens. in S. Fidele cap. 8. *Ite & percutite eum, quia jussio Domini adimplenda est. Qui cum fuissent, nec intrare potuissent, &c. At ubi tertiò fuerunt, permittente Deo ingressi sunt.* Hispani dicerent, *aquellos fueron*, pro *iverunt.* Galli, *ont esté.* Obitus S. Abbatis Nuncti, apud Bivarium: *Cùmque fuissent, & vidissent eum veste sordidum, &c.* Ditmarus lib. 7. pag. 88. *Imperator à nobis discessit, & proximos Rogationum dies in Capungum fuit, quò ipse*

ipse curtem suam de civitate Cassulan dicta transtulit. Vide Felicem Osium ad Ottonem Morenam pag. 49.

FULBORAN, Germ. *Echt und wolgeboren.* Lex Longob. lib. 2. tit. 14. §. 2. *Si quis dereliquerit filium legitimum unum, quod est fulboran, & filios naturales unum aut plures, &c.* Editio Heroldi tit. 58. habet *fulbor.*

FULCARIUS, idem qui *Falconarius*, Aucupii & Falconum præfectus, in Mirac. S. Thomæ Aquin.

FULCFREAL. Vide *Fulfreal.*

FULCIATORIUM, Baculus, quo quis fulcitur. Vita S. Deicoli Abb. n. 14. *Fulciatorium, quo utebatur, — donavit.*

FULCRALIA, *Lecti ornamenta*, in Gloss. Isid.

FULCRARI, *Fulcra lecto facere, lectum fulcris præparare*, Ugutioni. *est enim fulcrum pes lecti.*

FULCUS. In Chartis an. 1301. 1450. &c. urbs, quæ vulgò *Monstier ou faut Yonne*, dicitur *Monsterolium in fulco Yona*: ubi scilicet *Igauna* fluvius bifurcus fit, & in duos canales dividitur.

FULFREA, *Fulfreal, Fulfrear*, Liber, ingenuus. Papias MS. *Fulfreal, i. liber; sed non extraneus.* Perperam *Fulcreal* in Edit. Veneta. Aliud Gloss. apud Lindenbrogium: *Fulfrea, sive ingenua, sive libera*, Germ. *fulfren*, in Lege Longob. *Mulier libera fulfreal*, lib. 1. tit. 25. §. 6. lib. 2. tit. 12. §. 1. *Simul vadant liberi & absoluti fulfreales*, lib. 1. tit. 32. §. 5. *Homo, qui fulfreal factus est*, lib. 2. tit. 14. §. 17. *Qui fulfreal & à se extraneum, id est, amund facere voluerit. Fulcfreal*, in Legibus Rotharis Regis tit. 88. §. 1. 91. §. 1. 6. 7. 9. tit. 101. §. 6. & alibi p. 211.

FULGARE. Vide *Folgare.*

FULGERIA, Filix, *Fougere.* Charta Guillelmi Comitis Moretonii an. 1105. *Et pasnagium in foresta, & herbam, & fulgeriam, & juncos ad falcandum, &c.*

FULGIT, *Nutrit, splendet, eminet.* Glossæ Antiq.

FULGORUS, *Splendidus*, Ugutioni.

FULGRETIDO, Fulgor, splendor, quasi *fulgoritudo.* fulgouras. Vita S. Boniti Episcopi Claromont. n. 17. *Sanctorum altaria nitent: centra hinc indeque geminata connectunt columnæ priscorum sculptæ fulgretidine, emergunt more elatæ miræ cameræ, &c.* Surius exponit, *columnæ prisco sculptæ more se se subrigunt.* Codices MSS. apud Mabillonium to. 3. SS. Ord. S. Benedicti præferunt *fulgretine*, & *fulgretinæ.* An igitur sic dispungendum? *Centra hinc indeque geminata connectunt columnæ priscorum sculptæ fulgretidine, emergunt more elatæ miræ cameræ.* An verò: *Fulgretinæ emergunt more elatæ miræ cameræ.* An denique: *Emergunt more elata miræ cameræ.* Ut *elata* sit Græcum ἐλάτη, *abies*, cujus instar cameræ se se attollunt.

FULGURATORES, *Rustici aruspices*, in Gloss. Isid. Vide Nonium c. 1. n. 319.

FULGUS, *Rufus, Rubeus. Fulgo tegmine, flava pelle*, in Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. Papias: *Fulgus, rufus, flavus.*

FULINA, *Culina: Fulinarius, Culinarius*, in Gloss. Isid. à fuligine, qua culinæ inficiuntur. Jo. de Janua: *Fulina, coquina, quasi fuliginosa, unde fulinarius, coquus: Fulinare, coquinare, in fulina coquere.*

Fulinarius, Coquus, eidem Ugutioni.

FULL. Vide *Pes foresta.*

FULLENCIUM, Molendinum fullonarium, *Moulin pour fouller les draps*, quod inferiori justitiario competit, ratione cujus *fullonagium* exigere potest, ut est in Consuetudine Andegav. art. 21. & Cenomanensi art. 12. Gloss. Gr. Lat. Γναφεῖον, *Fullonium.* Charta ann. 1208. in Chart. Campan. Thuano fol. 187. *Et in manu nostra teneremus cum tali banno & justitia, quali Comitissa & hæredes Campaniæ ea tenebant, tàm molendina quàm fullencia, usque dum haberemus sumptus facturæ, & necessarias molendinarum expensas.* Vide Ughellum to. 2. Ital. sacræ pag. 14.

FULMEN, *Fulcimentum editum jaculi*, in Gloss. antiq.

FULSIT, *Periit, vel percusserit: fulgere enim ferire est, unde quoque Fulmen dictum est.* Glossæ antiquæ.

FULTI, *Vasa aquarum parvissima*, Papiæ.

FULVIDA, *Rubea*, in Gloss. antiq.

FULVIDUS, *Impetosus.* Ita Glossæ antiq.

FUMA, *Rheda minor*, apud Papiam MS. Editus perperam *fama* præfert.

FUMAGIUM, *Fumale*, idem fortè quod *focagium*, καπνικὸν, Joan. Zonaræ, Scylitzæ, & aliis. Charta Radulphi Abbatis S. Melanii an. 1123. apud Augustin. *du Pas* in Stemmate Penteuriensi pag. 12. *Donavit — pro animæ suæ redemptione 20. solidos de fumagio Minguenensi per singulos annos.*

Fumale. Statuta Regni Poloniæ, apud Chopinum post libros de Domanio, art. 3. *Fumalia, scilicet duo grossi, usualis moneta — de quolibet manso vel fortè locatis vel possessis singulis annis in signum summi dominii coronæ regni Poloniæ exolvantur.* Adde articulos seqq.

FUMARIA, *Fumarium.* Chronicon. Abbat. Trudon. lib. 10. pag. 470. *Deinde domus infirmorum habens fumariam, sive forariam, Capellulam, Lobiam, Cameram dispensatoriam, &c.* Ubi nescio annon legendum *focariam*, ita ut *fumaria* locus fuerit, in quo focus fit, *ou l'on fait du feu?* Nam

Fumarium, est *Domus fumi*, Papiæ: *Caminus, per quem exit fumus*, Joanni de Janua. Gloss. Græco-Lat. Καπνοδοχεῖον, *Fumarium.* Glossæ Lat. Gr. MSS. S. Germani Paris. *Fumarium, καπνία.* Marcellus Emp. c. 23. p. 168. *Sublatam inde fumario suspendet.*

FUMATICUM; Καπνικὸν, idem quod *focagium.* Charta Guonradi Regis Burgundiæ an. 972. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis f. 14. *Ne teloneum in aquis, vel terris, nec redhibitionem de pascuis, nec silvaticum, nec fumaticum, nec pulveraticum — exigere audeat.* Eadem habentur in Charta Friderici II. Imp. apud Joannem à Bosco in Vienna p. 90. Rotulus Compotor. Manerii de *Harwe* in Anglia: *Quilibet domum habens, de qua fumus exit.* Vide Gloss. med. Græcit. in Καπνικόν.

FUMIGATORIUM, Thuribulum, incensorium. Chron. Casin. lib. 3. c. ult. *Fumigatorium Græcum aliud cum nigello.*

FUMILARE. Anonymus Barensis in Chr. an. 1043. *Et venerunt super Bari ad fumilandum Imperatorem.* Perperam Edit. *fumilandum.* An. 1080. *Ipse Dux (Robertus) fecit fine eum Bari, — & fumilare fecit ibi Michaël. Imp.* hoc est, Imperatorem proclamavit. Ex Græco εὐφημεῖν, ut videtur. Cedrenus: Εὐφήμησαν ἐν τὰ μέση, Αναστασίας Αὐγούστας πολλὰ τὰ ἔτη. Corrippus lib. 12.

Laudibus innumeris Regnantum nomina tollunt, &c.

Passim in Hist. Byzantina.

FUMUS, Focus. Ericus Upsaliensis l. 5. Hist. Suecicæ p. 148. *Imposuit unam marcam de quolibet fumo, vel furno solvendam, ut verbis utar famæ relictæ.* Pag. 159. *Post annuum tributum immensas pecuniarum summas solvendas imponens, videlicet Rumpestat, & de quolibet fumo unam marcam.*

FUNA, *Redde minore.* Ita Glossæ antiquæ.

FUNALIA, *Lignalia, funalia, in modum funalium candelæ intortæ.* Glossæ antiquæ.

FUNAMBULI, dicti ironicè quidam ignavi, qui ex obsessa urbe funibus è mœnibus demissi fugæ se dabant. Ordericus Vital. lib. 9. p. 739. *Funibus per murum demissi sunt, unde ad suam diuturnam ignominiam furtivi Funambuli vocati sunt.* Adde lib. 11. p. 805. *De funambulis*, qui σχοινοβάται, res nota. Vide Episto-

Epistolam Guidonis Militis in Additamentis ad Matth. Paris. p. 108.

FUNCTIO, *Exsolutio tributorum*, in Glossis antiquis MSS. Gloss. Lat. Gr. *Functio*, λιτεργεία, τέλεσμα. *Functionum*, λειτουργιῶν, εἰσφορῶν. Aliud Gloss. *Functio*, ἡ συντέλεια *Tributariæ functiones*, apud Salvianum l. 5. de Provident. p. 30. 1. Edit. Senatorem lib. 5. Ep. 14. &c. *Functiones publicæ* apud eundem Senator. lib. 5. Epist. 39. & in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 4. §. 19. Hinc crebra in Chartis Francicis formula: *Nec ad freda exactanda, nec ullas functiones requirendas ingredi audeat.*

Functiones, λειτουργίαι, in Gloss. Curialia munera, onera, passim in Cod. Theod. & Justin.

FUNDA, Bursa, crumena, Italis. S. Bonaventura in Vita S. Francisci cap. 7. *Fecit ut appareret — in via crumena magna pecuniis intumescens, quam usitato vocabulo illius regionis homines*, (Apuli) *Fundam appellant.* Hoc sensu accepisse Macrobium 2. Saturn. cap. 4. opinantur viri docti: *Cumque accessisset ad sellam, demissa in pauperem funda manu paucos denarios protulit, quos Principi daret.* At Cujacius *fundum* in MSS. legi observat. Gloss. Lat. Græc. *Ventralis*, κοιλιόδεσμος. Est autem *ventralis*, vel *ventrale*, non modò tegumentum ventris; sed & sacculus pecuniæ ad usum quotidianum necessariæ gestandæ accommodatus, & sub ventrem appensus, apud Ulpianum l. 6. De Bonis damnator. Vide Waddingum in Annalib. Minor. an. 1222. n. 25.

Propriè verò *Fundam* appellarunt recentiores locum publicum, in quem conveniunt Mercatores de rebus suis & commerciis invicem acturi, quòd in eo deponatur communis eorum thesaurus vel pecunia ad eadem commercia, atque adeo merces ipsæ. Ejusmodi sunt *Bursæ* Antuerpiensis, Amstelodamensis, & similes. Pacta inter Venetos & Principes seu Barones Regni Hierosol. an. 1123. apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25. *Unde ipse Rex Hierusalem, & nos omnes, Duci Veneticorum de funda Tyri, ex parte Regis, in festo Apostolorum Petri & Pauli*, 300. *in uno quoque anno Byzantios Saracenatos, ex debiti conditione persolvere debemus.* Charta Amalrici Regis Hierosol. apud Ughellum to. 3. p. 474. *Molendinum & balneaj in vra fundam mercatorum.* Ita *fundam* legendum in Diplomate Conradi Imp. an. 1147. (non 1187. ut editum) pro Pisanis, ibidem p. 488. 489. pro *fundum.* Sic etiam apud Joinvillam in S. Ludovico p. 62. pro *la foulde*, restituendum monuimus *la fonde*, quam ait fuisse quandam mercatoriarum officinarum seriem: *Ils bouterent le feu par tous les endroitz de la Sonlde, là où toutes leurs marchandises & leur avoir de pris estoient.*

Fundicus, eadem notione, & eadem origine: Itali etiamnum *Fundaco* vocant, quod anteriores *fundam*, vel nostri *Fonde*. Bernardus de Breidenbach. in Itiner. T. S. ubi de Alexandria: *Est autem fonticus domus grandis, in qua negotiatores & merces eorum conservantur, ubi & forum rerum venalium habent.* Dom. *de Breves* in Itinerario Turcico p. 34. *Les Fondics sont magazins où se serrent les marchandises, qui sont apportées des Indes & de Perse par la voie d'Alep, — les marchands y logent aussi.* Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in v. *Feria: Sicut apud Christianos dicitur Elmercado, & apud Saracenos El alfondiga, &c.* Unde vox videtur Arabica. Chron. Casin lib. 3. c. 57. *Fundicum in Amalfi cum pertinentiis suis.* Adde l. 4. c. 10. Gervasius Tilleberiensis in Otiis Imperial. MSS. decisione 3. *Majuma Gazæ Emporium, id est, locus negotiationis, qui Fundicus vulgò nominatur.* Statutum Honorii IV. PP. pro Regno Neapolit. an. 1285. apud Odoricum Rayn. hoc an. n. 39. *Liceat cuilibet — frumentum & alia blada, necnon & legumina de propriis terris, massariis atque redditibus habita sine jure exituræ, fundici, seu dohanæ in loco, in quo victualia recipiantur — deferre.* Diploma Roberti Regis Neap. an. 1321. apud Waddingum: *Item domus, seu apothecæ, quæ videntur esse duo fundici — in civitate Neapolit.* Vide Rocchum Pirrum in Notitia Eccl. Sicil. to. 1. p. 143. & Ughellum to. 4. p. 1165.

Alfundicus, Taberna, officina mercatoria. Charta Ximenæ *Diaz*, uxoris Roderici *Diaz*, cogn. *Cid*, æræ 1101. apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti to. 7. *De molendinis, & balneis, de tendis vel tabernis, de alfundicis vel de domibus, de furnis, &c.*

Fundicus, Præstatio pro mercibus, quæ in *fundicos* invehebantur. Charta an. 1251. apud Ughellum to. 7. p. 1340. *Liberè vendant & emant sine fundico & datio.*

Fundicarius, Præfectus officinis, in Constit. Neap. lib. 1. tit. 84. & 87. & apud Anonymum de Gestis Friderici II. Imp. p. 877.

Fundacus, eadem notione, qua *Fundicus*, Ricardus de S. Germano in Chron. an. 1232. *Statera erit in fundacis, & nihil recipietur pro ea.* Occurrit præterea in Diplomate Boëmundi I. Principis Antiocheni apud Franciscum Nigrum in Cruciata p. 99. in Charta Caroli I. Regis Siciliæ an. 1177. & in alia Marchionis Montisferrati apud Ughellum to. 7. p. 807. to. 3. p. 487. *Fundaco* etiam habet Joannes Villaneus lib. 12. c. 20. ex quibus emendanda Chronica Pisana Ughelliana an. 1163. *Magnum fundatum cum turri & porta ferrea ex tunc incœptum fuit.* An. 1166. *Et fundatum in cubilia Pisis habere concessit.* An. 1268. *Fundatum etiam Pisanum ad portum destruxit.* Ubi pro *fundatum*, legendum *fundacum.*

Funda, *Genus piscatorii retis, quod in fundum mittatur.* apud Papiam.

FUNDABULUM, Funda, fundibulum, machina oppugnatoria, qua jactantur lapides, *Fondefle*, veteri Interpreti Ægidii de Roma de Regimine Princip. Monstrelleto 1. vol. cap. 29. 143. & Anonymo in Diario obsidionis Aurelian. p. 6. Papias: *Funda, fundabula.*

Fundibulum, *Trajectorium*, in Gloss. Isid. & Pith. ubi perperam *fudibulum* habetur. Sanctus Augustinus in Psalm. 54. *Sed fert fundibulum, fert securim, &c.* Capitul. 2. an. 813. c. 10. *Secures, taretros, fundibulas, &c.* Albertus Aqu. lib. 7. c. 2. *In sagittis, & fundibulis, & mangenellis, &c.* Adde Hegesippum lib. 5. c. 44. Lucam Tudensem in Chronico p. 62. &c.

Fundibalus. Papias: *Fundibalus, funda, emittens transjectorium.* Ex Isid. lib. 18. c. 10. Lucas Tudensis æra 773. *Al-caman illicò fundibalis, sagittariis, & vibrantibus jacula, portam speluncæ ferire cœpit.* Vita S. Eligii lib. 2. c. 12. *Vade, inquit, in illam, quæ juxta Cetimum sita est rupem, illic inter vepres reperies ligatum funda, & absconsum, quod quæris, solutoque eo accipe, quod tuum est, & absque ulla injuria, absque verbo etiam gravi redde homini tibi designato, ex quo ligatus tenetur fundibalus.*

Fundibulariæ & Petroritæ, mangonelli, &c. apud Joannem Monach. in Hist. Gaufredi Ducis Norman. l. 1. pag. 93. Sugerius de Vita Ludov. Grossi c. 17. *Machinas impugnatorias, mangunnella, & fundibalaria inchoat instrumenta.*

Fundibularii, Qui fundibulâ utuntur in bellis, apud Baldricum Dolensem lib. 1. Hist Hierosol. p. 95. Ugutio: *Fundibalus, cum funda jaciens, & emittens. Dicitur quoque fundibularius in eodem sensu.*

Fundibla, pro *Fundibula.* Hist. MS. Excidii Acconis

conis an. 1191. *Calculo fundibla graviter in corpore lædebantur.* Monstrelletus 1. vol. c.29. *Et aussi en autres lieux furent faits plusieurs fondesles, bricolles, & eschelles.*

Frondevola, eadem notione: nam fundas, *Frondes* vulgò etiam dicimus. Charta an. 1190. in Regesto Comitatus Tolosæ fol. 87. *Tunc supradicti affectatores pro se & cateris affectatoribus urbis Tolosa & suburbii recognoverunt Do. Comiti, vel suis Bajulis dare 4. sol. Tolos. pro unoquoque corio bovis, quod eis allatum fuerit de bobus suarum bovariarum : & recognoverunt, quòd debent dare totos corios, qui fuerint opus Comiti vel probis hominibus Tolosa urbis & suburbii in faciendis petrariis & frondevolis, &c.*

Fundibulare, *Fundiblare*, E fundibula lapides emittere. Eadem Hist. MS. Excidii Acconis an. 1191 *Fundibulabant machinæ.* Ibidem : *Alii lapides fundiblabant.*

FUNDAMENTUM. Charta Benedicti PP. apud Ughellum, to. 1. Ital. sacr. p. 117. *Item concedimus & confirmamus fundamentum in integrum, qui vocatur Avion, & montem Jordani, &c.*

FUNDARE, Ex proprio fundo Ecclesiam, Monasterium construere, dotare, *Fonder* : vox usitatissima hac notione. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo c. 19.

Fundas Ecclesiam fundis laticem, bene dico.

Concilium Agathense c.27. *Monasterium verò novum, nisi Episcopo permittente aut probante, incipere aut fundare nemo præsumat.* Concilium Bracarense an. 572. c. 5. *Placuit, ut quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant, &c.* Vide *Initiare.*

FUNDARIUS, *Rusticus, qui fundos colit*, Ugutioni. Jo. de Janua habet *Fundanus.*

FUNDATA. Vide *Fundora, Exfundata.*

FUNDATOR, Fusor, *Fondeur.* Fleta lib. 1. c. 20. §. 132. *De fundatoribus, qui retonsuram, vel platas ejusdem affinaverint.*

FUNDATUM. Vide *Funda.*

FUNDATUS. Cæsarius Heisterb. lib. 6. cap. 5. *Adeo enim in puerilibus fundatus erat, ut, sicut ex eo audivi juvenis, scholas regeret, pueros ipsos erudiret, &c.* id est, *literis instructus*, quomodo *Fondé* etiam nos dicimus.

Fundatus. Testamentum Heccardi Comitis Augustod. apud Perardum p. 26. *Uno palio de fundato, uno drapo cum sirico, &c.* Chronicon Fontanellense c. 16. *Pallia fundata sex.* Infrà : *De vestimentis verò Ecclesiasticis largitus est pallia, quæ dicuntur Fundata, tria.* Anastasius in Vitis PP. p. 109. *De palliis Tyriis atque fundatis fecit vela numero 65.* Idem p. 122. *Vela holoserica majora sigillata habentia periclysim & Crucem de blattin, seu fundato, numero 15.* Adde p. 128. 130. 139. 140. 152.

Bulengero, *Fundatus*, est auro textus, acu pictus : qui idem esse opinatur, quod nos *Estoffe à fond d' or* vulgò dicimus : *Drappo di fundo d' oro*, Dominico Magrio. Sed cùm hæc vox tribuatur etiam vasis argenteis & aureis, non video, quomodo de *acupictili* usurpari possit. *Calix fundatus argenteus*, apud eundem Anastasium pag. 109. *Calix major fundatus.* p. 126. 131. *Gabata aurea fundata*, p. 122. Chron. Casinense lib. 1. c. 28. *Item duo argentea vasa ponderis librarum 30. & fundatos duplices 8. Item vasa duo argentea anaglypha inaurata, &c.* Vide *Exfundatus*, *Profundus.*

Aliud videtur *Fonds de cuve*, in Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis an. 1351. cap. *des Pennes*, ubi est vestis species : *Pour fourrer une cotte hardie & fons de cuve, qu' il ot en compagnie avec M. le Dauphin à ladite feste, pour la cotte une fourrure de menu ver, tenant manches & tout 290. ventres, le chaperon 100. & le fons de cuve 603.* Alibi : *Pour le Corps du Roy, un fons de cuve d' un marbre, double d' un autre marbre, fait à Avignon, quant mondit Seigneur y estoit.* Continuator Nangii an. 1378. de Rege Carolo V. *Et estoit vestu d' une cotte hardie d' escarlate vermeille, & d' un manteau à fonds de cuve fourré.*

FUNDIBLA. Vide *Fundabulum.*

FUNDICUS. Vide *Funda.*

FUNDORA. Fundus. Pactum Arichis Principis Beneventani cum Judice Neapolitanorum, apud Camillum Peregrinum p. 319. *Alia verò omnia fundora, fundata, sive exfundatas, homines & terras, quibus solidi non sunt dati, dividimus per medium.* Mox : *Et ipsi homines, qui ipsos solidos habent, tertiam partem securiter possideant. Et fundora vel terras, quæ in partes Langobardorum venerint in sortem, nullo modo ipsi homines possint infiduciare vel vendere.* Infrà : *Exceptuamus ex his omnia fundora de Liburias, qui pertinet ad ipsum principatum Capuanum, fundata & exfundata, homines & terras.* Pactum à Gregorio Duce Neapolis, initum an. 911. *Ut terras, servos, ancillas, seu fundora per concessiones habetis vos & homines vestri in Liburias,*

Ita passim observare est in Chartis Longobardicis nomina masculini generis in plurali numero, in *ora*, efferri, in nominativo & accusativo. In Tabular. Casauriensi an. 954. ubi scriptum : *In locum, qui nominatur ad Lacora*, suprà inseruntur hæc verba, *i. ad Lacos.* Ibidem *poiora*, pro *poio.* *Fundus* nudè apud Anastasium in S. Silvestro p. 12. &c.

FUNDUS, *Fortuna.* Ita Glossæ antiq.

Fundus. Gariopontus lib. 2. c. 23. *Vas stomachi, quod rectè Fundum nominamus.*

FUNEBRITAS, Exequiæ. Gallis *Funerailles.* Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 87. *Hujus funebritati interfuit Hadulfus Noviomensis Episcopus, qui eum in Monasterio S. Dei Genitricis — sepelivit.*

FUNERALIA, Funus ipsum, exequiæ, Gallis *Funerailles*, in Synodo Nugarolensi an. 1302. c. 9. & apud Radulfum in Miracul. S. Richardi Episcopi Cicestrensis n. 14. *Funerale obsequium*, in Actis S. Forannani Abbatis Walciodorensis n. 23.

Sic præterea legata ob pias causas, maximè ea, quæ fiunt Ecclesiis propter sepulturam, vocat Joannes XXII. PP. tom. 2. Epist. 1107. *Et licèt præfati fratres (Minores) de funeralibus, quæ ratione corporum defunctorum sibi delegatis seu relictis, canonicam portionem dictis parochialibus rectoribus — solvere curavissent.* Et infrà : *Alioquin quoslibet dictorum Fratrum detentorum funeralium, seu relictorum, — fecit in iisdem Ecclesiis excommunicatos publicè nunciari.*

FUNERATUS, *Funus perfectum, vel sepultus*, in Glossario MS. Reg. Cod. 1013.

FUNERARII, Funerum curatores. Gloss. Gr. Lat. Ἐπιμελητὴς κηδείας, *Funerarius.* Jul. Firmicus lib. 3. c. 6. *Lapidarios facient, pollinctores, aut funerarios, vel quibus sepulcrorum cura mandetur.* Cap. 11. *Aut pollinctores & funerarios, mortuorum cadaverum custodes, aut sepulcrorum faciet janitores.*

FUNESTARE, Humo mandare, vel cum exequiis funus deducere. Salvianus lib. 3. ad Eccl. Cathol. *Et mirum est, quòd hoc ipsum sinis, ut te non jam funestato aliquid de tua habeat, jam exportato atque tumulato.*

FUNGUS, Papyrus, ellychnium, *Mesche.* Lib. 2. Miraculor. S. Bertini cap. 14. *Contigit — magnam domum ex immortuo cerei fungo succensam ardere.*

FUNI-

FUNICULUS. Charta an. 1141. apud Guichenonum in Probat. Hist. Breſſenſis: *In eadem Mornia est funiculus, hoc est, diviſio quædam, quam Faſciam vocant, in qua Miles quidam — habebat terræ tertiam partem, &c.* Vide *Faicia*.

Funiculus populi. Anonymus de Miracul. S. Urſmari per Flandr. n. 12. *Tribus diebus non ceſſavit funiculus populi euntium & redeuntium.*

FUNUS, Cadaver. Geſta de Nomine Acacii, & Liberatus Diac. c. 15. *Occiditur, laniatur, ejicitur, & funus ejus incenditur.* Cap. 20. *Mox Theodoſium perſecuti ſunt, & expulerunt, ne colligeret funus Timothei.* Liber Pontificalis in Sabiniano PP. *Quo defuncto, funus ejus ejectum eſt per portam S. Joannis.* Verſus ſcripti in æreis januis Monaſterii Caſaurienſis:

Ecce pater patriæ magnum tibi confero munus,
Clementis corpus, tu ſacrum ſuſcipe funus.

Gloſſ. Gr. Lat. Ἐκφορά, τὸ πένθος, *funus*.

Funus imaginarium, Tumulus ſine cadavere. i. *inane ſepulcrum*. Gloſſ. Iſid.

FUOZARUS. Gloſſæ Iſonis Magiſtri ad Prudentium: *Calce mera, pede puro, vel nudo. Barfueſſig pararo fuozaro.*

FUR. *Furis apprehenſio*. Charta Ethelredi Regis Angliæ pro Monaſterio S. Albani: *Quia omnimodis cuncta illius Monaſterii poſſeſſio nullis eſt obnoxia fiſcis, ſcilicet nec expeditionis, nec pontis & arcis ædificamine, nec juris regalis fragmine, nec furis apprehenſione, &c.* Vide *Eſcapium*.

FURABULA, *Tenebræ*, in Gloſſ. Iſid. Addit Ugutio, *quia furantur nobis viſum, & diſcretionem rerum.* Gloſſ. Iſid. & Pithœan. *Furaculum, tenebræ. Furfuraculum, tenebræ.* Papias verò MS. *Furfuraculum, terebellum*: ubi Editio Veneta perperam habet *trebellum*.

FURAGIUM. Vide *Fodrum*.

FURBANNITUS. Vide *Forisbannitus*.

FURBATTERE. Vide *Forbatudus*.

FURCA, Jus erigendi patibulum intra feudi fines, & in eo reos ſuſpendendi, quod majoribus Juſtitiariis maximè competit. Areſtum 16. Maji an. 1320. *Item in poſſeſſione vel quaſi erigendi furcas juſtitiarias, & palos juſtitiarios, ac tenendi erectos in dicto termino de Majano, & ſuſpendendi homines in dictis furchis, & in palis tenendi membra hominum condemnatorum mutilata.* Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Privileg. Militum, §. 10. *Tamen uſurpatum eſt in Aragonia per quoſdam, quia in aliquibus locis habent furcas, & dictas juriſdictiones exercent, &c.* In Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 4. §. 2. *Placita criminalia* dicuntur pertinere ad curiam Baronum, Comitum, Epiſcoporum, Abbatum & aliorum liberè tenentium, *qui curias ſuas habent, cum ſocco & ſacca, furca, & toill, & theme, &c.* Monaſticum Anglic. to. 1. p. 718. *Et quòd habeant incarcerationem, & incarceratorum evaſionem, & furcas ſeu patibulum ſuper terram ſuam.* To. 2. p. 71. *Concedo etiam quòd habeant* furches *ad prædictam juſtitiam tenendam, &c.* Et pag. 524. *Cum judicio ignis & aquæ, duelli & furcarum.* Charta an. 1360. apud Guichenonum in Epiſcopis Bellicenſib. *Infra quos confines ipſe Dominus Epiſcopus — poſſit erigi facere furcas, & erectas tenere, & omnia alia inſtrumenta, ubi & quoties voluerit, ad ſententias criminales exequendas: ipſaſque furcas ſeu patibulum poſſit ſemel & pluries erigere, erectas tenere, &c.* Regeſtum Parlamenti, incipiens anno 1316. *Philippus Dei G. Rex Franc. &c. Deodatum Vicecomitem de Cabngnaco conſideratione ſanctiſſimi Patris in Domino I. divina providentia ſummi Pontificis, cujus idem Deodatus familiaris extitit, benigno proſequi favore volentes, eidem, &c. quòd infrà caſtrum de Cahngnaco, & caſtrum de S. Cirico furcas erigere valeat, &c. Actum apud S. Germanum in Laia 1317. menſe Maio.* In Stabilimentis S. Ludovici l. 2. c. 35. dicitur, vavaſſorem non poſſe *lever juſtice ne forches*.

In veteri Franciæ Conſuetudine, *celuy qui à haute Juſtice, a puiſſance de trainer & de ardoir, & peut avoir gibet à trois pilliers, ou plus, s'il veut. Toutesfois pluſieurs hauts Juſticiers n'ont fors des fourches, — & dient aucuns que la difference entre les fourches d'un haut Juſticier les liens ſont par dehors, & patez par embas: mais des fourches d'un moien Juſticier, les liens ſont par dedens, & non patez.* At Conſuetudines municipales diſcrimen ſtatuunt inter *furcas* ejus, qui *merum*, & illius, qui *mixtum imperium* habet, in columnarum numero, quas *Piliers* vocant. Nam Comitum & Baronum furcis ſex columnas adſcribit Turonenſis art. 74. quatuor, Perticenſis art. 2. Bleſenſis art. 13. 16. Pictavenſis art. 1. Inculiſmenſis art. 2. 3. Rupellenſis art. 1. &c. Cæterorum verò, qui merum imperium habent, nulla alia dignitate inſigniti, furcæ tribus tantùm columnis conſtant, ut eſt in Conſuet. Autiſiod. art. 2. Perticenſi art. 4. & Pictavenſi art. 3. Vide Brittonum p. 76. v.

De furcis illius, qui mediam ſeu Vicecomitalem juriſdictionem habet, ita eadem vetus Conſuetudo Franciæ: *Celui qui a moienne Juſtice, a puiſſance de pendre ſans trainer, & ne peut avoir que fourches à deux pilliers, dont les liens ſont dedens.* Ita etiam in Conſuetudine Bleſenſi art. 24. Belloquercenſi art. 1. Atrebatenſi art. 35. Conſule præterea Raguellum. *Pendre as fourches*, in Statutis MSS. Caroli I. Reg. Sicil. cap. 15.

Furcale feudum. Vide *Feudum*.

Furca, Jus capiendi *furcas* in foreſtis dominorum feudalium. Regeſtum Normanniæ ſign. P. in Camera Comput. Pariſ. *Conſtumagii de Romagio habent mortuum boſcum de coſtuma, & reſidua carpentariorum, cum teſtis capellorum, & duas furcas, & unum feſtum ad hoſpitandum per liberationem, &c. Quiſque autem dat pro duabus furcis & pro le feſte quatuordecim denar. Turon.*

Furca & Raſtrum, Jus, quod domino competit in quoſdam tenentes, qui cum *furca*, vel *raſtro* illius fœnum colligere tenentur. Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiodorenſium c. 58. *Remiſit etiam furcam & raſtrum, & conſuetudines ejuſmodi, quæ eis erant multi oneris.*

Furca putei, Trabs ſupra puteum erecta, cui tollenoni innititur ad hauriendam aquam, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 24.

Furca, & furcula pectoris. Vide *Furcula*.

FURCALIA, dicuntur quatuor ligna, quæ tenent ſcalas. Ita Interpres Joannis de Garlandia in Synonymis:

Temo, longale, trabale, furcale, forale.

FURCANTES. Qui furcis utuntur, apud Thwroczium in Chr. Hungar. p. 59.

FURCARE, vox fori Anglici, cùm vir & uxor in jus vocantur, & uterque *eſſonium* proponit: tum enim illud *furcari*, (Gall. *Fourcher*) dicitur, id eſt, duplex fit, &c. Radulfus *de Hengham* in Magna cap. 9. *Caveant vir & mulier implacitati, quòd ſemper in Eſſonio alterius alter compareat, quamdiu furcare poſſint, & cùm ultra non poſſint, concurrant eorum eſſonia in ſuis locis. Alter autem illorum tantùm unum eſſonium de malo lecti habere poteſt. Hæc autem omnia dico de pluribus participibus, ubi terra impertita eſt, ſeu tenementum, videlicet de furcatione eſſonii, & de defaltis provenientibus, &c.*

FURCHETUM, idem quod *furcula*, de qua vocе mox. Vetus Charta apud W. Dugdalum in Antiquitatibus Warwicenſis Provinciæ p. 664. *Conceſſit*

cessit eidem Comiti & hæredibus suis duos damos idoneos quolibet anno de prædicto parco, — scilicet de utroque damo quatuor membra, & capud, corio, & forcheto, &c.

FURCIA, *Furquia, Furcensis moneta.* Observat Marca in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 16. §. 8. in monetis Vicecomitum Beneharnensium Morlanensibus, hæc verba fuisse descripta : HONOR FURCIÆ MORLANI, easque monetas, *Furcenses* in veteribus Chartis appellari, à *Furcia*, seu *Furquia*, Palatio veterum Vicecomitum Beneharnensium ita nuncupato. Certè *Furquia* videtur idem sonare quod *domus*, vel *mansio*, in Tabulario Lascarrensi an. 1205. apud eundem Marcam lib. 6. c. 13. n. 2. *Præterea Raimundus Garsiæ vel ejus successor debet stare justitiæ Domino Gastoni & suis clamantibus pro castro de Navalhes apud Lascurim, vel apud Pau, vel apud Forquinam Morlan.* Charta anni 1208. in Regesto Carcasson p. 19. *In mansionibus & furquiis, quarum proprietas pertinebat ad Monasterium Crassa.* Proinde hæc verba : *Honor furciæ Morlani*, nihil aliud volunt, quàm *Feudum domus Morlanensis.*

FURCILLARE, *Suspendere, vel concutere. Affurcillare, juxta, vel ad aliquid suspendere, vel concutere.* Jo. de Janua.

FURCULA, Pars pectoris, ubi venæ, quæ ab hepate proficiscuntur, in furculas dividuntur, *ubi pectoris est spatiositas*, inquit Constantinus lib. 3. Commun. loc. med. c. 19. Vide eundem lib. 2. c. 6. 12. & lib. 5. de Morbor. curat. c. 2. *Fourcelle*, Joinvillæ. *Le Roman de la Violette :*

> *Et dist li Sire de Naisi,*
> *Que ele fu trovée ensi,*
> *Que encore tenoit le cotel,*
> *Quis maine avoit sous le fourcel.*

In Glossar. Gr. Lat. *Furcilla*, βούλιμος, ὁ μέγας λειμὸς exponitur.

Forcella del petto, Cresconio : *Forcata*, Danti in Infern. cant. 14. Ita *furca* & *furcula pectoris*, in avibus, apud Fridericum II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 40. lib. 2. cap. 24. Arverni *furcelle*, pro collo dicunt.

FURECTUS, Viverra : nostris, *Furet* : apud Fridericum II. lib. 1. de Venat. cap. 1.

Furetarius, Officium in Coquina regia, in Ordinatione Hospitii S. Ludovici Reg. Fr. an. 1261.

FURELLUS, Vagina, ex Gall. *Fourreau.* Regula Templariorum c. 38. *Tegmen autem in clypeis, & hastis, & furelli in lanceis non habeantur.*

FURIARIA, *furor, furia.* Acta Martyrii SS. Maximiani & Isaaci : *Repetebant iterum furiariam defatigati tortores, quorum jam lassa faciebat solo crudelitas fortiora.*

FURFART, Telonei species, fortè idem quod *Jus transitus, passagium* : nam Germanis id vocis *transitum* sonat. Charta Leopoldi Ducis Austriæ an. 1198. in Metropoli Salisburgensi to. 3. p. 18. *Præfatæ Ecclesiæ ac fratribus donavit, ut bona ipsorum ubique apud thelonea sive mutas suas absque vectigali, & eo, quod dicitur furfart, & penitus absque omni juris persolutione liberè tam per terram quàm per aquam ducerentur.* Occurrit rursum infrà, & pag. 27. 29.

FURFURAGIUM. Vide *Bren.*

FURIGILDUM, Mulcta furti nomine soluta. Vox hybrida, composita ex Latino *fur*, & Saxon. ʒylꝺ, mulcta. In Legibus Ethelredi Regis, quas *Institutiones* vocant c. 1. & in ejusdem Legibus, editis apud Venetyngum c. 7. admittuntur ad testimonia, *qui nunquam furigildum reddiderunt*, i. qui de furto aut latrocinio nunquam accusati fuerunt.

FURIX. Anonymus de Natura rerum, cap. de falconibus secundùm Aquilam, &c. *Si fastidium habuerit, furices vivas ei dari facias.* Sed videtur legendum *sorices.*

FURLONGUS. *Furlongia, Forlonga*, Ager, campus, continens complures acras, quæ seriatim adjacentes, pariter incipiunt, & pariter desinunt, sulcique longitudine concluduntur. Tabularium Prioratus Dunstapulens. apud Spelmannum : *In eodem prato & furlongo Prior & Ric. filius Gileberti partiuntur.* Monasticum Anglic. to. 2. pag. 283. *Viginti (acræ) in uno campo, ex quibus quinque acræ sunt in furlungia, quæ descendit in rivolum ultra spinam, & 5. in furlungia ultra vallem, quæ vertitur apud Rugweiam, — & 4. acræ & dimidium in Ruxfurlunga — & in altero campo 20. acras, scilicet in Helefurlunga, &c.* Rursum p. 144. *Concedo — piscariam — ad longitudinem unius forlongæ.* Vide Librum Anglic. *Justice of peace* p. 146. v.

Furlongus, eidem Spelmanno, est *stadium, quarentena*, vox formata, ex *Furrow-longe*, hoc est, quod longitudine sulci determinatur. Sulcum autem à *furrow*, agricolæ Anglici dicunt, id quod uno progressu aratrum describit, antequam regrediatur, & continet plerumque 40. perticas, hoc est, octavam partem milliaris Anglici. Cowellus *furlongum* dici annotat, quasi *ferlingum*, seu *ferlingatam terræ* : sed hanc sententiam improbat idem Spelmannus.

Apud nostros, *Forlonge*, vel *forlongne, forlonger*, venatoriæ artis sunt vocabula, dicunturque de cane, qui feram eminus, vel ex longinquo insequitur. Sed & *fourlongner* pro eo, quod *forligner* dicimus, dixit Philippus *Mouskes :*

> *Le Comte Estase de Boulongne,*
> *Ki del parage ne fourlongne.*

FURMA, & *Furmelli*, Morbus equinus, *inter juncturam pedis & pedem, super coronam, propè in pastura, & accidit ex percussione mala in aliquo duro loco, &c.* Petrus de Crescentiis lib. 9. cap. 49. ubi vetus ejus Interpres Gallicus *Furine* vertit.

FURNAGIUM, *Furnaticum*, Præstatio pro coctione furnaria, quæ domino furni datur à *Sectatoribus* ob furni usum. *Fournage* in Consuet. Andegav. art. 31. Tabularium Vindocinense Charta 310. *Si ipse vel sui deinceps panem in eo furnili coquere vellent, furnagium totum, sicut alii homines extranei quilibet integrè & sine ulla redderent contradictione.* Charta Guigonis Comitis Forensis pro Libertatibus Villarezii an. 1253. *Coquentes dabunt pro bicheto siliginis unum obolum pro furnagio, &c.* Charta Libertatum oppidi *de la Perouse* an. 1260. apud Thomasserium : *Dera li per l'usage des molins de la vile de fornage un dener de sextier.* Adde Innocent. III. lib. 14. Epist. 60. Fletam lib. 2. c. 10. Roverium in Reomao pag. 221. Probat. Hist. Castilion. p. 53. Chartam Thomæ Abbat. S. Germani apud Brolium lib. 2. Hist. Paris. &c.

Furnagium, Pretium, quod pistori ipsi exsolvitur in coctionis sumptus & mercedem. Assisa panis & cervisiæ sub Henrico III. Rege Angl. *Et tunc potest pistor de quolibet quarterio frumenti lucrare 4. denarios & furfur, & duos panes ad furnagium.*

Furniamentum, Coctio furnaria, Gallis *Fournée.* Lambertus Ardensis p. 161. cap. *Quare furnagia dantur Ardeæ : Pollicitus est & compromisit de quolibet oppidi furno ad quodlibet furniamentum ad procurandum ursum & pascendum panem unum ursario se daturum.* Adde pag. 147.

FURNARIUS, Pistor : *Qui custodit furnum*, Joanni de Janua. Φουρνάρης, in Corona pretiosa ; *Fournier*, in Consuetudine Marchensi art. 316. & Baionensi tit. 22. art. 1. Tabularium S. Germani Pratensis : *Omnes homines de dicto burgo S. Germani bannarii ad furnum nostrum, seu furna nostra, dum tamen furnum & fur-*

& furnarium competentes habeamus, per bannum co quere, & furnagia, prout hactenus consueverunt, nobis solvere tenebantur. Utitur etiam Matth. Paris p. 145.

Furnerius, in Charta an. 1231. in Probat. Hist. Castilion. p. 58.

Forneria. Vide *Flecarius.*

FURNATA. Coctio furnaria, vulgò *Fournée*, occurrit in Vitis Abbatum S. Albani f. 63.

FURNATICUM, *Fornaticum*, idem quod *Furnagium.* Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 24. *Et medietatem de furno excepto fornatico de pane Monachorum, &c.* Bulla Honorii III. PP. ap. Ughellum in Episc. Interamn. *Habeat Episcopus unum panem boni frumenti de his, quos habuerit clibanarius pro fornatico.* Vetus Charta in Hist. Episcopor. Lodovensium p. 106. *Retenta medietate firmantiarum, justitiarum, sextaralicorum, furnaticorum, & omnium aliorum jurium excogitatorum & excogitandorum.* Adde p. 363. Alia Ildefonsi Reg. Aragon. an. 1187. pro Libertatibus villæ Amiliani in Regesto Lud. Hutini Reg. Fr. fol. 7. *Similiter ultra justum fornaticum, scilicet ultra de duobus sextariis tres obolos.* Charta Aigliberti Episcopi Cenoman. Omnes decimas de supradictis villulis, tam de annonis, quàm de agrario, vinum, fenum, omnium pecudium, seu furniatico, vel undecunque decimas redebitur. Malè *furmaticum* editum in Actis Episcop. Cenoman. p. 200.

FURNESIUM, Fornax, ex Gallico *Fournaise.* Occurrit semel ac iterum apud W. Thorn.

FURNIARE, In furnum immittere, *Enfourner.* Matthæus Paris an. 1258. *Et inveniemus eidem conventui domos competentes & necessarias ad brasiandum & furniandum.*

FURNILE, Pars ædis rusticæ, in qua est furnus, vulgò *Fournil:* vox Belgis frequens pro ipsa æde rustica. Vetus Charta in Hist. Monasterii S. Nicolai Andeg. pag. 41. *Dedi etiam eis unum furnile solutum & quitum.* Alia ibidem p. 48. *Furnile unum in suburbio juxta greviam situm.* Tabularium Vindocinense Ch. 108. *In suburbio mansionem unam, & furnile unum.* Tabular. Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Hoc est furnile cum mansionibus, & quidquid ibi visus sum tenere, &c.*

FURNIRE, Præbere, instruere, *Fournir. Furniri, se fournir de quelque chose*, apud Sanutum lib. 1. part. 1. cap. 2. *Cùm in Cyprotanta quantitas zuchari nascatur, quod Christiani poterunt competenter furniri.* Nata vox apud nostros, videtur à *furnis*, cùm coctúris suis plenè instructi sunt, ita ut nihil in eos immitti possit. Vide in *Hospitarius*, & Oct. Ferrarium in *Fornire.*

Fornimentum, Supellex necessaria, vox Gallica. Tabularium Abb. Conchensis in Ruthenis Ch. 446. *Et cùm infans intraverit Monasterium, habeat totum fornimentum suum, & unam bonam mulam, cum alio bono causimento suo, quod facere voluerit.*

Fruniri, pro *Furniri* perperam scribitur in Epistola Guillelmi de Carnoto Magistri Templi ad Honorium III. PP. apud. Hieron. Rubeum in Hist. Ravennat. lib. 6. *Est & aliud incommodum videlicet super equitaturis adeo grave, quòd equi nullo modo possunt venales reperiri. Quocirca universis Cruce signatis ac signandis bona fide consulatis, quatenus de prædictis se studeant fruniri, &c.*

FURNITORES, Italis *Fornitori*, qui executorum testamentariorum vices explent, cùm ii mortui sunt, aut munus illud recusarunt. Statuta Venetor. lib. 6. c. 17. 18. *Commissarii alicujus defuncti, seu tutores, & furnitores illorùm.* Cap. 21. *Procuratores S. Marci sint — tutores pupillorum — insuper furnitores omnium testamentorum.*

FURNULUS, *Furnulia.* Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 3. *Contuli & 4. molendina, 2. cum stagnis suis de dulci aqua, & 2. de mari molentia, & unum furnulum in ipso castello, — ad coquinum, ad furnuliam, ad cameram Abbatis, &c.*

Furnus sacer. Vide Pachym. lib. 7. cap. 28. extremo.

FURO, pro *Fur:* Italis *Furo.* Marculfus lib. 2. form. 22. de servo: *Non furo, non fugitivo, neque cadivo, &c.* Capitulare Sicardi Principis Beneventani cap. 11. *De furone verò & homicida ita stetit, ut si---furtum in sua patria facere præsumpserit.* Ita non semel in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 57. §. 1. tit. 94. §. 1. tit. 101. §. 21. Occurrit etiam in veteribus aliis Legibus apud Baluzium in Notis ad Capitular. pag. 1000. 1017.

Furo, Viverra, nostris *Furon*, vel *Furet*, *quoddam animal*, inquit Jo. de Janua, *& dicitur à furvus: tenebrosos enim & occultos cuniculos effodit, & ejicit prædam, quam invenit.* Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

Nunc ad cuniculum fovea munimine tutum
Mittere furonem, qui dente lacessat ipsum,
Donec in insidias prætensas retiolorum
Se stimulatus agat, mala cautus ab obsidione.

FURQUIA. Vide *Furcia.*

FURRATUS, *Forratus*, Pellitus, ex Gallico *Fourré.* Matth. Paris p. 302. *Capa choralis pellibus variis furrata.* Statuta Ordinis *de Sempringham*: *Mitras lineas nigras & forratas de agninis pellibus.* Utuntur Fleta lib. 2. c. 79. §. 3. Cantipratanus, Jacobus de Vitriaco lib. 1. Vitæ B. Virgin. Concilium Londinense an. 1342. c. 2. &c. Vide *Foderatus.*

Foratus, in Statutis Ordinis *de Sempringham* pag. 718.

Furrura, Pellitium, Gall. *Fourrure.* Monasticum Angl. to. 2. p. 646. *Longum tabardum, capucium, cum furrura ad supertunicam & capuciam.* Statuta Hospitalis S. Juliani in Additam. ad Matth. Paris p. 162. *Uti furruris, dummodo de pellibus sint ovium vel agnorum, minimè prohibemus.*

Furruria. Matth. Paris an. 1248. *Cum penulis & furruriis de pellibus variis cisimorum.*

FURST & *Fondong.* Leges Henrici I. cap. 46. *De quibuscumque implacitetur aliquis*, Furst & Fondong *habeat*, id est, inducias, tempus consilium sumendi, à ꝼẏꝛꞅꞇ, tempus, spatium, induciæ. Vide Gloss. Saxon. Somneri verbo ꝼẏꝛꞅꞇ, & suprà vide *Consilium.*

FURSWIROTOS. Lex Bajwar. tit. 17. §. 2. *Injustè territorium meum alteri firmasti, id est, Furswirotos, ipsum mihi debes reddere, &c.* Ita Editio Lindenbrogii Tiliana *Farswirotos*, Heroldi *Farwesotu*, Codices alii MSS. *Fursvvirotus, Farsvveritos, Cursuvirotos.* Vox formata ex Germ. *Fursvveren*, pejerare: Angli *Forsvveare* dicunt.

FURTARE, pro *furari.* Coronatio Henrici Regis Portugalliæ apud Brandaon. lib. 3. cap. 13. *Si furtaverint de alienis, si blasphemaverint ad Jesum Christum &c.* Occurrit præterea non semel in Foris Aclaçonensibus eræ 1286. apud eund. Brandaon. to. 5. p. 307. v.

FURTH *Cummand borg.* Quoniam Attachiam. c. 17. *Cujus titulus est, de plegio* furth cummand borg, *& de plegio de stando juri.* Vide §. 1.

FURTO, pro *Furtim.* Gloss. Gr. Lat. Λάθρα, *Clam, clanculo, clandestino, furto.* Ita *in furto*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 30. c. 2. *Ut nemo audeat in furto mancipia emere, &c.* Ubi Glossa interlinearis, *id est, absconsè.* Glossæ antiquæ MSS. *Furto, adulterio.* Qua sanè notione furtum videtur usurpari in Capitulari Aquisgranensi an. 789. c. 66. & in Appendice 2. Capitul. c. 38. *Item & furta, & injusta connubia, necnon*

& falsa testimonia, sicut sæpe rogavimus, prohibete diligenter, &c.

FURTUM *habens in manibus.* Vide *Manus rubra.*

FURTUOSUS, *Plenus furto, qui sæpe committit furtum, vel qui pugnat, ubi merces certa paratur.* Ugutio, Jo. de Janua.

FURTUS, pro *Furtum*, in Lege Salica tit. 10. Edit. Heroldi, & in Legib. Luithprandi Regis Longob. tit. 73. §. 1. Utitur etiam vetus Interpres Juvenalis Sat. 8. v. 112. *Putes, inquit, has civitates furtus non esse accusaturas, &c.*

FURVANA, *viridissima, foliis perseverans.* Gloss. Longob. S. Germani Paris.

FURUNDUM, *Vulnus*, inquit Papias, *quod nascitur. Latinè Furunculus, tumor in acutum surgens, ita dictus, quòd ferveat, unde Græcè ἄνθραξ* dicitur. Ita etiam Ugutio. Caper de verbis dubiis: *Ferventiculum, à fervore, non furvunculum.*

FUSARIA. Epistola Gaufredi de Meduana, to. 2. Spicilegii Acheriani p. 507. *Dedi etiam — decimam fusariæ meæ, atque plateæ propriæ — & decimam omnium molendinorum meorum.*

FUSARIUS, Joanni de Janua, *qui facit fusos.* Vide Statuta antiqua Corbeiensis Monasterii lib. 1. cap. 1.

Fusarius. Papias: *Fusarius, & sanguineus, arbores.*

FUSCA. Anastasius Bibl. in Hist. Eccles. p. 132. *Ipsi verò Basilium — decollavit, & capita eorum fusca condita per spatharios Imperatori transmisit.* Ubi Theophanes p. 344. ex Cod. Barber. Καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν φυσκιάσας. Alii Codd. habent φασκιώσας, & φυρκίσας. Φοῦσκαν Moschopulus ait esse, quod Græci φύσκην vocant. Atcum Græci ita appellent vesicam aut intestinum, aliud hoc loco sonat. Phæmon Cynosoph. cap. 7. ait, φοῦσκαν esse ὄξος καὶ ὕδωρ θερμόν. Unde conficitur φοῦσκαν appellasse recentiores, quod Latini *Poscam*, & *Puscam*, id est, ὀξύκρατον. Quod firmat Paulus Diac. lib. 21. Miscellæ pag. 652. qui habet hoc loco: *Capita eorum pusca condita.* Vide *Posca.*

FUSCANUS, Fuscus colore, vel subfuscus. Vett. Schedæ Thuanæ: *Hoc est casula fuscana renelana 1. sagia fusca 1. caligas albas 4. &c.*

FUSCELLUM. Hariulfus lib. 3. cap. 3. *Candelabra auro argentoque parata 6. ventaculum deauratum 1. fuscellum deauratum 1. scyphus de argento 1. &c.*

FUSCI, Mauri, Mauritaniæ incolæ, nostris *les Noirs*, vel *les Negres.* Chronicon Novalicense lib. 6. p. 639. *Eodem tempore, quo Fusci morabantur in Castro Frascenedello, &c.*

FUSCINA, Papias: *Fuscina, unde pisces perforantur, tridens, creacra.* Habetur inter ministeria sacra in Hist. Episcop. Autisiod. c. 20. p. 423.

FUSELLUS, Parvus fusus, Joanni de Janua: *Fuseau.*

FUSIO, In latio publica, tributi pensitatio. Gloss. Lat. Gr. *Fusio*, ὑλισμὸς, εἰσφορά, δημόσιον. Sic lego, pro δημοσίων, est enim δημόσιον, tributum. Rursum: *Fusiones*, εἰσφοραὶ, συντέλειαι. Vox Jurisconsultorum.

FUSOLUS *molendini*, apud Petrum de Crescentiis l. 5. extremo, ex Italico *Fusolo*, Gall. *Arbre de moulin.*

FUSORIUM, Ugutioni, *in quo quid infunditur.* Gloss. Gr. Lat. Πουγυτήριον, *fusorium.* Ἐκχύτης, ἐκχυτήριον, *effusorium, fusorium.*

FUSTA, Lignum, materia lignea, *materiamen*, Gall. *Fust. Merrien*, ex Lat. *Fustis.* Charta Raimundi Comitis Tolosæ an. 1181. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 215. *Nullus homo vel femina emat fustam in illo die, in quo fuerit delata, vel revendat: in qua fusta intelligimus arcas, vel vasa sive vinaria, vel alia, & circulos & latas, & scamna & lectos, & omnem aliam fustam, quæ necessaria fuerit ad ædificia & bastimenta, quæ deferuntur cum manibus, &c.* Testamentum Guill. D. Montispessulani an. 1211. *Item Domina mater mea, vel ille, qui meos usus & aisiamenta accipiet, emendet illam fustam, quam habui de Ecclesia de Pruneto, &c.* Adde fundationem Monasterii B. Mariæ de Silva regali an. 1194. to. 3. Spicilegii Acheriani p. 169. Vide *Exarcia. Fustage* in Consuetud. Solensi tit. 13. art. 1. *Cascun pot joyr deu fustage deus deuts heremps per bastir & per lo causage.* A fuste seu ligno dicta navis species, quam vulgò *Fuste* dicimus, φοῦστα Malaxus in Hist. Patr. CP. & Chronicon Veneto-Byzantinum pag. 205. nam & naves nudè *Ligna* vocantur.

FUSTANUM, Panni ex gossipio confecti species: Xylinum: *Fustani*, Occitanis, nostris *Fustaine.* Occurrit apud Andr. Monach. lib. 1. Vitæ S. Ottonis Episc. Bamberg. cap. 45.

Fustia, Frustian, Fustianum. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Casula de fustia, cujus totus apparatus de fustian. — Item unum vestimentum, cum apparatu de pal sufficienti, & casula de fustian. Fustianum*, ibidem, & in Fleta lib. 2. c. 12. §. 8.

Fustinus. Concilium Arelatense an. 1260. c. 11. *Cum sella alba vel fustina sine phaleris equitent.*

Fustanium Statuta Massiliensia MSS. an. 1276. *Fustanium muliebre — fustanium duplex.*

Fustaneum. Ordericus Vital. lib. 5. pag. 591. *Et Odelinæ conjugi ejus unum fustaneum.* Relatio de Ordine Cisterciensi to. 1. Monast. Anglic. p. 700. *Neque casulas nisi de fustaneo, vel lino, sine pallio aureo, vel argenteo.* Vide Orig. Gallic. & Ital. V. Cl. Ægidii Menagii, & Possinum to. 1. Hist. Pachymer. p. 414. ubi de vocis origine.

FUSTARE. Vide *Fustis.*

FUSTERARE. Vide *Tasca.*

FUSTIA, *Fustianum, Fustinum.* Vide *Fustanum.*

FUSTIBALUM, Machinæ bellicæ species. Fulco lib. 2. Viæ Hierosol. p. 893.

Aggeribus, plateis, onagris, fustibalisque
Assultus ineunt, cunctis utensilibusque

Ubi fortè legendum *fundibalisque.* Vide in hac voce.

FUSTIS, ῥάβδος, ἢ ᾧ τύπτομεν, in Gloss. Gr. Lat. Isidorus lib. 5. c. 27. & lib. 20. c. 13. & ex eo Papias: *Fustes sunt, quibus juvenes pro criminibus feriuntur, dicti, quòd præfixi in fossis stent, quos Palos rustici vocant. Fustibus verberari, cædi, coërceri*, in l. 1. D. de Off. Præf. Præt. l. 3. & ult. de Off. Præf. Vigil. l. 5. C. Theod. de Episc. l. 21. 54. 57. de Hæret. l. 15. de Accusat. l. 80. 85. de Decur. Concil. Matiscon. II. c. 1. *Si rusticus aut servus, gravioribus fustium ictibus verberabitur.* Edictum Pistense Caroli Calvi c. 15. *Ut servi pro hoc convicti, non cum grossa fuste; sed nudi cum virgis vapulent.* Infrà: *Et disciplinam sustinentes in corpore suo debiliores non fiant.* Speculum Saxonicum lib. 3. art. 16. *Quando judici Præco pro eo, quod ipsum in suo jure neglexit, mulctam præstat, mensuram Regis dat pro mulcta, quæ in triginta duobus virgæ quercinæ cubitum bipartitum continentis verberibus noscitur comprehensa.* Adde Legem Burgund. tit. 4. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scanicarum c. 24. *Fustis autem appellatio virgam & baculum, hastam, securim, malleum, clavam, & vaginatum gladium comprehendit.*

Fustes, naves ita hodie appellatæ. Bernardus de Breidenbach in Itiner. T. S. *Vidimus fustes & grippas cum navibus armatis applicare in portum.*

Fusta-

Fustare, Fustibus cædere, *Frustare* Danti & Boccacio. Gloss. Gr. Lat. Ξυλοκοπῶ, ὁ ἐςὶ τύπτω ξύλῳ, *Defusto*. *Frustio*, ita in MS. pro *Fustigo*, uti præfert Editio H. Stephani. *Fustare* porrò occurrit in Lege Alemannor. cap. 12, 13. & in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. §. 5. ubi *Fustigare* habet Lex Burgund. tit. 4. & aliis locis, ῥοπαλίζειν, apud Harmenopul. lib. 1. tit. 7. §. 20. Vide *Frustare*.

Fustuaria pœna, in Edicto Theoderici cap. 4. *Fustuarium supplicium*, in Lege Burgund. tit. 70. in l. un. Cod. Th. de Ædific. publ.

Fustuarius, Ξυλοκόπ☉, ὁ τύπτων ξύλῳ, in Gloss. Gr. Lat.

In pœnis publicis moderatam ξυλοκοπίαν, seu fustigationem, leviorem fuisse Flagellatione quidam colligunt ex l. 7. 10. 28. & seqq. D. de Pœnis. Contrà Cujacius in Paratit. ad tit. Cod. de Emendat. servor. Vide Guillelmum Vorstium ad Rabbi Maimonidem de fundamentis Legis p. 76. 77. Petrum Pithœum ad Collat. Legis Mosaicæ tit. 11. & suprà in *Baculare*.

Fustis, Arbor justæ magnitudinis. Lex Salica tit. 27. §. 28. Edit. Heroldi: *Si quis arborem post annum quàm fuerit signata, priserit, &c.* Ubi ad marginem ex MS. alio: *Si quis in silva fustem signaverit, & non capulaverit, &c.* Monachus Centulensis lib. 1. Miraculor. S. Richarii n. 2. *Quadam autem die dum rura illius circuiret, super jam dictam fagum venit: quam dum enormem esse intuitus esset, jussit incidi, & quia apta esset ad ministerium foci indicavit. Cui sui servi professi sunt id minimè hoc audere perpeti, eò quod paterna traditione didicissent illum esse sacratum fustem, &c.* Manet etiamnum vocis vestigium: silvas enim, in quibus sunt proceræ arbores, *Bois de haute fustaie* dicimus.

Per fustem investire. Vide *Investitura*.

Cum scuto & fuste se defendere, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 76. lib. 2. tit. 55. §. 29. Vide *Campio*, *Duellum*.

Fustes ad sepulcra ponere, Superstitionis paganicæ species, apud Conradum Uspergensem an. 1124.

Fustes alninos super caput frangere, in Lege Salica tit. 36.

FUSARE, Fusum trahere. Theodoricus Thuringus lib. de S. Elizabeth Regina Hungariæ cap. 6. *Nunquid hactenus visum est filiam Regis lanam fusare?*

FUSUS, Mulier, vel muliebris sexus, cui *fusus*, ut viro *gladius* & *arma*, competit. In Lege Angliorum & Werinor. *Hæreditas ad fusum à lancea transire* dicitur, quæ ad filias transit. *Tomber en quenouille*, nostris. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 15. §. 3. *Qui expeditorias res, hoc est, arma bellica, postulet, agnatus ex parte gladii esse debet: ad utensilia verò, seu geradam, cognatus, id est, ex parte fusi, seu mulieris, duntaxat admittitur. Hoir de quenouille*, in Consuet. de la *Rue d'Indre*. In Blesensi pago art. 7. filia patris hæres. Viget Proverbium apud Italos: *Far d' una lancia un fuso*, quod est *redurre una cosa grande a tant estremità che non servi à niente*, apud Academicos Cruscanos. Vide Achmet. Onirocrit. cap. 249. Extra & infra in *Gladius*.

Fusus argenteus mulierum sepulcris appensus. Ditmarus lib. 2. p. 25. de filia Ottonis Magni Imp. Conradi Franconiæ Ducis uxore: *In Ecclesia Christi Martyris Albani in Moguntia flebiliter est sepulta, cujus fusum argenteum in ejus memoria ibidem est suspensum.* Ita olim Tanaquillæ, Tarquinii prisci uxori, statuam posuere Romani, lanam, fusum & colum tenentem, in probitatis ac virtutis muliebris argumentum, uti testantur Festus, Plinius lib. 8. cap. 48. & Plutarchus Probl. 30. Quippe, ut ait Fulgentius lib. 2. Mythol. *laborem manuum & operationem libidinosa mulier non diligit.* Sane cùm *fusus*, feminarum *gladius*, vel certè *scutum* dicatur, quo scilicet contra dedidiam se se tueantur, admodum vero simile est, inde profluxisse, ut earum insignia in *fusis* describantur, vulgò *lozengiis* dictis; quod, ut censet Scaliger ad Varronem, lauri foliorum speciem referant, quasi *laurengiis*; quorum figura eadem est, quæ fusorum. Sed & feminarum sigilla cerea, Diplomatibus appensa, ferè semper ea forma ac figura conspiciuntur, in quibus effinguntur dextra aviculam, vel lilium, aut quid simile, tenentes, depictis ad lævam armorum insignibus.

Fusus, Reg. lib. 2. cap. 3. *Et leprosus, & tenens fusum, &c.* Ubi auctor Mamotrecti: *Fusus est instrumentum filandi. Fusum quidam dicunt in loco isto breve ventilabrum de foliis palmarum, quod volvitur inter digitos instar fusi: vel instrumentum ligneum cum duabus vel tribus tabellis, quas concutit leprosus quærendo panem.* Græca editio, κρατῶν σκυτάλην, id est baculum, quo gressus suos dirigat: Nam Aquila hoc loco τυφλὸς habet.

FUTHWITA. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. ult. *Si autem retineatur, vel divadietur, vel implegietur ibi, blodwita & futhwita poterit aggregari.* Sed legendum *fythwita*, quæ vox *forisfactura pugnæ* exponitur in veteri Gloss. Saxon.

FUTURARE, Differre. Architrenius lib. 1. c. 2.

— Hodiernos crastrinat actus,

Et quod præteritum nunquam facit usque futurat.

FUXOLANA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

FYRDERINGA, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 10. inter crimina, quorum cognitio ad solum Regem spectat, recensetur: ubi Spelmannus legit *Fynderinga*, atque, fortè *thesaurum inventum* significare. Sed potiùs videtur esse hoc loco *fyrderinga*, expeditio, seu expeditionis ad summonitionem non initæ delictum, ex Saxon. ꝼyꞃꝺeꞃunᵹ, i. expeditionis apparatus, est enim ꝼýꞃꝺ, & ꝼýꞃꝺe, exercitus.



G.



LITTERA numeralis, quæ 400. denotat: unde versus:

G. Quadringentos demonstrativa tenebit.

Seu ut habet Ugutio:

Ergo quater centum, G. nunc caudata.....

Eidem literæ si linea recta superaddatur, quadringenta millia significat.

G. seu G. in Codd. MSS. mediæ ætatis usurpatur pro Senario. Vide libros Sacrament. Eccles. Rom. p. 201. 205. 207. 260.

G. In superscriptione cantilenæ, ut in gutture gradatim garruletur, geminè gratulatur. Ita Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ litteræ significent in superscript. cantilenæ.* Vide *A.*

GAANNERIA. Vide *Gagnagium.*

GABA, Via, quasi *cava*; quomodo *rugam* hodie dicimus, quòd *rugæ* frontis formam effingat. Charta ann. 1216. apud Ughellum to. 2. Ital. sacr. p. 770. *Et limites tales esse censentur, videlicet à pede via, venit sursum à massaria de Petralonga, & respicit ad filum cum gaba, seu via, quæ vadit, &c.* Charta Ital. ann. 1345. *Si aliquis soliaverit aliquas cavas, vel scalnaverit, seu spoliaverit, caligerit salices, ulmos, vel alias arbores, & super alienas gabas, solvat pro pœna sol. 1. & totidem pro emenda.*

Gabia, idem quod *Gaba*, Via, platea. Charta Philippi Episc. Amalphitan. an. 1281. apud Ughellum to. 7. Ital. sacr. p. 301. *Et quia providimus, satis esse decens & conveniens, ut in vigilia translationis ipsius, novem Ecclesiæ nostræ civitatis inferiùs subscripta deferrent arbores cum floribus, & magnis columbris rosarum, induximus Rectores prædictarum Ecclesiarum, ut in vigilia ipsius translationis quælibet ipsarum Ecclesiarum deferret & offerret nobis in gabia Ecclesiæ, quam propter hoc fieri fecimus, arborem suam & columbrum rosarum, &c.*

GABAR. Gloss. MS. Regium: *Calonis, Gabar militum.*

GABATA, *Gavata.* Isidorus lib. 20. c. 4. *Lancis, gavata, quasi cavata, g. pro c. litera posita.* Perperam *gravata* editum. Papias: *Gabata, Patena, vas, quasi cavata.* Ugutio: *Simpuvium, genus poculi, quod & Gabata, vel Grabata dicitur.* Jo. de Janua: *Gavata, vas escarium, quasi cavata; & differt à concha, quia hæc est cavata, illa concava.* Gloss. Lat. Gall. *Gavata, Vaisseau à garder viande.* Glossæ Basil. κάυκυς, γαϐατα. Theophanis verba, εἰς τὸν καῦκον ἔπιες, vertit Miscella. *In gabata bibisti.* Est igitur *Gabata*, seu *Gavata*, lancis genus. *Gabatam* dixit Martialis lib. 8. Ep. 48. *Gavatam* recentiores aliqui. Fortunatus lib. 11. Poëm. 9.

Carnea dona tumens argentea gavata perfert.

Extat Epigramma Ennodii, quod est 9. cum hoc lemmate: *De compostile habente septem gavatas*, hoc est, lances, vel discos. Glossæ Pithœanæ, ex quibus emendandæ Isidorianæ: *Parophis, gavata, catinus.*

Gabatæ non semel inter ministeria sacra reponuntur à Scriptoribus: *Gabatæ medianæ anaclteæ, Gabatæ liliatæ, Gabatæ colinellatæ*, vel potiùs *columellatæ* occurrunt etiam crebriùs in Hist. Episcopor. Autissiodor. cap. 20. *Gabatæ electrinæ.* Apud Anastasium in Vitis PP. pag. 34. *Gabatæ aureæ Saxiscæ*, pag. 72. 165. *Gabatæ interrasiles*, pag. 123. *Gabatæ aureæ fundatæ*, pag. 122. *Gabatæ aureæ purissimæ interrasiles, filopares*, p. 165. 174. Sunt autem hoc loco *Gabatæ*, lances seu disci in Ecclesiis, à laquearibus pendentes, cereis vel lampadibus instructi. Idem Anastasius p. 128. *Necnon & gabatas fecit, ex auro purissimo, quæ pendentes in pergula ante altare.* Pag. 131. *Fecit gabatas sex cum Cruce ex argento purissimo, quæ pendent ante arcum majorem.* Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. pag. 236. *Gabatas argenteas cum lampadibus obtulit, & continuatim vigiliis ardere præcepit.* Adde eundem Anastasium p. 118. 165. 174. & Ademarum Cabanensem in Chron. apud Labbeum p. 179.

Gabatus, apud Anastasium p. 46.

GABBARA, *Gabares*: ita vocabant Ægyptii mortuorum condita cadavera, quæ alii *Mumias*. Papias: *Gabbari, inclusi barbari: unde Gabbares, mortuorum corpora condita.* Gloss. Isid. *Gabarus, insulsus, barbarus, unde Gabares mortuorum.* Ita etiam Ugutio cum unico b. S. Augustinus de Diversis Serm. 120. cap. 12. *Ægyptii soli credunt resurrectionem, quia diligenter curant cadavera mortuorum: morem enim habent siccare corpora, & quasi ænea reddere, Gabbaras ea vocant.* Vide Scaligerum Epist. 198. & in verbo *Mumia.*

GABATOR, *sive Gabitor, dicitur homo jocosus*, in Glossario Cambronensi. Etiamnum *se Gaber de quelqu' un*, dicimus, pro *aliquem irridere.*

GABBARUS, Squilla, piscis. Gloss. Gr. Lat. Καρὶς, *Scilla, Gabbarus.* Ita in MS. editum habet, *Galbacus.* Joan. Archithrenius lib. 1.

In his quinque pedes produxit Gabbarus artus.

In Consuetudine Burdegalensi art. 116. *Gabarre* est navicula amnica, *Gabarrier*, navicularius. Cujus vocis etymon ab Hebræo accersit Steph. Guichartus. Computum Barth. *du Drach*, Thesaurarii Guerrarum an. 1338. *Mises & depenses pour prendre amener & assembler plusieurs nefs, gabarres, & autres choses necessaires aus pons & aus passages sur la riviere de Garonne.*

GABELIA. Vide *Gablum.*

GABIA, *Cavea*, unde vocis etymon: Italis *Gabia*, & *Gabbia*: nostris, *Cage.* Gloss. Gr. Lat. Γαλιαγρα, *Gabia.* Occitanis *Gàbio*: ex quo *gabiones*, urbium & castrorum munimenta ex pluribus sportulis terra oppletis educta & erecta. Petrus de Crescentiis l. 10. de Agricult. cap. 4. *Accipitres — ponantur mense Martio vel Aprili in gabia magna.*

Sumitur etiam pro carcere. Vetera Acta de Jacobo ultimo Rege Majoricarum: *D. Jacobus per annos 3. & ultrà in tristissimis & durissimis carceribus fuit per Regem Aragonum, & in gabia ferrea noctibus & diebus, cum dormire volebat, reclusus.* Petrarcha part. 1. Son. 4.

In così tenebrosa, è stretta gabbia
Rinchiusi fummo.

Gabiola, diminutivum à *Gabia*, Carcer, Gall. *Geole.* Gloss. Gr. Lat. Ζωγρεῖον, *Caviola.* Charta an. 1222. in Tabulario Campaniæ Thuano: *Erunt liberi à tallia & tolta, & custodia totius villæ, turris, & gabiolæ,*

gabiola, neque ibunt in chevaucheiam, &c Occurrit ibi pluries. Habetur alia ejusdem tenoris an. 1209. apud Pithœum ad Consuet. Trecens. art. 2. Observat Salmasius ad Vopiscum, ubi apud hunc Scriptorem hæc leguntur in Probo: *Neque enim erat bestiarum impetus ille, qui esse è caveis egredientibus solet*; Palatinum Codicem præferre, *à cabeis*: nam ita, inquit, scribebant, *cabeam*, vel *cabiam*, unde diminutivum *Cabiola*, & *Gabiola*. Vide *Gaba*.

GABETTUS. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Item una reliquia cristallina, cum duobus gabettis argenti deauratis, quam supportant duo Angeli, &c.*

GABLUM, Census, tributum, reditus: ex Saxonico Ʒaꝼol, vel Ʒaꝼel, eadem notione: illud verò ex Hebræo *Gab*, quod idem sonat, si Guichartum audimus. Domesdei: *Wallingford continet* 276. *hagas, reddentes* 9. *libras de gablo*. Alibi: *Oxford. Hæc urbs reddebat pro theolonio & gablo Regi* 20. *lib. & sextarios mellis Comiti Alpharo* 10. *libr.* Occurrit ibi non semel, & in Legib. Inæ Regis cap. 6. 25. & Henrici I. c. 56. in Charta Guillelmi Nothi Regis Angl. an. 1082. pro fundat. Abbat. S. Trinitatis Cadomensis apud Acherium in Notis ad Vitam Lanfranci p. 34. in alia Edw. Confessoris apud Seldenum de Titul. honor. 2. part. c. 5. p. 618. in Monastico Angl. to. 1. pag. 20. 437. 560. 624. to. 2. p. 969. apud Will. Thorn. an. 1343. apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkind* p. 177. &c.

Gaulum, pro *gablum*. Charta Philippi Comitis Flandriæ an. 1176. apud Buzelinum in Gallo-Flandr. l. 2. c. 22. *In eodem pago villam Salliacum cum vivario, molendino, furno & gaulo: villam etiam Gangiacum — & totum gaulum ejusdem villæ. — In pago Atrebatensi villam Bariacum, & gaulum cum omni integritate.*

Gablagium, idem quod *Gablum*. Tabularium Fiscanense an. 1260. fol. 51. *Et manentes in ea debent ire ad furnum, & molendinum ipsius Abbatis, & debent gablagium, & alia jura per annum.* Fol. 88. *Et custus meos in die Veneris proxima post festum S. Martini hiemalis, quando gablagium colligebatur per villam.* Occurrit præterea in Charta Henrici II. Regis Angl. pro Abbatia S. Mariæ de Voto.

Gabulum, eadem pariter notione, apud Will. Thorn. pag. 1788. 2078. 2130. in Monastico Anglic. tom 1. p. 577. 594. &c. Charta MS. M. Abbatis S. Vedasti Atrebat. an. 1245. *Cùm mota esset contentio — super gabulo Atrebatensi & receptione ipsius.* Infrà: *Insuper dictus Bajulus ordinavit, quod gabulum supradictum mensurari debet ad talem mensuram, ad quam homines vendunt & emunt in foro Atrebatensi.* Ibidem: *Si autem homo non manens super terra debente gabulum, velit terram debentem gabulum ahanare, ipse potest quemlibet mencaldatam terræ ahanare pro uno boistello avenæ, &c.* Ubi *gabulum* sumitur pro præstatione agraria, & blado, quod ex messibus domino penditur.

Hagabulum, idem quod *Gabulum*. Monasticum Anglic. to. 2. p. 32. *Habent & dicti Canonici — 50. acras terræ in libera eleemosyna, salvo hagabulo Domini Regis, quæ solvunt singulis annis Ballivis Dom. Regis — 57. sol.* Occurrit ibi semel ac iterum.

Gabularii, Gabulo, seu gablo obnoxii. Monasticum Anglic. to. 1. p. 1020. *Et omnia prata — eisdem concedo, salva communia gabulariorum meorum de Pulla post fenum collectum & abductum.* Vetus Charta Anglo-Gallica apud Spelmannum in *Villanus*: *Frankes tenants, coterols, ou gabelators.*

Gabella, vox ejusdem originis & notionis ac *Gablum*. Nam qui aliundè etymon arcessunt, toto cælo aberrant. Varias horum sententias collegit & expendit eruditus Menagius in Origin. Gallicis & Italicis, quem fugit Saxonicum etymon, cæteris ab eo allatis longè probabilius. Walsinghamus in Ricardo II. p. 243. *Eò quòd totiens non tam aporiassent, quàm despoliassent patriam diversis taxis, quas Gabelas appellant. Datiæ vel gabellæ*, apud Sanutum lib. 3. part. 15. c. 25. extremo. Leges novæ Reip. Genuensis an. 1576. cap. 2. *Publica vectigalia, quas Gabellas passim nuncupamus.* Ita usurpatur pro quovis tributo, in Charta Rogerii Regis Siciliæ ann. 1129. apud Bonfilium Constantium in Hist. Sicil. part. 1. lib. 4. et & apud Scriptores Italicos, Joan. Villaneum lib. 6. c. 60. lib. 8. c. 9. lib. 9. c. 16. lib. 10. c. 19. 196. Matth. Villan. lib. 7. c. 81. &c.

Gabella vini. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 78. *Gabellum in vulgo dicitur certa quota, quæ datur de certis vasis vel mensuris vini vendendi, domino terræ vel Communi civitatis.* Occurrit etiam in to. 2. Spicilegii Acheriani pag. 576. *Gabelle de vins*, in Statutis Ducis Bullionensis art. 572.

Gabelle des draps. Rotulus an. 1332. *L'on souloit rendre de l'imposition de la gabelle des dras de la Seneschaussée de Carcassonne 4500. liv. T. par an, laquelle fu abatue l'an 1333. parmi France.*

Gabella salis. Consuetudines Municipales Aquarum mortuarum oppido concessæ à S. Ludovico an. 1246. *Sed neque gabellæ salis, seu alterius mercimonii possint ibi fieri contra homines villæ*: Ex quibus docemur, *Gabellam*, quæ vox hodiè salis tributo nudè adscribitur, longè ante Ludovicum Magnum, seu *Longum*, extitisse, quem illius auctorem quidam volunt. Habetur in Regesto Cameræ Computorum Pariens. signato B. incipiente ab anno 1330. & desinente in an. 1340. f. 156. Statutum Philippi Regis an. 1331. quo, ut hostibus suis obsisteret, ad levius subditorum gravamen, aliquot salinaria horrea intra regni fines instituit, quorum procuratores, commissarii, ac supremi judices (*Souverains Commissaires, Conducteurs & Executeurs desdits Greniers & Gabelles*) delecti fuere Mag. Guillelmus *Pinchon*, Archidiaconus Abrincensis, Petrus *de Vilain* Archid. Parisiensis, Mag. Philippus *de Tire*, Thesaurarius Bajocensis, Magister Requestar. Hospitii, Mag. Rainaldus *Chaviau*, Guido *Chevrieres*, Artus *de Provins*, Milites, & Mag. Jacobus *de Boulon*. Qui quidem procuratores, in alio Statuto 2. Octob. an. 1342. dicuntur *les Deputez sur le fait du sel*. Joan. Abbas Laudun. in Speculo Histor. MS. l. 11. c. 71. *En ce meismes an.* (1342.) *mist le Roi une exaction au sel, laquelle est appellee Gabelle, dont le Roi aquist l'indignation & malegrace tant des grans comme des petits, & de tout le peuple.*

Postmodum verò, cùm vererentur Franciæ Ordines, ne ejusmodi salarium vectigal, fiscale perpetuumque fieret, & Principis ærario in posterum adscriberetur, pollicitus est idem Rex Edicto 15. Febr. an. 1345. se, cùm primùm Regnum ab ingruentium bellorum metu vacaret, illud sublaturum. Extat præterea Statutum aliud Joannis Regis 28. Decemb. an. 1355. in Regesto Memorialium Cameræ Comput. Paris. signato C. f. 203. cujus meminit Froissartes 1. vol. cap. 155. quo ex universorum ordinum consensu rursum in toto regno impositum ac exactum est salarium tributum, pro bellorum impensis.

Rege postmodum in Pictavensi prælio ab Anglis capto, rursum, inter cætera tunc temporis ad illius redemptionem imposita tributa, *Gabella salis* à Parisiensibus ad annum permissa Carolo Delphino, intra Vicecomitatus Parisiensis limites, 11. Augusti an. 1358. moxque totius salis, quod Parisiis tum extitit, intra 13. ejusdem mensis recensionem, 28. Octobr. subsequentis salis modio 60. scutorum aureorum pretium est impositum, quorum 26. essent mercatoris, 34. Ducis & Ædilium urbis: ac Ducis quidem 26. Ædilium verò 8. Demum 26. Novembris ejusdem anni salis modio centum scutorum pretium fuit indictum, quorum 26. essent mercatoris, 56. Regis, & 18. urbis: quod auctum postmodum fuit 1. Febr. subsequentis.

Inito denique ad Brettiniacum cum Anglis fœdere, quo Joannis redemptioni satisfieret, ab eodem Rege litteris 5. & 18. Decembr. an. 1360. varia fuere indicta tributa, atque in iis salarium vectigal, quod *Aide sur le sel*, appellatum fuit, ut & *Gabelle de sel*, in Chronico Flandriæ cap. 111. extremo. Describuntur eæ in 8. Regesto Memorialium Cameræ Computor. Paris. fol. 12. & 13.

Exindè Gabella, seu salarium istud vectigal, ut cætera pænè tributa, quod in regni necessitates ex trium ordinum consensu, solebat indici, in fiscale n & perpetuam pensitationem transiit, quæ pro arbitrio Principis in immensum posteà excrevit. Jo. Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ cap. 35. *Praterea non patitur Rex (Franciæ) quemquam regni sui salem edere, quem non emat ab ipso Rege, pretio ejus solum arbitrio assesso. Et si insalsum pauper quivis mavult edere, quàm salem excessivo pretio comparare, mox compellitur ille tantum de sale Regis ad ejus pretium emere, quantum congruet tot personis, quot ipse in domo sua fovet.* Tradit Ægidius de Roya an. 1450. Philippum Ducem Burgundiæ & Comitem Flandriæ, *more Regum Franciæ petiisse à suis de Gandavo, concedi sibi gabellam salis*, quam ab iis denegatam idem scribit. Sed & ab Andronico Seniore Imp. CP. exactam refert Pachymeres lib. 10. cap. 9. Vide Constit. Siculas lib. 1. tit. 87.

Gabellati bajuli, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 57. *Bajuli, qui in gabellam vel credentiam bajulationes suas administrandas suscipiunt*, tit. 59. §. 1. qui præposituras suas *ad firmam* tenent. Statuta MSS. Caroli I. Regis Sicil. cap. 49. *Tuit li Chamberlanc & li Bailli, puis qu'il auront receu aministrer les bajulations en gabelle, que il facent serment, &c. Gabellato*, Italis est, quidquid tributo & præstationi est obnoxium. Matth. Villaneus lib. 7. cap. 81. *L'altre cose, ch'entravano con somme, o con carra, tutte erano gabellate.*

Gabelloti, Cabelloti, Gabellarii, publicani, vectigalium & tributorum redemptores, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 59. 76. Charta Friderici Regis Siciliæ ann. 1305. pro mercatoribus Majoricensibus MS. *Quilibet mercator solvat tantummodò Cabellatis, seu Credenteriis dohanarum maris terrarum locorum ejusdem insulæ Siciliæ — Gleisatum auri, &c.* Occurrunt *Cabellotti* in alia ejusdem Friderici ann. 1298. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Messan. pag. 340. *Cabellieri* dicuntur Joanni Villaneo lib. 10. cap. 196. lib. 12. cap. 91.

Gabella, pro præsidio militari, *Garnison*, non semel usurpatur à Raimundo Montanerio in Hist. Catalanica Regum Aragon. c. 205. 206. 207. 249.

GABULUM, pro *gabalum*. Nonius c. 2. *Gabalum, Crucem dici veteres volunt, &c.* Althelmus de Laude Virg. cap. 29. de Christo:

Quando Crucis gabulum, sacrato corpore scandit.

Leges Monachorum Hydensium Edgari Regis cap. 6. de Christo: *Ligno quippe perditum, ligni scandens gabulum, genus redemit humanum.*

Gabulum, pro *Gabalum*, Frontispicium, frons ædificii, ex Anglico à *Gable-head*, Belg. *Geebvel*, Chaucero *Gable*. Will. Thorn. an. 1276. *Comparavit etiam puturam pulpiti in Ecclesia, & gabuli in refectorio.* Vide *Gablum.*

GABUSIA, Caulis species, quam *Choux Gabus* dicimus, apud Petrum de Crescentiis lib. 6. de Agricult. pag. 324.

GACHUM. Recensio facultatum Monasterii S. Augustini Cantuariensis apud Will. Thorn. p. 2010. *De discis & platellis 3300. de scopis & gachis 8. lib. 4. sol. de pisce, caseo, &c.* Nostri *Gache*, remum & rutabulum vocant. Vide, an hæ notiones huc referri possint?

GADALES. Capitulare de Ministerialibus Palatinis, nuper editum à V. Cl. Steph. Baluzio, c. 3. *Similiter de gadalibus & meretricibus volumus, ut apud quemque inventæ fuerint, ab eis portentur usque ad mercatum, ubi flagellandæ sunt.* Ubi *Gadales* videntur fuisse, qui *Ignoti* dicuntur c. 1. *Si aliquem per eos vel apud vos ignotum hominem vel meretricem latitantem invenire possit.*

GADIUM, Vadum, Gall. *Gué*. Charta Willelmi Vicecomitis Massiliæ apud Guesnajum in Annalib. Massiliensib. pag. 289. *Ubi Gerrenus fluvius cadit in bedale de supradicto molendino ad gadium Havelnæ, per quod itur ad Caranilhanum, &c.*

Gadium, Gadiare. Vide *Vadium.*

GAFANS, *Gafrans.* Vide *Gaphans.*

GAFARIA. Testamentum Sancii I. Reg. Portugalliæ æræ 1217. apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 260. v. *Dedi pro anima mea Abbati Alcump de area mea 10. Morabitinos, de quibus faciat unam gafariam in Colymbria.* Hispanis, *Gafari*, & *çafari*, est malum granatum. Erit igitur Gafaria locus, idoneus malis granatis plantandis.

GAFULLAND, Census terræ, ex Saxon. ȝaꝼel, census, & lanð, terra. Fœdus Alfredi & Guthurni Regum Angl. cap. 2. *Præter ceorlum* (rusticum,) *qui in gafulland manet.*

GAGELLI. Glossæ MSS. *Bracteoli, ornamenta equorum, quæ dicuntur Gagelli.*

GAGERIA. Vide *Vadium.*

GAGGA, Gall. *Jauge*, Mensura, ad quam exiguntur dolia vinaria. Iter Camerarii Scotici c. 39. §. 46. *De gaggis, seu mensuris pannorum & vinorum, qualiter observantur.* Vide *Galo.*

Gangiatores. Horum officiorum erat, *signare pannos, panes, dolia, sigillo officii sui*, ut est in Itinere Camerarii Scotici c. 14. *Jaugeurs*, in Consuet. Claromontensi art. 233. Norman. art. 24. & Aurelian. art. 108. Perperam *Gangiatores* habet Skenæus de Verbor. significat.

GAGGARE, Anglis *Gaged*, Suffocare. Jo. Fortescutus de Laude Legum Angliæ cap. 22. ubi de reorum torturis, in Francia usitatis, contrà quàm in Anglia: *Quidam verò in equuleis extenduntur, quò eorum rumpuntur nervi, & venæ in sanguinis fluenta prorumpunt: quorundam verò diversorum ponderum pendulis dissolvuntur compagines & juncturæ: & quorumdam gagantur ora, usque dum per illa, tot aquarum infundantur fluenta, ut ipsorum venter montis tumescat more, quò nunc venter ille, fossorio vel simili percussus instrumento, per os aquam illam evomat, ad instar balenæ, quæ cum halecibus & aliis pisciculis mare absorbuit, aquam despumat ad altitudinem arboris pomi.* Deinde pluribus invehitur in Francicum hunc reos torquendi morem: *Sed quis tam duri*, inquit, *animi est, qui semel ab atroci tanto torculari laxatus, non potiùs innocens ille omnia fateretur scelerum genera, quàm acerbitatem sic experti iterum subire tormenti, & non semel mori mallet, dum mors sit ultimum terribilium, quàm toties occidi, & totidem gehennales furias morte amariores sustinere.* Quò pertinent ista ex Quintiliani Declam. *Confessionem appellas vocem tortoris?* Vide Thomam Smith de Republ. Anglor. & infrà in verbo *Tortura.*

GAGIUM, *Gagiare, Gageria, &c.* Vide *Vadium.*

GAGNAGIUM, *Wagnagium, Wannagium*, Peculium agricolæ, quo nomine, ut auctor est Cowellus, comprehenduntur omnia tàm jumenta, quàm alia instrumenta, quæ ad cultum agrorum, & fruges colligendas sunt necessaria. Matthæus Paris p. 179. *Villanus eodem modo amercietur, salvo wannagio suo.*

Sed præsertim id vocabuli usurpari solet pro agro culto & sato. Gloss. Lat. Gall. *Agricultura, Gaignage.* Historia

Historia Francor. MS. vernacula ex Biblioth. Memmiana, in Philippo Aug. *Les gens, qui soient les blés és gaignages, &c.* Ita passim Poëtæ nostrates agros proscissos & satos vocant. Will. *Guiart* in S. Ludovico :

Par jardins & par gaaingnages.

Alibi :

Et en traiant le sanc des chaires,
C'on espant par les gaaingnages,
Trancher nés, & fendre visages.

Idem an. 1304.

De mors nus sanglans les visages
A pluseurs par les gaignages.

Atque ita *Wainagium* usurpant Matthæus Paris pag. 261. Bromptonus lib. 9. cap. 9. §. 3. Fleta lib. 1. cap. 48. §. 2. &c. *Wannagium*, idem Matth. Paris. p. 179. & Rogerus Hovedenus p. 779. 785. *Gaagnagium*, vetus Charta in Regesto Herouvalliano Philippi Aug. f. 9. *In nemore, in plano, & in gaagnagiis.* Charta an. 1238. in Tabul. Abbatiæ Jardi propter Meledunum : *Cum ... dederit medietatem gagnagii sui de borda, &c.* *Gagnages*, Consuetudines Aurelianensis art. 152. Stampensis art. 183. Blesensis art. 222. & Menetoviensis art. 8. 25. *Gaignerie*, Consuetudo Pictavensis art. 177. Britann. art. 401. Charta ann. 1169. apud Gallandum de Franco allodio p. 69. 71. Denique *Gaagnia*, idem Regestum Philippi Aug. *Et gaagniam, quam Canonici de Marchesio Radulfi tenent de Domino de Montechevrel.*

Porrò *Gain*, & olim *Gaaing*, appellabant nostri, quod Latini *lucrum*. Unde *terræ lucrabiles & non lucrabiles*, cultæ & incultæ, in eodem Regesto Philippi Aug. fol. 9. & in Monastico Anglic. to. 1. pag. 809. & to. 2. pag. 132. 275. 383. Ita *lucrari*, pro arare, aut agrum proscindere, serere, usurpat Charta ann. 1107. apud Augustinum *du Pas* in Stemmate Penteuriensi p. 7. *Concessit Monachis S. Albini, in quantum eis necessarium foret de terra illa, & de silva, scilicet de Lanmor, ad lucrandum cum carucis, & ad pascua animalium, equarum, porcorum, & aliorum animalium in perpetuum, &c.* Sed & Hugo *Plagon* in Versione MS. Willelmi Tyrii ad lib. 3. c. 19. *Agriculturis operam dare*, his verbis vertit : *Gaigner les terres* ; & ad lib. 6. cap. 1. *Sed & suburbanorum incolæ*, hisce : *Li vilain, qui estoient gaigneur en la terre.* Ita *le Caton en Roman. MS.*

Se tu veus labourer en terre,
Vergile dois lire & enquerre.
Chil te sara bien enseignier,
Ques terres tu dois gaaignier.

Le Roman de Vacce MS.

Les vilains face arer, & les terres gaaignier.

Historia vernacula Bellorum sacrorum MS. *Cil puis estoit tout enkeus & emplis, & si gaagnoit-on par desus, & labouroit, si ke à peine reseroit jamais trouvé.*

Gagnagium, interdum fructus ipse in agro. Ita *Gagnage* usurpant Consuetudines Meldensis art. 70. Durdanensis art. 20. Meledunensis art. 56. Claromontensis art. 101. 106.

Denique autumnus ipse, seu anni tempestas, qua demetuntur in agris fruges, *Gain* olim nostris dicta. Gloss. Lat. Gall. *Autumnus, Automne, Gain.* Aliud : *Autumnus, le Temps de lever les bleds, le Gain.* Etiamnum dicimus vulgò : *Les Pigeons s'en vont aux gains, & aux gagnages*, id est, in messes, quod plerique non percipiunt. Sed & *Prez gagneaux* vocant Consuet. Pictavensis art. 196. Juliodunensis cap. 19. art. 1. S. Aniani art. 3. Turonensis art. 202. & Santonensis art. 126. prata, quæ quotannis feruntur. De vocis etymo vide Oct. Ferrarium in *Gaggio*.

Gaanneria, ex Gall. *Gagnerie*, ager cultus. Tabular. Absiense fol. 51. *Ut jam dicti fratres gaanneriam suam de Meseingne in perpetuum habeant.*

GAJA, *Gajus*, Gallis *Jay*, Pica. Papias : *Pica, Gaja. Picus, Gajus.* Gloss. Ælfrici Saxonicum, cap. de Avibus : *Gaja, vel Catanus* ; Hiȝeȝe. Fortè *Gajanus*, aut *Gajus.* Vide Goropium Becanum lib. 2. Orig. Gallic.

GAJA, idem quod *Cavea.* Jus Vicentin. lib. 1. *Si quis fuerit inventus asportando de alienis fructibus in gaja, vel in cista, sive sinu, &c.* Vide *Gajola.*

GAIBUS. Jus Vicentin. lib. 3. *Copia aquarum fluentium per gaibos, & alveos consuetos, &c.* Ex Ital. *Gabbio*, locus cavus, subterraneus.

GAJARE. Vide *Vadium.*

GAID, *vel Gisele, Ferrum, hastilia.* Ita Glossæ Pithœanæ.

GAIFANDA. Vide *Gaphans.*

GAINA, Vagina, theca, Cambro-Britannis *Gwain.* Gallis *Gaine.* Tudebodus lib. 3. extremo : *B... h... quoque ejus & gaina, id est, vagina, fuerunt adpr...* 60. *Bisantos.*

GAIRETHINX. Vide *Garethinx.*

GAISDA, *Isatis*, Glastum, vulgò *Guesde.* Marbodeus lib. 2. de Virtutibus herbarum cap. 30. *Isatis à Græcis est vulgò gaisda vocata.*

GAISINDUS. Vide *Gasindus.*

GAITA, *Gaitagium.* Vide *Wacta.*

GAITANUM, Zona, cingulum. Marcellus Empir. cap. 8. p. 56. *De tribus cerasis lapillos pertundes, & gaitano lino inserto pro phylacterio uteris.* Cyrillus in Lexico : τὰ χοινία, καὶ τὰ δεσμὰ, καὶ ἡ ἅλυσις, σειραὶ λέγονται, καὶ τὰ γαϊτάνια, καὶ ἅπαν πλέγμα. Vide Meurin hac voce.

GAJULARIUS. Vide *Geola.*

GAJUM. Excerpta Pithœana : *Gajo, vel gagio, silva densissima.* Ugutio : *Gajo, vel Gao, i. Gwaldus, vel Gagio, silva densissima.* Ita *Gajum Regis* usurpatur in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 37. 38. Charta Caroli M. apud Ughellum tom. 5. p. 1565. *Præterea & gajum nostrum, qui in eodem loco juxta res ipsius Ecclesiæ in Luciaria conjacet, & nunc noviter excolitur, &c.* Alia Hugonis Regis Italiæ an. 927. apud eundem tom. 2. pag. 195. *Molendinosque ibi sitos duos, seu & gajum unum, nec non in Bergante mansos 3.* Occurrit adhuc infrà. Alia in Chronico Farfensi p. 658. *Vaccariciis, alpibus, gajis, molendinis, &c.*

Gagium, eadem notione. Charta Desiderii Regis Longob. in Bullario Casinensi to. 2. p. 14. *Largimur in Jura de ipso Monasterio ex gagio nostro Regiense, qua nuncupatur terra silva, roncora, & prata, &c.*

A *Gajo* porrò nata videtur vox, *Gay* nostris, *Gajo* Italis, pro *Læto*, Gaudente, ab iis scilicet, qui in silvas pergunt, vel venandi, vel oblectamenti gratiâ, ut curas abjiciant omnes, ac se se ab iis liberent. *Gagio* etiam pro læto dixit Dantes Parad. 6. Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. v. *Gajo*, & infrà in *Gualdus.*

GALABRUNUS, & *Isenbrunus*, Pannorum species. Statuta Petri Venerabil. cap. 16. *Nullus fratrum nostrorum pannis, qui dicuntur Galabruni, vel Isembruni, vestiatur.* S. Bernhardus de Vita & morib. Religiosor. c. 9. *Putasne, ibi cuiquam galabrunum aut issenbrunum quærebatur ad induendum?* Statuta vetera Domus Dei Parisiensis MSS. *Sorores habebunt singulæ 3. camisias, & 3. succamas talares, unum pelliceum agninum novum & suum vetus, si opus fuerit : tunicam unam de sagio nigro vel subrufo pretii ulnæ 5. solid. ad plus, supertunicale agninum ejusdem coloris & pretii, pallium nigrum de Ysembruno, vel Galebruno, vel de sagio, & caligas albas, vel nigras, & bottas rotundas.* Regestum Parlamenti dictum *Olim* fol. 32. verso : *Præpositus Parisiensis arestaverat galebruna, quæ Everardus de S. Laudo paraverat seu tinxerat Parisius, forisfacta, ut dicebar, occasione cujusdam constitutionis, factæ inter textores & fullones de pannis factis extra villam Parisius non varan-*

parandis, — *Dictum fuit, quid nihil actum erat contra constitutionem, quia galebruna non sunt panni, &c.* Regestum Peagiorum Paris. *Tiretaine, galebrun, & tout autre drap ourdis, &c.*

Valenbrunum. Rainardus Abbas Cisterciensis in Instit. Capitul. General. Cisterc. c.83. *Ponamus delicatas vestes, & nullus deinceps isembruna, saia, valenbruno, vel ejusmodi aut etiam subtilioribus pannis utatur.*

GALANAS, vox Wallica, Inimicitia, homicidium, item pretium homicidii, Boxhornio in Lexico Wallico. Occurrit in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ cap.8.

GALANDRAVUM, Vestis virilis. Statuta MSS. Massiliensia lib.2. *De galandravo sine penna & frezo.* — *Galandravum & caputium de panno grosso.*

GALANGA, Radicis arboris species, apud Jacobum de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 85.

GALANTES, *Sperantes*, in Glossis antiqq. MSS.

GALBA, Gallis veteribus, Pinguis, obesus. Sueton. in Galba cap.3. Strabo lib.4.

GALEA, Will. Brittoni in Vocabul. MS. *Est genus navigii velocissimi.* Ebrardus in Græcismo:

Armo caput galea, pelagus percurro galea.

Alius Poëta apud Matthæum Parisium an.1243.

In terris galeas, in aquis formido galeias.

Galeæ, *Longæ naves* dicuntur Assero an.877. & Will. Tyrio lib.20. c.14. *Naves rostratæ* eidem lib.10.c.28. & Matthæo Paris. *Liburnæ*, Ottoni Frising. de Gestis Frider. lib.1.c.33. & veteri Interpreti Vegetii Catalanico MS. lib.4. c.37. Hacce notione utuntur passim Scriptores, Radulfus de Diceto ann.1148.1185.&c. Malaterra l.4. c.35. Willelm. Britto lib.7. Philipp. p.174. Hugo Falcandus p.646. Rogerus Hovedenus p.688.692. Godefridus Mon. in Chr. Petrus de Vineis lib.1. Epist.8.9. lib.3. Ep.67. Gosuinus de Expugnat. Alcaçon, &c. *Galées*, Villharduino n.14.124. &c. in Chron. Flandr. cap.78.82. & aliis Scriptoribus. γαλαίας etiam hac notione usurpant Græci Scriptores recentiores, & γαλέας, ut Continuator Theophan. lib.4. num.37. Vide Notas nostras ad Alexiadem pag.316.

A *Galea*, tutela, & παράσημον, quod in rostris erat, sic ejusmodi navigia vocata censent viri docti, ut fuit illud, quo vectum se in Pontum scribit Ovidius:

Est mihi, sitque precor, flavæ tutela Minervæ
Navis, & à picta casside nomen habet.

Philippus Pigafetta in Notis Italicis ad Leonis Tactica p.292. ubi varias hujusce vocis originationes expendit, videtur existimare, sic appellatum ejusmodi navigium ab eo pisce, quem Xiphiam, & γαλεώτην vocant, cujus, inquit, formam ac figuram omninò repræsentat. Ejus verba proponam: *Il pesce spada del quale ho pieso conoscenza à Constantinopoli, ha nel muso una spada piu d'un braccio lunga, che si confa co'l becco della Galeotta vascello: onde Eliano, che fu persona militare, ponendo forse mente a ciò, auvertisce nel* 14. *libro de gli animali* (cap.23.) *che quella spada cosi nel naso postagli, somiglia à becco d'une trireme, usando massimamente la trireme di ferire con lo sprone il nemico, à guisa del pisce spada. Le pinne che il pesce Galeotis tiene al ventre di qua, & di là, dissegnano li remi della Galeotta vassello: & la coda parimente di quel pisce rapresenta il timone & la poppa, usando li antichi Graci di chiamar la poppa de' navili coda.* Alii à γάλη deducunt, quæ vox Hesychio est ἐξέδρας εἶδος. Vide Vossium, Menagium, Ferrarium, &c.

Galeida, Minor *galea*. Albertus Aquensf. lib.9.c.19. *Duodecim galeidæ descenderunt cum multis armatis militibus.* Cap.23. *Duæ naves, quarum altera minor, quam Galeidam vocant.* Adde lib.11.c.3.27.lib.12.c.17.

GALEDELLUS, navis species, ac fortè minor galea. Rafanus de Caresinis in Chron. MS. an. 1379. *Hostibus autem cum galedellis, paralandrinis, ganzarolis & bardiis vi bardiis,* (f. bargis) *viriliter resistentibus, &c.* Infrà: *ad* 38. *galeas & aliquot galedellos.*

GALIDA, *vasculum.* Vita S. Fidoli Abbat. *Quæso, Domine, & obsecro, ut galidam vini liquore abstracto, unde pariter haurimus, tua inclita pietas repleri jubeat.* Vox formata ex *Galo*, de qua infrà.

Galio, Galeo, Minor galea, vulgò nostris *Galion.* Historia Hierosol. p. 1167. *Minor cymba, quam vulgò Galionem nominant.* Infrà: *Quod autem antiqui dixere Liburnam, moderni Galeam, mediâ productâ, nominant, quæ longa, gracilis, & parum eminens, lignum à prora præfixum habet, & vulgò Calcar dicitur, quo rates hostium transfiguntur percussæ. Galiones verò uno remorum ordine contenti, brevitate mobiles, & faciliùs flectuntur, & leviùs discurrunt, & ignibus jaculandis aptiores existunt.* Epistola Joannis Episcopi Acconensis to.8. Spicilegii Acheriani p.377. *In bargis præterea & galionibus multitudinem pugnatorum — posuerat.* Synodus Florentina: Ἦλθον δὲ μετ' αὐτῷ καὶ ἕτερα μισοκάτεργα, ἃ ὀνομάζουσιν γαλιόνια. *Galeones*, apud Albertin. Mussatum lib.5. de Gestis Italicor. rubr. 2. Willelm. *Guiart* in Historia Francor. MS. ann. 1304.

L'Amiraut en un galiot
Fait entrer ô li sans atente
Arbalestriers entour quarante.

Infrà:

Font galliox avirons bruire.

Galearii, Nautæ, qui in *galeis* operam suam collocant, nostris *Galeriens*, apud Thomam Walsinghamum pag.243.244. *Le Roman de Garin MS.*

N'en istront mès par terre ne par mer,
Bien les ferai à galies garder.

Galeotæ, Remiges *galearum*, vel *galiotarum.* Falco Beneventanus p.323. *Universam quidem substantiam civium, & Ecclesiarum ornatus, galiotæ Regis & turba innumera prædonum, quæ eum sequebatur, comprehendit, rapuit, despoliavit.* Romualdus in Chron. MS. *Et montem Arobanum, quem ipse de novo ædificaverat, à galiotis suis capi fecit & destrui.* Joan. Brompton: *Centum galeas armatas cum toto apparatu, & cum victu galeotarum ad duos annos.* Infrà: *Galiotæ Regis.*

Galeator, Galeæ patronus, ut vocant. Occurrit apud Nicol. de Trivetto in Chron. an.1191.p.506.

GALEARES. Gloss. Lat. MS. Regium: *Crepida, Galeares.* Perperam; *Glareares.* Papias: *Caliga, galeia.*

GALEARIA, *Pileus, sive tiara*, Papiæ.

GALEARII, Lixæ, calones. Vegetius lib.1. c.10. *Lixas, quos Galearios vocant.* Lib.3.c.9. *Ex ipsis calonibus, quos Galearios vocant, idoneos ac peritos usu legebant.* Eusebius in Chron. Ῥωμαῖοι Γάλλων μυριάδας δ' πρὸς τοῖς τετρακοσίοις ἀνεῖλον, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους αὐτῶν κατεδουλώσαντο, Γαλιαζίους καλοῦντες αὐτούς. Boxhornius, ut solet, ab Hebræo deducit, *Galeare*, vel *Gutlar*, quod idipsum est. Unde nostrum *Goujar*, lixa. Vide Salmasium ad Hist. Aug. p.35.

GALERA, Liburna, μονήρης, simplicis ordinis remorum navis, nostris *Galere.* Guill. Apuliensis lib.5. Rer. Norm. p.50.

Quamque magis celerem cognoverat esse galeram,
Scandit.

Charta Alphonsi Regis Aragon. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib.5. cap.9. *Facta carta in illo anno, quando Rex fecit naves & galeras in Bayona, ut caperet illam æra* 1168. Vide *Galea.*

GALERANNUS, Avis species, de qua Fridericus II. lib.1. de Venat. cap.23.

GALERIA. Anastasius Bibl. in S. Hadriano p.111. *Alias verò tres domos cultas, videlicet Galeria posita via Aurelia,* —— *reliquas verò duas, id est, Galeriam*

riam positam via Portuensi, &c. Occurrit ibi non semel, & apud Ughellum to. 1. p. 121. 136. Nescio, an inde orta sit vox *Gallaria* Italis, *Galerie* nostris, pro longiori porticu, seu, uti vocatur à Sidonio lib. 2, Epist. 2. *Cryptoporticu*, quam vocem ortam quidam volunt, quòd oblonga sit instar *Galeræ*, seu navis. Alii alia opinantur. Vide Jacob. *Bourgoing* lib. de Orig. & usu vulgar. vocum pag. 83. & Octav. Ferrarium in Orig. Ital.

GALERUS, Insigne Ducalis potestatis, in Ceremoniali Rom. lib. 2. p. 186.

Galerus Cardinalium rubeus, iis ab Innocentio IV. primùm concessus in Concilio Lugdunensi an. 1244. in pervigilio Natalis Domini, creatis 12. Cardinalibus. Ut porrò conferatur vel mittatur galerus novo Cardinali, habetur in Ceremoniali Romano lib. 1. sect. 8. pag. 99. Vide Theophilum Rainaudum de Pileo, sect. 13. ubi & de Galero viridi Episcoporum.

GALETA, *Galetus, Galleta.* Vide *Galo.*

GALGO. Vide *Putiatorium.*

GALIARIA, *Negotii alieni mercator*, Papiæ MS. Editus habet *Gallaria*: alius MS. *Galearea.* Lectionem MS. tuentur Glossæ antiquæ ex Bibl. Sangermanensi.

GALIHALPENS, Pecuniæ genus unà cum *Suskins*, & *Doitkins* abolitum Statuto primo an. 3. Henrici V. cap. unico. Spelm.

GALILEÆ. Bernardus Mon. in Consuet. Cluniacensib. MSS. cap. 34. *Similiter cùm redeunt ad introitum Ecclesiæ; ad exitus verò Galileæ sunt parati duo famuli Eleemosynarii, &c.* Idem c. 76. §. 26. *Si in dominica cùm fit processio, defunctus fuerit in Galilea, interim statio fit, &c.* Statuta antiqua Ord. Cartusiensis 1. part. cap. 13. *Dum verò ipsarum Horarum persolutio fit in cellis à cæteris, Sacerdos induitur, sic ut facto spatio congruo post eum indutum, statim secundum signum poste pulsetur per Galileas, indutusque Monachos sedendo, donec ingredi incipiant, expectat.* Part. 3. cap. 28. n. 36. *In Galileis, & à primo ostio coquinæ usque ad portam signi, & usque ad ostium cellarii, nullus loquatur.* Etn. 44. *Quando Conventus vadit, vel redit ab Ecclesia, caveant Conversi, ne in Galileis appareant.* Charta Edw. I. Regis Angl. an. 24. apud Guil. Prynneum in Libertatib. Eccles. Anglic. to. 3. 668. *Et insuper inveniam unum Sacerdotem missalem de prædicto sancto in Ecclesia memorata, in loco, qui dicitur la Galileye, diebus singulis celebrantem, &c.* Rupertus Tuitiensis lib. 5. de Divin. Offic. cap. 8. *Locus ille, quo processionem suprema statione terminamus, rectè à nobis Galilæa nuncupatur.* Hemereus lib. de Academia Parisiensi cap. 2. *Galilæam* porticum hoc loco interpretatur, quam nostri *Galerie* vocant. Qua sanè notione videtur usurpasse Hugo Flaviniacensis in Chronico Virdunensi p. 168. *Et defunctus, in Galilæa tumulari meruit.* Id est, in claustri porticu.

Galilæa dicta Græcis feria tertia Paschatis. Leo Grammaticus in Constantino Porphyrog. pag. 495. Καὶ τῇ τρίτῃ τοῦ Πάσχα τῇ λεγομένῃ τῆς Γαλιλαίας εὐλογεῖται καὶ στεφανοῦται, &c. Ubi Scylitzes pag. 617. habet nudè τῇ τρίτῃ τῆς Γαλιλαίας. Zonaras verò τῇ τρίτῃ τοῦ Πάσχα: unde conficitur, ita appellatam à Græcis feriam tertiam Paschatis. Aliter tamen censet Filesacus lib. de Quadrages. cap. ult. extremo, aitque, intelligi tertiam à Paschate hebdomadam se existimare, cui id nominis adscripserint Græci, quòd circa hocce tempus nusquam sæpius se se post resurrectionem discipulis conspiciendum præbuerit Christus, ex Matth. 26, 28. & Marco 14, 16.

GALILÆOS, Christianos appellari præcepisse Julianum Parabatam scribunt Gregorius Nazianzenus Orat. 1. in Julian. & Chrysost. contra Gentiles.

GALIO, *Galiota.* Vide *Galea.*

GALIOLA. Vide *Galeola.*

GALIQUA, seu *Gallica nux*, Galla, vulgò *Noix de Galle*, apud Hugonem Farsitum de Miracul. S. Mariæ Suession. cap. 19.

M. Justinus Lippiensis in Lippiflorio pag. 130.

Hic piper atque crocus, hic gingiber atque galinga,
Adsunt, & faciunt arte placere cibos.

GALIT, *Perit. Gallivit, periit.* Ita Glossæ antiq. MSS.

GALLA, Scabies, Gall. *Galle.* Jordanus Rufus Calaber MS. lib. 1. de Medicamentis equorum cap. ult. *Galla est quædam tumefactio mollis ad modum vesicæ, magna ut Galla, vel avellana, &c.* Eadem habentur apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 10. qui à Jordano hausit. Adde cap. 4?.

GALLADELLUS, Naviculæ species. Caresinus: *Dum Niemensem Insulam applicasset, viso uno galladello, una ex galeis ipsum cepit, &c.*

GALLETA. Vide *Galo.*

GALLETUS. Henricus Knyghton an. 134?. *In quarum prima* (acie) *fuit Dominus Galfridus [illegible] cum multis galletis, qui statim victi sunt ab Anglis.* Ubi *Galleti* non sunt viri *galeati*, uti vult Somnerus; sed *Gallenses*, quos *Galois* vocat Froissartes 1. vol. cap. 121. & alibi non semel, quique nostris contra Anglos semper militarunt. Chronicon Bertrandi Guesclini MS.

Ainsi disoit Bertrand, qui bon Galois estoit.

Quibus verbis alludit ad Gallensium virtutem bellicam: vel certè quòd ita nuncupari ambirent viri nobiles, qui in Walliam pro Gallensibus militandi causâ expeditionem susceperant, ut apud Duchesnium in Hist. Monmorenciaca p. 291. 514. & alios.

GALLICA, *Gallicula*, Genus calceamenti, quo utuntur Galli: *Galloche.* Agellius lib. 13. c. 20. *Lacernis induti, & gallicis calceati.* Tertullianus, sive S. Cyprianus, ad Senatorem:

—— Caligaque remota
Gallica sit pedibus molli redimita papyro.

Gallicanæ caligæ, in Vita S. Eugendi Abbatis cap. 3. S. Hieronymus in Regula S. Pachomii c. 4. 66. 81. inter monachicos habitus, *melotem, balteolum lineum, & gallicas* recenset.

Gallicarii, Gallicarum confectores, apud eundem Hieronymum in ead. Reg cap. 6. ex quo corrigendæ Glossæ Isidori: *Gallarius, cerdo.* Malim *Gallicarius*, etsi Gallarios cerdones dictos volunt à *Galla*, instrumento cerdonum, quo coria purgantur & dealbantur.

Gallicula, idem quod *Gallica.* Glossæ antiquæ MSS. *Gallicula; calceamenta pastorum. Gallicula, signum vestis.* Vetus Gloss. *Galliculæ*, τροχάδες. Sunt autem Hesychio, σανδάλια ἀπὸ αἰγείου δέρματος, *Sandalia ex caprino corio.* Aliud Gloss. Σανδάλιον, *Gallicula* Sic interpretatus est Rufinus Josephum lib 4. Antiq. cap. 8. Ὑπολύσασα δ' αὐτοῦ ἡ γυνὴ τοῦ ἀδελφοῦ τὰ σανδάλια. *Solvens uxor fratris galliculas illius viri.* Vetus Interpres Juvenalis *Trechedipnas*, Poëtæ, *Galliculas Graias currentium ad cœnam* interpretatur. Monachus Sangall. lib. 2. de Carolo M. cap. 11. *Sed frustrato ictu galliculam Regis & fasciolam ferus immanissimus disrumpens, tibiamque illius summo licèt cornu perstringens, &c.* Mox: *Cumque ad obsequium Domini cuncti hossas suas vellent extrahere, &c.*

Callicula, pro *Gallicula.* Glossæ antiq. *Gallicula, signum vestis.* Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis *Qui erat vestitus distinctam candidam, habens multiplices calliculas.* Infrà: *Exivit vir quidam miræ magnitudinis, —— discinctatus purpuram inter duos clavos per medium pectus, habens calliculas multiformes ex auro & argento factas.*

Gallicula, vice pilei. Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. c. 20. *Excepto uno pauperculo valde rufo, gallicula sua, quia pileum non habuit, & de colore suo nimium erubuit, caput induto, &c.* Et mox: *Voca ad me pileatum illum hominem, &c.* Ubi quidam MSS. *callicula* habent.

GALLICIANALE *tempus*, pro *Galliciniale*. Galli cantus, Gallicinium. Occurrit apud Felicem Gyrwensem Monachum in Vita S. Guthlaci c. 20.

GALLINAGIUM, Census ex gallinis: *Geline de coustume*, quæ in Christi Natalitio domino exsolvitur, in Consuetud. locali Castelli novi in Biturig. art. 6. & *de Troy* in Biturigib. art. 7. *Geline* nudè in Consuet. Marchensi art. 16. 174. *Geline de baronie*, in Charta an. 1330. in Hist. Vergiac. p. 241. Chronicon Mauriniacense lib. 1. pag. 360. *Alii sibi minaciter expetebant furfuragium, alii gallinagium, alii tutamentum.* Occurrit etiam in Charta alia apud Argentreum in Hist. Britan. p. 307. ult. Edit. ubi perperam *galmagium* legit Spelmannus. Vide Sugerium lib. de Adm. sua cap. 11. Regalia gallinarum, apud Andr. Dandulum in Chron. MS. an. 1205.

Census gallinarum, dicitur in Libertatibus villæ de *Villereys* an. 1253. Chart Ottonis Imp. pro Monasterio Gemblac. an. 948. in Chronico Gemblacensi: *Porrò subadvocatus nihil iuris habebit in villis ad Abbatiam pertinentibus, nisi per singulos annos de unaquaque domo denarium unum, gallinam unam, avenæ sextarium unum.* Chronicon Andrense an. 1203. p. 53. *Perspiciens D. Iterius Abbas pravum usum in hac parochia inolevisse, Dominum scilicet Comitem Gisnensem ratione Advocationis antiquæ à singulis hospitibus nostris singulas gallinas accipere, in die diem Cinerum præcedente, ut se & familiam suam exinde pasceret, &c.* Charta Balduini Comitis Guinensis an. 1203. apud Duchesnium: *Ne iidem mansionarii de cætero gallinas aut alias consuetudines reddant.* Fori Bigorrenses art. 14. *Nusquam poscat ab eis Comes agnos vel gallinas, nisi festivitatem paschalem aut Natalem Domini ipse vel uxor sua fecerit. Tunc unusquisque gallinam in Natali, agnum verò si habuerit, mittat in festivitate Paschali: si autem non habuerit agnum, gallinam.* *Redditus gallinarum & caponum*, in Charta Caroli II. Reg. Siciliæ an. 1303. apud Ughellum in Episcop. Casertanis.

GALLINARII, *Gallinarum venditores*, apud Andr. Dandulum in Chron. MS. circa an. 1175. Glossæ vett. *Gallinarius*, γαλινάριος.

GALLINIUM, Præstatio gallinarum, *Gallinagium*. Charta Occitanica an. 1311. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 114. *Item gallinium tam gallinarum, quàm pullorum* (æstimatum) 30. *Turon. item tertiam partem messageriæ dicti loci æstimatam valere 24. solid. Turon. &c.* Vide Thomasserium in Consuetud. localib. Bituricensib. c. 11. 68.

GALLUS *silvestris*, *Fasianus*, Matthæo Silvatico.

Gallus campanarii. Vide *Campanarium*,

Gallus, pro gallicinio. Vide in *Pullus*.

GALOPINUS. *Le Roman de Garin MS.*

Il s'en torna meintenant sans respit,
En la taverne hastivement en vint,
Ilec trouva menuel galopin,
Lez le tonnel en sa mein trois dez tint,
Quatre ribaus tos l'estrumiax rostis, &c.

Infrà:

Il li demande, dont es-tu, biaux amis.
De Clermont, Sire, si ai non Galopin.

GALNABIS, *Galnape*, Læna, stragulum villosum, apud Smaragdum. Regula S. Isidori c. 14. de veste & lecto Monachi: *Cujus stratus erit storea & stragulum, pellesque lanatæ duæ, galnabis quoque & facistergium, geminusque ad caput pulvillus.* S. Fructuosus in Regula c. 4. habet hoc loco, *calnaben villatum*. Menardus in MS. Isidori Vindocinensi legi ait *galbanis*.

Galnapes, apud Isidorum lib. 19. cap. 26. nudè, & apud Smaragdum.

Galnape, in Testamento S. Cæsarii Arelatensis: *Cum casula villosa, & tunica, vel galnape, quod melius dimisero.* Charta Hispanica æræ 1060. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. p. 435. *De raupa siquidem galnapes 2. tres pulmarios,* (plumacios) *duos pares de sabanes, &c.* Alia æræ 1016. ibid. pag. 444. *Panos gratiscos,* (Græciscos) *& 16. ganapes paleas, & 30. pannos optimos, &c.* Quæ quidem vox depravata legitur in Charta Sisnandi Episcopi Iriensis, seu Compostellani, æræ 952. apud eundem *Yepez* to. 4. *Scala argentea una, venapes 4. plumatios 5. tapete 1. lectos 6. cathedras 10. mensas 8.* &c. Et in alia Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. apud eundem to. 5. *Adjicimus etiam estramina lectulorum, gagnapes paleas, antiquum 7. subminores 8. plumatios digniores paleos 10. alios subminores 8. &c.* Utrobique enim legendum *galnapes*.

Voces effictæ, ut quidam putant, à *Galbanum*. Dicuntur autem Papiæ, *galbana, genera vestium à galbaneo colore, qui est sublucidus & subalbus cum pallore:* quod vocabulum occurrit apud Juvenalem Sat. 2. ut *galbanatus* apud Martialem lib. 3. Ep. 40. & alios. Sed videntur potiùs confectæ ex *Gausape*, vel *Gaunape*, stragulum. Glossæ Isid. *Gaunacum, gausapa.* Gloss. Lat. MS. Regium *Gaunapa, causapa.* Ex *gaunapa*, factum *galnapa*, vel *galnape*.

GALNES, Species satisfactionis pro delicto, apud Scotos. Reg. Majest. lib. 4. c. 24. §. 1. *Reddet pro homine mortuo & taliter occiso, croo & galnes, quasi eum propriis manibus occidisset.* Ubi Skenæus, *quid sit galnes, ignoro?* Adde cap. 36. §. 7. cap. 38. §. 5. & eundem Skenæum de Verbor. significat.

GALNUS. Hariulfus lib. 3. c. 3. *Casulæ castaneæ 40. sericæ nigræ 5. — galnæ sericæ 5. melnæ sericæ 4.* ubi Editor *galnas casulas*, flavi coloris esse opinatur. Certè Picardi etiamnum *Gane*, pro *Jaune* dicunt. Sed malim legere *Galvæ*, pro *Galbæ*. Gloss. Lat. Gr. *Galvus*, χλωρός. Vide Salmasium ad Lamprid. p. 227.

GALO, *Galona*, Mensura liquidorum apud Anglos, quarum unaquæque octo continet pintas Anglicanas, ut modius eorum 8. galones. A *Gallon*, iis vulgò, ut est in Monastico Angl. to. 1. p. 903. 904. à *Gelo*, seu *Gilo* vel *Gillo*, quod est *baucalis*, lagena, seu vas vinarium, deducit Spelmannus. Papiæ *Galeola* est *vas vini:* vox nota Varroni l. 1. de Vita Pop. Rom. Sed videtur potiùs orta vox à Gr. γαυλὸς, quæ in Glossis Græc. Lat. ποιμενικὸν ἀγγεῖον, *sinum*, Hesychio ποιμενικὸν τοῦ γάλακτος ἀγγεῖον sonat. Suidas: Γαυλὸς, οἰνηρὸν ἀγγεῖον ἐκ ξύλων κατασκευασμένον, ὃν Ἰταλοὶ μαγγέναν ὀνομάζουσιν. Ubi vir doctus reponit βάγναν, ex veteribus Glossis: *Cupa, seu vagna*, βοῦτις μεγάλη, ἣν τινες γαυλὸν καλοῦσι. Eadem habentur in voce *Vagna*. Nicolaus Trivettus an. 1194. *De amphoris seu metretis, quas vulgò Galones dicimus.* Matth. Paris an. 1256. *Mensuras vini sive cervisiæ, quas Lagenas vel Galones appellamus.* Monasticum Anglic. to. 2. p. 1040. *Quandam mensuram, quæ vocatur Lagena, vel Galo.* Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis: *Et debent habere quilibet unum galonem vini de Cellario Archiepiscopi. Septem galones vini*, in Tabulario Ficanensi fol. 88. & alibi. 4. *galones cervisiæ*, apud Joann. Westerhamium. Usatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *En temps que l'en monte, & de vendanges, de 19. sestiers un sestier & un galon des tonnes & de rechaus, c'est assavoir de toneaulx qui sont sur le bout 5. s. &c.* Adde Bromptonum p. 1258. Will. Thorn. pag. 2044. Brittonem p. 38. 75. 76. Monast. Angl. to. 1. p. 419. 420. &c. Vide *Lagena*

Incer-

incertum porrò an ab ejusmodi galonum forma nostri voces *Galon*, & *Galoner* hauserint. *Le Roman de Garin MS.*

Bien fu vestuë d'une propre roée,
A un fil d'or s'a crigne galonnée.

Jaleia, Tabular. S. Albini Andegav. *Viginti jaleias de vinagio de vineis de pisciaco.*

Galo eadem notione, in Fleta lib. 2. c. 5. §. 6. & c. 11. In Consuet. Aurelianensi. art. 492. *Chacune jallaie de vin contient seize pintes de la grande mesure.* In Turon. art. 63. continet 12. pintas. In Consuetudine Lodunensi c. 5. art. 5. *Et tiendra chaque pipe 36. galloies.* Wil. Guiart. an. 1298.

Si chargiez d'armes & de robes
Taintes de sanc, & touoillies,
Que seul des cotes gambesies
Povoit-on emplir maintes jailles.

Hinc

Jalagium, quam vocem idem valere ac *foragium* scribit Raguellus. Tabular. S. Albini Andegav. *Donavit — in opus Pauperum consuetudinem illam, quam habebat in Eleemosyna S. Albini, id est Benagium de proprio cellario Eleemosynarii. Dedit etiam consuetudinem Jaleagii, quam habebat in Cellario Dominico Monachorum.* Charta Ludovici VII. an. 1177. pro Communia Laudunensi: *Rotagii, telonei, cambii, lardarii, jalagii.* Ubi *jalagium* videtur esse, quod nostri vocant *Droit de jaugeage*, id est, jus mensuræ, ad quam exiguntur dolia vinaria. Vide *Galga*, & *Gellagium*. In eodem Fletæ libro.

Jalo sumitur pro mensura frumentaria, cap. 12. §. 1. *Pondus octo librarum frumenti facit mensuram jalonis*, & 8. *jalonatæ frumenti faciunt bussellum, de quibus octo consistit commune quarterium.*

Galeta, Galleta, Mensura pariter vinaria. Tabularium S. Albini Andegav. *Galeta vini 24. pro arpenno vineæ reddita.* Regula Magistri c. 23. *In uno galletæ vase mensurata potiones ab eis calida misceantur.* Cap. 27. *Aut galletæ, aut calices sitientibus porrigantur.* Mox: *Ad calicis, aut galletæ, aut caucelli bibat mensuram.* Denique: *Aut duo aut tres oportet calices aut galletas mensarum ministerio deservire.* Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ an. 1247. fol. 25. *Si alicui fuerit adjudicatum sacramentum, & juraverit se non debere, vel esse in culpa, nihil solvat parti vel judici, nec galletam vini, nec galletas.* Tabularium S. Nicolai Traguriensis in Dalmatia, apud Jo. Lucium lib. 2. c. 16. *Adhac autem stabilivimus, si habuerint navigia, sive commercia eant & redeant, piscatores gyrrum, sibi galetam præbeant unam. Alii autem piscatores singulos, cùm habuerint, deferant pisces.*

Garleta, pro *galeta*, habet Thwrocziusin Carolo Rege cap. 97. *Pabulum etiam equis ejus per singulos dies viginti quinque garletæ.* In Ludovico cap. 4. *Habuit etiam secum de florenis ferè cum media garleta.*

Galetus, Mensura frumentaria. 14. *galetos bladi annui reditus, — octo modios frumenti & tres galetos*, in Chartis Diœcesis Laudun. an. 1246. in Probat. Hist. Guinensis pag. 358.

Galetus terræ, Modus agri. Charta an. 1252. *Ad quatuor galetos terræ sitos in via de Chiure*, i. in quibus totidem galeti frumenti seruntur, aut percipi possunt, quo modo *Modium terræ* dicebant olim.

GALUM. Charta Longobardica an. 774. to. 8. Italiæ sacræ p. 35. *Nec non Ecclesia S. Abundi, quæ sita est in galo nostro de Paline.* Occurrit ibi non semel, & p. 572. 574. 582. Sed vereor, ne legendum sit *Gaio*, vide in hac voce.

GALUMMA, Capitis operculum, ex Gr. κάλυμμα. *S. Agathæ Martyris Galumma*, apud Thietfridum Epternacensem in Florib. Epitaph. SS. lib. 3. cap. 4.

GAMACHA, Pedulis lanei species, quæ etiam superiorem pedis partem tegit, vulgò *Gamache*. Occitanis *Garamacho, gamacho*, vox ut videtur deducta à *compagus*, vel *gampagus*. Vide *Campagus*, & *Garnachia*.

GAMACTA, *Gamactus*, Ictus, percussio. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 4. §. 6. *Coram Duce hostili disciplina subjaceat, vel ante Comitem suum 50. gamactas, id est, percussiones accipiat.* Editio Heroldi habet *gamactos.*

GAMAGOGA, *Lena*, quasi ex Gr. γαμαγωγός, nuptiarum conciliatrix. Regestum rerum criminalium Parlamenti Paris. an 1375. fol. 90. *Super eo, quod dictæ Agneti imponebatur & imponitur ipsam fuisse & esse gamagogam publicam, gallicè, Maquerelle publique.* Vide *Nuptiæ*.

GAMALES, *Gamahali*. Lex Longob. lib. 2. tit. 55. §. 7. *Si aliquis de sacramentalibus mortuus fuerit, potestatem habeat ille qui pulsat, in loco mortui similem alium nominare, & de proximis legitimis, aut de naturalibus, aut de gamalibus, id est, confabulatis.* Edictum Regis Rotharis tit. 109. §. 7. habet hoc loco: *Aut de natis, aut de gamaholos, id est, confabulatis.* Ubi viri docti *gamales* esse volunt, filios è legitimis nuptiis procreatos, ad discrimen *naturalium*: ita ut *confabulati* dicantur, qui ex *fabula*, seu pacto ac fœdere nuptiali orti sunt. Plautus Arg. Cistellar.

Comprimit adolescens Lemnius Sicyoniam
Is redit in patriam, & gnatam generat nuptiis.

Vox autem à Germanico *Gemal*, vel *Ghe-mael*, conjux, formata, è Saxonico, maelen, conjungere, addita particula Ʒhe, vel Ʒa, verborum præteritis & participiis præteriti temporis apud Saxones & Germanos præponi solita. Vide *Fabula*.

GAMASUS, *Fortis, agilis*, Papiæ.

GAMBA. Vegetius lib. 1. Veterin. c. 56. de equo: *Post quod admonitus injuria, tollit altiùs crura, & in flexione geniculorum atque gambarum, molliter vehit.* Ubi Salmasius *gambam* interpretatur καμπὴν τοῦ σκέλους, quæ tibiam pedi jungit: καμπὴν enim Græci appellant omnem artuum articulorumque commissuram & inflexionem, quod & Perionius observat lib. de Gallicæ linguæ origine. Occurrit apud eundem Vegetium lib. 1. c. 27. lib. 2. c. 49. lib. 3. c. 19. 20. 22. lib. 4. c. 1. Inde Italicum *Gamba*, & nostrum *Jambe*, seu ut Picardi efferunt, *Gambe*, deductum plerique censent, id est, crus, ita ut pars pro toto sumpta deinceps fuerit. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital. Hinc etiam Italis *Gambiera*, nostris *Gambiere*, crurale, cruris armatura, de qua mox.

Subgambæ, nostris *Sonjambe*, Pars pedis, quæ gambæ subjacet, apud eundem Vegetium lib. 4. cap. 4.

Gamba, Morbi species. Constantinus African. lib. de Chirurgia cap. 13. *Unguentum ad sanandas gambas & omnes plagas.*

Gamba. Charta an. 1149. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica, pag. 702. *In prima appositione pullos frigidos, gambas de vino, & carnem porcinam frigidam, &c.* Vide *Camba*.

GAMBAGUS. Vide *Campagus*.

GAMBARON. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 545. de Roberto D. Normanniæ: *Erat facie obesa, corpore pinguis, brevique statura: unde vulgò Gambaron cognominatus est, & Brevis ocrea.* Ex Gallico *Jambes*, seu *Gambes rondes*. Vide *Gamba*.

GAMBARUS, Cancer, astacus, vox Italica *Gambaro*, nostris *Ecrevisse*. Ex Lat. *Gammarus*. Vide Oct. Ferrarium in *Gambaro*. *Conductor dacii piscium & gambarorum*, in Computo Thesaurariæ urbis Bononiæ in Italia an. 1364. ex Bibl. Regia.

GAMBASIUM. Vide *Bombyx*.

GAMBERIA, *Gamberia*, Italis *Gambiera*, nostris *Jam-*

Jambiere, crurum armatura. Auctor Mamotrecti ad 1. Reg. c. 17. *Ocrea, Gamberia.* Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium p. 60. *Donavit autem Imperator Laudensibus ultra trecentas loricas, & multas gamberias, quas de suis hostibus habuerat.* Nicolaus Optonus lib. 2. de Militari officio cap. 8. de duellatoribus: *Sed utrum habere possunt gambrias & galeas in capitibus, neque lege, neque consuetudine invenimus.* Regestum Peagiorum Bapalmæ: *Les gambieres, ou harnas de gambes de fer.* Vide in *Armatura.*

GAMBESO, Cento, centunculus, *Thoraconactus*, Vestimentum coactile, ex coactili lana confectum: seu *vestimenti genus, quod de coactili ad mensuram & tutelam pectoris humani conficitur, de mollibus lanis, ut hoc inducta primum lorica vel clibanus, aut his similia, fragilitatem corporis ponderis asperitate non læderent*, ut est apud Anonymum de Rebus bellicis, Notitiæ Imperii subjectum. Sed & ita describitur à Scholiaste Thucydidis: Πῖλον τὸ ἐξ ἐρίου πηκτὸν ἔνδυμα, ὥσπερ θωράκιόν τι, ὑπὸ τὰ στήθη, ὃ ἐνδυόμεθα. Et Constantinus Porphyr. in Tacticis p. 5. Στολὰς εἶχον οἱ τοιοῦτοι ψιλοὶ ἰσχυρὰς καὶ πηκτὰς ἀντὶ κλιβανίων καὶ λωρικίων. *Subarmale* appellatum quidam volunt. Vide in hac voce. Neque alia videtur *chlamys cannabina*, in Epistola Juliani Propræfecti Provinciæ Britanniæ ad Sinnium Solennem in veteri Marmore haud ita pridem detecto in Bajocassibus: *Licèt plura merenti à me pauca, tamen quod honoris causa offero, velim accipias libenter, chlamydem cannabinam Dalmaticam Laodicen. fibulam auream cum gemmis, lacernas duas, &c.*

Gambeso. Will. Brito lib. 11. Philipp.

Pectora tot coriis, tot gambesonibus armant.

In Rotulo anni 1322. Cameræ Comput. Par. *Adæ armentario 40. sol. 4. den. pro factione gambesonorum.* Computus Ballivorum Franciæ an. 1268. *Expensa. Procendatis, bourra ad gambesones, tapetis, &c.*

Gambesum. Idem Willel. Brito lib. 3. Philipp.

Gambesumque audax forat, & thoraca trilicem.

Gambesa, in Charta Henrici D. Solliaci an. 1301. de Libertatibus villæ Aiæ.

Gambacium, in Libertatibus villæ Moneti an. 1269. apud Thomasserium in Consuet. localib. Bituricens. cap. 65.

Gambarius, fortè pro *Gambacius*, in Charta Libertatum Luriaci apud eundem cap. 56.

Gambiso, in Fleta lib. 1. c. 24. §. 12. *Gambison*, apud Joinvillam p. 46. *Le Roman de Gaydon MS.*

A ces paroles li vavasors s' arma
D' un gambison viez enfumé qu' il a.

Infrà:

Desor vesti un gambison faitis.

Le Roman de Jordain MS.

Chascuns avoit son gambison vestu.

Will. de Guignavilla in Peregrinatione animæ MS.

Là sont heaumes & haubergons.
Gorgeretes & gambisons.

Infrà:

Le gambison vesti Jesus,
Quant por ti en croix fu pendus.

Cotes gamboisées. Willelmus Guiart an. 1298.

Que seul des cotes gambesies
Pouvoit-on emplir maintes jailles.

Et an. 1304.

Espées d' estos & de taille,
Cotes gambesies, ventailles.

Statuta MSS. *Des armoiers & coustepointiers de Paris: Item se l' en fait cotes gamboisiées, que elles soient couchées deuëment sur nuef ves estoffes & pointees, enfermées, faites à deux fois, bien & nettement emplies de bonnes estoffes, soient de cotton, ou d' autres estoffes, &c.* Infrà: *Houpellandes gamboisées.* Alia Statuta an. 1296. *Item, que nul dorescnavant ne puist faire cote gamboisiee, où il n' ait 3. livres de coton tout net, se elles ne sont faites en fremes, & au dessous soient faites entremains, & que il y ait un ply de viel linge, enprez l' endroit, de demie aulne & demy quartier devant, & autant derriere.* *Contrepointes* vocantur in Charta an. 1206. in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 115. *Praterea inveni in dictis bonis quinque alberions, & unum alberc, & unam coutrepointe.* Vide Williomarum, seu Josephum Scaligerum, in Titium pag. 46. 47. & 49.

Wanbasium, apud Rogerum Hovedenum an. 1181. *Wanbais*, apud eundem p. 614. Interdum *Hambaus*, sic enim in MS. Historia. *Le Roman de Rou & des Duc de Normandie.*

Plusours ourent vestus hambeis,
Cojures ont chaint & carquais, &c.

Gambaison in Charta Philippi Pulcri an. 1303. in 36. Regesto Chartophylacii Regii n. 115. *Et seront armez de porpoins & de hauberjons, ou de gambaisons.* Philippus Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 16. ad Strabonis locum, ubi Belgas ait ἀντὶ χιτώνων, ferre χιτῶνας χειριδωτοὺς, *hic quid aliud interpreteris* χιτῶνας *illos* χειριδωτοὺς *ad inguina & nates usque demissos, nisi eam vestium partem, quam vulgus nunc Latinorum Thoracem appellat: patria verò lingua Wammes, & inferioris Germaniæ dialectus Wambeis, Danica Wames, Hispani Jubon, Itali Giupone, Galli Pourpoint, Angli & Leodicenses ad Mosam amnem Doblet.* Chronicon Colmariense an. 1298. *Armati reputabantur, qui galeas ferreas in capitibus habebant, & qui Wambasia, id est, tunicam spissam ex lino & stuppa, vel veteribus pannis consutam, & desuper camisiam ferream, &c.* Albertus Argentin. p. 104. *Ubi manicas Wambasii sui fractas cum novis peciis reparans, &c.* Et pag. 112. *Quidam carnifex Episcopum super dextrario in rubea Wambasia circumventum — cuspide perforavit. Culcitra de gambasio*, apud Raymundum de *Agiles.*

Wanbizius. Statuta Ord. Præmonstrat. Dist. 1. cap. 13. *In dormitorio nullus rectus in lectum ascendat; sed residens per spondam divertat: super VVanbizios & laneos jacere licebit, &c.* Ubi *VVanbizius*, idem quod *lodix.*

Wambasarius, in Monastico Anglic. to. 2. p. 1010. *Wambasiorum* artifex.

Vocis etymon à veteri Germanico quidam accersunt, *Vvan-bon*, venter, vel *Vvamba*, ut habet Willeramus, in Cantica; vel à Saxonico *Vvamb*, quod idem sonat, unde Angli *Vvombe* accepere: ita ut *Vvambasium* fuerit *ventrale*, vel *ventrile*, ventris & pectoris tegmen, quod Germani *Vvambeys* vocant. Vide *Centunculus*, *Thoraconactas*, & Notas ad Villharduinum p. 294. & ad Joinvillam p. 74.

GAMBETTA, diminutivum à *Gamba*: baculus, qui claudo vel infirmo vicem *gambæ*, seu cruris præstat, *Jambette.* Processus de Vita S. Thomæ Aquin. n. 11. *Dum claudicasset propter morbum pedum, ita quòd sine sustentatione baculorum, seu gambettarum stare & ambulare non poterat.*

GAMBRIA. Vide *Gamberia.*

GAMBUTTA. Vide *Cambutta.*

GAMELUM. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 22. ubi machinas jaculatorias describit: *Ac capsa bonum debet habere gamelum, quod capsam impellat versus exteriorem partem.* In lib. vernaculo de Contractibus maritimis, *Gameles* dicuntur disci lignei, in quibus reponuntur obsonia nautarum.

GAMINULA. Charta Athelstani Regis Angl. in Monastico Anglic. to. 3. p. 130. *Cujus etiam inconcussæ firmitatis auctoritati, his testibus roborata constat, quorum nomina subtus gaminulis depicta annotantur.* Fortè *grammulis.* Vide *Gramula.*

GAM-

GAMMA, æ, vox Agrimensorum: Limes utramque agri partem complectens, ita ut litteræ Γ. formam efficiat. Siculus Flaccus: *Arbores in versuris quæ notatæ sunt, aut decusses inveniuntur aut gammæ, ut manifestum fit versuras suis signis observari debere.* Alibi: *Gamma de petra sicca constructa.* Rursum: *Termini si transversi positi fuerint, gammam faciunt.* Ita Gamma literam fœminino genere extulit Ausonius:

—— Et gammæ vice functa prius C.

Gammatus limes. Incertus Gromaticus: *L. si in termino inveneris, suæ formæ factura designat limitem gammatum.* Innocentius de Casis literar. *Limes gammatus currit, hoc est, tortuosus.* γαμματοειδῆ ἐπιτηδεύματα, apud Leonem in Tactic. cap. 19. §. 61. Vid. Gloss. med. Græcit. in Γάμμα.

Regammans via, limes, linea, apud Aggenum de Limitib. agror. & Latinum & Myrsontium p. 79. 261.

GAMMADIUM. Anastasius in Leone III. pag. 123. *Columnas argenteas 8. & gammadia duo, & arcus duos cum crucibus argenteis, &c.* Infrà pag. 127. *Fecit vestem de stauraci cum cruce & gammadiis, simul & paratrapetus suis.* Pag. 139. *Tetravilla rubea alythina quatuor, habentia cruces cum gammadiis, & in circuitu periclysin de Tyrio.* Pag. 140. *Arcum argenteum unum cum gammadiis suis.* Pag. 151. *Fecit etiam in circuitu altaris vela serica quatuor cum gammadiis, & cruces de quadrapulo.* Pag. 182. *Fecit vestem sericam albam sigillatam cum gammadiis & periclysi, &c.* Denique p. 250. *Obtulit — vestem de fundato unam habentem in medio crucem, cum gammadiis de quadrapulo.*

Gammadia, diæ. Idem Anastas. pag. 149. *Super quem constituit arcus duos de argento, & gammadias quatuor, quæ simul pensant, &c.* Idem in Gregor. IV. pag. 161. *Vela alba serica 4. unum habens undique Tyrium, & in medio crucem & gammadias de chrysoclavo.* Et pag. 164. *Fecit vestem de fundato, & gammadias de octapulo.* Ex his videtur emendanda Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. Ital. sacr. pag. 1275. *Quinetiam obtuli eidem Ecclesiæ unam planetam de xameto Jalino, unum amictum cum frisô magno, unum camisum* (perperam *canusum*) *cum gramatis & frisis, &c.* Legendum enim fortean *gammatis*. Sed ex locis istis vix percipitur, quid sit *gammadium*? nam virorum doctorum de hujus vocis notione conjecturæ non arrident. Vide Salmasium ad Pollionem pag. 343. & Dominicum Macrum in Hierolexico.

GAMMUS, πλατύκερως, in Gloss. Gr. Lat. Est autem πλατύκερως Plinio lib. 11. c. 37. Dioscoridi lib. 2. & aliis, animal, quod cervorum generi annumeratur, licèt cervo minus: nostri *Dain* vocant: unde nescio, an non legendum sit *dammus*? Sed repugnat Codex MS. S. Germani Parisiensis, qui *gammus* etiam præfert.

GAMULA. Anastasius in Benedicto II. *Similiter & in Ecclesia B. M. ad Martyres aliud coopertorium porphyreticum cum cruce & gemmulis quatuor, &c.* Ubi Codex MS. *cum cruce & gamulis*, præfert. Alius, *coopertorium porphyreticum & gamulas quatuor.* Alius denique, *& gamulas & clavos quatuor auroclavos.* Quidam etiam *ganulas*. Fortè diminut. ex *gamma*. Vide in hac voce.

GAMURDRIT. Lex Bajw. tit. 18. c. 2. §. 3. *Si servus furtivo modo, supradicto more occisus fuerit, & inabsconsus, quod Gamurdrit dicunt, &c.* Editio Heroldi c. 28. §. 3. *Garmordrit* habet. At Spelmannus observat *ga* & *go* particulas esse præpositivas præteriti temporis & participii ejusdem. Proinde *gamurdrit*, idem est ac *is murdritus fuerit*. Vide *Murdrum*.

GAMUS, *Cerva*, ex Hispan. *Gamo*: nostris, *Dain*. Fori Alcaçonenses: *De coyro de cervo & gamo tres Morabit.*

GANAPE. Vide *Galnape*.

GANARE, Acquirere, Hispanis, *Ganar*. Charta Bermundi II. Regis æræ 1028. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Bened. to. 5. *Dum essemus in adolescentia, ganavimus & emimus villas & hæreditates, &c.*

GANANCIA, vox Hispanica, Lucrum, reditus. Gallis *Gagnage*. Vide *Bragalis*.

GANATA, ex Hispanico *Ganado*, Grex, armentum: *Ganadero*, pastor. Fori Jaccenses: *De appellitis ita statuimus. Cum homines de villis, vel qui steent in montanis cum suis ganatis, audierint appellitum, omnes capiant arma, & dimissis ganatis, & omnibus aliis suis facienda, sequantur appellitum, &c.* Infrà: *Ganata, cùm descenderint, nullus audeat furare vel rapere vel pignorare ulla occasione, & non jaceant in vetatis militum, nisi per unam noctem. Certa loca sint, in quibus ganata bibant, ne cequiæ frangantur.* Eximinus Salanova: *Et tales non peytant in aliquo cum hominibus signi Regis, nec pro ganatis, neque equis, ut quidam dixerunt.* Charta Garciæ Fernandi Comitis pro Ecclesia S. Petri de Cardenna æræ 1016. apud *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti: *Illo ganato Ecclesiæ S. Petri talem foro habeat sic illis de illas villas ad pascendum per omnes terminos in montes, & in fontes, in padulibus, defensas etiam, & in molinaris, &c.* Alia Sancii VII. cogn. Sapientis, apud eundem: *Si verò ganatum vestrum cum alio extraneo mixtum fuerit, & hac de causa illud vobis dare noluerit, mando in fide unius Monachi vel Fratris vestri Ordinis, sine alio sacramento donet vobis, quantum dixeritis esse vestrum.* Infrà: *In omnibus locis, in quibus meum ganatum & aliorum debet pascere, &c.* Passim in Chartis Hispanicis. Ita porrò hanc vocem Hispani usurpant, quomodo olim nostri & Angli vocem *Gagnage* pro omni apparatu rustico, in quo recensentur animalia, atque adeo oves ipsæ. Vide *Gagnagium*, *Gagnata*, & Michaëlem *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon.

GANCARE, *per vim auferre*. Coronatio Henrici Regis Portugalliæ: *Quando aliquis gancaverit avera alienum, vadat querelosus ad Alvazil, & ponat querelam, & Alvazil restituat illi suum avere.* Ubi Anton. Brandaon. lib. 10. Monarch. Lusitan. cap. 13. *Quando alguens per forza tomar a fazenda alhea*, &c. Rursùm: *Qui in bello mataverit Regem inimicum, aut ejus filium, & gancaverit ejus pendonem, sit nobilis.*

GANDARGIUM, Tributi species. Charta an. 1300. apud Columbum lib. 3. de Episcop. Vivariensibus p. 226. *Non poterit D. Rex deinceps aliquid de novo acquirere in terra D. Episcopi — non adversationes novas, vel nova gandargia recipere.*

GANDEIA, Genus navigii, Afris familiare, apud veterem Interpretem Juvenalis Sat. 5. v. 89.

GANDENGA, Vestis species. Chron. Vosiense c. 73. de Deformatione religionis: *Cucullas clausas pro froccis, ocreas pro gandengis, froccos capellatos absque cuculla — insectamur.*

GANEA. Vide *Glavea*.

GANEO, *Gulosus, popinator, tabernio, hasta, vel jaculum, lingua Gallica.* Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. Latinis *ganeo*, est λιχνὸς, καταφαγᾶς, λαιμαργὸς, ut est in Gloss. Gr. Lat.

GANERBI, de quibus exscribam, quæ habet Spelmannus, cujus sunt, quæ sequuntur.

Ganerbii. Ganerbiorum societas, quam *Ganerbiatum* vocant, apud Germanos ampla, potens, & antiqua est, à nobilium conditione parum distans. Nobiles enim & *Ganerbios* sic conjungit Jus Saxonicum *Burger oder Burgkmann heissen die anerben und Edelent*, &c. Id est, *Cives & Castrenses* (hi

(hi in castro habitant) dicuntur *Ganerbii & Nobiles, qui olim sub domino* Castri *in castro habitabant, & tunc temporis vocabantur Burgburger*, i. cives castrenses. Item alibi. *Burgkleben* (i. castrense feudum) *est hujusmodi feudum, ubi multi Nobiles vel Ganerbii (ut nunc dicuntur) unum idemque castrum simul habent à Principe & Domino, cujus est castrum illud.* Et quidem nulla inter ipsos & alios vassallos feudales ferè differentia est, nisi quoad pacta & conditiones societatis & fœderis inter ipsos mutui. Quæ res tunc extitit in Germania, quando vis erat jure, *da das Faustrecht im Schvvang gieng.* Tum enim ante factam & promulgatam pacem publicam, i. *dem Landfrieden*, cùm passim itinera essent minùs secura, & latrones in arcibus apud sui generis sive farinæ homines, latrones latitarent; alii quidam Nobiles, quibus virtutis potiùs, quàm rapinæ studium carum erat, confecerunt sibi arces munitas, in quibus cum familiis suis & rebus pretiosioribus, ab aliorum invasionibus violentis, tuti essent. Et ut potior fieret hæc conjunctio, eoque major & constantior, suisque viribus se & sua feliciùs defenderent: fraternitates & confœderationes quasdam, certis legibus & conventionibus contraxerunt, *den Burgfriden*, id est, *pacem castrensem* appellatas. Confœderatos hos *Ganerbios* vocant *die Ganerben*, quasi *gemeine Erben*, id est, communes hæredes & condominos. Sed dilabitur splendida hæc confœderatio in deteriorem partem. Nam & ipsi *Ganerbii* viribus suis & arcibus confisi, etiam rapere & opprimere cœperunt: aut alios suæ societatis confratres, aut condominos, quando delinquerent, receptarunt, & protexerunt. Eique tandem audaciæ & furori præventum est, ut publicis legibus & imperiali Constitutione coërceretur. Imperator enim Maximilianus in Comitiis Augustanis an. 1500. inter alia edixit, *ne Ganerbii, sive condomini, bannitum ab Imperio, in arcem intromittant, licet etiam ea sit communis ei cum aliis; sed potiùs à sua societate excludant: quod si verò secus factum fuerit, ut ipsi quoque acceptatores, in pœnam pacis publicæ violatæ debeant declarari & pronunciari.* Præterea in Comitiis Wormaciensibus anni 1495. quadruplex est constituta pœna: *Das tha Leib und*, &c. Id est, 1. *Primò ut illorum corpora & bona omnibus sint concessa, & nemo illis abuti possit.* 2. *Ut omnia illorum jura, quæ contra alios habent, cessent & sint mortua.* 3. *Ut amittant feudum.* 4. *Ut habeantur inhonesti*, seu infames. Renovatur hæc Constitutio aliis Comitiis Wormaciensibus an. 1521. deinde Augustanis an. 1548. & inserta denique Ordinationi Cameræ anno 1555. *part. 2. tit. 13.* Petrus Denais *in Jure Camerali tit. 266. verb. Receptatores, n. 2.*

Arces & munitiones aliquot quæ vocantur *Ganerbenheuser*, hæ recensentur. Primò arx Rotenburgensis, non procul à Norimberga dissita. Deinde est Friburgum in Veteravia, quæ arx etiam est celebris *Ganerbiatus.* Tertiò est arx Salizburgum ad Salam in Francia orientali, ubi & Imperatoris Conradi (qui cognomen Salici inde adeptus est) Regia olim fuit; & Lex Salica primùm lata est à Pharamundo, ejusque Consiliariis quatuor, Wisogast, Arogast, aliàs & rectiùs Bosogast, Salagast, Vindogast, & qui & in Prologo Legum illarum nominantur, & à Sigeberto in an. 422. de quo vide plura hìc infrà in verb. *Lex Salica.* Hæc autem arx etiam hodie est domus *Ganerbica*: & habent singulæ singulos suos Burgravios judicis loco, suasque leges & regalia. Rotenburgensis, quæ ab antiquis dominis ad Coronam Bohemiæ pervenit, & tandem ad Electorem Palatinum, reservato tamen recto domino; condominos numerat plus quàm septuaginta Nobiles.

Sunt & nonnullæ civitates *Ganarbicæ.* Crutzenacum, oppidum situm ad Rhenum, condominos habens Electorem Palatinum, & Marchionem Badensem. Item Smalcaldia, dum viverent Comites ac Principes Hennebergenses, ex parte dimidia ad ipsos, ex altera pertinuit ad Landgravios Hassiæ; hodie Landgravius ea solus potitur. Tale olim fuisse Hebron, de quo in sacris Literis habetur, & in Decreto Gratiani, 1. *Hebron* 11. *quæst.* 2. notat Conradus Rittershusius *in partitionib. jur. feud. lib. 1. cap. 17.*

Constituuntur autem *Ganerbii* & *bona Ganerbica*, pactis & conventionibus ipsorum inter se condominorum: accedente plerumque confirmatione & protectione Superiorum, putà Imperatoris & aliorum Principum. Et dari possunt in *Ganerbiatum* non solùm bona allodialia & patrimonialia; sed etiam feudalia, dum tamen non inferatur tertio præjudicium, uti agnatis in antiquis feudis; filiabus, (si hoc dictum sit) in novis; & his, de quibus pactum est, in utrisque. Hinc exigua illa differentia inter *Ganerbios* & vassallos feudales, cujus supra meminimus. Quamquam enim aliquis in *Ganerbiorum* societatem acceptus, & condominus factus fuerit, in aliis tamen rebus non mutatur persona ejus, nec vassallus esse desinit prioris domini sui, nec privilegia & regalia, quæ ab Imperatoribus totum obtinuerit condominorum collegium, singulorum fiunt; sed pariter omnium.

Solet autem plerumque inter eos, qui *Ganerbiatum* constituunt, eo convenire inter se, ut maximus natu in ea gente sit administrator bonorum; & pro onere administrationis partem aliquam fructuum sibi habeat præcipuam: reliqui fructus dividantur æquis portionibus inter omnes gentiles & agnatos, qui quidem sunt puberes, maximè si vel studiis, vel rei militari dent operam.

Denique fraternitati & confœderationi inter condominos renuntiari potest ab eo, qui non ampliùs liber in illa societate & communione stare vult: uti quælibet societas renuntiatione tollitur, §. *manet Just. de societ.* Similiter & jam à rectore sive domino illius arcis, in qua *Ganerbiatus* est constitutus, liberabitur, renuntiatione, Conrad. Rittersh. *d. cap.* 17. *per tot.* Ubi simul tradit, discernendum esse *Ganerbiatum* à pacto, quod vocant *Erbelnigung*, receptum est inter familias quorundam Principum, de quo Gall. 2. *obs.* 127. Itemque à majoratu & legato familiæ, ut idem explicat. Vide Hotomannum in *Lexic. feudali* verb. *Hæredes accelerantes*, ubi allegat locum juris Saxonici *Artic.* 17. Et Modestinum Pistoris *p.* 1. *num.* 45. & 52. Hæc è Matthia Stephan. Pomeran. Tract. de Jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 2. memb. 9. at non suis ubique verbis; sed aliàs ampliùs, aliàs contractiùs, ut nostro magis conveniret instituto. Addam verò quod Glossographus ad 17. artic. Speculi Saxonici asserit, *Ganerbios* dici, quòd illorum hæreditas descendit, non ascendit, &c. Hæc Spelmannus.

GANGALIZARE, *Titillare*, in Glossis antiq. MSS. & apud Papiam.

GANGANUM. Charta Heccardi Comitis Augustod. ex Tabulario Persiacensi apud Perardum in Burgundicis p. 26. *Et quicquid de gemmis habemus, & gangana sirica, cum spondale & tapete uno.*

GANGDAYES, dies lustrationis, vox Saxonica, in Concilio Grateleano an. 928. c. 12. in Concil. Anglic. Sonnero, Ȝanȝ-ðaȝaſ, dicuntur *Rogationes.*

GANGIA, *Occulta loca & subterranea. Gangagia Græci vocant.* Ita Glossæ MSS.

GANNINARE, *Gantare*, Papiæ.

GANNIUN, *Taberna*, Papiæ, pro *Ganeonium.* Alibi: *Ganea, taberna, popina, &c.*

GANNUM, *Gannatura*, Irrisio. Italis *Gannare*, & *Ingannare*, est fallere, decipere: ut Latinis *Gannare*, irridere. Glossar. Lat. Græc. *Gannat*, χλευάζει.

Gannator, χλευαςής. Gesta Regum Francor. cap. 41. *Qui respondit cum ganno, dicens, Vos mentitis, &c.*

Gannatura eadem notione. Rabanus Maurus lib. 1. de Instit. Cleric. c. 3. *Postremò ut idem Apostolus* (S. Petrus qui inventor fuisse dicitur coronæ Clericalis) *ejusque successores & sequipedes ridiculosum gannaturæ ludibrium in populo Romano portarent, quia & horum Barones hostes exercitus superatos sub corona vendere solebant.* Eadem verba habentur in Epist. 44. Bonifacii Moguntini Archiep. Candidus Monachus in vita Egilis Abbatis Fuldensis c. 12.

Cujus judicium, & si non zabolica fallit
Gannatura, tamen laqueos hinc inde timoris
Non facilè superat graviores, &c.

Aldhelmus de Laudibus Virginitatis: *Quid mirum, si Apostolorum oracula & jurisperitorum scita præfatas frivolorum nenias abominantur, cum etiam gentiles gentilibus, & paganis pagani quasi ridiculosum subsannantes gannaturæ opprobrium legantur improperasse hoc modo, cum infami proverbiorum elogio cachinnantes ac cavillantes.* Scio, hic viros doctos *gannaturam*, turpe lucrum interpretari, quia Hispanis *Ganar* est lucrari: sed potior videtur nostra conjectura.

GANNUS. Vide *Wantus.*

GANTÆ, Anseres silvestres. Gloss. Lat. Gr. *Ganta*, χηναλώπηξ. Glossar. Saxon. Cottonianum: Ȝræȝ-ȝoſ, *Ganta*, Anglis, *Agrey goose*. Fortunatus lib. 7. Poëm. 4.

Aut Mosa dulce sonans, quo grus, ganta, anser, olorque,
Triplice merce ferax, alite, pisce, rate.

Adso in Vita S. Walberti cap. 5. *Anseres agrestes, quas à candore vel sonitu vocis more rustico Gantas vocant.* Vita S. Pharaildis Virg. n. 13. *Aves quasdam aggregatas repperit, quas alii Feles, alii Miletas, vulgus verò Gantas nuncupat.* Liber Miraculor. S. Genulfi n. 46. *Conspicit innumerabilem multitudinem avium, quas vulgus Gantas vocat.* Goscelinus Monachus in Vita S. Wereburgæ Virg. n. 10. ubi avis speciem prodit: *Agros ejus solitò infinita aucarum indomitarum, quas Gantas vocant, depopulabatur multitudo.* Sunt igitur *Gantæ*, anseres silvestres, vel etiam domestici, qui

Ganſæ vocantur à Plinio lib. 10. c. 22. qui eas Morinis attribuit: unde patet, vocem esse veterem Gallicam, quam retinent etiamnum Germani, quibus *Gans, Ganse*, dicuntur, ut Anglis *Goesen* & *Geesen*, Hispanis *Ganso*, id generis avium nominatur. Adiso in Actis S. Vvaldeberti Abbat. Luxoviensis num. 5. videtur, has aves appellatas à voce, quæ albedinem significat, veteri fortè Gallica. *Nam cum in aliis Vir iste felicissimus, tum quoque rebus pollebat: & hunc quoque agrum anseres agrestes, quas à candore, vel sonitu vocis more rustico gantas vocant, agmine collecto frequenti ruptione ab ipso jactu seminis & sationis incremento vastabant.* Potius tamen videtur alterum Etymon. Vide Pontanum lib. 8. Rerum Danicarum p. 494.

Gantes. Silvester Giraldus lib. 1. de Topogr. Hibern. c. 18. *Aucæ minores albæ, quæ & Gantes dicuntur. Le Roman de Garin MS.*

Grues, & gentes, & oes, & poucins.

Alibi:

Grues & gentes orent à lor plessir.

Gantula, diminutivum à *Ganta*. Vetus Interpres Alexandri Jatrosophistæ lib. 1. Passionum: *Manducet ex domesticis gallinas, fasianos, — & de anseribus, alas, collum, caput, pedes, & gantulas, & aves omnes præter eas, quæ in paludibus degunt.* Ubi Glossæ *Gantulas*, aves esse observant. Idem lib. 2. cap. 67. *Gantulæ quoque, merulæ, turtures, turdi, &c.*

GANTUM vide *Guantum.*

Ganshapich, Acceptor, seu accipiter, *qui anseres mordet*, in Lege Bajwar. tit. 20. c. 1. ex Germ. *Gans*, anser, & *happen*, corripere, capere. Glossar. Ælfrici: *Auca*, ȝoſ. *Aucarius*, ȝoſhaꝼuc.

GANSA. Vide *Ganta.*

GANZARA & *Ganzerolum*, navigii genus, in Statut. Veron. lib. 1. cap. 97.

GANZAROLA, species navis, ex Ital. *Ganzara*, eâdem notione. Occurrit apud *Rafanum* de Caresinis an. 1379. pluries.

GAOLA. Vide *Geola.*

GAPHANS, *Gafans, Gafandus*, voces Longobardicæ. Excerpta Pith. *Gafandus, hæres, in Lege Long. Gaifanda, cohæres.* Ugutio: *Gafans, Hæres.* Lex Longob. lib. 2. tit. 21. §. 3. *Nulli liceat alium pro alio pro quolibet debito pignorare, excepto illo, qui gaphans esse invenitur, id est, cohæres ejus proximior, qui ad illius hæreditatem, si casus evenerit, venturus est.* Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 10. §. 4. habet *Gafrand.* Videtur tamen hæc vox usurpata pro vade & fidejussore. Charta Friderici II. Imp. an. 1219. pro civitate Norimbergensi apud Goldastum to. 1. Constit. Imper. p. 291. *Nullus Norimbergensis sit alicujus hominis gaphant de jure, nec unus mercator pro alio.*

GAPO, Clavus, uncus, nostris *Crampon.* Galvaneus Flamma in Chron. majori in Ottone III. *Et dicit Chronica Datii, quòd cùm ad Imperatorem accederet, equum suum magnum aureis gaponibus, & argenteis clavis ferratum super pannum aureum in domo Imperatoris collocavit.* Apud Ughellum to. 4. p. 137.

GARA, Modus agri. Charta an. 1123. in Monastico Anglic. to. 3. part. 2. p. 29. *Et in prato juxta Bereford sex acras, & duas garas, & in prato de Atrefort sex acras & duas garas, &c.* Vide Oct. Ferrarium in *Gara.*

GARALIS. Glossarium Saxonicum Ælfrici: *Acetabulum, vel* ȝaꝼale, i. aceti scyphus. Leo Ost. lib. 1. c. 24. *Scattones 3. garales 2.* Cap. 28. *Tulit in coronis ac baziis, atque hamulis, garalibus, & cochleariis argenti simul quingentas.* Testamentum S. Everardi Comitis, apud Miræum in Codice Donat. piar. cap. 21. & Lucam Acherium to. 12. Spicilegii: *Vas ad bibendum marmoreum unum cum argento & auro paratum, garalem argenteum unum, cyphum argenteum unum, pallia duo, garales argenteos cum cochleariis duos.* Occurrit ibidem semel ac iterum.

GARANTIA, Rubia, ἐρυθρόδανον, Gall. *Garance*, Glossarium vetus: *Sandix, herba tincturæ, quam vulgus Varantiam vocat.* Sunt, qui scribunt *Varantiam* corruptè dici, pro verantia, *quia verantiæ color verans* est, sive *verus*, hoc est, verè ruber & coccineus: *verare* enim est ἀληθεύειν. Charta Dagoberti Regis, apud Doubletum p. 656. *Qui veniunt de ultra mare pro vino, melle, vel garantia emendum.* Alia Childeberti Regis apud eundem p. 688. *Et quidquid fiscus noster tam de garancia, quàm de merceria ibidem obtinuit. Teloneum garantiæ*, apud Sugerium lib. de Administr. sua c. 1. Teloneum S. Audomari in Tabulario S. Bertini: *Carruca de vvede 2. den. Carruca de vvaranche 2. den.*

Warentia, in Capitulari de Villis c. 43. Vide Salmasium ad Hist. Aug. p. 169. 170. & ad Solin. p. 1152.

GARANEUS, Color in equis, qui ad Rubiam accedit, cujusmodi est cervorum: *Couleur de cerf, garancé.* Ugutio: *Equus cervinus, qui vulgò Garaneus dicitur.* Vide *Varanjo.*

GARANDIA, *Garentizare.* Vide *Warantus.*

GARARIUS, Officium monasticum. Adalardus in Statutis antiquis Monasterii Corbeiensis lib. 1. cap. 1. *Ad cellarium & dispensam portarii duo: ad domum infirmorum, unus, gararii duo ad lignarium,*

rium, in pistrino unus. Custodes fortè, nam *Garir*, & *Garer*, pro *Custodire* dicebant nostri.

GARATHINGI, Vox Longobardica, cujus notio habetur in Lege Longob. lib. 1. tit. 7. §. 15. *Tunc ille, qui plagaverit eum, componat qualiter in gargathingi, id est, secundùm qualitatem personæ.* §. seq. scribitur *Garathingi, id est, secundùm qualitatem personæ.* Ut & tit. 9. §. 3. ubi Editio Heroldi tit. 5. §. 2. tit. 30. §. 9. habet *in angar athungi.*

GARATHINX, vox perinde Longobardica. Papias: *Garathinx, donum*, Editus perperam præfert *Garetinis*, ut alius MS. *Garechinis*. Gloss. vett. *Garathinx, donatio universitatis.* Aliæ: *Garathinx fecerit, id est, donatum quid fecerit extra hostem.* Ex voce *thing*, donum, munus, & German. *gar*, prorsus, omnino. Lex Longob. lib. 2. tit. 1. §. 8. *Si quis ancillam suam propriam matrimoniare voluerit sibi ad uxorem, sit ei licentia, tamen debeat eam liberam thingare, & sic facere liberam, quod est Widerboram, & legitimam per garathinx, id est, per libertatis donationem, vel per gratuitam donationem, id est, morgengab, &c.* Boërius ad d. §. *Nota, quid sit quiderbora, quæ est res libera, & garathinx, id est, legitima.* Tit. 14. § 1. *Per garathinx, id est, donationem.* Tit. 35. §. 6. *Charta donationis per garathinx facta.* Adde tit. 14. §. 11. tit. 15. §. 1. 3. tit. 35. §. 1. Editio Heroldi tit. 60. §. 2. tit. 62. §. 4. tit 89. §. 2. tit. 91. §. 1. *Gairethinx* semper præfert.

GARBA, Spicarum manipulus, Gallis *Jarbe, Gerbe*, Picardis, *Garbe*: Occitantis, *Garbo*. Matthæus Westmonaster. pag. 166. *Posito ad caput ejus frumenti manipulo, quem patria lingua Seaf dicimus, Gallicè verò Garbam.* Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 2. in prologo: *Quia secundum Gregorium, si non possum Garbam integram ad horreum importare, non debeo tamen vacuus remeare.* S. Althelmus de Laude Virgin. p. 802.

Sic demum decies metens ex æquore garbas,
Ternas accipiet, qui vincla jugalia nectit.

Vide Ordericum Vitalem lib. 5. p. 585. &c.

Garbagium, Gerbagium, Præstatio garbarum. Charta fundationis Abbatiæ Bellælandensis an. 1154. apud Columbum: *Et decimam garbagii, omnium denariorum, &c.* Alia an. 1218. in Hist. Monmorenciac. *Posui messores de novo & levavi garbagium per vim.* Liber Chirographorum Absiæ fol. 138. *Et gerbagium suum pro 12. nummis sibi circa festum B. Michaëlis reddendas dimisit.* *Garbage*, in Consuetudine Hannoniensi cap. 87. Regestum censuum Comitat. Bigorræ ex Camera Comput. Paris. fol. 31. *Le gerbadge dels ports, es del Segnor de Lorde. Garba vel census*, in Consuetudine Lorriacensi apud Gallandum de Franco allodio p. 377. *Garbas & fœnum solvere*, apud Will. Thorn. p. 1884. *Præstatio garbarum*, p. 1922. *Garbæ decimales*, in Provinciali Eccl. Cantuariensis lib. 3. tit. 16. quæ pro decima Ecclesiastica assignatæ sunt. Leges Edvvardi Confess. c. 8. *De omni annona decima garba Deo debita est.*

Gerberia, Gerbaria, idem quod *Garbagium*. Charta Gerardi Comitis Matiscon. an. 1180. in Bibl. Cluniac. & Sebusiana cent. 1. c. 72. *Dictum est, quòd Comes in villa de Domenge & de Iggi habeat gerberiam, videlicet in fossore unam Gerbam, & in aratore duas.* Arestum mens. Febr. an. 1277. in Tabular. Cluniacensi Thuano: *Et quòd nos in dictis locis habebamus gerbariam, quæ est in castellania recognitio justitiæ: visis attestationibus, pronuntiatum fuit per Curiæ nostræ judicium, justitiam prædictarum villarum & hominum ad ipsos Abbatem & conventum pertinere.*

Garberina, Arda, in Gloss. Isid. & Pithœi: ubi fortè *garba* triturantur, nam & *Garbo* Patavini aream, in qua manipuli spicarum, seu *garbæ*, teruntur, appellant. Statuta Patavina tit. 41. §. 80. *nisi emat de novo unum garbum, vel unam domum.* Et infrà: *Ædificet in eo garbo, vel domo.*

Garba. Fleta lib. 2. cap. 12. quod inscribitur *de ponderibus & mensuris*, §. 5. *Centena verò ferri ex quinquies viginti petiis: Garba verò aceris fit ex 30. peciis.* Quo loco garba pro manipulo videtur usurpari. In Statutis secundis Roberti I. Regis Scotiæ c. 27. §. 4. *Garba sagittarum* dicitur constare 24. sagittis. Vide Skenæum de Verbor. significat.

GARBELLARE, ex Italico *Garbellare*. Statuta MSS. urbis Massiliensis an. 1269. *Ordinamus & statuimus, quòd amodo quæcumque grana cujuscumque terræ fuerit vel de Romania, vel de Provincia, Narbonesio, sive de Cathalonia, vel Hispania — quæ vendetur & emetur deinceps à quocumque in civitate Massiliæ, seu ejus districtu, debeat garbellari illis duabus garbellis ad id specialiter constitutis, vel faciendis: qui autem aliter fecerit, puniatur, &c. — & hoc quidem intelligimus de grana assaonada, quæ emetur pro pannis tingendis. — & taliter garbellabunt, & tali modo granam, quòd folium & frusta, lapides & pulvis ejiciantur.*

GARBERA, Congeries garbarum, *Jarbiere.* Petrus Rex Aragonum in Constitut. Catalaniæ MSS. an. 1200. *Addit etiam & firmiter mandavit, quòd nullus esset ausus mittere ignem, vel supponere in messem, neque in congerie frugum, quòd vulgò dicitur Modolon, sive Garbera.*

GARBINUS, Ventus Africus, libs, *Sudouëst*, Italis *Garbino*, Raimundo Montanerio in Chron. Aragon. cap. 140. *Garbi*; apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 25. Joinvilla in S. Ludovico: *Par ungvent, que on appelle Garbum, qui n' est pas des quatre mestres vens regnans en mer.* De vocis etymo vide V. Cl. Ægidium Menagium in Originib. Italic. pag. 431. & 1082. & Oct. Ferrarium.

GARBUM, Vide *Garba.*

GARCAGIUM. Charta an. 1309. in 9. Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ex Tabulario Regio Ch. 27. *C' est asavoir en complans, en garcages, en gardes, en receps, en rentes, en terrages, &c.* Occurrunt eadem verba infrà.

GARCETA. Fori editi per Jacobum Regem Aragon. Cæsaraugustæ an. 1301. *Pro eo, quòd Saraceni in Regno Aragonum & Ripacurcia non incedunt signati, & vadunt ad modum Christianorum, — statuit Dom. Rex, quòd omnes Saraceni — incedant sine garceta, circuncissis capillis circuncisura rotunda, ut pro Saracenis cognoscantur, &c.* Ita etiamnum *Garsettes* dicimus capillos in frontem propendentes.

GARCINÆ, Impedimenta castrorum, *le Bagage d' armée*, à *Garcionibus* fortè, seu militum famulis. Thomas Walsinghamus in Ricardo II. p. 242. *Cùm certam nostri elegissent stationem — cariagium quoque (quod Garcinas appellamus) à tergo locassent.*

GARCIO. Ugutio & Will. Brito in Vocab. *Lixa, mercenarius, garcio qui sequitur curiam, & portat aquam in castris exercitus.* Jo. de Janua: *Papas, garcio, qui circa culinas papando incedit.*

Garciones pro famulis, maximè iis, qui castra sequuntur. Ingulfus p. 886. *Habeatque Clericum seu garcionem suo servitio semper attendentes.* Richerius Monachus in Chronico cap. 76. *Volebat enim Rex ut semper secum in mensa esset, in hoc tantùm garcione contentus, qui ei pallium suum ad curiam deferebat.* Willelm. Brito lib. 10.

Hunc præcedebat cum parma garcio, sub qua &c.

Et lib. 11.

Affuit è famulis Electi garcio quidam, &c.

Adde S. Bernardum de vita & moribus Religiosor. cap. 10. Lambertum Ardensem p. 119. -50. Joan. Sarisber. lib. 4. Policrat. cap. 12. Matth. Paris p. 145.

Albertum

Albertum Argentin. p. 136. Nangium in S. Ludov. p. 366. 375. 381. 388. &c. *Le Roman d' Auberi MS.*

Mais n'i vint mie en guise de garson,
Ains fu armés en guise de Baron.

Guill. *Guiart.* an. 1207.

Et cil d' armes és chevaus faillent,
Li garçon les lances leur baillent.

Idem an. 1213.

Houliers, & ribaus, & garçons.

Et an. 1304.

Garçons ne sont en trop grand paine,
De pourchacier fain & avaine.

Garciones, Ganeones, nebulones, homines nihili, cujusmodi sunt calones, qui sequuntur castra, quos vulgo *Mauvais garçons* appellamus. Ordericus Vitalis lib. 13. p. 904. *Et multos nebulones, indomitosque garciones ad strages hominum & latrocinia quotidie peragenda sibi adsciscebat.* Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. *Propter nimiam garsionum vexationem, qua jugiter prædicti Episcopatus territoria devastabantur, venire distulit.* Matth. Paris an. 1146. *In contemptum dicti Richardi* (Regis Angliæ) *quem garcionem esse asserebant, &c.* An. 1256. *Viles personas, quas Garciones vocant.* Innocentius III. PP. in Ep. ad Marchionem Monferratensem, in ejusdem PP. Gestis p. 95. *Virgines Deoque dicatas exposuerunt spurcitiei garcionum.* Chronicon Montis Sereni pag. 190. *Ita verbis in audientia totius Cleri & populi in eundem invectus est, ut garçonem, & sicut plerique se audivisse fatebantur, leccatorem publicè appellaret.* Adde Decretales Gregorii lib. 3. tit. 29. c. 11. Robertum de Monte in Chr. an. 1163. Lambertum Ardensem p. 162. 164. &c. Froissartes 2. vol. c. 77. *Et lui dit, Baille-moi celle espée: Non ferai, dit l' Escuier, c' est l' espee du Roy, tu ne vaus pas que tu l' ayes, car tu n' es qu' un garson.* Variè porrò hæc vox scripta reperitur.

Garcio, apud Sugerium Epist. 47. Gualterum in Vita S. Caroli Comitis Flandriæ n. 56. Theobaldum in Vita S. Guillelmi Eremitæ n. 25. Matth. Westmonast. an. 1260. Rigordum p. 63. Nangium in S. Ludovico p. 338. in Philippo III. p. 547. Albertum Argentin. pag. 103. Gaufridum de Bello loco de Vita & Conversat. S. Ludov. c. 7. in Concilio Londoniensi an. 1321. c. 8. in Statut. antiq. Cartusiens. 2. part. c. 6. §. 43. c. 30. §. 32.

Garzio, in Chron. Reichersperg. an. 1105. & apud Gerhohum Reichersp. cap. 18.

Garso, apud Gaufredum Vosiensem part. 1. c. 74.

Garzo, apud Pilichdorffium contra Valdenses c. 18.

Garzone, Italis.

Garsio apud Petrum Blesens. Epist. 102. Levvoldum Northovvium in Chr. Mareano an. 1278. & in Vita sancti Theodardi laudata p. 759.

Gartio, in Constit. Ottonis Legati in Anglia pag. 31. Joannes Sarisberiensis in Carmine de Membris corporis, præfixo libris Policratici in veteri Edit.

Vilis leno, procax gartio, scurra vagus.

Guarcio, in Vita Garneri Præpositi S. Stephani Divionens. pag. 130.

Garçones, in Concilio Marciacensi an. 1326. c. 38. & apud Albertum Argentin. p. 136.

Garconnes. Vincent. Bellovac. lib. 30. c. 71. *Omnes etiam minimi garconnes equis vel bobus insident, &c.* Ita & c. 76.

Garçonium, in Charta an. 1268. to. 5. Hist. Francor. p. 636. De vocis *Garcio* etymo, quædam attigimus in Descriptione ædis Sophianæ n. 21. Adde Octav. Ferrarium in Orig. Italic. verbo *Garzone*.

Garsiæ, & *Garzonæ*, *Garces*, rusticis nostris, Puellæ, quæ vox postea ad meretrices traducta, quod ut Garciones, ita illæ nebulonum more vitam agerent.

Libertates oppidi Montis regalis apud Guichenonum in Probat. Hist. Bress. p. 203. *Si leno vel meretrix, si gartio vel gartia alicui Burgensi convitium dixerit.* Charta Libertatum oppidi Seiselli an. 1285. *Si garsia dicat aliquid probo homini & mulieri, &c.* *Garzoni* & *Garzonæ*, apud Sanutum lib. 2. part. 2. cap. 6. Assisiæ Hierosol. MSS. 2. part. c. 31. *Il paiera de peine, asavoir dou vilain 200. bezans, & de la vilaine 100. bezans, & de garcon, ou de garçe, 50. bezans, &c.*

Garcifer, idem qui *Garcio*. Lambertus Ardensis: *Garcifer quoque, qui eum jugulaverat -- quasi hujus rei nescius in coquinam suam adhuc sanguine commaculatus Domini recipitur.* Gaufredus Vosiensis lib. 2. Chr. cap. 9. *Ultionum Dominus paulo post liberè egit, cùm guarcifarum illum, qui Monachos apud Sanctum accusaverat, in manibus Petri de Petrabufferia tradidit, qui ei vitam extorsit. Guarcifer vocabatur Guido de Jos, &c.* Charta an. 1313. in Regesto Tabularii Regii signato 49. n. 12. *Garcifer suus.* Alia an. 1323. Prioris Rellanæ in Provincia: *Retinuit etiam duas procurationes anno quolibet cum 4. animalibus, duobus garciferis, & uno summalerio.* Occurrit præterea in Legibus Burgor. Scotic. cap. 66. & to. 5. Hist. Francor. pag. 437.

GARDA. Vide *Warda*.

GARDACORSIUM, Pars vestis muliebris, quæ pectus constringit, *Garde corps*; *Garderobe*, Occitanis, *Gardaraube.* Statuta Massiliensia MSS. an. 1276. *Gardacorsio muliebris sine frezo de panno coloris. — Gardacortium muliebre de panno vario cabrionato cum penna. — Gardacotium frezatum. — Gardacorsium vel supertunicale cum capucio vel almussia cum pennis. — Gardacorsium vel supertunicale vel Turquesium, vel garnachia cum penna filiorum vel filiolarum.*

GARDEROBA, *Guarderoba*, Vestiarium, locus, in quo asservantur vestes & *robæ*: *Garderobe.* Kero Monach. *Vestiario, Wahthuse*, ex *Watten*, vestire, ibidem, & *huse*, domus. Matth. Paris an. 1245. *Apud Lugdunum quædam Domini Papæ Camera, quæ Conclave, id est, guarderoba dicitur, cum omnibus, quæ in ipsa continebantur, combusta est.* Matth. Westmonaster. p. 454. *Cum adessent apud Westmonasterium — admissuri singuli omnem ornatum militarem, præter equitaturam, de regia garderoba. Confluentibus itaque trecentis juvenibus filiis Comitum, Baronum, & Militum, distribuebantur purpura, byssus, syndones, cyclades auro textæ effluentissimè, prout cuique con pe tebat.* Occurrit præterea in Concilio Nimociensi an. 1298. c. 4.

Garderoba, in Aula Anglicana, est locus Clericis tantùm assignatus, qui in Francia *Camera Clericorum* appellatur, inquit auctor Fletæ lib. 2. c. 14. §. 1. In ea asservantur Chartæ regiæ, ipseque Thesaurus Regius. Regestum Constabulariæ Burdegal. ex Camera Comput. Paris. fol. 1. *Rogerus de Northinghan custos garderobæ D. Regis* (Angliæ) *liberavit per manum Clerici sui -- per mandatum ejusdem -- registra monumenta & memoranda infrà scripta Ducatum Vasconiæ tangentia, &c.* Fol. 148. *Fet a remembrer que il façent enscrebir les registres, & portent oueskes eux totes choses que touchent la Duchee, en totes ou en parties, & soient enquis secrestes choses en tresorie, ou en garderobe, ou ailleurs là où il porront estre trouvez, &c.* Adde fol. 159. 220. & Parliamentum de depositione Regis Ricardi II. c. 31. Gull. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 570. & alibi.

Garderobarius, *Vallet de garderobe*, in Fleta lib. 2. c. 6. §. 1.

Gardropia, idem quod *gardaroba*. Henricus Knyghton an. 1381. *Juravit quod eredidit, quod non esset aliquis Rex Christianus habens meliorem gardropiam, -*

nam, ut dixit, tanta copia erat vasorum, & jocalium de argento, &c. Ex Gallico truncato *Gardrobe.*

GARDIANUS, Custos, ex Gallico *Gardien. Gardianus terræ Angliæ, Gardianus regni*, apud Knyghtonum an. 1284. 1287. 1321. Vide *Custos.* Hodie, ut & jam olim, *Gardiani* dicuntur apud Fratres *Minores* Præpositi Monasteriorum. Breviloq. *Guardianus dicitur, quia est superior inter Fratres Minores, custodiens conventum.*

GARDIATORES, Tutores. Charta Beatricis Comitissæ Provinciæ, apud Guesnatum in Annalib. Massiliens. an. 1242. n. 10. *Nos Beatrix juvenis D. G. Comitissa & Marchionissa Provinciæ, filia & hæres D. Raymundi Berengarii Comitis quondam & Marchionis Provinciæ, assistentibus & consentientibus nobis Romæo de Villanova & Alberto de Tarascono administratoribus & gradiatoribus datis nobis à Berengario patre, &c.*

Gardiatores Regaliarum. Vide *Custos Regaliarum.*

GARDINGI, apud Gothos Hispanos, accensentur optimatibus & majoribus Palatii Officialibus, (tametsi quæ fuerit eorum dignitas, non omnino percipitur) in Lege Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 9. *Si majoris loci persona fuerit, id est, Dux, Comes, sive etiam Gardingus.* Ubi Fori Hispanici *Gardingum*, per *Ricome*, seu *Ricum* vel Divitem hominem efferunt. Lib. 2. tit. 1. §. 1. *Videntibus cunctis Sacerdotibus Dei, senioribusque Palatii, atque gardingis.* Lib. 9. tit. 2. §. 8. *Seu sit Dux aut Comes, Thyuphadus aut Vicarius, gardingus, &c.* Vide Hist. Wambæ Regis pag. 833. *Optimates Palatii atque Gardingi*, in Concilio Tolet. XIII. cap. 2. & in Lege Wisigoth. lib. 12. tit. 1. §. 3. *Gardingi Palatii*, apud Lucam Tudensem pag. 68. *Gardingus Regis*, in Vita S. Fructuosi Episcopi Bracarens. à Sandovallio edita cap. 16. & apud Victorem Tunnensem ad 4. Consulatum Justiniani.

Gardingatus, Dignitas *Gardingi.* Historia Wambæ Regis, & Lucas Tudensis p. 60. *Hildegiso sub gardingatus adhuc officio consistente.*

Vocem effictam à *Garda*, custodia, quidam volunt, ut *Gardingi* custodes fuerint Principis, vel Palatii, ex honoratioribus.

GARDINUM, Gardinus, hortus, pomarium, viridarium, Italis *Gardino*, Picardis *Gardin*, Germanis *Gart*, Danis *Gaart*, nostris *Jardin.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Habet mansum dominicum, casam cum solario & cellario, & caminata, laubia, horrea 2. quoquina, stabula 2. hortum, ac gardinum, torcular,* &c. Occurrit apud Bracton. lib. 2. c. 34. §. 1. in Fleta lib. 1. c. 28. §. 6. &c.

Gardinarius, Hortulanus, *Jardinier*, seu, ut Picardi efferunt, *Gardinier.* Officium monasticum, cui hortorum cura incumbit, in to. 1. Monastici Anglic. pag. 147. *Ortolanus*, in Consuet. Floriacens. apud Joan. à Bosco p. 392.

Jardinus, puriori enuntiatione, in Gestis Ludovici VII. cap. 19. 21. in Bulla Honorii III. apud Ughellum to. 1. Ital. Sacræ p. 822. &c. De vocis *Gardin*, vel *Jardin*, origine quædam habent Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 13. Brodeus in Consuet. Paris. Claudius Mitalerius, Menagius, & alii.

GARDIO, Piscis, qui nostris *Gard*, vel *Gardon*, apud Silvestrum Giraldum in Topogr. Hibern. Dist. 1. cap. 7.

GARDROPIA. Vide *Garderoba.*

GARECTUM, Poples, Italis, *Garetto*, Gall. *Jaret*, *Garectum*, apud Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 7. 36. 37. Vide VV. CC. Ægidium Menagium & Oct. Ferrarium in Orig. Italic.

GARENNA. Vide *Warenna.*

GARGALIA, *Pars gutturis & canna pulmonis*, Matthæo Silvatico. *Gurgulio.*

GARGARARE, altiùs & voce inflatiori aliquid effutire: à γαργαρεών, *Gurgulio*: quæ est pars oris hominis propria, quæ facit ad vocis modulationem, ideoque πλῆκτρον à quibusdam dicta est. Matth. Paris an. 1252. *Sed hæc verborum deliramenta Francis innata gargarando superbia & jactantia reboavit.*

GARGARIZARE, Γαργαρίζειν. Vox Medicis notissima. Glossæ MSS. ad Codic. Theodos. *Colluo, gargarizo.* Martianus Capella lib. 3. pag. 49. *Pectusque cujusdam medicaminis adhibitione gargarizando purgabat.*

GARGATHINGI. Vide *Garathingi.*

GARIOLA, Lydio, Pica glandaria, Germanis *Heer*, vel *Hetzler.* Lex Aleman. tit. 100. §. 13. Edit. Heroldi: *Aneta, gariola, ciconia, corvus, cornicula, &c.*

Gariola, in Testamento S. Cæsarii Episcopi Arelatensis extremo, aliud sonat: *Agritia puella mea propria libentissimè Monasterio & Cæsariæ Abbatissæ serviat: & veri gariolæ, quas illa vel parentibus eorum, confirmo.* Vide, an sit vox unica, *vere gariolas?*

GARIRE, Tueri, protegere, *Garir, Garantir.* Regestum Tolosanum Cameræ Comput. Paris. f. 87. *Et Do. Comes debet garire supradictum usaticum affectatoribus prædictis, &c.* Tabularium Absiense f. 52. *Et concessi garire & defendere secundum posse meum ad opus eorumdem Monachorum.* Occurrit præterea in Charta an. 1318. apud Duchesnium in Hist. Familiæ Castaneriæ p. 35. Alia Guillelmi D. Surgetiarum an. 1253. *Sommes tenus ausdits homes & à lors heirs garir & defendre lesdites terres à tot empestrement, & aus garder de domages.*

Le Roman d'Alexandre MS.

Onoques ne pot garir chastiaus ne fermetez.

Hinc *Gariment*, pro protectione, tuitione, seu *garentizatione*, in Consuetud. Labourtensi tit. 17. art. 2. tit. 18. art. 2. *Tenir en gariment*, in Consuetud. Pictavensi art. 99. 106. 118. 136. Inculismensi art. 20. & Angeriacensi art. 22. cùm primogenitus secundogenitis feudi partes præstat: tunc secundogeniti eas tenere in *garimento* dicuntur à primogenito. Vocis origo eadem, quæ *Warantire.* Vide in hac voce, & Oct. Ferrarium *in Garire.*

GARISMATIUM. Senator l. 12. Ep. 22. *Hæc loca & garismatia plura nutriunt, & piscium ubertate gloriantur.* Vide Gorræi Definitiones Medic. in Γάρος.

GARITÆ, *Garitta*, Turriculæ editiores in tectis domorum, vel in castrorum muris, Gallis *Guerites* vel *Garites*: ita dictæ, quòd eos, qui intus sunt, ab hostium insultibus servent, Will. Britto lib. 2. Philipp.

Non nisi rarus erat qui muris staret in altis,
Omnibus ad tutas fugientibus ultro garitas.

Et lib. 7.

Hi cryptas, illi curvas subiere garitas.

Continuator Nangii an. 135. ∴. *Castrum, quod incolæ ipsi munitum fossatis & garitis tenebant.* Chronic. Flandriæ cap. 113. *Et fut la garite assenée vint fois l'une aprés l'autre.* Chr. Bertrandi *du Guesclin*:

Et tenoit le monstier qui estoit bien fermez,
Et de bonnes garites estoit bien garitez.

Sebastianus Cobarruvias, *Garita, la Casilla pequenna, o celdilla que se haze sobre la muralla para que alli esten los que hazen la vela. Es nombre Arabigo, y vale tanto como cueveçuela, o chozilla, de gar, o gara, que vale cueva.*

GARLANDA. Coronula, sertum, strophium: Italis *Ghirlanda*, nostris *Guirlande*, Anglis, *à Garland.* Ordo ad benedicendum Ducem Aquitaniæ: *Princeps debet venire Baronum Comitatus caterva, & capite suo garlanda redimitus aurea, cujusmodi circulus aureus à capite ejus, cùm ibi advenerit, amovebitur, &c.*

Matth.

Matth. Paris an. 1247. de Rege Angliæ : *Coronula aurea, qua vulgariter Garlanda dicitur, redimitus. Garlande d'argent*, in Consuet. Dissatensi, & Proussatensi : *Chappel d'argent*, in Consuet. *de Maringues*, & aliquot aliis in Arvernis, in quibus sic potissimùm nuncupatur id, quod uxor post mortem mariti, præter dotem, consequitur, æstimaturque pretio lecti nuptialis. De vocis etymo vide Oct. Ferrarium.

GARLETA. Vide *Galo*.

GARMASIA. Concilium Albiense an. 1254. cap. 16. *Prohibemus quoque districtiùs, ut nulli regulares cum balandranis, seu garmasiis, vel aliis vestibus laicorum equitent.* Puto scribendum, *garnasiis*, vel *garnachiis*. Vide in hac voce.

GARMORDRIT. Vide *Gamurdrit*.

GARNACHIA, *Garnacia*, *Guarnacia*, Italis *Guarnaccia*, Toga, vestis talaris. Sic autem describitur à Gaufredo Vosiensi 1. part. cap. 74. *Novissimè usi sunt ampla quadam veste, instar Monachi, sine manicis, quod Franci vocarunt Garnacha* : ubi perperam edit. *Gamacha*. Urbanus IV. PP. in Regula Militiæ Ordinis S. Mariæ, apud Ghirardaccum in Hist. Bononiensi to. 1. in Indice : *Habeant tunicam interiorem de panno laneo albo vel pignolato, super quo uti possint guarnacia similis coloris, aut de camelino.* Rollandinus in Chron. lib. 5. cap. 20. *Cultellum arripuit, quem portaverat in sarcoto*, (fortè *surcoto*) *sive guarnacia, inter pannum, & pellicium suum.* Stat. Massiliensia an. 1274. MSS. l. 2. *Garnachia cum penna & frezio 2. sol. & 6. denar. — Garnachia muliebris de sendato, vel de camelotto cum penna.* Constit. Joannis Archiep. Nicosiensis an. 1320. cap. 4. de Canonicis : *Scilicet ut nullus extra domum suam portet guarnachiam de ante scissam, seu apertam per terram.* Regula Ordinis S. Marci de Mantua : *Una guarnacea pellicea, & pelliceum.* Adde Concilium Budense, editum à Rainaldo post 14. to. Annal. pag. 4. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis an. 1351. *Pour 20. aunes & demie de fin veluau vermeil des fors, pour faire une garnache, ou long mantel fendu à un costé, & chapperon de mesme, tout fourré d'ermines, —— pour 2. pieces de fin veluau blanc pour faire une cote & une garmache fourrée d'ermines pour le Roy à ladite feste de l'Estoille.* Et cap. *Des pennes : Pour fourrer un surcot, une garnache, un mantel à parer, & un chaperon, que le Roy ot de fin blanc de Broissełles.* Alibi : *Pour 60. ermines à fourrer les manches d'une garnache blanche pour ledit Seigneur.*

Guasnacia, eadem notione. Testamentum MS. Mariæ Reginæ Aragon. 20. April. an. 1213. *Gassendiæ Camerariæ meæ lego 25. libr. — & capam meam, guasnaciam, pallium, & tunicam, & pelliciam novam scarlateam, & mantellum, & guasnaciam de viridi panno : Guillelmæ mulieri servienti meæ guasnaciam de bruneto, &c.* Vide Meursium in Γραυάτζα, & Ferrarium in *Guarnacca*.

Garnachia, Potus species, seu vinum, quod *vernacium* appellatur à Petro de Crescentiis lib. 4. c. 4. cujus Interpres vetus Gallicus : *Vin de Garnache* vertit. Computus Thesauri Regis Francor. an. 1312. *Richardus de Archemino Lombardus pro 3. sextariis cum dimidio de garnachia, captis ab eo per Nic. de Cabour Scancionem Regis pro reimplenda quadam cauda vini de garnachia, quæ erat Parisiis.* Impositiones urbis Parisiensis anno 1349. in Regesto Memorialium Cameræ Comput. Parisiens. sign. C. *Pour le tonnel de vin — pour la queuë de garnasche payera 30. sol.*

GARNARIA, idem videtur quod *Garnacia*, nisi ita legendum sit in Constitutionibus Catalaniæ MSS. *In mantellis, similiter & cotis, sive garnariis.* Vide locum integrum in *Laqueatæ vestes*.

GARNESTURA, ex Gallico *Garniture*, *Garnison*. Qua voce intelliguntur victualia, arma, & cætera, quæ ad oppidi vel castri defensionem necessaria sunt. Matth. Paris anno 1250. *Significavit Soldanus Regi Francorum, ut sedatis omnibus civitatem Damiatæ cum sustentamentis, quæ Garnesturas vulgares appellant, consultiùs resignaret, &c.* Infrà pag. 532. *Instaurationes* vocat. Historia Castelli Doverensis to. 2. Monastici Anglicani pag. 1. *Et enforcea le Chastel de Doure de fosses & de mins & de garnesture contre les Romains, s'il venissent.*

GARNIAMENTUM, *Garnitus*, *Warnitus*, *Garnisio*, voces ejusdem originis.

Garniamentum, *Guarnimentum*. Instructus, quidquid ad instruendam vestem, vel adornandam confert, vulgò *Garniture d'habit.* Monasticum Anglic. to. 2. pag. 321. *Et cuilibet eorum per annum tres ulnas telæ, — & unum garniamentum laneum quolibet anno.* Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis anno 1351. *Pour 3. pieces de drap d'or de Damasque, pour faire à M. de Dauphin une robe de trois garnemens qu'il ot le jour des Espousailles de la Reine de Navarre sa sœur.* Cap. *des pennes & fourrures : Pour fourrer les robes & garnemens, que lesdits Seigneurs ont euz en ce terme, &c. Pour fourrer une robe de 6. garnemens, &c. Pour fourrer deux paires de robes de 4. garnemens, & de 6. garnemens, qu'il ot la veille de Noel.* *Le Roman de la Rose :*

Belle robe & beau garnement
Amendent les gens durement.

Le Roman de Siperis de Vineaux :

Hardement ne vient mie de noble garnement,
Ains vient de gentil cuer où prouësse se prent.

Guillelmus *Guiart :*

Là veissiez à l'empressier,
Armes acerées bessier,
Sus garnemens brunis sans tâche,
Comme espées, coutiaus, & haches.

Vide Rastallum verbo *Garnishement*.

Guarnimentum. Constitut. Siculæ lib. 3. tit. 36. §. 1. *Et quòd sellas & scuta munire debeant necessariis, & fortibus guarnimentis.*

Guarnimentum, Apparatus bellicus : Italis *Guarnimento.* Rollandinus in Chron. lib. 10. cap. 5. *Et cognito per Ecelinum, quòd, quantum in numero personarum, guarnimentum Ecclesiæ suo guarnimento comparari non poterat, &c.* Adde Hist. Cortusior. lib. 1. cap. 5. 20. 23. lib. 5. cap. 6. &c. *Garnissement*, apud Littletonem sect. 111. Vide Pergaminum in *Guernire*.

Warnitus, seu *Garnitus*, Instructus, *Garni* etiamnum nostris, *Warni*, Picardis. Capitularia Caroli C. tit. 26. §. 6. *Unusquisque infra patriam cum pace & sine oppressione pauperum — & in hostem, vel ad placitum, sive ad curtem veniens, de suo sit Warnitus, & de domo sua moveat, ut cum pace venire — possit.* Adde tit. seq. pag. 248. Eadem Cap. tit. 43. §. 25. *Nobis in adjutorium, prout citiùs potuerint, veniant, & ad hoc omnes semper vvarniti sint.*

Garnisio, Commeatus, instructus, annona, vinum, arma, & quidquid ad muniendam urbem necessarium est. Vincentius Belvacens. lib. 32. cap. 98. *De victualibus autem garnisionis, licèt multa per ignem deperierint -- multa tamen remanserunt ex eis.* Charta Philippi Pulcri anni 1304. apud Buzelinum lib. 2. Gallo Fl. cap. 28. *Item quòd ad opus garnisionum nostrarum bona eorum ---- eis invitis non rapientur.* Nangius in Chron. an. 1296. *Fugati de prælio omnem garnisionem, quam ducebant cum bellico apparatu,*

totaliter amiserunt. Vide eundem an. 1249. & in Philippo III. an. 1274. Chronicon Flandr, c. 39. *Et feit prendre toutes les garnisons, qui en la ville estoient, & les feit mener au chastel.* Occurrit passim ibi, & apud Froissartem, Monstrelletum, & alios. *Garison* eadem notione dixit *le Roman de Garin*:

Jusqu' à la nef ne se sont arrestié,
La garison an ont à mont porté,
Le pein bescuit, & char salée assés.

Hinc *Garnisiones* dicta ipsa præsidia militaria in castris, quomodo vocem hanc hodiè usurpamus. Nangius in Vita S. Ludovici an. 1265. *Æstimantes — garnisionem munitionis egressam pro foribus exercitum invasisse.*

Sed & sic appellatæ nostris apothecæ, seu loca, in quibus asservabatur & recondebatur, quidquid ad domum regiam necessarium erat, verbi gratiâ vestes, vasa aurea & argentea, &c. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis an. 1351. cap. *Des draps de laine. Des draps dessusdits l'en à delivré à chascun pour cotte hardie & houce six aulnes & demie, &c. & le demeurant est demeuré és garnisons de la taillerie, &c. Des garnisons de l' argenterie & de l' inventoire G. de Monstrueil pour deux aulnes de drap d' or mattabas & 4. aulnes de velluaux violet, c' est asavoir le drap d' or prins ésdites Garnisons, & le veluau dudit inventoire, &c. Garnisons du Temple*, ibidem.

De vocis *Garnire*, pro *ornare*, etymo, vide conjecturam Oct. Ferrarii.

GARPÆ, vox Italica, Morbus equinus, *in juncturis crurium circa pedes*, ex Petro de Crescentiis lib. 9. c. 44. ubi vetus ejus Gallicus Interpres habet *Grappes*, quomodo mulomedici etiam vocant.

GARRAPATA, vox Hispanica, Genus pediculorum, qui canes & cattos mordere solent. Acta S. Prudentii Episcopi Garrayensis, apud Bivarium: *Illico facta benedictione, cecidit super sceleratos Garrayenses quoddam genus pediculorum, qui apud Hispanos Garrapatæ nuncupantur.* Aliud sonat apud Italos, quibus est uncus, harpago. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Italic. verbo *Garetto*.

GARRICÆ, *Garrigæ, Garriciæ, &c.* Terræ incultæ, Gallis *Garriges, Garicæ, Garricæ*, in Usaticis Barcinonensibus, in Testamento Guifredi Comitis Ceritan. to. 6. Spicil. p. 433. 434. in Charta Sanctii Regis Aragon. an. 1093. apud Catellum in Comitib. Tolosan. p. 93. in aliis apud Ruffium in Hist. Comitum Provinc. p. 54. Mabillonium to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 89. &c. *Garriciæ*, in Chartis an. 1066. & 1073. apud Joffridum in Nicia p. 162. & in Chronologia Lirinensi to. 1. p. 365.

Garriga, in Chronol. Episcop. Lodovens. p. 224. 228. apud Gariellum in Episcopis Magalonensib. pag. 196. Vide Galland. de Franco allodio pag. 132. *Garrigiæ*, in Charta an. 1289. apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus p. 263. Petrus Roboriensis Poëta Provincialis apud Joannem Nostradamum cap. 56.

Paut m' an valgat mos precs, ny mos prezics,
Ni jauzimen d' ausel, ni flour d' Eglay,
Ni lou plazer que Dieu transmet en May,
Quand on vey verds lous prats, ni lous garrics.

GARROTUS, Spiculum arcus balistarii, Gall. *Garrot.* Continuator Nangii an. 1356. *Munientes turres balistis, garrotis, canonibus, & machinis, &c.*

GARRULARE. Regula Templariorum cap. 47. *Præcipimus omni fratri professo, ne in bosco cum arcu & balista jaculari audeat, — nec cum cane sit ausus clamare vel garrulare, &c.*

GARSA. Statuta Ord. Præmonstratensis Dist. 1. c. 19. ubi de minutione: *Qui verò de ventosis & garsis minui voluerint, ante cœnam minuentur, cum matura custodia sibi deputata.* Vox confecta ex *Caracter*. Glossar. MS. Reg. Cod. 1701. *Caraxare, Garser.* Est igitur *Garsa* idem, quod *scarificatio*, quam Medici Græci ἐγχάραξιν appellant, cutis scilicet & subjectæ carnis per scalpellum dissectio multis foraminibus. Differt autem ἀπὸ φλεβοτομίας, quòd hæc uno vulnere venam aperiat, illa multis vulneribus cutem carnemque dividat. Ita Gorræus, ubi plura de scarificatione, de cujus utilitate legendus Galenus lib. Περὶ ἐγχαράξεως καὶ ἀχασμοῦ. Aliàs *Jarsa* dicitur in libro Ordinis S. Victoris. Locum vide in hac voce.

GARSIO, *Garsia, Garzo, Garzio.* Vide *Garcio.*

GARWYTE. Monasticum Anglic. to. 2. p. 283. *Et sint quieti — de sira, de hundredo, de Danegeldis, de blodvvite & garvvite, de ferdvvite, &c.* Videtur idem quod *Wardvvite*. Vide in hac voce.

GARZARIA, in Statutis Patavinis tit. 30. §. 67. Locus, ubi panni poliuntur. De vocis etymo vide Orig. Italic. Octavii Ferrarii.

GARZATOR, Panni tonsor, carminator, in Statut. Veron. lib. 2. cap. 187. à Carduis, &c.

GAS, *Hasta.* Papias.

GASACHIO, Adversarius, cum quo quis litigat, à Saxonico Ʃac, causa, lis, dissensio; unde Ʃacan, dissentire, & ȜeƩaca, adversarius, ȜeƩacen, accusator. Etiam Germanis *Saeck*, est causa, lis, res, negotium. Inde *Gesaecker*, cui mecum lis est communis. Glossæ interlineares Cod. Th. *Gasachio, causator.* Lex Salica tit. 52. §. 2. *Rogo te judex, ut hominem illum denominatum, gasachionem meum de debito tali denominato secundùm Legem Salicam mihi inde eum astringas.* Adde tit. 53. §. 1.

GASALIA, vox Occitanorum, qua significatur contractus, vel pactum de tenendo animalia ad medietatem, ut vocant, apud quos, *Bailla en gasailho est bailler le betail à moitié: Gazalha, Metaier, Laboureur.* Regestum Tolosanum Cameræ Comput. Paris. an. 1247. fol. 48. *Vel etiam pro aliquibus mandamentis, vel convenientiis, vel gazaliis, vel depositis, &c.* Consuetudines Tolosæ 4. part. Rubr. *de homagiis* art. 2. *Homines, qui habent dominos, possunt bona sua mobilia vendere & alienare, & tenere gasalias, & recipere nomine gasaliæ animalia, quæ prius habebant propria, & etiam sine consensu dominorum suorum.* Est titulus in Consuetud. Solensi, *de Gasalhe & miex goadanherie de bestiars*, qui est vicesimus. In Consuetud. S. Severi tit. 3. art. 13. *Les habitans de chacune Jurisdiction peuvent tenir & prendre betail estranger, en compagnie partiaire, vulgairement appellez Gazaille, pourveu qu' elle soit vraye, & non feinte.*

GASCARIA, Ager proscissus, necdum satus. Gloss. Lat. Gall. *Novale, Gaschiere.* Tabularium Eccl. Ambian. *Unusquisque equus, qui laborat in terra ejusdem villari, id est, in gascariis, & in Martio.* Charta Philippi Episc. Bellovac. an. 1193. in Tabulario Frigidi Montis p. 218. *Si autem ipse Odo aliquo alio modo poterit interim terram illam redimere, licebit ei, ita tamen, ut eam redimat, salvis catallis Ecclesiæ, id est blado vel gascaria.* Willelmus Guiart in S. Ludovico:

Maint en gist mort par les gaschieres.

GASCHA. Charta an. 1322. apud V. C. Dionysium Salvagnium Boissium lib. de Usu feudor. cap. 32. *Eundem Gulielmum Regis, ejus hæredes & successores, & bona manumisit, francum hominem, liberum, quitum, & immunem ab onere toltæ, talliæ, manuopera, carucatæ, complaintæ specialis vel generalis, gaschæ, clausuræ castri, banni minuti, taschiæ, vinteni, &c.* Ubi fortè *gascha* est agri proscissio, quam nostri *Gaschere* dicunt, ita ut servi glebæ hisce oneribus agrum proscindendi obnoxii fuerint.

GASINDUS, Qui ex familia alicujus est vel domo, fami-

familiaris, famulus honoratior: cujusmodi sunt, qui in Lege Longobard. Principi deservire dicuntur, lib. 1. tit. 9. §. 21. *De Gasindius verò nostris volumus, ut quicumque ex minimis occisus fuerit, in tali ordine pro eo, quod nobis deservire videtur, &c.* Papias: *Gasindius, honor sub judice.* Glossæ vett. *Gasindio Regis, serviente, vel camerario.* Bignonio ex MSS. *Gasindi* dicuntur *Ministrales de intus casa.* Spelmannus à Saxonico hinꞇe, famulus, & *Case* Gallico, Casa, domus, etymon accersit. Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 8. à *Gesatus*, conductitiis militibus, de quibus Polybius lib. 2. vocem confectam putat, aitque, etiamnum hodie Wallos Britannicos *Guessin* famulos conductitios appellare, & Germanos omnem familiam, seu omne conductitiorum corpus, *das Gesinde.* Freherus ad Constitut. Adolphi Imp. de Insulis Rheni observat, etiamnum Germanos *Gesinde*, & *Hofgesinde* vocare aulicos, curiales, palatinos: ut *Hausgesinde*, familiam, servitium domesticum. Denique Wendelinus ait, Papiæ *Gasindios* dici *cohæredes*, à Theutonico *sin*, & *gesind*, congregatio, cœtus, *huysgesind*, congregatio domestica, seu familia. Marculfus l. 1. Form. 23. *Omnes causæ suæ, (res) suorumque amicorum, aut gasindorum.* For. 24. *Cum omnibus rebus vel hominibus, aut gasindis vel amicis, &c.* Form. 32. *Ut dum prædicti viri illi, vel reliqui pares aut gasindi, &c.* Denique lib. 2. formulæ 36. titulus sic concipitur: *Si aliquis servo suo gasindo aliquid concedere voluerit.* Et mox: *Ego in Dei nomine ille, fideli nostro illi. Pro respectu fidei & servitutis, quam circa nos impendere non desistis, &c.* Adrianus PP. Ep. ad Carolum M. in Cod. Carolino: *Quatenus pro hoc sæpius ammonuimus per Guntfridum & alios gasindis vestris epistolas dirigentes, &c. Gasindi suscepti*, in Charta Chlodovei I. Regis, si genuina est, apud Roverium in Reomao pag. 30. Vide novam collectionem Formular. Stephani Baluzii formul. 38.

Gasindium, Familia, seu potiùs *familiaritas*, de qua voce suprà. Lex Longob. lib. 1. tit. 18. §. 2. *Violentiam quidem si sustinuerit aliquis à judice suo, aut ab alio homine, & judex neglexerit judicare, aut forsitan attenderit ad gasindium, aut ad parentes, aut ad amicum suum, &c.* Id est, si illius rationem habuerit, cujus *gasindius* est. Similia habentur in lib. 2. tit. 52. §. 14. Eodem lib. tit. 14. §. 17. *Si aliquid in gasindio Ducis aut privatorum hominum obsequio donum vel munus conquisierit:* unde colligitur, *gasindium* fuisse proprium Magnatum ac Procerum, ut *obsequium*, cæterorum. Atque ex his percipitur, quid velit Papias: *gasindius, honor sub judice*, i. Comite, cujus *gasindius* erat familiaris vel domesticus. De *gasindio Regis*, agitur lib. 2. tit. 52. §. 1. Charta Desiderii & Adelchisi Regum Longobard. in Bullario Casinensi to. 2. pag. 8. *Occisit inibidem Manipert gasindum gloriosæ Ansæ excellentissimæ Reginæ, &c.* Apud Marculfum & alios, *Gasindi*, amici, fideles, homines dominorum indigitantur.

GASIONGABER, *interpretatur consilia viri.* Papias.

GASTALDUS, *Castaldus*, *Gastaldio*, *Gastaldius*, *Gastaldeus.* Sic appellabant Longobardi locorum, prædiorum, ac villarum præfectos, rerum dominicarum actores, procuratores, administratores, villicos. Ugutio: *Gastaldeus, rector loci.* Petrus Crescentius lib. 1. de Agricult. cap. 7. *Custos, qui vulgò Castaldio nominatur.* Spelmannus à Saxonico Ʒaſꞇ deducit, id est, hospes, & halꞇian, custodire, quasi *Custos hospitum*: vel à Ʒaſꞇ, & *aldius*, i. famulus, quasi hospitum famulus, vel qui hospitum curam gerit, curator hospitii. Amerbachius à German. *Gast* hospitium, & *Halten*, tenere. Alias originationes suggerit Oct. Ferrarius.

Gastaldorum munus & officium varium fuisse & diversum pro temporum & Principum ratione, docent Scriptores. Nam apud Longobardos, qui officio isti nomen indiderunt, *Gastaldi* primò dicti videntur, qui quasi custodes, actores, sive procuratores prædiis aut villis regiis imponebantur, velut œconomi aut villici. Lex Longob. lib. 1. tit. 34. §. 1. *Si quis Gastaldius aut actor Regis Curtem Regis habens ad gubernandum.* Leo IV. PP. de Cura Pastorali: *Nullus Presbyter sub potestate Laicorum Minister aut Gastaldio fiat.* Eadem lex Longob. l. 2. tit. 17. §. 1. *Si Gastaldius aut quislibet actor Regis, post susceptas & commissas sibi ad gubernandum curtes aut casas Regis, &c.* Et §. seq. *Gastaldiis nostris curtes nostras providentibus.* Petrus Crescentius lib. 1. de Agricultura c. 7. *Poterit commodè in isto loco morari custos, qui vulgò Gastaldio nominatur.* Habuere etiam olim Ecclesiæ suos Gastaldos, *cap. Salvator 1. quæst. 3.* qui Scriptoribus OEconomi, Advocati, & Vicedomini passim appellantur. Breviloq. *Gastaldius est major Dominus, qui habet curam exteriorem rerum Episcopi.* Boherius Castaldos id muneris egisse vult, quod *Thesaurarii* & *Generales* in Francia.

Sed præsertim ita appellatos constat regionum & urbium Præfectos. Hinc *Gastaldius Tuscanensis*, apud Anastasium in Vitis PP. p. 76. *Gastaldius Beneventanus*, *Capuanus*, apud Leonem Ostiensem lib. 1. c. 21. 26. *Gastaldius*, seu *Gastaldius civitatis*, in Chartis Alemannicis Goldasti, n. 90.

Muneri adjungebatur jurisdictio. *Gastaldorum* enim præcipuè officium erat, subjectis populis jura reddere, judiciisque præesse: idque patet ex Constitutione Pipini Regis in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 19. *Ut de universali populo, qui ubicumque justitiam quæsierint, suscipiat tam à Comitibus suis, quam etiam à Gastaldiis.* Non tamen absque unius sive plurium Jurisperitorum consilio hanc exercebant: unde idem quod *Baillivi* apud nos obiisse officium videntur. Extant porrò non pauca Gastaldorum jurisdictionis exempla in Lege Longob.

Eorum tamen jurisdictio in plebem solummodo, & viliora capita porrigebatur, non verò in nobiles, aut vassos dominicos, qui Ducibus aut supremis Provinciarum Præfectis subjecti duntaxat erant. Atque inde fortè *Gastaldiones*, *Tribunos plebis*, interpretatur Albertinus Mussatus lib. 2. de Gestis Henrici VII. Imp. pag. 9. *Magistratus cum Tribunis plebis, quos Gastaldiones appellant.*

Intererant placitis cum Comitibus & laiis Judicibus. Chronicon Farfensis Monast. cap. 52. *Et judicatum exinde factum est per jussionem Theodorici Ducis, per manum Degarini Gastaldi & Referendarii.* Et mox: *Degarus Gastaldus dixit: Ego interfui, & ad partem palatii causa victa est, & ipse judicatum manibus meis scripsi.* Tabularium Casauriense 1. part. cap. 93. an. 983. *Notitia judicati. Residentes nos Ato Comes, unà cum Alberto & Roczone judicibus, unà cum Joanne & Sifredo Castaldiis in placito, &c.* Vide Camillum Peregrinum de Ducatu Beneventano p. 81.

Si bellum esset, subditos in exercitum conducebant: nam & horum quoque munus militare fuisse, docet Lex Longob. lib. 1. tit. 15. *Si Gastaldius exercitalem suum contra rationem molestaverit, Dux eum solatiet, quousque veritatem suam inveniet.* Et Anastasius in Gregorio II. pag. 68. tradens, *Longobardos pene trecentos cum eorum Gastaldione interfectos* à Neapolitano Duce in Cumani Castri recuperatione. Vide Erchempertum in Hist. Longob. n. 15. & 62.

Gastaldorum officium, licèt feudi nomine donetur à Feudistis, non erat perpetuum; sed ad tempus, cum in præsens tantùm constitueretur Gastaldus, non ut perpetuo munere fungeretur. Itaque Paulus Diaconus

nus lib. 5. Hist. Longob. c. 11. cùm scribit, *jussu Grimoaldi Langobardorum Regis in Italia certas possessiones datas Alzeconi Duci Bulgarorum, ita tamen ut non Dux; sed Gastaldus vocaretur*; hoc significat, inquit Cujacius, jure Gastaldiæ datas, non perpetuo proprioque feudi jure.

Habuerunt etiam Avares, seu Hungari, suos Gastaldos, ut auctor est Theophanes p. 296. qui eos primariis viris accenset: ὅτι Χαγανος τῶν Ἀβάρων, καὶ οἱ ἐπίκεινα Ρῆγες, ἔξαρχοί τε καὶ Κασάλδοι, καὶ οἱ ἐξοχώτατοι. Sed & Angli. Ordericus Vitalis lib. 10. p. 773. *Episcopus, aliique Regis satellites, & Gastaldi Angliam spoliabant.* Et lib. 12. pag. 876. *Dolentes, quòd tanta rabies Gastaldorum super incolas grassaretur.* Denique Franci ipsi, ut ex Charta Herimanni Episcopi colligitur, apud Meurissium p. 379. *Idem advocatus per se, seu per civitatis Castaldos provideat, ne quid tempori prænominato detrahatur.*

Gastaldatum, Gastaldatus, Gastaldi jurisdictio, territorium complectens plura oppida ac castella Gastaldi imperio subjecta. Capitulare Radelchisi Principis Beneventani an. 851. cap. 1. *Concedo tibi -- pacem de integra parte Principatus Beneventanæ Provinciæ, quæ tibi nominatim evenit per singularia integra Gastaldata seu Ministeria, quæ hic descripta sunt.* Cap. 9. *In parte vestra --- sint ista Gastaldata & loca integra cum omnibus habitatoribus suis.* Erchempertus cap. 69. *Quando Atenulfus Gastaldatus regendi jura adeptus est.* Chronicon Farfensis Monast. an. 930. *In Castaldatu Reatino.*

Castaldicum, idem quod *Castaldatus*. Bulla Benedicti PP. apud Ughellum to 1. p. 138. *Item concedimus vobis -- totum Castaldatum Portuensem.* Et mox: *Vel de jam dicto Castaldico abstulerint, &c.* Occurrit ibi non semel.

Castaldaticum, in Charta Lotharii Imp. in Chronico Farfensi p. 664. videtur esse tributum, quod *Castaldis* pensitabatur: *Sine omni datico, castaldatico, escatico, herbatico, &c.*

Gastaldiani, Gastaldiatus incolæ. Charta Ludovici Imp. an. 875. *Ipsum castellum, -- unà cum omnibus gastaldianis ibi commorantibus.* Apud Ughellum to. 8. pag. 64.

GASTELLUS. Vide *Wastellus.*

GASTINA. Vide *Vastum.*

GASTERIUS, Qui vineas & messes servat, *Messier.* Libertates Solemniaci in Arvernis an. 1272. MSS. *Volumus, quòd Bajulus non teneatur recipere in Gasterium apud dictam villam, & infra fores parochiæ dictæ villæ, quandocumque Consules dictæ villæ ei præsentaverint, volentes nihilominus, quòd dicta Communitas habere Gasterium teneatur, scilicet tempore messium & vindemiarum.* Tabular. Brivatense fol. 197. *Gasterii verò seu bannerii in villa & territorio Brivatensi, &c.*

GASTIA. Constantinus Afric. lib. 5. Pantechn. cap. 32. quod *de naturis vestium* inscribitur: *Lanea calefaciunt & explicant, & indurant membra. Gastia calefacit & tenerat, frigiditati renum est optima.*

GASTER, *Vas æneum cum fundo angusto*, in Gloss. Arabico-Lat. Dioscoridi γάστρα. Marcellus Empiricus c. 8. *Eamdemque* (concham) *supra gastrum lotii virilis ex ea parte, qua melle illita est, superpone ad lotium versus.* Gloss. Gr. Lat. ex Reg. Cod. 85. Εὔγαστρον, *genus vasis, capsa.* Vide Glossar. med. Græcit. in γάστρα.

GASTUM. Vide *Vastum.*

GASTUS, veteribus Francis, *Dominus*: ita auguratur Wendelinus, cujus conjecturæ hæc ratio est. Lex Salica in Prologo dicitur condita & dictata à quatuor Legislatoribus, *Wisogast, Bodogast, Salegast*, & *Windegast.* Qui quidem Francorum rectores fuerunt in locis *Bodo-heim, Sale-heim, Winde-heim*, à suis, ut apparet, sua singuli nomina sortiti: ut proin Bodogast obtinuerit locum *Bodo-heim*, Salegast, *Saleheim*, Windegast, *Winde-heim.* Unde conficitur *gastum* idem esse, quod dominus & toparcha. Henricus Meibomius in Notis ad Witikindum, ait *Gast* vocabulum Germanicum, non ut hodie, hospitem; sed quemvis hominem ad omnia promptum & habilem significare: Camerarius verò to. 3. Horarum succisivarum cap. 63. *Gastos* Germanico nomine à sapientia & scientia rerum, atque ingenii perspicientia dictos existimat. Vide *Vastus.*

GATA, Mensuræ frumentariæ species apud Anglos. Vide *Mina, Catus, Gatus.*

GATHA. Vide *Watta.*

GATTA, Felis. Otto Morena in Hist. Rer. Laudensium p. 28. *Januas suarum domorum claudentes, solis canibus ac gattis ibi relictis.* Vide *Catta.*

GATUS, *Gata, Catta, Cattus*, Navis species.

Gatus. Will. Tyrius lib. 12. cap. 22. *Erant sanè in eadem classe quædam naves rostratæ, quas Gatos vocant, galeis majores, habentes singulæ remos centenos, quibus singulis duo erant remiges necessarii.* Quæ sic vertit Hugo Plagon ejus Interpres Gallicus MS. *Et 28. autres vaisseaus qu'ils appelloient Chaz.* Infrà: *En celle navire, si comme je vous ai dit, avoit nefs, que l'on claime Chas, qui ont bec devant ainsi come galies, mais elle sont greigneurs, & chascune à deux gouvernaux & cent naageurs.* Cahz dicitur id navigii genus Alberto Aquensi lib. 9. c. 9. *Cum galeis 20. & carinis 13. quas vulgò appellant Cahz, occurrerunt.*

Gattus, Monachus Florentin. de Expugn. Accon. *Gattos & arietes fieri jussere.* Laurentius Veronensis de Bello Balearico:

> *Gatti, Dromones, Carabi, celeresque Galeæ,*
> *Barcæ, Currabii, Lintres, grandesque Sagittæ,*
> *Et plures aliæ variantes nomina naves.*

Andreas Dandulus: *Appositis scalis & gattis diris, & variis insultibus idem capitaneus impugnare non desinit.* Vide eundem an. 1148. Rafanus de Caresinis an. 1379. *Et combustis ejus gattis, aliisque ædificiis, vigorosè fugatur.*

Gata. Chron. Anonymi Barensis an. 1071. *Et comprehensa est chelandia, in qua erat Gozolino cum auro -- & alium gata Imperatoris demersit in mare.*

Cattus. Anonymus Barensis an. 1071. *Cattus, qui pergebat Durrachio --- periit in pelago.* Albertus Aq. lib. 11. c. 27. *In galeidis, in biremibus & triremibus, dictis vulgariter Cattis, turritis & bello compositis.* Lib. 12. cap. 17. *Gentilium navis, quæ dicitur Cattus, ab eorum manibus defensa & elapsa est.* *Cautus*, perperam pro *Cattus*, habetur apud Fulcherium Carnotensem lib. 3. c. 56. *Exceptis his, qui naves interim conservaverunt, quarum 22. triremes, vel cautos nuncupant.*

Catta. Willelmus Heda an. 1428. *Immergitur ingens navis in flumine Hema ad impediendum introitus Trajectinorum, quam Cattam nominabant.*

Ab ejusmodi *Gatis*, orta vox apud nostros, *Geate*, seu, ut Picardi efferunt, *Gate*, pro vase rotundo largiori ac minùs profundo. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis, ubi de Mandato pauperum: *Et debet Archiepiscopus facere distribui cuilibet Canonico præsenti, & Custodi vestiarii unum linteum, Gallicè*, Devantel, *unam concham, Gallicè* Guatè, *unam ollam terra, &c.*

Gatus, Felis, catus. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ anno 1247. fol. 34. *Quicunque gatum furatus fuerit, & dominus gati eum invenerit cum latrone, &c.* Infrà: *Murilegus* appellatur. Vide *Cattus.*

GA-

GAVALUM. Appendix ad Vitam Lietberti Episcopi Cameracensis ex Cod. MS. Alexandri Petavii: *Dedit cambam unam, & in Bolengreia furnum unum, & in foro gavalum unum.* Vide *Gabulum.*

GAVANUS, Tonsilla, glandula, Italis *Gavigna.* Miracula S. Thomæ Aquinat. *Puella à nativitate gutturosa, quia tres gavanos habuit.*

GAVARRETUS, Officium in Aula Regum Siciliæ sub Normannis Principibus, penes quem non modò Cura & Custodia Palatii sub Castellano incumbebat; *sed & illius erat eos, qui per diversos Palatii carceres tenebantur inclusi, frequenter inspicere, eorumque statum mitius, asperius, vel, prout ei visum erat, commutare, & prout vellet, custodes singulis designare carceribus.* Ita Falcandus in Hist. de Sicil. calamitat. pag. 659. 670. 695. Simile fuit in Aula CPolitana Magni Papiæ officium, ut in Notis ad Cinnamum docuimus. Chronicon Richardi de S. Germano an. 1232. *Magistri Justitiarii, Bajuli Imperiales, qui Cavarreti vocantur, — amoventur.* Ejusdem nominis habentur Vicecomites in Beneharnis, qui *Vicecomites de Gavarreto* dicuntur, de quibus Marca in Hist. Beneharn. lib. 5. cap. 28.

GAVATA. Vide *Gabata.*

GAUDENTES *Fratres.* Vide *Frater.*

GAUDEYES. Vide *Precula.*

GAUDIATA. Codex MS. Abbatiæ S. Joannis de Vineis, laudatus a Grisio p. 287. *Hodie Dominus Abbas debet vinum gaudiatæ Canonicis S. Gervasii.* Vox formata à *Gaudium*, idemque sonat quod *Caritas*, extraordinaria scilicet pastio Monachorum, Gallicè, *Vin de joyeuseté.*

GAUDIBUNDUS, Lætabundus. Occurrit apud S. Cyprianum Epist. 77. in Actis S. Martinæ Mart. num. 31. apud Julianum Pacensem in Chronico æra 750. &c.

GAUDIFICARE, χαιροποιεῖν, in Gloss. Gr. Lat. Lætificare.

GAUDIMONIUM, Gaudium, lætitia, Gall. *Rejouissance*: *Gaudina*, Occitanis. Epistola 11. ex Tegernseensib. *In omnibus vos prosperari nostri scitote esse gaudimonia.* Theodericus Mon. de Invent. S. Celsi Episc. Trevir. n. 17. *Immenso perfusus gaudimonio.* Vincentius Belvac. lib. 30. Spec. Hist. c. 71. *In luctationibus & in sagittationibus delectantur tanquam in potissimis gaudimoniis & exercitationibus.* Occurrit etiam in Fragm. Petronii, apud Nizonem in Vita S. Basini Arch. Trevir. n. 20. & apud veterem Interpretem Prophetiæ Baruch cap. 4. n. 34. ubi Græca χαρμοσύνη habent.

GAUDINA. Vide *Gualdus.*

GAUDIOSUS, Gaudens, Lætus, ex Gallico, *Joieux*: Occitanis *gaujous.* *Gaudioso*, apud Jacob. Passavantium Italum p. 258. Utitur Baldricus lib. 2. Chron. Camer. c. 5. lib. 3. c. 37. hinc *Gaudiosus* quidam apud Vopiscum.

GAUDITA, Ususfructus, Gallis, *Jouissance.* Charta Raimundi de Monte Olivo: *Et concedo tibi, ut gauditas & obventiones omnes tu & tui titulo dominationis habeatis.* *Gaudence*, in Consuet. Burdegal. art. 101. *Gausidia*, in Testamento Berengarii Comitis Provinciæ an. 1238. apud Ruffium p. 109.

GAUDUS. Vide *Gualdus.*

GAVELBRED. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkynd* p. 25. *Allocantur per annum pro gavelbred ad herdemet 3. sum. dimid.* Rursum: *In pane ad gavelbred, de consuetudine arantium & metentium 2. sum.*

GAVELDUNG. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkynd* pag. 21. *Item respondet de consuetudine extrahendi fimum: debita per custumarios tenentes 27. virgatas, dimid. & 3. ferling. in Borg de Gote, Middelham, — in una septima post festum S. Michaëlis cum auxilio Molmannorum, quod servitium vocatur Gaveldung.*

GAVELFOTHER. Vetus Charta Cantuariensis Ecclesiæ apud eundem Somnerum p. 25. *De Gavelnoht vel Gavelfother de Ostreland.*

GAVELGIDA, quod *gablo*, censui, ac pensitationi obnoxium est: à Saxon. ᵹaꝼel, census, tributum, & ᵹilꝺan, solvere, pensitare. Leges Inæ Regis West-Saxon. cap. 6. *Si autem in gavelgida, id est, in gablum reddente domo* (pugna) *fiat, vel in gebures, 30. sol. culpa judicetur.* Monasticum Anglic. to. 3. pag. 155. *Idem Radulfus tenet unam toftam, -- & non dat Gavelgeld, &c.* Vide *Gablum.*

GAVEL-HERTE. Charta Cantuariensis Ecclesiæ, in Tractatu *de Gavelkynd* pag. 17. *Item respondet de 35. acris de consuetudine arandi Gavel herte.* Alia ibidem: *Item sicut ibi 5. juga, quodlibet arabit unam dimidiam acram ad semen frumenti, & seminabit, & herciabit, -- & vocatur istud opus Gavelerth.* Vide ibi Somnerum.

GAVELKYND, *Gaveletum*, est consuetudo, quæ in Comitatu Kantiæ in Anglia obtinet, qua hæreditas tenens in antiquum socagium æqualiter inter filios masculos dividitur, & qua hæres annorum 15. potest alienare suam terram. Charta de Prærogativa Regis an. 17. de Edvv. II. c. 17. *Et in Kancia in Gavelkynd, ibidem omnes hæredes masculi participabunt hæreditatem eorum, & similiter feminæ: sed feminæ non participabunt cum masculis, &c.* De vocis etymo censet Rastallus vocem conflatam ex *Gyve al Kinde*, id est, *inter masculos*: nam *Kinde* masculum sonat. Lambardus *Gavelkynd* dictum vult quasi ᵹiꝼeal cẏn, id est, *omnibus cognatione proximis* datum. Spelmannus denique & Somnerus, quasi *debitum vel tributum soboli, pueris, generi*: hæc enim cẏn, & kẏnꝺ significare: illa ᵹaꝼel, seu ᵹaꝼol. Vetus Charta apud Somnerum in tractatu *de Gavelkynd* p. 179. *Et prior dicit, quod prædictum manerium non est Gaulikend, neque partibile.* Alia ibid. pag. 180. *Ita quod manerium illud nunquam fuit Gaulikende, nec partitum.* Alia ibidem p. 177. *Dedimus Jordano de Serres & hæredibus suis ad Gavelikendam 40. acras de marisco nostro, -- tenendas de nobis jure hæreditario in perpetuum.* Adde p. 184. 185. 194. Hæc hæreditas feudalibus Legibus non regitur, nec confiscationi ex felonia obnoxia est: domino tamen censum præstat & servitium. Laudimium in venditione aut alienatione non solvitur. Uxor dimidium refert in dotem: sed amittit, si vel ad alias nuptias transierit, vel stuprum vidua commiserit. Vide Glanvillam lib. 7. cap. 1. Bractonum lib. 4. tract. 6. de Act. dot. c. 15. §. 1. lib. 5. tract. 1. c. 5. §. 13. tract. 3. c. 6. §. 1. Statutum de Prærogativa Regis edit. an. 17. Edw. II. c. 16. Littletonem sect. 210. Christophorum de S. Germano de Legibus Angliæ cap. 9. 18. Cambdenum in Kantio, Rastallum, Jacob. Waræum in Antiquitatib. Hibern. cap. 7. & Somnerum in eo Tractatu, quem *de Gavelkynd* edidit an. 1660. *Tradere terram in Gavelkende*, apud Wilh. Thorn. an. 1059.

Gaveletum dicitur etiam juris processus huic addictus tenuræ, si quando tenens in *Gavelkyng*, reditus & servitia ultra modum subtrahit, quod & Londoniensibus ceditur Statut. an. 10. Edw. I. *de Gaveleto.* Vetus Charta Cantuariensis Ecclesiæ apud Somnerum loco citato pag. 31. *Et post ea per quandam consuetudinem, quæ vocatur Gavelete, usitatam in Comitatu isto de terris & tenimentis de Gavelkynde, pro redditibus & servitiis, quæ à retro fuerint, de eisdem per plures annos devenerunt eædem terræ in manus cujusdam Abbatis, &c.* Alia ibidem: *Item de defectu redditus cujusdam curtilagii jacentis gavellete, quod fuit Aliciæ Hammeris per annum in manu domini 4. den.*

den. Vide Fletam lib. 2. cap. 55. §. 2. & Rastallum verbo *Gavelet*.

GAVELLA, Merges, spicarum manipulus, ex Gallico, *Javelle*, seu *Gavelle*, uti Picardi efferunt: *Gabel* & *Gabelo*, Occitanis. Occurrit in Fleta lib. 2. c. 81. §. 2.

GAVELMAN, Tenentes *gabulo* obnoxii. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkynd*, p. 33. *Et de 3. sol. 6. den. de incremento redditus de Simone Theodulfi, de una virgata & dim.d. cum uno messuagio in Salvventon, — traditis eidem Simoni hoc anno in servitium de Gavelman, quantum Gavelman debet de tanto tenemento.* Alia ibidem: *Villani de Terring, qui vocantur Gavelmanni.*

GAVELMED. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkynd*: *Consuetudo falcandi, quæ vocatur Gavelmed.* Ibid. *Et pro una septimana dum falcatur stipula, quæ vocatur Gavelmed.*

GAVELNOHT. Vide eundem Somnerum p. 25.

GAVELLOND, idem quod *Gavelkynd*, in Charta apud eundem Somnerum pag. 189. *Tenentes de Gavellond de octodecim jugis, pro cariagio 36. carectatas feni de prato de Redhamme, &c.* Occurrit rursum pag. seq.

GAVELOCES, Spicula, jacula, ex Gall. *Javelos*: nam ibi *ga*, liquidum est, valetque *ja*: *Javelot* verò videtur formatum ex *Jaculum*. Matth. Paris an. 1256. *Frisiones igitur -- ipsum Willelmum cum jaculis, quæ vulgariter Gaveloces appellant, quorum maximè notitiam habent & usum, Danisque securibus & gesis, -- hostiliter insequuntur.* Joce de Brookland pag. 10. apud Spelmannum: *Baculum meum excussi ad modum teli, quod vocatur Gaveloo.*

GAVEL-RIP, dicitur *consuetudo metendi*, in veteri Charta apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkynd*, pag. 21. Ibidem pag. 19. ex Charta Ecclesiæ Cantuar. *De Consuetudine metendi 40. acras & dimid. de Gavel-rip in autumno 40. sol. 6. den.*

GAVELROD. Vide *Burghard*.

GAVEL-SESTER. Vetus Charta apud Somnerum ibid. p. 24. *De Gavelsester cujuslibet bracini braciati infra libertatem maneriorum, videlicet unam lagenam & dimidium cerevisiæ.*

GAVELTYMBER. Vetus Charta apud Somnerum ibid. pag. 22. *Et de 200. resters de Gavel-tymber, de redditu quilibet de longitudine 13. ped. de quibus proveniunt de tenemento de Barevvafesyle 100. & de tenemento de Monynden 100. &c.*

GAVELWERCK. Vetus Charta apud eundem Somnerum p. 24. *Arabit unam acram 6. pedes, & metet unam acram, dimid. & 9. pedes, de Gavelvverk.* In aliis dicitur *Werk-gavel*.

GAVELWOOD. Vetus Charta apud eundem Somnerum p. 23. *Et de 18. sol. 3. den. ob. de fine cariandi Gavelvvood de consuetudine.*

GAVENA, à Flandrico *Gave, Gaven*, i. *donum*, seu *munus*, ut annotat Carpentarius in Hist. Camerac. part. 3. cap. 6. qui subdit, extitisse olim in pago Cameracensi Officialem, *Gavenarium* dictum, qui à Comite Flandriæ institutus, illius nomine jus quoddam annuum muneris gratuiti vice in eo percipiebat, pro advocatione seu protectione Ecclesiarum. Saxonibus etiam ʒaꝩel, tributum, censum, vectigal, sonat. Vide *Gablum*. Charta Conradi Imp. an. 1146. apud eundem Carpentarium & Miræum in Diplom. Belgic. pag. 122. *Præter novam illam consuetudinem, quæ vulgò Gavena dicitur, quam solet Comes Flandrensis exigere, &c.* Ubi idem Miræus *gavenam* jus esse ait, accipiendi certas mensuras granorum ex singulis jugeribus terræ. *Feodi nuncupati la Gavene*, in Castellania Duacensi, meminit Charta Joannis Regis Franc. an. 1353. in Hist. Guinensi pag. 683. & in Hist. Montmorenciac. pag. 156. 157. 174. 226. 318. 322. Vide Monstrelletum 1. vol. cap. 144.

GAUFRA, Gurges, ex Gall. *Goufre*, seu potiùs sinus maris. Vincentius Belvac. lib. 31. c. 142. *Satellia, ubi est sinus maris, qui dicitur Gaufra Satelliæ. De eodem sinu* Willel. Tyrius lib. 16. c. 26. *Totus ille maris sinus -- Attalicus dicitur, qui vulgari appellatione Gulphus Sataliæ nuncupatur.* Villharduinus num. 167. de Nicomedia: *Et si sist sor un -- goffre de mer.* Ubi sinum Astacenum intelligit. Vide *Gulphus*.

GAUGIATOR. Vide *Gagga*.

GAVIALTO. Lex Salica tit. 76. §. 1. Edit. Heroldi: *Similiter & alii tres testes dicant, quòd in 40. noctibus sole ei collocato, & ille nullatenus de antrussione Gavialto estre legibus dixisset.* Id est, ut interpretatur Wendelinus, *nolle antrustionem stare isti judicio*; sed declinare forum tanquam incompetens. Ubi *Gavialto*, idem valere vult ac Flandris, *Ghevillich*, unde & ortum putat, i. *volens, lubens, paratus*. Fides sit penes Scriptorem, quem consule, si lubet.

GAVINA, Species *vestimenti, super humeros habens purpuram*. Ita Papias. Fortè ex *Sclavina*. Vide in hac voce.

GAVISCI, Gloriari, Gaudere, Gestire. Gloss. Lat. Gr. *Gavescite*, χαίρε. *Gaviso*, χαίρω, *Gavisco*, (ita lego, pro *Gallesco*) χαίρω, γήθομαι. Regula Magistri cap. 81. *Si quis verò frater in specie sua sibi visus fuerit scemari, vel satis gavisci, &c.*

GAVISIO, Usus, professio, Gall. *Jouissance*, à *Gaudere*. Statuta Massiliensia in Annalib. Massiliensibus Guesnaji an. 1294. n. 9. *Ita quòd ampliùs pro civibus non habeantur neque reputentur; sed indigni sint gavisione illorum, &c.*

GAVIUS. Gloss. Gr. Lat. MS. Οἰκέτης, ἤτοι ὑπηρέτης στρατιωτῶ, *Gavius*. Editum habet *Gravius*. Hinc fortè nostris *Goujats*, Calones dicti.

GAULUM. Vide *Gabulum*.

GAUNAPE. Vide *Galnape*.

GAUSAPE. Ugutio: *Gausape, mantile, & invenitur pro quodam genere pallii.* Gloss. Lat. Gr. *Gausape*, βαρβαρικὸν παλλίον, Gloss. Ælfrici Saxonicum: *Gausape*: Beoδꝩæʒl. i. vestis mensæ. Gloss. Lat. Gall. MS. Thuanum: *Gausape, napa.* Luithprandus in Legat. *Hac eadem die convivam me sibi esse jussit -- quintusdecimus ab eo absque gausape sedi.* Vox priscis nota; sed ut plurimùm pro vestis militaris seu straguli specie.

Sedere ad Gausape alicujus, in Consuetud. MSS. Catalaniæ, i. ad mensam. Locum damus in *Soldataria*.

Gausapatus, in Fragmento Petronii: *Solebat sic cœnare, quo modo Rex, apros gausapatos, opera pistoria, viscocos, pistores.* Id est, mappa circunductos.

GAVUS, *Levis in verbis*, Ugutioni.

GAYDES, Limbi, fimbriæ, ex Ital. *Ghode, liste delle camise di donna, o d' altre suoi sottanelli, le quali sono strette di sopra, e larghe a basso, e servono per allargare le fimbrie delle camise, & delle sottane, e guarnaccie.* Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium p. 29. *Sed qui tunc vidissent mulieres parvulorum suorum alium in collo, alium in brachiis suis deferentes, aliosque ad gaydes vestium suarum se tenentes, &c.*

GAYMARIA. Monasticum Anglican. to. 1. p. 603. *Ita quòd nihil ex nunc remanet in manu dicti Prioris in sustentationem sui, & hospitalitatem Prioratus prædicti, & solutionem firmæ suæ, nisi tantùm gaymaria mi-nerii prædicti, cum proficuis prænominatis, &c.* Sed videtur legendum *gaynaria*, ex Gall. *Gagnerie*. Vide *Gagnagium*.

GAYTUS. Vide *Caytus*.

GAZA, *Gazera*, Pica, avis, Italis, *Gazza*, & *Gazzera*: occurrit apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 4. & 20.

GAZELA,

GAZELA, *Gazella*, Equus Saracenicus cursu prævalens. Albertus Aq. lib. 7. c. 66. *Ipse vero ascendens equum, qui lingua Saracenica Gazela appellatur, eò quòd cæteris equis sit cursu potentior, &c.* Ordericus Vital. lib. 10. pag. 794. de Balduino Rege Hierosol. *Inde Rex cum suo commilitone gazellam suam ascendit, &c.* Suprà, *celerem equam fortissimamque* vocat. De hisce equis fortè Vegetius lib. 4. Art. veter. c. 6. *Africa Hispani sanguinis velocissimos præstare consuevit ad usum sellæ.*

GAZERA, idem videtur quod *Gasalia*. Vide in hac voce. Statuta Synodalia Odonis Episc. Parisiensis c. ult. §. 30. *Prohibetur districtè Sacerdotibus, ne accipiant gazeras vel admodiationes, nisi de decimis, quoniam esset species negotiationis.*

GAZETUM, Vinum à Gaza Palæstinæ, olim in pretio. Gregorius Tur. de Glor. Conf. c. 65. *Gazetum sextarii vini præbuit in sacrificium Basilicæ sanctæ. Sed Subdiaconus nequam reservans gulæ Gazetum, acetum — offerebat in calice.* Vinum porrò Gazeticum commendant Sidon. Carm. 17. ad Ommatium, Corippus lib. 3. num. 3. Senator lib. 12. Epist. 12. Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini p. 296. & Isidor. lib. 20. cap. 3.

Gazetum, Gazarum repositorium, Joanni de Janua.

GAZUM, pro *gaza*, vel gazophylacio, usurpat Commodianus Instruct. 55. & 72.

GAZZATUM, Linum vel sericum subtilissimum, vulgò *Gazze*, fortè quòd *Gaza* Palæstinæ urbe primitus advectum sit. Concilium Budense an. 1279. c. 61. *Statuimus, quòd omnes in Monasterio, vel regulari Canonica, indifferenter uno & eodem vestiario induantur: prohibentes expressè, ne quis eorum vestes aliquas alicujus coloris, nisi tantummodo albi, vel nigri, seu grisei habere præsumat, in quibus brunetam nigram, gazzatum, & alium quemcumque pannum notabiliter delicatum interdicimus universis.*

GEASPECIA. Charta Privilegiorum Novi Castri in Anglia renovata an. 30. Eliz. *Sturgiones, balænas, cetas, porpecias, delphinos, riggos, geaspecias, &c.* Ubi Spelmannus: Sic quidam legunt: mihi autem videtur *seaspecias*, quasi maris piscis. Valdè barbarè, ut etiam *porpecias*, pro piscibus ad similitudinem porci, Lat. *phocænis*, Angl. *porpaises*. At ego malim *graspecias*, ut intelligantur *Crassi pisces*. Vide *Craspiscis*.

GEBELLINA *pellis*. Vide *Gibellina*.

GEBULSKINI. Lex Bajwar. tit. 3. §. 4. *Si in eo venam percusserit, ut sine igne sanguinem stagnare non possit, quod athargrati dicunt: vel in capite testa adparet, quod Gebulskini vocant.* Editio Heroldi cap. 5. §. 4. habet *Gebulskim*. Alii Codd. uti monitum à V. C. St. Baluzio, *Gebuhin, Gelsbuchini, Sceppolscein.*

GEBURSCIPA, Vicinia Lambardo, seu potiùs paganorum conventus, *Friborga*: vox Saxonica, a Ȝebuꝛe, colonus, rusticus, villanus, & ꞅcip, adjectitia particula apud Saxones, quam posteri mutarunt in *Ship*, Belgæ in *Schap*. Leges Edwardi Confess. cap. 1. de perjuriis §. 1. *Vel jusjurandum inveniat, si possit, in quo repetenti satisfit: si non possit, nominentur ei sex homines de eadem geburscipa, in qua ille residens est, &c.* Vide *Decuria, Friborga.*

GEBURUS, vox Saxonica in Legibus Inæ Regis Westsax. art. 6. apud Brompton. Villanus, paganus, uti suprà annotatum.

GEDEOLA. Matth. Silvaticus: *Sima, concavitas est hepatis amplecans stomachum: sed ejus gibbus dicitur Gedeola, ut in lib. Urinarum Isaac.*

GEHENNÆ nomen in veteribus non invenitur; sed primum a Salvatore ponitur. Hujus sermonis occasio fuit Idolum Baal juxta Hierusalem, parva campi planities irrigua & nemorosa fuisse legitur, & locus in ea Idolo consecratus, qui appellatur Gehennon, id est, vallis filiorum Hennon. Hoc in loco deserta templi Dei victima hostias immolabant filii Israel, & comminatus est Deus, se locum illum impleturum cadaveribus mortuorum. Futura ergo supplicia, & pœnæ perpetuæ, quibus peccatores puniendi sunt, hujus loci vocabulo denotantur. Duplicem autem gehennam nimii ignis & sulphuris & frigoris plenissimè in Job legimus. Ita Papias ex Isidoro lib. 14. cap. 9. S. Hieronymus de Locis Hebraicis: *Geennon, quod interpretatur Vallis Ennon, & ab hac quidam putant appellatam gehennam.*

GEHENNATIO, Jurisdictio, districtus: vox, ut videtur, sumpta à Germanica *Ghe-nachte*, vel *Ghenechte*, Concilium, placitum. Unde *Ghe-nacht houden*, jus dicere, forum agere, apud Kilianum. Capitularia Gregorii II. PP. pro Bavaris c. 3. *Ut consideratis locorum spatiis, juxta gehennationem cujusque Ducis, Episcopia disponatis, & subjacentia singulis sedibus terminetis.* Fortè, *Gubernationem*.

GEINFAHRE. Vide *Wifa*.

GEIST, *Gietivus*. Vide *Jectivus*.

GELATOR, pro *zelator*, Italis *Zelatore*, zelo plenus. Andreas Dandulus in Annal. an. 1114. de Alexio Comn. Imp. *Quia comprobaverat sui Imperii Venetos fuisse intimos gelatores.*

GELBA. Charta Alberonis Episcopi Leod. apud Chapeavillum in Notis ad Ægidium Aureæ vallis Monachum cap. 40. *Recognovit supradictam traditionem idem Manasses tertia Dominica Quadragesimæ, — gelbas & ramos de singulis allodiis super altare S. Petri — ponens.* Videtur legendum *glebas*. Vide *Wazo*.

GELDONIA, *Geldum*. Vide *Gildum*.

GELICIDIUM, *Gelu cadens*, Joanni de Janua: Florentinis, *Gelicidio*, *i. stagion fredde de gelata*. Regula Magistri cap. 59. *Sive in hieme, sive in æstate, si gravia gelicidia camporum, aut ferventes æstus viarum, &c.* Id est; cùm tenuis glacies ex leviori imbre concreta campos operit, nostris *Verglas*. Utitur etiam Guillelmus Parisiensis Episcop. lib. de Rhetorica divina cap. 50. & alibi.

GELIMA, Manipulus. Jo. de Janua: *Gelima, à genu, & ligo, as, & manu componitur, i. garba, vel coma segetis, quæ cum manu ligatur super genu.* Ebrardus in Græcismo cap. 9. *Dicatur gelima genibus manibusque ligata.* Joannes Hocsemius in Adolpho à Marca Episcopo Leod. cap. 11. *Cùm pro quibusdam speltæ gelimis, forestariis suis dari solitis — esset exorta dissensio.* Infrà: *Armigeri petitas solvere gelimas promiserunt.* Perperam utrobique *gelunis* & *gelunas* editum. Flandri *gheluye* vocant, quod alii *glemam*, & *gelimam*: unde nostri *Glui* & *Gluie* etiamnum vocant frumentarios calamos, paleam, stipulam: præterea fasciculos ex his confectos.

Gerima, eadem notione, Gall. *Gereme*. Charta Girardi *de Vallengoiart* in Tabulario Abbatiæ S. Victor. Paris. num. 21. *Omnes alii proventus prædictarum terrarum præfatæ sunt Ecclesiæ, sicut campipars, & venditiones, investituræ, metationes, revelationes, & dona gerimarum.* In alia Charta ejusdem Tabularii, *Donum garbarum* appellatur, quod in priori *Donum gerimarum*.

GELLAGIUM, idem videtur quod *Jallagium*, de qua voce in *Gillo*. Charta de Jure D. Noëriarum apud Chableias in Tabulario Campaniæ Thuano f. 190. *Item Comes habet quatuor servientes in villa, qui non justitiant se nisi per Comitem, & illi non reddunt nec gellagium, nec minagium, nec aliam costumam in villa.* Alia S. Bernardi Abbatis Claræv all. an. 1145. in Tabulario Episcopatus Autisiod. f. 1. *Si Episcopus vinum aut annonam comparaverit, nihil gellagii, vel alterius*

rius consuetudinis ab eo exigetur. Habetur etiam hæc Charta apud Sammarth. in Episcop. Autisiod. p. 274.

GELLO, *Gellus.* Vide *Gillo.*

GELMUS. Vide *Helmus.*

GELOSITAS, ex Italico *Gelosia*, vel ex Gallico, *Jalousie*, Zelotypia: unde & vocis etymon. Monasticum Anglican. to. 2. p. 67. *Concipiens gelositatem inter uxorem suam & dictum Willielmum, proditiose ipsum Willielmum fecit suspendi.* Philippus *Mouskes*, de Albigensibus:

Le boin Evesque de Toulouse,
Qui leur armes sauver goulouse,
Kacierent il fors de la tierre.

GELTINA *piscium est, quando pisces coquuntur in aceto, & postea congelatur acetum cum quo coquuntur: & eodem modo fit cum carnibus.* Matth. Silvatic.

GELUNA. Vide *Gelima.*

GEMATA, *Confectiones liquidæ, quas mulieres faciunt ad liniendum faciem.* Matth. Silvatic.

GEMELLÆ, Fridegodus in Vita S. Wilfridi c. 15.

—— Atque gemellis
Codex aurato conseptus grammate scriptus.

Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Amictus de lato aurifrigio, cum nigris gemellis strictis.* Inventar. Capellæ Regalis Westmonaster. *Item una pixis de eburneo gemellato, cujus coopertorium frangitur.*

GEMELLARIS, Gemellus, geminus, δίδυμος. Itinerarium Hierosolymitanum & Burdegalense: *Interius verò civitatis sunt piscinæ gemellares quinque porticus habentes, &c.*

GEMELLARIUM, apud S. Augustinum in Ps. 80. Vasis genus, quod, ut quidam volunt, geminam mensuram contineret. Neque aliud est

GEMELLIO, in Ordine Romano: *Aquammanus, patenam quotidianam, calicem, scyphos, & pugillares, & alios aureos, & gemelliones argenteos, cum colatorio aureo & argenteo, &c.*

Gemmiliones dixit Anastasius Bibl. in Gregorio IV. p. 166. *Fecit amas argenteas 6. quæ præcedunt per omnes stationes, pens. lib. 13. scyphos duos pens. singuli lib. 10. gemiliones 8. pens. singuli lib. 2.*

GEMINARIUM, *Lavacrum*, in Gloss. Isid. Vide an balneum δίδυμον intelligat?

GEMINA, Portio cibaria monastica duplicata: *Double pitance.* Adhalardus lib. 2. Statutor. Corbejensis Monasterii c. 3. *Cellarius junior omnibus fratribus geminam suam sub æquali mensura anteponat.*

GEMITUOSUS, Gemitum ciens, tristis, in Chr. Abb. S. Trudonis l. 3. semel atque iterum p. 377. 379.

GEMMA. Vita S. Joannis Abb. Reomaëns. lib. 1. cap. 8. apud Bolandum, apud Roverium verò cap. 10. *Conspicit per visum stare Joannem---gemmam Eucharistiæ dextra ferentem*, id est, particulam. Vide *Margarita.*

GEMMARIUM. Gloss. Gr. Lat. τείλινον, κόσμος γυναικός, *Trifilum, gemmarium.* Lego *Gemmarum*, ut præfert Cod. MS. Galli dicerent, *un Collier de trois rangs de perles.* Ita *monolinum*, pro una linea gemmarum, dixit Capitolinus.

GEMMILIO. Vide *Gemellio.*

GEMOTUM, Conventus publicus, concio, concilium, conciliabulum, Comitia, mallum, forum: vox Saxonica, ȝemoτe, & moτe simpliciter, (ȝe enim particula est verbis & verbalibus sæpe addita) à ȝemeττan, convenire; quippe provinciarum, urbium & villarum incolæ tenebantur interesse mallis istis & placitis publicis; iisque in eundo & redeundo securitatem omnimodam sanciunt Leges Canuti cap. 107. & Edwardi Confessor. c. 35. *Omnis homo pacem habeat eundo ad gemotum, vel rediens de gemoto, nisi fur probatus fuerit.* *Gemotorum* autem seu *motorum* variæ sunt species, quas in verbis sequentibus videre est, *Burgimotus, Folcmotus, Hundredgemotus, Halimotus, Sciregemotus, Witenagemotus.*

GEMUND. Jura Advocatiæ Ecclesiæ Bambergensis in Metropoli Salisburgensi to. 3. p. 50. *Si homo Episcopi Collegam suum occiderit, reddet hominem longum ad mensuram 7. gemund, secundum judicium Collegarum ejusdem conditionis.*

GENALIS. Vide *Maialis.*

GENEALOGIA, Gens, genus, familia. Vita S. Boniti Episc. Claromont. c. 4. *Virum industrium, atque excellentissimum, genealogiaque nobilis apice clarum.* Testamentum Fulradi Abb. S. Dionysii: *Pro animæ meæ, & genitore meo Riculfo, & genetrice mea Ermengarde, & pro germano meo Gausberto, —& pro genealogia mea, &c.* Harmerus de Mirac. S. Maurilii Episc. Andeg. MS. *Ornata filiorum genealogia, sobolumque propagine.* Adrianus PP. in Epist. ad Carolum M. to. 3. Hist. Fr. p. 786. *& pro nobilissimis atque excellentissimis natis, necnon & pro omni Christo dilecta genealogia vestra, &c.* Charta Edwini Regis Angl. to. 2. Monast. p. 841. *Ego Edwinus præpotens Angligenæ genealogiæ sceptro fretus.* Utuntur passim, Diurnus Roman. cap. 7. tit. 9. Capitul. 3. an. 811. cap. 9. Hincmarus Opusc. 14. n. 18. Specul. Saxon. lib. 1. art. 19. Wichbild. Magdeburg. art. 4. Liber Donationum Ecclesiæ Saltzburgensis c. 5. Itinerar. S. Wilibaldi in præfat. Appendix Patriciacensis ad lib. 5. de Miraculis S. Benedicti n. 3. vetus Scheda apud Ughellum to. 2. p. 247. vetus Epitaph. apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hist. Longob. p. 245. Notitia 6. ad Capitula Caroli C. Cosmas Pragensis part. 2. Chr. Aulæ regiæ cap. 1. Hermann. Stangefol. in Annalib. Westphalic. lib. 2. p. 185. &c.

Componere secundum genealogiam suam, in Lege Bajwar. tit. 1. c. 9. tit. 2. c. 4. §. 2. tit. 7. c. 14. §. 2. tit. 14. c. 8. §. 1. est componere juxta genus suum, ita ut si injuriam passus liber & ingenuus fuerit, compositio sit liberi & ingenui; si servus, servi. Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 184. *Si quis ministros Ecclesiæ-- injuriaverit aut percusserit, vel plagaverit, componat hoc tripliciter, sicut solent componere parentes ejus.-- Reliquorum autem Clericorum injuria componatur sicut parentum eorum. Monachorum quoque, qui secundum regulam in Monasterio vivunt, injuria dupliciter componatur, secundum genealogiam suam, &c.* Ubi *sicut parentes*, & *secundum genealogiam suam*, idem sonant.

Genealogia, Familia. Lex Alaman. tit. 84. *Si qua contentio orta fuerit inter duas genealogias de termino terræ, &c.*

Genealogia, Proprietas, bona avita. Chart. Caroli Calvi apud Joann. à Bosco in Vienna p. 55. *Nos votum Deo fecisse, ut si Davidicam diutiùs optatam misericordiam fecisset,---donaremus prædicto Sancto de genealogiis regalibus apud Arelatam civitatem nobilem, de quibus Metropolitanus Viennensis cum subjectis sibi Deo famulantibus Clericis, haberet stipendia vitæ in servitio Ecclesiarum Dei usu cotidiano, &c.* Infrà: *Alodium de nostris genealogiis propriis--cum villis & Ecclesiis, subjectis -- teneat & possideat, &c.*

GENEATH, vox Saxonica: Villanus, colonus, inquilinus. Leges Inæ cap. 19. *Regis Geneath, id est, colonus, fiscalinus, &c.* Cap. 21. *Si tuus geneath, id est, colonus vel villanus furatus fuerit, &c.* Ubi perperam utrobique *genereat* editum apud Bromptonum, observat Somnerus.

GENEATICUS, pro *Genethliacus*, occurrit apud Rodericum Toletan. in Hist. Arab. cap. 1. 2. & alibi semel.

GENECIUM. Vide *Gynæceum.*

GENE-

GENECTUM. Charta Joannis Archiep. Cantuar. apud Willelm. Thorn pag. 2112. *Percipiant decimas agnorum, lanæ, --- lini, canapi, genecti, cirporum, piscationum, pasturæ, &c.* Ubi Somnerus, *genistam* seu spartum intelligi putat.

GENER, Agnatus, affinis; maximè sororis maritus, *Beaufrere.* Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 41. de Henrico Leone Duce Saxoniæ: *Profectusque est ad generum suum Regem Angliæ cum uxore & liberis.* Adde lib. 3. c. 2. Charta Gerhardi Archiep. Bremensis an. 1238. *Decimas --- quas dominus gener noster Adolphus Comes Holsatiæ de manu nostra tenuit.* Sic passim, Witikindus p. 4. 6. 27. 29. 41. 1. Edit. Ditmarus p. 20. 46. 76. Gaufredus Malaterra lib. 2. c. 23. &c. Sed & è veteribus Probus in Pausania, & Justinus lib. 18. uti observatum à Jacobo Cujacio lib. 6. Observ. cap. 17. Petro Fabro lib. 3. Semestr. cap. 13. & Bongarsio: præterea Victor in Epitome, qui Antoninum Pium ab Adriano *in filium adoptatum, cujus gener fuerat,* scribit: neque enim Adriano filia fuit, quam in uxorem duxerit. Ita etiam γαμβρὸς apud Græcos Script. in Testamento Gregorii Nazianzeni, apud Theophanem p. 98. 137. & alios. Hinc ἐπιγαμβρεία, affinitas IC. Græcis, & ἐπιγαμβρεύειν, Matth. 22.

Gener, Initium. Gener, Initium foris. Glossæ antiq.

GENERALE, *ubi communia dantur conditionibus personarum,* in Glossis antiq. MSS. Apud Monachos verò quid sit? docet Udalricus lib. 2. Consuetud. Cluniac. c. 35. *Generale appellamus, quod singulis in singulis datur scutellis. Pitancia, quod in una scutella duobus: verbi gratiâ, aliquando pro pitancia unum crudi casei frustum, vel quatuor ova: pro generali ova quinque, & caseus nunquam nisi coctus. Sed si quid est generale, à novissimo incipit administrari, & ad hoc scilla sicut ad olera pulsatur. Pitancia verò à Priore, & de hac hebdomadarii coquinæ nihil omnino se ex debito intromittunt; sed Cellarius, quibus ad hoc innuerit, cum his eam administrant; quidquid est generale, hoc apportant, & nisi pisces sint, quos Cellarius ipse singulis eis suggerentibus apponit: si est alius generalis, adhuc unus eorum scillam sonat, scutellas colligit eas solas, in quibus faba oleraque administrata, &c.* Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. c. 48. *Omne generale à novissimo incipit administrari, sicut olera: pietentia vero, à primo.* Liber Usuum Cisterciensis Ordinis c. 4. *De melle autem nunquam & nusquam fiat generale.* Matth. Paris an. 1251. *Promisit enim Conventui inter alia, quòd generale suum & pitancias, quas primus omnium ad Cameras suas attraxerat, omnino remitteret, &c. Cotidianum fratrum generale,* in Chartis Sugerii Abbatis S. Dionysii apud Doubletum. pag. 861. & 871. Tabular. Celsiniacense: *Ita duntaxat ut Cellerarius Celsinianensis eam* (appendariam) *semper ad generalia fratrum facienda habeat.* Testamentum ejusdem Sugerii: *Frater etiam Cellarius generale suum more solito proponat.* Charta an. 1301. Abbatis & conventus S. Maglorii Parisiens. in Tabulario ejusdem Monasterii fol. 115. *Latori præsentium donavimus & donamus panem, potum, cibum, victum & vestitum, tanquam quidam percipit, & percipere consuevit, --- & eidem ex gratia concedentes, quòd dictus burgensis præbendam seu generale integrum singulis diebus percipiat, tanquam Monachus præfatæ Ecclesiæ, & comedere valeat in refectorio, &c.*

Generale piscium, &c. apud eundem Udalricum l. 3. c. 3. 8. 12. 18. 24. 32. in vett. Consuetud. Floriacensis Cœnobii apud Joan. à Bosco pag. 392. 402. 405. in Hist. S. Mariæ Suession. p. 465. in Chron. Trudonensi lib. 12. p. 499. &c. cùm scilicet in singulis scutellis piscis singulis Monachis apponitur. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 16. *Stabilivit & jussit, ut molina, quæ in stagno Tolon construxit, vel construxerit, pisces ex stagno in generali fratrum deveniant.*

Generalem refectionem, quæ omnibus Monachis ex cibo aliquo præbetur, dixit Charta Caroli C. apud Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 806. *Præterea ut omni mense ex jam dicta villa fratres generalem de omni re refectionem habeant, decernimus atque sancimus, ita tamen ut hæ refectiones non diebus festis, neque loco aliarum refectionum, quas fratres ex aliis rebus habere debent, tribuantur. In his ergo generalibus refectionibus generalis pro nobis fiat commemoratio, neque hæc generalis oratio specialem præpediat supplicationem, quæ pro nobis fieri debet & aliis rebus à nobis collatis, &c.*

GENERALES, Præfecti regionum. Scribit Constantinus Porphyrogenitus lib. 1. de Thematibus c. 1. Provinciis Orientis ab Imperatoribus subactis, eas εἰς ἐπαρχίας divisas, & ἡγεμονίας, & Δουκάτα, & τοὺς καλουμένους Κονσιλιαρίους, τουτέστι βουλευτάς. Ἦσαν δὲ καί τινες αὐτῶν Πρίγκιπες, ὡς ἐν τοῖς τῶν ἁγίων μαρτυρίοις διαγράφεται, ἀλλὰ μὴν & γενιάλιοι. Ubi quidam σκρινιάριοι restituunt. Sed *scriniarii* nusquam Provinciarum Præfecti fuere: malim igitur legendum γενεράλιοι *Generales,* quomodo exercituum Præfectos ac Duces *Generaux* appellamus, tametsi vox hæc pro Præfecto Provinciæ nescio an reperiatur?

GENERATIO, Gradus cognationis & affinitatis, intra quem matrimonia contrahi vetant Canones, & agnatio computatur. Cognati generis matrimonia, (verbis utor Sirmondi) & divinæ Leges coërcuerunt, & humanæ, tum civiles, tum canonicæ. Ac sacris quidem literis apud Hebræos de paucis, iisque proximis cautum fuit: nec longiùs ferè processit interdictum, quàm ne fratris sororisve filia copularetur: quod terrenis legibus in Republica Romana obtinuisse innuit Gregorius M. l. 12. Ep. 31. ad Augustinum, firmatque l. 23. & 24. D. de Cond. instit. l. penult. de Ritu nupt. l. 19. C. de Nupt. Imperatores Christiani etiam consobrinas jungi vetuerunt, ut Theodosius, *tantùm,* ut ait Sext. Victor, *pudori tribuens, ut consobrinarum nuptias vetuerit tanquam sororum.* Quare sine Principis venia ducere non licebat, quod declarat Cassiodori *formula, quâ consobrina legitima fiat uxor,* l. 7. Ep. 46. Atque divinæ istæ & Imperatoriæ leges diu satis obtinuere, quod colligere licet ex Synodo Agathensi c. 61. Epaunensi c. 30. Aurelianensi III. c. 10. Turon. II. c. 21. & ex Ennodio lib. 5. Epist. 34. Vide Cujacium lib. 8. Observat. cap. 28. lib. 16. cap. 37.

Primus autem Gregorius M. videtur induxisse, ut cognationis gradus, intra quem matrimonia vetarentur, ad septimum produceretur, l. 12. Epist. 32. ad Felicem: *Progeniem,* inquit, *suam unumquemq; de his, qui fideliter edocti, & jam firma radice plantati stant inconvulsi, usque ad septimam observare decernimus generationem, & quamdiu se cognoscunt affinitate propinquos, ad hujus copulæ non accedere societatem.* Quibus consona deinceps decrevere Gregorius III. PP. Epist. ad Bonifac. Mogunt. Zacharias PP. in Epist. ad Pipinum, Nicolaus PP. in Epist. Capitularia Caroli M. lib. 6. c. 80. Hincmarus Opusc. 55. Concilium Wormaciense sub Adriano PP. cap. 32. Concilium Dusiacense II. an. 874. in synodica Epistola, Romanum an. 1063. c. 9. Londoniense an. 1102. c. 24. Londoniense an. 1125. c. 16. &c.

Cognationis verò gradus, non à fratribus & sororibus, ut quidam volebant; sed ab eorum filiis numerari debere, sanxere Concilium Salegunstadiense c. 11. & Alexander II. PP. apud Ivonem part. 9. c. 6. & 33. q. 5. c. 2.

Verùm an septimus cognationis gradus ad matrimoniorum interdicta locum ubique & semper habuerit? dubium facit, quòd Concilium Wormaciense sub Adriano PP. cap. 32. *in copulatione fidelium generationis numerum non definit; sed id statuit, ut*

nulli Christianorum liceat de propria consanguinitate uxorem accipere, usquedum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria tenetur. Mox c. 78. ad quartam generationem ejusmodi interdictum reducere videtur, hisce verbis: *In quarta generatione nullus amplius conjugio copuletur.* Quæ habentur etiam in Concilio Moguntino I. an. 847. c. 30. Capitulare Compendiense an. 757. c. 1. *Si in quarta progenie reperti fuerint conjuncti, non separamus; in tertia verò si reperti fuerint, separentur, &c.*

Apud Wisigothos intra sextum gradum interdictæ erant nuptiæ, lib. 3. tit. 5. §. 1. ut & apud Græcos, ex Georgio Pachymere lib. 6. Hist. cap. 6. lib. 9. c. 4.

Sed tandem hunc Canonum rigorem temperavit Innocentius III. PP. in Concilio Lateranensi an. 1215. cap. 50. in quo prohibitionem copulæ conjugalis intra quartum consanguinitatis & affinitatis gradum cohibuit. Vide Rabanum in Epist. ad Humbertum Episcopum to. 6. p. 165.

Raro autem in ejusmodi cognationibus *Dispensationem*, uti vocant, indulsisse summos Pontifices, argumento est, quod de Philippo Pulcro & Rege Franciæ narrat hisce verbis Joannes Hocsemius in Joanne Guidonis Episcopo Leodiensi cap. 14. *Nec sine mysterio est, quod Rex Philippus istam Johannam* (hæredem Regni Navarræ) *dispensativè duxit uxorem, quia antea in tali gradu consanguinitatis, (& tamen non attinebant sibi ad invicem in tertio) non fuerat dispensatum cum Regibus Franciæ, de quo tempore memoria haberetur, nec tunc tanta necessitas videbatur, ut dispensari debuisset: quam dispensationem Honorius PP. IV. difficulter concessit, & nihil boni ex illa provenire prædixit: quod impleri videtur, quia nullus hæres in regno ex isto conjugio existit, qui ad posteros filios masculos perduxerit, quoniam ipsi tres filii eorum, scilicet Ludovicus, Philippus & Carolus, sibi successivè per obitum succedentes, quamvis quilibet eorum masculum genuerit, tempore tamen mortis suæ nullum masculum; sed tantùm filias reliquerunt, sicut præsentia tempora oculis manifestant.* Dispensationum ejusmodi exempla longè antea produnt Scriptores, Otto de S. Blasio c. 51. & alii. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. to. 1. p. 454. to. 3. p. 301. 343. 1157. 1185.

Generatio. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 51. §. 4. *Si quis in quatuor suis generationibus, hoc est, ex duobus avis, & duabus aviis, ac patre & matre, indiffamati juris est, illum in jure suo nemo infamare potest, si non solus ei personaliter prius derogavit.* Adde §. 5. & art. 1. §. 19. Hinc fortè ortum habuit nobilitas, quæ quatuor generationibus nobilibus fulcitur & probatur, quam *Noblesse de nom & d' armes* appellant nostri, de qua copiosè egimus ad Joinvillam Dissert. 10.

Generatio, Temporis generatio, pro sæculo, apud Liberatum Diaconum cap. 3.

GENEROSITAS, idem quod *Genu, Genuculum*, familia, genus. Synodus Romana II. sub Silvestro. cap. 4. *Constituit hunc ordinem, ut si quis de Clero — transiret ex hoc mundo, si neminem de sua generositate haberet consortem, quicquid paupertas ejus haberet, conferret Ecclesiæ.* Occurrit præterea cap. 11. in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 4. in Legibus Henrici I. Reg. Angl. c. 88. &c.

GENESIS, Genitura, fatum. Glossæ antiquæ MSS. *Genesis, decretum. Genesis, fatum, decretum, vel generatio. Genitura*, Spartiano in Vero, Severo, & Geta, *cujus*, inquit, *plerique Afrorum peritissimi fuere.* Horoscopus. Commodianus Instr. 16. *Et dicitis fata genesis adscribere vobis.* S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 15. *Nullus sibi proponat fatum, vel fortunam, aut genesim, quod vulgò Nascentia dicitur, &c.* Ordericus Vitalis lib. 2. *Neque Deus, neque cultus, neque providentia in mundo; sed fortuitus casus & genesis agunt omnia.* Infrà: *An esset aliquid in nobis, quod nec genesis; sed Dei judicium gereret.* Vide Fragmentum Petronii pag. 17. Joann. Chrysost. serm. 5. περὶ εἱμαρμένης, & Isidorum Pelusiotam, lib. 3. Epist. 191.

GENIATUS, *Gratus, delectabilis*, Joanni de Janua. Gloss. Lat. Gr. *Genialis*, ἐπίσημος, γαμήλιος. Gloss. Isid. *Geniatus, Genialis, Gratus.* Senator lib. 6. Epist. 3. *Officium planè geniatum, efficax, instructum, &c.* Eod. lib. Epist. 6. *Officium verò ejus tanta genii prærogativa decoratur, ut militia perfunctus muneribus, ornetur nomine Principatus.* Epist. 12. *Magnum quidem multis, & inter vices videtur esse geniatum publicæ utilitati probis actionibus occupari.* Epist. 20. *Vultus quinetiam regnantium geniata obsequii pompa præmittit.* Ex his fortè restituenda hæc vox apud Capitolinum in Vero: *Fuit decorus corpore, vultu geniatus.* Editi *gemmatus* præferunt. Vide Salmasium.

Degeniatus, contraria notione. Idem Senator lib. 12. Ep. 11. — *Si — dispunctis nationibus non — destinaveris quantitatem, degeniatus in provincia velociter reddes, quæ te malè distulisse cognoscis.*

GENICIUM, *Geniciaria.* Vide *Gynaceum.*

GENICULUM, idem quod *Genesis.* Ordericus Vital. lib. 9. p. 738. *Colligebat etiam multa de constellationibus mulier sortilega, & geniculorum multarumque disciplinarum conscia.* Vide *Genu*, & *Genuculum.*

GENIMEN, apud veterem Bibliorum Interpretem, Job. c. 31. v. 12. Proverb. c. 8. v. 19. & alibi non semel. Papias: *Genimina, germina.* Glossæ antiquæ: *Genimen, generatio.* Henricus Rosla in Herlingsberga:

Hæc meminens, parcas stirpi, genimenque quod illo
Stipite descendit, calcari non patiaris.

GENIOLUS, *Qui habet ingenium*, Papias, & Glossæ antiquæ MSS.

GENISCUS, Genius. S. Eligius Episc. Noviom. apud S. Audoënum in ejus Vita lib. 2. c. 15. dum *paganias*, seu paganorum superstitiones recenset: *Nullus nomina dæmonum, aut Neptunum, aut Orcum, aut Dianam, aut Minervam, aut Geniscum, aut cæteras hujusmodi ineptias credere, aut invocare præsumat.*

GENISIDIUM, *Generatio*, Papiæ, & in Glossis antiq. MSS. Ex Gr. fortè γενεσίδιον, à γένεσις.

GENISTÆ, *Heretici Judæorum dicti, quia de genere Abrahæ se esse gloriantur.* Papias.

GENITIALII, nempe dies, τὰ γενέσια, Dies, quo quis in lucem editus est. Capitolinus in Pertinace: *Circenses, & Imperii natalis additi, qui à Severo postea sublati sunt, — & genitialis, qui manent.* Hinc

Genicïales feminæ, Quæ hominum *genituras* inquirunt, incantatrices, sortilegæ, veneficæ: *Guenoches* Bituricensibus, ut auctor est Pithœus. Hincmarus de Divortio Lotharii: *Quidam autem à lamiis, sive genicialibus feminis debilitati, — quos per exorcismos & antidota Catholica restituit sanitati.* Vide *Genesis*, & *Gynaceum.*

GENITIARIÆ. Vide *Gynaceum.*

GENIUS, Angelus. Hermas in Pastore lib. 2. c. 6. *Duo sunt genii cum homine, unus æquitatis, & unus iniquitatis, — æquitatis genius tener est, lenis & verecundus, mansuetus & quietus. Cùm ergo in cor tuum ascenderit, continuò loquitur tecum de justitia, de pudicitia, de castitate, &c.* Ex Herma S. Antiochus Homil. 61. Δύο γάρ εἰσιν ἄγγελοι μετὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἷς τῆς δικαιοσύνης, εἷς τῆς πονηρίας, &c.

GENNALE, *i. roseum, vel de germine.* Ita Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosoph.

GENOBARDUM. Vide *Grani.*

GENEN-

GENENPIROS, Papiæ in MS. Cod. *Lingua Gothorum Antichristus vocatur, quod interpretatur Dissipator gentium, & seductor.* Abest vox hæc ab Editione Veneta, quæ *Gotorum* habet, ubi MS. *Cotorum.*

GENS, Gentiles, Pagani. Hinc Patrum libri scripti *adversus Gentes.* Concilium Carthagin. III. c. 12. *Gentibus, vel hæreticis, aut schismaticis matrimonio non jungantur.* Concilium Laodicenum. c. 39. Οὐ δεῖ τοῖς ἔθνεσι συνεορτάζειν, ἢ κοινωνεῖν τῇ ἀθεότητι αὐτῶν. Passim apud veteres Scriptores Christianos. Vide *Gentilis.*

GENTARE, *Gentaculum.* Will. Brito in Vocabul. *Jantaculum in mane, quod simplices dicunt Gentari, pro Jantari.* Thwrocz. in Salomone c. 50. *Priusquam Rex & Dux cum exercitu suo de gentaculis capita levassent.*

GENTIA: Capitulare de Villis c. 31. *Ut hoc, quod ad paraveredarios vel gentias dare debent, simili modo unoquoque anno separare faciant.*

GENTILES vocabant Romani, quos ipsi etiam interdum Barbaros, qui Romanis militabant, eorum fœderati, vel qui in Leges Romanas ultro, vel deditione transibant. Ita *Gentiles* intelliguntur in Cod. Theod. tit. de *Nuptiis Gentilium, &* alibi, apud Ammianum, Ausonium, & in Notitia Imperii, ubi *Schola gentilium, Schola Gentilium seniorum,* qui sub dispositione Magistri Officiorum militabant, de quibus idem Ammian. lib. 15. 16. 20. 25. & Synaxaria 7. Octob. in SS. Sergio & Baccho.

Gentiles. Ugutio: *Gentiles propriè, qui non circumciduntur, nec baptizantur, ut pagani, unde & Gentiles dicuntur, quia tales existunt, quales sunt geniti: Sed Christiani non ita sunt ut fuerunt geniti, quia sunt baptizati: similiter Judæi mutantur, qui circumciduntur.* Adde Isid. lib. 8. c. 10. S. Augustin. in Psal. 28. *Gentilis ille est, qui in Christum non credit:* Idem de Opere Monach. cap. 11. *Quis utique non nisi gentiles, quos Paganos dicimus, vult intelligi.* Lex 46. Cod. Th. de Hæreticis: *Gentiles, quos vulgò Paganos appellant.* Lex 21. eod. Cod. de Pagan. *Qui profano pagani ritus errore seu crimine polluuntur, hoc est, Gentiles, &c.* Adde l. 43. & 63. eod. tit. Commodianus. Instr. 26.

Gens & ego fui, perversa mente moratus,
Et vitam istius sæcli veram esse putabam.

Gentilitas, Paganismus. Sulpitius Severus lib. 1. Hist. *Ex quibus plerique divinas ceremonias receperunt, reliquis in errore gentilitatis perseverantibus.*

Gentilis, Nobilis, ingenuus. *Gentiles* Q. Mutius definivit ingenuos ab ingenuis oriundos, quorum majorum nemo servitutem serviit. Radulfus de Diceto in Imag. Hist. *Christiani, qui à nobis detenti sunt, sunt gentiles & nobiles viri. Le Roman de Rou MS.*

Moult fu beaus, moult fu Gens, Gentis homs resembla.
Alibi: *Elle fu de Chartres Contesse,*
Espousée au Conte Estevenon,
Gentilhome, noble Baron.

Philippus *Mouskes* MS. in Philippo Aug.
Et maint franc baceler illuec,
Feist cevalier avec son fil,
Qui furent franc ome & Gentil.

Galterus Metensis in Mappamundi MS. c. 14.
Gentil & vilain, tout y portent,
Mult se puet bien plaindre du mains,
Qui chi est Rois, & là vilains.

Le Reclus de Moliens, in suo *Miserere* M. S.
Par le pere sont serf li fil,
Qui or fussent franc & Gentil.

Gentilhome, Gentilfame, in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 70. 71. *Gentixhom de lingnage,* apud Petrum *de Fontaines* in Consilio cap. 3. §. 5. *Gentilhomines,* apud Gobelinum lib. 8. Comment. Pii II. PP. *Nunquam Gentilhomines aut claves urbis obtinebunt, aut magistratum, quem populi Capitaneatum appellamus.* *Maisons nobles vulgairement dits Herstages gentioux.* in Consuet. Aquensi tit. 2. art. 1.

Gentiles, & *Gentiles peregrini,* Falconum species, nostris *Gentils.* Describuntur à Friderico II. lib. 2. de Arte venandi cap. 24. 27. & à Jac. Aug. Thuano lib. 1. de Re accipitr. p. 18. cui, ut & Alberto M. lib. 23. de Anima lib. cap. 17. *Nobiles* dicuntur.

GENUALE, Γονάδεσμος, in Gloss. Lat. Gr. *Jarretiere.*

GENUBIUS, Papiæ, *Intimus, interior, domesticus, naturalis.*

GENU, Generatio, ex Gr. γένος, Gradus generationis. Concilium Vermeriense an. 752. c. 1. *In tertio genu conjuncti separantur.* Capitulare Haytonis Episcop. Basil. c. 21. *Ut nullus sibi accipiat* (uxorem) *usque in quinto genu.* Mox: *Et non separentur in quarto genu; sed in pœnitentia cunctis diebus conjunctionis suæ perseverent.* Willelmus Malmesb. lib. 1. Hist. Angl. cap. 4. *Successit Ethelbaldo Offa quinto genu.* Eod. cap. *Kenulphum quinto genu nepotem.* Cap. 5. *Apud Orientales Anglos Rex fuit Reddvvaldus à Wodenio, ut scribunt, decimum genu nactus.* Vide Leges Henrici I. c. 76. Et infrà in *Genuculum.*

GENUCULUM & *Geniculum,* diminutivum à *Genu,* unde nostrum *Genouïl.* Gloss. Lat. Gr. *Genucula,* γόνατα. *Indumenta super genucula elevare,* in Lege Bajwar. tit. 7. c. 4. Lex Frision. tit. 22. §. 60. *Si tibia subtus genuculo media incisa fuerit, &c.* Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 37. *Percussus in geniculo claudicabat.* Rodulphus Tortarius Floriacensis lib. 4. de Miracul. S. Benedicti:

Credulus his dictis, se se trahit ille genuclis.

De geniculis adorare, orare, γονυπετεῖν. Tertullianus lib. de Corona militis: *Die Dominica nefas ducimus de geniculis orare, eademque immunitate à die Paschæ in Pentecosten usque gaudemus.* Utitur & S. Hieronymus adversus Luciferianos cap. 4. *Le Roman de Garin MS.*

Agenollons s'est devant les Seins mis. Hinc

Geniculationes, apud eundem Tertullianum ad Scapulam: γονυκλισίαι, in Nomocanone, edito à V. Cl. Joan. Bapt. Cotelerio c. 36. 39. 290. *Geniculare,* Genua inclinare, flectere. Glossæ antiquæ: *Geniculare, adorare. Geniculat, Genibus flexis adorat.* Ita etiam Papias. Glossæ aliæ MSS. *Geniculo, genua flecto.* S. Augustinus: *Qualis est magnitudinis supernæ gloria, ad cujus pannos Angeli excubant, Reges trepidant, vel tripudiant, sidera obsecundant, & sectatores sapientiæ geniculant.* Gloss. Lat. Gr. *Genuclat,* γονατίζει. *Genouiller,* Littletoni sect. 85. *Ingeniculare,* apud Lamprid. in Heliogabalo, & Vitruv. lib. 9. cap. 6. In Kalendario Maronitarum apud Allatium in Symmictis p. 301. observat Gabriel Sionita, *Genuum positionem* appellari pœnitentiæ causâ, ducentas, trecentas, ac plures factas genuflexiones publicas: ita ut flexis genibus, & exosculati terram, illico resurgant. Vide *Metanœa, Venia, Genuflexum.*

Genicula riter, Genibus flexis, apud Stephanum Tornacensem Epist. 231.

Genuculum, & *Geniculum,* idem quod *Genu,* Gradus generationis. Lex Salica tit. 46. §. 10. *Usque ad sextum genuculum.* Lex Rip. tit. 56. §. 3. *Usque quintum geniculum.* Vetus Charta, exarata Conrado imperante, apud Ughellum in Taurinensib. Episcopis: *Et sic fiat quousque nobis propinqui usque quinto apparuerint geniculo.* Lex Longob. lib. 2. tit. 14. §. 1. *Omnis parentela usque in septimum genuculum numeretur.* Ubi vetus Interpres: *Geniculum ponitur hic pro generatione: & dua generata persona faciunt generationem, sive geniculum, verbo Francorum, qui hoc modo dicunt: Mun ensin de ter genudu.* Occurrit prætere-

ea in Legibus Canuti c.7. & Henrici I. c. 70. apud Bonifacium Moguntinum Epist. I. ad Zachariam PP. c. 5. Burchardum lib. 7. cap. 9. in Concilio Ænhamensi an. 1109. c. 8. in Charta Conradi Imp. apud Augustinum *de la Chieza* in Hist. Pedemont. cap. 20. in lib. 1. Feudor. tit. 1. §. 4. &c. Ita *Genouil* eadem notione usurpavit vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 27. ubi de Paragiis: *Les puisnés seront tenus a fere fealté à leurs ainznés, ou à leur successeurs, quant le lignage sera alé & descendu si ques au sisime genouil.* Ibidem: *Et si de non savoir que le lignage s'estent desiques au nouviesme genouil ou degré.*

Geniculum, pro quovis gradu, in vita S. Aicadri Abbatis Gemeticensis cap. 2. *Erat itaque infans decennalis, quando resedit in scholari primo geniculo.* i. in primis Scholarum rudimentis.

Genuculum, alia notione usurpat Anastasius in Stephano IV. PP. p. 92. *Cum Longobardis Romanam urbem ingressi sunt, & per muros civitatis cum flammula ascendebant, metuentes populum Romanum, & nequaquam de genuculo ipsi Longobardi ausi sunt descendere.* Idem in Hadriano pag. 112. *Ex qua* (forma) *diversæ molæ in genuculo machinabantur* (al. *macinabant*) *aqua ex eadem forma, &c.* Mox: *Verùm etiam & intus civitatem, id est, in genuculo, ubi molæ machinabantur, sicut antiquitus, abundanter decurrere fecit.*

Genullum, idem quod *Genuculum*, Filii, posteritas, hæredes, &c. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ 1247. f. 8. *In introitu judicii debet dare secundùm Forum illi, qui possidet hæreditatem illam, bonam & sufficientem fidantiam de redra per se, & per suum genullum, talem, qualem judicat Forus. Quod si illo judicio fuerit victus ille petitor, ipse aut aliquis de suo genullo nunquam petat, nec moveat causam in hæreditate, quam petit, &c.* Fol. 5. *Ille qui petit, debet dare sufficientem fidantiam per se, & per suum genullum.*

GENUFLEXORIUM, Pulvinus, super quo genu flectitur. Ceremonialis Episcopor. lib. 1. c. 2. *Genuflectet iterum super pulvino ibidem parato in genuflexorio, & orabit.* Cap. 12. *Præparandum est faldistorium seu genuflexorium ad genu flectendum ante altare — panno viridi — coopertum.*

GENUFLEXUM, Genuflexio. Vita S. Aicadri Gemetic. cap. 27. *Semperque quocumque finis Psalmi evenerat, genuflexum faciens, &c.* Synodus Compendiensis: *Diebus Dominicis & aliis præcipuis festivitatibus, sive inter Pascha & Pentecosten genuum flexio nequaquam debet fieri.* Γονυκλισία. Pœnitential. Andegav. apud Morinum: *Item pro uno mense, quem in pane & aqua pœnitere debet, Psalmos 1200. genuflectendo, vel sine genuflexo 1670.* Vita S. Nili Junioris pag. 28. Τὸ ψαλτήριον στιχῶν ; καὶ ποιῶν γονυκλισίας χιλίας. Pag. 32. Τὸ λεῖπον δὲ ἅπαν εἰς πλήρωσιν τοῦ ψαλτηρίου, καὶ πεντακοσιῶν γονυκλισιῶν μέτρον, τῶν τε μεσονυκτικῶν καὶ ὀρθρινῶν ἀνηλίσκετο ὕμνων. Vide Concil. Neocæsar. cap. 5.

GENUINUM, Nativitas. *Natale genuinum*, in lib. 3. Sacrament. Eccles. Roman. cap. 53. ut distinguatur à Natali dignitatis initæ. Martyrol. Rhabani: v. *KL. Febr. Romæ S. Agnetis Virginis Genuinum, hoc est, de Nativitate. Genuinus natalis dies*, in lib. 11. & 17. Cod. Th. de Proximis, Comitib. &c. quo quis in lucem editus est. Ita etiam usurpat Silvius in Laterculo apud Bolandum. Vide Dissertationem nostram de Nummis Imperatorum Byzantinorum.

Genuinum. Sextus Platonicus lib. 1. de Medicina Animal. cap. 1. num. 14. *Patellam cervinam, hoc est, genuinum, si tecum habeas, non surgunt inguina, &c.* Cap. 5. num. 22. *Genuinum capræ si stercori commisceas, &c.* Ubi Humelbergius per *Genuinum*, testiculos, aut naturam, aut tale quid intelligi putat: observatque à Celso lib. 8. cap. 1. *patellam* appellari commissuram femorum osse parvo, molli & cartilaginoso tectam. Vide *Patella*.

GENUISCISSIO. Vide *Expeditatio*.

GENUITAS, Genus, natales. Monachus Elnonensis in Vita S. Eusebiæ Virg. *Quantum ad genuitatem nobilissimæ conditionis.*

GENULLUM. Vide *Genuculum*.

GENZIVA, Gingiva, ex Gallico *Gencive*. Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëtam:

Stercore genzivas atque habeas humidas.

Infrà:

Gengivas perdas frustra terendo tuas.

GEOLA, *Gaola*, Carcer, nostris *Geole*, vel *Gayole*, qua voce *Caveam*, qua includuntur aves, etiam Picardi nostri nuncupant. Sed & *Geola* ex *Caveola* formatum suprà indicavimus in *Cavea*.

Gaola. Monasticum Anglicanum to. 1. pag. 242. *Justitiarius Regis per breve Regis deliberavit gaolam Ramesiæ — de multis latronibus, &c.* Occurrit apud Will. Thorn. p. 2022. Bractonum, in Fleta, & apud IC. Anglos passim. *Le Roman de Rou MS.*

Fu trouvé mort en la gaole
Grimont, si en fu grant parole.

Gayola, apud eundem Thorn. p. 1945. *Gayole*, in Charta Gallica ibid. pag. 2205. *Gayole d'un molin à vent*, in Consuetud. Atrebatensi art. 145. Charta Philippi Ebroicensis an. 1320. pro Incolis Mellenti in Tabulario Prioratus S. Nicasii fol. 72. *Les habitans de la ville de Meulent & de Muriaux ne seront pas tenus à gaitier la ville, mais s'ils veulent ils la gaiteront: & si n'est pas nostre entente, que ils gaitent, ne soient tenus gaitier nos prisonniers estans en nostre geole de Meulent ou des Muriaux, &c. Avis cantans in gayola*, in Foris Aragon. Oscensibus an. 1247. f. 36.

Gaola deliberanda, Practicis Anglis dicitur, cùm judex in carcerem publicum pergebat, ibique incarceratorum causas discutiebat, & à carcere liberabat. Vide Brittonum p. 2. 18. 44. 72.

Geolarius, Custos *geolæ*, seu carceris, nostris *Geolier*. Charta Decani Autisiod. an. 1280. *Solvere tenebuntur geolario nostro, sive custodi carceris*, 100. *sol. &c. qui etiam geolarius habebit 4. denarios à quolibet, qui ibi incarcerabitur, qui incarceratos custodiet nomine nostro, & periculo suo.* Jacobus Gothofr. ad Cod. Theod. perperam quasi *Janicularium* dictum putat.

Gajularius, eadem notione, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 86.

Geolagium, Carcerarium, seu, quod Commentariensi vel *geolario* præstatur ab incarceratis pro victu & potu. In Edicto Ludovici Hutini 1. April. anno 1315. pro Occitaniæ incolis, cavetur, ne quis innocens probatus, in carceribus, sub prætextu *geolagii seu carcerarii* detineatur. Occurrit etiam in Concilio Bituricensi an. 1336. cap. 12. Vide *Carcerarium*.

GEORGIANI, Christiani populi, Persis, Medis, & Assyriis contermini, sic nuncupati, *quòd S. Georgium, quem in præliis suis contra gentem incredulam advocatum habent, & patronum, & tanquam signiferum, cum summa reverentia colunt & adorant, & præ aliis sanctis specialiter honorant.* Ita Jacobus de Vitriaco lib. 1. c. 79. ubi plura de Georgianis. Adde Leunclavium in Pandecte Turcico n. 3.

GEQUARIA, κοιλήπατα ὄρνιθος, in Gloss. Gr. Lat. fortè *Zizeria*.

GERA, pro *hiera*, ἱερὰ, *dicta quasi divina, confectio medicinalis est.* Papias. Vide *Girapigra*.

GERADA. Speculum Saxonicum l. 3. art. 15. *Qui expeditorias res, hoc est, arma bellica, postulet, agnatus*

tus ex parte gladii esse debet, ad utensilia verò seu geradam, cognatus, i. ex parte fusi seu mulieris duntaxat admittitur. Quod verò hic *Gerada* appellatur, Wichbild Magdeburgense art. 23. 26. 57. 58. *Parapherna* nomine donat, aitque, eo vocabulo intelligi *omnes vestes muliebres, incisos pannos, & tela itidem cesa ad usum mulieris, & ea, quæ pro ornatu deferre solent mulieres &c.* Vox orta ex German. *Ghereed*, apparatus. Extat porrò tractatus Andreæ Goldberti in Poëm. ad Gethoum, alludens ad ejus nomen, videtur vocem *Gerboh*, sagittam priscis Theutonibus dictam, indicare, qua etiam, nostris, navis genus appellatum constat, uti in voce *sagitta* docemus.

GERAPIGRA. Vide *Girapigra*.

GERARCHA, pro *Jerarcha*, apud Petrum Diac. lib. 4. Chr. Casin. c. 125. Habetur etiam apud Joan. de Janua. Ita Itali *Gerarca*, & *Gerarchia* efferunt. Glossæ MSS. *Gerarchia, Sacerdotii principatus.*

GERBA. Charta anni 1041. apud Aug. *de la Chiesa* in Hist. Eccl. Pedem. c. 19. *Cum silvis, montibus, collibus & vallibus, gerbis, aquis, molendinis, lacubus, paludibus, &c.* Alia Conradi Imp. apud eundem pag. 224. *Et vineas cum areis suis, terris arabilibus, pratis, gerbis, silvis.* Alia anni 1029. apud eundem p. 241. *Sicut continentur in sediminibus, locis, vineis cum areis suis, terris arabilibus, capellis, pratis, gerbis, pascuis, silvis, &c.* Charta an. 1042. apud Guichenonum in Bibl. Sebus. Cent. 1. c. 84. *Mensura terræ hujusmodi est, tam de vineis & terris arabilibus & pratis quingenta & 24. jugera suis locis disposita: de gerbis & silvis sexcenta jugera.* Pactum inter Thomam Comitem Sabaudiæ & Abbatem Pinarolens. an. 1246. *Terra, prata, nemora, gerbi, &c.* Adde to. 3. Ughelli p. 415. & Franciscum Mariam in Mathildi Comitissa lib. 3. p. 157.

GERBARIA, *Gerberia*, Vide *Garba*.

GERDIUS, Textor. Hesych. γέρδιος, ὑφάντης. Gloss. Lat. Gr. *Textor*, γέρδιος. Glossæ Gr. Lat. Γερδία. *Textrix*, Γέρδιος, ὑφάντης, *Textor*. Glossæ aliæ, cap. de Navigatione: *Textrinum*, γερδόποιον. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Γέρδιος, ὁ ὑφαντὴς, καὶ παρ᾽ ἡμῖν ἡ γερδία. Eadem habet Suidas. Infrà: Γερδία, ὑφάντρια, ἀπὸ ἐπὶ τῆς γῆς ἕδους, ὅ ἐστι καθέζεσθαι. Rursum ex Psello, ὁ γέρδιος, ὁ ὑφάντης. Jul. Firmicus lib. 8. Matth. c. 25. *Textores faciet, gerdiosque; sed quorum animi insania valetudine quatiantur.* Vide Gloss. Meursii.

GERNARIA, apud Petrum de Crescentiis lib. 9. c. 66. *Et eorum fimus stercorandis agris & arboribus ac vineis, & imbuendis gernariis, & quibusdam vasibus & canistris.* Ubi vetus Gallicus Interpres: *Et estouper greniers & autres plusieurs vaisseaux.* Unde videtur legisse *granariis*.

GERNOBADA, *Gernobadatus*. Vide *Grani*.

GEROCOMIUM, ex Græco γηροκομεῖον, Locus, ubi aluntur senes, in Vita S. Euphrosynæ Virg. n. 8. in Vitis Patrum. Glossæ MSS. *Gerotomium, vel gerocomium, domus, in qua pauperes, ac propter senectutem infirmi homines curantur.* Anastasius in Gregorio II. PP. *Hic Gerocomium, quod post absidam S. Dei Genitricis ad Præsepe situm est, Monasterium instituit, &c.*

Gerontocomium, γηροντοκομεῖον, *Locus venerabilis, in quo pauperes & propter senectutem solam infirmi homines curantur*, apud Julianum Antecess. Constit. 7. Exeohausit, quæ in hac voce habet Papias. Gregorius M. lib. 12. Epist. 16. *Cognovimus lectos vel lectisternia in gerontocomio, quod à quondam illic Isauro constructum est, deesse.* Atque sic accipienda vox *Jerocomium*. Vita S. Euphrosynæ c. 7. in Vitis Patrum, ubi perperam Rosweidus existimavit locum esse, ubi curabantur, qui ἱερᾷ νόσῳ laborabant. *Diversorium senum* in Monasteriis agnoscit Petrus Diac. lib. de Miracul. S. Benedicti Casini patratis n. 29. Discrimen verò inter γηροκομεῖον, & γηροτροφεῖον, ponunt Grammatici, quòd istud ampla, hoc minor ædes sit, in qua aluntur senes. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Γηροκομεῖο, μέγα, γηροτροφεῖον, μικρόν. Sed videtur legendum γηροτροφεῖον. Hesychius: Γηροκόμος, γηροτρόφος. De Gerontocomiis, & Gerotrophiis Constantinopolitanis agimus in nostra Constantinopoli Christiana.

GERGENNA, Vasis species, apud Adamannum in Vita S. Columbæ. Glossæ Saxonicæ MSS. apud Somnerum: Sticca, *Gergenna*.

GERIMA. Vide *Gelima*.

GERMANITAS, Titulus honorarius in Epistolis Episcoporum invicem sibi scribentium, apud S. August. Ep. 19. 97. 106. Vide *Fraternitas*.

Germanitas, Societas, communio bonorum, qualis est inter germanos vel fratres. Observantiæ Regni Aragon. lib. 5. tit. de jure dotium, §. 19. *Propter germanitatem factam inter virum & uxorem, superstes non amittit viduitatem, nisi expressè renuntiet eidem.* Lib. 9. tit. *Declarationes Monetatici* §. 3. *Si duo faciunt de bonis quæ habent, vel in posterum habebunt, instrumentum germanitatis, si solvet unum Morabetinum, dicimus, quòd ex quo semel fratres bona diviserint, licet postmodum inter se fecerint communionem bonorum, & societatem, tenetur quilibet unum Morabetinum solvere.*

GERMANITUS, Ἀδελφόθεν, in Gloss. Gr. Lat.

GERMUNDUS, Navis species, *Germe*, nautis. Gaufredus Malaterra lib. 2. c. 8. *Nostri denique tantummodo Germundos & galeas, Sicilienses vero cattos, & golafros, & dromundos; sed & diversæ fabricæ naves habebant.* Σέρμονας, naves sic dictas memorat Anna Com. in Alexiade p. 91. Sed an eædem cum *germundis*? non ausim definire. Vide Itinerarium Vincentii *le Blanc* ult. Edit. Paris. part. 2. p. 117.

GEROFANTES, pro ἱεροφάντης. Vide in *Chaldæi*.

GEROFUTILIS. Gloss. Gr. Lat. Ἀχρήσιμος, *inutilis, incommodus, gerofutilis.* Editum habet tantùm *futilis*; sed legendum, *gerro, futilis*.

GEROLDINGA, Mali seu pomi species, in Capitulari de Villis, c. 70.

GERONTES, ex Gr. γέρων, senex. Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. c. 2. de Presbytero:

--- Forsan trahet hinc nos Domne geronta.

Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 9. de Monachis:

Tercentum memini ter senos atque gerontas.

Vide *Abbas, Senior Monasterii.*

GERONTICON, Liber, continens vitas Patrum, seu *Seniorum*, de quo ita Joannes Antiochenus, nuper editus à V.Cl. Jo. Bapt. Cotelerio Regio Linguæ Græcæ Professore, c. 5. Ἡ πρώτως ἐν Αἰγύπτῳ συντεθεῖσα μεγίστη βίβλος τῶν ἁγίων γερόντων τῆς Σκήτεως, Θεβαΐδος, καὶ Λιβύης τὰς ἱερὰς πολιτείας, καὶ ἀποφθέγματα τούτων κατὰ στοιχεῖον ἐμπεριέχουσα. Hujus porrò libri Latinè editi à Rosweido, Græcum exemplar nactus idem vir doctissimus publicavit in tomo primo Monumentorum Ecclesiæ Græcæ, quem prætereà consule in Notis pag. 795. Charta Sisnandi Episcopi Iriensis æræ 952. apud Anton. *de Yepez* to. 4. Chronici Ord. S. Benedicti: *Libros, unum Ordinarium, & unum Sacerdotalem, & unum Geronticum, tertium cum officio Passionis & Missæ ipsius Martyris, &c.* Charta Ordonii Regis Navarræ æræ 960. apud eundem to. 3. *Textum Evangeliorum, Librum Regularum, gera & officium Synonymarum, Epistolarum, & alium laterculum.* Ubi puto legendum *Geronticum*. Alia Sisnandi Episcopi Iriensis seu Compostellani æræ 952. apud eundem to. 4. *Libros ordinum Sacerdotalium, primò Jeronticon 1. tertium cum suo officio.* Alia Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ

æræ 930. to. 4. *Bibliotheca, Moralium, Dialogorum, Pastoralis, Ezechielem, Ethimologiarum, Sententiarum, Epistolarum, * ingeriarum, * geriaa, Historia Ecclesiastica, Eptamaron, Geronticon, Expositio Trinitatis, & Colationum.*

GERONTOCOMIUM. Vide *Gerocomium.*

GEROPREPES, ex Græco ἱεροπρεπὴς, Sacer, divinus. Miracula S. Remacli c. 6. *Retulit se vidisse quemdam geroprepem, vultum angelicum ac fulgidam speciem gerentem.* Lucianus Presb. de Inventione Corporis S. Stephani: *Vidi virum senem, longum, jeruprepem, hoc est, dignum Sacerdotem, canum, barbam prolixam habentem.*

GERRIA. Vide *Jarria.*

GERSA, *Gersare.* Joannes de Garlandia in Synonymis Chymicis: *Gersa, id est, cerusa.* Jo. de Janua: *Gersa, blatea, unde Gerso, as, Ingerso, as, infuscare faciem, vel alind, gersa.* Catholicon Armoricum: *Babouineff au visag. Galliće, Conchier le visage. Lat. gersare, ingersare.* Nostri *Gerse*, vermiculum vocant, qui vestes ac libros rodit. *Teredinem* Latini. Vide *Garsa.*

Gersa, Equorum morbus. Jordanus Rufus Calaber MS. de Medicaminibus equorum lib. 1. cap. ult. *Gersa est quædam mollis inflatio ad magnitudinem ovi, aut ampliùs, quæ tam interiori, quam exteriori parte nascitur in garectis.*

GERSUMA, *Gersoma*, ex Saxonico Ȝærſuma, sumptus, expensæ, præmium, compensatio, opes, thesaurus: hæc enim omnia id vocabuli sonat. Sed apud Forenses Anglicos ut plurimùm usurpatum legimus pro *fine*, seu pecunia, data in pactionem, & rei emptæ vel conductæ compensationem. Unde in venditionum formulis, & locationum chartis, hæc aut similia verba pro more inserta: *Pro tot solidis, vel tot libris, in gersumam solutis vel traditis.* Vetus Charta apud Somnerum in Tract. *de Gavelkynde* p. 177. *Et pro hac concessione dedit nobis prædictus Jordanus 100. sol. sterling. de gersume.* Charta Fundationis Abbat. S. Stephani de Fonteneto in Normannia, in Regesto 106. Tabul. Reg. Ch. 370. *Liberas & quietas ab omnibus servitiis & consuetudinibus atque gersumis, & aliis querelis, &c.* Monasticum Angl. to. 2. pag. 920. *Pro hac autem emptione dedi prædicto Radulpho unam marcam argenti in ghersam, & singulis ejus fratribus 12. den.* Ubi legendum *gersumam.* Idem Monasticum to. 3. p. 126. *Pro hac autem donatione -- dedit mihi dictus Dominus Gilbertus Cicestrensis Episcopus 113. lib. 6. sol. 8. den. præ manibus in gersumam.* Adde p. 226. Vitæ Abbatum S. Albani p. 28. *Datis ab ipsa eidem Abbati -- tribus marcis auri in gersoma.*

Gersuma præterea pro delicti compensatione interdum capitur. Rastallus in verbo *Childvvit: Gersumam capere de nativa vestra impragnata sine licentia vestra, quod dicitur Childvvit.* Interdum pro quavis exactione. Idem Monasticum Anglicanum to. 2. pag. 973. *Absque retinentia cujuslibet consuetudinis sive servitii, seu alicujus gersuma, aut sæcularis exactionis.*

GERULA, Gestatorium instrumentum, quod ad dorsum gestatur, nos vulgò *Hostes* dicimus. In Chronico Windesemensi lib. 2. c. 31. *Trahas atque gerulas & similia fabricando.* Lib. 2. c. 46. *Arenam & lapides ad structuram in gerula comportando.* Aliàs *Gerula* dicitur nutrix. Jo. de Janua.

GERULPHUS, Λυκάνθρωπος, Gallis *Lou-garou.* Gervasius Tilleberiensis in Otiis Imperial. part. 1. *Vidimus enim frequenter in Anglia per lunationes homines in lupos mutari, quod hominum genus Gerulphos Galli nominant, Angli verò Were vvolf dicunt. Were enim Anglicè virum sonat, vvolf, lupum.* Sic *Lougarou*, dicitur quasi *Loupvvarou*, lupus homo.

GESSEL. Vide *Gisil.*

GESSUM, *Gæsum*, Gallis veteribus hasta. Gloss. Isidori: *Gessum, hasta, vel jaculum, Gallicè*, βολίς. Servius: *Pilum propriè est hasta Romana, ut Gessa Gallorum, Sarissa Macedonum.* S. Augustinus Locut. de Josue lib. 6. *Septuaginta Interpretes, qui posuerunt Geson, (Josue 8, 18.) miror, si & in Græca lingua hastam vel lanceam Gallicanam intelligi voluerunt, ea quippe dicuntur Gesa.* Suidæ γαῖσα & γαισὸς, est εἶδος δόρατος: Alibi γέσον, ὅπλον ἢ κόντον μακρόθεν κεντεῖν interpretatur. Hesychio, γαισὸς, est ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον, *Jaculum totum ex ferro.* Pollux lib. 7. Δόρυξυς, δόρυ ὁλοσίδηρον, καλεῖται ἢ γαισὸς, καὶ ὅτι λιβυκόν. Ita apud Pausaniam in Atticis legendum monent viri docti, γαισὸς, ὁλοσίδηρον δόρυ. Ubi perperam γαῖος. Moschopulus: Γαισὸς, τὸ κοντάριον. Porrò bina gesa in manibus gestasse Gallos, scribunt Nonius, Virgilius, Ovidius, Claudianus. Will. Brito lib. 5. Philipp.

Clavam cum jaculo, venabula, gesa, bipennem.

Matth. Parisan. 1256. *Cum jaculis -- Danisque securibus & gesis -- hostiliter insequuntur.* Vide *Gisarma.* *Gesi* jaculum missile etiamnum à Vasconibus vocari, auctor est Oyenartus in Notitia Vascon. pag. 42. in Consuetud. Britan. art. 712. *Goutiere ou gesse pour porter les eaux communes.*

Galligesus, Vir fortis. Gesa hasta Gallorum linguâ. Ita Glossæ MSS.

GESTA, Acta publica, in quæ referebantur donationes, aut quævis instrumenta. Gloss. Lat. Gr. *Gesta*, πεπραγμένα, χειροθέντα, ὑπομνήματα. Virgilius Tapsensis l. 1. Contra Arium c. 5. *Venerandi Principis sacra, quæ lecta est, gestis indatur.* Papianus lib. Resp. tit. 24. *Gesta autem secundùm locorum consuetudinem fieri placuit: nec interest, apud quem Defensorem fuerint celebrata, &c.* Occurrit non semel in Cod. Theod. & Justin.

Gesta municipalia. S. Augustin. Epist. 228. *Legem qua concessum est eis, qui præcipiuntur ab aliqua Potestate judiciis exhiberi, ut ad gesta municipalia perducantur, atque illic interrogentur.* Adde Epist. seq. Vetus Charta apud Doubletum p. 738. *Præsentem verò donationem nequaquam à curialium vilitate gestis municipalibus alligare curavimus.* Adde Gregor. M. l. 2. Ep. 9. lib. 7. Ind. 1. Epist. 6. Ind. 2. Ep. 72. 86. lib. 10. Ep. 12. lib. 12. Ep. 10. Vide *Allegare.*

Gesta Episcopalia, quæ ab Episcopis conficiuntur, apud S. August. Ep. 90.

Gesta Ecclesiastica, quæ in Ecclesia fiunt, apud eundem S. August. Ep. 75. 106. 110. lib. 2. Retract. c. 8.

Gesta Proconsularia, apud eundem S. August. Epist. 172. 255. l. 1. Contra Parmen. c. 11. lib. 3. Contra Petilian. c. 16. quæ *Proconsularia archiva* dicuntur eidem, lib. 3. Contra Crescon. cap. 62.

Gesta judicum, apud eundem S. August. lib. Contra Parmen. cap. 12.

Gesta Præfectoria, apud eund. S. August. Collat. 3. cap. 4.

GESTA, æ, Historia de rebus gestis. Versus Vitæ Caroli M. ab Eginhardo editæ subjecti, interdum præpositi, in Codd. Moissiacensi & Cæsareo:

Hanc prudens gestam noris tu scribere, lector,
Einhardum Magni magnificum Caroli.

Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. PP. pag. 237. *Sermonum librum unum, gestarum librum unum, Evangeliorum librum unum, &c.* Infrà: *Historiarum librum unum.* Paulò suprà: *Prophetarum librum 1. gestarum rerum libros duos.* Vide formulam 12. ex Baluzianis, & Capitul. Caroli C. tit. 51. initiò, & ibidem ejusdem Baluzii Notas p. 1285.

GESTA, *Gestum*, Flos, seu purgamentum recentis cerevisiæ, quo pistores panes leviores reddunt, Anglis *Gest*, Theutonicis *Ghest* & *Ghist*, est fæx. Matth. Paris

Paris an. 1202. *Ita quòd pistores poterunt sic vendere, & in quolibet quarterio lucrari 3. denarios, exceptis brennio & 2. panibus ad furnarium, — & in sale obolum, & in gesta obolum, & in candela quadrantem, &c.* Fleta lib. 2. c. 10. *Pistor lucrari poterit in quolibet quarterio frumenti — unum obolum pro sale emendo, & unum obolum pro gesto vel levano.* Nos etiam *Levain* appellamus.

GESTAMEN, Σκῆπτρον, in Gloss. Lat. Gr. Sceptrum.

GESTANTES, Patrini, qui baptizandos infantes brachiis *gestant*, & Sacerdoti baptizaturo offerunt. S. Augustinus lib. 4. Contra Julianum: *Recole, quemadmodum in Ecclesia Christi baptismatis mysteria celebrentur, & invenies, quod abrenuncient & parvuli per ora gestantium, sicut per ora gestantium credunt.* Idem Epist. 23. *Offeruntur quippe parvuli ad percipiendam spiritalem gratiam non tam ab eis, quorum gestantur manibus, — quàm ab universa societate Sanctorum atque fidelium.* Adde Epist. 105. & Epist. 107. cap. 8. Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. c. 26. *Parvulorum qui per ætatem adhuc abrenuntiare diabolo, nec credere in Deum possunt, per corda & ora gestantium salus adimpletur.* Vide *Tenere*.

GESTARI, Lecticâ, vel equo vehi. Vetus Interpres Moschionis: Ὄχημα, *Gestatio*. Διακινῆσαι, *gestari*. Gloss. Lat. Gr. *Gestatur*, γυμνάζεται. *Gestor*, γυμνάζομαι. *Gesto*, γυμνάζομαι. *Gestatio*, γυμνασία. Alexander Jatrosophista lib. 1. Passionum: *Palæstra exercere feci & gestari, & maximè ante — cibum: gestari autem non solùm pedibus; sed & cum caballo.* Cælius Aurelianus lib. 2. Chron. c. 14. *Quò fiet ut priusquam cibum sumpserint ægrotantes, gestatione sunt movendi, secunda etiam deambulatione.* Passim ibi, & apud cæteros Medicos. Vide Mercurialem lib. 3. Artis gymnast. cap. 10. 11.

GESTARIUM, pro *Gestatorium*. Albertus Aquensis lib. 10. c. 5. *Milites Hugonis corpus extinctum gestario impositum, in civitatem Nazareth — attulerunt.*

GESTATORIUM, Lectica. Jo. de Janua: *Gestatorium, illud in quo aliquid portatur, ut feretrum.* Papias & Gloss. Lat. MS. Reg. *Gestatorium, Ferculum, vel Feretrum.* Julius Africanus lib. 6. Hist. Apostol. *Quicunque alicujus rei cupit esse possessor, non magnopere gestatorium; sed ipsum, quod gestatur, spectat.*

Sed sæpè pro *feretro*, in quo Sanctorum jacent reliquiæ, usurpant Scriptores. Liber Miraculor. S. Adelardi Abb. Corbeiensis c. 3. *Comes ad feretrum Sancti accessit, & sumpto manibus — gestatorio — in Ecclesiam tulit.* Aigradus Monachus in Vita S. Ansberti Archiepisc. Rotomagensis n. 43. *Cum — tetigisset pallium, quo tegebatur gestatorium, &c.* Adde Baldricum Dolens. in Hist. de Capite S. Valentini n. 6. Theodericum in Hist. Translat. S. Celsi Episc. Trevir. num. 20. Vitam S. Altmanni Episc. Pataviensis p. 64. Ermanricum in Vita S. Soli cap. 7. &c.

GESTICULATIO, Habitus corporis. Alexander III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense III. part. 6. c. 6. *Manifestum est, eum puberem esse, qui de gesticulatione sui corporis talis est, ut jam procreare possit, licet ad metas legibus diffinitas non pervenerit.*

GESTIUM. Vide *Gistum*.

GESTORIUM, *Ferculum*, Ugutioni & Jo. de Janua: *Mets de viande*, in Gloss. Lat. Gall.

Gestorium, alia notione usurpat Hieronymus Monachus Camaldul. in Vita S. Romualdi n. 81. *Cum jam senex fuit, gestorium debilitato corpori substravit, & capiti modicam paleam clementer indulsit.*

GETA. Vide *Conjectare*.

GETAGEGA... T, *Gothicè loquitur*, in Glossis antiquis MSS.

GETIA, *Maleficiorum doctrina*. Glossæ antiq. Fortè pro γοητεία.

GEUSIÆ, Genæ, unde Galli, *Jouës*, Picardi *Jeuës*. Marcellus Empir. cap. 12. p. 93. *Atque ita affectæ maxillæ ad sedandum dolorem dentium, & gingivarum, & geusiarum adhibentur.*

GEWERTESCHIN. Charta Friderici I. pro erectione Ducatus Austriæ an. 1156. apud Miræum lib. 2. Donat. Belg. cap. 52. *Et potest in terris suis omnibus tenere Judæos & usurarios publicos, quos vulgus vocat Gevverteschin, sine Imperii molestia & offensa.*

GEWINEDA, in Legibus Ethelredi Regis cap. 1. apud Brompton. *Et pax, quam Aldermannus vel Præpositus Regis in quinque burgorum Gevvineda dabit, emendetur 12. libris.* Ubi Somnerus rescribit *Gethincthа*: vox Anglo-Sax. ex ðinc, causa, & ſτoþ, locus; ʒe autem præpositio est. Ita ʒeðincτa idem valet ac mallus, placitum.

GEWITNESSA, in Legibus Ethelredi Regis c. 3. apud Bromptonum, vox Saxonica *testimonium significans*.

GHERSA. Vide *Gersuma*.

GHESCOT. Charta Ludovici Imp. pro Trajectensi Ecclesia, apud Wilhelmum Hedam p. 228. 1. Edit. *Ut nec bannum, aut fredum, aut conjectum, quod ab ipsis Verschat vocatur, contingere aut exactare præsumeret.* In Charta Zuenteboldi Regis pag. 244. ubi eadem verba recitantur, *Ghescot*, in alia verò Henrici Imp. pag. 258. *Ghescat*: in Charta denique Ottonis, *Gescot*. Ubi Buchelius annotat in MS. ad marginem scribi *Veerschat*. Sed legendum procul dubio *Ghe-schot*, contributio, ex *Ghe*, præpositiva, verbalibus adjici solita, & *Schot*, quod idem valet. Vide *Scotum*.

GUILDHALLA, *Guthala, Guilhaula*. Vide *Geldum*.

GHILLEOLA. Vide *Geldum*.

GIALNISCO, Generosus, Neapolitanus equus, Sambuco in Gloss. ad Leges Hungaricas, *un Genest de Neaples, d'Espagne*.

GIBBETUM. Vide *Gibetum*.

GIBBOROSUS, pro *Gibberosus*, quæ vox postrema habetur in l. 3. D. de Ædilit. Edict. & apud Firmicum lib. 8. Math. Glossæ antiquæ MSS. *Gibbi, Giporosi*, Leg. *Gibborosi*. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Gibborosus, vel strumosus*: Hoꝼeꝺeꝺe, i. gibbosus, à *Gibbus* & *Gibber*, tumor. Unde versus:

In dorso gibbus, in pectore gibber habetur.

GIBELINI, & *Guelfi*, factiones binæ, quarum dissidiis diu Germania atque Italia conflagrarunt: prior à Sueviæ, altera à Welphis Bajoariæ in Alemannia Ducibus nomina mutuatæ. Nam cùm Conradus Imp. *de Weibelingen* cognominatus in Chronico Laurishamensi pag. 73. Imperii diadema adeptus an. 1139. Welphonem VI. Henrici II. Junioris Bavariæ Ducis fratrem, eodem Ducatu, quem in Leopoldum Austriæ Ducem transtulerat, privasset: Welpho, Rogerii Siciliæ Regis armis adjutus, in Conradum bellum movit: quod etsi non semel pactis identidem intervenientibus sedatum, dissidiorum semina diu inter utramque familiam fovit, quæ Italiam potissimùm diu afflixere, ubi *Gibellinarum* & *Guelfarum* factionum nomina sæpe audita, dum summi Pontifices *Guelpham*, alii contrariam amplectuntur, ac urbes singulæ alterutri sese addicunt. A Conrado igitur *de Weibelingen*, *Gibellingi*, ac deinde *Gibellini*: à Welphone verò, familiæ Bavariæ Principe, *Guelphi* appellati sunt. Otto Frisingensis lib. 2. de Gestis Frider. cap. 2. *Duæ in Romano orbe apud Galliæ Germaniæve fines famosæ familiæ hactenus fuere. Una Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorffio: altera Imperatores, altera magnos Duces producere solita. Istæ ut inter viros magnos, gloriæque avidos assolet fieri, frequenter se se invicem æmulantes, reipublicæ quietem multotiens perturbarunt,*

runt, &c. Albertinus Mussatus in Ludovico Bavaro p. 5. *In duas partes secta Christianitas erat nostra, & paucos invenisse contingens fuerit per hanc præcipuè nostram Italiam, quos una ex duabus optio non inquinaverit, aut illa, quam ajunt, Gibolenga, vel Gelfa. Hæc enim à tempore Friderici II. vocabula duo inseparabilia germina, seu potiùs pestifera schismata pullularunt, atque invaluerunt, quæ semper tenuere Italiam inquietam.* Procul à vero absunt, qui secus scripsere de harum factionum nomine & origine, ut Bartholdus in tract. *de Guelfis & Gibellinis.* Ricordanus Malaspinus cap. 104. Joan. Villaneus lib. 5. cap. 38. & Morigia de Religionib. p. 209. Sed de iis copiosè egere Felix Osius ad Hist. Mussati p. 140. & seqq. Hieronymus *dalla Corte* lib. 5. Hist. Veronensis, & alii passim.

Gibolengi, iidem, qui *Gibellini*, Albertino Mussato lib. 5. de Gest. Henrici VII. rub. 1. & alibi.

Gibellinitas, Gibellinorum factio. Anonymus de Rebus gestis Friderici II. Imp. an. 1258. *In Tuscia pars Gibellinorum, & civitas Senarum præcipuè, quæ gibellinitatis senescens in fide, tunc temporis semper erga Imperatorem — devota manebat.* Occurrit rursum p. 865.

GIBELLINÆ *pelles.* Vide *Zebellina.*

GIBETUM, ex Gall. *Gibet*, Furca patibularis: *Gibeto*, Danti in Inf. cant. 13. Will. Britto l. 5. Philippid.

Vultibus erectus sursum tollente gibeto
Digna Jovi fiunt oblatio, jure levati
A tellure procul, &c.

Matth. Paris an. 1239. *Ignominiosè super machinam illam pœnalem, quæ Gibet appellatur, suspendio traditur.* Idem an. 1242. *Et inde usque ad illam pœnalem machinam, quæ vulgariter Gibetus dicitur, distractus, &c.* Et an. 1247. *Horribile patibulum, quod vulgus Gibbetum appellat.* Chron. Flandriæ cap. 86. *Et le fest le Roy Philippe decoler à Paris sur un eschafaut, & feit le corps pendre au gibet de Monfaucon.* Vide Meursium in γυβεντίζω. Alia notione vocem *Gibet* usurpat *Vacces au Roman de Rou MS.*

Endementiers que cil versa,
La lance chai & froissa,
Et il a le gibet saissi,
Qui a son destre bras pendi.

Sed & ab alterutra fortè orta vox *Regiber*, seu *Regimber*, pro recalcitrare, quia qui ad patibulum excutiuntur, illud pedibus propellunt. *Le Roman de Garin MS.*

En un estable ont mené le destrier,
Fronche & henist, & regibe des piez.

GIBOLENGI. Vide *Gibellini.*

GIFFARDUS, Herodius, falconis species, in Libro incerti Auctoris de Natura rerum.

GIGA. Rigordus p. 13. *Trahentes equi gigas passim per campos, tam homines quàm equi totius exercitus, conculcaverunt messes.* Sed ibi legendum *bigas.*

Giga, Italis & *Gigue* & *Gige*, nostris, est instrumentum musicum. Guiotus Pruvinensis in sua Biblia MS.

Cil Prince nous ont fait la gigue,
En harpe, en viele, & en gigue.

Le Lusidaire MS.

En estrumens oïr sonner
Psalteres, harpes, & vieles,
Giges, & chifonies beles.

Vide VV. Cl. Menagium & Ferrarium in Orig. Gall. & Italic.

GIGLIATI, Nummi, ut quidam volunt, argentei, in quibus lilium, quod insigne est Gallorum, insculptum erat. Itali enim lilium *Giglium* appellant, quorum sex *Florenum Rhodi* constituebant. Nonnulli tamen eum nummum à Fratre Roberto *de Juli* Magistro (Ordinis Hierosol.) appellationem sumpsisse arbitrantur, quòd ab eo institutum putent, ut singuli *Gigliati* singulis fratribus secunda quinquagesimæ feria distribuantur, quod quidem minimè constat. Ita Statuta Ordinis S. Joannis Hierosol. tit. 19. de Verbor. signif. §. 31. Ex quibus patet, *Gigliatos* in insula Rhodo etiam fuisse cognitos. Vide tit. 3. §. 14. Borghinus in Dissertatione de Moneta Florentinâ existimat, nescio, an verè? *Gigliatos*, appellatos nummos Regum Neapolitanorum ex gente Francica, quòd in iis effictum esset scutum liliatum. Certè Caroli I. Regis Siciliæ aureum vidimus in Gazophylacio Regio, in cujus antica sedet Rex ipse dextra sceptrum liliatum, sinistra globum crucigerum tenens, cum hac inscriptione: CAROLUS DEI GRATIA SICILIÆ REX. In postica scutum liliatum cum *Labello* effingitur, cum inscriptione: DUCATUS APULIÆ PRINCIPATUS CAPUÆ. Hunc descripsit Antonius Rufius in Comitib. Provinciæ. Constat etiam in posteriorum ex eadem gente Regum monetis expressa fuisse horum liliata insignia, quæ ab eodem Rufio exhibentur. Neque, opinor, alii sunt.

Gillati, de quibus Charta an. 1338. Dominorum Canneti in Provincia: *Capiat monetam per Curiam regiam stabilitam, videlicet monetam albam pro denariis 15. & nigram pro denar. 2. & ob. & gillat. argenti pro denariis 22. & Turon. argenti Regis Franciæ pro solidis 2.* Et Charta pro matrimonio Ferrandi Majoricani cum Isabella filia Guillelmi Principis Achaiæ, scripta Messanæ an. 1313. to. 8. Spicilegii p. 274. *Et tradere ex causa dotis prædicta Parparos 40. millium, computato Parparo pro gillatis quatuor.* Alia Petri d'Acigne Militis Dom. Mayranicarum Senescalli Provinciæ an. 1405. *Ducatorum 20. millia ad rationem Carlenorum, seu Gillatorum decem pro quolibet Ducato.* Unde patet, *Gillatos* appellatos Caroli Regis Siciliæ aureos nummos. Vide *Tarenus.* Nec scio, an eadem sit moneta cum *Gillatis*? quæ *Guillot* dicitur in Regesto Parlamenti Paris. 12. Julii an. 1378. *Aprés que le Duc d' Anjou, & les nobles bourgeois & habitans du Maine ont baillé par declaration les cas particuliers, les Evesque du Mans, Doyen & Chapitre illec & autres dirent, que la pluspart des dismes appartient aux nobles du pays, & non aux gens d' Eglise. Dirent--que les Curés & gens d' Eglise n' ont aucunes dismes, au moins peu, comme dit est; & sont les gens du pays de petite devotion, & vont à l' offrande trés envis une fois ou deux l' an, & quant il y vont, n' offrent-il qu' un tournois, & ont exhibé à la Cour la monnoie que les gens du pays offrent.* Sed hæc moneta longè minoris videtur fuisse pretii.

GIGNADIUS. Joan. Sarisberiensis lib. 1. Policrat. cap. 8. *Hinc mimi, salii, vel saliares, balatrones, & Emiliani, gladiatores, palæstritæ, gignadii, præstigiatores, &c.* Idem lib. 3. Metalogici c. 10. *Ad occultationem verò propositi, imò ut uterque gignadiorum voti compos faciliùs sit idiotismus, & orthonoismus, perutilis est.*

GIGNARUS, *id est, delirus.* Ita Gloss. Arabico-Lat. ubi *Ignarus* reponunt viri docti.

GIGNASIA, *Gignasium*, pro *Gymnasia*, & *Gymnasium.* Ugutio: *A gignos, hæc gignia, i. exercitium, quod fiebat in gignasio, & hæc gignasia. --- Locus studii gignasium, & quandoque ipsum studium. Gignasiarches, gignosista, i. doctor.* Similia habet Willelmus Brito in Vocabul. MS. Gregorius PP. apud Matth. Paris anno 1239. de Friderico II. *Gignasia animas avertentia construit.* Joan Brompton: *In cujus pectore, ut quidam ajunt, omnium liberalium artium erat gignasium.* Alibi: *Ad gignasium Lanfranci cum magna sociorum & equorum Pompa pervenerat.* Ubi *gignasium* idem valet ac *Monasterium.* Vide *Gymnasium.* Occurrit præterea in Chronico Windesem. l. 2. cap. 41. 45.

Gingnasium. Knyghton: *Et ibi habuerunt gingnasium malignorum dogmatum & opinionum.* Infrà: *Ac si essent de uno gingnasio educati.*

GILBOGUS, quid sit? docent Statuta Synodalia Episcopi Sodorensis in insula Manniæ an. 1229. *Et si pauper fuerit, & nullum mortuarium persolverit, accipiantur vestes sicuti sunt, & quintus quique denarius ex liberis & de gilbogus in bonis possessio ad mortuarii valorem se extendentibus mortuarium Ecclesiæ persolvatur.* Mox: *Et si quæratur quid sit Gilbogus? dicendum est, quòd Gilbogus est quis, si unius tantùm noctis ætatis extiterit, & ad habendum bona ordinatus, aut in bonis possessus existat, si, ut dictum est, obierit, Ecclesia tunc suum debitum obtinebit.*

GILDUM, *Geldum*, ex Saxonic. Ʒilđ, Solutio, præstatio, vectigal, tributum.

Gildum. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 2. *Terra quietas ab omni gildo & ab omni opere.* Gilde cap. 51.

Geldum, eadem notione. Charta Edredi Regis apud Ingulfum: *Et volo, quòd dicti Monachi sint quieti & soluti ab omni scotto, geldo, auxiliis Vicecomitum, hidagio, &c.* Habetur eadem ferè formula non semel in Chartis Anglicis in Monastico Anglic. to. 1. p. 52. 211. 379. to. 2. p. 161. 162. 163. Sed & obtinuit ea vox hac notione in Francia nostra. Bulla Urbani III. Pap. an. 1186. pro Ecclesia Barbellensi in Tabular. ejusd. Abbatiæ: *Prohibemus, ne quisquam hominum, vos aut Monasterium vestrum murdris, assisis, placitis, querelis, scutagiis, geldis, passagiis, paagiis — audeat infestare.*

Geldum etiam sæpe sumitur pro mulcta judiciaria, compensatione delicti, & pretio rei. Capitulare 3. an. 813. c. 23. *Quicquid involavit, novem geldos componere faciat.* Cap. 25. *Quicquid in amore in alterum furatum habent, in duos geldos componere faciat.* Atque inde *Wergeldum*, dicitur quasi valor seu pretium viri: *Orfgild*, pecoris pretium: *Angild*, simplex rei valor: *Tvvigild*, duplex: *Trigild*, triplex: *Octogild*, octuplex: *Novigild*, novemplex. Sunt & voces aliæ complures, quibus in fine additur vox *Geldum*, quæ species quasdam pensitationum designat: verbi gratiâ *Danegeldum, Vodegeldum, Senegeldum, Hornegeldum, Sotgeldum, Penigeldum*, & aliæ id genus, de quibus sigillatim suis locis agimus.

Geldum Regis, Tributum, vectigal, quod Regi exsolvitur: vel, ut censet Spelmannus, tributum, quod *Danegeldum* vocabant, de quo suprà. Liber Ramesf. sect. 293. *Gelda autem Regis communia, quæ per omnem Comitatum currunt, solus Ebronius, &c.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 378. *Excepto geldo Regis, libera & quieta condonavit. Gelda ad coronam Regis pertinentia*, to. 2. p. 883. De Geldis regiis, intelligendus Liber Domesdei: *Inburgo de Warvic habet Rex in dominio suo 113. domus, & Barones regis habent 112. de quibus omnibus Rex habet geldum suum.* Henricus Huntindonensis p. 378. & Matth. Paris p. 37. de Rege Guillielmo Rufo: *Vicinos vverra, suos exercitibus frequentissimis & geldis continuis vexabat.* Idem pag. 380. *Hoc anno pro necessitate Regis geldis creberrimis & exactionibus variis Ecclesia compressa est.* Adde Monastic. Anglic. to. 2. p. 118.

Geldare, ex Saxon. Ʒilđan, Solvere, præstare, præbere, vel geldum exsolvere. Domesdei in Hantoniensi pago: *Hugo de Pert tenet Cerdeford, & Willielmus de eo. Duo liberi homines in alodium tenuerunt pro 2. maneriis de Rege Edvvardo. Tunc & modo geldabat pro 5. hidis.* Infrà: *Tunc & modò geldabat pro 2. virgatis & dimidio.* Passim. Vide to. 3. Monastici Anglic. ex eodem Domesdei p. 181. & seqq.

Gildare, in Legib. Adelstani Regis §. 5. *Et si furetur postmodum, vvera sua gildet eum, vel reddat similiter incarceratum.* i. solvat pro eo *vveram*, seu forisfactum emendet.

Geldabiles terræ, Geldo obnoxiæ, seu *geldi*, pensitationi, to. 2. Monast. Angl. pag. 809. *Geldabiles ad Wapentachium*, semel ac iterum, id est, quæ *geldum* exsolvere tenentur, quo tempore tenetur *Wapentachium*. Ita passim in Domesdei, & alibi in eodem Monastico to. 3. pag. 154. 181. &c.

Gilda, Fraternitas sodalitium, contubernium, curia, collegium, ex Saxon. Ʒilđ, vel *Gildum*, solutio, præstatio, quòd qui ejusmodi sodalitia & confraternitates ineunt, pecuniam ad communes usus conferant & exsolvant. Capitula Carlomanni Regis tit. 2. c. 14. *Volumus, ut Presbyteri & ministri Comitis villanis præcipiant, ne collectam faciant, quam vulgò Geldam vocant, contra illos, qui aliquid rapuerint.* Epistola Trajectensis Ecclesiæ, edita à Tengnagelio, de Tanchelino seductore quodam: *Fraternitatem quandam, quam Gildam vulgò appellant, instituerat, in qua 12. viros in figura 12. Apostolorum, & unam tantùm feminam in figura B. Mariæ constituit.* S. Anselmus lib. 2. Epist. 7. *De Domno Henrico, qui Camerarius fuit, audio, quia in multis inordinatè se agit, & maximè in bibendo: ita ut in gildis cum ebriosis bibat, & cum eis inebrietur.* Infrà: *Ex Dei & Sanctorum ejus, & nostra auctoritate prohibeo, ne, postquam hanc nostram prohibitionem cognoverit, ampliùs in gilda aut in conventu eorum, qui ad inebriandum solùm conveniunt, bibere audeat.* Charta Guillelmi Comitis Flandriæ anno 1127. pro Confirmatione Consuetudinis villæ S. Audomari: *Omnes, qui gildam illorum habent & ad illam pertinent, & infra cingulum villæ sua manent, liberos omnes à theloneo facio, &c.* Infrà: *Et quidquid in eo habere debeo, ad restaurationem damnorum, & gildæ suæ sustentamentum constituo. Communia vel gilda*, in Regiam Majestatem lib. 2. c. 12. §. 17. *Gilda mercatorum*, in Tabulario Fiscanensi f. 15. *Gilda mercatoria*, in Statutis Willelmi Regis Scot. cap. 35. & in Legib. Burgorum Scoticor. c. 99. *Gildæ generales, particulares, &c.* passim in Statutis *Gildæ Scoticæ*. Charta Henrici I. Regis Angl. in Regesto Normannico sign. P. in Camera Comput. Paris. *Sciatis, nos concessisse Willielmo Canuto & Osberto filio Huardi, & sociis Cordevvanariis & Corvesariis Rotomag. ut habeant Gildam suam ita bene & honorificè & plenariè de ministerio suo, sicut eam habuerunt, &c.* Vide Monast. Anglic. to. 1. p. 277. to. 2. p. 81. & quæ de hac voce commentatur Willelmus Dugdalus in Antiquit. Warwic. p. 119. 122. Sed & vocem *Gelde* hac ferè notione usurpat *Vacces en son Roman du Rou MS.*

Ses barons apela, ses fist tous arester,
Detriés nos, voi ne sai que les gens haster,
Ne sai se par bataille nos veullent destorber,
Nostre gelde & nous homes faites avant aler,
Et la proie cachier, & les somiers mener.

Alibi:

Chevaliers & borjois, & archiers, & geldon.

Gildia, idem quod *Gilda*. Tabularium S. Albini Andeg. *Si duxerit Dominus Monsterolii (vadens ad exercitum) secum milites suos & gildia, homines Monachorum custodient castrum.*

Gildales, Societates. Synodus Wigorniensis anno 1240. c. 38. de Clericis: *Ne intersint ludis inhonestis, nec sustineant ludos fieri de Rege & Regina, nec arietes levari, nec palæstras publicas fieri, nec gildales inhonestas, & præcipuè mercatorum peregrinorum, quas omnino fieri prohibemus.*

Gildagium. Charta Alfonsi Comitis Pictav. anno 1209. *Super saisina vel possessione albergamenti, quod vulgariter nuncupatur Capella Bertrandi, & pariter super saisina gildagii de Pertigniaco, &c.*

Gulda, ex Theutonico *Gulde*, quod idem sonat ac *Gilda*. Statuta Communiæ Mechliniensis MSS. *Nulla confraternitas, neque gulda, neque aliquod singulare signum de ipsis, nisi sola communitatis confraternitas in Machlinia esse poterit, vel debebit.*

Guldagium, *pro Gildagium*, to. 2. Monast. Angl. pag. 233.

Geldonia, eadem notione. Papias: *Geldonia, adunatio.* Capitulare an. 779. c. 16. Capit. lib. 5. c. 200. & Addit. 4. c. 134. *De Sacramentis pro gildonia invicem conjurantibus, ut nemo facere præsumat.* Paulò aliter Lex Longob. lib. 1. tit. 17. §. 6. *De sacramentis per gildoniam ad invicem conjurandis, &c.* Hincmarus Rem. in Capitulis ad Presbyteros parochiæ suæ c. 16. *De collectis, quas Geldonias, vel Confratrias vulgò vocant, &c.*

Gildscyra, Sodalitium. Concilium Londoniense c. 12. post Concilium Grateleanum an. 928. *Et diximus etiam omnibus illis, qui in nostram gildscyram vadium dederunt, si contingat eum mori, omnis congildo det unum panem, & companagium pro anima ejus, &c.*

Congildones, Contubernales, contribules, ejusdem gildæ socii, in loco laudato ex Concilio Londoniensi. Leges Inæ Regis c. 23. *Si quis alienigena vel ignotus sine via vadat in nemus, ut nec ore clamet, nec cornu sonet, pro fure sit occisus: & solvatur ipsius occisi congildonibus vel Domino suo.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 75. *Si tunc cognationem maternam habeat, reddat ipsam tertiam partem vvere, tertiam congildones, pro tertia fugiat.* Occurrit ibi semel ac iterum, eademque habentur in Legibus Aluredi cap. 34. Ubi etiam

Gildones, pro *Congildones*, qui *Confratres gildæ* dicuntur in Curia 4. Burgor. Scoticor. c. 1. §. 5. & in Statutis Gildæ Scoticæ: *Fratres Gildæ*, ibid. & in Itinerario Camerarii Scotici cap. 21. §. 4. *Gulde-broeder*, Theutonibus. Hermannus *de Lerbeke* in Chron. Comit. Schawenburg. p. 42. *Decem magistros Gildonum seu unionum patibulis suspendebant.* Utitur antea semel ac iterum.

Congilda, eadem notione. Leges convivii Erici Rigstadiensis: *Quod si quis Congilda ad confratrem suum lædendum in domum convivii securim aut gladium, sive aliquod telum portaverit, &c.* Occurrit ibi pluries.

Ghildhalla, *Guihala*, *Guilhaula*, Locus, in quo exponuntur merces nundinariæ, vulgò *Halla*. Vox composita ex *ghilde*, collegium, fraternitas, societas, & *hall*, domus, quasi domus confraternitatum. Vetus Gloss. Saxon. *Frithgildum*, Ilðhall: legendum Ȝilðhall. Charta Theodorici Comitis Fland. in Hist. Guinensi pag. 202. 203. *Terram, in qua ghildhalla cum scoppis & appenditiis suis tam ligneis quàm lapideis apud S. Audomarum in foro sita est. --- Et ad omnem mercaturam tam in appendiciis, quàm in ghildhalla exercendam tradidi.* In alia an. 1151. scribitur *ghildsalla*. Scribit Spelmannus Londini etiamnum *Gildhallam Teutonicorum* appellari Hansaticarum urbium mercatoribus addictam ædem. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Eccl. Anglic. to. 3. p. 484. 485. & Gloss. Watsii in *Hustingus*.

Guilhaula. Tabul. Fiscanense an. 1260. fol. 51. *Et quod bolengarii, qui sunt homines mei, nullam aliam quitantiam habent in guilhaulla, vel in mercato de Argentiis.*

Guihala, eadem notione. Charta Willelmi Comit. Pontivi an. 1210. in Bibl. Sebus. Cent. 1. c. 6. *Contuli in perpetuum in eleemosynam Canonicis S. Mauritii de Chablais 13. libras Paris. ad guihalam meam in Abbatis villa, quisquis eam tenuerit, annuatim recipiendos in nundinis Trecarum, &c.*

Ghilleola. Lambertus Ardensis p. 115. *Dum in Ardea forum causarum; & mercatorum ghilleolam nuper ædificasset, & plumbeo tabellatu contexisset, &c.* Ubi forte legendum *ghildhalam*.

GILLATI. Vide *Gigliati*.

GILLO, *Gelo*, *Gellus*, *Guillo*, Lagena, vas vinarium. Papias: *Gelonis, Baucalis, vas.* Hinc emendandum Glossarium Gr. Lat. Ποδόκοιλον, *Aquale, gello.* Perperam enim editum *Aqualegelle.* Codex MS. Sancti Germani Paris. ibi præfert *Aquale, gella.*

Gilo, eadem notione. Epigrammata vetera Pithœana lib. 4. pag. 159.

Gilo vomit gelidum vastis singultibus amnem,
Vis aliena cui frigoris addit opem.
Nam tepidum laticem curavit claudere testa,
Ut mensa indigenis unda nivescat aquis.

Gillo, Vas fictile, in Gloss. Camberonensi MS. Glossar. vetus: *Gillo*, βαυκάλιον. Gloss. Ælfrici: *Gille, Wagel.* Ugutio: *Gillo, & Gello, dicitur rusticus, ineptus: aliter, Baucalis, vel Bacalaus.* Aristophani ἐν εἰρήνῃ, & ejus Scholiastæ, p. 660. γύλιον dicitur ἀγγεῖον στρατιωτικὸν, εἰς ὃ τὰς τροφὰς ἄγονται οἱ στρατιῶται. Hebræis *Gulla*, est vas rotundum instar phialæ aut crateris, unde *gallonem* deducit Guichartus. Cassianus lib. 4. Instit. cap. 16. *Si quis gillonem fictilem, quem Baucalem nuncupant, casu aliquo fregerit.*

Gello. Ruffinus lib. 3. de Vitis Patrum cap. 14. *Gello cum aqua, quem ad potum sibi præparaverat, &c.* Infrà:

Gellunculus, eadem notione.

Gellus. Glossæ MSS. ad disticha Magistri Cornuti: *Batus, ti, gellus, bichoz vel vaises, vel livres.*

Guillo, apud Paulum Diacon. Emeritensem lib. de Vita & miraculis Patrum Emeritensium, in S. Renovato: *Surripiens vascula vinaria, quæ mutato nomine Guillones, aut Flascones appellant.*

Gillonarius, Officium palatinum apud Wisigothos: idem videtur qui apud nos *Buticularius*. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 4. §. 4. *Ut non immeritò palatinis officiis liberaliter honorentur, id est, Stabulariorum, Gillonariorum, Argentariorum, Coquorum quoque præpositi.* Neque hoc loco P. Pantini conjecturam probo, qui *Gillonarios* puerorum fuisse præfectos contendit, quod, ut ait, apud Wisigothos *gielen* sit lascivire, quod proprium est ejus ætatis: unde *Giel*, lascivus.

De vocis γυλλὰ apud Græcos recentiores notione, eruditè ac copiosè suo more V. Cl. Joannes Bapt. Cotelerius to. 1. Monumentor. Ecclesiæ Græcæ p. 744. egit.

GILTWITE, vox Saxonica, *Emenda pro transgressione*, Bromptono: ex Ƿiꞇe, mulcta, & Ȝilꞇ, reatus, peccatum.

GIMARESTA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

GIMEL. Smaragdus in Grammatica MS. *El, ut Mel, Fel, Gimel:* ubi Glossa superlinearis, *i. plenitudo.*

GIMNAREMUS, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4. ubi vetus Interpres Gallicus legit *Gunvaresco.*

GIMUS, *Gimetta*. Vide *Gunas*.

GINA, *Ginta*. Vide *Guna*.

GINGIVUS. Constantinus African. lib. de Gradibus, de Pipere: *Cujus fructus sunt sicut siliqua faseoli, & dicuntur Piper longum; cujus concavitas parvis granis sicut milium impletur: quæ cùm tempus maturandi fecerint, fiunt in eis quasi gingivi pleni seminibus, quæ dicuntur Piper.*

GINGILIPHUS. Fragmentum Petronii: *Cæteri convivæ circa labrum manibus nexis currebant, & gingilipho ingenti clamore exsonabant.*

GINGLA, Πορωτὶς, in Gloss. Gr. Lat.

GINGNASIUM. Vide *Gignasium*.

GINOVAGIUM. Vide *Guionagium*.

GIO-

GIOSTRA, Monomachia ludicra: vox Italica, nostris *Jouste*: τζύστρια, Nicephoro Gregoræ lib. 10. & Cantacuzeno. Historia Cortusiorum lib. 5. cap. 7. *Fuerunt etiam hastiludia, giostra, torneria, & omnia solatia cogitata.* Utitur rursum lib. 10. cap. 9. Vide Dissertat. 6. ad Joinvillam, & Salmasium ad Hist. Aug.

GIPO, *Porpoent*, Gallicè & Britannicè, in Catholico Armorico. Expressit nostrum *Jupon.*

GIPPUS, pro *Gibbus*. Althelmus de Laude virginum cap. 27.

Idcirco gelida constrictum morte camelum
Perdebat gippum, quod vascula ferre pepercit.

GIRACULUM, *est illud, cum quo pueri ludunt, quod in summitate canna vel baculi volvitur, & contra ventum cum impetu defertur.* Jo. de Janua.

GIRAPIGRA, *Gerapigra*. Will. Britto lib. 12. Philip. p. 256.

Respectus splendore tui succumbet, & ipsa
De te composito mordax girapigra libello,
Horum si similem mereatur habere poëtam.

Hîc se cæcutire fatetur Gaspar Barthius, mendumque subesse suspicatur. Sed quid sibi velit hæc vox, indicat Joan. de Janua: *Gera pigra, Gera componitur cum pigra, quod est Medicina: & dicitur hæc gerapigra, vel gerapitagra, quasi sacra vel sancta pigra, propter ejus utilitatem: est enim optima medicina.* Est igitur *gerapigra*, quod Græcis ἱερὰ πικρὰ dicitur, medicina, quæ ex aloë paratur, quæ etiam & πικρὰ simpliciter tempore Galeni appellata est, ut pluribus scribunt Gorræus in Definitionibus medicis, & Gabriel Humelbergius in Præfat. ad Anton. Musam. Hispani *Gerapliega* dicunt. S. Hieronymus Epist. 151. *Vidi ego nauseam & capitis vertiginem antidoto, quæ appellatur πικρα, sæpe sanari, &c.*

GIRATA. Bulla Honorii III. PP. in Bullario Casinensi to. 1. pag. 32. *Sanctam Mariam in Casis, cum girata, id est, piscaria in Fucino.*

GIRCA. Testamentum Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 38. *Et vassos de auro & de argento, & de girca, & cristallo, & macano, & meos vestitos, &c.* Ubi Martinezius in Versione. *Vasos de oro, y de plata, de alabastro, de cristal, y de macano.* Est ergo *Girca* Martinezio *alabastrum.*

GIRDELLA, Cingulus, zona, ex Saxonico Ʒẏꞃdel, & Anglico *Girdle*. Leges Burgorum Scoticor. c. 125. §. 1. *Hæres habebit ad domum suam ista utensilia, — patellam, cratem ferream, girdellam, mortarium, &c.* At quid *zona* commune habet cum instrumentis culinariis? Vide igitur, an legendum sit *girgillum*, id est, *rotam hauritoriam?* uti vocem hanc interpretantur Isidorus lib. 2. cap. 15. & veteres Glossæ. Nihil tamen temere definio.

GIRGILLUS, *Rota*, in Gloss. Arabico-Lat. Vide *Girdella.*

GIRO. Vide *Gyro.*

GIRSITH. Vide *Gisil.*

GISARMA, Gesum, spiculum. Jo. de Janua: *Gesa, à gero, is, genus armorum, quod Gallicè dicitur Gisarma.* Gloss. Lat. Gall. *Gesa: Jusarme, Maniere de glaive.* Fleta lib. 1. c. 24. §. 12. *Et qui minus habuerit quàm 40. solidat. reditus, tunc ad falces, gisarmas, cultellos, & alia arma minuta sint jurati.* Eadem habentur in Additament. ad Matth. Paris pag. 149. ut & in Statutis Willelmi Regis Scotiæ c. 23. §. 4. ubi vox restituenda *Gysarm*, pro *Gysarum*: *Et qui minus habet quàm 40. solidos habeat Gysarm; quod dicitur Hand axe.* i. Anglis, anceps securis. Quæ quidem Spelmanni conjecturam firmant, qui putat *Gisarmam* fuisse securis speciem. *Le Roman de Rou MS.*

Et vous avez lances agues,
Et guisarmes bien esmollues,

Idem: *Hasches & gisarmes tenoient.*
Balduinus de Condato MS.

A cops de dards & de guisarmes.

Bellomanerius MS. c. 58. *Portans armes, ne sajettes, ne armes, ne aspées, ne guisarmes, ne autres armes deffenduës.* Willelmus *Guiart*:

Plommées fermement tenuës,
Fauchons, juisarmes esmoluës,

Idem an. 1214.

Les reçoivent aus fers de lances,
Aux hasches, aux espées nues,
Et aus juisarmes esmoluës.

Vetus Poëma MS. de Alberico Burgundo:

Sire, dit-il, por peu vos voil proier,
C'une jusarme me faites sans targier.

Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Lances, bastons, espées, & guisarmes,
Harnois complez pour bien mil hommes d'armes.

Charta Vetus ex Camera Computor. Paris. *Il lui semble que ceulx, qui porteroient voulges, les devroient avoir moiennement longs, & qu'ils eussent un peu de ventre, & aussi qu'ils fussent tranchans, & bon estoc, & que lesdits Guisarmiers aient salades à visieres, gantelets, & grans dagues sans espées.* Occurrit præterea non semel apud Froissart. Monstrellet. Berrium, Auth. de Obsid. Aurelian. &c. Idem quod *Bisarme* videtur in Consuetud. S. Severi tit. 18. art. 5. ubi restituendum fortè *Gisarme.* Vide Skenæum de Verbor. significat. in *Gysarum.*

GISCELLUS, *Gistellus, Viscellus.* Charta Conradi Imp. an. 1029. in Metropoli Salisburgensi to. 1. pag. 143. *Cum — salinis & sartaginibus, aquis aquarumque decursionibus, piscationibus, stationibus, id est, giscellis piscium, quos Husones dicimus, &c.* Alia Henrici Imp. an. 1039. p. 147. *Stationibus, id est, viscell. piscium, quos Husones dicimus.* In alia an. 1057. p. 151. habetur *gistell.*

GISIA. Charta Friderici II. Imp. an. 1210. pro Ecclesia Panormitana apud Rocchum Pirrum to. 1. pag. 143. *Concedimus omnes Judæos civitatis nostræ Panormitanæ, — ut de cætero homines vestri sint, & — Ecclesiæ subditi in omnibus existentes de gisia & omni servitio & jure & aliis rationibus eorum vobis & Ecclesiæ respondeant.* Alia anni 1211. ibid. pag. 144. de iisdem Judæis: *Homines sint Ecclesiæ, & vobis in omnibus redditibus & tributis gisiæ, vini, macelli, & aliis servitiis respondeant.*

GISILES, Testes, sive obsides in munimentum alicujus pacti, aut traditionis. Papias Edit. Venetæ: *Gisid, testes.* MS. Navarræi Collegii Parisiensis, *Girsith*, infrà, *Gisith.* Ex Germanico *Ghiisel*, obses. Boërius, *Gisiles, testes.* Lex Longob. lib. 2. tit. 15. §. 1. *Si quis res suas alii thingare voluerit, non absconsè, sed ante liberos homines ipsum garathinx faciat, quatenus qui thingat, & qui gisiles fuerint, liberi sint, ut nulla in posterum oriatur contentio.* Ubi Editio Heroldi tit. 62. §. 1. & alibi, habet, *qui Gisil fuerint.* Adde lib. 2. tit. 35. §. 1. Chronicon S. Sophiæ Benevent. pag. 637. & Wendelinum in Gloss. vocum Atuaticar. Verbo *Salici.*

GISSUM, pro *Gipsum.* Charta Alfonsi I. Regis æræ 1157. pro Cæsaraugustanis, apud Mich. *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. p. 265. col. 4. *Et absolvo vobis illas petras, & illo gisso, quod prendatis & faciatis, ubi meliùs potueritis.*

GISTA *aquæ, Jest*, vel *Gest d'eau.* Monasticum Anglic. to. 3. p. 60. *Et sedem molendini — ad faciendum molendinum, & vivarium, cum gista aquæ, & tofto subtus, & uno curtilagio.*

GISTUM, Hospitium susceptio, Gall. *Giste*: Jus, quod dominis feudalibus competebat in vassallorum suorum prædiis, qui statis ac condictis vicibus eos in domibus suis hospitio & conviviis excipere tenebantur.

tur. Quod quidem jus *Mansionaticum*, sub prima & secunda Regum nostrorum stirpe, sub tertia verò *Gistum, Procuratio, Cœnaticum, Comestio, Pastus, Prandium*, dictum suis locis observamus. Charta Philippi Augusti an. 1184. pro Abbate S. Petri Catalaun. *Exactionem neque hospitalitatem, quæ vulgò Geiste appellatur*, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 137. Alia Hugonis Ducis Burgund. anno 1235. in Probat. Hist. Burg. pag. 73. *Neque in procurationibus, quæ Gallicè Giste nominantur, tenentur me in aliquo procurare*. Charta Ludovici VII. an. 1158. in Tabul. S. Dionysii: *Hospitium & procurationem per duas vices, quæ consuetudo vulgariter Gista vocatur*. Hist. Episcopor. & Comitum Engolismensium c. 35. extremo: *Et cùm nec aliquem Capellanum nec gistis, nec quæstis, nec hospitiis vexasset*, &c. *Procuratio aut gistum*, in Charta Joan. Comit. Matiscon. an. 1237. apud Guichenonum in Biblioth. Sebusiana pag. 102. Nangius in S. Ludovico p. 363. *Gista sive procurationes*. Adde Galliam Christianam in Archiepisc. Turon. p. 775. Doubletum p. 909. Statutum Philippi Pulcri pro reformat. regni art. 36. &c. Vide *Procuratio*.

Gistum canum & venatorum, in Charta an. 1232. apud Perardum in Burgund. p. 424. Vide Monasticum Anglic. to. 1. p. 98.

Gestium, pro *Gistum*, in Chartis aliquot Burgundicis apud Roverium in Reomao p. 216. 221. 228.

Gestum, in Charta an. 1218. apud Perardum in Burg. pag. 321.

Gextum, in Chartis an. 1209. & 1235. apud eundem Perardum p. 309. 438.

Gista. Charta Philippi Reg. Fr. an. 1293. in Hist. MS. Remensi Joan. Rogerii: *Significaverunt nobis cives, bannorum civitatis Remensis, quòd propter obscuritatem levandi gistas coronamentorum Regum Franciæ damna & gravamina passi sunt in immensum*, &c. Porrò ut de *Gisto* aliquid observemus, ad hoc inductum videtur, ut dominus per terras vassallorum iter faciens, in publica diversoria divertere non cogeretur, quod indecorum arbitrabantur. Unde eo tantùm casu obtinebat, si dominus domum in illo loco non haberet, ut est in Historia Monasterii S. Nicolai Andeg. p. 92. Sed ne ejusmodi dominorum exceptionibus, seu, ut vocabant, *procurationibus*, nimiùm fatigarentur vassalli, eorum in anno numerus, ut plurimùm, infeudationum legibus definitus erat, quod passim adstruunt veteres Chartæ. Regestum 31. S. Ludovici in Archivo Regio: *Petrus Archiep. Turon. & Capitulum recognoverunt assensu communi se Archiepiscopum & successores suos Archiepiscopos Turon. Regi Franciæ & ejus successoribus debere procurationem unam seu gistum in vita cujuslibet Archiepiscopi Turon. semel. Idemque Rex ad petitionem dicti Petri sibi & successoribus concessit, quòd dicta procuratio sive gistum 100. libras Paris. non excederet. Sanè nuper Dom. Rex Ludovicus apud Turones constitutus, Dominica scilicet intrante Passionis Domini, debitam sibi ab eodem Petro Arch. procurationem sumpsit. Actum an.* 1255. Interdum famulorum comitatum, & obsequium, cum quo dominus in domum vassalli divertere posset, definitum legimus, ut apud Hemeræum in Augusta Viromand. p. 165. 236. 249. Extat Charta in Tabular. S. Germani Paris. qua restringit procurationem Archiepiscopi Senonensis *ad* 40. *Equitaturas ad plus, &* 44. *homines*, &c. Interdum denique *procurationum* expensæ ipsæ definitæ, quæ postmodum in nudam præstationem abiere, quod perinde docent veteres Tabulæ.

Quinetiam Ecclesiæ ipsæ ab istis procurationibus non erant immunes. Quippe cùm Principes aut magnates Monasteria extruebant, ab iis ea ferè semper conditione dotabantur, ut statis in anno vicibus in iisdem hospitari, & convivio gratis excipi iis liceret. Quod jus potissimùm Regibus ipsis, non in Monasteriis duntaxat; sed & in Ecclesiis Cathedralibus, quarum prædia & *dotes Regalia* dicuntur, competiisse legimus: adeo ut in earum collatione id privilegii sibi reservasse videantur. Certè testatur Monachus S. Galli lib. 1. cap. 15. 16. 19. Carolum M. in itinere non semel in Episcoporum domos divertisse, & ab iis convivio exceptum. Cujus quidem juris studiosi adeo fuere, ut etsi expeditionem & exercitum, pietatis gratiâ, Episcopis indulsisse legantur, rarò tamen *Gistum* aut *procurationem* dimiserint, quod in Historia nostra Comitum Ambianensium pluribus observamus.

Legimus tamen in 31. Regesto S. Ludovici, ex Tabulario Regio, Matthæum Episcopum Carnotensem cum eodem Rege composuisse super gistis & procurationibus, quas apud Carnotum & Fresnejum villam Episcopi petebat, & pro quitatione ejusmodi gistorum eidem concessisse 500. ll. Turon. annui reditus in perpetuum, M. Aug. an. 1259. præterea R. Beluacensem Episcopum cum eodem Rege composuisse ita, quòd pro gistis & procurationibus, quæ ei à Beluacensi debebantur Episcopo, quoties apud Beluacum ipsum ire contingebat, 100. ll. Paris. singulis annis in Ascensione Dom. Parisiis sibi persolveret, quatenus esset, an. 1248.

Ad hoc porrò in Ecclesiis & Monasteriis id juris sibi reservabant Principes, ut ubi *regiæ* ac *publicæ* deessent *villæ*, (de quibus suo loco) in quas diverterent, in ipsarum Ecclesiarum domos, ex ipso *regaliorum* jure secederent.

Quinetiam nuntiis ac missis Regiis idem juris erat, adeo ut in Episcoporum palatia diverterent. Hinc Fridericus I. Imp. apud Radevicum lib. 4. cap. 34. *Nuntios nostros non esse recipiendos in palatiis Episcoporum asserit* (summus Pontifex.) *Concedo, si fortè Episcoporum aliquis habet in proprio solo, & non in nostro palatium. Si autem in nostro solo & allodio sunt palatia Episcoporum, cùm profectò omne quod ædificatur, solo cedat, nostra sunt & palatia. Injuria ergo esset, si quis nuntios nostros à Regiis palatiis prohiberet*.

Id porrò juris procurationis in Ecclesiis omnino regium censitum est: quod præ cæteris docet Arestum an. 1275. in Regesto Parlamenti signato *Olim*, fol. 29. Nam cùm Regina Franciæ negaret, Regem filium suum in villis dotalitii sui *jus gisti* habere, pronunciatum fuit, *quòd idem Rex capere potuit gistum suum, cùm ipsum jus in ipsam non possit cadere; sed solummodo in Regem, nec in aliquo propter hoc jus deperit Reginæ*.

Gistum porrò & procuratio erat trium dierum ferè semper. Tabular. S. Martini Turon. de Rege, ut Abbate ejusdem Eccl. *A primo die pascit eum Thesaurarius, secundo Decanus, & hoc in Claustro B. Martini, & suis domibus, tertio die pascit eum Archiepiscopus. Si ultra vult demorari, de suo vivat*.

Prostat in veteri Regesto & in Rotulo pergamin. Cameræ Computor. Parisiens. Ecclesiarum ac locorum aliorum Catalogus, in quibus Reges nostri *Gista* capere consueverant, quem hoc loco describere, haud inutile fortean fuerit.

GISTA REGIS, in al. MS. *Gista, quæ Domino Regi debentur. Archiep. Remens. unum. S. Remigius Remens.* 1. *S. Petrus, Theodoric. & S. Basolus* 1. (al. *S. Baalus*.)

In Laudunesio. Corbiniacum & Corona 1. (al. *Cirona*.) *Cerniacum* 1. *Velleyacum* 1. (al. *Wailliacum*.) *Brueria* 1. *Episc. Catalaun.* 1. *Burgenses ibi* 1. (al. *Burg Catalaun.*) *S. Ma-*

S. Mamius Catalaun. 1. *S. Medardus Suess.* 1. *S. Mavsaibi* 1. *S. Maria de monte super Branam* 1. *Viacus super Assonam* 1. (al. *Vy.*) *Berreus in Sylvanect.* 1. (al. *Berron.*) *Rexonum super Axonam* 1. (al. *Ressons.*) *Villare S. Pauli* 1. *Fresneium* 1. (al. *Frannetum.*) *Castineium in Beluac.* 1. (al. *Casteneium.*) *S. Justus in Beluac. in villa* 1. *Brajella* 1. (al. *Braele.*) *Episcop. Atrebat.* 1. *S. Richarius in Pontivo & villa* 1. *S. Petrus de Corbia* 1. *de* 100. *lib. Par. Episc. Beluac.* 1. *de centum lib. Paris. sicut continetur in Charta super hoc, cujus transscriptum habetur. Thoriac.* 1. (al. *Thoiriacum.*) *Rodolium* 1. *Espona* 1. *Andrisiacus* 1. *Anthoniacus*, 1. *Villa nova S. Georgii* 1. *Leriacum super Ligerim* 1. *Trambl. in Paris.* 1. *Trapa* 1. *Sompchamp* 1.

Apud Turon. Decan. S. Martini ibi 1. *Thesaurar. ibi* 1. *S. Maximinus* 1. *S. Benedictus* 1. *Ferreria* 1. *Liencur. juxta Clarum montem* 1. *Abbas S. Benedicti apud Eurum villam* 1. *Abbas Ferrar.* 1. *Abbas Majoris Monast. Tur.* 60. *libr. levandas quolibet anno si Rex visitaverit Ecclesiam, alias non. Archiep. Turon*, 1. *de* 100. *lib. ad vitam Archiepiscopi, & non plus per totam ejus vitam.*

In terra S. Aniani, Tilleium 1. *Ruemium & Santilliacum* 1.

In terra S. Crucis. Boëvilla S. Petri 1. *Germanivilla & Abonnivilla* 1. *Colummavilla* 1. *apud Rethom* 1. *apud Blandi* 1. *apud S. Dorbinum* 1. *Rouvreyum in Belsia, quæ villa S. Dionysii est*, 1. *Samesy, quæ est villa S. Columbæ* 1. *apud Vitriacum in terra S. Launemari* 1. *Apud Blesis* 1. *Apud Mesiacum* 1. *Abbas Fossatens. Episc. Meldensis* 1. *de quo solvit per Compotum Ballivia Paris. ad omnes SS.* 1269. 107. *lib.* 2. *sol.* 1. *den. Episc. Autissiod. si Giemum exiret de manu Regis*, 1. *Episcop. Suession. si Petrafons exiret de manu Regis, & Episcopus non esset in fide ejus de illa*, 1. *Episcop. Nivern.* 1. *Monachi S. Portiani* 1. *de* 60. *lib. Par. Villa Clarimontis in Alvernia* 1. *Episc. de Podio* 1. *Capitulum*, 1. *Burgenses* 1. *Bridanum super villam* 1. *Yçoire super villam* 1. *S. Porcianus super Monach. & villam*, 1. *Credona versus Remis* 1. *Episc. Morinensis* 1.

Gista Campaniæ.

Priùs in Balliv. Trecensi, Meld. & Pruvin.

In Præposit. Trec. S. Sepulchrum 1, *Juvernant* 1. *Monsterolium villa* 1. *Voonum* 1. *Hausson* 1. *Monstier la Gele*, 1. *ut dicitur. S. Pere le Vif de Sens* 1. *Monstier au dessous de S. Sauveur en Poiseaux* 1. *Monstier aramé* 1.

In Præp. S. Florentii, S. German. Anchiss. 1. *Chablies* 1.

In Præpos. de Colommiers, l'Abbeye de Relbez 1. *l'Abbeye de Jeurre.*

In Præp. de Bray, Dame Marie sur les hommes S. Martin de Tours de 3. *ans en* 3. *ans*, 1.

In Præp. de Loy, Rosay en toute la vie du Seigneur de Champagne 1. *tantummodo.*

In Ball. Vitriaci, priùs in Præp. Castellion. Ventelay 1. *vel* 8. *libr. Don ...* 1. *vel* 20. *libr. Marueil* 1. *vel* 10. *lib. Crugus* 1. *La Chappelle Avullay* 1. *Soilly* 1.

In Præp. Castri Tyerris, Ciergi 1. *vel* 10. *lib. Cierges* 1. *Coinssi* 1. *S. Maart de Soissons* 1. *Chesy* 1. *Orbois* 1.

In Præp. d'Espernay, S. Mainge de Chaalons.

In Præp. de S. Menehot, Belleval en Dinelet 1. *Suyppe* 1.

In Ball. Sezannæ, Gaye 1. *Semoigne* 1. *Herbice* 1. *Troan* 1. *Villers* 40. *s. toutefois que le Seig. de Champagne descent en la ville, & prent au Monstier eau benoiste.*

In Ball. Calvimontis, primò in Præpos. de la Ferté, Gronay 1. *vel* 10. *libr. Guffin* 1. *vel* 100. *libr. Silve en Rouvre* 1. *vel* 30. *sol.*

In Præpos. de Montesclaire, le Val de Roignon 1.

In Præpositura de Vaissy, Monstier en Der 1.

In Præpos. de Ronsnay, Sainte Margeriennus.

Il est à sçavoir, qu'en toutes les Abbayes blanches de l'Ordre de Cisteaux le Seigneur de Champagne a acoustumé de venir une fois l'an, quant il leur plaist, aus cousts de l'Abbeye; mais cils de l'Ordre dient qui ne sont mie tenus à le recevoir fors de grace. Item il est, assavoir que aucuns autres menus gistes y a qui sont acensis, dont il ne convient mie faire mention.

Ex eodem Regesto.

Gista, quæ dominus Rex cepit an. Dom. 1223.

Dominica ante festum B. Petri ad Vincula apud Belvacum, gistum 136. *libr.*

Die Lunæ post apud S. Justum in Belvacino, gistum 100. *libr.*

Die Jovis pòst apud S. Medardum Suession. 124. *libr.*

Die Veneris pòst apud Montem nostræ Dominæ, 60. *lib.*

Vigilia & die Coronamenti, apud Remis, 4000. *libr.*

Die Martis ante SS. Simonem & Judam apud S. Benedictum super Ligerim gistum 120. *lib.*

Die S. Catharinæ in domo Episcopi Atrebat. gistum 189. *lib.*

Die Veneris post festum B. Nicolai apud S. Richerium, gistum 200. *libr.*

Dominica pòst apud Corbeiam, gistum 100. *libr. &c. Et sic usque ad an.* 1269. Hujus porrò Gistorum Catalogi mentio est in Charta Lud. an. 1259. quâ Ecclesium S. Dionysii ab gisto immunem statuit, hac formula: *Ipsam Ecclesiam quittamus in perpetuum de gisto prædicto, & de registro nostro, in quo continebatur gistum ipsum abradi fecimus.* Vide notas nostras ad Joinvillam pag. 101. 122. De jure verò gisti consule præterea Chopinum lib. 3. de Doman. tit. 20. art. 13.

GITA, idem quod *Assisa*, Impositio, vel potiùs æqua impositionis partitio. Martinus Didacus *Daux* Justitia Aragon. in Observantiis Regni Aragon. lib. 6. tit. de Munerib. *In aliis verò tam vicinalibus, quàm aliis, non tenentur cum eis contribuere, debent tamen vocari terras tenentes in compartimentis, ut mittant unum vel duos homines ad videndum, qualiter ordinatur gita, vel talia, quæ debent fieri pro prædictis.* Hinc nostris & Hispanis *Geton*, calculus.

GLABRIO. Vetus Charta in Chron. Besuensi pag. 599. *Omnium noverit industria, quòd Aymo, qui erat glabrio, concesserit, &c.* *Glabriones* Latinis dicuntur, qui corpus pilis nudum habent. Gloss. Lat. Gr. *Glaber*, ψιλός. Sed hic imberbem & eunuchum vel spadonem intelligi arbitror. Joan. de Janua: *Glabrio, calvus, vel imberbis.* Vide to. 3. Hist. Francor. pag. 638.

GLADIOLUM, vel *Gladiolus*, Carex, vel Carectum, Anglis *Sedge*, in Capitulari de Villis cap. 70. Matth. Paris an. 1256. *Mariscus profert gladiolum, cespites, & alia ignis pabula.* Vide Ruellium lib. 3. de Stirpib. cap. 87.

GLADIUS, pro sexu virili, ut *fusus*, pro muliebri. Schedæ MSS. *Colus est instrumentum filandi, & appellatur à rusticis Gladius mulieris.* Speculum Saxonicum lib. 1. art. 45. §. 1. *Et in progenie æqualis & proximior agnatus ex parte gladii tutor ejus erit.* Lib. 3. art. 15. §. 3. *Qui expeditorias res, hoc est, arma bellica, postulet, agnatus ex parte gladii esse debet: ad utensilia verò seu geradam, cognatus, id est, ex parte fusi seu mulieris duntaxat admittitur.* Vide *Fusus.*

Gladius, Jus gladii, merum imperium. Charta Roberti Ducis Normanniæ, filii Richardi, in Regesto Norman. sign. P. in Camera Comput. Parisiens. *Habens tantùm in donis & liberationibus reguardi & panagii, quantum unus ex magistris reguardatoribus & panagatoribus meis per totam Normanniam & bustorum moorum ad justitiam gladii mei pertinentium.* Anti-

Antiquæ Schedæ apud Camdenum in Britannia: *Comitatus Flint pertinet ad gladium Cestriæ.* Charta Henrici VI. Regis Angl. apud Seldenum de Titulis honorar. pag. 640. *Curiam suam liberam de omnibus placitis & querelis in curia Comitis motis, exceptis placitis ad gladium ejus pertinentibus.* In veteri Charta Hugo de Abrincis dicitur Comitatum Cestrensem possedisse *adeo liberum ad gladium, sicut ipse Rex totam tenebat Angliam.* Inde fortean Comites in Anglia cùm inaugurabantur, accingebantur *gladio*, veluti jurisdictionis suæ symbolo. Matth. Paris an. 1188. de Hugone *du Puiset* Dunelmensi Episc. Nothumbrensi Comite creato: *Qui à Rege gladio Comitatus accinctus, nomen sibi Comitis usurpavit: quo gladio accincto, Rex eum cachinno astantibus dixit: Juvenem feci Comitem de Episcopo veterano.* Matthæus Westmonaster. an. 1227. *Quo etiam anno Nonis Februar. Hubertus, Angliæ Justitiarius, gladio accinctus est à Rege Comitatus Cantiæ.* Rogerus Hoveden. pag. 793. *Eodem die Coronationis suæ Joannes Rex accinxit Willelmum Marescallum gladio Comitatus de Striguil, & Gaufridum filium Petri gladio Comitatus de Essex: qui licèt antea vocati essent Comites, & administrationem suorum Comitatuum habuissent, tamen non erant accincti gladio Comitatus: & ipsi illa die servierunt ad mensam Regis accincti gladiis.* Capitolinus in Gordiano: *Filiusque Legatus Patris,—gladii potestate succinctus est.* Lampridius in Alexandro Severo: *Honores juris gladii nunquam vendi passus est, dicens: Necesse est, ut qui emit, vendat.* Statius lib. 5. Silv. 2.

Felix qui magno jam nunc sub Præside juras,
Cuique sacer primùm tradit Germanicus ensem.

Adde Firmicum lib. 5. Math. cap. 5. S. Augustin. Epist. 61. præter IC. Vide *Placitum spathæ*.

Gladii deditio, seu positio. Libellus de fundatione Monasterii Bigaugiensis p. 256. *Consuluerunt illi, ut religionis habitum susciperet: qui promtus obediens, in præsentia eorum cum deditione gladii, tam militaria omnia, quàm sæcularia abdicavit.* Vide Cæsarium Heisterb. lib. 1. c. 37.

Gladius, Mors. Isidorus Pacensis Episcopus æra 749. *A Toleto fugam arripientem gladio patibuli jugulat, &c.*

GLAEPTA. Lampridius in Severo: *Sed summa illa oblectatio fuit, ut --- aut perdices inter se pugnarent, aut glaepta parvula sursum & deorsum volitarent.* Ita præferre Codd. MSS. monet Casaubonus, ubi editi habent *aves parvulæ*.

GLAGA. Fleta lib. 2. c. 79. §. 2. *Præsepia ac sua ovilia bonis glagis calidè furatis, palisque grossis præparari faciat atque muniri.*

GLAMA, in Gloss. Gr. Lat. edito & MS. Λάμη, i. Lippitudo.

GLANA, pugillus spicarum, alliorum, &c. Gall. *glane*, unde *glaner*, spicas legere in agro. Tabul. Maurigniacense ch. 68. an. 1256. *Et sex glanas, sive glebas alliorum; tres de grossioribus, & 3. de minoribus.* Occurrit ibi pluries.

GLANDARA, Aviculæ species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. de Agricult. cap. 4. 20.

GLANDIS, Gallis, *Glandée*. Chrodegangus Metensis in Regula Canonicor. c. 8. *Etsi contigerit, quòd illo anno glandis vel fagina non sit, &c.* Vide Leges Wisigoth. lib. 8. tit. 5. *Glandis nomine*, inquit Bracton. lib. 4. tr. 1. c. 38. §. 13. *continentur glans castanea, fagina, ficus, & nuces, & alia quæque, quæ edi vel pasci possunt præter herbam.* Vide l. 1. D. de Gland. leg. & l. Qui venenum, de Verb. signif.

Glandariæ, *Juglandariæ*, in veteri Charta apud Ughell. to. 9. p. 904.

Glandaticum, Quod pensitatur pro facultate porcos immittendi in silvam, & *glande* pascendi. Charta Caroli M. in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 266. *De piscationibus & pastionaticis, id est, glandaticis, &c.* Chronicon Farfensis Monasterii p. 657. *Sine datico, herbatico, scatico, vel glandatico.* Chartæ Alamannicæ Goldasti Ch. 90. *Quòd vidissent Monachos S. Galli ibidem residere, & glandaticum tollere.* Vide Vitam Aldrici Episcopi Cenom. p. 31. & Italiam sacram to. 1. p. 117. 298. *Glandage*, in Consuet. Britanniæ art. 255. S. Severi tit. 3. art. 19. Solensi tit. 13. art. 1. *Glandée*, in Andegavensi art. 497. &c.

GLANDO, *dinis*, Glans. Ditmarus lib. 1. pag. 8. *Tritico & avena, & glandine refertus.*

GLASTUM, Gallis herbæ genus, quo Britanni tingendis corporibus usi, ut auctor est Cæsar lib. 5. de Bello Gall. & Plinius, lib. 20. c. 27. lib. 22. c. 1. *Guesdum*, vel *Pastellum* nostri appellant: cujus inficiendis lanis maximus usus. Vide Petrum Victorium l. 19. Var. lect. cap. 3.

GLASSANUS, Truttæ species, apud Hibernos. Vide Giraldum in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 7.

GLAUCUMEUS, pro *Glaucus*. Vita S. Maioli Abbat. in Prologo lib. 2.

Lux hæc nostra salus, redemptioque
Lumen glaucumeas agens in umbras, &c.

GLAVEA. Gervasius Dorobernensis anno 1144. *Quod cùm vidisset quispiam de Castello, & adversarium agnovisset, telo gracili, quod Ganea dicitur, eum jam cominus positum petiit, quo testam capitis ipsius malè nudati perforavit.* Ubi Guillelmus Neubrig. Hovedenus, & Matth. Westmonast. *sagittam* habent. Sed legendum *Glavea*, qua voce expressit nostrum *Glaive*, seu Anglicum, à *Glaive*, spiculum, framea, vel lancea. Chronicon Flandr. c. 41. *Et puis le ferirent de glaives parmi le corps.* Et cap. 111. *Il y en avoit grand planté de mal armés, qui ne pouvoient souffrir les coups de glaives ne de dagues.* Adde cap. 46. 113. Froissart. 1. vol. cap. 49. *L'Alemant Escuier l'atteignit tellement de son glaive roide & fort, qu'onques ne brisa.* Cambrobritannis *Glaif*, est falx, Anglis *Gleave*. Vide Gloss. ad Villharduinum, verbo *Glaive*, & Notas ad Joinvillam.

GLEBA, Fundus, prædium, in lege 72. Cod. Th. de Decurion.

Servi glebæ, Prædio adscripti. Vide *Servus*.

Gleba, Gleba Senatoria, Glebalis functio, pensio, præstatio, &c. Certum vectigal, quod pro possessionibus, ac postmodum in modum oblationis, Imperatori à Senatoribus pensitabatur, de quo IC. & copiosè præ cæteris Juretus ad Symmach. lib. 4. Epist. 62. & Jacobus Gothofredus ad tit. de Senator. & de Glebali Collat. Huc fortè spectant verba Hesychii, γλεῖβα, ἀξίωμα συγκλήτου. Vide *Follis*.

Gleba, Cowello & Practicis, peculiari significatione sumitur pro terris illis, quæ pertinent ad beneficium Ecclesiasticum & Parochiale, vel quæ Ecclesiis datæ sunt in dotem, ut habet Lindwodus, & ex eo Cowellus. Fleta lib. 3. c. 2. §. 18. *Gleba propriè est solum datum, cui advocatia Ecclesiæ est annexa.* Atque ita sumitur vox Gallica *Glebe*, in Consuetudine Normanniæ art. 142. 157. ut apud Anglos *Glebe*, & *Glebeland*. Ingulfus: *In primis totam insulam Croilandiæ pro gleba Ecclesiæ & pro situ separali ejusdem Monasterii — dono.* Charta Simonis Archiepiscopi Cantuariensis: *Item habebit vicarius duas acras terræ arabilis de dote sibi de gleba ipsius Ecclesiæ juxta ipsam Ecclesiam jacentes.*

Gleba, pro pugillo vel fasce spicarum, alliorum, &c. Vide in *Glana*.

Glebatica, & transmissibilis servitus, in Testamento Perpetui Turonensis Episcopi. Vide *Servus glebæ*.

Gleba, Corpus, cadaver. Gregorius Turon. de Vitis PP. cap. 7. *Ad virtutiferam sancti glebam, nemine retinente,*

retinente, perveniunt. Goscelinus in Vita S. Wereburgæ virg. n. 17. *Placuit Regi ---- quatenus sacrosancta ipsius gleba de tumulo elevaretur.* Nicolaus Rievallensis:

Semper hic & eris, non hospes, at incola, cujus
Nos penes est dulcedo recens, sacra gleba, sepulcri
Gratia, defuncti cineres veneramur abundè.

Occurrit passim.

GLEBARIÆ, quæ vulgò *Turba*, seu carbones ex glebis. Charta an. 1198. Monasticum Anglic. to. 1. p. 920. *In silvis, campis, —viis, semitis, moris, glebariis, lapidibus, metallis, avibus, &c.* Vide *Turba.*

GLEBO, *Arator rusticus*, in Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. Isidori, & Papiæ. Gloss. Lat. Gr. *Glaevo, βῶλ&c.* Ubi *gleva*, vel *gleba*, restituunt viri docti. Candidus Monachus in Vita Eigilis Abbatis Fuldensis in Præfat.

Quapropter rogitat hic quoque glebo,
Promptosque & resides quosque legentes
Formicæ ut tenuem farris acervum
Hujus non temere dente peroso
Multum dilacerent, &c.

GLEBULENTUS, pro *glebosus*, apud Apulejum de Deo Socrat. *terra glebulenta.*

GLEIFATUS, Monetæ aureæ species. Diploma MS. Friderici III. Regis Sicil. an. 1305. pro mercatoribus Majoricens. *Solvat—gleifatum unum auri valentem Tarenos auri 8. ponderis generalis.* Nescio, an *scyphatum* legendum sit? Vide in hac voce.

GLEGELLATUS. Visitatio Thesaurariæ ædis S. Pauli Londoniensis an. 1295. *Item calix argenteus deauratus intus & exteriùs, cum pede glegellato, &c.* Fortè legendum *nigellato.* Vide in hac voce.

GLEINATOR, Spicarum legulus, ex Gallico *Glaneur.* Charta Libertatum oppidi Jasseronis an. 1283. apud Guichenonum in Hist. Bressensi: *Si quis gleynatores vel resinatores vulneraverit, &c.* Vide *Gelima.*

GLEISAGE. Charta an. 1188. pactum continens inter Bernardum Archiep. Narbonensem & Guacerandum *de Capestang* pro Ecclesia Castelli ejusdem loci, in Tabulario Ecclesiæ Narbon. *Dicebatque Gaucerandus, quod Ecclesia memorata jure feudi, quod ab Archiepiscopo Narbonensi tenere debebat, ad se, suosque pertinebat, sicut ad aliquam laicalem personam aliqua Ecclesia dignoscitur pertinere, & Consuetudine Narbonensis patriæ, in qua jus obtinet, quod Gleisage ab hominibus vocatur. Itaque, sicut ipse dicebat, avia sua Guilielma & parentes sui in manu sua tenuerunt præfatam Ecclesiam, &c.*

GLEPAS, *Dissensiones*, in Gloss. Regio MS. Cod. 1197. fortè legendum, *glebas, possessiones.* Vide *Gleba.*

GLESCERE, Glebescere. S. Althelmus de Laude Virgin. pag. 806.

Ut fluerent imbres ubertim ex æthere furvo,
Glesceret & rursus fœcundo germine tellus.

GLESSUM, *Glesum*, veteribus Gallis *Succinum.* Tacitus de Morib. German. *Succinum, quod ipsi Glesum vocant inter vada atque in ipso littore legunt.* Plinius lib. 37. c. 3. de Succino: *Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari Glessum, itaque & à nostris unam insularum ob id Glessariam appellatam.* Quo loco censent quidam, glesum nihil aliud esse, quàm quod Anglo-Saxones ʒlæſ, Galli, Germani, & Angli *Glase* vocant, hoc est, *vitrum*: neque enim succinum, quod sit *succus arboris*, uti vult Plinius, appellatum; sed à voce Hebraïca, quæ seu *ὕαλον* seu *vitreum*, vel *χαλκηδόν* & *διαφανὲς* sonat. Vide præter Fullerum, Joan. Ruellium lib. 1. de Natura stirp. cap. 39. Cluverium lib. 3. Germ. antiq. cap. 44. & Kilianum verbo *Gleyepot.*

GLETLUS. Smaragdus in Grammatica MS. *Altare, mare, astile, mantile.* Ubi Glossa interlinearis, i. *Gletlus.* Vox Francica vetus.

GLEZINUS. Vide *Glizzum.*

GLIBATIS, *Ignis.* Papias.

GLISCHROMARGA. Vide *Merga.*

GLISCYWA. Leges Adelstani Regis c. 12. *Et diximus etiam omnibus hominibus illis, qui in nostram gliscivvam vadium dedit, si contingat eum mori, omnis congildo det unum panem & companagium pro anima ejus, &c.* Ubi Spelmannus tom. 1. Concil. Angl. p. 407. restituit *gildscyram*: Somnerus verò *gildscypam*, ex textu Saxonico, quod habet ʒeʒylδſcypum. id est, tribulium collegium.

GLIZDUM. Vide *Glizzum.*

GLISERIA. Charta Will. Com. Pembrochii in Monast. Angl. tom. 1. p. 721. 722. *Cum omnibus libertatibus & pertinentiis in domibus, virgultis, boscis, planis, pascuis, pratis, pasturis, vivariis, piscariis, gliseriis, aquis, vvreccis, &c.* Occurrit ibi rursum, & p. 783. *In bosco & plano, in sabulis & gliseriis, cum omni vvarech, quod in terram illorum venerit.*

GLISIS. Silvester Giraldus in Hibern. Expugn. lib. 1. c. 21. *Hasculphus à marina glisi, per quam ad naves transfugerat, retractus, &c.*

GLISSERA, *Mensa*, à *glisco.* Ugutio.

GLIZZUM, *Glizum, Glisdum*, Linteum, seu tela majoris pretii, sic fortè appellata, quod nitere ac pellucere: à Germanico *Gleysen*, & *Glanzen*, nitere, pellucere. Lupus Abbas Ferrar. Epist. 68. *Et totidem lintea, quæ Germanicè Glizza vocantur, dirigatis.*

Glizum, eadem notione. Historia de Fratrib. conscriptis tom. 2. Alaman. Goldasti: *Quibusdam autem* (Monachis) *palliola viridia cum camisilibus, seu glizis donavit.*

Glisum. Charta Heccardi Comitis Augustodun. ex Tabulario Persiensi, apud Perardum: *Ampullam cum patena argentea, uno fanono viridi, cum brusdo uno de gliso, cum sirico amnistrare.*

Glezinus, Glizinus. Camisia glezina, apud Monachum Sangall. lib. 1. cap. 36. Sic enim præfert Editio Pithœana, non *cilicina*, uti Duchesniana. Historia de Fratrib. conscriptis: *Mensasque omnes operimentis mandavit glizinis vestiri.*

Glidsum. Tabularium S. Remigii Remensis: *Habens velamina altaris 2. pallium 1. corporales de Glidsa 2. capsam argenteam 1.*

GLOBA, *Junctura*, Papiæ.

GLOBOSITAS, σφαιρωμα. *Globositas terræ*, apud Macrobium lib. 1. c. 15.

GLOBUS *Imperialis.* Vide *Palla.*

GLODUS, Clavus, Gallis *Cloud.* Teloneum S. Audomari in Tabular. S. Bertini: *Duo scofferri 1. obol. glodi ferri centum 4. den.*

GLOGGA. Vide *Gloea.*

GLOMERARII, *Glomerelli*, in Statutis Academiæ Cantabrigiensis tertio hinc sæculo editis, asseruntur fuisse quasi Commissarii, dati ad lites inter scholares & ministros suos audiendas. Hæc Spelmannus.

GLOMERUM, *Pallium pastorale.* Ugutio.

GLOMEX, Plinio *Glomer*, aut *Glomus.* Gl. Lat. Gr. *Glomera & Glomus*, ἀγαθίς. Wolphardus Presbyter in Vita S. Walburgis lib. 1. n. 19. *Cum duabus vicibus ex glomice, sive trama, quam manu tenebat, in tela fila transponeret.*

GLOMO, Instrumentum rotundum, quod retinetur in ore, ut teneatur os apertum. Matth. Silvatic.

GLORIA, Pompa, apparatus. Anastasius Bibl. in S. Joanne PP. pag. 35. *Veteres Græcorum hoc testificabantur, dicentes à tempore Constantini Augusti---usque ad Justini Augusti tempora non meruisse partes Græciarum B. Petri Apostoli vicarium suscepisse cum gloria.* Vetus Chronicon Francicum, editum à Petro

Lambecio lib. 2. Comment. de Bibliotheca Cæsarea p. 373. *Celebrantque Pascha Domini cum magna gloria.* Anselmus Havelbergensis Episc. lib. 3. Dialog. cap. 12. *Agapitus Papa natione Romanus veniens CPolim ad Justinianum Augustum, cum gloria susceptus est.*

Gloria, Titulus honorarius, concessus Regibus & Magnatibus. Anastas. Bibl. in Martino PP. p. 50. de Exarcho: *Oportet Gloriam tuam, ut sicut nobis suggessit Paulus Patriarcha hujus a Deo conservandæ urbis, peragere.* Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. *Unde tibi, gloriosissime Domne Chlotarie, bona retribuamus: attamen de id, quod gloria vestra nobis contulit*, &c. Epistola Ledradi Archiep. Lugd. ad Carolum Imp. *Ecce adsunt in conspectu gloriæ vestræ, &c.* Adde Gregorium M. lib. 1. Ep. 23. 47. lib. 10. Ep. 7. Avitum Epist. 1. 69. 70. aliam Epistolam ejusdem Aviti, editam à V. C. Steph. Baluzio post Agobardum, Epist. Vigilii Arelat. apud Baron. an. 538. num. 27. Epist. Judæorum ad Reccesvindum Regem in Lege Wisigoth. lib. 12. tit. 2. §. 14. Gesta Dagoberti cap. 36. Historiam Wambæ Regis pag. 833. Epistolam ex Francicis tom. 1. Hist. Franc. 19. Epist. Nicolai I. PP. 8. 27. 30. 31. Joannis VIII. PP. 2. & alibi passim. Hinc

Gloriosi dicti præcipui Magistratus. Idem Anastasius in Joanne PP. p. 50. *Quomodo nobis suggessit Platon gloriosus Patricius, & Eupraxius gloriosus.* Adde Gregor. M. lib. 7. Epist. 11. 22. 30. 32. 70. lib. 8. Epist. 8. lib. 9. Epist. 35. 36. Reges etiam interdum ita compellatos multis probat Bivarius in Comment. ad Pseudo-Maximum pag. 65. & seqq. qui ejusmodi titulum affectasse Wisigothorum Reges observat.

Gloria Patri, Glorificatio Trinitatis, Versiculus, qui Psalmos claudit, Cassiano lib. 2. de Cœnob. Instit. c. 8. δοξολογία Græcis. Gregor. Turon. lib. 1. de Mirac. c. 33. *Postquam dicta Gloria Trinitati.* Joannes Abrincensis Episc. de Offic. Eccles. *In his tribus horis bis tres Psalmos cum trina glorificatione sanctæ Trinitatis canimus.* Alibi: *Quod verò in primo nocturno in Dominicis diebus 12. Psalmos cum trina glorificatione sanctæ Trinitatis canimus, & quatuor una glorificatione & una Antiphona copulamus, &c.* Scribit auctor Chronici Reichersperg. an. 368. Damasum PP. constituisse, *ut in fine cujuscumque Psalmi Gloria Patri cantaretur*: quem morem sua invaluisse ætate refert idem Cassianus loco citato, & si secus uteretur Orientalis Ecclesia, *ubi cum silentio omnium, finito Psalmo, oratio succedebat.* Sed longè ante Damasum Hymnum istum glorificationis, immò ab ipsis Apostolorum temporibus obtinuisse, pluribus contendunt Baronius an. 325. Durandus de Ritibus Eccles. lib. 3. c. 15. & alii. Vide Concilium Vasion. I. sub Julio c. 3. Vasense II. c. 5. Narbon. I. c. 2. Toletan. IV. cap. 13. Vigilium PP. Epist. 2. Walafridum Strabon. lib. de Rebus Eccles. c. 25. Bernonem Augiens. cap. 2. Micrologum cap. 31. Durandum lib. 5. Ration. cap. 2. num. 17. & seqq. &c.

Gloria, nudè, vel *Gloria Psalmi*. *Tres Psalmos dicere sub una Gloria*, in Regula S. Benedicti c. 17. 18. *Gloria primi Psalmi*, c. 43. *Psalmos definire cum Gloria*, vel *cum una Gloria complere*, in Regula Magistri cap. 33. *Gloria Invitatorii, Gloria primi Psalmi*, in Charta an. 1304. apud Ughellum tom. 7. pag. 898. *Ad Gloriam Psalmi inclinare*, apud Herbertum de Miraculis lib. 1. c. 11. & in Statutis Ord. *de Sempringham* p. 741. *Occurrere ad primum Gloria*, in iisdem Statutis pag. 764. 776. Adde Joannem Episc. Abrincensem de Eccl. Offic. p. 8.

GLORIABILIS, καυχηματίας, in Gloss. Græc. Lat. Superbus. Glossæ aliæ MSS. *Gloriatio*, καύχημα.

GLORIATIO *Crucis*. Vide *Crux*.

GLORIETA, ædificiolum altius, Nostris, *Gloriete.* Statuta Mediolanensia 2. part. c. 348. *Si quis de cætero construere vel construi facere voluerit aliquam baltrescham, ponticellum, vel glorietam, in ejus domo, super muro proprio, vel communi, per quam immediatè prospici possit in domum vicini, hoc ei liceat &c.*

CLORIFICATIO. Vide *Gloria Patri.*

GLORIOSITER, Gloriosè. Occurrit apud Eulogium Cordubensem.

GLOS, *ris*, pro *Gloria.* Fridegodus in Vita S. Wilfridi c. 63.

Pignere Sanctorum, multa quoque glore venustus.

GLOSSA, Lingua, idioma: ex Gr. γλῶσσα. Fridegodus in Vita S. Wilfridi:

—— Nota peregrinæ cui famina glossæ.

Glossarium, Papiæ, *dictum quòd omnium ferè partium glossas contineat.* Vide Præfationem nostram.

Glossa, Imago, exemplum rei. Alanus p. 419.

Nostrum status pingit rosa,
Nostri status decens glosa,
Nostræ vitæ lectio.

Glossare, Denudare, aperire, ut glossa vim verbis detegit. Idem Alanus lib. 3. extremo Anticlaud.

Hac igitur veste virgo nitet, immo virago
Glossat in hac mentem, virgæ dans otia, fabrum
Induit, &c.

Idem de Planctu naturæ:

Nec se justitiæ luce colorat,
Nam se se vitium glossat apertè,
Fit fraus ipsa sui lingua furoris.

GLOSSES. Gerardus Presbyter in Vita S. Udalrici Augustani c. 13. *Ecclesiam autem S. Afræ, quæ à paganis fuerat cremata, adhuc reædificata non erat; sed tugurium glossibus tectum altaria ab imbribus & intemperiebus defendebat.* Incertum, an culmos vel scandulas intelligat?

GLOTORARE, κλάγγειν, Clangere, voce ciconiæ. Auctor Poëmat. de Philomela:

Glotorat immenso de turre ciconia rostro.

Plinius dicit ciconias *inter se commurmurare*, Solinus verò, *ferè linguas non habere; verùm sonum, quo crepitant, oris potiùs, quàm vocis esse.*

GLUFIA, Gall. *Glufie*, Species ferri fusi, in Usaticis Vicecomitatus Aquarum Rotomagi MSS.

GLUTEN, *Fel taurinum*, Joanni de Gallandia in Synonymis Chymicis.

GLUTO, *Glutto*, λαίμαργος, in Gl. Gr. Lat. Papias: *Ambro, devorator, profusus, luxuriosus, glutto, consumptor patrimonii.* Idem: *Elluo, prodigus, gluto, ambro, &c.* Gl. Lat. MS. Reg. *Lurconem, Devoratorem, vel Gluttonem.* Vetus Interpres Juvenalis Sat. 4. *Divites, gluttones.* Et infrà: *Neronem dicit gluttonem.* S. Ambrosius: *Sic amat diabolus filios suos ut perdat, sicut amat gluto porcellum ut comedat.* Acta S. Sebastiani c. 3. de Vita præsente: *Ipsa dat edacitatem glutonibus, ipsa ebrietatem ingerit temulentis.* S. Eligius Homil. 14. *Qui erat comessator, id est, glutto, aut ebriosus, fit parcus & sobrius.* Ditmarus lib. 4. *Glutto & simulator.* Matth. Paris an. 1105. *Et quos desides vocat, & glutones conculcare desiderat.* Adde Regulam Magistri c. 1. 16. 69. *Le Roman. de Gaydon MS.*

Va glous, dit Naïn, Dex te doint encombrer.

GLUTIS, *Terra tenax*, in Glossis MSS. ad Alexandrum Jatrosoph. *Gluten.*

GLUVIDENUS, *Glovidenus.* Ennodius lib. 5. Epist. 4. *Accipe ergo risum motura poemata, & gluvidenum tuum se solum agnovisse contentus, à publico rigore me subtrahe.* Idem in Præfat. carminis ad Faustum: *Ad camœnalem tamen ignominiam, quibus nunquam gluvidenus deest, versus adjeci.* Notio vocis per-

perspicua: pro imperito enim usurpatur; sed origo incerta.

GNANUS, pro *Nanus*, Pygmæus, in Archithrenio lib. 2. c. 12.

GNARIFICATIONES, *Sermones*, Papiæ.

GNATUS. Vide *Creare*.

GNATICA. Guill. Armoricus de Gestis Philippi Aug. p. 82. *Sed inclusi parum curabant hujusmodi jactus lapidum & sagittarum -- tuto latentes in crypis & gnaticis.*

GNATICIDIUM, τεκνοκτονία, in Gloss. Græc. Lat. Codex MS. S. Germani Paris. habet *Gnatium*.

GNOSOCOMIUM, pro *Nosocomium*. Glossæ MSS. *Gnosocomium, domus infirmorum. Gnosos, infirmitas.*

GNOSTICI, Hæretici, quorum hæresis à Nicolao Antiocheno fluxit, ut auctor est Philastrius.

GOBELINUS, Dæmon, qui vulgò *Faunus*, Nostris *Gobelin, Demon folastre*. Vide *Folletus*. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 556. *Dæmon enim, quem de Dianæ fano expulit, adhuc in eadem urbe degit, & in variis frequenter formis apparens, neminem lædit. Hunc vulgus Gobelinum appellat, & per merita S. Taurini ab humana læsione coercitum usque hodie affirmat.* De ejusmodi dæmonibus sic Cassianus Collat. 7. cap. 32. *Nonnullos eorum* (immundos spiritus) *quos etiam Faunos vulgus appellat, ita seductores & joculatores esse manifestum est, ut certa quæque loca seu vias jugiter obsidentes, nequaquam tormentis eorum, quos prætereuntes potuerint decipere, delectentur; sed derisu tantummodo & illusione contenti, fatigare eos potius studeant quam nocere, &c.*

GOBELLUS. Vide *Picherus*.

GOBIA, Pagus, regio, ex Germ. *Govv*, quod idem sonat, ut ex aliquot Chartis docet Goldastus ad cap. 1. Eckeardi. Hinc vox eadem *Govv* addita passim apud Germanos locorum designationibus, quod pluribus probat Cluverius lib. 1. German. antiq. c. 13.

GOBONATUS. Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. p. 83. *Una parura pro tualliis altaris gobonatis de armis & lozingis, -- duæ paruræ pro albis de una secta, gobonatis de armis & lozingis bluetis, de perlis in auro.*

GODALA. Vide *Celia*.

GODENDAC, Armorum species, quam Flandrensibus familiarem fuisse innuit Guil. *Guiart* sub an. 1298.

Agrans bastons pesans ferrez
A un lonc fer agu devant,
Vont ceus de France recevant.
Tiex baston qu'il portent en guerre,
Ont nom Godendac en la terre.
Godendac, c'est, bon jour, à dire,
Qui en François le veut descrire.
Cil baston sont long & traitis,
Pour ferir à deux mains faitis,
Et quant l'en en faut au descendre,
Se cil qui fiert, y veut entendre,
Et il en sache bien ouvrer,
Tantost peut son cop recouvrer,
Et Ferir sans s'aller mocquant
Du bout devant en estoquant
Son ennemi parmi le ventre:
Et li fers est agus qui entre
Legierement de plaine assiete
Par tous les lieus où l'en en giete,
S'armeures ne le detiennent.
Cil qui les grans godendac tiennent
Qu'il l'ont à deus poins empoignez,
Sont un poi des rencs esloignez,
De bien ferir ne sont point lasches.

Alibi:

Car les lances d'eus esloignies
Les godendaz & les coignies
Metent è mors és herberjages
Chevaliers, escuiers & pages.

Et an. 1032.

Godendaz que l'en repaumoie
Ferrez & fais agrant estuide.

Vide Joannem Villaneum lib. 8. c. 55.

GODEBERTUM, Vestis species. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1351. *Pour une fourrure de dos de lievres de Norvoie* (Norvege) *à fourrer un godebert à Maistre Jean le fol.*

GODENGHENUCTEN. Arestum 20. Aug. an. 1411. *Quinetiam ante dictas compositionem & accordum, certis mediis & causis ab antiquo jus habebant, in possessione & saisina extabant dictæ villæ Tenremondiæ burgenses, esto quod fuissent vel essent servi, seu servilis conditionis, extranei, advoli, esclavi, aut alterius cujuscunque servitutis macula respersi, à certa servitute seu redhibentia in patria Flandriæ vulgariter dicta Godenghenucten, & etiam præstationis seu solutionis principalis catelli seu mobilis in eorum morte, ubicumque in territorio Tenremondiæ decederent, liberi, quieti, & immunes erant, & semper fuerant, &c.* Vide Kilianum in *Ghe-nachte*.

GODETUS, Scyphi species, nostris *Godet*. In Statutis Ord. Cartusiensis an. 1368. 2. part. c. 1. §. 8.

GODGILDUM, in Præfatione Legum Aluredi, dicitur, quod Diis offertur, ut *Deofugyld*, quod diabolo. Vide *Gildum*.

GODIA, Usus fructus, Italis *Goduta*, nostris *Jouissance*, in Charta an. 1398. in Hist. Sabaud. p. 112. apud Guichenonum.

GOGOLACIA, Species retis, qua capiuntur pisces, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. c. 37.

GOGRARHOPHE. Alexander III. PP. in Ep. 52. ad Coloniensem Archiep. *Necnon etiam Comitia in Westphalia, quæ vulgariter Gograrhophe dicuntur, & alodia, &c.* Ex *Gograff*, de qua voce mox.

GOGRAVIUS, Germanis *Oder Gograff*. Comes, qui sine causæ cognitione judicat, vel potius, *Gograven*, vel *Gauvvgraffen*, Præses aut Comes pagi: *Gau* namque, vel *Govv*, apud Theotiscos sumitur pro pago, seu territorio satis amplo. Charta Ottonis III. Imp. apud Maximilianum Henricum in Apolog. p. 4. *Nec non etiam Comitia in Westphalia, quæ vulgariter Gograshophe dicuntur.* Speculum Saxon. lib. 1. art. 2. §. 6. *Pagani proprium non habentes, suorum Gograviorum judicium expectent.* Art. 55. *Gogravius* ab incolis trium villarum seu prædiorum eligi dicitur: ad tempus, art. 58. cujus jurisdictio cessat, cùm adest Comes, d. art. 58. §. 2. quandoque ad hanc dignitatem infeudatur, art. 58. §. 1. art. 71. ubi tunc *Gogravius natus* dicitur. Addel. 2. art. 13. §. 1. l. 3. art. 64. §. 14. Horum Gographiorum, inquit Griphiander de Weichbildis Saxonicis cap. 62. quidam *Freigravios* se appellarunt. Vide in hac voce.

GOILART, Monetæ Petricoricensis species. Tabularium Abbat. Deip. Santon. *Willelmus Comes, filius Guidonis, Comitis, fecit fundere monetam suam, quæ dicebatur de Goilart, Ricardo cognomento de Santonis.* Vide *Gigliati*, *Goliardus*.

GOLAFRI, Navis species, apud Gaufredum Malaterram lib. 2. c. 8.

GOLDA. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 610. *Concessionem etiam, quam idem Thomas fecit --- de terris suis & terris tenentium suorum, tam liberorum, quàm nativorum, à goldis mundandis per se & suos secundùm consuetudinem in locis de Alferton & Norton usitatam.* Anglis à *Gold*, est fodina metallica. Vide *Gordus*.

GOLERIUM, *Gula*, seu *collum vestis*, in Concil. Saltzburg. an. 1420. cap. 6.

GOLIA. Glossar. Longobard. S. Germani Paris. *Testudo, quam vulgò Guolatiam vocant. Testudo, quam vulgò Goliam dicunt.* Vide *Golola*.

GOLIARDUS. Breviloq. *Goliardi, bufones, joculatores iidem sunt.* Gloss. Lat. Gr. *Estor, ris, Gouliart.* Concilium Turonense, seu Castelli Guntheri, an. 1231. c. 21. *Statuimus, quòd Clerici Ribaldi, maximè qui Goliardi nuncupantur, per Episcopos & alios Ecclesiæ Prælatos præcipiantur tonderi, vel radi, ita quòd non remaneat in eis tonsura Clericalis.* Cap. 1. de Vita & Honest. Cleric. in Sexto: *Clerici, qui Clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se joculatores, seu goliardos faciunt aut bufones, si per annum artem illam exercuerint.* Concil. Salzburgense an. 1310. c. 3. iisdem verbis, præterquam quod habet *Galiardi.* Concil. Coloniense an. 1300. c. 12. *Sacerdotes non permittant quæstionarios goliardos, vel quoscunque ignotos intra parochiam suam in Ecclesia, vel in via, — prædicare, vel ostiatim deferre indulgentias pro quæstu faciendo.* Eadem habent Statuta Synodalia Joannis Episcopi Leodiensis cap. de *Quæstuariis.* Concil. Senonense an. 923. sub Gualtero Archiep. c. 13. *Statuimus, quòd Clerici ribaldi, maximè verò qui dicuntur de familia Goliæ, per Episcopos — tonderi præcipiantur.* Matth. Paris an. 1229. *Quidam famuli, vel mancipia, vel illi, quos solemus Goliardenses appellare, versus ridiculos componebant, &c.* Charta an. 1380. in voce *Ribaldus: Se gerens pro Ribaldo, & se dicens de ordine, seu de statu goliardorum seu buffonum, &c.* Christina Pisana au *Tresor de la Cité des Dames*, 3. part. c. 9. *Mais tenir la maniere que aucuns gouliardes & mauvaises font, est chemin damnable.* Hinc Itali *Gagliardo*, nostri, *Gaillard*, hauserunt indubiè, quicquid dicat Julius Scaliger contra Cardan. exercit. 325. qui à Gallica audacia deducit; aut Vossius, qui à *Gallico ardore*, vel alii à *validus, validior.* Willelmus Armoricus in Philippo Aug. an. 1201. *Totamque munitionem illam vocavit gaillardum, quod sonat in Gallico Petulantiam.* Sic porrò quidam dictos putant, à quodam scurra, de quo Silvester Giraldus in Speculo Ecclesiæ lib. 4. c. 16. *Parasitus quidam Golias nomine, nostris diebus gulositate pariter & dicacitate famosissimus, qui Gulias meliùs, quia gula & crapula per omnia deditus, dici potuit. Literatus tamen affatim; sed nec bene morigeratus, nec disciplinis informatus, in Papam & Curiam Romanam carmina famosa pluries & plurima, tam metrica quàm rythmica, non minùs impudenter quàm imprudenter evomuit.* Vide Seldenum ad Fletam p. 524.

Goliardus, Monetæ species. In Tabulario Monasterii *de Chantoin* in Arvernis, fit mentio agri, qui debebat quotannis *censum quinque goliardorum.* Vide *Goilart.*

GOLOLA. Glossæ Arabico-Lat. *Testudo, animal quod testam gerit, i. Golola.* Infrà: *Golora, Testudo.* Vide *Golia.*

GOLTA, Gena, apud Auctorem Mamotrecti in Isaiam c. 50. & alibi.

GOMOR. Vetus Agrimensor tit. *De mensuris liquid. Modia 5. medimnum faciunt. Tres medimni gomor complent. Duo gomor chorum reddunt. Duo chori, chulleum, quæ sunt modia 60.* Palladius de Architectura: *Modia quindecim gomor reddunt: Gomor duo, choram faciunt.* Occurrit non semel Exodi c. 16. ubi *decima pars Ephi* esse dicitur.

GOMPHUS. Vide *Gumphus.*

GONDOLA, Navigioli seu scaphulæ species, quæ æstuaria Veneta pertranseuntur. Guillelmus Apuliensis lib. 4. de Gestis Norman. de Venetis:

Non ignara quidem belli navalis & audax,
Gens erat hæc: illam populosa Venetia misit,
Imperii prece, dives opum, divesque virorum,
Qua sinus Adriacis interlitus ultimus undis
Subjacet Arcturo. Sunt hujus mœnia gentis
Circumsepta mari, nec ab ædibus alter ad ædes
Alterius transire potest, nisi lintre vehatur.

Regalia Gallinarum, vini & gondolarum, apud Andr. Dandulum in Chr. MS. an. 1205. Rectè quidem, ni fallor, Brodæus ad lib. 1. Antholog. & Meursius in Glossar. Græc. Barb. Venetos vocem hanc à Græcis nuperis accepisse docuere, quibus κοντελὰς idem quod βάρκα, sonat, ut ex Harmenopulo, lib. 2. tit. 11. §. 9. colligitur. Καὶ τὴν ἐν τῷ πλοίῳ σκάφην, ἤγουν τὴν κοινῶς λεγομένην βάλκαν καὶ κοντελάδα. Quæ quidem scaphula non ita appellata, quòd *contis* regatur, & ex iis navibus sit, *quæ non antenna; sed conto reguntur*, ut est apud sanctum Hieronymum in Vita S. Hilarionis, uti volunt Cobarruvias & Octavius Ferrarius: nam Cymbæ Venetæ remis aguntur; sed quod κοιτὸς Græcis nuperis *brevis*, sit, ἐλὰς verò navis: ita *Gondola* est brevis navicula. *Venetus remex*, apud Sidonium lib. 1. Epist. 4. non tamen *Gondolarius.*

GONONUS. Vide *Cona.*

GONNA, *Gonnella.* Vide *Gunna.*

GORDANA. Tabularium S. Genovefæ Paris. an. 1187. *Quantum area molendini ipsorum cum utensilibus suis, scilicet gordana & instrumento piscatorio, quod dicitur Penchun, extenditur.*

GORDUS, Gurges, locus in fluvio coarctatus piscium capiendorum gratiâ: *Gors, Gort, & Guort*, dictus passim in Domesdei: *De 3. gorz, mille anguillæ.* Charta Ludovici VI. Regis Franc. an. 1111. in Hist. Priorat. sancti Martini de Campis p. 24.27. *Gordum etiam piscium apud Pissiacum in Sequana --- dederunt.* Charta Ricardi II. Ducis Normanniæ in Hist. Monast. S. Audoëni Rotomag. p. 405. *Addimus & gordum in fluvio Sequanæ emptum ab ipsis Monachis.* Alia Hugonis de Feritate, ibid. p. 460. *Ad hæc Ecclesiam de Belsas, & 30. agros, & gordos de Poses, & piscatorem 1.* Alia Roberti Ducis Normanniæ, Richardi II. filii: *Dedi quoque piscariam, quod vulgò gordum dicitur, apud Ostessum villam.* Alia Gaufridi Episc. Meldensis an. 1211. in Tabulario Campaniæ: *Propter damnum, quod inde patiuntur Monachi in molendino de Nooilli, & in molendino de Stagno, & in levatis de tribus gordis avulsis per Comitissam, &c.* Aresta O.SS. an. 1264. 1. Regesti Parl. f. 37. *Dicit se habere usagium in foresta Bordi ad claudendum gordum suum, situm in Secana de palo & virga.* Minus Pastorale Eccl. Paris. an. 1233. *Medietatem cujusdam gordi, qui dicitur Chatel, quam habebant in Secanam apud Andrisiacum, &c.* In Statuto Caroli VI. an. 1415. art. 1. vetantur fieri in Sequana, *vennes, gords, pieux, moulins, pescheries &c.* Neque aliud sonat *Regort*, quam *Gurges*, in veteri Poëmate *de Garin MS.*

Gironville est fermée en un regort
Sor une roche del tans ancianor.

Infrà:

Gironville est en un regort de mer,
Sor une roche de viel antiquité.

Vide *Gurges.*

GORFFWYLLANC, Stultitia exponitur in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ c. 23. Boxhornio in Lexico Cambrico, *Gorffvvyll*, est rabies, insania.

GORGIA, Rumen, ingluvies, de ave, ex Gallico *Gorge*, apud Fridericum II. lib. 1. de Venat. cap. 40. *Habet supra furculam pectoris quoddam amplum ad modum sacci, quod Gorgia dicitur: primò recipit cibum & potum ab ore in eam transmissum, in ea enim cibus & potus calefit, & præparatur, priusquam veniat ad stomachum, &c.* Adde cap. 23. lib. 2. c. 9. 19. &c. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital.

GORMARINGA, Mali seu pomi species, in Capitulari de Villis c. 70.

GORNITHINGS WERC. Andreas Suenonis lib. 9. Legum Scaniæ c. 9. *Et est casus, in quo specialitas inter-*

terfectionis, quæ Gornithings Werc in patria lingua nominatur, puta quando sic lancea, vel quovis alio instrumento nocendi, ad minus dimidiam marcam valens animal perforatur, ut horrenda per vulnus viscera emanare cernantur, &c.

GORRIDA, *Terribilia & metuenda*, Papiæ F. *Horrida*.

GORRIONES, *Cum errore sonantes*, in Glossis Isid. Emendat Pricæus, *cum horrore*.

GORS. Vide *Gordus*, *Gurges*.

GORSUM, Danis, Summa est super constitutam mulctam erogata, vel doni nomine, ut habet Saxo Grammaticus l. 10. vel *in augmentum dedecoris*, ut loquitur Sueno in Legibus Castrensib. c. 11. Leges Cimbricæ l. 2. c. 26. *Si Clerici & mulieres sunt propinquiores hæredes interfecti, tunc recipiunt unum saal pro hæreditate, id est, gorsum*. Et l. 3. c. 21. *Si quis pro homicidio justam firmaverit emendam, sine gorsum, tunc solvet 18. marcas denariorum. Sed illud quod vocatur Giorsum, tantum erit, quantum fuerit prædictum, quando emenda fuit firmata: nam quilibet tantum offert in gorsum, quantum timet in causa*.

GOSSILIA, Tunicæ ex crassiore materia. Chronicon Windesem. lib. 2. c. 50. *Prior voluit, ut Fratres in labore gossilia deferrent*. An *Gossipia*?

GOSSUM. Petrus de Crescentiis lib. 9. c. 73. de morbo ovium: *Nascitur eis gossum sub gula ex fluxu humorum à capite descendentium, &c.* Ubi Gallicus Interpres vetus videtur legisse *bossum*, Gall. *Bosse*. Italis *Gozzo* est guttur.

GOTA, Canalis, ex German. *Gote*, canalis, tubus: Gallis *Goutiere*. Charta Rogeri D. *de Basinghem* an. 1220. in Tabulario S. Bertini: *Præsenti charta confirmans, ut gotam suam vel canale per totam terram meam liberè habeat, per quam aqua de prato S. Bertini per terram meam -- deducatur*. Vide *Guta*, *Gutera*.

GOWNA. Vide *Guna*.

GRABATARII. Vide *Clinici*.

GRACILIS, Species cornu, aut buccinæ, quæ inflata acutum & *gracilem* sonum edit: nam *Vox angusta*, apud Juvenalem Sat. 3. *gracilis* veteri Interpreti dicitur: vel denique quòd *Grilli* voci sonum similem edat. Vide Isidorum lib. 12. c. 3. Gauterius Antiochenus: *Libetque preconari voci propatula, ut universi audito primo sonitu gracilis, festinent bellicis indui*. Idem: *Gracilibus, tibiis, tubis clangentibus. Greille* appellant nostrates. Gloss. Lat. Gall. *Lituus, Graile, ò baston à divin. Le Roman de Garin MS.*

Quant vindrent prés, lor greilles font sonner.

Idem:

Là oysiez gresles oir & tentir,
Mainte buisine & cornier, & bondir.

Alibi:

Buës s'en ist, fist les greilles sonner.

Le Roman de la Prise de Hierusalem MS.

A fait sonner un graile devant l'uis de son fief.

Le Roman de Roncevaux MS.

Mil grisles sonnent, mult en sont cler li ton.

Le Roman d'Alexandre MS.

Et le Rois comanda quatre greilles sonner.

GRACOMUS, in Epistola Stephani Tuertbo Regis Bosniæ an. 1435. Vide Waddingum hoc an. n. 2. 3.

GRACULA, Avis, quæ Latinis *Graculus*. Vita S. Fructuosi Archiepisc. Bracarensis num. 8. *Nigras parvasque aves, quas usitato nomine vulgus Graculas vocitat, mansuetas in Monasterio habuisse perhibetur*.

GRADALE, *Graduale*, Responsum, vel Responsorium, ita appellatum, quia in gradibus canitur. *Versus gradales, Responsorius, gradalis, &c.* in Ordine Romano, qui cantatur ad gradus. Ugutio: *Gradale, quod gradatim canitur post Responsorium*. Honorius Augustod. lib. 1. c. 96. *Graduale à gradibus dicitur, quia in gradibus canitur. Hoc etiam Responsum vocatur, quia choro cantante, ab uno versus respondetur*. Amalarius lib. de Ord. Antiphonarii in Prologo: *Notandum est volumen, quod nos vocamus Antiphonarium, tria habere nomina apud Romanos. Quod dicimus Graduale, illi vocant Cantatorium, qui adhuc juxta morem antiquum apud illos in aliquib. Ecclesiis uno volumine continetur. Sequentem partem dividunt in nominibus. Pars, quæ continet Responsoria, vocatur Responsoriale. Et pars, quæ continet Antiphonas, vocatur Antiphonarius*. Adde Hugonem à S. Victore in Speculo Eccl. c. 7. lib. 2. de Offic. Eccl. c. 18. Beletum c. 38. Durandum lib. 4. c. 19. Innocentium III. PP. lib. 2. Myster. Missæ cap. 31. Jacobum de Vitriaco in Hist. Occid. c. 34. &c. Lex Aleman. tit. 16. §. 2. *Si Clericus, qui in gradu in Ecclesia publicè lectionem recitat, vel Gradale, &c. Gradalis Karoli Imperatoris*, apud Sugerium lib. de Administr. sua c. 20 Capitula Guilleberti Episcopi c. 9. *Ut Dominicas & festivitates præcipuas excolere, per gradalem suum & nocturnalem canticum non ignoret*.

Gradualia à S. Cælestino PP. primùm instituta tradit Anastasius in ejus Vita, ex Codd. MSS. *Constituit graduale post officium ad Missam (al. Missas) cantari*. Chronicon Reichersperg. de eodem Pontifice, an. 424. *Hic constituit, ut Psalmi Davidis 150. ante sacrificium antiphonatim canerentur, quod antè non fiebat; sed tantum Epistola & Evangelium recitabatur. Ex hoc instituto excerpta de Psalmis à B. Gregorio PP. primo Introitus, Gradualia, Offertoria, Communiones cum modulatione ad Missam in Ecclesia Romana cantari cœperunt. Gradualia & Alleluya* composuisse S. Ambrosium scribit Honorius Augustod. lib. 1. c. 88. Nostri *Greel* dicebant. Gloss. Lat. Gall. *Gradale: Greel, Livre à chanter la Messe*. Perperam *Greo* pro *Greel*, editum in Consuetudine Claromontensi art. 249. Catholicon Armoricum: *Grazal, G. Greel, ung Livre à chanter, L. Gradale*. Robertus Bourronus in Hist. Merlini MS. *Tu t'en iras en ces parties, où les gens sont qui ont che saint graal, & tousjours mais sera ta paine, & tes livres retrais, & volentiers ois de toutes gens. Deux greaux*, inter libros Capellæ Ludovici Hutini, in illius Inventario. *Un Messel & un greel*, in Testamento Carol. Comitis Valesii an. 132..

Gradale, Gradus, *Degré*. Lambertus Ardensis p. 161. *Hic gradalia & indicula de area in aream, de domo in coquinam, & camera in cameram, &c.*

GRADELLA, vox Italica, Craticula, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. c. 37. vetus Gallicus Interpres *Greil* vertit. Gloss. S. Benedicti cap. de Ferramentis: *Graticula*.

GRADUS, in Ecclesia, *Ambo*, *Analogium*, *Lectrum*. Suggestio Germani & Joannis Episcopor. post Epist. 38. Hormisdæ PP. *Suscepimus (libellum,) & præsente omni Clero vel plebe in gradu à servo vestro Notario sanctæ Ecclesiæ Romanæ est relectus*. Lex Alemannor. tit. 16. §. 2. *Clericus, qui in gradu in Ecclesia publicè Lectionem recitat, vel Gradale*. Recitabantur itaque Lectiones in gradibus. Sed & ex gradibus sermones habebantur ad populum. Sidonius Carm. 16.

Seu te conspicuis gradibus venerabilis ara
Concionaturum plebs sedula circumsistit.

Monachus Sangallensis lib. 1. c. 20. de quodam Episcopo: *Et post Evangelii lectionem ascendit ad gradus, quasi ad colloquendum populum*. Erant porrò *Gradus* ante altare, seu potiùs ante altaris gradus, unde pars ea ædis sacræ βῆμα Græcis dicta; vel sanè quòd ad eum lectionis locum per gradus perveniretur, uti de ambone à nobis observatum in Descriptione ædis Sophianæ. Leo Ost. lib. 3. c. 19. *Fecit libellum ad cantandum ante altare, sive in gradu*. Infrà: *Sed & gradum nihilominus ligneum ejusdem operis extra Chorum ambonis in* mo-

modum satis pulcrum constituit, in quo videlicet tam Lectiones in nocte, quàm etiam & Epistolæ & Evangelia ad Missas præcipuarum festivitatum legerentur. Perperam in Edit. Brolii est *umbonis in morem.* Cæsarius lib. 6. c. 5. *Alleluya festivis diebus, sicut cæteri, ad gradum ipse cantavit.* Lib. 7. cap. 20. *Sanctus verò Joannes Evangelista Dalmatica indutus legit Evangelium, — quo perlecto, Dominus* (JEsus) *secundùm morem Ordinis nostri* (in die Purificat. Deip.) *ad gradum rediit, & ab offerentibus candelas suscepit.*

Gradus, pro *annus*. Hepidannus in Vita S. Wiboradæ lib. 2. cap. 4. *Soror erat huic B. Martyri nomine Willidruda tricesimum possidens gradum.* Mox: *In gradu sexageno à morte inventa est.* Epitaphium Willelmi Nothi Reg. Anglor. apud Ordericum Vitalem lib. 8.

Per septem gradibus se volverat atque duobus
Virginis in gremiis Phœbus, & hic obiit.

Gradus, pro Generatione. In Lege Bajwar. tit. 14. cap. 9. §. 4. dicitur omnis cognatio & parentela finiri in septimo gradu. Vide *Generatio*.

Gradus in Ecclesiarum atriis, seu propylæis. Anastasius Bibl. in Symmacho PP. pag. 32. 33. *Gradus verò ante fores Basilicæ B. Petri ampliavit: & alios gradus construxit sub tigno, dextra lævaque. — Item sub gradus in atrio alium cantharum foris in vulgo campi posuit. — Item & alios ascendentibus ad B. Andream fecit, & cantharum posuit. — Item ad Archangelum Michaëlem Basilicam ampliavit, & gradus fecit, & introduxit aquam.*

Gradus Presbyterii, seu qui jacent ante cancellos, *Solea* Græcis, ex Italico *soglia*, ad quos amandari solebant Monachi pro levioribus culpis, ut habent Usus antiqui Ordinis Cisterciensis c. 75. de Monachis, qui ad *opus Dei* tardiùs veniunt: *Venient ad gradum, — & tunc petant veniam ante gradum, aut flexis genibus in terra, &c.* Cap. 76. *Si quis de comedentibus vel de servitoribus offenderit aliquo modo, petat veniam ante gradum.* Cap. 114. *Ante gradum Presbyterii satisfaciat.* Ita passim hac formula cap. 81. 88. 89. 94. 102. in Institut. Cisterc. Rainaldi Abbat. cap. 45. 62. &c. legitur.

Gradus in urbibus, in quibus distribuebantur panes plebi, qui inde *Gradiles* dicti, de quibus infrà v. *Panis gradilis.* De ejusmodi gradibus pluribus agimus in C Poli Christiana.

Gradus, Ordines Ecclesiastici: *Canonici gradus vel plebei*, in Epist. Bonifacii Mogunt. ad Cuthbertum Archiep. Cantii præfixa Concilio Cloveshoviensi an. 747. Anastasius in S. Hygino PP. *Hic Clerum composuit, & distribuit gradus.* Nicolaus I. PP. Epist. 8. ad Michaëlem Imp. *Hinc etiam confessor Christi Silvester fecit gradus in gremio Synodi, ut non Presbyter adversus Episcopum, non Diaconus adversus Presbyterum, — det accusationem aliquam.* Hæc verba habentur in Synodo Romana an. 324. cap. 3. Capitularia Caroli M. lib. 7. c. 309. *Clerici cujuslibet gradus, &c.* Pœnitentiale Theodori Archiep. Cantuariensis cap. 1. *Gradus non debemus facere ante altare, ubi reliquiæ Sanctorum venerandæ sunt.* Cap. 2. inscribitur: *De tribus gradibus Ecclesiæ principalibus.* Capitula Walterii Episcopi Aurelian. cap. 20. *Gradus quoque Ecclesiasticos similiter memoriæ commendatos habeant,* (Sacerdotes) *& unde unicuique gradui in Veteri Testamento origo fuerit, & quomodo Novum in idipsum concordet, &c.* Et cap. 21. *Ut Presbyteri* (alumnos suos) *in quolibet gradu promovendos in supradictorum tenore sacramentorum & graduum edoctos exhibeant, quatinus & memoriter ea tenere, & intellectuosè sciant explanare.*

Gradus, Trajectus maritimus, angustus maris, atque interdum fluminis meatus. Passio S. Torpetis MS. *Præceptum est, ut in gradu ad mare ibidem decolletur: & venerunt in gradum Arnensem, exierunt ad ripam fluminis, &c.* Ita porrò appellant Ammianus lib. 15. & Itinerarium Hierosol. meatus seu trajectus, per quos Rhodanus in mare volvitur, reliquo fluvii ostio arenis pæne obsito. *Gratus* dicuntur in Itinerario Antonini & Maritimo: indigenis verò *gras*. *Gradus* etiam appellatur, meatus stagni Magalonensis, ubi naves è mari in stagnum trajiciunt. Versus antiqui in Arnaldum Episcopum Magalon.

Iste gradus clausit, quo prædo piraticus hausit.

Et infrà:

Navibus introitus per eum gradus alter apertus.

Arnaldus de Verdala in Hist. Episcop. Magalonentium pag. 796. *Erat enim ibi portus maris vocatus Portus-Saracenus usque in hodiernum diem, ad quem per gradum galeæ Saracenorum liberum habebant ingressum.* Et pag. 798. *Quibus peractis, idem sanctæ memoriæ Arnaldus Episcop. ponens manum ad fortia, gradum præfatum lapidibus & lignis ante omnia claudere & obstruere festinavit, &c.* Philippus Aug. in Charta an. 1208. quæ extat in Regesto Carcassonensi pag. 50. dat facultatem Episcopo Magalonensi *aperiendi portum, qui dicitur Gradus.* Et infrà: *Adhuc etiam concessit eidem Joanni & Magalonensi Ecclesiæ auctoritatem faciendi gradum.* Alia Philippi Aug. an. 1208. in 30. Regesto Tabularii Regii Ch. 145. *Hoc est, in mari piscationes suas, & ubicumque in Melgoriensi Comitatu & Magalonensi Episcopatu portus, qui dicitur Gradus, aperiatur.* Infra: *Adhuc etiam concessit eidem Joanni & Magalonensi Ecclesiæ auctoritatem faciendi gradum, ubi ei visum fuisset in Episcopatu Magalonensi, salvo eo, quod spectat ad Comitem de redditibus gradus, & salvo eo quod spectat ad Ecclesiam Magalon.* Vide Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 100. 106. 286. 288. Chronicon MS. Consulum Monspeliensium an. 1262. *En aquel an fou di cord entrel Conte de Proenza & homes de Massalha, & adonc lo Coms lo desbaratet al Gra de Magalona, & aprés feron plus ambel.* Charta Ludovici Ducis Andegavensis & Turonensis Regis Franc. fratris, & ejus locum tenentis in tota Lingua Occitana an. 1372. ex Tabulario Narbonensi: *Per querelam Consulum Narbonæ percepimus, quòd licèt pluribus aliis mediantibus litteris per nos eisdem Consulibus concessis pro commodo & utilitate totius reipublicæ tam dictæ villæ Narbonæ, quàm locorum circumvicinorum, nonnulla impedimenta seu obstacula, quæ in ea circa gradum, & introitum atque egressum, tam gradus quàm maris, quæ in gula seu exitus fluminis Atacis, & præcipuè in loco vocato Lardalho, amoveri eis mandatum extiterit, & pro ipsis amovendis, ut navigia possint inde vehi & navigari, mercesque & aliæ res tam victualium, quàm alia, &c.* Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. cap. 86. meminit Gradus Cullerensis, *del Grau de Cullera*, in Catalania: Gradus Serinyacensis, *del Grau de Serinya*, cap. 152. Gradus Narbonensis, *del Grau de Narbona*, eod. cap. Petrus IV. Rex Aragon. in Chr. lib. 6. cap. 6. *del Grau de Murvedre, del Grau de Valencia.* Surita in Indice Rer. Aragon. lib. 1. sub an. 1080. observat, *Pinam* Hispaniæ oppidum ædificatum ad fluvii Hiberi trajectum, quem *Gradum* vocant: *Pina oppidum situm ad Hiberi trajectum, (Gradum vocant) incursione hostili deflagrat.* Et sub an. 814. *Gradus* videtur appellare fauces Pyrenæi, quas alii *Portus*. Mitto reliqua, haud ita pridem à me observata ad Alexiadem pag. 313. 314.

Gradus. Sententia arbitrorum an. 1120. in Hist. Monmorenciac. p. 75. *Gradus Gurardi usurarii, & occupatio gradus Domino remanet Montismorenc. extra partem alterius plateæ, in qua domus ejus fuit, &c.* Infrà: *Excepto gradu & platea, quam diximus.*

Graecus in quatuor qualitatibus secundùm Medicos sic explicat Constantinus Africanus lib. de Gradib. *Antiqui concordati sunt dicentes, unamquamque rem esse calidam aut frigidam, humidam aut siccam. Quorum quidem intentio ad temperamentum humanæ complexionis fuit. Humana enim complexio cæteris animalium complexionibus temperatior est, & mediocritati propinquior, &c.*

GRÆCISCUS, pro *Græcus*, ex Græcia. Opus *Græciscum*. Charta Hispanica æræ 1610. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti to. 5. *Lectos cum suos tapetes, & almoçalas de paleo, & de Grentisco, (f. Grecisco) cum suos plumatos paleos & Graciscos, & suas sabanas literatas, & fateles alfanegues, in panos Gratiscos, (Graciscos) & 16. ganapes paleas, & 30. panos optimos, & 25. mirtas de mesa, & 150. solidos pro servitio de mesa, &c.* Alia æræ 1111. apud eundem to. 6. *Frontale Greztisco, casulla Greziscanna, dalmatica Greziscauna, duos mantos, &c.* Alia æræ 1011. Ibid. *Manto armino, una almuçalla Grezisca, &c.* Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Calix Græcus sine patena, cum duobus calamis argenteis deauratis, cum imaginibus in circuitu opere fusorio levatis, &c.*

GRÆCUM, Vinum, quod etiamnum *Græco* vocant Itali, & in ea Italiæ parte, quam incoluere Græci, nascitur: *Vinum Aminæum*, Virgilio. Senator lib. 12. Ep. 4. *Nam licèt ingeniosa Græcia multifaria se diligentia subtilitate commendet, & vina sua aut odoribus condiat, aut marinis permixtionibus insaporet, &c.* Ordo Romanus: *Deinde* (finita Liturgia Pontificis) *descendunt Primates Ecclesiæ ad Accubita invitante Notario Vicedomini, & bibunt ter, de Græco primò, de Pactisi secundò, de Procovia tertiò.* Alcuinus Poëm. 220.

Et Nemias Græco infundat sua pocula Baccho,
Qui secum tunnam secum portare suescit.

Aliud est vinum *Græcanicum*, seu Asiaticum, quod *Bidus* dicitur in Gloss. S. Bened. cap. de Potionibus. Pro *Pactisi* verò fortè legendum *Pachysi*, id est, vino spissiori, crassiori, à Gr. παχύς. De *Procovia*, nihil succurrit. Describam hoc loco vocem mihi haud notam, quæ apud Joannem Abbatem Laudun. occurrit in Speculo Historiali MS. lib. 11. c. 40. *En ce mesme en les vins furent si vers & si crus, que ad peine les pooit on boire sans aucune indignation, & furent appellez les Aggresus.* Quæ quidem an huc pertineat, aliis examinandum relinquo.

GRÆCINGARIUM, Merum, vel vinum Græcum. Monachus Sangallensis lib. 2. c. 12. *Quadam die cum jam lætiores essent, & græcingario fortiori incaluissent, &c.* *Græcari*, Horatio, est conviviis & compotationibus indulgere.

GRÆCITAS, Lingua Græca, vox veteribus nota. Adamnanus lib. 2. de Locis SS. cap. 27. *Hujus orthographia vocabuli in libris Græcitatis est inventa.* Gloss. Gr. Lat. Ἑλληνισμὸς, *Græcatio*. Ἑλληνίζω, *Græcisco*.

GRÆCOLATIO. Gloss. Gr. Lat. MS. Βαρβαρισμὸς, *Græcolatio*. Editum habet *Græco-Latino*. Idioma scilicet ex Græco & Latino mixtum.

GRÆCOLONUS, Græcæ linguæ peritus, interpres linguæ Græcæ. Luithprandus in Legat. *Græcolonum meum, id est, Græcalinguagnarum, non permittebant comedi, &c.* Et mox: *Tantique nummis emebat, quanti Græcolonus obsonium uno.* At unde hæc vox composita? an *Græcolonus*, pro *Græcolatinus*, qui Græcam linguam in Latinam vertit, vel qui Græcè & Latinè loquitur?

GRÆCOS, ab Ethnicis appellatos Christianos testatur Tertullianus, quod cùm Christianam amplecterentur religionem, abjecta toga, pallium, quod erat Philosophorum indumentum, supervestiebant. Unde eorum dicterium in Christianum, qui occurrebat, *Impostor & Græcus est*, apud Hieronym. Epist. 10. ad Furiam, & Epist. 23. ad Marcellam. Contrà, Christiani Ethnicos *Græcos* appellabant. Glossæ Græc. Lat. Ἑλλὰς ἡ θρησκεία, *Paganus*.

GRAFFAGIA, Matth. Silvatico, *Scriptura*. Infrà: *Melangraficum, graffagia*.

GRAFIO, *Graffio*, *Graphio*, *Gravio*, Teutonicè *Graef*, Comes, Præses, Præfectus. Ita passim usurpant hanc vocem Scriptores.

Grafio, in Lege Salica tit. 34. §. 5. tit. 47. §. 2. tit. 52. §. 2. 3. 4. tit. 55. §. 8. tit. 56. §. 1. In Lege Ripuar. tit. 51. §. 1. tit. 53. 84. 88. Apud S. Audoënum in Vita S. Eligii lib. 2. Garifredus, qui *Comes Vermandensis* dicitur c. 47. *Graffio* vocatur cap. 52. Gesta Dagoberti Regis cap. 31. & Fredegar. cap. 74. *Scaram de electis viris fortibus — cum Ducibus & Grafionibus secum habens.* Judex autem Fiscalis appellatur in Lege Salica tit. 51. inquit Bignonius, ad discrimen Magistratuum municipalium, quorum meminit Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 33. Glossæ MSS. *Grafio, vel causidicus, advocatus.* Adde Vitam S. Genulfi n. 7. Miræum in Cod. Donat. piar. c. 7. &c.

Graffio. Charta Kenulfi Regis Merciot. to. 1. Monast. Angl. p. 100. *Nec Princeps, nec graffio hanc levitatem præfatam mutare audeat.*

Graphio. Anastasius in Hadriano PP. pag. 106. *Abbates etiam & judices, Duces nempe & Graphiones, &c.* Infrà pag. 108. *Abbates, Duces etiam & Graphiones.* Capit. Caroli M. an. 769. c. 6. *Adjuvante Graphione, qui Defensor Ecclesiæ est, &c.*

Gravio. Charta Chodovei III. apud Mabillonium to. 3. SS. Ord. S. Benedicti p. 617. *Nec non & inlustribus viris Ragnoaldo, Nordeberchto — Gravionebus.* In alia habetur *Grafionibus*, p. 619. ubi à Comitibus distinguuntur, iisque postponuntur. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 2. & Concilium Liptinense c. 3. *Unusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem gerat, adjuvante Gravione, qui Defensor Ecclesiæ ejus est, ut populus Dei paganias non faciat.* Paulus Warnefridus lib. 5. de Gestis Langob. c. 36. *Cum Comite Bajoariorum, quem Gravionem dicunt.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 7. *Gravionum pravitas.*

Grafia, Districtus Grafionis, Comitatus. Germ. *Graffschafft*. *Greve*, in Legibus Edw. Conf. cap. 35. Formulæ veteres apud Bignonium c. 7. *Quæ est in pago illo, in grafia illa, in loco, qui vocatur ille, &c.* Adde c. 40. Tabularium Conchensis Abbatiæ in Ruthenis Ch. 31. *Qui est in pago Ruthenico, in grafia Cabiniacense, villa, cujus vocabulum est Clauginiaco.* Idem videtur quod *vicaria*.

Lipsius, Wendelinus, Jacobus Eyndius lib. 2. Chr. Zeland. & alii à verbo γράφειν, *Grafiones* dictos volunt: cùm enim, inquit Eyndius, Præsides Provinciarum commissas sibi ditiones per jurisperitos Scribas, & per Quæstores, aliosque ex Comitatu regerent, litterarum legendarum & scribendarum, multo magis juris dicundi, in tanta apud eos barbaria, summa ignorantia esset, omnes, qui litteras tractabant in hoc munere, *Graphios*, tanquam *Graphiarios*, ἀπὸ τοῦ γράφειν, dixerunt. Chiffletius in Anastasi Childer. cap. 13. à *Graphio*, quo Reges annotabant in ceris, *Graphiones* dictos vult, quòd essent *Graphii Regii* custodes: quod quàm à vero absit, quivis facilè percipiet, qui *Graphiones* in Provinciis ac civitatibus, non verò in Palatiis, judicum munus obiisse advertet. Christ. Besoldus à Græco γραῦς deducit, ita ut *Graven* dicti sint quasi *Seniores*: qua postrema appellatione donatos constat Optimates, ac Urbium aut Provinciarum Præcipuos. Heigius part. 1. quæst. 2. *Graven* à Belgico *Graben* i. fossa, dictum putat; quasi limitibus præfecti Comites fuerint.

Scriekius

Scriekius in Originibus Celtic. *Grave*, *Graeff*, quasi *Gaer-haeff*, Celtis esse tributorum exactorem & perceptorem collectarum contendit: quo sensu *Grafio* nonnunquam sumitur. Verbi gratiâ, apud Sugerium de Administr. sua cap. 23. *Ab oppressione Exactorum regiorum, quos dicunt Graffiones, multo labore multisque placitis emancipaveram.* Ubi *Graffiones* iidem sunt qui *Gravatores*, & *Gravarings*, de quibus suo loco. Olivarius Uredius, à vernaculo Flandrico *Graven*, quod est scribere, sculpere, cælare, deducit. Alii à Saxonico *Grave*, Judex, id vocabuli deducendum censent: nam Judices, *Comites* dictos planum est. Quam sententiam firmant verba ista Legis Edwardi Confess. c. 35. *Greve quoque nomen est potestatis: Latinorum lingua nihil expressius sonat quam præfectura, &c.* Unde Theutonici Consules suos *Mergreve, quasi majores dominos* vocavere. Quæ verò de vocis *Greve* etymo hic subduntur, sciens prætereo, cùm nec mihi, necaliis arrideant. Denique Lambardus, Rastallus, & Spelmannus, à Saxon. Ʒeꞅeꝼa, & per contractionem Ʒꞅeꝼa, Comes, Præpositus, Præses, Vicecomes, Tribunus, Publicanus, Exactor, &c. vocis etymon accersunt: Ʒeꞅeꝼa verò formatum volunt à Ʒeꞅeꝼen, quod est *rapere*, & proprium Exactorum. Atque inde in Lege Salica tit. 33. & Ripuaria tit. 84. hæc verba leguntur: *Si quis grafionem ad res alienas injustè tollendas invitaverit, &c.* Unde conficit idem Spelmannus, alium fuisse Comitem, alium Grafionem, ac Comitem quidem, qui Comitatui præerat: Grafionem, Comitis Vicarium. Sed non advertit, ea tempestate Comites, licèt officio judicis functos, vectigalia publica exegisse, quod fecere etiam *Ballivi*, qui postmodum Comitibus & Grafionibus in Provinciis successere: unde & *Judices fiscales* dicti Grafiones & Comites, quòd & judices essent, & fiscalium exactores. Constat enim ex omnibus pene Scriptoribus, qui Grafionum meminere, id nominis pro Comitibus usurpasse. Neque aliud vox Ʒeꞅeꝼa apud Anglo-Saxones significat. Gloss. Ælfrici: *Consul* (i. Comes) Ʒeꞅeꝼa. Ita nudè: at *Proconsul*, UnꝺeꞃƷeꞅeꝼa: *Publicanus*, Ꝥic-Ʒeꞅeꝼa: *Villicus vel actor*, Ꞇun-Ʒeꞅeꝼa, &c.

GRAGNAGE. Regestum censuum & debitorum Comitatus Bigorræ, ex Camera Comput. Paris. fol. 9. *E sengles concas de pane, e sengles mois de civade gragnage en Agost.* Infrà: *18. den. per porc e per molto 1. moi de mil, e 6. panes gragnage, &c.*

GRAGULA, Avis species Hispanis ita dicta, fortè *graculus*. Vita S. Fructuosi Episc. cap. 9. *Nigras parvasque aves, quas usitato nomine vulgus* (Hispanum) *Gragulas vocitat, mansuetas in Monasterio habuisse perhibetur.* Vide *Gracula*.

GRAICUS *Color*, Cæruleus. Chronicon Constantiense: *Venetiarumque Episcopus modium plenum, Graici coloris, qui Lazurius dicitur, contulit.* Ex Græcobarb. γεράνιον, fortè. Vide Gloss. med. Græcit. in ἱεράνιον.

GRAMALLA, Laïcæ vestis genus, quo in Hispania Barcinonenses & Castellani utuntur: maximè urbium Ædiles.

GRAMATA, *Gramicia*. Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. p. 1275. *Unum camisium cum gramatis, & frisis, unam stolam de catasfittulo.* Infrà: *Duos amictus cum gramatis.* *Gramitia* habet liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ, apud Joannem Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. p. 345. *Item unam dalmaticam nobilissimam de opere Cyprensi cum gramicis ad figuras cum perlis. — Item 4. camisas de cortina, cum pectoralibus & gramicis de opere Cyprensi.* Γράμμα Græci recentiores dixére etiam pro limbo vestis. Vide Glossar. med. Græcit.

GRAMINARI, *Gramine pasci*, in Gloss. MS. Regio.

GRAMMÆ, Lineæ. Auctor Mamotrecti ad lib. Judith c. 10. *Discriminavit, id est, capillos divisit, vel grammam fecit.* Ubi *grammam fecit*, i. lineam: estenim γραμμὴ, Græcis linea: nam cùm discriminantur capilli, fit in medio linea. Apulejus de Herbar. virtutib. c. 106. de Olusatro: *Thyrso molli, cavo atque celso, veluti scripturis notato, quas Græci Grammas vocant.*

Accipitur etiam pro litteris, quas Græci γράμματα dicunt, atque adeo pro ipsa Grammatica. Smaragdus in Grammatica MS.

Possit ut ignotos calles dinoscere grammæ,
Quos bene præteriti jam cecinere viri.

Infrà:

Leniter ut currat tyronis cymba per altum,
Quæ grammæ pelagum cœpit arare libens.

Vetus Charta in Chronico Besuensi p. 599. *Limitis vitæ velocitas cogit, ut memoranda quæque grammis cartarum imprimantur, &c.* Alia Alberici Comitis Viromandensis an. 959. apud Hemeræum, sic clauditur: *Scripsit has cartulæ grammas Benedictus, jussu Humfredi Cancellarii.* Hrabanus Maurus Poëm. 8.

Grammata sola carent fato, mortemque repellunt.

Grammus, eadem notione. Testamentum Haimonis Dom. Burbonensis an. 9. Ludovic. ind. 3. *Sicut per grammos literarum dedi.*

GRAMMATICUS, Disciplinis liberalioribus instructus, eruditus. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Grammaticus, scholasticus, vel litteratus.* Diomedes lib. 2. de Arte Grammat. *Grammaticus, Latinè litteratus est appellatus.* Leo Ost. lib. 1. c. 50. *Majo Presbyter atque Grammaticus.* Paulus Warnefrid. de Gestis Longob. lib. 2. cap. 13. *In arte Grammatica, sive Rhetorica, seu etiam metrica clarissimus extitit.* Lib. 6. c. 7. *Eo tempore floruit in arte Grammatica Felix, — quem in tantum Rex dilexit, ut ei baculum argento auroque decoratum inter reliqua suæ dignitatis munera condonaret.* Petrus Diac. in Præfat. ad lib. 4. Chronici Casin. *Ego namque, quem non Grammaticorum scientia ornat, non eloquentiæ gloria, non sapientium peritia.* Huc spectant ista Georgii Acropolitæ c. 29. Καὶ νῦν τῆς ἐγκυκλίου ἀπηλλαγμένος τῆς παιδεύσεως, ἣν γραμματικὴν καὶ ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. Aliàs *Grammaticus est Professor litterarum*, ut est in Actis purgationis Cæciliani initiò. Vide Glossar. med. Græcit.

Grammaticus, Notarius, Secretarius. Hieron. Blanca in Comment. Rerum Aragon. *Ipsi Notarii ac privilegiorum hujusmodi scriptores, tum Scribæ regii, tum & quandoque Grammatici Regum appellari, Græco nomine retento, consueverunt.* Ita à Græcis Scriptoribus, seu Byzantinis, hanc vocem usurpari monuimus in Præfat. ad Cinnamum.

GRAMMATOFORA, Apices, scriptura, diploma. Charta Gerardi Episc. Augustod. in Tabul. ejusdem Ecclesiæ: *Nos itaque audivimus flagitationem illorum concupiscenti animo, & bono desiderio jussimus et tales grammatoforas nostræ auctoritatis in membrana adscribi.*

GRAMPHA. Historia à Cutheis, de Gestis civium Spalatinorum cap. 2. *Et antecedebant ipsum sui familiares armati cum tabulariis & clypeis depictis cum grampha, ipsius arma, & ensibus & spathis nudis, &c.* Italis *granfo*, est cancer marinus.

GRAMPOISE. Vide *Craspiscis*.

GRANA. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 453. *Et de 94. selionibus, & 12. buttis terræ, & de grana unius acræ, &c.* Vide *Grava*.

GRANAMELLUM. Vide *Gruta*.

GRANARIUM, Locus, seu camera reponendis granis frumentariis, nostris *Grenier*. Gloss. S. Benedicti: *Granarium*, σιτοβολών. Lambertus Ardensis pag. 160. *Promptuaria sive granaria cellariis continuans.*

Mox.

Mox: *Prima autem area fuit in superficie terræ, ut erant cellaria & granaria, cistæ etiam magnæ, dolia, & cupæ.* Vox priscis nota.

GRANATARIA, Granarium, vel locus, ubi bladum venum exponitur. Charta Libertatum de Moneto in Biturigib. an. 1269. *Granatariam ad bladum vendendum, si voluero, potero facere, & de blado, qui vendetur intus, habebo reditum sine injuriam faciendo.*

GRANATARIUS, Officium Monasticum, de quo sic Bernardus Monach. Cluniac. c. 8. & ex eo Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. c. 18. *Secundus est qui annonam recipit, quem & Granatarium vocamus. Hinc, quando messis est tota collecta, Prior innotescit quanti modii de illa, & de illa Obedientia sunt venturi, & quod semel audit, usque dum sit redditum, in computo suo tenebit. Pistores sunt sub ejus manu, qui cùm frumentum acceperint, duas species panis sunt reddituri, &c.* Vide Fletam lib. 2. cap. 82. §. 1. & cap. 84.

GRANATERIA, Vectigal è granariis collectum. Constit. Siculæ lib. 1. tit. 84. *Demania etiam, & mortitia, excadentias, granaterias, piscarias, herbas aluminis, & generaliter omnia, quæ per nostram curiam procurantur, &c.*

GRANCHIA. Vide *Grangia.*

GRANATICUM, idem quod *granateria.* S. Gregorius M. lib. 1. Epist. 42. *Volumus, ut securitatis libellos ita de pensionibus facias, quatenus imprimis dicens tantam pensionem unumquemque debere persolvere, sibi abjectis siliquis, oneribus, vel granatis.* Vide *Grangaticum.*

GRANDES, Vibices flagrorum, interdum ipsæ flagellationes, quòd catervatim instar grandinum irruant. Quomodo τὰς τῶν μαστίγων νιφάδας dixit Anonymus in Martyrio SS. Carpi & Papyli n. 9. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 10. *Titionem ardentem ab igne dicto citiùs rapiens, grandes sine numero infregit.* Ibidem: *Flagello de pyrali rapto, nisi ei erecto adictum brachio occurrissent, grandes incussissent.* Eodem loco: *Si imperitorum aliquis claustri illius invasori grandes infregisset, non ego curassem.* Hinc

Grandinare, pro flagellare, castigare. Liber, cui titulus *Aurora:*

> *Carnis luxuriam grandinat ira Dei.*

Gloss. Gr. Lat. Χαλαζοκοπῶ, *Grandino.*

Ingrandinare, apud eundem Eckehard. c. 3. *Totis viribus à dorso ingrandinat.* Prudentius in Martyrio S. Romani:

> *Pulsatus ergo Martyr illa grandine,*
> *Postquam inter ictus dixit hymnum plumbeos.*

Fortunatus lib. 3. de Vita S. Martini:

> *Martinum flagris & fustibus urget iniquis.*

Et mox:

> *Ipse tamen patiens, jaculorum grandine pressus.*

Ita *grandinare,* & *ingrandinare,* erit instar *grandinis,* flagellorum crebris ictibus cædere. Verùm quid hoc ad *grandes?* quæ quidem vox ad illud me revocat, quod apud Vopiscum in Tacito legitur: *Nutritorem timeat, respiciat ad nutricem, magnarum magistralium ictibus terrorique subjaceat.* Ita enim in Palatino Codice legi monet Salmasius, ubi pro *magnarum,* in Editiones *manuum* irrepsit. Sanè *Magnæ* Vopisci, & *Grandes* Eckehardi eadem sunt. Gloss. Gr. Lat. Βαρεῖα, *Grabus, Grabida, Grandis.* Βαρὺ, *Grande, Grave.* Sed de vocum origine ac genuina notione alii fortè meliùs divinabunt.

GRANDITUS, *Enormis,* Gloss. Arabico-Lat.

GRANDUALIS. Monachus Florentinus de Expugn. Accon.

> *Exeunt de mœnibus bis mille pagani,*
> *Qui nuper intraverant facti oppidani,*
> *Grandualem tumulum, quem nostri fecerunt,*
> *Pulsis operariis, statim ascenderunt, &c.*

Ubi fortè legendum *gradualem,* quòd gradus vice fuerit tumulus ad urbis mœnia invadenda.

GRANEA, *Granica, Grangia, &c.* Locus, seu ædes, ubi grana frumentaria reconduntur, nostris *Grange.*

Granea. Tabularium S. Remigii Remensis: *Est ibi domus ipsius Presbyteri, juncta Ecclesiæ, cum granea.* Lex Alem. tit. 81. §. 2. *Si enim domum infrà curtem incenderit, aut scuriam, aut graneam, vel cellaria, &c.* Occurrit rursum §. 5. in Addit. 4. Ludovici Pii §. 93. & in Charta H. Episcopi Tullensis apud Perardum in Burgundicis pag. 175.

Granea. S. Hieronym. in lib. 1. Paralipom. cap. 23. *Primitiæ enim spicarum, quando deferebantur, & granea comedebantur: quod genus cibi vulgò Graneas vocant.*

Granica, eadem notione. Lex Bajwar. tit. 1. c. 14. §. 5. *Ad casas dominicas, stabulare, fenile, granicam, vel tuninum recuperandum, pedituras rationabiles accipiant.* Formulæ vett. apud Bignon. for. 13. *Cellaria, vel camara, & granica, quicquid in eis habuit repositum, &c.* Polyptycus Floriacensis: *Debet unam carradam adducere de feno in granicam senioris, &c.* Tabularium Ecclesiæ Carnotensis an. 1206. *Et quidquid juris habebat in granica nostra de Chansery, &c.* Mox: *Unde statuimus, ut Canonici nostri in eadem granica prabendas suas percipientes, &c.* Alia Ludovici Comitis Blesensis an. 1199. ibid. n. 116. *Major verò in granica illa, quotiens opus est, tenetur quærere scopas, & palas, & vannos, & quæ ad mundandas segetes sunt vel erunt necessaria.*

Grangia, pro area seu loco, ubi bladum teritur, quomodo *Grange* hodie usurpamus, in Charta Joannæ Comitissæ Flandriæ an. 1222. apud Cousinum lib. 4. Hist. Tornac. cap. 7.

Granchia, eadem notione, apud Rigordum anno 1182. Sugerius de Rebus in administratione sua gestis c. 2. *In introitu villæ novam Curiam cum granchia novacrigi fecimus, ut in ea campi pars universalis—reponeretur.* Adde cap. 21.

Grancia, in Hist. Morimundensis Cœnobii in agro Mediolanensi lib. 1. p. 259.

Grangia, Prædium, villa rustica. *Grangiæ,* ut ait Lindwodus, *dicuntur à granis, quæ ibi reponuntur, & sunt Grangiæ domus seu ædificia, ubi reponuntur grana, ut sunt horrea: sed etiam ubi sunt stabula pro equis, bostaria, sive præsepia pro bobus & aliis animalibus, caulæ, pro ovibus, porcitheca pro porcis, & sic de aliis, quæ pertinent ad œconomiam, ut sunt loca deputata pro servientibus ad agriculturam, & opera rustica.* Vide Sanjulianum in Tornutio pag. 519. Innocentius III. lib. 1. Epist. pag. 119. *Licet in eorum privilegiis inhibitum sit expressè, ne quis Archiepiscopus vel Episcopus, nisi in manifestâ necessitate, in eorum grangiis hospitetur.* Vita Caroli Abbatis Villariensis cap. 3. *Auxit insuper Conventum Monachis & Conversis, grangias ædificiis & terris.* Monachus S. Mariani Autisiod. an. 1143. *Inter cætera beneficia perplura, quæ contulit, terram grangiæ de Bosculo emit eis de proprio, idemque considerans locum nimiæ arctitudinis esse, non posse ordini suo congruas dilatari vel extrui officinas, &c.* Gregorius IX. in Constitut. pro Benedictinis: *Hæc autem nolumus ad illas grangias, seu administrationes extendi, quæ curam animarum non habent, &c.* Occurrit passim apud Scriptores, Conradum Usperg. p. 324. 325. Ed. 1540. Gervasium Abbatem Præmonstrat. Epist. 33. 35. 43. Lewoldum Northovvium in Chr. Marcano an. 1126. Rainardum Abbatem in Institut. Cistercienf. c. 5. 8. 66. 70. Jo. Columbum lib. 3. de Episcopis Vivariens. num. 31. apud virum eruditum Mich. Germanum in Hist. S. Mariæ Suession. p. 446. in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ c. 1. in libro

 Usuum

Usuum Ord. Cisterc. c. 84. in Hist. Vizeliacensi lib. 3. p. 530. in Bulla Joannis XXII. PP. apud Wadd. to. 3. in Reg. n. 96. in Monast. Anglic. to. 2. p. 1029. 1040. in Legibus Alfonsinis part. 1. tit. 7. lege 33. &c. *Le Roman du Renard MS.*

E nequedent ont tant erré,
Qu'il s' avoierent par un plant ains.
De lés une grange a Nonnains.

Grangiarius, Qui præest *grangiæ*, aut villæ, vel prædio rustico, Officium Monasticum. Fleta lib. 2. c. 82. §. 1. *Nec sustineatur, quòd Præpositus sit granatarius & grangarius simul.* Statuta Ordinis *de Sempringham* to. 2. Monast. Angl. *Grangiarius grangiæ habeat solatium, si necesse fuerit, qui videlicet provideat domui post eum.* Vide p. 703. 713. 745. Ita usurpant liber Usuum Ordinis Cisterciensis c. 81. 111. & Cæsarius lib. 5. Mirac. c. 33. lib. 7. c. 38. qui interdum & sæpe ejusmodi Monachos, *Grangiarum magistros* appellat, ut *Custodes grangearum*, Monasticum Anglic. to. 2. p. 378. *Fermiers, Grangers, & Metaiers*, iidem sunt in Delphinatus provincia. Vide Expillium Orat. 21.

Grangaticum. Hist. Episcoporum Autisiodor. cap. 49. extremo: *Deditque ad victum Canonicorum — similiter & debitum horreorum, id est, grangaticum, quod ad se pertinebat, illis habere permisit.*

Granchiagium, eadem notione. Tabular. Priorat. Neronis villæ fol. 36. *Quidquid habebat in decima de Fromunvilla, & granchiagium, & tractum, & cætera omnia, quæ ad decimam pertinebant. Grangeage*, apud Expillium Orat. 21. p. 244. Vide *Granaticum.*

Grangiaria, Officium *Grangiarii*, apud eundem Cæsarium lib. 11. cap. 2.

GRANI, Latinis, si Savaronem & Salmasium audimus, dicuntur Capilli sparsi ac discriminati, quia cùm sint in fine rotundati, granorum formam efficiunt. Vetus Interpres Historiæ Judith: *Comam discriminavit, id est, granam fecit*: Cui conjecturæ favet Commodianus Instr. 60.

Capillos inficitis, oculos fuligine relinitis,
Le...is com...as granulatim, fronte depicta,
Malas medicatis quodam super ducto rubore, &c.

Isidorus lib. 19. Orig. c. 23. *Granos* Gothis potissimùm adscribit: *Nonnullæ etiam gentes non solùm in vestibus; sed & in corpore aliqua sibi propria, quasi insignia, vendicant, ut vidimus Cirros Germanorum, Granos & Cinnabar Gothorum.* Concilium Braccarense I. an. 563. can. 11. *Placuit, ut Lectores in Ecclesia habitu sæculari ornati non psallant, neque granos gentili more demittant.* Adde Concil. Toletan. IV. can. 41. ubi perperam Garsias Loaysa *Granos* vestis genus esse putavit.

Sed videtur hæc vox non tam capillos discriminatos significasse, quàm barbæ eam partem, quæ infra nares est, seu mystacem. Ernulfus Roffensis Episcopus to. 2. Spicilegii Acheriani, ubi quærit, cur sacer calix Laïcis propinandus non detur? *Evenit enim, inquit, frequenter, ut barbati & prolixos habentes granos, dum poculum inter epulas sumunt, priùs liquore pilos inficiant, quàm ori liquorem infundant.* Ita.

Grenones, usurpant Statuta antiqua Carthusiens. 3. part. cap. 28. §. 13. de Conversis: *Barbam non decurtent, nec rasoriis grenones radant.* Adde Statuta ejusd. Ord. an. 1368. part. 3. cap. 2. §. 9.

Greunones, Regula Templariorum cap. 28. ubi Editio Andreæ Favini habet *Gena.*

Crinones, eadem notione. Papias MS. *Crinones, quasi Currones dicti, quòd discurrant ab utraque parte labii.*

Granones. Lex Frisionum tit. 22. §. 17. *Si granonem ictu percussa præciderit, 2. sol. componat.* Ibidem in Addit. tit. 3. §. 17. *Si granones præcisi fuerint, &c.* Sic etiam

Grenons, Poëtis nostratibus. Philippus *Mouskes* MS. de Philippo Augusto Rege Franc.

Grans & biaus fu & drois & lons,
S' ot un poi rousais ses grenons.

Le Roman du Renard couronne MS.

Renars s' affronchie le grenon,
Si ne set que il puise faire.

Alibi, de Fele:

S'ont les grenons viex & chanus,
Et les dens trenchans & menus.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

De mautalent afronci le grenon.

Rursum:

La barbe ot longue & les grenons mellez.

Vetus Poëma vernaculum MS. de Inventione S. Crucis:

Cil qui n' avoit barbe ne grenons.

Chr. Bertr. Guesclini MS.

Et Damp Ferrant de Castre, qui blanc ot le grenon.

Jacob *Millet* de Destructione Trojæ:

J'ay long grenon & grant barbe veluë.

Guernon, aliis. *Vacces* MS. in Ricardo I. Duce Norman.

Ni est mie Chevalier, encor est valeton,
N' avoit encor en vis ne barbe ne guernon.

Infrà:

Un des Engleis qui ont veu
Les Normans tout reis tondu,
Cuida que tuit prevoires fussent,
Et que Messes chanter peussent,
Que tuit erent tondus & reis,
Ne leur estoit guernon remeis.

Le Roman de Garin:

Là fu Hardre ò le guernon fleuri.

Idem: *Là veissiez un estor commencier*
Tant chevel traire, & tant guernon sachier.

Kilianus observat *Granones* barbarè appellari pilos felis sive eluri supra os inter nasum & supremum labium. Porrò à *Gernon* efficta vox

Gernobada, vel *Genorbada*, eadem notione. Ugutio: *Genos, Græcè dicitur barba: unde generbodum, quod vulgò dicitur gernonus.* Unde versus:

Murilegus bene scit cujus genobada lambit.

Joannes de Janua habet *Genobardum*. Gl. Lat. Gall. *Genobardum, Grenon, comme barbe de chat ou de chievre.* Silvester Giraldus in Descriptione Cambriæ, cap. 11. de Wallensibus: *Barbam viri præter gernobada solum radere solent.* Quibus hæc subjungit ex Cæsare lib. 5. de Bello Gallico: *Gallorum gens omni parte corporis abrasa, præter caput & labrum superius.* Olla Patella:

Fasces, patellæ, postela, gernobada, suræ.

Gernobadatus. Tradit Lambert. Ardensis Eustachium Comitem Bononiæ, & Balduin. Grossum Alosti Toparcham, *Gernobadatos* appellatos, *propter barbæ prolixitatem*: quam vocem, *aux Guernons*, vertit Duchesnius lib. 3. Hist. Guin. c. 2. & lib. 4. c. 4. quod etiam cognomen Ranulfo Cestrensi Comiti Joannes Bromptonus p. 1013. Willelmo *de Percy*, qui sub Willelmo Notho floruit, vetus Charta in Monastico Angl. tom. 1. p. 73. 74. tribuunt.

Videtur autem vox malè compacta ex *Grani* & *barba*, quasi *Grani barba*: vel ex *Gena* & *barba*. Nam *Gena*, inquit W. Brito in Vocab. *à genos dicitur, quod est barba, quòd inde incipiat gigni barba.*

GRANICA. Vide *Granea.*

GRANICIES. In Wichbild Magdeburgensi, art. 127. est *de limitibus & granicie bus.* Ubi *granicies* videntur esse lapides ad distinguendos fines positi: qua notione usurpatur hæc vox in Decretis Alberti Regis Hung. an. 1439. *De metis vero & graniciebus inter Hungariam & Moraviam, &c.*

GRA-

GRANONES. Vide *Grani*.

GRANT, Dæmonis species. Gervasius Tilleberiensis MS. lib. 3. de Otiis Imperialib. c. 64. *Est in Anglia quoddam Dæmonum genus, quod suo idiomate Grant nominant, ad instar pulli equini anniculi, tibiis erectum, oculis scintillantibus. Istud Dæmonum genus sæpissimè comparet in plateis in ipsius diei fervore, aut circa solis occiduum, & quotiens apparet, futurum in urbe illa, vel vico portendit incendium. Cùm ergo sequente die vel nocte instat periculum, in plateis, discursu facto, canes provocat ad latrandum: & dum fugam simulat, sequentes canes ad insequendum spe vana consequendi invitat: hujusmodi illusio convicaneis de ignis custodia cautelam facit, & sic officiosum dæmonum genus, dum aspicientes terret, suo adventu munire ignorantes solet.*

CRANTARE, *Crantum*. Vide *Creantare*.

GRANUM, Quævis annona, quo modo *Grain* nostri usurpant. Will. Neubrigensis lib. 4. cap. 19. *Cumque urbs abundaret præsidiis, grani plerumque penuria noster exercitus laborabat.*

Granus, vel *Granum*, *Genus nummi*, apud Neapolitanos, *sex denariis parvulis constans*, apud Gobelinum Personam in Cosmodromio ætate 6. c. 79. Idem c. 80. *Unde per dies aliquot la unicula una, quæ vulgò Barile dicitur, pro granis ... venit.*

Granum auri, ut uncia ... Constitutiones Siculæ lib. 1. tit. 90. § 1. *Apposito autem pro qualibet citatione infracti statim ... facienda, granum auri ab actore prælevetur: extra civitatem, aut pro quolibet miliari granum ... unum.* Erat autem quotidiana Canonicorum & Clericorum in Ecclesiis deservientium distributio in *granis auri*, apud Siculos & Neapolitanos, ut liquet ex Chartis an. 1292. & 1304. apud Ughellum in Ital. sacr. p. 306. c. 420. d. 899. a.

GRAPHIA. Joann. de Janua: *Graphia, scriptura*, γραφή. In Capitulis Carol. M. Addit. cap. 73. lemma sic concipitur: *De graphia prolatore; ut eam affirmet.* Mox: *Statutum est, ut scripturam prolator affirmet.* Epitaphium Pacifici Archidiaconi Veronensis, apud Ughellum tom. 5. p. 609. *Glosam veteris & novi Testamenti posuit, horologioque carmen speracali optimum, plura alia graphiaque prudens invenit, &c.* A graphia seu scriptura, *Graphiarii* appellati postmodum Notarii & Commentarienses, nostris *Greffiers*.

Graphiare, Scribere. Henricus Aquilonipolensis in Adolpheide: *Nota membranis ea clara per se,*

Clarior virtus tamen hac profecto,

Congraphiata est.

Graphiarium, γραφιοθήκη, in Gloss. Lat. Gr. MS. sancti Germani Paris. Vide infrà.

GRAPHIO. Vide *Graphio*.

GRAPHIUM, *Graphius*, Græcis & Latinis, dicitur stylus ferreus, ab una parte acutus, qua exarabantur in cera literæ, ab altera parte planus, qua inducebatur, quod perperam erat exaratum, & rursus complanabatur. Symposius in ænigmate, cujus lemma *Grafio*:

De summo planus; sed non ego planus in imo.

Papias: *Graphium, scriptorium.* Alibi: *Grafium*, γραφεῖον, *stilus vel baculus studentis.* Gloss. Ælfrici: *Graphium, vel scriptorium, græf.* Petrus in Actis S. Artemæ num. 10. *Jussit pueris, qui ejus discipuli fuerant, quòd cum gladiis, qui ab officio scribendi Græco eloquio Graphii nuncupantur, illum crudeliter trucidarent.* Concilium apud S. Macram an. 881. cap. 8. *Ad capitium lecti sui tabulas cum graphio habebat, & quæ — de pro ... & utilitate regni meditabatur, adnotabat.* Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 50. *Sicut enim supra scriptum est, ita mihi nominavit — & neque auxi, neque minui, ut credo, unum verbum, quia in tabulis cum grafio scripsi ante eum prefixum feudum.* *Graphium argenteum*, in Epist. 7. Bonifacii Mogunt. Recensetur porrò *Graphium* in supellectili monachica in Regula S. Benedicti, de quo multa congerunt Haeftenus in Disq. Monast. lib. 9. tract. 2. disq. 5. & Chiffletius in Anastasi Child. c. 13. Poëta Gallicus MS. qui vixit an. 1376.

Les uns se prennent à escrire,

De greffes en tables de cire,

Les autres suivent la coustume,

De fourmer lettres à la plume.

Grafiarium, γραφιοθήκη, in Gloss. Gr. Lat.

Graffiolum, Surculus, taleola, ramus arboris *graphiolo* alteri insitus, inditus, unde nostri *Greffe* dicunt: Occitani, *Grafiou*. Fortunatus lib. 5. Poëm. 14. cujus lemma est: *Ad eundem, pro pomis & graffiolis.* Mox:

Qui mihi transmittis propria cum prole parentes,

Insita cum fructu surcula, poma simul.

Graphium, seu *Grafium*, speciem machinæ bellicæ fuisse, videtur innuere Cherubinus Ghirardaccius lib. 17. Hist. Bononiensis p. 575.

GRAPILA. Vita B. Angelæ de Fulginio c. 20. *Scio enim, filioli mei, quòd nobilitas & valor, qui exit de tribulatione, non est nobis cognitus: quia si esset cognitus, esset de ea magna grapila & rapina, & quilibet raperet ab alio, de quo rapere posset.* Occitani, *Graupinha*, unguibus vellere dicunt, *Graupinhado*, *Esgratigneure*.

GRAPINUS. Charta an. 1236. in M. Pastorali Eccl. Parisiens. lib. 16. Ch. 10. *Præbendarii, qui nunc sunt, receperunt à me foragia absque veciis, & grapinos, pro 9. singulis annis reddendis, &c.*

GRAPPUS, Botrus, racemus, Gall. *Grappe*, apud Petrum de Crescentiis lib. 4. cap. 4. extremo. Italis *Grappo*, est uncinus, Gallis *agraphe*.

GRARIUS. Vide Ughellum tom. 9. Italiæ sacræ p. 211. b. 213. a.

GRASANEC. Charta Anglica an. 1330. laudata à Spelmanno: *Et debet grasaneb pro porcis suis ad festum S. Martini, videlicet pro quolibet porco ætatis unius anni obolum.*

GRASSELLUS, Vasculi seu mensuræ frumentariæ species. Libertates MSS. Salvæ terræ in Ruthenis an. 1284. *De pretio scutellarum & grassellorum unum denarium.* In Privilegiis Novæ Bastidæ an. 1298. habetur *Grassalharum*, in Regesto Philippi Pulcri Regis Franciæ ex Tabulario Regio. Alia an. 1356. apud Gariellum in Episc. Magalonensib. p. 389. *De lignis, mappis, mensis, vitris, paropsidibus, grazaeltis, amphoris, ollis, & aliis utensilibus, &c.*

Grassaletus. Charta Janueranæ de Medullione an. 1225. tom. 7. Spicileg. *Dono prædictæ Ecclesiæ (S. Andreæ Avenionensi) 20. scutellas, & 25. grassaletos censuales annuatim, &c.*

GRASSUS, Pinguis, *Gras*. Gloss. Gr. Lat. MS. S. Germani Paris. Πάχυνσις, *Grassa*. Edit. παχεῖα. Πάχος, *Grassitudo*. Παχύνας, *Grassivus*. Edit. *Grassibus*. Παχύνω, *Grassus*. Edit. *Grasso*. Παχύς, *Bassus, grossus, crassus*. Althelmus de Laude virgin. c. 21.

Nam solers ... pinguescere fecit,

Et liquida ... mutavit flumina guttis.

Grassamen, idem quod *Grassitudo*, πάχος, in Gloss. Gr. Lat. Victorinus contra Manichæos: *Et carnem nunc usque jugi inedia inimica, ut ais, carnis membra tenuasti, censens animæ officere meritis ac naturæ pasti corporis succos ac pinguedinis distentæ grassamina, atque ipsorum abdominum mole prægravari, si post hunc jejuniorum laborem, ad Creatorem tuum — reverteris.*

Grassedo, Crassitudo. Utitur Eulogius Cordubensis.

GRATARE, Scabere, Joanni de Janua, nostris, *Grater*. Glossæ MSS. Reg. ex Cod. 85. *Ξύω, Pollio, Frico Grato.* De vocis etymo, vide Vossium, & Ferrarium.

GRATIA, Eucharistia. Optatus lib. 5. *Veniunt gentes ad Gratiam: exhibet ille, qui invitare dignatus est, ministerium exercet turba famulorum*, i. Sacerdotum aut Clericorum. Ita χάρις non semel apud Cyrillum, & alios.

Gratia, Baptismus, in l. 1. Cod. Theod. Ne sanctum baptisma iter. *Divinam Gratiam implorare*, i. baptismum, apud S. Cyprian. lib. 3. Epist. 17. *Gratiam Dei consequi*, Baptizari, in Chronico Reichersperg. an. 370. Προσέρχεσθαι τῇ χάριτι, apud Cyrillum lib. 4. Mystag. Elogium S. Pantaleonis:

Τάχιστα δὲ, μετὰ τῆς παλιγγενεσίας,
Τὴν ψυχολαμπῆ τῆς καθάρσεως χάριν.

Gratia, Eucharistia. S. Chrysostom. homil. 2. de Anna: Τράπεζα ἀπὸ εὐχῆς ἀρχομένη, καὶ εἰς εὐχὴν καταλήγουσα.

Gratia S. Pauli, aut *S. Apolloniæ*. Statuta Mediolan. 2. part. cap. 433. *Aventores corrigiolæ pulverettæ, nec dantes gratiam, nec S. Pauli, nec S. Apolloniæ, nec prædicantes brevia pro febribus*, &c. Species sortilegii

Gratiæ. Statuta Ordinis *de Sempringham*: *Sanctimoniales Laicæ installis suis stent ad Missas, & ad Gratias tantùm*. i. dum dicuntur preces pro agendis Deo gratiis. Matth. Paris an. 1256. *Completa qualibet hora canonica in Choro, & post gratias prandii, &c.*

GRATIARE, Gratias agere, in Legibus Adelstani Regis Angl. apud Bromptonum p. 851. 854. Vide *Regratiare*.

Gratiare. In Legibus Rotharis Regis Longob. tit. 89. est *de ancilla matrimonio gratiata* ea nempe, quam Dominus *de gratia* in uxorem accepit. Habet id ea Lex lib. 2. tit. 1. §. 8. Alanus de Insulis in Plancta naturæ: *Alteri quoque lateri blandienti lasciviens gemmarum benigna oculis gratiabatur serenitas.*

GRATIFICARI, *Largiri, impartiri*. Papias.

GRATIO, *Crudelitatis voluptas*, Papiæ. Codex MS. habet *Crudelitas*.

GRATUITER, pro *Gratuitò* utitur Osbernus in Vita S. Elphegi Archiepisc. Cantuar. n. 19.

GRATUS. Vide *Gradus*.

GRATUS, *Gratum*. Vide *Creantare*.

GRAVA, Lucus, arboretum, fructetum, arbustum, nemus, ex Anglico *à Grove*. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 113. *Dedit Ecclesiæ S. Petri duos breces in feodo suo — cum grava, & pratellis eidem terræ adjacentibus*. Pag. 117. *Terram suam — cum gravis, pascuis, pratis, &c.* Tom. 2. p. 262. *Præterea dedi eis unam gravam, quæ dicitur* Birhcombe, *& licentiam circumclaudendi*. Chartas alias suggerit Spelmannus. Vide *Grana*. Aliud sonat *Grave*, in Consuetudine Meledun. art. 4. Est etiam *Grave*, Germanis, fossa. Hesychius: Γράβα, σκάφη, βόθρος.

GRAVAMEN, Damnum, vel injuria: Gallis *Grief*. Matth. Westmonaster. an. 1246. *Ostendit ei manifeste articulos super gravaminibus & oppressionibus Ecclesiæ & regni, &c.* Occurrit passim.

GRAVANETUM. Vetus Charta apud Perardum in Chartis Burgundicis p. 89. *Scilicet porcellos, vitulos, edos, lanam, legumen, milium, panetum, unigranum, gravanetum, & plastrum juxta Ecclesiam S. Martini vestitum & non vestitum in parte Aquilonis situm, &c.*

GRAVARE, Sculpere, ex Gr. γράφειν, vel ex Germ. *Graven*, fodere: Gall. *Graver*. Vita S. Senorinæ virg. *Sanctam virginem in sublimiorem loculum elevavit, hoc illi gravans in marmore Epitaphium, &c.*

GRAVARIA. Notitia seu Charta Roberti Ducis Normann. an. 1088. in Tabulario Fiscan. fol. 14. *Has autem terras reddo & concedo quietas de gravaria, & ab omni laicali consuetudine*. Charta Henrici II, Regis pro Monasterio beatæ Mariæ de Bernaio in Norman. in 106. Regesto Tabularii Regii Ch. 84. *Et cum omnibus illis dignitatibus & libertatibus, & quietantiis de gravaria, & palacitio* (sic) *& aliis rebus, &c.* Charta Will. Nothi Comit. Norm. tom. 2. Monast. Angl. p. 960. *Ego Willelmus Normannorum Comes concedo eam* (Ecclesiam) *liberam ab omnibus consuetudinibus gravariorum & bernagiorum*. Ubi perperam, ni fallor, editum *granariorum*. *Le Roman de Rou MS.*

Plait de forest, plait de monoies,
Plait de porprise, plait de voies,
Plait de gaains, plait de graveries,
Plait de mellees, & plait d'ayes, &c.

Vide mox *Gravaringus*.

GRAVARINGUS, *Gravator*. Ordericus Vitalis lib. 12. p. 876. *Eodem tempore Amalricus Ebroicensis Comes animi nimiam amaritudinem gerebat, quòd Præpositos atque Gravaringos in terra sua nimium furere videbat. Insolitas enim exactiones imponebant, nec pro libitu suo judicia pervertebant.* Vox videtur conflata ex *Graf*, Comes, judex, & *Waring*, miles. Ita *Gravaringus* erit Præfectus ac Magister militum in urbe quavis. *Warings* enim milites vocant Angli, vocabulo, ut videtur, ducto à *Werra*, bellum, (nostris dicuntur *Hommes de guerre*) vel potiùs ministri fuerunt, seu *Milites* Comitum, qui eorum jussa exequebantur, aut denique *exactores* & publicani, quomodo *Graffiones* dicuntur à Sugerio de Administratione sua c. 23. & *Gravatores*, in libro Miraculorum S. Vulfranni Episc. n. 23. *Quidam homo S. Vulfranni misericordiam expetiit, qui in quosdam ministros incurrit, quos vulgus Gravatores appellat: hi autem equum, cui ille insidebat, eo dejecto rapuerunt.--- Illi verò petitionem ejus contemnentes, dixerunt, se domini sui servitium implere velle, & sic ei, si tamen eos sequeretur, reddere.* Vacces au *Roman de Rou MS.*

Venir a fet de cest païs,
Tous ses privés, & ses Baillis,
Ses Gravereus, & ses Viscomtes, &c.

Vide *Grafio*.

GRAVATÆ *mulieres*, gravidæ, quæ uterum gestant, κυοφοροῦσαι in can. 6. Concilii Neocæsariensis. Capitula ad Legem Alamannor. Edit. Baluzianæ c. 20. *Si qua mulier gravata fuerit, & per facto alterius infans mortuus natus fuerit, &c.* Concil. Eliberitanum apud Burchard. lib. 19. c. 155. & Ivon. p. 15. c. 163. & Capitula Theodori cap. 32. *In tribus quadragesimis anni --- conjuges continere se debent, nec illis diebus copulari, quamdiu gravata fuerit uxor, id est, à quo die filius in utero motum fecerit, usque ad partum, &c.*

GRAVATIO. Vide *Cravare*.

GRAVATORES, in Glossis antiquis MSS. *Ad aquas cruribus colligatis ambulantes*. Vide *Gravaringus*.

GRAVATUM *opus*, Sculptura, ex Gall. *Gravé, Graveure*. Occurrit non semel in Monastico Anglic. tom. 3. p. 310. 311. &c. quasi *graphio* exaratum.

GRAVELLÆ *vinorum*. Vide *Tempum*.

GRAVELLATUS. Historia Episcopor. Autissiodor. c. 25. *Dedit & alium messorium similiter anaglyptum gravellatum pensantem lib. &c.* Ubi fortè legendum *granellatum*, granis distinctum. Nisi *gravellatus* idem sit quod *gravatus*, sculptus.

GRAVERIA, Arena, sabulum, nostris *Gravier*. Testamentum Guill. D. Montispessulani an. 1146. *Scilicet pannos in flumine, ablui, & sessicari in ripis & graveriis*. *Le Roman de Rou MS.*

Plait de porprises, plait de voies,
Plait de gaains, plait de graveries,
Plait de mellees, plait d'ayes, &c.

Vide

Vide *Grava*.

GRAVIA. Statuta pro Canonicis S. Capellæ Parif. *Non debent nutrire, neque deferre comas, ... nec etiam facere gravias in frontibus eorum, quia talia non pertinent Ecclesiasticis hominibus.*

GRAVIDARI, Gravidam fieri, apud Aurelium Victor. in Epit. in Adriano.

GRAVIO. Vide *Grafio*.

GRAVITAS, *Honor: Gravare, honorare*, in Gloffis MSS. ad Concil. Sardic. c. 13.

Gravitas, Titulus honorarius, tributus Duci Daciæ Ripenfis, lib. 13. Cod. Th. de Operib. public. Ad del. 1. eod. Cod. de Epifc. & Cleric. lib. 18. eod. Cod. de Appellat.

GRAVOSUS, Gravis, in Lege Wifigoth. lib. 9. tit. 1. §. 9.

GRAUSIA, *gravamen*, ni fallor. Charta Gualteri Epifcopi Lingonenfis ex Tabul. Albæripæ: *Dimisit omnes graufias & querelas, &c.* Vide *Greugia*.

GRAZALETUS. Vide *Graffelus*.

GREAGIUM, Præftationis fpecies. Profeffio, feudalis, feu uti vocant noftri, *Adveu*, quam Regi præftitit Epifcopus Ambianenfis an. 1301. in Camera Computor. Parifienfi: *Veschi comment on prent le greage en le vile d'Amiens. Toutes œuvres de verges faites, si comme vans, corbeillons, benetons, kanes, ne doivent rien, &c.* Charta Philippi Comitis Flandriæ pro peagiis ejusdem urbis: *Toutes œuvres faites de vergues, si comme vans, corbeilles, corbeillons, paniers, ne canes, ne doivent nient; mais qui porte hanas à vendre en la chité d'Amiens, il doit 4. d. de greage, ou 4. hanas en se volenté, & en fen quois en fera, & ensi fera quite l'an. Et s'il porte auges, 4. auges ou 4. den. paiera &c.*

GREGARIA, Bercaria, prædii ruftici fpecies, ubi grex ovium, ut *Vaccaria*, ubi vaccæ, nutriuntur. Chronicon Fontanellenfe cap. 16. pag. 245. *De illa gregaria pagens. 60. — de prædicta gregaria cafeorum penfas 30.*

GREIL. Cuftumarium Priorat *de Levves*, apud Spelmannum: *Hæc funt, quæ Aluredus accepit cum Ecclesia & terra: 5. boves, — 6 vaccas, — 3. equos, — 1. archam, 1. greil, 1. patellam, & 1. triparium, & 3 larillos, &c.* Ubi *Greil* eft *Craticula*, quam *Grille* dicimus, quæ ibi reponitur inter inftrumenta culinaria. Vide *Gradale, Graticulis*.

GREMIALE, Pannus fericus, qui Epifcopi, facra facientis, cùm fedet, gremio aptatur. Octav. Ferrarius: *Grembiale*, & *Grembiale*, linteum, five femicinctium, à gremio. Ceremonialis Epifc. lib. 1. c. 11. *Duo prætereà alii; fed in Missa tantùm: adhibentur ministri, quorum unus de gremiali, alter verò — de ampullis serviat. Et qui gremiali ministrat, intentus esse debet, ut cùm celebrans Episcopus surgit, antequam mitra ei auferatur, ipsum gremiale per Subdiaconum de gremio Episcopi ablatum reverenter accipiat, illudque complicatum ante pectus ambabus manibus teneat, & cùm opus erit, eidem Diacono reponendum in gremio Episcopi sedentis, &c.*

GREMIALES *rivi*. Monafticum Anglic. tom. 1. p. 19. *Circiter 30. jugera inter duos gremiales rivos fluminis, quod dicitur Stour.*

GREMIUM *Basilicæ*, Mediam partem, feu *Navim*, interpretantur quidam, atque in iis Jofua Arndius in Lexico Antiquitatum Ecclefiafticarum p. 1088. Anaftafius in S. Silveftro: *Canthara ceroftrata in gremio basilicæ argentea 50. &c.* Eadem fermè habet in S. Innocentio, & in S. Cæleftino. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 589. *Hinc à dulci filio reverenter ad tumulum delatus est, & in gremio Ecclesiæ juxta consortem thori corpus ejus honorificè sepultum est.*

De gremio mittere, in Collegiis, Monafteriis, & Conventualib. Ecclefiis dicitur, cùm focietatis quifpiam, fumptibus & reliquorum nomine delegatur. Et differt ab eo quod dicitur, *à latere legare*, quòd hoc unius, illud multitudinis eft locutio: fic in conventione quadam inter Simonem Archiep. Cantuar. & Priorem & Capitulum Ecclefiæ Cathedralis Norwici an. 1133. Spelm.

GRENA. Vide *Greva*.

GRENONES, *Grennones*. Vide *Grani*.

GRESSA, Vervix, fandaros. Matth. Silvatic.

GRESSUTUS, *Pedester*, Papiæ.

GREVA, Arena, fabulum maris, glarea; noftris *Greve*. Charta Roberti Comitis Drocenfis an. 1220. *Et sciendum est, quod in omnibus rebus, quæ ducuntur ad Sousmarre per terram, vel per grevam de Crotoy, versus Pontivum, nihil ibidem habet Dominus S. Walarici.* Monafticum Anglic. tom. 2. p. 625. *Novem acras in greva maris — mensuratas pertica 20. pedum ad salinas faciendas.* Hinc emendanda videtur Charta Balduini Comitis Flandr. an. 1067. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. c. 25. *Et quingentas mensuras terræ — & salinas in Sintonis, quas Grenas vocant, si redacta in terram cultibilem ex beneficio maris accreverint, liberas eis cum omnium incremento ei tradidi.* Legendum enim *Grevas*.

Noftris etiam *Greves* dicuntur ocreæ ferreæ. Inventarium Philippi Magni Regis Fr. an. 1316. *Item trois paires de greves d'acier, & 3. paires de poulains.* Guill. Guiart an. 1301.

Espées, bacinez, & heaumes,
Gantelez, targes, lances, gréves,
Ne r'ont liendroit nules tréves.

Chronicon Bertrandi *du Guesclin*:

De plates & de greves si sist bien atourner.

Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis an. 1351. c. . *Pour le harnois: Gardebras, avantbras, cuissoz, grevettes, sollers, & gantellez.*

GREVARIA. Vide *Gravaria*.

GREPLA. Contract. Datior. Bergom. lib. 2. cap. 12. *Salvo, quod quilibet ipsam greplam portare sine dacio per 2. milliaria, &c.*

GREUGIA, Gravamen, Gall. *Grief*: in Foris Bearnenfib. *Los greuges*. Occurrit in Confuetudin. Tolofæ 4. part. tit. de feud. art. 7. 13. Affifiæ Hierofol. MSS. c. 27. *Se ce gregier li deust.*

Greusa. Charta an. 1327. in Tabular. Epifcopat. Ambian. fol. 161. *Nonnullis querelis, controversiis, greusis, debatis, &c.* Vide *Grausia*.

GREVISCUS. Vide *Gracifcus*.

GRIDARE, Clamare, ex Italico, apud Petrum de Crefcentiis lib. 4. cap. 17. extremo. Vide *Cridare*.

GRIECHIA, Gravatio, onus, ex vet. Gall. *Grieche*. Charta an. 1269. ex Tabul. Foffatenfi fol. 97. *Tria arpenta vel circiter terræ arabilis seu frichiorum — onerata in tribus denariis Paris. capitalis census debitis in festo sancti Remigii, & ad griefchiam tantummodo, ut dicebant, &c.* Infrà: *Quòd dicta tria arpenta terræ seu frichiorum ad dictum censum & griechiam absque alio onere — — tenentur.*

GRIETMANNI, Præfecti civitatum: *Grietania*, præfectura: voces Frifonibus familiares. In Legibus Opftalbomicis, *Griet-man, Grietenie*. Vide Joann. *à Sande* in Decifionibus Frificis, 1. defin. 1.

GRIFALCO. Breviloquus: *Erodius, rapacissima avis, omnium volatilium major, & aquilam vincit. Vulgò Grifalco dicitur, qui aquilam rapit.* Crefcentius: *Il girifalco, è uccello rapace majore chel falcone.* Græcis γρυπὸς eft rapax, unde Germani *Grupen*, noftri *Griper*, pro rapere dicunt. Sic *grifalco*, eft *falco rapax*, dictus quafi *gripfalco*. Landigo, *Grifagno*, dicitur *lo sparuiere, ch' è statuto un' anno ne la selva, & ivi s'è mudato.* Dantes in Inf. cant. 22. *Ma l'altro*

fu ben sparvier grifagno. *Grifaus* nostri dicunt, quæ vox apud Butilerium occurrit p. mihi 242. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital. & infra, *Girofalco.*

GRIFFONES, nostris ita Græci Byzantini Imperii olim dicti. Matth. Paris an. 1190. *Cepit castellum inter Calabriam & Messanam, quod Monasterium Griffonum appellatur, ubi Gryfones insultum facientes in Hugonem Brunum Comitem Marchiæ à Rege Richardo repulsi sunt.* Rogerus Hovedenus pag. 708. *Venit ad villam bonam, in qua nobilis Abbatia Griffonum est.* Adde Bromptonum p. 1189. Castelli de *Mategrifon* in Peloponeso alicubi meminimus in Hist. Gallo-Byzant. constructi à nostris ad *matandos* seu vexandos Græcos. *Griffons*, Villharduino n. 95. 128. 204. & in Chronico Flandr. c. 11. Philippus *Mouskes*:

A tout lor Griffons & lor Turs,
S'troient par la mer as murs.

Vide Gloss. ad eundem Villharduinum.

Griffo, Monetæ species 10. florenis & 10. solidis æstimata, in Magno Recordo Leodiensi p. 68. 85.

GRIFUS. Vide *Cripus.*

GRILLA, Uvæ species, de qua Petr. de Crescentiis lib. 4. c. 4.

GRILLIAN. Smaragdus in Grammatica MS. *Promiscui generis sunt hæc glis, grus, lens, mus, &c.* Ubi Glossa interlinearis ad vocem *glis*, habet, i. *grillian.* Vox vetus Francica.

GRILLIONES, Pedicæ, compedes, Hispanis *Grillos.* Martinus Didacus *Daux.* Justitia Aragon. lib. 8. Observantiar. Regni Arag. tit. de Contumacia: *Si incartatus captus fuerit, non recipitur juris fidantia ab eo, nec etiam caplevatores: sed cum catena in collo, vel grillionibus habet stare juri, &c.*

GRANGNALOTA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. c. 4.

GRINIOSUS. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi c. 30. de falconibus nidulariis: *Quando Nidasii pascuntur, horripilant pennas, cooperiendo pastum ipsorum, & rostro & pedibus, cùm manus custodis eis porrigitur, pastum defendunt, qui dicuntur Griniosi & quanto citiùs extrahuntur de nido, tanto plus habent de prædictis qualitatibus.* Nostri *Grigoner* dicunt circumrodere.

GRIPHUS, *Grippis.* Isidorus lib. 20. Orig. c. 11. *Spartata e" gres, quos nos Griphos vocamus.* Helgaldus in Roberto Rege Franc. *Aliud quoque* (phylacterium) *jussit parari argento, in quo posuit ovum cujusdam avis, quæ vocatur Grippis.*

GRIPPA, Genus navis. Bernhardus de Breidenbach in Itiner. T. S. *Et vidimus fustes & grippas cum armatis navibus intrare in portum.*

GRIPPERIA, seu Gall. *Gripperie*, Species navis, in Itinerario MS. Guillelmi *de Lanoy* D. *de Villerval.*

GRIPUS, *Grippus.* Glossæ Isid. *Grippus, superbus, pilosus.* Ugutio & Joann. de Janua: *Gripus, superbus, convitiosus: unde canes parvos & ignobiles Gripos vocamus, quia præ cæteris superbi sunt.* Gloss. Arabico-Lat. *Grifus, superbus, cervicosus.* In Passione S. Basilei Episcopi Amaseæ n. 16. χρῖπος, pro *rete* usurpatur.

GRISENGUS. Vide *Griseus.*

GRISETUS. Vide *Griseum.*

GRISEUM, *Grisium*, Pellis animalis cujusdam, quod vulgò *Vair* Galli appellant, de quo quædam attigimus in Dissert. 1. ad Joinvillam, semper in pretio habita. Arnoldus Lubecens. lib. 3. cap. 5. *Nunc non solùm scarlatico, vario, grisio; sed etiam purpura & bysso vestiuntur.* S. Bernardus Epist. 2. c. 11. *Ut inde compares tibi frana aurea — varia griseaque pellicea à collo & manibus ornatu purpureo diversificata.* Cæsarius lib. 6. cap. 5. *Vestimenta ejus erant humillima, non grisea, non varia; sed ovina. Pelles grisiæ, & variæ* in Chronico Trudonensi lib. 7. pag. 428. Adde Andream Monach. lib. 2. Vitæ S. Ottonis Episcopi Bambergensis. cap. 27. Statuta Cluniacensia Petri Venerab. cap. 16. Albertum Aq. lib. 2. cap. 16. lib. 5. cap. 20. Willelm. Neubrig. lib. 3. cap. 22. Ricardum Hagustald. pag. 328. Gaufrid. de Belloloco cap. 8. Radulf. in Vita S. Ricardi Episcopi Cicestrensis n. 44. &c. Sebastianus Cobarruvias: *Grises, son ciertos animalejos, de cuyas pieles se suelen hazer aforros, y dieron les este nombre por la color parda que tienen.*

Griseus color, qui *Pseudolacinus* Joanni Diacono in Vita Gregorii M. lib. 4. c. 83. λευκ..., Græcis. Baldricus in Gestis Alberonis Archiepiscopi Trevirensis: *Clericali se toga induit, & peplo muliebri caput & vultum involvit, & cappa de panno griseo se superinduit, &c.* Leges Burgor. Scoticor. cap. 45. *Et vestitum unius coloris, scilicet grisei, vel albi.* Vita S. Gilberti *de Sempringham*: *Grisiis, quas dicunt vestibus utens, fucatos fugit pannorum colores. Vestis grisea*, in Chronico Colmariensi an. 1277. *Grisea tunica*, apud Albertum Argentin. p. 101. Fridericus II. Imp. de Arte venandi lib. 1. c. 46. de plumis avium: *Quædam griseæ seu cinericiæ.* Chronicon Windesem. lib. 2. cap. 6. *Grisea tunica de quatuor partibus pa ni consuta.* Thomas à Kempis in Vita Gerardi Magni c. 11. *Vestimenta ejus grisei coloris.*

Grisius rusticanus. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18. *Lanea autem dormitorii vel de albo esse debent, vel de grisio rusticano.* Infra: *Cappæ laïcorum fratrum, id est, conversorum, de grisio rusticano.*

Grisei Monachi, *Gryfryers*, Anglis. Vide *Monachus.*

Grisengus pannus, Griseus, in Legibus Ethelredi Regis cap. 23. & in Monastico Anglic. tom. 1. p. 831. Idem qui

Grisetus dicitur Radulfo de Diceto an. 978. *Gaufridus Comes* (Andegavensis) *indutus tunica illius panni, quem Franci Grisetum vocant, &c.* Infrà: *Rex deinceps ut Grisa tunica vocaretur, edixit.*

Grisitas. Fridericus II. Imp. l. 2. de Venat. cap. 20. *Quædam tendunt plus ad grisitatem.*

De vocis *Griseus* etymo, quædam habent Menagius & Ferrarius.

GRITHBRECH, Pax Domini Regis fracta, Willelmo Thorn pag. 2031. & Rastallo: *fractio pacis*, Bromptono, ex Anglico *Grith*, vel Danico *Grid*, pax, & *Brece*, violatio. Leges Kanuti c. 32. *In Danelaga habet Rex fythwitam, i. forisfactum pugnæ, & fyrthwite, i. forisfactum expeditionis, & grithbrech, i. infractionem pacis.* Adde Leges Henrici I. Regis Anglor. c. 12. 22. 35. 59. 79. ubi crebrò sumitur pro pacis infractore. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 372. tom. 2. p. 133. & Janum Delmerum ad Jus Aulicum Norvegicum vetus p. 506.

GROBA, Fovea, cloaca, ex Germ. *Grube.* Occurrit apud Henr. Aquilonipolensem in Lubeca l. 2. cap. 1. non semel.

GROGNIUM. Tabular. Episcopat. Ambian. an. 1231. fol. 95. *De grognio juxta aream Joannis vetulæ, dicimus, quod salices, & illud, quod calceatum est, debent tolli usque ad altitudinem aquæ.*

GROINUM. Charta Raynaldi Episc. Noviom. an. 1177. in Tabulario Abbatiæ Montis S. Martini, diœcesis Cameracensis: *Hæc autem ad Majoriam pertinere dicebat, tractum & custodiam terragii, groinum, rehaltonem, garbas deligatas, cyrothecas, redemptiones terrarum, furnum & stalagium.* Vide *Grugnus.*

GROMATI. Epitaphium Romoaldi Principis Beneventani, apud Camillum Peregrinum:

Gromati pollens, mundana lege togatus,
Divina instructus, nec minus ille fuit.

Ubi legendum opinor *Grammatis*, id est, litteris. Vide *Gramma*.

GROMULUS, *Ager*, in Gloss. Regio MS. Cod. 1197. vox orta, ut videtur, ex *Groma*, quæ Agrimensoribus nota, vel ex *Grumus*, i. *Clivulus*.

GRONNA, *Grunna*. Colgano & Bolando, est palus, seu locus bituminosus & uliginosus, unde cespes eruitur, qui siccatus foco struendo, non secus ac carbones, adhibetur. Cogitosus de S. Brigida virg. Scota, n. 33. *Ut ædificarent viam latam & firmam ramis arborum, petris in fundamento positis, — in gronna profunda & pene intransmeabili, & in locis humentibus, &c.* Simeon Dunelmensis, Radulphus de Diceto an. 1040. & Rogerus Hovedenus p. 438. *Ipsius Haroldi corpus effodere, & in gronnam projicere jussit.* Charta Edgari Regis, to. 1. Monastici Angl. p. 243. *Cum — pascuis, silvis, piscuariis, capturis, gronnis, &c.* Adde aliam Regis Æthelredi pag. 258. & Anonymum de Miraculis S. Bertini cap. 9. & Vitam II. S. Carthaci Episcop. n. 46.

Grunna. Vita S. Aidani Episcopi Fernensis num. 10. *Erat autem magna grunna inter eos & silvam, per cujus circuitum via erat.*

Gronnia. Asserus de Ælfredi rebus gestis pag. 18. *Unum* (Monasterium) *quod per maxima gronnia paludosissima & intransmeabili, & aquis undique circumcingitur.* Infrà, pag. 19. *gronna* scribitur.

Gronnosus, Paludosus. Idem Asserus de Ælfredi rebus gestis an. 878. *Cum quibusdam militibus & vassallis per silvestria & gronnosa Summurtunensis pagi loca in magna tribulatione inquietam vitam ducebat.* Eadem habentur apud Flor. Wigorn. p. 590. A *gronnis* porrò dicta aliquot oppida volunt, *Groningam* in Frisia; *Gronavv* in Agro Brunsvvicensi, & *Gruningam* in Episcop. Halberstadensi.

GRONNIUS. Asserus de Ælfredi rebus gestis an. 887. *Velut apis fertilissima, longè latèque gronnios interrogando discurrens, multimodos divinæ Scripturæ flosculos — congregavit, queis præcordii sui cellulas densatim replevit.* Fortè *Gronniens*, aut *Grunniens*.

GROPOSA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

GROS, *Orbis, circulus*. Papias.

GROPPA, Clunes, vox Italica, nostris *Grouppe*. Auctor Mamotrecti ad cap. 24. Numer. *Pugio est parvus gladius bisacutus lateri adhærens, qui & Clunabulum dicitur, quasi ad clunem, id est, ad groppam religatum.* Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital.

GROPPOLOSUS, Nodosus, vox Italica, *Gropposo, Groppoloso, Lapis groppolosus*, in Miraculis B. Simonis Tudertini n. 36. Vide Ferrarium in *Groppo*.

GROSA, *Rasoria*, Papiæ. Ita MS. Codd. At Editio Veneta habet *Rasoria argentarii*.

GROSELLA. Glossæ MSS. *Calta, grossella*.

GROSSA, Dragma, Anglis *à Groate*, nostris *un Gros*. Henricus Knyghton an. 1378. *Concessa est Regi una grossa, quæ continet 4. denarios de quolibet viro & muliere.* Vox nota.

GROSSILIA. Jus Vicentin. lib. 4. *Coloni teneantur dare fictus de grossilibus, sive de maxoriminibus, in festo sancti Felicis, &c.* Ibidem: *Item laboratores non debent colligere seu movere de campis grossilia, minuta, uvas, &c.*

GROSSUS, Crassus, magnus. Glossæ Gr. Lat. Παχὺς, bassus, grossus, crassus. Amalarius in Prologo ad lib. de Eccles. Offic. *Mihi peccatori grossa res data est potius ad indagandum quam exponendum.* Adde lib. 2. cap. 16. *Grossum lignum*, in Legibus Aluredi cap. 14. *Grossi nervi*, ibidem cap. 51. *Grossus panis*, in Chronico Windesem. lib. 2. c. 5. 56. *Vestes humiles grossæ & simplices*, apud eund. c. 60. Adde Gregor. M. Præfat. in Ezechiel. & lib. 25. Moral. cap. 22. Palladium de Architect. ex MS. Domnizonem in Prologo lib. 1. de Vita Mathild. & alios passim.

Grossare, in mundum redigere. Gall. *grossoier*. Carmen de Curia Romana:

Istorum labor est Chartas grossare notatas,
Et grossas Cameris restituisse suis.

Infrà:

Prima dies igitur scribit quodcumque petendum,
Et tua portabit nota secunda Patri.
Tertia grossabit, bullatum quarta videbit, &c.

Grossus, Rudis, indoctus. Jo. de Janua: *Grossus, rudis, villanus.* S. Augustinus lib. contra Epist. Manichæi cap. 21. *Si ad ista grossi etiam & tardi sitis, quæro, &c.*

Grossus Rusticus. Ita appellatus à nostris, seu *Gallis*, quidam Princeps Saracenus, qui regiones regno Ægypti & tractui Damasceno adjacentes possidebat, dum nostri primam expeditionem sacram suscepere, *præ nimia pinguique corpulentia, vilique persona, in qua totus rusticus esse videbatur*, ait Albertus Aquensis lib. 7. c. 11. lib. 10. c. 5.

Grossa verba, Convitium atrox, vulgò nostris *Grosses paroles*. Charta Libertatum Novæ Bastidæ in Occitania an. 1298. in Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. an. 1299. n. 16. ex Chartophylacio Regio: *Item si quis alicui verba contumeliosa & grossa dixerit, &c.*

Grossitudo, in Lege Salica tit. 43. Edit. Heroldi. *Grossitudo cordium*, in Statutis Roberti I. Regis Scotiæ c. 20. §. 1. *Quia inter magnates & nobiles regni — exortæ fuerunt discordiæ & grossitudines cordium.*

Grossescere, Crassum fieri. Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Ep. 53. *Sicque fit, ut quotidiè deteriores fiant, dum in eis culpa grossescit.*

Ingrossari, eadem notione, in Miraculis S. Eutropii Episcopi Santonensis n. 20.

Grossus, apud IC. Anglos, idem quod integrum aliquod per se subsistens, nec ab aliquo alio dependens, ut *Villanus in grosso*, est servus, qui glebæ non adscribitur; sed immediatè domini sui personæ servit. Etiam *Advocatio in grosso*, est jus Patronatus, non feudo, vel manerio annexum; sed primò & principaliter ad eum spectans, qui beneficii Patronus est, ut cùm quis manerium suum vendat, retento sibi jure Patronatus, aut contra jus præsentandi, quod ad manerium suum spectat separatim, & per se cuiquam alienaverit, hoc casu Patronatus à manerio separatus, *Advocatio* dicitur *in grosso*, id est, non manerio; sed proprietatum personæ annexus. Vide Cowel. lib. 1. Instit. Jur. Angl. tit. 2. in princip. Placita Justitiarior. anno 20. Edvv. I. *Et Hugo de Louther, qui sequitur pro D. Rege, dicit, quòd vvayf est quoddam grossum de Corona, quòd nullus eo gaudere possit, nisi inde habeat speciale Warandum à D. Rege, &c.*

Grossus, Monetæ aureæ species, vulgò *Gros*. Charta Friderici II. Imp. an. 1232. apud Goldast. to. 1. Constit. Imperial. p. 299. *Et possitis aureos grossos & denarios monetare, &c. Grossi Augustarii*, in verbo *Augustarius*. Adde Decreta Ludovici Regis Hungariæ art. 3. Historiam Cortusiorum lib. 1. cap 10. &c. Vide *Moneta*.

GRUA, Grus, Italis *Gru, Grua*, Gallis *Gruë*. Lex Salica tit. 7. §. 6. *Si quis gallum aut gallinam furaverit, vel cignum, aut gruam domesticam, &c.* Editio Heroldi: *Si quis gruem aut cygnum domesticum, &c.* Per *grues domesticas* Wendelinus ardeas intelligi putat, quæ Flandris *Keigers* dicuntur, quas alunt Flandrenses foventque magno studio circa suas ædes: juxta quas videre est manufactos colliculos, quos

quos *Mottas* vocant, aquâ cinctos, & arboribus præaltis obsitos, in quorum cacuminibus istæ ardeæ nidulantur. Hæ *motæ* vocantur *Keygerije*, quasi *Grueriæ*. Adde Legem Longob. lib. 1. tit. 19. §. 14.

GRUARIUS, Primus cognitor, seu Judex causarum ad silvas & venationem attinentium, & delictorum, quæ in iis committuntur; cujus appellatio ad Majorem forestarium devolvitur: *Gruier*, Gallis, apud quos idem, secundùm locorum discrimina, qui *Verdier, Forestier, Chastellain, Concierge, Maistre Sergent, &c.* ut est in Statuto Henrici III. de forestis an. 1583. art. 22. Ex quibus pronum est vocis etymon, ex Germanico nempe *Gruen*, vel *Groen*, viridis, unde nostris *Viridarius*, idem qui *Gruarius*. Pithœus ad Consuet. Trecensem tit. 10. art. 9. à *Gru*, deducit, quod quemvis silvarum fructum sonat, ut sunt glandes, castaneæ, poma ac pira silvestria, quæ ad firmam dantur à Gruariis. Vide *Grutum*. Claudius Mallevilleus in Comment. ad Constit. Silvar. art. 22. à *gruibus*, improbanda cuivis omnino conjectura: alii à δρῦς, quercus, deducunt. Id porrò muneris viros primarios, atque adeo Militari cingulo donatos obiisse docet Santyonus p. 83.

Gruarium, Jus, quod ratione officii *Gruariis* competit: *Droit de Grurie*. Charta Philippi Aug. an. 1218. apud Doubletum p. 900. *Gruarii verò nemoris prædicti habebunt quietè & sine aliqua consuetudine 60. arpennos nemoris prænominati pro gruario suo.* Ex his emendanda Charta alia apud eundem Doubletum p. 889. ubi perperam *glaria*, pro *gruaria* habetur. Vide Raguellum in voce *Gruerie*, & Santyonum in Statutis pro forestis lib. 8. tit. 23. art. 1. & Cardinum Bretium de Regis superioritate p. 181.

Gruaria, Officium *Gruarii*. Charta an. 1265. in Hist. Guinensi p. 378. *Cùm discordia verteretur super garda sive custodia & justitia ipsius Ecclesiæ, ac gruaria nemorum ejusdem Ecclesiæ.*

Griaria, idem quod *Gruarium*, vel jus, quod quis habet in foresta alterius. Charta Philippi Aug. anno 1196. apud Doubletum p. 892. *Dedit in perpetuum Ecclesiæ B. Dionysii universa tam in traverso aquæ Meduntæ quam in teloneo villæ, & griaria forest, quæ dicitur Arthia, &c.* Tabularium S. Genovefæ Paris. an. 1186. *Cessimus & quitavimus, si quid habebamus nomine griariæ in territorio prædicta villa: ita ut neque nos, neque hæredes nostri in perpetuum poterimus impedire vel disturbare colonos Ecclesiæ, quin liberè & quietè per Canonicos Ecclesiæ possint colere, dirumpere & extirpare ubicunque voluerint in territorio prædictæ villæ.* Necrologium Ecclesiæ Parisiensis prid. Id. Dec. *Eodem die ex statuto communis Capituli nostri celebrari debet anniversarium B. M. Theobaldi Comitis Trecensis, & prædecessorum suorum Comitum Campaniæ, pro quorum animabus Blancha Comitissa Trecensis & Theobaldus, filius ejus, cùm griariam in nemoribus B. Mariæ de Roseto vindicaret, per compositionem factam inter ipsos & Capitulum nostrum, omnia nemora supradicta extirpari, & domos seu villas ibidem ad voluntatem & dispositionem Capituli construi concesserunt.* Adde Probat. Histor. Castilion. p. 32. 33. 53. & Histor. Drocensis pag. 241.

Griagium, idem quod *Griaria*; *Gruage*, in Consuet. Aurelian. c. 1. art. 82. Charta S. Ludovici Regis an. 1268. in Regesto Memorialium Cameræ Computor. Paris. fol. 269. *Et forestam nostram & villam Pantecuriacum omnibus griagiis ejusdem, &c.* Compotus Baillivorum Franciæ an. 1268. *Buticularius Silvanectensis pro griagio suo boscorum Coye, &c.* Occurrit præterea in Charta an. 1275. pro Monasterio S. Germani de Pratis, & in alia anni 1204. in Probat. Hist. Castilion. p. 34.

Gruagium. Charta an. 1268. ex Tabulario Fossatensi f. 91. *Omne gruagium, quod habebant — in manerio de — tam in terris, vineis, nemoribus, quàm in aliis rebus.* Aresta O. SS. an. 1287. in Regesto B. f. 78. *Ordinatum fuit, quòd in omnibus forestis, in quibus D. Rex habet gruagium, tertium & dangerium* &c.

GRUELLUM, Polenta, Gall. *Gru, Gruau*. Guill. Britto in Vocab. MS. *Plus dicitur cibus ex aqua & farina confectus, sicut gruellum.* Monasticon Anglican. p. 149. *De avena duodecim summas de eadem villa ad gruellum faciendum, scilicet quarta & sexta feria per totam quadragesimam.*

GRUFUS, *Setosus, pilosus, hirsutus.* Ugutio. V. *Gruosus*.

GRUGNUM, Rostrum, *Grugno* Italis, Gallis *Groin*, propriè porcorum & aprorum, quo *grunniunt*, Hinc versus:

Hinnit equus, grunnit porcus, pipar quoque nisus.

Adde Spartianum in Geta, & vide in *Mugnum*.

GRUMA. Glossar. Græc. Lat. Ἀκρομάθιον, *Gruma, papilla.*

Gruma, Ugutioni, *est crusta, quæ fit in lateribus dolii propter vinum, unde grumosus & grumositas.* Ital. *Gromma.*

Gruma. Charta Aistulfi Reg. Longob. apud Ughellum to. 2. pag. 106. *Et omnes lacoras usque ad grumam seu silvam, &c.*

GRUNNA, Vide *Gronna*.

GRUNNIRE, Murmurare more suum, indignari, Gallis *Gronner, Grongner*. Usus antiqui Cluniacenses cap. 106. *Versum reincipiat, & toties hoc faciat, quoties Priorem propter hoc grunnire cognoverit.* Eadem notione habent Statuta antiqua Ord. Cartusiensis 1. part. c. 40. §. 4. Jo. Molinetus Valentianensis p. 27.

C'est fort Herny à l'autre qui en groigne.

GRUOSUS, *Setosus, pilosus, hirsutus.* Ugutio. Papias habet *grusus*. Vide *Grufus*.

GRUPTA, Crypta, antrum; German. *Grubbe, Gruple*; Ital. *Grotta*. Charta an. 887. apud Ughellum to. 2. pag. 747. *Insuper eidem contuli gruptas Eremitarum, — cum omnibus ad dictas gruptas pertinentibus.*

GRUPUS, Nodus, ex Ital. *Groppo, Gruppo*. Charta *signata cum grupo*, apud Ughellum to. 4. Ital. sacræ p. 1300.

GRUTA, Gallina silvestris. Silvester Girald. in Topogr. Hibern. Dist. 1. cap. 10. *Gallinæ campestres, quas vulgariter Grutas vocant, hîc raræ sunt.* Dist. 2. c. 11. *Sunt montana quædam, in quibus grues & grutæ avesque variæ suo in tempore abundè nidificant.*

GRUTARIA, Bellaria. Ita vetus Interpres Palladii τραγήματα vertit c. 9. *Alius verò grutaria vendens.*

GRUTPOPTE. Theloneum Mon. S. Bertini: *Carteia Grutpopte, 2. den.*

GRUTUM, Leguminis species, aliàs *Granamelum*: Anglis *Grout*. Liber Ramesf. sect. 144. *Decem mittas de braseo, & 5. de gruto, & 5. mittas farinæ triticeæ, &c.*

Grutdum, eadem notione. Vide in *Mina*. Inde

Grutarius, qui vendit legumina, aut poma. Ita Spelmannus. At hoc loco *Grutum* videtur esse quod Flandri *Grutten*, & *Gorte*, vocant, hordeum siccatum, ex quo conficitur cerevisia: jungitur enim *braseo*. Ex quo etiamnum

Grutt, & *Gruit*, appellant tributum, quod pro cerevisia pensitatur. Charta Ottonis Imp. an. 999. apud Willelm. Hedam p. 270. 1. Edit. *Teloneum verò & negotium generale fermentatæ cervisiæ, quod vulgò Grutt nuncupatur, &c.* In alia Henrici Imp. an. 1003. apud eund. Hedam habetur *gruit*. Adrianus Junius ait, hodie *Gruydgheld* dici jus *grutæ*, seu vectigal, quod coctores cerevisarii pro usu aquæ, centesimam nempe per-

persolvunt: vel vectigal, quod penditur pro tollenda dissipandaque lenticula aquas operiente, quo limpidum haustris situlisque hauriant ad coquendum cerealem potum: vel denique quodvis cerevisiæ & aliis rebus impositum tributum, uti Bekanus.

GRYPTA. Vide *Crypta*.

GRYPUS, *Superbus, cervicosus, parvus*. Papias.

GUACCIA, Species tributi, in Hist. Episcopor. Lodovensium p. 106. *Ab omni exactione tolta, questa, taillia, guaccia, & financia.*

GUADARFIDA. Vide *Cadarfreda*.

GUADELLUM. Jus Vicentin. lib. 4. *Nullus qualeas & aves ejusmodi cum guadello, vel cogolo, vel rete capiat, &c.*

GUADIA, *Guadiare*, &c. Vide *Vadium*.

GUADUM, Vadum, Ital. *Guado*. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium p. 67. *Ad quendam Abdua guadum nimis altum venere, fingentes, se velle transire.* Infrà: *Per medium vadum currere fingentes.* Vide Oct. Ferrarium.

GUAISDIUM, Glastum Plinio, quo infectores lanarum utuntur: nostris *Guesde*, Picardis *Waide*. Matth. Silvaticus: *Gaisdo, guaisdo, id est, herba fullonum, vel saponaria, quæ Isatis Græcè dicitur.* Alibi: *Guadas, herba cum qua tingitur blavetum.* Tabularium Ecclesiæ Ambian. *Habet duas partes minutæ decimæ, excepta lana, agnis, guaisdio, curtillagiis, & pomariis.*

Waisda, in Capitulari de Villis c. 43. eadem notione.

Guesdium. Charta an. 1171. ex Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 55. *Controversia, quæ super campiparte & decima guesdiorum Ebrardi villa orta erat, &c.* Infrà: *Tali scilicet tenore, ut duobus vel tribus millibus guesdiorum collectis, —suam quartam partem acciperet.* Ruellius lib. 2. c. 115. de Isati vel Glasto: Magnum quæstum multis regionibus adfert. Viridem herbam trusatilibus molis premunt, ut herbaceam saniem excludant: dein abacto liquore digerunt in magnos globos, quos tabulatis in cinerem computrescere sinunt, *Pastellum* plerisque locis ab effigie pastillorum, in quam glomerantur, nominantes. Hos cortinis infectoriæ coquunt officinæ, & laneos pannos ac vellera demergunt, ut cæruleum ebibant colorem. Cæruleam illam spumam innatantem, quam igni confervescentes eructant cortinæ, *Indum* nostri vocant infectores. Hanc ad Pictorum usus siccant.

GUALDANA, Acies, equitatus, manipulus militaris, ex Ital. *Gualdana: vocabulo antiquo*, inquit Acarisius: *che vale la correria, o cavalcata che fanno i soldati a rubare su quello de nemici e la preda, la quale esse hoggidi chiamato Guadagno:* unde etymon accersit. Verùm, ea notione, malim illud eruere à *Gualdus*, silva: ut *Gualdana* primitus fuerit venatorius excursus in silvam, saltum, *Gualdum:* unde postea vox traducta fuerit ad rem militarem: quomodo à venatione, dicimus *Donner la chasse aux ennemis.* At *Gualdana*, Cruscanis, dicitur *Ischiera di gente armata, masnada.* Ita Rollandinus in Chron. lib. 4. c. 13. *Imperator sequenti die misit primo balisterios, & misit gualdanam suam, secundo milites & pedites, &c.* Lib. 10. cap. 5. *Præmisit balisterios, & gualdanam, omnesque vastatores cum illis, &c.* Infrà: *Waldana* scribitur. Adde lib. 11. c. 3. & Historiam Cortusior. lib. 3. c. 4. lib. 6. c. 8. Utitur etiam Dantes in Inf. cant. 22. Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. qui vocis etymon à *Gilda*, societas, deducit.

GUALDUS, Nemus, silva, ex Saxonico & Germanico *Walt*. Charta Carlomanni Regis Italiæ & Bavariæ pro Monasterio S. Christinæ in Italico Regno: *Donamus — partem terræ de gualdo nostro, quod Sisenete dicitur.* Alia Ludovici Imp. in Chron. Farfensi pag. 6... *Cum—gualdis, molendinis, &c.* Pag. 656. *Gualdum unum in finibus Reatinis—cujus termini sunt à silva ejusdem gualdi, &c.* Pag. 662. *Gualdum unum, in quo est Ecclesia sancti Gethulii, &c.* Tabul. Casauriense: *Id est, in casis, terris, vineis, pratis, gualdis, Ecclesiis, &c.* Charta Carlomanni Regis Italiæ an. 2. pro Monasterio Casauriensi: *Insuper placuit nostræ Serenitati ad id prædictum Monasterium quemdam gualdum prope ibidem situm, nomine Cornie, tradere cum servis & molendinis, &c. ad id gualdum pertinentibus.* Alio loco: *Concedo pro anima mea in ipso Monasterio ipsum gualdum de Corbino, cum terris, casis, vineis, &c.* Occurrit apud Leonem Ostiens. lib. 1. cap. 14. 54. 56. lib. 2. c. 6. Petrum Diac. lib. 4. c. 97. in Chartis Italicis apud Ughellum to. 1. p. 110. to. 8. p. 39. 590. *Le Roman de Parise la Duchesse MS.*

Mais ce, Sire, saige bien que au gal fu emblez.

Infrà:

Parcoi naqui-je Duc dedans ce gal ramé.

Gaudus. Tabularium Ecclesiæ Carnotensis Ch. 72. *Duodecim carrucatas terræ, unamquamque quinque modietarum, in silva, quæ vocatur Gaudus S. Stephani, &c.* Infrà: *Reliqua verò decima totius gaudi remanet Beatæ Mariæ, &c.*

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Or fit Guillaume & profond gaud entré.

Infrà:

Et profond gaut, ou l'en mes puist trover.

Le Roman de Garin MS.

Lyon ressamble qui de gaut soit partis.

Alibi:

Se gist li pors dedans un gaut plenier.

Infrà: *Et tot le bois & le gaut fort tentier.*

Venaison esgaudée. Idem Poëta:

La venaison, qui en est esgaudée,
N'en set esir, quant elle y est entrée.

S'esgaudir, Picardis nostris, venationi in silvis indulgere, vel in silvis sese deambulatione reficere: non verò à *gaudere*, ut quidam putant, aut à τρυγωδεῖν, uti vult Perion.

Waldus, vel *Waldum*, eadem notione, in Chron. Beneventano S. Sophiæ p. 595. 597. 598. 608. 642. 644. & in Bulla Sergii PP. apud Ughellum in Aeserniensib. Episc. p. 489.

Walda, Will. Thorn an. 1364. *Et debent pro qualibet swollinga 14. den. per annum pro schippershere, timberlode, & bordlode, vel cariare extra wualdam per mare vel per terram ad manerium prædictum.*

Waldora, pro *wualdum*, enuntiatione Longobardica, in Charta Adelchisi Regis Longob. in Bullario Casinensi to. 2. p. 18. *Statuimus, ut animalia & peculia ex ipsa Monasteria omni in tempore pabulum & escam habere debeant per silvas, wualdoras, &c.*

Gualtina. Charta Tancredi Comitis Licii an. 1181. apud Ughell. to. 9. p. 98. 101. *Concessimus eidem Monasterio gualtinam nostram in usum piscium ipsorum religiosorum.* Alia: *Gualtinam piscium ad usum fratrum.* Vox ejusdem originis cujus *gualdus*, ita ut *gualtina*, ipsum fuerit quod *foresta piscium*, & nomen convenerit feris silvaticis & piscibus. Nostri *Gaudines* silvas etiam vocarunt. Philippus *Mouskes* in Hist. Francor. MS.

Ciers i mist, & bisses, & dains,
Puis counins, lievres, & ferains,
Et maniere de sauvegine,
Tant que plaine en fu la gaudine.

Guill. *Guiart.* an. 1297.

Tant trespassent chans & gaudines,
Qu'il arrivent devant Comines.

Alter Poëta MS.

Et occis des Gregois aval celle gaudine.

Li Lusdaires MS.

Grans noises font par ces gaudines.

Sed & *Gaudinam*, appellatam olim partem illam Franciæ, quæ est inter Ligerim & Sequanam fluvios, scripsit Lupoldus *de Babenberg* de Jure Regni & Imperii Romani c. 7. quòd ea olim silvis abundaret, quòd fortè ab aliquo è nostris fabulosis Scriptoribus, quos Romanos dicimus, hauserat.

GUANASCHIA. Vide *Garnaschia*.

GUANCIALE, *Pulvinus*, in Addit. ad Vitam S. Antonini n. 73. ab Hetrusco *guancia*, *gena*.

GUANTUS. Vide *Gantus*.

GUARADANAU. Libertates villæ Bergeraci in Vasconia, MSS. *Sine culpa autem dicitur dictus Dominus fore, cùm equitat equum, vel equam, mulum vel mulam, asinum vel asinam currentem, clamans, Guaradanau, &c.* Id est, tibi cave.

GUARANI, *Guaranci*, & *Guarangi*, iidem qui *Varingi*, & Βάραγγοι Græcis dicuntur, apud Leonem Ostiensem lib. 2. cap. 58. & Anonymum Barensem in Chr. sub an. 1046. 1047. & 1066. apud quem *Guaranci & Guarangi* promiscuè appellantur. Vide quæ de *Varingis* à nobis observata sunt ad Villharduinum, & ad Annam Comnenam, & infrà in *Vargus*.

GUARANIO. Vide *Garanjo*.

GUARERAFFAU, vox Cambro-Britannica in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ c. 19. *Rhaff*, Boxhornio in Lexico Cambrico, est funis, restis.

GUARGATURA, pro *Carcatura*, ex Gallico *Charge*, onus. Charta Geraldi Episcopi S. Pauli Tricastin. in Libro Mirabili, seu Tabular. Abbatiæ Conchensis in Ruthenis n. 80. *Et unius asini guargaturam de vino, & unum quartale de melle.*

GUARINGAGA. Charta Henrici Imp. an. 1049. pro Ecclesia Pisana, apud Ughell. to. 3. p. 421. *Et largimur guaringagas omnes, quæ eorum prædiis adhærent.* Alia Mathildis Comitissæ an. 1100. ibid. p. 427. *Ut liceat Canonicis & ministris illius Ecclesiæ habere, & providere absque alicujus contradictione silciam tumuli, & guaringagas omnes, qui sunt in capite terrarum Canonicorum, & liceat illis terras suas in paludes & flumina extendere quantumcunq; poterunt.* Charta Guelphonis Marchionis Tusciæ an. 1260. pag. 465. *Item decimas, prædia, domos, & familias, & varingagas omnes, quæ eorum prædiis adhærent.* Adde p. 481. Vide *Watergang*.

GUARNACIA. Vide *Garnacia*.

GUARNELLUM, Genus vestis, viris & mulieribus communis. Academici Cruscani: *Guarnello è una sorte di panno tessuto d'accia, e di bambagia: e guarnello si dice alla veste bianca donna fatta da questo panno: essendo usitato modo di dire, il chiamar le vesti da donna col nome del panno, o del drappo di che sono fatte:* Theristrum. S. Franciscus in Regula Tertiariorum c. 3. *Sorores etiam chlamyde induantur, & tunica de hujusmodi humili panno factis, vel saltem cum chlamyde habeant guarnellum, seu placentinum, coloris albi aut nigri, paludellum amplum de canabo seu lino absque ulla crispatura consutum.* Urbanus IV. PP. in Regula Militum Ord. S. Mariæ, apud Ghirardaccum in Hist. Bonon. in Indice to. 1. *Clerici autem camisia de panno lineo, aut guarnello albo, vel superpelliceis, & cappa clausa utantur.*

GUARNIMENTUM. Vide *Garniamentum*.

GUARPIRE. Vide *Warpire*.

GUASCAPUS, Vestis species. Urban. IV. PP. in Regula Militum Ord. S. Mariæ, Bononiæ, quos *Fratres Gaudentes* vulgus appellavit, apud Cherubinum Ghirardaccum in Hist. Bonon. in Indice to. 1. *Possint hujusmodi fratres præter mantellum & guascapum Ordinis, habere cappam clausam de panno grisei coloris, aut etiam de camelino.* Alibi: *Quando verò equitant, guascapis grisei coloris seu de camelino.* Occurrit ibi rursum.

GUASCHIA. Charta an. 1228. apud Petrum Mariam Campum in Regesto 3. part. Hist. Eccl. Placentinæ pag. 266. *Item in guaschiis de Caverzago 12. den.*

GUASNACIA. Vide *Garnacia*.

GUASTELLUS. Vide *Wastellus*.

GUASTUM, vox veterum Gallorum, de cujus significatu vide Plin. lib. 22. cap. 1. & Salmasium ad eundem p. 254.

Guastum. Vide *Vastum*.

GUAZO. Vide *Waso*.

GUAYTA, *Guaytare*. Vide *Gueta*.

GUCCIA. Charta MS. an. 1235. *Promiserunt suprascripti Marchiones de Grondona* (ut in Vercellensi districtu) *per se & eorum homines dictum castrum facere gucciam pro suis propriis personis, &c.*

GUCLA. Wil. Brito in Vocabulario MS. *Polymitus, plurium guclarum vel colorum, à polis, quod est pluritas, & mitos, quod est gucla, &c.* In Catholico Armorico: *Gucle*, est *lectus*.

GUELCUS. Jo. de Janua: *Petus, i. guelcus, strabo aliquantulum, scilicet cujus oculi quadam velocitate citò volvuntur huc illuc: & hæc peta, i. guelca, & aliquantulum straba.*

GUELFI. Vide *Gibellini*.

GUERIGNAGIUM, ex Gallico *Vernage*: *Vergner* enim nostris est fossati seu fluvii ripas *virgis* seu palis continere. Charta an. 1257. in M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 9. Ch. 25. *Totum guerignagium fossarum, jardinum, & totam crescentiam nemorum.*

GUERPIRE, *Gurpire*, *Werpire*, &c. Possessionem rei alicujus dimittere, ex Saxon. ƿuƿpan, vel ƿeoƿpan, *deserere, jacere*: *Guerpir*, & *Deguerpir*, nostris & in Consuetudinibus municipalibus, passim. Liber Miraculorum S. Bertiliæ Virg. num. 3. *Quandam terram feodalem — eisdem legitimè vendidit & guerpivit.*

Gerpire, in veteri Notitia, quæ habetur in Bibl. Cluniac. pag. 547.

Gurpire. Ademarus in Vita Caroli M. *Ingenuitatem illorum & alodem manibus gurpierunt.* Concilium Francoford. an. 794. c. 3. *Res proprietatis—gurpivit atque projecit.* Concilium Bituricense an. 1031. cap. 6. *Et si tunc eam* (uxorem) *habuerit, mox ei abrenuntiet, quod linguâ Francorum Gurpire dicimus.* Adde Fulbertum Carnot. Epist. 51. *Gurpir*, in Consuetudine Baionensi tit. 8. art. 10.

Gurpitoria, Charta, quâ quid *gurpitur*, in Tabulario Conchensi in Ruthenis Ch. 305.

GURPINA. Tabular. Nantoliense in Pictonibus an. 1392. *Post quandam expetitionem, seu gurpinam.*

Guilpire, in Chronico Besuensi pag. 698. *Gulpir*, in Consuetudine Avernensi cap. 21. art. 16. 17. 18. *Gulpine*, Werpitio, ibid. d. art. 16. 17.

Gurpiscere, passim in Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo.

Guarpiscere. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonæ an. 1108. *Sic laudo & guarpisco sancto Policarpo sine fraude & malo ingenio.*

Werpire. Marculfus lib. 1. form. 13. *Villas nuncupatas illas, in pago illo, sua spontanea voluntate nobis per festucam visus est vverpisse, vel condonasse. Werpire per stipulam*, in veteri Charta apud Labbeum to. 1. Miscell. p. 531. Baldricus Noviom. lib. 3. c. 74. *Absolvere eum nolebat, nisi priùs dimissionem manu propria* (quod & vulgò *Werpire* dicitur) *faceret ex omni beneficio, quod infra ambitum Cameracæ civitatis habebat.* Charta an. 1149. apud Sanjulianum in Matisconе p. 251. *Præterea finivit & vverpivit calumniam, quam faciebat in villa de Montibus.*

Wirpire. Chronicon S. Benigni: *Tunc in ipso placito*

tori præsentia Principum eosdem servos vvirpivit, & S. Benigno reddidit. Adde Chron. Besuense p. 517.

Wirpitio, sive donum, in Charta an. 1173. in Hist. Vergiac. p. 141. *Guerpison*, vel *Gurpizon*, in Consuetud. Burdegal. art. 85. 86. & Angeriacensi art. 117. *Guerpie*, in Consuet. Marchensi art. 147. *Werp*, in Tervanensi art. 11. & Insulensi art. 53. 80.

Wipire, Wilpire, pro *Werpire*, passim in Chartis Burgundicis, apud Perardum pag. 90. 91. 92. 98. 136. 137. 138.

Warpituria, idem quod *Gurpitoria*, de qua voce suprà. Tabularium Prioratus Persiaci in Burgund. apud Perardum p. 40. *Notitia vvarpituria, & eos, qui hanc notitiam subterfirmaverant. — Istas res & omnia supra denotata vvarpiverunt, & se exitum fecerunt, &c.*

GUERRA, *Werra*, Bellum, publicum vel privatum, Gallis *Guerre*, Anglis *Warre*, & *Werre*. Kero Augiensis: *Certamen, pugna, bellum, guerra.* Leges Alfonsinæ part. 2. tit. 23. lege 1. *Los sabios antiguos, que fablaron en fecho de guerra, dixeron que guerra es estrannamiento de paz, e movimiento de las cosas quedas, e destruimiento de las compuestas.* Leges Edwardi Confess. c. 12. *Parentibus occisi fiat emendatio, vel guerra eorum portetur.* Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. c. 16.

Fine caret guerra, requiem rogat ut sibi præstet.

Will. Brito lib. 1. Philippid. p. 108. 109. *Tempore cujusdam guerræ, &c.* Utuntur Guill. Tyr. lib. 3. c. 11. Ivo Carnot. Epist. 20. 168. Vita S. Oldegarii Episcopi Barcinon. num. 20. Radulfus de Diceto, & alii sine numero. Vide Notas Felicis Osii ad Otton. Morenam p. 72.

Guerra guerrata, id est, indicta cum *diffidatione*, in Charta an. 1207. apud Catellum in Hist. Comitum Tolosæ pag. 229. ubi legendum: *Si tamen Dominus Comes ... illum malefactorem non diffidaverit, ita quod non esset Guerra guerrata*: deest enim negativa.

Guerra mortalis, indicta etiam inter privatos, in Charta Communiæ Increnfis, & Communiæ Hamensis: *Si quispiam aliquid cuiquam hominum de Communia forisfecerit, pro quo infra Ham venire non audeat, Hamensis dominus semel tantùm eum conducere poterit, nisi ille de guerra mortali fuerit.* Eadem Gall. *S'il n'est de vverre mortel.*

Guerra Regis, qua durante, interdicta bella privata, duella ac torneamenta, pluribus probavimus in Dissertat. 6. & 29. ad Joinvillam, quibus tantùm addo, quæ habent Aresta O.SS. an. 1296. in Regesto Parlamenti B. f. 114. *D. Rex pro communi utilitate & necessitate Regni sui statuit, quòd durante guerra sua, nulla alia fiat in regno, & si fortè inter aliquos jam motasit guerra, quod datis treugis vel assecuramentis secundum consuetudines locorum duraturis per annum & anno finito iterum continuentur & prorogentur, omnes aliæ guerræ cessent, donec guerra Regis fuerit finita. Item quod durante guerra Regis inter aliquos gagia duelli nullatenus admittantur; sed quilibet in Curiis Regis & subditorum suorum jus suum via ordinaria prosequatur. Item quòd equi armorum vel arma pro aliquo debito non arestentur. Item quod durante guerra Regis torneamenta, justæ, vel equitationes non fiant.*

Guerrinum tempus, Gall. *Temps de guerre*, apud Bractonum lib. 4. tract. 2. c. 3.

Guerriare, Bellum inferre, facere, apud Lambertum Ardensem p. 255.

Guerrare, apud Radulf. de Diceto: *Guerrator*, bellator, apud Knyghtonem.

Guerregiare, Guerreiare, Ital. *Guerreggiare*. Charta Oldegarii Episcopi Barcin. an. 1128. *Guerregiare omnes homines, qui justitias & jura Ecclesiæ — tollere voluerint.* Charta Willelmi de Montecatano Vicecomitis Beneharn. an. 1224. *De cætero non decipiam te de vita tua, neque de tuis membris, — sed adjuvabo te tenere, habere, & defendere, & guerreiare prædictum honorem contra cunctos homines & feminas, &c.* Apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 6. cap. 31. n. 2. *Guarreiare*, in Curia Generali Cataloniæ an. 1359. Vide Joan. Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 204.

Guerrificare, Guerram facere. Willelmus Brito lib. 12. Philippid. pag. 248.

Guerrificare Ducem per se nihilominus audens.

Guerrare, eadem notione, in Appendice ad Radevvicum an. 1168.

Werra, idem quod *Guerra*. Capitula Caroli C. tit. 24. cap. 15. *Rixas & dissensiones, seu seditiones, quas vulgus Werras nominat, commovere, &c.* Tit. 43. §. 19. *Si Werra in regno surrexerit, &c.* Infra: *Et si Werra de quacumque parte in isto regno surrexerit.* Hello Scholasticus: *Et possessiones, quas pro vverra ista amiserant, reciperent.* Vita S. Thietmari Salisburgensis; *Quantùm verò ad præsens attinet, vverra, sanguis, iniquitas, sic tempora illa fœdaverat, &c.* Versus antiqui in Hist. Prioratus S. Martini de Campis p. 9.

Carnis in hac vverra, sic fit caro splendida terra.

Utuntur præterea Conradus de Fabaria de Casib. S. Galli c. 14. 15. 21. Chronic. Uspergense p. 277. 291. 315. Ed. 1540. Chronicon Weingartense pag. 196. Will. Heda p. 116. 1. Ed. Henric. Huntindon. p. 378. 379. Arnoldus Lubec. lib. 7. c. 20. edito ab Erpoldo Lindenbrogio, Monastic. Anglic. to. 1. p. 104. 114. Tho. Walsinghamus p. 62. 64. &c. Ita *vverre* dixere nostri. Philippus *Mouskes*:

Quar des vvierres estoit lasés.

Charta Constabulariæ Burdegal. fol. 188. *Je feusse alé à vous, si ne fust pour une Werre, que li Sires de Nuevile meismes a en no pais.*

Werrire, Bellum inferre, facere. *Werren*, Theutonicis. Capitul. Caroli C. tit. 27. c. 8. *Regnum illi non forconsiliabo, neque vverribo.* Jacob. Hemricurtius de Bellis Leodiensib. cap. 9. *Chis Ainechons adont meisme vverrioit à cheaz de Hamale, &c.* Adde cap. 23.

Werrinaterra, Gens, hostilis, in magna Charta Libertatum Angl. apud Matth. Parisan. 1515. p. 179.

Jam verò de vocis etymo, quidam putant, atque in iis Cluverius in Germ. antiq. lib. 1. c. 8. & Boxhornius in Orig. Gallic. c. 2. *Ger* veteribus Gallis ac Germanis *bellum* significasse, indeque dictos *Germanos* ipsos, quasi homines belli, *Gens d'armes*. Quam sententiam amplectitur etiam Bucherius in Belgio Romano lib. 1. c. 12. Henschenius ad 6. Martii à Theutonico *Waren*, quod est vim vi repellere; vel à *Kryghen*, rapere. Spelmannus à Saxon. ʒaꝩ, telum, arma, Anglis *War*, g. in w. converso. Alii à *Werre* Theutonico, quod est dissidium, rixa: Perionius in Orig. Linguæ Gallicæ p. 272. à Græco γέῤῥον, *arma*: Guichartus à Chaldæo *Gera*, & Hebræo *Gara*, litigare, contendere. Sed procul omnino à vero Ludovicus *d'Orleans* ad 2. Taciti, *vverram* à verrendo, dictam vult, quia, inquit, bellum minimè bellum, everriculum est omnium rerum.

GUESDIUM. Vide *Guaisdium*.

GUESPA, Vespa, nostris, *Mousche guespe*. Constantinus African. lib. 8. Pantechn. c. 22. *Guespæ atque apes eis, quos pungunt, tumorem calidum & ruborem faciunt & calorem.*

GUETA, *Guetta*. Vide *Wacta*.

GUFA. Vide *Bigerrica*.

GUGALIA, pro *Cochlea*, perperam scribi in Gloss. Ælfrici.

Ælfrici, monet Somnerus, *Chelio, Testudo, vel marina gugalia.* Ꝥæꝩnæl.

GUIARE. Vide *Gaida.*

GUIDA, *Guidare, Guiare, Guidaticum, Guidagum, Guionagium, &c.* voces ejusdem originis.

Guida, Viæ dux, ex Gallico, *Guide,* vel ipse conductus. Ugutio: *Ductus vel guida.* Vox videtur formata à *Gué,* vadum: est enim *Guider,* aliquem per viam ignotam ac incertam deducere, quasi *Gueder.* Alia suggerit Oct. Ferrarius in *Guida.*

Guidare, Guiare, Conducere, salvum & incolumem præstare: quasi *Viare,* in viam deducere, unde quidam vocem *Guiare,* effictam volunt. Ugutio: *Ducatus & Ductus, Guida; & Ducere, Guidare, vel nutrire.* Usatici Barcinonenses MSS. c. 112. *Nisi antea ab ipso seniore suo, seu ab amico amonitus fuerit, ut eum non guidasset, nec cum illo abiisset.* Curia Generalis Cataloniæ in villa Montisalbi an. 1333. sub Alphonso Rege Arag. MS. *Ordinamus, quòd si contingat bannitos guidari ex aliqua causa per Vicarios, vel alios officiales, quòd sublato dicto guidatico dicti Vicarii & alii officiales teneantur noviter bannire, & bannimentum voce praconia publicare in capite cujuslibet vicariæ.* Consuetudines MSS. Solemniaci in Arvernis: *Si aliquis fecerit furtum in dicta villa de Solignac,--non debet guidari à nobis, nisi de voluntate & consensu ejusdem Communitatis, &c.* Consuetudines villæ Martelli in Vicecomitatu Turenensi: *Vicecomes guidare non debet in villa Martelli malefactorem aliquem, nec debitorem, &c.*

Guiare, Libertates villæ franchæ, concessæ ab Archembaldo D. Borbonii an. 1217. *Quicumque veniet ad forum sive ad nundinas, — & debent ipsum guiare per totam terram Domini Borbon. Guier,* nostris, conducere. *Le Roman de Roncevaux MS.*

Piniax les guie à vne verte enseingne.

Guill. *Guiart:*

A cens, qui le navie guient.

Guiare, Docere, præire. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 91. *Iste Odo per tale laudavit tenere, ut antea servitium readere unoquoque anno, & taschas, & decimum, de Montemoreto, sicut pater suus monstravit & guiavit.*

Guidaticum, Guidagium, Guionagium, Protectio, salvus conductus, *Salvagardia: Guidatico,* Italis. Charta Alfonsi Regis Aragon. an. 1290. Camera Computor. Paris. *Confitemur nos dedisse treugam, guidaticum & assecuramentum per nos & per omnes valitores nostros ac sequaces, homines & terras nostri & eorum vobis Serenissimo — D. Karolo primogenito illustris Regis Karoli bonæ memoriæ — & omnibus valitoribus --- ab hac proxima die Dominica, quæ erit 9. Kl. Madii usque ad 15. dies sequentes.* Curia Generalis Cataloniæ an. 1320. MS. *Talis bannitus assecuretur per officialem, --- & sic bannitus transacto tempore dicti guidatici, &c.* Alia an. 1311. *In protectionibus & guidaticis.* Alia Jacobi Regis Aragonum æræ 1270. apud *Diago* in Hist. Regni Valentiæ lib. 7. cap. 24. *In nostra fide & in nostro guidatico, &c.*

Guidagium. Willelmus de Podio-Laurentii cap. 6. *Quòd si quando egredi vellet* (Episcopus) *parochias visitatum, dominos, ad quorum terras ire disponeret, necesse habebat guidagium implorare, &c.* Charta Willelmi Pictaviensis Comitis Valentini, in Bibl. Sebusiana cent. 1. cap. 19. *Notum sit omnibus, me domum Linuncelli, & omnes res ejus mobiles & immobiles in securitate mea & protectione & guidagio suscepisse.* Epistola Raimundi Comitis Tolosani ad S. Ludovicum Regem Fr. an. 1242. *Si nobis apud Caturcum cum litteris vestris patentibus & pendentibus miseritis guidagium honorabile, & securas firmitates, &c.* Bernardus à Breidenbach de expugnatione Constantinop. *Pedagia, quidagia, impositiones & gravamina illuc applicantibus vel permanentibus fratres statuerunt.*

Quidagia & pedagia, in Concilio Avenionensi an. 1209. c. 6. Tolosano an. 1229. c. 21. Avenionensi an. 1270. c. 7. Andegavensi an. 1365. c. 23. & Saltzburgensi an. 1386. c. 11.

Guionagium, eadem notione, in Charta an. 1187. in Probat. Hist. Guinensis p. 351.

Sed præsertim hæ voces sumuntur pro ea præstatione, quæ domino exsolvitur pro securo transitu, vel mercium exportatione, per terram illius: nam, ut ait Baldus in Usib. feudor. *Capiens pedagium debet dare salvum conductum, & territorium ejus tenere securum: adeo ut si aliquis spolietur, teneatur ejus dominus rapinam resarcire.* Tabularium S. Martini de Campis: *Ego Radulfus Viromand. Comes & Aelidis uxor mea concessimus & donavimus Ecclesiæ B. Medardi de Capi ad luminaria facienda singulis annis 10. sol. in conductu mercatorum, quod vulgo dicitur Guionagium, capiendos Peronæ, &c.* Charta Radulphi Comitis Suessionensis an. 1219. in Tabulario Corbeiensi Ch. 241. *Concessimus præfatæ Ecclesiæ 20. modios vini sui de Valliaco ad usum ipsius Ecclesiæ absque ulla exactione & guionagio liberè ad pontem Suessionicum transeundos.* Charta an. 1288. apud Perardum pag. 562. *Quingentos solidos --- pro dicto guidagio & conductu.* Charta Guidonis de Montecatano Vicecomit. Beneharn. apud Marcam lib. 6. cap. 28. *Cupiens transeuntium gravamina removere, pedagium supradictum vel guidagium, & quidquid à mercatoribus vel viatoribus --- exigi consuevit, remitto, &c.* Alia apud Catellum in Comitib. Tolos. pag. 245. *Quòd indebita pedagia vel guidagia colligo & colligere facio.* Et p. 247. *Guidagia vel pedagia vel exactiones aliquas a transeuntibus per stratas, vel etiam per flumina nullatenus accipiemus.* Alia Rainoldi Episc. Noviomensis an. 1184. in Tabulario Lehunensi: *Quoties vina sua, sive qualibet usibus Fratrum necessaria per pontem nostrum deduci contigerit, à guionagio & ab omni eo, quod à transeuntibus exigitur, præter calceatam, -- eis in perpetuum confirmamus.* Adde pag. 353. 357. Concilium Avenionense an. 1209. cap. 5. Probat. Hist. Turenens. pag. 103. Lib. 5. Decretal. tit. 40. cap. 26. Gariellum in Episcop. Magalon. pag. 168. &c. *Le Roman de Garin:*

Le mer me tolent le port & le passage,
Et de la terre le mestre guionage,
Et de Gironde trestot le revage.

Ex his emendandum Chronicon Valciodorense p. 581. to. 7. Spicilegii Acheriani, in qua perperam *ginovagium* scribitur.

Wionagium, eadem notione, in Epistolis Francicis to. 4. Hist. Franc. Ep. 313. *Wionagia, quæ nunquam dedimus, nec dare debemus, à nobis exigit.* Ita in veteribus Tabulis aliquot in Hist. Guinensi pag. 338. 347. 349. 353. *Wionagia plaustrorum & vehiculorum,* apud Herimannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis c. 92. Charta Idæ Castellanæ S. Audomari an. 1196. in Tabul. Eccl. S. Nicolai de Clarofonte Ord. Præmonstrat. *Totum vvionagium, quod ducendo aliquid vel reducendo per villam meam, quæ Perices dicitur, debituri erant in posterum, &c.* *Guinagium,* in eod. Tabulario in Charta Balduini Comitis Hannoniensis an. 1147.

Winagium, & *Vinagium,* contractiùs, eadem notione. Harigerus Abbas Lobiensis cap. 59. *Præfatum Cœnobium decimarum, teloneorum, vvinagiorum & aliorum quorumdam redituum munificentia ditavit.* Charta Lotharii Regis Franciæ apud Vassorium in Noviomo: *Concedimus etiam fratribus ejusdem Ecclesiæ vvinagium & teloneum in omni regno*

nostro super omnibus, vel quæ de propriis sumptibus venderent, vel in proprios usus emerint. Charta Godefridi de Ribodimonte an. 1104. apud Hemeræum: *Concessi in eleemosynam totum Winagium, vel omnimodæ carrucæ transitum liberum ab omni exactione ac repetitione, &c.* Alia an. 118?. apud eundem p. 153. *20. solidos in perpetuum super vinagium Guisiæ & Scalæ, & per omnes terras suas immunes à vectigali vecturæ.* Charta an. 1226. apud Buzelinum lib. 2. c. 25. *Ut vecturæ, quæ res Ecclesiæ deferunt, liberæ sint à vvinagio per totam terram meam.* Alia Joannæ Comitissæ Flandriæ apud eundem c. 30. *Absque omni exactione vvinagii, passagii, rotagii, telonei, &c.* Adde p. 403. Charta Philippi Comitis Flandrensis an. 1176. apud eundem l. 2. c. 22. *Vinagium & pedagium de omni vino, quod Fratres ducunt ad Ecclesiam ad opus suum per transitus nostros liberè transire, & nihil omnino à ductoribus vini exire.* Alia Ivonis Comitis Suessionensis an. 1177. apud Hemeræum: *Notum—dedisse me— Monasterio S. Præjecti in eleemosynam perpetuò possidendam vvinagium septies viginti ter modiorum vini apud Paregny.* Alia anni 1210. apud eundem: *20. bigatas vini, quas ei concedo in eleemosynam perpetuam ducere per terram meam singulis annis ab omni vvinagio meo liberas & quietas.* Arestum an. 1259. ex Regesto 1. Parlamenti Paris. f. 16. *Solvendo vinagium ad Pontem Episcopi de quolibet dolio antiquitus 4. den. & obol.* Ubi cavendum, ne hisce locis *vinagium* putetur dictum à *vino*, cùm nihil aliud sit quàm *vvionagium*, seu præstatio pro vectura vini. Charta Gallica apud Haræum in Castellanis Insulensibus lib. 2. *Et si promet ledit Castelain les rivieres devant dites franchir de vvinage, de tous peages, & de toutes autres prises a tous jours, &c.* Ita

Vinagium, pro qualibet præstatione usurpat Tabularium Ecclesiæ Ambianensis: *In festo S. Martini pro vinagio unusquisque, qui habet equum vel equam, solvit 2. solid. similiter quadam terræ sunt, quæ solvunt pro vinagio 26. solid.* Charta Willelmi Comitis Pontivi an. 1205. *Stalla circa S. Georgium, omne vinagium in domo Alardi ac Noion, decimam de Majoc, &c.* Butelerius in Summa rurali lib. 2. tit. 40. *Les Commis des vinages & des pontenages.* Froissart. 1. vol. cap. 30. de Artevello: *Il faisoit lever les rentes, les vinages, & les droitures, que le Comte devoit avoir, &c.*

Wienagium, pro *Wionagium*. Charta Joannæ Comitissæ Flandriæ an. 1243. apud Buzelinum lib. 2. c. 28. *Prædictam Ecclesiam ab omni exactione vvienagii, passagii, thelonei, rotagii, — omnino emancipatam & liberam esse volo.* Philip. *Mouskes* in Hist. Franc. MS. de Tornacensib.

Et s'eust l'avoërie ausi,
Et les forages leur guerpi
De vin, de cervoise, & de miés,
Qu'il k'il soient nouviel ù viés,
Si leur donna le vienage,
Desnés & tout le pontenage,
Et l'estalage & les merciers, &c.

Vienatium. Charta Nicolai Episcopi Cameracensis an. 1146. apud Hemeræum in Augusta Viromanduorum: *Controversiam—eo tenore terminavimus, ut præfatus Nicolaus & successores sui sæpe fatæ Ecclesiæ Humblariensi infra Nativitatis dominicæ & Theophaniæ dies, singulis annis per Vienatorem suum, qui successu temporum vienatium de Landreciis collegerit, 20. solid. monetæ illius terræ, pro censu irrefragabiliter persolvat. Quòd si vienatium & Vienatores defecerint, ex fructibus molendini & castelli, censum eundem Ecclesiæ solvi ?ent.*

GUDERBORA *Libera*. Leges Luithprandi Regis tit. 80. *Si quis aldiam alienam aut suam ad uxorem tollere voluerit, faciat eam guiderboram, sicut Edictum continet de ancilla.* Lex Longob. lib. 2. tit. 1. *Si quis ancillam suam matrimoniare voluerit sibi ad uxorem, sit ei licentia, tamen eam debeat thingare, & sic facere liberam, quod est guiderbora.*

GUIDICTORIA, *i. per quadrum*. Ita Ugutio.

GUIDRIGILD. Vide *Weregild*.

GUIFA, *Guiffa*. Vide *Wifa*.

GUIHALA. Vide *Ghildhalla*.

GUILDA, vox Anglica vetus. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 506. *Edricus cognomento Guilda, id est, Silvaticus.* Est porrò *Guald*, silva, unde fortè legendum *Gualda*.

GUILHAULA. Vide *Ghildhala*.

GUILLATOR, *Baratator*, apud Albericum in Chron. MS. an. 1239. ex vernaculo *Guille*, *Gille*, *Ghille*, fraus, mendacium, illusio. Philipp. *Mouskes* in Henrico I.

La fù occis par tele ghille
Li Quens Engorrans d'Abbeville.

Infrà, de Comite Haraldo:

Et il arriva en Pontiu,
Mais jou ne say dire en quel liu.
Fors tant que à cel port par gille,
Le prist li Quens Guis d'Abbeville.

Galterius Metensis in Mappa mundi MS. c. 17.

Et puis dist Dius en l'Evangile,
Qui ne parole pas de guille.

Vide Fauchetum in Poëtis Gallicis cap. 13. 119. 196. Hinc *Guiller*, pro fallere. Theobaldus Navarræ Rex Cant. 5.

Adés dient, Dame, on vous veut guiller.

Joan. *Montjot* Atrebatensis:

Cil qui à guiller s'avoie,
S'en vait autres accointant.

GUILLO. Vide *Gelo*.

GUIMPA, Peplum, velum muliebre, quo etiamnum utuntur Monachæ, quod *Guimpe* vocant. Occurrit in Regula Roberti Arbrissélli cap. 6. *Ut guimpæ albæ earum nunquam appareant, velis eas operientibus.* Velum S. Agathæ hodie *Guimpam* appellare Catanenses asserit Bolandus 5. Febr. p. 6?7. ubi perperam *Grimpam* edidit, quod S. Agathæ κάλυμμα vocat. Theofridus Abbas Epternacensis in Florib. Epitaph. SS. lib. 3. cap. 4. Vide Itinerarium S. Wilebaldi n. 12.

WIMPLA, *Guimpla*, ex Gallico *Guimple*, *Gimple*, vel *Wuimple*. Charta Roberti *de Baillol* in Tabulario S. Egidii Pontis Audomari: *De recognitione mihi dedit 50. sol. & uxori meæ vvimplam.* Tabularium Fiscanense fol. 74. *Et pro hac concessione dederunt mihi— 10. libras Andegav. & conjugi meæ vimplam.* Tabular. S. Mariæ de Campis: *Et opertorium capitis optimum donamus, quod vulgari sermone guimplam vocamus.* *Le Roman de la Prise de Hierusalem MS.*

Par devant son viaire a la guimple tornée.

Le Roman d'Auberi MS.

Robe de feme me prennés avenant,
Guimple de soie & mantel trotinant.

Infrà:

La guimple d'or li a en chief fermée.

Philippus *Mouskes MS.*

Et quant li Rois les vit tant simples,
Come pucieles à leurs guimples.

Le Roman de Rou MS.

Tuit aloient lances levées,
Et en toutes guimples fermées.

Adde Georgium Castellanum in Hist. Jacobi Lalani cap. 18. & quæ notamus ad Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 54. Vide *Wifa*, & *Vinipa*.

GUIONAGIUM. Vide *Guidaticum*.

GUIRENS. Vide *Warandus*.

GUIRIBECCUS. Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 905. *Unde omnes ab eisdem, quibus impudenter nocuerunt, Hilibecci despectivè cognominati sunt.* Infrà p. 906. *Furentesque Guiribeccos, ut dictum est, viriliter repulit.* Ita *Guiribecci* rursum p. 907.

GUIRPIRE. Vide *Guerpire.*

QUISATUM. Testamentum Alfonsi II. Reg. Portugalliæ an. 1208. apud Brandaon. to. 4. Monarch. Lusitan. pag. 270. v. *Et a[illegible] quod remanserit de ista mea tertia, mando, quod dent Ecclesiis pauperibus de regno meo & leprosis, sicut ipsi viderint pro guisato.* Testamentum Sancii II. Reg. Portugall. Ibid. p. 278. *Mando etiam omnibus domibus leprosorum de meo regno 500. Morabit. & dividantur inter illos, sicut viderint pro guisato illi, qui meam mandam tenuerint.* Quæ verba Brandaon. ita vertit lib. 14. cap. 33. *Et dividaos entre elles meu testamenteiro como vir que he meillor.* Galli dicerent, *à leur guise.*

GUISCARDUS. Eo cognomine vocatum Robertum Normannum Apuliæ Principem, *ob vafritiem,* annotant Willelmus Gemetic. lib. 7. c. 3. & Robertus de Monte an. 1129. At Leo Ost. lib. 3. Chr. Cas. cap. 15. ita appellatum fuisse per jocum narrat à Gerardo, cujus amitam conjugem duxerat. Vim vocis expressit Guntherus lib. 1. Ligurini:

Cui propter sensus agiles, animique vigorem,
Cognomen Guiscardus erat.

Et Guillelmus Apul. lib. 2. Rerum Norman.

Cognomen Guiscardus erat, quia calliditatis
Non Cicero tanta fuit, aut versutus Ulysses.

Testatur præterea Joannes Tyreneus Guillelmi Apul. editor, nostra etiam ætate vulgò apud Normannos, cautos & astutos viros *Guischards* appellari. Atque inde ab astutia & prudentia Guiscardum ferè semper commendat idem Apuliensis lib. 1.

— Guiscardus ad omnia prudens.

Lib. 2.

— Robertus, & ingeniosus,
Semper celsa petens, & laudis amans & honoris,
Si contingebat sibi palma, vel arte, vel armis,
Æquè ducebat: quia quod violentia sæpe
Non explere potest, explet versutia mentis.

Sic pariter Romualdus Salernitanus Archiepiscopus in Chronico MS. anno 1085. ait, Robertum fuisse *callidum moribus, & admodum astuti & prudentis ingenii.*

GULA, Gallicè *Gueule*, vocabulum, quo frequenter utuntur feciales nostri ad designandum in armis seu insignibus rubeum colorem. Est autem *Gula* pellis rubricata, auctore S. Bernardo Ep. 42. cap. 2. *Horreant & murium rubricatas pelliculas, quas Gulas vocant, manibus circumdare sacratis.* Unde elicimus, *Gulas* fuisse pelles non nativi coloris; sed rubrica intinctas, ad idque adhibitas Armenicas, hoc est, murium Ponticorum: interdum etiam ipsas Martes Zebellinas, albas scilicet, quales in Norvegia nasci auctor est Adam Bremensis cap. 239. Idem S. Bernardus de Vita & morib. Cleric. cap. 4. *Aliqui fortè & dependentes à collo rubricatas murium pelles — à mulierculis mutuantur. Pelles arietum rubricatæ*, vel *janthinæ*, Exod. cap. 25. & 26. ubi Græcus Interpres, *δέρματα κριῶν, ἠρυθροδανωμένα. Pelles coccineæ*, apud Anastasium in Hist. Eccl. pag. 178. *Vestimenta quoque seu coccineas pelles usque ad pretium 50. librarum.* Has *δερμάτια ἀληθινὰ* videtur appellare Constantinus de Administ. Imp. cap. 6. Occurrit præterea *Gulæ* vox apud Brunonem de Bello Saxonico eadem notione: *Unus ex ipsis cujusdam nobilis ex curia Crusinam gulis ornatam quasi furtim præcidit.*

Gula, Crumena, marsupium. Histor. Franciæ MS. ex Bibl. Memmiana fol. 271. *Le filleul de Prevost de Paris fut prevenu d'un larrecin, & d'avoir renié ung gueulle de deniers, dont il fut condamné par son parrain a estre pendu.*

Gula fluvii, Ostium, per quod in mare influit. Charta fundationis Abbatiæ Orbistetii an. 1007. *Usque ad torrentem Illicon, qui defluit per gulam de Doetis in mare.*

Dare per gulam. Vetus Charta Spalatensis an. 1241. apud Jo. Lucium de Regno Dalmat. *Si aliquid extorqueretur, Comes, vel sui hæredes teneantur facere restitui ablatum à suis hominibus, vel dabunt per gulam transgressores damnum patientibus, & si non possent illum dare per gulam, quod Comes & ejus hæredes solvant de suo, &c.* Hoc est, suspendi facient aut curabunt.

Gula Augusti, Initium mensis Augusti. *Le Gule d'August*, in Statuto Edw. III. an. 31. cap. 14. *Averagium æstivale fieri debet inter Hokedai & gulam Augusti.* Utitur Willelmus Armoricus in Philippo Augusto an. 1219.

Gula mantelli, apud Ugutionem, pars vestis seu togæ superior, qua caput immittitur. *Le Roman d'Aubery MS.*

Li sans en fille, que forment est maumis,
Si que les goules de son pelison gris
En sont mouilliés.

Hinc *gulis* ejusmodi instructæ pelliculæ Armenicæ & Zibellinæ, *Hermines*, & *Zebelines engoulées* dicuntur Poëtis nostratibus. *Le Roman de Garin:*

Si ot vestu un hermin engolé.

Alibi:

Et par dessus un hermin engolé.

Reclusus de *Moliens MS.* in suo *Patenostre:*

Houches, manteaux, chappes fourrées
De sebelines engoulées, &c.

Le Roman du Renard MS.

Et tenoit un rous peliçon,
Dont les gules estoient d'os,
Et li mettoit par force el dos.

Le Roman de la Prise de Hierusalem MS.

Li Seneschaus y vait, s'ot la mure anfautrée,
Vestus d'une pelice richement agolée,
Par dessus son bliaut n'ot pas chappe fourrée.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

Ces hauz Barons qui tant sont à loer,
Qui sont vestus de frez ermines chers,
De vair, de gris, & d'ermine engolé, &c.

Gulerum, idem quod *Gula* mantelli. Etiamnum Picardi nostri *Gouleron*, vocant os lagenæ strictius. Matth. Paris an. 1134. *Invenit introitus capucii, qui Gulerum vulgariter Gallicè appellatur, nimis arctum.*

GULBIUM, Instrumentum ad hortum excolendum, apud Adalardum in Statutis antiquis Monasterii Corbeiensis cap. 1. *Scalprum, gulbium, & falcilia, &c.*

GULDA. Vide *Gilda.*

GULERUM. Vide *Gula.*

GULFUS, *Gulphus*, Sinus maris, ex Gr. *κόλπος*, seu ut recentiores efferunt, *κόλφος*, ut colligimus ex Glossis Græco-Barbaris, in quibus præterea *κόρφος*, pro *κόλπος* habetur, de qua voce Leunclav. in Pand. Turc. n. 180. nostris *Golfe*, Germanis *Golpe*, Anglis *Gulpe*, Belgis *Golpen.* Guillelmus *de Baldensel* Hodœporico pag. 104. *Postquam transivi sinum, seu mare Adriaticum, quod hodie Gulfus Venetiarum appellatur.* Willebrandus ab *Oldenborg* in Itiner. *Intravimus portum sinuosum Antiochiæ, quem Franci Gulphum Antiochiæ appellant. Gulphus Sataliæ*, seu sinus Attalicus, apud Willelmum Tyrium lib. 16. cap. 26. Rogerum Hovedenum p. 708. & Bromptonum pag. 1165. 1215. *Goufre de Satellie*, in Gestis Lud. VII. cap. 14. Vide *Gaufra.*

GULO-

GULONES, Gulosi, λαίμαργοι, apud Apuleium in Apol.

GUITA, Tributum. Charta Caroli IV. Imp. an. 1350. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 478. *Et propterea oppigneramus supradicto Daniæ Regi—pro justo pignore annuam steur* (*steuram* alibi) *& gulte, quam nos & Romanum Imperium habemus ex urbe Lubecensi.* Vide *Gilda.*

GUMBA, *Cuneus*, Papiæ. Vide *Cumba.*

GUMBARIA, Gumpæ Synonymon.

GUMPHUS, *Gunfus*, *Gomphus*, *Conglutinatio*, *concatenatio*, Papiæ: *Junctura vel vinculum aliquorum corporum*, Ugutioni, & Willelmo Britoni in Vocabulario. Acta S. Sebastiani n. 88. *In cloaca illa, quæ est juxta Circum, invenies corpus meum, pendens in gompho. Gumfus*, habet Ordericus lib. 7. pag. 643. *Quia referam de Sebastiano, quem sagittatum in cloaca suspenderunt gumfo?* Acta S. Thyrsi n. 21. *Quia ipsa* (simulacra) *magis reguntur gomphis ferreis, & plumbo, & saxo.* Gesta Consulum Andeg. c. 3. n. 26. *Cum ostio fusili, quod gunfis & vertevellis & quatuor clavium firmabatur.* Guibertus lib. 3. de Vita sua c. 11. *... modo residui proceres profugarum usque ad gonfos, seras, & pessulos omni substantia atque utensilibus ad... nabant.* Ita emendandus hic locus, pro *ad consoceras.* Magister Ægidius Corboliensis lib. de Pulsibus:

Atropos excludit Lachesim, vitalia rumpit
Stamina, dissolvit gumphos, vitamque relegat.

Joannes de Garlandia in Synonymis:

Est constructa polis, radius, cantus, rota gumphis.

Alanus in Anticlaudiano l. 7. c. 1.

Junctura tenui, gumphis subtilibus aptat.

Idem de Incarnatione:

Quæ sint vincla, quæ junctura,
Qui gumphi, quæ unio.

Hinc nostris vox, *Gond*, orta.

GUNA, *Gunna.* Vide *Guva.*

GUNDEBODINGI, appellati Burgundi, & generaliter, qui *Lege Gundeboda* vivebant, ea nempe, quam Gundebadus Rex Burgundiæ condidit, in Capitul. Aquisgran. an. 789. c. 62. & in Capitul. Caroli M. lib. 1. cap. 61. *Guntbadingi*, in Capitul. Francoford. an. 794. c. 43.

Gundebodigni, in Capitulari Aquisgran. an. 789. c. 63.

Gunibodingi, in Concilio Francford. an. 794. c. 45.

GUNNA, *Guna*, *Gonna*, Vestis pellicea, nostris *Gonne*, Anglis *Govvne*. Lexicon Cambro-Britannicum, *Gvvn*, *toga.* Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Βαίτη, διφθέρα, ὅ ἐστι γοῦνα. Alibi: Διφθέρα, ποιμενικὸν περιβόλαιον ἐκ δέρματος, οἷον γοῦνα, ἢ ἄλλο τι. Aliud Cod. 930. Σίσυρα, ἱμάτιον τραχὺ, περιβόλαιον ἀγροικικὸν, δουλικὸν, παλαιὸν, καὶ ἡ γοῦνα. Ita vocem hanc usurpant sequioris Græciæ Scriptores, Constantinus de Adm. Imp. c. 32. & alii, quos laudat Meursius in Gloss. Italos vocem hanc usurpare pariter pro viliori veste, observat Pergaminus, ex Petrarcha part. 1. Cant. 1. 5. &c.

Gunna. Bonifacius Archiep. Moguntin. in Epist.... *Gunnam brevem nostro more consutam.* Epist. 89. *Gunnam de pellibus lutrarum factam fraternitati vestræ misi.* Vinea Benedictina cap. 5. *Senibus nostris gunnas pelliceas tribuimus, infirmis etiam in culcitris jacere permittimus.*

Gonna, in Gestis Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. cap. 1. *Canonici ejusdem Ecclesiæ in gonnis suis, &c.* Occurrit etiam in Actis B. Francisci Fabrianensis n. 21. *Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.*

Or ferai gré, s'il me tollent ma gonne.

Alibi:

Laissa le siecle por devenir prodhom,
Et prist la gonne, & le noir chaperon.

Rursum: *Sens io oc osta, sa gonne à despoillée,*

Le Roman du Renard MS.

En vous auroit bele personne,
S'aviés vestuë la gonne.

Gouna, ex Anglico *à Govvne*, & Græco-Barb. γοῦνα, apud Knyghtonem: *Cum innumerabili multitudine equitum de civibus, vestitis omnibus in coloribus regiis, videlicet in coloribus albi coloris & rubei.* Dantes in Parad. cant. 26.

Che va di gonna in gonna.

Petrarcha part. 1. cant. 1.

Non essermi passata oltra la gonna.

Gunella, diminut. ex *Guna.* Occitanis *Gonnel*, *Gounelo*, *Cotte de femme*, *Cotillon.* *Gonnella*, Italis. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 3. & Udalricus lib. 3. Consuet. Clun. c. 5. *Si propter calorem frocum exuerit, in cuculla sedere poterit; sed ita ut nec gunellam, nec pellicium subtus habeat, nec aliud quidquam quàm stamineum suum.* Cap. 11. *Duo paria caligarum, tria pellicia, vel unam pro tertio gunellam.* Adde eundem Bernardum Monachum c. 32. Chartam Manassis Episcopi Aurelian. an. 1210. in Probat. Histor. Blesensis p. 10. *Le Roman d'Aubery MS.*

Un Moine i ot qui ot une gonelle.

Will. *Guiart MS.* an. 1304.

Des Serjens aux noires gonnelles.

Le Lusidaire MS.

Desique vint à la jornée,
Dont a sa gonelle endossée.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

Va s'en li Quens empre une gonelle,
Deschaus; en langes parmi l'estrange terre.

Le Roman du Renard MS.

Se vos estes ci longuement,
Vous i lairés vostre gonnelle.

Hinc Goffridus Comes Andegavensis dictus *Grisa gonella*, quòd tunicam *griseam* gestaret, ut suprà observatum in voce *Griseus*: Cui inscripta legitur in Schedis Duchesnianis Epistola Joannis Pap. pro Ecclesia Lochiensi, hoc titulo: *Goffrido grisia gonella, cognominato nobiliss. mo Andegavorum Comiti.* Et quidam Episcopus Triscanus, nuncupatus *Tres gonellas*, quòd triplici gunella uti soleret, in vett. Schedis apud Augustinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. part. 1. p. 47. Vide Ricordan. Malaspin. cap. 161. Raimundum Montanerium in Chron. Aragon. cap. 74. 124. & Chron. Petri IV. Regis Arag. lib. 3. c. 15. lib. 4. c. 3. *Le Roman de Girard de Vienne:*

Et vos comant ces cuidés donc entrer,
A vos gonelles grises

Gunatus, Gunam indutus. Luithprandus in Legat. *Nec ipsa capiet eum in qua ortus est, pauper & gunata, id est, pellicea Saxonia.*

Gunarii, *Gunarum* seu pellium mercatores, à quibus dicta olim Constantinopoli Basilica τῶν γουναρίων, de qua Chronicon Alexandrinum p. 778. qui locus idem videtur cum eo qui τὰ γουνάρεια τοῦ Φόρου nuncupatur à Leone Grammatico p. 505.

Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 15. *Gunam*, à *Gaunaco* dictam putat, quod Varro *majus sagum* interpretatur, vocemque Græcam esse ait. Sunt autem Hesychio, καύνακα, στρώματα, ἢ ὅτι ἐπ' αὐτὰ ἑτερόμαλλα, *Stragula altera parte villosa.* Adde Oct. Ferrarium in *Gonna.*

GUNNA, Machinæ bellicæ, seu missilis species: vox contracta ex *Mango*, vel *Mangona*, uti opinatur Somnerus. Thomas Walsinghamus pag. 226. *Nec mora, consuetis adhibitis instrumentis, missilibus scilicet, quæ vulgus Gunnas vocant, terribiliter feriunt.* Idem pag. 303. *Et cum lapidibus, lanceis, & sagittis, igne Græco, & missilibus, quæ Gunnæ vocantur, nostros*

nostros ubique repellunt. Pag. 374. *Quod cùm illi præcisè negarent, intendit gunnam magnam, cujus unico jactu dejecit partem unius turris.* Pag. 398. *Et illic figere vel locare gunnas suas, quas Galli Canones vocant, quibus validiùs villam infestare posset.* Ex quibus patet, *gunnam*, eandem fuisse machinam bellicam, quam nostri *Canonem* vocabant, quæque Anglis à *gunne* dicitur. Unde nescio, an à *gunnis* dicti sint *Canones*, quasi *gunnones?* Occurrunt præterea ejusmodi *Gunnæ* apud eundem Walsinghamum pag. 323. 390. 539. & Henricum Knyghtonem pag. 2621. 2672. 2677. & 2679. Vide *Duplodes*.

Gunnarii, *Gunnarum* artifices, vel potiùs qui è *gunnis* missilia emittebant, *Gunners* dicti in quibusdam expensarum militarium Tabulis, quas laudat Spelmannus verbo *Bombarda:* ut *Magister Gunnarius*, Gunnarum confector, artifex, vel *gunnis* præfectus, qui *Master Gunner*, Anglis.

GUNTFANO, Vexillum, flammulum. Vox formata ex *Fano*, de qua suprà. Hariulfus lib. 3. Chron. Centul. c. 3. *Item poma guntfanonum septem argento auroque parata. Le Roman du Renard MS.*

Querez qui le Gonfanon porte
Et qui que le doiez baillier,
Vous convient-il gonfanonier.

Le Roman de Garin MS.

Là veissiez tantes & paveillons,
Bannieres droites, & vermeux gonfanons.

Alibi:

Là veissiez meint gonfanon le ver,
Meinte banniere sor le fossé ester.

Le Roman du Rou MS.

N'i a riche home ne baron,
Qui n'ait lés lui son gonfanon,
Ou gonfagnon, ou autre enseigne,
Où sa mesnie se destraingne.

Alibi:

Li barons ourent gonfanons,
Li chevaliers ourent penons.

Guill. *Guiart* an. 1248.

Tant seulement li gonfanon,
En un flum, qui Nilus a non, &c.

Chron. Flandr. c. 67. *Et tenoit en sa main une lance, à quoi l'oriflamme estoit attachée, d'un vermeil samit, à guise de gonfanon à trois queuës.* Vide Joan. Villan. lib. 6. c. 40. lib. 7. c. 13.

Sæpe etiam usurpatur hæc vox pro ipso *Fanone*, seu *Flammulo*, quod hastis appendebatur; φλαμμουλίσκιον, Græcis recentioribus, Leoni in Tact. cap. 5. §. 5. Maurieio, & aliis à Rigaltio laudatis. *Le Roman d'Auberi MS.*

Baisse la lance où li gonfanon pent.

Alibi:

A lances sont li gonfanons pendus.

Le Roman de la Prise de Hierusalem MS.

Voient l'ost paienne venir & aprochier,
Les riches gonfanons sus au vant baloier.

Le Roman de Garin:

Brandist la hante an gonfanon pendant.

Alibi:

Et prist l'espié à tot le gonfanon.

Idem:

Brandist la hante, destort le gonfanon.
Parmi le cors li mest le gonfanon, &c.
Les lances bessent ô sont li gonfanon.

Le Roman de Guesclin MS.

Li Rois tint une lance à un vermeil penon.

Alibi:

Moult sisiest bien au col la lance au gonfanon.

Le Roman d'Alexandre MS.

Hante ot grosse de fresne, & gonfanon pendant.

Ejusmodi porrò infularum, ab hastis ac lanceis pendentium mentio est apud Frontinum lib. 1. Strateg. c. 12. n. 5. Albertum Aq. lib. 2. c. 39. lib. 4. c. 6. Fulcherium Carnot. l. 2. c. 10. Guibertum in Hist. Hieros. lib. 4. c. 39. in Gestis Francorum expug. Hierus. cap. 42. apud Gaufredum Malaterram lib. 3. cap. 37. Will. Britonem lib. 8. Philippid. p. 196. Gruellum in Hist. Arturi Ducis Britan. p. 66. &c. Sed & *Hasta pura* dicuntur, quæ infulis istis carebant, in veteribus Inscriptionibus: in quibus interdum donatos milites *Hasta pura sine vexillis*, in virtutis militaris præmium, legere est, 414. 8. 498. 13.

Gontfanonarius, Vexillifer, signifer: Italis *Gonfaloniere*. In Synodo VIII. CP. ex parte Ludovici Pii adfuit Suppo *primus Guntfanariorum & consobrinus uxoris ejus*, ut auctor est Anastasius ad eandem Synod. Act. 10. ubi perperam editum, *Concofanariorum*. Capitula Caroli C. tit. 32. c. 13. *Providentiam habeant, qualiter unusquisque Episcopus, vel Abbas, seu Abbatissa cum omni plenitudine & necessario hostili apparatu, & ad tempus suos homines transmiserit, cum Guntfanonario, qui de suis paribus cum Missis nostris rationem habeat.* In Consuetud. Bononiæ in Morinis art. 7. *l'Enseigne & Gonfanier*, dignitas dicitur attributa uni è quatuor Comitis Paribus. *Le Roman de Rou MS.*

Par droit & par ancesserie
Devés estre de Normendie,
Et vous parens Gonfanongniers.

Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin* MS.

Que s'il avoit le monde tout entier à baillier,
Et il vousist avoir un bon Gonfannoier,
Pour sa terre garder, & son prix essaucier.

Obtinuit etiam apud Italos *Gonfanonarii* dignitas, præsertim apud Florentinos, quibus olim ita indigitabatur supremus Magistratus. Sed & hodie regitur Senensis urbs à tribus *Gonfanonariis*, quorum singulis tertia urbis pars regenda datur. Habet denique Ecclesia Romana suos *Gonfanonarios*, de quibus præ aliis Froissartes 2. vol. c. 135. Joan. Villaneus lib. 8. c. 69. & Matth. Villan. lib. 9. cap. 90.

GURBILIO. Charta Gastonis Vicecom. Benearnensis an. 1168. pro fundatione Monasterii Silvæ latæ: *Et de reditibus nostris, qui paterno jure nobis succedunt, centum solidos Pictavinos, & 30. gurbiliones salis in villa, qua dicitur Salies.* Ubi Marca lib. 5. cap. 22. vertit *trente courbillons de sel*, id est, corbulas, seu *corbiculos*.

GURDUS. Gloss. MS. Reg. *Obtusa, surda, gurda.* Papias: *Gurda, inutilis, inepta, stulta.* Eadem habent Isidorus in Gloss. & Ugutio. Idem Papias: *Obtusa, gurda.* Gloss. S. Bened. *Gurdus*, ἀμβλύς. Quintilianus lib. 1. Instit. c. 5. *Gurdos, quos prostolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audivi.* Etiamnum Hispani & Vascones *Gordos*, vocant pingues & obesos, ut tradit Oyhenartus in Notitia Vasconiæ. Regula Magistri cap. 50. *Duricordes verò & simplices fratres, vel qui litteras discere nolunt, & non possunt, nisi gurdis operibus intricentur.* Abbo lib. 1. de Obsid. Par.

Noxque falam gurdis mandat custodibus ipsam.

Et infrà:

— Ponunt animas cum sanguine gurdi.

Ubi, ut & aliis locis, *gurdos*, *ineptos & stultos* interpretatur. Occurrit etiam in Notis Tyronis p. 102. Robert. Gaguinus in Poëm. Vernaculo, *le passe-temps de l'oisiveté:*

Guerre est de Dieu le grand flaeil,
Et le maillet de la Justice,
Qui est aux bons paix & conseil,
Et terreur au gourt & au nice.

At contrà vocem *Gourd* in bonam partem non semel usurpat Octavianus Sangelasius in Viridario honoris.

Gurdo-

Gurdonicus, eadem notione, Rudis, imperitus. Sulpitius Severus in Hist. *Vereor ne offendat vestras nimium urbanas aures sermo rusticus. Audietis tamen ut gurdonicum hominem, nihil cum fuco aut cothurno loquentem.*

GUREIC, Ephebiæ, vox Wallica, in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ c. 13. Boxhornio in Lexico Cambrico, *Gvvyryf*, est virgo.

GURGUNEO, *Glutto.* Papias.

GURGES, Papiæ & Will. Britoni in Vocabul. *est locus verticulosus in flumine, altus & profundus, vorago, fossa, lacuna, barathrum:* sed propriè est locus in fluvio arctatus; seu ad construendum molendinum, seu ad capiendos pisces: *Gourgo*, Occitanus. Ovidius de arte amandi:

Quo minimè credis gurgite piscis erit.

Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. p. 305. *Ibi unum molendinum de 13. sol. & 5. den. prati acra una, pastura ad pecora villæ, de uno gurgite 32. denar. &c.* Charta Henrici Reg. Franc. in Tabul. S. Maglorii Paris. *Denique præcipuam inferere gurgites piscales tres, primum ex his situm in confluentiâ Sequanæ & Maternæ, &c.* Charta Ludovici VII. Regis Fr. an. 1147. pro Abbatia Barbellensi, apud Sammarthanos: *Ut in Secana construant & ædificent sibi gurgitem unum in idoneo loco, — ad piscationem videlicet & molendinum.* Monasticum Anglic. tom. 1. p. 766. *Decimam totius piscis & piscariæ de gurgitibus, tam de retibus, vel ingeniis qualitercumque evenientem.* Charta an. 1196. *Quod nec à nobis, nec à quoquam mortalium in dictis gurgitibus molendinum constituatur.* Bracton. lib. 4. tract. 1. c. 45. §. 10. *De stagno vel gurgite levato, vel prostrato ad nocumentum injuriosum.* Joan. Britto p. 32. *Puis soit enquis de gors levez en euves communes, &c.* Adde p. 158. v. Fletam lib. 4. c. 27. §. 4. c. 28. §. 8. præterea Walafridum Strabum de Vita S. Galli cap. 12. 28. Probat. Hist. Monmorenciac. p. 407. Gul. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. p. 424. &c. Vide *Gordus.*

Gurgiculi nomine, Mare Mediterraneum appellare solebat Carolus M. ut auctor est Monachus Sangall. l. 1. c. 29.

Gurga, ead. notione, *Gorgo*, Italis. Vide *Gordus.* Charta Friderici II. Imp. an. 1229. apud Rocchum Pirrum tom. 2. Notitiæ Sicil. p. 640. *Et ducere — conductum* (aquæ) *in alias terras in gurgam suam propter fugiam magni fluminis Lentini, & piscariam ibi facere, &c.* *Gourtz*, in Consuetud. Bourbon. art. 162. *Gourgues de moulin*, in Consuetud. Burdegal. art. 112.

Gurgur, in Tabulario Conchensi in Ruthenis Ch. 483. Hinc Occitani molendinum *Engourgat* dicunt, quod aqua nimia laborat. *Engourgament de aigue*, in Consuet. Solensi tit. 12. art. 1.

Gurgutosa marisci planities, apud Lambertum Ardensem p. 11.

GURGO, Poëta laudatus ab Aldhelmo Abbate Malmesburiensi in Epist. ad Eahfridum:

Digna fiat fante glinglio gurgo fugax fambulo,
Nec timeat scriptor terrentis ludicra linguæ.

Ubi Usserius Armachanus monet in MSS. apponi hanc Glossam: *Fugax gurgo, id est, virgo impetrante noverca de matrimonio exposita, inter feras enutrita ferarum consuetudinibus assuescens, quæ alio nomine Juturna. Fante glinglio, id est, rogante fratre, vel alio quolibet amico, ut digna fieret illa fugax fambulo, id est, reversione, vel fine laboris.*

GURGUR, *Celer.* Papias MS. Editus habet *Gurgus.*

GURGUSTIUM. Papias: *Gurgustium, casa brevis, ubi pisces nutriuntur. Gurgutium, cella modica, domus pauperis.* Job. cap. 40. *Nunquid implebis sagenas pelle ejus, & gurgustium piscium capite ejus.* Thwroczius in Carolo Rege Hungar. cap. 97. *Sed erant omnino sicut pisces in gurgustio, vel in reti comprehensi.*

GURPIRE. Vide *Guerpire.*

GURUM, vel *Girum*, Pulvis molendini, apud Matthæum Silvaticum.

GUSSA, *Goza*, *Guzia*, Machinæ bellicæ species. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 83. *Nemo præsumat — castrum contra Principem ædificare, nec fortitudinem tenere obsessam, nec debellare cum ingeniis, quod rustici dicunt Fundibula, & Gosa, & Gata, quod magnum dedecus erit Potestatibus.* Charta Jacobi I. Regis in Constitutionibus Catalaniæ MSS. *Statuimus, quòd nullus portet fundibulum, guziam, vel gatam, aut aliquid aliud ingenium contra aliquem, sine speciali nostro mandato, nec trahat cum eis, nisi de hoc habeat à nobis — privilegium speciale.* Edictum Nunonis Sancii D. Rossilionis de Treuga tenenda an. 1217. *Statuimus — quòd nullus expugnet aliquod castrum, vel aliquam munitionem cum gussa, vel pererio, vel manganello, vel cùm alio genere lignorum.* Ita porrò appellata fortean hæc machina, quòd canis formam referret; nam Occitanis *Goussas*, canis species est, *Chien matin, Claubaud.*

GUST. Bracton. lib. 3. tract. 2. c. 10. §. 2. *Secundùm antiquam consuetudinem dici poterit de familia alicujus, qui hospitatus fuerit cum alio per 3. noctes: quia prima nocte dici poterit Uncuth, secunda verò Gust, tertia verò Hoghenehyne.*

GUSTALDUS. Vide *Gastaldius.*

GUSTATOR *digitus*, qui Græcis λιχανός. S. Hieronymus in cap. 40. Esaiæ: *Parvo digito, quem vulgò Gustatorem vocant.*

GUSTRUM, Vasis species. Zyxillanes Episc. Toletanus Hymno de S. Thyrso, à Bivario ex Breviario Musarabum editus:

Gustrum perniciter adfore præcipit
Plenum lympha, caput Martyris suffocat.

In actis, est *lebes*, *vas*, *tinna.* Gloss. Lat. Græc. *Cupillum*, γευστοίδιον. Ubi *cupillum* idem valet ac *cupella.* Vide in hac voce.

GUSTUM, Cupediæ. Utitur Apitius lib. 4. de Re culin. cap. 5. Adde Fragmentum Petronii p. 74. & quæ notamus in Descript. ædis Sophianæ, ubi de Augustæo.

GUTTA, *Guta*, idem videtur quod *Gota*, de qua voce suprà, & *Gutera*, canalis, rivus.

Gutta, Tabularium Prioratus de Paredo fol. 22. *Terminat de una parte currente gutta, alia via publica, &c.* Fol. 29. *Sunt ii fines dis lo perron, usque ad guttam, quæ dividit villam Defensum dictam, & silvam, &c.* Fol. 42. *Qui terminat de una parte gutta mortua, &c.* Fol. 62. *De una parte terra S. Vincentii, de alia Liger fluvius, de altera gutta decurrit.* Tabular. Monasterii S. Andreæ Viennensis: *In alio fronte, gutta percurrente, qui ad æstum siccat, &c.* Infrà, *gutta sicca* dicitur. Occurrit etiam crebriùs in Tabulario Conchensis Abbat. in Ruthenis.

Gutta. Tabularium Eccl. Cadurcensis: *Cum ipsa terra, quæ tenet in ipso loco, quæ tenet in illa guta.* Charta Froterii Episcopi, ibidem: *Et per illo termine — & descendit per mediam cumbam, usque in illa guta, quæ dicitur Boina.*

Guttula, Rivulus. Tabularium Monast. S. Andreæ Viennensis: *In alio fronte terra ipso quintillone, & guttula, quæ ad æstum siccat.* Tabularium Brivatense Ch. 15. *De duobus verò lateribus vineas S. Juliani, ex quarto verò latere guttulam decurrentem, &c.* Alibi: *De subteriori verò latere est guttula decurrens, de superiore verò latere strata publica.*

Gutta, Italis, *Gotta*, Hispanis *Gota*, Catarrhus, fluxio, quòd *guttatim* fiat, inquit Berevicius lib. de Idea Medicinæ antiquor. nescio, an verè? Domnizo lib. 2. de Vita Mathildis cap. 21.

Frigore percussa, doluit nimis illico gutta.

Vita S. Anselmi Episc. Lucensis n. 57. *Die quadam citò superveniens gutta, ita ut unius oculi lumen sanguine cooperiret.* Num. 58. *Gutta, quam dicunt fistulam, generante, putredo quadam assiduè stillabat.* Num. 39. & 42. *Gutta paralytica, Gutta, quam Paralysim vocant. Hydropisis*, apud Tortarium Floriacensem:

Gutta fugit ventris, restinguitur hic sacer ignis.

Magister Ægidius Corboliensis de Urinis:

Innuitur gutta regnare per alba minuta.

Ubi vide Gentilem de Fulgineo. Ebrardus in Græcismo c. 10.

Est pluviæ gutta: sed sit situla tibi stilla:
Dicitur esse * *sene passio gutta fore.*

Vide Albertum M. lib. 23. de Animalib. cap. 18.

Gutta cadiva, caduca, Ἐπίληψις. Glossæ Biblicæ MSS. *Epileptici dicuntur, qui guttam habent cadivam.* Vita MS. Caroli M. jussu Friderici Imp. exarata lib. 2. c. 22. *Sed quod magis dolendum erat, intrinsecus epatica passio, imò ebitudo animi, caduca gutta, & cotidiana vecordia ipsum desipere faciebant.*

Gutta malogranata, Hemicraniæ species, quam Galli vocant *Pome grenade.* Occitanis, *Mielgrano.* Steph. Julianus in Vita B. Coletæ n. 234. *Affligebatur — specialiter passione guttæ malogranatæ, taliter quòd vi doloris efficiebatur quasi furibunda.* Ditmarus lib. 4. pag. 50. *Cui in capite suo multùm nocuit migranea, quæ duplex: aut ex gutta, aut ex vermibus.*

Guta, & *Gutta*, Gall. *la Goutte*, Podagra, in Vita Innoc. VI. PP. apud Bosquetum pag. 139. Chronicon Casauriense: *Illa infirmitate, quæ Gutta appellatur, graviter fuerat occupatus.* Radulfus in Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis num. 86. *Cùm gutta, quam Podagram vel Artreticam vocant, frequenter vexaretur, &c.* Pseudo-Ovidius lib. 2. de Vetula:

Tussiat æternùm, juncturas gutta fatiget.

Ptolemæus Lucensis an. 1284. *Defectum patiebatur in manibus & pedibus propter guttas, ita quòd vix celebrabat.*

Gutta. Charta Philippi Aug. an. 1220. in Hist. Monmorenciaca p. 85. *Faciat unam domum si voluerit, nomine suo absque forteritia in insula de Castelles supra Sequanam, ejusdem altitudinis, cujus sunt aliæ domus in eadem insula: ita videlicet quòd parietes guttæ, altitudinem aliorum parietum ejusdem insulæ non excedant.*

Gutta, Macula. Auctor Mamotrecti ad cap. 36. Gen. *Polymitus, vestis ex variis coloribus & guttis, à polis, quòd est pluralitas, & mitos, quod est gutta.* Infrà: *Mitos, guttam sonat, — calamita est rana, quæ moriatur in cannis, varias habens guttas.* Idem ad 35. Exod. *Polymitarius, qui operatur polymito, id est, vario opere & guttato.* Ita *guttatus*, color est in equis, guttis distinctus.

Gutta mera, Gall. *Mere goutte.* Charta an. 1208. ex Tabul. Fossatensi f. 29. *Annuatim unum dupla rium vini sine fusto de mera gutta ad mensuram Parisiensem persolvent.* Alia an. 1212. fol. 31. *Et tempore vindemiarum nomine censum in cuva & de mera gutta — persolvent.*

GUTTORIUM, *Guttatorium*, *Guttera*, Rivulus, canalis, stillicidium. Anglis, *à gutter. Goutiere*, in Consuet. Britann. art. 712. Ugutio: *Aqualitium, Guttarium.* Alibi: *Impluvium, i. lavatorium, guttatorium.* Will. Britto in Vocabul. *Aquaductus — guttatorium, per quod aqua elicitur, vel foras educitur.*

Guttera, eadem notione. Charta Henrici I. Regis Angl. in Tabulario Fiscanensi f. 5. *Et de eadem cruce usque Pingerlin, ubi quadam guttera est, quæ vadit per mediam villam.* Chronicon Abbat. Burthonensis in Anglia: *Inceptum fuit pavimentum Altæ villæ, diruto causeto, ponendo gutteram in medio.* Adde Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 815. & Will. Thorn. an. 1281.

Gutura, eadem notione habetur in Libro Anglico *Justice of peace*, fol. 80. v. Incertum, inquit Somnerus, an à Saxonico Ꝫeoꞇan, sive a ꝪeoꞆan, fundere, effundere? an à Latino *Gutta*, quòd guttatim aquam accipiat ac reddat? unde *Guttare*, pro *stillare*. Vide *Landea*.

GUTTATUS, Guttis diversi coloris inspersus. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 20. de Gyrofalconibus: *Quidam eorum non sunt guttati super dorsum & caudam, & quidam sunt guttati super dorsum & caudam, quidam plus, quidam minùs.* Vide *Equus, Gutta.*

GUTTERIA, Vitium, seu morbus gutturis ex malè olentium aquarum potu contractus, βρογχοκήλη Græcis, *Goitrie* Gallis. Vita S. Gudilæ virg. n. 23. *Omnesque descensuri ex eorum germine, plectantur nævo istiusmodi pœnæ, ut uterque sexus lapsante poplite jugiter claudicet, super hac verò femineum gutteria obscanet.* Eandem habet Baldricus in Chronico Camerac. lib. 1. c. 16. Anso in Vita S. Ursmari Lobiensis c. 8. *Nata est infirmitas in collo ejus sæva nimis, quæ vulgò dicitur Grutteria.* Rectiùs Ratherius c. 5. *Quæ Gutteria dicitur sermone Gallico.*

Gutturosus, in l. 12. §. 1. D. de Ædilit. Edict. Vetus Interpr. Juvenalis Sat. 13. *Tanquam si in Alpibus homines gutturosos admireris, ubi tales sunt plurimi, nam lata & inflata colla habent.* Miracula S. Thomæ Aquin. *Puella à nativitate gutturosa, quia tres gavanos habuit.* Occurrit etiam apud Durandum lib. 7. Ration. cap. 19. n. 3. Aliàs *Gutturosus*, est λαιμαργός, in Gloss. Lat. Gr.

Gutturni, & *Gutturnia* etiam dicitur idem morbus. Gloss. Isid. *Gutturnia, gutturis inflatio.* Ugutio: *Gutturna, infirmitas gutturis, quæ solet inflatione gulæ evenire, unde gutturnosus, illam habens infirmitatem.*

Gutturnosus, idem qui *Gutturosus.* Hincmarus in Vita S. Remigii: *Omnes, qui hoc egerunt, & qui de eorum germine nati fuerint, viri ponderosi fiant, & feminæ gutturnosæ &c.* Gervasius Tilleberiensis MS. lib. 3. de Otiis Imperial. *Est in Provincia Ebredunensi, quæ pars est regni Arelatensis, castrum de Bartes: in eo territorio fons scaturit, ex cujus aquæ potu ac lavacro curantur gutturnosi.* Vita MS. Caroli M. jussu Friderici Imp. exarata lib. 2. cap. 23. *Febricitantes verò absque nomine & numero: caduci 65. gutturnosi plures, &c.* Inde etiam

Gutturnositas, in eadem Vita S. Gudilæ, & apud Guill. de Thoco in Vita S. Thomæ Aquin. n. 96. *Cum haberet filiam gutturnosam, & ipsam propter strumam gutturis maritare non posset.*

GUTI, Gothi, & Gotti, vel *Goti*, quibusdam *Jutæ* & *Jutones*, Romanis *Geta*, Anglo-Saxonibus ꝪeaꞆaꝩ, à prisco Gothico *Jat*, quod gigantem significat. Ita autem appellatus potissimùm unus de tribus populis illis primariis, qui relictis in Germania sedibus, in Angliam transiere, & ibi sedes fixere, ut Beda refert, cujus Interpres Saxonicus, pro *Jutas*, ꝪeaꞆum, id est, *Getas* vertit. Inde illud in Legibus Edw. Confess. c. 35. tit. de His, qui cohabitare debent in Britannia: *Guti verò similiter cùm veniunt, suscipi debent & protegi in regno isto, sicut conjurati fratres, sicut propinqui, & proprii cives regni.* Plura

Plura de *Gutiis*, & *Jutis*, vide apud Camdenum, Spelman. & Cluverium lib. 3. Germ. antiq. nam hæc Glossarii consilium excedunt, cùm ad rem Geographicam omnino spectent.

GUVA, seu *Guna*, ut præfert Codex MS. & Editio Veneta, Papiæ est *Vas vitreum, quod à Latinis à similitudine cucurbitæ Ventosa vocatur, quæ animata spiritu per igniculum in superficiem trahit sanguinem.* Eadem pæne Ugutio, qui *Gina*, & *Gina* scripsit, ut & Papias editus *Guna*, & Joan. de Janua, *Guna* & *Guira*. Atque ii ex Isidoro lib. 4. cap. 11. ubi de instrumentis Medicorum: *Angistrum, spatomele, guna, quæ à Latinis, à similitudine cucurbitæ à suspirio dicitur Ventosa.* Ita editi: at MSS. auctore Vossio, *Guva* & *Guvia*, præferunt: ex quibus licet emendare ejusdem Isidori Glossas: *Guna, ventosa.* Legendum enim: *Guva, ventosa.* De vocis origine legendus Vossius. Vide *Ventosa*.

GUVASTRAUD *à fuyn*, vox Wallica, quæ occurrit in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 5. est autem *Gvvastravvd afvvyn*, Boxhornio in Lexico Wallico, *pedissequus. frenigerus.*

GUVERNERIUS, Rector, gubernator, Gallis *Gouverneur*. Metellus in Quirinalibus pagin 130.

Viderat hunc Dap.fer probus,
Guvernerius loci sacri.

GUVIA. Isid. l. 19. c. 19. de Instrumentis lignariis: *Cauterium, Gallis Guvia.* Etiam hodie *Gouge*, quoddam instrumentum ferreum, quo utuntur fabri lignarii, appellatur.

GUVIO, Gobio, piscis, qui nostris *Goujon*, apud Silvestrum Giraldum in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 7.

GUVUS, & *Guvetta*, Bubo, Italis *Guvo*, *Guffo*. Apud Petrum Crescentium lib. 10. de Agricult. cap. 16. *Cimus & Gimetta — sunt animalia nocturna potius quàm diurna, quia eorum oculi de nocte vident melius quàm de die.* Ubi legendum *Guvus*, & *Guvetta*, quomodo legit vetus Interpres Gallicus *la Guve & la Guvette*, nostris *Chouette*. Ita etiam emendandus idem Crescentius cap. 28. ex eodem Interprete, quo loco perperam editum *gimetta*, pro *guvetta*.

GWALSTOWNA, Locus patibuli, patibulum, furcæ. Vox Saxon. confecta ex ᵹƿal, patibulum, & ſtoƿn, locus. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 10. *Omnia gvvalstovvna, i. occidendorum loca, totaliter Regis sunt in soca sua.*

GUYSA, Forma, modus, ex Gallico *Guyse*. Knyghton an. 1388. *In habitu & apparatu & diversis guysis, &c.* *Gysa*, pro *guisa* infrà mox habetur. De vocis etymo, vide VV. CC. Ægidium Menagium in Origin. Gallic. & Oct. Ferrarium in Orig. Ital. qui ex *vice* deducit; *ad vicem*, quod nostri *à guise* dicunt.

GUZIA. Vide *Goza*.

GYMNASIUM, Thermæ, Ælfricus in Gloss. Saxon. *Termas, vel gimnasium*, bæð-ſtede, i. locus lavacri.

Gymnasium, Ἀσκητήριον, Monasterium. Epitaphium Aligerni Abbatis Casinensis:

—— Hoc sacrum regere gymnasium
Promeruit.

Vita S. Rictrudis cap. 12. *Gymnasium monasteriale, ubi stadium vitæ præsentis agonizando percurreret.* *Gymnasium monasticæ disciplinæ*, in Gestis Abbatum Gemblacensium pag. 533. Τῆς ἀσκητικῆς παλαίστρας ...., in Vita S. Nicolai Studitæ p. 896. Vide S. Basilium Epist. 23.

Gymnasium, pro ludo illo literario, in quo pueri litteris & liberalibus disciplinis exercentur, usurpavit S. Ambrosius lib. 6. Hexaëm. cap. 4. Vide *Gignasium*.

GYMNOLOGIZARE, *Exercere*, in Gloss. MSS. S. Germani Parisiensis.

GYNÆCEUM, *Genecium*, *Genicium*, γυναικεῖον, Græcis & Latinis Scriptoribus, dicitur locus interior in ædibus, in quo solæ mulieres versantur, apud Plautum in Mostellar. Terentium in Phorm. Ciceronem, &c. quem *Gynæconitidem* Cornelius Nepos, γυναικωνῖτιν, Plutarchus & alii *Triclinium matronale*, Sidonius lib. 2. Epist. 2. appellant.

Præterea ita vocabantur textrina publica. Isidor. l. 15. c. 6. & ex eo Papias: *Genecium, Textrinum, Græcè dictum, quòd ibi conventus feminarum ad opus artificii exercendum conveniat.* Gloss. Saxonic. Ælfrici: *Genitium* ƿoƿhuſ oƿƿulle. Ubi Somnerus *Gynæceum* emendat. Saxonibus autem huſ, est domus: ƿulle verò lana. Ita *Genicium* est locus, vel ædes, ubi mulieres lanificio operam dant; quomodo etiam γυναικῶν appellatur Polluci, ταλαριουργεῖον ἱστῶν. Catholicon parvum: *Genecium, Estraingne, ou Ouvroir à texerant, ou Bourdele.* Mox additur: *Genecetum potest dici Sayrie, ubi manent mulieres de sero nendo.* Sic sanè Picardi nostri rustici puellarum serotinos conventus, in quibus lanificio unà vacant, *Series* etiamnum appellant.

Sub Imperatoribus Roman. extitere *Gynæcea*, seu textrina publica, in quibus *Gynæciarii*, opifices ita dicti, vestibus texendis operam dabant, obnoxiæ cæteroquin conditionis: adeo ut vice pœnæ in ea interdum loca noxii ac rei amandarentur, quod de viris testatur Sozomenus lib 1. cap. 8. Δημοσίοις ἔργοις ἢ γυναικείοις, ἢ λινυφίοις ὑπηρετεῖν. Passio S. Romani Mart. *Et induit eum colobio laneo, & tradidit eum in Gyneceo ad injuriam.* De feminis verò Joannes Chrysostomus in Epist. ad Juniorem viduam tom. 6. pag. 300. Quò pertinet, quod habet Lactantius de Mortib. Persecutor. num. 21. *Matresfamiliàs ingenuæ ac nobiles in Gynæceum rapiebantur.* Horum meminit Itinerarium Hierosolymitanum Antonini Monachi, ubi de Tyro: *Genecia sunt ibi plurima vel publica, oloserica, & diversa genera telarum.* De Gynæciariis verò extat titulus in utroque Cod. *de Murilegulis & Gynæciariis.*

Habuere etiam Reges nostri sua *Gynæcia*, seu, uti vocabant, *Genicia*, in quibus ancillæ Regiæ rei lanariæ vacabant, quas *Geniciarias* & *Pensiles* inde dictas mox docemus. Capitulare de Villis cap. 43. *Ad genicia nostra, sicut institutum est, opera ad tempus dare faciant, id est, linum, lanam, vvaisda, vermicula, vvarentia, pectines, laminas, cardones, saponem, unctum, vascula, & reliqua minutia, quæ ibidem necessaria sunt.* De iis præterea accipiendum Capitulare 2. an. 813. c. 19. *Et ut feminæ nostræ, quæ ad opus nostrum sunt servientes, habeant ex partibus nostris lanam & linum, & faciant sarciles & camisilos, &c.*

Quinetiam à singulis feminis lanarium opus Principes exigebant, præstationis vice, adeo ut ab eo præstando vix eximerentur Sanctimoniales. Capitulare Ludovici Pii pro Sanctimonialibus S. Crucis Pictavensis c. 4. *Ut temporale servitium de opere femineo ab eis ad partem Dominicam nullatenus quæratur: quia si hoc fieri cœperit, omnino ordo regularis stare non poterit.* Quod verò *opus femineum* hîc dicitur, *Genecæum opus* vocat Concilium Meldense anno 845. cap. 77. à quo, ut & à cæteris, abstinendum diebùs Dominicis statuit.

Exinde accidit, ut publica ac priva ista Gynæcea pessimè audirent, cùm ancillis, ex quibus illa conflata erant, abuterentur domini ipsi, ac stupra cum iis perpetrarent: unde generatim *Gynæcea*, ipsa lupanaria & meretricum cœtus appellabant. Joannes de Janua: ***Genecæum*, *lupanar*, *vel textrinum*: *quia ibi conventus feminarum ad meretricandum*, *vel opus lanificii exercendi causâ conveniunt*.** Lex Alamannorum tit. 80. §. 4. *Si cum puella de genecio priore concubuerit aliquis contra voluntatem ejus*, *cum 6. sol. componat*. In Editione Heroldi tit. 81. §. 2. vox *priore* abest. Et §. 2. *Si quis cum aliqua de alio genecio contra voluntatem ejus concubuerit*, *cum 3. sol. componat*. Ubi Editio Heroldi: *Si quis cum aliqua ex illis aliis de genecio*, *&c.* Capitula ad eandem legem c. 42. *Si quis alterius puellam de genicio deviolaverit*, *&c.* Sed inprimis lupanar hac voce intelligi docet omnino Lex Longobard. lib. 2. tit. 37. §. 6. *Statuimus*, *ut si femina*, *quæ vestem habet mutatam*, *mœcha deprehensa fuerit*, *non tradatur gynæceo*, *sicut usque modo*: *ne fortè quæ priùs in uno*, *postmodum cum pluribus locum habeat mœchandi*, *&c.* Et eodem libro tit. 9. §. 2. mulier libera, aut puella, quæ servo nupsit, *in curtim Regis* duci jubetur, *& intra pensiles ancillas* constitui: ubi Edictum Rotharis Regis tit. 88. §. 11 habet: *Et in Pisele inter ancillas statuere*. Quæ quidem lectio pro legitima haberi potest: siquidem *pisele* idem valet etiam ac *pensile*, & *gynæceum*, in Charta an. 803. apud Ughellum in Episcopis Veronensib. *De vestimentis*, *quæ de pisele veniunt*, *vel de genicio*, *decimam partem*. Ubi perperam editum *ginicio*. Hinc *Pensilarii* in Historia Epitomata Fredegarii cap. 65. iidem, qui *Gynæciarii*, seu qui pensa trahunt: *Nec multo post tempore Narsis Patricius Justini Imperatoris*, *ejusque Augustæ Sophiæ minis perterritus*, *eò quòd Augusta ei apparatum ex auro factum muliebre*, *eò quòd eunuchus erat*, *cum quo filaret*, *direxit*, *& pensilarios regeret*, *non populos*, *&c.* Inde etiam fortè Zelandi *Puseel* vestiarium, seu thecam vestiariàm vocant. In Libro veterrimo Sacramentorum Ecclesiæ Remensis n. 162. describitur *Oratio in pisle*, hisce verbis: *Omnipotens sempiterne Deus*, *cujus sapientia hominem docuit*, *ut domus hæc careat aliquando frigore à vicinitate ignis*, *ita nunc quæsumus sicut omnes habitantes vel convenientes in ea careant in corde infidelitatis frigore à fervore ignis Spiritus sancti*, *Per Dominum*, *&c.* Ita etiam *Pisle* legitur in Indice, qui Libro præponitur, uti monuit vir eruditissimus Joan. Mabillonius, qui rectè, ni fallor, hoc loco intelligi existimat, quod *Poile*, seu vaporarium dicimus: adeo ut ab ejusmodi *pensilibus*, seu gynæceis nomen traxerit, quòd ex hypocaustis vicinis calor immitteretur in ea loca, quò faciliùs per hiemem operi vacarent, qui pensilario operam dabant, quod verba orationis, *à vicinitate ignis*, indicant. Unde postmodum ejusmodi vaporariis, nomen inditum videtur locis allatis infrà in voce *Pisalis*. Ubi ex Adalardo & aliis docemus, *piselum* & *pisalem* fuisse triclinium monasticum, in quod Monachi calefaciendi causâ simul secedebant, in eoque *pannos infusos* suspensos desiccandos, ex eo depromptas vestes Monachorum, denique *Piselem* & *Gynæceum* promiscuè appellari: sed & inde Zelandos *Puiseel* vestiarium, Frisios verò culinam appellare. Quod verò Adalardus *Piselum*, alii *Calefactorium* vocant. Vide in hac voce.

Ejusmodi porrò feminas aut puellas liberas, quæ servis nupserant, *ad Palatium*, seu in Gynæceum Palatinum amandatas, docet etiam Charta Pandolphi & Landolphi Principum Langobardor. in Chronico S. Sophiæ Benevent. *Similiter concedimus in eodem Monasterio omnes illas liberas feminas*, *quæ servos ejusdem Monasterii sibi sociaverint maritos*, *vel illas*, *quæ antè ex ipsis sibi viros copulaverunt*, *pariterque & ipsos servos cum filiis & filiabus eorum in ipso Monasterio concedimus*, *ut quomodo omnes legaliter ad nostrum sacrum devenire debuerunt palatium*, *sic illis in eodem Monasterio deveniet ad serviendum & dominandum*.

Geneciariarum ancillarum passim mentio perinde occurrit, nudè interdum, sæpe in malam partem. Synodus Meldensis c. 75. *Si autem Laici capellas habuerint*, *à ratione & auctoritate alienum habetur*, *ut ipsi decimas accipiant*, *& inde canes aut geniciarias suas pascant*. Eadem habet Concilium Confluentinum an. 922. cap. 5. Interrogationes Synodales c. 37. apud Reginonem lib. 2. de Ecclesi. disciplin. cap. 5. *Si aliquis in domo sua consentit cum propriis ancillis vel geneciariis suis adulterium perpetrare*. Concilium Nannetense c. 19. *Cùm indecens sit*, *mulieres virorum causas discutere*, *& quæ de lanificiis suis & operibus textilibus & mulieribus inter geniciarias suas residentes debuerant disputare*, *senatoriam sibi usurpant auctoritatem*. Charta Ludovici Regis Bajwariorum in Metropoli Salisburgensi tom. 2. pag. 12. *Mancipia infra curtem inter pueros & feminas genecias viginti duo*. Charta Dodiconis Comitis, in Monumentis Paderbornensibus pag. 159. *Exceptis ministerialibus ejus hominibus*, — *cæterisque mulieribus jam ad gynæceum ipsius adsumptis*, *non ulteriùs assumendis*, *&c.* De iis etiam capiendus videtur Gregorius Turon. lib. 9. cap. 38. *In Marilegium villam deducitur*, *ut scilicet trahens molam his*, *quæ in gynecio erant positæ*, *per dies singulos farinas ad victus necessarias præpararet*. Quæ quidem intelligenda sunt de feminis, quæ in pœnam in *gynecea* amandatæ fuerant: id enim indicat vox *positæ*. Nam feminas, quæ stupra commiserant, in gynecea, tanquam in publica prostibula, fuisse relegatas suprà indicavimus: ex quibus conficitur, permissa ac instituta fuisse ea ætate lupanaria publica: de quibus accipienda etiam fortean hæc verba Monachi Sangallensis lib. 2. de Carolo M. cap. 5. *Erant quoque ibi duo nothi de genicio Columbrensi*, *&c.* Ita hæc vox accipitur in Passione S. Isicii MS. *Infelix*, *quid tibi melius est in palatio*, *an in genecio esse?* *Isicius respondit*: *Melius est in genecio propter Christum*, *quàm in palatio propter dæmones*. Scribit Theophanes, Theodosium M. statuisse, ne in posterum feminæ, quæ stuprum commiserant, in lupanaribus publicis includerentur: ὁμοίως δὲ καὶ τῶν μοιχευομένων γυναικῶν ὕβριν ἐν τοῖς πορνείοις, μὴ συγχωρήσας ταύτας συγκλείεσθαι, καὶ διὰ κώδωνος τὴν πρᾶξιν ἐλέγχεσθαι.

De lupanaribus verò publicis, etiam multo post toleratis ac permissis, locus est in Bulla Benedicti IX. PP. an. 1033. apud Ughellum tom. 1. pag. 121. *Quod denique domus plus conveniens esse videtur prædictæ Ecclesiæ S. Nicolai*, *vobis & Clericis vestris*, *quanquam in ea laicæ & sæculares personæ maneant ad patrandam libidinem*, *& sæcularia facinora*: *quoniam justum non est*, *ut domus lupanaris*, *& turpis lucri*, *Ecclesiæ adhæreat*, *&c.* Chartam aliam damus in voce *Panagator*, ubi mentio fit *Custodis Regii meretricum publicè venalium in lupanari Rotomagensi*. Sed & Lupanaria publica Parisiis certis ac designatis in locis olim extitisse, quæ *Bordeaux* & *Clapiers* dicuntur, in Charta anno 1395. in libro rubeo Castelleti Parisiensis. Colligitur præterea ex libro nigro Castelleti Parisiensis, ubi hæc describuntur: *Item l'en commande & enjoint à toutes femmes publiques*, *bordelieres & de vie dissoluë à present demeurans és ruës*, *notables de la ville de Paris*, — *qu' elles vuident incontinent* *aprés*

ap e ce present cri & se retraient, & que elles facent leur demeure és Bourdeaux & autres lieux & places publiquent à eux ordonnez d'ancienneté, pour tenir leurs bouticles au pechié devant dit, c'est assavoir és rues de l'abreuoir, de Mascon, de Glatigny, de Tiron, la cour Robert de Paris, Baillehor, la rue Chapon, & la Rue Palée, sur peine d'estre mises en prison, & d'amende volontaire. Extat in eodem libro Statutum Caroli Regis 3. Februar. anno 1368. quo meretrices publicæ à vico Caponis expelluntur. Et Statuto alio anno 1481. in Regesto viridi novo Castelleti Parif. vetantur meretrices, *de ne eux tenir, herberger, ne demeurer és bonnes rues de Paris, mais que ils vuident eux & leurs biens hors desdites bonnes rues, & voisent demeurer és moiens bordeaux, & és rues & lieux ad ce ordonnez, sur peine de banissement de cette ville de Paris.*

Genizeum, pro *Genizeum*, in Charta alia Ulrici Pataviensis Episcopi ann. 1144. in Metropoli Salisburg. to. 3. p. 553. *Unam curtim — cum hubis illuc pertinentibus, — cum genizeo, silvis, pratis, piscationibus, & omni utilitate sua.* Et pag. 556. *Villam cum genizeo, & molendino, silvis, pratis, &c.* Sed quid propriè sit hoc loco *genizeum*, fateor mihi haud omnino compertum.

GYPSA, pro *Dipsas*, Serpens. Althelmus de Laude Virginum cap. 26.

Et iterum gypsa spiris sinuata malignis,
Caruli pestiferis extulit colla venenis.

Gypsa, semel ac iterum cap. 45.

Jusserat & gypsam verbo torrente migrare.

Et lib. de 8. principalibus vitiis c. 8.

Haec metrat multò gypsam lacerare superbam.

Alvarus Cordubensis in Hymno in S. Eulogium:

Rector dum populus doctè resiceret,
Gipsam cùm doceret fragmine perdere,
Turbam multiplici germine lauream
Celesti rutilus agmine provehit.

Ita in MS. legi monet Ambr. Morales, qui vim vocis *gipsam* ignorans, versum sic emendavit:

Gypsum cùm diceret fragmine prodere.

Quasi vas terrenum aut testaceum, tractum, Legem Mahumeti esse diceret. Sed nihil mutandum fuerat.

Gipsum dixit cap. 17.

Nam gipsum miseros quod dudum faucibus atris
Sorbuit, &c.

Passio S. Victoris Massiliensis:

Cùm videas ipsum quod habes pro numine gypsum.

GYPSEÆ *fenestræ*. Matth. Silvaticus c. 479. *Lapis specularis, lapis Lunæ. Afroselinum, secundùm Albertum, est lapis ad modum vitri perspicuus. Dicitur autem in Hispanorum urbe Segundia primitus inventus esse. Ego autem vidi illum abundantiùs inveniri in diversis partibus Theotoniæ: & vidi etiam in Gallia inveniri cum gypso: quia est gypsi extremitas quædam. Effusiùs autem scinditur in quaslibet partes tenues, & fiunt inde fenestræ, sicut de vitro: nisi quòd loco plumbi oportet ponere lignum.* Vide Isidor. lib. 16. c. 3 lib. 19. c. 10. Gypsearum fenestrarum meminit Leo Ost. lib. 3. c. 29. (al 27.) 33. (al. 31.) 32. (al. 34.)

GYRARE *contentionem*, in Lege Alaman. tit. 84. est agrum, de quo est *contentio*, seu controversia, inspicere & circumire. Vide *Monstrata, Ostensio, Visus.*

GYRO, *Giro*, Lacinia, id est, pars vestis ac togæ, qua laxior fit, & in superiori parte contracta, in largiorem formam in imo se explicat, nostris *Giron*, Italis *Gerone*, vel *Gherone*: Germanis, *Gheere*, & *Gheerene*: Anglis *à garde*. Sic porrò dicta, quòd hac parte *gyret* vestis, i. circuli figuram efficiat. Udalricus lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 11. *Sedens ad Lectionem ita sedet, ut ulna sit inter se & alium juxta sedentem. Anteriora froccì sui semper in gremium ita attrahit, ut pedes possint bene videri. Girones quoque, vel quos quidam Sagittas vocant, colligit utrinque, ut non sparsim jaceant in terra.* Bernardus Monach. in Consuetud. ejusdem Monasterii MSS. cap. 47. *Mox cum sinistra manu girones Albæ accipiens, & ante se tenens, spargit ante se aquam, (benedictam) &c.* S. Hildegardis in Exposit. Regulæ S. Benedicti, tunicam Benedictinam describens, ait, *laneam fuisse, & aliquantum cuculla constrictiorem; sed circa crura aliquantulum largiorem, & ad pedes tendentem, brachialis nec multùm amplis, nec multùm constrictis, ad manus tendentibus, imò cum gyrone in utroque latere sub ascella deorsum descendente, quæ desuper caputio carebat.* Chronicon Senoniense c. 16. *Unus verò eorum gyrone loricæ levato, coxam ipsius ita perforavit, &c. Le Roman de Garin*:

Ceignent espées au senestre giron.

Sic tabernaculorum *gyrones* describit vetus Poëta in Poëmate, cui titulum fecit, *le Roman d'Aubery MS.*

Son pavillon a fait tendre Auberis,
Li dras en fu d'un vermeil paile bis,
Et el pomel estoit un aigle assis,
Et li paisson pointuré & assis:
Les cordes sont de soie, ce m'est vis,
Plus de sept mil gyrons i ot bastis.

Infrà:

Fist Auberis son paveillon drescier.
Li drap en furent de paile de quartier,
Mult estoit riches ouvers à eschaquier,
Sept mille girons i ot fait entaillier,
Li paisson furent & d'argent & d'ormier,
Les cordes furent de soie d'orellier.

In Consuetud. municipali Peronensi art. 241. *Tendre le giron en la Justice*, est, cùm quis se paratum ait ad recipiendum pecuniam, quæ offertur in solutionem. Notum porrò proverbium Italicum, *Che novà nelle maniche, va ne geroni.* Hoc est, quod non in re aliqua absumitur, absumitur in alia.

GYROFALCONES, vel *Gyrofalci*, ita vocantur *majores, fortiores, audaciores & velociores omnibus aliis falconibus*; inquit Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 4. additque, ita appellatos *à hiero, quod est sacer, inde Gerofalco, id est, sacer falco: vel à Kyrio, quod est dominus, inde Kyrofalco, id est, dominus falco, secundùm Græcam linguam.* Alii à *gyro faciendo, vel in gyrum falcando*, ut Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 8. & dist. 2. cap. 13. cui concinit Albertus Magnus cap. 6. de Falconibus: *Major est asture, & minor aquila, & dicitur Gyrofalco à gyrando, quia diu gyrando acriter prædam insequitur, nec dignatur ad parva; sed aves magnas insequitur, sicut grues, & cygnos & hujusmodi.* *Gyrfalci*, apud Crescentium lib. 10. de Agricult. cap. 14. Vide *Grifalco.*

GYROVAGARI, *Circumcirca vagari*, Joanni de Janua. Pelagius Archidiaconus in Vita S. Prudentii Episcopi Tyrassonensis, apud Bivarium: *Huc & illuc cœpit gyrovagans ambulare.* Conradus de Monte Puellarum contra Begehardos: *Hi opera manualia suorum postponentes artificiorum, cucullati gyrovagando provincias per diversas incedunt, &c.*

Gyrovagatio, in Vita S. Isidori Episcopi Hispalensis n. 17. *Ne occasione comperta, vana quæque per gyrovagationem meditando, mentem à studio revocarent, ferreis astringebat compedibus.*

GYROVAGI, propriè appellati Monachi, qui Monasteriis suis relictis per diversas cellas, nescio qua pietatis vana specie, vagabantur, de quibus ita Regula S. Benedicti cap. 1. *Quartum genus est Monachorum, quod nominatur Gyrovagum: qui tota vita*

sua per diversorum cellas hospitantur, semper vagi, & nunquam stabiles, & propriis voluptatibus & gulæ illecebris servientes, &c. Agunt de ejusmodi Gyrovagis præterea Regula Magistri c. 1. Epist. 63. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. Petrus Damian. lib. 5. Epist. 9. S. Bernard. Epist. 68. Odo Cluniac. lib. 1. Collat. cap. 23. Statuta Hugonis Cluniacens. pag. 1465. Cæsarius de Mirac. lib. 1. c. 7. Matth. Paris pag. 490. 551. &c. Hos etiam ita depingit Paulinus in Poëm. ad Cytherium:

Qualia vagari per mare & terras solent
Avara mendicabula,
Qui dejerando Monachos se vel naufragos
Nomen casumque venditant.

Eodem sensu Presbyteri *Gyrovagi* dicuntur, qui dimissâ suâ parochiâ errones fiebant. Ratherius Veronensis in Epist. ad Joannem PP. apud Chappeavillium: *Quem jam ubique videri, usque in ... rovagum pudet vocari.* De iis etiam Desiderius Episc. Cadurcensis Epist. 16. & Innocentius III. lib. 1. Epist. ad Auxitanum Archiep. p. 49. Vide Albertum Stadensem an. 1051. Sed & *Gyrovagum*, pro quovis errone dixit Rodericus Toletan. lib. 4. de Reb. Hisp. cap. 1. *Cœpitque per loca devia & incerta cædes agere contra Mauros, & quasi Gyrovagus eorum totam victoriam perturbare.*

GYRRUS. Charta Dalmatica ann. 1064. apud Joann. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. pag. 101. *Ad hæc autem stabilivimus, si habuerint navigia, sive commercia, eant, & redeant, piscatores gyrrum, sibi galetam præbeant unam: alii autem piscatores singulos, cùm habuerint, deferant pisces.*

GYSARUM. Vide *Gisarma.*

H.



H. LITTERA numeralis, quæ 200. denotat. Unde versus:

H. quoque ducentos per se designat habendos.

Seu, ut habet Ugutio:

Litera H. quondam duo centum notat, nec plura quondam.

Eidem literæ, si recta linea superaddatur, 200. millia significat.

H. *In superscriptione cantilenæ, & tantùm in scriptura aspirat, ita & in nota id ipsum habitat.* Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ literæ significent in superscriptione cantilenæ?* Vide *A.*

H. Literam vocabulis propriis seu appellativis à Theutonibus non sine mysterio præponi solitam, censent quidam: verbi gratiâ, in *H Ludovicus, H Lotarius, H Rabanus,* & similibus; ajuntque *Herrn*, id est, *Dominum* innuere, quemadmodum Latini D. plerumque usurpant. *Herr* autem, ut auctor est Walafridus Strabo lib. de Rebus Eccl. cap. 7. ab *heros*, seu potiùs *herus* deducitur. Consule Olaum Wormium in Monumentis Danicis lib. 5. p. 440. Vide infrà *Hc.*

HAALADAL, Caro conjuncta venis, per quam fit motus membrorum. Ita Constantinus African. lib. de Anima & spiritu. Vox Arabica.

HABE, pro *ave*, vel *have*: nam & ita scribebant. Glossæ Lat. Græc. *Have*, χαῖρε. Acclamatio Senatus, apud Pollionem in Claudio: *Claudi Dux fortissime habeas*, i. χαίρεις ἄν. Ita in Inscriptione Legum in Cod. Theod. *Habe Posthumiane carissime nobis*: *Have Marcelline*, &c. Vide Cujac. ad Paulum lib. 3. Sentent. tit. 4. & lib. 1. Observ. cap. 15. & Juretum ad Symmach. lib. 5. Epist. 38.

HABENÆ, Papiæ, *Funes navium.*

HABERE, Velle, vel debere. Lib. 1. Capitular. c. 61. *Qui in sanctis habet jurare, hoc jejunus faciat, &c.* Rupertus Abb. in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 23. *Currens affer illum ad me, ego enim eum habeo baptizare.* Num. 26. *Ipse enim, quia ægrotat, habeo eum visitare.* Fulbertus Carnot. Epist. 102. *Rex proximo rugitu, ut dicitur, venire habet in silvam Legium, &c.* Phrasis Gallica: *J'ay à le baptizer, à le visiter, à aller à la chasse.* Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 108. §. 1. *Veni & occide dominum tuum, & ego tibi facere habeo bonitatem, quam volueris.* Mox: *Feri eum adhuc, nam si non feriveris, ego te ferire habeo.* Statuta Ordinis S. Gilberti: *Omnes Canonici, qui Sacerdotes non fuerint, omni die Dominica habent communicare*, id est, tenentur. Occurrit ibi pluries: formula loquendi à veteribus etiam usitata. Vide Pœnitentiale Theodorici cap. 3. Juretum ad Symmachum lib. 1. Epist. 46. & Cerdam in Adver. Sacr. cap. 17. n. 3. Vide Glossar. med. Græcit. in ἔχειν.

Habere. Concilium Turonense III. c. 25. *Quoniam aliqua sunt Monasteria, in quibus jam pauci sunt Monachi, qui prædicti Patris regulam suis Abbatibus habeant promissam*, i. qui promiserunt. Capitulare Aquisgran. an. 789. c. 79. *Nec in publico vestimenta lavare, nec berbices tondere habeant licitum.* Additio altera ad Capitulare Theodulfi: *Et nullus ... parvulos & infirmos, licet Missam auditam habeant, — edere & bibere præsumat, ante publicum peractum officium.* Capitulare Noviomagense an. 806. c. 7. *Auditum habemus, qualiter*, &c. Phrasis Gallica: *Nous avons ouï.*

Habere. Res, divitiæ, facultates, *Avoir*, nostris, *Avere*, Italis, *Haab*, Germanis. Vide *Havo.* Pacta inter Venetos & Francos, in Gestis Innocentii III. PP. *Totum quidem habere, quod in civitate inventum fuerit, à quolibet duci debet, & poni in commune, &c.* Occurrit passim in Statutis Venetis an. 1242. lib. 1. c. 43. 46. 53. &c. ut *Avoir* in Scriptis Gallicis medii ævi. Hinc *Guillelmus sine habere*, apud Guibertum, qui Alberto Aq. & Tyrio, *Sans avoir* nuncupatur. Vide Glossar ad Villhard.

Habentia, numero singulari, Divitiæ, opes, apud S. Augustinum lib. 20. Contra Faustum, Nonius Claudius lib. 7. *Animos eorum habentia inflarat.* Plautus in Truculento:

Ad, e cùm anima ejus habentiam averterit.

Utitur etiam Quadrigarius apud Nonium.

Habentes, Florentinis, *Abbienti*, Divites. Julianus Antecessor Const. 108. §. 14. *Et si post tres testationes in scriptis habitas, & idoneos homines habentes invenerit eum, quem contestatus est cum uxore sua, &c.* Ubi Græca habent ἀξιοπίστους μάρτυρας. Charta Cenulfi Regis Merciorum an. 821. in tom. 1. Monastici Angl. p. 100. *Nec Rex suum pastum requirat, vel habentes homines, quos nos dicimus Faestingmen, &c.*

HABILIS, Agilis, industrius, *Habile & diligent.* Odofredus ad l. Quod venditor 37. D. de Dolo malo: *Bonus est servus & habilis.*

HABI-

HABITATORS *hæreditarii*. Vide *Mansionarii*.

HABITUS *venerabilis*, Imperatorius, apud Victorem in Epit. in Cōstante.

HABUISIA. Vide *Placa*.

HABULUM, portus, Gallis *Hable*, & *Havre*. Tabularium Monastii Fiscanensis fol. 41. *Laxavi* — *& dimisi Dom. Abbati Fisc. quidquid juris habebam* — *in portu & habulo & villa sua de S. Valerico, &c.* Vide *Hania*.

HABUS, φαλ, in Gloss. Gr. Lat. MS. & edito, fortè *apex*: nam ὑφαλὸς sonat.

H C, pro K, non semel occurrit, præsertim in Chartis Longobardis. Ita in Leone Ost. edito ab Angelo de Nuce *HCarolus*, semper scribitur, pro *Karolus*, *HCalendæ*, pro *Kalendæ*. Epitaphium Aligerni Abbatis Casinensis:

Conditur his septis ter ternis ante HCalendis, &c. Vide suprà *H*.

HACHIA Vide *Harmiscara*.

HADERINGA, vox Saxonica, Personarum acceptio, ab had persona, & a ᚦunᵹ, honoratio, admiratio. Leges Ethelredi: *Judicia debent esse sine omni haderunga, quod non parcatur diviti alicui vel egeno, amico vel inimico jus publicum recitari.*

HÆREDIPETA, Hæres proximior. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 70. *Et nullus hæredipetæ* (perperam *hæredrede*) *suo propinquo vel extraneo, periculosâ sanè custodiâ, committatur.*

HÆREDITABILIS, Qui rem avitam & hæreditariam possidet. Fulbertus Carnot. Epist. 96. *De te, Domine mi, valde miror, qui me tam præpropere causa indiscussa à beneficio judicabas indignum. Nam si respiciatur ad conditionem generis, daret Dei gratia, quòd hæreditabilis sim. Si ad qualitatem beneficii, constat, quia non est de tuo fisco; sed de his, quæ mihi per tuam gratiam habui, &c.*

HÆREDITAGIUM, Pars, quæ hæredi obvenit. Chart. Luitgeri postmodum Episcopi Mimigardens. *Tradidi* — *pro remedio animæ* — *dimidietatem hæreditatis meæ, quæ mihi jure paterno & lege hæreditaria* — *contingit.*

Hæreditagium, Possessio, prædium, *Heritage*, in Constit. Sicul. lib. 3. tit. 8. Apud Anglos, hæres is tantùm intelligitur, in quem prædia & res immobiles transeunt: res enim immobiles executorum sunt.

HÆREDITANTES *homines*. Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis: *Terminatur ab uno latere terra franchilium hominum, & ab alio terra hæreditantium virorum, à tertio verò latere una stricta via, sicut istis terminis concluditur.*

HÆREDITARE, Possessionem dare rei alicujus: *Adheriter*. Anastasius in Hist. Eccl. p. 58. *Ab hora verò, qua promoverentur, neminem habere licentiam disponendi; sed omnia ipsius venerabilem domum hæreditari.* Theoph. κληρονομεῖν. Thvvroczius in Petro Rege Hungar. cap. 38. *Ac bona quantitate de terra eundem hæreditare non omisit.* Vide *Adhæredare*.

HÆREDITARII, Hæredes, *Heritiers*. Ditmarus lib. 6. p. 77. *Et nos in Ecclesia majore cum funere intrantes, amici cum hæreditariis omnibus, elevatis cum luctu manibus, miserabiliter suscipiunt.*

HÆREDITORIA *charta*, *Epistola*, qua scilicet quis filiam suam naturalem, quam ex ancilla suscepit, ingenuamque ac *Denarialem* ante Regem factam, ad hæreditatem suam vocat. Hujus formulæ extant apud Bignonium in Formulis vet. c. 46. & 49.

HÆREDES nudè, interdum feudi paterni appellatione addita, dicebantur apud nos, Nobilium filii ac hæredes, qui parentum hæreditatem, quoad feuda, adire non poterant, donec 21. annorum attigissent ætatem; cùm interim eorum tutores, ac *Custodes*, prædiis pupillorum feudalibus fruerentur, & eo nomine militaribus obsequiis ac servitiis obnoxii hominia dominis præstarent. Quod potissimùm inductum constat, in favorem dominorum feudalium, quorum intererat vassallos habere, qui feudalia omnia servitia possent adimplere. Idque jus est tutelæ Nobilis, quæ in Gallia adhuc observatur, & in Anglia ac Normannia Regi defertur, censeturque inter jura regalia. Pupilli verò minores ætate, quibus nullum ferè jus erat in bonis paternis, quorum ususfructus erat penes tutores, qui eos alere & educare habita conditionis & dignitatis ratione tenebantur, eorumdem bonorum *Hæredes* tantùm nuncupabantur, tanquam solum iis aliquando fruendi jus competeret, eorumque adipiscendorum, hæreditatis adeundæ instar, spe alerentur: quo etiam sibi iis in bonis, quorum dominos se se inscribebant tutores, jus esse indicarent, licèt possessionem nondum adiissent. Habetur in Tabulario Majoris Monasterii fol. 159. Charta *Gaufredi Comitatus Andegavensis naturalis hæredis*, subscripta à *Fulcone Vindocinensium Comite naturali*. Et fol. 118. *Auctoramentum super hoc expetivimus Fulconis, qui Vindocinensis comitatus naturalis heres est, obtinente eum avunculo suo suprataxato Comite Gaufredo honoris hujus aliquando expers remanserat.* Extat in Archivo Ecclesiæ Ambianensis Charta an. 1221. in qua Bernardus *Hæres*, Robertus verò de Bova, *Baillivus terræ de Morolio* inscribuntur. Nempe Robertus tutorio jure Morolium tenebat, Bernardo adhuc in pupillari ætate constituto. Hinc frequenter in Catalogo *Militum ferentium Bannerias*, Philippo Augusto regnante, *Hæredes* legimus *de Veteriponte, de Vaurin, de Carency, de Roye, de Ponte S. Maxentii, de Triangulo*, &c. & apud Willelm. Britton. lib. 7. Philipp. pag. 171. *Et hæres Hugo Novi castri.*

Hujus porrò moris, quo *Hæredum* tutores dominos se se inscribebant feudorum pupillarium, complura exempla proferunt Scriptores. Lamb. Ardensis p. 150. scribit Bald. Bethuniensem, *mortuo Albamarlæ Comite, impregnatam ejus viduam, duxisse uxorem, & Albamarlæ factum fuisse Comitem & nominatum*. Idem Scriptor tradit, Arnoldum I. Ardensem Dominum, ducta Clementia Hugonis Comitis S. Pauli vidua, ejus filiorum impuberum tutelam suscepisse, factumque S. Pauli Comitem. Robert. Ludovici VI. Regis Franciæ filius, ducta Rotrodi Comitis Perticensis vidua, susceptaque filiorum Rotrodi tutela, Comes Perticensis dictus est. Idipsum de Edmundo Lancastriæ Comite prodit Pithœus, qui ducta in uxorem Blanca, Henrici III. Comitis Campaniæ vidua, Comitem se Campaniæ inscripsit, Joannæ *Hæredis* jure, cujus tutelam susceperat, & quæ postmodum Regi Philippo Pulcro nupsit. Extat ejusdem Edmundi Charta an. 1277. in Tabulario Ecclesiæ Meldensis hoc initio: *Nous Eymond fiuz le Roy de Engleterre, de Champaigne Cuens Palasins, faisons à savoir, que come tençons fut entre nous pour la raison de l'oir de Champaigne, que nous tenons en nostre garde, d'une part, &c.* Denique Ingelrannus Codiciacensis Dominus, Comitis Ruciacensis & Comitis Perticensis viduis in uxores ductis, Ruciacensis, ac deinde Perticensis Comes appellatus est, quòd utriusque hæredum tutelam nactus esset, ut refert Duchesnius in Hist. Codiciac. lib. 6 cap. 6.

Sed & constat, servatum fuisse eum morem in ipsis Regnorum & Imperiorum successionibus. Observant quippe nonnulli, atque in iis Beslius, Francicum Regnum delatum Pipino, quò illud regeret tutorio jure, Childerico III. adhuc impubere. Nec in alium finem data Odoni Aquitaniæ Duci Regia dignitas: tutela quippe Caroli Simplicis à Francis donatus, ut majori auctoritate Regnum gubernaret, in Regem coronatus est. Chron. Floriacense, Continuator Aimoini

moini l.5.c.42. & Chron. Beſuenſe p. 526. *Ex his majorem natu Odonem Franci Burgundionesque congregati in unum, licèt reluctantem, tutorem Caroli pueri, Regnique elegere gubernatorem, quem unxit Galtherius Archiepiſcopus Senonum.* Conditionem addit Albericus ann. 994. *Ad reprimendam quorumdam inſolentiam ſuperborum, & retundendam latè bacchantium rabiem Normannorum, de conſenſu Principum, conſcenſus ad regalis coronæ geſtamen conceſſus eſt Odoni, quousque ſpatia Regius Puer nondum ad regnum idonea percurriſſet ætatis.* Chronic. breve ex Bibl. Thuana: *Deinde inito conſilio Francorum, electus Odo in regnum ad tempus.* Chron. Turon. *Odonem — Regem ſibi præficiunt, eique Carolum puerum custodiendum tradunt tali pacto, quod poſt 7. annos Carolo puero regnum Franciæ relinqueret, & Odo Regiis inſignibus depoſitis, Dux in poſterum remaneret, retento nomine Regis & honore.* Ordericus Vitalis lib. 7. & Chron. S. Petri Vivi: *Ludovicus Rex Francorum, Caroli Calvi filius, reliquit filium ſuum parvulum Carolum, qui Simplex vocatur, cum regno, in cuſtodia Odonis Principis.* Denique Philippus *Mouskes*, de eodem Odone:

Si fiſent li François le don
Del roiaume al Conte Wedon,
Pour garder en liu de droit oir,
Ki la terre devoit avoir,
Por çoucon tenoit à ſage,
Tant que l'Enfes auroit eage,
Et pour la terre conforter
Li fiſent couronne porter.

Balduino II. Imperatore CPolitano adhuc in puerili ætate conſtituto, necdum rebus gerendis, iisque difficillimis, idoneo, ut qui vix annum ætatis 12. attigiſſet, Galli, qui Conſtantinopoli, & in toto Imperio Orientali, ſedem fixerant, conſilio habito, eligendum Principem cenſuerunt, qui Imperium, quoad Balduinus legitimam eſſet conſecutus ætatem, adminiſtraret, & contra hoſtium incurſus & conatus fortiter tutaretur. Eam in rem delectus Joannes Brienenſis Exrex Hieroſolymitanus, qui & filiam Balduino paciſceretur, & Imperium tutoris vice adminiſtraret, conceſſo inſuper Imperatoris titulo, eoque, ut mos eſt Imperatorum, ſolenniter coronato, hac tamen conditione, ut quando Balduinus ſuæ tutelæ factus eſſet, Imperio cederet, illudque genero reſignaret: quod pluribus proſecuti ſumus in Hiſtoria noſtra Gallo-Byzantina lib. 3.

Nec alio denique jure Philippus V. & Carolus Pulcher Reges ſe ſe inſcripſerunt Navarræ, quæ erat Joannæ eorundem ex fratre Philippo IV. Rege Franciæ & Navarræ neptis, cujus, adhuc infra pubertatem conſtitutæ, tutelam & Regni curam ſuſcepere, uſurpato regio titulo, quò iis majus in adminiſtrandis Regni negotiis accederet pondus, uti obſervat Tillius. Exemplo quoque Francorum Arſenius Patriarcha CP. coronâ donavit Michaëlem Palæologum, Joannis Laſcaris Imperatoris tutorem à patre relictum, addita ea conditione, ut Imperium adminiſtraret & regeret, quoad Joannes ſuæ tutelæ factus eſſet, ſicuti narratur à Nicephoro Gregora lib. 4. Verùm ea fidei integritas, quam in noſtris mirè prædicat Nicetas Choniates, à Græcis nusquam ſervata fuit.

Prædictis addo ſolenne ea tempeſtate fuiſſe, ut legitimi Regnorum & poſſeſſionum hæredes eo titulo tantummodo donarentur, quamdiu in tutorum poteſtate eſſent, penes quos jure *tutelæ nobilis*, quæ paſſim in noſtris Conſuetudinibus municipalibus *Garde* vel *Bail noble* appellitatur, pupillarium poſſeſſionum, ut ita dicam, dominium, vel, ſi mavis, adminiſtratio remanebat: quorum etiam nomine hominia ſupremis dominis exhibebantur, non verò pupillorum. Unde & fluxit mos, diu apud noſtros ſervatus, teſte ſupralaudato Tillio, ut in Cllia litteræ omnes, quæ in Cancellaria conficiuntur, Tutorum Regni & Rectorum nomine inſcriberentur non Regis, ut qui nulla per ætatem fungeretur adminiſtratione, contentus ut plurimùm ſola hæredis Regni appellatione, quò legitimum in eo jus ſibi eſſe cunctis notum eſſet. Ita Joanna Henrici Navarræ Regis & Campaniæ Comitis filia, quamdiu in pupillari fuit ætate, Regnumque, quod ad eam jure hæreditario ſpectabat, à Philippo III. Francorum Rege adminiſtratum eſt, nulla alia quam ejusdem Regni hæredis donatur apellatione à Nangio in Geſtis ejusdem Philippi p. 52. 534. Sic apud Froiſſartem, *Hæredem Gloceſtriæ* legimus filium Ducis Gloceſtriæ, cujus tutela penes Angliæ Regem erat. Eo denique ſenſu Conradus junior, Friderici Imperatoris ex Iſabella Hieroſolymitana filius, *hæres regni Hieroſolymitani* nuncupatur in Chronico Elvangenſi ſub ann. 1246. Iſabella quippe matre extincta, cùm Conradus longè abeſſet, nec ſpes eſſet proximè affuturum, Franci Hieroſolymitani, Regium titulum, & Regni curam Aliſiæ & ejus marito Hugoni Cypri Regibus contulere, hominiumque præſtere, ſalvo tamen jure Conradi, inquit Sanutus lib. 3. part. 11. c. 16. Ejusmodi porrò *Hæredum* mentio eſt præterea in Quoniam Attachiam. cap. 91. 92. 93. 94. 95. & in Fleta lib. 1. cap. 9. 11.

Secundus hæres, Nepos, in Gloſſis antiquis.

Ultimus hæres, JC. Anglis dicitur, qui ex legitimo matrimonio natus, moritur nullo poſt ſe legitimo hærede relicto. Illius porrò ſucceſſio non ſolùm fiſco; ſed cuilibet capitali domino competit, ut in Regiam Majeſtatem lib. 2. cap. 55. Id JC. noſtri *Droit de des herènce* vocant, cùm ſcilicet nullus adeſt hæres, de quo ii paſſim.

Hæres, Is cujus hæreditas ſperatur. Acta Martyrii S. Vasſii Santonenſis n. 2. *Audivi de hærede tuo Vaſſione, quòd omnia per ſuam ſtultitiam pauperibus diſpergere non ceſſet, & tibi, qui hæres ejus es, nihil reſervet.*

Hæreditas luctuoſa, Quæ ad parentes ex morte filiorum obvenit, id eſt, quarta portio de rebus filiorum, uti eſt apud Anianum ad l. 2. Cod. Th. de Inofic. teſtam. Vide Legem Wiſigothor. lib. 4. tit. 2. c. 8.

HÆRESEUS, *Hæreſiſta*, Hæreticus. Carolus M. de Cultu Imag. in Præfat. *Nonnunquam incredulorum vel hæreſeorum impellitur infeſtationibus.* Occurrit & lib. 1. cap. 26.

Hæreſiſta. Henr. Knygthon an. 1382. *Ceteri ſui hæreſiſtæ diſcipuli & complices.*

Hæreſianus, apud Will. Briton. lib. 12.

HÆRESIS, Αἵρεσις, Functio quævis. *Hæreſis navalis*, in l. 9. & 10. Cod. Th. de Præd. Navicular. Hinc *Hæreſiotæ*, functioni, conditioni obnoxii, maximè navali, l. ult. D. de Collegiis.

HÆRETICI, ut eſt apud Papiam, *dicuntur, qui de Domino vel creatura, ſive de Chriſto vel Eccleſia pravè ſentiunt, ac dehinc conceptam novi erroris perfidiam pertinaci pravitate defendunt.* Iſo in Gloſſis. *Hæreticus, qui ſectam ſuam colit.* S. Auguſtinus lib. de Utilit. credendi cap. 1. *Hæreticus eſt, ut mea fert opinio, qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ principatusque gratiâ, falſas ac novas opiniones, vel gignit, vel ſequitur: Ille autem, qui hujusmodi hominibus credit, homo eſt imaginatione quadam veritatis ac pietatis illuſus.* Facundus Hermianenſis lib. 12. cap. 1. *Scire igitur debemus, quòd hæreticum non faciat ignorantia, quæ doctrinæ veritatis contumax non eſt; ſed potiùs obſtinata defenſio falſitatis. Ad hanc obſtinationem pertinere dicimus, immò principatum in ea tenere firmamus, illas etiam doctrinas, quas quidam non minùs intelligendo ſcripturas divinas; ſed eis apertè reſiſtendo, ſola præſumptione ſpiritus condiderunt, ſicut Manichæus & Origenes, & cæteri, qui non ut*

ut alii ſequentes eorum intentionem, in abſtruſis quæſtionibus erraverunt; ſed ſuper illas elati, meliùs ſe crediderunt vel ſapere, vel dicere. Eodem cap. *Non igitur hæreſis dicenda eſt, niſi contra dictio ſuperborum pervicax, quæ ſibi, ne aliud ſapiat, interdicit, & admonita contemnit acquieſcere veritati. Illa magis contumaciter ab Eccleſia ſeparari diligit, vel in ea doloſè latere, quàm pravam mutare ſententiam.* Quippe, ut ait Vigilius Tapſenſis lib. 1. Contra Eutychem: *Præventus falſæ opinionis errore humanus auditus, ad veri rationem percipiendam durus & perdifficilis invenitur, quantiscunque teſtibus urgeatur. Mavult enim pravi dogmatis ſententiam, qua ſemel infectus eſt, perverſiùs vindicare, quàm hanc eandem tantis divinarum humanarumque legum auctoritatibus refutatam ſalubriùs immutare.* Hugo Rotomagenſis l. 1. Contra hæretic. c. 6. *Hæreſis error ille vocatur, qui pertinax eſſe probatur.* Petrus Damiani lib. 1. Ep. 13. *Non error hæreticum; ſed pervicax obſtinatio facit: nec omnes hæretici dicendi ſunt, qui opinantur errorem; ſed qui pertinaciter & audacter prædicant falſitatem.* Adde Epiſt. 16. lib. 5. Epiſt. 18. & lib. 8. Epiſt. 7. Robertus Epiſcopus Lincolnienſis apud Matth. Weſtmonaſt. an. 1253. *Hæreſis eſt ſententia humano ſenſu electa, Scripturæ ſacræ contraria, palam edocta, pertinaciter defenſa: hæreſis enim Græcè electio eſt Latinè.* Concilium CP. can. 6. Αἱρετικοὺς δὲ λέγομεν τούς τε πάλαι τῆς ἐκκλησίας ἀποκηρυχθέντας, καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα ὑφ' ἡμῶν ἀναθεματισθέντας, πρὸς τούτοις, καὶ τοὺς τὴν πίστιν μὲν τὴν ὑγιῆ προσποιουμένους ὁμολογεῖν, ἀποσχίσαντας δὲ καὶ ἀντισυνάγοντας τοῖς κανονικοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις. Vid. S. Auguſtinum lib. 18. de Civit. Dei c. 51. & Epiſt. 162. legem 28. Cod. Th. de Hæreticis, Iſidorum lib. 8. cap. 3. cap. 26. de Verbor. ſignificat. &c. Quibus hæc addo ex Libello Precum Marcellini & Fauſtini p. 70. de variis hæreticorum nominibus: *Quis neſciat illius cognomentum tribui ſectatoribus, cujus & nova aliqua doctrina tranſmiſſa eſt ad diſcipulos ex auctoritate magiſterii?*

Hæreticus veſtitus, Convictus, qui palam hæreſim profitetur: *Perfecti hæretici ſeu veſtiti*, in Concilio Biterrenſi an. 1246. Statuta Simonis Comitis Montisfortis: *Nullus hæreticus veſtitus & reconciliatus habeat licentiam remanendi in villa, in qua converſabatur, in illa perverſa profeſſione; ſed extra villam illam poterit converſari, ubi Comes permiſerit.* Concilium Narbonenſe an. 1227. c. 16. *Hæretici veſtiti, vel notati, an ſuſpecti, &c.* Adde Concilium Toloſanum an. 1229. cap. 10. & Biterrenſe, an. 1246. c. 13. Guill. de Podio-Laurentii cap. 42. *Comes & Epiſcopus pernoctarunt pro capiendis exploratis ſibi hæreticis in montanis, quibus Dominus tradidit 19. hæreticos veſtitos inter viros & mulieres.* Adde cap. 46. *Hæreticis veſtitis* opponi videntur Hæretici *crediti*, ſeu qui creduntur hæretici, & hæreſim palam non profitentur, apud eundem cap. 48. Vide *Credentes*.

Hæreticare, Hæreticum facere. Guillelmus de Podio-Laurentii in Præfat. Chron. *Et hæretici in tanta reverentia habebantur, quòd habebant cœmeteria, in quibus, quos hæreticaverant, publicè tumulabant.*

HÆSIMENTA, *Latrinæ*, Gall. *aiſements*. Andr. Monach. lib. 1. de Vita Ottonis Epiſcopi Bambergenſis c. 44. *Pabula verò retrò hæſimenta omnibus convolvi juſſit.* Vide *Aiſantia*.

HÆSITANTES, Eutychiani Hæretici. Vide Leontium de Sectis Act. 6. & 7.

HAFNECOURTS, Curia portus, ſeu *Cour d'Amirauté*, ex *Hafne*, portus Danis, & *Courts*, Curia. Literæ patentes Ricardi Ducis Gloceſtriæ Amiralii Angliæ ſuper inquiſit. in re Amiralitatis 14. Aug. an. 5. Ed. IV. *Ulteriùs dicunt, quòd dicti Abbas & Conventus & prædeceſſores ſui habent, & habere conſueverunt idem tempus in prædictis villis, cum hulmo quaſdam curias portus vocatas Hafne-Courts, tenendas ibidem ad placitum Abbatis.*

HAFTUNNA. Traditiones Fuldenſes lib. 1. cap. 12. *Hoc eſt, quod donamus, quidquid in Vrithorphe proprietatis habemus, exceptis vero haftunnis, & uno mancipio, &c.* Vide *Hibunna*.

HAGA, Seps, ſepes, ſepimentum ex virgultis confectum, Germanis *Hage*, *Hagen*, & *Haeghe*, Anglis *à Hedge*, noſtris: denique Anglo-Saxonibus, hæʒ, *Haie*. Alanus in Anticlaudiano lib. 1. c. 3.

Ambit ſilva locum muri mentita figuram.

Monaſticum Anglic. to. 2. p. 273. *Quòd tamen dictam placeam — includere poſſint foſſato & haga, ſecundùm aſſiſam foreſtæ.* Vide Jacobum Eyndium in Chron. Zeland. p. 100.

Haga, ſeu *Hegin*, dictus etiam apud veteres Germanos, aliquot provincialium diſtrictus, certo pagorum ac vicorum numero conſtans, quem & *Circulum* vocabant: quæ vox etiamnum hodie obtinet hac ipſa notione: nam *Circulos* verbi gratiâ, *Weſtph* hædicimus, ejuſdem provinciæ conventus. Appellationis rationem docet hiſce pluribus Monachus Sangall. de Reb. Caroli M. lib. 2. c. 2. *Terra Hunnorum novem circulis cingebatur. Et cum ego alios circulos, niſi vimineos cogitare neſcius interrogarem, quid aliud miraculi fuit Domine? novem hegin* (al. *haganis*) *muniebatur. Cumque & illos alterius generis eſſe neſcirem, niſi quales ſegetibus ſolent prætendi, inquiſitus etiam de hoc dixit: Tam latus fuit unus circulus, hoc eſt, tantum intra ſe ſpatium comprehendit, quantum eſt ſpatium de Caſtro Turonico ad Conſtantiam. Ita ſtipitibus quercinis, faginis, & abiegnis extructus, ut de margine ad marginem 20. pedes tenderentur in latum, & totidem erigerentur in altum. Civitas autem univerſa aut duriſſimis lapidibus, aut creta tenaciſſima replebatur. Inter quorum confinia plantabantur arbuſculæ, quæ ut cernere ſolemus, abſciſſæ atque projectæ comas caud cum foliorumque proferunt. Inter hos igitur aggeres ita vici & villæ erant locatæ, ut de aliis ad alias vox humana poſſet audiri. Contra eadem quoque ædificia inter inexpugnabiles illos muros, portæ non ſatis latæ erant conſtitutæ, per quas latrocinandi gratia non ſolùm exteriores extire ſolebant. Item de ſecundo circulo, qui ſimiliter, ut primus, erat extructus, 20. milliaria Teutonica, quæ ſunt 40. Italica, ad tertium uſque tendebatur: ſimiliter uſque ad nonum. Quamvis ipſi circuli aliis alio multò contractiores fuerunt. De circulo quoque ad circulum ſic erant poſſeſſiones & habitacula undique verſum ordinata, ut clangor tubarum inter ſingula poſſet cujuſque rei ſignificativus adverti.* Ex Monacho Sangallenſi hauſerunt, quæ habent Albertus Stadenſis an. 768. & Munſterus lib. 4. Geogr. cap. 2.

Haia, *Haya*, *Heia*, voces ejuſdem notionis & originis, ac *Haga*, noſtris *Haie*. Capitula Caroli C. tit. 31. *Quicumque iſtis temporibus caſtella & firmitates, & haias ſine noſtro verbo fecerint, &c.* Ubi *haia* ſumitur pro militari vallo, quod ex palis conficitur, *Paliſſade*. Charta Roberti Ducis Burgundiæ ann. 1054. ex Tabulario S. Germani Pratenſis: *Nec non inſuper & calumniam ſilvarum & ſepium, quas vulgò dicunt hayas.* Henric. Knygthon. an. 1271. *Arbores, vineas, & Haias ſubvertit.*

Heya, apud Bracton. lib. 2. c. 34. §. 1. *Meſuagium, — quod vallatur foſſato vel heya.*

Haia, Corveiæ ſpecies, qua quis haias domini reficere tenetur. Charta Ottonis Comitis Viromandenſis apud Hemeræum in Augusta Viromand. an. 1025. *Eo tenore, ut bannum & latronem, corveias, carrucarias, ſilvæ haias ad capiendam venationem ulteriùs non perſolvant, &c.* Alia an. 1168. ex Tabulario Foſſatenſi f. 19. *Quinque ſolidos pro paſtu, atque corveias bis in anno, quas vulgus Haias appellat.* Occurrit alibi in

in eodem Tabulario. Tabularium S. Dionysii ann. 1230. *Justitiam, & advocatiam, & omnia pertinentia ad ipsas, quæ habebat in Ballivia de Belloramo, — & troffas fœni, & reditus, qui vocantur Hayes, & tensamenta sita in avena, & denariis, & quosdam reditus, qui vocantur Buhors*, &c. Vide Acta Murensis Monasterii p. 45.

Haycium, Haici, idem quod *haya*, Sepes. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 722. *Et de subbosco in dicta chacia quidquid eis necessarium fuerit ad ardendum, & ad haicias claudendas, & plantandas, &c.* To. 2. p. 916. *In omnibus aliis terris & boschis, quæ sunt inter haicium, quod includit prædictas terras.*

Heyare, Havvyare, Sepire, sepimento munire. Fleta lib. 2. c. 48. §. 3. *Cùm quis in alieno solo opus fecerit magnificum, ut si havvyaverit, fossatum fecerit, vel carucam immiserit.* Ubi Bracton. lib. 3. tract. 2. c. 37. §. 13. habet *heyare*. *Hayer sa terre & la mettre en défense*, in Consuetud. Britann. art. 405. Aliud est *hayer*, in Consuetud. Comitatus Burgundiæ art. 106. ubi species venationis est, cùm quis ad feras captandas silvam aut boscum *hayis* sepit, ut eas ibi includat.

Haybote, Heibote, vel *Hedgbote*, est jus percipiendi necessarium lignum ad faciendas *hayas*, quod percipi potest in terris seu prædiis ad vitam, vel ad annos aliquot concessis, licet in Chartis donationis id expressum non sit. Ita Rastallus. Charta Galeranni Comitis Mellenti in Tabul. S. Egidii Pontis Audomari: *In nemoribus habebit pasuagium, & in veyleiga husbotam & heibotam jussu Forestarii.* Monasticum Anglic. to. 2. p. 134. *Et concedo eis, ut de bosco meo — habeant heybod & husbot.* Adde pag. 262. 874. Bracton. lib. 5. tract. 5. cap. 10. §. 7. *Sicut habendi rationabile est overium in bosco patroni, sicut ad husbote & heybote.* Ubi *Husbote* est jus percipiendi lignum ad conficiendam domum, quod idem valet ac nostris *festagium*: huY, Anglis & Saxonibus, est *domus*; boȝe verò mulcta, emendatio: ita ut qui eo jure gaudet, quietus sit à mulcta, quæ infligi solet id agentibus.

Haia, Silva, *haiis*, seu sepibus septa, munita. Vetus Consuetudo Normanniæ, c. 10. de Senescallo: *Il visitoit les forestes & les haies du Prince. Foresta nostra sive haia*, in Consuetudin. Lorriaci editis à Morino in Hist. Wastinensi, & Gallando in lib. de Franco allodio. *Haya Gisnensis*, in Chronico Andrensi pag. 463. Charta Roberti Rotomag. Archiepisc. an. 1217. to. 6. Spicilegii Acheriani: *Concessimus, quòd haia Archiarum sit immunis ab his consuetudinibus*, &c. Charta Milonis de Nantolio in Tabulario Campaniæ: *Ab hac pactione excipitur haia prope prædictum nemus sita, continens circiter centum arpenta.* Occurrit apud Fletam lib. 1. cap. 24. §. 8. 11. lib. 2. c. 41. §. 15, apud Matth. Westmonast. an. 1260. &c.

Propriè etiam *haiam* nostri appellabant quamdam silvæ partem delectam, quam sepibus muniebant ad feras includendas, aut ad alios usus: quos docent Charta sancti Bernardi Abbatis apud Sammarthanos in Episcopis Autisiodor. pag. 274. & vetus Notitia in Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. p. 53.

Hagia, eadem notione. Vetus Notitia in Tabulario Monasterii Fiscan. f. 82. *Et hagia facta fuit per medium — bosci.*

Haga, Domus, ex vet. Saxonico haeȝh, & haȝh, inde fortè dicta, quòd ut plurimùm domus agrestes ac casæ ex viminibus complicatis instar cratis ac sepis fabricatæ sint. Charta Ethelredi Regis Angl. anno 995. in Additam. ad Matth. Paris pag. 156. *Cum novem præfatæ civitatis habitaculis, quæ patria lingua Hagan appellari solent.* Domesdei, apud Spelmannum: *Radulfus tenet unam hagam de 12. denar. Willelmus 5. hagas de 5. sol. Nigellus 5. hagas, quæ faciunt servitium.* Alio loco, apud Edvv. Cokum ad Littleton. pag. 142. *Walsingford continet 276 hagas, reddentes 9. libr. de gablo.* Charta an 811. pro Ecclesia Cantuar. *Duas mansiones & dimidiam, quod Angli dicunt Wi idda hialf haga.* Ubi *haga* videtur sumi pro *mansu*, seu modo agri. Adde Chronicon W. Thorn. an. 866. & 988.

HAGABULUM. Vide *Gablum*.

HAIA, *Haibote*. Vide *Haga*.

HAIMHALDARE, Rem suam, vel animal aberrans rei vindicatione repetere, & suum vel quasi domesticum reposcere, seu potiùs ad domum reducere: est enim Scotis & Germanis *Haime*, domus, vel domicilium. In Legibus Baronum Scotiæ, seu Quon. Attach. c. 10. est *de Catallis haymhaldandis*. Cap. 48. §. 14. *De animali invento wayff* (errante) *in territorio alicujus domini, — potest dominus illius animalis venire, & haymhaldare illud.* Vide Skenæum de Verbor. significat. Vide *Haimhaldare*.

HAIMESUGKIN. Vide *Hamsoca*.

HAIRA. Vett. Schedæ Thuanæ: *Sagia fusca 2. caligas albas 4. sagia de haira 1. calcias filtrinas paria 1. &c.* Vide *Bigerra*.

HAIRBANNUM. Vide *Herebannum*.

HAISTALDI, Rustici, Coloni, Hospites, Mansionarii, &c. qui in prædiis dominorum mansiones habent, & glebæ addicti. Vox fortè conflata ex *haie*, domus, & *stal*, sedes. Annales Francorum Bertiniani an. 869. *De centum mansis unum haistaldum, & de mille mansis unum carrum cum 2. bobus — ad Pistas mitti præcepit: quatenus ipsi haistaldi castellum — excolerent & custodirent.* Charta ann. 858. pro Monasterio Deiparæ Suession. *In villa d'Essenboch mansiones dominicales cum castitia & omnibus appenditiis & haistaldis viginti. — In villa Movendich mansiones dominicales cum appendiciis suis, ubi aspiciunt hestaldi octodecim. In villa Martan mansiones dominicales, ubi aspiciunt quinque hestaldi*, &c. Tabularium S. Vitoni Virdunensis: *Tantum terræ est ibi, quæ solvit 13. denar. in Nat. S. Joannis Bapt. Haistaldi verò solvunt censum capitis in festivitate S. Martini unusquisque 2. denar. &c.* Ex quibus colligitur *haistoldos dictos*, quos alii *Hospites, Colonos, Rusticos, Manentes, &c.* appellarunt. Sed & nostri etiamnum, voce apud vulgus recepta, pullos gallinaceos, qui in prædiis rusticis ab ejusmodi colonis aluntur, *Estaudeaux* appellant, ab eorum scilicet, à quibus aluntur, nomenclaturâ deductâ. Vide *Hista*.

HAISTERAHANDI. Lex Aleman. tit. 10. *Si quis curtem Episcopi armatus contra legem intraverit, quod Alamanni Haisterahandi dicunt, &c.* Ubi Editio Heroldi, *haisterahanni*, præfert. Idem quod *Zitterhand, id est, calida manu*, ut habet Constitutio Friderici Imp. lib. 2. Feud. tit. 27. ex Theutonico *hand*, manus. Vide Baluzium ad Capitul. p. 1002.

HAKEDUS, *Lucius*, piscis, ex Sax hæceð, hacoð, lucius, vel mugil. Liber Rames. sect. 2. apud Camdenum in Icenis, & Spelmannum: *Ibi admirandæ magnitudinis lucii, qui ab incolis Hakeds nuncupantur, persæpe extrahuntur. Haked*, in Vita S. Osvvaldi Episcopi Wigorn. n. 6.

HAKET, *Lucius* piscis, Gall. *brochet*, in Vita S. Osvvaldi Archiep. Eborac.

HALA, *Hircosus, olens*. Papias.

HALBANUM, Tributi species: vox formata ex *herebannum*, idemque quod *arbannum*, & *biennium*, Submonitio ad operas, vel ejus redemptio pecuniaria. Charta anno 1269. ex Tabulario Fossatensi fol. 72. *Et retinent perpetuò omnem justitiam, magnam & parvam, bannum, sanguinem, halbannum, forag ium, ventas, &c.* Charta Ludov. VII. ann. 1145. pro Bituricensib. *Præpositus autem atque Vigerius, quoties-*

quotiescunque volebant, halbannum submonebant, & villanos se redimere coercebant: de quo quoque preceptum ab ipso est, ut illa redemptio halbanni remaneat, & halbannum tamen ter in anno fiat termino competenti, &c. Charta Ludovici Filii Regis Philippi, ex Tabul. N. D. de Campis: *Ab omni consuetudine videlicet tallia, seu equitatione, seu halbanno, seu exemptione mei Præpositi liber permaneat.* Alia Lud. VII. ann. 1140. ibid. *Ab omni datione & tallia, albanno & exactione mei Præpositi.* Alia Caroli VI., an. 1484. in Reg. Novo viridi Castelleti Paris. f. 49. *Parpaiant chascun an 3. sols de hauban au Roy.*

Halbannum, apud nostros Parisienses, de quo vetus Charta, descripta à V. C. D. Herouvallio: *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum Rex. Noverint universi præsentes pariter & futuri, quòd nos concessimus Burgensibus nostris Parisiensibus, ut quicunque integrum halbanum nobis debebit, pro integro halbano reddet nobis singulis annis sex solidos in die festi sancti Martini. Et si dimidium, vel integrum, & dimidium halbanum vel ampliùs debebit, secundùm proportionem prædicti integri halbani nobis reddet in prædicto festo, & sic de halbano tantùm liber erit & quittus. Quod ut perpetuum robur obtineat, præsentem paginam sigilli nostri auctoritate, & regii nominis karactere inferiùs annotato præcepimus confirmari. Actum Parisiis anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo primo, regni verò nostri anno vigesimo secundo. Astantibus in Palatio nostro, quorum nomina supposita sunt & signa. Dapifero nullo. Signum Guidonis Buticularii. Signum Matthæi Camerarii. Signum Droconis Constabularii. Data vacante Cancellaria.* In Regesto Peagiorum Parisiens. lib. 2. est titulus *Des mestiers, qui hauban doivent au Roy*, in cujus contextu hæc habentur: *Haubens est un propres noms d'une coustume assise anciennement, par laquelle il fu establi que quiconques serit haubanniers, qu'il soit frans, & à moins de droictures paians du mestier & de la marchandise dont il seroit hautbannier, que cil qui ne sont pas hautbanniers. Hautbannier furent anciennement estably à un muid de vin, paiant en vandanges au Roi. Et puis mist li bons Rois Phelipes ce muy de vin à 6. sols Par. pour le contens, qui estoit entre les poures hautsbanniers, & les Eschançons de Roy qui le muy de vin recevoient de par le Roy. Des mestiers hautbanniers li uns doivent demy hauben, c'est à savoir 3. sols, & li autres plein hauben, c'est à savoir 6. sols, & li autre hauben & demy, c'est à sçavoir 9. sols. Tous les mestiers de Paris ne sont pas hautbanniers, ne nul ne peut estre hautbannier, se il n'a esté, & est du mestier, qui ait hauban, ou se li Rois ne li ottroie, par vente, ou par grace.* Statutum de Juribus Camerarii Franciæ an. 1410. *Le hautbannier du Roy ne doit estre contraint de acheter ledit mestier de friperie dudit Chambrier, ne de son maire pour lui, puis qu'il soit fait hautbannier du Roy, & que de lui il ait acheté ledit hautban. Item que ledit hautbannier est tenu de acheter sondit hautban du Roy, ou de ses Officiers pour lui, & non d'autre, & si est tenu de estre estagier dedans la banlieuë de Paris, & de paier au Roy; ou à son Receveur pour lui, si-tost qu'il est fait hautbannier, 25. den. & audit Chambrier 14. den. mais outre il est tenu de paier au Roy par chascun an 6. sols 8. den. Parisis: & partant ledit hautbannier peut vendre & acheter toute maniere de pelleterie vieille & novelle, &c.* Vide Brolium lib. 2. Hist. Parisiensis pag. 307. 2. Edit.

HALBERGETUS *pannus*. Vide *Haubergetus*.

HALBFRISCH, Semifriscinga: vox Germanica, ex German. *Halb*, semis, & *frisch*, friscinga. Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi tom. 3. p. 319. *Solvit — duos anseres, porcum sagin. fronchuse 62. halbfrisch, vel 16. den.* Infrà: *6. pullos, duos anseres, unum modium rap. porcum saginatum, 2. halbfrisch, vel 24. den.* Habetur ibi pluries. Vide *Friscinga*.

HALESONE. Consuetudines Arkensesan. 1231. in Tabul. S. Bertini: *Si convictus fuerit de halesone infra villam data vel accepta, tres libras emendabit.*

HALFEHANG. Charta Canuti Regis de Forestis c. 14. *Et pro culpa solvat Regi 10. solidos, quos Dani vocant Halfehang, aliàs Halsehang.*

HALGARDUM, *Algardum*. Charta Joann. Regis Angl. to. 2. Monastici Angl. p. 71. *Et unam virgatam, quæ fuit Ricardi, & totum algardum ex parte Orientali juxta Monasterium.* Ibid. p. 114. 115. *Decimam de omnibus quæcumque ad Castellum de Chemlened pervenerint, sive ad lardarium, sive ad granarium, sive ad halgardum, &c.*

HALFKINEG, & *Healfkoning*, Semirex, ex Saxon. halꝼ, dimidius, & kinꝫ, rex. Liber Ramess. sect. 4. apud Spelmannum, de Æthelredo Duce Orientalium Anglorum, i. Norfolciæ: *Quia ipsi Regi* (Æthelstano) *adeo officiosa erat ejus impensa sedulitas, ut ad arbitrium ipsius cuncta regni negotia tractarentur: idcirco ab universis Æthelstanus Halfkeneg, quod est semirex, dicebatur.* Ejusmodi sunt, quæ alibi de Carolo Martello observamus.

HALIETUS. Tabularium Abbatiæ Villælupensis pag. 125. *Et quitare fecit duos halietos, quos ipsi de Chepdone debebant.*

HALIMOTUM, Curia Dominica Baronis seu alterius domini, in villis suis & dominiis, in qua lites vassallorum agitantur: seu Curia tribuum, vvardarum, & societatum in burgis & urbibus. Vox Saxon. formata ex heal, Angl. *hall*, domus, aula, & ꝫemoꞇ, seu *mot*, conventus. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 9. *Omnis causa terminetur, vel hundredo, vel comitatu, vel halimoto socam habentium, vel dominorum curiæ, vel divisis parium, &c.* Adde cap. 20. 57. 78. Will. Thorn. ann. 1176. *Ipsis Thanetensibus asserentibus se ad capitalem Curiam B. Augustini Cantuar. placitandi causâ, vel judicium sustinendum, nullo modo debere accedere; sed in halimoto suo in Tranecto omnia sua judicia exerceri.*

Haligemot, in veteribus Schedis apud Spelm.

Hallimota. Monasticum Anglic. to. 2. p. 140. *Tenéant terram de Hollecumbe, quæ liberata eis fuit per homines de hallimota de Bensintune.*

Alimotum. Petrus Blesensis Epist. 95. *Accusatur — quòd undredo & alimoto defuerit.*

Halmotum, apud Will. Thorn. an. 1176.

HALITOR, *Fortis, vel olerum cultor.* Papias.

HALLA, Domus, domicilium, aula, palatium: sed propriè locus contectus *hallis*, id est, ramalibus siccis, unde etymon. Nam vix probem sententiam Goropii Bekani lib. 2. Francic. p. 46. quià voce prisco Germanica, *hal*, deducit, quod est *conservare*, quòd iis in locis conserventur merces. Anglo-Saxonib. healle, aulam & palatium pariter sonat. Ut & Barthii, qui in lib. 42. Adversf. cap. 6. à Græco, ἅλς, *sal* deducit, quòd in *hallis* sal asservetur & distrahatur. Maximè verò ita appellant nostri aulas majores & publicas, in quibus *Communiæ* congregantur pro communibus negotiis, ubi etiam mercatores merces suas venum exponunt: *Halle*, in Consuetudine S. Severi tit. 16. art. 6. & alibi passim. Rigordus in Philippo Aug. ann. 1183. *Duas magnas domos, quas vulgò Halas vocant, ædificari fecit, in quibus tempore pluviali omnes mercatores mundissimè venderent, & in nocte ab incursu latronum tutè custodirent.* Adde Nangium eodem anno. Charta Communiæ Royensis in Picardia: *Hæc est voluntas nostra, ut in foro constituatur hala ad vendenda ibi mercimonia.* *Tenir halle*, Conventum habere, apud Robertum Gaguinum in Poëmate *le Passetemps d'oisiveté*:

Se j'ay tenu halle de neant,
Vous en estes trop consentant, &c.

Vide *Hallus*.

Halla, pro quavis domo. Domesdei tit. Chent: *In Nevvcerce hundred*, *ipse Hugo* (de Montfort) *tenet unam terram*, *quam Azor Rot tenuit de R. E.* (Rege Edvvardo) *sine halla*. Vide *Hasla*.

Hallagium, Tributum, quod exsolvitur pro licentia exponendi merces in *halla*. Charta Willelmi Comitis Pontivi apud Ægidium *Bry* in Hist. Perticensi pag. 117. *Sint quieti & liberi de telonio*, — *hallagio*, *havagio*, *bossela gio*, *reparatione viarum*, *&c.* Regestum 2. *des Mestiers*, in Camera Computor. Paris. *Quiconques ameine morue à Paris*, *l'acheteur doit 5. sols de coustume*, *& 16. den. de congié & de haliage.*

HALLEBIC, Pensitatio pro piscibus, qui Parisios importabantur, sublata à Carolo Pulcro Statuto mensis Mart. an. 1325. cujus loco duplicatum tributum, quod pro marinis piscibus præstabatur. In Regesto *des anciennes Ordonnances* f. 2.

HALLENSES, Monetæ Hallæ cusæ. Kilianus: *Haller*, *obolus* vulgò *Hallensis*. Henricus Rebdorff. in Chron. ann. 1348. *Legavit pro constructione Chori* — *quadringentas libras Hallenses*. Adde an. 1346. & vide Chartam Caroli IV. Imp. in Chr. Constantiensi p. 626. Vitam Balduini Lutzemb. Archiep. Trevir. lib. 3. cap. 1. & Goldastum ad Hepidanni c. 14. lib. 1. de vita S. Wiboradæ, &c. Vox *Haller* occurrit in aliquot Chartis apud Federicum Sandium in Consuetudines Feudales Gelriæ pag. 35.

HALLUS, Ramus siccus, in Gloss. vet. apud Lindenbrog. Anglo-Saxones healme, ramum, & frondes appellant. Lex Salica tit. 43. §. 3. *Si autem de ramis*, *vel de hallis*, *aut de qualibet re eum* (interfectum) *cooperuerit*. Et §. 3. *Aut de hallis*, *aut de ramis eum cooperuerit.* Aliud sonat in Gloss. Lat. Gr. *Hallus* ποδὸς μέγας δάκτυλος. Festo, *allus*: Isidoro *allex*.

HALSBERGA, Lorica maculis contexta: *Cotte de mailles*, Germanis *Hals-bergh*, id est, munimen colli, ex *hals*, collum, & *berghen*, tueri, custodire: ut *beinbergha*, crurum munimen, de qua voce, suo loco. Ita Kilianus. Sic λωρίκια μέχρι ἀστραγάλων ἀνασυρόμενα διὰ λωρίων [illegible] fuisse docet Leo in Tactic. cap. 5. §. 4. At Besluis etymon accersit ex *al*, & *alla*, omnis, & *Berghen*, coopetire; ut *halsbergha* fuerit armatura integra. Fauchetus ab *albus* deducit, quòd maculæ thoracis expolitæ albedinem quandam præferrent: cui quidem conjecturæ, licèt vero minùs consentaneæ, favent Scriptores aliquot, qui *albas halsbergas* vocant. *Le Roman de Garin MS.*

Le blanc hauberc derompre & depaner.

Guill. *Guiart* an. 1214.

Et couvertures freteler
Sur blans haubers brunis à mailles.

Halsberga, in Testamento Everardi Ducis Forojul. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21. *Et helmum cum halsberga.*

Halsperga, in Charta Caroli III. Imp. de Expedit. Romana §. 5. *Et hoc in arbitrio Dominorum pendeat*, *quos ducunt*, *à quibus stipendia accipiant*, *quibus halspergas concedant.*

Alsbergum, Charta Heecardi Comitis Augustodunensis, apud Perardum: *Rotardo donate mea brunia cum alsbergo.*

Osbergum, in Charta Petri Ziani Ducis Venetiar, an. 1211. Vide in *Panneria*.

Halsberg Germanis. Liber Rythmicus à Besoldo laudatus:

Da sprach der Vampariere,
Ich bin noch ungevvehrt,
Geb und bring mir doch here,
Mein halsperg und mein schvverdt.

Haubercum. Mandatum super juratis ad arma, in Addit. ad Matth. Paris pag. 149. *Ad catalla 60. marcarum non habeat haubercum*, *capellum ferreum*, *gladium*, *& cultellum.*

Osbergum. Chronicon Besuense p. 578. *Acceptis pro pretio duobus militantium instrumentis*, *quæ vulgo dicuntur Helmum*, *& Osbergum*. Hauberg, vel *Hauberc*, vulgò nostris. Gloss. Lat. Gall. *Lorica*, *Haubers*. Ita passim apud Scriptores. *Le Roman. de Garin*:

Il ot vestu un hauberc doblentin,
Chaude est la maille, *ne pot l'acier soffrir.*

Guill. *Guiart*:

Haubers desmaillent, *lances fraingnent.*

Chron. Bertrandi *du Guesclin*:

Vestir & endosser maint bon haubert doublier.

Henricus *de Gauchi* in Versione Gallica libri Ægidii de Roma de Regimine Princip. lib. 3. part. 3. cap. 13. *Ceus qui sont esprouvé en bataille*, *disent que li haubers doivent estre large*, *parce que les mailles sont plus empressées*. Chr. Fland. cap. 79. *Trois cens hommes couvers de haubergerie & de flanchieres.*

Albergellum, Minor lorica. Rogerus Hoved. in Henrico II. p. 611. *Omnis homo habens in catallo 40. vel 30. libras Andegavensis monetæ ad minus*, *habeat albergellum & capellum ferreum*, *lanceam & gladium.* Infrà p. 614. *Quicumque liber Laicus habuerit in catallo ad valentiam 10. marcarum*, *habeat albergellum &* capelet *ferri*, *&c.*

Habergellum, in Statutis Roberti I. Reg. Scotiæ cap. 27. §. 1.

Halsbergol. Teloneum S. Audomari in Tabulario S. Bertini: *Lorica*, *4. den*, *lorica minor*, *quæ vulgò Ha sbergol dicitur*, *2. den.*

Ausbergotum, eadem notione, in Statutis Massiliensibus an. 1274. MSS. l. 4. c. *De garnizonibus in navibus portandis.* *Decernimus*, *quòd omnes mercatores portantes in aliqua nave Massiliæ valens* 100 *libras Regales*, *vel ampliùs*, *habeant & portent ad minus loricam vel ausbergotum*, *&c. Le Roman du Renard*:

Ne fust le haubercot vestu.

Alberjos. In Charta ann. 1255. in Regesto Carcasson. f. 42. *Præterea invenit in dictis bonis 5. alberjos*, *& unum alberc*, *& tres balistas*, *& unam contrepointe.*

Haubergettum, in Flet. lib. 1. c. 24. §. 12.

Habergettum, in Mandato super juratis ad arma, in Addit. ad Matth. Paris p. 149.

Habergeon, in Statutis Willelmi Regis Scotiæ c. 23. §. 2. Guill. *Guiart* an. 1304.

Armez de cotes à leurs tailles,
Et de bons auberjons à mailles.

Guignevilla:

Adonc attaint un haubregon,
D'une belle & plaisante façhon.

HALSFANG, *Hea fang*, *Helf.ng*, *Halfang*, *Hanlffange*, Collistrigium, vulgò *Pilorium*, à Saxon. Halſ, id est, *collum*, & Fanʒen, *comprehendere*. Supplicii machina, quæ rei collum è pegmate sublati, inter duas tabulas comprehendit, populoque ad ignominiam exponit. Dicitur & ipsa mulcta pecuniaria in commutationem hujusmodi pœnæ Regi vel domino exsolvi solita. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11. *Qui falsum testimonium dicet*, — *reddat Regi vel terræ domino helseng.* Infrà: *Si liber festis diebus operetur*, *emendet suum Helfeng*. Ita in Legib. Canuti §. 57. 67. & Edmundi §. 7. In Legibus Henrici c. 76. scribitur *halfang* & *hanlffange*, ubi dicitur esse verbum Anglicum, quod sonat *apprehensionem colli*. Adde cap. 14. & 90. Vide *Collistrigium*, *Pilorium*.

HAM, & *Hamme*, voces Saxonicæ & Theutonicæ: Domus, domicilium, habitatio. Interdum etiam

Ham, significat vicum, villam: unde apud Germanos & Anglos villæ & urbes sua nomina in *ham* desinentia passim habent. Ordericus Vitalis lib. 11. p. 807. *Per silvam* Hunelgehem, *quam Latini malum*

lum callem vel vicum nuncupare possunt. Quasi *hu-nel-ge-hem.*

Hamellum, diminut. ab *ham*: Villula à vico majori dependens, quæ Ecclesiam parochialem non habet: nostris *Hamel*, *hameau*. Willelmus Thorn: *Cum* 11. *sol. annui redditus in hamello de Chetam.*

Hameletta, *Hamelettum*, & *Hamletum*, diminut. ab *Hamellum*. Nostris etiam *Hamelet*. Occurrunt hæ voces non semel apud Scriptores Anglic. Will. Thorn, pag. 1956. 2092. Bractonum lib. 4. tract. 1. c. 31. §. 3. in Fleta lib. 2. cap. 54. §. 13. in Monastico Anglic. tom. 1. p. 298. 963. tom. 2. p. 93. 94. 103. 209. &c.

HAMA, *Hamula*. Vide *Ama*.

HAMARIUM, Modus agri, vel *mansionale*, ab *ham* Germ. mansio. Habetur Charta in Tabulario S. Vitoni Virdunensis an. 1229. qua *Comitissa Alverniæ remittit reditus ad ipsam spectantes trium hamariorum & dimidii, quæ Gilbertus de Felines possidet, sub tali forma, quòd terram prænemoratam legabit claustro de Gorzes, &c.* Vide *Hamma*.

HAMALLUS. Lex Salica tit. 49. *Ista omnia ubi suus hamallus est, super quem res primitus agnita fuerit, aut intertiata, fieri debet.* Ubi variant MSS. Codd. Unus: *Ista omnia facere debet in mallo, ubi ipse amallus esse dignoscitur, &c.* Alter: *Ista omnia in mallo debent fieri, ubi ille est hamallus, id est, qui suscepit causam ad mallandum in vicem alterius.* Ubi *hamallus* est advocatus illius, qui ad *mallum* citatus est. Denique Editio Heroldi tit. 50. *Ista omnia facere debet in mallo, ubi ipse Rhamallus esse videtur.* Quo loco Wendelinus *Rhamallum*, vocabulum ex Latino Romanicum existimat, locumque esse, in quo judices considebant sub *Ramalibus*, seu in loco supernè ramis tecto. Sed potior videtur *hamallus*, ita ut is fuerit, qui ad *mallum* pro alio venit, illius causam suscepturus. Hinc

Homallare, vel *Hamallare*, apud Marculfum lib. 1. form. 36. *Causas ipsius licentiam habeat assumendi vel homallandi.* Et infrà: *Cum æquitatis ordine licentiam habeat respondendi vel homallandi.* Ubi *homallare* non est *admallare*. *Hamallare* enim est patrocinium alterius suscipere: quique id suscipit muneris, *hamallus* dicitur: quod omnino formulæ titulus evincit: *Ut causas auctorum adsumendi suorum aliquis licentiam habeat.* *Admallare* verò est *ad mallum*, seu in jus citare, vocare.

HAMATORES, *Piscatores*, in Gloss. Isidori, qui hamis piscantur.

HAMELETEM. Vide *Ham*.

HAMFARE, ut & *Hamsocna*, Insultus, factus in domo, apud Bromptonum p. 957. ubi tanquam synonyma ponuntur, ut & in Legibus Henrici I. c. 80. *Si quis alium in sua vel alterius domo, — vel lapidet, vel colpum ostensibilem undecumque faciat, — hamsocnam est, vel hamfare.* Inter Anglo-Saxones vocem non reperio, inquit Somnerus: effictam tamen puto ab ham, *domus*, *mansio*, & Ꝼꝛi, vel Ꝼꝛið, *pax*, *quies*; quò *hamsocnæ* ad amussim quadrare quis non videt? nisi malis Ꝼaꝛe, sensu, quo in *herefare*, & *fyrdfare*, acceptum, quasi profectio in domum.

HAMIS, *Hamitis*, Joanni de Janua, *est fustis aucupabilis, scilicet virgula, quæ sustinet rete, quo capiuntur feræ: vel quod levat rete, in quo capiuntur aves, & dicitur ab hamus.*

HAMMA, *Hamme*, Portio & modus agri. Monasticum Anglic. tom. 2. p. 210. *Terram suam — cum omnibus domibus, quæ in ea sunt, & cum duabus hammis, quæ sunt juxta fontem Chante, & pertinent ad prædictam terram.* Rentale de *Wy* p. 14. apud Spelmannum: *Tenet in dominico unum messuagium, & in le humme* 16. *acras.* Infrà: *Tenet juxta hamme duas acras.* Vide *Hamarium*.

HAMSOCA, *Hamsocna*, *Hamsoken*, Domus seu habitationis immunitas, à Saxon. Ham, domus, habitatio, & ꞅokne, libertas, immunitas; quasi *habitaculi privilegium*, ita ut qui id effringit, *hamsocnam* facere dicatur: quod crimen eò atrocius videri debet, non solum quòd pax regia violetur; sed etiam quòd domus regia (qua nihil est sanctius, nihil omni religione munitius) tutissimum sit unicuique receptaculum & refugium. Ideoque in eo nemini injuria inferri, neque quisquam de domo sua extrahi debeat l. 12. de In jus vocando. Vulgò autem definitur *hamsocna*, *Invasio mansionis*, ut in Legib. Canuti Regis §. 28. *Insultus factus in domo*, apud Ranulph. Cestr. lib. 1. c. 50. & Bromptonum p. 957. *Invasio domus*, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 23. §. 3. Cujus quidem criminis mentionem agunt Leges Saxonicæ Edmundi Regis Angl. apud eundem Bromptonum §. 6. Leges Ethelredi §. 25. Leges Henric. I. cap. 12. 59. 61. 80. Britton. p. 72. &c. Hujus verò cognitio inter jura regia recensetur in iisdem Legibus Henrici I. c. 10. 12. 35.

Haimesuckin, eadem notione, in Regiam Majest. lib. 4. c. 9. §. 1. *Si quis aliquem calumniari velit de* Haimesuckin, *oportet quod propria domus, ubi calumnians est manens, surgens & cubitans die & nocte, assaliata sit.* Adde §. 2. & c. 10. §. 1. Ubi Skenæus vocem compositam ait, ex *haime*, domus, domicilium; & *suchen*, quærere, vel persequi.

Hamsocna præterea duplici significatione usurpatur: scil. pro impunitate ob ejusmodi admissum crimen: & pro privilegio cognoscendi in Curia sua de eodem crimine. Utramque attigit Will. Thorn p. 2030. *Homsokne, hoc est, quietos esse de amerciamentis pro ingressu hospitii violenter & sine licentia, & contra pacem Regis, & quòd teneatis placita de hujusmodi transgressione in Curia vestra.* Priorem Fleta lib. 1. cap. 47. §. 18. ubi *hamsokna* dicitur significare *quietantiam misericordiæ intrusionis in alienam domum vi & injustè.* Alteram Liber MS. Coxfordiensis Monasterii apud Spelmannum: *Hamsockene, quod Prior tenebit placita in Curia sua de his, qui ingrediuntur domum, vel Curiam alicujus ad litigandum, vel furandum, vel quidquid asportandum, vel aliquod aliud faciendum contra voluntatem illius, qui habet domum vel Curiam.* Adde Skenæum in *Haimsuken*, & Rastallum in *Hamesoken*.

HAMULA, Fibula libri. Vide in *Ligator*.

Hamula. Vide *Ama*.

HAMUS, Mensura liquidorum. Ephemerides Monasterii S. Galli p. 160. *Quindecim hami cervisiæ.* Vide *Ama*.

HANAPUS, *Hanappus*, *Hanaphus*, Vas, patera, crater, ex Saxonico hnæp, hnæppa, calix, patera. Glossar. Ælfrici, cap. de vasis: *Ciatus*, Hnæp. *Antlia*, Hnæp. Gloss. Lat. Gall. *Scyphus*: *Henap*. Hariulfus lib. 2. c. 10. *Hanappi argentei superaurati* 13. Idem lib. 3. c. 3. *Hanappi pendentes argentei tres.* Eodem cap. *Hanappus ad bibendum argenteus unus.* Chronicon Fontanellense cap. 16. *Hanappum argenteum optimo opere factum, habentem limaces aureos quatuor in fundo exteriùs sibi annexos.* Infrà: *Hanapum vitreum optimum unum.* Philippus *Mouskes* in Histor. Franc. MS.

Et apporterent estrelins,
Hanas, coupes, & maserins.

Chronicon Flandr. cap. 15. *Il feit apporter un grand hanap de vin.*

Anaphus, in Breviloquo: *Cyphus deauratus*, ab *ana*, *sursum*, & *phos*, *i. lux*, *quasi in superiore parte vel superficie lucens.* Catholicon Armoricum: *Hanaff*, *Gall.*

Gal. Hanap. Lat. Cantarus, crater. Poëta infimæ ætatis MS.

Sunt anaphos, piscina, batos, Abatis, corus, orcham.

Ubi Glossa habet eadem, quæ auctor Breviloqui. Vetus Chronicon MS. *Hæc sunt, quæ de S. Ansberti habemus reliquiis, — partem ipsius casulæ, marsupium verò & anaphum, seu pyxidem, atque cultellos.* Tabularium Brivatense Ch. 256. *Mapam* 1. *anafo* 1. *&c.*

Anafus. Historia Episcoporum Autissiodorensium c. 20. *Dedit & bicinarios 2. anafteos pensantes libras 4. — Item dedit cochleares, —— dedit & anafum unum pensantem lib. 2. habentem leonem & taurum deauratos.*

Anapus. Charta Heccardi Comitis Augustodunensis ex Tabul. Persiensi apud Perardum: *Anapos corneos meliores duos: & anapo corneo majore, cum illo de mazaro.* Infrà: *Cuppa una, & anapellos de marmore duos.*

Hannipa, idem sonat apud Wolphardum Presb. lib. 3. de Mirac. S. Walburg. n. 7. *Vas, quod Hannipa nominatur, quo mixtio agebatur, ita exinanitum est, &c.*

Hanaperium, Vas amplum, vel locus recondendis *hanapis* aptus. Chron. Will. Thorn: *Hi 4. bacini in uno hanaperio.* Infrà: *Item undecim ciphi argentei plani de una fabricatura. Hæc omnia cum suis hanaperiis.* *Le Roman de Garin:*

Li Rois Girar à pris le bennepier
Del viel Fromond, que il n' avoit point cher.

Statuta pro vaginarum confectoribus, quod *Gainniers & Fourreliers* vocabant: *Nul menestrel dudit mestier ne peut, ne ne doit faire nul hennepier, qui ne soit de trois cuirs neufs, &c.* Præsertim verò

Hanaperium apud Anglos, dicitur Fiscus vel sporta grandior in Cancellaria Regis, cui inferuntur pecuniæ è sigillatione diplomatum, brevium, chartarum regiarum, &c. provenientes, cui qui præest *Clericus hanaperii* appellatur. Charta Regis Ricardi II. in Monastico Anglic. tom. 1. p. 943. *Rex — cùm de gratia nostra speciali, & pro quodam fine, quem Elizabeth, quæ fuit uxor — nobis solvit in hanaperio nostro, concesserimus, &c.* Adde tom. 2. p. 22. Sic autem videtur primitus appellatus Fiscus regius apud Anglos, quòd in eo reconderentur *hanapi* & *scutræ*, cæteraque vasa, quæ in censum ac tributum persolvi solebant. Guibertus lib. 3. de Vita sua c. 4. *Magnus ille census monetæ Anglicæ, hanaporum, & scutrarum, qui malè coaluerat, brevi dilapidatus est.* Vel etiam, quòd quæ in pecunia numerata Principibus quotannis exsolverentur munera, in *hanapis*, seu pateris, præstarentur; quod monuimus ad Joinvillam pag. 86. de quo more Symmachus lib. 10. Epist. 28. ubi de strenis annuis Imperatori oblatis: *Meritò vobis solennes pateras cum quinis solidis, ut numinibus integritatis offerimus, quibus nec vester pudor, nec noster census oneratur.* Vide in V. *Cubitorium.*

Hanepier, aliud sonat apud nostros, quibus ita appellatur pars quædam corporis, pectus fortè, eadem ratione, qua *arcam* appellari suprà observatum. *Le Roman de Roncevaux MS.*

Tout le pourfent desci en hanepier.

Le Roman de Gaydon MS.

Tout le fendi desci en hanepier.

Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin:*

Amoitié le fendi chervelle & hanepier.

Alibi:

Mais Charles de Dinant li ala si paier,
Que tout li enfondra bacier & hanepier.
La cervelle en espant, mort le fist trebucier.

HANCA. Vide *Anca.*

HANDHABENDA, Latro manifestus, in flagranti crimine deprehensus, Bractono, *Handhabend*, ex Saxon. hand manus, & hæbbend, habens, *quasi furtum in manu habens*, ut est in Legibus Adelstani Regis apud Creatleyam §. 1. ubi Editio Saxon. pag. 53. ðeofæt hæbbendne hand ʒefanʒen. Leges Henrici I. c. 59. *Ne forisbannitum, aut furem handhabbendam Francigenam, vel Anglicum, ultra duodecimum ætatis annum, & 8. denarios valens, impunitum transeant.* Infrà: *Si in mortificationibus handhabbenda sit, sicut liber moriatur.* Adde Leges Adelstani Exoniæ editas §. 6. Fleta lib. 1. c. 38. §. 1. *Furtum manifestum est, ubi aliquis latro deprehensus saisitus de aliquo latrocinio handhabbinde & backberinde, & insecutus fuerit per aliquem, cujus res illa fuerit, quæ dicitur Sacborgh, & tunc licet insecutori rem suam petere criminaliter ut furatam, &c.* Vide Bracton. l. 3. tract. de Corona c. 32. §. 2. c. 35. §. 1. & Brittonum p. 72. v.

Est etiam jus quod Baroni competit cognoscendi de hoc crimine in Curia sua. Fleta lib. 1. cap. 47. §. 2.

HANDGRITH, Pax manu data, ex Saxon. hand, manus, & ʒrið, pax, quæ etiam cyninʒes hand ʒrið, dicitur, i. *pax manu Regis data.* Leges Alfredi & Godrini §. 1. *Et hoc est primum dictum Ecclesiæ, pax intra parietes suos, ut Regis handgrith semper inconvulsa permaneat.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 13. *Hæc mittunt hominem in misericordia Regis, infractio pacis, quam per manum suam dabit alicui.*

HANGWITH, *vel Hengwitha.* Mulcta pro latrone præter juris exigentiam suspenso vel elapso: à Saxonico, hanʒian, suspendere, & *withe*, mulcta. Cùm igitur in Chartis dicitur alicui remitti *Hangwith*, intelligendum juxta Rastallum, *esse quietum de latrone suspenso sine judicio, vel extra custodiam vestram evaso*: hoc est, immunem esse de mulcta & pœna pro hujusmodi delictis. Leges Willelmi Nothi vernaculæ cap. 5. *Cil ky prendra larrun sanz suite e sans cry, que cil en laist à qui il aurad le damage fait, & vienge pois aprés, si est raisun que il dunge 10. sols de hengwite, e sin face la justice à la premerine devise sans le congé à la justice, si est forfait de 40. sols.* Vide Fletam lib. 1. c. 47. §. 17.

HANIG, Præstationis vel operæ species, apud Anglos. Charta Ricardi I. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 2. p. 264. *Et sint quieti — de operibus castellorum, parcorum, pontium, & de clausuris, & carreio, & sumagio, & hanig, & regalium domorum ædificatione, & omnimoda operatione.*

HANNIPA. Vide *Hanapus.*

HANOK. Statutum Henrici V. Regis Angliæ tempore guerræ, apud Nicolaum Uptonum lib. 4. de Militari Officio: *Item si aliquis inventus fuerit, qui clamorem vocatum Hanok, aliquo modo sine nostra licentia inceperit, morte punietur, &c.*

HANONES, Piscium species, vulgò *Hanons.* Vide *Platesia.*

HANSA. Pensitatio pro mercibus exsolvi solita. Charta confirmationis Consuetudinum municipalium S. Audomari in Morinis à Willelmo C. Flandriæ an. 1127. *Quisquis eorum ad terram Imperatoris pro negatione sua perrexerint, à nemine eorum hansam persolvere cogantur.* Alia Philippi Augusti Reg. Fr. an. 1201. in Regesto Rerum Normannic. signato P. in Camera Comput. Paris. & in Regesto Philippi Aug. f. 81. *Notum facimus — quòd homines nostri de Medonta habent ab antiquo omnes hansas Medontæ, eam de villa, quàm de aqua, suas proprias pro servitio, quod nobis faciunt & antecessoribus nostris fecerunt, scilicet quòd adjuvant ad onerandas & ad exonerandas nostras

nostras machinas infra Meduntam, & quòd reddunt Præpositura 5. den. de hansis aquæ. Pro hoc vero servitio & reddita, & quòd eas ab antiquo habuerunt, concedimus in perpetuum universitati hominum nostrorum Meduntensi omnes hansas Meduntenses tam aquæ quàm villæ, sicut hactenus habuerunt. In Sacramento quod is, qui in Burgensem Insulensem involabat, præstabat, apud Haræum lib. 2. de Castellan. Insul. p. 181. *Et devez paier 15. livres Parisies Comptes de la Hanse, en dedans le prochain jour de cloche.*

Hansia, eadem notione. Charta Roberti Comitis Drocensis an. 1220. apud Duchesnium: *De Hansiis ita dictum est, quòd licebit omnibus quibuscumque navibus, de quocumque loco venerint, ire sine condictione* (f. *conductione*) *ad quemcunque portum voluerint.*

HANSATUS, In *hansam*, id est, societatem, admissus: ex German. *Hansen*, in numerum sociorum recipere. Vetus Arrestum apud Molineum: *Præceptum fuit Præposito Mercatorum Parisiensium, ut restitueret cuidam mercatori de Vasconia, qui Parisios adduxerat quamdam novem vinis oneratam, quæ creverant in vineis suis, 60. solidos & 14. denarios Par. quos ab ipso levaverat, pro eo quòd non erat hansatus Parisiis*, id est, *de Communia Parisiensi.* Notat Brodeus in Consuetud. Paris. art. 173. hæc verba: *Marchand hansé*, vel *ansé*, crebrò reperiri in veterib. Statutis Parisiensibus c. 1. art. 3. c. 3. art. 4. 19. 20. c. 12. art. 4. c. 17. art. 2. c. 22. art. 3. &c. Hugo *Plagon*, vetus Interpres Gallicus Will. Tyrii lib. 20. c. 25. *Usum habentes armorum familiarem*, vertit *bienhansez d'armes.* Lib. 21. c. 23. *Disciplina militari instruere diligenter, — apprendre les font & anser d'armes.* Et infrà: *armis strenuos, —— bien ansez d'armes.*

Hanseaticæ civitates. Ita appellatas censent Rutgersius Rulandus, & Wehnerus, quòd earum maxima pars mari adjaceat, unde *Anseestatt*, & litera H. euphoniæ gratiâ successu temporis adjecta, *Hanseestatt* fuerint dictæ. Besoldus à veteri Teutonico, seu Gothico *Ansi* deducit, quæ quidem vox eos, qui reliquos opibus & nobilitate præcellunt, significat, quasi eæ urbes præcipuæ fuerint, & negotiationibus, operibus, fœderibusque conspicuæ. Bekanus lib. 2. Francicor. ab *Anse*, i. societas, deducit. Vide Cleyracum de Legib. maris p. 193. & Chopinum lib. 1. de Dom. tit. 11. num. 22. tit. 15. num. 12. Cardinum Bretium in Orat. 28. Petrum Merssæum in Archiep. Coloniensib. &c. Eæ autem primùm 7. fuerunt, quibus adjunctæ aliæ 70. quarum omnium nomenclaturas exhibet Pontanus lib. 7. Rerum Danicar. ad an. 1364.

HANSE. Charta Caroli IV. Imp. an. 1356. apud Maximilianum Henricum in Apolog. pag. 96. *Et si quis mercatorum secus fecerit — poterit ab eo licitè arrestari, & puniri more antiquo: qui ut dicunt, Hanse vocatur, qui sic ut dicitur fieri consueverat, quod Civis Coloniensis mercatorem in tali excessu à se deprehensum calamo vel junco vel aliquo consimili ligamento ligabit*, &c.

HANSGRAVIUS, Comes vel præfectus societatis, vel confraternitatis: ex Germ. *Hanse*, societas, & *Grave*, Comes, præfectus. Fridericus II. Imp. in Privilegiis Ratisbonensibus an. 1230. *Cives potestatem habebunt eligendi Hansgravium, qui disponat & ordinet extra civitatem, & non infra, ea tantum, quæ respiciunt negotia nundinarum.*

HANSESISII. Vide *Assasini.*

HANTELOD. Decretum Tassilonis Ducis Bajwar. part. 2. §. 15. *Qui manus immissionem resisterit, quod Hantelod vocant, 40. sol. solvat in publico, & ipsam rem quærenti tradat.* Hant, & Hande, Germanis, ut Anglis *Hand*, est manus, *load*, al. *laid*, impositum. Ita *hantelod* erit, quod vulgò *arestum*, seu *manus immissio*, cùm scilicet ex decreto judicis in quempiam manus injicitur.

HANTRADA. Capitulare 3. an. 813. cap. 10. Edit. Baluzianæ: *Qui per hantradam hominem ingenuum dimittere voluerit, in loco, qui dicitur Sanctum, sua manu duodecima ipsum ingenuum dimittere faciat.* Et cap. 11. *Qui per chartam aut per hantradam ingenuus est, &c.* Ubi per *hantradam* manumissio ea videtur, quæ *per manum propriam* fiebat, ut est in Lege Ripuar. tit. 57. §. 1. Est enim *Hand* Anglo-Saxonibus & Germanis manus. Vide *Manumissio.*

HAPICH-HUNT. Vide *Canis acceptoricius.*

HAPIOLA, Cognomentum, quod datum legitur Balduino Comiti Flandriæ, Roberti II. Comitis filio, in Chronico Andrensi p. 409. qui Meiero & aliis, *Securis* dicitur. Bellocampius in Hist. Merovingica p. 824. *Hapiolam* interpretatur vernaculè, *Hapiette*, seu securiculam, Gallicè *Hachete, petite Hache.* Ex *Hape*, securis, quæ vox occurrit in Consuetudine Insulensi tit. 1. art. 46.

HAPSUM, *Velus lanæ*, in Gloss. Isid. Caper de Verbis dubiis: *Hapsum, vellera lanæ, non hapsus.* Utitur Celsus lib. 4. c. 6. lib. 7. cap. 26. Kiliano teste *Haps & Halp*, idem sonat Theutonibus.

HARACIUM, Grex equorum, nostris vulgò *Haras*: ab *Hara* fortè, stabulo, vel grege porcorum. Auctor Græcismi:

> *Est hara porcorum brevis, & non ara Deorum.*

Leges Burgorum Scoticorum cap. 89. *Non licet Burgensi — porcos tenere, nisi habuerit custodem eos sequentem, vel pascat eos in hara, id est, stye, unde vicini sui damnum inde non incurrant.* Alii vocem ex Italico *la Razza*, seu Gallico *la Race*, formatam volunt, quòd in ejusmodi *Haraciis* equi secundùm ortus, generationis, & notionis speciem distinguantur. Nemesianus in Cynegetico:

> —— *Delectus equorum,*
> *Quos Phrygiæ matres Argæaque gramina pasta*
> *Semine Cappadocum sacris præsepibus edunt.*

Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 143. 10. *millia equorum, — præter illos, qui erant in pascuis & haraciis.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 337. *Universas decimationes de dominio meo in bladis, pratis, haraciis, molendinis, &c.* Adde pag. 339. Idem Monasticum tom. 2. p. 967. *Plenam decimam de — venationibus & venditionibus, & araciis equorum & equarum.* Regestum Philippi Augusti Herouvallianum f. 158. *Et possunt mittere per totam foresteam — haracia sua.* Adde Matth. Paris p. 261. Charta Philippi Regis Franc. an. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 60. *Ut quandam congregationem seu armentum equorum & jumentorum, quod vulgariter Haracium nuncupatur, haberent & tenerent in foresta nostra Aurelianensi, &c. Greges dominici, haracia dominica*, in l. 1. C. Th. de Grege dominico: ἱπποφόρβια βασιλικά, Procopio lib. 1. Vandal. c. 12. & lib. 4. Gothicor. c. 27. de quibus consulendus omnino Jacobus Gotofredus ad dict. tit.

Habuere etiam nostri *haracia* sua, ut colligitur ex Gregorio Turon. lib. 8. c. 40. ubi *jumentorum fiscalium meminit*, & ex Capitulari de Villis, quod Carolo M. adscribitur.

Habuere denique Imperatores CP. citerioris ævi, quibus præerat Magistratus, ἀγελοθέτης τῶν ἀγελῶν dictus, cujus, præter Codinum, meminit Pachymeres lib. 9. cap. 5.

Aliud porrò est *Harasse*, in Assisiis Hierosol. MSS. c. 94. ubi arma Militis duello pedibus decertantis pro

pro causa *murdri* describuntur: *Il combat à pié avec une targue que l'on appele Harasse, qui soit plus grand de lui de demipié, ou plain paume, en laquelle ait deus pertuis de coumun augrant, en tel endroit que il puisse son aversaire veir par ceaus pertuis, &c.* Ex qua quidem ejusmodi ingentis scuti descriptione, satis liquet, gravissimum fuisse illius pondus, ita ut qui eo se se tuebatur adversus hostem, non minimùm defatigaretur, ac proinde ortam vocem nostris familiarem videri, *Harasser*, pro fatigare, quomodo *Targer*, eadem ferè notione, à *targia*, scuto perinde prægrandi, effictam suo loco docemus. Rigordus an. 1214. *Quidam de obsidione consueverant venire ad fossas parma prætenta, quam quidam famulus ante ipsum portabat, non manuali quidem parma; sed immensa, quales in obsidionibus deferri solent.*

HARAIDUM. Vide *Harireda.*

HARANSCARE. Vide in *Harmiscara.*

HARAUM. Vide *Arahum.*

HARDACIUM. Notitia an. 1145. ex Tabulario Eccl. S. Laudi Andegav. fol. 90. verso: *Dedit præterea duabus Ecclesiis, videlicet B. Mariæ & B. Laudi hardacium parvum, quod sub exclusa prædictarum Ecclesiarum communi in sabulo impulsu undarum ibi adunato adillando creverat, & cum ei nihil valeret, Ecclesiæ damnosum erat.*

HARDES, Tortiles ex virgultis laquei, nostris *Hards*, & *Harcelles*. Charta Gaufridi D. *de Bauciaties*, fratris Ducis Brabantiæ, in Tabulario Monasterii Thenalliensis fol. 27. *Alteras virgas colligere potuerunt in nemore supradicto: & si hardes ruptæ vel fractæ fuerint, alteras hardes colligere poterunt, sicut de virgis superiùs est expressum.*

Ab hac voce indita resti ac laqueo, quo furciferi suspenduntur, appellatio: fortè quòd ejusmodi tortilibus virgultis ad majorem ignominiam eorum colla innecterentur, iisque furcæ appenderentur: quod testatur Wippo de Vita Conradi Salici p. 433. *Postera die Romani, qui seditionem commoverant, ante Imperatorem venientes, nudatis pedibus, liberi cum nudis gladiis, servi cum torquibus vimineis circa collum, quasi ad suspensionem præparati, ut Imperator jussit, satisfaciebant.* Suprà, p. 432. *Mane autem facto Ravennates, qui remanserant, in cilicio & nudis pedibus, atque exertis gladiis, ut lex eorum præcipit — omnibus modis satisfaciebant.* Adde Ottonem de S. Blasio c. 11. extremo. *Imposer la hard aux larrons*, in Consuetud. Belloquercensi art. 1. ut in Consuetud. Avern. cap. 10. art. 4. & Marchensi art. 32. infractio assecuramenti dicitur *emporter la hart*, & pœna capitali puniri. *Le Roman de Parise la Duchesse MS.*

Je te ferai la hart autor lo col noer
Et pandre as forches, & an ant ancroer.

Le Roman de Vacces MS.

Je l'envoiroie as forches entor le col la hart.

Chronicon Flandr. c. 90. *Six des bourgeois de Calais alerent au Roi Edoüart en leurs dras linges, dessulés & deschaus, la hart au col.* Guil. Guiartus de Vernolii incolis:

Qui les hars au col se rendirent.

Banni sor le hart, apud Bellomanerium & Butelerium, i. *sur peine de la hart*, ut est apud Froissart. 1. vol. c. 111. & in Consuet. locali Ambian. art. 19. Tradunt Historici, Philippum Pulcrum Joanni Comiti Hanoniæ, qui à fide defecerat, (ut pote Regis vassallus propter Comitatum Austrevanti) indixisse, ut in curiam veniret, *pour amander à sa volonté ayant un fil de sote entour son col, en guise de hart.* Vide *Retorta.*

HARDWICES. Domesdei apud Spelman. *In Wales sunt tres hardvvices: Lamecare, Potischmet, & dimid. ex his sunt 8. carucatus, & 2. villani.* Saxonibus heaꝺe est via, & ꝩic, vicus, villa: sed an huc quadrent? alii viderint.

HARENAM, vel *Herrenam*, unam è 12. auguriis, de quibus in verbo *Venta*: quando homo *vel avis à dextro latere tui vadit in sinistrum, transiens post tergum tui, & eam vides alicubi repausare: tunc est ibi malum signum super negotio.* Ita Michaël Scotus de Physionom.

HARIGOLA. Vestis species. Statuta Waltheri Episcopi Dunelmensis an. 1255. *Ut Sacerdotes qualitercunque celebrantes, harigolis aut capis manicatis in locis publicis non utantur.*

HARINÆIDA. Vide *Harireda.*

HARIOTUM. Vide *Heriotum.*

HARIREDA, *Harıraida.* Lex Ripuar. tit. 64. *Si quis hominem in domo propriâ cum harıraida interfecerit.* Edit. Heroldi tit. 65. *Harıraida* præfert, Codices alii *arıragida, harinxida, & Harroida*, ut monet Steph. Baluzius. Idem videtur quod

Haraidum, in Legibus Henrici I. c. 80. *Si quis alium in sua vel alterius domo cum haraido assaliaverit, vel persequatur ut portam, vel domum sagittet.* De vocis utriusque notione mihi non liquet.

HARITRABID. Vide *Aratraib.*

HARMANNUS. Vide *Arimannus.*

HARISLIZ. Vide *Herisliz.*

HARMISCARA, *Armiscara*, Gravior mulcta, quæ à Principe viris præsertim militaribus, atque adeo magnatibus irrogari solebat. Variè autem hæc vox scribitur: ac primò quidem

Harmiscara. Capitul. Wormatiense anno 829. c. 1. *Aut illum bannum persolvant, aut aliam harmiscaram sustineant.* Capitul. Caroli C. tit. 43. c. 9. *Et nostram harmiscaram secundùm modum culpæ, & ut nobis placuerit, sustineant.* Adde pag. 446. præterea Capitulare Carlomanni tit. 1. cap. 3. & Capitulare Compendiense ejusdem Caroli cap. 9. Hincmarus Laudun. Episc. — *Per vvadia emendaverit, quod misfactum habebat, mandaveritque mihi, se velle ad meam mercedem venire, & sustinere, qualem illi commendassem harmiscaram, &c.*

Armiscara, in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 43. in Concilio Suess. apud Baron. an. 853. n. 30. & Concilio apud Carisiacum, apud eundem, an. 856. n. 16. Decretum Ludovici II. Imp. quod extat in Historia Longob. Ignoti Casinensis, edita à Camillo Peregrino: *Quòd si clamor ad seniores venerit, & ipsi talia non emendaverint, tunc bonum seniores ipsam compositionem faciant & eadem armiscara, quamdiu nobis placuerit, sufficere compellantur.*

Harmscara. Capitula Caroli Calvi tit. 9. c. 9. *Et simul cum excommunicatione Ecclesiastica, nostram harmscaram durissimam sustinebunt.* Tit. 20. c. 9. *Et illa omnia, quæ malè egerant, legaliter emendare, & talem harmscaram — aut judicium — sustinere.* Tit. 31. c. 21. *Quatenus per nostram harmscaram ita castigentur, &c.* Tit. 34. c. 9. *Ac post debitam emendationem, dignam harmscaram à nobis dispositam sustineant.*

Harniscara, in Lege Longobard. lib. 3. tit. 1. §. 43.

Haranscara, perperam in Constit. Henrici IV. Imp. an. 1056. apud Goldastum tom. 1. Constitut. Imperial. pag. 231. *Petens venit, ut sibi illam haranscaram cum vadimonio, quam vobis jurejurando promisit, nostri amoris & rogatus causâ dimittatis.* Ita etiam scribitur in Charta Henrici Imp. apud Gretserum de Divis Bambergensibus p. 461.

Aliscara. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 2. *Si (Miles) solummodo captus & custoditus, & nullam calumniam, pœnam, vel contumeliam passus, nec longo tempore retentus, emendetur per aliscaram, aut per homi-*

hominaticum, aut per talionem, si videtur sibi esse similis. Et si major est ille, qui ceperit, quàm qui captus fuerit, liberet ei Militem de suo valore, qui faciat ei aliscaram, & hominaticum, aut recipiat talionem. Cap. seq. *Aguayt & Encalz de cavallario, & assalt de castello, emendetur per hominaticum & per aliscaram.*

Hascaria, vox effictа & contracta ex *Harmiscara*, vel *harmiscara*. Vita S. Mengoldi Mart. cap. 2. n. 11. de homicida: *Hascariam, hominum emolumentum, ad placitum obtulit.* Nec scio, an etiam vox

Hacheria, ejusdem sit originis? Placitum Parisiense anno 1308. apud Loisellum in Hist. Bellovac. *Quibus ipsi juxta morem consuetum hacherias imposuerunt pro delictis.* Chronic. Bertrandi Guesclini.

Au Prince vous rendés, où vous aurés haschiere.

Ex *Hascaria* denique, & *Hacheria*, abbreviata videtur vox.

Hachia, Pœna quævis aut mulcta. Charta G. Episcopi Silvanectensis Cancellarii Franciæ an. 1224. in Tabulario Abbat. Frigidi montis fol. 14. *De pœnis autem & hacheiis dicto Roberto & coadjutoribus suis infligendis pro injuriis, quas ipsi dicto Conventui Frigidimontis intulerant, &c.* Charta Philippi Regis Fr. an. 1276. apud Loisellum in Hist. Bellovac. p. 291. *Nec eidem poterunt auferre membrum; sed poterunt dictum malefactorem punire gravius in denariis, vel hachiis, tanquam si simplicem juratum percussisset.* Placitum Parisiense an. 1321. apud eund. *Quòd dicti Major & Pares contra puncta cartæ suæ abutendo privilegiis suis certas pœnas, vulgariter nominatas Hachias, imposuerunt.* Tabular. Altæripæ in Diœcesi Lugdun. an. 1331. *Cum talliis, censivis — corveis, achiis, & justitiis.* Philipp. *Mouskes* in Carolo M. de Leone PP.

Et si ot la langue trancie,
Por soffrir plus grande hacie.

Le Roman de Garin:

La soffrirent dolireuse hachie.

Alibi:

Pesme chai, mult parot grande haschie.

Will. de Guignevilla in Peregr. animæ:

Tous devez brisier & casser,
Par menus tiés, & par partie
En grans soupçons & grans hasquies.

Chron. Bertrandi Guesclini:

Vous en serez occis à deüil & à hachie.

Mox:

Il en sera pendus à deüil & à hachie.

De horum vocabulorum etymo vix certum quid traditur. Amerbachius in Notis ad Cap. Car. M. *Harmiscaram* putat significare pœnam, quam Germani *Armscheer* vocant, hoc est, *brachii forcipem aut vinculum*, ex *arm*, armus, brachium, & *scheer*, vinculum. At non videtur *harmiscara* fuisse pœna corporalis; sed quævis mulcta ad libitum, & pro modo culpæ inflicta, quod ex præallatis omnino patet. Proinde ad hujus vocis notionem referenda puto, quæ habet Browerus lib. 8. Annal. Trevir. p. 473. 1. Edit. ex Cæsarii Abbatis Prumiensis Glossario, ubi ait, *scaram facere, esse domino, honesta jubenti, servire, & nuncium ejus, mandatum, seu literas perferre quocumque vellet: scaram autem hanc vel pedestrem, vel navigio vel caballo fieri, unde Scararii, qui postea dicti Ministeriales, voce non minus obvia, quam incomperta.* Quæ postrema Broweri sunt, nam scivit Cæsarius, qui essent *Ministeriales*, de quibus suo loco.

Sanè ad *Harmiscaram*, vocis, *scara*, hanc significationem referri debere, tametsi *Harm* notio incerta maneat, probat etiam Capitulare Ludovici III. Imp. editum à Camillo Peregrino, in quo *Liberum Armiscara* dicitur ea pœna, quæ viris militaribus irrogabatur, qua sellam supra dorsum deportare per definitum spatium jubebantur. Ita si *scara*, h. l. *deferre*, seu nuntium, vel aliud quidpiam, denotat, uti vult Cæsarius Prumiensis, vox *arm*, quæ *scara* præcedit, erit ea vox Germanica, quæ *armum* sonat; ita ut *harm-scara*, fuerit *armis*, seu humeris *canem* aut *sellam* deferre: nam *sellæ* vel *canis* delatio pœna militaris fuit, & propriè *Harmiscara* dicta est, ut docet laudatum Capitulare Ludovici III. quod præterea omnino firmat Innocentius III. lib. 13. Ep. 135. ubi quendam nobilem Germanum, qui Subdiaconum malè acceperat, & incarceraverat, pro satisfactione eidem præstanda, ad hujusmodi compositionem cum eodem Subdiacono devenisse ait, *ut videlicet idem nobilis honorificentiam illi, & sibi verecundiam faciendo, cum ducentis Militibus, à loco, in quo præfatum Subdiaconum captivaverat, usque ad civitatem Magdeburgensem, & per omnes conventuales Ecclesias portaret opprobrium, quod Harmiscare vulgariter appellatur.* Ubi *portare opprobrium*, nihil aliud est, quàm *portare canem* vel *sellam*, ita ut hæc pœna militaris propriè *harmiscara* appellata fuerit. Quò etiam referenda Charta an. 1246. ex Tabulario S. Petri Carnot. quam mecum communicavit V. C. Jo. Mabillonius: *Noveritis, quòd cùm mors religiosi viri Joannis quondam Prioris de Gisiaco imponeretur Roberto de Villeta Militi, & Guillelmo Perier Armigero, & propter hoc essent de terra Domini Regis banniti, tandem ab hac impositione sibi facta, ad hanc pacem coram nobis devenerunt. Prædicti Miles ac Armiger facient processiones, quæ vocantur vulgariter* Hachées: *unam & primam a loco, in quo dicuntur maleficium perpetrasse, usque ad sepulturam prædicti Prioris, aliam in Ecclesia Rotomagensi, & alias in Ecclesiis Cathedralibus Provinciæ Rotomagensis, singulas in singulis, & unam in Parisiensi, & aliam in Ecclesia Carnotensi, aliam in Ecclesia S. Petri Carnotensis. Alias processiones facient in duobus dominicis, vel in solennibus festivitatibus, si inciderint, nudis pedibus, induti braccis & camisiis de grossissimo sacco: & prædictus Armiger habebit in collo sua panellum suum perforatum, & caput suum emittent per foramen, & virgas deferent in manibus suis, & sic facient in singulis processionibus prædictis, quousque singula compleantur omnino: & in singulis processionibus dicent sic alta voce: Nos facimus hoc pro facto, quod imponebatur nobis de morte Joannis quondam Prioris de Gisiaco, & pro bonis pacis: & de singulis Ecclesiis referent litteras certificantes, quod fecerint processiones, modo, qui est expressus.* Habetur insigne aliud ejusmodi processionum in mulctam & pœnam indictarum exemplum apud Maximilianum Henricum in Apologia pro Archiep. Colon. in Probat. pag. 52. 53. ex laudo, seu sententia lata in cives Colonienses an. 1264. cujus verba hæc sunt: *Item ordinamus & pronunciamus, ut ex prædictis triginta septem Viris vadant decem & octo Leodium, & ibi moram faciant per tres Dominicas: ita quod prima Dominica apud S. Lambertum, secunda apud S. Petrum, tertia apud S. Martinum præcedant processiones nudis pedibus & capitibus, & discincti, portantes virgas in collis suis, & ibidem veniant & quærant prostrati super terram. Quarta Dominica vadant Tungrim, quinta Trajectum, sexta Aquisgranum, & ibi præcedant processiones in majoribus Conventualibus Ecclesiis, eo modo, quo superius est expressum.* Mitto similem pœnam, aliis inflictam, hic descriptam: cujus exempla alia subministrat præterea Tabular. Episcopat. Ambian. ex bulla Alexandri IV. Pap. de quodam Præposito Ambianensi, qui Clericos suspenderat: *Sacco indutus, nudis pedibus, discooperto capite furcas super humeros suos & laqueum suspensorum circa collum suum, qui in ipsis furcis pende-*

pendebat, quinque diebus per Civitatem Ambianensem ac etiam per omnes Cathedrales Ecclesias Remensis Ecclesiæ deportavit. Charta alia an. 1322. ex Cod. Tabul. fol. 175. continente sententiam, latam ab ipso Episcopo Ambianensi in Joannem de Pinconio Militem Dom. de Saintuin: *Dicimus & pronunciamus, quòd dictus Dominus Joannes sub pœnis prædictis, existens in pura tunica, sine fraude, non accinctus corrigia, sine caputio, in caligis sine sotularibus, faciet & facere tenebitur unam solemnem processionem circa claustrum Ecclesiæ Ambian. ubi morantur Canonici, in proximo futuro festo S. Fusciani, una cum Canonicis, clero & populo, tenens dictus Miles in manu unum cereum ponderis 2. libr. &c.* Huc etiam pertinet Epistola, ut videtur, Petri Abbat. Cisterc. ex Cod. Victorino, ubi de quodam Petro magnate Albigensi: *Interim verò singulis diebus Dominicis Ecclesias Tolosanæ Urbis nudus & discalciatus cum disciplinalibus virgis jussus est circuire &c.* Vide Regest. Temporalitat. ex Camera Comput. Paris. fol. 33. v. à Græcis Byzantinis infligi solitam hanc pœnam videtur innuere Continuator Theophanis lib. 4. cap. 10. & ex eo Scylitzes pag. 539. Hæ porrò processiones in pœnam indictæ prohibentur in Statutis Synodalibus Nicolai Episcopi Andegav. anno 1271. cap. 2.

Cur verò ejusmodi *Harmiscaræ*, seu *Hacheæ*, ut ibi vocantur, *Processionum* vocabulo donarentur, id causæ est, quòd eæ criminum emendationes, reis in mulctam impositæ, ab eis, solenni indicta processione Ecclesiastica, peragerentur: cujus moris aliud lubet exemplum proferre, ex Charta an. 1296. ex Hist. MS. Remensi Joannis Rogerii, ubi de Præposito Remensi, qui Canonicum Remensem malè acceperat: *Item dictus Petrus* le Gouverneur *chorum Remensem euntem processionaliter sequatur in camisia & brachiis, capite, pedibus, & tibiis denudatis, Remis, in duabus processionibus solennibus, quæ infra annum Remense Capitulum indixerit eidem. Et insuper idem Petrus* le Gouverneur *sequetur choros trium cathedralium suffraganearum Ecclesiæ Remensis euntes processionaliter in qualibet Ecclesia quemlibet ejus chorum una vice tantùm, si ubi & quando Remense Capitulum prædicto Petro* le Gouverneur *infra annum prædictum duxerit indicendum, &c.* Vide *Panem ferre*, *Sellam ferre*.

HARNASCHA, Armatura, lorica, thorax; sed propriè apparatus omnis bellicus: Germ. *Harnas*, *Harnasch*. Anglis *Harnisch*, Gallis *Harnois*, Italis *Harnese*. Radevicus lib. 3. c. 26. *Si Miles vociferatione signi litem commoverit, auferetur ei omne suum harnascha, & ejicietur de exercitu.* Infrà: *Et ejicietur de exercitu, nisi dominus redimat eum* (servum) *cum omni suo harnasch.* Hinc *Harnascher un cheval*, propriè dixere nostri, de equo militari, qui armaturis ferreis munitur, & instruitur. Sed & pro *apparare*, *instruere*, usurpat Petrus *de Fontaines* in Concilio cap. 3. *Nekedent teus espase n'est mie pour plaidier, mais pour lui enharneskier, & à che repair cois.* Hinc

Harnesium, eadem notione, cujus vocis etymon frustra à Latinis & Græcis quærunt Pergaminus, Castelvetrus ad Bembum, & alii. Gauterius Cancellarius de Bellis Antioch. pag. 454. *Hæc inter discrimina, conventus nostri harnesii, cum totius exercitus supellectili, in quodam monte propè existente se locavit.* Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ c. 27. §. 2. *Quilibet paratus sit cum actiliis & harnesiis, &c.*

Le Roman de Garin:

Qui n'ot hernois, son fié en gage mist.

Hernasium, apud Rogerum Hovedenum pagin. 725. *Missus ab eo cum harnasio suo in Angliam.*

Hernesium, apud Matthæum Paris in Vitis Abbat. S. Albani pag. 98. &c.

Harnesium, equorum, in Charta anni 1217. in Hist. Drocensi p. 246.

Arnesium, apud Anonymum de Gest. Friderici II. Imp. p. 776.

Harnesium, seu *Harnois*, in Consuetud. Bayon. tit. 26. & *de Labourt* tit. 19. art. 8. sumitur pro ense seu gladio, quo quis alium ferit.

Harnizatus, Armatus, instructus, ex Anglico *Harneshed*. Monasticum Anglic. tom. 3. part. 2. pagin. 85. *Duo baculi harnizati, cum berillo.*

HARO, *Harou*, seu Clamor *de Haro*, qui in Normannia potissimum obtinet, & inclamari solet, dum crimen aliquod capitale perpetratur: verbi gratiâ, furtum, incendium, homicidium, &c. Tum enim ii, quorum ea vox aures verberat, ad reum persequendum foras exire tenentur, eumque detinere, si possunt, ac judicibus tradere: quòd si id negligant, Principi, aut domino feudali, qui jus gladii habet, in cujus territorio crimen commissum est, emendam præstant & exsolvunt. Igitur jus habere dicitur clamoris *de Harou*, qui alta, ut ajunt, justitia gaudet. Aresta anno 1282. in Regesto Parlam. B. f. 63. *Abbas S. Petri super Divam —— non habebit cognitionem seu justitiam de sanguine & plaga cum clamore de Harou, nec de Harou sine sanguine & plaga, imò remanebit Regi, &c.* Et fol. 73. inter Aresta cap. 55. anno 1286. *Deliberata fuit Guillelmo Crespin saisina justitiæ sanguinis & plagæ sine morte, & mehaigno, cum clamore & sine clamore de Harou in Baronia sua de Estrepigniaco, &c.* Adde Synodos Rotomagenses an. 1299. cap. 4. & 1315. cap. 3.

Cujusmodi autem fuerit, vel sit clamor *de Haro*, & clamoris istius cognitio, aut jurisdictio, pluribus docet vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. 5. distinct. cap. 5. hocce verborum contextu: *Le Duc de Normandie a la Court du cri de Hareu, & en doit fere venir enqueste, assavoir mon se il fu criez a tort ou à droit: quer nus ne doit crier Hareu fors par trop grant besoing: si comme par feu, par larrons, & par homicides, pour roberies, &c. més quiconques crie Hareu sans peril apert & manifeste, il le doit amender au Prince, & se il nie, que il ne le cria pas, le Prince en puet enquerre par les plus prochains voisins du lieu où le Hareu fu criez par ceus qui l'oirent, asavoir mon se il oirent ce Hareu crier que celui nie: & se il en est ataint, il l'amendera. Et se l'enqueste le met en non savoir, cil qui en est accusé, s'en puet desresnier, &c. Au cri de Hareu doivent issir tous ceus qui l'oirent, & se il voient messe. où il aet peril de vie ou de mort ou de larrecin, par quoy le malfeteur doit perdre vie ou membre, il le doivent prendre & retenir, & crier Hareu aprés lui, autrement seront-ils tenus à amender le au Prince, ou au desresnier cen que il n'avoient pas oi le cri, se accusez en estoient: se il ont pris & retenu le malfeteur, il sont tenus à rendre le à la Justice. Car il ne le doivent garder que une nuit, se se n'est pour apert peril, &c.* Vide Consuetud. novam Norman. art. 5. 54. 55. 58. 59. Hinc

Haro interdum usurpatur pro quovis clamore, qui in tumultibus excitari solet, apud Froissartem 1. vol. cap. 49. 220. vol. 2. cap. 113 119. Sed & in prælio Bovinensi inclamatam hanc vocem à fecialibus, auctor est Willelmus Guiartus:

Là

Là vois de nul n' i est oïe,
Fors des Heraux, qui Harou crient,
Et par le champ se crucefient,
Haro, dient-il, quel mortaille,
Quelle occision, quelle bataille, &c.

Clamoris istius origo probabili conjectura Rolloni Primo Neustriæ Duci adscribitur, qui, ut ait Dudo lib. 2. de Morib. & Actis Norman. *In terra suæ ditionis bannum, id est, interdictum, misit, ut nullus fur vel latro esset, neque assensum malæ voluntatis ei præberet:* quòd si quispiam inveniretur vel homicida aut incendiarius, aut gravioris alterius criminis reus, statim clamore sublato, indigenæ ac vicini in eum irruerent, captumque judici exhiberent. Erat autem clamor iste: *Ha, Roul*, qui ab iis primùm edebatur, quibus vis illata erat, aut ab eorum agnatis & affinibus, tanquam Rollonis Ducis auxilium implorantibus.

Aliter de clamoris istius origine scribit Guiartus, in Historia Francor. MS. sub an. 1206. ubi de Rotomagi expugnatione, cujus sententiam, quam tamen non probo, produnt sequentes versus:

Ainsi fu Normandie prise,
Et tous les pors de cele marche
C'un Rospaien de Danemarche
Ot par guerre soudainement
Trois cens & seize ans droitement
Ains la saison ramentuë,
A Chelles le Simple tolluë.
Cis Rois iert Rous, pour ce crioient
Normans, qui en son tans fuioient
Droit vers Chartres comme garous,
De toutes pars, Ha Rous, Ha Rous,
Con tu nous mainnes malement?
Par quoi accoustumement,
Celes gens quant aucun mal sentent,
En criant Harou se dementent.

Alibi describens, ut Philippus Augustus Normanniam ingressus sit:

Fames dont les voies sont plaines,
Crient Harou à grant alaines.

HAROPEN. Consuetudines Arkarum an. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Similiter haropen & scissio vestimentorum cum eorum restitutione*, emendabitur.

HARPA, *Arpa*, Instrumentum musicum, cujus figura & forma Delta Græcum efficit, sequioribus sæculis notum, Germ. *Harpff*, nostris *Harpe*. Glossæ Isonis Magistri: *Testudo, Musa vel Cythara magna in cœlo, Harffe.* Papias: *Harpa, dicta à gente Arporum, qui hoc instrumentum musicum invenerunt.* Infrà: *Arpi, populus Italicus.* Gloss. Lat. Gall. *Lira, Harpe, Liricen, Harpeur.* Hanc à lyra distinguit Fortunatus libro 7. Carmine 8.

Romanusque lyra, plaudet tibi Barbarus harpa,
Græcus Achilliaca, Crotta Britanna canat.

Idem in Præfat. Carm. *Solæ sæpe bombicans Barbaros leudos harpa relidebat.* De *harpa*, musico instrumento hoc Martiani Capellæ lib. 2. accipiendum censuit olim Josephus Scaliger: *Denique arpis, bombisque perterrita tam intoleranda congressione virgo diffugit.* Dantes in Paradiso cant. 14.

E come giga, & harpa in tempra tesa
Di molte corde fan dolce tintino.

Vossius lib. de Poëmatum cantu & viribus Rythmi pag. 118. illud fuisse instrumentum existimat, quo Bardi Gallorum olim uterentur Sacerdotes, quod lyræ non absimile fuisse testatur Diodorus Siculus. Vide Menagii & Octavii Ferrarii Origines Italicas.

Harpator, qui *harpat*, seu Citharam vel Harpam pulsat, Lyricus, citharœdus. Leges Angliorum & Werinorum tit. 5. §. ult. *Qui harpatorem, qui cum circulo harpare potest, in manum percusserit, componat illum quarta parte majori compositione, quàm alteri ejusdem conditionis homini, aurifices similiter.* Le Roman d' Aubery MS.

Cil violeur, & tuit cil harpeor.

Philippus *Mouskes* in Henrico I. Rege Franc.

Robert Crespins entre el Palais,
Uon cantoit & sons & lais,
Li uns une harpe, li autre vijelle.

HARPA, *Falx*, ex Gr. ἅρπη. Andr. Monach. lib. 2. Vitæ S. Ottonis Bamberg. cap. 30. *Armati securibus & harpis.*

HARPAGARE, Ἁρπάζειν, Rapere, diripere: vox Plauto familiaris. Victor Uticensis l. 3. de Persecut. Vandalica p. 50. *Dimicavit contra innocentiam cupiditas furoris, & avaritia crudelitatis, ut & animas perderet, & substantiam harpagaret.* Althelmus de Laude virg. c. 43.

Cærula sanguineis harpagans vulnera rivis.

Arpaxare, eadem notione dixit Petrus Damiani lib. 2. Ep. 18. lib. 5. Ep. 16. lib. 6. Ep. 22. lib. 8. Ep. 10. *Harpaxare*, lib. 4. Ep. 3.

HARPIGERI. Albertinus Mussatus lib. 1. de Gestis Italicor. post Henricum VII. rubr. 1. *Per latera distinctis harpigeris, lancearïis, fundibulariis, &c.* In Glossis MSS. *arpis, falcastrum* exponitur. Ita *harpigeri* fuere milites *harpis* seu falcibus instructi.

HARPONES. Spicula ferrea longa 6. pedib. quibus balænæ in mari configuntur: Gallis *Harpons*, unde *Harponarii, Harponeurs*, balænarum piscatores. Vetus Charta ex Regesto Constabulariæ Burdegal. f. 221. *Unam balænam, cujus harpones, cum quibus interfecta fuerat, fuerunt positi ad trabem unam magnæ aulæ castri Burdegalæ, &c.* Describuntur Harpones à Cleiraco ad Leges maris Oleronenses pag. 149.

HARROIDA. Vide *Harireda*.

HART. Henricus Rosla in Herlingsberga.

Saxoniæ nemus est viginti millibus & sex
Porrectum, dicit quòd Theutona lingua vocans
Hart,
Esse potest majus; sed non præstantius ullum
Silvis, sive feris: hoc autem dives habetur,
Quòd municipiis & pagis pullulet. Hart est
Hinc ideo dictum, quia durius omne, quod illud
Educat, est aliis.

Hart quippe Germanis est *durus, asper.*

HARTPENNY, Denarius S. Petri, seu *Romescot*, in Legibus Eduardi Regis c. 4. qui scilicet singulis focis, hoc est, domibus imponebatur: ex Saxon. heoꞃð, locus, quo ignis fovetur, domus, & peninȝe, denarius.

HASCARIA. Vide *Harmiscara*.

HASLA. Lex Ripuarior. tit. 67. §. 5. *Si quis pro hæreditate & vel pro ingenuitate chartam receperit pro malo ordine, cum sex in Ecclesia conjuret, & cum duodecim ad scaplum Regis, in circulo & in hasla, hoc est, in ramo, cum verborum contemplatione conjurare studeat.* Hæc paulò secus habentur in Edit. Heroldi tit. 69. §. 4. Hîc autem *haslam* idem videre ac *hallam* plerique existimant: nam & *hallus* ramum sonat. Vide in his vocibus.

HASPA, Cowello est id, quod ostium posti annectit, Anglis *haspe*, fibula. Bracton. lib. 2. c. 18. §. 1. *Fieri debet traditio per ostium, per haspam vel annulum, & sic erit in possessione de toto.* Adde lib. 5. tract. 4. c. 15. §. 14. & Fletam lib. 5. c. 15. §. 5. Vide *Firmella*. In formulis Anonymi, for. 20. & 43. traditiones fieri dicuntur *per ostium*, hoc est, per *haspam*: *Per illud ostium de ipsa casa, per herbam vel terram, ipsum mansum —— visus fuit tradidisse.*

HASPACIUM, Præstationis species. In Charta an. 1283. ex Tabulario S. Dionysii Rex dicitur *habere in villis & territoriis de Belna de clauso Regis, — octo libras pro mengerio — bichenagium, vinagium, haspagium, bannum pro vino vendendo, &c.*

HASPALICI. Miracula S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticens. n. 7. *Tunc piratæ non erant, neque sicarii, neque qui nunc confuso nomine dicuntur Haspalici, quorum numerus modò ubique locorum pene innumerabilis est, qui diurni nocturnique raptores semper incumbunt & infensissimi sunt.* Ubi doctissimus Henschenius, *fortè*, inquit, *Raspalici*: hoc enim vocabulo fæcem hominum undique collectorum appellari apud Flandros auctor est. Quid si ita dicti, quòd *haspas* seu ostia effringunt, ut *Haspatici* legendum sit, fuerintque, qui Latinis *Derectarii*?

HASSOCUS. Monasticum Angl. tom. 1. p. 850. 852. *Ab illo verò exitu de Birchemere indirectè per transversum mar sci usque ad tertium hassocum à firma terra in aquilonali fine de Higgeneie, & sic deinde per omnem tertium hassocum, &c.* Infrà pag. 853. *Pastores verò nostri super exteriores hassocos versus Vvalton, inter pratum & mariscum debent stare, & animalia sua usque ad pedes suos venire permittere.*

HASTÆ, Francorum potissimùm fuere arma, quos *probissimos bellatores, & mirabiles de lanceis percussores* fuisse ait Fulcherius Carnot. lib. 2. c. 41. quod & firmant Græci Scriptores ævi inferioris, Anna Comnena, Nicetas, & Cinnamus, locis indicatis ad Joinvillam p. 167. Ita porrò Francorum hastas describit Albertus Aq. lib. 4. c. 6. *Hastæ fraxineæ in manibus eorum ferro acutissimo præfixæ sunt, quasi grandes perticæ.* Et Will. Brit. l. 11. Philippid.

Mox hastas hastata manus configit in illum,
Quorum cuspis erat longa, & subulæ instar acuta,
Et nonnulla velut verubus dentata recurvis,
Cuspidis in medio uncos emittit acutos.

Vide *Lancea.*

Hasta, Pars corporis, qua viri sumus, quomodo βέλος, Græci dicunt. Michaël Scotus Physionomia c. 22. *In viso nasus longus & grossus, significat præputium magnum, & è converso: & super hoc dixit quidam & benè: Ad formam nasi dinoscitur hasta baiardi.* Cap. 100. *Statura hominis multum nuntiat de illo: nam si hasta fuerit longa & bene recta, ac plus macra quàm pinguis, significat hominem audacem, crudelem, &c. —— cujus hasta est longa & crassa — significat hominem fortem, &c.* Ita hastam usurpavit Ausonius in Centone:

Intorquet summis annixus viribus hastam.

Græcos hac notione δόρυ usurpasse, observavit Janus Rutgersius lib. 2. Var. Lect. cap. 2.

Hasta, Modus agri. Charta Hugonis Archiep. Senonensis an. 1154. in Tabul. Ferrariensi: *Et 5. den. de censu, quos Isambardus tenebat de Alberico de una hasta terræ arabilis, &c.* Tabular. Albæripæ: *In duabus hastis pratorum.* Tabular. S. Albini Andegav. *Concessit etiam de silva, quæ juxta est, quantum opus erit ad claudendum ipsa prata, spatio 3. hastarum in latitudine*, &c. Liber Chirographorum Absiæ fol. 15. *Ut omnes hajæ & defensabiles habeant in universis terris Monachorum circa omnes aquas & rivos unam hastam hinc & inde.* Vide *Asta*, *Lancea.*

Hasta Regia. Vide *Baculus.* Charta Henrici III. Regis Angl. apud Prynneum tom. 2. Libertat. Angl. p. 1046. *Crucem portatilem argenteam — cum hasta sive baculo, &c.*

Hasta, Vestis Monachica. Vide *Superpellicium.*

HASTARIUM *argentum*, apud S. Augustinum. Ep. 124. opponitur *argento proprio*: ubi Filesacus lib. 1. Selector. *hastarii* nomine intelligi existimat, pecuniam ex rebus propter debita fiscalia divenditis, ipsi fisco acquisitam. Quippe hastâ in foro positâ venditiones à fisco celebrabantur. Vide Cod. Th. De fide & jure hastæ, lib. 10. tit. 17.

HASTATOR, Officium in coquina regia, in Ordinat. Hospitii S. Ludovici Reg. an. 1261. vulgò *Hasteur*, qui veru ad focum versat: est enim nostris *haste*, veru, quòd *hastæ* speciem referat, apud Froissartem 1. vol. cap. 181. *Hastier*, in Gloss. Gall. *Le Roman de Parise la Duchesse MS.*

Si un porte un paon rosti an un astier.

Le Roman de Garin MS.

Et Bue ot un grant hastier sessi,
Plein de bons hastes, qui sont bons & rostis.

Alibi:

Pardevant lui trova un Escuier,
Qui en sa main portoit un grant hastier,
Prent-le à deus mains, car il en ot mestier.

Ita etiamnum Arverni veru *aste* & *ate* vocant.

HASTEDUM, *Astedum.* Tabularium S. Petri Cellensis Diœcesis Trecensis, an. 1089. *Præterea totum hastedum, quem possidebat apud Fontanetum villam, quantum scilicet possent colere, quicumque in ejusdem villæ potestate essent mansuri, B. Petro concessit: ipsiusque astedi justitiam ac terragium tam in terra quam in pastura seu pratis concessit.* Apud Duchesnium in Histor. Castrovillana pagin. 10.

HASTILE, *Pars candelabri à stipite directè procedens*, Jo. de Janua. Vide Exod. c. 25. & 1. Reg. cap. 17. 2. Reg. cap. 21.

Hastilis, eadem notione. Testamentum Sancii II. Reg. Portugalliæ, eræ 1286. apud Brandaonum in Monarch. Lusitana tom. 4. p. 379. *Item mando Isidoro Petri homini meo præstimonium, quod ipse consuevit de me tenere in Cortigia, & sex hastiles hæreditatis in Valado, &c.*

HASTILUDIUM, quod vulgò *Torneamentum* vocant. Joan. de Janua: *Hastiludium, quidam ludus militum, cum hastis: scil. quando equites currunt & frangunt hastas.* Synodus Herbipolensis an. 1287. c. 4. *Hastiludia & torneamenta, &c.* Matth. Paris an. 1256. *Circa Pentecosten apud Blie commissum est hastiludium prosperè & generaliter secundùm legem & disciplinam Militarem, &c.* Chronicon Aulæ Regiæ: *Per torneamenta & hastiludia vestra diffundetur gloria.* Occurrit passim. Vide Dissert. 5. 6. & 7. ad Joinvillam.

Hastiludiare, Hastis confligere in hastiludiis & torneamentis. Ægidius de Roya an. 1386. *Ubi facta sunt solennia magna, & hastiludia, ubi Rex Franciæ hastiludiavit.*

Hastiludere, eadem notione, apud Albertum Argentinensem pag. 144.

Hastilusus, apud Ericum Upsaliensem lib. 3. Hist. Suecicæ pag. 95.

HASTINA. Gloss. *Hasta*, δορύ. *Hastina*, δορύ, ἀκόντιον. Leg. fortè *hastula*, vel *hastile*.

HASTINGI, Normanni, Dani, ab Hastingo eorum duce primario, de quo Scriptores passim; & quem natione Gallum, ac in pago Tricassino ex infimo rusticorum genere ortum asserit Glaber Rodulfus lib. 1. cap. 5. Charta Guidonis Episcopi Belvacensis an. 1075. apud Loisellum: *Sed postmodum barbarorum incursione, & impiorum, id est, Hastingorum pervasione cuncta perdiderat.* Iidem *Heastingenses* dicuntur Simeoni Dunelmensi an. 1049.

HASTULA, Modus agri, pertica. Gregorius M. lib. 8. Epist. 61. *Hastulas vinearum numero quatuor.* Vide *Lancea sartatoria.*

HAVA-

HAVADIUM, *Havagium*. Charta Gaufredi Comitis Meduanæ in Biblioth. Clun. p. 543. *Havadium quoque, & omnes alias consuetudines, quas in burgo S. Dionysii accipiebam, omnes dimitto.* Idem esse videtur quod

Havagium, in Charta Willelmi Comitis Pontivi, in Hist. Perticensi p. 117. *Sint quieti & liberi de teloneo, — — hulagio, havagio, bosselagio, &c.* Ubi perperam editum *hanagio*. Regestum Philippi Augusti Herouvallianum f. 142. *Præpositura Vernonis — avenæ 6. mod havagium 30. libr. halæ 60. libr. &c.* Regestum censuum & feodorum Comitatus Carnotensis f. 16. *Le havage de chascun sestier de blé vendu en la ville de Chartres hors franchise, se cil qui le vent, l'a acheté, il doit un havagiau: se il a cru en sa terre, ou en son gaaignage, il doit dou sestier demy havagiau, & de tout grain autressi, fors que d'avoine, & l'avoine paie au double.*

HAUBERGETTA, *Haubergettum*, Panni genus apud Anglos, *Haberjects*, apud Steph. Skinnerum in Etymol. Angl. Charta Libertatum Angliæ c. 26. *Una sit latitudo pannorum, tinctorum, russetorum, & haubergetorum, scilicet duæ ulnæ inter listas.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 831. *Vestimenta autem dabunt mihi de grisengi, vel halberget, & pellibus agninis.*

HAVE, pro *Ave*, Salutationis formula, crebra in Constitutionibus Imperatorum, de qua videndus Brissonius in Formul. lib. 3. p. 351. Vide *Habe*.

HAVER, idem quod *Averium*, de qua voce suprà, in Foris Oscæ an. 1247. f. 4. Vide in *Pugnale*.

HAULA, Navium statio, portus, hodie *Havre*, olim *Hable*, vel *Havle*, ex quo *habulum*, de quo suprà. Occurrit non semel in Charta Radulfi Paganelli, in Monastico Anglic. tom. 1. p. 564. *Duas partes decimarum de haulis de Asceleria — quidquid ad eam pertinet in omnibus rebus & decimis haulæ, &c.* Regestum Philippi Augusti Herouvallianum fol. 29. *Tenet de Domino Rege S. Walericum & advocatiam terræ S. Walerici & le havle pro 10. libris de reditu.* Will. Guiart in Hist. Francor. MS. an. 1304.

> *Et grans nez profondes & larges,*
> *Chascune fermée à chable,*
> *Plus de cinq cens dedans le hable.*

Alibi:

> *Mariniers esloignent de hable.*

Reperitur etiam in Statuto anni 27. Henrici VI. c. 3. & in Consuet. urbis Bononiæ art. 22. 23. 24. Portus verò sic nuncupati, quòd in iis religentur naves: Arabes enim *habala* vincire & nectere dicunt. *Habl* iisdem est funis, unde fortè nostrum *Chables*, pro spissioribus funibus, quibus naves ad portus religantur. Sunt, qui putant vocem *Havre*, ab *aber* Britannica ortam, quæ ostium fluminis sonat, apud Giraldum Cambrensem lib. 2. Itiner. c. 2. *Versus Abertevi, id est, casum Tevi fluminis in mare.* *Havene d'Acre*, pro *Havre*, habetur in Itinerario MS. Comitis Pontivi.

HAVO. Odo de Diogilo lib. 4. de Ludovici VII. profect. in Orient. p. 42. *Veniunt de exercitu, qui cambiunt necessaria, junguntur & illis, qui ambiunt non sua. Igitur una die Flandrensis quidam dignus flagris & flamma, cernens immensas divitias, & immoderata cupiditate cœcatus, clamat, Havo, Havo, rapiens, quod cupivit, &c.* Flandris, *have*, sunt divitiæ, opes, pecuniæ, &c. ex Lat. *habere*. Sic clamabat ille: *Quot bona, quot bona?* ut alios ad prædam invitaret.

HAURITORIUM, *Locus, de quo hauritur, vel ubi hauritur, vel instrumentum hauriendi.* Ugutio Gloss. Isid. *Haustrum, rota, hauritorium, qui & girgillus.* Tabul. Episcop. Ambian. ann. 1236. *Super quodam planqueto seu hauritorio facto subtus vicum, &c.*

HEADBOROW, Capitalis plegius, primarius: ex Saxonico heaꝼoꝺ, caput, & boꞃᵹh, vas, fidejussor: in decuria enim seu decemvirali collegio decimus ipse novenis præfuit: qui quòd minùs essent capitales, *Handborowes*, quasi plegii manuenses, seu *manuales*, hoc est, *inferiores* appellantur. Vide *Friborgus*.

HEASTINGENSES. Vide *Hastingi*.

HEALGEMOT. Vide *Halimot*.

HEBDOMADA, Septem dies totius septimanæ; vox nota.

Hebdomada. Anastasius Bibl. in S. Simplicio PP. *Hic constituit ad S. Petrum Apostolum, & ad S. Paulum Apostolum, & ad S. Laurentium Martyrem, hebdomadam, ut Presbyteri manerent ibi propter pœnitentes & baptismum.* Ubi per *hebdomadam*, intelligit *hebdomadarios* Presbyteros, qui ob ingruentem populum vicissim succedere solebant, qui pœnitentes ad reconciliationem, & paganos ad baptismum præstolarentur. Ita Baron. an. 483. n. 5. Vide *Hebdomadarius*.

Hebdomada in albis, quæ hebdomadam Paschalem & Dominicam in Albis subsequitur. Incipit autem illa à Sabbato in Albis, & terminatur in alio Sabbato, & sic durat per octo dies. Ita Beletus c. 130. & Durandus lib. 6. c. 81. n. 16. c. 89. n. 1. Vide *Dominica in albis*.

Hebdomada authentica, quæ *Major*, de qua mox, in Suggestione Dioscori Diaconi, quæ extat inter Epistolas Hormisdæ PP. & in Charta ann. 1075. apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 461. v. *Propinquante sanctissimo Paschæ festo, secunda videlicet hebdomadis authenticæ feria, &c.*

Hebdomada expectationis, Tertia septimana post Pascha, quæ scilicet est post Ascensionem, quoniam repræsentat illud tempus, quo Apostoli expectaverunt adventum Spiritus sancti, quibus Dominus dixit: *Manete in hac civitate, & expectate usque dum induamini virtute ex alto.* Ita iidem Beletus c. 130. & Durandus.

Hebdomada indulgentiæ, dicitur Hebdomada major, seu sancta, *quia in ea pœnitentes absolvuntur*, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap 72.

Hebdomada major, Quæ diem Resurrectionis Christi præcedit, ἑβδόμας μεγάλη, Græcis. Ideò autem *Major dicitur*, inquit Honorius Augustod. lib. 3. c. 72. *quia ob maxima officia insignis habetur.* Eadem habent Micrologus c. 50. & 52. & Beletus cap. 88. Monachus Sangall. lib. 2. c. 11. *Venerunt illuc in majoris Quadragesimæ hebdomada majore*, &c. Vide Chrysostomum Homil. in Magnam hebdom.

Hebdomada mediana, Quadragesimæ hebdomada quarta. Pelagius PP. in Epist. apud Holstenium in Collectione Romana p. 241. *Veniente mediana septimana Paschæ, unumquemque per officia, quæ prædiximus, promovere non differas.* Gelasius I. PP. Epist. 9. c. 11. *Ordinationes etiam Presbyterorum & Diaconorum, nisi certis temporibus & diebus exercere non debent, id est, quarti mensis jejunio, septimi & decimi; sed & etiam quadragesimalis initii, ac mediana Quadragesimæ die sabbati jejunio circa vesperam noverint celebrandas.* Eadem habet Nicolaus I. apud Sammarthanos in Episcopis Sistaricensibus n. 18. ut & Liber Diurnus cap. 3. tit. 9. Gesta Innocentii III. PP. p. 102. *Idem igitur Dominus Innocentius præfatum Constantinopolitanum Electum sabbato quatuor temporum Quadragesimæ in Diaconum ordinavit, & in sabbato hebdomadæ medianæ in Sacerdotem promovit, ac sequenti Dominica Romæ apud S. Petrum in Episcopum consecravit, &c.* Sugerius in Ludovico VI. *Sequente die, sabbato scilicet Medianæ, me indignum ordinavit Presbyterum.* Vide Durandum lib. 6. Rational. cap. 59. n. 2.

Hebdomada muta, seu *sancta*, *quando campanæ adstringuntur*, ut est in Legibus Ostrogotthicis de Jure Ecclesiast. c. 22. Vide Joannem Loccenium lib. 1. Antiquit. Suecic. cap. 5.

Media jejuniorum Paschalium septimana, apud Mar-

cellinum Comitem, in Chron. ubi de Inventione capitis S. Joannis Bapt. quæ in Tractatu Græco à nobis edito μέση τῶν νηστειῶν ἑβδομὰς dicitur, & apud Cedrenum in Leone Copronymi F. μέση ἑβδομὰς in Concilio Calchedonensi act. 11. μεσονήστιμος Joanni Chrysostomo, Theodoro Studitæ, Theophylacto, Germano Patriarchæ CP. & aliis, est quarta Quadragesimæ hebdomada juxta Græcos, tertia verò secundùm Latinos, ut pluribus docet Allatius de Dominicis & Hebdomadibus Græcorum.

Hebdomada Paschalis, quæ Festum Paschatis subsequitur, & protenditur usque ad sabbatum *in albis* exclusivè, & sic Pascha sex dies tantùm habet pro octavis. Ita Durandus lib. 6. c. 81. n. 16. Hanc Græci διακαινίσιμον vocant, quòd ex sanctissimo Christi triumpho omnia renoventur, instaurentur, & in meliorem statum reducantur. Vide Allatium de Dominic. & Hebdom. Græcor. c. 23.

Hebdomada Passionis, quæ Dominicam Palmarum præcedit. Vide notas ad Villharduinum n. 129.

Hebdomada Pentecostes, quam Græci τοῦ ἁγίου πνεύματος ἑβδομάδα vocabant, ut est apud Morinum. Vide V. C. Jo. Bapt. Cotelerium ad Constitut. Apost. pag. 253.

Hebdomada Pœnalis dicitur illa, qua Christus Crucem subiit, & quòd jejuniis & laboribus transfigatur ad memoriam Passionis Christi. *Laboriosam hebdomadam* vocant Latini Patres, nos etiamnum *la Semaine peneuse*: Nicetas, τοῦ Χριστοῦ παθημάτων ἡμέρας. Hugo Francigena de excidio Salvaniensis Monasterii num. 6. *Altera autem die est secunda pœnalis hebdomadæ.* Charta an. 1247. in Hist. Monmorenciaca pag. 410. *Doub. solid. — annui reditus de eleemosyna in ebdomada pœnali annis singulis persolvendis.* *Hebdomada pœnosa*, in Chronico Archiep. Upsalientium pag. 216. *Septimana pœnosa*, in Tabular. Monasterii Hederæ, anno 1197. fol. 24. Vide Josuam Arndium in Lexico Antiquitatum Ecclesiasticarum p. 409.

HEBDOMADARIUS, Frater, vel Monachus, qui suas vices in ministeriis monasticis per hebdomadam exequitur. Ugutio: *Hebdomadarius, qui per hebdomadam curam gerit pro sociis super cibariis.* S Hieronymus Epist. 22. cap. 15. de Cœnobitis: *Et unaquæque decuria cum suo parente pergit ad mensam, quibus per singulas hebdomadas vicissim ministrant.* Cassianus lib. 4. de Instit. Cœnob. c. 19. *Singulis hebdomadibus vicissim fratres ad hæc officia sibi reddenda succedunt.* Et c. 22. *Hebdomadarum mutua vicissitudo.* Concilium Aquisgran. c. 123. *Vicissim in refectorio & cæteris communibus necessitatibus sibi fraternitatis officio fungantur.* Regula SS. Patrum cap. 12. *Debet is, qui præest Pater disponere hebdomadarios, & ordinem officii, quò sibi invicem succedant ad ministrandum.* Vide Concil. Tarraconense sub Horsmida PP. c. 7. Concil. CPol. sub Menna act. 5. τότε διάκονος τυγχάνων, μεθεδίδων εἰς τὸ ἅγιον φωτιστήριον τῆς εὐκτηρίου οἴκου τῆς ἁγίας Μαρίας, ἑβδομάριος ὤν. *Septimanas facere*, hebdomadarii munus implere, in Regula S. Fructuosi c. 13. Novatus Catholicus Homilia ad Fratres: *Cruciari, jejunare biduo, triduo, aut quatriduo, septimanas facere, frequenter inde superbiunt fratres.* *Hebdomadas tenere, custodire.* Relatio Fr. Joannis de Monte Corvino, Ord. Fratr. Minorum apud Waddingum an. 1035. n. 10. *Pueri jam sciunt officium nostrum, & tenent chorum, & hebdomadas, sicut in Conventibus fit.* Charta an. 908. apud Ughellum in Episcopis Bergomens. *Ea verò ratione, ut singulis diebus refectio fiat Presbytero & Diacono & Ostiario, qui hebdomadam in ipsa custodierint Ecclesia.* Vita S. Adalberti Episcopi Pragensis apud Surium: *Coquinas purgat, hebdomadas intentissimè procurat, scutellas lavat, &c.* *Hebdomadale servitium*, in Charta Araldi Episcopi Carnotensis pro Monast. Cluniac. tom. 6. Spicilegii Acheriani p. 451. Observat Molanus lib. 2. de Canon. c. 15. Thesaurarium in Ecclesia S. Petri Lovaniensi, eundem & hebdomadarium à trecentis annis & ampliùs fuisse, cui incumbit quotidie summum sacrum canere, seu omnium horarum officium inchoare, licet nomen ipsum indicet hoc opus per hebdomadas soluisse dividi. Quot igitur erant officia in Monasteriis, totidem erant Hebdomadarii. Verbi gratiâ

Hebdomadarius Sacerdos, apud Udalricum lib. 2. cap. 80. Lanfrancum in Decret. pro Ord. S. Bened. cap. 11. Leon. Ost. lib. 3. cap. 21. & Gauf. Vosiensem cap. 59. Idem qui

Hebdomadarius sacri altaris, in Vita Joannis Gorziæ Abbatis p. 745.

Hebdomadarius majoris Missæ, apud Lanfrancum c. 13. & in Statut. Ord. de *Sempringham* p. 735.

Hebdomadarius Lector ad mensas, in Regula Magistri c. 24. in Statutis Ord. *de Sempringham* p. 735.

Hebdomadarius Cantor, apud Udalricum lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 29.

Hebdomadarius Invitatorii, cui Invitatorium præcinendi onus incumbit, apud Udalricum in Consuet. Cluniac. lib. 2. cap. 29. & in Statut. Ord. *de Sempringham*.

Hebdomadarius Psalterii, ibid. pag. 764.

Hebdomadarius Chori. Beletus c. 24. *Hebdomadarius, ita eum appellamus, cujus est tota hebdomada in Choro administrare officium.*

Hebdomadarius defunctorum, in Statutis Ordinis *de Sempringham* p. 730. qui curat officia defunctorum.

Hebdomadarius coquinæ, apud Reginonem anno 741. Cæsarium lib. 1. c. 35. lib. 11. c. 11. Vita S Adalberti Episcopi Prag. c. 13. apud Sur. 23. April. *Coquinas purgat, hebdomadas nitidissimè procurat, scutellas lavat, & ad cocorum necessaria cuncta cursu pervolat.* Vita S. Thomæ Abb. Farfensis c. 9. *Hebdomadas suas in coquinæ officio, sicut & alii fratres, in ipso faciebant Monasterio.* Adde Regulam S. Benedicti c. 35. Regulam S. Isidori c. 19. Udalricum lib. 2. Consuet. Cluniac. c. 35. Reginonem an. 746. Lanfrancum in Statut. Benedict. c. 1. Regulam Magistri c. 18. 21. &c. De ejusmodi *Hebdomadariis*, vide præterea S. Hieronymum in Præfat. ad Regulam S. Pachomii c. 2. ipsam Regulam c. 24. Regulam S. Fructuosi c. 9. &c. His omnibus qui præerat

Archihebdomadarius, Ἀρχιεβδομάριος dicitur in Concilio CP. sub Menna Act. 5. qui hebdomadariis præest, ut singuli sua officia ritè exequantur. Archihebdomadarii mentio etiam occurrit apud Anonymum περὶ ἐπιτιμίων, inter Opera Basilii editum.

Ceterum ut super hebdomadarios, priusquam septimanas suas inciperent, ita & cùm eas absolverant, orationes fundebantur. Utraque habetur inter Opera Alcuini p. 1194.

Hebdomadarii præterea dicebantur, qui per vices septimanatim ad cubiculum Imperatoris excubabant. Vide Codinum de Orig. CP. p. 20. & Meursium in ἑβδομάριον.

HEBIDUS, pro *hebes*. Vita S. Guthlaci cap. 21. *O mi Becceline, & quid hebido sub pectore antiquum hostem occultat?*

HECATONPENTA. Anastasius Bibl. in S. Hilario PP. *Ubi sunt columnæ miræ altitudinis, quæ dicuntur Hecatonpenta*: altæ scilicet 105. pedibus.

HEDA, *Hitha*, Portus. Domesdei, in Descriptione terrarum Regis, Tarenfordiæ, in Comitatu Cantii: *Ibi sunt duo hede, id est, portus.* Et titt. Chent. Episcopus Bajocens. *Meletune. heda de 20. sol.* Ubi Spelmannus *hedam* intelligendam censet de portu minori & minùs celebri, & ex Saxon. hæð, *fovea*, deducit. Ex hoc, inquit, *Lambhit, Quene-hit, Oxburgh-hit.*

HEDE-

HEDERAM *in Pascha, in Choro administrare*. Vide Hemeræum in Augusta Viromand. in Regesto pag. 42. in Charta an. 1130.

HEDINUS, apud Hispanos, dicitur *Justitiarius Judæorum, qui exercet compulsiones, & mandat sententias executioni, & cognoscit de minoribus causis*, &c. Ita Vitalis Episcopus Oscensis, apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. p. 784.

HEDRA, Sedes, lectica, ex Gr. ἕδρα. Bonitus Subdiaconus in Actis S. Theodori Ducis Martyr. n. 12. *Dispositis equitibus, ipse hedram auream consldens, Heracliam veniebat.*

HEDROTII. Vide *Heydeoti*.

HEGELWITE. Charta Henrici I. Regis Angl. pro Abbatia S. Catharinæ Rotomag. in Regesto Cameræ Comput. Paris. signato P. *Quietas, liberas — & de lervvite, & de hegelvvite, & de fleanteinesvvite*, &c. Anglo-Saxonibus heȝe & heȝȝe, est sepes, *septum*, ƿiȝe, mulcta.

HEGIN. Vide *Haga*.

HEGIRA, Muhametanorum æra, quæ à Muhamedis pseudoprophetæ fuga initium habet. Nam cum is ob erroris novitatem de vita periclitaretur, ex Mecha Medinam fugam arripuit. Quia verò Muhammedes, ait Scaliger lib. 2. de Emendat. temp. pag. 136 simia Christianorum est in multis, is principium æræ suæ eadem appellatione donavit, qua Christiani suam à Diocletiano. Ut enim æra Diocletiani dicta est *æra Martyris*, ita etiam Muhammedis dicta est *Hegira*, à voce Arabica *Hegrathi*, seu *Hegeraton*, ut habet Joan. Hesronita post Geographiam Nubiens. cap. 8. hoc est, διωγμὸς ὑπὲρ τῆς θρησκείας. Cujus quidem auspicatissimæ fugæ tempus incipit in 16. Julii A. Chr. 622. feria 5. *secundùm medium calculum, seu 6. secundùm phasin lunæ*, uti habet Ulug-Beig lib. de Epoch. cap. 1. Muhammetani menses hujus epochæ à phasi novilunii ad phasim sequentis novilunii numerant: atque hoc intervallum nunquam 30. dies excedit, neque minus est 29. ita ut 4. menses alternatim consequentes 30. dierum sint, & tres 29. sine ullo utrimque excessu è 12. mensibus annum constituunt. Anni itaque & menses secundùm eorum usum sunt lunares veri. Sed de hujus epochæ ratione plura habent idem Ulug-Beigus, Scaliger lib. 7. p. 763. Leunclavius in Pand. Turc. n. 11. Petavius de Doctr. temp. & alii Chronographi. Vide *Annus*.

HEGUMENI, Ἡγούμενοι. Ita Græci *Abbates* passim vocant, qui *Primates Monasterii* Juliano Antecessori cap. 19. *Principes Monasterii*, in Regula S. Pachomii §. 7. 22. dicuntur. Thiofridus Abbas Epternacensis in Proœmio libri, cui titulus: *Flores Epitaphii: Olivæ uberi, pulcræ, speciosæ, fructiferæ in domo Domini, sanctæ Treverica sedis Archipræsuli Brunoni, Oleaster aridus Efternacensis Cœnobii Hegumenus Thiofridus.* Ita idem Julianus Antecessor cap. 264. Anastasius in Leone III. p. 124. &c.

Egumenus, absque aspiratione. Ugutio: *Egumenus, i. Dominus.* Liberatus Diaconus c. 18. *Egumenus Monasterii Diolchon.* Sic usurpant Leo III. PP. Ep. st. 10. Paulus Diac. in Miscella, &c.

Eugumenus, perperam apud Guillelm. Biblioth. in Hadriano II. pag. 228. & eundem Diacon. pag. 762. Edit. Canisii.

Egumenarchium, id fortè quòd ἡγουμενεῖον vocat Alexii Comneni Novella: Monasterium, vel potiùs domicilium Hegumeni, ut *Patriarchium*, Patriarchæ. Anastasius in Hadriano I. p. 119. *Basilica verò Monasterii S. Anastasii Christi Martyris unà cum baptisterio & egumenarchio, &c.* Alii Codd. habent *igumenarchio*.

HEIA, *Heiare*. Vide *Haga*, *Hercia*.

HEYDEOTI, Factio quædam in urbe Leodiensi, de qua Magnum Chronicum Belgicum an. 1403. *Cœperunt certi cives Leodienses, qui seipsos nominabant Heideotos, (quod interpretantur multi de Gallico in Latinum, Osores justitiæ) rebellare D. Joanni de Bavaria, Electo Leodiensi.* Vim vocis Gallicæ non omnino percipio. *Hair*, & *Heir*, est odisse: verùm *Heideotos* potiùs nominasse se, quasi *idiotas*, censerem, nisi non *heideotos*; sed *hadrotios* appellatos scriberet Suffridus Petri in eodem Joanne Episc. c. 4. qui vocis hujus posterioris vim pariter attigit: *Erat illic genus hominum factiosorum, qui ob effrenem linguæ petulantiam, qua sine pudore legitimis suis magistratibus ad captandam auram popularem obtrudebant, Hedrotes, sive Hedrotii vocabantur.*

HEILOTA. Vide *Haga*.

HEIMERE. Chronicon Montis-Sereni ann. 1218. *Fames magna facta est, qua priori anno inchoata tantùm invaluit, ut modius siliginis, qui vulgò Heimere dicitur, 3. marcis, & nonnunquam cariùs venderetur.*

HEIMSUCHUNG. Jura Ecclesiæ Bambergensis pro advocatia, in Metropoli Salisburgensi to. 3. p. 50. *Quandoque verò non solummodo causæ ad ejus* (Advocati) *examen spectant, id est, vehtat, nortnunft, nahprant, heimsuchung, & furta: horum reus vadiabit Advocato 60. nummos pro pelle & capillis suis.* Vox ejusdem originis, fortean etiam notionis, ac ea, quæ sequitur.

HEIMZUHT, Expeditio hostilis, Germanis *Heimzuch*, ut vult Lindenbrogius. Lex Bajvvar. tit. 3. cap. 8. *Si quis liberum hostili manu cinxerit, quod Heimzuht dicunt, id est, cum 42. clypeis, — si autem minùs fuerint scuta; veruntamen ita per vim injuste cinxerit, quòd Heimzuht vocant, componat, &c.* Theutonibus *Heymen*, est sepire, obvallare: *heyminghe*, sepimentum, à quo potiùs ducendum videtur vocis etymon.

HEINFARE, *Heinfara*, & *Hainfar*, Discessio, fuga, lapsus servi, ex Angl. *hein*, famulus, servus, & *far*, iter, transitus. Dicitur & mulcta, quæ hoc nomine penditur, & ipsa jurisdictio animadvertendi in servos fugâ lapsos. Domesdei: *Heinfaram qui fecerit, 100. sol. emendet.* Alibi: *Si quis occiderit hominem Regis, & facit heinfaram, dat Regi 30. sol. de solutione hominis, & de forisfacto 100. sol.* Rursum alio loco: *Istæ consuetudines pertinent ad Tantone, Burghetisch, latrones, pacis infractio, heinfare, &c.* Ex Spelmanno.

HEYRONES, Ardeæ, erodii, *Herons* nostris, accipitrum nobilium species primaria. Charta Anglica de Forestis, apud Matth. Paris, & in libro inscripto *Pupilla oculi: Ærias accipitrum, falconum, aquilarum, & heironum.*

HELCINIENTES. Charta Theodorici Comitis Flandr. an. 1151. in Tabulario Monasterii S. Bertini: *Non solùm quidem terrarum; sed & omnium rerum, quarum decima in sancta Ecclesia persolvitur ab helcinientibus* (sic) *& submanentibus ex integro decima S. Bertino persolvatur.*

HELFENG. Vide *Healsfeng*.

HELIOGABALUS, ita Sol dictus apud Gabalitanos. Vocem Arabicam esse contendit Scaliger, *Alagabal*, uti præferunt aliquot nummi, i.e. *Deus Gabalitarum*. Sed de Heliogabalo, & Antonino Imperatore ita nuncupato, multa congessere idem Scaliger in Notis ad Eusebium p. 231. ult. Edit lib. 1. Epist. p. 209. Casaubonus & Salmasius ad Lampridium, Fullerus lib. 1. Miscell. c. 14. & alii.

HELMUS, Cassis, galeæ conus, *Heaume* Gallis, *Helmo* Italis, *Helm* Cambro-Britannis. Glossarium Theotiscum: *Cassis, helm, heldenbuch.* Lindenbrogius à Germanico deducit, Spelmannus à Saxonico, Gloss. Ælfrici: *Galea*, lepeƿhelm. Occurrit in Legibus Ripuariorum tit. 36. §. 11. in Chronico Besuensi pag. 578. in Testamento S. Everardi Ducis Forojul,

rojul. &c. *Haume* in Legibus Norman. Guil. Nothi cap. 22. 23. 24. quam vocem non percepit Seldenus. *Heaume à broces*, apud Bellomanerium cap. 62. *Heaume à visiere*, in Assisis Hierosol. c. 95. *Helmus Silvanectensis*, in Poëm. *de Garin:*

Puis lace l'iaume, qui fut fait à Senlis.

Helmus gemmatus, ibidem.

L'auberc vestu, lacié l'iaume gemé.

Poëta vernaculus MS.

Parmi son elme agu qui fu à or portrais,
Feri Clarjus l'Indois qui d'amour faisoit gais
Pour la tres-grant beauté la belle Fezenais,
Trestut en abati béricles & balais.

Herme etiam pro *Helme* dicebant. Idem Poëta:

Mil Chevaliers à haubercs & à hermes.

Alibi:

L'en le desarme de l'hauberc & de l'herme.

Elmete, in Consuetud. Hannon. cap. 79. Vid. Gloss. ad Villhard. verbo *Hielme*.

Gelmus, ex Hispanico *Hyelmos*, in Testamento Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. in Hist. Pinnatensi lib. 2. cap. 38.

HELP, Piscis majoris species. Charta Guidonis Comitis Pontivensis in Tabul. Abb. S. Judoci: *Ita quòd si quis piscator ceperit infra terminos maris circumadjacentis sturjonem & salmonem, & porcum marinum, & help, in jus cedit Ecclesiæ totaliter & integrè.* Vide *Craspiscis*.

HELSWINDE. Vide Hermannum Contractum pag. 562. Edit. Canisii.

HELVITICE. Liber 3. Miraculor. S. Dionysii c. 14. *Haud Helvitice habeo, quod loquar pro Dionysio, cùm qui jam Sanctorum sociatus in cælo pollet exercitibus, apologia nostra minimè indigeat.*

HEMERO, ἄτακτος, in Gloss. Lat. Græc. ubi Goldastus ad S. Valerianum emendat *Hamero*: hunc vide pag. 63.

HEMINA, in Regula S. Benedicti cap. 40. est certa vini mensura, quam Monachis sufficere per diem existimavit de cujus quantitate multa habent Regulæ Interpretes, quæ collegit Haëftenus lib. 10. Disquis. Monast. tract. 4. disq. 2. ac præsertim nuperus Scriptor in Dissertat. Gallica de vini hemina & libra panis in Regula S. Benedicti, edita an. 1667. Charta an. 858. pro Monasterio Deiparæ Suession. *Vini modii 6 0. & mellis modii 10. ad dandas omni tempore regulares eminas, vel in solennitatibus mixtas purasque potiores propinandas.* Alia Caroli C. ann. 872. in Hist. ejusdem Monasterii p. 435. *Ad cottidianum verò vel festivum potum à Præposito loci annuatim 250. modii eis dabuntur, quando plena fuerit vini abundantia: & hæc mensura per dies singulos, Sacerdotes eminam, id est, tres libras; Diacones duas; Subdiacones, vel minorum ordinum Clerici, uncias vini libras accipiant.* Apud Palladium de Architectura: *Cyathi novem heminam faciunt. Heminæ duæ sextarium complent. Sextarii sex congeum reddunt.* Scriptum de ponderibus & mensuris, laudatum à Mabillonio: *Libra una & semis heminam facit: duæ heminæ sextarium reddunt.* Vide Glossar. med. Græcit. in ἡμίνα, & quæ in hanc rem commentatur idem vir doctissimus Jo. Mabillonius in Præfat. ad to. 5. Vitar. SS. Ord. Bened. n. 158.

Emina, mensura frumentaria. Charta Rogerii Vicecomitis Biterrensis an. 1149. apud Catellum l. 4. Rerum Occitan. *Et si forte aliquis homo vel femina Biterris vendiderit suum bladum ad suam eminam vel sestarium, &c.* In Consuetudine Divionensi dicitur Emina constare 2. Bichetis: *En l'esmine de grains mesure d'illec a 2. bichots, &c.* Vide eundem Catellum in Hist. Comitum Tolos. p. 218.

Eminata terræ, Modus agri unius heminæ capax, ut modiata, unius modii, &c. *Eminée de terre*, Arvernis, *Eminada terræ*, in Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1248. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. f. 46. Charta an. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1299. Tabularii Regii n. 47. *Tres cartonatas, & unam eminatam terræ, cum quodam pradello, &c.* Alias vide in Tabulario S. Dionysii de Capella Diœcesis Bituric. Ch. 104. & in Tabulario Absiensis Monasterii apud Duchesnium in Hist. Castaneremsi p. 3.

Eminagium, Præstatio ex quacunque emina frumenti, aut alterius grani. Charta ann. 1278. Joannis de Vergeio Senescalli Burgund. *Item volo & concedo, quod si ego vel heredes mei in villa seu castro de Fontisuenna — aliquod forum seu nundinas — faceremus vel instituerernus, quòd dicti religiosi totum eminagium dictarum nundinarum — habeant & percipiant.* In Regesto feodorum Burgundiæ 2. part. fol. 97. fit mentio *Eminagii Divionensis*, in Charta anno 1246. Vide *Sisa*.

Imina, pro *Emina*, in Charta an. 1136. apud Josfredum in Niceensibus Episcopis p. 167.

HEMISSECLA, Dimidium *sicli*, Germanis *secel*, sive *sicel*, quod est quarta pars unciæ apud Græcos & Latinos. Hepidannus de Vita S. Wiboradæ lib. 1. c. 14. *Cùm nesciant de tot talentis hemissseclas vel obolos observare.*

HEMMETHE, Modius, mensuræ frumentariæ species, apud Holsatenses. Helmoldus lib. 1. Chronici Slavorum c. 92. *Et solverent de manso sex modios siliginis, & octo avenæ, illius, inquam, modii, qui vulgò dicitur Hemmethe.*

HENEDPENY. Monasticum Anglic. to. 2. p. 827. *Sint quieti — de chevagio, & henedpenny, & bucstall, & tristris, &c.* Fortè *gallinagium*, ex Saxon. hæn, vel henne, gallina, & penẏ, denarius. Vide *Gallinagium*.

HENGISTNOTUS. Charta Ludovici Regis an. 892. in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 130. *Cum — familiis utriusque sexus, mancipiis, parscha'cis, findmannis, hengistnotis, censibus, campis,* &c. Alia Henrici Imp. an. 1039. p. 147. habet *hengistwoteru*, alia denique anni 1057. p. 151. *hengistertis*.

HENGISTE. Charta Arnulfi Imp. an. 898. in Metropoli Salisburgensi to. 3. p. 62. *Cum curtilibus & ædificiis, — agris, pratis, pascuis, silvis, foresto ad hengiste, aquis, aquarumque decursibus, &c.* Kiliano, *engst*, est equus, caballus: igitur *forestum ad hengiste*, fuerit fortè usus silvæ ad pabulandos equos.

HENGHWITA. Vide *Hangvvita*.

HENCHEN, Carcer, custodia, ergastulum: ex Saxon. henȝhen, & henȝenne, quod idem sonat. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 65. *Si quis amicis destitutus, vel alienigena, ad tantum laborem veniat, ut amicum non habeat; in prima accusatione ponatur in henghen, & ibi sustineat, donec ad Dei judicium vadat.* In Legibus Politicis Saxonicis Canuti cap. 32. quæ eadem habent, *henghen*, per *carcannum, id est, carcerem*, redditur.

HENKINI, dicti per contumeliam Rheni accolæ, di *Henchen*, vel *Hencken*, carnifices, furciferi. In Vita Caroli IV. Imp. *Si pater noster arripuerit istas pecunias, disperget eas inter Rinenses henkinos, & sic decepti manebimus & illusi.*

HENOTICUM, ex Gr. ἑνωτικόν, Edictum de unitate Ecclesiæ, quomodo appellatum illud, quod Zeno Imper. sanxit. Victor Tunnensis: *Anastasius Imp. hæreticorum Synodum faciens henoticum Zenonis confirmat.* Habetur illud apud Evagrium. Vide *Unitivum*.

HENRICIANA *hæresis*, dicitur Simonia, ab Henrico IV. & V. Imperatoribus, qui Episcopatuum & Ecclesiarum investituras pretio accepto conferre solebant. Guillelmus Apuliensis lib. 3. de Gest. Norman.

Quia

—— Quia Rex Henricus ab illo
Damnatus fuerat, propter commiſſa nefandis
Accumulata modis: nec enim venundare ſanctas
Eccleſias veritus, perverſum dogma colebat
Simonis, & nullum donabat pontificali
Culmine, præter eos, qui maxima dona tuliſſent.

Vide Gaufridum Vindocinenſem lib. 3. Epiſt. 11. & Notas ad Alexiadem p. 236.

HEORDFEST, Manſionarius: ex Saxon. heorð, focus, domus, & fæſt, fixus. Unde Lambardus vocem hanc per *aſtro aſtrictus* reddit: eſt autem *aſtrum* idem quod domus, ut ſuo loco dictum eſt. Leges Canuti Regis c. 40. *Non ſit aliqua liberorum rectitudine dignus, ſit heordfeſte, ſit folgarius, ſit in hundredo & in plegio conſtitutus.*

HEORDPENI, Præſtatio pro quolibet foco: ex Saxon. heorð peninȝ, voce conflata ex heorð, *domus, focus*, & peninȝ, denarius: propriè autem is, qui vulgò *Romeſcot* dicitur, & Romano Pontifici pendebatur. Leges Edgari Regis c. 5. apud Bromptonum: *Omnis heordpeni reddat ad Feſtum S. Petri, & qui non perſolverit ad terminum illum, deferat eum Romæ*, &c. Vide *Denarius S. Petri.*

HEPTATICUS. *Eptaticus*, corruptè, pro Heptateucho, ſeu tomo ſacrorum Bibliorum primo, continente *Pentateuchum* Moyſis, & ſequentes 2. libros Joſuæ & Judicum. Ugutio: *Eptaticus, vetus eſt Teſtamentum, quinque libri Moyſi, ſex Joſuæ, ſeptem libri Judicum.* (Sic in MS.) Occurrit apud S. Hieronym. in Quæſt. in libr. 1. Paralipom. c.2. in Regula S. Benedicti cap.42. in Vita B. Joannis Abbatis Gorzienſis n.81. apud Aratorem lib. 1. Hiſt. Eccleſiaſt. c. 17. Gregorium M. lib. 12. Ep. 30. Alcuinum Ep. 27. in Statutis Guigonis Cartuſienſis Ord. c.4. in Antiq. Statutis ejuſdem Ord. 1. part. c.9. Ordericum Vitalem p.470. &c. Vide Juretum ad Epiſtolas Ivonis Carnotenſis. Ex his emendandum Poëma Alcuini præfixum Bibliothecæ, ſeu libris ſacris, editum lib. 2. Commentar. Bibl. Cæſareæ p.406.

Etpaticus enim librum decurrit in iſtum,
Quem Ruth conſequitur fœmina clara ſatis.

Ubi vir doctiſſimus ad marginem: *Locus mendoſus, de cujus emendatione nondum mihi liquet.* At facilis nunc emendatio ex præallatis: legendum enim *Eptaticus.*

HERA. Vide *Æra.*

HERACLEA, Statua *Herculis*. Sic Gloſſæ MSS. ad illud veteris Interpretis Alexandri Iatroſophiſtæ lib. 2. Paſſion. ubi de Ligaturis & Characteribus: *Aliud de lapide medicamentum: ſculpens in eo Heracleam rectam ſuffocantem leonem includes in annulo aureo, & dabis ad utendum in digito, & ſanus erit.* Vide lib. 10. p.592. Edit. Græc. Lat. Joan. Guinterii. Nam dum nudè in hoc Gloſſario Alexandrum Iatroſophiſtam laudamus, ejus veterem Interpretem intelligimus, pridem editum, & quem MS. cum Gloſſis legimus ex Bibliotheca Regia. Ejuſmodi fortè eſt gemma, quam ſervat Gazophylacium RR. PP. Canonicorum Regular. S. Genovefæ Pariſienſ. in qua ſculptus Hercules Leonem ſuffocans, cum hiſce characteribus ſat malè formatis, CKYAΘPON. Hanc propediem vir doctiſſimus C. *de Moulinet*, Ordinis Procurator Generalis cum aliis rarioribus ejuſdem Gazophylacii monumentis publicabit.

HERALDUS, vel *Haraldus*, Fecialis, vulgò *Herault*, de cujus officio, ſic Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari officio c.12. *De Haraldis. Ex quibus quidem Proſecutoribus* (de quibus ſuo loco) *creari debent, poſtquam autem exercuerunt per ſeptennium alii nuncii majores, qui Haraldi armorum nuncupantur. Quorum officium eſt minores nuncios creare, ut ſuperiùs dictum eſt, multitudinem populi faciliter numerare, tractatus inter Principes matrimoniales & pacis inchoare, diverſa regna & regiones viſitare, Militiam honorare, & ſingulis actibus Militaribus intereſſe deſiderare, clamores publicos & proclamationes in torneamentis & ſimilibus actibus Militaribus ordinare, fidelem negotiorum relationem inter hoſtes deferre, & neutri favere parti in actibus bellicis, aut in pugna, quæ inter duos aliquando nobiles geritur incluſos; ſed omnia per ſuperiorem parti vel partibus mandata, ſeu à parte parti fideliter & ſine palliatione nuntiare.*

Et iſti debent portare tun cam armorum dominorum ſuorum, & eisdem indui eo modo ſicut domini, ſi cùm in conflictibus fuerint vel torneamentis, aut aliis periculis bellicis, vel cùm per aliquas regiones equitaverint extraneas. Item in conviviis & maritagiis, ac Regum & Reginarum coronationibus, & Principum, Ducum, & aliorum magnorum dominorum ſolennitatibus, dominorum ſuorum tunicis uti poſſunt; & tenentur in regionibus & regnis, licèt extraneis ad honorem ſuorum & magnificentiam dominorum.

Qui quidem Heraldi aliquando creantur in actibus bellicis, ut aliquis Rex vel Princeps cognoſcens induſtriam Proſecutoris ſui, antequam cum hoſtibus congreſſum habeat, Proſecutorem ſuum in præſentia comitiorum novo nomine nominabit, induſtriam, fidelitatem, diligentiam, honeſtatem, & taciturnitatem prædicti ſui Proſecutoris commendando, eundem nobilitabit, ipſumque vel terris aut feodo ſufficienti dotabit, & arma congruentia eidem & ſuis hæredibus aſſignabit.

Creantur inſuper Haraldi aliquando in Regum vel Reginarum coronationibus ſeu torneamentis, eodem tamen modo, ut ſuprà. Et eſt ſciendum, quòd Haraldus, ut ſuprà dicitur, creatus jurare debet, ut ſequitur alio Heraldo veterano ſic dicente: Tu iurabis, quòd omnia capitula in juramento Proſecutoris contenta fideliter obſervabis, tractatus & negotia quæcunque tibi commiſſa ſecundùm nudam & planam veritatem exequeris. Non eris in damnum domino tuo ſpeciali in ſuis ſecretis, quæ tibi aut ſecreta ab eo committantur, vel de ſuis munitionibus, per quas tutus eſſe poteſt. Nec eris domino tuo in damno de ſuis poſſeſſionibus: Sic te Deus adjuvet, & ſancta crux Dei. Sed de Heraldorum ſacramentis & creatione, audiendus in primis Philippi Burgundiæ Ducis Heraldus, dictus *Toiſon d'or*, ex Tractatu MS. cui titulus ejuſmodi eſt: *Comment le Roy d'armes des François fuſt premierement creé, & puis nommé Monjoye, & la faſſon de ſon noble couronnement, les ſermens qu'il doit faire, ſes droits aſſy, & tout ce qu'il eſt tenu de faire. Quand le Roy eſt conclud & par ſon Conſeil deliberé de faire ſon principal Roy d'armes des Franchoys, nommé Monjoie, il diſt à ſon Conneſtable, qu'ilz le metent à ſon Conſeil ſe le Conneſtable y eſt comme chief des armes, ou aultrement à ſon premier Mariſſal, où ſeront pour celle cauſe ſeulement pluiſeurs Princes, Seigneurs, Barons, & gens d'Eſtat, qu'ilz nommeront ſur le ſerment qu'ilz ont au Roy, celluy qui mieulx & ſuoffiſant leur ſamblera. C'eſt aſſavoir tout premier noble, ſaige & vaillant Chevalier ou Eſcuier ſans repreuche de ſon corpz, & qu'il ait tant exercité les armes & les loingtains voiages, ſy anchien que bonnement ne puiſt les armes porter, ſachant lirre & eſcripre neceſſairement, & aultrement non, pour les charges & ambaſſades ſecrettes, que on luy porroit donner. Et de tous ceux qu'ilz ſeront nommés, en ſera esleu un, qui ſamblablement pour la tres-noble excellence de la Couronne fault qu'il ſoit Chevalier, ainſy qu'il s'enſuiſt.*

Et quant il eſt esleu, le Conneſtable ou premier Mariſſal le fera à luy venir, & s'il n'y eſt, luy ſera tantoſt eſcript: lors luy dira la nouvelle de ſon ellection. Savoir de luy ſe il porra ou vouldra exerciter & ſervir ainſſy qu'il appartient, loyalement, dilligamment, & honne-

stement à son pooir; & s'il accorde, on le sera verse devant le Roy, & son Conseil. Et lors le Roy luy dira, ou fera dire par son Connestable, ou premier Marissal, & generalement en recitant l'honneur, les vaillances, & aultres biens, qui sont en luy. Et pour ce le Roy l'a esleu en l'office de son premier Roy d'armes des Franchoys. Et lors le Chevalier ou Escuier tres-humblement l'en remerchie. Alors luy sera donné pour prefix & terme de aulcune sollemnelle feste, la plus prochaine qui viendra, se aultres grands affaires ne anticipoient celluy pour auquel il se trouvera.

Et quant celluy jour sera venu, ledit Esleu ce matin s'en ira en une chambre à ce ordonnée en l'ostel du Roy, & là seront les varlés de Chambre, qui le vestiront de tous les habis royaulx, comme la personne du Roy proppre, qu'ilz seront d'escarlatre & tous fourres de menu vair que le Roy luy donnera.

Et quant le Roy sera presque prest pour aller à la grand Messe, alors viendra le Connestable comme chief des armes & les Maressaulx aussy acompaignés de plusieurs Chevaliers & Escuiers, Capitaines de guerres, & aultres, le mieulx que on porra pour acompaignier l'Esleu à la grand Eglise ou Chapelle, la où le Roy vouldra oyr le saint Service celluy jour.

Alors se partiront premier deux à deux tous porsievans, puis les Heraulx, puis les Roys d'armes des marches, puis des aultres Princes subgetz. Et puis ceulx du Roy tous les desrains selon l'ordonnance de leurs anchiennes & noblesmarches, & des Heraux les premiers crées. Et se aulcun Roy d'armes ou Herault d'autre Roy ou Prince estrange y estoit, on le mettra au reng des Roys d'armes ou Herault du Roy, en leur disant, que c'est pour l'honneur de leur Seigneur.

Aprés ces Officiers d'armes se l'Esleu n'est Chevalier, il viendra ung Chevalier tout seul, qui portera une espée de Chevalier en son fourreau la croix contre mont, de laquelle il sera fait Chevalier s'il ne l'est; & s'il l'est, il n'en fault point.

Aprés ces Officiers d'armes & Chevaliers pour la dignité & excellence des armes du Roy viendra ung aultre Chevalier, qui sur une lance croisie en fachon d'un confanon portera la tournicle ou cotte d'armes du Roy, en laquelle sera fichie en la poitrine une couronne d'or, & chargie de fines pierres precieuses, ou sera seullement esmailliet le blason du Roy: & sera tenu de jamés en porter nul de quelque aultre Seigneur que ce soit.

Aprés ce Chevalier de la cotte d'armes viendra ung autre Chevalier, qui en ses mains portera la couronne telle, & à l'honneur du Roy, que son bon plaisir sera.

Aprés ce Chevalier à la Couronne viendra le Connestable s'il y est, qui tiendra l'Esleu à sa dextre main, & s'il n'y est, il sera menés entre deux Maressaulx premiers.

Aprés le Connestable ou Maressaulx & l'Esleu viendront les autres Seigneurs & Capitaines de guerre, Chevaliers & Escuiers, qui pour l'honneur sont la venus, comme dit est.

Aprés cette ordonnance ledit Esleu sera mené en l'Eglise ou Chapelle, où que le Roy vouldra le service de celluy jour oyr. Et là vis-à-vis du grand autel plus bas que l'oratore du Roy sera sur une chaiere mise le tapis d'ellu couverte moult hounourablement, en laquelle ledit Esleu sera assis; & à ses deux les, les deux ou troys Chevaliers, qui porteront la couronne, la cotte d'armes & l'espée, s'il n'est Chevalier, tant que le Roy soit la venu.

Et quant le Roy est arrivés, l'Esleu se levera de sa chaiere en laquelle le Roy s'assiet. Alors le Connestable ou le premier Marissal prend l'Esleu, & estant à genoulx dist au Roy, Mon tres-excellent Prince & Souverain Seigneur, vecy mesire tel, ou tel, s'il n'est Chevalier, vostre Esleu, qui est cy venu & se presente pour vous obeïr. Et l'Esleu dist aprés: Nostre Souverain Seigneur, il est ainsy. Aprés ce le Connestable ou Marissal se lieve sur piés, auquel il dist qu'il die ce qui luy a dit.

Alors luy dit, Mesire tel, ou tel, s'il n'est Chevalier, le Roy nostre Sire qui cy est, m'a commandé vous dire, que pour le preudhommie, honneur, vaillance, & aultres biens qu'ilz sont en vous, il vous a esleu pour son Roy d'armes, vous nommant son tres-noble & victorieux Roy d'armes & Messeigneurs de son Sang, qui dit est Monjoye. Auquel Seigneur presentement vous comme vray Chrestien jurés & prometés sur Dieu & les saintes Evangiles, escriptes cy-dedens en ce Messel, sur lequel à genoulx il tiendra à ses deux mains.

Et premierement que sur tout vous servirés le Roy de tout vostre pouvoir & savoir, & loyalment luy garderés en tous lieux son honneur & son bien là où vous serés, & de Messeigneurs ses enfants, s'il en a, & luy revellerés son contraire, se le savés, ou à ses officiers, à qui il appartiendra, le plustost que porrés, se aultrement par vous n'y est pourveu. Laquelle chose ja pour ce que dist est, ne chellerés ne retiendrés, comme le tres-hounneste & hounourable office le requiert. Car celluy, à qui ceste office appartient, est & doit par tous les Princes Chrestiens estre faite ceste ordounance en vostre office de Roy d'armes des Franchoys dit Monjoye, & de tous aultres Roys d'armes, des marches & Heraulx, & aussy poursuvans d'Empires & des Royalmes & Seignouries Chrestiens comme aux personnes publicques que vous seres, & les aultres sont, se faussement ilz ne se parjurent de ce qui s'enssuiet.

C'est assavoir, que vous ne dirés ne revellerés les choses secrettes, que vous porrés oyr ou presenter au Conseil du Roy ou aultre Seigneur, qui se fiera en vous, sans commandement ou ordonnance, ou de celluy ou ceulx, à qui il sera commis à le vous dire ou chargier, & ce par nulle voie directe qui soit dit ou seu.

Item, que vous ne revellerés en quelque fasson que ce soit emprinses secrettes d'armes d'amis ou ennemis, ne d'ennemis à amis Chrestiens, quant au regard de vostre office de personne publique, quant ilz se fieront en vous, se par eux n'en estes commis.

Item, que toutes charges d'ambassades, de rapports, & de commissions, qui vous seront par le Roy ou ses Conseilliers enchargies, dictes & commises loyalment & dilligamment à vostre leal povoir vous le dirés, les ferés & vous en acquitterés, soient d'amis ou ennemis, & d'ennemis à amis, se des ennemis vous ne prenés la charge totallement.

Item, que pour amour ne pour hayne, pour don ne pour promesse, ne en faveur de nulluy, ne blasmerés ne amendrirés l'honneur de nul, quel qu'il soit, pour le donner, estre porté ne acroistre à nul autre, ne aussy en fait d'armes blasmerés nulluy, s'il ne vous en est demandé par le Roy ou par ceulx, à qui il appartiendra ou ara commis, s'il ne l'a par trop deshonnestement, & trop evidamment destruy.

Item, que par vous ne sera fait raport ne à vostre povoir souffrirés, qu'il soit fait nul poursuvant, s'il n'est premier noble honneste, habille, sain & entier des choses evidentes de son corps, & sachant lirre & escripre necessairement, & aultrement non, & non pas par necessité.

Item, par la requeste de nul, quel qui soit, ne sera fait par vous rapport à quelque Seigneur ne aultre que son poursuvant soit fait Herault, s'il n'est noble, saige, habille, honneste & souffisant pour ce faire, aiant servy l'office d'armes à l'honneur, c'est assavoir servy les frontieres, les fais d'armes en la guerre en ce Royalme, s'elle y est, ou aultres Seigneurs en leurs guerres ou voiages, desquelz il doibt porter comme il soit aussy enseignement, & ce par l'espace de sept ans, s'il n'a grace de son Prince d'un an sans plus.

Item, que par vous ne sera fait raport à peticion de quelconques il soit de tesmoingnier que ung Herault portant

portant vice deshonneste sur luy, soit digne & souffisant d'estre Roy d'armes de aulcunes marches; & se son Prince le veult faire, vous en acquittiés paisiblement à luy.

Item, vous savés certainement que aulcun Roy d'armes, Herault ou poursuivant se fust deffait en son honneur, que Dieu ne veulle, à sa requeste ne d'aultre quelconques, soit par faulx rapport ou aultrement, par aulcun vice detestable contre les Commandemens de sainte Eglise, vous le dirés au Roy ou au Connestable ou à son Conseil, se sera le plaisir du Roy.

Item, que se certainement vous savés que ung poursievant, quelque notable qu'il fust, continuast, ce que par vous ou par aultre Roy d'armes ou Herault seroit de par vous reprins & deffendus chelle deshonneste vie en laquelle il continuast, vous le dirés à son Seigneur & Maistre, qui luy deffende de ce jour en avant, & de plus porter son blason ne d'autre, & qu'il le rende courtoisement, ou aultrement, vous luy ferés honteusement estachier de sa poitrine; & samblablement le ferés d'un Roy d'armes ou d'un Herault, aprés ce que le Roy, le Connestable & le Marissal en aroient eu la connoissance.

Item, que de tout vostre sens & povoir vous exaucherés l'honneur & les processes sans riens cheller de tous les bons & vaillans hommes, soit par journées, ou par continuer, riches ou pouvres quelz qu'ilz soient.

Item, vous garderés l'honneur de toutes Dames & Demoiselles riches ou poures quelles qu'elles soient, especialement sans certaines repreuches. Et se par aucuns vous oyés blasmer aulcunes, vous honnestement les reprendriés ou feriés taire, ou aultrement, monstrant que telles choses mal dictes vous desplaisent, & vous en departirés.

Item, & que de tout vostre povoir vous aiderés, conseillerés & emploirés aux justes & raisonnables querelles, que certainement vous ferés en la faveur desdites Dames & Demoiselles sans nulles evidentes repreuches, & de tous les enffans orphellins.

Item, le bon plaisir du Roy sera, que vous yrés par toutes les provinces & marches de ce Royalme, ainssy que on le vous donnera par escript, en la compaignie de notables Roys d'armes & Heraux avec la commission du Roy par ses Lettres Patentes à tous les Princes, Contes, Vicontes, Barons, Banerés, Bacellers, & aultres notables hommes tenans dignités & aultres fiefs nobles quelz qu'ilz soient, desquels par leurs docibles instrumens & previleges seullement pour savoir la noblesse de son Royalme, & lesquelles sont les plus anchiennes, & de ceulx faire ung extrait à la ffon d'un livre à par soy de chascune marche, où seront leurs noms & surnoms, les crois & leurs armes, blasons, & tieres naturels.

Item, que depuis ce que de trois ans en trois ans une foys vous acquitterés de faire assambler tous les Roys d'armes de ce Royalme en ung lieu par Connestable ad ce ordonné. Et avoec ce devés avoir par escript la congnoissance de tous les Nobles chascun de sa marche, tant Princes que Seigneurs & aultres pour lors vivans, & comme dit est, leurs noms, surnoms, blasons, timbres & nobles fiefs, tant de par eulx, que de par leurs femmes, adfin que le Roy soit souvent informé de la Noblesse de son Royalme.

Item se aulcun faisoit aulcune infame, ou deshonnesté, ou de coustume au prejudice d'honneur de Chevalerie ou d'Escuirie il ou de Noblesse, s'engendrast ou se prinst la coustume en aulcunes marches ou estours de Seigneurs de ce Royalme, dont la verité de la congnoissance veinst à vous pour y pourveoir, vous le dirés au Roy, ou s'il luy plaist en son Conseil, là où il sera proprement assigné.

Item toutes ces choses de rechief que j'ay dictes, vous jurés & promettés sur la foy de bon Chrestien & sur, & sur la foy, que devés au Roy, les tenir & entretenir entierement, & à vostre leal povoir acomplir sans enfraindre le plus que vous porrés.

Cy commence le Couronnement de Mesire Monjoye.

Alors luy estant à genoulx, les fermens fais, le Connestable le despoulle de son royal mantel, puis le Chevalier, qui aporte l'espée, baise la croix, & le Connestable la trait, puis baise la croix, & le baille au Roy, qui en fait son esleu Chevalier, puis la rend au Connestable qui la luy chaint.

Lors l'autre Chevalier qui aporte la cotte d'armes, la baille au Connestable qui la baille au Roy, qui en la vestant audit Esleu luy dit: Mesire tel N. par ceste cotte & blason couronné de nos armes, lequel blason sera une couronné d'or & de fines pierres, soubz laquelle le blason est esmaillié aux armés du Roy acrochié en la poitrine, en luy disant: Nous te establissons perpetuellement en l'office de Roy d'armes. Et ces paroles dictes, le Chevalier viendra qui porté ara la couronne, & le baillera au Connestable, qui en la baisant la baillera au Roy, lequel le prendra à ses deux mains, & en le asseant sur le chief de son Roy d'armes luy dist: Nostre Roy d'armes, par ceste couronne, nous te nommons par nom Monjoye, qui est nostre Roy d'armes, ou nom de Dieu, de nostre Dame sa benoite mere, & de Monseigneur saint Denis nostre patron; en disant ces paroles, il la luy assiet. Et ces paroles dictes, alors tous les Roys d'armes, Heraulx & poursievant ayans leurs cottes d'armes vestues estans illec criront par troys foys à haulte voix tous ensemble: Monjoye saint Denis, Monjoye saint Denis, Monjoye saint Denis, au tres-excellent & noble Roy de France. Et ce fait le Roy entre en son oratore pour oyr le service divin, & ladite chaiere tout ainssy qu'elle est, sera portée à l'autre lés, vis-à-vis de l'oratore du Roy, en laquelle Mesire Monjoye, tant que le service durera, sera assis. Alors le Connestable ly fera tenir son mantel royal durant tout le service estendu en la fasson d'un dossier entre le mur & luy par deux ou troys Roys d'armes ou Heraulx, qui pour lanuy de foys à aultre seront changiés. Et quant le service sera fait, l'un des Roys d'armes prend son mantel & l'emportera sur son bras, qu'il gardera jusques à l'hostel, que Mesire Monjoye se despoullera de tous ses habits Royaux.

Alors le Roy se part aprés le service pour aller disner, & Mesire Monjoye le suiét, qui est conduit de pluisieurs Seigneurs. Et quant le Roy est assis à table, on fait au hault bout de la seconde table asseoir Mesire Monjoye, qui est servy de deux Escuiers de couppe dorée descouverte & a par soy, & puis ceulx qui seront ordonnés pour celle foys. Et tel porroit-il estre, que pour la dignité de la Couronne, & pour les biens, qui seroient en luy, il seroit pour celle foys assis au bas bout de la table du Roy: comme furent Mesire Robert Dorsin, quant le Roy Dagobert le fist son Roy d'armes, & aussi fist le Roy Phelippe le Conquerant à son Roy d'armes Franchoys de Roussy, mais d'aultres je n'en treuve plus.

Et quant la table est toute desservie, le Roy luy fait presenter la couppe dorée couverte où ledit Mesire Monjoye ara beu, & mettera dedens en or ou en monnoye, ce qui luy plaira ordonner.

Aprés ce, espices seront prinses & vin de congié, avant que le Roy se retraie, Mesire Monjoye luy viendra à genoulx tres humblement remerchier. Et en ce faisant il l'endra par la main aulcun noble & honnourable Roy d'armes ou Herault, disant au Roy: Sire, par le serment, que je vous doy & aux armes, vecy le tel Roy d'armes ou Herault, qui à tres-grand & bonne renommée de preudhomme, saige & souffissant, lequel je vous presente pour mon Marissal d'armes & Lieutenant. Et lors il offre au Roy une vergette de boys pellée que le Roy prend, & le baille audit Roy d'armes ou Herault, luy disant telles parolles: Par ceste verge nous te consentons estre Marissal d'armes & Lieutenant de

de Monjoye nostre Roy d'armes des Franchoys. Et ces parolles dictes le Roy se depart.

Alors Mesire Monjoye couronné, & la cotte d'armes dessus l'abit royal, aprés ce qu'il a disné, se part en la compaignie de deux Mareschaulx, & de ceulx, qui pour l'honneur du Roy le vont acompaigner à son hostel, les Roys d'armes, Heraulx, & poursievans, ainsy que dit est, seront les premiers.

Au despoullier de sa couronne, de sa cotte d'armes, & de ses habis royaux, sera ung des varlets de chambre, qui luy apportera une robbe & une couronne de Chevalier, que le Roy luy donnera, en laquelle se fichera la couronne du blason en la poitrine qu'il portera; & sera tenus de jamés plus autre blason porter.

Cy fine le mistere du noble Couronnement de Mesire Monjoye le noble Roy d'armes des Franchoys.

Cy-aprés s'ensuict ses drois & ses ordonnances, & ce qu'il est tenu de faire & de soy gouverner.

Ce jour passé ledit Mesire Monjoye pour soy acquitter ira de Seigneur en Seigneur en leurs hosteulx, les remerchier des honneurs, qui luy aront fais, soy recommandant à eulx, en leur suppliant, acompaignié de plusieurs Heraulx, que l'office d'armes leur soit recommandée.

Ledit Mesire Monjoye tiendra en tous honneurs son lieu de Chevalier comme pardevant il estoit, ou à present est, excepté aux sollemnelles & royalles festes que le Roy tiendra estat royal, couronné ou non. Premierement tous les poursievans, puis les Heraulx, puis les Roys d'armes deux à deux, & Mesire Monjoye tout seul & le desrain en habit royal, couronné se le Roy est, se ilz ne sont ordonnés sur l'eschaffault, iront devant les maistres d'ostelz au partir du dresoir. Et quant les metz seront mis sur la table, ledit Mesire Monjoye ira seoir au hault front de sa table, qui sera vis-a-vis du Roy, & là sera servy d'un Escuier à par soy. Et aprés luy le Roy d'armes, & la plus anchienne marche qui y sera, & une place entre deux, & puis les aultres Roys d'armes selon les anchienneté de noblesses de leurs marches, & puis les Heraulx, & ainsy qu'ilz seront premiers creés, & les poursievans à l'autre table derriere eux.

Item le Roy à cause de l'office le logera prés de luy pour tenir son maisnaige, s'il ne l'est, & luy sera tenu de donner pension pour chascun an, telle & sy bien assignée, que il porra bien & honnourablement tenir son estat de Chevalier & de Roy d'armes toute sa vie.

Item le Roy sera tenus de lu donner tous les ans sa robbe, telle comme il le portera lo jour de Noel.

Item le Roy luy paiera ses despens toutes les foys, qu'il l'envoiera en ambassades & commissions.

Item la couronne, dont il sera couronné, & l'autre du blason seront siennes, pour servir son ame à la fin de ses jours.

Item à cause de son office ara lettres patentes du Roy, adressans à tous les Seigneurs, Capitaines de gens d'armes & de trait de bonnes villes, de chasteaulx, gardes de pontz, de ports & de passaiges, & à tous aultres Officiers, pour luy faire ouverture de jour & de nuyt; luy donner guides condignes, & toutes aultres choses necessaires, en les payant, se pa luy en sont requis.

Item ara du Roy lettres patentes & privilieges d'estre franc de tous guets & gardes de portes tant de jour comme de nuyt, de tailles, de gabelles, d'impositions, & de toutes aultres subcides mis & à mettre, quels qu'ils soient, comme à noble homme appartient, & luy estant en l'office royal pour l'estat de sa maison, quelconques gens d'Eglise & nobles y fussent contrains.

Item ara de tous les Princes & Seigneurs, qui porteront cry de Monjoie, lettres de penssion ordonnée de jour de sa creacion, telle qu'il leur plaira ordonner à leur honneur & à leur condition.

Item de tous les Chevaliers nouveaulx, Princes, Seigneurs & aultres, qui nuement porteront leurs surnoms & armes soubz la demaine du Roy seulement, luy seront tenus de donner une robbe en la value de leur honneur.

Item de tous les dons & largesses, qui seront données tant à sa creacion, se le Roy les donne, comme à toutes les aultres festes royalles & solenelles, que le Roy tiendra: & aussy des aultres festes armigeres ou courtoises, luy present ou non, par le priviliege du Roy d'armes, il partira en la cinquiéme partie des drois des aultres Roys d'armes & Heraulx.

Ejusmodi ferè sunt, quæ habet haud inficetus liber Gallicus, cui titulus *le Heraud de la Guerre*, edit. Parisiis an. 1610. à pag. 59. ut omittam nuperum Scriptorem Columberium. De vocis verò etymo multa hactenus viri docti commentati sunt, quorum plerique eò concessere, atque inprimis Pithœus, Skinnerus, & alii, ut arcessendum existiment ab here Anglo-Saxonico, & Germanico *heer*, exercitus, & *ald.* servus vel famulus, quòd Feciales exercituum ministri habeantur, sintque belli denuntiatores. Nam jure exploditur eorum sententia, qui *Heraux*, quasi *Heroës* dictos volunt, de qua pluribus agit Æneas Silvius Epist. 126. Alia profert Spelmannus, præsertim de Heraldis Anglicis.

Heroudes. Henricus Knygthon p. 2571. *Et assistebant eis quatuor Duces, tres Archiepiscopi, — de Baronibus & aliis advenientibus, bene ad æstimationem des Heroudes* 1700 o.

HERBA. *Herba aluminis*, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 84. *Granaterias, piscarias, herbas aluminis, & generaliter omnia, quæ per nostram curiam procurantur.*

Investitura per herbam & terram, in Formul. veterib. Lindenbrog. 153. 154. Vide *Investitura.*

Herbas dare, Veneficio, seu veneficis potionibus, alicui vitam, vel mentem auferre. Quintilianus declam. 350. *Venenorum plura sunt genera, plura nomina sunt, diversi etiam effectus. Aliud ex radicibus herbarum contrahitur, aliud ex animalibus mortiferis reservatur, &c.* Lex Salica tit 21. §. 1. *Si quis herbas alii dederit bibere, & mortuus fuerit. Herbas haurire*, apud Gregorium Turon. lib. 6. c. 35. Formulæ veteres c. 34. *Ego herbas maleficas, nec potiones malas nunquam temperavi, nec bibere dedi, per quod ipse infirmus, vel insanus fuisset, aut vitam suam perdere debuisset. Herbarum venena*, apud eundem Gregorium Tur. lib. Hist. c. 9. lib. 4. de Mirac. S. Mart. c. 36. *Herbas incantare*, apud S. Audoënum in Vita S. Eligii lib. 2. c. 15. *Herbas, quæ ad maleficia pertinent, super se habere* vetantur campiones, in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 11. S. Anselmus lib. 3. Epist. 23. *Qui herbas quæsierit mulieri, quibus virum suum interficeret.* Pirminius in excerpt. de libris canonicis: *characteres, herbas, succinum, nolite vobis vel vestris appendere.* Sic leg. Claudianus lib. 1. in Rufinum:

> —— *Nec me latuere fluentes*
> *Arboribus succi, funestarumque potestas*
> *Herbarum, &c.*

Vide Concilium Triburiense ann. 895. c. 50. Martin. Bracarensem c. 74. Reginonem lib. 2. c. 5. §. 8. &c.

Inherbare, idem quod *herbas dare.* Lambertus Ardensis p. 80. *Veneno in cibis accepto, vel potibus inherbata, ibi statim mortua est. Le Roman de Gaydon* MS.

> *Et enherberent maint chevalier vaillant.*

Le Roman d'Aubery MS.

> *Un de ses jors vous fera enherber.*

Le Roman de Parise la Duchesse MS.

> *Et le fist vostre frere mortir & enherber.*

Mori ab herbada, in Chron. Petri IV. Regis Arag. apud Carbonellum fol. 199. v. Alius Poëta:

> *Sous gist le frais serpent en herbe,*
> *Fuiez enfans, car il enherbe.*

Vide *Herbarii.*

Her-

Herbarius, *Veneficus*. Helvetiis *Herberger*. Gloss. Lat MS. Reg. *Veneficus*, *qui venenum dat*, *Herbarius*. Fredegarius in Hist. Epitom. Francor. c. 56. *Clamant & filii negligentes matrem herbariam & meretricem*. Halitgarius in Pœnitent. cap. 10. *Herbarius vir aut mulier*, *interfectores infantum*, *&c*.

Herbaria, Venefica. Capitula ad Legem Alamanor. c. 22. Edit. V. Cl. Steph. Baluzii: *Seu stria*, *aut herbaria sit*.

Herbaria, Ipsum veneficium. Liber promissionis Maleficii, in Statutis Venetis, c. 17. *Si aliquis vir vel mulier alicui maleficium aliquod*, *vel herbariam dederit manducare vel bibere*, *vel fecerit aliquid*, *quod perire debeat*, *aut amens esse*, *&c*. Adde Decreta Veneta p. 41. verso. Aliàs

Herbarii, sunt ῥιζότομοι, & βοτανολόγοι Græcorum. Firmicus lib. 8. c. 13. *Herbarios faciet*, *qui scilicet herbas solerti arte collectas ad medelam laborantium servent*. Plinius quoque *Herbarios* vocat, qui medicas herbas legebant ac vendebant.

HERBAGIUM, Herba in pratis succisa: *Herbage*, in Consuetud. Norman. art. 30. Bracton. lib. 4. tr. 1. c. 37. §. 1. *Hæc esset potiùs emptio herbagii*, *quam pastura*.

Herbagium, Jus seu facultas succidendi ejusmodi herbas in pratis, aut in Communiis, vel etiam in silvis. Regestum censuum & feodorum Carnoti f. 57. ex Camera Comput. Parisiens. fol. 57. *L herbage d' ilec*, *c' est asavoir l' usage*, *que les bestes d' ilec*, *prenent és bois d' ilec*, *quant lesdits bois sont en aage*, *qui il se puent deffendre*. Idem Bracton. cap. 38. §. 12. *Notandum*, *quòd sub nomine herbagii non continetur glans*, *& ideo tempore glandis & pessonæ*, *excluduntur porci & capræ*, *nisi ad hoc specialiter agatur*, *quòd talem habeant communiam*. Adde §. 1. Leges Henrici I. Regis Angl. cap 90. *Inde pensandum de eo*, *cui hoc licuit*, *an qui læsus est*, *herbagium*, *vel lignagium*, *vel causam aliquam in nemus habeat*. Ordericus Vit. lib. 5. *Concesserunt etiam totius villæ herbagium*. Charta Odonis Episcopi Parisiensis an. 1199. ex Tabulario Episc. Paris. *Terram nostram de Marna*, *in qua Nemus olim fuisse dinoscitur*, *ad hostisias dedimus & ad censum*, *tali modo*, *quòd quælibet hostisia habebit 8. arpennos terræ cultibilis*, *& unum arpennum ad herbagium faciendum*. Quoniam Attachiam. cap. 48. §. 6. *Eschetæ de mobilibus sunt*, *utpote per impasturationem animalium in dominiis & herbagiis dominorum*, *&c*. Charta Balduini Episcopi Noviom. apud Vassorium in Hist. Noviomensi p. 895. *Herbagium verò de Canectencourt*, *nostræ Ecclesiæ est proprium*, *&c*. Charta an. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1299. n. 38. ex Tabulario Regio: *Et franchisiam herbagii pro sex vaccis*, *& pasnagii pro sex porcis*. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris apud Exeam. an. 1265. *Richi homines*, *Milites*, *nec etiam Infantiones Aragonum teneantur dare sibi vel successoribus suis boalage*, *nec herbage*. Adde Augustinum *du Pas* in Stemm. Armoric. pag. 823. & Foros Beneharn. Rubr. *de Herbages*.

Jus vivi ac mortui herbagii, Gall. *Droit de mort & vif herbage*, in Consuet. Ambianensi, Monstrol. Vimacensi, & aliis. Vide Raguellum.

Herbaticum, idem quod *Herbagium*. Charta Rogerii Ducis Apuliæ an. 1110. *Ut de omnibus Monasterii animalibus per totam terram meam nemo herbaticum tollat*. Charta exarata Constantino & Basilio regnantibus an. mundi 6532. Indict. 7. apud Ughellum tom. 7. p. 1362. *Communem pascendi animalia habeant locum*, *— nec Trojani Vaccariensibus herbaticum*, *vel dent*, *vel accipiant*. Charta Caroli M. in Actis Episcop. Cenoman. p. 266. *Tam de sua dominicata*, *quàm & de Vassallorum suorum*, *de vinericiis quoque & perdonato*, *& pastionibus & pascuariis*, *de herbaticis & pullis*, *de piscationibus & pastionaticis*, *id est glandaticis*, *&c*. Adde pag. 1434. Chartam Rogerii Regis Siciliæ an. 1137. apud Falconem Benevent. Chartam Sanctii Regis Aragonum æræ 1158. apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 607. Suritam in Indice æra 1160. Chronicon Farfensis Monast. p. 657. 664. Chronicon Richardi de S. Germano an. 1232. Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. pag. 117. 915. tom. 8. p. 201. &c.

HERBAJARE, Herbas depascere. Observantiæ Regni Aragon. lib. 7. tit. de Pascuis, §. 7. *Si aliqua oves herbajantur in aliquo loco*, *non possunt pascere talia animalia in loco seu termino convicino*. Nostri *herber* dixerunt. Charta an. 1290. ex Tabular. S. Quintini in insula fol. 7. v. *Et en empeschant le chemin des nés pour aller pasturer & herber és lieux dessusdits*.

Herbajarius, Qui pascuis invigilat. Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oscæ an. 1247. ubi de pascuis & gregibus: *Quotiens Merinus vel Herbajarius Domini Regis ad capannas venerit Infancionum*, *&c*.

HERBARE, *Herbam pascere*, Joanni de Janua.

HERBARIUS. Vide *Herba*.

HERBARIUM, Joanni de Janua, *Locus*, *ubi herbæ abundant*. In Glossario Isidori, *Herbitum*, *locus*, *in quo herbæ nascuntur*. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. c. 8. *Quos tamen* (pannos) *non suspendant ad siccandum in horda*, *ut alii fratres*; *sed tantùm deponant in herbario claustri*. *Le Roman de Garin MS*.

Mort le trebuche devant lui en l' erbier.

Aliud porrò est *Herbarium* apud Henricum Knyghtonum lib 2. c. 7. de Willelmo Rufo Rege Angl. *Fecit de loco illo Forestam novam*, *quam vocavit suum novum herbarium*, *& replevit eam cervis*, *damis*, *&c*. Quippe hoc loco in voce *Herbarium*, *ju*, consonantem efficiunt: idemque valet hæc vox, ac *herbergium*, seu domicilium. Tabular. Absiense fol. 171. *Ædificare*, *secare*, *plantare in auberiis*, *pratis*, *Exclusis*. Rursum fol. 199. *Partem meam auberiæ*, *quam habeo in Martreio*, *&c*. Vide *Herberga*.

HERBAPERIARUM. Thwroczius 2. part. c. 3. *Kusid autem de aqua Danubii lagenam implens*, *& herbamperiarum ponens in utrem*, *& de terra nigri sabuli accipiens ad suos reversus est*. Sed ex iis quæ subduntur, legendum indubiè *Herbam pratorum*, quod non vidit Editor.

HERBATICUS. Gloss. Gr. Lat. MS. & Editum: Ἀλήτης, *Herbaticus*, *vagus*, *erroneus*. Seg leg. *Erraticus*.

Herbatica animalia, ποηφάγα, apud Vopiscum in Probo, ubi quidam restituunt *Erratica*, quod improbant viri docti.

HERBIDARE, Herbam seu gramen proferre, apud Colvenerium in Glossar. ad Baldricum.

HERBILIA, Leguminis species. Miracula S. Columbani cap. 5. *Legumen Pis*, *quod rustici Herbiliam vocant — sponte nascitur per illas rupes* (in Italia.)

HERCALÆ, Strumæ, ex Gallico, *Escrouëlles*. Gaufridus de Belloloco, de Vita & conversat. S. Ludovici Regis Fr. c. 35. *In tangendis infirmitatibus*, *quæ vulgò Hercalæ vocantur*, *super quibus curandis Franciæ Regibus Dominus contulit gratiam singularem*, *&c*.

HERCIA, Occa, instrumentum rusticum, quo terræ proscissæ occantur, & teruntur, vulgò *Herce*: ex *herpex*, *herpicis*, quasi *herpicia*, & contractè, *hercia*. Fleta lib. 2. c. 77. *Carucas & hercias reparare*. Adde c. 84. Charta Petri Episcopi Meldensis an. 1229. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ p. 36.

Consuetudines nemoris — videlicet omnem arborem præter quercum & fagum — ad ædificandum, & aratoria carrucarum, & ad charterios, & hercias, & ad duas perticas ad ligandum quadrigas oneratas, &c. Rodolphus Tortarius lib. 5. Miracul. S. Benedicti n. 12. *Eum quem in hieme prosciderat gliscens rescindere campum, ut tam æstatis calore, quàm hiemis rigore decoctus, & sementis tempore, dentata crate glebis attritis, in pulverem redactus, semine suscepto, abundantiorem diebus messis suo cultori exhiberet frugem.* Charta Philippi Regis Franc. an. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 36. *Item il a esdites fermes brebiage de tiers an en tiers an, services de sconneeurs en Aoust, services de herces & de charuës, & la court, & leisage, qui sont prisiez ésdites fermes 40. sols.*

Herceare, Herciare, Occare, *Hercer.* Concilium Rotomagense an. 1096. apud Ordericum Vital. lib. 9. p. 271. *Equi arantes, & homines carrucas ducentes, & herceatores, & equi, de quibus herceant, — perpetua sint in pace.* W. Thorn. an. 1364. *Herciare, sarculare, metere, &c.* Consuetudinarius Monasterii de Bello in Anglia: *Et debet invenire unum hominem cum uno equo ad herciandum qualibet septimana ad unum diem ad utrumque semen hiemale & quadragesimale, dum aliquid fuerit ad herciandum de terra domini, &c.*

Hercia, Candelabrum Ecclesiasticum in modum occæ, seu trigoni, confectum, nostris *Herce*. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. c. 77. *Pallia super altare non ponuntur, & hercia non illuminatur.* Charta Odonis Episcopi Parisiens. ann. 1198. *Luminaria herciarum.* Apud Will. Thorn. p. 2152. *In primis pauperibus die sepulturæ, & die mensis, & pro corpore ficto, cum hersia.* Ubi *corpus fictum*, est *tumba cenotaphii*, seu *cenotaphium* ipsum: *hersia* verò, candelabrum in *herciæ* modum confectum, luminibus variis instructum, quod ad cenotaphii caput erigi solet. Somnerus *hersiam* hoc loco ipsum cenotaphium intelligi vult, quod Angli *à hearse* vocant, ab ipsa *hercia*, i. partem pro toto. Nam quod à Saxonico vocis etymon accersit, nihili, opinor, est. Vide Monasticum Anglic. tom. 3. p. 332.

Erza, eadem notione. Statuta Cluniacensia S. Petri Venerab. Abbatis Cluniac. c. 52. *In reliquis verò festivitatibus, quibus accendi solebat machina illa ferrea, quæ vulgò Erza vocatur, pro illa lampadibus vitreis illustretur.*

Heia, videtur simili perinde significatu sumi, (nisi *hercia*, legendum sit) in Synodo Exoniensi an. 1287. c. 12. *Vas ad aquam benedictam, heia ad Tenebras, candelabrum Paschale, &c.*

Hercius. Cæsar lib. 3. Belli Civil. *Erat objectus portis eritius.* Infrà: *Excisoque eritio.* Ubi *Hercius*, & *Hercio*, legendum contendit Robertus Constantinus in Supplemento Linguæ Latinæ, ut fuerit ἕρκιον, vel ἕρκος, ut nos vulgò *Herce*, septum, quod portis objicitur, ut καταῤῥάκτης, sive ἐπιῤῥάκτη θύρα, porta catarrhacta, sive pendula ac recidens Livio, quia fortè herpicis in formam confecta.

HERDOCHO. Vide *Hereotum*.

HEREBANNUM, *Heribannum*, *Arribannum*, Submonitio ad exercitum: ex *heer*, exercitus, & *bannum*, citatio, submonitio, indictio. Gloss. Ælfrici: *Exercitus*, Here. *Bannum* verò vox notissima, pro quavis citatione. Ita Guillimannus lib. 2. de Reb. Helvetior. p. 241. & alii passim. Vide *Bannire*, *Hostis*, *Submonitio*. Maximè verò vox

Herebannum, usurpata pro mulcta, quæ in exercitum pergere, post *bannum* & *submonitionem*, contemnenti indicebatur; de qua sic Gregorius Turon. lib. 5. cap. 26. *Post hæc Chilpericus Rex de pauperibus & junioribus Ecclesiæ vel Basilicæ jussit bannos exigi, pro eo quòd in exercitum non ambulassent.* Lib. 7. cap. 42. *Post hæc edictum à judicibus datum est, ut qui in hac expeditione tardi fuerant, damnarentur.* Capitul. 2. anno 810. cap. 11. *De heribanno exigendo.*

Ea verò mulcta erat 60. solidorum, secundùm Legem Francorum, dicebaturque *plenum heribannum*: quomodo *plenum bannum* vocant Capitul. 2. an. 812. cap. 9. & alia Capitularia Caroli M. & Calvi, quod aliàs *Bannum Dominicum*, & *Bannum Regis* appellari, totidemque esse solidorum, suo loco docuimus. Lex Longob. lib. 1. tit. 14. §. 13. & Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 67. *Quicumque liber homo in hoste bannitus fuerit, & venire contempserit, plenum heribannum componat, secundùm Legem Francorum, id est, 60. sol. solvat.* Quod etiam obtinuit sub tertia Regum stirpe. Statuta S. Ludovici lib. 1. c. 59. *Et se nus de ceus, qui sont semons, ne venoient, & l'en le povoit savoir, il en paieroit 60. sols de gages.* Ejusmodi mulctarum mentio est præterea in Usaticis Barcinonensibus MSS. cap. 28. *Qui fallerit hostes vel cavalcadas seniori suo, cui eas facere debuerit, emendet illi eas in duplo.* Et in Regesto Feodorum Campaniæ fol. 97. *Guido de Vilers fecit emendam Domino Comiti de hoc, quod non fuit in chevaucheia contra Metenses.*

Qui porrò pro ejusmodi contemptu, *Herebanni* mulctæ obnoxii erant, si non habebant, unde solverent, *vvadia* dare tenebantur, seu *herebannum revvadiare*, uti habent Capitul. lib. 4. c. 7. *Ut Vassi nostri & Vassi Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, & Comitum, qui anno præsente in hoste non fuerunt, heribannum revvadient.* Eodem lib. addit. 2. c. 28. al. 30. Cap. 1. an. 812. c. 29. & Capitul. 1. an. 810. c. 11. *De heribanno, ut diligenter inquirant Missi nostri, qui hostem facere potuit, & non fecit, ut bannum nostrum ipse componat, si habet, unde componere possit. Et si tantum non habuerit, unde componere valeat, revvadiatum fiat & imbreviatum: & nihil ex hoc exactum fiat, usque dum ad notitiam Domini Imperatoris veniat.* Quòd si denique nec pecuniam, nec wadia dare possent, tum ipsimet per modum wadii in servitium Principis transibant. Lex Longob. & Capitula Caroli M. locis laudatis: *Si non habuerit, unde illam summam persolvat, semetipsum per vvadium in servitio Principis tradat, donec per tempora ipsum bannum ab eo fiat persolutum, & tunc iterum ad statum suæ libertatis revertatur. Et si ille homo, qui propter herebannum in servitio se tradiderit, & in servitio illo defunctus fuerit, hæredes ejus hæreditatem, quæ ad illos pertinet, non perdant, nec de libertate, nec de ipso heribano obnoxii fiant.* Adde c. seq. Sed & *Senior vel Comes* quempiam ab *hoste* inconsulto Principe si domum dimisisset, ipsi pro eo *herebannum* persolvere tenebantur, ex Capit. Caroli M. lib. 4. Append. 2. c. 35.

Interdum *herebannnum* non plenariè exigebatur; pro modo facultatum, ne subiditi gravioribus ejusmodi exactionibus ad inopiam redigerentur. Idque *legitimum herebannum* appellabant: ita ut ab eo, qui libras 6. in auro, argento, armis, & peculiis, haberet, 3. libræ: ab eo qui tres libras, 30. solidi, ab eo qui libr. 2. solidi 30. ab eo denique, qui libram 1. solidi 5. exigerentur, ut est in Additione 3. Caroli M. ad Legem Salicam cap. 12. in Lege Longobard. lib. 3. tit. 6. §. 1. & in Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 14. Vide Capitul. 3. an. 811. c. 6.

Herebannum non exigebatur, nisi præcessisset jussio dominica, ex iisdem Capitul. lib. 4. c. 72. cujus quidem pars tertia ad Comitem spectabat: ita tamen ut ei herebannum exigere non liceret; sed Misso dominico,

nico, à quo suam tertiam partem recipiebat, ex iisdem Capitul. lib. 3. c. 68. ubi *herebannum* in terris neque in mancipiis *exactari*, id est, persolvi, vetatur: sed in auro & argento, armis, palliis, & animalibus, sive talibus speciebus, quæ ad utilitatem pertinent, penitabatur. Adde Capitul. 3. an. 811. c. 6. Capit. 1. an. 812. c. 2.

Postmodum gravissimis Normannorum ingruentibus bellis ac incursionibus, indicta à Carolo Calvo, ad exsolvendum, de quo convenerat, iis tributum, vectigalia, & collectæ, à quibus ne ipsi quidem eximebantur Presbyteri: *Et herbanni ab omnibus Francis accipiuntur*, ut est in Chronico de Norman. gest. an. 869. & in Annalib. Francor. Bertinianis an. 866. Exactum porrò pro modo prædiorum: ita ut pro manso ingenuili vel servili denarius persolveretur. Atque hinc colligitur, quid velit Charta 90. inter Alamannicas Goldasti: *Dixit —— negare, quòd nihil ibi habuisset proprietatis, pro quo heribannum reddere debuisset, nisi res S. Galli, quas pater suus illuc ad prædictum Monasterium tradiderat.* Et infrà: *Adhuc etiam ipsum Odalhartum — audissent enarrantem, quòd proprium non habuisset, & ideo haribannum dare non debuisset.* Sed & inde percipitur, cur in Imperatorum aliquot privilegiis pro Ecclesia Mindensi, post Chronicon Mindense descriptis, p. 735. 737. 740. *Bannum sive heribannum* ab illius possessionibus & agris exigere prohibeantur Judices publici. Huc etiam fortè respexit Browerus lib. 8. Annal. Trevir. pag. 473. 1. Edit. qui *heribannum tributum, quod Legatus cogebat, sive agrarium illud esset, sive pascuum, sive ex vitibus peculiove collectum*, interpretatur, ex Cæsarii Abbatis Prumiensis Gloss. inedito.

Ab heribanni pensitatione eximebantur, qui ab *hoste*, seu exercitu immunes erant; verbi gratiâ senes, ut in Formulis vett. Bignonii, for. 31. aut qui propter necessarias causas ac legitimas domi residere cogebantur, de quibus in Capitulis Caroli M. lib. 4. c. 70. vel si alicubi à Principe missi essent, verbi gratiâ ad custodiam maritimam, ut apud Eginhardum Epist. 22. vel si in civitatum ac pontium vel transituum operis, vel in *Marcharum vvachtis*, aut ejusmodi occupati essent, ut in Capitul. Caroli C. tit. 31. cap. 27. Vide *Hostis*.

Haribannum, pro *herebannum*, in Capitul. 4. Caroli M. incerti anni c. 13.

Arribannum, in Formul. vett. Bignonii form. 31.

Erbannum. Charta Emenonis Principis seu Domini Auxelioduni (*Issoudun*) an. 30. HLotarii: (Chr. 984.) *Ut nemo illorum pergat ad pugnam, quæ alio nomine vulgariter vocatur Erbannum.*

Heribannator, Qui *heribannum* colligit. Capitul. 3. anni 803. c. 5. & Capitularia Caroli M. lib. 3. c. 35. *Ut illi, qui heribannum solvere debent, conjectum faciant ad heribannatorem.* Adde Capitulare 5. ejusd. Caroli an. 803. c. 17. Idem qui *Exactor heribanni*, apud Eginhardum Epist. 17. *Sibi curæ esse, seque providere, ut cum exactore heribanni, sive venerit, & eum compellaverit, sine vestro labore se pacificet.* Vide *Retrobannum*. Ab eodem fonte deductæ voces *Arbannum*, *Hairbannum*, & *Albannum*, quæ ut plurimùm usurpatæ leguntur pro quibusvis præstationibus vel operis.

Arbannum, in Charta Ludovici Philippi Regis filii Regis Francor. ex Tabulario N. D. de Campis Paris. *Ego Ludovicus Philippi Regis filius, Dei G. Franc. Rex. Notum ——— quod Bartholomæo de Fulgosio furnum, quod Parisius habebat, tanta libertate possidendum & habendum concessimus * huic prædicti furni ab omni consuetudine, videlicet tallia, seu equitatione, seu arbanno, (al. albanno) seu exemptione nostri Præpositi liber remaneat. Huic dono interfuerunt Comes Radulfus, Stephanus Cancellarius, Stephanus Dapifer, Hugo de Ruanova, Ervinus Aurelianus, in Palatio publicè, prima Dominica post Natale, regnante Ludovico, 4. an. Dat. per manum Dom. Stephani Cancellarii.* Ubi *arbannum* videtur esse idem quod *Heribannum*.

Verùm aliud sonat in Tabulario Absiensi: *Guillelmus de Cantamerula & fratres sui —* (dederunt) *quarteria 7. blavii, quæ habebant de arbanno in terris de Peloella, & in terra de Chamaillardi, & gallinas, & qualibet ad illud arbannum pertinentia, &c.* Habetur in Hist. *des Chastaigners* p. 4. Idem Tabular. fol. 71. *Arbannum & alias omnes consuetudines, quas proprio jure habebat in terris, quæ circa frostos sunt, &c.*

Arbanagium, in Charta an. 1299. *Eorum quilibet debebant & eis reddere tenebantur arbanagium, scilicet unam dietam ad reparandum castrum, muros, &c.*

Airbannum, idem quod *Arbannum*, in veteri Notitia Tabularii San-Benigniani Divion. apud Perardum in Burgundicis p. 161. *Facient aucingas, & corvadas, & sovincta, & airbannum, solidos 2. & denarios 8. &c.*

Hairbannum. Polyptycus Floriacensis: *Habet ibi 2. mansos absos. Solvunt vestiti mansi hairbannum pro duobus bovibus sol. 20. pro homine redimendo de hoste sol. 3. verveces 4. &c.* Quid autem propriè sit *arbannum*, & *airbannum*, hisce allatis locis, docet Consuetudo Marchensis art. 136. *Tout homme tenant servement son heritage, ou mortaillablement, doit faire par chacune semaine à son seigneur le ban, ou arban, c'est à dire, une corvée à bras du mestier qu'il sçait faire: & s'il fait arban avec deux bœufs, il en vaut deux, &c.* Adde artic. 137. 143. 146. 166. 167. 168. 429. 430. & Consuetud. local. castri Meliandi tit. 5. art. 24. 25. &c. In Consuetud. locali Castelli novi in Biturig. art. 4. *Ban* & *Arban* idem esse dicuntur. Libertates oppidi *de Vesdun* in Biturigib. anno 1275. apud Thomasserium: *Je quite tout arban aux hommes & aux femmes de ladite franchise, fors que tant je retien mon charoi entierement au besogne de mon chastel & de mes maisons de Vesdun, & de vins & de foins tant seulement, & je ne les puis forcer de nul arban ne de charroy aller fors la paroche de Vesdun par nesun besoin.* Adde eundem Thomasserium cap. 76. Est igitur *arbannum* opera, quam quis tenens domino præstat: Vox conficta ex *Heribannum*. Perperam verò hæc vox *Arban*, in *Herbaux*, & *Arbaux*, commutata in Consuetud. Pictaviensi art. 103.

HEREBERGA, *Herebergum*, *Heribergum*, *Hebergare*, *Alberga*, *Albergata*, *&c.* Voces unius ejusdemque originis, tametsi non omnino ejusdem significationis.

Hereberga, in Gloss. Theotisco Lipsii, *Castra. Heribergo*, *Castrorum.* Nos, inquit Lipsius, pro omni diversorio; sed illud propriè & primò. Somnerus in Glossar. Saxon. hereberga, statio, mansio.

Heribergum, Domicilium, domus. Edictum Pistense Caroli Calvi c. 37. *Et quoniam — heribergum nostrum, quod præterito anno hic fieri jussimus, homines de illa parte Sequanæ in istas partes venientes -- destruxerunt, &c.* Mox: *Et nunc illud heribergum non sine labore & dispendio fidelium nostrorum fieri fecimus, volumus — ut sicut nec in nostro palatio, ita nec in isto heri-*

heribergo aliquis alius sine nostra jussione manere præsumat, nec illud aliquis destruat. Ex quibus satis patet, hoc loco *heribergum*, non esse jus *mansionatici*, quod vult vir doctus.

Heribergare, Hospitio excipere, *mansionaticum* præbere, vel morari in aliquo hospitio, in Capitulis Caroli M. lib. 3. c. 68. Villharduinus n. 99. *Proia l' Empereres as Contes & as Barons & ses fils meismes, que il pour Dieu s' allassent herbergier d' autre part del port. Herberger*, in Consuetud. Britann. art. 315. 606. *Herbergement*, pro domo, domicilio ibidem & art. 621. *Herbergement*, in Consuetud. Andegav. art. 222. in Consuet. Norman. art. 356. in Consuet. Vicecomitat. Baiocensis art. 4. &c. Ubi hæc vox sumitur pro primario feudi manerio ac domicilio, quod primogenito ratione primogenituræ competit.

Aribergare, eadem notione, in Charta Conradi Imp. anni 1023. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 76.

Alberga, Albergum, Albergia, Albergium, Albergata, unum idemque sonant, scilicet jus *gisti* ac *procurationis*, seu divertendi in domum vassalli, & in ea hospitandi: vel præstatio, quæ pro ejusmodi procurationibus domino exsolvitur. *Albergariæ*, in Breviloquo, *sunt procurationes, quas certæ villæ debent dominis suis ad eos venientibus.* Mox: *Albergariæ sunt census seu pactiones, quæ debentur pro comestionibus.* Qua notione vox hæc accipitur in cap. *Præterea*, Ext. *de Jure patron.* scilicet pro jure procurationis, seu *gisti*, vel hospitii, quo domini gaudebant in vassallorum suorum domibus & albergis, quod *usualis & consuetudinaria hospitatio* dicitur in Charta Ludovici Regis Fr. ann. 1111. apud Loisellum in Hist. Bellovacensi p. 271. Charta Henrici Imp. an. 1081. apud Ughellum tom. 3. p. 419. *Albergariam in proprietate alicujus absque voluntate illius, cujus proprietas est, non faciemus in ista civitate, &c.* Vide eundem tom. 4. p. 816. & Puricellum in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ p. 232. 233. 235. 259. 931. 932. Petrum Mariam Campum in Regesto part. 2. Hist. Eccl. Placentinæ Ch. 3. præterea V. Cl. Dion. Salvagnium Boissium de 7. Delphinatus miraculis pag. 131.

Albergaria, pro hospitio sumitur non semel apud Ottonem Morenam in Hist. Rerum Laudensium p. 9. 11. In Charta an. 1289. pro Regno Lusitaniæ, apud Odoricum Raynaldum hoc an. num. 22. sumitur pro xenodochio: *Hospitalia sive albergarias pauperum usibus deputatas.*

Arbergaria, idem quod *Albergaria*, Jus *gisti*. Charta Raimundi Burgundiæ Comitis apud Perardum p. 198. *Perdonavi omnibus in terra, quam Sancto dedi, manentibus, arbergarias, corvatas, expeditiones, ostisias, &c.* Alia Guillelmi III. Comitis Arverniæ, qua Ecclesiæ Claromontensi concedit *quamdam partem occidentalem ipsius civitatis, arbergarias scilicet, & omnem districtum, & omnes malas captiones.* Quo loco perperam Savaro in Orig. Clarom. p. 317. 1. Edit. ita appellatam ejusdem urbis partem putavit. Vide Beslium in Comitib. Pictav. p. 467. & 504. Biblioth. Cluniac. p. 1444. Perardum in Chartis Burgundicis p. 198. &c.

Arberg. Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 97. *Et 2. sestaria de civada, & 2. gallinas, & arberg.*

Alberga, Jus itidem *gisti* ac procurationis. Concilium Avenionense an. 1209. c. 5. *Prohibemus, ut albergas, procurationes, exactiones seu tallias aliquas ab ipsis de cætero laici exigant.* Quædam Editiones habent *arbergarias*. Pactum inter Abbatem Galliacensem & Raimundum Comitem Tolosan. an. 1231. *Et cum ipse haberet de jure in Monasterio de Galliaco albergam cum 20. equis, in eleemosynam donat Abbati, &c.* Testamentum Berengarii Comitis Provinciæ an. 1238. apud Ruffium p. 108. *Item relinquimus omnes albergas vel earum redemptiones totius Comitatus Provinciæ, pro debitis nostris omnibus, quæ declarari possent, &c.*

Albergata, eadem notione, *droit d' aubergada*, in Foris Beneharn. tit. 1. art. 17. 19. & in Consuetud. Aquensi tit. 9. art. 13. 18. Tabularium Abbat. Conchensis in Ruthenis Ch. 561. *Nec aliam exactionem, neque procurationem, neque hospitalitatem, quæ vulgò dicitur Albergata, &c.* Libertates villæ Riomensis in Arvernis, concessæ ab Alfonso Comite Pictav. ann. 1270. in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 92. *Faciunt annuatim Domino Regi unam albergatam, vel dant Præposito 70. sol. Burdegal.* Infrà: *Tenentur facere albergatam & dare comestionem Præposito.*

Albergum, Jus perinde *gisti* ac procurationis. Charta Raimundi Comitis Tolosani an. 1229. in Regesto Tolosano fol. 121. pro hominio Episcopi Carpentoratensis: *Ita quod in civitate Carpentoratensi & locis proximis non habemus, nec habere debemus albergum, nec aliquid pro albergo.* Ita in Hist. Episcopor. Lodevensium p. 78.

Albergum, interdum est familia, domus. Charta de Electione Consulum Montispessuli an. 1210. *Veruntamen in istis 12. Consulibus non ponetur nisi unus solus de uno albergo.*

Albergium, Jus etiam gisti ac procurationis. Charta an. 1270. in Hist. Episcop. Cadurcensium pag. 126. *Quæ quidem decem libræ, & quòd albergium debent annuatim solvi & præstari dicto Episcopo — ratione decimarum dictarum, &c.* Charta Raimundi Comitis Tolosani an. 1224. ex Regesto 19. Archivi Regii: *Retento tamen jure nostro, quod in prædictis Castris & villis habemus, videlicet cavalcatis & illa summa pecuniæ, quæ consuevit dari pro albergo.*

Hinc facere *albergum*, vel *albergam* domino capitali venienticum certo Militum numero dicuntur vassalli, in Chartis Occitanis maximè, quod *prandium* vocat Tabularium Eccles. Cadurcensis: *Galricus Vicecomes S. Cirici fecit pignoram Raimundo Raterii in villa, quæ dicitur Crem, videlicet unum prandium cum centum Militibus per 300. solidos Aquitanenses.* Charta hominii, facti ab Oliverio & Bernardo *de Penne* Raymundo Comiti Tolosano an. 1218. in Regesto Tolosano p. 36. *Pro recognitione etiam ejusdem Castri vobis & successoribus vestris perpetuo faciemus albergam singulis annis ad 20. Milites in capite castri.* Alia an. 1231. ibid. fol. 39. *Dictus Comes habebit albergam cum decem equitaturis & equitantibus tantùm.* Tabularium Eccl. Uticensis an. 1244. *Profitemur, nos debere facere singulis annis semel in anno tibi & dictæ Ecclesiæ — albergam ad 3. Milites, & ad octavam partem unius Militis.* Charta Tedisii Agathensis Episcopi an. 1215. in 30. Regesto Tabularii Regii n. 39. *Salva etiam alberga 30. Militum in ipso Castro eidem Comiti annuatim.* Alia Rixovendis Dominæ de Terminis ann. 1208. ibid. 61. *Nos tenebamus in feudum albergam duorum Militum in unoquoque measo & casalatico.* Mox: *In quibus measis, masatis vetulis manent homines, albergam duorum Militum, vel servitium, quod solent facere pro ipsis albergis, &c.* Quippe ejusmodi albergæ conversæ sunt in præstationes pecuniarias. Charta an. 1306. in 9. Regesto Philippi Pulcri Ch. 14. ex Tabulario Regio: *Item 50. albergas Militum, quas faciunt homines dicti loci pro 140. libr. & 10. solid. annui & perpetui reditus.* Charta Austorgii de Petra Militis, diœcesis Mimatensis an. 1242. *Ita nomen, quòd pro fendo*

fe di debet dictus Chauillac dare Domino Astorgio quolibet anno albergo ab 5. Chavaliers, cùm Dom. A. vel alius pro ipso petierit. Alia an. 1171. apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus p. 142. *Ut faciatis indè mihi & successoribus meis hominium, & singulis annis ad commonitionem meam vel meorum albergam decem Militum.* Vide eundem pag. 222. 255. 262. 269. 307. In Charta Guillelmi D. Montispessulani an. 1185. *albergum tribus, 4. &c. Militibus*, sæpe occurrit. Alia Jacobi Regis Arag. an. 1260. *Et velitis facere nobis & nostris & dare albergam quolibet anno ad 4. Milites, quando à nobis — fueritis requisiti.* Charta Will. de Montispess. an. 1103. *Vicarius nec alius pro eo mandabit albergos in toto Montepess. præter albergos Militum.* Charta Ademari Comitis Valentinensis an. 1188. apud Jacob. Sponium in Itinerario tom. 3. p. 15. *Ut nullo deinceps tempore à me vel ab alio successorum meorum violentas sive injustas exactiones pensare cogantur, fidejussóres sive obsides præter suam voluntatem non fiant, salvis legibus & justitiis meis, bannis, & expeditionibus, & ospitio centum Militum, &c.* Denique hæc inedita perinde Charta: *Anno ab Incarnat. Dom. 1202. mense Aprili, ego Guillelma filia quondam Guillelmi de S. Michaele —— & ego Raymundus de Insula maritus dictæ Guillelmæ per nos & nostros bona fide & sine dolo cum hac carta vendimus & in perpetuum tradimus & concedimus tibi Guillelmo domino Montispessulani, filio quondam Mathildis Comitissæ, & tuis, — videlicet albergum duobus Militibus & tertiæ partis alterius Militis, & dominium, & consilium, & laudimium, & totum hoc, quidquid sit vel esse potest, quod nos habebamus vel habere visi sumus in toto honore, quem Bertrandus de Monte Mirato à nobis tenebat in termino de Palude.* Vide Historiam Episcoporum Lodovensium pag. 201.

Albergia, Jusgisti. Charta Mathildis Comitissæ, apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. p. 1592. *Per albergiam, foderum, placitum, &c.*

Albergia, apud Milites Hospital. S. Joan. Hierosol. vocantur domus, in quibus Fratres Ordinis per nationes unà comedunt, & congregantur. Statuta ejusd. Ordin. tit. 19. §. 3.

Albergare, Hospitari, divertere, procurationem exigere. Statuta Raimundi Comitis Tolosæ contra hæreticos: *Statuimus, ne Barones, Milites & alii homines nostri Abbatias, grangias, & alias domos religiosas importunitate albergandi opprimere præsumant.* Jacobus I. Rex Aragonum in Constitutionib. Cataloniæ MSS. an. 1228. *Statuimus, quod Vicarii non albergent in mansis Ecclesiarum, vel locorum religiosorum.* Charta G. Comitis Nivernensis & Forensis an. 1239. *Quod omnes homines, quos dicta domus* (Boni loci) *albergavit in terris suis, vel in posterum albergabit, in posterum ab omni collecta, & exactione, & talia immunes sint.*

Albergare, in Charta an. 1273. apud Perardum in Burgundicis p. 428.

Albergare, Dare ad *albergam*, seu ad censum, & præstationem; cujusmodi est illa, quæ pro *gisto* exsolvitur. Charta Amedei VII. Comitis Sabaudiæ pro Burgi incolis an. 1397. *Concedimus eisdem Burgensibus —— licentiam & auctoritatem dictas turres villæ nostræ antedictæ locandi, albergandi, appensionandi, &c.* Vide Guidonem Papæ consil. 123.

Herbergagium, Ædes, mansio, domus. Regestum Feodorum Campaniæ f. 79. *Richerus de Rilli recepit de Comitissa terram suam amabilem, & herbergagium, & 4. arpenta vineæ.* Fol. 108. *Joannes de Grangia est homo ligius de 40. arpentis terræ, quæ tenet ante domum suam, & de dimidio herbergagio.* Regestum Normanniæ signatum P. in Camera Comput. Paris. f. 19. *Inquisitiones costumarum de Andeliaco, — Jurati dixerunt, quod D. Rogerus Torel habet in prædicta foresta per liberationem Vicecomitis, qualiscumque sit, suum herbergagium ad virgam de pleno pugno ad terram, &c.* Charta an. 1228. apud Hubertum in Hist. Eccl. S. Aniani pag. 112. *Dotalitium suum — in Majoria & pertinentibus ad Majoriam, terra, herbergagiis, & aliis — quitavit. Herbejagium*, in Charta Ludovici Comitis Blesensis in Probat. Histor. Blesens. p. 27. Willelmus *Guiart* sub an. 1301.

Me.ent à mort és herberjages
Chevaliers, Escuiers, & Pages.

Ita in Charta Philippi Pulcri an. 1309. in ejus Regesto sign. 9. Ch. 1. ex Tabulario Regio. Robertus *de Bourron* in Hist. MS. Arthuri & Merlini: *Il est jà tart, que se vous partiés orendroit de chi, vous ne pourries hui mais venir à herbergage de nulle heure.* Et alibi: *Car sans grant gent ne fu onques si riches herbergages, come chis est.*

Herbergeria. Liber Rubeus Scacarii Anglici fol. 30. *Quatuor Marescalli, qui serviunt familiæ Regis, tam Clericis, Militibus, quàm Ministris, die, qua faciunt herbergeriam, vel extra Curiam in negotio Regis morantibus, 8. den. in die, galonem vini, &c.*

HERDAMENTUM, *Possessio, Hæreditas*, in Chartis Hispanicis, quasi *Hæreditamentum.* Vide Anton. Brandaon. lib. 15. Monarch. Lusitan. cap. 26.

HEREDA, Suecis, est Provinciæ pars, suis terminis circumscripta. Vide Joann. Stiernhookum de Jure Sueonum vetusto p. 29.

HEREBURGIUS. Vide *Chervioburgus.*

HEREDA, *Mala hereda.* Lex Burgundion. tit. 86. *De mala hereda: Si pater filiis dimittat malam heredam, si vivus dare voluerit, cui voluerit donet, postea ad filias suas, si ille dederit, nemo requirat.*

HEREDITAGIUM, Hæredium, prædium ex successione parentum, Gall. *Heritage*, in Constit. Neapol lib. 3. tit. 8. 10. 15.

HEREFARE, Profectio militaris, ex Saxon. heeꞃe, exercitus, & ꝼaꞃe, iter, profectio, expeditio.

HEREGET. Vide *Hereotum.*

HEREGRAVIUS, vel *Heergravius*, id est, Comes militaris, seu veriùs, belli dux. Quatuor verò hacce dignitate in Imperio statuit Hertzog. in Chronico Alsatiæ fol. 143. *Duces Brabantiæ, Nortmanniæ, Hungariæ, & Ferrariæ.* Sed de his fides sublesta omnino.

HEREMINÆ *pelles.* Vide *Armeniaca.*

HEREMUS. Vide *Eremus.*

HERENACHUS, apud Hibernos, Dignitas Ecclesiastica, apud quos sic nuncupabatur Clericus, qui primam tonsuram non excesserat, & censum Episcopi cæteraque Ecclesiæ debita colligebat, partem unam Episcopo, aliam reficiendæ Ecclesiæ fabricæ, tertiam fovendis pauperibus excipiendisque hospitio peregrinis disponens. In stipendium muneris, libera ei cessit ab omnibus præstationibus terræ portio, quam honoris causâ *Honorem villæ* nuncupant. Ita Vicedomini vel œconomi munus obibat; quod etiam hæreditarium fuit. Vide de *Herenacia* pleniùs disserentem Spelmannum in *Corba*, ut & Jacobum Waræum in Antiquitatib. Hibernicis cap. 17.

HERENAMES, vox formata & contracta ex Saxonico hæꞃeꞇeameꞅ, id est, *exercitus illicitè coacti participium*, ab heꞃe, aliàs heꞃᵹe, unde & heꞃᵹian, quod *grassari, prædam facere* sonat: & Ꞇheam, *sequela.* Leges Aluredi & Godrini Regum

cap. 2. apud Bromptonum: *Qui herenames fuerit accusatus, vveregildo suo se redimat.*

HERENCIA. Charta Hispanica apud Oyhenartum in Notitia Vasconiæ pag. 203. *Cum omnibus omnino, domos, hortos, vineis, vel omni herencia, molinos, pratos, &c.* Alia Garsiæ Regis Suprarbiensis apud Blancam in Comment. Rerum Arag. pag. 698. *Duas villas Leudam & Anivessem, cum suis herenciis, id est, terminis à me & filio meo determinatis.* Aliud apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. p. 436. *Dedimus vobis sancti Michaël de Buenco, cum tota sua herencia, & omni integritate, &c.* Adde Sandovallium in Episcopis Pampilonensibus p. 57.

HERIOTUM, *Herietum*, *Hariotum*, Arma bellica, bellicus apparatus, Saxonibus Heꞃeᵹeaꞇ: vox conflata, ut quidam putant, ex heeꞃe, exercitus, & ᵹeaꞇ, profectio, quòd hereotum fuerit præstatio, quæ domino dabatur profecturo ad bellum. Somnerus ex heeꞃe, & ᵹeaꞇ, vel ᵹeoꞇ, confectam vult, quæ quidem vox ultima, *fundo*, *effundo*, significat: ita ut vectigal fuerit, quod ad exercitum erogabatur. Certè *hereotum* propriè fuit *heregeldum*, & ita appellari in Legibus Scoticis infrà adnotamus, adeo ut probabile sit, *heriotum* idem habere etymon: est autem *heeregeldum*, pensitatio pro exercitu, uti & *heriotum*, quod propriè fuit vassalli, post illius obitum, militaris supellectilis præstatio, domino facta. Regularis Concordia Anglicæ nationis Monachorum Monialiumque, edita à Seldeno post Eadmerum p. 153. 1. Edit. *Solitus census, quem indigenæ Heriatua usualiter vocitant, qui pro hujus patriæ potentibus post obitum Regibus dari solet.* Ubi Saxonicum habet *heregeate.*

Olim quidem pro *hereoto*, arma & equi domino præstabantur, diversi tamen pro personarum dignitate: nam ut est in Legib. Saxonicis Kanuti Regis, editis à Lambardo, part. 1. cap. 69. & Editionis Bromptoni cap. 97. pro *Eorla*, seu Comite, hereoti nomine dabantur 8. equi, scilicet 4. ephippiati, & 4. sine ephippiis, 4. galeæ, 4. loricæ, 8. hastæ, & totidem scuta, 4. enses, & 200. auri mancusæ seu marcæ: pro *Thano regio* majoris dignitatis, 4. equi ephippiati 2. & 2. sine ephippiis, enses 2. hastæ 4. & totidem scuta, 1. galea, 1. lorica, & 50. auri mancusæ: pro *Thano mediocris dignitatis*, equus cum ornamentis & telo, aut healsfang in Occidua Saxonia, & in Mercia 2. libræ, & 2. etiam in Anglia Orientali. *Thani autem Regii*, qui socam, i. liberam habuerit jurisdictionem, hereotum erat 4. libr. & si is Regi esset familiarior, equus unus ephippiatus, alter item sine ephippiis, ensis 1. hastæ 2. scuta 2. auri mancusæ 50. & si minoris vel infimæ esset conditionis Thanus, libræ 2. Vide *Relevamentum.*

Duplex autem *hereotum* statuit Rastallus, *hereotum consuetudinarium*, & *hereotum servitii*. *Consuetudinarium* illud vocat, quod ex Consuetudine semper pensitatum est: *servitiale*, quod in infeodationis Charta insertum est mortis tempore exsolvendum. Istudque solvitur post mortem tenentis in feudum simplex.

Hereoti mentio est non semel in Monastico Anglicano tom. 1. p. 929. 934. tom. 2. p. 147. in Additam. ad Matth. Paris p. 131. &c. sed & in Domesdei, tacito licet nomine, in Hereford. *Burgensis cum caballo serviens cùm moriebatur, habebat Rex equum & arma ejus: de eo, qui equum non habet, si moreretur, habebat Rex aut 10. solidos, aut terram ejus cum domibus.* Vetus Inquisitio apud Will. Dugdalum in Antiquit. Warwicensis Provinciæ p. 665. *Et post decessum hujusmodi custumariorum, dominus solebat habere nomine herioti melius animal, & non plus, &c.*

Quæ quidem præstatio obtinuit apud Scotos, ut in voce *Heerezelda*, & apud Francos nostros, ut in V. *Catallum*, docemus. Sed & apud Longobardos. Conradus Imp. in Lege Longob. lib. 3. tit. 8. §. 4. *Præcipimus, ut cùm aliquis ejus Miles, sive de majoribus, sive de minoribus de hoc sæculo migraverit, filius ejus beneficium tenere. Si verò filios non habuerit, & aviaticum ex masculo reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato usu majorum valvassorum, in dandis equis & armis suis senioribus.* Quod idem videtur, quod in lib. 2. Feudor. tit. 12. dicitur, *armis & equis communibus beneficium* (feudum) *acquirere.*

In Legibus Edwardi Confess. cap. 35. Angli omnes *arma habere* jubentur, *nec debent illa invadiare, nec extra regnum vendere; sed hæredibus suis in extremis legare ad servitium tenementorum suorum dominis suis explendum, cùm opus adfuerit. Quòd si qui eorum hæredes vel parentes non habuerint, dominus suus illa recipiet, &c.* Sed *hereoti* alia fuisse videtur conditio, cùm arma demortui domino ab hærede præstarentur.

Interdum *hereotum* cum *relevio* confunditur. Leges Canuti Regis cap. 97. apud Bromptonum: *Nisi quantum ad justam relevationem pertinet, quæ Anglicè vocatur Hereget.* Liber Ramesiensis Monasterii sect. 63. & 151. *Ego Godricus concedo Deo & S. Benedicto Ramesiæ, post dies meos terram meam de Tiringtona: ita tamen ut Abbas Ecclesiæ Ædnothus frater meus, acquietet eam de servitio, quod Heregeat Anglicè, Latinè Relevatio hæreditatis dicitur, quæ ab hæredibus liberis, post mortem patrum dominis solet impendi.*

Discrimen tamen fuit inter *Hereotum* & *Relevium*, adeo ut ex uno eodemque prædio utrumque interdum exsolutum legatur. Bracton lib. 2. c. 36. §. 1. *Fit quadam præstatio, quæ non dicitur Relevium, sed quasi, sicut Herietum, quasi loco relevii, & quòd dari debet aliquando ante sacramentum fidelitatis, aliquando post.* Et §. 9. ait: *Herietum nullam habere comparationem ad Relevium, præstari autem cùm Tenens, liber, vel servus, in morte sua, respicit Dominum suum, de quo tenuerit, de meliori averio suo, vel de secundo meliori, secundùm diversam locorum consuetudinem: quæ quidem præstatio magis fit de gratia quàm de jure, & quæ hæreditatem non contingit.* Vide cap. 25. eod. lib. §. 3. Fletam lib. 2. c. 18. 57. §. 10. lib. 3. c. 18. Brittonum cap. 69. Rastallum. Veterem Chartam apud Ægidium Gelenium in Colonia p. 68. &c.

Porrò cavebant testamento Milites ipsi, ut cum humo mandarentur, equus dextrarius seu palefridus coram sepulcro adduceretur, ac Ecclesiæ offerretur, tanquam *hereoti* nomine, ac *Principalis* animalis vel Catalli. Istius moris aliquot exempla descripsit Will. Dugdalus in Antiquitatib. Warwicensis Provinciæ p. 680. quæ hîc etiam exhibenda duximus. Testamentum Willelmi *de Beauchamp* an. 52. Henrici III. *Et corpus meum terræ sepeliendum in Ecclesia Fratrum Minorum Wigorniæ, & coram corpore meo unum equum ferro coopertum, ut decet, cum stramentis Militaribus.* Testamentum Rogeri *de Clifford* an. 12. Edward. I. *Et corpus meum sepulturæ, Matrici Ecclesiæ de Dore, & cum corpore meo dextrarium meum coopertum, vel 30. marcas.* Aliud Hugonis de Plessetis Militis an. 24. Edw. I. *Et corpus meum ad sepeliendum in Ecclesia Conventuali de Missenden juxta monumentum patris mei ibidem, quondam defuncti, & cum corpore meo, nomine Principali, palefridum meum album cum armatura, quæ decet.* Aliud Walteri *Cokesey* Militis an. 24. Edw. I. *Item lego corpus meum ad sepeliendum in Ecclesia Fratrum Minorum Wigorniæ, & eisd. Fratribus 10. marcas argenti pro omni-*

omnibus armis meis coram corpore meo venientibus: quæ quidem arma integraliter Waltero filio remanebunt, & quidam equus coram corpore meo veniens: tunc ibidem dicta arma deferens cum dictis Fratribus remanebit. Aliud Willelmi *de Beauchamp* Comitis Warwici an. 25. Edw. I. *Lego etiam duos magnos equos coram corpore meo arma mea, secundum quod decet, portantes, ut prædicto loco, ubi corpus meum sepelietur, remaneant.* Aliud Ricardi *de Mandeville* an. 27. Edw. I. *Do, lego corpus meum Ecclesiæ Conventuali Canonicorum de Chauncumbe humana tradendum sepulturæ juxta patrem meum, & c ram eodem unum equum pretii 20. marcarum, vel valorem 20. marcarum.* Aliud Roberti *de Legh* Militis an. 9. Henrici IV. *Item lego unum palefridum nigrum coram corpore meo die sepulturæ meæ transiturum, nomine Herieti.* Aliud Joannis *Macrefeld* Clerici an. 9. Henrici IV. *Item lego equum meum vocatum le Bay aumbler, ut offeratur ante corpus meum in die sepulturæ meæ, nomine Principali.* Atque hæc quidem fusiùs adnotanda duximus, ut tandem inde discamus, cur in Magnatum funeribus & exequiis eorum arma & equi in Ecclesia offerantur?

Quippe *Melius Catallum*, seu *Principale* ad Ecclesiam deferebatur cum corpore defuncti. Vetus Inquesta apud eundem Dugdalum: *Requisitus de testamentis dictorum hominum dicit, quòd Principale legatum debet deferri ante corpora defunctorum ad Ecclesiam de Persore, & ibi per Sacristam illius Monasterii & Capellanos dictorum locorum æstimari, & facta æstimatione, medietas debet residere penes Sacristam, & alia medietas penes Capellanos dictorum locorum.* Testam. an. 1390. *Item lego ad fugandum ante corpus die sepulturæ meæ unum bovem meliorem.* Aliud an. 8. Henrici IV. *Ac corpus meum ad sepeliendum in cœmeterio — & meum melius animal coram corpore meo, ut mos exigit, die sepulturæ meæ, nomine Principali.* Aliud an. 1369. *Item, jeo devise à chescun Eglise où jeo su segneur, & ay per mez ministrez ma menere en mon temps ma meillour beste illecques trové, en nom de Principal, por grée faire de mes dismes obliez.* Aliud denique an. 2. Henrici IV. *Item, jeo devise à chescun lieu où je sui segneur ou patron, 20. s. de monoie en nom de mon Principal, &c.* Sed præstat, quæ in hanc rem habet Ceremoniale Gallicum MS. hîc Lectori proponere:

Comment les obseques se doivent faire.

En aprés tous Heraux & poursievans doivent cognoistre comme les obseques se doivent faire, mais plusieurs n'i tiennent point de regle. Car les uns font par devotion de Messes à petit de luminaire de tres-petit paiemens. Les autres les font à grans paiemens, & grans pompes, & à peu de Messes, & en plus grand magnificence, qui ne leur appartient. Mais principalement l'honneur du service des estats mondains sont à prendre garde, comment se font & vont les offrandes, ésquelles anciennement parmi le luminaire d'entour la biere avoit cierges aux quatre cornets, & à chascun cierge un escuçon. Le premier doit avoir les armes de la mere, le second les armes de l'ale, (ayeule) *le trois de lui, & le quart des armes de suzesté,* (bisayeul) *parti chascun escu comme armes de service doivent estre, quant leur mary vivoit. Et au pié de la biere un escuçon des armes du trespassé. Et tout le luminaire & sainctuaire de l'Eglise doit avoir armes des mesmes escus de plus petits escuçons, & doit icelui estre amoié de deux costez, & si espés, qui se puisse tourner tout droit, quant il est assis sur les piés de la biere, & se doit porter & offrir à l'offrande par l'aisné fils accompaigné des quatre plus prochains des escuçons des armes, & descendus és chiefs du lignaige desdites armes, & doivent porter chascun un desdits cierges armoié comme dit est. Et par ce est cogneu celui, qui porte l'escu, qu'il est gentilhomme de quatre lignes: & par les armes & ceux, qui portent les cierges à l'accompaignier, est cogneu qu'és trois lignes se font dont il est descendu, & quelque ancienneté qu'il ait selon le lignaige de quatre lignes, il doit estre honnourez. Car quant l'homme a prins ligne de quatre lignes en la maniere dessusdite, il se peut dire Gentilhomme, & à qui noblesse appartient. Et si un noble homme d'ancienneté est issus aprés la noblesse de quatre lignes non nobles, c'est assavoir de celle de l'esle, de suzesle, & de mere, il ne se deveroit plus nommer Gentilhomme. Et pour cette cause tout noble homme doit desirer à soi marier à noble lignie: car se il n'est en cele faute, sa ligne sera tous jours dite noble, quelque chose qu'elle face, combien que le noble homme de sa nature, doit tous jours faire nobles œuvres, ou il fait honte à sa nature.*

Item, la seconde offrande doit estre le healme, que les deux & plus grans Seigneurs, qui soient à l'obseque, doivent porter, & doivent tous deux ensemble offrir.

Item, la tierce offrande doit estre l'espée, laquelle doit estre offerte par les deux plus vaillans hommes de toute l'obseque.

Item, la quatriesme offrande doit estre d'un cheval, couvert des armes du trespassé. Et sera monté dessus un Gentilhomme ou amy du trespassé, qui portera sa banniere, s'il est Banneret, ou s'il est Bachelier, son penon. Et sera accompaigné de deux nobles hommes les plus vaillans & les plus renommez à estre Capitaines & Gouverneurs de gens d'armes, qui soient en tout l'obseque.

Item, en aucuns lieux la cinquiesme offrande sera pareillement d'un cheval couvert de sa livrée, & dessus ara un Gentilhomme, lequel sera mené & offert par les deux plus gracieux, & les plus mondains entre Dames & Damoiselles sans reprenche de tout l'obseque.

Item, en aucuns lieux les offrandes se doublent par moitié pour la guerre, moitié pour le tournoi des choses dessusdites, & en plusieurs contrées non.

Item, en aucuns lieux où elles sont ainsi faites, les noirs vestus n'offrent point, si non celui qui apporte l'escu. Mais és lieux où ils vont à l'offrande, ils doivent estre menez & conduits par les plus grans de l'obseque, qui n'ont point offert les choses dessusdites.

Item, lesdites offrandes s'y doivent estre offertes & portées aux Seigneurs par les Roys d'armes ou Heraux, en leur disant, qu'il leur plaise à eux non excuser de ce faire, & que ainsi est ordonné. Et doivent ceux respondre, a qui ils sont presentez: L'en a mal regardé de moy presenter tel honneur, car il n'est pas deu devant tant d'autres de ceste compaignie: mais sous la charge de ceux, qui ont fait ceste ordonnance, je le feray, & nonpas de mon vouloir: laquelle ordonnance de services sont delaissiés au temps present pour trois choses. La premiere, si est que plusieurs qu'ils se monstrent gent de grant estat, ne saroient armoier les cierges de quatre lignes, parce qu'ils ne sont pas venus d'icelle descente, comme de noblesse. La seconde, si est pour les envies, qui estoient pour les offrandes. La tierce, si est pour le grant coust que l'en promettoit. Mais c'estoient choses pourquoi l'estat des personnes pooit estre cogneu, & par quoi l'en povoit cognoistre, quel honneur leur devoit estre fait. Et estoit la cause principale à quoy les Heraux prennoient garde plus aux offrandes, que aux autres choses, qui appartiennent au service, lesquelles se peuvent cognoistre & demander par escrits & autres livres sur cette matire. Philippus *Mouskes* an. 1242. de Arnaldi de Aldenarda funere:

Aportés fu trop ricement,
Et enfoüis moult noblement,

Ses cevaus i fu tout couvers
De ses arm.es, mult bielo..ers,
Et un vallés sist sus armés,
De ses armes tous acesmés.
Si ot Clers, Dames, Cevaliers,
Tant que tout plains fu li Mostiers.

Pompa funebris Bertrandi Guesclini Franciæ Constabularii MS. *Premierement il i ot quatre escus. Et chascun escu avoit pour doux cierges. Et offrit le premier escu de la guerre le Comte de Longueville frere du trepassé, accompagné du Comte de Dammartin, & du Sire de Rieux. Le second escu offrit Messire Alain de Beaumont, accompagné du Sire de Beaufort, & du Sire de Hambié. Le tiers escu offry Messire Olivier de Mauny, accompagné de Messire Guillaume de Vienne, & du Sire de Berry. Le quatriesme escu offry Hervé de Mauny accompagné du Begue de Villaines, & du Sire Beaumanoir. Item & aprés offry quatre espées pour la guerre, & deux pour le tournoy. La premiere offry Monsieur de Touraine, la seconde offry le Comte de Nevers, la troisiesme offry Messire Pierre de Navarre, la quatriesme offry Messire Pierre de Bar. Item, il i ot quatre Sergens d'armes montez sur quatre destriers couvers des armes dudit Connestable, accompagnez chascun de deux nobles Chevaliers. Le premier de Baudran de la Heuse, & de Monseigneur Morice de Persigny: le second du Mareschal de Blainville, & de Monseigneur Guillaume des Bordes: le tiers de Regnaut de Gennes & du Borgne de Mondoublet: le quatriesme du Comte de Grantpré, & du Comte de * Chaume.* Vide Andream Fauynum, in Theatro honor. pag. 1878. & Tillium tom. 2. p. mihi 286. adde præterea Pompam funebrem Ludovici Comitis Flandriæ apud Froissartem 2. vol. cap. 148. Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 469.

Herdocho, idem quod *Hereotum*: itaque fortè scribendum in Charta Grodegangi Episc. Metensis an. 765. apud Meurissium p. 169. *Quicumque mansum vel aclam de terra nostra possederit, moriens bovem unum ad curtim dabit, quod vulgò dicitur Herdocho: aut si bovem non habuerit, duodecim denarios persolvet.* Sed & in Synodo Sodorensi, cap. de Mortuariis, legendum videtur *Heriottum*, pro *Pirottum*. Vide in hac voce, & Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. p. 811.

HERES, Medicaminis species, apud Cælium Aurelianum. lib. 1. Chronion cap. 3.

HEERE-SCHILD, vox Saxonica & Germanica, composita ex heeꞃe, exercitus, & ꞅchild, vel ꞅcyld, clypeus. Gloss. Ælfrici p. 66. Scutum, clypeus, ꞅcyld. Propriè autem est obsequium militare, quo quis Principi obnoxius est: quod *Scutagium* vocant Angli. In Constitutione Friderici I. an. 1158. apud Goldastum tom. 3. Constitut. Imperial. §. 8. est *de Abbatissa & Episcopi hereschildo.* Mox: *Si Monialis in Abbatissam, aut Monachus in Episcopum eligatur, per hoc in Imperio Militia cingulum, & non jura civilia acquirere possunt*, id est, eo ipso, quo Abbatissæ & Episcopi eliguntur, Regalium, quæ tenent jure, militares functiones obire tenentur. Vide *Scutagium*.

Neque alterius sunt originis voces *Arascild*, *Arachild*, & *Arischilit*, quæ pravè editæ leguntur, pro *Hereschild*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. §. 4. *In collectione habitantium in uno loco, pro vi inferenda alicui, si plaga illata, aut homo mortuus fuerit, de ipsa collectione compositio fit 20. solidorum ei, qui vim passus est*: Statuti rationem reddit Princeps: *Quia non potuimus causam istam assimilare ad Arascild, nec ad Concilium* (ita leg. pro *Consilium*) *rusticanorum, vel ad seditionem: & plus nobis potuit congruum esse de consilio malo, id est, consilio mortis.* Quo verborum contextu Legislator innuit, ejusmodi conventus illicitos accipi non potuisse pro legitimis conventibus, verbi gratiâ pro *herescild*, id est, conventu ad militiam, vel conventu pro rebus publicis, vel denique conventu pro seditione vel tumultu aliquo pacificando ac sedando. Ita §. 5. vis à feminis, maritorum impulsu, illata, ab ipsis maritis emendatur: *Quia*, inquit idem Legislator, *non possumus mulierum collectionem ad arascild assimilare, neque ad seditionem rusticanorum, quia viri istam causam faciunt, non mulieres.* Ubi paulò secus Editio Heroldi p. 249. *Quia non potuimus mulierum collectionem ad Arschild consimilare, neque ad seditiones rusticanorum, quia istam causam viri faciunt, nam non mulieres.* Hoc est, ea mulierum collectio, vel is conventus, capi non potest pro militari collectione, nec pro seditione pacanda, cùm res hæc (*causa*) viros spectet, non mulieres. Id autem hoc loco *Hereschild* sonat, quod pravè, ut diximus, *Arischild*, vel *Arscild*, locis iis dicitur, ut apud Papiam *Arachild*, qui *cavalcadam* rectè interpretatur: ut & apud Ugutionem, *Arischilit*, qui *adunationem* perinde rectè vertit. Atque inde

Hereschild, ut habet Kylianus, dicitur *dignitas originis, clypeus patris ac matris, feudum & clypeus, clypeus feudalis, nobilis prosapia paterna, clypeus militaris, insignia.* Chronicon Laurishamense p. 88. *Nam septem principalia beneficia —— ad generum ejus Ducem Welephonem transierunt, maximo videlicet Ecclesiæ detrimento. Exinde siquidem militaris clypeaturæ, scilicet Hereschilt, integritas confusa, atque in diversâ distracta est, & Ecclesiæ status tam in militari frequentia, quàm in re stipendiaria, in suis opportunitatibus & regalibus expeditionibus imminutus est, multorum servitiis in unam personam collatis, solumque remansit inane nomen domini & hominis.* Suprà p. 78. *Qui communicato 12. illustrium fidelium suorum consilio, quo numero etiam beneficialis summa militaris clypei, qui vulgò dicitur Hereschild, Laureshamensis Ecclesiæ attinens includitur, singulis pro quantitate beneficiis centenos Milites (ut traditur) assignavit.* Idem Chronicon p. 91. *Quæ idcirco Rex remiserat, ne fortè dignitas regalis Abbatiæ militari clypeo, qui vulgò dicitur Hereschildt, subtracto diminueretur.* Vide *Clypeus*.

HEERESTRETE, Viæ regiæ, seu *militares*, uti appellantur ab Eumenio in gratiarum act. sect. 7. & aliis, ab *heer*, exercitus, & *strete*, seu *strata*, via. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 10. *Omnes heerestrete omnino Regis sunt, & omnia gvvastovva eis*, id est, non modò viæ ipsæ; sed & delictorum, quæ in viis regiis committuntur, cognitio Regis sunt.

HERETAGIUM, ex Gallico *Heritage*, Patrimonium, quod successione obvenit, apud Henric. Knyghton.

HERETAYNES, *Herethaynus*, idem quod *Herenames*, de qua voce suprà, ejusdemque originis ac notionis, in Legibus Inæ c. 17. *De heretaynes conducentibus exercitum.* Et c. 17. *Qui herethaynus, id est, conducens exercitus fuerit accusatus, Weregildo se redimat.*

HEERETOCHIUS, Ductor exercitus, magister militum: ex Saxon. heeꞃeꞇoᵹa, voce conflata ex heeꞃe, *exercitus*, & ꞇoᵹen, *ducere*: unde Germanis *Hertzog*, Dux dicitur, quasi *Dux exercitus.* Qui autem *heretochii* potissimùm fuerint apud Anglos, sic pluribus prosequuntur Leges Edwardi Confess. c. 35. *De heretochiis: Erant & aliæ potestates & dignitates per Provincias & patrias universas, & per singulos Comitatus totius Regni prædicti constituta, qui Heretoches apud Anglos vocabantur, scilicet Barones, nobiles, & insignes, sapientes & fideles & animosi, Latinè verò dicebantur*

batur Ductores exercitus, apud Gallos Capitales Constabularii, vel Marescalli exercitus. Illi verò ordinabant acies densissimas in prœliis, & alias constituebant, prout decuit, & prout eis melius visum fuit, ad honorem Coronæ & ad utilitatem Regni. Isti verò viri eligebantur per commune Concilium pro communi utilitate Regni per Provincias & patrias universas, & per singulos Comitatus in pleno folcmote, sicut & Vicecomites Provinciarum & Comitatuum eligi debent: ita, quòd in quolibet Comitatu semper fuit heretochius per electionem electus ad conducendum exercitum Comitatus sui, juxta præceptum Domini Regis ad honorem & utilitatem Coronæ Regni prædicti, semper cùm opus adfuerit in Regno. Item qui fugit à Domino vel socio suo pro timiditate belli, vel mortis, in conductione heretochii sui, in expeditione navali vel terrestri, perdat omne, quod suum est, & suam ipsius vitam, & manus mittat Dominus ad terram, quam ei antè dederat. Heretochii in Legibus Henrici I. gradu Vicecomitibus inferiores ponuntur: ubi enim de Placitis generalibus Comitatuum; Intersunt Episcopi, Comites & Vicecomites, Heretochii, Trithingrevi, Ledgrevi, &c. Ita habet Spelmannus: nam in Editis c. 7. vox Heretochii abest.

HEREZELDA, & Herrezelda, Scotis, dicitur jus illud, quod domino feudali competit ratione dominii, percipiendi in bonis sui husbandi, seu tenentis, meliorem averium seu animal, de ejus catallis, post illius decessum. Ita Quoniam Attach. c. 23. & Leges Burgor. Scoticor. c. 19. Adde Regiam Maj. lib. 2. c. 36. § 2. Id Angli Hereotum vocant. Vide in hac voce. Vox confecta ex herr, dominus, & zelde, donum, seu ex geld, præstatio, ut existimat Spelmannus. Ego verò herregeldum, appellatum potiùs censuerim ab heer, exercitus, & geldum: quod vassallis ac tenentibus decedentibus, dominis jus esset capiendi in illius bonis equum, arma bellica, veluti ad exercitus subsidia. Vide Skenæum de Verborum significat. verbo Herrezelda.

HERGEWETH, Arma bellica: vox Theutonica, ex heer, exercitus, & gevvet, pignus, quòd in belli pignus ea hæredi relinquantur. Speculum Saxon. lib. 1. art. 19. § 1. Suevus tam res expeditorias, hoc est, arma bellica, seu hergevveth, quàm hæreditarias, non solùm in septimo tollit gradu, &c.

HERGRIPA. Leges Henrici I. Regis Angliæ c. 94. Si quis aliquem per capillos arripiat, tantum emendet, quantum de uno colpo faceret, i. quinque denarios de Hergripa. Vox ex Saxonico vel Anglico formata, à haire, capillus, & gripan, capere.

HERKARE. Lambertus Ardensis pag. 142. Ubi rustici homines & incompositi ad bibendum, vel ad cheolandum, vel etiam herkandum, propter agri pat ui largam & latam planitiem convenire solebant. Ubi hercatio, lusus apud rusticos nostros species fuit. Vide Cheolare.

HERIGALDUS, Vestis species. Synodus Wigorniensis ann. 1340. c. 21. Capas etiam deferant clausas Sacerdotes & Personatum habentes ubique, & non ampliùs utantur herigaldis.

HERIBANNUM. Vide Herebannum.

HERILES, Principum seu Dominorum filii, quasi minores heri, quos sequior ætas Domicellos dixit. Gloss. Gr. Lat. Δεσποτικός, erilis: Δεσπόσυνος, erilis. Gloss. MS. Eccles. Paris. Erilis, filius, dominicus. Eriles, domini. Erilis, dominicus, &c. Glossæ Pithœanæ: Eruli, domini, domnuli. Papias: Heri, domini: inde Herilis velut heri filius, velut quidam dicunt, minor filius, i. domicellus. Herilem filium dixit Terentius in Andr. quem Donatus τρόφιμον interpretatur: herilem filiolam, Prudentius lib. περὶ στεφάνων, in S. Fructuoso, pro filia Præsidis: & Anonymus in Vita S. Antonini Abbat. Surrentini num. 14. Δεσπόσυνος, Xenophonti, Theophilo, Harmenopulo, & aliis: υἱὸς δεσπότης, Heliodoro lib. 1. Hujus vocis usum revocar[illegible] Scriptores ævi medii. Guibertus Epist. 39. Ego quidem, cui ob beneficia Ottonis est multa fides, circa herilem filium sic protinus delibero, &c. W. Britto in Præf. ad Philippid. de Ludovico Philippi Augusti filio:

—— Herilis sanguinis hæres.

Theodolus:

Tandem confectis ætate creatur herilis
Filius.

Sed & Regum fratres, heriles vocat Jonas Aurelian. in Præfat. ad Opusc. de Instit. regia, ad Pipinum Reg. Aquit. Necesse est, ut vos & fratres vestri, heriles nostri, in mutua dilectione consistatis.

HERIMANNI, Heremanni, Arimani, Arimanni. Ita dicebatur apud Longobardos certum hominum genus, quos humilioris fuisse conditionis quidam rentur, quòd servis adjungantur in Diplomate Conr Imp. apud Sigon. lib. 8. de Regno Italiæ: alii verò Milites, vassallos, & qui beneficia à Principe obtinebant, ita dictos censent. Certè arimanos in Legib. Longob. subditos fuisse immediatè Comitib. ipsis, Judicibus, Sculdasiis, &c. deprehendimus, ita ut diversos fuisse à servis nemo non putet. Lib. 1. tit. 18. § 2. Arimanus ille quidem, si mentitus fuerit, & dolosè hoc egerit, si antè venerit ad palatium, quàm ad judicis sui vadat judicium. Tit. 25. § 50. Si ille judex — arimano suo faciendum mandatum neglexerit. Lib. 3. tit. 12. § 5. Nemo Comes, neque loco ejus positus, neque Sculdasius ab arimannis suis aliquid per vim exigat. Tit. 13. § 3. Comes loci ad defensionem patriæ suos arimanos hostiliter præparare monuerit, &c. Charta Hugonis & Lotharii Italiæ Regum ann. 938. in Bibl. Sebus. Cent. 1. c. 83. Insuper concedimus eidem fideli nostro Aledramo, suisque hæredibus, ut de villa, quæ vocatur Roncho, & de omnibus Arimannis in ea morantibus, omnemque districtionem, omnemque publicam functionem & querimoniam, quam antea publicus noster que missus facere consueverat, — custodiant & observent.

Prædictis addo, quæ de Arimannis habent Capitula Concilii anonymi ann. 904. c. 1. & seqq. Ut nullus Comitum arimannos in beneficio suis hominibus tribuat. Ut homines Comitum nullatenus in domibus arimannorum resideant; sed domos reipublicæ instaurent, ibique resideant. Ut Scriptoribus publicis nullatenus interdicatur res arimannorum transscribere, si quando eis fuerit opportunum. Quòd si occasione vitandi exercitus, aut placitum, venditæ fuerint, & ipsi eas pendere supersederint, exigatur ab eis utrumque, sicut ante transscriptionem. Ut ipsi arimanni frequentiùs quàm in lege statutum est, ad placitum ire cogantur, nec à Comitibus, nec à Sculdasiis, &c.

Sanè his omnibus in locis Arimanni videntur fuisse, qui sub Comitibus, judicibus, aliisque regiis Officialibus, in oppidis & castris militabant, invigilabantque eorum tuitioni. Cui sententiæ favet etymon Germanicum: dicti enim Arimanni, seu Herimanni, ab Heer, exercitus, & Man, homo, quasi vir exercituum, uti vocem Herman interpretatur Aventinus. Nos diceremus Hommes de guerre, Hommes d'armée, Germanis Hermanner, milites, & beneficia ac prædia ab Imperatore concessa possidentes, vassalli minores. Ita Goldastus. Vel certè Arimanni, seu Heremanni, fuere ipsi villarum incolæ, vel, ut vulgò dicimus, subditi, prorsus diversi à servis, cùm nulli oneri subjacerent, præterquam hostis, & placiti, ut ex suprà allatis satis patet: quod de servis nullibi dictum legere est. Proinde vocis etymon arcessendum hoc casu ex herr, dominus, & man, homo, quasi homo domini, id est, vassallus.

Sed dubitationem adimunt omnem Chartæ veteres, quæ Herimannos liberos fuisse homines declarant, ut Charta Caroli Crassi Imp. apud Ughellum tom. 5.

in

in quibusdam *Ermanni* dicuntur. Alia Ottonis Imp. ann. 967. apud eundem in Episc. Veronensibus: *Castellum, quod vocatur Romanianum cum liberis hominibus, qui vulgò Heremanni vocantur.* Ubi perperam editum *Heremitani*. *Rustici Arimanni*, in veteri Charta ibid. p. 742. Atque hac notione *Harimannos* & *Herimannos* habent aliæ apud eundem Ughel. to. 1. p. 899. tom. 4. p. 632. 635. 663. &c. Adde Chronicon Benevent. S. Sophiæ p. 619. & eundem Ugh. tom. 2. p. 217.

Arimanna femina, non *Arimanni* uxor; sed femina ejusdem conditionis ac fuit Arimannus, &, ut interpretor, quæ liberæ erat conditionis, & ab Arimanis genus ducebat. Charta Ludov. Pii in Chron. Farfensi p. 657. *Ut secundùm tenorem antiquorum præceptorum, quæ Reges Longobardorum nobis dederunt, de Arimannis feminis, quas sibi pertinentes huic Monasterio in conjugio sociaverunt, ut post transactum annuale spatium, secundùm dicti tenorem, sic eos easque possideamus, nobisque proprio nomine vindicemus.* Quibus verbis innuit Ludovicus, legem latam à Ratchise Rege, quæ extat in lib. 2. Legis Langob. tit. 35. §. 10. *Si autem amodo præsumpserit cujuscumque servus arimannam ducere uxorem, sic exinde detur judicium, sicut in anteriori edicto legitur.* Ubi disertim servus ab arimanno distinguitur, prorsusque alterius fuisse conditionis ostenditur: ut & in alio Diplomate ejusdem Ludov. Pii pro Ecclesia Veronensi apud Ughellum: *Insuper etiam placuit nostræ Serenitati de famulis ejusdem Monasterii definitiones facere, videlicet feminis liberis, quas Itali Herimannas vocant, quæ se famulis ipsius Ecclesiæ & Monasterii copulaverunt, &c.*

Arimania, Arimannia. Marculfus lib. 1. form. 18. *Fidelis noster veniens ibi in Palatio nostro, unà cum arimania sua, in manu nostra trustem, & fidelitatem nobis visus est conjurasse.* Ubi *arimania* vox non *familiam* tantùm, uti vult Bignonius; sed *familiam militarem* significat. Ibi enim *Antrustionis* Regis mentio fit, qui Regi fidem & operam suam, in exercitu scilicet, spondet. Unde & interdum vox eadem pro *cavalcata*, *hoste*, seu *exercitu*, usurpatur, hoc est, pro eo jure, quo domini vassallos suos in exercitum secum ire compellebant. Charta Guillelmi Montisferr. ann. 1156. apud Guichenonum in Bibliotheca Sebusiana Cent. 1. c. 93. *Ut nec nos, nec nostri successores — valeamus ab antedicto Monasterio, vel à præfatis omnibus exigere placitum, districtum, bannum, fodrum, albergariam, pradariam, arimanniam, angariam, parangariam, &c.* Neque aliud est *armannia*, *arimandia*, & *armandia*, (vix enim sibi constant Codices editi) in libro 5. Feudorum, in cujus vocis origine vestiganda frustra insudarunt Feudistæ: est enim *arimannia*, & *arimandia*, obligatio in vassallis, eundi in exercitum, quæ meritò inter jura regalia ibi accensetur: *Regalia autem sunt armanniæ, viæ publicæ, flumina, &c.* Ubi perperam Isern. Alvarottus, Baldus, & alii, *arimandiam* vectigal esse quoddam, quod ex armentis animalium solvebatur, interpretantur. Neque feliciùs Cujacius & alii, armamentaria publica, i. armorum fabricas, quarum jus penes Imperatorem est, esse censuere: vel, ut Borcholten, certum vectigal, quod ex licentia arma faciendi dependeretur. Hinc *districtus Erimaniæ*, pro mulcta, quæ pro defectu *hostis* irrogatur, in veteribus Chartis apud Ughellum tom. 5. p. 777. 785. 790. &c. Vide Histor. Bellunensem Georgii Piloni p. 84. v.

Arimannaria, idem quod *Arimandia*, in Charta Philippi Ducis Thusciæ an. 1195. in Bullario Casinensi tom. 2. p. 226. *Ab omnibus similiter albergariis, arrimanariis, angariis, parangariis, fodris, &c.*

Erimarii, perperam, ni fallor, pro *Erimanni*, in Charta Caroli Crassi Imper. anno 882. apud Ughellum tom. 4. pag. 1566. *Liberos massarios, vel Erimarios, quos fugales coactio exigere, quærere placitum per patronos vel advocatum adducat, &c.*

HERISCINDIUM. Henricus Rosla in Herlingsberga:

Non totiens fieri placet heriscindia mecum.

Id est, non placet, ut toties fiant mecum ditionum mearum divisiones. Vox enim formata à Latina, *herciscere*, dividere. Unde *judicium familiæ herciscundæ*, apud JCtos est rei familiaris dividundæ.

HERIPERRETUS. Brovverus lib. 8. Annal. Trevir. p. 473. 1. Edit. ex vetere Glossario Cæsarii Abbatis Prumiensis: *Dare parafredum, cum tres mansi collato sumptu seniori Curiam Imperatoris, vel Longobardicam, aliamve meditanti expeditionem publico vel rei suæ familiaris bono, equum militarem subministrare cogebantur, quem Heriperretum vulgò nuncupabant, addito mancipio, quod equum curaret.*

HERIREITA. Lex Bajvvar. tit. 3. c. 8. §. 1. *Si quis liberum hostili manu cinxerit, quod Herireita dicunt, ad ostium cum 40. clypeis, & sagittam in curtem projecerit, aut quodcumque telorum genus, cum 40. sol. componat, Duci verò nihil minus.* Ubi Editio Heroldi tit. 23. pro *ad ostium*, habet *idem*. Lindenbrogius vocem ab *heer*, exercitus, deducit, & *reita*, equitatura. Id improbat Spelmannus, cùm *clypeus* & *sagitta*, de quibus hoc loco, peditum, non equitum sint arma: unde mavult à Saxon. ꞃýꞇ, i. *agmen, caterva*, vocem formatam, ut intelligatur *caterva militaris*. Posset etiam legi *herireisa*: nam *reisa*, ut suo loco docemus, Germanis *excursionem militarem* sonat.

HERISLIZ, *Harisliz*, Theutonica Lingua, est *armorum depositio*, ab *heer*, exercitus, & *lassen*, deserere, *Laisser*, uti vult Lindenbrogius. Rhenanus lib. 2. Rer. German. p. 94. *Deseruisse exercitum inter capitalia numerabatur. Id flagitium Franci vocabant Herischlitz, quasi dicas exercitus scissionem.* Hinc *herisliz facere*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. §. 15. in Capitul. an. 802. c. 3. in Capitul. 1. an. 810. c. 12. Capitul. 2. ejusd. an. c. 14. & Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 70. dicitur eadem *Theudisca lingua, qui dimisso exercitu absque jussu & licentia Regis domum revertitur.* Quod quidem crimen, ut majestatis, capite & bonorum confiscatione ibidem puniri dicitur. Adde l. 4. Capit. Car. M. Append. 2. c. 29. Annales Francorum Tiliani an. 789. de Tassilone Duce Bavariæ: *Et ipsa Synodus juxta linguam suam Harisliz judicaverunt eum ad mortem.* Annales Loiselliani ann. 788. de eod. Tassilone: *Et quomodo domnum Pipinum Regem in exercitu derelinquens, & ibi, quod Theodisca lingua Harislit, (al. Haristallit) dicitur, visi sunt judicasse se eundem Tassilonem ad mortem.* Concilium Ænhamense an. 1009. c. 24. *Si quis de profectione militari, cui Rex intererit, sine licentia se subtraxerit, in detrimentum corruat omnium fortunarum.* Est præterea

Herisliz, legitima armorum depositio, cùm scilicet expleto expeditionis tempore, qui ad eam tenentur, domum revertuntur. Lex Longob. eod. tit. §. 17. *Postquam Comes & pagenses de qualibet expeditione hostili reversi fuerint, ex ea super 40. noctes bannum sit resessum, quod Theudisca lingua Herisliz, id est, armorum depositio vocatur.* Eadem pæne iisdem verbis habentur in Capitulis Caroli C. tit. 31. c. 23. præterquam quòd pro *herisliz*, legitur *scaftlegi*, ita ut nullum esse in utriusque vocis notione discrimen appareat, licèt aliter censuerit Spelmannus, qui *Herisliz*, factum putat ex heeꞃe, exercitus, & ꞃliꞇ, & ꞃlice, Saxonico, vel ꞃliꞇan, rumpere, scindere; ut fuerit exercitus dimissio, *la rupture d'armée*, quomodo hic intelligitur.

HERISTALLUS, Castra, sedes exercitus, ex *heere* exercitus, & *stelle*, vel *stal*, statio, situs. Veteres Francorum Annales c. 57. *Positisque castris apud Wiseram fluvium, locum castrorum Heristelli vocari jussit.* Addit Eginhartus: *Qui locus ab incolis usque in præsens ita nominatur.* Veteres Annales alii, editi à Lambecio lib. 2. Comment. de Bibliotheca Cæsar. anno 797. *Intra-*

travit in Saxonia, & ibi habitavit ipsam hiemem, & fecit ſi dem ſuam juxta locum, ubi Timella fluit in Wiſaraha, quem etiam Heriſtelli appellavit, eò quòd ab exercitu ſuo fuerunt conſtructæ ipſæ manſiones, ubi habitabant. Eadem pæne habentur anno ſeq. Poëta Saxonicus ann. 797.

——Wiſuræ poſitis in littore caſtris
Sedit, Heriſteliuque locum juſſit vocitari.

Idem:

——Tum Gallica rurſus ad arva
Regrediens, hiemis tempus transegit in aula,
Nomen Heriſtalli dederat cui barbara lingua,

id eſt, Germanica, ut ſuo loco docuimus. Denique Chronicon Moiſſiacenſe ann. 797. *Quam etiam Heriſtalli appellavit, eò quòd ex exercitu ſuo fuerant conſtructæ ipſæ manſiones, ubi habitabant.*

HERISZUPH, Collecta, conventus militaris, ſeu cum armis. Capitul. Caroli C. tit. 12. c. 3. *Similiter de collectis, quas Theudiſca lingua Heriszuph appellat, & de his, qui immunitates infringunt, &c.* Ita rurſum tit. 29. §. 4. p. 275. ubi *Herizuph*, absque *ſ.* Vide *Collecta.*

HERITUDO, Dominatio, ab *herus*, Joanni de Janua. Gloſſ. Græc. Lat. Δεσποτεία, *Dominatus, dominatio, heritudo.*

HERNIA, *Caſtratio*, in Gloſſ. Iſid. Aliàs eſt κήλη, ſeu tumor in inguinibus ac ſcroto.

HERMAPHRODITUS, Eunuchus, ſpado. Gloſſ. Iſid. Papias, & Gloſſ. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Hermaphroditus, caſtratus, hoc eſt, nec vir, nec mulier*, al. *nec femina.* Occurrit in Vita S. Potiti Mart. ex MS. Neapol c. 3. apud Bolandum 13. Janu. S. Aſterius Homil. 5. Καὶ μετ' ὀλίγον ἡνιόχοις μερίζοντες τὸν χρυσὸν, καὶ αὐλητρίσι κακοδαίμοσι, καὶ μίμοις, καὶ ὀρχησταῖς, καὶ ἀνδρογύνοις, καὶ γυναιξὶ καὶ πόρναις, &c. Infrà ead. Homilia de quodam Eunucho: Γυναιξὶν ὢν καὶ ἀνδράσιν ἀμφισβητήσιμος. S. Baſilius Ep. ad Simpliciam, & Palladius in Vita S. Joannis Chryſoſtomi p. 139. nec maſculinum, nec femineum eſſe genus ajunt, ἄθηλυ καὶ ἄνανδρον. Hinc apud Theophanem ann. 26. Conſtantis Andreas Sergium Militiæ Magiſtrum Eunuchum ſugillabat, ὅτι οὐκ ἀνὴρ, οὐδὲ πάλιν γυνὴ eſſet. Severus Imp. apud Lampridium, *tertium genus hominum Eunuchos eſſe dicebat, nec videndum, nec in uſu habendum à viris; ſed vix à feminis nobilibus.* Vide Matth. Paris ann. 1246. & Gloſſ. med. Græcit. p. 139.

Hermaphroditare. Alanus de Inſulis in Planctu naturæ contra Sodomitas:

Fœmina vir factus ſexus denigrat honorem,
Ars magica veneris hermaphroditat eum.

HERMECACES. Vide *Bicocaria.*

HERMELLINA, Mus Ponticus, noſtris *Hermine*, ab *Armenia* dictus, quòd inde ejusmodi murium pelles in Europam adveherentur: nam *Hermeniam*, pro *Armenia* dixere Scriptores Latini recentioris ævi, Anonymus in Actis S. Chryſolii, (uti monet Bolandus) Tudebodus, & alii, à nobis laudati in Diſſert. 1. ad Joinvillam, ubi egimus de hoc animali, & illius pellibus, quæ ſemper magno in pretio habitæ ſunt. Thvvroczius in Salomone Rege Hungar. c. 52. *Cumque tetigiſſet vepram lancea, quadam hermellina albiſſima mirum in modum, lanceæ ejus inſedit, & ſuper ipſam discurrendo in ſinum ejus usque devenit.*

Harmellinus. Paulus Venetus lib. 1. c. 56. *Deferunt pelles delicatas vulpium, aut harmelinorum, aut aliorum animalium, præſertim quæ vulgò Zebellinæ vocantur, &c.* Et lib. 3. c. 48. *Varia producens animalia* (regio) *ut ſunt Rhondes, Armelini, Erculini varii, vulpes nigræ, &c.*

Ermelinus. Petrus Damiani l. 2. Epiſt. 2. *Ovium itaque, ſimul & agnorum deſpiciuntur exuviæ, ermelini, gebellini, martores exquiruntur & vulpes.*

Herminæ pelles. Concilium Pariſienſe part. .. c. 4. *Pelles quoque de erminiis caudatis omnibus Eccleſiaſticis perſonis prohibemus.* Galfridus Monemuthenſis lib. 7. c. 4. *Caius Dapifer herminio ornatus,— totidem vario amicti.*

Arminiæ pelles. Charta an. 1117. apud Ughellum tom. 7. Ital. ſacræ p. 868. *Pellibus griſeis, berariis & arminiis.*

Hereminæ, apud Ricardum Hagulſtadenſ. an. 1139.

Herminæ, apud Silveſtr. Girald. in Topogr. Hibern. diſt. 1. c. 21.

Armerinæ pelles, apud Rollandinum in Chron. lib. 1. c. 13.

Hereminæ pelles, in Concilio Londinenſi an. 1138. c. 15.

HERMENDATUM, vocant Hiſpani, & maximè Navarrenſes, jurisdictionis ſpeciem, in fures & facinoroſos homines. Hujus autem, inquit Oyhenartus in Notitia Vaſconiæ lib. 1. c. 6. inventum extorſit à populo latrociniorum cædiumque ac publicarum graſſationum immenſitas, quæ bella tam externa quàm civilia ſubſecuta eſt: tunc enim cùm magiſtratuum cura ac ſollicitudo, graviori ſolito onere preſſa fatiſceret, cœpere plebeii, quorum præcipuè res agebatur, ſocietates (Hiſp. *Hermendadas*) inter ſe contrahere, conſtitutumque eſt, ut quoties hujusmodi aliquod ſcelus à facinoroſis admiſſum eſſet, univerſi facto ad ſonitum æris campani concurſu, (*ab crit & repic de campanes*, ut eſt in Charta ann. 1452.) de compacto in illos impetum facerent, pœnas debitas ab ipſis ſumpturi: quæ quidem Societatum ejusmodi jurisdictio poſtmodum regia auctoritate comprobata eſt, de qua pluribus eodem loco agit Oyhenartus. Extat Ferdinandi Aragonii Caſtellæ Regis Edictum apud Medinam lib. *de los Grandezas de Eſpanna*, part. 2. c. 72. cujus ſummam delibavit Antonius Nebriſſenſis decade 1. Rerum à Ferdinando & Elizabetha geſtarum lib. 6. cap. 3. Hermandati etiam meminit Marineus Siculus lib. 19. de Reb. Hiſpan. Vide *Juncta*, & *Hueſium.*

HERMERUS. Leges Adelſtani Regis Angl. apud Brompton. p. 851. *Tertium eſt, quod gratiant omnes miſericorditer Hermerum dominum ſuum de dono, quod fortis factis hominibus conceſſiſti, &c.* Ubi *Hermerus* eſt Saxonic. hęꝛ-mæꝛe, i. magnus dominus. Quod additur, *dominum ſuum*, gloſſema eſt.

HERMORA. Vetus Charta Cornutianenſis, edita à Suareſio: *Septem pharos areos, duos habentes delphinos octonos & hermoras, &c.* An *remoras?*

HERMUNII. Vide *Infanciones.*

HERNASIUM, *Herneſium.* Vide *Harnaſcha.*

HERPIX, *Hirpex, Herpex*, Occa, crates: Feſto, inſtrumentum ruſticum trigonum ad terendas glebas, noſtris, *Herce.* Gloſſ. Ælfrici: *Hircipes, vel tribula*, Eȝpa. Germani *Egge* dicunt. Lex Salica tit. 36. §. 2. *Si quis per alienam meſſem, poſtquam germina produxerit, herpicem traxerit, aut cum carro ſine via tranſierit.* Ubi Editio Heroldi habet, *poſtquam levaverit, herbice traxerit, &c.* Servius ad 1. Georg. Virgil. — *Vimineas trahit crates. Ad agrorum ſcilicet exæquationem, quam ruſtici Hirpicem vocant.* Hinc

Herpicare, apud eundem Servium, &

Herpicarius, in Gloſſ. Lat. Theuton. *Egedere.*

Herpicatio, pro opera unius diei cum herpice. Extenta manerii de W. ann. 13. Edvv. III. *Item faciet tres herpicationes, vel dabit 3. den.* Spelm.

HERSIA. Vide *Hercia.*

HERTHAMON. Lex Friſion. tit. 22. §. 28. *Si præcordia, id eſt, herthamon gladio tetigerit.* Ita etiam Editio Heroldi. Vox confecta, inquit Lindenbrogius, ex *herze*, cor, & *wund*, vulnus. Sikama reponit *hertaem*, vel *hertaden*, ita ut ſit corporis pars, ubi vitæ ſpiritus prope cor continetur, quæ inteſtina & intera-

interanea vitalia appellantur, & corde, ubi vitæ sedes est, quasi prætenta. Somnerus denique legendum censet *herthemon*, vel *herthemond*, quod cordis scutum, vel præsidium significat, diaphragma scilicet, seu præcordia, quæ cordi objacent: voce composita ex heorte, vel Saxon. heort, cor, & mond, Saxon. mund, tutela, defensio, munimen.

HESIA. Vide *Asia*.

HESTALDI. Vide *Haistaldi*.

HESTCRASDA. Miracula S. Joannis Beverlac. num. 7. *Et quidem coloni illius Provinciæ Hestcrasda, id est, quod exigebatur ad pabulum Regis, singulis annis solebant regis præfectis reddere, videlicet de unaquaque caruca, id est, ad cultrum & vomerem, quatuor travas de suis frugibus, & talis reditus inter vectigalia regia computabatur.*

HESTERNUS *annus*, proximè elapsus. Beda in Epistola ad Egbertum Antistitem, initio: *Memini te hesterno dixisse anno, cum tecum aliquot diebus legendi gratia in Monasterio tuo demorarer, &c.*

HESTHA. Domesdei tit. *Cestre: Quando Rex ipse ibi veniebat, reddebat ei unaquæque carucata 200. hesthas, & unam cuvam cervisiæ, & unam butyri ruscam.* Ubi Spelmannus *hestham* intelligit capum, seu gallum castratum, vel pullum quempiam gallinaceum: à Gallico *Hestaud*, *Hestaudeau*, seu *Estoudeau*, pullaster. Vide *Haistaldi*.

HESTRAFFLA. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 170. *Rex Athelstanus suum jus de Hestraffla, id est, de pabulo equorum, quod ei singulis annis solvebatur, &c.*

HETÆRIARCHÆ, Qui cohortibus conflatis ex Romanorum sociis præerant in Palatio ad Imperatoris custodiam. Græcis ἑταιριάρχαι, de qua dignitate multa diximus in Notis ad Annæ Alexiadem p. 227. Will. Tyr. lib. 21. c. 16. *Joannes vir magnificus, Megaltriarcha*, pro *Megaeteriarcha*.

HETTEMATICUS. Jul. Firmicus l. 3. c. 9. *Ipsos tamen faciet hettematicos, & prima quidem ætate semper vitiosos.*

HEVEWARD. Domesdei titt. Grentebr. Picot. de Grentebr. Hestiton. *Et 8. averas, & 8. inevvard, & 4 hevevvard Vicecomiti inveniebat.* Occurrit alio loco semel. Voces incertæ notionis, inquit Spelmannus.

HEULBO, *Guttur*, Papiæ.

HEUVELBORH, Fidejussor: ex Saxonico healf, dimidius, & borge, borgh, debitor, vel etiam fidejussor, quia qui fidejubet, debitorem se quodammodo constituit: nisi hæc vox eadem sit cum *headborovv*, quam consule. Vide Leges Willelmi Nothi vernaculas c. 25. uti eas dispunximus, & Latinè reddidimus, editas à viro doctissimo Gabriele Gerberono cum S. Anselmo.

HIALUM, ex Græc. ὕαλος, Vitrum. Gloss. Ælfrici: *Vitrum, vel hialum*, glær.

HIATOR ex Gallico *Hieur*, & *Hie*, Fistuca, pavicula, instrumentum, quo pavimenti silex premitur. Lambertus Ardensis p. 258. *Wallatores, & Deuparii, & hiatores cum convenientibus — instrumentis.* Vide Bergerium de Itinerib. Roman. lib. 2. c. 15. n. 3. *Le Roman de Jordain* MS.

Les murs assaillent par defors & à hie.

HIBALCIO, *Maris habentia*. Ita Glossæ antiquæ MSS.

HICHINACULUM. Testamentum S. Remigii, apud Flodoardum lib. 1. c. 18. *Remigiæ coclearia 3. quæ meo sunt nomine titulata, mantile ipsius, quod habeo feriale, transscribo: huchinaculum quoque dono illi, de quo Gondebaudo dixi.* Ita etiam habet prius sancti Remigii Testamentum apud Labbeum & Marlotum. Ubi *hichinaculum* fortè pro *huchinarculum* dicitur, ut diminutivum sit vocis *hicinarius*, de qua mox. Vide *Hilcus*.

HICHINARIUS, *Hichinarius*, intermi... vasa sacra reponitur in Historia Episcoporum Autissiodor c. 20. *Dedit & hicinarios duos anaglyphos pens. lib. 4. & uncias 3. Item hicinarios 3. anaglyphos pens. &c.* Infrà: *Ichinarium unum pens. lib. 1. & unc. 1. Item ichinarios columellatos 3. pens. unusquisque lib. 1. Item ichinarium unum, &c.*

HIDA, & *Hyda*, ex Saxon hyd, terræ portio, quantum sufficit ad arandum uni aratro per annum. Henricus Huntindonensis lib. 6. p. 360. & ex eo Bromptonus: *Hida Anglicè vocatur terra unius aratri culturæ sufficiens per annum.* Huntindon. p. 370 Radulphus de Diceto, Brompton. Robertus de Monte ann. 1083. & alii: *Misit Rex potentissimus Anglorum Willelmus justitiarios suos per unamquamque scyram, id est, provinciam Angliæ, inquirere fecit per jusjurandum, quot hidæ, id est, jugera uni aratro sufficientia per annum essent in unaquaque villa*, &c. Matth. Paris an. 1082. *De unoquoque aratro, id est, hida, &c.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 21. *Dedit huic Ecclesiæ Fengg. 7. aratrorum, quod Anglicè dicitur 7. hides.* Proinde *hida* idem est, quod aliis *Carrucata*. Ordericus Vitalis lib. 8. p. 678. *Omnes carrucatas, quas Angli Hidas vocant, funiculo mensus est & descripsit.* Rogerus Hovedenus p. 778. *Carucata terræ, sive hyda.*

De hidæ quantitate non consentiunt Scriptores, ac veteres Tabulæ. Gervasius Tilleberiensis lib. de Scacario apud Lambardum ait, hidam constare 100. acris. Codex MS. apud Spelmannum quatuor virgatas, alius in Monastico Anglic. tom. 1. p. 313. *octo unam hidam* conficere tradunt. Veterem schedam *hydarum* numerum in plurimis Angliæ regiunculis continentem hic accipe ex Spelmanno, ne & in his minutiis fidem nostram Angli desiderent:

1. *Myrcna continet* 30000. *hidas.*
2. *Woken-setna* 7000. *hidas.*
3. *Westerna* 7000. *hidas.*
4. *Pec-setna* 1200. *hidas.*
5. *Elmed-setna* 600. *hidas.*
6. *Lindes-farona* 7000. *hid.*
7. *Suth-Cyrvva* 600. *hid.*
8. *North-Girvva* 600. *hid.*]
9. *East-Wixna* 300. *hid.*
10. *West-Wixna* 600. *hid.*
11. *Spalda* 600. *hid.*
12. *Wigesta* 900. *hid.*
13. *Herefinna* 1200. *hid.*
14. *Svveordora* 300. *hid.*
15. *Eysla* 300. *hid.*
16. *Wic. a* 300. *hid.*
17. *Wight-gora* 600. *hid.*
18. *Nox gaga* 5000. *hid.*
19. *Oht gaga* 2000. *hid.*
20. *Hwynca* 7000. *hid.*
21. *Ciltern-setna* 4000. *hid.*
22. *Hendrica* 3000. *hid.*
23. *Vnecung-ga* 1200. *hid.*
24. *Arosetna* 600. *hid.*
25. *Fearfinga* 300. *hid.*
26. *Belmiga* 600. *hid.*
27. *Witherigga* 600. *hid.*
28. *East-vvilla* 600. *hid.*
29. *West-vvilla* 600. *hid.*
30. *East-Engle* 30000. *hid.*
31. *East-sexena* 7000. *hid.*
32. *Cant-vvarena* 15000. *hid.*
33. *Suth-sexena* 7000. *hid.*
34. *West-sexena* 100000. *hid.*

De vocis notione & etymo, sic censent Spelmannus & Somnerus, ab Saxon. hydan, quod est *tegere*, *hidam* profluxisse, ita ut primariò idem fuerit, quod *tectum*

tectum, mansus, manerium, id est, domus cum adjuncta agri ad colendum portione, quam hyðelanðe vocat vetus Bedæ Interpres Saxonicus, quasi *terras ad hydam pertinentes*. Sed & Spelmannus in veteri Glossario Saxon. haðae, *stationem & confugium* reddi auctor est; unde Gallorum *Hute*, inquit Somnerus. Huic conjecturæ favet Scotorum enuntiatio, qui *hildam* vocant, quod Angli *hidam*, & *hilden*, pro *tegere*, *cooperire*. Occurrit autem vox *Hilda* in Regiam Majestat. lib. 2. c. 16. §. 20. 21. Vide *Hlot*.

Hidare, Terram per *hidas* censere, unde *hidatus*, taxatus, censitus.

Hidagium, Præstatio, quæ Regi Angliæ fiebat pro auxilio, pro ratione hidarum: vel quæ ex singulis hidis exsolvitur. Bromptonus: *Hidage, vel taillage, est tallagium de hidis terrarum*. Charta Henrici I. Regis Angl. tom. 1. Monastici Anglic. p. 185. *Dono etiam hidagium, quod exigebatur de 20. hidis ad eandem urbem pertinentibus, &c.* Apud Matth Paris an. 1242. *Carucagium & hidagium*, idem sonant. Bracton. lib. 2. c. 16. § 8. *Sunt etiam communes quædam præstationes, quæ servitia non dicuntur, nec de consuetudine veniunt, nisi cùm necessitas intervenerit, vel cùm Rex venerit, sicut sunt hidagia, carragia, & caruagia, &c.* Quæ quidem auxilia & præstationes per *hydas* perantiquæ in Anglia videntur: siquidem Ina Rex in Legibus suis c. 71. Edit. Saxon. *de 10. hidis ad corredium* dari sanxit 10. *modia mellis, 300. panes, &c.* & Ethelredus an. 1008. apud Matth. Westmonaster. *Per totam Angliam jussit parari ex 300. hidis navem unam, & ex octo hidis galeam unam & loricam*. Apud Simeonem Dunelmensem anno 1084. *Rex Anglorum Wilelmus de unaquaque hida per Angliam 6. solidos accepit*. Adde Leges Edwardi Confess. c. 11. Henricus I. pro matrimonio Mathildis filiæ suæ, *cepit ab unaquaque hida Angliæ 3. solidos*. Apud Rogerum Hovedenum p. 778. *Ricardus Rex Angliæ accepit de unaquaque carucata terræ, sive hyda, totius Angliæ, 5. solidos de auxilio*. Est etiam

Hydagium, Rastallo, *quietum esse, si Dominus Rex talliaverit totam terram per hidas*. Ita passim usurpant veteres Chartæ in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 169. 192. 372. 976. tom. 2. p. 827. apud Prynneum in Libertatib. Angl tom. 2. p. 632. &c.

HIDALGUS, Nobilis, apud Hispanos, de cujus vocis etymo consulendus Covarruvias tom. 2. Var. Resol. c. 1. n. 11. & Sebastianus Cobarruvias in Thes. linguæ Castellanæ verbo *Fidalgo*. Hieron. Blanca in Comment. Rerum Aragon. p. 734. *Militum autem vox & Infancionum id sonat, ut priori equestris ordinis viros nuncupemus, quos vulgari sermone Cavalleros: posteriori verò, quos vocare solemus Hijos dalgo*. Leges Alfonsinæ part. 2. tit. 21. lege 3. *Fidalguia, — es nobleza que viene à los omes por linaje. Filii da'go*, dicuntur in Foris Aragon. lib. 1. tit. de Officio Justitiæ Aragon. Charta an. 1289. *Dom. Rex Portugalliæ & Comes Boloniæ fecit cum Consilio suorum Ricorum hominum, & suorum filiorum de algo tale incautum*. Proinde iidem, qui *homines de linagem* dicuntur, dicuntur in Charta Lusitana apud Brandaonum in Monarch. Lusit. to. 4. p. 2-2 *vers.* Eundem vide ibid. p. 268. 279. v.

HIDGILDUM, Corii redemptio, ex Saxon. hyðeȝyld, vel hyðeȝylde, ab hyðe, *corium*, & ȝyld, *solutio, compensatio*. Leges Aifredi & Godrini RR. c. 11. *Si liber festis diebus operetur, perdat libertatem, — servus corium perdat, vel hidgildum*. Adde c. 12. Vide *Corium perdere*.

HIDROS, *Diabolus*, Servus, in Glossis antiq. MSS. Vide *Hydros*.

HIEMICA *æstas*, Gloss. MS. Medicum Reg. Cod. 1486. *Hiemeca æstate, f. pro qualitate temporis temperata*.

HIEMS. Per hiemes annos putasse Anglos, colligitur ex fragmento Regum Westsaxon. edito post Vitam Ælfredi Regis p. 199.

HIERODULUS, Æditutus, ἱερόδουλος. Vim vocis indicat Jul. Firmicus lib. 8. Math. c. 21. *Æditaos faciet, templorumque custodes, hierodulos, & qui sacris officiis deputentur*. Et c. 29. *Hierodulos faciet & templorum servos*. Usi sunt hoc nomine Græci Bibl. Interpretes in lib. Esdræ c. 2. & 7. & 8. de Nathinnæis. Vide Cedrenum in Julio p. 167. & Henric. Valesium ad Euseb. lib. 1. pag. 66.

HIEROHÆRIX, in Notis Tyronis p. 173. inter *Sacrinctas* recensetur. Videtur legi debere *hierocerix*, ex Græc. ἱεροκήρυξ, quæ vox occurrit apud Demosthenem & Synesium.

HIEROPREPES. Vide *Geroprepes*.

HIFFARONDA. Glossæ antiquæ MSS. *Orbia, fiffaronda*. Infrà: *Orbia, Gen. quo die ercasum, quod qui diem Saturni Obinam vocant*. Videat lector, an aliquid ex his expiscetur?

HIFFERA, *Pila, à feriendo*. Papias MS.

HIGRA, Anglis dictus quidam *quotidianus aquarum* Sabrinæ fluvii *furor, quem vel voraginem vel vertiginem undarum dicam nescio*, ait Guill. Malmesbur. lib. de Pontific? *Qui fundo ab imo verrens arenas & conglobans in cumulum cum impetu venit, nec ultra quam ad pontem pertendit: nonnunquam etiam ripas transcendit, & magna parte circuita, terræ victor egreditur. Infelix navis, si quam à latere attigerit: nautæ gnari cùm vident illam higram (sic Anglicè vocant) venire, navem obvertunt, & per medium secantes violentiam ejus eludunt*.

HIKENILD, *Hikenil-strete*. Vide *Ikenild*.

HILARAMEN, *Lætitia, gaudium*. Joann. de Janua.

HILARIZARE, *Hilariter agere*, in Histor. Translation. S. Modoaldi Archiepiscop. Trevir.

HILCUS. Testamentum S. Everardi Comitis apud Miræum in Cod. Donat. Belgic. p. 96. & alios: *Volumus, ut habeat spathas duas, unam cum hilcis aureis & argenteis simul*. Ubi *hilcus* fortean est, quod Anglo-Saxonibus hylca vocatur, anfractus, vel quidpiam incurvum, quo scilicet ensis capulus munitur.

HILDA. Vide *Hida*.

HILIDER, Coluber, serpens, pro *Chelider*, vel *Chelidrus*. Glossæ antiquæ MSS. *Hilidri, serpentes*. Vita S. Samsonis Episc. Dolensis lib. 1. c. 12. in Actis SS. Ord. S. Bened. *Hilider quidam de quodam rubo exiens quemdam fratrem momordit in inguine*.

HILISTRINUS. Anastas. in Hormisda PP. pag. 34. *Gabata electrina pensant. libr. 2.* Alii Codd. habent *gabata hilistrina*, vel *gabatam hilifirmam*, vel denique *hilisirmiam*.

HILLITOR. Papias: *Hillæ, salcitia vulgò. Hillitores fanici*. Mox: *Hillitor, hortica*. In edito *ortica*.

HILLO, *Aquilo*, apud Papiam. MS. Navarræus habet *hilo*.

HILNACHIA. Vide *Naca*.

HIMERINUS. Joann. Sarisberiensis Epist. 183. *Neminem tamen arbitror sapientem, qui dissuadeat pacem, quæ fieri potest in Domino, & ante himerinum diem honestati non derogat*. Ex Græc. ἡμερινός, *Diurnus*. Sed quid sibi velit *dies* ἡμερινός, non plane percipio, nisi sumatur pro *hodiernus*?

HIMILSORUN. Lex Bajwvar. tit. 7. cap. 4. *Si indumenta super genucula elevaverit, quod Himilzorun vocant, &c.* Editio Heroldi *himilzoron* habet.

HINDENI *homines*, in Legibus Adelstani Regis c. 3. & 7. & Saxonico hynðene, *societas*, quasi homines societatis, contubernii, contubernales. Saxonibus enim erat in more positum, (verbis utor Somneri) ut

ut omnem hominem æstimarent, ac pro natalis sui ratione capite censerent; sed etiam secundum cujusque valorem in classem (vel Collegium) parium suorum, quam hẏrð ne nuncuparunt, referrent: trium scilicet sequentium unam, infimam, mediam, summam. Infima classis fuit, quorum singuli valerent 200. sol. talis inde Latinè dictus *vir ducentenus*, vulgariter à classe, in quam ascitus, tƿẏ-hẏnðne-mon. Media eorum, quorum singuli valerent 600. sol. talis inde Latinè dictus *sexcentenus*, vulgariter à classe, in quam ascitus, ſẏxhẏnðne-mon. Summa autem eorum, quorum singuli valerent 1200. sol. talis inde Latinè dictus *duodecies centenus*: vulgariter à classe, in quam ascitus tƿelfhẏnðne-mon. Pariterque uxores ipsorum *Cyrliscam* (i. *Tvvyhyndam*, nam *Thvvyhyndeman* idem erat, qui *ceorliscus*, & sic quandoque dictus, quandoque *villanus*) *syxhyndam*, & *tvvelfhyndam*, nominarunt. Totam hanc apud Anglos hominum partitionem observare est, præsertim in Legibus Aluredi Regis c. 12. 30. 31. 32. &c. apud Bromptonum, & Henr. I. c. 76. & 87. *Tvvyhindorum*, seu villanorum præterea mentio est in iisdem Legib. Henrici I. c. 70. 76. ut *sixhindorum*, eodem c. 76. & *Tvvelshindorum*, seu *Thanorum*, c. 69. 70. 76. 83. 87. qui *perfectè nobiles* dicuntur dicto c. 76.

HINFANGTEFE, apud Bracton. lib. 3. tit. 2. c. 8. §. 4. Vide *Infang-tefe*.

HINDERLING, Contumeliæ vocabulum Occidentalibus Saxonibus olim familiare. Leges Edvvardi Confess. c. 35. extremo: *In quadam regione Saxoniæ Ling, imago dicitur, Athel Anglicè Nobilis est, quæ conjuncta sonant, Nobilis imago. Unde etiam Occidentales Saxonici, scilicet Excestrenses, habent in proverbio summi despectus, Hinderling, id est, omni honestate dejecta & recedens imago.* Saxonibus hẏnðer est *remotus* & *posthabitus*, ait Spelmannus.

HINNICULUS. Vide *Cervulus*, & *Ermulus*.

HINEFAR. Vide *Heinfar*.

HINTHICA. Annales Rerum Pisanarum anno 1156. *Pisani fecerunt Barbacanas circa civitatem & Hinthicam, & miraverunt à turre, ubi posuerunt leonem marmoreum, &c.* Vide *Entica*.

HIPPOCOERCIUM, seu *Ypocoërcium*, sic enim scribitur in Glossa MS. ad Disticha Magistri Cornuti, ubi dicitur esse *locus, ubi ferrantur equi*, quod ibi coërceantur, ne calcitrent: vox hybrida.

HIRCIPES. Vide *Herpex*.

HIRCORITIA, Stabulum hircorum, in Capitulari de Villis c. 23.

HIRD, Aula, domus, Danis. In Confirmatione Libertatum Decani S. Petri Eboracensis an. 5. Henrici VII. apud Spelmannum: *Herd, i. domestica, vel intrinseca familia.* Rectè, inquit, à Saxonico hireð, conventus, familia, &c. Hinc *Hirdstraa* appellatum vetus Jus Aulicum Norvegicum, cum Latina Jani Delmeri Dani interpretatione & notis editum à Petro Joanne Resenio, ex *hird*, aula, & *strag*, Leges scripto comprehensæ, ut observat idem Delmerus.

HIREMANNI, apud Anglo-Saxones, videntur iidem fuisse, qui Aremanni apud Longobardos: ita ut vox utraque deducatur ab *herr*, dominus, & *man*, homo, & quasi *homines domino subditi* dicti sint, cùm revera *subditi* dicantur in Legibus Adelstani Regis c. 18. apud Brompton. *Si aliquis supersedeat, & non obtemperet, ut hoc vadium ab hiremannis vel à subditis suis capere nolit, &c.* Ita etiam usurpatur c. 3. & in Legibus Ethelredi apud Habam editis cap. 1. At Somnerus, contra Spelmannum, negat *herr*, apud Saxon. pro *dominus* reperiri: mavultque à Saxonico hẏꞃan, *obedire, subjacere, auscultare*, etymon vocis accersi debere, unde hẏꞃemon, *subditus* vel *subjectus*, quomodo apud Spelmann. tom. 1. Concil. p. 60.. 6 2. ex quo *hireman* & *hiremannus* formata sunt vocabula. Certè non alii sunt ab iis, qui *Hirdemanni* in Jure Aulico Norvegico veteri appellantur c. 260. ex versione Jani Delmeri, ubi de *Huscarlis*, qui iidem esse cum *Hirdemannis* seu Aulicis dicuntur: *Omnes verò in Regia aula servientes, Hirdmen vernaculè nominabantur, Regem observaturi ac tuituri.* Vox autem formata ex *hird*, aula, & *man*, homo, ut observat idem Delmerus ad c. 30.

HIRSET. Leges Burgorum Scoticor. cap. 29. §. 1. *Quicumque factus fuerit novus burgensis de terra vasta, & nullam terram habuerit hospitatam, potest respectuationem quæ dicitur Hirset, in primo anno.* i. confirmationem, ne cogatur solvere firmam vel redditum burgalem. Ita Skenæus.

HIRSTIS. Charta Henrici III. Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. p. 815. *Pasturam mariscorum, & turbariam, & duas hirstes circumjacentes, & sartum juxta mariscum.*

HIRTUS, *Senitus*. Papias.

HIRUNDELLA, Hirundo, Gall. *Hirondelle*. Sic autem *Hirundellæ* Comitem Anglum vocat non semel Will. Britto lib. 3. Philipp. quem alii *d'Arundel*.

HIRUNDO, Machinæ bellicæ species. Henricus Rosla in Herlingsberga:

Non hic unigena fabricatur machina: nomen
Hæc Librilla, quasi saxea pondera librans:
Obtinet illa Suis; sed Hirundinis hæc: stat Aselli
Illa vocata nota, &c.

HIS EMNE CHRISTEN, voces Saxonicæ, quæ *frater in Christo* sonant. Idem, qui *frater adjuratus*. Leges Edvvardi Confess. cap 36. *Reddat interfector Episcopo tres forisfacturas, unam, quia legalem pro latrone interfecerit, alteram, quia fratrem suum pro latrone interfecerit, quod Angli dicunt His emne cristen.*

HISPANUS. Thvvroczius in Chron. Hungar. 1. part. c. 15. ubi de Attila & prælio Catalaunico: *Et horum quidem Capitaneos ipsorum lingua Hispanos vocatos extitisse, & exinde & Hispaniam nomen accepisse tradunt.* Ab ejusmodi *Hispanis* Capitaneis ortum nomen apud Hungaros *Ispan* quidam censent, quibus idem est, ac *Comitatus*, judicium provinciale, cui scilicet Capitaneus *Hispanus* præerat.

HISSA. Vide in *Housia*.

HISTINERE, *Detinere*, Papiæ. Ita MS. Codex, ubi editus *Hiscinere* præfert.

HISTORIÆ, dicuntur Scriptoribus de Offic. divinis Lectiones, desumptæ ex libris historicis veteris Testamenti, & aliis, quæ in Ecclesia statis diebus recitantur, in Micrologo c. 31. 38. & apud Honorium Augustod. lib. 3. c 29. 38. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 48. *Historiæ & cætera, quæ in Ecclesia leguntur, non debent legi in Refectorio, donec in Ecclesia incipiantur.* De ejusmodi Historiis ita Summula Raimundi Ord. Præd. *De Impositionibus Historiarum per circulum anni*:

Annalis scripto sub tali noscitur ordo.
Septuagesima sic lege quod Deus omnia mandat
Quinque libros Moysi, quos claudit Passio Christi.
Tempore mœstitiæ leges verba Hieremiæ.
Post Pascha legimus quod Lucas exemplificavit.
Post Pentecosten Regum liber exit in hostem,
Donec ad Augustum: Salomon tunc argue stultum.
Per totum mensem Sapientia proferat ensem.
Job lege Septembri, Thobiam, Judith, & Esther,
Octobris mense Machabeus atque recense
Verba Prophetarum bis sex lege mense Novembris,
Donec ad Adventum Domini ventesq; Decembris.
Profer in Adventu Esaiæ verba diebus.
Post Natale legas Paulum, sic fine quiescas.

Vide Usus antiquos Ordin. Cisterciensis cap. 39. 41. 43

41. 43. Concilium Arelatense ann. 1260. c. 6. Statuta synodalia Guill. Majoris ann. 1314. Metropoli in Salisburg. tom. 3. p. 45. Radulfum in Vita S. Richardi Episc. Cicestrensis n. 68. 69. Gobelin. Personam in Cosmodromio p. 289. &c.

Historia, pro quovis codice aut libro. Willelmus Heda in Conrado Episcopo Trajectensi: *Textum Evangeliorum etiam auro gemmisque decoratum, Historiam, id est, medicinalem librum, &c.* Infrà: *Missale, Capitulare, & historiam vetus novumque Testamentum continentem.*

HISTORIARE, Narrare, dicere. Alypius Antioch. seu Auctor Descript. Orbis cap. 13. *Post hos sunt Persæ, — qui historiantur valde in malis omnibus & bellis esse fortes.*

HISTORIOGRAPHUS, Pictor. Gloss. Lat. Gall. *Historiographus, Peintre de hystoire. Historiographo, as, Peindre hystoire.* Ugutio: *Historiographare, historiam describere, vel depingere & designare.* Ἱϛοριογράφος μȣσιάτωρ, in Inscriptione, quæ visitur in Ecclesia Deiparæ Bethleemitana, legiturque in Dissert. 27. ad Joinvillam p. 319. Ἱϛορεῖν, & ἀνιϛορεῖν, Græcis nuperis est pingere. Joannes Damascenus in Synodica ad Theophilum Imp. Διὸ καὶ πρότερον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀνιϛορεῖσθαι ἐνομοθέτησε, καὶ ταῦτα ἐν ζωγραφικοῖς χρώμασι χαράττων τὴν ἐν Βηθλεὲμ γέννησιν, &c. Paulò suprà: Κατακοσμεῖται δὲ αὕτη ζωγραφικαῖς ἱϛορίαις, καὶ μȣσουργικοῖς ψηφῖσιν. Anonymus de Locis SS. Εἶναι δὲ ἱϛορημένη ἡ λαζάρωσις [illegible]. Sic Itali *historiare* usurpant. Dantes in Purgat. Cant. 10.

Quivi era historiata l'alta gloria
Del Roman Prence.

HISTORIALITER. Dudo lib. 3. de Actis Normannorum p. 153. *Hinc forinsecus dealbavit illud*, (delubrum) *intrinsecus autem depinxit historialiter*, id est, historias & figuras depinxit.

HISTRIONES, *Præpositi meretricum*, in Glossis antiq. iidem fortè qui lenones.

HITHA. Vide *Heda*.

HITTA, γυνὴ, in Gloss. Lat. Gr.

HIUFA. Vide *Guifa*.

HLAFORDSCONA. Leges Adelstani Regis, Exoniæ editæ c. 5. *Ne dominus homini libero hlafordsconam prohibeat, qui rectum per omnia fecerit.* Ubi Somnerus emendat *hlafordsocnam*, aitque, videri significare domini protectionem vel tutelam, aut simile quid, nisi legendum sit

Hlasocnam, quomodo habetur in iisdem Legibus c. 6. *Ne dominus libero homini hlasocnam interdicat, si rectè custodierit eum.* Pro *lasocnam*, seu *ladsocnam*, i. beneficium Legis, ex *lada*, lex, & *socna*, secta, sequela.

HLAVA, Tributi species apud Bohemos. Occurrit in Charta Regis Ottocari ann. 1221. in Bohemia Pia pag. 88.

HLOTH, vel *Hlode*, Anglo-Saxonibus dicitur *turma*, vel *cohors*, quæ à 7. hominibus, usque ad 35. numeratur. Leges Inæ c. 13. *Fures nominamus usque ad septem homines: à 7. hloth, id est, cohortem, vel satellites usque ad 35. deinceps heere, id est, exercitus.* Cap. 14. *Qui de hloth fuerit accusatus, abneget per centum viginti hidas, vel sic emendet.* Id est, ait Spelmannus, qui turmæ illegitimæ interfuisse arguitur, tot sacramentalibus se purget, quot is, qui 120. hidis æstimatus est, vel ea mulcta se eximat, quæ

Hlotbota dicitur: sic enim appellabatur mulcta ejus, qui turmæ illegitimæ interfuerat: ex boꞇ, Saxon. *compensatio, emendatio*. Leges Aluredi c. 30. *Si quis hominem thwyhindum innocentem cum hlodhe, id est, cohorte, occidat, reddat, qui ictum confitebitur, vveram & vvitam, & omnis, qui interfuerit, reddat 30. sol. pro hlothbota.* Adde c. 31. 32. Leges Henr. I. c. 87. *Si quis occidatur in hlothe, reddat interfector vveram parentibus, & manbotam domino, & omnes, qui interfuerunt, hlotbotam, &c.* Vide *Lot.*

HLUTTRES, vox Saxon. *simplex, purum, lucidum.* Leges Inæ c. 70. apud Bromptonum: *De 10. hidis ad corredium debent reddi 10. dolia mellis, 30. panes, 12. ambræ cervisiæ Waliscæ, 30. hluttres, 2. boves.* Id est, cervisiæ potentioris 12. tenuioris 30. amphoræ, uti Spelman. interpretatur.

HOBA. Vide *Huba.*

HOBELLARII, *Hoberarii*, *Hobillers*, sic Anglis nuncupati milites levis armaturæ, & mediocri equo & *cursorio* merentes, quem Angli *an hobby* vocant, *Hobin* Philippus Cominæus lib. 6. cap. 7. quos Jacobus Waræus in Antiquitatibus Hibernicis c. 7. ait esse equos ex Hibernia, sic appellatos ob mollem incessum, magno in pretio habitos: unde & *Hobiners* Gallicè interdum vocatos mox observamus *Hobellarios*, quam quidem vocem *Hobin* ab Hebræo *habbas*, arcessit Steph. Guichartus. Utut sit, ab ejusmodi equis *Hobellarii* dicti. Will. Thorn. ann. 1364. *Item dicunt, quod dicti tenentes pro omnibus terris suis in geldabili tenentur, & debent contribuere in omnibus lotis & scottis, in geldabili assessis, videlicet pro vvarda maris tempore guerræ, pro Hoberariis sagittariis inveniendis, & sustentandis, ubi necesse fuerit supra costeram maris.* Mox: *Pro expensis factis circa Corsebarios laborantes ad eligendum & ducendum prædictos Hobilarios sagittarios, & in omnibus aliis lottis, &c.* Hic sanè *Hobelarii* videntur fuisse sagittarii, cùm nulla interpunctione *Hobellarii sagittarii* dicantur. Charta Henrici V. in Monastico Anglic. tom. 1. p. 976. *Pro munitione & apparatibus hominum ad arma Hobelariorum sagittariorum seu peditum quorumcumque pro obsequio nostro vel hæredum nostrorum in posterum eligendorum*, &c. Tabulæ, describentes Obsidionem Caleti ann. 1350. *Sub Comite Kildariæ; Bannerets 1. Knights, 1. Esquiers 38. Hobilers 27.* Sub Dom. Reginaldo Cobham: *Bannerets 1. Knights 6. Hobiners 19. Archers on horse 21. archers on foote 32.* Sub Dom. Fulcone *de la Freigud* Hibernico: *Bannerets 1. Knights 1. Esquiers 18. Hobilers 14.* Statutum 2. ann. 18. Edvv. III. c. 7. *Et que gentes d'armes, Hobelers, & Archiers eslus pour aler en le service le Roi d'Angleterre, soient as gages le Roy, &c.* Et anno 25. Stat. 5. cap. 8. *Nul home soit arctes de trover gens d'armes, hoblers, n'archers, autres que ceux, qui teignent par tiels services, s'il ne soit per commun assent, & grant fait en parlement.* Duravit, inquit Spelmannus, id vocabuli usque ad ætatem Henrici VIII. Vide Will. Dugdalum in Antiquitatibus Warvvicensibus pag. 19. col. 1. Opuscula Anglica Roberti Cottoni p. 2. 4. & Isaacum Casaubonum de Lingua Anglica vetere pag. 192. col. 1.

HOBIRA, *Lorica*, in Gloss. Isid.

HOBERUS. Vide *Oberus.*

HOCCUS, Picardis, *Hoc*, uncus, aduncum instrumentum. Lambertus Ardensis pag. 258. *Occatores etiam & hutarii cum hoccis, & cespitarii cum cespitibus oblongis & mantellatis — operabantur.*

HOCHIA. Vide *Olca.*

HOCKETTOURS, in veteri Statuto, quod *Ragman* nuncupant, apud Spelmannum: *Que nul en querelant, n'en repoignant, ne soit surpris neu cheson par hockettours, ou barestours, par ont que la verité ne soit ensue.* Vide *Barettator.*

HODIE. Theodericus de Inventione S. Celsi Episcopi Trevirens. n. 16. *Cujus memoria, quamdiu hodie dicitur, semper est in benedictione habenda.*

HODIEDUM, pro *etiamnum hodie*. Historia fundationis Monasterii Gladbacensis c. 7. *In grandi cavato lapide, quem hodiedum cernere licet.*

HODOEPORICUM, Iter, via. Historia Trans-

lat. S. Sebastiani c. 14. n. 69. *Hodœporico licet aliquantulum expleto, — Romam ingreditur.* Aliàs *Hodœporicum*, est itinerarium, sive itineris descriptio.

HODUS, Mensura frumentaria, apud Flandros, vulgò *Hoed*. Charta Theodorici Comitis Flandr. an. 1187. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 65. *Considerantes hæc in victu & vestitu eis non posse sufficere, triginta hodos tritici mensura Brugis in spicario -- persolvendos -- addiderunt.* Infra: *Eique in usus suos assignaverunt 5. pisas caseorum, 24. hodos avenæ, 200. anguillas, &c.*

HOECKENSES. Vide *Cabelgenses*.

HOFFATA, Prædii rustici species: *Curtis*, ex Germanico, *Hoff*. Charta Henrici Imp. ann. 1111. in Metrop. Salisburgensi tom. 2. p. 549. *Unam hoffatam ad Vindberch, unam hubam ad Steinvvelt, unam ad Sunbach & ad Winzhaim, 1. hoffatam in loco, qui dicitur Alburg, & duas partes decimationis ejusdem Ecclesiæ cum una huba, &c.* Occurrit ibi pluries, & in Charta Ulrici Episcopi Pataviensis ann. 1144. ibid. p. 553. 554. 556. 557. Vide *Huba* & *Hova*.

HOFWARDERS, Villarum vel domorum custodes, ex Theutonico *hof*, villa, fundus, area, solum, hortus, &c. & *vvarder*, custos. Consuetudines Arkenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Extranei quocumque tempore de navi dant 1. den. Hofvvarders liberi sunt de theloneo.*

HOGA, *Hoghia*, *Hogium*, & *Hoch*, *Hogum*, Mons, collis: à German. *hoogh*, *hoch*, altus, editus, excelsus: unde Anglica obsoleta *ho*, & *hovv*, pro *monte*, g in w mutato. Sic in Domesdei hundredum de *Grenehovv* in Comitatu Norfolc. *Grene-hoga* dicitur, i. *mons viridis*. Liber Shanburnensis, apud Spelmannum: *Idem Canutus* (Rex) *dedit prædicto Edvvino* (de Shanburne) *villam de Neteshamia* (hodie *Snetsham*) *integram, cùm toto dominio integro, & plures alias terras in Comitatu Norfolciæ: & similiter dedit ei unam planitiem non cultam, sed vastatam, versus Orientem, à prædicta villa per sex milliaria Anglicana, ubi idem Edvvinus invenit quemdam collem & hogum petrosum, & ibi incipiebat ædificare quandam villam, & vocavit illam Stanhoghiam, quæ postea vocabatur Stanhovve.* Sonat autem *Stanhoghia* montem lapidosum: *stane* enim lapidem, *hoghia* montem sonat.

HOGASTER, Porcellus: ex Anglico *hogge*, porcus. Leges Forestar. Scotic. c. 7. *Iste est modus pannagii, videlicet de qualibet cindra, id est, de 10. porcis. Rex habebit meliorem porcum & Forestarius unum hogastrum. — Si omnes fuerint hogastri, tunc nihil habebit Forestarius, nisi unum hogastrum.* Fleta lib. 2. cap. 79. §. 4. & 12. hanc vocem etiam in ovibus usurpat: *Tertium ovile -- pro hogastris annalis & juvenibus*. Vide Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 1209.

Hogri, ex Anglico *hogrell*, Bidentes. Monasticum Angl. tom. 2. p. 666. *De vaccis 69. de bovettis 17. de boviculis 10. de annalibus 28. de vitulis 29. item de multonibus 381. de burbis & mirricis 207. de hogris 121. & de agnis 100.* Ex his emendandus videtur Petrus de Vineis lib. 5. Ep. 70. ubi *de dextrariis & ronchinis mittendis* verba fecit, addit: *De engastris autem mittendis, ecce quod in proximo tibi curabimus providere.* Ubi legendum videtur *hogastris*.

HOGENEHYNE. Vide *Agenhine*.

HOKEDAY, sic appellarunt Angli festivitatem annuam, quam ob ejectos ex Anglia ab Æthelredo Rege Danos, eosque pæne omnino uno eodemque die anno 1002. internecioni datos, institutam ferunt: quæque apud mediterraneos Anglos haud omnino exolevit. Lambardus in Itinerario Cantii tit. *Sandvvik*, dictam putat, quasi *huxtnesdæg*, id est, *diem Martis irrisoriam*. Saxon. Ðæʒ, & Anglis *day*, diem sonat: Tueſ-Ðæʒ, diem Martis, Anglis *Tuesday*. Huxe & Huix denique Saxonibus est *irrisio*; contractius etymon potest formari. HucxÐæʒ, quasi *dies irrisionis*. Certè festivitatem hanc in diem Martis cadere, constat ex Matthæo Paris ann. 1252. *Die Lunæ, quæ ipsum diem præcedit proximo, quem Hokeday vulgariter appellamus.* Et ann. 1258. *Post diem Martis, quæ vulgariter Hokeday appellatur, factum est Parlamentum Londoniæ.* Matth. Westmon. ann. 1261. p. 379. *Quibus venientibus Herefordiam, & Comitatu convocato, die Lunæ ante le Hokeday sedere volentibus, &c.* hoc est, die Lunæ, qui *Hokeday* præcedit. In æstate exactum docent Chartæ veteres. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 104. *A die, quæ dicitur Hokedai, usque ad festum S. Michaelis.* Alia apud Spelmannum: *Sciendum est, quòd unum quoque averagium æstivale fieri debet inter Hokeday, & gulam Augusti.* Diei situm prodit idem Matthæus Paris anno 1255. *Circa idem tempus, scilicet in quindena Paschæ, quæ vulgariter* Hokeday *appellatur, convenerunt Londini omnes nobiles Angliæ.*

Ita *Hokeday* est dies Martis, qui Quindenam Paschæ expletam proximè excipit. At cur in hunc diem dilata cædis Danorum solennitas, quos Henr. Huntindonensis lib. 6. ann. 1002. Radulfus de Diceto an. 1000. Knygthonus lib. 1. c. 2. & alii in festivitate S. Bricii, id est, 13. Nov. interfectos tradunt, non promptum est asserere. Sed & neque an. 1002. festum S. Bricii die Martis extitit; sed die Veneris, siquidem litera dominicalis fuit D. Rationem igitur quærant, qui plus in re Anglica sapiunt: id tantùm lubet adnotare ex Spelmanno & Watsio, adhuc in eo die mulieres solere jocosè vias oppidorum funibus impedire, & transeuntes ad se attrahere, ut ab eis munusculum aliquod extorqueant, in pios usus erogandum; sed & domi magisterium obtinere, quòd ut existimat idem Watsius, hæc Danorum cædes ab ipsis etiam mulieribus perpetrata sit: quod tamen non habent veteres Historici. Vide Steph. Skinnerum in Etymologico Anglico verbo *Hock-tide*.

HOLDES. Leges Æthelstani, *de Wergildis*, i. de capitis æstimationibus: *Comitis Wergildum est 15. millia thrymsa. Holdes & summi Præpositi quatuor thrymsa*, intellige *millia*. Videntur esse, qui apud nostros *Baillivi*, qui civitates & provincias custodiebant: nam Saxonibus holðan est *curare*, *custodire*. Lambardus, Spelmannus & Somnerus militiæ Præfectos, Tribunos militum, vel belli imperatores interpretantur.

HOLMUS. Vide *Hulmus*.

HOLOBLATTEUS, Totus ex blatta, seu purpura. Charta Donationis Ecclesiæ Cornutianæ, edita à Suaresio: *Vela tramoserica holoblattea 2.* Ibidem: *Vela holoserica holoblattea 2. &c.*

HOLOCHRYSUS, Totus aureus, Gr. ὁλόχρυσος. Gregorius Turonensis lib. 10. Hist. c. ult. *Fuit autem faber lignarius, faciens etiam turres holochryso tectas, ex quibus quædam apud nos retinentur.*

HOLOGRAFUS, vel *Olografus*, ὁλόγραφος, pro ἰδιόγραφος. Acta vetera ex Collectione Conciliorum Crisconiana, apud Baron. ann. 325. n. 8. *Edidi Canones sanctorum Patrum olographa manu mea subscriptos.* Fragmenta S. Hilarii: *Exemplum Epistolæ, qua Athanasium reum non esse holografa manu Valens scripsit, & Ursacius subscripsit.* ὁλόγραφοι ἐπισημειώσεις, apud Eusebium lib. 6. Hist. eccles. c. 24. ubi videndus idem Valesius.

HOLOVERUS, Purpureus: *vestes holoveræ*, quæ totæ *vero colore*, i. ἀληθινῷ, seu purpureo tinctæ sunt absque ullius alterius coloris permistione: quomodo fuisse indicantur in l. 3. Cod. Theod. de Vestibus

ſtibus holoveris. Vox hybrida ex Latino & Græco compoſita. Ita Salmaſius, Petavius, Cerda, &c. Ferrarius de Re veſtiaria lib. 2. c. 10. Contractam ex ὁλοπό-φυρ@- putat. Procopius in Hiſt. arcana p. 112. 1. Edit. ὁλόβηρον tincturam & colorem fuiſſe, qui Regum proprius erat, indicat. Anaſtaſius in Hormiſda PP. *Pallaolobera blattea, &c.* In Joanne II. *Palliaolovera auro texta quatuor.* In Paſchali pag. 153. *Aliam veſtem de ſtauraci cum periclyſi de olovero.* Ita p. 152. 156. 161. 163. 164. 165. 204. 206. &c. Vide præterea Turnebum lib. 1. Adv. c. 13.

HOLOVITREUS, vel *Olovitreus*, Totus vitreus: vox hybrida. Acta S. Marcelli Martyris: *Ad atrium divi Hamonis, ubi effigies olovitrea celſo columnæ adoratur collocata faſtigio, —— perducitur.* Acta S. Sebaſtiani n. 54. *Habeo, inquit, cubiculum holovitreum, in quo omnis diſciplina ſtellarum ac matheſis mechanica eſt arte conſtructa.* *Olovitreum* nudè occurrit in Gloſſ. Arabico-Lat. Charta Ferdinandi M. Regis æræ 1101. apud Anton. de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 6. *Crucem auream cum lapidibus coopertam olovitream, &c.* Occurrit ibi pluries. Alia ejusdem: *Calicem & patenam ex auro cum olovitreo, &c.* Ibidem: *Aliud argenteum habet opere olovitrea.*

HOMAGIUM. Vide *Hominium.*

HOMALLARE. Vide *Hamallus.*

HOMBARIUS. Vide *Hula.*

HOMENECHA. Tabular. Nantolienſe in Pictonib. an. 1165. *De achaptamento 5. ſol. & homenecha in villa, quæ Cella vocatur, &c.* Occurrit hæc vox non ſemel in hoc Tabulario.

HOMESOKEN. Vide *Hamſocna.*

HOMICIDA, de animali. Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oſcenſib. ann. 1247. de beſtia, quæ alteram occidit: *Alter (dominus) cujus homicida beſtia eſt, &c. — Si vult habere beſtiam vivam, quæ extitit homicida beſtiæ ſuæ, &c.* Occurrit ibi pluries.

HOMICEDIUM, Cùm quis hominem cædit, verberat. Leges Henrici I. cap. 80. *Qui in domibus — Comitum homicidium, vel homicedium, ſicut cauſa fuerit membrorum, vel pecunialis emendationis reus ſit.*

HOMICIDIUM, Hominum cædes, cujusmodi in prœliis, *Carnage*, noſtris. Lupus Protoſpata *An.* 946. *factum eſt homicidium Bari menſe Decemb. inter cives.* Idem an. 1042. *Abiitque ad civitatem Materam, & fecit ibi grande homicidium.*

HOMILIÆ, Familiares collationes, quæ à Præſulibus habebantur in ædibus ſacris, in quibus & interrogabant populum, & interrogabantur à populo: ita enim ὁμιλίαν à λόγῳ ſeu oratione diſtinguit Photius in Bibl. Cod. 172. unde *Tractatus populares* dicuntur S. Auguſtino in Pſal. 118. in Prœmio: *Statui autem per ſermones id agere, qui proferuntur in populis, quos Græci ὁμιλίας vocant.* Idem Epiſt. 2. ad Quodvultdeum præfixa lib. de Hæreſib. *Tractatus populares, quos Græci Homilias vocant.* Victor Vitenſ. lib. 1. de Perſecut. Vandal. de eodem S. Auguſtino: *Usque ad illud tempus* cc. *jam* xxx. *& duos confecerat libros, exceptis innumerabilibus Epiſtolis, vel Expoſitione totius Pſalterii & Evangeliorum, atque tractatibus popularibus, quas Græci Omelias vocant.* Senator lib. de Divinis lect. cap. 17. *Modò enim doctiſſimi viri, aut libros divina inſpiratione conficiunt, aut invicem ſe Epiſtolarum gratia conſolantur, aut populos dulciſſimo ſermone deliniunt.* *Homeliaticus ſermo*, apud Æneam Pariſienſem Epiſc. adverſus Græcos p. 86. & Nicol. Trivettum an. 1180. Ruffinus in Prologo ad Originis lib. περὶ ἀρχῶν: *Libellos Originis, quos Homiliaticos appellavit.* Vide Synodum Laodic. can. 19. & Concilium Turon. III. cap. 17. ὁμιλεῖν, Sermonem habere ad populum, in Concilio Ancyrano cap. 1.

Homiliarius, Liber, continens Sanctorum homilias, quæ legi ſolent in Dominicis, in Natali, & in feſtis Sanctorum propria Evangelia habentium, & in Paſchate & Pentecoſte, cum ferialibus eorumdem. Ita Belethus c. 60. & Durand. lib. 6. Ration. c. 1. n. 28. Vide Concilium Turonenſe an. 813. cap. 17. Moguntinum an. 847. c. 2. &c. Riculfum Sueſſionenſem Epiſcopum in Conſtit. cap. 6. & infra in *Vitæ Patrum.*

Homiliare S. Auguſtini, continens Sermones 147. in Chron. Fontanell. cap. 16.

Omelia, & *Omelium*, pro *Homeliario*, non ſemel, in Monaſtico Anglic. tom. 3. p. 322.

HOMINATA. Obſervat vir Cl. Ægidius Menagius Andegavenſibus ſuis *hominatam vinearum*, Gall. *Une hommée de vignes*, vocari, quantum vinearum *homo* per annum colere poteſt.

HOMINATUS, *Hominium.* Vide *Homagium.*

HOMINICOLÆ, ἀνθρωπολάτραι, dicti ab Apollinariſtis Catholici, quòd Deum hominem adorare dicerent. Facundus Hermianenſis l. 19. c. 3. de Theodoro: *Qui rurſus ſexto ejusdem operis libro, capitulo 54. adverſus eosdem Apollinariſtas, qui nos videri volunt hominicolas, &c.* Vide Athanaſium ſub finem libri de Incarnatione Domini. Ita etiam dictus Neſtorius in Diurno Romano pag. 37. *Et profanus hominicola Neſtorius Dominicæ diſpenſationis infeſtus, utpote qui adorandæ incarnationis arcanum, Deum ab homine ſeparando, diſtinxerit, &c.*

HOMIPLAGIUM, Cùm quis homini plagas infligit. Leges Henrici I. Regis Anglor. c. 80. *Si quis in domo vel in Curia Regis fecerit homicidium, vel homiplagium, de membris componat.*

HOMINIUM eſt ſervitium, ſeu obſequium, quod *homo*, ſeu cliens, vel ſervus, domino ſuo præſtare tenetur. Formula vetus 48. apud Bignonium: *Prætereà hanc chartulam redemptionalem in te fieri & adfirmare rogavi, ut taliter ſis ingenuus, tanquam ſi ab ingenuis parentibus fuiſſes procreatus vel natus, cum omni peculiari tuo, nec mihi, nec ulli hæredum meorum ullum impendas ſervitium, nec hominium, nec libertaticum, nec ullum obſequium, &c.* Ubi *hominium* eſt *hominis ſervitium*, ut rectè definitur ab Ugutione. Poſtmodum

Hominium, ſeu *Homagium*, dicta fuit profeſſio illa fidei & obſequii, quam *homo*, ſeu vaſſallus, domino ſuo feudali præſtat ratione feudi, quod ab eo tenet: ſeu uti definitur à Bractono lib. 2. tract. 1. cap. 35. §. 1. eſt *juris vinculum, quo quis tenetur & aſtringitur ad vvarentizandum, defendendum, & acquietandum tenementum ſuum in ſeiſina verſus omnes, per certum ſervitium in donatione nominatum & expreſſum: & etiam vice verſa, quo tenens reobligatur & aſtringitur ad fidem domino ſuo ſervandam, & ſervitium debitum faciendum.* Ita etiam Fleta lib. 3. c. 16. §. 8. Leges Alfonſinæ part. 4. tit. 25. lege. 4. *Eomenaje tanto quier dezir, como tornar ſe omo de otro, a fazer ſe ſujo, por darle ſeguranças, ſobre la coſa, que prometiere de dar, o de fazer, que la cumpla.* Vetus Conſuetudo Normanniæ, c. 29. *Hommage eſt promeſſe de garder foy des choſes droiturieres & neceſſaires, & de donner ayde.* Britton in Legib. Angl. c. 68. *Homage eſt un lien de droit, dount home eſt lié & tenu de garaunter, acquiter, & defendre ſon tenaunt en ſa ſeiſine vers toutes gens par les ſervices dues del tenement, que il tendra de luy en ſervice, ou en demeine, & ſa foi garder * desbleray, dount autant eſt le Seigneur tenu à ſon home, come le home à ſon Seigneur fors que ſoulement en reverence.* Sugerius lib. de Adminiſtr. ſua memorat, nobi-

nt item Regis Dagoberti Cathedram, in qua, ut perhiberi solet antiquitas, Reges Francorum, suscepto regni imperio, ad suscipienda optimatum suorum hominia primum sedere consueverant. Atque hæc quidem vox, ut & *homagium*, passim occurrit, adeo ut supervacaneum sit locos laudare, tametsi constet in Libris feudorum non reperiri; sed *fidelitatis* duntaxat, quæ non tantum sonat, quantum *hominium*, uti in sequentibus docemus. Sed & interdum *hominiscum*, *hominatus*, *hominagium*, occurrunt.

Hominiscum. Charta an. 1212. apud Catellum in Hist. Comit. Tolosæ p. 29. *Donec compulsus fuit jurare, & facere eidem Comiti hominiscum pro Ducatu, &c.*

Hominatus. Vetus Charta apud Beslium in Episcopis Pictav. *Ego Isembertus concedo de casamentis meis quidquid datum fuerit B. Mariæ & S. Cypriano, excepto ne ita detur, ut ex toto perdam hominatum meum.* Gregorius PP. VII. apud Juretum: *Ut Clericus à laico nunquam justificetur, nec pro terra, nec pro aliis rebus, quas ab illo teneat, nec sibi hominatum faciat, &c.* Chronicon Andrense p. 425. *Ut si aliquis fevatorum de fevo ipsius centum solidatos, vel tantum ut suum hominatum non perderet, donare voluisset, concessit.* Ubi perperam *fenatorum*, & *feno editum.*

Hominagium, *Homenage*, in Consuetud. Beneharn. tit. 1. art. 8. 27. Leges Partidæ part. 4. tit. 25. l. 5. *E omenage tanto quiere dezir como tornar se omo d'otri.* Radulfus de Diceto: *Fulco Rechin primus Stephano Blesensi hominagium fecit.* Regestum Comitum Inculismensium ex Camera Comput. Paris. an. 1244. *Et aura en la vile le quart des homenages des Chevaliers, & le tiers les homenages des serviens.* Occurrit passim in Regesto Andegav. & alibi. *Le Roman de Philippe de Macedoine MS.*

Cui viengne faire l'homenage.

Hominacio, in Domesdei.

Hominii seu *homagii* formulam hanc usitatam sic descripsit Bractonus lib. 2. cap. 35. §. 8. *Devenio homo vester de tenemento, quod de vobis teneo, (vel aliter) quod de vobis teneo & tenere debeo, & fidem vobis portabo contra omnes gentes, (qui vivere poterunt & mori, secundùm quosdam) salva fide debita Domino Regi & heredibus suis.* Huic formulæ Anglo-Gallicam addam ex Littletone sect. 85. *Jeo deveigne vostre home de cest jour en avant, de vie & de membre, & de terrene honor, & à vous serra foyall & loyall, & foy à vous portera des tenemens, que jeo claime de tener de vous, salve la foy, que jeo doy à nostre Seignior le Roy.* Similes propemodum homagii formulas habes in Regiam Majestat. l. 2. c. 62. apud Glanvillam l. 9. c. 1. in Fleta lib. 3. cap. 16. §. 20. in Consuet. Norman. art. 107. Andegav. art. 137. Marchensi art. 189. & Britannica art. 333. & in veteribus Chartis. In quo verò differat *homagium* à sacramento fidelitatis? diximus in verbo *Fidelitas.*

Menagium, truncatè, pro *Homenagium.* Charta an. 1261. apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 272. *Sit absolutus & quitus ab isto juramento & menagio.* Ibid. *De mandato Regis juraverunt, & menagen fecerunt.* Passim ibi. Et rursum pag. 271. v. *Juravit & omaginem fecit.*

Homagium feminarum aliis concipitur verbis: neque enim dicet domino, inquit idem Littleton sect. 87. *Jeo deveigne vostre feme, pur ceo que n'est convenient, que feme dira, que el deviendra feme à aucun home, fors que à sa baron, quant ele est espouse: mais ele dira: Jeo face à vous homage, & à vous serra foiall & loiall, & foi à vous portera des tenemens, que jeo teigne de vous, salve la foy, que je doi à nostre Seignior le Roy.*

In præstandis hominiis observatæ fuere quædam necessariæ ceremoniæ, quæ vassallorum omnimodam erga dominos denotarent subjectionem: quas generatim attigit idem Littleton sect. 85. *L'hommage est le pluis honnorable service, & pluis humble service de reverence, que franc tenant puit faire à son Seignior. Car quant le tenant fera l'hommage à son Seignior, il sera disceint, & son test discouvert, & son Seignior seera, & le tenant genulera devant luy, sub ambedeux genues, & tiendra ses maines extendes, & jointes ensemble enter les mains le Seignior, & issint dira, &c.* Consuetudo Aurelianensis art. 47. *Et ce fait, doit estre nue teste, sans espée, ne esperons, &c.* Meledunensis art. 23. *Un genouïl en terre, sans espée, ni esperons.* Consuetudo Marchensis art. 189. *La façon d'entrer dans l'hommage d'autrui est telle, c'est à savoir, que le Seigneur feodal doit estre requis humblement par son homme, qui veut faire foi & hommage, d'estre receu à foi, ayant la teste nuë, & si le Seigneur se veut seoir, faire le peut, & le vassal doit desceindre sa ceinture, s'il en a, oster son espée, & baston, & soi mettre à un genouil, & dira a ces parolles, &c.* Quos quidem ritus sigillatim illustrabimus. Ac primò quidem vassallus in præstando hominio junctas manus in domini manus immittit. Bracton lib. 2. tract. 35. §. 8. *Debet quidem tenens manus suas utrasque ponere inter manus utrasque domini sui: per quod significatur ex parte domini protectio, defensio & vvarrantia; & ex parte tenentis, reverentia & subjectio, &c.* Adde Britton pag. 17?. & Fletam lib. 3. cap. 16. Consuetudo Normanniæ art. 107. *La forme d'hommage est, que le vassal nolement tenant doit estendre ses mains, entre celles de son Seigneur, & dire ces mots, &c.* Andegavensis art. 137. *Ayant les mains jointes en les mains de son Seigneur.* Marchensis art. 190. *Et est accoustumé, que le vassal doit avoir les mains jointes, & le Seigneur les doit prendre entre les siennes, en le recevant & baisant.* Vita S. Remberti Archiep. Hamburg. n. 27. *Et per manus acceptionem hominem illum Regis fieri, & inter Consiliarios ejus collocari obtinuit.* Veteres Franc. Annales an. 757. cap. 17. *Ibique Tassilo venit Dux Bajoariorum, in vassaticum se commendans per manus, sacramenta juravit multa & innumerabilia, reliquiis Sanctorum manus imponens; & fidelitatem promisit Regi Pipino, — sicut vassus recta mente & firma devotione per justitiam vassus domino suo esse deberet.* Ubi & *hominium*, & *sacramentum fidelitatis* observare est, hisce etiam temporibus unà & simul exhibita. Adde Annal. Fr. Bertinianos an. 884. Dudo lib. 2. de Actis Norman. p. 82. de homagio Rollonis Ducis Norman. *Si dederis filiam tuam, ut ei dixisti, conjugem, terramque maritimam in sempiternam per progenies progenierum possessionem, manus suas, se subjugando, tibi dabit fidelitatis gratiâ, tuumque servitium incessanter explebit.* Et pag. 83. *Statim Francorum coactus verbis manus suas misit inter manus Regis.* Denique p. 86. *Atque inter manus Willelmi adolescentis manus suas mittentes Principes, conligavit illis conjurationis sacramento.* Pag. 170. *Qui nunquam colla suæ cervicis gratia servitii manus suas commendando commisit.* Adde p. 82. d. 83. c. 91. d. 113. a. 126. d. 157. b. Gesta Guillelmi Nothi Regis Angl. p. 189. *Normanniæ Ducem Guillelmum, sub quo tutus foret, supplex adiit, manibus ei se se dedit, cuncta sua ab eo, ut Miles à domino recepit.* Ordericus Vitalis lib. 3. *Tunc Baldricus Rodberto Abbati junctis manibus fidelitatem fecit, subjectionem justitiamque de se suisque hominibus promisit.* Galbertus in Vita B. Caroli Comitis Flandr. n. 90. *Primùm hominia fecerunt ita: Comes requisivit, si integrè vellet homo suus fieri: & ille respondit, Volo: & junctis manibus amplexatus à manibus Comitis, osculo confœderati sunt.* Ordericus

dericus Vitalis lib. 3. p. 479. b. *Abbati junctis manibus fidelitatem fecit.* Homagium, præſtitum à Jacobo Rege Aragonum pro Montepeſſulano & Caſtro Latarum Joanni *de Montlaur* Epiſcopo Magalonenſi menſe Dec. an. 1236. in Reg. Carcaſſ. p. 48. *Nos Jacobus D. G. Rex Arragonum, &c. & D. Montiſpeſſulani, cognoſcentes, nos tenere in feudum villam Montiſpeſſulani, & Caſtrum de Palude, quod vulgò dicitur Lates, à venerabili Patre D. Magalon. Epiſcopo, & pro eisdem ſacramentum fidelitatis eidem præſtare debere, ſicut vaſſallus domino præſtare tenetur, & prædeceſſores noſtros, à quibus cauſam habuimus, & in quorum feudum ſucceſſimus, habuiſſe & tenuiſſe, & propter hoc eidem Epiſcopo homagium feciſſe, & ſacramentum fidelitatis præſtitiſſe, vobis venerabili in Chriſto Patri Joanni de Montelauro Dei gratia Magalon. Epiſcopo ſponte & debitè manibus junctis & in veſtris manibus poſitis, dato oſculo pacis & firmitatis pro prædictis villa Montiſp. & Caſtro de Palude, quod dicitur Lates, certi de facto & certiorati de jure, vobis homagium fecimus ſine dolo, ſecundùm quod melius & melius intelligi poteſt. Actum in Monteſpeſ. &c.* Homagium Geraldi *de Valats*, præſtitum Raymundo Comiti Toloſano pro terra *de Rie* in diœceſi Ruthenenſi an. 1248. in Regeſto Toloſano: *Et inde ligium homagium vobis facio manibus meis poſitis inter veſtras, & dato vobis oſculo fidei & recepto.* Philippus *Mouskes* in Chilperico:

Si eſt om li Caſtelains
A l'Eveske de ſes deux mains.

Et infrà de ſacramento Epiſcoporum pro regalibus:

Et caſcun Veskes premerains,
Dou Roy de France joint ſes mains:
Prent ſon Regale par droiture,
Et ſes om eſt de teneure.

In homagiis Nobilium Vaſconenſium an. 1363. *M. Arnaud Amaneu Seigneur de Labret, &c. eſtant à genoils ſans centure, ne chaperon, tenant ſes mains junctes par entre les meins dudit M. Lieutenant, eſt devenu homme lige dudit Roy d'Angleterre.* Hinc *homagium manuale* dictum in Charta an. 1227. apud Perardum in Burgund. p. 410. *Et tenetur ipſi vel hæredes eorum facere pro prædictis feodis ſucceſſoribus noſtris homagium manuale.* Will. Tyrius lib. 2. cap. 15. *Factus eſt, ut dicitur, Dominus Boamundus Imperatoris homo, fidelitate manualiter exhibita, & juramento præſtito corporaliter, qualiter ſolent fideles Dominis ſuis exhibere.* Vide Chartam an. 1266. apud Sammarth. in Epiſcop. Autiſiodor. pag. 307. Conſuetud. Turon. art. 115. Britan. art. 335. &c.

Apud Hiſpanos, vaſſallus manum domini oſculatur. Leges Alfonſinæ parte 4. tit. 25. lege 5. *Bezar deve el vaſallo la mano al ſennor, quando ſe faze ſu vaſſallo.*

Genua flectit vaſſallus in præſtatione hominii, domino ſedente. Jus feudale Saxonum cap. 16. §. 8. *Offerat homagium manibus conjunctis, appropians ad ipſum, ut ſi ſteterit Dominus, ipſum valeat attingere. Si ſedeat genua flectat coram ipſo: quidam dicunt, quòd movere debeat manus erga dominum, quod non eſt ita. Qui cùm acceſſerit ad dominum ſtantem, vel genua flectat coram ſedente, totum corpus movetur & manus.* Charta an. 1231. ex Regeſto Toloſano fol. 55. *Ego prædictus Raymundus Comes Toloſæ pro me & ſucceſſoribus meis, veſtris manibus junctis miſſis inter meas, & flexis veſtris genibus accipio vos Arnaldum de Vadegia in Dei miſeratione & mea, &c.* Alia an. 1245. ibidem: *Et inde ligium homagium vobis facio manibus meis poſitis inter veſtras, & flexis genibus, & dato vobis fidei oſculo & recepto.* Conſuetudo Marchenſis art. 190. *Si le vaſſal fait foi & hommage au Prince, il doit eſtre à deux genoux: ſi c'eſt à un moindre, il doit eſtre à un genoüil.* In Delphinatu Nobilis hominium præſtat *ſtando pedes more nobilium, oſculo oris interveniente.* Burgenſis & Francus ac liber, flexis genibus hominium præſtat oſculando Delphinum *in annulo vel dorſo manus ſuæ, ſicut franchi, non autem in pollicibus, ſicut populares.* Vide V. Cl. Dionyſium Salvagnium lib. de Uſu feud. c. 4.

Hominio facto, vaſſallus ad oſculum Domini admittitur. Unde

Homagium manuum, & oſculi oris; in veteribus Tabulis ſuprà laudatis, & aliis an. 1344. & 1347. apud Juſtellum in Probat. Hiſt. Arvernenſis p. 93. 95. 96. *Homage de bouche & de mains*, in Conſuetudine antiqua Ambianenſi art. 24. *le baiſer*, i. oſculum, in Pictavenſi art. 111. 112. Charta Jacobi Regis Aragonum an. 1231. apud Joann. Dametum in Hiſt. Regni Balearici p. 334. *Et ego Infans Domnus Petrus facio vobis homagium ore & manibus, &c.* Quippe vaſſallus, dum hominium præſtat, manus ſuas in manus domini immittit, peractaque fidelitatis ac hominii præſtatione, in fidei ſignum illum oſculatur. Unde *fidelitatis*, vel *fidei*, dicitur ejusmodi *oſculum*. Hominium Geraldi *de Valats* pro Caſtello Vincellæ in Diœceſi Ruthenenſi an. 1248. in Tabulario Comitatus Toloſani: *Et in ligium homagium vobis facio manibus meis poſitis inter veſtras, & dato vobis oſculo fidei & recepto.* Eadem habentur in hominio Gerardi Armeniaci pro Caſtro Malivicini an. 1245. fol. 55. Ex quibus patet, dominum recipere oſculum & impertiri. Aliud hominium ejusdem anni ex eodem Regeſto pag. 72. *Et convenit ſervire ipſi Domino Comiti & ejus ordinio, ſicut fidelis Miles tenetur ſervire dominum ſuum, tradens ſibi oſculum in ſignum fidelitatis, & in conſolidationem omnium prædictorum. Oſculum pacis* dicitur in hominio Jacobi Regis Aragonum pro Montepeſſulano an. 1236. *Dato oſculo pacis & firmitatis.* Aliud hominium apud Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 6. cap. 1. *In oſculo pacis & veritatis. Oſculum fœderis*, in Charta an. 1337. in Probat. Hiſt. Sabaud. p. 164. *Homagium & fidelitatem realiter fecit, & præſtitit, immiſſis dicti Domini Bellijoci manibus infra manus dicti Comitis, oſculo fœderis interveniente, &c.* Hunc præterea ritum attigit *le Roman de Garin*:

Li Dus l'en béſe, & ſes hom en devint.

Vide Joannem Sariſberienſem Epiſt. 268. & Sammarthanos in Epiſcopis Tricaſtinenſibus numer. 34.

In homagiis dominus rogabat vaſſallum, an ſcilicet *Homo* fieret ſuus, fidelitatemque ſibi in poſterum præſtiturus eſſet? Hominium Guidonis de Severaco an. 1246. in Regeſto Toloſano: *Ego Guido de Severaco confiteor, & in rei veritate recognoſco vobis Dom. meo Raymundo Dei gratiâ Comiti Toloſæ Marchioni Provinciæ præſenti, & interroganti, me tenere in feudum, &c.* In homagio, quod Rex Angliæ Edwardus II. Philippo Regi Franciæ præſtitit Ambiani 6. Febr. an. 1329. pro Ducatu Aquitaniæ, &c. inter utrumque Regem convenit, homagium ejusmodi in poſterum à Regibus Anglicis præſtandum hac forma: *Le Roy d'Angleterre Duc de Guienne tiendra ſes mains entre les mains du Roy de France: & cil qui parlera pour le Roy de France, addreſſera ſes parolles au Roy d'Angleterre Duc de Guienne, & dira ainſi: Vous devenez homme lige du Roy de France, & lui promettez foi & loiauté porter? dites, Voire. Et ledit*

Roy

Roy & Duc & ses successeurs Ducs de Guienne diront, Voire. Et lors le Roy de France recevra ledit Roy d'Angleterre & Duc audit hommage lige à la foy, & à la bouche, sauf son droit, & l'autrui. Ex Schedis MSS. & Froissart. 1. vol. cap. 15. Vide Consuet Andegav. art. 137. 138.

Fidei professio, quæ in *homagiis* præstabatur, reciproca erat: nam ut fidelitatem domino vassallus, ita & vassallo dominus illius personam, & feuda, ac in iis jura, se conservaturum pollicebatur. Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 11.

Usque mox viva juravit Rex sibi vitam,
Atque suos artus, & honorem Principis aptum,
Absque dolo rectè servare per omnia semper.

Occurrit passim in Regesto Tolosano hæc formula in homagiis, quæ Raimundo Comiti præstita sunt à nobilibus Tolosanis, Aginnensibus, & Rutenensibus an. 1248. *Ad hoc nos dictus Comes recipientes dictam confessionem & recognitionem fidelitatis, & homagium à vobis dicto N. pro prædictis feudis in forma præscripta, promittimus vobis quòd tam personam vestram, quàm dicta feuda, & omnia jura, quæ in eis habetis, contra quoslibet molestatores, qui super hoc eis injuriari voluerint, bona fide defendemus.* Ratio autem ejusmodi sacramenti dominici à fide ducitur, qua uterque, dominus scilicet & vassallus, invicem tenentur. Nam ut est in Regiam Majest. lib. 2. cap. 67. §. 1. apud Glanvillam lib. 9. cap. 4. Bractonum lib. 2. tract. 1. cap. 35. §. 2. Brittonem pag. 170. & in Fleta lib. 3. cap. 16. &c. *mutua debet esse dominii & homagii fidelitatis connexio: ita quòd quantum homo debet domino ex homagio: tantum dominus debet homini ex dominio, præter solam reverentiam.* Philippus de Beaumanoir cap. 58. *Et ce qu'on dit que voir que s'est que li Sires doit autant foi & loiaté à son home, come li homs fet à son Seigneur, ce doit estre entendu, en tant come cascuns est tenus li uns vers l'autre: car porce se li Sires justise son home par bonne cose contre se volenté, ne ment-il pas sa foi vers luy.* Assisiæ Hierosol. cap. 198. *Le Seignor est tenus à son home, se me semble, pour la foi, qui est entre eus de toutes les choses avant dites de quoi home est tenus à son Seignor: car entre Seignor & home, ne n'a que la foi; & la foi doit estre entre eaus as choses avant dites, mais que tant que l' home doit à son Seignor reverence en toutes choses: & chascun doit garder sa foi l'un vers l'autre fermement, & enterinement endroit soi, par sa foi & sa loiauté & son honour garder & bone renomée.*

Interdum hominium non per seipsum; sed per alios præstabat vassallus, idque ex peculiari pacto ac conventione. Extat quippe in historia Remensi MS. Joannis Rogerii Diploma Henrici Leodiensis Episcopi, an. 1269. quo Johanni Remensi Archiepiscopo homagium se debere *per tres homines tantùm*, non verò per quatuor, uti contendebat Remensis Antistes: denique *ad instantiam bonorum pro bono pacis eidem Archiepiscopo fecisse homagium nomine suo in pratis de Donzeio per tres homines* agnoscit, *videlicet per Lambertum de Chevetoigne, Egidium de Fermes Milites, & Jacobum de Cuignon Armigerum, &c.* Interdum denique aliæ erant ac peculiares hominiorum conditiones, cujusmodi est illa, quam juvat hocce loco describere ex Charta originali, data Paris. die Mercurii ante festum S. Michaëlis an. 1329. *A tous ceus, qui ces presentes lettres verront, Robert d'Artois Comte de Beaumont, salut. Sachent tuit, que come nostre amée Cousine, Madame Marie de Brebant, Dame d'Arschot & de Virzon nous fust tenue à faire deux hommages pour raison de sa terre de Virzon, à li appartenante au lieu, que on dit Beaucheines entre nostre terre de Meun sur Eure, & la terre de Vierzon, & l'autre hommage au lieu au gué de Noies, pour cause de la suite de ses hommes des appartenances en nostre terre de Meun, en tele maniere, que nous & la Dame de Vierzon devons estre à cheval, & nostre cheval, les deux piés devant en l'eaue dudit gue, & les deux piez derriere à terre seche par devers nostre terre de Meun: & le cheval à ladite Dame de Vierzon, les deux piez derriere en leaue dudit gué, & les deux devant à terre seche par devers nostre terre de Meun, &c.* Vide in *Bombus*, & in *Relevium*.

Hominium subsequitur *sacramentum fidelitatis*, nam eo præstito, vassallus, tactis sacrosanctis Evangeliis, *fidelitatem* domino pollicebatur, stans, non flexis genibus. Neque tamen semper *hominio* adjunctum erat *sacramentum fidelitatis*; sed interdum absque eo hominium, interdum etiam absque hominio *fidelitatis sacramentum* præstabatur, uti in V. *Fidelitas* docuimus. Ut porrò variæ ac diversæ erant *feudorum*, ita & *hominiorum*, quæ potissimùm obtinuere species, *planum* & *ligium*. De *ligio* agemus in hac voce.

Homagium planum, ad discrimen *Ligii*, dicitur *Hommage plain*, quod nudè fit, & cui non adjunctum est sacramentum fidelitatis, vel illud, in quo quis excipitur. Regestum Feodorum Campaniæ fol. 105. *Gaufridus de Villemaur fecit homagium ligium, & aliud planum: Ligium est apud Villam Mauri, & planum apud Paleiz.* Et fol. 118. *Joannes Maucosins fecit homagium de eo, — nescit, utrum sit planum vel ligium? & propter hoc inquirendum est.* Occurrit ibi crebrò *planum homagium, ligius de plano feodo*, fol. 71. 76. 83. 94. 101. &c. Charta Guidonis *Candaveine* Dom. *du Plessié* an. 1258. in Tabulario Corbeiensi lib. 1. Chart. 22. *Tenrons en fief lesdits 40. muiz d'aveine à plain homage sans ligée.* In Consuetud. Rupellensi art. 4. *Quand aucun vassal tient à hommage plain ou lige aucunes terres & fief noble, &c.* In Consuetudine Ambian. art. 7. 25. & 189. duplex genus feodorum observare est, ac primum quidem, quod alteri dignitate præfertur, feodum, quod in *Parriam* tenetur, *Fief tenu en pairrie*; alterum, quod tenetur in planum homagium, *Fief tenu en plain hommage.* Plani homagii mentio præterea fit in Consuetudine Pontivensi art. 77. & in Pictavensi art. 108. ubi duplex perinde homagium esse dicitur, aliud *ligium*, aliud *planum*, & art. 113. homagium planum non tactis Evangeliis fieri, secus de ligio. Adde art. 133. 148.

Homagium solidum & non solidum, id est, ligium & non ligium. Constitutiones Cataloniæ inter dominos & vassallos MSS. cap. 31. *Duplex est homagium, videlicet homagium, solidum, & non solidum. Homagium solidum est quasi gerens legalitatem & fidelitatem. Nam homo solidus adversus omnes gerit fidelitatem domino suo: & ita in homagio solido nullus excipitur, quando fit quantùm ad verba; sed quantùm ad rectum intellectum, ille qui generalem habet jurisdictionem, intelligitur exceptus: nam contra illum non tenetur dominum suum juvare: ex quo evidenter apparet, quòd nullus potest facere homagium solidum duobus, quia talem simplicem fidelitatem, in qua nullus intelligitur exceptus, præter generalem jurisdictionem habentem, non potest aliquis facere duobus. Est autem homagium non solidum, quando aliquis excipitur faciendo homagium, cùm dicitur: Facio tibi homagium, excepta fidelitate, quam debeo domino meo solido. Vel sic: Facio tibi homagium in hoc, excepto quòd possim mihi alium dominum constituere, contra quem nolo teneri te juvare: item si excipiatur aliqua persona, &c.*

Homagium liberum. Charta Guillelmi de Maineriis Militis an. 1248. in Tabul. S. Judoci: *Quæ omnia de dicta Ecclesia nos per homagium liberum quon-*

... ndam tenentes, ipsi Ecclesiæ eschangiavimus pro 6... jo. Paris.

Hominium pro emenda, vel pro *pace habenda*, vel *pro debito solvendo*: cùm quis criminis alicujus reus, cum eo, quem offendit, vel illius hæredibus, ita paciscitur, ut quoad vixerit, vassallus illorum sit, eoque nomine hominium iis præstet: vel si non est solvendo, vice debiti vassallum creditoris se constituat, eique hominium exhibeat. Usatici Barcinonses MSS. editi à Raimundo Bereng. & Adelmodi Comit. Barcin. c. 3. *Aguayt & encalz de cavallario, & assalt de castello, emendetur per hominaticum & per aliscaram, sicut visum fuerit judicanti.* Cap. 72. *De compositionibus juxta leges: Judicant nempe omnes homines æqualiter, nihil verò judicant inter vassallum & seniorem, quia in legibus non invenitur hominaticum, & ideo facienda sunt, quæ sunt secundùm usaticum.* Constitutiones Catalaniæ inter dominos & vassallos MSS. c. 35. *Causa quandoque intervenit, quando dicitur in promissione: Ideò constituo me tuum hominem, quia tu dedisti mihi tale feudum, vel ut me defendas in jure meo à talibus meis adversariis, vel in emendam injuriæ, quam dicis me tibi intulisse.* Cap. seq. dicitur ejusmodi homagium non transire in hæredes, nisi per stipulationem, quæ intervenit in emendam, ille, qui homagium stipulatus est ac promisit, bona sua ei, quem in dominum accepit, subjecerit, recipiendo ea ab ipso in feudum. Secunda Curia Generalis Catalaniæ sub Jacobo Rege Arag. an. 1299. MS. *Item quòd pro aliquo debito non fiat de cætero homagium in Catalania aliquo tempore, nisi fuerit debitum, quod debeatur pro fine captionis sui, vel amici sui, vel pro matrimonio, & si contra fieret de cætero, quòd contractus iste non valeat.* Id dilucidiùs explicatur in Charta alia ejusdem Regis: *Nisi pro debito, quod deberetur pro faciendo fine seu remissione captionis debitoris vel amici sui, vel debito, quod deberetur causâ matrimonii.* Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 16. *Hommage est fet aucunefois pour garder pés, & en cel homage denommé est dit homage de paiement, pour cen que pour tel homage pés & concorde soit reformées entre aucuns. Si comme quant aucun sieut un autre d'aucun crime, & pés est reformée entre eus, ensi que icelui, qui est suis del crime, fet hommage à l'autre pour garder lui pés.*

Hominium pacis. Tradit Butilerius lib. 1. tit. 82. triplex esse homagium: primum quod *feodi* dicunt, alterum *servitii*, tertium *pacis*, quod sic definit: *Le tiers si est si comme ils sont hommes, qui ont juré à faire tenir & garder paix au Seigneur.* Et infrà: *Item se paix est faite pour le Seigneur, aussi peus savoir & entendre, qu'il peut obliger ses hommes à la paix tenir & garder par la foi de leur hommage.* Robertus Monachus lib. 2. Hist. Hierosol. p. 39. de Alexio Imp. CP. *Requisivit à nostris, ut sibi Principes exercitus facerent hominium, id est, securitatem pacis.* Et mox: *Fecerunt igitur ei cum sacramento hominium, tali conditione, ut tamdiu duraret, quamdiu ipse perseverasset in sacramento suo & promissione.*

Hominia Plevita, in Consuetudinibus Barcinonensibus, quæ Surita & Garibaius *pleytos homenages* vocant, *Homages de plejure* nostri facere dicuntur, qui pro domino fidejubent, vel erga superiorem dominum, vel erga alium quemvis, illiusque verba & conventa præstant, eoque nomine ei, cui fidejubent, hominium faciunt. Butilerius lib. 1. tit. 82. *Encore dient les sages qu'il y a un autre hommage, qui est appellé hommage de plejure: car l'homme doit faire plejure pour son Seigneur pour l'honneur de lui & tout ce est en droit & par raison. Et l'avés peu voir par le Roi de France, qui fut prisonnier en Angleterre, comment il fut ordonné, que plusieurs nobles Barons, qui estoient ses hommes, s'en allassent en Angleterre tenir prison pour lui, & faire plejure.* Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 29. *A hommage est adjointe plevine: car l'hommage doit plevir son Seigneur en toutes cours, s'il est suy de mesfect, qui appartienne à sa personne, & qu'il sera à droit aux termes, qui lui seront mis, & de ses namps delivrer & d'emprunts, tant comme la rente qu'il lui doit d'un an, se peut estendre.* Ejusmodi verò hominii formula ita concipitur in Hominio Mariæ Beharnensis Vicecomitissæ, Ildefonso Aragoniæ Regi præstito æra 1208. quod descripsit Marca in Hist. Beneharn. lib. 7. cap. 1. num. 2. *Ut autem hoc totum, quod suprà scriptum est per bonam fidem sine omni enganno attendatur, vobis domino Regi ex parte Dominæ Mariæ promitto hoc & convenio vobis in Dei fide & legalitate mea & ordine, & in osculo pacis & veritatis, quòd si fortè D. Maria supradicta vellet infringere, ego attendam ad vos, & adjuvabo vos, &c.* Et infrà: *Ego quoque Fortunius Dat, & ego Raymmudus Ot de Arbus, & ego Ogerius de Golirs idem similiter vobis Domino Regi in bona fide & sine omni enganno promittimus, & vobis hominium facimus.*

Homagium per stipulationem. Bracton lib. 2. tr. 1. cap. 35. §. 2. *Item contrahitur homagium de utriusque voluntate, tam domini, quàm tenentis, &c.* Constitut. Catalaniæ inter dominos & vassallos MSS. cap. 84. *Licèt de jure Romano homo liber non possit servum se facere alterius per aliquam simplicem pactionem, nec etiam per confessionem, factam in jure: potest tamen per confessionem aliquis suam gravare conditionem, quia per pactionem interveniente scriptura, potest aliquis homo liber se constituere ascriptitium. Et ita aliquis liber homo per pactionem videlicet & per stipulationem potest se constituere hominem alicujus nobilis, & potest ei facere homagium. Et quando super hoc, scilicet ut aliquis liber homo constituat se hominem alicujus hominis nobilis, concipitur stipulatio, intervenit de consuetudine generali Catalonensi osculum, in hunc scilicet modum: Dominus tenet tunc inter manus suas manus illius, qui facit homagium, & ille flexis genibus facit homagium per stipulationem promittendo illi domino inter manus suas fidelitatem. Et ipse dominus in signum, quòd versa vice eidem fidelis erit, ipsum osculatur. Nam eamdem fidelitatem dominus debet suo vassallo, quam vassallus domino suo: tenebitur enim dominus ipsum juvare, & custodire ab inimicis, vel pro posse suo ipsum in suo jure ipsum defendere. Et quamvis illud homagium introductum non sit de jure Romano, seu civili scripto, introductum est tamen usu diuturno Catalonensi, qui legem imitatur, & ideo legibus adjuvatur & defenditur, quia pactiones licitæ custodiendæ sunt.* Nescio an huc pertineat? quod narrat Matth. Paris an. 1246. de Amedeo Comite Sabaudiæ: *qui cùm Regem Angliæ* (Henricum III.) *præcordialiter diligeret, fecit homagium eidem Regi in manu Archiepiscopi Cantuariensis, qui supplevit Regis absentiam: & homagium factum fidei interpositione, addito sacramento de inviolabili observatione, spontanea ac gratuita voluntate, pro utrorumque hæredibus confirmavit, recipiens de dominio dicti Regis quædam feuda, videlicet Secusiam cum Palatio, Avillianam, S. Mauritium de Chablasio, & Castrum de Bardo. Quod licenter facere potuisse* asserit idem Scriptor, *sine Imperatoris injuria & Imperii mutilatione, cùm nihil præter aquas & transitus teneret de Imperio.* Prostant in Regesto Tolosano Cameræ Computor. Paris. complura per stipulationem homagiorum exempla: ex quo ea, quæ sequuntur, à nobis olim descripta, hîc inseremus, ut moris haud

haud omnino triti vestigia lector inde percipiat. Fol. 79.

Noverint universi, &c. quòd Guillelmus Boërius de Algariis de sua mera & spontanea voluntate recognovit & concessit & confessus fuit coram D. Raymundo Dei gratia Comite Tolosano March. Provinciæ, se non habere in hoc sæculo Dn. nisi eundem Dn. Comitem antedictum, neque alicui Dn. teneri ratione homagii vel dominii, nisi ipsi Dn. Comiti Tolosano supradicto. Et ibidem dictus Guill. Boerius dedit & concessit, se scilicet, suum proprium corpus, & omnem suam progeniem ab ipso ortam & orituram per homines proprios ipsius Dn. Comitis & hæredum & successorum ejus in perpetuum ad omnem ipsius Dn. Comitis & hæredum & successorum ejus, voluntatem, inde scilicet de prædicto VV. Boërio & de progenie sua antedicta tanquam de suis propriis hominibus in cunctis locis semper faciendum. Et promisit ipsum servire tanquam suum proprium Dn. in cunctis locis fideliter & devotè. Hoc ita facto & concesso, dictus Dn. Comes per se & successores suos recepit ipsum VV. Boërium de Algariis & omnem progeniem ab ipso ortam & orituram per homines suos proprios, promittens ipsum & progeniem suam cum omnibus bonis, juribus & rebus suis mobilibus & immobilibus, quæcunque sunt & ubicunque sunt, protegere, salvare, manutenere, & custodire tanquam res proprias suas, ubicunque & in cunctis locis ab omni damno, injuria, violentia, gravamine, molestia, & offensa. Actum fuit ita & concessum apud Vaurum ult. die mens. Decembr. 1247.

Charta alia. *Noverint, &c. quòd Arnaldus Natalis, mercator de Salvitate, de sua propria & spontanea voluntate, nulla tamen vi vel deceptione coactus vel deceptus, &c. confessus fuit Dn. Raymundo Comiti Tolosæ, se scilicet, suum proprium corpus, esse hominem ipsius Dn. Comitis supradicti, & etiam omnem suam progeniem ab ipso Arn. Natali orituram, & promisit ipsi Comiti & successoribus suis, &c. quòd ipse Arn. serviet eundem Dn. suum Comitem & successores suos semper in perpetuum fideliter ac devotè tanquam suum proprium dominum, scilicet infra Ecclesiam & extra, & in Tolosa & extra, & in Salvitate & extra & aliis cunctis locis, & quòd ipse Dn. Comes & successores sui de ipso Arn. & sua progenie ab ipso oritura, tanquam de suo proprio homine & de suis propriis rebus in prædictis locis & cunctis aliis suam possit facere voluntatem. Item promisit eidem Comiti & successoribus suis, se & suam progeniem ab ipso orituram omnem, servitium & fidelitatem exhibiturum & servaturum ipsi Dn. Comiti & successoribus suis, sicut fidelis & proprius homo debet suo proprio Dn. servare & exhibere. Et voluit & mandavit, quòd progenies ab ipso oritura, eandem fidelitatem, dominium & homagium ipsi domino Comiti & ejus hæredibus facere teneantur in perpetuum. Item dictus Arnaldus Natalis recognovit & concessit & confessus fuit, quòd pater suus & alii antecessores sui ab antiquo erant homines à patre & aliis antecessoribus ipsius Dn. Comitis supradicti, & illud idem hominium & servicium sicut proprii homines tanquam eorum proprio domino facere tenebantur. Act.* 1236. Charta alia anno 1238. *Recognoverunt & concesserunt D. Raymundo Tholosæ Comiti & suo ordinio, dominium & homagium de seipsis, scilicet de eorum corporibus & de omni eorum progenie orta & oritura, &c.* Fol. 80. 85. 124. 125.

Homagium servitii, Butilerio lib. 1, tit. 82. est illud, quod quis Dn. præstat pro *servitio*, militari nempe, ei impendendo, pro quo interdum ab eo prædia & feuda obtinet. Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 29. *Hommage de foy & de service, est quant aucun reçoit autre à hommage, à luy garder foy, & à luy faire service de son propre corps, ou foy à combattre pour luy, se mestier est, ou à faire aucun tel service.* Regiam Majestatem lib. 2. cap. 65. §. 1. *Fiunt autem homagia de terris, de tenementis liberis tantummodo, de servitiis & redditibus assignatis in denariis & aliis rebus.* Dudo lib. 1. de Moribus & Gestis Normannorum pag. 70. *Qui nunquam colla sua cervicis cuipiam Regi subegit, nec quilibet manibus, gratia servitii, manus suas commendando commisit.*

Homagium campionis. Vide *Campio.*

Homagia non modo à Viris Feudalibus ac nobilibus fiebant; sed etiam ab hominibus de corpore, seu servis. Tabular. S. Germani Parisiens. sub Hugone Abbat. *Ut super quibusdam injuriis, quas nobis fecerat; sicut homo de corpore responderet, hominium & fidelitatem, quam præscriptis audientibus & videntibus fecerat, denegavit*, &c.

Homagium, & *hominia*, pro territorio, intra quod *hominia*, vel *servitia* quævis, etiam operarum, domino debentur. Charta Waldensis Cœnobii apud Spelmannum: *Noverit universitas vestra, me reddidisse Deo & S. Mariæ & S. Jacobo de Waldene & Monachis ibidem Deo servientibus totum homagium in villa de Waldena, à cruce de Nuport, super ripam versus Cantburg, vid. in hominibus & eorum servitiis, & in omnibus ad eos pertinentibus, &c.* Liber Ramesiæ sect. 317. *Henricus Rex —— si Abbas de Ramsey poterit monstrare, quòd nullus antecessorum suorum operasset ad hominium de Brampton, &c.*

Hominium, Securitas cuivis data cùm sacramento. Vide Rodericum Toletan. lib. 7. de Rebus Hispan. c. 22.

Hominium perdit dominus pro defectu juris, id est, si vassallo judicium suæ Curiæ denegat, vel si feloniam fecerit, vel aliquid ad exhæredationem tenentis sui, propter quod justo judicio debeat exhæredari, quo casu ad domini capitalem dominum transit: ita Stabilimenta S. Ludov. lib. 1. cap. 52. Petrus *de Fontaines* in Consil. c. 13. §. 8. Bracton lib. 2. c. 35. §. 12. Fleta lib. 3. c. 16. §. 27. Constit. Sicul. lib. 3. tit. 13. 17. &c.

Homagium gurpire, reddere, remittere. Ex Consuetudine Bellovacensi, ut ait Bellomanerius c. 61. seu potiùs ex generali feudorum lege, non poterat vassallus dominum suum appellare, i. ad monomachiam Legibus receptam & statutam provocare, vel ad bellum diffidare, vel in jure de quovis crimine interpellare, priusquam suum *gurpisset homagium.* Adeo ut vassallus, qui dominum de crimine aliquo accusare volebat, eum deberet convenire, coramque suis *Paribus* hæc verba proferre: *Sire, j'ay esté une pieche en vostre foi & en vostre hommage, & ai tenu de vous tex heritages en fief: & à l'hommage & à le foi je renonce, parce que vos m'avez messet, duquel messet j'entens acquerir vengence par appel.* i. Domine, diu est, quòd in tua fide & tuo homagio perstiti, & talia prædia in feudum à te tenui: nunc verò eisdem homagio & fidei renuntio, quia malefactum in me commisisti, de quo per appellum vindictam exigere decrevi. Quo facto, eum *submonere* seu citare in Curiam superioris domini debet, ibique suum prosequi appellum. Quòd si ante appellum, feodo & homagio non renuntiasset, non dabatur locus gagio duelli: sed in emendam erga dominum cadebat, tanquam prolatæ in eum contumeliæ reus, *pour lui avoir dit vilenie.* Id etiam attigit vetus Consuetudo Norman-

Normanniæ c. 84. *L'on doit savoir, que aucun ne peut appeller de felonie son Seigneur, à qui il a fait hommage, ne le Seigneur son homme pour la foy de l'hommage, que l'un doit porter à l'autre. Mais se le Seigneur veut ainsi suyr son homme, il convient qu'il lui rende son hommage, ains que il lui offre son gage de l'appeller, & l'homme aussi: & se le Seigneur enchiet, l'homme ne tendra jamais de lui la terre, ne le fief, que il tenoit, mais la tendra nuement du Seigneur, qui est pardessus. —— Et se l'homme est vaincu, la terre remaindra quitte au Seigneur.* Bracton lib. 2. cap. 35. §. 12. *Item reddere poterit domino suo homagium suum, simul cum tenemento, propter capitales inimicitias, ut liberiùs prosequatur appellum suum, & sic dissolvitur homagium.* Adde Fletam lib. 3. cap. 16. §. 35. Ricardus Hagulstadensis de Bello Standardico p. 321. *Itaque Robertus reddito homagio, quod ei fecerat, —— ad suos socios reversus est.* Matthæus Paris an. 1188. *Tunc Rex Anglorum Regi Francorum fecit homagium, quia in principio hujus guerræ homagium suum reddiderat Regi Franciæ.* Ejusmodi redditionum homagii exempla & formulas proferunt passim, Nicol. Trivettus an. 1294. 1296. Henr. Knyghton. pag. 2477. 2481. 2497. 2549. 2550. Thomas Walsinghamus pag. 61. 66. 67. 133. Renerus apud Chappeavill. tom. 2. Hist. Leod. pag. 226. Rodericus Toletan. lib. 7. Hist. Hispan. cap. 7. 33. Inventarium MS. Chartophylacii Regii, *Layette, Flandres, Coffre* v. tit. 20. *Coffre* 3. *Sac* 2. tit. 23. &c. Vide præterea Leges Alfonsinas parte 4. tit. 25. lege 7. 8.

Hominium rumpere. Sugerius in Ludovico VI. c. 2. *Quo siquidem tempore inter B. Dionysii Adam Abbatem & Burchardum nobilem virum Dominum Menmorenciacensem accidit quasdam contentiones pro quibusdam consuetudinibus emersisse, quæ in tantam ebullierunt irritationis molestiam, ut rupto hominio inter defœderatos armis, bello, incendiis concertaretur.*

Pari modo dominus, qui vassallum de proditione aut alio quovis forefacto appellare decreverat, illius *homagium guerpire* tenebatur. Cujus quidem paritatis ea ratio est, inquit Philipp. Bellomanerius d. c. 61. quia *tout autant, que li homs doit à son Seigneur de foi & de loiauté par la reson de son hommage, tout autant li Sires en doit à son home.* Id est, ut verbis utar Bractoni p. 98. *Est tanta & talis connexio per homagium inter dominum & tenentem, quòd tantum debet dominus tenenti, quantum tenens domino, præter solam reverentiam.* Hujus porrò moris exemplum profert Gualter. Terwanensis in Vita Caroli Comitis Flandr. c. 37. ubi de Guill. Yprensi: *Unde & idem Domnus Guillelmus hominium Alardi guerpivit, & eo diffiduciato, totum feodum ejus saisivit.* Matth. Paris an. 1233. *Formam pacis cum eo (Rege) mihi plurimùm damnosam gratis inii: in qua convenit, quòd nisi illa ex parte Regis mihi observaretur, omnia omnino ex parte mea essent in statu, in quo fuerant ante dictam pacem initam: videlicet quòd ego essem extra homagium suum, & diffiduciatus ab eo, sicut priùs fui per Dn. Episc. Menevensem.* Et infrà: *Unde apertè didici, quòd nullam pacem voluit mihi observare, cùm post pacem deteriùs me pertractaret. Unde homo suus non fui; sed ab ipsius homagio per ipsum absolutus.* Adde eundem an. 1233. 1234. pag. 268. 273. & Thwroczium in Uladislao c. 34.

Est præterea alia hominii ex solo arbitrio apud Danos gurpiendi ratio, de qua Sueno in Legibus Castrensibus c. 7. *De Ministerii resignatione: Illam etiam non prætermisit antiquitas formam instituere, qua & principis majestas illibata, & militis non esset honor imminutus, si ad alterius se quis transferret hominium. Statuit ergo in Circuncisionis vigilia, quæ novum annum inchoat, experti Militis novitatem affectantis, duos commilitones ad dominum, cujus se domino exuere cupit, ablegandos esse, qui & ei hominium cum servitio illius resignent. Et sic absque contumeliæ verecundia, dominique offensa, poterat unusquisque ad alterius hominium liberè convolare.*

Homagium, Sacramentum, juramentum, in Legibus Aragonens. apud Blancam p. 771.

Homagium evanescere dicitur, cùm prædium vel feudum ad Regem devolvitur, quia *Reges nulli consuerunt facere hominium.* Id pluribus probamus in Historia Comitum Ambianensium, quam dudum absolvimus, prælo proinde paratam, cum altera Comitum Pontivi.

HOMO. *Homines* appellati, famuli, actores, procuratores, custodes, &c. Ita usurpant Senator lib. 10. Ep. 5. Ausonius Epist. 22. Pacatus in Paneg. Symmachus lib. 2. Ep. 30. lib. 3. Ep. 27. lib. 5. Ep. 54. Greg. M. lib. 3. Ep. 37. lib. 6. Ep. 9. Jurisconsulti, & alii passim, ut omittam veteres. Vide Cujacium lib. 8. Observ. c. 14. Jacob. Gothofr. ad Cod. Theod. &c. Hinc *Homines* generatim posterioribus sæculis dicti quivis alterius dominio quavis ratione subjecti, seu essent ii servilis conditionis, seu ingenuæ; sed obsequii ac servitii nexu superioribus dominis, atque adeo suis Principibus ratione debitæ fidelitatis subditi.

Prioris speciei *Homines* sunt, quos *Denariales, Chartularios, Ecclesiasticos, Fiscales, Regios, de Corpore, Pertinentes*, & ejusmodi nominant, ut alterius *Commendati, Casati, Feudales, Exercitales, Franci, Romani, &c.* qui nullo scilicet viliori servitutis nexu; sed ex fidelitate, vel ex obsequio dominis suis quodammodo subsunt. De his sigillatim agimus in singulis epithetis.

Triplicem porrò *hominum* liberorum, etiamsi subditorum, conditionem observare est ex Lege Longob. Alii enim *primæ*, alii *mediocris*, alii denique *minimæ* & infimæ sortis erant, pro fortunæ ac facultatum modo. *Primæ* meminit lib. 1. tit. 9. §. 21. *Consuetudo enim est, ut pro minima persona, quæ exercitalis homo invenitur esse, 150. sol. componantur, & pro eo, qui primus est, 300. sol.*

Mediocres personæ. Glossæ antiquæ MSS. *Pauper, mediocres.* Habentur non semel in Legibus Wisig. lib. 9. tit. 2. §. 8. lib. 12. tit. 2. §. 15. in Legib. Burgund. tit. 2. §. 2. tit. 26. §. 2. & in Addit. 1. ad easdem Leges c. 14. *Medii Alemanni*, in Legib. Alem. tit. 68. §. 4. Ita passim in Cod. Th. *mediocre*, pro *pauperioribus* ac infimis, respectu potentum, dicuntur, in l. 3. 4. de Extraord. muneribus *paupertate mediocres*, in l. 14. de Censitor. *mediocritas*, pro paupertate, in l. 27. de Annona, &c. & in hac Inscriptione, Lugduni: *D. M. Jovino Valerioni vet. ex leg. I. M. Julia Materna conjugi incomparabili memoriam posuit è mediocritate sua, & sub ascia dedicavit.* Julius Firmicus lib. 4. Mathes. cap. 7. *Mediocres in vita, & qui neque facultatibus abundent, &c.*

Homines denique *minores*, in Legibus Longob. lib. 1. tit. 14. §. 7. *qui nec casas nec terras habent*, qui & *minima persona*, cujusmodi sunt *exercitales homines*, ibidem tit. 9. §. 21. *minimi maximique*. in l. un. Cod. Th. de Grege domin. Vide *Manus*. Sed præsertim unicè & nudè

Homines appellari cœpere, *vassalli & clientes*, qui ratione *beneficiorum* ac *feudorum* dominis suis, speciali ad id facta professione, quæ ex hoc *hominium* & *homagium* dicta est, fidem & servitium, seu militiæ, vel placitorum, aut quodvis aliud debebant: qua quidem notione vocem *Homme* usurpant passim

Consuetudines nostræ municipales, quarum locos indicavit Raguellus. Annales Francor. Fuld. an. 884. *Ibi inter altavenıens Zuventibaldus Dux cum principalibus suis, homo, sicut mos est, per manus Imperatoris efficitur, contestatus illi fidelitatem juramento, &c.* Anno 887. *Quem Imperator —— honorificè suscepit ad hominem, sibique adoptivum filium eum injunxit.* Acta Episcopor. Cenoman. p. 244. *Venientes ergo parati auro & argento & vestimentis nobilibus ad prædictum Regem Francorum gloriosissimum Carolum, deprecati sunt, ut sui mererentur effici homines: qui & quadam humana cupiditate illusus suscepit eos, & eorum beneficia sua largitione habere promisit.* Vita S. Remberti Archiep. Hamburg. n. 27. *Ut per manus acceptionem hominem illum Regis fieri, & inter Consiliarios ejus collocari obtinuit.* Eadmerus lib. 2. Vitæ S. Anselmi Cant. Arch. c. 38. *Homo Ducis* (Rogerii) *Rogerus Comes de Sicilia.* Vetus Charta apud Beslium p. 389. *Amonuit Hugonem, ut fieret homo supradicto Bernardo pro ipsam partem de castro, qui fuerat patri suo.* Et infrà: *Promisit ei Comes sicut debet senior suo homini rationem vel finem, &c.* Anna Comnena in Alexiade: Πείθει παραχρῆμα ἄνθρωπον αὐτῷ γενέσθαι. Sic passim.

Homo, pro marito, quomodo *Homme* Galli dicimus. Gregorius M. lib. 6. Epist. 27. *Quòd verò scribitis, ut excellentissimæ filiæ meæ Gurdiæ & sanctissimæ filiæ ejus domnæ Theotistæ, & magnificis earum hominibus Domno Marino & Domno Christodoro scribere debeam, &c.*

Homines ad arma, Cataphracti equites, nostris, *Hommes d'armes.* Joannes Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ c. 35. *Reminiscere — qualiter villas & oppida regni Franciæ frugum opulentissima, dum ibidem peregrinabaris, conspexisti Regis terræ illius hominibus ad arma, & eorum equis ita onusta, ut vix in eorum aliquibus quàm magnis oppidis tu hospitari valebas, &c.*

Homines de capite. Vide *Capitalis.*

Homines de corpore, Servituti glebariæ obnoxii, qui censum debent de capite, *Capite censi.* *Homines de corpore, ascriptitii, seu glebæ affixi, aut alterius servilis conditionis*, in Statuto Philippi Pulcri anno 1302. pro reformat. Regni art. 63. Charta Philippi Aug. Regis Fr. an. 1180. pro Ecclesia Aurelian. *Servos & ancillas, quos Homines de corpore appellamus, — ab omni jugo servitutis absolvimus.* Bulla Gregorii IX. PP. an. 1240. in Hist. Monast. S. Mariæ Suession. p. 451: *Originarii Monasterii vestri, quos Homines de corpore patria censuit appellandos.* Charta Amaluini Abb. Silvæ Majoris an. 1207. in Tabular. Campan. Bibl. Th. p. 284. *Si dominus hominis illius juramento trium Militum & trium aliorum proborum hominum probaverit, quòd ille sit homo suus de corpore, & quòd eum pro voluntate sua sicut hominem de corpore tailliabat.* Arestum Paris. 28. Jan. 1319. *Proponebat, quòd dicta Agnes est femina sua de corpore tailliabilis de alto & basso ad voluntatem, & astricta eidem Militi, videlicet ad tallias, forismaritagium, & mortuam manum, & alias redhibentias, &c.* Adde Chartam Communiæ S. Quintini an. 1195. Historiam Ecclesiæ S. Aniani in Probat. pag. 100. 101. Doubletum p. 907. Pithœum ad Consuetud. Trecensem pagin. 14. &c. Vide *Capitale* & *Manumissio.*

Homines cubantes, & levantes. Vetus Inquisitio in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano: *Abbas eum requisivit tanquam hominem suum cubantem & levantem.* Vide *Levans & cubans.*

Homines Ecclesiastici, in Lege Ripuar. tit. 10. §. 1. tit. 11 §. 3. tit. 18. §. 3. tit. 19. §. 2. 3. tit. 22. in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 151. in Capitul. Caroli C. tit. 23. c. 14. *Ecclesiastica femina*, in Leg. Ripuar. tit. 14. §. 1. qui in Capitulis Caroli C. tit. 9. c. ult. *Mancipia Ecclesiastica* dicuntur. Capitulare Compendiense Caroli C. an. 868. c. ult. *Neque mancipia Ecclesiastica quisquam nisi ad libertatem commutet: videlicet ut mancipia, quæ pro Ecclesiastico dabuntur, in Ecclesiæ servitute permaneant, & Ecclesiasticus homo, qui commutatus fuerit, perpetua libertate fruatur.* Testamentum S. Remigii apud Flodoardum lib. 2. *Vitis plantam super vineam meam — possidebunt, cum Melanio vinitore, quem do in loco Ecclesiastici hominis Albovichi, &c.*

Homo de Guerra, Militaris, vulgò *Homme de guerre.* Guill. de Podio-Laurentii in Chron. *Si quis etiam homo de guerra gradiens cum eis inveniretur, ab hostib. tutus erat.*

Homines linei, vel lignei. Vide *Pedes ligneі.*

Homines signi. Vide *Signum.*

Homo venditus. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ c. 3. §. 1. & 2. *Item ordinaverunt pro sustentatione Justitiarii quolibet die itineris sui centum solidos. Item Clericis suis, pro quolibet homine amerciato, vel vendito, duos solidos: & pro quolibet homine mundato per assisam, pro tractu extra rotulos, 4. denarios.* Ubi Skenæus *hominem amerciatum* intelligit, qui legitimè citatus, ut in *itinere* seu Curia Justitiarii comparеat, se non sistit, ideoque ratione suæ contumaciæ amerciatur, & mulctam solvit. *Hominem* autem *venditum*, qui in *itinere* coram Justitiario comparet, crimen sibi objectum, pro quo fuit attachiatus, confitetur, & pro eo cum Justitiario, certo quasi pretio interveniente, transigit: ita ut alter *vvitam* vel pœnam pecuniariam pro crimine ipsa lege debitam redimat; alter verò, nempe Justitiarius, hæc eadem accepta pecunia ei vendat. Vulgò *Compositionem* vocant.

Homo, Homonis, pro *hominis*, licentia plusquam Poëtica. Hincmarus Remensis in Opusculis pagin. 383.

Ne tibi sis sapiens multum, quod cœcat homonem.

Salomon Episcopus apud Canisium:

Tunc igitur veterem deponens Martyr homonem.

Ordericus Vitalis lib. 6. p. 626.

Inter silvestres ubi pauper mansit homones.

Homoligius, unica voce, Vassallus, in Charta Friderici I. Imp. apud Miræum in Donation. Belg. lib. 2. cap. 52.

HOMOLOGARE, ὁμολογεῖν, Profiteri. Tabularium S. Flori in Arvernis an. 1268. *Pro se & hominibus suis voluerunt & homologaverunt Deo & B. Mariæ prædictas decimas.* Id est, professi sunt, se concessisse, &c.

Amologare, eadem notione, in veteri Charta apud Columbum in Manuasca lib. 2. n. 49. Hodie

Homologare vulgò nostri usurpant, pro Regiorum edictorum, aut Statutorum in Acta Parlamenti relatione: cujus quidem usus tum primum cœpit, cùm Joanne Rege capto & in Angliam abducto, Carolus filius Regni Vicarius & *Regens* dictus est: litteris enim Regiis, quibus ea dignitas Carolo attributa, adscripta hæc verba leguntur in Regesto Parlam. signato C & D. *Lecta & præsentata in Camera Parlamenti 3. Martii an. 1356.* cum ante hæc tempora vix Regias litteras in Acta Parlamentaria relatas videre sit. Certè olim Principum edicta à Senatu confirmari solita docet Justinus Apol. 2. ubi de Edicto Imperatoris pro Christianis: Ταῦτα δὲ καὶ τῆς συγκλήτου δόγματι κυρωθῆναι βούλομαι. Martianus Capella lib. 1. p. 15. dixit: *Augustius fieri Joviale decretum, cùm cœtu Deorum attestante depromitur.* Vide Cujacium lib. 1. Observ. cap. 19.

HOMO-

HOMOLOGI *coloni*, in l. 6. Cod. Theod. de Patrociniis vicor. *Vicis adscripti, & homologi more gentilitio vocati*: id est, glebæ adscripti, qui prædiis certis addicti erant, nec ab iis excedere poterant: ὁμόλογοι, dedititii, conditionales; more gentium ejusmodi servituti obnoxii, ex pacto ac conditione. Nam ὁμολογία est *confessio, professio*, in Gloss. Græc. Lat.

HOMORARIUM. Vide *Humerale*.

HOMULLUS, pro *Homulus, Homunculus*, Homo. Gloss. Græc. Lat. Ἀνθρώπιον, *Homullus*. Ἀνθρωπάριον, *Homullus, Homuncio*. Domnizo lib. 2. de Vita Mathildis c. 12.

Planiciem cujus didicit Guibertus homullus.

Et cap. 21.

A te non ullus vacuus discessit homullus.

Vox nota Lucretio:

——*Brevis hic est fructus homullis.*

Utitur etiam Symmachus lib. 4. Epist. 33. ubi Juretus.

Homullulus, apud Auxilium de Causa Formosi Papæ pag. 613.

HOMUNCIONITÆ. Ita vocantur à Prudentio Ebionitæ, Samosateniani, aliique hæretici, qui Christum purum hominem esse, nihilque divinæ essentiæ ac virtutis habere contendebant. Marius Mercator de Anathematismo Nestoriano §. 19. 20. *Photinus autem Nestorii magister Verbum quidem hoc Dei esse in substantia negat; sed esse id Dei Filium non vult,— Photinum Romana Ecclesia & participes hujusmodi pravitatis Homuncionitas nominat.* Prudentius in Apotheosi, in carmine *Contra Homuncionitas*:

Sunt qui Judaico cognatum dogma furori
Instituunt, media Christum ratione secuti
Hoc tantum quòd verus homo est, at cælitus illum
Adfirmant non esse Deum, &c.

Hos Ἀνθρωπολάτρας vocat Athanasius libro extremo de Incarnat. Domini, *Hominicolas* Facundus Hermian. lib. 9. c. 3. Vide Notas eruditissimi Joannis Baptistæ Cotelerii ad Constitut. Apostol. p. 271.

HOMUNCIONATES, dicuntur ab Arrianis apud Arnobium Juniorem in Conflictu cum Serapione, initio libri 1. Catholici, *qui dicunt, duas naturas esse in Christo duasque substantias*, quos alii *Homousianos* vocant, ut Victor Vitensis.

HOMOUSIANI appellati ab Arianis Catholici. Fastidiosus Arianus in Sermone: *Bipartitus namque pridem error inrepsit, qui hactenus perditorum animas vinciens ad quærendam veritatem spirare non sinit, Homousianis asserentibus inseparabilem atque individuam Trinitatem, nec Patrem ingenitum Filii sui esse factorem.* S. Fulgentius lib. contra eundem cap. 1. *In illo autem profano sermone vocans nos Homousianos, quòd nos Arriani assolent nuncupare.* Idem lib. pro fide Catholica adversus Pintam Arianum: *Verùm quia quidam proprio spiritu actus, ejus fidei cultores Homousianos, vel Unisubstantianos vocandos esse præsumpsit, &c.* Infrà: *Magnùm sanè fidei crimen putant applicari Catholicæ, cùm ejus alumnos Homousianos vel Unisubstantianos appellant, quasi homousion vel substantiam Deitatis vel alicujus hominis vocabulum contineat, &c.* Adde Victorem in Epist. ad eundem S. Fulgentium.

HONDHABBENDE, Qui rem furtivam *in manu habens*, deprehenditur, & cognitio ejusmodi delicti, quæ Baroni competit in Curia sua, ex *hond* Angl. manus, & *berend* ferens. Apud Bractonum lib. 2. tract. 2. c. 8. §. 4. c. 32. §. 2. & c. 35. Vide *Bacberend*.

HONESTAS, Honor, prærogativa, privilegium. Charta Godefridi Episcopi Ambianensis an. 1104. in Hist. sancti Martini de Campis p. 350. *Salvis honestatibus & utilitatibus prædictæ Ecclesiæ nostræ, &c.*

HONESTIMUS, Honestus. Papianus in Collat. Legis Mosaïcæ tit. 4. de marito, qui uxorem in adulterio deprehensam occidit: *Si de pœna tractas, * non his, quæ aliquid ejus honestimo calori permittetur, ambigitur.*

HONNO, *Honnia*. Charta Bonifacii Marchionis Italiæ an. 1009. in Bullario Casinensi tom. 2. p. 69. 70. *Et rebus meis in loco Beselia, & loco Bojano, id est, prænominatis honnibus, curtis, & castellis, cum suarum pertinentiis, &c.* Infrà: *Habeant & teneant ad eorum juris proprietatem diebus vitæ illorum; & si ipsis eorum sive filius filiabus migrati fuerint, hanc cartulam offensionis, in suo robore permaneat, atque persistat; sic hæc honnia fuerit, sicut suprà legitur decessum, si filios aut filias de legitimo matrimonio non habuerit, &c.*

HONOR, apud Scriptores Ecclesiasticos, usurpatus potissimùm pro majoribus & excellentioribus in Ecclesia dignitatibus, ut sunt Episcopatus, Presbyteratus, & Diaconatus. Optatus Milev. lib. 2. adversus Parmenianum: *Honore nominis sui spoliati sunt Sacerdotes.* Et infrà, de Donatistis, qui Episcopos & Presbyteros abdicabant: *Quid prodest, quia vivi sunt homines, & occisi sunt honores à vobis: valent quidem membris; sed ereptæ portant funera dignitatis.* S. Augustinus lib. 2. adversus Epist. Parmeniani c. 11. *Et cùm expedire non videatur Ecclesiæ, ut præpositi earum venientes ad Catholicam societatem honores suos ibi non administrent, non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur; sed manent super eos.* Concilium Arelat. IV. can. 1. *Episcopatus verò vel Presbyterii honorem nullum laicus ante præmissam conversionem, vel ante 30. ætatis annum accipiat.* Can. 2. *Sed nec reliqui Pontifices Presbyterii, vel Diaconatus honorem conferre præsumant. Ita Presbyterii & sacerdotalis honor*, apud Cyprianum Epist. 34. 65. τιμὴ τοῦ πρεσβυτέρου, in Concilio Ancyr. can. 18 & alibi passim. Vide Synod. Tricass. anno 878. c. 7. Capitularia Caroli M. lib. 5. c. 8. *Si Ecclesiastici viri supradicta facinora commiserint, si honorabilis persona fuerit, perdat honorem suum.* Qui verò *honorabiles* hîc, *honorati* dicuntur in Charta Divisionis Imperii Francor. Caroli M. c. 2. *Vel ad loca sancta, vel ad honoratos homines confugiat.* Auxilius de Ordin. Formosi lib. 1. cap. 30. *Et si clerici fuerint, Ecclesiastico judicio à suis dejicientur honoribus.*

Postmodum generatim *Honores*, dicta majora in Ecclesiis Cathedralibus *beneficia*, seu, uti vocantur *Dignitates*, atque adeo Canoniæ ipsæ. Alexander PP. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 3. *Præterea cùm juxta B. Gregorii sententiam singula Ecclesiastici juris officia singulis quibusque personis sigillatim committi debeant, prohibemus de cætero, ut nulli duo honores in eadem Ecclesia concedantur, nec præpositurae sive personatus ejusdem Ecclesiæ personis alibi commorantibus tribuantur.* Alia ejusdem Alexandri ad Episcopum Carnotensem n. 18. *Duximus statuendum, ut honores Carnotensis Ecclesiæ aliis de cætero minimè concedantur, nisi qui secundùm antiquam & rationabilem consuetudinem residentiam se promiserint habituros.* In eandem sententiam habentur Chartæ aliæ Lucii PP. n. 21. 23.

Honores, præterea appellata *Beneficia*, seu prædia, quæ ad vitam viris nobilib. assignabantur, ad militare servitium, à quibus *feuda* postmodum profluxere: quæ perinde *honorum* appellatione donantur à Scriptoribus. Hieron. Blanca in Comment. Rerum Aragon. p. 734. *Quæ verò ea essent* (oppida) *perinde ut Ricis hominibus assignabantur, quasi in feudum honoratum dabantur eisdem: unde Honores, quòd in honorem darentur, sunt vocata.* Roderic. Toletan. lib. 7. de Reb. Hisp. c. 1. *Cui manu & ore hominium fecerat pro terra, quam ab eo acceperat in honorem*, &c. id est, in beneficium, in feudum. Nithardus lib. 3. *Et si honores, quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, ut se illi commendaret, præcepit.* Abbo Monachus lib. 2.

Perdidit ergo suos illic Willelmus honores,
Hugoni regnante datos, qui Bituricensis
Extiterat Consul, &c.

Honores Comitum, seu Comitatus, in Legib. Longob. lib. 1. tit. 25. §. 68. & lib. 2. tit. 54. §. 2. eod. lib. 2. tit. 40. §. 3. *Et si bassi nostri hoc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant.* Adde Capitul. Caroli C. tit. 13. c. 4. tit. 23. c. 6. tit. 2. c. 7. tit. 31. c. 24. Chron. Norman. an. 869. &c. Hinc *Honores*, ut & *Beneficia* opponuntur *alodis* & *proprietatibus*, in Capitul. Caroli C. tit. 19. *Ut omnes in honoribus & alodis vestris interim consistatis.* Et tit. 30. p. 292. *Legem & justitiam & in se, & in suis proprietatibus, & in suis honoribus habeat.*

Honores aperti, vacantes, in Cap. Caroli C. tit. 42. §. 8. Vide *Aperire*.

Honores verò pro feudis passim occurrunt. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 55. *Omni domino licet summonere hominem suum, ut ei sit ad rectum in Curia sua: & si residens est ad remotius manerium ejusdem honoris, unde tenet, ibit ad placitum, si dominus suus summoneat eum.* Ita vocem hanc usurpant Vitikindus lib. 1. p. 10. 1. Edit. Rathbertus Monachus de Casibus S. Galli c. 3. Ordericus Vitalis lib. 3. p. 464. Fulbertus Carnot. Epist. 96. Joannes VIII. PP. Epist. 130. Leo Ost. lib. 2. c. 10. 52. lib. 3. c. 16. Gauterius de Bellis Antioch. p. 443. Sugerius in Ludovico VI. c. 17. 18. Joannes Hagulstad. an. 1138. 1145. 1150. Richardus Hagulstad. an. 1135. Rad. de Diceto an. 1170. Gaufredus Vindocin. lib. 5. Epist. 27. Vetus Charta apud Beslium pag. 388. 393. Epistola 62. inter Francieas tom. 4. Hist. Franc &c.

Honores interdum laxiùs quævis possessiones dictæ, in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 5. Tabularium sancti Severi apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn. c. 11. n. 5. *Decrevi ex meis propriis honoribus hunc locum accrescere.* Henricus Huntindon. de Contemptu mundi c. 23. *Possessiones magnas, & varias, quas vulgò vocant Honores.* Sic *Honeurs* usurpant etiam Poëtæ nostrates. *Le Roman de Rou MS.*

N' a droit au fieu, ne à l' onor,
Qui se combat à son seignor.

Le Roman d' Aubery MS.

Se vos jamais avoir volés m' amor
Et en Bergoingne tenir fief ne honor,
Secorez moi por Dieu hui en cest hor.

Le Roman de Garin MS.

Et ge estoie venus à nostre Rois,
Por recevoir l' onor de Bordelois.

Villeharduinus n. 123. *Et cil departiroient les fiez & les honors par les homes, & deviseroient quel service il en feroient à l' Empereur.* Et n. 162. *La Duché de Nike, qui ere une des plus haltes honors de la terre de Romenie.* Charta Beneharnica apud Marcam p. 339. *L' aunor d' Ax*, Honor Aquensis. Sed &

Honores nostri appellarunt *Laudimia*, quæ ratione *honoris*, seu *feudi*, domino ex feudorum alienationibus obveniunt. *Ventes & honneurs*, in Consuetud. Pictav. artic. 21. 22. 26. 27. &c. Liber Chirographorum Absiæ fol. 177. *Et habuerunt inde 6. solidos solvendos de vendis & honoribus.* Inculismensi artic. 10. 12. 16. Rupellensi artic. 3. 39. Bajonensi tit. 8. artic. 9. Angeriac. art. 18. 27. & seqq. Aquensi tit. 9. art. 29. & Turon. art. 165.

Honor, apud Hispanos, distat à *feudo*, & *terra*. Dicitur enim *Terra*, quam dominus annuatim dat vassallo in pecunia: *Honor*, quem dat sibi sine conditione, ut reditus alicujus villæ, & honor iste non aufertur ei in vita sine causa. *Feudum* autem datur alicui, ut certum servitium faciat. Ita Interpres legis 2. Alfonsi IX. Regis Castellæ part. 4. tit. 26. quæ sic habet: *Tierra llaman en Espanna, a los maravedis que el Rey pone a los Ricos omes, e a los Cavalleros en logares ciertos. E Honor dizen aquellos maravedis, que les pone en cosas sennaladas, que pertenescen tan solomente al sennorio del Rey: e dagelos el por tes fazer honrra: assi como todas las rentas de alguna villa o Castillo. E quando el Rey pone esta tierra, e honor a los Cavalleros e vassallos; non faze ninguna postura. Ca entendiende je segun fuero de Espanna, que lo han a servir lealmente, e non los deven perden por toda su vida, si non fizieren porque. Mas el feudo se otorga con postura, prometiendo el vassallo al sennor, de fazer le servicio a su costa, casu mission, con cierta contya de Cavalleros, o de omes, o de otro servicio sennalado en otra manera quel prometiesse de fazer.* Vitalis Episcopus Osçensis, apud Blancam p. 727. *Debent enim omnes civitates & villæ Domini Regis tam majores quàm minores Ricis honoribus pro suis stipendiis assignari.* Mox addit, in ejusmodi honoribus Ricos homines judices statuere, mulctas judiciarias percipere *usque ad mediam mortificaturam & fractionem cultelli inclusive, &c.* ita ut Rex nullum in iis jus habeat, nisi præsens sit in urbe, cùm pœna hujusmodi est exigenda: *Tunc enim, quia eo præsente omnia minora officia conquiescunt, & omnia debent per suam excellentiam pertractari, pœnæ per compulsionem Domini Regis exactæ usibus Regis cedunt, &c.* Vide eundem Blancam p. 734.

Honor, apud Anglos, significat feudum vel manerium aliquod nobilius, quod regalibus exornatur, & multa inferiora sibi servitutem debentia habet. Covvel. lib. 2. Instit. tit. 2. §. 7.

HONORABILES, *Honoribus perfuncti*, ut est in l. un. Cod. Th. de Comitib. vacantib. seu *administratione perfuncti*, ut in l. 2. eod. Cod. de Medic. Qui quidem titulus vulgò à nostris in civitatibus concedebatur iis, qui civilia munia obierant, quos *Honorables personnes* vocabant: tametsi hodie apud nos viluit ejusmodi appellatio, quòd nobilitati, quam omnes ambiunt, quodammodo opponatur. Interdum etiam *Honorabiles* appellantur in dignitate constituti, ut in Capitul. Caroli M. lib. 5. §. 8.

HONORABILITAS, Titulus honorarius Episcoporum, apud Facundum Hermianensem lib. 4. cap. 2. p. 152.

HONORANTIÆ, Honores, privilegia, prærogativæ. Charta ann. 1193. in Histor. Bellunensi pag. 98. v. *Cum omnibus suis pertinentiis, honorantiis, & districtibus, &c.*

HONORATI, Qui in honoribus ac dignitatibus sunt constituti, vel qui dignitates gessere, seu in urbe, seu in provinciis. Gloss. Lat. MS. *Satrapæ, Judices, Honorati, vel Principes.* Ἀξιωματικοὶ, in veteri Glossario: οἱ ἐν ἀρχαῖς γεγενημένοι, Libanio: οἱ ἐπ' ἀξίαις, Gregorio Nazianz. Orat. 1. Stiliteut. *honoribus usi*, in aliquot Inscript. maximè enim *Honorati* dicuntur post gestos honores. Lex 8. Cod. Th. de Privilegio eor. qui in sacro palat. militarunt: *Qui vel post administratam provinciam Honorati auctoritate fulcitur.* Salvianus lib. 3. ad Eccl. Cathol. *Introducunt nempe in testamentum, quos nunquam introduxere in affectum, & hoc maximè, ut dixi, aut locupletes, aut nobiles, aut honoratos, & qui nisi potentes essent, parentes forsitan non fuissent.* Victor Vit. lib. 3. Vandal. persec. *Senatorum atque honoratorum multitudinem exilio contrivit.* Julius Africanus seu Abdias lib. 6. *Venerunt autem cum eis Indorum honorati, &c.* Usatica Regni Majoric. MSS. *Si aliquis honoratus homo, seu mulier honorata captus seu capta detinebitur, ibidem non detineantur in domo, ubi homines seu mulieres modici valoris detinebuntur.* Adde Epist. Honorii & Theodos. ad Agricolam Præf. Præt. Gall. editam à Sirmondo ad Sidonium, Leonem PP. Epist. ad Episcop. Viennensis provinc. Gregorium Turon. lib. 8. cap. 42. Adamnanum lib. 1. de Locis SS. cap. 3. Agobar-

bardum lib. de Dispensat. Ecclesiast. rer. cap. 2. Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 36. Synodum Ticinensem ann. 850. c. 4. Baron. ann. 1054. n. 22. & quæ congessit Jacobus Gothofredus ad Leg. unic. Cod. Theod. de Offic. Judic. Civil.

Honorati, Qui *honores*, hoc est, feuda, possident. Capitulare Radelchisi Princip. Beneventani cap. 27. *Si populus portionis meæ — ierint in exercitu quocumque, & quolibet modo occiderint vel apprehenderint vestros honoratos ac vassillos.*

HONORATIM. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hierol. cap. 4. *Nec permittebat Imperator introire in civitatem multos simul: sed honoratim, vel quinque, vel sex de potentioribus, ad horam ingredi sinebat.* Ita utraque Editio: id est, cum honore debito.

HONORERIUM, Presbyterium, consessus Presbyterorum honoratiorum. Inscriptio Christiana apud Gruterum 1174. 8.

Parvulus interea Petri nutritus ovili,
Primus honorerii Presbyter enituit.

HONORIUM, idem quod *Honor*, Charta Philippi Pulcri Regis Fr. ann. 1309. in Regesto ejusdem Regis n. 85. ex Tabul. Regio: *Nec pedagium seu barragium in honorio castri & Castellaniæ de Burdellia solvere compellentur.*

HONORIFICABILITUDO, pro *dignitas*, in Charta Hugonis Archiep. Genuensis an. 1187. apud Ughellum.

HONORIFICENTIA, Titulus honorarius Pontificum, in Epist. Isidori Hispal. ad Masonam Emerit. Episcopum, de cujus fide viri docti dubitant. Vide Joannem VIII. PP. Epist. 269.

Honorificentia, idem quod *honor*, Feudum, dignitas feudalis. Pacta inita inter Francos & Venetos ante expugnationem CP. in Gestis Innocentii III. PP. p. 93. *Est autem sciendum, quòd à nostra & vestra parte 12. homines vel plures pro parte eligi debent, qui juramento adstricti, feuda & honorificentias inter homines distribuere debent, & servitia assignare*, &c. Occurrit ibi pluries. Idem Innocentius in Epist. ad Marchionem Monferratensem: *Non habito respectu ad possessiones & honorificentias, quas obtines affluenter.*

HONOROSUS. Regula Templariorum cap. 10. *Quia assueta carnis comestio intelligitur honorosa corruptio corporum.* Ita Editio Andr. Favini & Labbei.

HONTFONGENETEF. Monasticum Anglic. to. 1. p. 723. *Teneant omnes prædictas terras —— in liberam, puram, & perpetuam eleemosynam, & sicut aliqua eleemosyna liberius dari poterit vel teneri omnino, extra dangerium nostrum, hæredum, vel assignatorum nostrorum, ballivorum, vel ministrorum, in perpetuum, tantummodo hontfongenetef mihi retento.*

HONUS, pro *honor*. Gloss. Lat. Gr. *Honus, honor*, τιμὴ θεῶν, τιμὴ ἀνθρώπων. Glossæ Lat. *Honus, honor, dignitas.* Adde Isidor. lib. 1. cap. 26. & Egesippum lib. 5. cap. 23. extremo, ubi *nullus honus curat hoc vulnus*, legi in MSS. Codd. monent viri docti. Vide Chronicon Fredegarii cap. 82.

HOPELANDA, pallii vel tunicæ species, nostris, *Houpelande.* Statuta pro S. Capellæ Paris. Canonicis: *Cavendum est, ne subtus superpellicia induantur hopelandæ propter deformitatem, quæ ibi multotiens est apparens in collerиis.*

HORÆ *Canonicæ*, Officia diurna, quæ in Ecclesiis fideles psallendo exequuntur, sic dicta, quia certis horis recitari debent juxta Canones & regulas SS. Patrum. Hæ autem septem numero sunt, scilicet, *Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespera, Completorium*: quæ ita recensentur in Canonibus Saxonicis Ælfrici ad Vulsinum Episcopum cap. 19. Uhtsanȝ, id est, *Cantus antelucanus*: Primsanȝ, id est, *Cantus matutinus*: Undersanȝ, i. *Cantus tertianus*: Middæȝsanȝ, i. *Cantus meridianus*: Nonsanȝ, i. *Cantus nonalis*: Æfensanȝ, i. *Cantus vespertinus*: & Nihtsanȝ, i. *Cantus nocturnus.* Papias: *Synaxis, Græcè, Hora dicitur, quando fratres conveniunt.* De Horis Canonicis & earum institutione ac antiquitate ex SS. Patribus multa scripsere, qui de ritibus Ecclesiæ tractatus ediderunt, inprimis Durandus lib. 5. Ration. cap. 1. & seqq. Durandus de Ritib. Eccles. lib. 3. cap. 1. & seqq. Pamelius ad S. Cyprian. de Orat. domin. Bellarminus lib 1. de Bon. oper. cap. 11. Baron. an. 34. n. 163. 251. an. 51. n. 69. Gazæus ad Cassianum, Haeftenus lib. 7. Disquisit. Monast. tract. 2. 9. & alii passim. Adde Excerpta Egberti Archiep. Eborac. c. 28.

Horæ, nudè. Gervasius Dorobernensis: *In hac Capella ante exilium, & post Missas celebrare, horas audire, & frequenter orare solebat.* Ordericus Vital. lib. 6. p. 607. *Cotidie Missas audire studebat & horas.* Monastic. Anglic. tom. 1. p. 876. *Interim dicamus horas & Evangelia nostra.* Ita ψάλλειν τὰς ὥρας, dixerunt Græci recentiores. Vide Nomocanonem nuper editum à V. Cl. Jo. Baptista Cotelerio c. 37. 53.

Horarius, Liber Horas canonicas continens, apud Gillebertum Lunicensem Episcopum de Usu Ecclesiastico. *Horæ diurnales.* Ordericus Vitalis libro 12. *Diurnales horas ad Laudem Dei ex debito modulabantur.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 15.

Psallebant semper Capellani reverenter
Horas nocturnas sibi, quotidieque diurnas.

Will. Thorn. ann. 1283. *Vel alius rogatu ipsius diceat Horas de die in Conventu.*

Horæ regulares, quæ & *Canonicæ*, vel quæ juxta regulam monasticam in Ecclesia decantantur: apud Lanfrancum in Decretis pro Ord. S. Benedicti cap. 14. 15. in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 38. & alibi sæpe, &c.

Horæ de sancta Maria, quæ in quibusdam Monasteriis cum *Horis regularibus* cantantur. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 50. *Sive Horæ regularis, sive de sancta Maria*, &c. Et cap. 55. *Notandum, quòd Horæ de sancta Maria mediocri voce dicendæ sunt, & cum cantu, & in his non inclinatur ad Gloria Patri. Ad omnes Psalmos communiter sedent*, &c. Vide Concil. Tolosanum an. 1229. c. 14.

Horarum Receptor, Qui canonicas Horas persolvendas curat in Ecclesia, & stipendia Canonicis, qui iis intersunt, persolvit. Necrologium Ecclesiæ Parisiensis 2. Non. Febr. *Hic dicitur fieri Missa de B. Virgine, — in qua Receptor Horarum tenetur distribuere Canonicis & majori altari servientibus unicuique 2. sol.* &c. Ejus munus alibi dicitur *officium Horarum* 6. Id. Martii: 150. *libr. Paris. — solvendas sine dilatione annis singulis ab illo, qui prædictarum Horarum officium procurabit*: In Charta alia veteri *Horoscopus* videtur appellari, ejusque officium *Horoscoparia* & *Horoscopatus*: nisi ille sit, *cui temperandarum Horarum & Vigiliarum diligentia committitur*, in Vita S. Leobini Episcopi Carnotensis.

Horæ competentes, id est, silentium, in Capitulis Adalhardi Abbat. c. 43.

HORAMA, *Orama*, *Oroma*, ex Gr. ὅραμα, Visio, apparitio. Passio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Priusquam pugnaremus, video in horomate hoc*, Vita S. Willebrodi c. 2. *Mater intempestæ noctis quiete cæleste in somnis vidit horama.* Adde Rodolphum Tortarium lib. 5. Miracul. S. Benedicti n. 12.

Orama, sine aspiratione, aliis Ugutio: *Orama, visio, somnium.* Olbertus Abbas Gemblac. de Miracul. S. Veroni n. 2. *Obstupuit Presbyter ex oramate.*

Oroma, interdum, & crebrò habent Scriptores. Aldhelmus lib. de Virgin. c. 3. ait, S. Joannem Evangelistam *in Pathmo raptum in oromate.* Et cap. 26.

Oroma

Oroma per noctem cernebat rite supernum. Gualdo Monachus Corbeiensis in Vita S. Anscharii Arch. Hamburg. cap. 4.

—— *Quod oroma vir ille tenaci*
Pertractans animo. Et cap. 16.
Pœna mali vindex fuit hujus oromatis index.

Poëta anonymus de Episcopis Eboracensibus:

Oroma gentilis, quæ viderat ipse supernum.

Adde Fulcuinum de Gestis Abbatum Lobiens. cap. 2. Fridegodum in S. Wilfrido cap. 25. Ermenricum in Vita S. Soli cap. 9. &c.

HORARIE', quasi *Ad horam*: Galli dicerent: *Pour un temps, Pour une heure.* Charta Raimundi Episcopi Tolosani an. 1160. apud Catellum: *Nisi illi scilicet, qui verè, & non horariè fratres fuerint, vestes crucibus signatis non simulatè deferentes, &c.*

HORARIUS, Genethliacus. Gloss. Gr. MS. cui titulus Στέφαν@ λέξεων, ex Biblioth. Reg. Cod. 1688. Ωροσκόπ@, ὁ σκοπῶν τὴν ὥραν, ὡρειάλε@. Vide *Hora.*

HORDA. Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 8. *Pannos —— non suspendunt ad siccandum in horda, ut alii fratres; sed tantùm deponunt in herbario claustri.* Puto legendum *in chorda.*

HORDARIUS. Vide *Hordera.*

HORDERA, *Hordarius*, vox Saxon. hoꝛꝺeꝛe, *quæstor*, ab hoꝛꝺ, *thesaurus.* Leges Adelstani Regis cap. 8. apud Bromptonum: *Et quicunque hordera Regis, vel præpositus furi consentaneus erit, &c.*

Hordarius, ibid. cap. 15. Inde

Horderium, in Legibus Canuti Regis cap. 104. ubi *dispensa* exponitur: *Sed suum horderium, quod dicere possumus Dispensam, & cistam suam, & trage, id est, scrinium suum debet ipsa custodire.* Hinc Anglis *hord*, & *horder*, eadem notione.

HORDICIUM. Vide *Hurdicium.*

HORGRIFT. Lex Bajvvar. tit. 7. cap. 3. *Si quis propter libidinem liberæ manum injecerit, aut virgini seu uxori alterius, quod Bajvvari Horgrift vocant, cum 6. sol. componat.* Ubi Lindenbrogius: *Hore*, meretrix: *grifte*, tactio. Nec Angli secus, ait Spelmannus. At hîc non de meretrice agitur; sed de virgine, aut alterius uxore. Proinde existimarem potiùs standum Editioni Heroldi, quæ *horichrift* præfert, ut sit tactus cum vi, pulsatione, offensa. Est enim *hort*, pulsatio, unde *horten*, pulsare, allidere, & *grift*, tactus. Lectiones alias profert Baluzius ex Codd. MSS.

HORIDIA, pro *hordeum*, perperam scriptum apud Alypium Antiochen. in Descript. orbis c. 30. *Vina varia, oleum, horidiam, purpuram bonam, &c.*

HORMESTA *mundi*, vel *Ormesta.* Ita inscripta vulgò in MSS. Codicibus Pauli Orosii Historia, uti monemus in V. *Ormesta*, in Codd. scilicet Dunensi, Groenendalensi, & Vallis S. Martini Lovaniensis, apud Sanderum part. 1. pag. 187. & parte 2. p. 137. 220. præterea in Vita S. Baboleni tom. 1. Hist. Franc. p. 662. & in Tractatu vernaculo sat antiquo de Heraldis. Sed & monet Josias Arndius in Lexico Antiquitatum Ecclesiasticarum pag. 997. in quodam antiquo Codice inscribi: *De miseria hominum.* In Codice verò 508. Sangermanensi titulus ita concipitur: *Pauli Orosii Presbyteri Liber de Ormesta, seu miseria mundi*: ex quo irrepsit titulus alius: *Hormesta mundi.* Quam quidem *Hormesta* vocem rursum perperam irrepsisse volunt viri docti, atque in iis Stephanus Pighius in Hercule Prodicio, pro *Orchestra*, seu *scena*, in qua varii rerum casus, Imperiorum mutationes, & hominum miseriæ palam exponuntur. Hunc sanè titulum quodammodo præfert Editio Parisiensis an. 1506. Inscribitur enim: *De miseria hominum per peccatum ab initio*: fortè quòd caput 1. libri 1. initium ducat ab his verbis: *Ego initium miseriæ hominum ab initio peccantis hominis ducere institui, &c.* Quod quidem caput in Editione Francisci Fabricii aliquot antè periodis auctius legitur, adeò ut Editio Parisiensis prior fuerit ipsius Orosii Editione, quam ille postmodum auxerit. Vide Bongarsium in Præfat. ad Gesta Dei per Francos sub finem.

HORNA, pro *Urna.* Joannes Diaconus in Episcopis Neapolit. in Aguello II. *Hic perpetuis temporibus alimenta constituens ducentorum nempe & decem tritici modiorum, totidemque vini hornarum per singulos annos.*

HORNGELDUM, Tributum, quod exigitur pro animalibus cornutis, ex Saxon. Hoꝛn, cornu, & ʒelꝺ, tributum, præstatio. Est etiam in Chartis, *quietum esse de quadam consuetudine exacta pro tallagio per totam terram, sicut de quacunque bestia cornuta*, ut habet Rastallus. Hinc crebrò in Chartis iisdem: *Sint quieti de —— scuttagiis & hidagiis, geldis, danegeldis, hornegeldis, fotgeldis*, &c. tom. 1. Monast. Angl. p. 192. 976. tom. 2. p. 17. 812. Vide *Cornagium.*

Horne with horne, voces Anglicæ, i. *Cornu cum cornu*, vel *Cornutum cum cornuto*, quod dicitur de cornutis animalibus, quæ simul unà pascendi quis jus habet. Constitutio Roberti Dunelmensis Episc. anno 1276. apud Spelman. *Similiter de decimis, quæ de vaccis proveniunt, statuendum duximus, quòd ubicumque fuerit receptaculum eorum, licèt in vicinis parochiis* horne vvith horne, *secundùm Anglicam linguam pascua quærant, illic remaneat tota decima, ubi fuerit domicilium & remanentia.*

HORNO, *Orno.* Jo. de Janua: *Horno, hoc anno. Item hornotinus, & hornus, hujus anni.* Voces prisco Latio notæ, & à recentioribus in usum revocatæ. Hincmarus Remensis: *In Synodo apud Vermeriam palatium olim ab orno habita obsecrando declamavi.* Vide Flodoardum lib. 1. c. 20. lib. 3. c. 22. Petrum Damian. lib. 7. Ep. 17. lib. 8. Ep. 11. &c.

Orna, Papiæ, *Unius anni palea*: quo modò fortè *horna messis*, Plauto.

HORNOMME. Andreas Suenonis lib. 4. Legum Scaniæ cap. 8. *Ad sopiendam controversiam exortam super limitibus duarum villarum, quamvis una ex alia constet originem habuisse, vel super terra, quæ vulgariter Hornomme appellatur, &c.*

HOROCRALU. Lex Alem. tit. 100. *Aneta, gariola, ciconia, corvus, cornicula, columba, horocralu, & cauba, &c.* In Edit. Lindenbrog. abest hæc vox.

HOROMA. Vide *Horama.*

HOROLOGIUM *nocturnum* invenit Pacificus Archidiaconus Veronensis, qui vixit Lothario Ludovici Pii filio imperante, si qua fides illius Epitaphio, quod ex Panvinio recitat Ughellus in Italia sacra tom. 5. p. 609. *Horologium nocturnum nullus antè viderat, en invenit argumentum, & primum fundaverat.* *Nocturnum* verò dicitur ad discrimen *solaris*, seu diurni *horologii*: proindeque illud fortè fuerit, cujusmodi hodie frequens est usus, æreum scilicet aut ferreum, quod rotis, ponderibus, libraminibus, ac campanulis constat, cujus inventor, Polydorum Virgilium, & Guidonem Pancirollum lib. 2. Novorum Repertorum cap. 10. illiusque commentatorem Henricum Salmuthum, aliosque hactenus latuit. Tradunt tamen Annales Francor. anno 807. Aaronis Persarum Regis Legatos inter cætera muñera Carolo M. attulisse *horologium ex aurichalco arte mechanica confectum, in quo 12. horarum cursus ad clepsidram vertebatur, cum totidem æreis pilulis, quæ ad completionem horarum decidebant, & casu suo subjectum sibi cymbalum tinnire faciebant, additis in eodem ejusdem numeri equitibus, qui per 12. fenestras completis horis exibant, & impulsu egressionis suæ totidem fenestras, quæ priùs erant apertæ, claudebant.* Alia fuere *Horologia*, quæ

quæ ex aqua voca. Vitruvius lib. 9. cap. 9. *Et quæ ejus sub modulo pon..ibus temperantur*, Senator lib. 1. Epist. 45. Hinc

Horologium temperare, in libro Usuum Ord. Cisterciensis c. 114. apud Bernardum Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 53. 54. 114. in lib. Ord. S. Victor. c. 21. in Statut. Ord. Præmonstrat. dist. 2. c. 8 &c. nostris, *Monter l'horloge*, seu pondera vel momenta librare, vel sursum evehere, quæ cùm in imum delapsa sunt, tum *horologium cecidisse* dicitur, ibidem, Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 8. *Sacrista debet temperare horologium, & ipsum facere sonare ante matutinas ad se excitandum quotidie.* Vide *Index*.

Horologium. Synodus Nemausensis an. 1284. cap. de Decimis: *Districtè etiam prohibemus, ne Clerici bladum, horologia, vel qualibet alia decimare præsumant.* Ubi vir doctus emendat *horrea*.

HOROVENO, Vide *Charocaa*.

HORREUM. Joannes Diaconus in Episcopis Neapolitanis: *Ante majoris Ecclesiæ fores magnum ædificavit horreum, in quo cubiculum aptavit: erat autem horreum locus destinatus ad custodiam pretiosarum rerum ad quotidianum usum deservientium.*

HORRIBILIS, Qui aliquid abhorret, refugit. Constantinus Africanus lib. 1. de Morborum cognit. cap. 20. ubi de Cura amoris, quem *morbum in cerebro contiguum* esse ait: *Ab ebrietate caveant* (qui amore tenentur,) *& cùm oporteat, dormiant, post somnum verò in balneo delectentur, cum aqua & aere temperato & lucido, neque eis accedat, quod animus abhorreat. Interrogatus autem quidam à Philosophis, quare horribilis homo gravior esset quam quodlibet pondus, taliter respondisse fertur: Homo, inquit, horribilis pondus est animi solius: alia vero pondera animæ & corporis sunt communia.* In Glossis antiquis MSS. *horribile* exponitur *infinitum*.

HORRIPILARE, *Horripilatio, cùm capilli præ horrore eriguntur.* Jo. de Jan. Gloss. Lat. Gall. *Horripilatio, Herissement de peril pour paour.* Gloss. Græc. Lat. ὀρθοτριχιῶ, *horripilo*. Gloss. Lat. Gr. *Horripilatur*, ὀρθοτριχεῖ. Gloss. Lat. MS. Reg. *Horripilatur, Horret.* Apulejus lib. 3. *Aures immodicis horripilant auribus.* Et lib. 8. de apro: *Pilis inhorrentibus, corio squalidus.* Fridericus Imp. lib. 1. de Venat. cap. 23. *Quando aves timent aut irascuntur, horripilant plumas*, &c. Adde cap. 57. &c.

Horripilatio. Jo. Diaconus in Hist. Translationis S. Severini Noricorum Apostoli n. 14. *Quod — omnibus immensam horripilationem incussit.* Et mox: *Quousque, ait, horripilationem patimini, metu vesano fluctuantes?* Theobaldus in Vita S. Guillelmi Eremitæ n. 24. *Non enim, ut assolet, accidit ei horripilatio, non frontis rugatio, &c.* Odo Archiepiscop. Cantuariensis in Epist. præfixa Fridegodi Carmini: *Igitur venerabilissimas B. Confessoris Christi Wilfridi reliquias indecenti sentinosæ voraginis situ marcidas, imo prælatorum horripilatione neglectas, &c.* Rythmi in obitum Henrici VII. Imp.

Fit mentis trepidatio,
Stupor, horripilatio,
Ob nefas contremendum.

Adde Ecclesiasticum cap. 27. 15. Lib. 2. Miraculor. S. Bertini cap. 5. Messianum in Vita S. Cæsarii Arelat. p. 252. Vitam S. Bernardi Pœnitentis n. 11. Vincentium Belvac. lib. 26. cap. 62. &c. Hinc nostris *Hurepé*, cui pili horrent, vel eriguntur. Rob. *Bourron* in Merlino, MS. *Et fu moult hurepés, & ot moult longue barbe.* Philippus *Mouskes* in Ludovico VIII.

Li Quens Hurepés Felipes,
Ki ert assés vaillant & vistes.

Vide V. Cl. Ægid. Menagium in Originib. Linguæ Gallicæ V. *Hurepois*.

HORSCABULUM. Vide *Nydbedripes*.

HORTATUS, Impetu detrusus, *horten* Germanis & Belgis. Lex Alaman. tit. 99. §. 2. *Si porcarius ligatus, de via hortatus vel battutus fuerit.* Alii legendum censent *orbatus*. Vide Legem Salicam tit 27. §. 20.

HORTUS, *Hortalis, Hortifer, Ortus, &c.*

Hortalis, Italis, *hortali luogo di molti horti, Curtilis*: in Charta anni 1009. apud Ughellum to. 3. p. 61. & in alia Willelmi Regis Siciliæ an. 1179. apud eundem to. 7. p. 715. Libertates Regni Majoricarum ann. 1248. apud Joan. Dametum in Hist. Regni Balearici: *Et damus vobis casas & casales, hortos & hortales*, &c. Matth. Villaneus lib. 9. c. 79. *Ne condussono tragli hortali dentro.*

Hortifer, Hortus, *Curtilis*. Vetus Charta apud Vadianum, de Monasteriis, &c. *Cum curtis clausis, cum hortiferis, pomiferis, vel officinis, quæ ibi esse videntur.*

Hortilio, Hortulanus; sed propriè *arearum*; *des aires*, nostris. *Ortillon*, Gloss. Isid. *Hortilio, Horticustos.* Will. Brito in Vocabul. *Ortus*, unde *hortilio, & hortolanus*.

Ortilis, Hortus. Charta Abbonis pro fundatione Monasterii Novalicensis ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolit. fol. 48. *Et in Massilia res nostras proprias, casas, & ortiles, quæ de avunculo meo Dodone obvenit, & de avia mea Dodina. Similiter ad Pero casas & ortiles, qui mihi de parente mea Godane obvenit.*

Hortolanus, seu *Ortolanus*. Monasticum Anglic. to. 1. p. 593. *Et totam decimam feriæ S. Christophori, — & in Marchesio unum ortulanum quietum cum sua terra.*

Hortulanus. Officium Monasticum, cui horti cura incumbit, apud Udalricum in Consuet. Cluniac. lib. 3. c. 20. Liber Ordinis S. Victoris MS. cap. 11. *Hortolanus Celerario subjectus est, ut si quid fuerit in horto, quod ipse velit, & expedire noverit, ad servitium fratrum accipiat.*

Hortolagium. Tabularium Episcopatus Autissiod. *Debet quilibet denariatam de quocunque ortolagio, nisi fuerit de suo orto, & si de suo orto, nihil debet.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 436. *Eis dedit pro 5. acris terræ, & pro una* (sic) *ortolagio, & nona garba totius lucrationis, &c.* Observandum porrò, ea vocabula plerumque absque aspiratione scribi, quomodo apud veteres, ut auctores sunt Varro & Festus.

HOSA, *Hosibindæ*. Vide *Osa*.

HOSPES. Burgundi, pervasis Galliarum finibus, cum veteribus incolis, quos *Romanos* vocabant, agros, terras ac prædia, & mancipia ita partiti sunt, ut Burgundis duæ terrarum partes, mancipiorum tertia, reliquæ cederent Romanis, quos ex eo *Hospites* appellabant, quòd ab iis Burgundi, atque adeo Barbari, veluti advenæ hospitio excepti, & in rerum possessionis partem adsciti, rebus iisdem *Hospitalitatis jure* gaudere ac frui dicerentur. Id colligere est ex Legibus Burgundionum, ac potissimùm tit. 54. §. 1. *Licet eodem tempore, quo populus noster mancipiorum tertiam, & duas terrarum partes accepit, ejusmodi à nobis fuerit emissa præceptio, ut quicumque agrum cum mancipiis, seu parentum nostrorum, sive largitione nostra perceperat, nec mancipiorum tertiam, nec duas terrarum partes ex eo loco, in quo ei hospitalitas fuerat delegata, requireret, &c.* Et tit. seq. §. 1. *Quotiens de agrorum finibus, qui hospitalitatis jure à barbaris possidentur, inter duos Romanos fuerit mota contentio, &c.* Et §. 2. *Quòd si enim Romanus, hoc est, hospes ipsius, &c.* Adde tit. 84. §. 2. 3. Videntur tamen uterque, Romanus scilicet & Burgundio, suo quilibet respectu, *Hospites* appellari in tit. 13. Inde, ut opinor,

Hospites dici cœpere apud nos *villarum*, seu pagorum incolæ, quos alii *Mansionarios* vocant, qui scilicet domos incolunt sub censu annuo, qui *Hostisia* nuncupa-

capiatur, eoque nomine *reſeandiſiam*, hoc eſt, *reſidentiam* debent, & *ſtagium*, unde & *Stagiarii* vocantur, *Hoſtes*, in Conſuetudine Silvanectenſi art. 112. 120. *Oſte couquans & levans deſſous un Seigneur*, apud Bellomanerium cap. 62. *Manans ou Tenans, Sujets, Hoſtes & Cottiers*, in Summa Rurali Batilerii, & in Conſuetud. Inſulenſi tit. 1. art. 23. Annales Francor. Bertiniani, & Chronicon de Norman. geſt. ann. 869. *De unoquoque manſo ingenuili exiguntur 6. denarii, & de ſervili 3. & de accolis unus, & de 2. hoſpitibus unus, &c.* Ordericus Vitalis lib. 3 pag. 496. *Dominatum omnium hoſpitum, qui Parisis degebat, ita Monachis conceſſit, ut ſi eisdem foriſfacerent, non eos per domos eorum; ſed per alium ſi cum caſtigarent.* Ejusmodi hoſpitum non ſemel præterea meminit, p. 465. 576. 587. 605. &c. *Hoſpites dominici*, in veteri Charta in Hiſt Monmorenciac. p. 34. Alia an. 1195. in Tabulario S. Mauri: *Hoſpes noſter cubans & levans eſſe voluit.* M. Paſtorale Eccl. Pariſ. l. 7. Ch. 30. an. 1202. *Et iſtius terræ nihil dare poterit ipſe vel ejus heredes ad hoſpites faciendos, niſi per conſenſum Capituli.* Alia Theobaldi Comitis Trecenſis ann. 1200. ibid. Ch. 31. *Ita tamen, quòd de nemoribus illis nihil amplius poterunt extirpare, nec villam illic conſtruere, nec hoſpites ponere.* Vide Hemeræum in Auguſta Viromand. p. 120. 172. 175. in Regeſto ejusd. p. 33. 35. 36. 52. &c.

Differebant porrò à ſervis, ſeu aſcriptitiis & glebæ adſcriptis, coloniſque accenſentur, in Charta Ludovici VII. an. 1179. in Tabul. Monaſt. S. Genovefæ. *Notum ſit, &c. quia cùm in præſentia noſtra Stephanus Abbas S. Genovefæ & Canonici ejusdem Eccleſiæ aſſererent homines de Rodonaico ſervos eſſe Eccleſiæ ſuæ, homines id penitus negaverunt, & ſe ſe tantum hoſpites Eccleſiæ & colonos eſſe confeſſi ſunt, &c.*

Hoſpites oblatiarii, Qui ſe ultro Eccleſiis addicebant ac offerebant. Chronicon Mauriniacenſe lib. 1. *Hoſpites oblatiarios pene octoginta ibi congregavit.* Vide *Oblatus, Offertus.*

Hoſpitamentum, Hoſpitium, in quo *Hoſpes*, ſeu *Manſionarius* habitat. Tabularium S. Vincentii de Nemore an. 1164. *Hoſpites Canonicorum cum eorum hoſpitamentis ab omni Majoratus conſuetudine & oppreſſione liberat.*

Hoſpicietus, ſeu *Hoſpitiatus*, Ipſa hoſpitum conditio, quæ cum *colonatu* jungitur in Charta Ludovici Regis Fr. an. 1179. in Tabul. S Genovefæ Pariſ. *Ut quia homines hoſpicietum & colonatum Eccleſiæ cognoſcebant, &c.*

Hoſpitare, Hoſpites in *villa* collocare, ſtatuere. Tabular. Vindocinenſe Ch. 508. *Dedit Radulfus uxorque ſua totam terram, quam habebat ad villam Leurei tam in boſco quàm in plano, tali conventione, ut Monachi eandem terram hoſpitari facerent, & de hisdem hoſpitibus ſex proprios haberent, de cæteris verò medietatem, & Radulfus aliam.*

Hoſpitare, Hoſpitium, ſeu ædem ædificare. Leges Burgorum Scoticor. cap. 29. *Quicumque factus fuerit novus burgenſis de terra vaſta, & nullam terram habuerit hoſpitatam, poteſt habere reſpectuationem in primo anno, & poſt primum annum hoſpitabitur, ædificabit terram ſuam.*

Exhoſpitare & Rehoſpitare villas, apud Sugerium de Adminiſtr. ſua cap. 15. *Villas omnino exhoſpitatas rehoſpitari fecimus.*

Hoſpitatus, Hoſtagia, Hoſtigia, Hoſtiſia, &c. unum idemque ſonant, ſcilicet ſervitutes manſioni addictas, quæ ab *Hoſpite* ratione domicilii ſui quotannis domino præſtantur. *Hoſpitatus* & *Colonatus*, in Charta anno 1179. ex Tabulario S. Genovefæ Paris. *Hoſtiſia, Hoſtagia*, in aliis; *Hoſtiſes*, in Conſuetud. Bleſenſi art. 40. & Carnot. art. 12. ubi reſtituenda vox *Oſtiſe*, pro *Eſtrize*. Regeſtum cenſuum Carnoti: *Chaſcune hoſtiſe de icelle Merie doit une geline & un fenier, ſelonc que les cenſives deſſerrent. Et ſe ainſinc eſtoit que les eſtagiers laiſſaſſent les hoſtiſes dechair, pour ce ne demourroit pas que le paſt n'en fuſt rendu & poié pour raiſon de la reſeandiſe.* Charta Raimundi Comitis Burgundiæ apud Perardum pag. 198. *Et perd navi — manentibus arbergarias, corvatas, expeditiones, oſtiſias, juſtitias, &c.*

Sed hæ appellationes ipſis domiciliis *hoſtiſiæ* obnoxiis poſtmodum attributæ. Charta Odonis Epiſc. Pariſ. ann. 1199. ex Tabulario Epiſcopatus Pariſienſis Bibl. Puteanæ fol. 50. *Terram noſtram de Marna, in qua nemus olim fuiſſe dinoſcitur, ad hoſtiſias dedimus & ad cenſum: tali modo, quòd quælibet hoſtiſia habebit 8. arpennos terræ cultibiles & unum arpennum ad herbagium faciendum.* Ubi *herbagium* idem valet ac *herbergium*, domicilium. Charta an. 1259. in Tabulario Eccleſiæ Meldenſis fol. 64. *Vinea — circiter duo arpenta contigua hoſtiſiæ dicti Ynardi.* In M. Paſtorali Pariſ. lib. 2. Ch. 62. *Domus, ſeu hoſtiſia.* Tabular. S. Mauri an. 1245 *Octo ſolidi annui cenſus in duabus hoſtiſiis ad Corbolium.* Alia Charta ann. 1266. *Pro qualibet domo, maſura, ſeu hoſtiſia.* Alia apud Hemeræum pag. 55. *In domibus, hoſtigiis & diſtrictu.* Tabular. Capituli Ambian. Ch. 272. *Hoſtiſium cum ejusdem hoſtiſiæ pertinentiis, quam Ingerrannus filius Lauretæ tenere dicebatur.* *Hoſtagia* apud eundem Hemeræum pag. 195. Adde Doubletum p. 900. Hiſt. Monmorenc. p. 90. Hiſt. Eccl. S. Aniani Aurelian. in Probat. p. 111. & Pontanum ad art. 40. Conſuetudinis Bleſenſis, qui vim & originem vocis *Oſtize* non percepit. &c.

Hoſpitalitium, eadem notione. Tabularium Eccleſiæ Carnotenſis Ch. 72. *Hoſpites omnes Canonicorum erunt ſoluti & quieti, quorum unusquisque tertiam partem agripenni terræ ad hoſpitalitium ſuum habebit. In hoſpitibus & in hoſpitalitiis eorum, ſicut dictum eſt, nihil habeo, &c.*

Hoſpites, Obſides, *Hoſtes*, noſtris, quòd apud eos, ad quos in obſides mittebantur, *hoſpitarentur*, ac diverterent, in Epiſt. 16. Codicis Carolini. Vide *Hoſtaticus.*

Hoſpites, Pauperes. Riculfus Sueſſionenſis Epiſcopus in Conſtit. an. 889. c. 11. de partitione facultatum Eccleſiæ: *Ex quibus una eſt, ſi voluerit, Epiſcopi; alia ad luminaria & ſarta tecta, id eſt, reſtaurationem Eccleſiæ; tertia Presbytero & ſuis; quarta hoſpitibus deputata.* Ubi Concilia habent *pauperibus*. Vide Concilium Triburienſe ann. 895. c. 13. Namnetenſe c. 10. &c. Idem Riculfus cap 12. *Hoſpites, ſecundùm quod poſſibile eſt, excipere. & illis juxta vires, ea quibus indigent, hilariter adminiſtrare ſtudete.*

Hoſpes generalis, Magnus Metator hoſpitiorum, qui vulgò *Mareſchal des logis*. Statutum Henrici V. Regis Angliæ tempore guerræ, apud Nicolaum Uptonum lib. 4. de Militari officio: *Item quòd nullus ſeipſum hoſpitare præſumat, — ſed volumus, ut quantum ad hoſpitia pertinet, omnes indifferenter noſtro Hoſpiti Generali obediant ſicut nobis, ſub pœna, &c.*

HOSPITALE, & *Hoſpitalis*, Hoſpitium, diverſorium. Julius Africanus lib. 6. Hiſt. Apol. *Hæc cùm dixiſſent Apoſtoli, deportati ſunt ad hoſpitalia magi, &c.* Lib. 8. *Cœperunt circumire omnium peregrinorum hoſpitales, &c.* Occurrit præterea apud Gregorium Turon. lib. 6. cap. 10. & lib. de Miracul. cap. 53. Flodoardum lib. 4. Hiſt. Rem. cap. 10. &c. Eſt etiam

Hoſpitale, ſeu *Oſpitale*, ξενὸν, τὸ δῶρον τὸ πεμπόμενον * ξενὸν, in Gloſſ. Gr. Lat. ubi legendum ξενοῖς.

Hoſpitalis, vel *Hoſpitale*, *Hoſpitalium*, Xenodochium. Gloſſ. Gr. Lat. Ξενοδοχεῖον, *Hoſpitalium*. Anaſtaſius Bibl. in Leone III. pag. 141. *Hic autem præfatus Antiſtes — hoſpitalem B. Petro Apoſtolo — a fundamen-*

diversis noviter ... [illegible] diversa tunc domorum ædificii decoravit. Et pag. 152. *Hospitale S. Peregrini, &c. Hospitale pauperum*, in Regula Sanctimonialium canonicè viventium cap. 38. ex Concilio Aquisgranensi, in Concilio Tullensi ann 859. c. 14. in Statutis antiquis Corbeiensib. lib. 1, c. 4. &c. Capitularia Caroli M. lib. 1. c. 75. *Nobis competens & venerabile videtur, ut hospites, peregrini, & pauperes susceptiones regulares & canonicas per loca diversa habeant.* Vide Jacobum à Vitriaco lib. 3. Hist. Occid. cap. 29. Privilegium Joannis VIII. PP. in Synodo Tricassina anno 8 8. pro Monasterio Floriacensi Epist. 13. &c.

Hospitalia Scotorum, quæ sancti homines gentis illius in Gallia construxerunt, in Concilio Meldensi c. 40. & in Capitul. Caroli C. tit. 6. c. 40. tit. 21. c. 10. De his ita Gretzerus lib. 1. Observat. ad Vitam S. Willibaldi cap. 19. *Dubium non est, talia xenodochia, seu diversoria, seu hospitalia, (sic enim nominantur in vetustis monimentis) primitus ædificata fuisse, præcipuè pro Hibernis, qui veteres Scoti erant, vel potiùs pro omnibus, qui ex Britannicis insulis in Germaniam fidei propagandæ gratiâ se contulerant. Posteris tamen temporibus soli Scoti juniores, qui veterum Scotorum, hoc est, Hibernorum coloni fuere, & Septentrionalem Albionis (quæ nunc Anglia) partem tenent, jus in Scotica Monasteria sibi vendicant, neque ullum, nisi fallor, Hibernum aut Anglum suum in congregationem cooptarent.* De Scotorum in Germania Monasteriis vide præterea Rhenanum lib. 2. Rerum German. pag. 96. Hundium in Metropol. Salisburgensi pag. 256. Miræum in Diplomat. Belg. lib. 2. cap. 22. & Innocent. Cironium lib. 1. Observat. Jur. Canon. c. 13.

Hospitale, Locus, seu ædes in Monasteriis, ubi hospites & advenæ recipiebantur, quæ *Domus hospitum*, apud Victorem III. PP. lib. 2. Dial. in Chronico Montis Sereni ann. 1199. 2205. apud Hugonem de S. Victore lib. 3. de Claustro animæ, Joannem Italum in Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. lib. 1. pag. 23. in Chartis Alemannicis Goldasti n. 57. *Domus hospitalis*, in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 17. in Vita Godefridi Comitis Campebergensis cap. 38. & apud Sugerium lib. de Administr. sua cap. 10. *Hospitium*, apud Cæsarium lib. 1. Miracul. cap. 13. & in formula 32. ex Baluzianis. *Cella hospitum*, in Addit. 1. Capitul. c. 34. quomodo *Cellulas hospitales* dixit Paulinus Nolan. Epist. 10. extrema Charta fundationis S. Georgii de Lunevilla in Lotharingia: *Hospitalem domum instituit, ut ibi supervenientes hospites certis & incertis horis reciperentur, &c.* Tabularium Vindocinense Thuanum Ch. 19. *Venit itaque jussu illius in Capitulum nostrum, ipso in hospitali remanente.*

Varia autem fuere in Monasteriis Hospitalia, Nobilium nempe, & Peregrinorum quorumvis. Charta anno 871. pro Monast. S. Medardi Suession. in Histor. Mariæ Suession. pag. 452. *Et Hospitalis nobilium accipiat nonam ex villis ipsius Abbatiæ secundùm antiquam consuetudinem, & habeat Cauciacum simul cum lignariis de Pinone: & Hospitalis peregrinorum accipiat decimam, & habeat Hatonis curtem, &c.*

Hospitalis, Hospitalarius, diversoriarius, ξενοδόχος, πανδοχεὺς, Gallis *Hostelier*. Utitur Lucas Tudens. lib. 3. contra Vald. c. 14.

Hospitalis, qui *Hospitalarius*, seu cui cura est hospitii Monachici, in Usibus antiquis Cisterciensibus c. 74. 75. 80. 87. &c. in Chronico Montis Sereni anno 1210. pag. 92. Qui &

Hospitalarius, Græcis ὑγουμενιάρχης: sic enim appellatur ὁ εἰς ὑποδοχὴν τεταγμένος τῶν εἰς τὸ ἡγουμενεῖον καταλυόντων ξένων, in Martyrio SS. xx. Patrum Sabaitarum n. 34. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 22. *Hospites, qui sunt peregrini, vel qui non pro alia causa, quàm animarum suarum adveniunt, custos hospitii cum omni recipit benignitate: quid, ubi eis opus fuerit, à Cellerario quærit, &c.* Aimoinus de Mirac. S. Bened. cap. 3. *Leutherius — Monachus habitu, suscipiendorum hospitum tunc delegatus ministerio.* Tabularium Vindocinense Thuanum Ch. 52. *Respondit fuisse conventionem, ut si veniret in Hospitale nostrum semel aut bis in anno, reciperemus eum sicut Fratrem nostrum, — interrogavit eum Prior noster, si fuisset locutus cum Monacho Hospitalari, &c. Frater Hospitalis*, in Statutis Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 15.

De Hospitalariis Monasteriorum agit præterea B. Dorotheus Doctr. 11. de eorum verò officio Regula S. Pachomii cap. 51. Beda in Vita S. Cuthberti Episcopi n. 13. Udalricus loco citato, Molanus lib. 2. de Canonicis cap. 20. Nembridius Mundelheimius Antiquit. Monast. Epist. 104. Doubletus in Hist. Sandionys. p. 429. Hactenus & alii.

Hospitarius, eadem notione, in Chartis Alemannicis Goldasti 16. 18. 25. 26. & in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 17. ubi de ejus officio: *Hospitarius major — in hospitali assiduè commorari debet & noctu jacere, ut ea, quæ inibi continentur, custodiat, & paratus sit omni tempore advenientes quosque, quos recipi oportet, sicut oportet, recipiat, &c.* Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 10. *Hospitario pertinet omnes hospites, qui equitis vadunt hospitari: peditibus verò, qui tales non sunt, ut velint ire ad eleemosynarium, cùm hospitantur alicubi in villa, si sint 12. aut 15. scilicet ut possit eos sine magno dispendio furnire, mittit panem, carnem, & vinum, &c.*

Subhospitarius, qui *Hospitario* subest, & ei est adjutor, in eodem libro Ordinis S. Victoris Parisiens. cap. 14. 15.

Hospitalaria, Domus hospitum, in Monasteriis. Statuta Joannis Archiepiscopi Cantuar. anno 1279. *Religiosi autem omnes & seculares ad vestrum Monasterium accedentes, in communi hospitalaria comedant, vel in camera Abbatissæ, & nullatenus in cameris infra Claustrum.*

Hospitalarii, appellati Milites Ordinis S. Joannis Hierosolymitani, quòd primitus Hierosolymis in Hospitali S. Joannis Eleemonis sedes suas fixissent, peregrinorum obsequiis addicti. De istius Ordinis origine & incrementis agunt præ cæteris Willel. Tyrius lib. 18. cap. 5. & ex eo Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 64. compluresque extant scripti libri. Σπιταλιῶται dicuntur Cantacuzeno lib. 2. cap. 12. 29.

Hospitalarii Teutonici, seu *sanctæ Mariæ Theutonicorum in Hierusalem*: Ordo institutus sub Regula S. Augustini, de quo pluribus agunt Chronicon Montis Sereni an. 1190. Jacob. de Vitriaco in Hist. Hierosol. c. 66. Sanut. l. 3. part. 7. c. 3. Franciscus Mennenius, Belloius, Fauynus, & alii, qui de Ordinibus Equestribus scripserunt. Iis alba deferre pallia, quæ Militum Templariorum erant, deferre vetuit Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 125. 126.

Hospitalariorum S. Spiritus Ordinem in Gallia instituisse ajunt Guidonem, nescio quem Comitem, apud Montempessulanum, quem postmodum confirmavit Innocentius III. PP. de quo plura Gariellus pag. 178. Spondanus, Sammarthani in Episcopis Magalon. n. 24.

Hospitaliarii utriusque sexus, qui in hospitalibus ægrorum ac pauperum obsequiis addicti Regulam S. Augustini profitentur. De his Jacobus de Vitriaco in Hist. Occid. c. 29.

Hospitalarii, Ipsi hospites, apud Thwroczium in Hist. Hungar. 2. part. cap. 3.

HOSPITALITAS, Studium, quo quis afficitur erga peregrinos, quos benignè excipit: vox Latinis Scriptoribus nota. Hanc in Germanis Tacitus, in Slavis mirè commendat Helmoldus lib. 1. cap. 83. & lib. 2. cap. 12. A Francis etiam nostris hanc maximè cultam docet Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 27. *Præcipimusque, ut in omni regno nostro neque dives neque pauper peregrinis hospitia denegare audeant, id est, sive peregrinis propter Deum ambulantibus per terram, sive cuilibet itineranti propter amore Dei & propter salutem animæ suæ, tectum & focum nemo illi deneget.* Capitulare 5. an. 803. c. 16. *Ut infra regna Christo propitio nostra omnibus itinerantibus nullus hospitium deneget, mansionem & focum tantùm. Similiter pastum nullus contendere faciat, excepto prato & messe.* Adde Capitul. 5. Caroli M. incerti an. c. 8. Capitul. Caroli C. Compendiense an. 868. c. 1. & Concilium apud S. Macram an. 881. c. 4. *Hospitalitatem supervenientium hospitum & receptionem pauperum ibidem disponant & ordinent.* *Hospitalitatem dare*, hospitio excipere, in Lege Salica tit. 57. §. 5. Vide Capitul. Aquisgran. an. 789. c. 73. lib. 1. Capit. c. 70. Capitula Carlomanni tit. 2. §. 12. 13. Cumeanum Abbat. de Mensura pœnitentiaria cap. 8. Pœnitentiale Egberti c. 18. Supplicem libellum Monachorum Fuldensium Carolo M. oblatum c. 14. &c.

Hospitalitas, Metati onus, cui omnes obnoxii, præter eos, qui illustribus donati erant dignitatibus, in l. 3. 10. 11. 12. &c. Cod. Th. de Metatis, *ubi hospitalitatis munus, præbitio, hospitum molestia, inquietudo.* Ita

Hospitalitas, usurpatur pro *gisto* seu *procuratione*, in Capitulari 1. anno 809. c. 35. Capitul. 2. ejusdem an. c. 15. & lib. 3. Capit. c. 25. *De hospitalitate & susceptione itinerantium, tam Missorum nostrorum, quàm reliquorum bonorum hominum.* Tabular. S. Albini Andegav. *Gaufredus Comes concessit auctoritate sua, ut nulla dominatio hospitalitatis ab ullo homine habeatur ibi, nec Vice-Comitis, nec cujuslibet Vicarii, &c.* Idem Tabular. *Uxor Herberti de Buziaco clamabat erga Monachos S. Albini pro quodam beneficio suo, quod ille fecerat, quandam consuetudinem scilicet hospitandi se & suos missos per consuetudinem Andecavis, & in omnibus obedientiis S. Albini, &c.* Charta Roberti Ducis Burgund. anno 1040. ex Tabul. S. Germani Pratensis: *his consuetudines Guerpini, scilicet mei hospitalem susceptionem, & canum meorum hospitalitatem & pabulum, &c.* Alia Theobaldi Comitis Blesensis anno 1140. ex eod. Tabul. *Quod Hildunus & servientes ejus ex consuetudine exigere volebant hospitari pro libitu suo & procurari, quotiescunque, & cum quot hominibus vellent in terra S. Germani, &c.* Infrà: *Et nullam aliam hospitalitatem seu procurationem ipse vel milites, seu servientes ejus in præscriptam terram exigant.* Concilium Narbonense ann. 1054. cap. 16. *Neque per vim, neque per vicariam, neque per districtionem ibi ullam hospitalitatem accipiat.* Charta Widonis de Monte Falconis anno 1112. in Tabulario Ecclesiæ Augustod. *Derelinquo penitus illam, quam ab Ecclesia S. Nazarii videbar habere consuetudinem, quæ videlicet consuetudo Hospitalitas appellabatur.* Alia ex Tabulario Dervensi: *Neque carropera extorquere, neque pastum equorum vel canum, aut ursorum requirere, seu pedituram vel aliqua opera contra morem exigere, aut aliquam hospitalitatem servientium hac illacque discurrentium repetere, &c.* Alia Joannis Abbatis S. Bertini an. 1228. in Tabulario ejusdem Monasterii: *Procurationes autem, hospitalitates, & omnes corveias, quas — calumniabatur, &c.* Infrà: *Nec venatores, nec canes mei, nec etiam aliquis ex parte mea precationes vel hospitalitates habeant in curtibus supradictis.* Occurrit præterea hac notione apud Silvestrum Giraldum de Expugn. Hiberniæ lib. 2. c. 34. Ericum Upsaliensem lib. 5. Histor. Suecicæ p. 109. in Charta ann. 883. apud V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 117. & in Charta Christophori Ducis Lalandiæ ann. 1360. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. p. 489.

Hospitalitatis domus, Hospitium, diversorium, apud Gregorium Turon. lib. 2. Mirac. cap. 15.

Hospitalitas, Hospitale, xenodochium. Henr. Knyghton lib. 1. cap. 2. *Iste Robertus Mellent etiam hospitalitatem de Bracleye fundavit & dotavit.* Acta Episcoporum Cenoman. p. 300. *Fecit namque hospitales domos, quæ antea ligneæ fuerant, petrinas: & hospitalitatem pauperum Christi, quæ necdum & loco illo lignea erat, constituit petrinam.* Item

Hospitalitas, Eleemosyna, quæ ad hospitalia præbetur. Chronicon Abbatum Lobiensium p. 599. *Fundos, Ecclesias, mensam nostram, decimas hospitalitatis & eleemosynæ dispertiens, ampliavit divitum abundantiam, & adauxit divitum seu pauperum inopiam.* Infrà: *Hæc sunt hospitalitates & eleemosynæ.*

HOSPITARE, Hospitio excipere. Leges Edvvardi Confess. c. 27. *Si quis hospitaverit privatum vel alienum, —— poterit eum noctibus habere duabus tanquam hospitem.* Thvvrocz. in Ladislao Rege Hungar. cap. 82. *Apud Marchionem Estensem magnificè est hospitatus.* Vide *Hospes*.

Hospitare, Hospitium, seu *Mansionaticum* præbere vel accipere. Charta Willelmi Comitis Nivernensis ann. 1159. ex Tabul. Eccl. S. Cyrici Nivern. —— *Quòd Willelmus Nivernensis Comes Guillermi Comitis ad Ordinem Cartusiæ conversi filius, guerram cum inimicis suis licèt invitus exercens, terram Canonicorum S. Cyrici Nivernis cum manu militum hospitatus est, & bona hominum Canonicorum indebitè accepit, contra tamen jus & consuetudinem prædecessorum suorum, qui in terra nullam hospitandi consuetudinem habuerunt.*

HOSPITATICUM. Pactum Arechis Principis Beneventani cum Neapolitanis, apud Camillum Peregrinum in Hist. Langobardorum: *Dividantur ipsæ terræ in tertiam partem, unam partem tollat exinde pars de Neapolim pro ipsa hospitatica, & aliam pro ipsi soli, tertiam partem tollat exinde pars de Capua.* Infrà: *Inquiratur diligenter ad qualia hospitatica fuerunt pertinentia antiquitus.* Loquitur ibi de *fundis exfundanis* aut *exfundatis*. In Diplomate Henrici Regis Francorum ann. 29. pro Abbatia Trenorchiensi occurrit *hospitaticum* cum *navatico, salutatico, rotatico, &c.*

HOSPITATUS. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 511. *Ex dono Gilberti filii Nigelli totum pratum tam hospitatum, quàm non hospitatum, quod est sub habitaculo eorumdem Monialium.*

HOSPITIUM, idem quod *Gistum, procuratio*. Synodus Ticinensis anno 855. *Quando etiam Episcopos, Abbates, vel Comites, seu fidelium nostrorum quempiam in propria villa morari contigerit, cum suis in suis maneant domibus, ne sub obtentu hospitii vicinos opprimant, vel eorum bona diripiant.* Concilium anonymum an. 904. c. 11. *Ut in domibus Ecclesiarum neque Missus, neque Comes, vel judex quasi pro consuetudine, neque placitum, neque hospitium vindicent, &c.* Willelmus Neubrigensis lib. 4. c. 14. & Joan. Brompton p. 1193. de Legato Sedis Apostol. *Et nomine suæ legationis cum excessivo numero hospitia à cunctis per Angliam exegit Monasteriis: minores verò domus, quæ pondus hospitii ferre non poterant, certa summa, id est, octo vel quinque marcarum hospitia redemerunt.* Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum to. 1. Ital. sacr. p 817. *Et quòd eidem annuatim hospitia duo darent.* Charta S. Ludov. Reg. an. 1255. ex Tabul. S. Dionysii: *Accepe-ramus apud Cormellas Parisiorum hospitium & procurationem per duas vices, quæ consuetudo vulgariter gista vocabatur*

vocatur. Charta Rainaldi Burgundiæ Comitis anno 1148. *Ut hospitalem illam hospitii suscepti nem in villa S. Stephani, quæ dicitur Tercennais, habemus*, &c. Alia Hervæi Episcopi Nivern. in Tabul. 5. Cyrici num. 84. *Similiter modo in altera villa, quæ vocatur Ars, videlicet in horreo non capteb it consuetudines pravas, hospitalitatem, scilicet in anno bis vel ter cum suis Militibus.* Ibid. Ch. 91. *Habebant quondam consuetudinem apud nos vobis in anno cum tribus vel quatuor hominibus exhiberemus ei hospitalitatem.* Statuta synodalia Episcopi anonymi ann. 1237. tom. 2. Concil. Angl. *Præcipimus* —— *ne Patroni Ecclesiarum laici, sive sint Anglici, sive alicujus nationis, hospitia à Clericis beneficiatis extorqueant, vel exigant de cætero.* Vide Thomasserium in Consuetud. localib. Bituric. p. 62. & suprà in *Mansionaticum.*

Hospitietum, eadem notione. Stephanus Tornac. Ep. 282. Ed. Molineti: *Aliquam procurationem, sive ut vulgariter loquamur, hospicietum aut gistum receperunt.* Ubi expressit Gallic. *Hospice.*

Hospitium, Domus, in quo consistunt *hospites*, seu *Mansionarii.* Concilium Senonense sub Lothario Imp. an. 834. *In summa sunt mansa centum nonaginta, & hospitia decem & novem.* Polyptycus Floriacensis: *Sunt ibi hospitia 7. & manent ibi inter mansos & caroperarios & manoperarios & hospitia homines 121.* &c.

Hospitium, seu domus hospitum in Monasteriis, in Charta Charitatis Cisterciensis c. 2. apud Cæsarium lib. 1. Miracul. cap. 13. &c.

Hospitia studiorum: ita vocant in Anglia Juris Collegia in *Universitatibus*, seu Academiis, in quibus, qui Juri addiscendo operam collocant, morantur. Joannes Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ cap. 49. ait, in quolibet *studio* esse *decem hospitia minora, quandoque verò plura, quæ nominantur* Hospitia Cancellariæ, *ad quorum quodlibet pertinent centum studentes ad minus, & ad aliqua eorum major in multo numerus, licèt non omnes semper in eis simul conveniant. Studentes etenim isti, pro eorum parte majori, juvenes sunt, originalia, & quasi legis elementa addiscentes, qui in illis proficientes, ut ipsi maturescunt, ad majora hospitia studii illius, quæ Hospitia Curiæ appellantur, assumuntur. Quorum majorum quatuor sunt in numero, & ad minimum eorum pertinent in forma prænotata, ducenti studentes aut propriè. In iis enim majoribus hospitiis nequaquam potest studens aliquis sustentari, minoribus expensis in anno quàm 80. scutorum, & si servientem sibi ipse ibidem habuerit, ut eorum habet pluralitas, tantò tunc majores ipse sustinebit expensas. Occasione verò sumptuum hujusmodi ipsi Nobilium filii tantùm in hospitiis illis leges addiscunt, cùm pauperes & vulgares, pro filiorum suorum exhibitione tantos sumptus nequeant sufferre* —— *quo fit, ut vix doctus in legibus illis reperiatur in Regno, qui non sit nobilis, & de nobilium genere egressus.* —— *In his revera hospitiis majoribus, etiam minoribus, ultra studium legum, est quasi gymnasium omnium morum, qui Nobiles decent. Ibi cantare ipsi addiscunt, similiter & se exercent in omni genere harmoniæ. Ibi etiam tripudiare, ac jocos singulos Nobilibus convenientes, qualiter in domo regia exercere solent enutriti: in ferialibus diebus eorum pars major, legalis disciplinæ studio, & in festivalibus sacræ Scripturæ, & Chronicorum lectioni post divina obsequia se confert. Ibi quippe disciplina virtutum est, & vitiorum omnium exilium: ita ut propter virtutis acquisitionem, vitii etiam fugam, Milites, Barones, alii quoque Magnates & Nobiles regni, in hospitiis illis ponunt filios suos, quamvis non gliscant eos legum imbui disciplina, nec ejus exercitio vivere; sed solùm ex patrocinis suis.* Mitto reliqua, quæ ibi lector inspicere, si tanti est, poterit. Vide *Serviens ad legem.*

HOSTAGIARIA, Securitas, Gallis *Ostage*, *Ostagiere.* Pactum inter W. de Hollandia & Lud. Comitem *de Los* an. 1206. lib. 1. Regesti Honorii III. PP. *Et pepigit* —— *dare hostagiariam & securitatem, videlicet, quòd coram Episcopo Trajectensi ponet terram Hollandiæ in hostagiariam.* Occurrit ibi non semel.

HOSTAGIUM. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 348. *Has terras ego & heredes mei acquietabimus erga Regem de scutagio & hostagio, & omni auxilio & alio servitio ad Regem pertinente.* Idem videtur quod *gistum, procuratio.* Vide *Hospes.*

Hostagium, Vadimonium, ex Gall. *Hostage*: *obsidiatus*, Eutropio lib. 2. & Ammiano lib. 16. Matth. Paris pag. 216. *Dux Bavariæ & alii divites in hostagio remanserunt.*

Hostagius, *Ostagius*, *Hostiagius*, Obses, *Hostage.* Guill. de Podio-Laurentii cap. 14. *Ipso Vicecomite* —— *in ostagium remanente.* Adde Henric. Knyghton an. 1295. Sic autem dictus, quòd obses in alterius potestatem transiret, ejusque *hospes* esset, uti suprà observatum; præterea sponsor, præs, qui pro altero spondebat sacramento interposito: quia si is, cujus præs erat, pactum non adimpleret, in potestatem illius, cui fidejussionem præstiterat, transibat, donec illud adimpleretur. Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis: *Et Guigo Peira & Adalardus frater suus se ipsos obsides posuerunt, quatenus si in terra illa Eleemosynæ ab aliquo inferretur injuria, postquam Eleemosynæ Custos eos monuerit per se vel per nuntium suum, intra 7. dies ad Siurenum in obstagium venirent, & ita manerent ibi, donec injuria illa integrè emendata esset.* Epist. 61. ex Francicis tom. 4. Hist. Francor. *Milites etiam & burgenses totius territorii Nigellæ ostagii sunt per sacramentum hujus conventionis tenendæ; hac conditione, si Comitissa in heredem, vel hæres in Comitissam insurgeret, ille, in quem alter insurgeret, si ostagios submoneret, aut infra 15. dies ei, cui injuria illata esset, emendari facerent, aut, donec emendatum esset, parti ejus adhærerent, &, post quam emendatum esset, ad pristinum statum redirent.* Charta ann. 1239. ex Tabulario S. Aniani Aurelian. *De his autem fideliter & firmiter observandis fidejussores sunt isti*, —— *qui similiter fide in manu nostra promiserunt, quòd in civitate Aurelianensi prisonem tenebunt Militis, donec præfatus venditor fecerit garentiam*, &c. Ubi *prisio Militis*, est qualem Militem decet. Observantiæ Regni Aragon. lib. 9. tit. de Cessione bonorum §. 1. *In commanda non habet locum cessio bonorum, nec admittitur; sed solùm in mutuo admittitur. Est autem consuetudo regni, quòd si debitor commandæ captus detineatur per judicem, quia non reddit depositum, si petat se tradi custodiæ creditoris, est sibi tradendus, priùs tamen creditore assecurante vitam & membra, & quòd dabit sibi comestionem sufficientem, & tenebit eum captum in loco decenti. Si autem depositarius noluerit ipsum recipere, & de prædictis cavere, judex debet ipsum à captione liberare.* Alia hujusce ritus exempla profert Anton. Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 271. v. 272. ut & vir eruditissimus Dionysius Salvagnius Boissius in Tractatu de Usu feudor. cap. 73.

Hostaticus, Obses, interdum fidejussor, Italis *Statico.* Vetus Charta apud Beslium p. 390. *Dedit autem Bernardus Comitem in plevone Hugoni, & 4. hostaticos, per talem conventum, quòd si Bernardus per fidem attenderit tibi tuas convenientias, ego eos tibi reddam in captionem*, &c. Occurrit ibi pluries, Concilium Helenense an. 1065. & Constitutio Jacobi I. Regis Aragon. pro Treuga domini: *Fide jussores vel*

vel hostatici. Charta Guillelmi D. Montispessulani an. 1109. *De centum marchis persolvendis sunt primantiæ & hostatici, &c.* Vide Consuet. Britan. art. 112. & seqq. Adde Chartam Hispanicam apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 635. aliam apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 5. & Molinum in Repertorio v. *Hostagium*.

Hostaticum, *Ostaticum*, Obsidium, *Hostage*. Charta an. 1316. qua Arnaldus de Corsavino recognoscit debere se Sancio Regi Majoricarum 60. mill. sol. Barcin. ob observantiam *hostaticorum*, ad quam tenebatur in villa de Coirio. —— *Nos spectata aliqua monitione veniemus intus villam de Coirio, ubi tenebimus & servabimus prædictos hostaticos.* Charta an. 1156. ex Bibl. Sebusiana Cent. 1. cap. 24. *Ita tamen, quòd ibi securus sim à vobis per omnia, præter ostaticum tenendum, sine vestro enganno, quòd inde aliquo modo non egrediar, donec supradicti — reddant vobis Castrum de Trencatallia, &c.* Charta Joannis XIII. PP. apud Ughellum tom. 2. pag. 15. *Neque ripaticum, aut teloneum, sive ostaticum, neque paratam — faciant.* Sed hîc pro *hostiaticum* videtur sumi.

Hostaticare. Vide *Opsticare*.

HOSTELICIA, *Hostelicium*. Vide *Hostis*.

HOSTELLARIA, Eleemosynaria, Domus eleemosynæ, in qua hospites & advenæ gratìs excipiuntur, in Chronico Andrensi pag. 361. 414. & tom. 1. Monast. Anglic. pag. 298. Nostri *Hostelleries* quævis diversoria vocant. Vide *Hospitalaria*.

HOSTENDICIUM. Vide *Hostis*.

HOSTIÆ *immolatitiæ, quas stulti homines juxta Ecclesias ritu pagano faciunt sub nomine sanctorum Martyrum vel Confessorum Domini*, in Capitulis Caroli M. ann. 769. c. 6.

HOSTIALIS, *Hostiarium*, *Hostiarius*. Vide *Ostiarium*.

HOSTIARIA, Pyxis, quæ hostias consecrandas continet, in Ceremoniali Episcop. libro 1. cap. 12.

HOSTIARIUM. Vide *Hostis*.

HOSTIARIUS. Tabular. S. Theofredi in Velavis: *Notum sit cunctis, quod controversia, quæ versabatur inter Sacristam monasterii S. Theofredi, & Hostiarium Aniciensem super hostias, fuit sic concordatum, quod questa hostiarum S. Fortunati sit in perpetuum Sacristæ & successoribus ejus: & Sacrista debet dare annuatim Hostiario ratione dictæ questæ tres Cartonados bladi, & dictus Hostiarius tenetur in perpetuum dare & providere monasterium & Ecclesiam S. Fortunati de hostiis sine aliqua conditione*, &c. Vide *Oblationarius*.

HOSTILAGIUM, Pretium seu salarium, quod exsolvunt mercatores extraneis pro locario domorum, seu apothecarum, in quibus reponunt merces suas vendendas & distrahendas in nundinis publicis. Ita vox *Hostellage* usurpatur in Consuetudine Bayonensi tit. 5. art. 47. tit. 7. art. 22. 23. 30. Iter Camerarii Scotici §. 67. *De hostilagiis in burgo.* Charta an. 1172. apud Perardum pag. 245. *Quidquid habebant de ventis, & ostellagium, quod mihi debent panifici, & calciamentorum constructores, &c.*

HOSTILARIUS, idem qui *Hospitalarius*, Officium Monasticum, ex Gall. *Hostellier*, apud Henr. Knyghton an. 1099.

HOSTILIENSE. Vide in *Hostis*.

HOSTILITAS, *Hostilitium*. Vide *Hostis*.

HOSTIS, Exercitus, castra, expeditio bellica, Gallis *Host*, & *Ost*, Hispanis *Hueste*. Gloss. Lat. Gall. *Exercitus*, *Host*. Gregorius M. lib. 12. Epist. 23. *Hostem collectum habet.* Anastasius in Joanne VI. PP. *Et illum cum suo hoste ad propria repedare fecit.* Sampirus Astoricensis Episcopus in Hist. [illegible] an. *Ipsis diebus Hismaelitica hostis urbem Legionensem adtemptavit.* Vetus Charta apud Bolandum 26. Mart. p. 633. sic clauditur: *Acta est autem publice in Saxonia, ubi tunc temporis fuimus in hoste.*

Sed & feminino interdum genere usurpatur. Baldricus in Chron. Camerac. lib. 3. cap. 68. *Terram hosti suæ devastandam distribuit.* Charta Ludovici VII. ann. 1143. *Si hostem nostram submonemus.* Alia: *Condona[illegible]mus illis ne ulterius in hostes nostras vel expeditiones ire non compellantur.* Sic Itali Scriptores *hoste*, etsi utroque genere, crebriùs tamen feminino usurpant, ut Joann. Villaneus lib. 1. cap. 46. Boccacius Nov. 17. &c. Ita pariter Latini Scriptores ævi inferioris, Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 2. 3. &c. Lex Salica tit. 82. §. 6. tit. 66. Capit. Caroli M. ad Legem Salicam cap. 1. §. 6. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 4. §. 1. 4. Lex Ripuar. tit. 63. Lex Saxon. tit. 5. §. 1. Lex Longob. lib. 2. tit. 18. §. 5. Capitula Caroli M. Caroli C. variis locis, Gesta Regum Francor. cap. 10. 12. 17. 19. 37. Fredegarius c. 98. Annales vett. Francor. an. 740. 750. 781. 790. Tudebod. pag. 801. &c. Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. c. 122. *Feu anar la crida per la sua host, que tot hom pegas les tendes, &c.* Sic etiam nostri *Ost* & *Host* dixere. Guill. *Guiart* an. 1297.

> *Assembla ses os à Compiengne*
> *Li Rois pour soi plus avoier*
> *D'aller en Flandres ostoier.*

Occurrit passim

Hostem verò propriè postmodum appellarunt nostri servitium militare, quod dominis suis feudalibus debebant vassalli ac tenentes: ita ut ad bellicam *submonitionem*, seu citationem, militaribus armis instructi cum iis in exercitum pergere tenerentur. Idque vocabant *hostem*, vel *exercitum*, quibus vocabulis adjungitur ferè semper alterum ex his, *cavalcata*, *equitatus*, *expeditio*, ita ut una eademque fuisse videatur obligatio, cui obnoxii essent vassalli. *Consuetudo eundi in hostem*, appellatur in Tabular. S. Albini Andegav. Charta A. Comitis Inculismensis ann. 1191. *Dedi, quitavi, — illam consuetudinem, quæ dicitur Ost sive Chevaucheia, quam habebam in hominibus S. Eparchii, &c.* Discrimen tamen inter *hostem* & *cavalcatam* statuit vetus Consuetudo Andegavensis tit. *De houst & de chevauchie: Il y a difference entre houst & chevauchie: car houst est pour defendre le pays, qui est pour le proufit commun, & chevauchie est pour defendre son Seigneur.* Unde colligi datur, per *hostem* intellexisse nostros eam expeditionem, quæ pro patria tuenda intra dominii fines peragitur: per *cavalcatam* verò eam expeditionem, quæ pro bellis domini, etiam extra dominii sui limites peragitur: quod firmare videtur Charta an. 1124. apud Hemeræum in Augusta Viromand p. 96. *Si extra Provinciam exercitum duxerit, homines villæ juxta antiquam consuetudinem expeditione[illegible] ei tantùm faciant.* Præterea Charta Ludovici VI. ann. 12[illegible]8. descripta à Bosqueto in Vita S. Exuperii pag. 46. *Nec expeditiones nostras nisi submoneantur in nomine belli, eant, & hoc solummodo bis in anno: in cavalcariis autem nostris, si submoneantur, vadent: sed 12. leucas à castro Corbelio non excedent.* Quo loco *expeditio* pro *hoste* sumitur.

Utcumque sit de postremi hujus vocabuli notione, id constat, crebrò has voces promiscuè pro una eademque obligatione usurpari; fortean quòd ut plurimùm, qui *hostem* debebant, deberent & *cavalcatam*: quæ quidem obligationes, non *tenentes* modò ac *mansionarios* spectabant; sed & viros nobiles, feudatarios, seu vassallos, cùm nemini earum immunitas concederetur, ac ne ipsis quidem Episcopis, Abbatibus,

bus, aut Sacerdotibus, quos passim legere est obnoxios fuisse *hosti* & *cavalcatæ*, ratione *regalium*, aut possessionum Ecclesiasticarum, quod in extrema hujusce Dissertationis parte probandum reservamus: prius enim quæ de generali *hostis* obligatione nobis occurrerunt, videntur præmittenda.

Non omnes tamen *hostes*, vel *hostem facere* tenebantur, ut loquuntur Leges Longobard. lib. 3. tit. 4. §. 3. 4. Capitul. I. an. 810. c. 11. Capitula Caroli C. tit. 31. c. 26. & Append. 2. c. 30. sed qui *hostem debebant*, ut est in iisdem Capitulis tit. 43. c. 18. vel *qui per se poterunt expeditionem facere*, tit. 31. c. 27. *Ut qui caballos habebant, vel habere poterant*, ibid. c. 26. ita tamen ut interdum expensarum partem alii, qui in hostem non pergebant, iis exsolverent, qui expeditionem suscipiebant. Sed & nec illi immunes erant à bellicis oneribus: nam, ut est in d. c. 27. *illi, qui in hostem per se non poterant, juxta antiquam & aliarum gentium consuetudinem, ad civitates novas, & pontes ac transitus paludium operabantur, & in civitate atque marcha wactas faciebant*, ita ut *ad defensionem patriæ omnes sine ulla excusatione venire* tenerentur: quod & habet Eginhardus Epist. 22. Adde Capitula Caroli C. tit. 7. c. 69.

Maximè tamen in *hostem* eundi necessitas incumbebat iis, qui prædia possidebant: adeo ut detrectandæ militiæ causâ ea alienare non liceret, quod potissimùm colligitur ex Legibus Longob. lib. 3. tit. 9. §. 3. 4. 6. 7. 8. Capitulari an. 807. Edit. Baluzianæ c. 2. ex Capitulis Caroli M. lib. 3. c. 69. & Addit. 2. ejusdem libri c. 35. Capitula Caroli C. apud Marsnam an. 849. *Et liberi homines secundùm qualitatem proprietatis exercitare debeant.* Quæ quidem militaris servitii ratio pro prædiorum modo ac numero, etiam obtinuit posterioribus sæculis, maximè in feudalibus. Vide Statuta secunda Roberti I. cap. 27. & Statuta Willelmi Regum Scotiæ cap. 23.

Sed & ne liberi quidem, si ætatem pupillarem excessissent, patrefamilias licèt pergente, immunes erant ab *hoste*: ita tamen ut si tres, aut ultrà essent, unus semper propter domesticam curam remaneret, ex Lege Longob. lib. 3. tit. 9. §. 8. & ex Constit. Ludovici II. Imp. an. 867 edita à Camillo Peregrino. In Consuetud. Aquarum mortuar. *de qualibet domo sufficit unum mittere in expeditionem*. Ita etiam in Libertatibus villæ Montisbrisonis an. 1223. loco mox laudando.

Ætas, qua debebatur *hostis*, sic definitur in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 23. §. 1. & in Mandato Henrici III. Regis Angl. *Super juratis ad arma*, in Addit. ad Matth. Paris. p. 149. *Quilibet homo ætatis inter quindecim & 60. annos ... assidebitur ad arma secundùm quantitatem terrarum suarum & catallorum.* Apud Saxones, ut auctor est Luithprandus lib. 2. cap. 8. *Vigebat mos laudandus atque imitandus, qui usquequaque nemo ... tenus annum post unum atque duodecimum, nemini militum bello deesse contingeret.*

In *hostem* pergebant *hostiliter præparati*, ut est in Capitulis Caroli Calvi tit. 31. c ult. *Cum omni plenitudine & necessario hostili apparatu.* Tit. 32. c. 13. *Warniti*, seu *cum omni hostili apparatu*, ut est in Decreto Ludovici II Imp. de Promotione exercitus, &c. c. 8. apud Camillum Peregrinum: rebus omnibus instructi, ut *venire & redire ... possent* ex iisdem Capitul. Caroli C. tit. 26. 27. pag. 240. 248. 300. *Stuffati de cariagiis & victualibus*, ut est in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 5. §. 5. In eundo verò ab omnibus *transiticis* immunes erant, ex Capitulis Caroli M. l. 3. c. 58. neque durante expeditione in jure conveniri poterant. Charta Communiæ S. Quintini an. 1195. *Quotiescumque Communiam submonuerimus, Communia in exercitus & equitationes nostras veniat: Facta autem submonitione nostra, ipsi arma ferentes, nulli respondebunt justitiæ infra diem submonitionis.* Hinc apud nos *Literæ*, quas *status* vocant.

Ab hoste recedere inconsulto duce non licebat, in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 59. Eorum, qui ante præscriptum tempus ab *hoste* Regis recedebant, mulcta erat 60. sol. cujusmodi erat eorum, qui *hosti* deerant. Vide *Herisliz*, & Capitularia Caroli M. lib. 4. c. 70.

Immunes tamen erant ab *hoste*, seu *exercitu* & *expeditione*, mulieres. Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 59. *Nule fame n'accoustumée, ne doit aler en l'ost, n'en chevauchie.* Et infrà: *Dame ne doit ne est ne chevauchie desormais, se elle est fame le Roy: més elle puet bien envoier tant de Chevaliers, come ses fiés doit, & li Roi ne la puet achoisonner.* Vetus Consuetudo Britan. art. 132. *Il n'appartient pas à la femme eller en ost, ne en chevvauchie, où il y a fait d'armes.* Præterea

Qui 60. annum attigerant. Charta Mathildis Com. Nivern. an. 1223. pro Autisiodorensibus: *Dicti verò cives mei exercitum mihi debent & equitationem, &c. Homo sexagenarius ultra, & vel corporis infirmitate manifesta impeditus ad exercitum vel equitationem ire non tenetur, nisi talis sit, quòd possit mittere aliquem loco sui, ad respectum 12. juratorum vel majoris partis eorum.* Charta an. 1293. apud Duchesnium in Hist. Castilion. p. 197. *Homs de sexante ans & de plus ne sera de riens contrains d'aler en host ne en chevauchée, més il y envoira suffisament par l'esgard des Eschevins.* In Libertatibus Barcinonensibus MSS. concessis à Petro Rege Arag. an. 1283. *Mulieres, & qui sunt ætatis 70. annorum, vidua vel pupilli non tenentur ire vel mittere in exercitum.* Vide Leges Wisigoth. l. 9. tit. 2. §. 9. & Stephan. Tornac. Epist. 252. 2. Edit.

Immunes præterea erant ab *hoste*, urbium *Jurati* vel Ædiles, Gubernatores, Notarii, in Foris Beneharn. tit. 1. art. 15. 16. Notarii, Physici, Jurisperiti, in Consuet. Aquar. mort. *Furnarii ac molitores*, in Statutis S. Ludov. lib. 1. c. 59. *Ægri*, in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 4 5. 9. in Lege Ripuar. tit. 65. denique *Pauperes*, in Consuet. Aquarum mortuarum. Erant præterea immunes alii ab *hoste* & *cavalcata*, ex speciali Principum privilegio. Vide Gregor. Turon. lib. 5. c. 27. Denique qui uxorem acceperat, primo anno ab hoste & omnibus necessitatibus publicis immunis erat, in Capitulis Caroli M. lib. 6. cap. 52. Quod etiamnum in urbium incolis obtinet, qui hoc primo nuptiarum anno ab excubiis aliisque oneribus eximuntur.

Eundi in *hostem* & *expeditionem* oneris seu obligationis non una eademque fuit ratio; sed secundùm locorum libertates ac immunitates prorsus extitit diversa. Siquidem quorundam locorum incolæ non tenebantur ire extra territorii sui fines: alii in *hostem* ita pergebant, ut domum redire eadem possent die: quidam tres dies *hostis* debebant, quidam plures. Alii *hosti* obnoxii non erant, nisi pro defendenda patria, & si domini castra aut dominia ab inimicis impeterentur: non verò pro fœderatis ferendo auxilio. Denique interdum ad quasvis dominorum expeditiones, etiam extra dominii fines, ire tenebantur. Hæc sigillatim veterum tabularum auctoritate firmanda sunt.

E Provincia, seu è territoriis dominorum suorum excedere pro *expeditione* facienda non fuisse adstrictos vassallos, disertè habet Guibertus lib. 5. Hist. Hierosol. c. 24. Barones Bohemici, in Vita Caroli IV. Imp. sub finem: *Domine Rex, de jure nostro existit, & ab antiquis temporibus inviolabiliter observatum, quòd* extra

extra regnum non debemus armis proficisci ; sed intra regni limites ipsum regnum contra eos, qui hoc hostiliter invadere conantur, pro viribus defendere & tueri. Consuetudines S. Audomari an. 1127. *Libertatem vero quam antecessorum meorum temporibus habuerunt, eis concedo, scilicet, quòd nunquam de terra sua in expeditione proficiscentur, excepto si hostilis exercitus terram meam defendere debebunt.* Charta Communiæ de *Bussoles les Anders* an. 1202. *Notandum est insuper, quòd in omnibus negotiis nostris & torneamentis infra ditionem nostram à nobis, si bremoniti venient : extrà verò eos ducere non poterimus.* Fori Aragon. lib. 1. fol. 8. *Item que los Richos hombres de Aragon non sian tenidos por los honores, ni por las terras, que tienen del sennor Rey, de servir lo por aquellas fuera de su sennoria, ni passar mar.* Vide Foros Benehara. tit. 1 art. 12. Statuta Delphinalia pag. 38. Lindanum in Teneræmunda p. 220, & Chopinum lib. 1. de Doman. tit. 13. §. 17.

Paulò aliter in Libertatibus Raucurti, & Haraucurti, concessis à Galchero Comite Regitestensi anno 1255. *Præterea Burgenses de Raucourt & Haraucourt mihi debent exercitum & expeditionem per totum Comitatum meum, & adhuc possum ipsos ducere in exercitum & expeditionem in extra Comitatum meum per unam jornadam ad ipsorum coustangias. Et si amplius ipsos tenere voluero, ipsos ad meas coustangias rationabiles per Scabinorum considerationem possum tenere, & tamen illos non possum tenere & ducere in exercitum & in expeditionem, nisi cum castellanaria de Maceriis.* Eadem habentur in Charta Libertatum Maceriarum Hugonis Comitis Regitestensis an. 1233.

Quidam, ut diximus, ita in *hostem* pergebant, ut eodem die domum reverti eis liceret. Consuetudo Loriacensis : *Nullus eorum in expeditionem nec in equitationem eat, nisi eadem die ad domum suam, si voluerit, reveniat.* Charta Ludovici VII. an. 1153. pro Seaucii incolis, ex Tabulario Fossatensi f. 152. *In expeditionem vel exercitum nunquam ibunt, quin eadem nocte revertantur ad domos suas.* Epistola 62. ex iis, quæ habentur tom. 4. Hist. Francor. *Comes de Mellento honorem totum de Gornaco assecuravit Regi contra omnes homines ad parvam vim & magnam, ipsi & cuicumque Baillivo, qui de parte Regis venire cognosceretur : ita quòd homines terræ cum Rege irent; sed ipsa nocte redirent, nisi pro amore plus remanerent.* Charta Joannis Comitis Vindocinensis an. 1213. in Hist. Castilion. p. 29. *Et si tandem in expeditionem iter fecerim per terram præpositura de Mesangeio, personam meam sequi tenentur : ita tamen quòd eodem die, quo mecum fuerint, poterunt ad propria remeare.* Apud Thomam Walsinghamum in Edw. II. an. 1326. Londonienses ajebant *exire civitatem suam se non teneri ad pugnam, nisi possent, juxta libertatem eis concessam, ipso eodem die reverti ante solis occasum.* Adde Consuetudinem Marchensem art. 137. & Consuetud. MS. S. Juliani de Saltu in Lingonibus.

Alii duorum dierum *hostem* debebant. Libertates Solemniaci in Arvernis : *Item aliquis de communitate prædicta non tenetur nos sequi in exercitum nisi per 2. dies, in quibus nos debet sequi expensis suis propriis, nisi hoc spontaneus facere vellet : ultrà duos dies prædictos tenetur nos sequi ad expensas nostras proprias pro defendendo & prosequendo jura Comitatus nostri.*

Interdum *hostis* trium dierum erat. Guibertus lib. 5. Hist. Hierosol. cap. 35. Crucesignatorum alacritatem ad expeditionem sacram extollens, hæc subdit : *Et quod majus dinoscitur præstare miraculum, cùm intra proprios adhuc tenerentur fines, vix in sui Regis exercitu tridui spatio patiebantur tentoria, etiam cum non cogerentur extra à Provincia.* Fori Oscæ Jacobi I. Regis Arag. anni 1247. fol. 25. *Infantiones Aragonum tenentur istud facere Regi, cùm tendit ad campale prælium, vel ad obsidionem capri sui, quod intra terram suam aliquis violenter contra suam detinet voluntatem, quòd debent ipsum sequi cum expensis propriis per tres dies, post triduum verò manere aut redire arbitrio permittitur Infantionis.* Charta Adefonsi Regis Aragonum pro Cæsaraugustanis æræ 1153. *Et habeant fueros Infançones de Aragone, qui non tenent honorem de Seniore, quòd vadat ad lite campale & à sitio de castellum cum pane de tres dies.* Vide Observantias Regni Aragon. lib. 6. de Privileg. Militum §. 1. & Michaëlem del Molino in Repertorio pag. 176. col. 1. Libertates urbis Baugiaci an. 1150. *Item si pro jure nostro acquirendo, seu defendendo guerram haberemus, vel exercitum contra aliquem moveremus, homines in dicta villa commorantes, nos in expensis eorum propriis sequi tenentur, & per tres dies nobiscum cum armis fideliter per se vel per alium idoneum substitutum commorari : ultra tres dictos dies non tenentur nobiscum morari, nisi ex gratia hoc facere voluerint, nec ad hæc compellere ipsos amolius possumus, nec debemus.* In foris Beneharnensibus tit. 1. art. 11. *Hostis* 9. dierum esse dicitur : in Charta Libertatum Pontallerii an. 1257. apud Perardum p. 488. est quatuordecim. In Jure feudali Saxonico cap. 5. *Feudatarius tenetur servire domino suo sex hebdomades in propriis expensis.* Quòd si à domino ultra hos statos dies in exercitu retinerentur vassalli ac tenentes, dominus eis *vadia* dare tenebatur. Vide Augustinum *du Pas* in Stemmatib. Armoric. part. 2. pagin. 454.

In Francia tamen, regia *expeditio* 60. dierum fuit, ut colligitur ex Statutis S. Ludovici, quorum verba sub finem hujus observationis subdemus : nisi ex infeudationum tabulis minoris esset dierum numeri, ut habetur in Catalogo Militum, qui contra Comitem Fuxi profecti sunt anno 1271. tom. 5. Histor. Franc. pag. 551.

Ex verbis, quæ locis allatis, & in aliis Chartis occurrunt, *nos sequi tenentur, Expeditio*, seu *Hostis*, in Charta anni 1350. apud Justellum in Histor. Turonensi pag. 104. *Sega & sequuta cum armis*, dicitur.

Interdum ea gaudebant immunitate vassalli ac tenentes, ut *hostem* dominis suis non deberent, nisi pro terræ defensione, & pro propriis eorum negotiis : ac proinde si aliis auxilium & opem ferre vellent, eos sequi cogi minimè possent. Fori Bigorrenses art. 15. *Censuales rustici vel liberi non in expeditione Comitem sequantur, nisi fortè exercitus extraneus in terram insurrexerit, vel suum obsessus castrum excutere voluerit, aut ad nominatum bellum abierit.* Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 3. *Si tamen inimici nostri in honorem nostrum supervenerint, tunc omnes eant, ut defendant sua ab inimicis prædicta.* Charta Radulphi de Balgenciaco an. 1085. in Tabulario Vindocinensi fol. 193. *De hominibus Monachorum nullum faciet ire in bannum, vel corveiam, sive equitatum, nisi fortè aliqui in terra ejus venerint depradaturi : aut si quis inimicus castellum voluerit facere in terra sua super eum. In his tantùm duobus negotiis ibunt cum eo homines nostri : si autem ipse voluerit ire super alios, in ejusmodi negotiis cum eo non ibunt, neque cum hominibus suis.* Charta Petri Decani Trecensis anno 1198. in Tabular. Campan. *Si comes iturus est in exercitum vel expeditionem in propria persona, pro negotio proprio, per litteras suas, vel per credibilem nuntium nobis mandabit, et homines nostros submoneamus, & hoc faciemus, & ad nostram submonitionem ibunt*

ibunt homines nostri, & aliter non, & eunte ipso Comite. Charta Galcheri de Castellione Comitis S. Pauli an. 1218. *Homines vero eamdem villæ in exercitum vel equitatum nisi ego Galcherus Comes vel hæres meus non potero ducere, nisi proprio negotio.* Alia an. 1224. in Probat. Hist. Ducum Burgundiæ pag. 134. *Præterea debent nobis in propriis expensis suis exercitum & chevachiam tantummodo in negotiis nostris, & in defensione Ducatus Burgundiæ, non in aliorum negotiis aut auxiliis, nisi de voluntate sua, &c.* Charta an. 1240. in Tabulario Campaniæ f. 366. *In chevaucheiis verò homines dictæ villæ nunquam ibunt nisi pro patria defendenda, vel pro præda recuperanda.* —— *In carreiis nunquam ibunt, in exercitu verò ubi dominus Rex personaliter, vel alius loco ejus fuerit, ibunt, & in eodem exercitu non morabuntur nisi per octo dies, tam in eundo quam in redeundo.* Charta an. 1286. apud Marcam in Hist. Beneharn. p. 667. *In hominibus & habitationibus dictorum locorum & pertinentium habebunt —— exercitum & cavalcatam pro defensione terræ, &c.* Libertates MSS. villæ de l'Isle, à Theobaldo Comite Campaniæ concessæ mense Aprili an. 1230. *Se je semon mon ost ne chevauchie en tans que foire sera, li changeor & li marcheant, qui verront en la foire en besoignie, i porront envoier homes soffisans por aux sans emande : & se aucuns defalloit de mon ost ou de ma chevauchie, cil qui defaurroit, lo m'amanderoit. Et je promet à bone foi, que je ne les semondrai en ost ne an chevauchie por aux oquisoner, mais que por mon besoing.* Libertates urbis Jasseronis an. 1283. *Item homines habitantes & habitaturi infra dictos terminos non tenentur nos juvare ad guerras nostras, quascumque & contra quemcumque habeamus, nec in castris nostris manere, nec nobiscum in exercitum ire, nec cubiam vel excubiam in castris nostris facere, nisi pro proprio facto de Jasserone, nec ad prædicta ipsos possumus compellere, nec debemus. Clamores verò Castellaniæ de Jasserone, & villæ de S. Justo non guerram sequi tenentur homines supradicti.* Charta Galcheri de Castellione Constabularii Campaniæ an. 1293. *Et tuit cil, qui desortes en avant y vendront demorer, soient quites eus & leurs hoirs de ost & de chevaucherie, sauf ce qu'il aideront à defendre le chastiau & la chastelerie de Chastillon, se mestiers & besoins est, & ne les porrons tenir en la besoigne où nous les meterons, que deus jours à leurs despens : & se plus les volons tenir, d'illeuc en avant nous les tenrons à nostre coust, & promettons en bonne foi, que nous ne les semondrons, se n'est por la besoigne de Chastillon, ou por necessité de la Chastellerie, & aura chascuns armes & chevaus selon son pooir par son serment, & par le serment des Eschevins.*

Interdum etiam tenebantur dominos sequi in expeditionem, cùm bellum iis erat cum aliis : quod *nominatum* & *indictum* appellabant. Charta Goffredi Comitis Andegav. an. 1096. apud Sammarthanos in Abbat. S. Nicolai : *Insuper etiam concedo, ut sui homines nullam mihi cosdumam faciant, nec ad aliquod negotium meum pergant, nisi solummodo ad bellum publicè indictum, aut denominatum.* Fori Bigorrenses art. 15. *Censuales, rustici, vel liberi non in expeditione Comitem sequantur, nisi fortè exercitus extraneus in terram insurrexerit, aut suum castrum exurere voluerit, aut ad nominatum bellum abierit.* Tabularium Angeriacense f. 239. *Willelmus Dux Aquitanorum restituit burgum, quod vocatur Alodium, quod vult ab omni consuetudine liberum, nisi fortè quando populus undecumque vocatus, etiam de alodiis Meritum ad nominatum bellum pro patria processerit pugnaturus.* Charta an. 1077. apud Beslium p. 505. *Et concedo liberos & francos omnes homines, qui pertinent ad jus illius Ecclesiæ, ubicumque sint, ab omni exercitu & expeditione, excepta illa, quæ vocatur nomine belli, cùm scilicet comes Pictavis bellum acturus est cum aliquo inimicorum suorum.* Charta an. 1076. apud eumdem pag. 467. *Nec cogantur prædictorum homines Monachorum ubicumque habitent, ire in exercitu aut expeditione, nisi agatur nomine belli.* Alia an. 1112. ex Tabulario Vindocinensi f. 217. *Ita ut homines in eodem burgo manentes pro banno Comitis vel cujuslibet ejus Præpositi submonitione non moneantur, nisi pro exercitu & hoc nomine prælii in adversarios, nec tunc a Comite vel à quolibet ipsius homine; sed à Præposito Monachorum submoneantur.* Charta Goffredi Comitis Andegavensis pro Monasterio SS. Sergii & Bacchi : *Dono —— de toto territorio ad S. Maximum pertinente vicariam totam & bidannum, & universas consuetudines, excepto fodrio, & prælio generali pro defensione regni aut Principis.* In regno Aragonum, Infantiones, *extra dominationem domini Regis non tenentur ei in ire pro honore vel terra, vel in ire transfretare*, in Observant. Regni Aragon. lib. 6. tit. de Conditione Infantionatus §. 17.

De jure communi, vassalli *hostem* debebant & *equitationem* propriis expensis. Interdum tamen *stipendia* dabantur vassallis, eorumque damna in expeditione passa à dominis resarciebantur, ut est in Statutis Delphinalibus pag. 36. 37.

Prædictis subjungenda videntur, quæ de *hoste* & *cavalcata* universim habent Chartæ aliquot aliæ, ex quibus ejusmodi expeditionum quis usus, quæve conditiones fuerint, facilè quivis colliget :

Libertates villæ Montisbrusonis, concessæ à Guigone Comite Forensi M. Nov. 1223. *Item voluit & retinuit Dom. Comes, ut homines villæ Montisbrusonis & infra terminos habitantes, faciant exercitum Domino Comiti in propriis personis : scilicet unus de qualibet domo, si necesse sibi fuerit pro bello campali, vel si inimici ejus obsident castrum suum, vel si ille vellet obsidere castrum alicujus inimici sui pro guerra propria : vel si ipse vellet bastire castrum, quando Dom. Comes præceperit. Et si aliquis remanserit de illo exercitu, solus inde pœnam 10. sol. & si obsidio vel exercitus ad bellum ultra septimanam duraverit, pro unaquaque septimana solvat Comiti, qui remanserit 10. sol. nomine pœnæ. Tamen si aliquis dominus domus esset extra Comitatum Forensem, quando exercitus ierit, nulla pœna ab eo exigatur; sed si redierit adhuc durante exercitu, si securus possit ire, tenetur ire, vel solvere pœnam pro tanto tempore, quanto fuerit in mora. Si verò Comes pro alia guerra sua & defensione terræ suæ guerram fecerit, alio modo, & voluerit exercitum sive cavalgatam à villa Montisbrusonis homines ipsius villæ, & infra terminos debent mittere unum hominem munitum pro se de qualibet domo : quod ni fecerint, dabit quilibet, qui non miserit, Comiti 3. solid. & 6. den. nomine pœnæ pro unaquaque septimana. Idem dicimus de cavalgatis pro guerris amicorum suorum specialium : tamen hujusmodi cavalgatam & exercitum debent facere homines villæ Montisbrusonis, & infra terminos habitantes tunc tantùm, quando Dom. Comes indixerit exercitum universaliter aliis gentibus de terra sua. Nullus tamen tenetur ire vel mittere in prædictos exercitus, secundùm quod suprà dictum est, nisi domum habeat, & valentiam 10. librarum tam in domo, quàm in aliis rebus.*

Charta Communiæ Nivernensis an. 1194. *Item de exercitu & chevaucheia dictum est, quòd præfatos homines extra Comitatum Nivernensem non traham, quin ipsi in ipsa nocte in eundem Vicecomitatum possint reverti. Ad torneamentum prædictos homines ducere non potero, nisi apud Chableiam, Jovigniacum & Rubeum montem. Si autem de exercitu vel chevaucheia*

ipsos submoneri fecero, unusquisque ibit, vel per se mittit idoneum servientem. Si quis verò ætatis 60. annorum, vel infirmitate detentus, vel non audita submonitione nostra remanserit, & hoc jurare poterit, quitus erit: sin autem, legem suam emendabit, & conductionem unius servientis usque ad 6. dies singulis diebus, quibus alii moram fecerint, persolvat. Similia habentur in Charta Communiæ Autisiodor. indultæ à Mathilde Comitissa anno 1223.

Libertates, concessæ Albiensibus & Carcasson. ab Amalrico Comite Montisfortis an. 1212. *Ad bellum campale, sive nominatum, vel ad succurrendum Comiti, si fuerit obsessus, vel ad Rereban, tenentur omnes ire communiter Barones, Milites, majores & minores, qui fuerint citati. Quòd si Baro, Miles, vel alius Dominus terræ, in hac suprema necessitate comprobatus fuerit non venisse ad Comitem auxilium laturus, nisi sufficienti causa possit, bona mobilia ipsius erunt in manu & voluntate Comitis & Domini, sub quo manebit per medium. Item Barones, Milites, & alii Domini terrarum, qui debent servitium Comiti, & citati ad quindenam; non venerunt ad locum præfixum à Comite ad exercitum, ita quòd infra quindenam iter accepit, quinta pars redituum singulorum, unius anni scilicet terræ illius, quam tenent à Comite, erit pro emenda in manu & voluntate Comitis, nisi causa sufficienti possint: si verò venerint; sed non cum debito numero Militum, pro quolibet Milite, qui deerit, dabunt duplicia stipendia, quamdiu sine debito numero Militum fuerint.*

Consuetudines & Libertates Aquarum Mortuarum, anno 1246. *Item quod per 20. annos sint liberi & immunes in perpetuum ab omni cavalcata per aquam & per terram: & post 20. annos sint liberi & immunes in perpetuum ab omni cavalcata ultra Magalon. Uticens. & Nemausens. diœceses; sed infra istas faciant cavalcatam, & etiam in Arelat. & Avinion. diœcesibus citra Rhodanum. Et hæc intelligimus cum alia terra de Senescallia Belliquadri exibit ad cavalcatam, & tunc exeant secundùm quod de villis bonis Senescalliæ exibunt. Nec possit aliquis habitator loci illius compelli personaliter ire in cavalcatam, si tamen aliquem peditem cum armis competentibus mittere voluerit loco sui: & de qualibet domo sufficiat unam ire personam, exceptis pauperibus, illis scilicet, qui non habent valens ultra 25. libras Turonenses, qui nec ire nec mittere compellentur, & exceptis viduis & pupillis, & exceptis Notariis, utentibus officio, & Juris peritis & Physicis. Ad dandam autem redemptionem pecuniariam pro cavalcata, nullo modo compellentur: & non teneantur in toto anno stare in cavalcata, nisi tantùm 40. diebus.*

Consuetudines, Albiensibus & Carcassonensibus concessæ ab Amalrico Comite Montisfortis an. 1212. *Barones Franciæ & Milites tenentur servire Comiti, quando & ubicumque habebit guerram contra personam suam ratione hujus terræ, vel acquirendæ in hac terra, & hoc cum numero Militum, ad opus, quorum Comes dedit eis terram suam & reditus: ita tamen quòd si reditus ex integro secundùm promissum fuerint assignati sufficienter, tunc cum promisso numero Militum tenebuntur servire. Baro vel Miles sic assignatur: quamdiu habebit guerram Dominus Comes pro hac terra acquisita, sicut dictum est; ille autem Miles, cui non esset plenariè facta assignatio, secundùm pactum non tenetur servire cum integro numero Militum; sed secundùm rationem assignationis factæ & quantitatem erit determinandus numerus ad serviendum. Verùm si Comes non necessitate terræ suæ; sed pro voluntate propria, vellet jurare aliquem vel aliquos in guerra, sive vicinos, sive remotos: Milites sui supradicti non tenentur eum sequi in hoc, aut eidem servire per se, aut vel alios, nisi hoc facerent ex amore & beneplacito suo.* Addam denique pro hujusce Dissertationis corollario, quæ in hanc rem habet.

Charta conventionum inter Carolum I. Comitem Andegaviæ & Provinciæ anno 1251. art. 14. *Item omnes Arelatenses communiter debent facere cavalcatas semel in anno eidem domino Comiti, ad quadraginta dies, per viginti leucas, ubicunque voluerit in Imperio, nec poterunt dicti cives compelli ad cavalcatam in pecunia redimendam. Milites autem & probi homines equos cum armis habentes, quandocunque ibunt cum domino Comite, vel ejus locum tenente, habebunt ab eo stipendium sive vadia: & tantum habebit de stipendio probus homo, quantum & Miles.*

Ejusmodi ac similes Chartas alias variarum Libertatum legere licet apud Thomasserium in Consuetudinibus localibus Bituricensibus lib. 1. cap. 56. 58. 61. 71. 83. 84. 103. Quibus adjungenda omnino, quæ habent Stabilimenta S. Ludovici, à nobis edita lib. 1. cap. 59. quod inscribitur *d'ost & de chevauchie devers le Roy le Baron & des amendes & des gaiges. Se li Bers fet semondre ses homes, & il li amaine ses homes coustumables pour aler en l'ost le Roy, li Prevostes les doivent amener de chascun ostel au commendement leur Seigneur el cuer du Chastel, & puis s'en doivent retourner, més nule fame n'acoustumez n'en ost n'en chevauchie, ne fournier, ne mousnier, qui gardent les fors & les moulins. Et se nus de ceus, qui sont semons, ne venoient, & l'en le pooit savoir, il en paieroit 60. sols de gages: & li Prevoz au Baron si doit mener les homes de chevalerie jusques au Prevost le Roy el chastel dont li home sont du resort, & puis si s'en doit retourner arrieres. Et ainsi li homes coustumier des Chevaliers si doivent aus Barons leur chevauchiées, & li Prevoz aus vavasors si le doivent mener el cors du chastel au commandement au Baron. Et li Bers ne les doit mie mener en lieu dont eus ne puissent venir jusques au soir. Et cil qui remeindroit, en paieroit 60. sol. d'amende. Et se li sires les veloit mener si loing, que eus ne se peussent venir au soir, il n'iroient pas s'il ne voloient, & n'en feroient ja droit ne nule amende. Et ainsi li Baron & li home le Roy doivent le Roy suivre en son ost, quant il les semondra, & le doivent servir 60. jours & 60. nuiz, & tant de Chevaliers come chacun li doit, & ces services qu'il li doivent, quant il les en semont, & il en est mestiers. E se li Rois les voloit tenir plus de 60. jours au leur, il ne revendroient mie, s'il ne voloient par droit. Et se li Rois les voloit tenir au sien pour le Royaume deffendre, il devroit bien remeindre par droit. Més se li Rois les voloit mener hors du Royaume, puis qu'il auroient fet 60. jours & 60. nuiz. Et nule dame ne doit ne ost ne chevauchiée des ores més, se elle est fame dou Roy: més elle puet bien envoier tant de Chevaliers come ses fiez doit. Et li Rois ne la puet achoisonner. Et se les gens le Roy truevent les homes le Roy par les Chastelleries, qui fussent remez fors ceux, qui deveroient remeindre, li Rois en porroit bien lever sus chascun 60. sols d'amende, & li Bers ne les en porroit garantir. Et li home coustumier ne doivent estre en l'ost le Roy, que 40. jours & 40. nuiz, & se il en venoient avant, & il en fussent prové, la Justice le Roy en porroit bien lever 60. sols.*

DE HO-

DE HOSTE ET EXERCITU EPISCOPORUM.

Episcopos ipsos ac cæteros Ecclesiæ Prælatos *hosti* & *expeditioni*, perinde ac laïcos, ratione *Regalium*, seu possessionum Ecclesiasticarum, fuisse obnoxios, jam supra attigimus. Certè stante prima ac etiam altera Regum nostrorum stirpe, ipsis interdum præliis interfuisse Episcopos, & in iis quandoque cæsos, docent veteres Scriptores, atque in primis Gregorius Turon. lib. 4. cap. 37. lib. 5. cap. 20. lib. 8. cap. 39. Supplicatio Episcopor. in Concilio Wormat. lib. 6. Capital. Caroli M. cap. 285. *Quosdam enim ex eis in hostibus & præliis vulneratos vidimus, & quosdam periisse agnovimus.* Sed & ductasse exercitus legimus in Chronico brevi Francor. an. 712. tom. 3. Hist. Fr. p. 127. ut omittamus, quæ de posterioris ævi Præsulibus narrant Ordericus Vitalis lib. 4. an. 1070. pag. 523. Godefridus Monachus S. Pantaleonis, Cinnamus, & alii de Christiano Archiep. Moguntino, &c. Quod certè haud injuria objectum Latinis, à Græcis præsertim, & à Michaele Cerulario in Epist. ad Petrum Antioch. ubi de Episcopis Latinis: *καὶ εἰς πολέμους ἰόντες, αἱμάσσουσι τὰς ἑαυτῶν χεῖρας, ... ἑαυτῶν ... ἀναιρ... ἀναιρέμενοι.* Vide Notas nostras ad Alexiadem p. 258.

Sed postmodum ex prædicta Episcoporum supplicatione, Carolus M. *Apostolica auctoritate, consultu omnium nobilium, seipsum corrigens, posterisque exemplum dans*, sanxit, ut nullus in posterum Sacerdos in *hostem* pergeret, *nisi duo vel tres Episcopi electione cæterorum propter benedictionem populique reconciliationem: & cum illis electi Sacerdotes, qui bene scirent populis pœnitentias dare, Missas celebrare, &c.* Iis verò arma ferre, vel ad pugnam pergere interdixit, uti est in Capitul. 1. an. 769. cap. 1. lib. 6. Capitul. cap. 61. 286. lib. 7. cap. 91. 123. Extat in Cod. Carolino Epistola 77. Adriani PP. ad eundem Imperatorem, qua eum hortatur, *ut non permittat, Episcopos vel Presbyteros militarem induere armaturam*: quod antea fecerat Zacharias PP. Epistolâ scriptâ ad Pipinum, quæ quinta habetur in eod. Codice, ex qua hæc sunt: *Principes & sæculares homines convenit curam habere & sollicitudinem contra inimicorum astutiam, & Provinciæ defensionem: Præsulibus verò, Sacerdotibus, atque Dei servis pertinet salutaribus consiliis & orationibus vacare, ut illis orantibus, & vobis bellantibus, Deo præstante Provincia salva persistat, fiatque vobis in salutem, laudem & mercedem perpetuam.*

Verùm haud diu stetit Caroli M. Constitutio: ingruentibus quippe Danorum incursibus, totaque Francia bello ab iis petita, cùm de suprema salute ageretur, Episcopi ac Abbates in *hostem* cum vassallis suis submoneri cœpere. Frotharius Episcopus Tullensis Epist. 25. ex persona Hetti Archiepiscopi Trevirensis ad eundem Frotharium: *Tibi mandamus atque præcipimus de verbo domini Imperatoris, ut solerti sagacitate studeas cum summa festinatione omnibus Abbatibus, Abbatissis, Comitibus, Vassis Dominicis, vel cuncto populo Parochiæ tuæ, quibus convenit militiam regiæ potestati exhibere, in quatenus omnes præparati sint, ut si vespere ei adnuntiatum fuerit, manè: & si manè, vesperi absque ulla tarditate proficiscantur in partes Italiæ: quia Dominus Imperator suum iter præparat, &c.* Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 18. de Carolo Calvo: *Domno verò Hincmaro Rex idem non solùm de rebus Ecclesiasticis, sed & de populo in hostem convocando, ut ipse hoc ageret, mandare solebat: & ipse accepto Regis mandato tam Episcopos quàm Comites convocare solebat.* Et lib. 4. cap. 14. *Hungaris quoque Regnum Lothariense deprædantibus, dum Karolus proceres Francorum in auxilium sibi contra gentem ipsam convocaret, solus hic Præsul ex omnibus hujus regni primatibus, cum suis tantùm in defensionem Ecclesiæ Dei Regi occurrit, habens secum, ceu fertur, mille quingentos.*

Exinde perinde ut cæteri Barones ac vassalli regii, *hosti* & *equitationi* adstringi cœpere, ita ut & ipsi castris interesse tenerentur, & in ea vassallos suos deducere: quod præ cæteris testantur Libellus proclamationis Caroli C. adversus Wenilonem Archiep. Senonensem c. 6. 13. & Epistola synodalis ad eundem, *nisi eos ab expeditionis labore corporis defenderet imbecillitas, aut ex indulgentia Principis vacationem impetrassent.* Quo casu, *homines suos reipublicæ profuturos alicui ex fidelibus* committebant, *ne se ab officio subtrahere viderentur.* Verba sunt Concilii Vernensis an. 844. can. 8. Adde Constit. Ludovici II. Imp. de Expeditione Beneventana an. 867. cap. 6. 7. apud Camillum Peregrinum.

Atque id postmodum adeo in receptum abiit morem, ut ratione regalium seu possessionum Ecclesiasticarum, Episcopi milites suos in aciem deduxisse, ac servitiis militaribus perinde ac Barones cæterique vassalli sæculares obnoxii fuisse passim legantur. Paschalis Pontifex apud Dodechinum an. 1110. *In vestro regno* (Alemaniæ) *partibus Episcopi vel Abbates adeo curis sæcularibus occupantur, ut Comitatum assiduè frequentare, & militiam exercere cogantur: quæ nimirum aut vix, aut nullo modo sine rapinis, sacrilegiis, incendiis, aut homicidiis exhibetur. Ministri verò altaris ministri Curiæ facti sunt: quia civitates, Ducatus, Marchionatus, Monetas, turres, & cætera ad regni servitium pertinentia à Regibus acceperunt.* Archiepiscopus Remensis Legatus à Callisto PP. ad Fridericum Imp. missus pro Ecclesiarum investituris: *Scito, me*, inquit, *in regno Francorum Episcopum electum, nec ante consecrationem, nec post consecrationem aliquid suscepisse de manu Regis: cui tamen de tributo, de militia, de telonio, & de omnibus, quæ ad rempublicam pertinent, & antiquitus, scilicet à Regibus Christianis Ecclesiæ Dei donata sunt, ita fideliter deservio, sicut in regno tuo Episcopi tui deserviunt.* Et Philippus I. Rex apud Lisiardum lib. 1. Vitæ S. Arnulphi Episcopi Suessionensis c. 15. eidem Arnulpho, tunc Abbati S. Medardi, militiam detrectanti, ut voto Monastico contrariam, dixit, *fuisse morem antiquum, ut milites Abbatiæ, Abbate prævio regali expeditioni inservirent: aut faceret juxta morem antiquum, aut daret locum, ut fieret Regis Imperium.* Atque ut ille Abbatiâ, quòd militiam detrectasset, privatus est, ita Sigefridus II. Archiepiscopus Moguntinus, ut est in Conradi Chronico Moguntino, accusatus apud Papam, *quòd omnino inutilis esset Ecclesiæ, & quòd evocatus ad expeditiones Regis invitus veniret*, Archiepiscopatu submotus est. *Hoc autem*, ait Conradus, *verum erat, eò quòd fierent incendia, sectiones vinearum, devastationes segetum: dicebat etenim nequaquam decere talia Sacerdotem.* Hanc porrò servitii militaris & *hostis* ac *cavalcatæ* obligationem agnovere non semel ipsi Episcopi suis Diplomatibus. Exinde, passim Episcopos in castris cum vassallis suis habent Scriptores, Monachus Floriac. lib. 4. Miraculor. S. Bened. cap. 24. Adam Bremensis cap. 38. Ordericus Vital. lib. 12. pagin. 856. Radevicus lib. 3. de Gest. Frider. cap. 11. Ivo Carnot. Epist. 28. Sugerius de Administr. sua cap. 12. Godefrid. Monach. S. Pantaleon. anno 1166. &c. Vide præterea Stephanum Tornacensem Epist. 279. Edit. Molineti.

Quòd si verò Abbates vel Episcopi regalia non haberent, ad expeditiones submoneri non poterant. Epistola 33. ex his, quas Tingnagelius cum Domnizone edidit : *Tibi præsentium tenore mandamus, quòd Abbatem ipsum & Ecclesiam suam, cùm regalia non possideat, ad expeditionem contra suæ professionis debitum non compellas.* Charta Ottonis III. Imp. an. 997. apud Hermannum Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Westphalici p. 215. *Abbas illius Monasterii ad castra & in hostem ire non cogitur, nisi regia liberalitate adjutus beneficii copiam quandoque accipiat illua faciendi.*

Indicta igitur generali à Rege expeditione, submonebantur & ipsi Episcopi, ut cæteri Barones, peculiari submonitione ac citatione : atque ii accepta primùm regia illa, sua deinde submonitione suos perinde seu Ecclesiæ suæ vassallos, ut armis instructi castris regiis adessent, submonebant. Utriusque submonitionis, Regis scilicet & Episcopi, formulas habet Gallandus lib. de Franco alodio pag. 255. Verùm interdum vassalli ipsi Episcoporum primariò à Rege ipso submonebantur : ita ut deessent, qui Episcopis militarent, ac proinde alios stipendio conducere necessum haberent. Historia Episcoporum Autisiod. cap. 59. de Manasse Episc. Aurelianensi : *Vassallos Ecclesiæ Aurelianensis, quos Rex in expeditionibus suis propriis eorum sumptibus quasi jam pro consuetudine diu obtenta militare cogebat, non veritus propter illos cum Dn. Rege de eorum injuria disceptare, in hanc libertatem eduxit, ut Episcop. in ejusmodi expeditionibus suis habeat stipendiis quotquot voluerit de eisdem, unde & eorum jugum alievatum est immensum, & Episcopor. conditio longè melior, quàm existeret, est effecta. Nam vocato ad expeditionem à D. Rege Episcopo, non defuerunt ei vassalli sui, qui se ei militaturos, ne compellantur à Rege, certatim, & magna ambitione offerant, qui magnis priùs stipendiis & non sine difficultate solebant conducere alienos.*

Episcopis verò, qui in *hostem* submoniti erant, *auxilium* conferebant vassalli cæteri ac tenentes, qui ratione prædiorum suorum militaribus haud erant obnoxii obsequiis : quod quidem auxilium, vulgò *Aide d'host* appellabant, ut suo loco docuimus. Charta Frideric. I. Imp. anno 1157. pro Archiep. Viennensi, apud Leurium in Antiq. Viennens. cap. 42. & Joann. à Bosco in Vienna : *Ad hæc decernimus, ut in adventu nostro, vel quotiescumque ad Curiam nostram vocatus fueris : vel expeditionem nobiscum facere debueris, cives Viennens. & Romanens. omni excusatione remota tibi subsidia conferant.* Ea autem subsidia erant, ut plurimùm res omnes, seu ad victum, seu ad bellum necessariæ, arma, vel quæ apparatum bellicum spectarent, à quibus immunes non erant Abbates ipsi. Privilegium de Abbatia S. Remigii Senonensis ad Varellias transferenda, datum in Concilio Senonensi an. 834. tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 582. *Episcopus quoque in exigendis muneribus Abbatem ejusdem loci non gravet ; sed sufficiat ei ad annua dona equus unus, & scutum cum lancea. Quòd si in expeditionem publicam ire jussus fuerit, addantur ei de eodem loco carra duo, unum vini, alterum farinæ, verveces decem, supra quæ in exigendis muneribus, cupiditatis, avaritiæque causâ gravare eos nullatenus præsumat, &c.* Charta Ludovici VII. pro Communia Bellovacensi an. 1144. apud Loisellum : *Si Episcopus Belvacensis ad tres Curias nostras & ad exercitus ire voluerit, tres equos tantùm ad unamquamque Curiam accipiet, & equum extranei hominis nullo modo accipiat.* Vetus Regestum Cameræ Comput. Paris. sign. M. de Episc. Ambianensi : *Et aussi se li Rois mandoit son arrieban en ost, ledit Evesque seroit tenus d'y aler, ou envoier pour lui : & lors la communalté des Paintres & des Escuchiers d'Amiens seront tenus de trouver audit Evesque bon & suffisant escu : & la communauté des Feures le cuigne virolé, & pessons de tentes de l'Evesque, & toute autre chose faites de fer. Item, la communalté des Tenneurs doivent trouver 2. paires de bouchaus de cuir, bons & souffisans : l'un tenant un muy, & l'autre 24. sestiers : & les Bouchiers le soing pour couvrir lesdits bouchaus.*

Adeo autem hisce militaris servitii impensis gravabantur Episcopi, ut interdum possessiones Ecclesiasticas distrahere necesse haberent. Hujus rei exemplum profert sequens Charta Henrici II. Imp. anno 1023. pro Monasterio S. Maximini Trevirensi: *Notum fieri cupimus, qualiter nos ex Abbatia S. Joannis Evangelistæ & S. Maximini, quæ in suburbio Trevirorum sita est, ubi Haricho Abbas praeesse videtur, quasdam curtes & territoria, villas, & possessiones, videlicet 6656. mansos, ut veriùs computari potuit, à præfato Abbate in beneficium accepimus, & his fidelibus nostris, Ezzoni videlicet Palatino Comiti, & Henrico Duci, necnon Ottoni Comiti ea conditione beneficiavimus, ut quia præfatus Abbas jam senio confectus, commodè nobis domi militiæque servire non poterat, ipsi & hæredes, qui hæc beneficia habent, pro eodem Abbate suisque successoribus Curiam Regalem petant, & in expeditionem eant : Abbas verò suique successores à Curia regia & omni expeditione omnino sint liberi, nisi in Moguntinensem sive Metens. aut Coloniens. civitatem ad generale Concil. sive colloquium, aliqua necessitate cogente, fuerint invitati.* Alia ex Regesto Feodor. Ecclesiæ Lingon. *Nos Guillelmus miseratione divina Lingonensis Episc. notum facimus universis, quòd nos considerantes & attendentes, nos & Ecclesiam nostram Lingonensem esse pluribus & diversis creditoribus in nonnullis pecuniarum summis & rebus aliis multipliciter obligatos,—— quodque nos de præsenti maxima pecuniæ quantitate & rebus aliis necessario indigemus, tam pro defensione & tuitione terræ Episcopatus nostri, quàm pro præsentibus guerris Dn. nostri Regis Franciæ, in quibus nos oportet necessario de ejusdem Domini nostri Regis speciali mandato super hoc nobis facto, cum ipso secundùm statum nostrum personaliter interesse, maximè cùm temporalitatem nostram & Ecclesiæ nostræ totam à dicto D. nostro Rege teneamus, & propter hoc cum gentibus armorum eidem durantibus guerris prædictis servire debeamus, quod nisi fecerimus, posset in grave damnum & præjudicium nostrum & nostræ præfatæ Ecclesiæ redundare. Considerantes etiam nos non posse præfatum servitium dicto Domino nostro Regi impendere de præsenti, nec à dictis obligationibus liberari, nisi per aliqualem venditionem aliquorum redituum & proventuum terræ nostræ, &c.* an. 1347. Vide Ardonem Mon. in. Vita S. Benedicti Abbatis Anianensis c. 54. Edit. Mabillonii, & Chronicon Senoniense c. 16.

Quòd si Prælati militiam detrectarent, vel abnuerent, tum ad id compellebantur Regalium obsignatione seu *saisitione*. Hujus rei exemplum insigne ac notissimum narrant Rigordus an. 1290. *Cùm omnes Barones & Episcopi vocati ad hunc exercitum convenissent apud Medontam, & misissent ad mandatum Regis homines suos, prout debebant, in expeditionem illam : Aurelianensis & Altisiodorensis Episcopi cum militibus suis ad propria sunt reversi, dicentes, se non teneri ire vel mittere in exercitum, nisi quando Rex ipse personaliter proficiscitur. Et cùm nullo ad hoc privilegio se tueri possent, generali consuetudine contra eos faciente, petiit Rex, ut hoc emendarent. Ipsis autem emendare nolentibus, Rex eorum regalia confiscavit, scilicet ea tantùm temporalia, quæ ab eo feodaliter tene-*

[illegible], *decimas & alia spiritualia eis in pace dimit-* [illegible] *Rex Christianissimus semper timebat* [illegible]*ndere Ecclesiam Dei & ejus ministros; ipsis ergo ter-* [illegible] *& hominibus Regis interdicentibus, & ad Romanam Curiam mittentibus, & in propriis personis accedentibus, Domino Papa Innocentio III. consuetudines & jura Regni volente infringere, aut in aliquo revocare, emenda tandem facta, & Regi soluta, post duos annos recuperaverunt omnia, quæ à Rege fuerant confiscata.*

Totam hanc controversiam perstringunt etiam ejusdem Innocentii Epistolæ lib. 13. Epist. 190. lib. 14. Epist. 52. lib. 15. Epist. 39. 40. 106. attigit etiam Historia Episcoporum Autisiod. tom. 1. Bibl. Labbei p. 486. Legitur in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano fol. 111. Charta ejusdem Episcopi Autisiodorensis mens. Aug. ann. 1212. qua, sopita hac controversia, exercitum se Regi debere profitetur, ut cæteri Episcopi ac Barones Franciæ, hocce verborum contextu: *Noveritis, quòd nos confitemur debere Domino nostro Philippo Regi Fr. illustri exercitum suum, sicut commune Episcoporum & Baronum debent, & illum de cætero per nostros Milites, ut alii, faciemus. Idem enim dominus Rex personam nostram à servitio exercitus, quamdiu vixerimus, relaxavit.* Habetur ibidem similis Charta Manassis Episc. Aurelian. ut & Charta Philippi Regis, qua eundem Episcopum Autisiodorensem ab *exercitu suo*, quamdiu vixerit, relaxat: *Ita tamen*, ait Rex, *quòd ipse nobis faciet servitium exercitus nostri per milites suos, sicut commune Episcoporum & Baronum nostrorum debet.*

Quòd verò Episcopi Aurelianensis & Autisiodorensis hac se tuerentur immunitate, ut exercitum Regi non debere se assererent, nisi ipse castris suis præsens adesset, exemplo non caret. Siquidem Sammarthani Chartam descripsere ejusdem Philippi Regis ann. 1209. qua in regalibus Episcopi Matisconensis exercitum *hoc tantummodò habere* se profitetur, *si*, inquit, *nos vel filius noster, vel Senescallus, vel Constabularius Franciæ de mandato nostro versus partes illas exercitum duceret; in hoc casu dictus Matisconensis Episcopus usque Divionem, & non ultrà in nostrum exercitum cum militibus & armis venire teneretur.* At revera Episcopus Autisiodorensis simili tueri se privilegio haud poterat, cùm in Charta ann. 1206. qua Rex Philippus immunitates quasdam Ecclesiæ Autisiod. confirmat, hæc verba subdat: *Salvo servitio nostro equitationis, exercitus, & submonitionis, sicut Episcopi Autisiodorenses nobis fecerunt.*

Si igitur Prælati *hosti* defuissent, summam aliquam pecuniariam *pro expeditione* Regi exsolvebant. Extat Charta Jacobi Episc. Suessionensis anno 1226. qua agnoscit, *debere se Regi 120. libr. Paris. pro servitio istius anni, quod ei in expeditione debet, videlicet medietatem in instanti festo Omnium SS. & aliam medietatem in Pascha proximo.*

Quidam tamen Episcopi eo gaudebant privilegio, ut omninò immunes essent ab exercitu, seu potiùs ab obligatione, qua cæteri tenebantur præsentes castris adesse, cùm interim vassallos suos mittere deberent. Sic enim capienda Charta Guillelmi Episcopi Andegavensis ann. 1223. *Noverit universitas vestra, quòd nos carissimo Domino nostro Ludovico Dei gratia illustri Regi Franciæ fecimus sacramentum fidelitatis, sicut alii Episcopi Regni Franciæ ipsi faciunt: & ipse nobis recognovit, quòd non tenemur ire in exercitum aut equitatum ejus in propria persona nostra, vel mittere aliquem ad sumptus nostros, &c.* Ejusdem contextus tabulæ, ac ejusdem anni, pro Mauricio Episcopo Cenomanensi habentur in Regesto Cenomanensi Cameræ Comput. Paris. mens. Novembr. an. 1223. Ch. 6. Habetur alia perinde similis Charta S. Ludovici mens. Febr. an. 1260. pro Episcopo Aurelianensi in 30. Regesto Archivi Regii Ch. 471.

Interdum ipsos Episcopos ab hac necessitate exemptos legimus, quadam speciali immunitate, quæ Ecclesias ipsas spectabat, ut fuit illa Episc. Andegavensis apud Sammarthanos sub ann. 1223. vel quæ ipsorum tantùm personas spectaret, ut est ea, quam Autisiodorensi indulsit Augustus. Similis denique extat ejusdem Regis an. 1200. in Tabulario Episcopatus Paris. Puteano f. 32. pro Odone Episc. Parisiensi: *Noverint universi, quòd nos carissimum consanguineum & fidelem nostrum Odonem Episc. Parisiensem —— in persona sua tantùm, quamdiu vixerit, ab omni exercitu & equitatione absolvimus penitus, & quitamus tam tempore nostro, quam temporibus successorum nostrorum, salvo nobis debito militum, quos idem Episcopus tenetur mittere in servitium nostrum, &c.* Ita in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. p. 129. mentio fit *Præcepti, quod Carolus M. fecit Franconi, Episcopo Cenomanensi, quando ei concessit, ut hostes & itinera nulla faceret; sed Adalgisus suus propinquus omnia regalia servitia pro eo faceret*, ut est in pag. 118. pro sua infirmitate & senectute *facere non valebat.* Describitur in eadem Vita num. 72. Charta Ludovici Pii Imperat. qua eidem Aldrico concedit, *ut juxta Canonicam auctoritatem habere œconomum* liceat, *qui pro illo exteriores curas gereret*, & regalia *servitia atque itinera, prout melius posset, sua vice faceret, & prædictus Episcopus ad ea, quæ Dei sint, intenderet, & ad suum ministerium perficiendum certaret.*

Sed & anno 1224. Ludov. VIII. regnante, in natalitio S. Joannis festo, Turonibus, à castris Regiis excessere Episcopi Constantinus, Abrincensis, & Lexoviensis, quòd se iis præsentes adesse, ut & cæteros Normannicos Antistites, non teneri contenderent: data tamen Regi securitate, quòd si re per testes expensa, *hostem* ab iis præsentibus deberi inventum esset, ipsi præsentes in posterum adforent; vel si deessent, mulctam pro defectu subirent: quod ipsi professi sunt coram Joanne Rege Hierosol. Guillelmo Silvanectensi Episc. & Franciæ Cancellario, B. Franciæ Camerario, Matthæo Monmorenciaco Constabulario, Galtero Archiepisc. Senonensi, Meldensi, Bellovacensi, Trecensi, Nivernensi, Suessionensi Episcopis, Ingeranno de Codiciaco, Cambellano Regio, Adamo de Bellomonte, Guidone de Merevilla, Joanne de Bellomonte, Joanne de Osniaco, Petro de Viriaco, & Guillelmo Men.

Verùm quid tum in castris ac exercitibus agerent Prælati, id est, Episcopi ac Abbates, instarne militum loricas induerent, ac præliarentur, vulgò quæritur? Sanè constat, generatim loquendo, arma non tractasse, nec præliis interfuisse Prælatos: sed erant in castris, ut militare explerent servitium, cui erant obnoxii perinde ac Laici: cùm & prædia ac feuda, ut ii, possiderent, militaribus etiam adstricta muneribus, à quibus ne ipsi quidem immunes erant, cùm à Regibus essent Ecclesiis oblata ac concessa, hacce apposita vel subaudita conditione, ne eorum servitium militare minueretur.

Castris præterea intererant Prælati, ut pro Rege ac patria militantes suis exhortationibus ad rem præclarè gerendam accederent, iisque benedictionis gratiam impertirentur, ac denique pro faustis rerum successibus Deum exorarent: vel certè ex iis seligebantur aliquot, qui id muneris implerent, præsertim, cum ex Synodo anni 742. sub Carlomanno, prohibeantur Episcopi in hostem & exercitum pergere, *nisi illo tantummodo, qui propter divinum ministerium, Missarum scilicet solennia adimplenda, & Sanctorum patrocinia portanda, ad hoc electi* erant. Quò spectant, quæ fautores Henrici V. Imp. apud Gerhohum Reichersperg.

c. 24. dicebant contra Pontificios: *Non est æquum, Sacerdotem Domini relicto verbo Dei ministrare mensis, aut litium secularium fieri cognitorem: quanto minùs æquum est, ejusmodi relicto verbo Dei ductare militiam, castris interesse regalibus, aggerem comportare subvertendis urbibus, struere, per quæ homicidia frequenter fiunt, quæ si pro parte Regum imperantium interdum justè gerantur, Sacerdotem Dei talibus vel interesse fas non est, ne sancti violentur obtutus, nisi fortè pro defensione patriæ ab alienigenis ad cives cohortandos ejus præsentiam ad tempus necessitas expostulet, aut pro divinis rebus in castris regalibus agendis & consiliis salutaribus ministrandis, Sacerdotem Domini in commeatum pergere necesse sit.* Rogerus Hoveden. pag. 435. *Eadnothus quoque Lincolniensis Episcop. & Wlsius Abbas, qui ad exorandum Dominum pro milite bellum agente convenerant, interfecti sunt* in prælio contra Danos. Auctor Gestorum Guillelmi Nothi Regis Anglor. p. 201. narrans, ut prælio Senlaciensi, in quo Heraldus fusus est, Odo Bajocensis & Goisfredus Constantinus Episcopi interfuerint, cum multo Clero & Monachis nonnullis, *id collegium*, inquit, *precibus pugnare disponitur.* Et Ordericus Vitalis lib. 3. de iisdem pag. 501. *Quorum officium erat pugnare precibus & consiliis.* Eodem pæne verborum contextu idem expressit Willelmus Britto lib. 8. Philipp. p. 193. ubi de prælio ad Murellum:

Intra Murellum cum Simone contulerant se
Personæ primi multæ, pluresque secundi
Ordinis, & Cleri quam plurima turba minoris,
Arma, quibus tractare negat lex Ecclesialis,
Qui sacra doctrinæ cælestis verba pluentes,
Consilium præstant aliis, qui belligerantur,
Et bello superant inimicos spirituali,
Exemplo Moysis, &c.

Rigordus, ut Garinus Silvanectensis electus prælio Bovinensi interfuerit, commemorans: *Erat ibi*, inquit, *electus, non quidem ut pugnaret; sed armatus exhortabatur & animabat ad honorem Dei, & Regni, Regis, & ad defensionem salutis propriæ.* Nangius in S. Ludovico pag. 376. de prælio ad Beneventum: *Guido de Bellojoco Autissiodorensis Episcopus, quo nullus in agmine manu promptior, si prælationis dignitate deposita, cum aliis pugnare liceret, & qui priùs à summo Pontifice absolvendi potestatem acceperat, gratiâ benedictionis impertitâ, omnes ab omnium criminum suorum contaminatione absolvit, talem eis injungens pœnitentiam, ut in hostes ictus cum potenti dextera geminarent.* His consimilia habet Monachus Vallis Sarnei cap. 57. ubi de Episc. Cadurcensi, qui in præliis contra Albigenses, *nostros hortabatur, ut viriliter se haberent, promittens firmissimè, quòd si tam glorioso certamine pro fide occumberent Christiana, redemptionem adepti peccatorum, omni statim gloria & honore coronati, mercedem reciperent sui certaminis & laboris.* Adde cap. 63. & 72. Rodericus Toletanus lib. 8. de Rebus Hispan. c. 8. *Toletanus autem & cæteri Pontifices per singularum civitatum, & singulorum Principum mansiones verbum exhortationis & indulgentiæ devotissimè proponebant.*

Verùm etsi eo animo in castra regia sese conferrent Prælati, & in ea deductis vassallis suis, pietatis officiis vacare debuissent: interdum tamen, ut erant animi magnitudine præditi, quique ex ingenito ardore toti Martem spirarent; vel certè, ut dum milites in ipso prælii procinctu adhortarentur, ab hostium muniréntur jaculis & gladiis, loricas induebant. Sic Episc. Podiensem *vestitum lorica, & dextera manu Salvatoris lanceam tenentem*, & Cruce signatos adhortantem in bello sacro, describit Robertus Mon. lib. 7. Hist. Hierosol. Sic apud Albericum in Chron. MS. an. 1214. ubi de Prælio Bovinensi: *Frater Guarinus Silvanectensis Electus, non quidem pugnabat; sed eos animabat.* Sic Guidonem de Melloto Episc. Autissiodorensem, Legati Apostolici fungentem officio, in prælio Beneventano Gallos ad rem benegerendam excitantem, loricatum repræsentat auctor Historiæ Episc. Autissiodor. cap. 63. *Cumque — starent acies hinc inde paratæ congredi, ipse erat armis intus divinis præcinctus, & exteriùs indutus militaribus, stans super Regis exercitum, salutaris exhortationis sermone præmisso, pro ipsis animandis ad pugnam, elevata manu loricata, Apostolicâ fretus auctoritate, omnes ab omnibus peccatis absolvit.* Et mox: *In quo congressu modestiæ pontificalis non immemor, nunc acies erumpendo, nunc equos hostium gladio prosternendo, nunc clamando & animando, gestu & linguæ redimebat officio: quod in personas hostium attentare propter irregularitatis periculum forsitan exponebat.*

Gladium igitur vibrabat totus loricatus Autissiodorensis in hostium equos, non in ipsos hostes, *modestiæ*, inquit Scriptor, *Pontificalis non immemor*, cùm scilicet contra hostes præliari Sacerdotibus interdictum sit.

Pari sanè, fortean licèt generis alterius, excusatione se texit Philippus Droccensis Episc. Bellovacensis, qui dum loricatus prælio intereſt ann. 1196. ne Canonum oblitus videretur, clava hostes prosternere à Pontificali officio haud alienum putavit. Guill. Britto lib. 11. Philipp. p. 237.

Sic plerosque alios clava sternebat eadem,
Militibus super hoc titulum palmamque resignans,
Accusaretur operatus ne forte Sacerdos
Gessisse illicitam, cui nunquam talibus inter
Esse licet, nec cæde manus oculosque prophanet.

At Episc. ab hostibus capto, cùm summus Pontifex de eo liberando cum Joanne Angliæ Rege ageret, *præcepit idem Rex*, ait Matth. Paris, *ob reverentiam Papæ, ut lorica Episcopi exuta, ipsi Papæ præsentaretur, & diceretur: Vide an tunica filii tui sit, an non? Cui Papa: Non filius meus est, vel Ecclesiæ: ad Regis autem voluntatem redimetur, quia potiùs Martis, quàm Christi Miles judicatur.* Et Cælestinus ipse Pontifex Epistola ad eundem Episcopum, dum adhuc captivus teneretur: *Præsulem namque pacificum exuens Militem bellicosum induisti, clypeum pro infula, gladium pro stola, loricam pro alba, galeam pro mitra, lanceam pro baculo pastorali, ordinem rerum & seriem pervertens, temerarius bajulasti.*

Ita prorsus constat damnatos semper ab Ecclesia Prælatos ac Sacerdotes, qui præliis interfuere, licèt bellicæ virtutis nomine interdum à Scriptoribus laudentur. Sed & Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo Magno c. 34. ait, id solenne pæne fuisse Francis nostris, ut Clerici etiam militarent. *Quidam*, inquit, *Diaconus juxta consuetudinem Cisalpinorum contra naturam pugnare solitus, &c.* Admodum porrò simile vero videtur, Bellovacensem Antistitem clava usum in prælio, exemplo Christiani Moguntini Archiepiscopi, de quo ita Albertus Stadensis ann. 1172. *Christianus Moguntinus Archiepiscopus Imperialis aulæ Cancellarius & Sedis Apostolicæ Legatus, cum Brabantinis per Lombardiam & Thusciam omnia depopulans, Bononienses invasit, & in equo residens, indutus thorace, & desuper tunica hyacinthina, habens in capite galeam deauratam, & in manibus clavam trinodem, ipse in eodem prælio dicitur stravisse novem homines propria manu.*

Fuit tamen, cùm contra Paganos arma exercere fas esset, nec Canonum sancitis contrarium censuere Prælati ac Sacerdotes. Hinc passim bellis sacris, ipsisque interfuisse præliis, & in iis interdum cæsos legere est apud Abbonem lib. 1. & 2. de Bell. Paris. in Historia sacrarum expeditionum, apud Hovedenum

denum p.635. Jonvillam nostrum p. 50. 78. Roderieum Toletan. lib. 8. c. 3. 9. 10. Innocent. III. lib. 15. Epist. 180. in Epist. Blanchæ Reginæ Fr. quæ habetur tom. 5. Hist. Franc. p. 427. &c. Mitto porrò Episcopos, qui posthabitis Ecclesiæ regulis arma induere, præliisque interfuere, ut Adolphus ille Markensis Leodiensis Episcopus apud Joannem Hocsemium cap. 12.

Eodem denique servitio militari Episcopos Anglicanos, post fusum Heraldum, expugnatamque majorem Britanniam, subdidit etiam Guillelmus Nothus. Matth. Paris an. 1070. *Episcopatus quoque & Abbatias omnes, quæ Baronias tenebant, & eatenus ab omni servitute sæculari libertatem habuerant, sub servitute statuit militari, inrotulans singulos Episcopatus, & Abbatias pro voluntate sua, quot Milites sibi & successoribus suis, hostilitatis tempore, voluit exhiberi, & rotulos hujus Ecclesiasticæ servitutis ponens in thesauris, multos viros Ecclesiasticos huic constitutioni p[...]ime reluctantes, à regno fugavit.*

Id tamen haud omninò in Anglia insolens ante Guillelmi ævum videtur fuisse: siquidem Statuta Edgari Regis Angliæ, *tribus tantummodò causis, sæcularibus obtemperare præceptis* Abbates jubent, *ratæ videlicet expeditione, pontis, arcisve constructione.* At hæc fortè, subsidia militaria, non ipsa servitia spectant, à quibus sub ann. 1267. Anglici Clerici sese exuere conati sunt. Nam cùm à Rege peteretur, *ut omnes Clerici tenentes Baronias, vel laicum feudum, personaliter armati procederent contra regios adversarios, vel tantum servitium in expeditione Regis invenirent, quantum pertineret ad tantam terram, vel tenementum*: ab iis responsum est, *quòd non deberent pugnare cum gladio materiali; sed spirituali, scilicet cum lacrymis, & orationibus humilibus & devotis: & quòd propter beneficia sua tenentur pacem manutenere, non bellum, & quòd Baroniæ eorum ab eleemosynis puris stabilitæ erant, unde servitium militare non deberent*, apud Matth. Paris pag. 675. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 2. pag 339. 1008. 1009. Atque hæc de Episcoporum expeditionibus, seu obligatione eundi in *hostem*, dicta sufficiant, quæ fortè licèt prolixiora, haud injucunda fortean lectoribus erunt, cùm haud passim obvia ac trita sint.

Hostis sumitur interdum pro ea præstatione, quam tenentes ac vassalli domino exsolvunt in belli sumptus. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. c. 7. *Ost aucune fois est dit une aide de deniers, que le Prince de Normandie fet commander à fere & à lever par toute Normandie, selon la faculté & le poer de chescune personne. Et fet l'en tele aide pour aucune raençon fere, que il convient fere par le besoing & pour la necessité del Prince & des Barons. &c.* Ejusmodi porrò præstatio fiebat sæpe pro ipsa *hostis* exemptione. Vetus Inquesta apud Louvetum tom. 2. Hist. Bellovac. pag. 384. *Dicit, quòd Rex habet Communiam ad ducendam eam in chavalcatam, vel extra exercitum: & si non vult, accipit inde denarios: & audivit, quòd aliquando inde Rex accepit mille quingentas libras, & aliquando minùs.* Vide *Herebannum.*

Hostis temporalis. Capitulare 2. ann. 813. c. 9. *Habeant loricas, vel galeas, & temporalem hostem, id est, æstivo tempore*, i. tempore definito, æstate scilicet, in exercitum pergant, in eoque permaneant.

Hostiaticum, idem quod *Hostis*, seu necessitas eundi in exercitum. Charta Berengarii Regis Italiæ an. 904. apud Ughellum in Episcop. Bergomens. *Nulla denique magna parvaque publicæ auctoritatis persona eos hostiaticum facere compellat.* Statuta MSS. Caroli I. Regis Sicil. cap. 104. *La exception de hostice, laquelle nos avons sovent en nos jugemens, nos la volons determiner. Donceques nos establissons premierement, que se aucuns soit amonestez don Roy, qu'il voyse en l'ost, &c.*

Equitatio, similiter. Charta Ludovici VII. anno 1175. *Præter jacere nostrum, exercitum, & equitationem.* Alia ann. 1182. apud Hemeræum in Aug. Viromand. *Homines Virtaci debent mihi tales exercitus & equitationes, quales homines alii Viromandiæ, qui sunt in advocatiis meis.* Alia anni 1093. tom. 11. Spicilegii Acheriani: *Equitationem aut servitium exercitus, &c.*

Equitatura, eadem notione, in Spec. Sax. lib. 2. art. 11. & in Tabul. Monasterii S. Dionysii Novigenti f. 23. in Charta an. 1223. apud Hemeræum in Augusta Viromand. p. 213.

Equitatus, Tabularium Cluniacense Chron. 335. *Homines Monachorum debent equitatum & exercitum.*

Cavalcata. Statutum S. Ludovici anni 1255. c. 20. de Ballivis: *Cavalcatas extorquendæ pecuniæ causa non mandent; sed ex causa tantummodo necessaria.* Catalogus Militum, qui venerunt contra Comitem Fuxi ann. 1271. tom. 5. Hist. Franc p. 552. *Hugo de Arp[...]one Baro dicit, quòd ipse debet Dn. Regi homagium & sacramentum fidelitatis: ost seu cavalcatam ex debito non debet, &c.* Statuta Monspeliensia Petri Regis Aragon. ann. 1204. *Host & cavalcatam habet Dn. Montispessulani.* Statuta Massiliensia an. 1257. *Cavalcatæ fient D. Comiti, & D. Comitissæ, & eorum successoribus per 40. dies.* Vide Catellum in Hist. Tolosana p. 36. Chronol. Episc. Lodovens. p. 232. Occurrit crebrò in Chartis.

Caballicatio. Charta fundationis S. Severi in Vasconia apud Marcam lib. 3. Hist. Benearn. c. 8. n. 1. & c. 17. n. 5. *Nec in hostem, nec in caballicationem esse ductores.*

Chevauchea. Charta ann. 1227. ex Tabular. Campan. Thuano f. 182. *Quòd homines de Congi debent ire cum eo ad exercitum & chevaucheias.* Ibid. fol. 323. *Exemptio à custodia urbis, turris, & gabiolæ, & ab omni tolta, & demanda chevauchea, & exercitu.* Diploma Edvvardi I. Reg. Angliæ pro Prioratu de Ponte *Fermoy* in Hibernia, tom. 2. Monast. Angl p. 1045. *Absque omni servitio & exactione — & absque — canes subjurnare, homines vel equos ire, vel mittere in exercitum, vel en chevache*, id est, chevaucheiam. Vetus Consuet. Britanniæ art. 132. *Il n'appartient pas à la femme aller en ost, ne en chevauchie, où il y a fait d'armes.* Occurrit passim.

Hosticum, hostis, Exercitus, bellum, expeditio. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 68. *Si Rex in hostico, vel in ipso sit comitatu.* Perperam *hostio* scriptum pro *hostico*, in cap. 80. Chronicon Andrense p. [...] 440. *Constat, quia in hostico multa flagitia parata sunt.* Galli dicerent: *En cette campagne.* Andreas Marcianensis in Chr. an. 1096. *Eminebant in hoc Dei hostico Dux Lotharingiæ Godefridus, & fratres ejus.* Laurentius Leodiensis in Hist. Episcopor. Virdunensium: *Quamobrem ipsam villam & Ecclesiam ab hostico Episcopali contigit concremari.* Infrà. *Rainaldus tristibus auditis mox contrahit hosticum, &c.* *Hostici exceptionem opponere*, in judiciis, cùm quis excusationem pro defectu allegat, in Constitut. Sicul. lib. 2. tit. 20.

Hostem bannire, adnuntiare, denuntiare. Vide *Bannire.*

Hostiliter. Capitulare 2. an. 813. c. 10. *Et unusquisque hostiliter sit paratus, & omnia utensilia sufficienter habeant.* Capitul. Pipini Regis Italiæ c. 37. *Hoc anno veniant hostiliter in solatio, &c.* Hincmarus Laudunensis: *Et nunc in proximo, dum hostiliter omnes banniti fuissent in Regis servitium.* Annales Francor. Bertin. an. 867. *Populus autem in hostem denuntiatus ita[...] tenus paratus domi resideat, ut quòquo si necesse fuerit, & Rex demandaverit, 8. Kal. Sept. Carnutum hostiliter veniat.* Infrà: *Et reliquum populum regni sui paratum*

ratum esse præcepit, quatenus mox, ut ipse jussserit præparati, movere hostiliter possint. Anastasius Bibl. in Hist. Eccl. p. 119. *Et exercitus hostiliter cum ira motatus est.* Et pag. 146. *Exierunt hostiliter, & usque ad Longum murum venerunt.* Ubi Theophanes habet φοσσατικῶς: Galli dicerent, *En corps d'armée.*

Hostilitas, Bellum, tempus belli. Annales Franc. breves ex Monast. sancti Nazarii ann. 74. *Sine hostilitate ulla.* Ubi Annales alii, hoc an. & 781. 790. *Sine hoste fuit hic annus*; ut an. 750. *sine hoste.* Concilium Vernense anno 755. cap. 6. *Nulla Abbatissa — extra Monasterium liceatiam habeat exire, nisi hostilitate cogente.* Statutum Synodale de Treuga Dei, post Concilium Islebonense anno 1080. *Cæterùm in hac pace nullus, nisi Rex aut Comes cujus patriæ caballicationes, aut hostilitatem faciat; & quicunque in caballicatione aut hostilitate Regis fuerit, &c.* Adde Matth. Paris ann. 1070. Buzelinum in Gallo-Flandr. p. 527. &c.

Hostilitium, sumitur pro præstatione ad bellorum expensas *Hostilis exactio*, apud Hincmarum Remensem Opusculo 15. §. 14. Chartæ Ludovici Pii & Caroli Calvi Imp. apud Hariulfum in Chron. Centul. lib. 3. c. 2. & 7. *Aut paratas, aut lidimonium, aut hostilicium, aut alias quaslibet redhibitiones exigere aut exactare præsumat.*

Hostilitium solvere, quod appellabant *Matselde*, cùm boves, aut minora pecora villici mactabant, alimento dominis futura, si placuisset uti; sin minùs, pretium pro bubus offerebant. Ita Brovverus lib. 8. Annal. Trevir. p. 472. 1. Edit. ex veteri Glossario Prumiensi. Polyptycus Floriacensis: *Habet in illa villa factus, id est, mansus 60. solvit unusquisque de hostilele, id est, pro bove sol. 2. & porcos 2. aut sol. 2. &c.* Infrà: *Debet unusquisque pullos 3. cum ovis 15. de vino sext. 12. corbadas 2. unamquamque cum sex bovibus, & tertiam corbadam cum 2. pro hostilitio den. 19. pro carropera den. 3.* Polyptycus S. Remigii Remensis: Teutiagius *ingenuus solvit in hostelicia den. 8. pro bove aquensi den. 1. de ligno carros 3.* Alibi: Berlannus *solvit in carro de spelta modios 12. in hostelicia den. 8.* Occurrit ibi pluries. Charta Caroli Simplicis ann. 26. ex Tabul. S. Cornelii Compend. *Dedimus nonam de Hostilitio, & decimam de teloneo mercatus nostri.*

Hostilense, eadem, ut videtur, notione. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. p. 31. *Et de omnibus redditionibus, quæ ab hominibus memoratæ matris Ecclesiæ recipiuntur, excepto hostilense, id est, de bubus, & conjecto ad carros construendos.* Et pag. 144. *De pastione vini modios 271. de hostilense, argenti solidos 149.* Vide Acta Episcopor. Cenoman. p. 166.

Hostenditium, Hostenduciæ, Germ. *hostendienst*, Servitium bellicum, quod vassallus domino præstare tenetur: vel potiùs ea præstatio, quæ à vassallis domino fit pro *hobis*, seu belli sumptibus. Baratus è lib. 4. Feudor. tit. 48. *Constituit Conradus in hostenducis petendis, ut liceat dominis hostenducias petere, nulla præscriptione obstante. Hostenduciæ dicuntur adjutorium, quod faciunt vassalli, dominis Romam cum Rege in hostem pergentibus, quando cum eis non vadunt: verbi gratiâ in Longobardia 12. den. de modio* (terræ,) *in Theutonia tertiam partem fructuum facta computatione fructuum solummodo ejus anni, quo hostem faciunt.* Vide Herebannum, Hostis.

Hostmannus, Vir militaris, qui *hostem*, seu servitium militare debet dominò. Vide Foros Morlanenses sub finem apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. c. 1.

HOSTISIA. Vide *Hospes.*

HOSTOLENSES. Charta Caroli Simplicis, apud Catellum in Hist. Occitanica pag. 773. *Si verò infra istas vel alias villas ejusdem Ecclesiæ homines hostolenses vel Hispani fuerint, quicquid jus fisci inde exigere debet, totum ad opus sanctæ matris Ecclesiæ N. — in jure perpetuo concedimus obtinendum.* Item alia ejusdem Regis p. 777. Ac in Charta Odonis Regis, eadem p. 749. *Hostolenses* scribitur. Ubi *Hostolenses*, & *Hostellenses*, videntur dicti *hospites*, seu advenæ ac peregrini.

HOSTULARIUS *lapis*, apud Joannem de Beka in Egilbodo Episcopo Traject. 13. Locum vide in *Superaltare.*

HOTCHPOTH, vox fori Anglici, significans rerum hæreditariarum & bonorum collationem inter fratres, quorum alii vivente parente per donationem propter nuptias partem jam adepti sunt, qui si ad paternam successionem accedere volunt, tenentur res donatas in commune conferre, ut inde cum aliis fratribus, quibus nihildum in partem cessit, legitimam jure ipsis debitam auferre possint. Nostris *Rapport de mariage.* Est autem *hotchpoth* vox merè Gallica, quæ escariam ollam motatam, versatam & concussam significat, aut certè ejusmodi condimentum, quod in olla ex pluribus carnibus & aliis invicem mistis & confusis conficitur. Vide Littletonem sect. 267. 268. &c. Rastallum, & verb. *Fidelpum.*

HOTOLBENDER. Andreas Suenonis lib. 4. Legum Scaniæ c. 8. *Si qui verò ad emptionis vel alterius acquisitionis se converterit alle[gati]onem, ne bonis careant, quæ aliorum villæ sic ostensum est adjacere his, qui tali remedio possessionis commodum sunt adepti, juramentum defensionis per seipsos singulos primo permittuntur inchoare, deinde semel tantùm per undecim, quos Hotolbender lingua materna nominat, adimplere.*

HOVA. Vide *Hoba.*

HOUAWARTH. Vide *Canis.*

HOUCIA. Vide *Housia*, & *Osa.*

HOUETMANNI: Sic Judices Groningani appellantur, quos circa annum 1400. colligendo tributo per agros præfuisse, quemadmodum per urbem Consules, docet Ubbo Emmius in Groninga p. 78. 82. 173. ubi & *Cameræ Houetmannorum* meminit.

HOULKENHINE. Vide *Homehine.*

HOUSEBOTE, Lignum, quod ex indulgentia Legis conductori de conducto prædio succidere & asportare licet in ædium, sepium, aratrique sui refectionem, etiam ignis subministrandi gratiâ. Charta Feodi pag. 163. *Et habebat idem B. housebote, haybote, cartbote de arbore & boscis dicti manerii competenter, ac etiam firebote rationabile de ramis & scissione arborum, absque projectione vel cimatione earundem, & absque vasto seu destructione faciendo in eodem manerio, &c.* Vide Dugdalum in Antiquitatib. Warvvicensib. p. 665. & Rastallum in hoc verbo; & suprà in *Haia*, *Heybote.*

HOUSIA, *Houcia*, Tunica talaris, Gall. *Housse*, quam vocem vulgò tribuimus equorum instratis, vel lectariarum cortinarum stragulis. Statuta Collegii Navarræi Paris. apud Joannem Launojum in Hist. ejusdem Collegii: *Nullus habitum deferat, nisi tabaldum seu houssiam longam de bruneta, &c.* Occurrit ibi pluries. Statuta synodalia Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. an. 1298. *Inhibitum, ne Abbates, Monachi, Priores, & alii Religiosi — houcias & clochas deferre præsumerent.* Statuta Synodalia Joannis Episcopi Leodiens. *Præcipimus, quod nec monachi nigri, nec Canonici regulares in hessis* (sic in MS.) *vel tabardis equitent.* Charta fundationis Domus Dei Tornodorensis an. 1293. *Et cum domum exierint, superpellicia, vel Capas clausas, vel houcias deferant.* Occurrit ibi pluries, ut & in Ordine, quem tenet Universitas Paris. in delatione Corporum Regum Franciæ in libro viridi Novo Castelleti Paris. fol. 47.

HOWSEROBING, Anglis, est crimen supra ædium expilationem, id est, diurna irruptio in domum, vel

vel tentorium alterius, & bonorum suo ductio, dum modo aliquis in domo vel tentorio tam præsens fuerit. Covarruvias lib. 4. tit. 18. §. 23.

HR. Vide *Æra*.

HRANNE, Grex porcorum: Vox Latina ex *Hara*, quæ idem sonat, formata: unde etiamnum *Renne*, pro grege, Antuerpianis, uti habet Wendelinus: & *Rennen*, gregatim procurrere. Lex Salica tit. 2. §. 1. *Si quis porcellum de te tem furaverit de hranne prima aut mediana*, &c.

HREDIGE. Leges Adelstani apud Greateleiam c. 16. ex Bromptono: *Item diximus de illis latronibus, qui in hredige nequiunt culpabiles inveniri.* Ubi Somnerus ex textu Saxonico restituit hꝛædinᵹe, id est, *in præsens*, *in promptu*: nos diceremus, *Sur le champ*. Ejusdem Glossarium, Hꝛædinᵹe, *brevi, citò*.

HRÆFAWNT, *Hrefvunt*, Ventris seu alvi vulnus: ex Saxon. hꝛiꝼ, seu à prisco Germ. *href*, vel *hreve*, venter, alvus, & Saxon. punð, seu Germ. *vunt*, vulnus. Lex Bajuvar. tit. 3. §. 6. *Si cervella in capite appareant, vel interiora membra plagata fuerint, quod Hrefavunt dicunt, cum 12. sol. componat.* Ubi Editio Heroldi cap. 5. tit. 6. *brevavunt* habet. Lex Aleman. tit. 65. §. 25. *Si autem interiora membra vulnerata fuerint, quod Hrefvunt dicitur.* Eadem Lex Bajuvar. tit. 1. cap. 6. §. 2. *Et quanti homines ibi intus fuerint*, (sub incenso culmine) *& inlæsi de incendio evaserint, unicuique cum sua hrevavunti componat.* Ubi Editio Heroldi *brevavunta* habet: quo loco, si bene auguror, incendiarius unicuique homini componit, tanquam de vulnere in alvo accepto. Vide Notas V. Cl. Stephan. Baluzii ad Capitular. pag. 1008. 1014. 1017.

HRINGUS, *Ringus*: Ita olim Avares seu Hungari castra sua appellabant, quòd in circuli modum circumducta essent, à voce Saxon. hꝛinᵹ, & Germ. *Ring*, circulus, orbis, annulus: seu quòd revera *hringus* fuerit is *circulus*, quem & *Hagin* vocabant, intra quem se se continebant Hungari, ut in voce *Haga* docuimus: à qua quidem Germanica, deductam investiturarum formulam: *Par rain & par baston*, censet Cujac. ad lib. 2. Feud. tit. id est, *per annulum & virgam*, tametsi id jure controverti potest. Annales Francor. anno 796. *Heric & Heiricus Dux Forojuliensis missis hominibus suis cum Woinimiro Sclavo in Pannonias, Hringum* (al. Hrigun) *gentis Avarorum, longis verò temporibus quietum, civili bello fatigatis inter se Principibus, spoliavit.* Annales Eginhardi: *Spoliata Hunorum Regia, quæ Ringus vocabatur.* Et mox: *Hunis trans Tizam fluvium fugatis, eorumque Regia, quæ, ut dictum est, Ringus, à Langobardis autem campus vocatur, ex toto destructa*, &c. Poëta Saxonicus lib. 3.

Nam spoliata fuit Hunorum Regia, Hringum
Quam vocitant.

Mox:

—— *A Francis Hunorum Regia tota*
Est æquata solo, quam Hringum diximus antè.

Annales alii à Lambecio editi lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæsarea p. 379. *Pervenit ad locum, ubi Reges Avarorum cum Principibus suis sedere consueverant, quem & in nostra lingua Hringe nominant*, &c. Eadem habet Chronicon Moissiacense ann. 796. prætorquam quòd pro *Hringe*, *Kinno* præfert, ubi *Kinno* fortè est *Regia*, ex Saxon. Cẏn & Cẏnne, regius. Unde fortean etiam dicta urbs Danica *Ryngstadium*, de qua Saxo Grammaticus lib. 13.

Ex allato porrò Eginhardi loco docemur castra sua *Campum* appellasse Longobardos: quod etiam apud nos obtinet. Castra enim *Camp* dicimus. Acropolita cap. 85. Καὶ ἀπανιστάζοντες εἰς τὴν πόλιν, ὡρμηθὲν ... ἀπὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς ... ἀπὸ ... τῶν Λατίνων. ... ἄλλων ... ἐκάστη ...

HROCCUS. Vide *Roccus*.

HROPANT. Lex Bajuvar. tit. 3. §. 8. *Si cum per vim implexaverit, & non ligaverit, quòd Hropant dicunt*, &c. Ubi Editio Heroldi, *Irobateu*, alius Cod. *hroupant*, præfert. Spelmannus: *Rape*, Angl. ꞃiꝼe, Saxonibus, *raptus*: & si *hropant* referatur ad *ligaverit*, sensus perspicuus est: sin ad *implexaverit*, quod rectius videtur, alius quærendus est, & hic me fugit, nisi dicatur ex Saxonico ꞃaepan, *intercipere*.

HUANUS, Avis species, quæ in altum volat, apud Fridericum II. lib. 2. de Venat. cap. 54.

HUBA, *Hoba*, *Hova*, *Hobunna*, &c. Modus agri cum habitatione coloni: *Colonia*, uti exponitur in *Hobunna*, mox: *Prædium*, uti in veteri Membrana apud Brovverum lib. 3. Antiq. Fuldens. c. 11. *Numerus mancipiorum 254. villarum 23. prædiorum, seu hubarum, 170.* Alia apud eundem p. 266. *Optimos eorundem sibi excepit mansos, eosque pro beneficiali jure in suos hæreditavit filios, ita ut aliqua villicatio plures amplexa est hobas, quam retineret.*

Tradit Vadianus *Hobam fundi partem significare, maxime pascuam*, hodieque vulgò *Huob* appellari. Glossarium Latino-Theotiscum *mansum*, cum *hoba*, confundit. At ex infrà laudandis Chartis aliud fuit *hoba à manso*: siquidem *mansus* aliquot *hobis* interdum constitit: sed & *hobas* ut plurimùm *terra arabili* constitere, interdum & silvis.

Germani *hofas*, seu *hovas*, solitarias colonorum ædes vocant, ut est apud Gretzerum in Dissertat. seu Appendice de Aureato p. 558. Kiliano perinde, *hof*, veteribus & *Hoeve*, recentioribus est villa. Freherus in Constitut. Adolphi Imp. de Insulis Rheni, ait, *à veteribus* Germanos appellasse, quod Latini inferioris ævi *Curias*, *Parlamenta*, *Placita generalia*. *Hubæ totales*, in veteri Charta à Gevoldo edita cum Chronico Reicherspergensi pag. 40. *Descriptio hubarum & pensionum ad curiam Furde pertinentium*, apud Freherum in Orig. Palat. pag. 39. Adde Acta Murensis Monast. pag. 65. & Chartas aliquot in Chron. Laurisham. pag. 69. 89. in Antiq. Fuld. Brovveri pag. 260. in Diplomatib. Ottonis M. à Meibomio editis pag. 118. in Tradit. Fuld. pag. 604. Metropoli Salisburgensi passim, &c.

Hoba. Charta Alamannica 18. Goldasti: *Dedit — 5. hobas de terra arabili, & casis cum curtis*, &c. Alia Ansfridi Comitis apud Miræum in Notit. Eccl. Belg. pag. 52. *Hoc est mansum indominicatum cum ædificiis & omnibus utensilibus, habentem hobas 3. hobas serviles 10. & silvam*, &c. In Charta seq. *Hoc est, hubam indominicatam unam, serviles 9.* &c. Adde pag. 77. Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 42. *Unam hobam, & ad eam pertinentem arialem, cum integra ædificii structura*, &c. Tradit. 66. *Duas hobas, unam in silva, & alteram in terra.* Lib. 2. tradit. 81. *Et duas hobas, unam in campis, & alteram in silvis.* Lib. 1. trad. 84. & lib. 2. trad. 117. *Duas hobas terræ arabilis.* Adde lib. 1. trad. 22. 30. 36. 42. lib. 2. tr. 31. 47. 77. & Stangefol. lib. 2. Annal. Westphalic. pag. 185.

Hubæ regales, in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 105. 138. 139. 145. &c.

Houba, in Testamento Herberti Comitis Viromand. an. 1059. apud Joan. Carpentar. in Hist. Cameracensi non semel, & in Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 21. 24. 32. 147. 151. 156. lib. 3. trad. 38. 39. 71. 75. 157. 177. lib. 3. trad. 28. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 105. &c.

Huaba, in Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 26.

H. ba, in Chronico Reichersperg p. 204.

Hoba, apud Carpentarium, & in Trad. Fuld. lib. 1. tradit 69.

Hova. Variæ Chartæ Germanicæ apud Henschenium ad Vitam S. Ludgeri Episc. Mimigard. Una anno 793. *Tradidi partem hæreditatis meæ Ludgero Abbati in villa, — id est, illam hovam integram, Af angghova, cum pascuis & perviis, & aquarum decursibus, & sacra in silva juxta formam hovæ plenæ.* Alia an. 797. *Hæc autem pars tertia hæreditatis meæ tribus in locis consistit: in pago Hisloi, in villa, quæ nuncupatur Oczanni, hova una, quam proserviunt liti mei: in pago verò — in villa — hova altera, & in eodem pago hova tertia, & sexta pars hovæ quartæ in villa, quæ appellatur, &c.* Alia an. 799. *Terra aratoria illius hovæ, quæ dicitur, &c.* Adde Chartam Arnulphi Imp. post Chron. Gerbrandi à Leydis p. 372.

Hovia, Villa, vel curtis. Chronicon Montis S. Agnetis c. 26. *Damnum magnum habuimus in hovia nostra ex inundatione aquarum.*

Hobunna, eadem notione, Colonia, prædium. Tradit. Fuldens. lib. 2. trad. 21. *Id est, in supradicto loco novem trado colonias (hoc sunt hobunnæ) integras cum omnibus adjacentiis, &c.* Adde lib. 1. trad 1. 119. lib. 2. trad. 32.

Hubarum magister, Dignitas quædam in Austriæ Ducatu, qua donatus quidam Baro Austriacus *Joannes de Tyrnavia*, ann. 1384. in Privilegiis Academiæ Viennensis in Austria, apud Lambecium. De illius functione mihi non liquet.

Hovastat, quasi *hove stade*, Domus hovæ, quæ in hova extructa est. Tradit. Fuldenses lib. 2. trad. 17. *Ego ab ipsis unam arialem, id est, hovastat, cambiavi, id est, mutavi, in illa, quæ dicitur, &c.* Et trad. 20. *Quid sit extra unam ariam em, id est, hovastat, &c.*

Hobarii, Hobarum possessores, vel *coloni*. Charta Anshelmi Abbatis Laurishamensis apud Freherum de Orig. Palat. p. 38. *Aream & vineas hobariis atque curtariis — concessi: — ut cum aliquis hobariorum obierit, hæres ejus tantùm 5. s. tribuat, &c.* Occurrit ibi pluries. Acta Murensis Monast. pag. 37. *Hombarius autem, qui plenum habet mansum, debet singulis annis dare 4. maltra de spelta.* Et pag. 38. *In festivitate S. Sergii dabunt hobarii, qui extra silvas domos habent, lineum pannum, &c.* Mox rursum *hombarii*; sed legendum *houbarii*.

HUCA, Ricinium, quo scil. mulieres olim caput operiebant & velabant: *Huque*, uti etiam appellatur in Flandria. Statuta Massiliensia MSS. anno 1276. *Huca cum caputio vel almussa cum pennis. — Huca cum sendato & caputio vel almussa. — Huca de panno serico, vel de camelotto cum cendato. — Huca frezata.* Viris etiam attribuit Jac. Valerius in Tractatu MS. *du Droit d'armes & de Noblesse: Ceux, qui ont tournoié sous les bannieres envoroit soi, sont vestus de pourpoints pareils avec henques d'orfaverie, ou autres habiliemens.* Et Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Armetz luisans, briquoquetz, capelines,
Hucques de pris, tres-riches mantelines,
Venans sans plus jusqu' au dessus des saudes.

Vide Monstrelletum 1. vol. c. 155. 3. vol. p. 74. Theatrum Honoris Vulsonis *de la Colombiere* pag. 71. & V. Cl. Ægidium Menagium in Originib. linguæ Francicæ.

HUCCIARE. Vetus Placitum ann. 17. Ludovici Pii, editum à V. Cl. St. Baluzio in Append. ad Capit. n. 34. *Et perquisierunt terminos de ipsa villa, archas, & fixorias, & vindenates. Nos vidimus tenantes, & in omnibus hucciando truncato mantildo Oderius comparatus, & Ababdela, qui vocatur Mararn, &c.* Nostris *Hucher*, est clamare, aliquem vocare.

HUCHIA, Arca, vel cista lignea oblonga, vox Picardis nostris nota, *Huche*. Leges Burgorum Scoticor. c. 125. *Item habebit cistam, bucham, aratrum, &c.* Nescio, an huc pertineat? quod habent Schedæ MSS. *Uns peletiers ne doit huche, se il n'a six garnemens ou plus: & ce garnemens ne doit tonlieu.* Usatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *Si aucune porte huche ou buffet à clef hors de la ville, il doit 4. den.* Vide in *Retorta*, & *Hutica*. Ab *huchiarum* forma dictæ fortasse naves, quas *Huches* vocat Monstrelletus 1. vol. cap. 243.

HUDEFEST. Vide *Heordfest*.

HUDEGELD, ex Saxon. hyδ-ʒyld, Cutis vel corii pretium, quo sensu quis dicitur *corium redimere*, cum à flagellationis pœna, soluta pecunia, se eximit; ex hyd, corium, & ʒyld, mulcta. Fletæ lib. 1. c. 47. §. 20. *Hudegeld*, significat *quietantiam transgressionis, illatæ in servum transgredientem.* Id est, *à servo, qui forisfecit.*

HUERNUM. Charta Eduardi Confessoris anno 1044. in Monastico Angl. to. 2. p. 901. *Præterea addidi loci illi infra Londoniam partem terræ de terra illa — cum huerno eidem terræ pertinenti.*

HUTSIUM. *Hutesium*. Multitudinis clamor inconditus, quo ut plurimùm quempiam insectatur: ex Gallico *Hus*, formato ex ipso sibilo, quo quis aliquem explodit: *Huer* & *Huée* etiamnum dicimus. Vita Ludovici Pii anno 840. *Quibus id agentibus, — conversa acie in sinistram partem, indigando quodammodo, virtute, quanta potuit, dixit bis, Hutz, Hutz, quod significat, Foras, Foras. Unde patet, quia malignum spiritum vidit, &c.* Ita *hus* de clamore militari confuso ac incondito usurpat non semel Villharduinus n. 89. *Et li hus ere si grans, que il sembloit, que terre & mer fondist.* N. 127. *Li hus de la noise fu si grans, que il sembla, que terre fondist.* Et n. 212. *Et fu li uz & la noise grans. Le Roman de Florimon:*

Quant se furent entretenu,
Le cri leverent & le hu.

Monasticum Angl. to. 2, pag. 832. *Unde verbera, hutesiæ clamores, querimoniæ, sanguinis effusiones emergere possent.* Fleta lib. 3. cap. 7. §. 6. *In coactionibus oportet, quòd coactus statim cùm evaserit, clamorem, strepitum & hutesium faciat & levet.* Sed apud Practicos Anglicos

Huesium, uti scribitur in Legibus Malcolmi II. Scotiæ Regis cap. 15. §. 1. 2. & in Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 21. §. 9. seu, ut apud alios passim

Hutesium, sumitur pro eo multitudinis clamore incondito, quo latronem, aut capitalis criminis reum, seu in ipso crimine deprehensum, seu fugientem ac latitantem, pagani omnes tenentur insectari ac prosequi, donec comprehendatur, & in judicis manus tradatur: ita ut ex iis quispiam defecerit, id est, reum clamore insectatus non fuerit, mulctis subjaceat, ut est in Legibus Canuti Regis Saxonicis §. 26.

Id apud Francos nostros à primæva regni origine obtinuisse, satis colligitur ex Decretione Chlotarii II. Regis c. 16. *Si quis ad vestigium minandum, vel latronem persequendum admonitus venire noluerit, quinque solidis condemnetur.* Ubi *vestigium minare*, est *per vestigium sequi*, ut est in Lege Salica tit. 39. Adde cap. 1. & 2. ejusdem Decretionis. Capitula Caroli C. tit. 11. c. 5. *Commendaverunt etiam, ut si alicui denunciatum fuerit, ut ad accipiendum latronem adjutorium præstet, aut aliquis sonum inde audierit, ut ad latronem accipiendum concurratur, & se inde retraxerit, ut ad hoc adjutorium non præstet, si liber homo fuerit, bannum dominicum componat; & si colonus fuerit, ictus accipiat.* Ubi *sonus*, idem est quod apud Anglos, *huesium levatum*. Similia habentur tit. 39. c. 2.

Mulcta

Mulctæ autem pro latrone non ſecuto, apud Anglos vocantur *Amerciamenta* pro *huteſio non levato*, vel *levato & non ſecuto*, in Fleta lib. 1. cap. 20. §. 114. vel *de huteſiis levatis injuſtè, vel ſi juſtè, tunc non proſecutis, qui ea levaverint, & per quos deficit ſecta*. Lib. 2. cap. 52. §. 16. & lib. 1. cap. 34. §. 2. *Ideò excipere poterit & dicere, quòd ſecta non fuit bene facta, eò quòd ſtatim huteſios non levavit: & ſi levavit, illud tamen non ad villas vicinas & propinquiores non manifeſtavit, nec ſcelus illud Coronatoribus vel aliis Ballivis Regis non oſtendit; ſed inde ſubticuit* &c. Adde Will. Thorn. p. 2022.

In Anglia quippe, ut eſt apud Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 1. §. 1. *Omnes tam Milites, quàm alii, qui ſunt 15. annorum & ampliùs, jurare debent, quòd utlagatos, murdritores, robbatores, & burglatores non receptabunt, nec eis conſentient, nec eorum receptatoribus: & ſi quos tales noverint, illos attachiari facient, & hoc Vicecomitibus & Balivis ſuis monſtrabunt, & ſi huteſium & clamorem de talibus audierint, ſtatim audito clamore ſequantur cum familia & hominibus de terra ſua.* Ibidem cap. 10. §. 1. *Quia ſunt quidam, qui ſtatim fugiunt poſt feloniam, & capi non poſſunt, ſtatim poſt tales levetur huteſium, & fiat poſt eos ſecta, de villa in villam, quouſque malefactores capiantur, alioquin tota villata in miſericordia Regis remanebit.* Adde Fletam lib. 1. cap. 27. §. 1. Statuta Willelmi I. & Roberti I. RR. Scotiæ locis laudatis, & Additamenta ad Matth. Pariſ. p. 149. 150.

Hueſium igitur, ſeu *Huteſium*, fuit inconditus clamor; atque ita appellatur in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 65. *Si quis audito clamore non exierit, reddat Overſeneſſam Regis, aut planè ſe ladiet.* In Regiam Majeſt. lib. 4. c. 5. §. 3. *Clamor aut vox popularis, clamor viciniæ, quod à vicineto laveretur. Sequela clamoris*, lib. 4. c. 15. *Lever huy & cry*, apud Brittonum p. 54. v. *Clamor violentiæ*, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 71. §. 3. Ex quo id moris etiam in Germania obtinuiſſe docemus: *Arma licitè ab his feruntur, qui violentiæ ſequuntur clamorem. Clamorem autem violentiæ omnes ſequi tenentur, qui annos diſcretionis habent, & gladiis accingi poſſunt, &c.*

Aliud tamen eſt *clamor*, aliud *hueſium*, etſi ſæpe confundantur. Leges foreſtarum Scoticar. cap. 15. §. 4. *Et ſi non poſſit* (capere) *debet levare huy & croy.* Et c. 22. *Debet levare hoy & cry.* Ubi *cry*, eſt *clamor popularis*; *huy* verò videtur eſſe clamor cum cornu. Junguntur autem, quia uterque clamor adhibebatur. Will. Thorn. cap. 25. §. 9. *Venit cum clamore & huteſio.* Ita in Mandato de Juratis ad arma: *Vigiles levent huteſium ſuper eos undique, & eos inſequantur cum tota villata & vicinis villatis cum clamore & huteſio de villa in villam, donec capiantur.* Regiam Majeſt. lib. 4. cap. 23. §. 2. *Si quis latronem in damno ſuo invenerit cum furto, clamorem ſuper illum ſtatim levare debet cum cornu, vel cum ore, ſi cornu non habeat, cum alio clamore in vicinia*, &c. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 4. §. 2. *Debet levare cornu ſuper illum de illo deforciamento.* Monaſticum Anglican. tom. 1. pag. 818. *Et arrepto cornu circuivit Abbatiam bis vel ter, levando huteſium ſuper Abbatem & conventum.* Knygthon. an. 1326. *Omnes, qui poterant cornu ſufflare, vel vocem huteſii emittere, &c.*

Clamoris uſus, ſeu *huteſii levandi* ſuper reos obtinuit etiam in Gallia. Extat enim Statutum pro urbe Pariſienſi, inter Judicia, Conſilia, & Arreſta expedita an. 1274. in Parlamento Aſſumpt. B. M. in quo *ordinatum fuit per Dom. Regem, & ejus Conſilium, quòd quotieſcumque melleia, vel domorum fractio, raptus mulierum, vel aliud conſimile maleficium Pariſius acciderit, omnes vicini & alii, qui hoc ſciverint, ſtatim exeant ad impediendum malum pro poſſe ſuo, & ad arreſtandum & capiendum malefactores, quos ſi arreſtare vel capere non potuerint, levent clamorem, ad quem omnes, qui illum audierint, currere tenentur: & hoc proclamabitur ad bannum, & transgreſſores & inobedientes graviter puniantur.* Quibus adjungenda videntur, quæ in hanc rem habet Philippus *de Beaumanoir* in Conſuetud. Bellovacenſi MS. c. 67. *Li jugemens eſt bons, & le couſtume & bonne, qui quort en Beauveſains, en ce que caſcuns pot, & doit penre les malfeteurs à Juſtice, & ſans juſtice: & eſpecialement les larrons & les bannis, & les amandés, & tos cus qui s'enſivent por quelque cas que ſe ſoit, quand cas eſt apers, eus & loiſt à tos à penre les vis, s'il poent, & mener en main de Juſtice: & ſe li malfeteur tornent à defenſe, & on les occit en prenant, on n'en doit rien demander as preneurs. Car mis vaut qu'il ſoient ocis qu'il eſcapent. Et pluſors fois avons nos commandes en nos aſſiſes que tuit ſaillent as cris qui avenront, & que caſcuns mete paine en arreſter les malfeteurs deſſuſdits, &c.* Obtinuit etiam in Hiſpania, maximè in Navarra, mos idem, reos ac malefactores perſequendi: apud eos enim ineuntur ſocietates, quas *Hermandatas*, quaſi *Fraternitates*, Navarri; *Junctas*, quaſi *Uniones*, Aragonii vocant: quibus, qui adſcripti ſunt, quoties aliquod gravius delictum admittitur, facto ad ſonitum æris campani concurſu (*ab crit & repic de campanes*, ut habet Charta ann. 1452.) de compacto in illos impetum facere, reoſque judicibus ſiſtere tenentur. Extat in hanc rem Ferdinandi Aragonii Caſtellæ Regis Edictum, apud Medinam *de las Grandezas de Eſpana*, part. 2. cap. 72. cujus ſummam delibavit Antonius Nebriſſenſis Decade 1. Rer. à Ferdinando & Elizabeta geſt. lib. 6. cap. 3. *Hermandati* etiam meminit Marinæus Siculus lib. 19. de Reb. Hiſpan.

Sed & ab *Huteſio*, vox *clamor*, apud Practicos Gallos, Anglos, Italos, &c. uſurpari ex hoc uſu cœpta pro rei alicujus vindicatione, quam etiam *Calumniam* vocabant: quòd qui rem repetebat, *levato clamore*, coram teſtibus ac concivibus ſuam eſſe aſſereret, ſibique reſtitui poſtularet: quod etiamnum faciunt Normanni noſtri, apud quos rei vindicatio *Clamor de Haro* dicitur, de quo ſuprà egimus.

Hueſium & Huteſium, ſæpe ſumitur præterea pro ea juriſdictione ac cognitione criminum, de quibus *clamor levatur*, in Monaſtico Anglic. tom. 10. p. 767. tom. 2. p. 293. 345.

Secta & Sequela Utheſii, cum hutheſio levato, loci incolæ ſequuntur malefactores. Vetus Charta in Additamentis ad Matth. Paris p. 150. *Quòd ſectæ de utheſiis fiant ſecundùm antiquum debitum modum, ita quòd negligentes, & utheſium ſequi nolentes capiantur, tanquam conſentientes malefactoribus, & liberentur Vicecomiti, & inſuper in qualibet villa provideantur 4. homines, vel 6. ſecundùm quantitatem villæ ad viceſiæ promptè & inſtanter proſequenda, & ad malefactores proſequendos, ſi ſupervenerint, &c.* Ubi perperam editum *viceſia*. Regiam Majeſtatem lib. 4. c. 15. *Si quis catallum aliquod furatus fuerit, & ſequela clamoris viciniæ ſequatur eum, &c.* Bracton lib. 3. tract. 2. c. 10. §. 1. *Quia ſunt quidam, qui ſtatim fugiunt poſt feloniam, & capi non poſſunt, ſtatim poſt tales levetur huteſium, & fiat poſt eos ſecta de villa in villam, quouſque malefactores capiantur, alioquin tota villata in miſericordia Regis remanebit.* Leges vernaculæ Guillelmi Noti c. 5. *Cil ki prendra larun ſans ſuite & ſans cri, &c.* Charta Odardi Dom. Hamenſis ann. 1328. *Se aucuns meffais eſt fais en ladite ville, lidis Maire & Juré porront ſuir le malfaiteur par toute la terre dudit Seigneur à frecque pourſuite, & aveuc duell.* Infrà: *Si toſt comme lidis Sires, ou ſi hoir ſeront enfourmé de la frecque pourſuite, rendre le deveront auſdis Majeur & Juré, &c.* Vide *Hermendatus*.

V. hag. u..., pro *Utesium*, in Charta Henrici III. Reg. Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 65.

HUGONENSIS *solidus*, in Tabulario Narbonensi sub ann. 1126.

HUISSERIUM, *Usseria*, *Usserius*, *Usarta*, *Ussers*, Hippegus, navis, qua equi transvehuntur, *Linto* Genuensibus, *Palandrea* Turcis dicta, ut auctor est Remigius Nanninus. Sidonius in Panegyrico Majoriani:

—— Pars jam lintre cavata
Indociles exponit equos.

Philippus Mazerius in Vita S. Petri Thomasii Patr. CP. n. 87. *Videlic. 60. navigia, inter galeas, huiseria, & alia navigia militum armatorum.* Et n. 91. *Inter galeas, huisseria, ligna, naves, & alia navigia.* Godefridus Mon. S. Pantaleonis an. 1224. 50. *naves fecit fabricari, quæ Usseriæ nuncupantur, quarum magnitudo tantæ capacitatis erat, ut duo millia Militum cum dextra us suis, & omnium armorum suorum pertinentiis, & prætcrea decem millia aliorum hominum valentium ad pugnam & ad bella cum armis suis in eisdem usseriis valeant transferri.* *Usarias*, alio loco appellat. Tractatus inter Venetos & Principes Christianos contra Turcos an 1334. qui extat apud Joan. XXII. PP. to. 9. part. 2. Ep. secr. p. 137. *Item supponitur, quòd Rex Siciliæ non omittet, quòd faciet 4. usserios & 4. galeas.* Utitur & Caresinus Scriptor Venetus an. 1378. *Usarii* in Epistola Comitis S. Pauli de Expugnat. CP. *Quilibet usarius mangonellum suum habet erectum.* Ubi Caspar Barthius ad Philippid. pag. 517. *usarios* pro hominibus accepit. *Vuissiers* passim dicuntur Villharduino, *Wisers* Hovedeno, *Uffers*, perperam, pro *Wissers*, Bromptono sub an. 1190. *Rex Tancredus dedit Regi Angliæ 4. magnas naves, quas vocant: Visers, & 15. galeas.* *Usciert*, apud Jo. Villaneum lib. 7. c. 57. lib. 8. c. 49. lib. 9. c. 92. lib. 10. c. 107. & Ricordan. cap. 206. *Usiheri*, apud Aug. Justinian Episc. Nebiens. in Annal. Genuens. anno 1293. Petrus IV. Rex Aragon. in Chron. lib. 3. c. 10. *E eren ne les set uxers grosses, qui portaven cavalls, & vint naus grosses appellades naus de Covent &c.* Adde c. 11. 12. lib. 4. c. 4.

Vocis etymon doctissimis viris Vossio, Somnero, & aliis hactenus incompertum, à nobis indicatum in Notis ad Villharduinum: ubi usserias sic appellatas observavimus, à vocabulo Gallico, *Huis*, quod *fores* aut *valvas* significat, quibus ostium clauditur, cùm ejusmodi hippagones, receptis equis, foribus ad puppim occluderentur, ne maris unda navim occuparet. Idque ex Joinvilla, ipso Villharduino, & Will. Tyrio lib. 20. cap. 14. satis superque docuimus, in Notis ad eosdem Villhard. & Joinvillam. *Huis* verò vox pro *foribus* deducta videtur à Sax. huꝩ, & Germ. *Huys*, domus, ædes. *Le Roman du Rou MS.*

Tel cuide de l' ostel issir,
Qui à l' us ne pot avenir.

Sed & etiamnum *Huissieres* appellamus leviores illas fores, quæ velis obducuntur, aut cancellis, cujusmodi fuere *Cancelli forenses*, ad quos, qui stare solent ostiarii, *Huissiers* etiamnum dicuntur. Computum Steph. *de la Fontaine* Argentarii Regis ann. 1351. *Pour 10. sergettes vermeilles pour mettre aux huissieres & fenestrages de la Chambre du Roy.*

HULDA, Hominium, veteri Scriptori apud Brouverum lib. 17. Annal. Trevir. p. 957. 1. Edit ex Germ. *Hulde*, fides, fidelitas, obsequium. Vide Vitam Balduini Lutzemburg. Archiepisc. Trevir. lib. 1. cap. 5. lib. 2. cap. 3. to. 1. Miscellan. Baluzii.

HULLÆ, Carbones ex terra nigra, quibus fabri utuntur, Leodiensibus, apud quos primùm reperti dicuntur sub ann. 1200. hodie *Houlles*. Brusthemius ann. 1198. *Carbones, quos Galli Hullas vocant, inventi sunt juxta Leodium in monte publico.* Adde Ægidium Monachum Aureæ Vallis in Episcopis Leod. cap. 95. & M. Chronicon Belgicum an. 1201. Hÿlle Saxonib. est *carbo*; hinc Coleꝩ-hÿlle, *Collis carbonis*, apud Silvestr. Giraldum de Expugn. Hibern. lib. 2. cap. 30. Vide *Carbo*.

Hullarii, Qui ejusmodi carbones eruunt. Radulphus de Rivo in Episcop. Leod. cap. 1. *Gregariorum militum, — quorum plurimi erant hullarii.* Cap. 23. *Hullarii Leodienses.* Hinc traducta vox apud nostros pro calonibus & prædatoribus in militaribus castris, vel nebulonibus. Poëta MS. infimi ævi, post Summam Willelmi Brittonis, ex Bibl Collegii Navarræi:

Sunt per quæ cunctis obstant anathemata juris,
Pseudo-pugil, nebulo, meretrix, fur, saltria, leno,
Et decii factor, hoularia vilis & actor.

Vetus Interpres Gallicus MS. Novellarum Justiniani, Nov. 16. de Lenonibus: *C'est tuvres est des houliers & des meschines, & des lescheors, &c.* Petrus *de Fontaines* in Consilio, c. 16. extremo: *Ne à un ribaut, ne à un houlier contre celuy, qui est de bone vie.* Guil. *Guiart an.* 1204.

Houlier, & ribaut, & paillart,
Qui toujours la guerre commencent
En Normandie se relancent.

Idem 1214.

Houliers & ribaus & garçons,
Dont l' erre ne r' est pas ferie,
Font tele noise & tele crierie, &c.

Et an. 1304.

Houliers & ribaus de Champaingne
Qui sont si liez & si gaillart,
Et ribaus de four & paillart,
Qui gaaingner en guerres attendent,
Par les chans ça & là s' espandent.
Volentiers d' aller en feurre.

HULLA, Navis species, oneraria, Flandris, *Hulke.* Thomas Walsinghamus p. 394. *Commisit cum eis, & cepit tres caricas, & unam hulkam, & 4. balingarias.* Vide *Hucia*.

HULLUS. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 291. *Habendum & tenendum dictam pasturam in hullis & holmis, &c.* Anglo Saxonibus hull, & hill, est mons, collis: *Holmus* vel *hulmus*, locus depressior aquis irriguus. Vide *Hulmus*.

HULMUS, *Holmus*, Anglis, Danis, Germanis, *holm*, vel *holme*, Clivus, monticulus, collis. *Holm*, (inquit Lelandus in Commentar. in Cygn. Cant.) *eminentis loci, interdum & silvosi, & aquis circumsepti verticem aut eminentiam exprimit.* Addunt Camdenus in Insulis Britannicis, & Spelmannus, interdum *holmes* dici depressiores & herbidas planities plurimis rivulis & aquarum divortiis circumfusas: quomodo videtur usurpare Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 680. *Tres dalos prati, & unum hulmum, & aliquos sospites.* Et tom. 2. pag. 292. *Habendum & tenendum, dictam pasturam in hullis & holmis in separabilitate, &c.*

HULSAAR. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scanicarum c. 23. *Si verò descendat* (vulnus) *ad interiora, puta in capite usque ad cerebrum, in pectore usque ad jecur, vel pulmonem, in ventre usque ad viscera, quod vulnus* Hulsaar *dicitur in vulgari, duplo majorem & satisfactionem exigit & defensionem.* Vide *Wadesaar*.

HUMANITAS, Cibus, potusque humanitati sufficiens, Varroni. Hinc *humanitatem tribuere*, apud S. Maximum Taurinensem homil. de Non timendis hostibus carnalibus. *Humanitatem dare*, in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 1. §. 4. 5. 6. *Humanitatem ministrare*, apud Marculfum lib. 1. form. 11. quæ est tractoriæ;

ctoriæ: *Ideò jubemus, ut locis convenientibus eis ... à vobis evectio simul & humanitas ministretur: hoc est, veredos, seu paraveredos tantos, panis nitidi modios tantos, &c.* Charta Caroli Calvi an. 858. pro Monasterio S. Mariæ Suession. *Delegavi nus decimas omnium rerum de tota Abbatia, & earum, scilicet rerum, quæ in terra coluntur, vel quæ hominum studio ad humanitatis usum habenda nutriuntur, & per curam Præpositi aptis vehiculis ad Monasterium ducuntur: & ne aliquando quicquam necessarium deesse possit hospitibus, & omnis humanitas supervenientibus exhibeatur, &c.* Lex 7. Cod. de Custodia reor. *Judices omnibus dominicis diebus productos reos custodia carcerali videant, interrogent, ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur.* Ubi Anianus: *Ut eis à Christianis, vel à Sacerdotibus substantia, vel alimenta præbeatur.* Vide S. Ambros. de Tobia cap. 14. Senatorem lib. 7. Epist. 33. & Martyrol. vetus 5. Kl. Aug. in S. Pantaleon. Eadgarum in Legibus Monachorum Hydensium cap. 13. Udalricum lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 21. &c. Adde Capitulare Aquisgranense an. 817. cap. 17.

HUMERALE, idem quod *amictus*, vel *superhumerale*, Vestis *Clericalis*, Sacerdotalis & Pontificalis, de qua suo loco. Gloss. Lat. Gall. *Humerale, Espaulière, Ephot.* Alcuinus lib. de Divin. Offic. cap. Quid significent vestimenta: *Post sandalia in Ecclesiæ vestimentis sequitur humerale, quod fit ex lino purissimo, &c.* Hugo à S. Victore lib. 1. de Sacram. c. 45. *Humerale sive amictus.* Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 55. *Et aliquot super humerale, id est amictum.* Ordo Romanus: *Fratres in chorum ordinatim convenire debent humeralibus & albis, apud quosdam autem casulis induti:* Alio loco: *Anabolagium, id est, amictum, quod dicitur Humerale.* Hildebertus Cenomanensis de Officio Missæ:

——Scapulas humerale tegebat
Præsulis intrantis interiora sacri.

Acta Murensis Monast. p. 29. *Septuaginta albæ cum totidem humeralibus & cingulis.*

Humerarium, pro *humerale*, in Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 1016. apud Antonium *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. *Indumenta Sacerdotum & Levitarum, cum balteis & horarariis aureo texta, visinia, (bissina,) purpurea & linea, in admonitione conversorum signos & campanas, &c.*

HUMIGARE, Humidum reddere, Gallis *Humecter.* Vindicianus Comes Archiatros. *Post hæc à me æger ad balnea mittitur, ut lavacro ejus siccitas humigetur.*

HUMILIARE, Dehonestare. Concilium Triburiense anno 895. cap. 41. *Frater verò ejus, suadente diabolo, adamatus ab ipsa, clanculum eam humiliaverit, & violatam reddiderit, &c.* Andreas Suenonis lib. 13 Legum Scaniæ cap. 3. *Ubicunque quispiam licet solus violenter vel virginem humiliaverit, vel coram tam oppresserit, &c.* Ita *humiliationem* pro opprobrio & dedecore cuipiam illato usurpant S. Columbanus de Pœnitentiarum mensura cap. 28. & Cumeanus in Pœnitentiali cap. 3. Vide *humilitas.*

Humiliare se, Per adorationem inclinare se, genua flectere. Gloss. Græc. Latin. MS. προσκυνῶ, *Humilio.* Anastasius in S. Marcello PP. *Comprehensus à Maxentio, ut negaret se esse Episcopum, & sacrificiis se humiliaret dæmonum.* In S. Joanne PP. p. 35. *Tunc Justinus Augustus dans honorem Deo, humiliavit se pronus, & adoravit beatissimum Papam Joannem.* Et in S. Agapeto p. 38. *Tum piissimus Augustus Justinianus gaudio repletus, humiliavit se sanctæ Sedi Apostolicæ, & adoravit Beatissimum Papam Agapitum.* Charta Charitatis Cistercienfis Ordin. cap. 2. *Ubi verò consede-*rint, *humiliet se mutuò.* Usus antiqui ejusdem Ord. cap. 68. *Incedat per medium chorum cum gravitate, humiliatus se contra Abbatem.* Cap. 70. *Humiliet se profundè de loco suo versus Abbatem.* Vita MS. S. Romani Presbyteri: *Ut autem ad eum venit, humiliavit se coram eo, &c.* Vide Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. c. 5.

Humiliatio, Capitis inclinatio, vel genuflexio. Regula S. Donati cap. 26. *Si qui tertiam ... fuerit, quæ humiliationem in synaxi, id est, in cursu oblita fuerit, hæc est humiliatio in Ecclesia post finem unius cujusque Psalmi.*

HUMILIATI, ita dicti in Italia, maximè in Lombardia, viri quidam ac mulieres regulariter, & in congregatione viventes, eo quòd in panis ... & ... habitus, (quem album fuisse ajunt,) & gestus exterioris compositione, & morum gravitate, & in omnibus verbis & operibus suis magnum ostenderent humilitatis exemplum. Ita Jacobus à Vitriaco in Hist. Occident. cap. 28. qui plura de eorum Institutis refert. Hunc postmodum Ordinem, cujus initia quidam à Friderici I. alii ad Conradi, alii denique ad ejusdem Conradi successoris Henrici tempora referunt, Lucius Papa, quòd ejusmodi Humilitati hæreticis dogmatibus, ac superstitiosis observationibus addicti deprehensi essent, abrogavit: confirmatis postmodum ab Innocentio III. in eorum & Pauperum de Lugduno, quorum Ordo pariter est damnatus, locum, Ordinibus Fratrum Minorum & Prædicatorum, ut auctor est Conradus Abbas Urspergensis sub ann. 1212. Vide Hieronymum *dalla Corte* in Hist. Veronensi lib. 10. pag. 586. ubi de Humiliatorum primordiis, pluribus agit, ut & Miræum de Ordinibus Monasticis.

HUMILIATORIUM. Charta Didaci Episc. Compostellani æræ 1153. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 4. p. 457. *Inprimis confirmamus vobis, ut diximus, totum illud Monasterium, cum suis domibus, & servis, & cum ... quæ videtur habere intra humiliatorium B. Jacobi Apostoli, &c.* An *Heremitoria*?

HUMILITAS, Dejectio, opprobrium Gregor. Turon. lib. 2. Hist. c. 41. *Victo quæ ... & Chararicum quidem Presbyterum, filium verò ejus Diaconum ordinari jubet. Cumque Chararicus de humilitate sua conquereretur, &c.* Lib. 6. c. 36. *Ad ulciscendam humilitatem generis sui velociùs properant, &c.* Adde lib. 1. Miracul. c. 78. Vide *Humiliare.*

Humilitas, Leontius Episcopus Arelatensis in Epistola ad Hilarum PP. *Et te decrevimus, quàm primùm hac humilitatis nostræ epistola salutare.*

HUMILITARI, Humilem fieri, humiliari. Faustus Regiensis contra Nestorianos, de Christo: *Natus, qui moreretur, datus, per quem vita renasceretur: ... dominatur, hic humilitatur.*

HUMILITUDO, *Humiliatio*, ταπείνωσις, in Gloss. Gr. Lat. in aliis Gloss. MSS. ταπείνωσις.

HUMLO, *Humulo*, ex Gall. *Houblon*, quod à Latin. *Lupulum* formatum, elisa litera L. Adalardus in Statutis Abbatiæ Corbeiensis part. 1. cap. 7. *Nec messes, vel prata colligendo, nec ... nec humlonem, nec ligna solvendo, &c.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Summa census frumenti mod. 106. speltæ 1416. ordei 732. mixturæ 325. leguminis 11. humulonis mod. 3. vermiculi unc. 12. vini mod. 1567. &c.*

HUMULUS, idem fortè quod *Humulo.* Specul. Saxon. lib. 2. art. 52. *Transcrescat siquidem humulus sepem, qui radices habet intra sepem, vel cujus fundo radices fixerit, quantum de humulo attrahere per sepem potest, humulum tollet, & quod extra manet, ad vicinum pertinet.* Eadem habentur in Wichbild. Magdeb. art. 128.

HUNDREDUS, *Hundredum*, *Hundreda*, *Hun-*

dreth, vel *Undredus*, absque aspiratione, ut apud Petrum Blesensem Epist.95. Anglis dicitur, quod Latinis *Centena*, *Centuria*, à voce Saxonica hundred, *centum*: unde Belgæ *hundert* eadem notione. Scribit Joann. Stiernhookus lib. 1. de Jure Sueonum vetusto pag. 30. districtus, seu Comitatus apud Uplandos & Suedos Cisilvanos, *Hundari* appellatos, quod centum ut plurimum villas, vel potiùs colonos continerent. *Hundredorum* autem in Anglia institutum ab Aluredo Rege profluxit: nam is indigenarum rapinas & eorum excessus cupiens compescere, ut auctor est Ingulphus, *totius Angliæ pagos & provincias in comitatus primùs omnium commutavit, comitatus in centurias, id est, hundredas, & in decimas, id est, in trithingas divisit, ut omnis indigena legalis in aliqua centuria & decima existeret: & si quis suspectus de aliquo latrocinio, per suam centuriam vel decuriam, vel condemnatus, vel invvadiatus, pœnam demeritam vel incurreret, vel vitaret. Præfectos verò provinciarum (qui antea Vicedomini) in duo officia divisit, id est, in judices, quos nunc Justitiarios vocamus, & in Vicecomites, qui adhuc idem nomen retinent. Horum cura & industria tanta pax in brevi per totam terram effloruit, ut si viator quantamcumque summam pecuniæ in campis & publicis compitis vespere dimisisset, manè vel post mensem rediens integram & intactam indubiè inveniret.* Ingulpho adjungendus Willelmus Malmesbur. lib. 2. de Gestis Regum Angl. cap. 4. qui etsi ferè eadem tradat, rem tamen ita refert, ut lucem porrigat Ingulpho: *Et quia occasione barbarorum indigenæ etiam in rapinas anhelaverant, adeò ut nulli tutus commeatus esset sine armorum præsidio, centurias, quas Hundred dicunt, & decimas, quas Trithingas vocant, instituit, ut omnis Anglus legaliter duntaxat vivens haberet & centuriam & decimam. Quòd si quis alicujus delicti insimularetur: statim ex centuria & decima exhiberet, qui eum vadaretur, qui verò ejusmodi vadem non reperiret, severitatem legum horreret. Si quis autem reus vel ante vadationem vel post transfugeret, & omnes ex centuria & decima Regis mulctam incurrerent. Hoc commento pacem infudit provinciæ, ut etiam per publicos aggeres, ubi semitæ in quadrivium finduntur, armillas aureas juberet suspendi, quæ viantium aviditatem riderent, dum non essent, qui eas abriperent.* Hæc perinde sub annum 892. narrat Willelmus Gemeticens. ut & alii: quæ postmodum Willelmus Nothus observari sua etiam tempestate sanxit, ut est in illius Legibus Latinis sub initium. Sed & hanc provinciarum Anglicarum divisionem habent Leges Edvv. Confess. & Leges Henrici I. cap. 6. 8.

Hundredos seu *centurias*, vel *centenas*, non primus tamen instituit Aluredus; sed earum usum in Angliam invexit: non longè antea apud Francos nostros provinciæ in *Comitatus*, iique rursum in *Centenas*, vel *Centurias*, denique eæ in *Decanias* distributæ erant, uti in his vocibus docuimus. Sed quod de securitate inter indigenas stabilita, ac mutua vadatione narrant Scriptores, Aluredi prorsus videtur institutum.

Hundredi an certo familiarum vel villarum numero constiterint, haud omninò planum est? Gervasius Tilleberiensis lib. de Scacario part. 1. cap. penult. *Hundredum* ait, *ex hidarum aliquot centenariis*, ut *hidam ex* 100. *acris* constitisse. Est autem *hida* tantum terræ, quantum uni aratro per annum sufficit, quod Latini ævi inferioris *Mansum* vocant, agri scilicet portio cum domicilio, uni familiæ colonariæ attributa: ita ut *Hundredus* certo familiarum numero constiterit: quod de *Centena* apud Francos volunt. Neque aliud apud Bromptonum *Villa* videtur sonare, cùm ait, *Hundredum Latinè dici, quod Wallicè & Hibernicè Cantredus, & continere centum villas*: ut & apud Ranulfum Castrensem lib. 1. cap. 50. scribentem, *Wapentak & Hundret idem esse, quod procinctus centum villarum.* Videtur enim his locis *villa* idem esse, quod *colonia*, seu familia rustica, uni agri portioni addicta. Sed & inde intelligendus Giraldus Cambrensis, scribens: *Monam Insulam* 343. *villas habere, & pro tribus cantredis reputari.* Nam his locis, *villa*, pro pago, uti hodie appellamus, sumi non potest, cùm, ut ait Spelmannus, tantum abest, ut in Hundredo tot reperiantur villæ, ut majores vix 30. aut 40. habeant. Proinde cum Lambardus ait, *Hundredum à numero centum hominum appellationem habere*: id intelligendum de iis, quos nostri *Capita mansi* appellabant, seu *Chefs de famille*, capita familiæ, quibus reliqua ipsa familia suberat, ita ut unicum caput conficeret.

Iis porrò centuriis & decaniis adscribebantur omnes, qui annum ætatis duodecimum excesserant, cujuscumque essent conditionis, sive liberi, sive servi, ex Legibus Canuti Saxonis §. 19. Decaniis præerant *Decani*, centuriis seu hundredis *Centenarii*, qui & *Hundredarii*, & *Præpositi*, vel *Domini Hundredorum* vocabantur, ut in Legibus Edvv. Confess. cap. 32. Hi unà cum hominibus decaniarum & hundredorum de litibus, & *Decani* de iis, quæ minoris, ut suo dictum loco: *Hundredarii* verò de iis, quæ majoris essent momenti, cognoscebant.

Hundredarii primitus ab ipso populo eligebantur, ut in voce *Wapentachium* docemus. Postmodum Statuto Edvv. II. an. 9. *Hundredarii* à Cancellario, Thesaurario, & Baronibus Scacarii designabantur. Denique Statutis an. 2. Edvv. III. cap. 13. & ann. 14. ejusdem cap. 9. omnes hundredi, ut olim, Comitatibus restituti, iterumque annexi, & Vicecomitibus præceptum, ut probos in eisdem *Hundredarios* aliosque ministros constituerent. Vim hoc obtinuit, quoad hundredos, qui Regi suberant: in aliis autem, qui jure hæreditario, ex Regum privilegiis, eos possidebant, non item, ait Spelmannus.

Hundreda, Hundredariorum Comitia nudè passim dicuntur, in quibus unà cum 12. Senioribus hundredi seu centuriæ illi judicabant, ut est in Legibus Ethelredi apud Vanatingum sancitis cap. 4. Quando autem ea tenerentur, variè observatum arguunt Leges Anglicæ. Quippe in Legibus Edgari Saxonicis cap. 5. & Canuti c. 17. oppidana ter, suprema verò, ex omnibus scilicet hundredis coacta, Comitia bis in anno teneri sancitur: quæ quidem suprema Comitia *Comitatus* vulgò appellabant, quibus præerant Episcopi & Comites Provinciarum: ubi Episcopi quidem de rebus Ecclesiasticis, Comites de rebus civilibus cognoscebant. Quod etiam habetur in Legibus Edvv. Confess. cap. 32. 34. Leges veteres Legibus Inæ subjectæ, singulis mensibus exacta hæc Comitia docent: *Hoc est judicium qualiter hundredum teneri debeat. In primis, ut conveniant semper ad quatuor hebdomadas, & faciat omnis homo rectum alii, — & faciat furi rectum suum, &c.* His consentiunt Leges Edvv. Confess. c. 35. *Debet autem Scyremot bis, Hundreda & Wapentachia duodecies in anno congregari, & septem diebus antea summoneri, nisi publicum commodum vel dominica Regis necessitas terminum præveniat.* Est autem *Wapentachium* in aliquot Angliæ Provinciis, quod in aliis *hundredus*: quod & rursum habetur cap. 34. Leges Henrici I. c. 51. *Debent autem ad singulos menses, i. per annum duodecies congregari hundreda: Comitatus bis, si non sit opus ampliùs, ut omnis homo rectum faciat alteri ad rectum terminum, & omnis causa finem habeat: & summoneatur Comitatus septem dies antea.* Et Charta ejusdem Regis *de Comitatu & hundredis tenendis*, apud Spelmannum: *Sciatis, quòd concedo & præcipio, ut amodo Comitatus mei & Hundreda in illis locis & eisdem terminis sedeant, sicut sederunt tempore Regis*

Regis Edvvardi, & non aliter. Ego enim, quando voluero, faciam ea summoneri propter dominica necessaria ad voluntatem meam. Has denique in hundredis tenendis consuetudines observari hocce generali Sancito voluit Stephanus Rex, apud Ricardum Hagustaldensem de Bello Standardico p. 314. *Bonas leges & antiquas & justas consuetudines in hundredis & placitis & aliis causis observabo, & observari præcipio & constituo.*

Ex prædictis colligitur coacta interdum extra ordinem ejusmodi Comitia, propter regni necessitates, vel propter emergentia negotia, ad Regis libitum. Quod & docet Charta seu Breve Willelmi II. ad Spelman. *Willelmus Rex Anglorum H. Camerario sal. Facias convenire & considere tres hundredos & dimidium, apud Fliccehamburch, propter terram illam de Holm, quæ pertinet ad Ringstedam, & quam Abbas Ramesiæ reclamat ad victum & vestitum Monachorum suorum. Et si Abbas poterit ostendere ratione & testimonio comprovincialium, quòd antecessor suus eandem terram habuerit, eo die, quo pater meus fuit vivus & mortuus, tunc præcipio, ut illam terram & omnia, quæ justè pertinent ad Abbatiam suam, pacificè & honorificè habeat. Teste R. Bigod apud Windesoriam.*

Sed & inde habemus convocatos interdum plures simul hundredos, secundùm causarum momenta: quod & firmatur ex lib. Ramesiensi sect. 298. *Notum esse volumus, Reinaldum Abbatem Ramesiensem apud* Uderwiwelle *in præsentia Roberti filii Walterii eo tempore Vicecomitis, & Alani Subvicecomitis Norfolciæ & Suffolciæ, & in præsentia multorum aliorum Francorum & Anglorum, dirationatum fuisse testimonio virorum de novem hundredis ibi congregatorum, quòd Rex Canutus, &c.* Infrà: *Fuerunt nempe viri prædicti de novem hundredis jurare parati, se audisse & vidisse, &c.* Ex his initiis prodiit, ut opinatur Spelmannus, hodierna apud Anglos juratarum è plurimis hundredis conscriptio, & causarum examen, quod *Patria*, & *Per patriam* dicitur, vulgò, *Trial par pays.*

In *Hundredis* examinabantur causæ civiles & Ecclesiasticæ, perinde ac in Comitatibus, ipsis Episcopis vel Archidiaconis pro tribunali sedentibus. Sed id immutavit Guillelmus Nothus eâ Constitutione, quam descripsit Seldenus in Jano lib. 2. §. 14. *Propterea mando, & regia auctoritate præcipio, ut nullus Episcopus vel Archidiaconus de Legibus Episcopalibus ampliùs in hundredo placita teneat: nec causam, quæ ad regimen animarum pertinet, ad judicium sæcularium hominum adducat: sed quicunque secundùm Episcopales Leges de quacumque causa vel culpa interpellatus fuerit, ad locum, quem ad hoc opus elegerit & nominaverit, veniat, ibique de causa sua respondeat, & non secundùm Hundredum; sed secundùm Canones & Episcopales Leges rectum Deo & Episcopo suo faciat.*

Omnes porrò *Hundredis*, seu *Hundredi* Comitiis, quæ hunꝺꞃeꝺe-ȝemoꞇe appellabantur, interesse tenebantur: qui abesset, absentiam gravi mulcta luebat, ut est in Legibus Edgari Saxonicis § 5. & in Legibus Canuti §. 16. in Legibus Guillelmi Nothi, & in Legibus Henrici I. c. 51. Charta Henrici I. apud Spelman. *Et volo, & præcipio, ut omnes de Comitatu eant ad Comitatum & hundreda, sicut fecerunt tempore Regis Edvvardi, nec remaneant propter aliquam causam, pacem meam, vel quietudinem meam, qui non sequuntur placita mea & judicia mea, sicut tunc temporis fecissent.* Hæc verò eorum, qui ab hundredis seu Comitiis aberant, mulcta intelligitur in veteribus Chartis Anglicis, in quibus Ecclesiarum Prælati, verbi gratiâ, eximuntur ab *hundredis*, id est, à necessitate eundi ad *hundredos*, ita ut si iis ipsimet non interfuerint, mulctam propterea non incurrant. Charta Edw. III. pro Abbatia S. Remigii Remensi, to. 2. Monastici Anglic p. 993. *Prohibeo, ne submoneatis Monachos de S. Remigio de Remis, ut eant ad hundreta, nec ad scyras; sed Præpositos suos, vel unum ex hominibus suis mittant.* Eæ verò mulctæ

Hundred-laghes, id est, *leges*, seu *mulctæ*, vel *emendæ Hundredi* dicuntur: nam in hac voce, laȝhe, Saxonibus, ut Latinis, lex, mulctam sonat: à quibus quidem mulctis immunes dicuntur omnes forestarii, in Legibus Forestarum Canuti Regis c. 9. *Sint — quieti & liberi ab omnibus provincialibus summonitionibus, & popularibus placitis, quæ Hundred-laghe Angli dicunt.* Interdum

Hundredum, ut apud Rastallum, *est quietum esse de denariis vel consuetudinibus faciendis Præpositis & Hundredariis.* Nec aliud est

Hundredes-penny, Præstatio scilicet quæ ab hominibus hundredi Vicecomiti, vel Hundredi præposito, in oneribus sui subsidium fiebat, & *Auxilium Vicecomitis* interdum vocitatur. Vide in hac voce. Immunitas ab hac præstatione sæpè occurrit in Privilegiis Ecclesiarum cum aliis immunitatibus, ut in Monastico Angl. to. 2. p. 134. 827. &c. Aliàs, ait Spelmannus, vocatur *Denarius de hundredo*, quæ vis est vocis *Hundred-penny*, in qua *penny*, *denarium* significat: sed arctioris significationis est, quàm vox *Hundredum*. Hoc enim in privilegiis videtur liberare ab omnibus consuetudinibus & solutionibus hundredo debitis: illud ab istiusmodi tantùm solutione. Observo præterea

Hundredum, ipsam mulctam, quæ in hundredorum Comitiis interdum irrogabatur, appellatam, eamque 8. fuisse librarum. Leges Edwardi Confessoris c. 31. *In Danelaga per 18. hundreda, qui numerus complet septies 20. libras, & 4. quoniam forisfacturam hundredi, Dani Norvvagienses 8. libr. habebant, &c.* Ricardus Hagustaldensis de Statu Hagustaldensis Ecclesiæ c. 14. *Si quis igitur quemlibet cujuscumque facinoris aut flagitii reum & convictum infra quatuor cruces, quæ sunt extra ipsam villam de Hestaldasham, capit & retinet, universali judicio duo hundreth emendabit: si verò infra villam, 4. hundreth: si verò infra muros atrii Ecclesiæ, 6. hundreth: si autem infra Ecclesiam, 12. hundreth: si verò infra valvas chori, 18. hundreth. — In hundreth 8. libræ continentur.*

Hundred setena. Privilegium Edmundi Regis Angl. dat. an. 944. apud Malmesbur. lib. 2. de Gest. Reg. Angl. *Concedo Ecclesiæ sanctæ Dei genitricis Mariæ Glasconiæ — jura, consuetudines, & omnes forisfacturas omnium terrarum suarum id est, burggeritta, & hundretsetena, athas, & ordelas, &c.* Ubi Spelmannus: Nunquid legeris *handret-sceatena?* Ayceaꞇ, pro symbolo, quod *Hundredarius* solebat impendi, & hoc privilegio jam remittitur. At Somnerus nihil mutandum censet ex Textu, ut vocatur, Roffensi, ubi hæc vox, *constitutio hundredi* redditur: *Debent habere constitutionem hundredi, quod Angli dicunt Hundret setene.*

Hundredarii servientes, Bedelli, apparitores, in Fleta lib. 1. c. 18. § 2.

Editus porrò legitur *Modus tenendi unum hundredum, sive curiam de recordo*, in libro Anglico, inscripto *Justice of peace*, edito an. 1574. fol. 122. v.

HUNNISCUS, pro *Hunnicus*, inflexione Anglo-Saxonibus & Longobardis familiari. Carolus M. in Epist. ad Offam Regem Merciorum, quam describunt Radulfus de Diceto, Willel. Malmesburiensis, & Matth. Paris, seu quis alius, in Vitis Abbatum S. Albani: *Vestræ quoque dilectioni, unum balteum, & unum gladium hunniscum, & duo pallia serica duximus destinanda.* Ubi *hunniscum*, non videtur esse adjectivum gladii, quod vult Watsius; sed aulæum ita nuncupatum, quod apud *Hunnos* texeretur, illudque esse, quod ἀμφίθυρον Οὐννικὸν appelltur in Epistola Chosrois, apud Theophylactum Simocattam lib. 5. c. 14. Evagrium lib. 6. cap. 20. & Nicephorum Callisti. Sunt autem

ἀμφίθυρα vela, quibus januæ cancellatæ obducebantur, quasi *ἀμφίθυρα*, uti innuimus in Descript. ædis Sophianæ n. 72. Neque aliud est *coopertorium Sarmaticum, quo altare dominicum cum oblatum ibus tegebatur*, apud Gregorium Turon. de Vitis Patrum c. 8. ubi *rarum*, id est, tenue & pellucidum fuisse innuit.

Hunnisci, Equi ex Hungaria, vulgò *Hongres*. Vegetius lib. 4. Artis veterin. cap. 6. *Hunniscorum longè primo docetur utilitas patientiæ, laboris, frigoris, famis.* Et in Præfat. lib. 2. *Nunquid verò exemplo Hunnorum, sive gentium aliarum artis etiam ipsius* (veterinariæ) *usus intercidet, dum homines refugientes expensas, barbarorum consuetudinem imitari velle se simulant, & incurata animalia hibernis pascuis, & negligentiæ casibus dedunt? &c. Sarmatas verò*, seu Hungaros, *Equorum plurimis ex usu castratis usos, ne aut feminarum visu exagitati raptentur, aut in subsidiis ferocientes prodant hinnitu densiore vectores*, observatum ab Ammiano lib. 17. ut & à Strabone lib. 7.

HUNONES, vel *Hunnones*. Charta Henrici III. Imp. an. 1056. & Henrici IV. Imp. 1065. ex Tabulario S. Maximini Trevir. *Constituimus etiam atque jubemus, ut Advocati in Abbatia illa non nisi ter in anno placitare debeant, & illi, qui Hunones* (al. *Hunnones*) *in quibusdam locis dicuntur, tertio tantum ano, nisi recens furtum fuerit, aut ex parte Abbatis vocati fuerint, placitum habeant.* Meminit etiam *Hunonum* Charta Henrici V. Imp. an. 1112. & alia Conradi Comitis Lutzelinburgensis an. 1135. in eod. Tabul. Sed cujus ordinis ii fuerint, mihi non liquet ; Vide Zyllesium, & Duchesnium in Hist. Luxemburg.

HUOBA. Vide *Huba*.

HUPA, Lupulus, Flandris *Hop*. *Horreus huparum* in Chron. Windesem. lib. 1. c. 9. lib. 2. c. 17.

HURA. Vitæ Abbatum S. Albani p. 53. *Statimque assurgens* (Episcopus Lincolniensis) *in manu Regis per capitis sui galerum, qui Hura dicitur, resignavit id juris, quod dicebat se habere in Ecclesia B. Albani, &c.* Vocem *Hure*, nostri de apri capite usurpant. Vide V. Cl. Menagium in *Hurepois*

HURDERFEST, Familiæ alicui adscriptus, ex Saxonico hyred, familia, & fæst, fixus : hinc paterfamilias hyredes-ealder, materfamilias hyredes moder. Atque sic legendum videtur in Legibus Henrici I. c. 8. pro *Hudefest* : *Bis in anno conveniant in hundredum suum quicumque liberi tam hudefest, quàm Folgarii, ad dinoscendum — si decaniæ plenæ sint, vel qui — recesserint, &c.* Vide *Heordfest*.

HURDICIUM, *Hurdicius*, Cratis lignea, qua obducebantur mœnia, ne ab arietibus, vel missilibus lapidibus læderentur : seu, ut ait Vegetius lib. 4. cap. 23. *ut impetus machinæ materia molliore fractus murum non destrueret* : vel pali in fossatorum marginibus infixi, ne statim ad mœnia accessus pateret : à Saxonico, Hyrdl, plectrum, cratis : Anglis *Hurdle*. Glossarium Saxon. Ælfrici : *Clata, Cratis* : Hyrdel : vel à Theutonico, *Hoorde, Horde*, & *Hurde*, quod idem sonat. Will. Brito lib. 1. Philipp. p. 107.

Ictibus assiduis hurdicia fracta recedunt.

Idem lib. 7. p. 174.

Et quæ reddebant tutos hurditia muros.

Rogerus Hovedenus pag 650. *Combusserunt quatuor hurdicios per ignem Græcum.* Idem pag. 693. *Petrarias suas & hurdicios suos, & alias machinas suas bellicas paraverat.* Eadem habet Brompton. pag. 1189. 1201.

Hordecium. Guillelmus Armoricus de Gestis Phil. Aug. p. 82. *Et machinis bellicis cœpit lapidibus emissis damnificare propugnacula & hordecia.* Le Roman du Renard MS.

Ainsi s'est Renars atournez,
Mult fu bien d'eue avironnez,
Et hourdeiz & bon & bel
Par dedens les murs du chastel,
Ses barbacannes fist drecier,
Pour miex son chastel enforcier.

Le Roman du Rou MS.

Donc courut un home au terrein,
A un hordel tendi sa main,
Plein poing prist de la couverture, &c.

Will. *Guiart* in Philippo Augusto:

I met aus bais du hourdeis,
Le feu à poi de crieis.

Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris, de S. Veronica :

Par trois fois fut evidemment monstrée,
Atout le peuple en moult grant reverence,
Par un Evesque sur un hourt à l'entrée.
De S. Pierre, &c.

Hurdicium interdum sumitur pro machina bellica, seu ariete. Henr. Knyghton p. 2612. *Deinde fecit insultum ad castellum eodem die usque ad noctem — & tunc reddiderunt illud : habuit namque unum hordicium forte & bene provisum, cum quo ad tales insultus operatus est mirabilia in prosternendo muros castrorum.*

Hurdare, Cratibus munire. Will. Brito lib. 1. Philipp. pag. 106.

Hurdari turres & propugnacula, muros
Subtus fulciri facit.

Vetus Charta in Regesto Normannico sign. P. ex Camera Comput. Paris. *Et viderunt, quòd timorem habuerunt de obsidione, & attornati sunt 4. homines de Communia ad unumquemque quarnellum custodiendum, & hurdandum eum.*

Hurdamentum. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum f. 128. *Non capiebant Comites Ebroicenses aliquam consuetudinem, nec eschallas, nec hordamenta ad castellum Gallionis, &c.*

Hordalicium. Assisæ Comitatus Campaniæ anno 1284. *Hordalicia, seu defensiones in marginibus fossati.*

HURSACRUM, *Ignis sacer*, morbi genus, apud And. Resendium in Vita S. Ægidii Ord. Prædic. n. 99. sed legendum *Pyrsacrum*, πῦρ ἱερόν.

HURSTA, Saxon. hurst, silva. Hinc castellum quod in tutelam portus Avoniensis extructum est, à silvestri situ *Hursta* dicitur. De hoc Lelandus :

Non tulit hanc labem magni mens Principis alta,
Quin Hurstam statuit vindicis illa loco.

Inde *Hurslega*, pro loco silvestri, eodem Lelando interprete in Comment. Cygn. Cantion. *Hurslega*, inquit, *Saxonicè*, Hurstlege, *vulgò Hurley : recentiores verterunt Lege, quod locum Latinè significat*, in le, & ley, *sonat autem Hurste-lege, Latinè silvestrem locum.* Ex Spelman.

HURTUS, *Hurtardus*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 666. *De multonibus 381. de hurtis & multonis 207. de hoggis 121. & de agnis 100.*

Hurtardus, vox ejusdem originis & notionis. Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. p. 306. *Item 100. acræ de marisco, & valet acra communiter per annum 3. den. & pascuat in marisco & terris suis 300. oves cum hurtardis.*

HUSBANDUS, *Husbanda*, Paterfamilias agriculturam exercens, œconomus, Gallis, *Mesnager*. Scotis præsertim agricola dicitur. Anglis verò etiamnum *Husband*, maritum sonat. A Saxonico deducit Spelmannus hus, domus, & banda, vinculum : quomodo Danicum *huszbon*, sive *hoszbon*, eadem notione interpretatur Pontanus in Chorogr. descript. Daniæ p. 777. quasi *domus columna* sit maritus. In Legibus Inæ Regis West Sax. cap. 19. Edit. Saxon. seu Lambardi, Husbanda sumitur pro agricola, ut & *Husbandus*, in Quoniam attachiamenta c. 23. & in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 33. 38. in Legibus Forestar. Scotic.

Scotic. cap. 4. & in Statutis David. II. Regis Scotiæ cap. 43.

HUSBOTE. Vide *Haga*.

HUSBRECE, *Infractura domus*, Bromptono, ex Sax. huſ, Anglis *House*, domus, & bꞃẏce, Anglis *brech*, fractura, effractura: unde nostris *Breche* eadem notione. Occurrit in Legibus Henrici I. c. 12. 47. Vide *Burgaria*.

HUSCARLA, Vir è familia, domesticus, famulus domesticus, ex Sax. huſ, domus, & caꞃle, per translationem *vir, homo*, propriè autem *masculus, robustus, fortis*: unde *Carolus* nomen, nostris *Charles*. Hovedenus post Simeon. Dunelmensem & Florentium Wigorn. an. 1041. *Rex Anglorum Hardeknutus suos huscarlas misit per omnes regni sui Provincias ad exigendum, quod dixerat, tributum.* Infrà: *Unde Rex ira commotus ob ultionem necis illorum — & cæteros Angliæ Comites, omnesque suos huscarlas cum magno exercitu — illò misit.* Id est, domesticos & aulicos. Simeon Dunelm. an. 1065. *Eodem die primitus Danicos huscarlas Amandum & Raveneshearium de fuga retractos — peremerunt.* Idem an. 1071. *Rex cum huthsecarlis in Orientali plaga insulæ omnem illis exitum obstruxit.* Et infrà: *Eilaf huscarl apud Regem præpollens honore.* Occurrit hæc vox sæpe in Domesdei: *De hoc manerio tenuit Tochi duas hidas, huscarle Reg. Edvvardi fuit.* Alibi, *Burchardus huscarle* pariter *Regis Edvvardi* dicitur, & mox *Teignus* (i. Baro) *Regis Ed.* Rursum: *De hac terra tenuit huscarle homo Reg. Ed. 3. virgas, & averam invenit.* Ita ibidem, *Huscarli Comitum* non semel occurrunt. Denique tit. *Bri leporte*, tit. *Warham*, & tit. *Dorsett*. *Et gelda pro 10. hidis, scilicet ad opus huscarlium unam marcam argenti.* Id est, huscarlis, & pro eorum proficuo, præstandam.

Huscarlorum Danicorum dignitatem pluribus describit Jus aulicum Norvegicum vetus c. 26. ex versione Joannis Delmeri: *Omnes viri, qui fidem servitii, ex veteri consuetudine Regi adjuraverant, sive manus datæ, sive apprehensi gladii confirmatione, vocabulo Huskarla appellabantur, quamvis illi postmodum multò excellentiore & eminentiore titulo, pro sua quique conditione sint honorati. Omnes verò in Regia aula servientes Hirdmen vernaculè nominantur, Regem observaturi ac tuituri, &c.* Tradit idem Delmerus p. 535. Præfectis Provinciarum concessum à Rege, ut 40. non verò plures, servos domesticos nomine Hurscarlarum in servitio suo haberent. Scribit Sueno in Legibus Castrensibus c. 8. *Colloquium*, seu Curiam aulicam, in qua de rebus ad Huscarlas pertinentibus judicia fiebant, *Huskarlesteffne* appellatam. Est autem *Steffne*, forum sive quilibet locus juri dicundo causisque agendis destinatus, uti observat ibidem Stephanus Stephanius: qui præterea addit, *Huscarle* dictos Officiales aulicos, sive officia palatina, milites prætorianos, & quotcunque in aula Regis aut Principis alicujus versantes. Observat præterea idem Resenius ad Jus aulicum Canuti II. Regis Daniæ Runicè, Islandicè, & Danicè etiamnum *Huscarl*, domesticos, operarios, & vernas appellari, & antiquiores Danos aulam Regiam sua vernacula *Hus* nominasse: *Karl* verò vocem esse Islandicam & Danicam, & sonare masculum, adultum, virum.

HUSFASTENE, Anglis, Qui terram tenet & domum, quasi domi fixus, apud Bractonum lib. 3. tract. de Corona c. 10. §. 1.

HUSGABLUM, quasi census domus, ex huſ domus, & ʒable, census. Monasticum Anglic. tom. 3. p. 154. *Item tota illa terra, quæ est inter dictam aulam & venellam, quæ dicitur Svvinegalle, est de terra S. Petri, — & sunt ibi tria tofta, & quod reddit husgablum, aliter non geldabilis.* Et p. 155. *Item terra in domibus, quam Joannes de Wiphall dat husgabl. alia domus non dat husgabl. nec aliter sunt geldabiles, ut credunt.* Vide *Gablum*.

HUSLADA, est *annua quædam exactio*, inquit Joannes à Leydis lib. 7. c. 26. quæ scilicet à singulis ædibus, vel *focis*, aut familiis exigitur, ex *hus*, domus, & *lada*, lex, mulcta, præstatio: nisi legendum sit *Husiota*, quod censeo. Vide mox in hac voce.

HUSLGENGA, *Huslgengum*, in Legibus Inæ Regis Saxonicis §. 15. & 19. in Latinis verò §. 18. perperam hulſʒonʒes, & Hulſꞇenʒaʒ, Lambardo interprete, Saxonibus est *pater familias*: Welocho *Catechumenus*, Somnero denique *Eucharistiæ* præceptor, ex Saxon. huſl, Eucharistia, & ʒenʒa, vel ʒanʒa, ire, adire, unde *to husl gan*, est Eucharistiam adire, *Husl-genga*, propriè parochianus.

HUSLOTUM, Tributum, cujus mentio in Chartis aliquot apud Willelmum Hedam pag. 65. 78. 85. 2. Edit. ubi interdum *Huslatum* perperam habetur, ut & in 1. Edit. p. 246. 256. 262. Vox ex Germanico confecta *hus*, domus, & *lot*, tributum, census, *focagium*.

HUSONES, Majorum piscium species. Thwroczius in Andrea Rege Hungariæ c. 43. *Tunc Rex Andreas solita Regum Hungariæ largitate utendo misit Cæsari 50. corpora immensorum husonum, & duo millia lardorum, mille tauros ingrates.* Vetus Charta apud Browerum in Antiq. Fuldensib. lib. 3. cap. 11. *Unde singulis annis transmittere debent ad Fuldensem Ecclesiam — piscem magnum Husen nuncupatum, & de oleo arborum, quantum equi duo in lagenis deferrent.* Epistola 7. ex Tegernsensib. *Sed si Deus anno præsenti fœcundavit capturam Husonum vobiscum petimus, ut jubeatis largiendo communicari.* Vide in *Giscellus*.

HUSTINGUS, Curia ita dicta non modò in urbe Londoniensi; sed & in Wintoniensi, Lincolniensi, Eboracensi, & apud *Schipvvey* insula in borealibus Cantii partibus, ex huſ, domus, & ðinʒ, causa: quasi *domus causarum*, vel ubi *causæ* agitantur. Ita censet Spelman. At Somnerus *hustingum*, dictum contendit, quasi hẏſꞇ-ðinʒ, id est, *supremum judicium*, ab hiſheʒꞇ, vel, ut antiquitus scriptum, hẏhſꞇa, i. supremum, & ðinʒ, judicium. Janus Dolmerus ad Jus aulicum Norvegicum vetus pag. 503. *Hussting*, Prætorium vertit, vocemque effictam ait ab *huus*, domus, & *ting*, forum; quasi domesticum forum.

De Hustingo Londoniensi, ita Leges Edw. Confess. c. 25. *Debet etiam in London, quæ caput est regni & legum, semper Curia domini Regis singulis septimanis die Lunæ hustingis sedere & teneri.* Charta Henrici I. Regis Angl. pro Londoniensibus: *Et ampliùs non sit Miskenninga in hustenge, neque in falkesmote, neque in aliis placitis infra civitatem, & husting sedeat semel in hebdomada, videlicet die Lunæ.* *Hustings* Londoniensis meminit præterea Matth. Paris an. 1196. Bractonus lib. 3. tract. 2. c. 13. §. 9. Will. Thorn. an. 1395. Gul. Prynneus in Libert. Angl. to. 3. p. 484. &c. aliarum etiam memoratarum urbium, Fleta lib. 2. c. 2. §. 13. c. 54. §. 1. 2. &c. Watsius ait, hodie *Hustingum* Londoniensem *Guild-hall* nuncupari, & in eo Commune urbis de rebus arduis consultare consuevisse: ibidemque etiam nobile haberi tribunal, ubi civium lites causæque vitatis inutilibus fori formulis dirimuntur.

HUSTILIMENTUM, Supellex domestica, *Utensile*, unde fortè vox nata. Joan. Fortescutus de Laudib. Legum Angliæ cap. 36. *Etiam abundant in lectisterniis, & quolibet supellectili, cui lana congruit, in omnibus suis, necnon opulenti ipsi sunt in omnibus hustilimentis domus, necessariis culturæ, & omnibus, quæ ad quietam & felicem vitam exiguntur.* Versio Anglica habet *Hustlements*.

HUSTINUM *pondus*, dictum ab *Hustingo* Londoniarum civitatis Angliæ præcipuæ Curia suprema: quod in ea fortean pondus ad examen cæterorum ponderum asservaretur. Charta antiquissima lib. Ramesf. sect. 32. & 127. apud Spelmannum: *Ego Ætelgiva Comi-*

Comitissa do— duos cyphos argenteos de 12. marcis ad Pondus Hustingiæ Londoniensis. Tabularium Corbeiense Ch. 236. *Sub censu duarum marcarum boni argenti Hustino pondere.* Alia Charta Innocentii II. PP. an. 1135. ibidem: *Salvo censu unius marcæ puri argenti, quem ad Hustinum pondus S. Martino de Campis in solemnitate Nativ. S. Joan. B. persolvere debetis.* Charta alia in Historia Monasterii S. Martini de Campis p. 175. *Ecclesiæ nostræ marcham puri argenti & hustini ponderis persolvant.* Huſtinges ȝepiðe, in Charta Saxon. apud Somnerum. Hustinum porrò pondus ex iis fortasse fuit, quæ *urbana pondera, id est, trutinæ largioris examina* vocat Symmachus lib. 10. Epist. 26.

HUTESIUM. Vide *Huesium.*

HUTFANGTHEFE, apud Bractonum lib. 3. tit. 2. c. 8. §. 4. Vide *Utfangthefe.*

HUTICA. Otbertus Abbas Gemblacensis in Vita S. Veroni n. 2. *Quædam cista, vulgo hutica dicta, quantitate magnitudinis ampla, quæ supra beati viri tumbam stabat annona plena.* Sic in excuso, pro qua voce perperam viri docti *butica* restituunt: est enim hutica, quod Belgæ nostri *Huche* vocant, cista major ac longior. Vide *Huchia.*

Utica, absque aspiratione. Charta Heccardi Comitis Augustodun. ex Tabulario Persiacensi in Burgund. *Donate Asuinaro pro sua eleemosyna & planeta castanea, ibi donate & libros, qui sunt S. Benedicti de Floriaco Monasterio, in illa utica parvula.*

HUTINUS, cognomen, quo donatus Ludovicus X. Rex Franciæ, quòd, ut quidam putant, dum adhuc in pueritia esset, rixas & contentiones cum sodalibus crebrò excitaret: nam & de pueris vulgò dicimus, *Il aime le hutin*, id est, *le bruit, le tintamarre, les querelles.* Sic etiam id vocabuli usurpat. *Le Roman de Garin*:

En trente leus, ou en neuf, ou en vint,
Avoit meillée & merveilleus hutin.

Alibi:

Devant les lices commence li hustins.

Charta Odardi Dom. Hamensis an. 1328. *Se il advient aulcun hustin ou meslée en ladite ville, &c.* Inde *hustiner*, rixari. Ibid. *Se il se hustinoient, ou faisoient mellée.* Vox autem ejusdem videtur originis, cujus est *Huesium* vel *hutesium*: quod qui *huz* clamare solent, id potissimùm faciant, ut seditionem ac contentionem excitent.

HUTTEN. Glossæ Isonis Magistri: *Magalia; hutten mapalia & magalia idem sunt, id est, casæ pastorum, quæ & tugurium.* Hinc nostrum *hutte*, eadem notione. *Heute, Heutich, ou Logette*, in Tabul. S. Quintini in Insula fol. 24.

HYBERNAGIUM, *Ivernagium*, ex Gallico *Hivernache*, vel *hivernage.* Χειμονικὸν in Nomocanone Coteleriano num. 516. *Semen hiemale* Fletæ lib. 2. cap. 73. §. 18. 19. *Hiemalis annona*, in Charta an. 1178. in Probat. Hist. Guinensis p. 349. *Fruges hyemales*, in Speculo Saxon. lib. 2. art. 48. §. 11. Charta Mauricii Episc. Parisiensis n. 1190. apud Brolium: *Duos modios hibernagii in campiparte ejusdem villæ, &c.*

Yvernagium, in Fleta lib. 2. c. 41. §. 1. & in veteri Charta in Hist. Montmorenc. p. 43. Sic etiam hiemale tempus vocabant nostri. Vetus Poëta MS.

Il ne me chaut d'esté ni de rousée,
De froidure ne de tems hivernage.

Hybernaticum. Polyptychus Floriacensis: *Arant ad hybernaticum unusquisque perticas 4. & ad tramisium perticas 2.* Habentur eadem verba ibi non semel.

Hybernatica festivitas S. Martini, in Vita Aldrici Episcopi Cenom. p. 155. & alibi.

HYBERNIUM *Hiematio*, παραχειμασία, in Gloss. Gr. Latino.

Hibernum, nudè, pro *hibernum tempus*, Hiems. Capitulare 1. an. 809. c. 35. & Capitul. 2. ejusdem anni c. 13. *In hiberno & in æstate.* Adde lib. 3. Capitul. c. 57. S. Ambrosius Serm. 38. *Miser peccator dum hic hyberni rigorem metuit, ibi tenebrarum frigus incurrit.* Vetus Chron. MS. laudatum à V. C. St. Baluzio: *Hybernus grandis & durus.*

HYDRIA, Metreta frumentaria, interdum liquidorum, & vini: *vader.* Ita Sambucus ad Leges Hungaricas.

HYDRIÆ, inter ministeria sacra recensentur ab Anastasio in S. Leone PP. pag. 27.

HYDROMANTII, inquit Hincmarus Remensis tom. 1. pag. 125. *Sunt, qui in aquæ inspectione umbras dæmonum evocant, & imagines vel ludificationes ibi videre, & ab iis aliqua audire se perhibent.*

HYDROPICARE, Hydropem facere. Alanus lib. 4. Anticlaud.

Dum satiat, parit unda sitim, potusque sititur
Amnis, & innumeros hydropicat ille bibentes.

Idem in Planctu naturæ:

Dum stomachum mentes hydropicat ardor habendi.

Utitur & lib. 7. Anticl. c. 8.

HYDROS, *Psalmus, quem cantio componit organi.* Papias MS.

HYEMA. Regula Magistri cap 81. *Inquinamenta caccaborum, cucumæ, vel hyemarum, necnon & foci calorem sustineant.* Legendum *zemarum.* Vide Zema.

HYMNUS, *Hymnarium, Hymnizare, &c.*

Hymni, Eucherio & Isidoro lib. 1. de Eccl. Off. c. 6. *Carmina quæcumque in laudem Dei dicuntur, vocantur.* Ruffinus in tit. Psal. 72. *Hymni sunt cantus, continentes laudem Dei. Si sit laus, & non sit Dei, non est hymnus; si sit laus & Dei, & non cantetur, non est hymnus. Oportet ergo ut si hymnus, habeat hæc tria, laudem, & Dei, & canticum.* Huic definitioni convenit Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 930. Ὕμνος, δοξολογία μετὰ ἐκπλήξεως. Sed & Psalmos Hymnos interdum vocat Cassianus l. 3. de Cœnob. Instit. c. 6. ut & Victor Vitensis lib. 1. de Persecut. Vandal. *Dum præciperet nostrorum corpora defunctorum sine solennitate hymnorum cum silentio ad sepulturam perduci.* Et lib. 2. *Jam enim ob celebritatem festivitatis, hymni nocturni per totam Ecclesiam canente populo concrepabant.* *Hymnidicum*, Davidem appellat Gregorius Bæticus lib. de Fide.

Hymni Ambrosiani, ab Ecclesia recepti, ut testantur Concil. Turon. II c. 23. Toletan. IV. c. 13. præterea Regula S. Benedicti c. 17. in qua nudè *Ambrosianum*, prò *Hymno Ambrosiano* habetur, Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. c. 6. *Hilarius autem Gallus Episcopus Pictaviensis, eloquentia conspicuus, hymnorum carmine floruit primus. Post quem Ambrosius Mediolanensis Episcopus, vir magnæ gloriæ in Christo, & in Ecclesia clarissimus doctor, copiosius in hujusmodi carmine claruisse cognoscitur, atque inde hymni ex ejus nomine Ambrosiani vocantur, quia ejus tempore primùm in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt: cujus celebritatis devotio dehinc per totius Occidentis Ecclesias observatur.* Adde Rabanum lib. 2. de Instit. Cleric. c. 49. Walafridum Strabon. lib. de Reb. Eccl. cap. 25. Honorium Augustod. lib. 2. cap. 17. &c.

Hymnus Angelicus, dicitur à Scriptoribus Ecclesiasticis, hymnus ille, qui in Missa canitur: *Gloria in excelsis Deo*, quòd initium nempe illius ex hymno in Domini Natalitio ab Angelis decantato, desumptum sit. Hunc enim, ut ait Rupertus Tuitiensis, *ab ore Angelorum Ecclesia sancta rapuit.* Primus autem Telesphorus PP. instituit, *ut ante sacrificium diceretur*, ut auctores sunt Anastasius, Walafridus Strabo de Reb. Eccl. c. 22. Amalarius lib. 3. de Off. Eccl. c. 8. Rabanus Maurus, Alcuinus de Divin. Off. Berno cap. 2. & ipsemet Telesphorus Epist. Decret. cap. 2. Sed an ab illo integer compositus sit, addubitatur? Integrum à Telesphoro exaratum scribunt Rabanus lib. de Instit.

Cleric.

Cleric. c. 32. & Innoc. III. PP. lib. de Myst. Miss. c. 20. Usque ad versiculum, *Laudamus te*, compositum à Telesphoro, cætera addita esse à S. Hilario Episcopo Pictavensi, Alcuinus prodidit. Cui favet Concilium Toletan. IV. can. 12. *Reliqua, quæ ibi sequuntur, Ecclesiasticos Scriptores composuisse* scribens. Verum ab Hilario consummatum negat Goarus ad Euchołog. idque probat ex Athanasio, qui Hilario coævus fuit, lib. de Virginibus sub finem, qui hujus hymni pæne integri meminit, ut sua ætate ab universa Ecclesia recepti. Et certè sunt, qui putant ab ipsis Apostolis compositum fuisse, ex eo potissimùm, quòd integer extet apud Clementem lib. 7. cap. 47. ubi προσευχῆς ἑωθινῆς nomine donatur. Alii ὕμνον ἑωθινὸν appellant, ut observatum est ab Usserio Armachano: δοξολογίαν Græci, si Goaro fides.

Instituit præterea Symmachus PP. ut omni die Dominico, vel Natalitiis Martyrum diceretur, ut est apud Anastas. in ejus Vita, (qui etiam consulendus est in Stephano IV. p. 96.) & Alcuinum lib. de Divin. Offic.

Ad Matutinas decantatum volunt quidam, quòd in antiquis MSS. *Hymnus in die Dominico ad Matutinas* inscribatur. Quibus astipulatur locus Athanasii suprà à nobis indicatus, qui sic se habet: Πρὸς τὸν ὄρθρον τὸν ψαλμὸν τοῦτον λέγετε· Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου πρός σε ὀρθρίζω. διάψαλμα δέ· Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου κύριον. Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, προσκυνοῦμέν σε, καὶ τὰ ἑξῆς.

Hymni Angelici appellatione donatum etiam interdum *Trisagium*, auctor est Microlog. cap. 11.

Hymnus Evangelicus, seu *de Evangelio*, idem qui *Angelicus*, Beleto c. 36.

Hymni Feriales, qui in Feriis canuntur, apud Joannem Episcopum Abrincensem de Offic. Ecclesiast.

Hymnus S. Mariæ, *Magnificat*, apud Joannem Abrincens. Episc. de Offic. Eccles.

Hymnus S. Trinitatis, qui Græcis τρισάγιον, is scilicet, qui canitur ab utraque Ecclesia in die Parasceves Græcè & Latinè, *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*. Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. Marcellinus Comes in Chronico: *Die Dominico, dum jubente Anastasio Cæsare, per Marinum pe...q. Platonem in Ecclesiæ pulpito consistentes, in hymnum Trinitatis Deipassianorum quaternitas additur, multi orthodoxorum pristina voce psallentes, perfidosque præcones clamoribus objurgantes, in ejusdem Ecclesiæ gremio cæsi sunt, &c.* Infrà: *Cæteris die noctuque hymnum Trinitatis Christo Deo psallentibus, &c.* Rursum: *Hymnum Trinitatis juxta morem Catholicorum concinentes, &c.* Quo loco agit Marcellinus de additione facta Trisagio a Petro Cnaphæo, σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, quam, ut hæreticam, proscripsit Ecclesia, in Concilio Romano I. an. 483. Vide Zonaram in Theodosio juniore. De Trisagio copiosè disputarunt Baronius anno 483. 492. Menardus ad librum Sacrament. Gregorii M. p. 20. 21. Meursius in Glossar. Sirmondus in Notis ad Aviti Viennensis Ep. 3. Leo Allatius de Liturgia S. Jacobi c. 16. 17. 18. & alii.

Hymnus, Te Deum laudamus, vulgò tribuitur S. Ambrosio & S. Augustino, in libro Psalmorum MS. quem Carolus M. ad Hadrianum PP. misit, qui in Cæsarea Bibliotheca asservatur, ut auctor est Lambecius, & apud Durandum lib. 5. Ration. cap. 3. n. 31. Unde *Hymnum Ambrosianum* vocant Gualterus Tervanensis in Vita S. Caroli Comitis Fland. c. 38. Liber de Miraculis S. Pelini Mart. apud Ughell. to. 9. p. 38. &c. Vide Menardum ad Sacram. Gregor. M. p. 399. In Breviario Casinensi, scripto sub Paschali II. PP. quod asservatur in Bibl. Institutionis Parisiensis Oratorii Jesu, inscribitur *Ymnus Sisebuti Monachi*. Ita etiam in alio Cod. MS. Bibliothecæ Vaticanæ apud Card. Bona in libro de Divina Psalmodia. In Psalterio Gallico Latino, exarato circa tempora Henrici I. *Hymnus S. Nicetii* dicitur, ut auctor est Usserius Armachanus lib. de Symbolis: Sive, inquit, hic intelligendus fuerit Nicetius, sive Lugdunensis, sive Treverensis. Hujus hymni mentio est in Concilio Triburiensi an. 821.

Hymni, quorum auctores incerti, vetiti in Concilio Turon. II. c. 23.

Hymnarium, vel *Hymnarius*, Liber, hymnos continens. Gennadius lib. de Script. Eccles. ait, Paulinum Nolanum Episcopum scripsisse *Sacramentarium & Hymnarium*. Leo Ost. lib. 2. c. 52. *Duo etiam Hymnaria in choro habenda.* Adde librum Usuum Ordin. Cisterc. c. 71. *Hymnare* in Synodo Oxoniensi an. 1287. c. 12. *Ympnare*, apud W. Thorn. p. 1935.

Hymnizare, ex Græco ὑμνίζειν, Laudare, prædicare. Jo. de Janua: *Hymnizare, laudare, vel hymnos cantare.* Honorius Augustod. lib. 3. c. 38. *Similiter* Sæpe expugnaverunt, & Deus Deus meus, *tristitiam*, Laudate *vero hymnizat lætitiam.* Miracula S. Agili lib. 1. cap. 7. *Hymnizant læti, Sit summo gloria Patri cum genito Verbo, &c.* Christianus de Scala in Vita S. Ludmillæ p. 48. *Et statuunt supradicto sermone*, (Sclavico) *partibus in illis Missarum, omnia cæterasque Canonicorum horas hymnizari.* Aldhelmus Abbas Malmesburiensis: *Stridula vocum symphonia, melodiæ cantilenæque carmine modulatori hymnizemus.* Adde Anonymum in Miraculis S. Ursmari per Flandr. n. 13. Et Aimonium de Miracul. SS. Georgii & Aurelii lib. 1. n. 1.

HYOPA, Hirtus, setosus, ex Græco ὑώψ, porco similis. Luithprandus in Legat. pag. 81. Edit. 1600. de Nicephoro Imp. *Barba curta, lata, spissa & semicana fœdatum cervice digitali turpatum, prolixitate & densitate comarum satis hyopam, colore Ægyptium, cui per mediam nolis occurrere noctem.*

HYPAPANTI, barbarè, ex Græco ὑπαπαντή: qua appellatione donatur festum Purificationis B. Mariæ, ab *occursu* seu obviatione tunc facta à sene Simeone & Anna vidua: unde & *festum S. Simeonis* appellari in Codice Remensi Libri Sacramentor. Gregorii M. monet Menardus, cui concinit Anastasius in Sergio PP. p. 62. *Constituit autem, ut diebus Annunciationis Domini, Nativitatis, & Dormitionis, sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, ac sancti Simeonis, quod Hypapantem Græci appellant, Litania exeat, &c.* Ugutio: *Ypapanti, indeclinabile, i. obviatio, vel occursus. Unde repræsentatio Domini in templo, i. festum Purgationis B. Mariæ Virginis dicitur Ypapanti, & tunc Symeon occurrit Christo, & obviavit, & in ulnis suis accepit eum & præsentavit.* Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. c. 6. *In eadem solennitate, Hypapanti scilicet Salvatoris.* Ordericus Vitalis lib. 13. p. 921. *Dum sacra solennitas Hypapanti celebraretur.* Gualdo in Vita S. Anscharii Archiep. Hamburg. c. 105.

Instabatque dies Hypapanti dictus Achivis.

Joannes Episcopus Abrincensis de Offic. Eccles. *In Hypapanti, quæ dicitur Præsentatio Domini, &c.* Vide Ughellum tom. 5. p. 528.

Hypante, aut *Hypanti*, corruptè dicitur apud plerosque Scriptorum de Divinis Offic. Alcuin. lib. de Divin. Offic. Amalard. lib. 3. c. 43. Rabanum lib. 2. de Instit. Cler. c. 33. Honorium August. lib. 3. c. 24. &c. Ditmarus lib. 5. *Quarto Non. Febr. id est,* ὑπαντῇ *Domini, id est, obviatione justi Simeonis.* De hoc festo, & ejus initiis, pluribus agunt Baron. ad Martyrol. Menardus ad libr. Sacram. Greg. p. 40. 41. & doctissimus Henschenius peculiari Commentario ad 2. Febr.

HYPATUS, *Ypatus:* Dignitas in Aula CPolitana, cujus mentio est in Epist. 36. 38. 227. Joannis VIII. PP. Anastasius in S. Agathone PP. p. 54. *Post hæc Patricii, Ypati, omnesque incclyti introierunt. Hypati civitatum*, apud Leonem Ost. lib. 2. c. 37. *Joannes Imperialis*

perialis Patricius Caietanus filius Docibilis Hypati. Joannes VIII. PP. Epist. 38. *Docibili & Joanni Hypatis Caietæ.* Adde Ughellum to. 1. Ital. sacr. part. 1. p. 582. Chron. MS. Andreæ Danduli an. 814. de Duce Venet. *Qui ab Imperatore Leone votive susceptus, honorem Hypati, seu Imperialis Consulis ab eo obtinuit.* Ita an. 740. 742. Servatur in Gazophylacio Canonicorum Regular. S. Genovefæ Parisiensis Bulla plumbea, in qua exaratum ΕΥΦΗΜΙΑϹ ΥΠΑΤΙϹϹΗϹ. Charta Istriana an. 804. apud Sanovinum, & Stringam in Venetia lib. 13. p. 356. *Ab antiquo tempore dum fuimus sub potestate Græcorum Imperii, habuerunt consuetudinem parentes nostri habendi actus Tribunatu, domesticos, seu Vicarios, necnon loci servator, & per ipsos honores ambulabant ad communionem, & sedebant in consessu unusquisque pro suo honore: & qui volebat meliorem honorem habere a Tribuno, ambulabat ad Imperium, qui illum ordinabat Hypatum. Tunc ille Imperialis erat Hypatus, in omni loco secundum illum Magistratum multum procedebat.* Vide tom. 1. Canisii Antiq. Lection. p. 120. & quæ de Hypato Philosophorum observavimus ad Alexiadem p. 304. quibus adde Lambecium lib. 6. de Bibl. Cæsarea p. 148. & lib. 7. pag. 232.

HYPERICUS, vel, ut habet Ugutio, *Ipericus*, *superbus*.

HYPERPERUM, Moneta Imperatorum Byzantinorum aurea, sic appellata, quasi ex auro eximiè rutilo & recocto confecta esset, quod pluribus docemus in Dissertatione de Imperatorum Constantinopolitanorum nummis, ut & hanc monetæ aureæ nomenclaturam vix cognitam ante nostrorum in Orientem expeditiones. Willelmus Tyrius lib. 18. c. 22. *Viginti duo millia hyperperorum, & tria millia marcarum argenti examinatissimi — dicebatur esse largitus.* Malè igitur dixit Robertus Cænalis lib. de Mensuris & ponderibus. *Hyperpereum nummum esse qualis apud nos est Grossus Mediolanensis.*

Perpera, in Charta Petri Ziani, Ducis Venet. anno 1211. in Hist. Bellunensi p. 109. *Debens — solvere perperas quingentos in terra salvos, &c.*

Perperum. Guntherus in Hist. Hierof. c. 8. *Per totum annum ad 14. dies fisco regio persolvebat nummum aureum, qui Perpera vocari solet, Ferdoni, id est, quartæ parti marcæ unius æquivalens.* *Perperi*, apud Joannem Villaneum lib. 7. cap. 73.

Perparus, non semel in Tractatu matrimonii inter Ferrandum Regis Majoricarum filium, & Isabellam Guillelmi Achaiæ Principis filiam.

Perpre. Albericus an. 1236. *Et ex quo Rex Joannes venerat ad partes illas, mittebat quolibet anno 22. millia perpres ad conducendos auxiliarios.* Hist. Bellorum Ultramarinor. MS. *Et fut droit emmi la sale; puis fist aporter perpres d'or, &c.* Raimund. Montanerius in Hist. Regum Aragon. c. 121. *Enach de reschat tres milia perpres d'or, & val una perpra 10. sous Barcelonesos.* Adde c. 224. 228.

Isperi, & *Yperperi*, in aliquot Chartis, laudatis in Historia nostra Franco-Byzantina.

Purpuratus, pro *Hyperpere*, apud Tudebodum, l. 2. Baldricum, & Guibertum l. 4. Hist. Hierosol. c. 5. &c.

Hyperperata terra, ut *Librata terra*, de qua infrà, Reditus terræ, vel agri tot hyperperorum. Charta Roberti Imp. CP. apud Odoricum Rainaldum an. 1222. n. 25. *Miles quicumque habet trecentas yperperatas terræ ad assisam Imperatoris, per se dividet & dabit undecimam, & partem duorum millium yperperorum, videlicet pro centum yperperis unum & dimidium.*

Perpiriarii, ita dicti in Regno Cyprio, regnantibus Lusinianis, homines, qui licèt liberæ conditionis, obnoxii tamen erant ratione 13. hyperperorum, quæ domino feudi pensitare quotannis tenebantur. *Pietro* [illegible] *Loredano, nell' histor. de Re Lusigniani lib. 1. Il Perpiriario era Parico,* (à voce πάροικος, colonus) *ma libero delle persone, e di figliuoli, così essentato da i Duchi per denari, obligato ad governo de i terreni come i Parici, ed à contar' ogni anno XV. perperi, che erano la valuta d'un bisante.* Vide eundem lib. 7. p. 369. & Thomam *Porcacchi* in Descript. Insul. Italicâ, pag. 150. ex quo sua hausit Lauredanus.

HYPOCAMISIUM, Vestimentum, quod subtus camisium est: ὑποκάμισον, apud Codinum in Orig. CP. & alios, quos laudat Meursius. Glossæ MSS. *Ypocamisium, vestis super camisiam.* Leg. *subter.* Anastasius Biblioth. in Vita S. Joannis Eleemos. n. 35. *Et dicebat semper, quòd posset aliquis sine timore dandi pauperibus expoliare divites, & ipsum etiam hypocamisium ab eis benevolè auferre, & non peccare.*

HYPOCARTOSIS. Vide *Camaradum.*

HYPOCAUSTORIUM, in Monasteriis, ubi Monachi simul sese calefaciunt, *Chaufoir.* Vita S. Thiadildis Virg. n. 7. *Refectorium hyemale & æstivale, hypocaustorium, dormitorium, cellarium, domum arearum, coquinam, — ædificavit.*

HYPOCISMA. Lex Wisigoth. lib. 11. tit. 1. §. 5. *Si quis medicus hypocisma de oculis abstulerit, & ad pristinam sanitatem perduxerit infirmum, &c.* Ubi Lindenbrogius in MSS. aliquot *hypocrisin* legi monet, ex quo *hypochysin* restituit Vossius, ex ὑπόχυσις, *i. collectio puris coninisi sub cornea oculi tunica.*

HYPODIACONISSA. Vide *Frigdora.*

HYPODIACONUS, Subdiaconus, quo vocabulo utitur passim S. Cyprianus in Epistolis. Vide *Subdiaconus.*

HYPODROMUM, seu potiùs *Hypodromus*, Longior porticus, *Galerie.* Papias MS. *Ypodromum, domus declinationis ad necessitatem, & per gyrum habens arcus deambulatorios, super quos ambulant homines.* Ordericus Vitalis lib. 2. pag. 412. *Hypodromum, & per gyrum arcus deambulatorios.* Gotselinus lib. de Miracul. S. Augustini Cantuar. c. 3. *Ductoque Comite in quoddam suum hypodromum, tale protulit consolationis antidotum.* De hac voce plura commentatur eruditus Sirmondus ad Sidonii lib. 2. Epist. 2.

Ypodromus, in Catholico Parvo, *Travail de cheval*, ubi equi ferrantur, *Travaglio* Itali, de qua voce V. Cl. Menagius in Orig. Italicis, fortè pro *hippodromus*, tametsi alia sit vocis significatio.

HYPOGÆA, pro *Hypogæum.* Anonymus in Miracul. S. Ursmari per Flandr. n. 6. *Quæsivit & invenit securum in hypogæa sedentem, &c.*

HYPOPSALMA, S. Augustino lib. 1. Retractat. c. 20. est, *quod ad singulas Psalmi partes succinitur & respondetur.* Galli vocant *Refrains.*

HYPOTENUSA. Vide *Tolffmyning.*

HYPOTHECA. Vide *Apotheca.*

HYRITIUS, Erinaceus. Sugerius in Ludovico VI. c. 16. *Innumeris sagittis hyritiorum more hispidi, &c.*

HYSOPUS, Ugutioni, *herba est, — & dicitur Sparsorium aquæ, quia in quibusdam locis fit ex ea herba, vel propter similitudinem purgationis.* Præcipitur Numer. c. 19. ut aqua super cineres in vas infusa mundus homo aspergat hyssopo eos, qui mundandi sunt. Liber Sacram. Gregorii M. *Inde veniens ante altare, cum hyssopo aspergit ipsum altare septem vicibus.* Inventarium Ecclesiæ Eboracensis in Monastico Angl. tom. 3. pag. 171. *Una magna cuva pro aqua benedicta, cum ysopo de argento ponder. 9. libr. 3. unciar.* Historia Abbatiæ Condomensis p. 504. *Duas canetas, & unum urceum pro aqua benedicta portanda, cum hyssopo de argento.* Vide Isidor. lib. 17. cap. 9.

FINIS hujus PARTIS II. prioris.

GLOSSARIUM

AD

SCRIPTORES

MEDIÆ ET INFIMÆ

LATINITATIS.

TOMI II. PARS II.

I.



GLOSSARIUM AD SCRIPTORES MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS.

I.



I Litera numeralis, quæ 100. denotat; unde versus:

I. C. compar erit, & centum significabit.

Seu, ut habet Ugutio:

I. retinet centum, vocalibus una tenetur.

In Notis antiquis I. unum valet. Eidem literæ si recta linea superaddatur, mille significat.

I. *in superscriptione cantilenæ, jusum, vel inferius insinuat, gratitudinemque pro g. interdum indicat.* Ita Notkerus Balbulus opusc. *Quid singulæ literæ significent in superscript. cantilenæ.* Vide A.

JACCA, nostris *le ratelier des chevaux.* Vegetius lib. 1. Artis veterin, c. 56. *Cratis quæ jacca (aliis c...a) vocatur à vulgo, pro equorum stratura, nec nimis alta sit, --nec nimis humilis.*

JACERE, Gistum. Charta Ludovici VII. an. 1144. pro Monachis Argentolii in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano f. 152. *Præter jacere nostrum, & exercitum & equitationem.* Alia ejusdem Regis & anni, in Tabul. S. Dionysii: *Talliam de annona, quæ dicitur Mestiva, avenam, quam accipiebat ab unoquoque hospite, porcos seu frescingias, anseres,---& gallinas, jacere, & procurari, sive ipse, sive sui,---corveias, &c.* Occurrit ibi rursum. Pactum inter Monachos S. Dionysii & Advocatum de Solemniaco an. 1233. *Recognosco quòd nec ego, aut hæredes mei possumus jacere vel manere, vel aliquid capere in domo S. Dionysii apud Solemniacum.* Guigo II. Prior Cartusiæ in Statutis ejusd. Ord. cap. 36. §. 4. *In superiori autem domo non nisi religiosi hospites jacere consueverunt.* Ita usurpant Statuta antiqua ejusdem Ordin. c. 8. §. 42. cap. 9. §. 28. Itinerarium Petri de Columbaria Cardinalis tom. 1. Bibl. Labbei pag. 354. &c.

Jacentibus columnis opus novum impedire, id est, priusquam ædificium eductum & elevatum fuerit, in Lege Bajuvar, tit. 11. c. 6. §. 1.

JACENTIVUS. Vide *Arbor.*

JACKE, *Jacque,* Sagum militare, quod loricæ superinduebatur: nescio an à *Jacobis* factiosis, de quibus mox, nomen sumpserit. Thomas Walsinghamus an. 1379. p. 239. *Quòd mille loricas, vel tunicas, quas vulgò jackes vocant, redemerit de manibus creditorum.* Infrà p. 249. *Arreptum quoddam vestimentum ipsius, quale jacke vocamus, & impositum lanceæ, pro signo ad sagittas suas posuerunt.* Chronicon MS. Bertrandi Guesclini:

S'avoit chascun un jaque par dessus son haubert.

Alibi: *Car il fut bien armez de ce qu'il luy faulli,*

S'ot un jasque moult fort de bonne soie empli,

Le baccinet au chief, &c.

Froissartes 4. vol. cap. 114. sub an. 1199. *Et voit adonc vestu un court jaques d'un drap d'or à la façon d'Alemagne.* Octavianus de S. Gelasio in Viridario honoris:

Jaques, plastrons, voulges, & albardes.

Occitani *Jaquetos* vocant, quod nostri *Pourpoint.*

Describitur porrò ejusmodi vestis militaris species in Charta, quæ asservatur in Camera Computor. Paris. hocce titulo: *Memoire de ce, que le Roy veult, que le Francs archers de son Royaume soient habillez en jacques d'icy en avant, & pource à chargé au Bailly de Mante en faire un get: & semble au dit Bailly de Mante, que l'abillement de jacques leur soit bien proufitable & avantageux pour faire la guerre, veu qui sont gens de pié, & que en ayant les brigandines, il leur faut porter beaucoup de choses, que un homme seul & à pié ne peut faire. Et premierement leur faut desdits jacques de 30. toilles, ou de 25. a un cuir de serf à tout le moins: & si sont de 31. cuir de serf, ils sont des bons. Les toilles usées & deliées moyennement sont les meilleures, & doivent estre les jacques a quatre quartiers, & faut que les manches soient fortes, comme le corps, reservé le cuir. Et doit estre*

l'assiette des manches grande, & que l'assiette prengne pres du collet, non pas sur l'os de l'espaule, qui soit large dessous l'aisselle, & plantureux dessous le bras, assés jaulte & large sur les costez bas, le colet fort comme le demourant du jacques: & que le collet ne soit pas trop hault derriere pour l'amour de salade. Et faut que ledit jacques soit lassé devant, & que il ait dessous une porte piece de la force dudit jacques. Ainsi seur ledit jacques & aisè, moiennant qu'il ait un pourpoint sans manches, ne colet, de deux toilles seulement, qui n'aura que quatre doys de large sur l'espaule: auquel pourpoint il attachera ses chausses; Ainsi flotera a dedens son jaques, & sera à son aises: car il ne vit onques tuer de coups de main, ne de flesche dedans lesdits jacques ses hommes, & se y fouloient les gens bien combattre.

JACOBITÆ, *Jacobini*, in Ægypto & in Terra-Sancta, dicuntur Christiani quidam certis hæresibus ac pravis opinionibus infecti, ob quas à Patriarcha Constantinopolitano olim excommunicati, & ab Ecclesia Græcanica sequestrati sunt. Ita autem appellati à quodam Jacobo Severi Patriarchæ Antiocheni discipulo, qui annuente & præcipiente Timotheo Patriarcha Alexandrino Christianos ad sectam Dioscori Alexandrini Patriarchæ revocabat: cujus hæresim amplexus Anastasius Imp. ideo non semel *Jacobita* dicitur in Chronico Orientali ab Abrahamo Ecchellensi edito pag. 59. 60. 120. 121. 122. *Jacobitas* & *Jacobinos*, promiscuè appellant Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 74. ubi de eorum hæresibus, Aithonus cap. 13. 14. Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. T. S. initio, &c. Sed & Auctor Mappæmundæ MS. ita de *Jacobinis* edisserit:

Autres gens i a barbarins,
Qui se font clamer Jacobins,
D'un Jacob qui lor maistre fu,
Et sont Chrestien corrompu,
Par les mariages q'il font
As Sarazins qui pres d'eus sont,
Et pourprennant bien celle gens
Quarante regnes de tous sens.
Ne croient pas confession
A nul autre home, s' a Diu non.
Quant il se confessent à Diu,
Pres d'eus mettent enchens & fu,
Et cuident qu'aveuc la fumée
S'en aille vers Diu lor pensée.
Mais n'est pas ainsi comme il croient.
Saint Jean Baptiste mescroient,
Qui les baptisa premerains:
Car dire lors convenoit ains
Tous lors pechiés à lui mesmes,
Et puis rechevoient Baptesme,
Dont S. Jehan meismes dist,
Quand li hons ses pechiés gehist
A un autre celle verongne,
Qu'il a de dire sa besongne,
Li est en liu de penitanche
Et de ses pechiés alleganche,
Et plus de pechier se retient,
Quant il set que savoir convient
A un autre tout son affaire,
Ains que vers Diu se puisse traire,
Ce dist S. Jehans li Baptistes,
Qui par Baptesme nous rent quites
Envers Diu de tous nos pechies
Par confession espurgiés,
Dont cele gent sont dechu,
Qui malement l'ont entendu.

Deorum Patriarcha, vide Godefridum Monachum S. Pantal. an. 1237.

Jacobita, qui peregrinationem instituit ad S. Jacobum Compostellanum, *Pelerin de S. Jacques*. Ugutio: *Jacobita, qui petit Ecclesiam S. Jacobi*. Joannes de Janua habet *Jacobipeta*.

Jacobitæ, dicti Dominicani, seu Religiosi Ordinis S. Dominici, quod eis *Hospitale Peregrinorum S. Jacobi* Parisiis ad mansionem assignatum primitus fuerit. Albericus, & ex eo Magn. Chron. Belg. an. 1207. *Similiter Parisius datum est eis (Dominicanis) quoddam hospitium S. Jacobi, à quo denominantur Jacobitæ, ubi fecerunt Ecclesiam & Claustrum.* Rem plenius narrat Matthæus Paris an. 1198. (in variant. lect.) aitque, quòd ii *fratres primitivi, cùm non haberent domum, ubi post prædicationis laborem declinarent, longo tempore Parisius perdurarunt. Quo tempore fuit in eadem civitate quidam famosus Anglicus de villa S. Albani oriundus Magister Joannes dictus de sancto Albano, Physicus præcipuus, & Regis Franciæ curam gerens. Hic cùm ditatus fuisset auro Franciæ, sibi quoddam hospitium comparavit in civitate prædicta pæne dilapsum & dirutum, in quod solebant ex longinquis partibus venientes causâ peregrinationis versus S. Jacobum in Hispania divertere peregrini, & ibidem per dies aliquot exhibere. Sed desistentibus redditibus, & elemosina subtracta est, & hospitium desolatum. Emit ergo Magister Joannes dictum Xenodochium, & exinde fecit sibi hospitium correspondens fortunæ suæ: qui cùm videret dictos Fratres cotidie Missas celebrare, orationibus instare, & prædicationibus invigilare, motus tam devotione quàm pietate, contulit eis prædictum Xenodochium in habitaculum sempiternum. Ex cujus hospitalis vocabulo nomen traxerunt præfati Fratres, ut Jacobitæ vocarentur ab adjecto nomine hospitalis.* Donationem porrò Hospitalis S. Jacobi à Magistro Johanne Decano S. Quintini factam anno 1218. observat Brolius lib. 2. Antiq. Paris. vide Constit. Ord. Præd. dist. 12. cap. 10. §. 2. At idem scriptor & Matth. Westermonasteriens. anno 1198. aliam nominis rationem videntur comminisci: *Exortum est in Italia novum genus Prædicatorum, qui Jacobitæ voluerunt appellari, eo quòd vitam cœperunt Apostolicam imitari.* Unde à *Jacob* Patriarcha ita appellatos quidam, sed falsò, censuere. Hocce Jacobitarum vocabulo nuncupantur apud Theodoricum Valliscolor. in Urbano IV. PP. p. 228. & Joannem Hocsemium cap. 32. *Prædicatores S. Jacobi*, dicuntur in Chronico Andrensi an. 1222.

JACOBUS, minutior moneta, vulgò *Jaques*, cujus mentio in Foris Benehain. Rubr. *de Peages* art. 12. & in Consuetud. Solensi tit. 7. art. 4. *Jakes* moneta, nescio an Anglica? occurrit etiam sub Henrico VI. apud Will. Stanford. lib. 2. de Placitis Coronæ cap 30.

JACOBI, ex Gallico *Jaques*, appellati factiosi quidam in agro Bellovacensi, ab eorum Capitaneo, quem *Jaque Bonhomme* vocabant, sub an. 1358. de quibus copiosè Froissartes 1. vol. cap. 187. 188 189. Matth. Villaneus lib. 8. cap. 67. Continuator Nangii Gall. MS. &c. qui factionem ipsam *Jaqueriam* nuncupant. Regestum 3. Memorialium Cameræ Computor. Paris. fol. 218. *Sigillum Capitanei Rusticorum vocatorum Jacoborum decapitati apud Claromontem in Belvacino, fuit traditum Cameræ per Thomam Brochardi Receptorem Silvanect.* 11. *Dec.* 1358. Chronicon scriptum sub Carolo V. *Anno* 1356. *cum Jaqueriis de Belvacino congregati sunt illi de Mucien, & destruxerunt Montmorenci.* Vide Louvetum in Hist. Bellovac. tom. 2. p. 544.

JACTANDA, *Gloriatio, glorificatio*, in Glossis MSS. ad Concilium Sardicense c. 15.

JACTARE, Dejicere, *Jetter à bas*. Capitula ad Legem Alamannor. c. 40. *Si quis alium de caballo jactat*, &c.

JACTATORIUM, Machina bellica, quæ tela complura simul vel certè lapides emittebat, *Petraria*. Galbert. in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 96. *Arietes, sues, jactatoria, scalæ & consimilia, quibus muros & lapideas compositiones destruere solent.* N. 163. 181. *Jactatoria ingenia, instrumenta.* Græcis λιθοβόλα.

JACTI-

JACTIVUS. Vide *Jectivus*.

JACTURARIUS. *Qui frequenter jacturam patitur, i. damnum.* Glossæ Isid.

JACTUS, ὑπόθεια, Missile. Ita non semel usurpat Cencius Camerarius in Ceremoniali Romano apud Baron. an. 1191. Jacob Stephanescus Cardin. De Coronat. Bonifacii VIII. PP. lib. 2. cap. 11.

Hoc illi, verùm populus lustraverat urbem
Arcubus, more Veterum, qua tendere mos est:
Atque frequens Patrem currens stipabat euntem,
In quem jactus erat valida per cuncta moneta, &c.

Jactus maris, Littus, seu potiùs agger, mari oppositus, *Rejet de la mer*. Charta an. 1242. in Probat. Hist. Guinensis p. 502. *Vendit totam terram---- cum omnibus appendiciis suis, scilicet dico & jactu maris*. Ubi *Dicus* est nostrum *digue*, agger. Consuetudo Bituric. tit. 11. art. 14. *Le fossé estant entre deux heritages, appartient au Seigneur de l'heritage du costé duquel est le ject dudit fossé*, &c.

Jacti, falconariæ artis magistris, dicuntur laquei de corio facti, qui pedibus falconum imponi solent, *ut cum eis retineantur, & jactentur ad prædandum, qui ob hoc jacti dicuntur, quòd cum eis jaciuntur falcones, & emittuntur ad prædam*. Ita Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 38. & alibi.

Jactus. Consuetudines villæ *de Machau* in Comitatu Regitestensi MSS. ab Hugone Comite Regitestensi & Felicitate uxore editæ: *Tuit cil qui seront manent en la ville à lesgart del Majeur & des Jureis, paieront ce blé areis l'ivernage à lapremiere mesure & sans gez, & l'avennce à la mesure premeraine & sans gez*.

JACULATOR. Charta Amelii Episcopi Tolosani in Tabulario Abbat. Conchensis in Ruthenis n. 1 *Tali pacto, ut nullus Miles, neque cliens, neque jaculator*, &c. Idem fortè qui *Arcubalistarius*.

JALINUS, pro *hyalinus*, coloris vitrei, ὑάλινος. Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. p. 1274. *Obtuli eidem Ecclesiæ unam planetam de xamito Jalino*, &c.

JALO, *Jalagium*. Vide *Galo*.

JAMJAMQUE, Continuò, in l. 32. Cod. Th. de Decur.

Jamnunc, Ex die præsenti, continuò: occurrit non semel in eodem Cod. locis à Jac. Gotofredo indicatis.

Jamtum, ἐκπάλαι, in Excerptis Gloss.

JAMPNA. Monasticum Anglic. tom. 3. p. 22. *Pasturas, mariscos, boscos, jampna, bruera, communias, piscarias, reditus*, &c.

JAMMUNDLING, *Jamundilingi*, Servorum, seu glebæ adscriptorum species apud Germanos, qui à *litis* & *colonis* distinguuntur in veteribus Tabulis, etsi utrisque adjungantur. Charta Ottonis M. an. 937. in Privilegiis Ecclesiæ Hammaburgensis. p. 149. & apud Goldastum to. 2. Constit. Imper. pag. 43. *Si verò aliquis ex libertis voluerit Jammundling. vel litus fieri, aut etiam colonus ad Monasteria supradicta, cum consensu cohæredum suorum non prohibeatur à qualibet Potestate, sed habeat licentiam nostra auctoritate. Habeat quoque potestatem prædictus Adalgag successoresque ejus Ecclesiæ Hammaburgensis Archiepiscopi, super liberos & Jammundlingos Monasteriorum supradictorum in expeditionem, sive ad Placitum Regis*. In Chartis Henrici II. an. 1003. & 1014. in isd. Privileg. p. 155. 156. *Litis, colonis, atque Jamundilingis*.

Censet Spelmannus *Jammundlingos*, eosdem esse cum *Commendatis*, liberis scilicet, qui se alterius dominio ac protectioni commendabant, ex Saxon. ʒemunʒian, *protegere*: unde *mundium*, protectio, tutela; & *Ling*, quæ est terminatio vocabulorum Anglosaxonibus familiaris, & *hominem* fere, aut *hominum* speciem denotat, ut in *Adeling*, *Esterling*, & alibi docemus.

JANITORES, Ostiarii, *qui ultimi Ecclesiastici ordinis sunt*, ait Eginhardus in Vita Caroli M. Vide *Ostiarius*.

JANITRICES, ἀυταδέλφων γυναῖκες, in Gloss. Gr. Lat. MS. in quo perperam scriptum *inanitrices*. Gloss. Gr. Lat edit. σύννυμφοι, *Consponsus, janitrix*. Jo. de Janua: *Janitrices dicuntur uxores duorum fratrum, quasi eandem januam terentes, vel per eandem januam iter habentes*. Ex Isidoro lib. 10. cap. 8. & Gloss. ejusdem. Vide l. 4. D. de Grad. & affin.

JANIZZERI, Sollicitatores expeditionum, in Curia Romana. Vide Octav. Vestrium lib. 1. & 2. de Judic. Aulæ Rom.

JANNETI, nummi argentei, à Jano, Rege Cypri, cusi, in Statutis Ordinis S. Joannis Hierosf. tit. 19. §. 33.

JANUM. Charta Longobardica an. 774. apud Ughellum in Archiepisc. Beneventanis: *Nec non Ecclesia S. Mercurii, quæ posita est in Jano nostro, & de ipso Jano circa ipsam Ecclesiam largiti sumus terram modiorum* 100.

JANTAR, Parata, gistum, pastus, à Latino *jentare* fortè. Charta Lusitanica æræ 1168. in Hist. Episcop. Portensium 2. parte p. 20. *Pro parata, quod vulgò dicitur jantar: scilicet ut Episcopus accipiat pro illo jantare omnem illam terram, quam habebat Ecclesia sanctæ Mariæ*, &c. Occurrit præterea ibidem in Charta Hugonis Portugalensis Episcopi æræ 1160. p. 18. & in Charta Henrici Comitis Portugallensis tom. 3. Monarch. Lusitan. Brandaonis pag. 282.

JAQUERII. Vide *Jacobi*.

JARDINUS. Vide *Gardinus*.

JARLERI, apud Suecos, iidem, qui *Earles*, apud Anglos, *Comites*. Snotto Sturlesonius in Chronico Norwegico, ubi de Herlevo: *Rex offerebat illi Jarleri nomen & comitatum*.

JARRECTA, vernacula lingua, inquit Rocchus Pirrus in Episcopis Catanensibus, scapha est, qua homines alveo fluminis terræ trajiciuntur.

JARRIA, *Gerria*, *Jorria*. Charta fundationis Abbatiæ Brolii-Grollandi in diœcesi Lucionensi, an. 1109. apud Sammarthanos: *Ego Aimericus de Bulio dono & concedo Deo & B. Mariæ & prædictis Monachis ipsum locum, qui vocatur Brolium Gollandi, & gerriam illam, & terram, quæ ante est, & extenditur usque ad terras Airandensium, & determinatur de valle, quæ subtus Jarriam illam est, usque in viam, quæ de Thalemundo venit*.

Joria, eadem notione. Charta Friderici I. Imp. an. 1157. apud Guichenonum in Bibl. Sebus. pag. 179. *Pratis, pascuis, silvis, joriis, montibus, vallibus*, &c.

JARSA. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 65. *Qui de ventosis vel Jarsis minuendi sunt, omni tempore post Vesperas id facere debent, & deinceps per totam diem sequentem, interim dum Horæ dicuntur, in Retrochoro sedebunt*, &c. Vide *Garsa*.

JASSEFATUM, Navigii persici species, apud B. Ordericum de Foro-Julio in Peregr. n. 6.

JAVELLUS. Tabularium Fossatense: *Apud Fossatum--- falceias, insulas, gurgites, & javellos quamplures---- habet*. Aliud, opinor, *javelle* sonat in Regesto censuum Carnotensis urbis an. 1302. fol. 18. *Marchand, qui vend charbon ou javelle en la ville de Chartres, a sas revvidiez*, &c.

JAZERAN, Vestis militaris species, Chron. Bertrandi Guesclini MS.

Que li Duc entreroit du tout en son Comant,
Lui disime sans plus sans vestir jazerant,

Alibi:

Bien estoient armez & nobles jazerant.

Rursum:

Dont chascun ot cheval couvert de jazerant.

Ghiazerino apud Joannem Villaneum lib. 8. cap. 78. pag. 354.

IBERUS. Pactus Legis Salicæ tit. 13. §. 3. *Quicunque alienam domum violenter disturbaverit, & domus si pro firmamento Iberus habuisse probatur, qui hoc fecerit, 18. den. culpabilis judicetur*. Ubi Wendelinus, *Iberus*, culmen interpretatur, ita ut *culmine* seu summo tigno domui imposi-

imposito, tùnc confecta & absoluta censeatur: ex Germ. ut ait, *Uber*, quod est *Culmen*: unde Belgæ *Evver*, & *Evverboom*, supremum lignum, vel tignum. *Uber* certè Germanis *suprà* sonat.

Iberus, Equus Hispanicus. Willelmus Brito lib. 11. Philipp.

Mox caput inflectens, collumque amplexus Iberi,
Per medias acies iterum prorumpit.

Nicolaus de Braja in Ludovico VIII.

Hic lascivit equus, quem gramen pascit Iberi. Vide Auctores de re Veterin. lib. 2. c. 112.

ICANATI. Vide *Domesticus*.

IC-DIEN, Epigraphe, qua Principes Walliæ sub emblemate trium pennarum utuntur: facta à Saxonico IC ʒien, ubi ʒ eum trajectione in erecta parte, non D. sed Th. exprimit, significat autem *Ego servus*, vel ipse *Servus sum*, juxta illud Apostoli ad Galatas cap. 1. ʒien enim, ʒen & ʒeʒen, *Servus, Minister*. Inde Barones Regum Anglosaxonum, juxta linguam eorum vernaculam, *Theini*, & *Thani*, & *Theigni*: juxta Latinam *Ministri* appellati sunt. Semper igitur scribendum moneo cum aspiratione, ut petitum intelligatur à Saxonibus. Hæc Spelmann.

ICONA, *Iconia*, Imago ex Græco εἰκών. Gloss. Lat. MS. Reg. cod. 1013. & Papias: *Iconia, Figura, Imago.* Frodoardus de Pontificib. Romanis:

——— *sumuntur in ipsum*
Arma Deum, decorique jubetur Iconia prisci
Vastari, quacunque notat pictura triumphos.

Ebrardus in Græcismo c. 8.

Icos imago fit, quod probat Iconia.

Utuntur promiscuè Scriptores, Joann. Diacon. lib. 4. Vitæ Gregorii M. c. 83. Gregor. Turon. lib. 1. Miracul. cap. 22. Chron. Cas. lib. 3. cap. 31. Anastasius Bibl. in Vitis PP. p. 179. 184. 202. Vita S. Hugonis Benedictini n. 11. Acta Innocentii III. p. 19. Cæsarius lib. 7. cap. 21. 25. 38. 45. Histor. Translat. S. Julianæ an. 207. cap. 2. n. 8. Gotselin. de Mirac. S. Augustini. Cantuar. c. 29. Odo de Diogilo p. 28. Matth. Paris. p. 146. 491. Roger. Hoveden. p. 670. Brompt. p. 1178. &c.

ICONOMUS, pro *OEconomus*, apud Jo. de Janua. Will. Brito lib. 3. Philipp.

Ichonomumque sui patris nihilominus ictu
Solius pugni morti succumbere fecit.

Ita ἰκονόμος scribitur in veteri Inscript. apud Sponium to. 3. Itiner. part. 2. pag. 18.

ICTUARE, *Flagellis cædere*: nam ut habet Papias, *Ictus propriè sunt flagellorum, ab agitando dicti.* Sed & in flagellatione numerabantur ictus. Vide *Flagellare*. *Ictus virgarum*, dixit Victor Vitensis lib. 3. de Persecut. Vandal. pag. 39. *Ictibus aut virgis castigare*, in Capit. Caroli C. tit. 27. Theod. Campedonensis in Vita S. Magni c. 6. *Non est tibi necesse eum ictuari*, &c. Epistola Pauli ad Desiderium Cadurcensem Episc. 13. apud Canisium to. 5. & 74. inter Francicas tom. 1. Histor. Francor. *Cognoscatis Chainoaldum Episcopum ictuatum etiam fati munus implesse.*

ICTUS, Acies militaris. Rodericus Toletan. lib. 8. de Reb. Hisp. c. 9. *Exercitum suum disposuit in totidem aciebus: primos ictus habuit Garcias Romerii; secundam aciem Eximinus Cornelii*, &c.

Hist. Gastonis Comitis Fuxensis, scripta à Guillelmo *le Seur* ejus domestico MS. cap. 5. *Cela fait il fit ses estandars de ses batailles, & or lonna de son avantgarde, & de ceux qui recevroient le premier heurt à la veüe des ennemis.*

Ictus, Cognitio judicis de ictu inflicto. Charta Henrici Imp. an. 932. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 30. *Confirmamus eis bannum & justitiam, impetum & burinam, ictum & sanguinem, reperturam*, &c. Ubi ictus est.

Ictus orbus, qui non apparet, qui *sanguini* effuso opponitur, *livor & tumor*, in Lege Saxon. cap. 1. §. 2. Gloss. Gr. Lat. πηρός, *cæcus, orbus* Bracton. lib. 2. tract. cap. 5. §. 7. *Si inveniantur plagæ apertæ, vel brussuræ per ictus orbos*, cap. 23. §. 2. *Ligna faciunt brusuras, orbes, & ictus, qui judicari non possunt ad plagam.* cap. 24. §. 2. *Si nullam plagam ostendit, -- vel non nisi ruffluram, vel brusuram, orbes, ictus cum baculo, & non armo moluto.* Fleta lib. 1. cap. 41. §. 3. *Si de lapide vel baculo plaga facta fuerit, peti poterit judicium, desicut hujusmodi arma non faciunt plagas, licèt horribiles faciant ictus.* Charta Philippi Regis an. 1273. pro Ecclesia S. Mederici Parisiens. *Justitia super ictibus orbis, vel aliis ictibus, ex quibus verisimile esset, vel etiam contingeret, quòd percussus membrum, seu vitam amitteret*, &c. *Ictus sine sanguinis effusione*, in Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 14. Statuta Mediolanensia part. 2. cap. 487. *Si equus fuerit orbus, vel dissilatus.* & in Capitul. Ludovici Pii post Capit. an. 824. cap. 2. Gallis *Coup orbe*. *Ictus non apparentes*, in Libertatib. villæ de S. Palladio in Biturigib. an. 1279. Ita in Consuetudine Silvanectensi art. 110. *Sombres cops*, in Consuetudine Insulæ tit. 1. art. 20. Chronicon MS. Franciæ ex Bibl. Memmiana fol. 373. *Il fut porté jus à terre, & moult ot de orbes coups.* Bellomanerius cap. 38. *Il avient aucune fois que aucuns cas aviennent si orbe, con ne peut pas tantost savoir se c' est cas qui apparteigne à haute Justice.*

Orbare, Ictum *orbem*, vel orbum *infligere*, *tumorem facere*, apud Ulpianum in Collat. Legis Mosaicæ tit. 2. Capitula Caroli M. ad Monachos c. 16. *Ut disciplina Monachis regularis imponantur, non secularis; id est, non orbentur, non mancationes alias habeant*, &c.

Orbitatio, pro *Orbatio*. Landulfus de S. Paulo in Chronico Mediolanensi cap. 26. *Ipsius autem Grosulani caterva undique concurrens, ferendo & inferendo vulnerationes, orbitationes, & occisiones multas in equis & hominibus*, &c.

Ictus cæci, iidem qui *orbi*. *Cæca plaga*, Apuleio lib. de Herbar. virtutib. c. 3. ubi Gabriel Humelbergius. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 94. *Si -- alius alium verberet cæcis ictibus, & non cruentis, sive cravatus ibi sit, vel non convictus, noxa vitam emendabit Domino, cujus hominem verberavit.*

Ictus apparens, cæco & orbo, opponitur. *Plaga aperta*, in Charta laudata, *Plaie à vis descouverte*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 12. *Se clamer dou cop aparant par l' Assise dou Roy Bauduin*, in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 107. qua Assisa, *le Chevalier, qui avoit frappé ou donné coup à un autre Chevalier, & en estoit atteint, payoit d' amende au Seigneur mil bezans, & au blessé harnois de Chevalier. Si autre, que Chevalier donnoit coup apparent à un Chevalier, & en estoit atteint, il perdoit le point dextre, pour l' onnor & la hautesse que li Chevalier a, & doit avoir sur toutes autres manieres de gens*, &c. Adde capita 108. 109.

Ictus Regis. Aresta Candelosæ an. 1259. in I. Regesto Parlamenti fol. 100. *Quia Canonici S. Petri Suession. post pacem tractatam inter ipsos ex una parte, & Comitem Suessionensem ex altera, per Magist. Jo. de Ulliaco & per Ballivum Viromand. contra inhibitionem ipsorum Magistri & Ballivi, ac servientis D. Regis, qui præsens erat, fecerunt dari ictus Regis in Curia sua, Capitulum ipsum S. Petri, qui in eodem loco, in quo dati fuerunt ipsi ictus, emendabunt hoc coram omnibus Ballivo pro Dom. Rege, maximè cùm Justitia ipsius loci capta esset antea in manu Regis.*

IDEA, imago. Vetus Inquesta apud Puricellum in Ambrosiana Basilica p. 1037. *Veniunt ad Ecclesiam majorem, antequam Missa major ibi incipiatur, in Dominicis diebus & præcipuis festivitatibus, & adportant arcam & ideam.*

IDENTITAS, Quævis actio repetita. Vita Abbatum S. Albani: *Ne identitas in Claustro acediam parturiret*, i. *en faisant toûjours la mesme chose.* Miracula S. Adalberti

berti Egmundani capite 11. *Identitas satietatis mater est.* Vide Stephanum Tornacensem Epist. 27.

Identitas, pro *idem*. Paschasius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abb. Corbejensis lib. 2. c. 2. *Ideo identitas est pane & in rebus Ecclesiarum*, &c.

IDERZON. Vide *Derzon*.

IDIOCERA, ἰδιόχειρον, *Ecrit privé*. Rollandius in Summa Notoriæ c. 3. *Sagacitates verò in deponentem & depositarium, ne depositum alteri detur, nisi sicut ordinant, multimodè fiunt: aliquando per Idioceram, aliquando per Cirographam, & multis aliis modis*, &c.

IDIOTA, Illiteratus, imperitus. Glossæ. Gr. Lat. Ἰδιώτης, ὁ μὴ νοήμων, *Rusticus, rudis*. Ἰδιωτία, *Rusticitas*. Papias: *Idiota, propria vel rustica lingua contentus. Idiota, Rusticus, Indoctus, Ignarus, sine Literis*. Gloss. Ælfrici: *Idiota*, unȝelæꝛeð, i. Illiteratus, Indoctus. Will. Brito in Vocabular. *Idiotæ dicebantur, qui propria tantùm lingua, naturaliq; scientia contenti, literarum studia nesciebant, unde dicebantur sine litteris, non quòd litteras non scirent, sed quia artem Grammaticæ propitiam non haberent*. Gloss. Lat. MS. Reg. *Idiota, Imperitus, Ignarus, Nesciens, Inscius*. Liberatus Diaconus cap. 7. de Maximiano Patriarcha Constantinopolitano: *Constans quidem in fide vera, idiota autem sermone*. Cælius Aurelian. lib. 1. Acutor. cap. 11. *Apud inertes, quos Idiotas appellant*. Beda in Epistola ad Egbertum Antistitem: *Et quidem omnes qui Latinam linguam lectionis usu didicerunt, hæc etiam optimè didicisse certissimum est; sed idiotas, hoc est, eos, qui propriæ tantùm linguæ notitiam habent, hac ipsa sua lingua dicere, ac sedulò cantare facite*. Capitula Synodalia Laurentii Archiepisc. Strigoniensis: *Idiotæ Presbyteri ne ordinentur*. Arnulfus Lexoviensis Episcop. Epist. ad Alexandrum PP. *Priorem constituit idiotam, ut ipse scilicet locum suppleat idiotæ*. Bernardus Abbas Fontis-Calidi lib. contra Wald. c. 5. *Aliter scilicet idiotæ, aliter literato*. Arnoldus Abbas Bonæ-Vall. de Operib. sex dier. de Apostolis: *Cùm repente facto cælitus sono, illiterati & idiotæ facti sunt fidei assertores*. Cæsarius lib. 7. Mirac. cap. 4. *Cùm esset in ejus diœcesi Sacerdos quidam idiota, nullam sciens Missam, nisi de D. nostra S. Maria*. Vide eundem lib. 10. cap. 3.

Idiotæ, dicti etiam Monachi, qui vulgò *Conversi* appellantur, seu qui nullo Ordine Ecclesiastico donati, ut est apud Allatium lib. de Narthece veteris Eccl. p. 15. Udalricus lib. 2. Consuetud. Cluniac. c. 10. *Quia unum (manutergium) est pueris, alterum Cantoribus, tertium Idiotis*, lib. 3. cap. 8. *Incedunt inter Idiotas & Cantores*. Joannes Cluniac. in Vita S. Odonis Abb. Cluniac. *Etenim cùm Idiota esset, utrunque ei imposuerunt, scilicet obedientiæ jugum & studium literarum*. Vide Petrum Vener. lib. 1. Epist. 4. Ita etiam hanc vocem usurpat Petrus Damianus, lib. 1 Epist. 19. lib. 2. Epist. 12. Vide Passionem SS. XL. Martyr. Lauræ, S. Sabæ n. 62.

Interdum & qui literas, seu *legere* nesciebant *Idiotæ* appellati. Georgius M. lib. 9. Epist. 9. *Quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa ignorantes vident, quod sequi debeant, in ipsa legunt, qui litteras nesciunt*.

Idiota, Privatus. Sententia Ivonis Carnotensis Episc. pro Monasterio S. Martini de Campis: *Testis fuit, se vi disse Presbyterum de Hienvilla, servos & liberos Parochiales ex debito ad sepulturam suscepisse, seque interfuisse, Presbyterum verò Puteacensem in præsentia Presbyteri de Hienvilla tantummodò locum suscepisse idiotæ*, i. viri privati.

Idiota, JC. Anglis, dicitur à natura stultus, qui numerare non potest 20. denarios, & patris vel matris nomina ignorat, vel quam ætatem habet, & similia: ejusmodi enim stulti rei suæ gerendæ incapaces habentur. Verùm si non adeo ingenio privatus sit, ut magistro adjuvante legere addiscere possit, vel ulnam panni mensurare, vel aliud agere, ex quo erui possit non omnino ingenio destitutum esse, tunc non dicitur à natura Idiota. Hæc Rastallus.

Idioticus sermo, in Vita S. Arigii Episcopi Vapincensis, rusticus.

IDITHUM. Lambertus Schafnaburg. an. 1070. *Ipse denique, qui ut res certamini committeretur, vehementissimus auctor incentorque fuerat Rutgerus Comes, is nunc primus fugiendi auctor ac signifer apparebat, omnique, ut vulgò dicitur, vento citatior, montes & colles modernus idithum transmittebat*. Alcuinus poëm. 221.

Instituit pueros idithum modulamine sacro,
Utque sonos dulces decantent voce sonora, &c.

Ubi vir doctus, *idithum* putavit esse auctoris nomen, qui sub Carolo M. vixerit. Guil. Brito lib. 4. Philipp. v. 576.

——— *Præstructus ab illo*
Esdra, qui docuit reparare volumina Legis
Atque Prophetarum, Psalmos, Ithidique libellos,
Et Testamenti simul omnia scripta prioris.

Ubi editor ad marginem correctionis vice reposuit, *f. itidemque*. Alii Psalmos Davidis, qui *pro idithum* inscribuntur, intelligi volunt, 38. 61. 76. de quo lib. 1. Paralipom. cap. 9. 16. 25. lib. 2. c. 5. 29. 35. &c. Hieronymus in Psalm. 27. & Isidor. lib. 7. c. 8. *Idithum, transiliens eos sive saliens eos*, &c. vide Chronicon Alexandr. p. 202.

IDOLIUM, Locus, in quo idola coluntur. Iso Magister in Glossario: *Idolium, templum idoli, locus idolorum*. Alibi: *Idolium est locus, in quo idolis immolabatur: Idolothytum, sacrificium. Idolum, res ipsa, cui immolatur*. Rursum: *Idolium, servitus Idolorum*. In alio MS. Cod. *Officium idolorum*. Versificator quidam:

Est locus idolium, quod ibi datur, idolothytum.

Papias: *Idolium, locus, ubi idololatræ venerantur & colunt idolum*. Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062. εἰδωλεῖον, ὁ ναὸς τῶν εἰδώλων, εἰδώλιον δὲ, τὸ ὁμοίωμα. S. Paul. 1. ad Corinth. cap. 8. *Qui habet scientiam in idolio recumbentem*, &c. Prudentius lib. 2. adversus Symmachum:

Aspice quàm pleno subsellia nostra senatu
Decernant infame Jovis pulvinar, & omne
Idolium longè purgata ex urbe fugandum.

Utuntur, idem in Apotheosi, Lib. 1. Macchab. c. 1. & 10. Dionysius Exiguus in Versione canonis 4. Ancyrani, & Publicola in Epist. quæ 153. extat inter Epistolas S. Augustini, idem S. Augustinus lib. 2. de Morib. Manichæor. cap. 14. Petrus Cellensis, &c.

Idola vocabant interdum Pseudopontifices, seu Antipapas, ut *Burdinum* Calixtus II. PP. in Epist. ad Episcopos Galliarum: *Per illud Teutonicorum Regis idolum, Burdinum videlicet*, &c. Ita Joannes Sarisber. Epist. 59. 159. 210. Idolum, Octavianum Pseudo-Pontificem vocat, de quo etiam Alexander III. PP. Epist. 1. *Quem sibi* &c. Alexander III. PP. Epist. 1. *Quem sibi in statuam erexerunt*. Respectum fortè ad illud Zachariæ cap. 11. v. 17. *O pastor & idolum, derelinquens gregem*, &c.

IDOLATRIA, pro *Idololatria*. Epitaphium S. Isidori, Hispalensis Episcopi: *In doctrina prædicans, Crucifixum prædicans, fugans idolatriam*. Occurrit non semel.

IDOLOLATRA, pro *Idola*. Nicolaus de Braja in Ludovico VIII.

Has in urbe priùs idololatra culta fuerunt.

IDOLOLATRARE, Idola adorare, in Concilio Eliberit. cap. 1. Gallis *Idolatrer*.

IDONEUS, Innocens, quia ab omni delicto immunis est, ut *Idoneus* sit juri stare. Joan. de Janua: *Idoneus, irreprehensibilis*. Pactus Legis Salicæ tit. 76. §. 1. *Et ille postea, qui*

qui rogatus fuerat, si ex hoc idoneum se cognoscat, se debet postea cum duodecim per sacramenta absolvere. Infrà: *Si se idoneum agnoscit*, &c. S. Audoenus lib. 2. Vitæ S. Eligii, cap. 75. *Cœpit ab ea extorquere, ut se per juramentum ab hac suspicione idoneam redderet.* Gregorius Turon. lib. 9. cap. 13. *Si eum cum idoneis hominibus Fredegundis ab hac actione, qua impetitur, immunem fecerit, abscedat liber, & quò voluerit, eat.* cap. 16 *De quo (crimine) sacramento, si vultis, aut qualibet alia conditione idoneus reddi potest* lib. 8. cap. 8. *Tu verò si idoneus es, ut adseris, accede propiùs, & sume tibi Eucharistiæ particulam, & impone ori tuo: erit enim Deus inspector conscientiæ tuæ.* Concilium Francoford. an 794 c. 9. *Et exivit ad judicium Dei, -- qui etiam à Domino liberatus, idoneus exivit.* Ubi *idoneus* idem est ac innocens. Idem Gregor. Turon. *Tandemque, inquit, ne crimen consurgat ulteriùs, innocentem faciam eum sacramento.* Quod idem valet ac *Idoneare*.

Idoneum se facere, Sacramento ab imposito crimine se purgare, exuere, in Capitul. Carol. M. lib. 3. c. 89. *Idoneum se reddere*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 19. §. 4. & in Concilio Dusiacensi I. part. 4. cap. 7. in Synodo Suession. an. 853. in Edicto Pistensi c. 20. &c.

Idoneare se, eadem notione. Charta Caroli M. apud Mabillonium: *Fuerunt namque aliqui in nostra præsentia convicti: & secundùm judicium Francorum dijudicati: aliqui verò fideles per judicium Dei se exinde idoniaverunt*, &c. ubi Cod. MS. *Exidoniaverint*, al. *adexoniaverint*. Occurrit passim, in Leg. Aleman. tit. 44. §. 1. tit. 91. Leg. Ripuar. tit. 67. §. 1. tit. 71. Leg. Longob. lib. 1. tit. 1. §. 7. tit. 3. §. 1. l. 2. tit. 35. §. 4. in Capit. Caroli M. lib. 3. c. 64. lib. 4. c. 9. in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 35. extremo, in Synodo Suession. act. 1. §. 6. &c.

Eduniare, præferunt Edictum Rotharii Regis Longob. tit. 109. §. 9. & Leges Grimoaldi tit. 1. §. 3.

Exidoneare, Idoneum se reddere, purgare se. Capitula Caroli C. tit. 9. c. 6. *Donec se ab illis, quæ ei impingebantur, idoneum redderet, vel competenter satisfacere procuraret.* Lex Alemann. tit. 17. §. 5. & Decretum Tassilonis. §. 12. *Si autem tres annos induraverit opus ancillæ, & parentes ejus non exadoniaverint eam, ut libera fuisse*, &c.

Idoneus sive liber, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 26. 29. Ita videtur usurpasse S. Fructuosus in Regula c. 13. *Alius de genealogia & gente sua fatetur esse Principes, alius de parentibus, alius de germanis, alius de cognatis, alius de fratribus & consanguineis, alius de divitiis*, &c. Ubi *idonei* dicuntur honorabiliores, ut *idonei servi & liberti* in Lege Wisigoth. lib. 9. tit. 3. quibus ibidem opponuntur *vilissimi*.

Idoneitas, Facultas. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 74 §. 1. *Nullam exinde habeat idoneitatem*, &c.

IDRERON. Lex Longobard. lib. 1. tit. 19. post §. 5. in Editione Boeriana hæc habentur, quæ desunt in Lindenbrogiana: *Si quis sepem alienam ruperit, i. idreron, comp. sol. 6.*

JECTIGARE. Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

Sicut multoties agitur furiis agitatus,
Sicut jectigat is, cujus nervi sunt resoluti.

i. hac & illac membra disjicit.

JECTIVUS. *Jactio, Jectiscere*, Vide *Abjectire*.

JECTUS. Vide *Tractus*.

JEDDA, vide *Ledda*.

JEFFNITEED, Juramenti species, apud Andream Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ cap. 4. *Quam cautionem semper debet præcedere sacramentum, quod* Jeffniteed *in lingua patria nominatur, virorum duodecim nominatorum de consanguineis occisoris, qui non sacris reliquiis, sed sacro coram posito tacto libro jurant in suas animas, & sic sibi Deum futurum propitium deprecantur*, &c. Danis *Eed* est juramentum.

JEJUNITAS, Abstinentia, jejunium. Utitur Cælius Aurelian. lib. 1. Acutor. cap. 11. lib. 2. cap. 10. & lex 4. Cod. Theod. de Suariis.

JEJUNIUM *quadragesimale*, in hoc differt à cæteris jejuniis, quòd in aliis post nonam, in hoc autem post vesperam reficiebantur. MicrFolog. c. 49. Quo vero pacto observaretur à fidelibus, pluribus docent Socrat. lib. 5. c. 22. Beletus cap. 11. Baronius an. 57. n. 195. 196. Filesaccus lib. de Quadragesima cap. 5. & 6. Haeftenus lib. 10. Disq. Monast. tract. 8. Binius ad Canones Apostol. Henr. Valesius ad lib. 5. Eusebii cap. 24. V. Cl. Joannes Baptista Coteleriius ad Constit. Apostol. & alii. Vide *Quadragesima*.

Jejunium Paschale, apud Hincmarum; *observantia paschalis*, apud Greg. in libro Sacram. Idem quod *quadragesimale*.

Jejunia quatuor, à Latinis primitus observata, docemur ex Philastrio in Catal. hæres. *Per annum 4. jejunia in Ecclesia celebrantur. In Natali primum, deinde in Pascha, tertium in Epiphania, quartum in Pentecoste. Nam in in Natali Salvatoris Domini jejunandum est, deinde in Paschæ Quadragesima, atque in Ascensione itidem in cælum post Pascha die quadragesimo, inde usque ad Pentecosten diebus decem*, &c. V. *Quadragesima*.

Jejunium Sabbati, Petrus Damiani in Vita S. Romualdi n. 15. initium habuisse ait è Silvestro PP. Ast alii antiquius putant, & in Oriente institutum ab hæreticis contra Judæos, statim initio Ecclesiæ. Innocentius verò Pontifex Epist. ad Decentium ait, in quibusdam Occidentis partibus illud fuisse indictum, quòd Apostoli Sabbato sancto non minùs ac feria sexta præcedente in mœrore positi jejunaverint. Cassianus lib. 1. Instit. c. 7. istius jejunii causam affert, quòd S. Petrus, postridie cum Simone mago conflicturus, antecedente Sabbato cum fidelibus jejunaverit, & illud jejunium in consuetudinem abierit. At hanc historiam incertam esse ait S. Augustinus Epist. 86. Utcumque sit, constat in Romana Ecclesia diu jejunatum esse; at contrà in Ecclesia Orientali, in qua nunquam jejunabatur, nisi in Sabbato sancto, ac ne quidem in ipsis Quadragesimis. Quod Cassianus lassitudini à jejunio quinque dierum antecedentium adscribit: sanctus verò Cyrillus Cate. 4. quòd Catholici noluerint participare cum hæreticis. Vide S. August. Epist. 118. S. Hieron. Epist. 28. Innocent. I. Epist. 1. c 4. Cod. Carolinum Epist. 95. Vitam S. Nili junior. pag. 132. &c. Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 184. Baron. an. 34. n. 156. &c. Huc referenda, quæ in hanc sententiam congessit V. Cl. Joannes Baptista Cotelerius ad lib. 5. constit. Apostol. cap. 15.

Jejunium feriæ quartæ & sextæ, ab Apostolis institutum tradunt plerique: & quarta quidem, quòd ad vesperam captus sit Dominus; sexta autem, quod in ea sit crucifixus, ut habent Epiphanius in Expos. fid. S. Petrus Alexandr. can. ult. de Pœnit. S. Apollonius apud Rufin. l. I. Vitæ Patr. c. 7. Quod quidem jejunium in Ecclesiâ Romanâ non sub S. Augustino duntaxat; sed & à Monachis in Occidente passim observatum, Ludovico Pio imperante docet Concilium Aquisgran. c. 18. Istius jejunii meminere Canones Apost. c. 61. Clemens Alex. lib. 7. Strom. S. August. Epist. 86. Clemens in Constit. Apost. lib. 5. c. 15. & ult. lib. 7. cap. 23. Ignat. ad Philipp. 13. Tertullianus de Jejunio cap. 2. 10. 14. Epiphanius, Prudentius, Ambrosius, Cyrillus lib. 10. in Leviticum, Nicolaus I. PP. in Resp. ad Bulg. cap. 4. 5. 60. Philostorgius lib. 10. c. 12. Socrat. lib. 5. c. 21. lib. 7. c. 22. Rupert. lib. 3. de divin. Offic. c. 5. Baron. an. 34. num. 168. Haeftenus lib. 10. Disq. Monast. tract. 7. Disq. 1. &c.

Jejunium secundæ & quintæ feriæ, quod Judæorum fuit, ut est apud Clementem lib. 7. Constitut. Apost. cap. 23. ad quem vide, si lubet, eruditissimum Cotelerium.

Jejunium vernale, æstivale, autumnale, & hiemale, seu *Jejunium primi, quarti, septimi, & decimi mensis*, vel *quatuor*

quatuor temporum, ubi primus mensis est *Martius*, à quo annum auspicabantur; quartus *Junius*; septimus *September*; & decimus *December*. Vide vetus Kalendarium Rom. editum ab Allatio lib. de Dominic. & Hebdom. Græcor. cap. 37.

In primo mense, inquit Ordo Romanus, *quarta & sexta feria, vel Sabbato in prima hebdomada ipsius mensis primum jejunium celebratur.*

Secundum temporis jejunium, in quarto mense, in secunda hebdomada ipsius mensis, quarta & sexta feria vel Sabbato consummatur.

Tertium temporum jejunium septimi mensis, id est, Septembris, tertia hebdomada ipsius mensis, ut

Quartum jejunium, quarta hebdomada, in iisdem feriis consummantur. -- & tunc sacri Ordines in Ecclesia Romana de eis qui vocantur Cardinales, tradi consueverunt. Alibi: *Ut autem hoc jejunium celebretur in largitione sacrorum Ordinum, Ecclesia primitiva mos obtinuit.* Sed postmodum Gregorius VII. PP. statuit, ut jejunium, quod dicitur Martii, in prima hebdomada Quadragesimæ, secundum in hebdomada Pentecostes celebraretur, tertio & quarto more solito remanentibus, ut est apud Micrologum c. 24. quod sanè in Concilio Salegunstadiensi an. 1022. c. 2. in Quintilineburgensi an. 1085. 13. Gregorii Pontificatus, ac deinde in Placentino an. 1094. in Concilio Claromontensi an. 1095. c. 27. & in Conventu generali Episcoporum Germaniæ in Northusen. an. 1105. apud Conradum Urspergensem statutum legimus. De tempore jejunii quatuor temporum, prostant hi versus:

Vult Crux, Lucia, Cinis, Charismata dia,
Quòd det vota pia quarta sequens feria.

Horum porrò jejuniorum *denuntiatio* olim fiebat in Ecclesia in Missa, post illa verba: *Pax Domini sit semper vobiscum, & cum spiritu tuo.* Post hæc enim *commonebatur plebs pro jejunii 1. 4. 7. & 10. mensis temporibus*, ut est in Codice Remensi in orationibus quotidianis ad Missam, apud Menardum. Formulam istiusmodi denuntiationis jejunii quatuor temporum habet Gregorius M. in lib. Sacramentor. p. 106. Et Cardinalis Bona lib. 2. Rerum Liturgic. c. 1. n. 4. & lib. 1. Sacrament. Eccl. Rom. cap. 1. num. 4. Ejus etiam mentio est in Capitulis Caroli M. lib. 6. c. 183. & lib. 7. c. 98. Agunt de his jejuniis Callistus. I. PP. Epist. 1. c. 1. S. Augustinus, S. Leo in Homiliis, Gelasius PP. apud Holstenium in Concil. Rom. p. 216. Ivo p. 4. c. 26. 33. Egbbertus de Ecclesiastica institutione p. 109. Rabanus l. 2. de Instit. Cleric. c. 19. 21. 22. 23. 24. Alcuinus de divin. Offic. Amalarius lib. 2. c. 2. Micrologus c. 24. 25. 26. 27. Rupert. lib. 3. de divin. Off. c. 5. 6. l. 10. c. 26. Homilia inserta in Appendice edit. Capitular. Baluzianæ p. 1376. Honorius Augustod. lib. 3. cap. 150. Durand. lib. 6 cap. 6. Denique Baronius an. 57. num. 207. & Card. Bona lib. 2. cap. 16. n. 4.

Jejunium in Litania majore, indictum olim à Mamerto Episcopo Viennensi, & ab Ecclesia postmodum observatum. Joannes Abrincensis Episc. de Off. Eccl. p. 55. *Litania major, si infrà octo dies Paschæ evenerit, nullum jejunium nulla abstinentia, nec aliqua crucis mentio fiat, nisi festiva tantùm processio. Si autem alio tempore evenerit, omnes exceptis parvulis & infirmis jejunent, &c.* Istius jejunii mentio est apud Sidonium lib. 5. Epist. 14. lib. 7. Epist. 1. In Concilio Engelheimensi an. 948. c. 7. Moguntino cap. 33. apud Burchard. lib. 1. cap. 94. interrog. 48. lib. 13. cap. 7. lib. 19. cap. 5. & Ivonem p. 4. cap. 40. Petrum Damian. lib. 6. Ep. 35. &c.

Jejunium Kalendarum Januariarum, ideo statuit Ecclesia universalis, inquit Ordo Romanus, *quia cùm imperiti homines secundùm dementiam gentilium hunc diem à Principe suo Jano, quem pro Deo colebant, ita vocatum multis diabolicis sacrificiis sacrarent, quatenus his calamitatibus auctor vitæ finem imponeret, jejunium publicum in isto die fieri præcepit.* De eodem jejunio Isidorus lib. 1. de Eccl. offic. c. 40. *Proinde ergo SS. Patres considerantes maximam partem generis humani eodem die hujusmodi sacrilegiis ac luxuriis insidere statuerunt, in universo mundo per omnes Ecclesias publicum jejunium, per quod agnoscerent homines in tantum se pravè agere, ut pro eorum peccatis necesse sit omnibus Ecclesiis jejunare.* Adde Alcuinum lib. de Divin. offic. cap. 4.

Jejunium Kalendarum Novembrium, universaliter ab omnibus fidelibus observatum, illiusque causam tradit Isidorus lib. 1. de Eccl. offic. cap. 39.

Jejunium in Festis Apostolorum. Vide Petr. Damian. l. 6. Epist. 35. Beletum c. 11. Durand. l. 6. c. 7. n. 16. 17. 18. &c.

Jejunium Vigiliæ Assumptionis Deiparæ, de quo Concilium Salegunstadiense an. 1022. c. 1. Petrus Damianus lib. 6. Epist. 35. Joan. Abrinc. de Off. Eccl. p. 62. Durandus lib. 4. cap. 24. n. 9.

Jejunium Ascensionis Domini. Rabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 40. *Ante diem Ascensionis Domini mos est Ecclesiarum Occidentis, per tres dies proximos jejunium exercere, & Litanias agere*, &c. Concilium Aurelianense I. cap. 27. *Rogationes, id est, Litanias ante Ascensionem Domini ab omnibus Ecclesiis placuit celebrari: ita ut præmissum triduanum jejunium in Dominicæ Ascensionis Festivitate solvatur, -- quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis utantur.* Concilium Copriniacense circa an. 1255. c. 19. *In Septimana Ascensionis Domini non debent carnes comedi, nisi in die.* Adde Homiliam Anonymi de Decimis & Jejunio editam à V. Cl. Steph. Baluzio post Capitul.

Jejunium Epiphaniæ. Joannes Episc. Abrincensis de Officiis Eccles. *Vigilia verò Epiphaniæ, quam plebes diversè colunt, (alii enim jejunant, & alii prandent,) nobis jejunandum congruum videtur*, &c. Vide Petr. Damian. lib. 6. Epist. 35.

Jejunium Pentecostes. Concilium Turonense II. *Ut post Quinquagesimam tota hebdomada ex asse jejunent.* Meminit præterea *jejunii hebdomadæ Pentecostes*, Concilium Oxoniense an. 1222. c. 8. & Concil. Copriniacense can. 19. Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 37. *Secundum jejunium est, quod juxta Canones post Pentecosten alio die inchoatur, -- hoc jejunium à plerisque ex auctoritate Evangelii post Domini Ascensionem completur*, &c. Ordo Romanus *jejunium Pentecostes* vocat illud Jejunium 4. temporum, quod post Pentecosten fit. Vide S. Leonem Serm. 1. 2. 3. 4. de jejunio Pentecostes. Rabanum lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 21. Menard. ad libr. Sacrament. Gregor. p. 165. & V. Cl. Jo. Bapt. Coteletium ad Constitut. Apostol. p. 2[?]4.

Jejunium Sabbati Pentecostes, Ordo Romanus: *Sabbato in Vigiliis Pentecostes omnes jejunium faciunt*, &c. Idem statuitur lib. 6. Capitul. Caroli M. cap. 187. & in Capitulis S. Bonifacii Archiep. Mogunt. c. 34. Adde S. Ambrosium Serm. 60. Anonymum in Homil. de Decimis & Jejunio edit. à V. Clar. Steph. Baluzio, & Durandum lib. 6. cap. 7. n. 17. In aliquot tamen diœcesibus apud nos Jejunium illud haud observatur.

Jejunia temporalia, quæ in 4. Temporibus fieri solent. Statuta antiqua Ordinis Carthusiensis 1. part. c. 3.

Jejunium Purificationis B. Mariæ Joan. Episc. Abrincensis Offic. Eccl. *Nullam enim celsitudinem reverentiæ hujus diei* (Epiphaniæ) *reperimus, quàm in omnibus diebus Purificationis B. Mariæ, in quibus per aliquot dies jejunamus.*

Jejunium Vigiliæ S. Laurentii, solius inter Martyres celebrat Ecclesia, *quia beatus Laurentius graviùs cæteris passus est. Unde B. Sixtus dixit ei: Majora tibi debentur pro Christi fide certamina.* Durandus lib. 6. cap. 7. n. 22. & 40. cap. 4. n. 1. ex Beleto cap. 145. Idem Durandus l. 7. c. 23. n. 1. *Beatus Laurentius quia post beatum Stephanum inter alios Martyres primatum obtinet, vigiliam habet non quia majorem pœnam sustinuerit, quàm alii, nam multi tan-*

tantam pœnam sustinuerunt, sicut B. Vincentius & B. Georgius, & alii quidam: sed propter Officium Prædicationis & propter Martyrii locum, quia Romæ: & propter bonam administrationem thesaurorum Ecclesiæ. Idem n. 5. ait solum inter Martyres habere jejunium institutionis. Hinc mirari subit, cur aliquot Francici Præsules in nupera Festorum abrogatione, & Festum S. Laurentii & Jejunium pariter abrogarint, cùm, ut ait ibidem Durandus, *generalia & specialia Jejunia per Episcopos in Synodo & Conciliis instituta, solvi non debeant.* Vide Concil. Salegunstad. c. 1. & Copriniacense cap. 19. Synodum Bajocensem an. 1300. c. 66. &c.

Jejunium Festi S. Martini, solius inter Confessores celebrat Ecclesia, Durandus lib. 6. c. 7. n. 20.

Jejunium in Vigilia Nativitatis S. Joannis Bapt. apud Anonymum Homilia de Decimis & Jejuniis, edit. Baluzianæ. Vide Durandum in Rational. lib. 7. cap. 14. num. 4.

Jejunium Vigiliæ Festi Omnium Sanctorum. Vide Durand. lib. 6. c. 7. n. 13. lib. 7. c. 34. n. 5.

Jejunium S. Michaëlis. In Legibus Ethelredi Regis apud Habant editis §. 2. apud Bromptonum, statuitur, ut omnis Christianus, qui ætatem habet, jejunet tribus diebus in pane & aqua ante Festum sancti Michaëlis, scilicet die Lunæ, die Martis & die Mercurii, & ad Confessionem vadat, & nudis pedibus ad Ecclesiam, &c.

Jejunium banni, & *Jejunium bannitum*, banno seu Edicto publico indictum. *Indictum jejunium*, lib. 5. Capit. Caroli Magni cap. 87. in Epist. Pipini Regis ad Lullum Episc. & apud Amalarium de Ordine Antiphonarii. 77. Ita *Indicere jejunium*, dixit Sidonius lib. . Epist. 7. ut & Gregorius Turon lib. 2. Histor. cap. 34. quemadmodum *Indicere hostem*, Annales Francorum Bertin. an. 867. quod alii *Hostem bannire*. Concil. Saleguntadiense c. 15. & Capitulare Ahytonis Episcopi Basiliensis cap. 8. *Indictum verò jejunium, quando à Palatio vel à Domno* (al. *Domino*) *fuerit denuntiatum, ab omnibus generaliter observetur.* De Jejuniis verò à Regibus indictis agunt Gregorius Turon. lib. 9. c. 21. Carolus M. in Epist. ad Fastradam Reginam Capitulare an. 828. Epistola generalis Lud. Pii, ex Placito Aquisgranensi, & Anonymus de Miraculis S. Wilmari cap. 1. extremo.

Jejunium bannitum, inquit Serrarius lib. 1. Rerum Moguntiac. cap. 32. fuit magnum & intensum Jejunium, quod ad Dei bannum, seu pœnam, iramque avertendam ab iis suscipiebatur, qui se banno divino dignos agnoscebant, (videat Lector, an hæc probet) hujusque ad nostra ferè tempora fuit in Moguntina Ecclesia usus, & eo modo ferè per triduum servabatur, iisdemque Feriis, quemadmodum Quatuor Temporum jejunia, sed aliis hebdomadibus, quas ad memoriam versiculo isto significabant:

Post SALUS *&* MISERI *tibi erunt jejunia banni.* Id est, post Dominicas, quibus canitur *Salus* & *Misericordia*, quarum illa est Dominica 19. post Trinitatem, hæc Dominica prima post *Quasimodo*. Jejunii banniti originem ex MS. Codice refert idem Serrarius: *Feria secunda, quarta, & sexta post Dominicam* Misericordia Domini, *& Salus populi, jejunium banni in tota Diœcesi Moguntina institutum est contra plagam aboriendi, quæ olim in diœcesi Moguntina graviter in hominibus & bestiis sæviebat, curataq; est, & remota à Domino misericorditer per hanc observantiam, quæ agitur in Ecclesiis Collegiatis, cum Processionibus, jejuniis, & orationibus singularibus ibi institutis, cum abstinentia carnium in populo, feriis 2. & 4. olim etiam feria 6. cum abstinentia ovorum & lacticiniorum, quod modò relaxatum est. Nemo igitur hujusmodi modicam abstinentiam observare negligat aut contemnat, ne incurrat Dei vindictam, qualem communiter incurrunt temerarii prævaricatores.* Codex alius: *Feria secunda post Dominicam* Misericordia Domini, *celebratur jejunium bannitum: qua die post Primam itur ad sanctum Joannem, & in exitu cantatur,* Omnipotens Deus nostrorum consolatio, *& deinde incipitur Missa, qua finita legitur Sexta, & post ea redditur ad Ecclesiam Moguntinam cum Litania. -- Feria quarta in jejunio bannito itur post Primam ad Ecclesiam S. Mariæ ad Gradus, & ad exitum cantatur Antiphona,* Oremus. Dilectissimi. *cætera, ut suprà. Feria sexta in jejunio bannito, itur post Primam ad S. Mauritium, & in exeundo de Choro per totam viam mediam cantatur,* Timor & tremor venit in Niniven, *& cætera, ut suprà.*

Jejunium dispensationis est, quod celebratur in Vigiliis solennium dierum & magnarum Festivitatum, ut Natalis Domini. Durand. lib. 6. Rat. cap. 7. num. 7. Vide *Vigilia*.

Jejunium votivæ promissionis, ut si quis vovet, quod certa die jejunabit, vel à carnibus abstinebit. Beletus cap. 11. & Durandus lib. 6. c. 7. n. 8.

Jejunium pœnitentiale, quod Ecclesiastico more pœnitentialibus traditur ad remedium, inquit Sigefridus Episcop. Moguntinensis Epist. 3.

Jejunia indicta in pœnitentiam, quo pacto redimerentur, docent Canones Saxonici sub Edgaro Rege dati, cap. de Satisfactione, c. 18. 19.

Jejunia Monachorum. Vide Concilium Turonense II. can. 17.

Jejunium escarum, in quo à carne abstinetur, in Charta Manassis Episcopi Aurelian. an. 1210. in probat. Histor. Bleiensis p. 10.

Purgatio per jejunium, Leges Kanuti Regis c. 7. apud Bromptonum: *Cum sociis se purget, vel Jejunium ineat, si opus est, & applicetur ad Corsned, & fiat voluntas Dei.* Ordo Romanus Dei & Beda in Præfatione ad librum de Remediis peccatorum: *Singula quæque dijudicet, & aliquos à cibis abstinendo, alios eleemosynas dando, nonnullos sæpius flectendo genua, sive in cruce stando, aut aliquid aliud hujusmodi, quod ad animæ salutem pertinet.* Benno Cardinalis de Vita Hildebrandi, seu Gregorii VII. PP. *Idem Præsumptor* (Gregorius VII.) *Jejunium indixit Cardinalibus, ut Deus ostenderet, quis rectius sentiret de corpore Domini, Romanane Ecclesia, an Berengarius? per hoc manifestè probatus infidelis, cùm in Nicano Concilio scriptum sit, quia dubius in fide, infidelis est. Et de corpore Domini signum quæsivit, quod petente B. Gregorio ad firmandam mulieris fidem contigit, quando panis Christi formam accepit digiti: & misit duos Cardinales, Othonem & Cunonem ad sanctam Anastasiam, ut cum Suppone ejusdem Ecclesiæ Archipresbytero, triduanum jejunium peragerent, & illi tribus diebus singuli per dies singulos Psalterium & Missas decantarent, ut supradictus signum eis Christum ostenderet: quod minimè contigit.*

Jejunii superpositio. Vide *Superponere*.

Jejunia legitima. Vide *Quadragesima*.

JEROCOMIUM. Vide *Gerocomium*.

JERUPREPES. Vide *Hieroprepes*.

JESSE. Will. Thorn. an. 10.. *Candelabrum etiam magnum in choro æreum, quod Jesse vocatur, in partibus emit transmarinis.* Ejusmodi sunt candelabra, seu *Polycandela* ærea etiamnum in aliquot ædibus sacris, ab humo altiùs educta, & in latum expansa, *Arboris Jesse* (unde nomen) speciem referentia. Seriem scilicet genealogicam Jesu Christi, juxta Isaiam c. 45. & S. Paulum ad Roman. c. 1. Sugerius libro de Administr. sua pag. 348. *Vitrearum etiam novarum præclaram varietatem ab ea prima, quæ incipit à stirpe* Jesse, *in capite Ecclesiæ, usque ad eam, quæ superest principali porta -- depingi fecimus.*

IFUNGIA, Panis primarii genus, panis similaceus, Anglis *Coked bread*. Anonymus priscus:

Dic panem, lapidem: quoque dic Ifungia, quare?
Hoc quia de facili fungitur omnis homo.

Hæc Spelman. Sed pro *ifungia*, scribere debuerat Grammaticulus iste, *sfungia* quæ Isidoro lib. 20. c. 2. *dicitur panis, aqua diutissimè laxatus, qui similam modicam accipit, & fermentum modicum, & habet humectationis plus,*

plus, quàm omnis panis, unde & Spongiæ nomen accepit. Glossæ antiquæ MS. *Sfungia, panis aqua diutius* (f. diutiùs) *malaxatus*. Vide *Panis de Coket*. Hæc Spelman.

IGNIARIUM, *Focarium. Foyer* Gall. Joan. à Janua. Gloss. Isid. *Igniarius, ignem continens.*

IGNIBULUM, *Thuribulum*, Joanni de Janua.

IGNIFER *terminus*. Incertus Gromaticus: *Lapis si mixtam venam habuerit, Ignifer nomen habet.* Latinus & Mysontius p. 261. *Termini Tiburtini, Silicei, Tofinei, Igniferi, &c.*

IGNIS, idem quod *Focus, domus*. Lex Ripuar. tit. 30. de servo reo, ubi sic dominus loquitur: *Ego ignoro, utrum servus meus culpabilis an innocens de hoc extiterit, propterea eum secundùm Legem Ripuariam super 14. noctes ad ignem repræsento.* §. 2. *Quod si postquam eum ad ignem applicuerit, fuga lapsus fuerit*, &c. Charta an. 1138. in M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 7. n. 42. *Comes Theobaldus in Festo S. Dionysii de unoquoque igne illius villæ pro taxamento* (seu tensamento) *unum sextarium avenæ habebit: si verò aliquis ignium defuerit, Comes nec de terra, si sine domo remanserit, nec de domo, si sine igne fuerit, prædictum taxamentum habebit.* Charta Conradi Episc. Metensis an. 1214. apud Maurician: *Econtra præfati Canonici & Advocatus proponebant, non ideo eos esse liberos à solutione telonei, quòd domos haberent in civitate Metensi, cùm non facerent in ea ignem & fumum, nec eorum uxores & familia ibidem manerent, nec ipsi in eadem civitate sicut alii cives facerent excubias.* Ita promiscuè *ignis*, & *focus*, in Charta an. 1303. in Regesto 9. Philippi Pulcri Reg. Franc. ch. 14. Hinc *fovere larem*, aliquis dicitur in Provinciali Ecclesiæ Cantuariens. lib. 2. tit. 1. *qui habet domum, in qua moratur, & fovet ignem*, ut ait Lindwodus. Charta Joannæ Reginæ Siciliæ an. 1348. apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. pag. 353. *Hujusmodi civitatis homines --- lares in illa & incolatus proprios confoventes. Ignem tenere*, in Libertatibus Jassetonis oppidi in Sebusiis. Fori Oscæ an. 1247. fol. 8. *Et quod ipsa casa sit cum habitatore, qui faciat ibi ignem, &c.* Vide *Focus*.

Ignis Brigidæ, quem inextinguibilem dicunt, &c. cujusmodi fuit Vestalium. Vide Silvestrum Giraldum lib. 2. Topogr. Hibern. c. 34. 35. 36. 48.

Ignis Græcus, confectitius, *Feu d'artifice*. W. Neubrigensis lib. 4. cap. 19. *Quodam ignis genere, quem Græcum dicunt.* Guibertus lib. 7. Hist. Hierosol. cap. 33. *Græcos, quos ita vocitant, ignes injicere machinis*, &c. πῦρ Ῥωμαϊκὸν, Theophani; *Ignis Romaicus*, Paulo Diacon. l. 21. Hist. Misc. Ejusmodi factitii ignis Callinico Heliopolitano, qui sub Constantino Pogonato floruit, inventionem adscribunt Theophanes, Cedrenus p. 678. Constantinus de Adm. Imp. cap. 48. Paul. Diacon. l. 19. Hist. Misc. & Sigebertus an. 678. quo quidem igne soli diu usi leguntur Græci Orientales, adeo ut illius conficiendi rationem & modum exteris non modò non communicarent; sed iis, si hac de re rogarentur, responderent, id sibi potissimùm interdictum ab Magno Constantino, à quo inventum primò esse asserebant, aut fingebant, ut est apud Porphyrogenitum loco citato. Licèt verò ignis ejusmodi conficiendi modum docere exteros renuerent, confectum tamen sæpe communicabant Principibus fœderatis, navesque eo repletas locabant, quibus hostium classem ii comburerent, ut patet ex Luithprandi lib. 5. cap. 4. & Ditmaro lib. 3 pag. 33. Nam in mari potissimùm istius ignis usus fuit, unde πῦρ θαλάσσιον dicitur Theophani, πῦρ ὑγρὸν Nicetæ pag. 249. *Ignis liquidus*, Monacho Florentino de Expugn. Accon. pag. 233. Quo autem pacto Græco igne instruerentur naves, & quomodo eo uterentur Græci tum in navalibus, tum in terrestribus præliis, sat multis diximus in Notis ad Joinvillam pag. 71. His adde Rigordum an. 1190. pag. 32. Thwroczium in Salomone Rege Hungar. cap. 50. & quæ notamus ad Cinnamum p. 480. &c.

Ait autem Albertus Aqu. lib. 7. cap. 15. *hujus ignis genus aqua esse inextinguibile*; quod revera est, siquidem in ipsa aqua, ipsoque mari ardebat, ut observat in Annalib. 11. Alexiad. pag. 336. Willelmus Neubrig. l. 4. c. 19. *Muris enim admotæ* (machinæ) *incendebantur ab hostibus quodam ignis genere, quem Græcum dicunt. Denique hoc genus arte confectum miræ esse potentiæ dicitur, nec contrario cedere elemento. Le Roman de Garin:*

Le feu Grezois lors fet leans salir,
Aux grans palez & à sales ferir,
Vente li venz, li palez est espris,
N'iert més esteint par eve nes un dis.

Inventæ tamen postmodum variæ extinguendi istius ignis rationes. Aceto enim extingui annotant Luithprandus l. 3. cap. 6. Ditmarus l. 3. Matth. Paris an. 1219. & Cinnamus: & arena, vel sabulo, idem Matthæus Paris loco citato, & Histor. Hierosol. pag. 1167. Vino etiam, ut auctor est Poëta vernaculus *de Gwrin le Loherans*:

Més le sablons, & li vins, & l' esil
L'eüst esteint, si s' en fust entremis.

Ubi *esil* idem est quod acetum. Denique Jacobus de Vitriaco l. 3. c. 84. ut & Gobelinus Persona ætate 6. c. 49. urina etiam extingui produnt: & oleo Baldricus Dolensis l. 3. Hist Hieros. pag. 125. & idem Jacobus de Vitriaco l. 3. c. 84. His omnibus addendus Monachus Florentinus de Expugnat. Acconensi:

Pereat ô utinam ignis hujus vena,
Non enim extinguitur aqua; sed arena,
Vixque vinum acidum arctat ejus frana,
Et urina stringitur ejus vix habena:
Ignis hic conficitur tantùm per Paganos,
Ignis hic exterminat tantùm Christianos:
Incantatus namque est per illos prophanos
Ab hoc perpetuò, Christe, libera nos.

Ex quibus verò confici soleret Ignis Græcus, discere est ex Anna Comnena, ex Alberto Magno de Mirabilibus mundi, & ex Julio Scaligero Exercitat. 13. in Cardanum n. 3.

Ignem Græcum in phialis & ollis in hostes projectum habent Albertus Aqu. l. 9. cap. 49. & Nicol. Trivettus in Chr. an. 1191. p. 506. Chron. MS. Franciæ ex Bibl. Memmiana ann. 1190. *Ainsi qu'il s' en alloit par mer, il rencontre une nef le Saracins, que le Soudan Saladin envoioit en Acre pour le secours faire à ceux, qui estoient en la cité: & cele nef avoit grand planté de fioles de veire pleines de feu Gregois.* Octavianus Sangelasius in Viridario Honoris:

Lances gourgons, & feu Gregois en buire.

Interdum tormentis & machinis bellicis in hostes immissus, ut auctor est Joinvilla pag. 38. & Thwroczius in Salomone Rege Hungariæ cap. 50. p. 55. Vopiscus in Aurelian. *Ignes etiam tormentis jaciuntur. Le Roman de Garin. MS.*

Lievent engins, font perieres dreciées,
A mangoniax le feu Grezois lor gietent.

Ignis sacer Hierosolymitanus, quo scilicet olim quotannis Hierosolymis Sabbato Sancto lampades supra Dominicum sepulcrum appensæ sub horam vespertinam divinitus accendebantur. Miraculum, etsi frustra ab aliquot heterodoxis controversum, fulciunt Scriptores, (atque in iis αὐτόπται nonnulli,) scilicet Anonymus de Locis Hierosol. n. 1. Bernardus Monachus in Itiner. T. S. c. 10. Leo Ostiensis l. 3. cap. 30. Glaber Rodulphus l. 4. cap. 6. Chronicon Monasterii de Fontanis c. 4. Willelm. Malmesbur. lib. 4. Hist. Angl. p. 140. 147. Hugo Flaviniacensis pag. 178. Albericus in Chron. MS. an. 970. & Chronicon Andrense pag. 165. in quo *sacer ignis* nuncupatur, quo lampades accenduntur. In Kalendario Maronitarum, apud Allatium in Symmictis pag. 301. *Sabbat. ignis jejunii*, Sabbatum sanctum, quo ignis vel splendor divinus appa-

apparere solebat supra sepulcrum domini in templo Jerosolymitano, interpretatur Gabriel Sionita. Sed & scribit Wilhelmus Dugdalus in Antiquitatib. Warvvicensis Provinciæ, in Ecclesia Warvvicensi inter reliquias ibi asservatum *oleum, in quo venit ignis in vigiliis Paschæ de cœlo.* Adde alia suggerentia Leonem Allatium lib. 1. de Opinationibus Græcorum n. 30 Richardum de Insula S. Irenes pap. 157. Christophorum Angelum de hodierno Græcorum statu c.42.

Novus Ignis, qui in Ecclesia Sabbato Sancto Paschæ, extincto veteri, accendi solet. Leo IV. PP. de Cura pastorali: *In Sabbato Paschæ extincto veteri novus ignis benedicatur, & per populum dividatur.* Ordo Romanus: *Cereo benedicto, illico illuminentur ab eodem in duobus candelabris alii duo cerei staturam hominis habentes; & de ipso novo & benedicto igne accendant in omni domo, quia omnis ignis anterior, qui tunc ardebat, extingui debet.* Nam, ut ait Alcuinus, in Romana Ecclesia extinguitur totus ignis in sexta Feria. Honorius Augustod. lib. 3. cap. 94. *In Romana Ecclesia hora sexta, & in nona reaccenditur.* Adde Rupertum lib. 5. de Divin. Offic. cap. 28. Vide *Cereus Paschalis.*

Ignis Paschalis. Zacharias PP. in Epist. 12. ad Bonifacium Archiepisc. Moguntinum: *De igne autem Paschali, quod inquisisti, à priscis sanctis Patribus, ex quo per Dei & Domini nostri Jesu Christi gratiam, & pretioso sanguine ejus dedicata est, quinta Feria Paschæ, dum sacrum Chrisma consecratur, tres lampades magnæ capacitatis, ex diversis candelis Ecclesiæ oleo collecto, in secretiori Ecclesiæ loco, ad figuram interioris Tabernaculi insistentes indeficienter, cum multa diligentia inspectæ ardebunt, ita ut oleum ipsum sufficere possit usque ad tertium diem: de quibus candelis, Sabbato sancto, pro sacri Fontis baptismate sumptus ignis per Sacerdotem renovabitur.* Vita S. Kierani Episc. Sagiriensis num. 24. *Sanctus senex statuit, ut in suo Monasterio ignis Paschalis consecratus per annum non extingueretur.* Vide Serarium lib. 3. Rerum Moguntinar. p. 474.

Ignis lapideus dicitur apud Bernardum Mon. in Consuetudin. Cluniac. MSS. cap. 69. quod inscribitur *De igne lapideo*: ubi nominis rationem explicat his verbis: *Lapis pretiosus, de quo ignis est producendus, sub custodia jam dicti Apocrisiarii servatur*, &c.

Ignis silvester, Ignis sacer, ἐρεσυπέλας, nostris *Feu sauvage.* Rogerius Episc. Abellinensis in Histor. Translat. S. Modestini & socior. cap. 2. n. 9 *Brachii nimia laborans infirmitate, quæ vulgò Ignis silvester dicitur.* Ademarus Cabanensis in Abbatibus S. Martialis Lemovicens. pag. 272. *Hujus Principatu plaga ignis super corpora Aquitanorum desæviit, & mortui sunt plus 40. millia hominum ab eadem pestilentia.* Vide Agobardum in Epist. ad Bartholomæum, & suprà vocem *Ardentes.*

Ignis fricatus. Vide *Nodfyr.*

Ignis inferni dictus, qui vulgò Sacer, seu *Erpeta.* Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 6. *Eodem tempore illa ignea pestilentia divino judicio nimis ipsam provinciam oppresserat, qua plurimorum pedes invisibili igne, qui Ignis inferni vocabatur, publicè comburi videbantur.*

Ignis silvaticus. Simeon Dunelmensis, Florentius Wigorniensis, & alii anno 1048. *Ignis aëreus, vulgò dictus silvaticus --- villas & segetes multas ustulavit.*

Ignis subcutaneus, sic leg. pro *igneus*, in Chronico Gaufredi Vosiensis parte 1. cap. 27. idem qui *sacer. Subtercutaneus morbus*, apud Aurel. Victor. in Epit. in Adriano.

Ignis incensio. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ anno 1247. fol. 12. ubi de testibus: *Tamen si postea venerit* (is, contra quem testes adducuntur,) *& potuerit probare, quòd legitima causa fuit impeditus, quod non potuit venire ad diem prædictam, quia non potuit aquam transire, &c. non habeatur pro victo; sed detur sibi dies altera ad recipiendos testes, & tunc vocatio adversarii, & incensio ignis non habeat locum.*

Ignis judicium purgationibus vulgaribus accenseiur: quod scilicet, manu in ignem immissa, innocentiam suam quis tueri tenebatur. Lex Ripuar. tit. 30. §. 1. *Quòd si servus in ignem manum miserit, & læsam tulerit, dominus ejus sicut Lex continet, de furto servi culpabilis judicetur.* Tit. 31. §. 5. *Quòd si in provincia Ripuaria juratores invenire non potuerit, ad ignem, seu ad sortem se excusare studeat.* Hugo Flaviniac. in Chron. p. 244. *Firmiter autem hanc ita fuisse oblatam affirmare voluerunt, ut si judicatum fuisset etiam per ignis aut aquæ judicium.* Charta Balduini Comitis Handriæ pro Gerardimontensibus, apud Miræum in Diplomat. Belgic. p. 352. *Nemo cogatur intre duellum, vel subire judicium ignis & aquæ.* Ita *Judicium ignis & aquæ*, in Diplomate Henrici Regis Angl. quod descripsit Seldenus ad Eadmerum, ut & Spelmannus in Gloss. *Ignitum judicium*, in Diplomate Henrici III. Regis Angl. quod descripsit Seldenus ad Eadmerum, ut & Spelmannus in Gloss. Gloss. *Ignitum judicium*, in veteri Charta. *Igneum judicium*, in Tabulario S. Albini Andegav. *probationem per igneum judicium obtulit.* Sed vereor, ne hæc postrema ad purgationem per *ferrum candens* pertineant, cùm istiusmodi ignis judicii alibi vix mentio habeatur. V. *Ferrum.* Matth. Westmon. anno 1250. *Probibitum est judicium, quod fieri consuevit per ignem & per aquam.* Pro *examinatione ignis & aquæ*, pecuniam extorquere Sacerdotes vetantur in Appendice ad Concilium Lateranense III. parte 2. can. 3. 11.

Interdum etiam per rogum accensum transeuntes illæsos, innocentiam suam, aut rei, quam asserebant, veritatem, probasse legimus: licèt id generis judicii, ut & ignis, inter receptas purgationes vulgares rarò legatur; quædam tamen istius protulerunt exempla Cedrenus an. 16. Zenonis, Victor III. PP. lib. 3. Dialog. p. 98. de B. Petro, inde *Igneo* appellato, postmodum Cardinale Albanense, & ex eo Baron. an. 1063. Bosius, Ughellus, & alii: Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 10. Landulphus de S. Paulo in Chronico Mediol. cap. 10. &c. Vide præterea Pachymerem lib. 7. cap. 22. & Baron. an. 1063. n. 31. 32.

Ignis judicio probatæ reliquiæ, veræne essent, an supposititiæ? Chronicon Andrense p. 342. *Comitem ad hoc induxit, ut per ignis judicium sanctum famulæ Dei corpus examinaretur.* Complura ejusmodi examinationis reliquiarum exempla habent Scriptores, Leo Ost. l. 2. c. 34. Adamannus de Locis Sanctis, cap. 10. Matth. Westmonast. an. 1065. Rodericus Tolet. de Reb. Hisp. lib. 6. c. 26. Hemmingfus lib. 4. cap. 20. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. ult. Hist. Fundationis Prioratus Stonensis in Anglia to. 2. Monast. Angl. p. 125. Hugo Flaviniac. in Chronico pag. 258. Gaiferius in Vita S. Secundini Episc. n. 9. Theodericus de Inventione sancti Celsi n. 22. Hist. Inventionis S. Prisci apud Ughellum to. 8. pag. 424. Merlotus in Metrop. Remensi tom. 1. pag. 626. & alii, quos laudat Ferrandus in Disquisit. Reliquiar.

IGNITA. Regula S. Tetradii Presb. cap. 26. *Hæc licèt minùs idonei bellatores arma vobis spiritualia contra ignitas Diaboli providemus.* Ubi *ignitæ* Diaboli sagittæ ignitæ intelliguntur.

IGNITEGIUM, hora, qua oppidorum incolæ intra ædes suas se recipere, nocte adveniente, & ignem suum tegere coguntur, campanæ, quæ inde *Cursu-bell* appellata, sono indicata, ut furtis nocturnis caveretur: nostris *Couvre-feu.* Id autem à Willelmo Notho Rege Anglorum primo inductum aiunt. Leges Burgorum Scoticor. c. 86. *Quando pulsatur ignitegium.* Statuta Leichefeldensis Ecclesiæ in Anglia: *Est autem ignitegium qualibet nocte per annum pulsandum hora septima post meridiem, exceptis illis festis, quibus Matutinæ dicuntur post Completorium, in quibus ignitegium ex consuetudine non*

non pulsatur. Aresta O. SS. an. 1282. in Regesto Parlamenti B. fol. 96. *De nocte, post pulsationem campanæ ad ignitegium, &c.* Charta Joannis electi Archiepisc. Upsalensis an. 1291. *Statuimus, ut nullus extra domum post ignitegium seu coversu exeat,* &c. Thomas Walsinghamus an. 1311. *Ante horam nonam ignitegii visum est fulgur horribile. Hora ignitegii*, in Tabul. 1. Eccl Bellovac. apud Louvet. to. 2. p. 475. *Le Roman du Renard*:

Si oirent cueuvrefeu sonner.

Statutum an. 1291. *Nul ne traie vin, puis que cueuvrefeu sera sonnez.* Vide Gesta Guillelmi Majoris Episc. Andeg. c. 20. Continuatorem Nangii an. 1358. & Steph. Paschasium in Disquisit. Franeic. p. 591. 2. Edit. Instituit postmodum Joannes XXII. PP. ut ad pulsationem ignitegii ter *Ave Maria* diceretur, quod etiamnum obtinet. Concilium Senonense an. 1347. cap. 13. *Præcipimus, quòd observetur inviolabiliter ordinatio facta per S. M. Joannem PP. XXII. de dicendo ter* Ave Maria *tempore, seu hora ignitegii.*

Pyritegium, eadem notione, in Vitis Abbatum S. Albani: *Non tamen ultra pyritegium hora loquendi protrahatur. Couvrefeu*, nostris passim. Charta Caroli Regis Fr. an. 1367. pro Servientibus Gueti Paris. *Et s'en iront faire leur devoir par la Ville jusques à l'heure du Cuevrefeu nostre Dame de Paris, à laquelle heure ils s'en retourneront audit Chastelet.*

IGNITOSUS, Ignitus, vel ignem evomens, apud Adamnanum lib. 3. de Locis SS. cap. 6.

IGNOMINIARE, Ignominiâ afficere. Landulphus de S. Paulo in Chronico Mediolanensi cap. 40. *Nulla guerra Mediolanenses ignominiavit.*

IGNOMINIUM, pro *Ignominia.* Papias: *Ignominium dictum, eò quòd desinat habere nomen is, qui in aliquo crimine deprehenditur, quasi sine nomine.* Commodianus Instruct. 19.

Non ignominium est virum seduci prudentem.

IGNOSCE, formula loquendi Monachis olim familiaris, quomodo etiamnum viget apud nostros, *Pardonnez moi.* Pelagius libello 15. n. 20. *Quando Abbas Theodorus cum Fratribus manducabat, accipiebant calices cum reverentia & taciturnitate, nec dicebant, sicut mos est, Ignosce*: Συγχώρησον, apud Sozomenum lib. 8. cap. 17. Occurrit crebriùs in Vitis Patrum. Vid. Glossar. med. Græcitat. in Συγχώρησον.

IGULUS. Epistola Eghinardi 26. sic clauditur: *Bene vale. Igulorum amantissime. Sic optet igulus tuus vetulus & infirmus.* Ubi nescio quis: *Igulus, videtur esse amicus obsequens.* Vide, annon legendum sit *igalus*, pro *æqualis*: nam Franci nostri superioris ævi *igal*, pro *égal* dicebant, *æquales* autem Latinis, socii ejusdem fermè ætatis dicuntur.

IKENILD-STREAT. Vide *Erminstreat.*

ILL. cum linea transversa, in antiquis MSS. crebrò reperitur, loco nominis proprii, pro *ille* vel *illa*, ut ex Formulis Marculphi, & veteribus aliis Codicibus patet. Vide Itinerarium S. Willibaldi n. 25. Literis istis successit postmodum litera N. qua nomen etiam proprium designabant: quod inductum videtur circa annum Christi millesimum, ut observat Menardus ad libr. Sacrament. Gregorii.

ILLALDIONES. Vide *Aldius.*

ILLATIO, in Missâ Mozarabica, est id, quod in Missa Romana *Præfationem* vocant, quæ in singulis Missis propria est.

ILLEGALIS, extra *Legem* positus, *Exlex*, *bannitus*, *proscriptus*, cui legi ac juri stare non licet. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 71. §. 1. *Quicumque contra edictum & adversus ea fecerint, sicut illegales & banniti judicentur.* Lib. 3. art. 34. §. 1. *A judice proscriptus, & in bannum Regis, seu illegalitatem inductus.* §. 3. *Denuntietur ill[e]galis & bannitus.* Adde Jus feudale Saxon. cap. 37. §. 1. Vide *Exlex.*

ILLEGIARE. Vide *Inlegiare.*

ILLETABILE, *Immortale*, Papiæ.

ILLIBER, ανηλεύθερος, in Gloss. Gr. Lat. MS. Editum *Inliberalis* præfert.

ILLIBERTARE, quasi libertatem auferre. Nicolaus Clemangis lib. de Annatis non solvendis: *Per tales appellationes & oppositiones volentes impedire & illibertare dicentes vota sua*, &c. Galli dicerent: *Voulans empêcher & oster la liberté à ceux, qui exposent leurs demandes*, &c.

ILLUMINARE, *Baptizare*, Græcis φωτίζειν. *Illuminati*, φωτιζόμενοι. S. Paulus ad Hebræos c. 10. *Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum.* Acta S. Susannæ: *Adjuro te, Domine mi, per ipsum, quem illuminasti, fratrem nostrum Claudium, ne me tardes illuminare*, &c. Anastasius Bibl. in Hist. Eccles. *At Imperator cum gaudio illo suscepto, illuminavit eum, & filium appellavit.* Ubi Theophanes, ἐφώτισεν αὐτόν. Justinus Martyr Apol. 2. καλεῖται δὲ τοῦτο τὸ λουτρὸν φωτισμὸς, ὡς φωτιζομένων τὴν διάνοιαν τῶν ταῦτα μανθανόντων. Concilium Laodic. can. 3. περὶ τοῦ μὴ δεῖν πρόσφατον φωτίζοντας προσάγεσθαι ἐν τάγματι ἱερατικῷ. Hinc in Baptismi ritibus post induram vestem candidam, adeptæ sanctitatis & innocentiæ testem, cereus accensus, seu, ut habet Durandus in Rationali lib. 6. cap. 81. n. 10. *illuminatus*, in signum fidei acceptæque gratiæ, ut est apud Gregor. Nazianzenum orat. 41 quæ est de Baptismo, & Cyrillum Hierosl. in Procatechesi, & Catech. 1. de quo more etiam alii, Gregor. Turon. lib. 5. Hist. cap. 11. Fortunatus lib. 4. Poëm. Amalarius, Ivo Carnotensis, Hugo de S. Victore &c.

Illuminare. Pingere, coloribus adumbrare, *Enluminer.* Alcuinus Epist. 1. *Quosdam stellarum ordine, ceu picto cujuslibet magnæ domus culmine illuminari gestio.* Guigo Prior Carthusiæ lib. de Quadripertito exercitio Cellæ cap. 36. *Libris utique vel præparandis, vel conficiendis, vel ligandis, vel emendandis, vel ornandis, vel illuminandis, vel intitulandis, vel iis, quæ ad ista pertinent, ordinandis, faciendis & perficiendis intendere debet.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Librum non scribant, nec illuminent.* Ibidem: *Missale auro illuminatum.* Bromptonus an. 1076. *Ita ut ipse Episcopus libros scribere, illuminare, & ligare non fastidiret.* Chronicon Trudonense lib. 8. p. 441. *Graduale unum propria manu formavit, purgavit, punxit, sulcavit, scripsit, illuminavit, musiceque notavit syllabatim.*

Illuminator, Aurarius pictor, qui libros variis figuris, iisque aureis condecorat, Gall. *Enlumineur.* Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 480. *Præcipuusque scriptor, & librorum illuminator.*

ILLUSIO. Usus antiqui Cistercienses cap. 97. *Si & iste non aderit, frater, quamvis illusionem passus, hoc faciat.* Cap. 90. *Missas solennes debet cantare, etiamsi nocturno somnio illusus fuerit.* Nomocanon, nuper editus à Viro Clariss. Joanne Baptista Cotelerio cap. 117. ἱερεὺς μέλλων λειτουργῆσαι, ἐὰν πέσῃ εἰς ῥεῦσιν, &c.

ILLUSTRES, Honoratiores, vel qui hocce titulo donati erant. Anastasius in S. Hormisda PP. *Qui ingressi unà cum Grato illustri*, &c. Tres porrò Honoratorum gradus passim adnotare est apud Scriptores, *Illustrium, Clarissimorum, Spectabilium. Illustrium* potior erat, tribuebaturque Præfectis Prætorio, Præfectis Urbi, Quæstoribus, Magistris Militum, &c. quod pluribus docuerunt Brissonius, Pancirollus, Sirmondus, & novissimè Joannes Seldenus lib. de Titul. honorum. Apud nostros etiam hæc dignitatis prærogativa diu, stante prima & secunda Regum Franciæ stirpe, obtinuit, cùm Reges ipsi, atque adeo Majores-domus, *Viros illustres* sesemet indigitarent: quod ex eorum diplomatibus colligere est apud Doubletum in Historia Sandionysiana pag. 655. 656. 658. 689. 697. 698. 704. 705. 707. & alios.

Quomodo verò à Romanis in Franciam ea dignitas transierit, à nemine hactenus proditum. Quod quidem, si hac in re sententiam interponere liceat, inde certum existimem, quod Clodoveus, acceptis ab Anastasio Consularis dignitatis codicillis *Inlustris* titulum, qui Consulibus, cæterisq; summis magistratibus competebat, tanquam Consul, & Imperii officialis sibi adscripserit. Neque enim hac tempestate Reges, suæ licèt potestatis, neque dominii jure Imperatoribus obnoxii, eorum dici *Milites*, hoc est, non Vassalli, sed officiales, ut, quem tanquam supremum orbis dominum suspiciebant ac venerabantur, renuebant, ut ex Epistola Sigismundi ad eundem Anastasium, apud Avitum Viennensem docuimus in Dissert. 23. ad Joinvillam. Hinc crebrò tot Regibus ab iis delata Patricii dignitas, quod in voce *Patricius* infrà ostendimus. Exhinc Reges alii Franciæ, indeque Majores domus, qui Regulorum vices obtinebant, *Illustru* nomenclaturam servârunt, aut sibi arrogâtunt. Ad quos verò spectarit? inclinato jam Imperio, docemur ex Speculo Saxon. lib. 3. art. 58. *Nullum est feudum vexilli, de quo possit illustris, seu Princeps fieri, nisi illud sibi à Rege conferatur. Feudum alii priùs collatum, sequenti illustriam non tribuit dignitatem.*

Illustra, de feminis. Tabular. S. Vitoni Virdunensis p. 1. *Dum illustro viro Pipino, ejusque illustra matrona Plectrude*, &c.

Illustria dignitas, dignitatis titulus, qui *Illustratus dignitas* dicitur Senatori lib. 1. Epist. 4. & lib. 6. Epist. 11. 16. *Illustratus gradus*, in leg. 11. C. de Jud.

Illustrari, Illustratûs dignitate donari. Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei: *Reddunt miseri dignitatum pretia, quas non emunt. Commercia nesciunt, & solutionem sciunt. Ut pauci illustrentur, mundus evertitur.* Idem lib. 5. *Veniunt plerumque novi nuncii Epistolarum à summis Sublimitatibus missi, qui commendantur Illustribus paucis ad exitia plurimorum.*

IMAGINABILIS, *Fictilis*, in Glossis Isonis Magistri.

IMAGINABILITER, per speciem imaginis vel figuræ. Joannes Abbas in Præfatione ad libellum Precum: *Sunt aliqui minùs proficientes, quia Deum sibi imaginaliter fingunt: quia in hac temporalia deformiter sparsi, illam miram & incircumscriptam lucem contemplari intellectualiter nequeunt.*

IMAGINARE, Imaginem rei alicujus referre, effingere. Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *Illis armilla colubri naturam imaginans*, &c.

IMAGINARIUS, Vicarius, Locum-tenens, qui vices alterius in rebus gerendis implet, & *imaginem* quodammodo refert. Vetus Glossar. Bibl. Reg. *Imaginarius, subposita persona.* Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 21. *Quem ad vos tanquam imaginarium personæ nostræ transmittimus.* Lib. 3. Epist. 9. *Filium nostrum ad vos tanquam imaginarii nostræ præsentiæ destinamus.* Adde Ep. 21. & 26.

Imaginarius ordo, in Concilio Turon. II. cap. 3. opus sculptile, aut pictum.

Imaginarii, sortilegi quidam ita dicuntur *qui imagines faciunt, qui in possessionem præsidentium spirituum mittunt, ut ab eis de rebus dubiis doceantur.* Ita Petrus Blesensis lib. de Præstigiis fortunæ, seu potiùs Joan. Sarisber. l. 1. Policrat. cap. 12. & Vincentius Belvac. lib. 25. cap. 101. Iidem fortè qui εἰκονικοὶ dicuntur in Gloss. Lat. Gr. *Imaginarii*, εἰκονικοί.

IMAGINEUS, Imaginarius. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Nec stat imagineis simulatilis umbra figuris.

Idem lib. 1. Poëm. 13.

Sumpsit imagineas paries imitando figuras.

Will. Brito lib. 12. Philipp.

Sunt quibus assuetas vires rapit extasis umbræ
Mortis imagineæ, pavimenti in pulvere pressis.

IMAGINIFERI, qui vexilla, in quibus Imperatorum erant depictæ imagines, in acie deferebant, apud Gruterum 562. 1. 1007. 1. Stewechium ad Vegetium l. 2. cap. 6. & Pancirollum in Notitia Imp. cap. 24. In Gloss. Lat. Gr. *Imaginifer*, est πρωτόμοςφος. Emendat Meursius, προτόμοφος.

IMAGINATUS, Imaginibus adornatus, sculptus. Testamentum S. Remigii, Remensis Archiep. *Tibi hæredi meæ Ecclesiæ supra memoratæ jubeo thuribulum & imaginatum calicem fabricari.* Acta Concilii Remensis, ubi de Translatione corporis S. Remigii: *Continens Domini cum sepulcrum eleganter imaginatum, instar illius Hierosolymitani, in quo nostra requievit salvatio.* Charta Rudesindi Dumiensis Episcopi æræ 930. apud Anton. de Yepez to. 5. Chron. Ord. S. Benedicti: *Diptagos aureos argenteos imaginatos & deauratos, calices argenteos exaratos tres, ex quibus unum Franciscum, & eorum pateris* &c. Infrà: *Concos imaginatos 7.* &c. Alia Bermundi II. Regis, æræ 1035. apud eundem to. 5. pag. 439. *Accepimus de vos unum vassum argenteum & imaginatum, quod fuit de amica nostra Regina domina Gelvira*, &c. Chr. S. Trudon. lib. 1. pag. 349. *Altare -- auro argentoque imaginatum, cum ciborio desuper.*

IMAGINATIO, pro *Imago*. Charta Friderici I. Imp. apud Ughellum in Episc. Bobiensibus sic clauditur: *In hujus cera materia pro sigillo expressa nostri vultus imaginatio.*

IMAGINIOLA, Imaguncula. Chronicon Abb. S. Trudonis lib. 6. p. 403. *Pelviculam -- intus habentem imaginiolas, fusili opere calatas.*

IMAGO, Vexillum Sanctorum imaginibus insignitum. Epistola Adriani PP. in Codice Carolino 92. *Neapolitani verò cum magno obsequio cum signis & imaginibus eos suscipientes, Neapolim ingressi sunt.* Honorius III. in V. Compilat. Decret. tit. 6. cap. 1. *Invenimus pro Patriarcha (Gradensi) probatum, quòd recipiebatur in ipso Monasterio processionaliter cum incenso, aqua benedicta, & icona. Et quando revertebatur à gradu, pulsabantur ibi campanæ.*

Imago auri. Nummus aureus, Regis imagine signatus. Regiam Majest. lib. 4. c. 40. §. 7. *Pro vulnere in facie, vulnerans dabit unam peciam auri, videlicet unam imaginem auri.* Vide *Forma.*

IMAPUS. Vita B. Joann. Abbat. Gorziensis. cap. 9. n. 75. *Vas quoddam, quod imapum dicunt, guttulæ excipiendæ vasi vinario suppositum invenit.* Sic etiam præfert Editio Labbei. Sed *Hanapum* legendum arbitror. Vide in hac voce.

IMBANCHITUS. Interpres Novell. 88. cap. 2. *Multi enim domos possidentibus in hac felicissima civitate, qui imbanchiti non videntur, mox futuris pensiones ab inquilinis accipere, calumniantur*, &c. Ubi Gr. πολλοὶ δὲ τοῖς οἰκίας κεκλημένοις κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν βαγκαίνοντες &c. Vox videtur deducta à *bancus*, ita ut imbanchiti dicantur, qui in ædibus propriis *stallum*, seu sedem fixerint. Vide *Bancus.*

IMBASSATOR. Vide *Ambascia.*

IMBELLIA, *Debilitas*, ab *imbellis*. Jo. de Janua.

IMBILIUM, in Glossario Saxonico Cottoniano, exponitur leoh-leap. Vide Conjecturam Somneri.

IMBLOCATUS. Cùm legibus Ecclesiasticis vetaretur, excommunicatorum corpora sepelire, non modò in cœmeteriis benedictis, & consecratis; sed ne quidem in humum ubivis mittere, proindeque necesse esset in plateis aut agris insepulta relinquere: ne tamen fœtor nares, aut spectaculi horror mentes fœdaret, illa ut plurimum humo injecta, aut tumultuaria lapidum congerie operire solebant: idque *imbloccare* dicebant nostrates Belgæ, quibus *bloc*, est tumulus quidam altior. Lambertus Ardensis p. 173. de Arnoldo Andreæ Domino, in excommunicatione defuncto: *Dominum Arnoldum juvenem extra atrium ad cellam suam apud Bramas adduxerunt, & eum ita imblocatum extra parietes capellæ suæ, eo quòd ibi non esset atrium adhuc benedictum, neque cimiterium, quàm propiùs potuerunt, collocaverunt.*

verunt. Idem scriptor p. 177. *Primus igitur Caradocus ad consilium Abbatis sui Theodorici, & R. Patri & D. Morinensis Ecclesiæ Episcopo Miloni, primo super excessu, quo Ardensis quondam D. Arnoldus -- ei obligatus tenebatur, pro quo & imblocatus sine honore fuerat super terram, omnino satisfaciens, eundem Arnoldum à Bramis apud Ardeam transtulit, &--- honorificè sepelivit.* Ejusce moris observo præterea vestigium apud Nicephor. Gregoram lib. 5. histor. pag. 58. 1. Edit. & Rudolphum Monachum in Vita S. Liobæ Abbatissæ cap. 3. & 4. ex Edit. Mabillonii. Non diffiteor tamen, *Bloc*, vocem Gallicam, vel etiam belgicam, hoc loco pro trunco usurpari, quomodo etiamnum Picardi vocant: quippe qui excommunicati moriebantur, cùm humo mandari vetarentur, in truncum arboris cavum immittebantur. Moris istius argumentum profert Charta Imberti Parisiensis Episcopi apud V. Cl. Jacobum Petitum post Pœnitentialem Theodori pag. 557. de quodam Milite: *Morte præventus, exitu miserabili anathematizatus vitam finivit: cujus corpus insepultum atque in concavo trunco repositum, cùm per tres menses animalibus & feris esset expositum, conjux ejusque parentes miseratione moti, Odonem Decanum cæterosque Canonicos adierunt, ut terræ commendare liceret, per omnia satisfaciendo, quicquid foris fecerat, se se emendaturos promiserunt.*

Excommunicatorum corpora humari vetitum, à primis Christianismi sæculis palam est. Extat apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 106. vetus formula excommunicationis præclara, in qua hæc habentur: *Sint cadavera eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ, & non sint, qui sepeliant eos.* In Charta Herivæi Archiepiscopi Remensis in Concilio Remensi an. 900. *Sepultura asini sepeliantur, & in sterquilinium super faciem terræ sint, ut sint in exemplum opprobrii, & maledictionis præsentibus generationibus & futuris.* In alia, quæ descripta legitur in Spicil. Acheriani to. 12. pag. 142. *Anathematis vinculo innodatus, à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alienus efficiatur, & à consortio Christianorum privetur, ejusque corpus exanime asinorum accipiat sepulturam, & ipse æternarum flammarum incendiis miserabiliter torqueatur.* Denique in Epistola Urbani II. anno 1091. ad Hugonem Episcopum Gratianopolitanum in Tabulario ejusdem Ecclesiæ: *Porrò sanctorum Canonum decreta ubique inviolabiliter conservari cupientes, constituimus atq; censemus, ut interdictos à nobis, aut excommunicatos in communionem recipere, aut mortuos sepulturæ tradere nemo præsumat.*

Excommunicatorum corpora insepulta jacuisse *super terram* per vicos & plateas testantur Acta Concilii V. Tricassini an. 878. can. 3. 7. Innocentius III. lib. 15. Epist. 129. Ejusdem Acta pag. 34. Rogerius Hoved. pag. 769. 773. 801. 810. & Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 908. &c.

Quin & ea invaluit opinio, excommunicatorum cadavera, nisi mortui absolverentur, in cineres non abire, & resolvi haud posse: sed in horrendum posteris exemplum indissolubili membrorum compage integra in omnia secula perdurare. Id non uno, licèt raro, probant exemplo Scriptores Latini, Matth. Paris. an. 1245. pag. 464. Adamus Brem. cap. 75. vetus Scheda de quodam excommunicato, edita à Tengnagelio cum Domnizone pag. 380. Albert. Stadensis an. 1050. & Odo Gessæus in Hist. Podiensi. lib. 2. cap. 21.

In Græcis verò plura observare est, apud quos constans & indubitata ea perseverat adhuc opinio, excommunicatorum corpora post mortem non putrescere. Unde cùm id & virorum vitæ sanctitate illustrium cadaveribus non raro æquè eveniat, hanc potissimum adhibent censuram, ut si illa quidem suave aliquid redoleant, aut quapiam decoris luce præfulgeant, pro reliquiis colant: si verò nigra & deformia appareant, aut fœtorem emittant, denique si τυμπανιαῖα sint, i. ad tympani morem turgentia, excommunicatorum illa indubiè opinantur. Quod longa apud eos compertum est experientia, uti observat Jacobus Goarus ad Euchologium Gr. quem consulas velim, ut & Histor. Politic. pag. 27. Turco-Gr. lib. 2. Epist. 21. Leonem Allatium in Epist. ad Paulum Zacchiam de quorundam Græcorum opinationibus, Christophorum Angelum libro de Hodierno Græcorum statu Græcè edito cap. 25. & Franciscum Richardum de Insula *Sant-Erini* cap. 15. extremo. Vix est enim, ut quæ in hanc sententiam conferri possunt, capiat Glossarium.

IMBOTARE. Vide *Butta.*

IMBRARE, quasi *imbre* perfundere, *Arroser.* Apicius lib. 8. de Reculin. c. 6. *Imbrato buccellis panis & oleo medico.* i. perfundito.

IMBREN, vox Anglosaxonica, quæ *jejunium quatuor temporum* significat, ut est in Concilio Ænhamensi an. 1009. c. 16. de qua multa commentatur Somnerus in Glossario Saxonico voce ẏmb-ꝛen.

IMBRICARE. Vide *Briga.*

IMBROMIDARE, ἰμβρωματίζειν, *cibum dare.* Alexander Jatrosophista lib. 2. Passion. *Quod si cum febre fuerit, impedimentum fit curationi, & ulcera imbromidantur, & sordidantur.* Ubi Glossæ MSS. interlineares, *i. sordidantur.*

IMBRUMARI. Papias: *Bruma, Græcè edacitas dicitur: tunc enim major appetitus cibi: inde imorumari dicuntur, quibus fastidium est ciborum.*

IMBRUTUS. Papiæ, *Sine intelligentia, imprudens.*

IMBULUS, ab *ambulando*, *Ambulatorium*, ita Gloss. Isidori. Papias: *Imbuli dicti, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulamus. Sunt enim platearum porticus hinc inde.* Vide *Embolum.*

IMBUMENTUM, Papiæ, *Documentum.*

IMBUTAMENTUM, ab *imbuere.* Robertus Monachus Walciodorensis in Prologo ad Vitam S. Foranni Abb. *Sed quoniam imbutamento artis Philosophiæ minus fulti, verbis has (virtutes) enucleare nequimus venustis,* &c. Gloss. antiq. MSS. *Imbumentis, documentis* Gloss. Ælfrici: *Imbutor, vel eruditor,* Laꝛeou.

IMINA. Vide *Hemina.*

IMITAS, Pars ima, inferior. Testamentum S. Remigii Remensis Episc. *Partem meam de prato, quod Lugduni juxta vos habeo, ad imitatem montium posito, & quæ jovia sunt pratella, quæ tenui, ad te revocabis.*

IMIZILUM. Anastasius in Leone III. pag. 144. *Fecit vestem albam holosericam ornatam in circuitu de mizilo.* Ubi alii Codd. habent *de micilo.* In Paschali, pag. 156. *Vela de fundato 14. de quadrapulo 14. similiter & de imizilo 14.* Mox: *De imizilo vela numero quatuor.* In Sergio II. pag. 173. *Obtulit vestes de imizilo quatuor.* In Nicolao I. pag. 210. *Fecit -- vestem de fundato unam habentem historiam Leonum, & in circuitu myzinum.* Bulingerus *imizilum* his locis sericum lenius, quod Italicè dicitur *Ermesino*, vel Byssinum interpretatur. Vide, an non idem sit, quod *Camisile*?

IMMAGISTRATUS, Papiæ, *In honore positus.*

IMMAIORARE. *Augere.* Acta Episcopor. Cenoman. p. 75. *Quam & antea jam dictus Domnus sanctus Victurius immajorare & restaurare cœperat.* Infrà: *Et civitatis Ecclesiam in orientali parte immajoravit.* Pag. 79. *Quam ipse emelioravit.* Charta Ludovici Pii Imp. in vita Aldrici Episcop. Cenoman. pag. 88. *Et quas à novo restruxit, atque immelioravit, immaioravitque.*

IMMANTARE. Vide *Mantum.*

IMMEDULLATUS, Imbibitus, medullis insitus. Jocelinus in Vita S. Patricii n. 109. *Nec magos illos velle deserere malitiam immedullatam, etsi cucullis candidatam.*

IMMELIORARE, Meliorem reddere apud Simeon. Dunelmensem an. 616. Adde vitam Aldrici Episcop. Cenom. p. 92. 93. 159. 164.

IMMENDARE, Papiæ, *Depravare.*

IMMENSURATIM, Sine mensura, immensè, Gallis

 Déme-

Demesurement. Salvianus lib. 6. de Gubernat. Dei: *Videamus, quæso, quantumlibet immensuratim, lætemur, quamlibet jugiter,* &c.

IMMI. Vide *Sester.*

IMMINERE, *Imminentia.* Papias: *Imminet, instat.* Ita usurpant Tertullianus de Pœnit. cap. 6. Anastasius in S. Fabiano, Gregor. Turonensis, & alii.

Imminentia, Instantia apud Gregor. M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 29. lib. 3. Epist. 10.

IMMISSIO, Exactio, vel violentia. Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 18. *Vel de loco aliquo, qui ad id pertinet, quocumque modo qualibet occasione minuere, nec immissiones dolosas aliquas facere.* Charta fundationis Monasterii S. Severi in Vasconia, apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn. cap. 8. *Vel de villis vel Ecclesiis, quæ ad eum pertineant, quocumque modo & occasione movere,* (leg. minuere) *vel dolos, vel immissiones aliquas facere, nec in hostem, nec in caballicationem esse ductores,* &c.

IMMISSIO, ἐνέργεια. Joann. Sarisberiensis l. 2. Policrat. c. 17. de Daniele: *Sciens utique satellitem satanæ ad subversionem hominum in angelum lucis transfigurari, & immissiones fieri per angelos malos,* &c.

IMMOLARE, Offerre aliquid Ecclesiis. Tabularium Landavense in Monast. Anglic. to. 3. pag. 192. *Idon Rex --- unam de domibus suis --- immolavit cum omni sua libertate, & cum refugio Ecclesiæ sancti Petri,* &c. Pag. 205. *Immolavit 4. modios terræ --- pro commercio regni cœlestis Deo & Sanctis,* &c. Occurrit in hoc Tabulario non semel.

IMMOLATICIÆ *hostiæ*, Escæ, carnes, idolis immolatæ. *Mortiferi idolorum cibi*, apud Cyprian. de Lapsis. *Occisarum hostiarum miser sanguis*, apud Julium Firmicum de Errore profanar. religion. *Cibi idolorum cultibus immolati*, in Concilio Aurelian. II. c. 20. *Immolata dæmonibus*, in Aurelianensi IV. cap. 15. εἰδωλόθυτα, in Epist. 1. ad Corinth. 10. Gloss. Græc. Lat. θύσιμος, *Immolaticius.* εἰδωλοθυσία, *Immolaticium.* Ab iis abstinere jubebantur Christiani, ne gentilitiæ superstitioni viderentur participare, adeo, ut si eas contigissent, gravi pœna, ac, uti vocant, pœnitentia mulctarentur, ut est in Pœnitentiali Halitgarii cap. 6. & in Addit. 4. ad Capitula Caroli M. cap. 54. Solebant autem Gentiles, qui ex sacrificio domum redibant, portiunculam aliquam victimæ consecratæ domesticis suis afferre, quod docet Scholiastes Aristophanis in Pluto. Sed & interdum in macellis venum exponebant, & ex iis collecta pecunia Sacerdotum erat, ut est apud S. Augustinum lib. Expositionis quarundam propositionum, ex Epist. ad Rom. cap. 78. Unde sæpe legimus, porrectas à paganis ad manducandum ejusmodi escas Christianis Martyribus, in Actis Martyrii SS. Tarasii & Socior. apud Baron. an. 290. n. 24. & apud Gregorium M. lib. 3. Dial. cap. 27. Vide eundem Augustinum Epist. 153.

IMMOTABILITAS, ἀκινησία, in Gloss. Gr. Lat.

IMMUNITAS, ἀτέλεια, ἀλειτουργησία in Gloss. Lat. Gr. quomodo *emunitas* sumitur, uti in hac voce docuimus: in Lege Long. lib. 3. tit. 1. §. 21. 25. in Cap. Car. M. lib. 5. cap. 187. &c.

Immunitas, Locus immunis, asyli jure donatus, cùm de ædibus sacris agitur, ut in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 30. 36. lib. 2. tit. 39. §. 3. 4. in Cap. Caroli M. lib. 3. cap. 46 lib. 4. cap. 13. 51. 52. lib. 5. cap. 13. 148. in Fragmentis Capitularium edit. à V. Cl. Steph. Baluzio cap. 8. 14. &c. ipsa scilicet Ecclesia, Monasterium ipsum, vel ædium sacrarum ambitus. Concilium Coloniense an. 1260. c. 8. *Item Canonicis, ne frequentent extra immunitatem Ecclesiarum suarum, comedant aut dormiant extra ipsam, firmissimè prohibemus.* Cap. 14. *Ut omnes Ecclesiæ Collegiatæ immunitates suas muro circundatas, & clausuras portarum bene munitas habeant, firmissimè præcipimus.* Adde cap. 13. & Statuta Conradi Archiep. Coloniensis ejusdem an. 1260. cap. 19. 28. Concilium Londinense an. 1268. can. 13. &c. Inde prædia ac villæ *de immunitate* esse dicuntur, quæ ad Ecclesias pertinent, in Edicto Pistensi cap 8. 18. in Chronico Besuensi pag. 504. in Præcepto Barnoini Viennensis Archiepiscopi an. 881. tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 140. 141. in Concilio Coloniensi an. 1266. can. 4. &c. Vide *Emunitas.*

Immunitatem Ecclesiæ persolvere, id est, bannum seu mulctam propter infractam Ecclesiæ immunitatem Synodus Pontigonensis an. 876. can. 3. *Quod si quispiam fecerit, restitutis malè præsumptis, immunitatem ipsius Ecclesiæ persolvat, & bannum nostrum tripliciter componat.*

IMMURARE. Vide *Murus.*

IMPAGATUS. Vide *Pagare.*

IMPALARE, In palum impingere. Lex Burgund. tit. 24. §. 2. *Si quodlibet animal, dum de messe, aut de prato --- expellitur, impalaverit.* &c. Lex Ripuar. tit. 70. §. 3. *Si in sepem animal impalaverit.* §. 4. *Si autem deintus sepem se in virgam impalaverit.* Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 10. *Si Caballus aut quodlibet peculium in clausuram alterius, intus saliendo, se impalaverit,* &c. Adde Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 9.

Impalare, Papiæ, *est impugnare.*

IMPANS. Papias: *Impans, in manu Regis servus dimissus, extraneus est.* Lex Longob. lib. 2. tit. 34. de Manumissionib. §. 1. *Similiter, qui per impans, i. in votum Regis dimittitur, ipsa lege vivat, sicut qui amund (i. à tutela liber) factus est.* Edictum Rotharis tit. 91. §. 5. habet *inpans.*

IMPARARE. Vide *Amparare.*

IMPARCARE. Vide *Parcus.*

IMPARTICARE, Ad *perticam*, seu furcam vel patibulum suspendere, ex Gallico *Empercher.* Lambertus Ardensis pag. 169. *Mox quæsitis mortidatoribus, & proditoribus, & consciis, & consiliariis, & multis inventis alios inrotavit, alios imparticavit, alios caudis jumentorum protrahendos & discerpendos adhibuit, &c.*

IMPARTES, *Expertes, sine parte*, Gloss. Isid.

IMPARTITIO, Mulcta, *emenda.* Vitalis Episcopus apud Blancam in Comm. Rer. Aragon. pag. 728. *Pœna verò homicidii, flagitiorum æqualium vel majorum, nec impartitiones, quæ intercisiones vel incurrimenta vulgariter appellantur,* &c. Vide *Incurrimentum.*

IMPECHIARE. Henric. de Knyghton. an. 1256. *Et promisit Regi Navarræ, quòd nunquam eum impechiaret pro morte dicti Caroli de Hispania,* &c. i. impeteret, vel quæstionem moveret. Ita *Empescher* usurpat Consuetudo Carnot. art. 32. *Un Seigneur feodal, par defaut d'homme, ou de devoirs de Fiefs non faits & payez, peut assigner luy-mesme sur les heritages tenus en Fief de luy, & les mettre en sa main, brandonner & empescher, & y faire mettre & apposer la main du Roy,* &c. Consuetudo Vadensis art. 32. *Le Seigneur nouveau ne peut empescher, ne mettre en sa main les Fiefs,* &c. Quam quidem vocem Gallicam, non ab *impedire*; sed ab *impetere* videntur accersere Spelmannus & Somnerus: est enim *impetere*, idem quod in jus vocare, accusare apud Gregorium Turon. lib. 5. cap. 14. Hist. Flodoardum lib. 3. cap. 21. & in Legibus Henrici I. cap. 6. Unde *impetitio*, pro accusatione, ut in Jure Anglico *sine impetitione vasti*, exponitur, *sans empeschement de gast.* *Impacciare* dicunt Itali, pro, impedire, molestiam afferre.

IMPECTORARE, Pectori recondere. Auxilius de causa Formosi Papæ: *Paulisper vis artis aperienda est, ut locorum status finesque constitutionum faciliùs impectorentur.* Vita S. Wilibaldi Episc. Eystetensis cap. 5. *Soliquiorum Dei librum amplectens legebat, quoad usque secundùm morem ordinis Psalterium sibi ex integro memoriter impectoraffet.*

IMPEDATURA. Esdras lib. 3. cap. 5. *Et horum quæsita est generis impedatura, & non est inventa.* Ubi Gr. Edit. Καὶ τούτων ζήτησις τῆς γενικῆς γραφῆς ἐν τῷ καταλογισμῷ, ἢ μὴ εὑρεθείσης, &c. Will. Brito in

Voca-

Vocabul. MS. *impedatura, dicitur pedis menſura vel impreſſio, vel inveſtigacio. Eſt autem peda, ut dicit Ugutio, veſtigium humanum, unde dicitur, pedo, pedas, & per compoſitionem impedo, das, i. pedam facere, vel imprimere, vel inveſtigare, & inde dicitur impedatura. Unde 2. Eſdræ 5. dicitur, ... & generis ſexta impedatura; i. generis inveſtigatio: vel genealogiæ computatio, impedatura dicitur, quòd ſicut in deambulatione una peda poſt aliam terræ imprimitur, & una alteri ſuccedit, ita & in hujus computatione una peda poſt aliam minatur, & * æqualiter una alteri ſucceſſit, obſervatur, & ſicut peda diſtinguitur à peda, & ſimiliter perſona à perſona.* Adde Auctorem Mamotrecti.

IMPEGNARE, ex Italico *Impegnar*, Impignorare, pignori dare, in Statutis Venetor. an. 1242. lib. 1. cap. 4.

IMPEJORARE. Vide *Pejorare.*

IMPELLICATUS, *Concubinarius, à pellice.* Papias.

IMPENSA, Farturæ, ſeu condimenti ſpecies, de qua Apitius lib. 8. de Re culinaria cap. 7. & 8. Gloſſ. Lat. Gr. *Inpenſa*, ἀ. ἀλῶικα, ἐλαιόγχαρι. Gloſſ. Iſid. *Conditura, Impenſa.* Ita etiam Papias. Hinc fortè *impenſam* vocabant Architecti, quarumvis rerum ad opus albarium commixtionem, ut Anonymus de Re Architectonica cap. 18. 19. 23. Palladius de Architectura: *Nucleus impenſa meliore inducatur.* Alio loco: *Exacto pavimento ad regulam & libellam, ſupra impenſa teſtaceo mollior inducatur.*

IMPERARE, vox Medicis attributa, cùm ægris remedia imponunt, quomodo ea ab iis *ordinari* dicimus, apud Arnobium Jun. in Pſalm. 143. Celium Aurelian. lib. 1. Chron cap. 4. &c. Vide Juretum ad lib. 10. Symmachi Epiſt. 1.

IMPERATORIS dignitatem, quæ penes Romanos & Conſtantinopolitanos Auguſtos hactenus remanſerat, Leo III. PP. Carolo M. indulſit anno 801. Annales Eginhardi: *Ipſe autem cùm die ſacratiſſima Natalis Domini ad Miſſarum ſolennia Baſilicam beati Petri Apoſtoli fuiſſet ingreſſus, & coram altari, ubi ad orationem ſe inclinaverat, aſſiſteret, Leo Papa coronam capiti ejus impoſuit, cuncto Romano populo acclamante,* KAROLO AUGUSTO A DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM VITA ET VICTORIA. *Poſt quas laudes, à Pontifice more antiquorum Principum adoratus eſt: ac deinde omiſſo Patricii nomine,* IMPERATOR *&* AUGUSTUS *appellatus.* Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. cap. 28. *Cùm autem ibidem aliquot diebus reparandi exercitus gratiâ moraretur, convocavit Antiſtes Apoſtolicus de vicinis partibus quoſcunque potuit, & coram poſitis illis, & invicibilibus glorioſi Caroli Comitibus, nihil minus ſuſpicantem pronunciavit Imperatorem, Defenſoremque Eccleſiæ Romanæ.* Mox addit, huncce titulum *gratanter* haud ſuſcepiſſe, quod cum Byzantino Imperatore amicitiam ſervare cuperet.

Cur verò à Leone diviſum fuerit Imperium, & à Conſtantinopolitano Auguſto ipſe ſeceſſerit, ita refert Anaſtaſius Biblioth. in Præfat. ad VIII. Synodum: *Sed poſtquam Imperatores Romanorum, qui nunc Græcorum appellantur, variorum fautores vel incentores eſſent errorum, ſanctam Chriſti Eccleſiam diverſis hæreſibus ſcindere minimè formidaverunt. Scidit Deus Imperium eorum, & in occiduis partibus paulatim regnare, ſuperno decernente judicio, ceſſaverunt: donec Romanos Pontifex ſuis pravitatibus incurvare conantes, nec valentes, ac per hoc multiplicibus pœnis afficientes, Heſperiæ poteſtatem jam prorſus amitterent. Occidentis etiam amiſſo Imperio, nihilominus Romanis Pontificibus, quia jam jubere nequeunt, ſuadere nituntur, ſuis læſis favorem ſenſibus accommodandum.*

Exhinc Summi Pontifices, Occidentis Imperatores coronandi jus ſibi adſcripſere. Glaber Rodulphus lib. 1. cap. 5. ſub an. 900. *Illud nihilominus nimium condecens ac perhoneſtum videtur, atque ad pacis tutelam optimum decretum, ſcilicet, ut ne quiſquam audacter Romani Imperii ſceptrum præproperus geſtare Princeps appetat, ſeu Imperator dici aut eſſe valeat, niſi quem Papa Sedis Romanæ morum probitate aptum elegerit reipublicæ, eique commiſerit inſigne Imperiale.* Vide Annales Henrici Rebdorff. an. 1339. 1347. & quæ de diviſione Imperii, poſt Bellarminum & alios, acutè & eruditè commentatus eſt vir doctiſſimus Ludovicus Maimbourg. Soc. Jeſu, in Hiſtoria Iconoclaſtarum Gallicè nuper edita.

Cùm igitur tranſlatum fuiſſet Imperium ab Orientalibus Principibus ad Occidentales, Summi Pontifices, qui id ſibi juris potiſſimùm arrogaverant, Imperatorium nomen Conſtantinopolitanis Auguſtis fere ſemper denegavere, cùm unicum Imperatorem Francorum ſeu Germanorum agnoſcerent, in quem eam dignitatem jam olim ipſi transfuderant. Unde in Provinciali Romano, & in Ceremoniali Romano lib. 1. ſect. 3. lib. 3. ſect. 2. Conſtantinopolitanus Princeps Regibus ſemper accenſetur. Honoratus *Bonnor* Salonenſis, qui ſub Carolo V. Rege Francor. vixit, *en l'Arbre des Batailles*, 4. parte cap. 131. *Or devez ſçavoir, qu'il ne doit eſtre ſur terre que un ſeul Empereur, combien que celui de Conſtantinoble extime eſtre ſeul Empereur, mais non eſt, il n'eſt fors ſeulement que ung Roy, & luy ne porte que une ſeule couronne.*

Imperatores, ſeu Βασιλέας ſeſe etiam inſcripſiſſe Bulgariæ Principes, teſtatur Luithprandus in Legatione: *Cùm Chriſtophori filiam Petrus Bulgarorum Vaſileus conjugem duceret.* Ut & Scylitzes pag. 623. qui iiſdem, quibus Imperatores Conſtantinopolitani uſos inſignibus ac veſtibus auctor eſt. In Actis Innocentii III. PP. habetur Epiſtola Joannicii Bulgariæ Regis, quam ſic orditur: *Ego Calojoannes Imperator Bulgarorum & Blancorum*, ſeu Βλάγχων. Alia ibidem: *Cùm placuit Domino noſtro Jeſu Chriſto, me Dominum & Imperatorem totius Bulgariæ & Blachiæ facere*, &c. A Latinis tamen, *non Imperatores*; ſed *Reges* compellabantur. Innocentius ibidem in Epiſtola ad eundem Joannicium: *Monemus igitur Serenitatem Regiam*, &c. Et in alia ad Archiepiſcopum Trinovitanum: *Cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Calojoannem ipſorum dominum Regem ſtatuimus ſuper eos*, &c.

Imperatoris titulum ſibi arrogaſſe Reges Anglosaxonicos ex hoc patet, quòd *Baſileas* ſe ſe paſſim indigitarent: quæ vox Imperatorem tum ſonabat Sed & Edgarus in Reſcripto, quod habetur in Epiſtolis Hibernicis Uſſerii Armachani, ita inſcribitur: *Ego Edgarus Anglorum Baſileus, omniumque Regum Inſularum Oceani, quæ Britanniam circumjacent, cunctarumque Nationum infra eam includuntur, Imperator & Dominus.* Alia Charta ejuſdem Regis de Clericis uxoratis, quam ita ſubſcribit: *Ego Eadgar Baſileus Anglorum, & Imperator Regum Gentium*, &c. Alia: *Ego denique Imperator Knuto, à Chriſto Rege Regum regiminis Anglici in Inſula potitus*, &c. Vide *Baſileus.*

Imperatoris titulum Regibus Franciæ Scriptores non ſemel attribuunt, ut Chlodovæo Baltherus in Vita Sancti Fridolini Abbat. n. 30. Pipino Sugerius lib. de Adminiſtrat. ſua, atque adeo ipſius Pipini ſigillum, ſi genuinum eſt, apud Zylleſium in ſancto Maximino, in quo exaratum, PIPINUS IMPERATOR: Extat vetus Charta cujuſdam Maurengi in Tabulario Flaviniacenſi, quod ſic clauditur: *Actum Flaviniaco Cœnobio anno 17. Pippini Imperatoris 3. Idus Junii.* Carolo Calvo, antequam hac dignitate donaretur, Tabularium Belliloci ch. 74. apud Beſlium in Regib. Aquitan. pag. 3. *Regnante domino noſtro Carolo Rege, vel Imperatore Francorum, ſive Aquitanorum, Garrulfo Abbate an.* 844. Carolo Simplici vetus Charta ex eod. Tabul. Flaviniacenſi, quæ ſic clauditur: *Data in menſe Febr. --- regni autem vel imperii Auguſti Karoli Simplicis anno 3. Odoni Regi* Stephanus PP. in Epiſtola, quæ deſcribitur in Vita

Vita S. Theodardi apud Catellum lib. 5. Rer. Occitan. p. 765. ubi *gloriosissimus & Catholicus Imperator* dicitur: Roberto Helgaldus in ejus Vita pag. 67. Ludovico VI. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriæ num. 84. cæteris denique Regibus Rigordus an. 1185. ubi de Monasterio seu Ecclesia S. Dionysii: *Quæ corona Regni Francorum est & Regum seu Imperatorum sepultura.* Vide l' *Arbre des Batailles*, 4. parte, cap. 84. Tillium to. 1. pag. 249. & Dominicum in Assertore Gallico pag. 177.

Imperatores Hispaniæ, vel *Hispaniarum* sese appellitasse Castellanos Reges, probant eorum complures Chartæ, *quod*, ut ait Matthæus Paris an. 1155. *principarentur Regulis Aragonum & Gallitiæ.* Zurita in Analibus Aragon. l. 1. cap. 55. *En el anno de 1135. el Rey Don Alanso estando en la ciudad de Leon, tomo la corona e insignias del Imperio, como Imperador y Monarca de tota Espanna, pretendiendo que los Reynos y Sennorios della o eran suyos, o le devian reconocer como a Sennor soberano.* Adde Indicem ejusdem Suritæ lib. 1. æra 1160. Christi 1122. Lucas Tudensis de Alphonso VI. *Ad tantam devenit gloriam, ut Imperatorem Hispaniæ faceret se vocari.* Rodericus Toletan. lib. 7. Hist. cap. 7. de eodem: *Post hæc rediens Legionem, imposuit sibi Imperii diadema, & vocatus fuit deinceps Imperator.* Idem Lucas Tudensis de Alphonso VII. *Fecit congregari Episcopos, & omnes Barones Regni sui in Legione, & imponere sibi coronam secundùm Legem Dei & Consuetudinem Regum priorum: ab illa die vocatus est Imperator Hispaniæ.* Chartas varias ann. 1122. 1136. 1144. in quibus uterque Alphonsus Imperatorio donatur titulo, habent Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. pag. 266. Colmenaresius in Hist. Segobiensi cap. 14 §. 2. 12. cap. 15. §. 1. cap. 16. §. 11. Antonius *de Yepes* in Chron. S. Benedicti, & Doubletus in Hist. Sandionys. lib. 3. Sed & Alphonsum VII. post Friderici II. Imp. obitum, extincto Willelmo Hollandiæ Comite, Electorum pars Imperatorem dixit anno 1255. de qua re consulendus præ cæteris Ughellus in Archiepiscopis Pisanis n. 51. Sed longè ante hæc tempora ejusmodi titulos sibi arrogasse Castellanos Reges, probant, quæ Mariana lib. 9. Hist. Hisp. cap. 5. narrat, ad Concilium scilicet Turonense an. 1055. missos ab Henrico II. Imperatore Legatos, ejus nomine questos adversus Ferdinandum M. Castellæ ac Legionis Regem, quòd contra morem majorum, & legum præscripta, se Imperii Romani jure exemptum ferret, & incredibili arrogantia ac levitate in ipsum Imperii nomen invaderet. Quid inde secutum sit, pluribus exequitur idem Mariana: Vide Indicem Suritæ an. Ch. 1024. Vetus Scheda apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 5. cap. 8. ubi de pacto inito inter Alfonsum Aragoniæ, & Alfonsum filium Castellæ Reges: *Et Alfonsus de Arragonia tradidit absolutè totam illam terram Castellæ, quæ pro ipso tenebatur Alphonso de Castella, & deinde noluit quod vocaretur Imperator, nisi Rex Aragonum, Pampilonæ, & Navarræ.* Alia Sanctii Majoris Regis Aragonum, apud eundem lib. 2. cap. 17. *Ego Sanctius Rex Imperator in Castella, & in Pampilone, & in Aragone, & in Suprarbi.* Alia an. 1036. eod. lib. cap. 34. *Regnante Imperatore Beremundo in Leyone, & Comite Ferdinando in Castella, & Rege Garsea in Pampilona, & Rex Ravimirus in Aragona, & Rex Gunde salvus in Ripacurtia*, &c. Vide Chartam Ordonii II Regis æræ 947. apud Antonium *de Yepez* to. 4. pag. 450. & aliam æræ 990. apud eundum to. 5. pag. 457. Reges etiam Wisigothorum Imperatoris sibi arrogasse titulum, colligi potest ex Legibus Wisigoth. lib. 12. tit. 2. §. 13.

IMPERIALE. Panni pretiosioris species. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Item tunica de Imperiali cum arboribus rubeis & leonibus aureis* &c. -- &c. *Item tunica de alio Imperiali, florigerata viridi & rubeo*, &c. --- *Item tunica ex alio Imperiali, quasi marmorea*, &c. --- *Frontale ad altare de Imperiali debili.*

IMPERIALIA. Vide *Regalia.*

IMPERIALIS, Gloss. Græc. Lat. αὐτοκρατορικὸς, *Imperialis.* Ita autem propriè appellabatur Moneta Imperatorum, quæ in Italia currebat jam inde ab anno 1187. Bulla Urbani III. PP. pro Fratribus Cruciferis Hospitalis Bononiensis: *Ad indicium autem, quod eadem domus vestra specialiter B. Petri existat, 12. Imperiales nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvatis.* Chronicon Ricardi de S. Germano an. 1236. *Hoc anno jussu Imperatoris Brundusii novi Imperiales cuduntur, & veteres cassati sunt*, Matth. Paris an. 1249. *Octodecim millia librarum, de moneta Imperialium, quæ tantum fere valet, quantum Esterlingorum.* Innoc. IV. PP. in Rescripto ad Potestates & Rectores Civitatum Italiæ an. 1254. apud Waddingum. n. 12. *Dentur de Camera communis civitatis vel loci, unicuique pro qualibet die 18. Imperiales in pecunia numerata.* Occurrit ibi pluries. Charta Henrici & Ludov. Imp. pro Monasteriis Cumensibus & Papiensibus an. 1311. & 1329. *Operarii debent habere pro operagio denariorum, qui dicuntur Imperiales, de quolibet penso 20. marcharum & unciarum 2. 10. solidos & 10. denariorum Imperialium novæ nostræ monetæ.* Adde Ughellum to. 2. Ital. sacr. pag. 162. & Vitam Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevirens. lib. 2. cap. 10. Vide *Augustarii* & *Regales.*

IMPERIUM, Merum Imperium, jus summum. Curia generalis Barcinone à Petro II. Rege Aragon. acta anno 1283. cap. 3. *Restituimus possessionem, vel quasi meri Imperii, omnibus illis a qui ipso ab antiquo usi sunt.*

Mixtum Imperium, in Curia generali supradicta cap. 4. Justitia media Stephanus Tornacensis Epist. 132. *Jurisdictionem civilem usque ad rigorem, quam Imperium mixtum quidam appellabant, sub potestate Comitis Flandrensis procuratorio nomine diu exercuit*, &c. Vide *Sanguis.*

Imperium, titulus honorarius Imperatoris. Constitutio Theodosii & Valentiniani Impp apud Facundum Hermanientem lib. 8. cap. 3. *Turbam atque tumultum, qui evenit in Oriente nostrum cognovit Imperium*, &c. Epistola Caroli M. ad Albinum & Monachos Turonenses: *Adlatæ sunt nobis literæ de contemptu jussionis Imperii nostri*, &c. Epist. Theodeberti Regis ad Justinianum Imperat. *Amorem nostrum erga Imperium vestrum*, &c. Joannes VIII PP. Epist. 24. ad Carolum Calvum Imp. *Et idcirco inter Pontificium nostrum & Imperium vestrum mediatorem illum esse decrevimus.* Adde Epist. 27. Nicolaus I. PP. Epist. 8. ad Michaëlem Imp. *Porrò scripsit nobis imperium vestrum*, &c. ἡ βασιλεία μου, cùm de se loquuntur Imperatores Constantinopolitani passim. Adde Diurnum Rom. cap. 2. tit. 3. Vide Dissertationem nostram de Imperatorum Byzantinorum Numismatibus.

IMPERNATUS. Vide *Perna.*

IMPERSONARE. Vide *Persona.*

IMPETERE. Vide *Impechiare.*

IMPETUS, Aggressionis crimen. Vide in *Pergus.*

IMPILARE, *Convicio proscindere, castigare, impugnare*, Papias.

IMPINGERE. Lex Salica tit. 33. §. 1. *Si quis Baroni viam obstaverit, aut eum impinxerit*, &c. *In puteum aut in pelagus impingere*, tit. 43. §. 10. *Impingere in aquam*, in Addit. ad Leg. Friscon. tit. 3. §. 31. *Impingere alium ut cadat*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 6. §. 5. tit. 16. §. 3.

IMPLACITARE. Vide *Placitum.*

IMPLAGARE, Plagis, id est, retibus irretire, apud Sidonium lib. 9. Epist. 6.

IMPLANARE. Joan. de Janua, & Will. Brito in Vocab. *Implanare, dicitur decipere, vel in errorem ducere.* Unde Eccles. cap. 15, 12. *Non dicas: Is me implanavit.* Et cap. 34. *Qui implanatus est*, &c. *& componitur implanare,*

nare, ut dicunt quidam, ab in, & planos (πλάνος) *quod est error, vel vagatio.* Gloss. Latino-Gr. *Plano*, ἀποπλανάομαι. Fridegodus in Vita sancti Wilfridi cap. 23.

Syngraphidem scripsit, munus venale notavit,
Quiret Adalgisum collatis subdole Regem
Implanare opibus Ervinus Philocompos.

IMPLASTRARE. Victor in Epist. ad S. Fulgentium: *Minoravit se paululum magnitudo, ut cum osculatur mortuum, implastraret animam, & redderet puerum vivum.*

IMPLEGIARE. Vide *Plegium.*

IMPLEITÆ, Sumptus in emendas merces, vel ipsæ merces emptæ, ex Gallico *Empletes.* Fori Morlanenses art. 37. *Nullus --- teneatur solvere in Ortesio lesdam, sive pedagium de aliquibus mercibus, vel impleitis, quas habeant seu apportent & adducant in villa Ortesii.*

IMPLETOR, Fullarius, Goldasto ad Ephemerides Monasterii S. Galli 5. Kal. Dec.

IMPLICARE, Expendere, insumere, ex Gall. *Emploier.* M. Pastorale Ecclesiæ Paris. lib. 2. ch. 147. Dedit 40. *libras implicandas in augmentum communitatis.* Passim pariter in Necrologio ejusdem Ecclesiæ: occurrit etiam apud Stephanum Julianum in Vita B. Coletæ n. 50. & in Charta anni 1247. in Probat. Hist. Monmor. p. 411. *Implicatura, Emploi,* in eadem.

Implicari in servitio, idem quod *inclinari*, de qua voce infrà, in servitutem redigi. Capitulare 3. an. 819. Edit. Baluzianæ cap. 3. *Si quis ingenuus ancillam alienam in conjugium acceperit, ipsi cum ea in servitio implicetur.* Et cap. 6. *Judicatum est ab omnibus, ut si francus homo vel ingenua femina in servitio sponte sua implicaverit, &c.*

IMPLICATRIX, *Ornatrix*, ἐμπλέκτρια, in Gloss. Græc. Lat. quæ capillos mulierum rectè *implicare* novit.

IMPLUMBARI. Constitut. 20. in Appendice Codicis Theod. *Hinc adduci jussimus, & manus ejus implumbari.* Constit. 21. *Impliciti sceleris auctores coërcitos plumbo exilium, in quo omni vita sua tempore afficiantur, accipiet.*

IMPLUTUS, madidus, super quem pluit. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia: *Si tales homines cùm sint cum papelardis viris & religiosis, dicunt: Orate pro me, & faciunt gallum implutum, & contrafaciunt Magdalenam.*

IMPLUVIUM, Pluvia. Sugerius in Ludovico VI. cap. 4. *Mutata quippe grata aëris temperie, ingrata & turbulenta intemperies emersit, tantoque & tam horribili impluvio tonitruorum coruscatione totam terram in nocte turbavit, &c.*

IMPOCOTATIO. Vide *Impotionare.*

IMPONERE *Psalmum, Litaniam*, est eorum cantum incipere, &, quo vocis sono decantari debeant, designare. Ordo Romanus: *Schola verò ad nutum Diaconi imponit Litaniam.* Liber Miraculorum S. Adelardi Abbatis Corbeïensis cap. 8. n. 16. *Occurrunt Ambianenses cum S. Firmino, Corbeienses cum S. Adelardo: utque simul perveniunt, Antiphonas ex more imponunt.* Vita S. Austrebertæ cap. 3. *Mox verò imposito Psalmo*, &c. Adde Petrum Diacon. lib. 4. Chron. Casin. cap. 77. Gregorium Turon. de Vitis Patrum cap. 4. Fulbertum in Vita S. Autberti Episcopi Camerac. Regulam Magistri, Leonem Atinensem in Translatione sancti Marci Episcopi Atinensis num. 7. Raimaldum Abbat. Vezeliacensem in Vita S. Hugonis Abbat. Cluniac. num. 10. Ezelonem in Vita ejusdem sancti Hugonis n. 11. &c.

IMPOPULARIS, *Impopulabilis.* Papias, *impopularis, inusitata. Impopulabile verò, illæsum.*

IMPORTABILIS, δυσφορος, in Gloss. Gr. Lat. *Importabiles dolores*, apud Anastasium Bibl. in Histor. Eccl. ubi Theophanes, ἀφόρητοι ὀδύναι.

IMPORTITOR. *Qui portas facit*, Jo. de Janua.

IMPORTUNIUM, Importunitas. Concilium Matisconense II. can. 8. *Ut quicunque culpa compellente, aut potentum importunia non sustinens sua gremium matris Ecclesiæ petierit, &c.*

IMPORTUNUS. Edictum Dominicum de honore & adjutorio Episcopis præstando ann. 800. *Si quis autem, quod absit, unus ex vobis ullus de nonis & decimis censibusque reddendis atque renovandis negligens apparuerit, & importunus Episcopis nostris de his, quæ ad illorum ministerium pertinere noscuntur, ---contradicere præsumpserit, &c.* id est, cum pertinacia.

IMPOSSIBILITER. Vide *Possibilitas.*

IMPOSTURARE, Decipere, fallere, *User d' imposture*, ab *impostura*, quæ vox prisco Latio vix nota: unde *impostores* Christiani olim appellati Ulpiano leg. 1. D. de Var. & extr. cognition. qui &, *impostura*, vocem usurpat in leg. 3. de Crim. stellionat. ut & utranque alii sequioris ævi Scriptores. Anonymus de Orthographia: *Imponere, pro fraudem facere, aliquando dicitur, unde impostura vocatur, cùm argumentum vel aurum viliori metallo adulteratur; & qui hoc facit, impostor vocatur. Unde etiam qui aliquid fraudis facit, aut simulationis, impostor solet appellari.* Gregorius M. PP. lib. 3. Dialog. c. 14. *Hunc simulatorem dicere, & verbo rustico cœpit impostorem clamare.* Gloss. Lat. Gr. *Impostor*, ἐπιθέτης. Hincmarus Remensis in Opusc. 55. Capitulor. cap. 18. *Quidam ipsas scripturas verbis inlicitis imposturaverunt.* Baldricus lib. 3. Chronici Cameracensis: *Summa curetis vigilantia, ne antiqua--- religionis nobilitas aliqua adinventionis novitate imposturetur.* Vetus orbis descriptio cap. 18. *Non enim est apud illos ulla impostura; sed singuli eorum, quod pollicentur, certè sciunt.*

IMPOSTUS, Tributum impositum, Gallis *Impost.* Charta ann. 1272. apud Jo. Carpentarium in Hist. Cameracensi: *Compositionem pro talliis & impostibus*, &c.

IMPOTENTES, Mutilati, debiles, quomodo etiamnum *impotens* dicimus. Capit. 6. an. 819. c. 7. Edit. Baluzianæ: *De viduis & orfanis & pauperibus, vel omnibus impotentibus, &c. Impotens* ad matrimonium, apud Albertum Argentin. pag. 168. Sextus Platonicus lib. 1. de Medicina animalium cap. 5. *Ad eos, quibus semen fluit, & non potentibus*, &c. Vide Synodum Vermeriensem ann. 752. can. 17. & suprà in *Apocopus.*

IMPOTIONARE, Veneno propinato extinguere, unde Galli *Empoisonner* habent. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 532. *A Normannis impotionatus occubuit* Vincentius Belvac. lib. 33. c. 36. *Dicebaturque ab omnibus, quòd ibidem --- fuisset impotionatus.* Leges Willelmi Nothi vernaculæ c. 38. *Si home enpuissoned altre, seit occis, ù permanablemunt exsillé.* Id est: *Si quis aliquem impotionaverit, occidatur, aut perpetuo exilio damnetur.* Hîc enim cæcutiit eruditus Interpres.

IMPOTIRE, *Divestire, ut, impotiatis eum prabenda sua, id est, divestiatis, & derivatur ab impos, potis.* Ita Joan. de Janua.

IMPOTUS. Lex Salica tit. 29. *De furtis diversis.* §. 8. *Si quis impotos de melario aut de pirario tulerit, &c.* Editio Heroldi tit. 27. §. 21. *Si quis inpotus de pomario aut de pirario, &c.* Ubi *impotus*, vox confecta ex Belgico Theutonico *inte*, insitum, & *pote*, surculus, calamus; unde nos *Entes* dicimus. Fortè igitur pro *impotos*, legendum erit *intpotos*, quò accedit Editio Heroldi, ex *int pote.*

IMPRÆSTARE, *Impræstitum.* Vide *Præstare.*

IMPRÆSTABILIS. Salvianus lib. 4. de Gubern. Dei: *Dicentes Deum incuriosum, Deum non intendentem, Deum negligentem, Deum non gubernantem, ac per hoc immisericordem, & impræstabilem, inhumanum, asperum, durum.* Ubi Brassicanus *impræstabilem* dictum à Salviano Deum opinatur, *qui nihil præstet pro rei dignitate.*

IMPRÆTERMISSE, Sine mora, ac dilatione, utuntur Cresconius in Breviario Canon. c. 129. Nicolaus I. PP. Ep. 7. c. 1. Ep. 39. Hadrianus II. PP. Ep. 6. Jo-

Joannes VIII. PP. Epist. 23. 30. Herardus Turonensis in Capitul. cap. 133. Regino lib. 2. de Ecclesiast. disciplin. cap. 1. Anastasius Bibl. in Præfat. ad VIII. Synod. initio, &c.

IMPRETIABILIS, Pretium omne superans, passim apud Matth. Paris.

IMPRISA, Militaris expeditio, vel quodvis opus, quod aggredimur, Italis *Impresa*, nostris scriptoribus ævi medii, *Emprise*, hodie *Entreprise*. Vide Dissertat. 7. ad Joinvillam pag. 176. 180. Epistola Ingerranni Dom. Cociaci ad Theob. Comitem Campan. in Chart. Campan. Thuani fol. 180. *Multum nobis cederet ad honorem, si imprisam, quæ sicut dicitur, adversum vos & nos incœpta erat, disrumpere possetis, O illis cederet ad dedecus, qui imprisiam illam, ut dicitur, incœperant, nisi eis, quibus imprisierant, auxilientur.*

Imprisii, qui *imprisia*, seu partibus alicujus favent, vel alterius tutelam suscipiunt, quomodo dicimus *Emprendre*, vel *Entreprendre le party de quelqu'un*, unde vocis origo. Matth. Westmonaster. an. 1224. pag. 282. *Respondit præterea quòd juramentum in Anglia factum, ex parte Regis Anglorum fuerat violatum, dum imprisii sui ob redemptionem gravissimam sunt redempti.* Concordia facta inter Henricum Reg. Angl. & Ludovicum primogenitum Regis Franciæ: *In primis quòd omnes homines & imprisii Domini Ludovici & coadjutores sui Anglici --- habeant terras suas*, &c. Infrà: *Ab omnibus homagiis, fidelitatibus, confœderationibus, imprisiis.* Charta Henrici Regis Angl. in Additam. ad Matth. Paris pag. 127. *Videlicet quod nos erimus imprisii ejusdem Regis Castellæ contra omnes homines, & juvabimus eum cum toto posse nostro bona fide.* Utitur hac notione non semel Matth. Paris pag. 206. 207. 218. 654. Falluntur, qui à Gallico *prix*, pretium, vocis etymon accersunt, quasi sint alteri pretio auctorati.

Emprisia, idem quod *imprisia* Concilium Roffiacense an. 1258. can. 1. *Confœderationes, conspirationes, colligationes, emprisias, tacitas vel expressas, & alias machinationes*, &c.

IMPRISONARE. Vide *Prisona*.

IMPROBUS, Molestus. Hermes apocryphus lib. 1. c. 3. *Sed tu non desinis in petendo revelationes, improbus enim es.* Infrà: *Consummavit igitur enarrationem turris. Ego verò, cùm adhuc essem improbus, interrogavi illum*, &c.

IMPROCERATUS, Non procerus, humilis. Gloss. Lat. Gr. *Improcerata*, εὐτελῆ, ταπεινὰ, ἀναρχα. Sed leg. Improcera, τὰ εὐτελῆ, &c.

IMPROLOQUIBILE, ἀλάλητον, in Gloss. Lat. Gr.

IMPROPERIUM, Dedecus, convitium, injuria, derisio. Sueno Aggonis filius in Hist. Danica: *Nam & tunc temporis ignominiosum extitit improperium, si solùm duo jugularent.* Utitur sæpe vetus Bibliorum Interpres.

IMPRUNTATUM, Mutuum, ex Gallico *Emprunt*. Vide *Mutuum coactum*.

IMPUBLICARE. Vide *Publicum*.

IMPUDERATUS, *Impudoratus*, Impudens, absque pudore. Gloss. MS. *Impudoratus, inverecundus.* Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio pag. 85. *Non despicis revera conviperinos tuos Arianos, natos videlicet de impuderato patre vestro diabolo.*

Impuderatè, pro *Impudenter*, dixit vetus Irenæi Interpres lib. 1. adversus Marcionem cap. 21.

IMPULATOR, *Concitator, Incitator*, in Glossario MS. Reg. Cod. 1013. Infrà: *Impulsor, Hortator, Concitator.*

IMPULSORIUM *alæ*. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 27. *Reliqua verò tertia pars alæ descendit ab illo loco, qui dicitur impulsorium alæ, & Gallicè dicitur* le bout, *usque inferius.*

IMPUNUS. Fleta lib. 1. cap. 20. §. 22. *Si mercedem acceperint, per quod hujusmodi pannos impunos vendi sustinerent.*

IMPURIA. Picminius in Excerpt. ex libris Canonicis: *Qui impurias, quæ dicunt homines super tecta mittere, ut aliqua possint eis denuntiare, quod eis bona aut mala adveniant, nolite eis credere, quia soli Deo est futura præscire.*

IMPUTARE, Non putare, non existimare, apud Sidonium lib. 9. Epist. 11. initio.

IN, Præpositionem, Germani, Poloni & Bohemi iis fere attribuunt, qui domini sunt locorum: cæteros nempe, *de*, *a*, vel *ab*, etiam iis, qui inde duntaxat orti vel oriundi sunt, etiamsi ibi non habeant, ubi pedem figant. Ita Martinus Cromerus lib. 1. Polon. pag. 105. Addit Ægidius Boillæus in Notis ad Ludovicum Davilam de Bello Germanico p. 37. locorum, vel dignitatum ejusmodi, primogenitos dominos, nudè secundogenitos verò *in* iisdem perinde se se indigitare, cùm in Germania feuda majora divisionem admittant.

INACTE, Nulla re acta, *Sans rien faire.* Chronicon Montis-Sereni an. 1156. *Hinricus Dux Fresiam hostiliter ingreditur, sed in actè evertitur.*

INACTIVUS, Negligens. Capitulatio Caroli M. pro partibus Saxoniæ, apud Holstenium in Collect. Romana, cap. 31. *Si cuilibet homini sacramentum debet, adramet illum ad Ecclesiam sacramento ad diem statutum; & si jurare contempserit, fidem faciat, & sol. 15. componat, qui inactivus apparuit, & deinceps causam pleniter emendare faciat.*

INÆQUALITAS, Ægritudo, invalitudo, ἀνωμαλία, *Indisposition.* Glossæ antiq. MSS. *Inæqualis, infirmus.* ἀνωμαλεῖν in Concilio Ephesino act. 1. p. 543. Edit. Labbei. Epist. Honorii Imp. ad Paulinum Episc. Nolan. apud Baron. an. 419. n. 20. *Cùm Beatitudo tua de corporis inæqualitate causata, itineris non potuit injuriam sustinere.* Regula S. Cæsarii ad Virg. *Abbatissa, nisi inæqualitate aliqua, aut infirmitate, aut occupatione compellente, extra congregationem penitus non reficiat.* Regula S. Aureliani cap. 7. *Et si inæqualitas exegerit, jubente seniore quod necesse fuerit, non ei negetur.* Vita S. Eugendi Abbat. cap. 4. *Cùm ergò Pater ille --- etiam corporeæ inæqualitatis frangeretur incommodis.* Cap. 12. *Febricula levi correptus est, paulatimque inæqualitate vexatus, cursum vitæ præsentis explicuit.* Occurrit rursum cap. 15. Ita etiam Atto Vercell. Episc. in Capitul. cap. 54. Symmachus lib. 7. Epist. 12. Ennodius non uno loco, Avitus Viennensis Epist. 4. ex Balusianis, Diurnus Romanus cap. 3. tit. 15. Synodicon adversus tragœdiam Irenæi cap. 26. Concilium Carthaginense IV. can. 49. Vita S. Lupicini Abbat. Jurens. n. 4. 12. &c. Vide Notas nostras ad Alexiadem pag. 224. & infrà in *Varietas*.

INAFFECTIO, Affectionis defectus. Vita S. Anscharii Corbeiensis Monachi cap. 17. *Hoc autem venerabilis Abbas non de inaffectione faciebat*, &c.

INALTARE, *Valde altare, altum facere*, Willelmo Britoni in Vocabul. *In altum levare*, in Mamotrecto. Vita S. Drausii Episcopi Suess. n. 3. *Taliter tantæ nobilitatis lineam sanctis actibus inaltavit.* Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 754. *Turribus inaltandis insistebant.* Baldricus Dolensis in Vita B. Roberti de Arbressello: *Jam igitur parietibus oratorii dilatandis & inaltandis instabatur*, &c. Occurrit in Ecclesiastico semel ac iterum.

Altatus, apud Sidonium lib. 2. Epist. 2.

INAMORARI, Amore capi, vox Italica, Petrarchæ & aliis familiaris. Michaël Scotus de Physion. c. 14. *Frater non sic inamoratur in sorore, quæ est pulcra & delectabilis.*

INANIMARE, Animos addere, animare: Italis *Inanimare*, & *innanimare*. Utitur Galfridus Monemuthensis lib. 8. cap. 4. lib. 10. cap. 9.

INANTE, In posterum *deci en avant*, in Fœdere Regum apud Nithardum lib. 3. an. 842. *Inanzi* Itali dicunt. Commodianus Instr. 46.

---- *Cave, ut non delinquas inante.*

Gre-

Gregor. Turon. lib. 2, Hist. cap. 16. *Inante absidem rotundam habens.* Vita S. Deicoli Abb. cap. 2. num. 10. *Subitò febre invaditur, languore nimio arctatur, adeo ut nec passum quidem inante perficere voluisset.* Capitula Caroli C. tit. 12. c. 6. *Quicunque abhinc inante latronem receperit* Adde Vitam S. Wunebaldi c. 14. Bedam lib. 1. Hist. c. 5. &c. Gloss. Isid. *Inante diem, in ipso die.* Gloss. Gr. Latin. εἰς τὴν πρὸ ταύτης ἡμέραν, inante diem. Octav. Horatianus l. 4. Rer. Medic. *Ita ut unum habeat in ante, & alterum retro.* Utitur & Alexander Iatrasophista lib. 2. Passion. c. 66. ut & Plautus, Cicero, Propertius, & alii.

Inantea, eadem notione. Sacramentum fidelium apud Pithœum: *Promitto, quia de isto die inantea isti seniori meo, quandiu vixero, fidelis & obediens, &c.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 60. *Habeat eas* (res) *sibi inantea absque portione fratrum.* Adde Leges Ratchis Regis tit. 9. § 5. Occurrit passim.

INATRIUM, Atrium Ecclesiæ, *Paradisus.* Anastasius Biblioth. in Vita Stephani II. PP. ex Bibl. Cæsarea apud Lambecium lib. 2. pag. 927. (nam desunt in Editis) *Renovavit inatrium ante fores B. Petri Apostoli, qui Quadriporticos dicitur.* Vide *Atrium.*

INAVARITIES, in veteri Inscriptione 1046. 6.

Feido feida viro veixsit studio parili, quum
Nulla inavarities cessit ab officio.

INAUDIENTIA, Inobedientia. S. Cyprianus Epist. 28. *Perniciem sibi & mortem per inaudientiam & intemperantiam provocent.*

INAUXILIATUS, Auxilio, ope destitutus, Sapient. cap. 12. v. 6. ubi Græca habent ἀβοήθητος.

INBANNIRE. Vide *Bannum.*

IN BENE. Capitula Caroli C. tit. 21. cap. 2. *Vobis sic merere possimus, sicut antecessores nostri vestris antecessoribus in bene meruerunt, &c.* Phrasis Gall. *Meriter en bien.*

INBENEFICIARE. Vide *Beneficium.*

INBLADARE. Vide *Bladum.*

INBOIARE. Vide *Boia.*

INBREVIARE. Vide *Breve.*

INBROCCARE. Vide *Brocca.*

INBRUTUS, *Imprudens, sine sensu, sine intelligentia.* Glossæ antiq. MSS.

INBULLARE. Vide *Bulla.*

INBURSARE, *in bursa reponere.* Ugutioni: nostris *Embourser.*

INBURUCLUM, *Inbruclum* Gloss. Gr. Lat. MS. ἰμβούλκκλον, *inbruclum.* Editum *inburuclum* habet. Meursius in Auctario libri de Gloria cap. 32. & in Gloss. v. βουρίχος, putat, nescio an verè? sellam esse equestrem, quæ scilicet *burici* dorso aptatur.

INCACARE. Fori Oscæ ann. 1247. sub Jacobo I. Rege Arag. *Si aliquis homo fuerit interfectus in castro, vel villa Infantionis, --- homines ipsius villæ vel castri tenentur incalçare illum, & es forcium facere, quòd capiant eum, & reddant bajulo Regis* Quærere.

INCAMATATUS. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 7. *Indiget praterea dictus exercitus, quòd ex istis navigiis antedictis aliqua sint incamatata seu barbotata, tali modo, quòd homines prædictorum non timeant lapides machinarum* Fortè *incamerata.*

INCANCRIRE, In cancrum desinere. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. *Si incancrierint ulcera.*

INCANTARE, Præstigiis magicis illudere, *Enchanter.* Gloss. Gr. Lat. ἐπᾴδω, *Incanto, præcanto.* *Carmina profana incantare,* apud Lamprid. in Juliano. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 13. §. 6. *Si quis Christianus --- apostataverit, vel venenum alicui ministraverit, aut incantaverit, &c.*

Incantatores. Anianus ad leg. 3. Cod. Th. de Malefic. *Malefici vel incantatores, vel immissores tempestatum.* Vita S. Præjecti: *Cùm nullatenus à medicis vel incantatoribus medelam consequi valuisset.*

Incantatio. Fredegar. Epit. cap. 9. *Mummolum factione Fredegundæ, cui reputabant filium suum per incantationem interfecisse, jussit Rex suggillare.*

Incantamentum ad leniendum dolorem adhibere, apud Ammian. lib. 16. ubi Lindenbrogius.

Incantare, Auctionari, sub hasta vendere, Italis pariter *Incantare, far incanti, vender all' incanto*, nostris *Vendre à l' encant.* Statuta Veneta lib. 6. cap. 63. *Antequam procedatur ad incantandum aliquam proprietatem, &c.* In Charta an. 1372. *Incantator Gabellæ salis. Vendre à l' enchantement,* in Assisis Hierosol. MSS. cap. 134. *Mettre à l' encant*, in Consuetud. Pictavensi art. 428. & Britannica art. 729. Vide Foros Benearn. Rub. *de forma de far incant.*

Incantatores, in Charta an. 1309. in 9. Regesto Philipi Pulcri Reg. Franc. ch. 88. ex Tabulario Regio: *Bajuli, Notarii, Servientes, Incantatores, Præcones, & alii Curiales dictarum villarum, &c.* Huc spectant hæc Exodi cap. 36. *Jussit ergo Moyses præcones voce cantari, &c.*

Accantatores, Vectigalium conductores, qui vulgò *Firmarii.* In Tabul. Tolosano Cameræ Comput. Paris. an. 1239. fol. 87. *Hæc est carta commemorationis de placito, quod habuerunt, -- pro se & pro cæteris accantatoribus eorum bonorum hujus urbis Tolosæ ac suburbii, &c.*

INCANUS, Σπαρτοπόλιος, in Gloss. Græc. Lat.

INCAPABILIS. Vide *Capabilis.*

INCAPILLATUS. Anastasius in Gregorio IV. PP. *Signum Christi habet historiam in modum leonis incapillatam, cum diversis operibus purissimis aureis pendentibus in catenulis quatuor, & uncino uno.*

INCAPITALIS. Gloss. Gr. Lat. ἀκέφαλος, *incapitalis*, sine capite.

INCAPITARE, ἐπάρχεσθαι, in Gloss. quasi *in*, vel *à capite incipere.* Nihili est, quod viri docti, *incœptare*, restituunt.

INCAPITATUM, Papiæ, *sine capite.*

INCAPPARE. Vide *Cappa.*

INCAPTIBILIS, Incomprehensibilis, apud Baltherum Mon. in Vita S. Fridolini Abb. n. 29.

INCAPSARE, Intra *capsam* includere, *Enchasser*, apud Joannem de Capella in Chron. Centulensi MS.

Incassare, idem quod *Incapsare*, Gall. *Enchasser.* Occurrit in Vita B. Coletæ.

Incassatus, Gall. *Enchassé*, in *capsam* missus. Vita Urbani V. PP. apud Bosquet. *Reliquiarium aliquorum Sanctorum munitum & incassatum in auro.* Occurrit etiam in Vita B. Coletæ.

INCARCERATIO, Jus habendi carcerem. Charta Thomæ Regis Manniæ an. 1055. *Et quòd habeant incarcerationem, & incarceratorum evasionem, & furcas seu patibulum super terram suam.*

INCARDINARE. Vide *Cardinalis, Presbyter.*

INCARMINATRIX. Vide *Carminare*

INCASTELLARE, Vallo munire, ad modum & usum castri aut castelli redigere. Charta scripta an. 20. Ludovici IV. Regis Franc. in Tabulario Conchensi in Ruthenis n. 6. *Similiter & ipsa loca Priscia, ubi nos & parentes nostri propter gentes nefandas incastellare consuevimus.* Usurpatur autem hæc vox præsertim de Ecclesiis, quæ vallo muniebantur. Otto Frisingensis lib. 7. Chron. c. 31. *Ecclesiam B. Petri --- incastellare sacrilegè & prophanissimè non metuunt.* Gervasius Dorobern. an. 1144. *Qui post mortem patris Ecclesiam incastellatam retinebat.* Will. Malmesb. lib. 2. Hist. Novellæ: *Ecclesiam B. Dei Genitricis de Lindocolino incastellaverat.* Constitutiones Catalanenses MSS. *Ecclesias quoque incastellatas sub eadem pacis & treugæ defensione constituo.* Charta Raymundi Comitis Tolosani: *Item quòd incastella, aut Ecclesias incastellatas detineo.* Concilium Helenense an. 1065. *Ecclesias verò illas, ubi castra fuerint constructa, &c.* Cogitosus de S. Brigida: *Juxta portam interioris castelli, quo Ecclesia ambitur.* Henricus Huntind. lib. 8. p. 393. *Monachis avulsis, Ecclesias converterant in castella.* Vide Basilium

Seleucienfem lib. 1. de Vita S. Theclæ Extr. p. 124. & lib. 2. cap. 17. Vitam Balduini Lutzemb. Archiepi. Trevirenf. lib. 3. cap. 7. Bohuslaum Balbinum in Histor. Bohem. pag. 299. Bertoldum Constant. an. 1077. 1091. Appendicem ad Radevicum an. 1178. Radulfum de Diceto an. 1171. Continuatorem Nangii an. 1358. Gesta Innocentii III. PP. pag. 107. Edictum Jacobi Regis Aragon. de Pace & Treuga tom. 8. Spicilegii Acheriani p. 384. Wilharduinum n. 237. Paradinum lib. 3. Hist. Lugdun. cap. 4. Carellum in Historia Tolosana pag. 245. 246. Columbum lib. 2. de Episcopis Vasionensibus n. 41. &c.

Ecclesias porrò *incastellare* non semel vetitum in Conciliis, Lateranensi an. 1122. can. 12. Avenionensi an. 1209. can. 9. Budensi an. 1279. can. 53. Palentino an. 1322. can. 17. in Synodo Coloniensi an. 1280. can. 11. Herbipolensi an. 1287. can. 28. præterea in Statutis Simonis Comitis Montisfortis apud Gallandium de Franco alodio pag. 356. Quintilianus Declamat. 369. *Tecta in subeuntes & sacra, quin etiam Templorum fastigia desperantium tela sunt. Certum est, omnia licere pro patria.*

Incastellare, Castellis provinciam munire, apud Giraldum Cambrensem lib. 1. de Expugn. Hibernia cap. 36.

Decastellare, Castellum & munitiones destruere. Richardus de S. Germano in Chronico anno 1215. *Illis autem abeuntibus, idem Abbas pravo usus consilio, Monasterium munire curavit militibus, &c.* Mox: *Qui præstito sacramento, quòd Monasterium decastellaret, &c.*

INCASTRATURÆ, apud Interpretem Biblior. Exodi cap. 26. v. 17. *In lateribus tabulæ duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur.* Adde cap. 36. v. 22. 24. ubi Græcus Interpres, ἀγκωνίσκους habet. Papiæ, *Incastraturæ* dicuntur *Tabularum compaginationes.* Idem: *Ancones, incastraturæ, uncini.* Rursum: *Aspidicæ, uncini, incastraturæ, fimbriæ, catenulæ.* Alio loco: *Antroniscus, Incastratura.* Rectiùs Glossæ Isidor. *Anconiscus, Incastratura*, (sic legendum pro *Incastrare*) Græcis enim ἀγκωνίσκος, est, ut ait Will. Brito in Vocabul. MS. *Incastratura, incavatura lignorum, per quam sibi mutuò copulantur, scilicet in extremitatibus asserum runcinatorum, & dicitur castratura, quod in ea quasi in castro uniuntur ligna & muniuntur.* Glossæ MSS. *Incastratura, conjunctio, vel conglutinatio.* Catholicon Armoricon: *Engravade*, Gall. *Encharneure*, Lat. *Incastratura.* Historia Translationis corporis S. Marci Venetias, apud Baron. an. 820. n. 36. *Aperuerunt occultè sepulcrum, quod erat ex marmore, habens veluti incastraturas per latera in modum capsellæ, per quas tabula desuper erat inducta. Incastrare* est includere, ἐγκαστροῦν, Græcis recentioribus. Historia Apoll. Tyrii Græcobarb. κἂν ἐγκαστρωθῇ ὁ διάβολος. *i. etsi diabolus recludatur.* Italis *Incastrato*, est simul conjunctus, compactus, commissus. Historia Belli sacri vernacula MS. *Et si avoit dedens cascune (cisterne) une cuve de marbre bien encastrée de fors maisieres. Excastrare*, apud Gellium, Scribonium Largum cap. 1. & Marcellum Empir.

INCASTRUM, in Statutis Mediolan. part. 2. cap. 282. 284. *commissura quædam in flumine facta.*

INCASTUS, ἄσεμνος, in Gloss. Græco-Latino, non castus.

INCATHEDRARE. Vide *Cathedra.*

INCAUSARE. Vide *Causa.*

INCAUSTUM. Tabular. S. Eparchii Inculism. f. 39. *Qui in hac cartula proprias cruces fecerunt de succo cauli quia aliud incaustum non habebant.* Vide *Encaustum.*

INCAUTELA, vulgò *Inadvertentia*, ex *Incautus.* Salvianus lib. 6. de Gubernat. *Unus incautior perit, ne multi per incautelam postea deperirent.*

INCENDIUM, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 11. in Statutis Alexandri II. Regis Scot. cap. 14. §. 2. & in Regiam Majestatem, est unum ex quatuor Placitis Coronæ, & quæ pertinent ad Curiam Justitiarii.

INCENSIO, Morbi species, quem *Erpetam* vocant. Hist. MS. Advectionis corporis sancti Arnulfi Episcopi Turon. Crespiacum: *Sed & multi vexabantur eo morbo, qui vocatur Incensio, qui meritis B. Arnulfi restituti redierunt.* Vide *Ardentes.*

Incensio Lunæ. Kalendarium sancti Victoris Parisiensis & aliud Bibliothecæ Regiæ cod. 1445. *6. Id. Januar. Incensio Lunæ Septuagesimalis. 8. Id. Mart. prima Incensio Lunæ Paschalis. Nonas April. ultima Incensio Lunæ Paschalis. 8. Id. April. prima Incensio Lunæ Rogationum.* Ita Luna dicitur *reaccendi à Sole*, apud Honorium in Imagine mundi lib. 2. cap. 61. 85.

INCENSITUS. Vide *Census, Censire.*

INCENSUM, Thus *dictum, quia igne consumitur, dum offertur, &c.* ait Isidorus lib. 4. cap. 12. Gloss. Gr. Lat. θυμίαμα, *incensum.* Glossæ antiquæ MSS. *Thus, Incensum.* Uranius in Arabicis apud Stephanum; ἡ χώρα τῶν Ἀβασηνῶν φέρει καὶ ὄσσον, καὶ θυμίαμα, καὶ κέρπαθον: ubi θυμίαμα pro *thure* posuit. Anastasius Bibl. in S. Sotere, & in S. Bonifacio PP. *Hic constituit, ut nulla Monacha pallam sacratam contingeret, nec incensum poneret in sancta Ecclesia. Offerre incensum*, in Libro Sacramentorum Gregorii M. Notitia an. 1069. apud Sammarthanos in Archiepiscopis Aquensib. *Et omni anno persolverent incensum sanctæ Aquensi Ecclesiæ in die Sabbati sancti, duas libras legales incensi optimi, & tres libras ceræ, &c.* Occurrit passim. Thurificationis usum in Ecclesia perantiquum probat Menardus ad d. Libr. Sacrament. p. 195.

Incensare, Thure adolere, Gall. *Encenser.* Lambertus Ardensis: *Volens ut --- lectum eorum thuris & aromatis gummis --- incensaremus.* Leo Ost. lib. 2. cap. 33. *Morisque est singulis annis --- per totum Mandati spatium ab Acolitho incensari.*

Incensorium, Acerra, thymiamaterium, navicula ad reponendum incensum, apud Leon. Ost. lib. 2. c. 98. *Thuribula argentea duo --- aquæmanilia argentea duo, incensorium de argento unum.* Hic enim distinguitur thuribulum, quod vulgò *Encensoir* appellamus, ab incensorio. *Encensiers* nostri olim dicebant. *Le Roman de Garin MS.*

Et environ vin cierges ont espris,
Et firent crois & encensiers venir.

Alibi:

Cierges comande li Loherans Garin,
Et fait chandoilles & encensiers venir.

Incensarium, eadem natione. Ugutio: *Thuricremium, incensarium, quia in eo crematur thus.* Papias: *Thuribulum, incensarium*, quod Græci θυμιατήριον dicunt. Apud Hariulfum lib. 2. cap. 10. *Incensaria argentea auro parata quatuor.* Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis anno 915. *Incensarios 2. cum catenis argenteis.*

INCEPS, pro *Deinceps.* Utitur Thwroczius non semel, pro quo *deinceps* restituit Corrector, uti Editor monet.

INCESSANTER, Continuò, *Incessament.* Utitur lex 28. Cod. Th. de Cohortal.

INCESTIVA *Conjugia*, incesta, in Capitulis Caroli M. lib. 5. c. 158.

INCHARTARE. Vide *Charta.*

INCHERAMENTUM, Auctio in licitatione, *Enchere*, in Charta de Præpositura Calvimontis ann. 1205.

INCHORIS. Vide *Enchoris.*

INCHARAXARE, ex Gr. ἐγχαράττειν, Perforare, aperire. Apicius lib. 6. cap. 5. *Agitabis jus apio viridi & nepata, ovem incaraxas & perfunde.* Apollonius: *Juvat autem hæc incharatio in oculis diuturno facta rheumatica passione.* Idem: *Oportet etiam & per ipsa loca patientibus fieri incharaxationes.*

INCI-

INCIBARE, Cibum porrigere, σιτίζειν. Vetus Interpres Juvenal. Sat. 10. *Ut pulli hirundinis, quæ pleno ore volat, dum incibat filios suos.*

INCIDENTIÆ, Casus, quomodo *Incidens* dicimus. Otto à S. Blasio cap. 12. *Traditionesque Hebraicas cum incidentiis historiarum notas faciens. &c.*

INCIMBILES, *Nocibiles, vel discordes.* Papias.

INCIMCLARE. Charta Waldemari Regis Daniæ anno 1326. apud Pontanum lib. 7. Rer Danicar. *Si alicubi infra regni nostri terminos naufragium passi fuerint, Advocatus noster --- ipsorum bona nullatenus impediat, vel si de ipsis nullatenus incimclet, quandoquidem ipsa bona personaliter per se vel per alios --- valeant de naufragio liberare.* Ubi *incimclet*, idem valet ac *immisceat*: unde forte an legendum fuerit *immisclet*. Vide *Misculare.*

INCINCTA, *Prægnans, eò quòd est sine cinctu, quia præcingi fortiter uterus non permittit.* Isidoro lib. 10. & nostris *Enceinte*. *Incinta*, apud Joan. Villaneum lib. 1. cap. 24. lib. 2. cap. 12. Hist. Miscella lib. 20. extremo pag. 128. *Viri civitatis illius mulierem incinctam, jam jamque parituram inciderunt.* Ubi Theophanes, ἔγκυον. *Le Roman de Parise la Duchesse*:

Je suis de vous ançainte, de verté le sachez.

INCINERARE, in cineres redigere. Utuntur Saxo Grammaticus lib. 4. initio, Cæsarius Eisterbach. lib. 4. Miracul. cap. 99. lib. 10. cap. 67. Guillelm. Brito lib. 1. 2. 3. 4. Philippus Architrenius lib. 6. cap. 3. &c.

INCIPERE. Vetus Interpres Epistolæ S. Barnabæ: *Qui incipiebant prædicare*, ubi Gr. τοὺς μέλλοντας κηρύσσειν. Alibi: *Quia ipse incipiebat apparere.* Græc. ἤμελλεν. Et non semel in hac Epistola. Ita Jacobus 2. *Per legem libertatis incipientes judicari.* In textu Græco, μέλλοντες. Hac notione vocem *incipere* usurpasse non semel Interpretem S. Irenæi, observatum à Jacobo Billio lib. 1. Observ. Sacrar. cap. 33. lib. 2. cap. 5.

Incipiens, Discipulus. Auctor Queroli: *Quid ad hæc vos dicitis, novelli atque incipientes mei? quando hæc discere potestis? &c.*

INCIRCA, Circiter, Galli dicunt, *aux environs*, in Addit. ad Vitam S. Antonini.

INCIPPARE. Vide *Cippus.*

INCISIO, idem quod *Tallia*. Charta Henrici III. Imp. an. 1056. pro Monasterio sancti Maximini Trevirensi apud Nicol. Zyllesium: *Nullus illorum hospitia seu servitia in curtibus Abbatis aut Fratrum, sive à rusticis violenter exigat, nullus eorum per incisiones aut petitiones homines gravare --- præsumat.* Charta an. 1468. *Jus investiendi, devestiendi, clamores, banna, emendas, asspatgia, incisionem, &c.*

Incisio. Paulus Diacon. lib. de Gestis Episcoporum Emerit. in sancto Paulo cap. 1. *In spe Dei mira subtilitate incisionem subtilissimam subtili cum ferro fecit, atque ipsum infantulum jam putridum membratim abstraxit.* *Encis*, dicitur in Stabilimentis sancti Ludovici lib. 1. cap. 25. & in Consuetudin. Andegav. art. 44. & Cenoman. art. 51.

Incisio, Sectio, Capitulum in libris. Gennadius de Scriptorib. Eccles. in Severo: *Scripsit --- & Collationem Posthumiani & Galli --- habitam in dialogi specie, duabus incisionibus.* Walafridus Strabo in Præfat. ad Theganum: *Huic opusculo ego Strabo quasdam Incisiones & Capitula inserui.*

Incisiones, κόμματα. Ordo Romanus: *Episcopi omni tempore benedicantur; nunc verò mos est, ut nocturno tempore benedicantur. Secunda namque incisione, id est, Lectione sexta, egreditur Pontifex de Ecclesia S. Petri, & ascendit Monasterium S. Martini, &c.* Consuetudines Floriacensis Monasterii: *Et 15. Cantica Graduum sub silentio ab unoquoque dicuntur, & post singulas Incisiones ab unoquoque procumbitur ad formas.* Adde Udalricum lib. 5. Consuet. Cluniac. Monast. cap. 5. *Interscissiones*. apud Cassianum lib. 2. de Nocturnis orat. cap. 11. *Et idcirco ne Psalmos quidem ipsos, quos in Congregatione decantant, continuata student pronuntiatione concludere: sed eos pro numero versuum duabus vel tribus interscissionibus cum orationum interjectione divisos, distinctim particulatimque consummant.* *Distinctiones* dicuntur in Admonitione Synodali antiqua: *Psalmorum verba & distinctiones regulariter ex corde cum canticis consuetudinariis pronuntiare sciat.* *Pausationes* vocat Synodus Narbonensis sub Recaredo Rege: *Per majores verò Psalmos, si fuerint prolixiores, pausationes fiant, &c.*

Incisio alia notione, *Signum secunda vel tertia incisione pulsare*, apud Guigonem in Statutis Cartusiens. lib. cap. 7. §. 5. in Statutis antiq. ejusdem Ordin. 1. part. c. 41. §. 9. c. 43. §. 5.

Incisio, Typus nummi, Figura. Anastasius in Hist. Eccles. *Cùm Arabes non susciperent Romanorum Incisiones in nummis suis.* Theoph. χαραγὴν habet.

Incisio, Castratio, apud eundum Anastasium: *Alios autem --- partim suspendio, partim incisione perdebat.* Ubi Theophanes, ἀπέτεμνεν.

Incisio, Vox Architectorum, de qua Jacobus Gothofred. ad leg. 3. Cod. Th. de Excusat. artific.

INCISOR. *Incisores casei.* Statutum Communis Bononiensis ann. 1188. apud Ghirardaccum lib. 9. Histor. Bonon. p. 279. *Sæpe contingit, quod illi, qui ludunt ad azardum in scalis & in platea Communis Bononiæ & etiam, qui caseum incidunt, iracundiæ calore succensi, contra Deum & matrem ejus ignominiosa verba proferunt, &c.* Infrà: *Lusores azardi & bescazariæ, & incisores casei &c.* Caupones hîc interpretor, apud quos caseus in escam potatoribus datur. Vide *Scissor.*

INCISORIUM, Orbiculus mensarius, super quo escas incidimus, Gallis nostris seu Gallobelgis, *Tranchoir*. Chronicon Nonantulanum MS. de Institutis & ritibus sub Friderico II. Imper. *In cœnis vir & uxor una edebant parapside, usus incisoriorum ligneorum non erat in mensis, unus vel duo scyphi erant in mensa, nocte cœnantes lucernis aut faculis mensas illuminabant, faculam tenente uno ex suis. Nam candelarum de sepo vel de cera usus non erat.* Petrus de Crescentiis lib. 5. pag. 267. *Acerus est arbor satis magna, quæ in Alpibus invenitur, quæ optimè convenit cyphis, & parapsidibus & incisoriis faciendis, & vasculis omnibus, &c.* Ubi vetus Interpres Gallicus: *Est tres-bon pour faire hanaps, escuelles, & plateaux, &c.* Adde pag. 279.

Incisorium, Novacula, apud Petrum Cellensem lib. 6. Epist. 20.

INCISURA. *Tallia* Exactio: nam nostris *Taille*, idem valet ac *incisio*. Charta Manassis Comitis Guinensium in Chronico Andrensi pag. 356, *Firmiter statuimus, ut nullus --- coactivam petitionem seu incisuram super ipsos instituere --- audeat.* Adde pag. 424.

Incisura & incisio, apud Grammaticos. Vide *Arbor.*

INCITARE, Præcipitare. Epistola Bonifacii PP. in Synodo Rom. sub Bonifacio II. apud Holstenium: *Sanè, quoniam servandus accusatori locus est, ne audientiam penitus incitare videamur &c.*

INCITI, *dicuntur calculi, qui in ludo scacorum omnino moveri non possunt. Item & homines egentes inciti vocantur, quibus spes ultrà procedendi, i. proficiendi, nulla restat.* Breviloq.

INCLAMARE. Edictum Theoderici Reg. §. 145. *Si quis barbarorum tertiò competentis judicis auctoritate conventus, & edictis solenniter inclamatus ad judicem, cujus præceptione conventus est, venire neglexerit, meritò sub discussione causæ sententiam excipiet contumaciæ, &c.* Ubi *inclamatus edictis*, videtur esse, qui banno publico & judicis auctoritate ad judicium citatur, quomodo forenses nostri, *Crier à trois briefs jours*, dicunt de reis contumacibus. Ita *inclamare* usurpat lex 7. Cod. Th.

Si certum petatur: *Per intervalla temporis longioris inclamatus*, i. citatus edicto à judice impetrato, uti viri docti interpretantur.

INCLAVATURÆ equorum, de quarum cura vide Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 55. & veterem ejus interpretem Gallicum cap. 56. *De diverses encloeures & de leur cure*, eodem libro.

INCLAUDARE, Clavum in equi pedem inducere, *Enclouër*. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 598. *Et si inclaudet palefridum Domini Regis, dabit ei palefridum 4. marcarum.*

INCLAUSTRUM, Claustrum vel ambitus Monasterii, *Enclos*. Vita S. Lietberti cap. 49. *Ædificatoque inclaustro cum cæteris officinis*, &c. Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. cap. 72. *Factum est autem hoc lignarium ---- & positum est in inclaustro S. Autberti.*

INCLINARE, Ad servitutem repetere, revocare, *ad servitium interpellare*, in Synodo Remensi 3. can. 19. apud Flodoard. lib. 2. cap. 5. in Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 43. in Concilio Valentino III. an 855. can. 23. & in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 89. Lex Ripuar. tit. 57. §. 1. *Nullatenus eum permittimus in servitium inclinare.* Marculfus lib. 2. form. 32. *Si quis verò ---contra hanc ingenuitatem tuam venire: aut te in servitio inclinare voluerit, divina eum ultio subsequatur.* Adde form. 28. Charta ingenuitatis apud Will. Hedam in Bernulpho Episcopo Ultrajectensi: *Mundiburdem verò vel defensorem alibi non inquiramus, nisi ad supradicti Sancti altare, ad defendendum scilicet, non ad inclinandum, & ab omni servitio permaneamus liberi atque illæsi stabili lege.* Ita vocem *inclinare*, pro *deprimere* usurpat Gregorius M. lib. 1. Epist. 72. *Cognovimus enim eos, fidem velle Christiani nominis inclinare.*

Inclinati, Servi. Capitulare 3. an. 811. cap. 9. *Sunt & alii, qui de ipsa genealogia non debent esse inclinati, attamen fiunt propter illam occasionem inclinati.*

INCLINATIO. Salutationis apud Monachos species, quæ soli Abbati debetur. Ingulphus p. 886. de Priore; *Et quia in medio Fratrum rector est eorum, in honore, præter inclinationes, omnis honor ei & reverentia exhibeatur.*

Inclinatio, Submissio, humiliatio. Epistola Archiepiscopi Bulgariæ, in Gestis Innoc. III. PP. pag. 56. *Multas inclinationes & magnas preces ad Dominum & gloriosissimum & Cathedralem Apostolicæ sedis*, &c. Ubi perperam editum *in divinationes* Rectiùs in alia ejusdem Archiepiscopi pag. 71. *Ipse multas inclinationes & multas sanitates à me Basilio humili Bulgarorum & Blancorum Primate erga patrem universorum--- sanctissimum Papam Innocentium*, &c.

Inclinatio antè & retrò Udalricus lib. 3. Consuetud Cluniac. cap. 2. *Quilibet novitius est instruendus, ut regulariter sciat caput inclinare, scilicet non dorso arcuato, ut quibusdam negligentibus est familiare: sed ita ut dorsum sit summissius quàm lumbi, & caput submissius quàm dorsum: quam inclinationem nos per usum antè & retrò appellamus, quia incipit contra Orientem, & finit contra Occidentem.* Hinc formula frequens apud eundem, & Bernardum Monachum in Consuetud MSS. ejusdem Monasterii, *Facere ante & retro*, vel *facto ante & retro nudè*. Vide Eadmerum de Similitudinibus S. Anselmi cap. 90.

INCLITUS, Integer, totus. Charta Caroli M. in Vita S. Autberti Abbatis Benevent. n. 9. *Et nullis sit deinceps licentia infra prædictos fines aliquam contrarietatem seu molestias partibus inferre præfati Cœnobii per inclitos fines, neque per possessiones, &c.* Chr. Casinense lib. 1. cap. 49. *Reddidit huic Monasterio inclitam curtem in loco Patenara.* Lib. 4. cap. 34. *Manifestavit & renuntiavit sede inclita parte sua de castello Mortala.* Regestum Petri Diaconi Casin. n. 416. *Totum & inclitum Monasterium S. Erasmi.* Vetus Instrumentum, in Vita Gelasii II. apud Cajetanum: *Vendidi tota & inclita ipsa petia de terra nostra.* Vetus Charta Amalfitana apud Ughellum to. 7. Ital. sacr. pag. 394. & 399. *Tradidimus atque confirmamus suprascripta plagia inclyta de cantu in cantum, &c.* Alia an. 1178. p. 410 *In eam enim rationem, ut amodo, & semper inclyta ipsa prædicta nostra traditione, seu offersione, &c.* Occurrit præterea in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 674. 685. 686. 689. 690. Vide Spicilegium Acherianum to. 11. p. 286.

INCLUNIARI, *Concubitum pati, vel per clunes curvari*, Joanni de Janua.

INCLUSI, *Reclusi*, ἔγκλειστοι, Theodoro Studitæ, Theophani an. 17. 25. Constantini Copronymi, dicuntur Monachi, qui aut prope vicos, vel Cœnobia, aut etiam in ipsis Monasteriis, in singulares cellas, ex iis non exituri, vitæ solitariæ, quam aliàs consequi non licet, intuitu se se concludunt, ut Deo sibique vacent: quod genus Monachorum Cassiano Collat. 18. cap. 8. & S. Isidoro in Regula cap. 5. haud omnino probatur. Qui verò ad istud strictioris vitæ genus aspirabant, ad id neutiquam admittebantur, nisi post emeritos labores, & data virtutum monasticarum argumenta, petitamque Episcopi vel Abbatis licentiam, à cujus imperio & potestate propterea non eximebantur, ut est in Concilio Venetico an. 465. can. 7. Agathensi c. 38. Toletano VII. c. 5. Francoford. an. 794. can. 12. in Statutis Guidonis Episcopi Prænestini an. 1202. apud Chapeavillam to. 2. Hist. Leod. p. 201. & in Regula Solitariorum cap. 15. Qui denique, ut de Eremitis ajebat S. Hieronym. Epist. 4. *De Ludo Monasteriorum egrediebantur milites, quos eremi dura redimenta non tenuerant, qui specimen conversationis suæ multo tempore dederant, qui omnium fuerant minimi, ut primi omnium fierent, quos nec esuries aliquando, nec saturitas superaverat, qui paupertate lætabantur, quorum habitus, sermo, vultus, incessus, doctrina virtutum erat, &c.* Sed & Synodus Trullana can. 41. decernit, ut qui clausuram hanc amplecti volunt Monachi, ab Abbate primùm, dein ab Episcopo strictiùs examinentur, nec tamen statim; sed elapso pòst anno includantur, hac adhibita lege, ut eis in posterum omnis prohibeatur regressus, nisi id evincat utilitas communis, vel alia, quævis necessitas, quod ne sic quidem sine Episcopi benedictione fieri iis licet: cujus quidem istiusmodi Inclusorum egressus ob communem utilitatem exempla produnt Audoënus lib. 2. de Vita S. Eligii cap. 29. & Chronicon Fontanellense cap. 11. Aliàs in Concilio Toletano æræ 684. can. 5. Monachi, qui à clausura præ tædio aut tepore se subducunt, pro spuriis habentur.

Sed & interdum Abbates ipsi id strictioris vitæ genus amplectebantur, cùm interim Monasterii regimen non abdicarent: quod docet vetus Epitaphium Leoniani Abbatis, quod extat in suburbana æde S. Petri Viennæ: *Epitaphium S. Leoniani. Hic vir sanctitate conspicuus in hac urbe Viennensi Abbas extitit, Sabbaria Pannoniæ ortus, à barbaris captivatus, Gallorum finibus devenit, Augustoduni primum, deinde Viennæ claustro peculiaris cellæ conclusus quadraginta plus annis tali ordine Christo militavit, tantæ districtionis, ut pæne vultu omnibus undequaque venientibus ignotus introvixerit, cùm esset verbo doctrinæ multis ad salutem notissimus. Ita ut juxta cellulam quam plurimos Monachos rexerit, Monachos verò, ambitu Monasterii infra urbem inclusos, ad sexagenarium numerum mirabili ordinatione paverit, & disciplinabiliter custodierit.* Inclusorum ejusmodi regulam peculiarem descripsit Matthæus Raderus, & ex eo Haëftenus lib. 1. Disq. Monastic. tract. 8. disq. 2. Aliam habet Codex Regularum Monasticar. Holstenii to. 2. pag. 281. *Le Roman du Chevalier au Barisel MS.*

Il n' épargnoit ne Clerc, ne Moine,
Enclus, Hermite, ne Canoine.

Ejus-

Ejusmodi Inclusos, καθειργμένους appellari apud Pachymerem lib. 12. cap. 2. opinatur vir doctissimus, quod vix putem: cùm potiùs videantur fuisse ex eo Clericorum genere, quos *Capellanos* dicimus: est enim veteribus *Cubiculum*, idem quod *Capella*, ut suo loco docuimus. Vide in *Cubicularius*.

Inclusorum verò passim meminere Scriptores, S. Augustin. de Oper. Monach. cap. 23. Evagr. lib. 1. Hist. cap. 20. Gregor. M lib. 4. Dial. cap. 9. lib. 7. Ind. 2. Epist. 54. ubi solitariæ istius vitæ incommoda exaggerat. Paulus Warnefr. lib. 3. de Gest. Langob. cap. 1. Gregorius Turon. lib. 1. Hist cap. 37. lib. 5. cap. 9. 10. lib. 6. cap. 6. lib. 7. cap. 1. lib. 8. cap. 34. de Vit. Patr. cap. 2. 5. 7. 12. 13. de Gloria Confessor. cap. 86. Aimoinus lib. 3. Histor. cap. 45. S. Anselmus lib. 1. Epist. 37. lib. 2. Epist. 22. Vita S. Eugendi Abbat. cap. 2. n. 5. Vita S. Poppon. Abbat. cap. 12. n. 46. Vita S. Ayberti n. 11. Sigebert. an. 1016. 1050. 1058. 1078. Theophanes pag. 367. Concil. Aurelian. II. can. 13. Lamethense an. 1330. can. 9. Vita Burchardi Episcopi Wormaciensis, Marianus Scotus in Chron. an. 1068. 1059. Petrus Abbas Cluniac. lib. 1. Epist. 20. Vita S. Leodegarii cap. 5. Vita S. Juniani to. 1. Hist. Franc. pag. 542. Vita S. Geraldi Abb. Grandissilvæ n. 18. Vita B. Mariani Ratispon. Abbat. n. 15. Simeon Dunelm. de Gest. Reg. Angl. an. 1062. Continuator Hist. Episcopor. Virdun. pag. 268. Radulf. de Diceto an. 996. Petrus Diaconus Casinensis in Miraculis S. Benedicti Casini patratis n. 42. Ughellus to. 5. pag. 424. & alii. Et Glossar. med. Græcit. in Ἔγκλειστος.

Inclusas etiam Sanctimoniales, quæ id instituti sectatæ sunt, recensent non paucas Scriptores, Greg. Turon. lib. 6. cap. 29. Dodechin. an. 1136. S. Brigitta in Revelat. lib. 4. c. 127. 128. W. Malmesbur. lib. 3. Hist. p. 112. &c.

Inclusa, *Inclusoria*, *Incluseria*, Ædes, ubi Inclusi, seu Monachi degunt: ἐγκλεῖστρα, in Synodo Trullana can. 14. & apud Theophanem an. 25. Copronymi. *Incluseria S. Helenæ* Lugduni, cujus mentio in veteri Charta apud Paradinum in Hist. Lugd. lib. 2. cap. 104. *Clusa*, apud Marianum Scotum an. 1058. 1069.

Reclusorium apud Petrum Damiani in Vita S. Romualdi n. 84. 100. in Vita S. Julianæ Virginis lib. 1. n. 22. in Chr. Belg. M. an. 1256. in Concilio Avenionensi an. 1297. can. 1. apud Henric. de Knyghton an. 1392. in Annalib. Colmariensib. an. 1240. in Hist. Monast. S. Mariæ Suession. pag. 451.

Clusorium, in Vita B. Rayneri Solitarii n. 1. *Cum multa devotione & reverentia clausus est inclusorio juxta ostium majoris Ecclesiæ*. Menardus lib. 2. Observation. id olim in more fuisse docet, ut virorum Ordinis S. Benedicti Monasteriis adjunctæ essent quædam cellulæ, quas *clusas*, seu *inclusoria* vocabant, arctiori studio virtutem exercitaturis. Quod & testatur Hugo Archidiaconus Turon. de Mirac. in Translatione S. Martini: *Huic juxta Monasterium parvula cellula quietis secretum præstabat, qua se vir sanctus, quia conventus vitabat humanos, per multos annos concluserat*. Præterea descriptio *cellulæ retrusionis*, quæ habetur in Regula Solitarior. cap. 16. & in Ordine Inclusorum apud Raderum in Bavaria sancta, ubi sic describitur: *Inclusa, id est, domus Inclusi, debet esse lapidea, longitudo & latitudo in 12. pedes abeat, 3. fenestras, unam contra chorum, per quam corpus Christi accipiat, alteram in opposito, per quam victum recipiat, tertiam, unde lucem habeat, quæ semper debet esse clausa vitro vel cornu*, &c.

Reclusi, iidem, qui *Inclusi*, apud Gregor. Turon. lib. 8. cap. 34. Aimoinum lib. 3. Hist. cap. 45. in Chron. Fontanell. cap. 11. &c.

Reclusa, in Charta Herimanni Episcopi Metensis apud Meurissium pag. 370.

Retrusi, apud Carolum M. de Cultu imag. lib. 3. c. 31. Sic *retrusionem*, dixit auctor Vitæ sancti Eugendi Abb. n. 5. Vide Leges Wisigoth. lib. 6. tit. 2. §. 3.

INCLUSOR, *Inclusarius*, Joanni de Janua, & Guillelmo Britoni in Vocabul. dicitur, *qui aliquid includit, sicut auri faber, qui includit gemmam in anulo, similiter rusticus, qui includit aliena pecora pro forefacto*, secundùm Ugutionem. Gloss. Arabico-Lat. *Clusor, qui gemmas auro concludit*. Gloss. Lat. Gall. *Inclusor: qui encloft, ou clieut*. Sanctus Hieronymus in Cap. 24. Hierem. *Fabros & inclusores, vel Legis Interpretes atque Doctores debemus accipere, vel artifices inclusoresque auri, atque gemmarum, quæ apud barbaras nationes pretiosissimæ sunt*. Eddius Stephanus in Vita S. Wilfridi cap. 16. *Nec non Bibliothecam librorum eorum omnem de auro purissimo & gemmis pretiosissimis fabrefactam compaginare inclusores gemmarum jussit*. Sic *includere* & *inclusor* sæpius apud veterem Bibl. Interpretem: & *auro clusum*, *conclusum*, & *interclusum*, passim habet Anastasius Biblioth. pag. 12. 13. 14. 15. 16. 17. &c. Vide *Cataclitus*.

Inclusorium opus. Aimoinus lib. 2. Hist. Francor. cap. 9. *Quæ omnia cùm solido fabricata forent auro, gemmisque ornata opere inclusorio*, &c. Sugerius: *Quod videlicet vas, tam pro pretiosi lapidis qualitate, quàm integra sui quantitate mirificum, inclusorio sancti Eligii opere constat ornatum, quod omnium aurificum judicio pretiosissimum æstimatur*.

INCOHIBILIS. *Ardor incohibilis*, qui cohiberi non potest, apud Ammian. lib. 14.

INCOMA, *Incomma*, Gloss. Lat. MS. ex Bibl. Reg. Cod. 1013. & Gloss. Isidori: *Incoma, mensura militum*. Vegetius lib. 1. cap. 4. *Proceritatem tyronum ad incommam scio semper exactam*. Ita enim in MSS. Codd. scribi monuere Stevvechius & Scriverius. Videtur autem *incomma* fuisse palus quidam mensuralis, in castris ad hanc rem positus, ut ad eum admotis, qui ad militiam deligebantur, tyronibus, vel qui sponte ad militiam accedebant, an staturâ justâ ac legitimâ essent? examinabantur. Est enim ἔγκομμα, palus in terram defixus. Hæc Salmasius in Notis ad Lamprid. pag. 199. Eam porrò mensuram 5. pedum & semis fuisse colligi potest ex Dositheo lib. 3. ubi quendam in militiam adscribi postulantem Adrianus Imp. sciscitatus est, ποῖον μῆκος haberet, cur ille respondit, πέντε πόδας ἢ ἥμισυ. Vide Cujacium lib. 21. Observat. cap. 5. Certè Milites non tantùm ætate & fortitudine; sed & staturâ æstimatos palam est. Apud Frontinum lib. 4. cap. 1. n. 3. *Pyrrhus delectori suo fertur dixisse: Tu grandes elige, ego eos fortes reddam*. Hinc evanescit Rigaltii conjectura ad Agrimensores, qui apud Isidorum legendum censet, *hæc groma, mensura limitum*. Vide *Spatha*.

Incomare, ad *incomam* tyronum staturam metiri. Passio S. Maximiliani ex Edit. Oxoniensi nupera: *Dixit, Fabius Victor Temonarius est constitutus cum Valeriano Quintiano Præposito Cæsariensi, cum bono Timone Maximiliano Filio Victoris. Quoniam probatus est, rogo ut incometur Dion. Procos. dixit, Quis vocaris? Maximilianus respondit: Quid autem vis scire nomen meum? mihi militare non licet, quia Christianus sum. Dion. Proconsul dixit: Incometur. Cumque incomatus fuisset: ex officio recitatum est: habet pedes quinque, uncies decem. Dion. dixit ad officium, Signetur. Cumque resisteret Maximilianus, non possum militare*, &c. Ubi perperam editum *intumetur* & *intumatus*. Neque enim hoc loco *intumare* est *inscribere*, quod vult Editor, cum *tyrones* non inscriberentur, nisi postquam ad *incomam*, seu *incommam*, essent applicati, id est ad palum, cui insculptæ vel incisæ erant pedum, eorumque partium mensuræ, ex Gr. ἔγκομμα, incisio.

INCOMPERENDINARE, *Dilatare* Gloss. Arabico-lat.

INCOMMUNICATUS obire dicitur, qui non sumpto viatico moritur, apud Ordericum lib. 6. pag. 616. Vide, *Inordinatus*.

INCOMMUNIS, Non particeps. Cap. Caroli Calvi tit. 29. c. 4. *Si---seipsum vult aut talibus incommunem ostendere.*

INCOMPOS pro *Impos*, apud Wiltecellum in Miracul. S. Joannis Beverlac. num. 14. *Sui ipsius incompos.*

INCONCARE, seu *Inconchare*, In concham vel scyphum immittere. Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. c. 2. *Ad quandam de more profectus, cervisiam nimiam inconcavit.*

INCONSILIUM, ἀβυλία, in Gloss. Lat. Gr. ubi Edit. *Inconsultum*.

INCONTINENTE, Quàm citò, quàm maturiùs, ἐν τάχει, in Gloss. Gr. Lat. Gallis, *Incontinent*. *Incontinenti*, apud Ottonem Morenam in Histor. Rerum Laudensium p. 21.

INCONTRA, pro *Juxta*: Galli dicimus *Encontre*, vel *Contre*. Vetus Epitaph. Romæ ad sancti Pauli extra muros: *Hic jacet nomine Matrona C. P. in pace uxor Corneli Primiceri Cenariorum--- deposita die Jovis Iduum Matarum incontra colomna &c.*

Incontra, pro ἀντικρὺ, usurpat Anastasius in Hist. Eccl. *Et in contra transiens, ad portum Boni-agri applicuit.*

INCOPOLITUS, Procurator, Vicarius. Charta Henrici I. Regis Angl. in Monastico Anglic. to. 1. p. 1023. *Prohibeo ne submoneatis Monachos de sancto Remigio de Remis, ut eant ad Hundreda, nec ad sirras; sed incopolitos suos, vel unum ex hominibus suis mittant.*

INCOPRIARE, ἐνκοπριᾶν, Conspurcare, opprobriis & conviciis quasi κόπρῳ, seu stercore conspergere. Glossæ Isidori & Pithœanæ: *Scurra, qui incopriatur. Scurrula, qui incopriat.* Id est, qui dicteriis impetit, & scurriliter exagitat. Commodianus Instr. 19.

Incopriat cives unus detestabilis omnes.

INCORAM, pro *Coram*. Vide Juretum ad Symmachum lib. 2. Epist. 3.

INCORDARI, Inspirare, in cor cogitationem ingerere, immittere. Vitæ sanctæ Rusticulæ Abbatissæ Arelatensis cap. 27. *Aliæ fideli sorori dignatus est Dominus incordari, ut ex capillis beatissimæ Matris igne supposito ureret, &c.*

INCORIARE, *In corium mittere*, Ugutioni.

INCORPORARE. Ugutio: *Corporare, corporeum facere, vel impinguare, vel in corpus immittere, inde incorporare. Incorporare sibi Christum*, dixit Petrus Blesensis Epist. 86. & 123. quod idem est ac *sumere Christum* in sacra Eucharistia, & in propriam substantiam transferre. Idem, sive alius Auctor Tractatus de sancta Eucharistia cap. 1.

Non igitur satis est nasci de Virgine Christum,
Si suus esuriens homo non incorporet ipsum.

Incorporatio, Medicis, est cibi, qui sumitur, digestio & in propriam hominis substantiam transmissio & traductio. Gloss. Gr. Lat. σωματικὴ νομὴ, ἡ παράδοσις, *Incorporatio*. Alexander Jatrosophista lib. 2. Passion. cap. 79. *Cibi--- qui stiptici sunt, bene digestibiles & evandoti.* Ubi Glossæ MSS. *Evanadoti, i. facilè incorporabiles.* Græcis autem εὐανάδοτα dicuntur, quæ facilem habent digestionem.

Incorporatio, interdum etiam pro œconomia seu Incarnatione Christi usurpatur. Ita non semel Philastrius, in Catal. hæres.

Incorporatio, denique vox Jurisconsultorum est, diciturque de bonis, quæ in ærarium publicum seu in corpus fisci rediguntur. Vide tit. Cod. Just. de Bonis vacantib. & incorporatione, & Cod. Th. de Incorporatione.

INCORTINARI. Vide *Cortina*.

INCORONARE, pro *Coronare*, usurpat Bertholdus Constantiensis an. 1083. 1084. 1092. &c.

INCRALLUM. Charta Ludovici VII. Regis an. 1141. pro Bituricensibus: *Præconum consuetudo talis in urbe remansit, ut adsint ammodo præcones in urbe 12. habeantque quinque per tabernas suas cum solito clamitante præconio per civitatem, ut mos eorum est, vina delibanda portaverint de primo incrallo denarium unum, &c-- quotiescunque sic secundò vel sæpius reclamitaverint, de quocunque incrallo denarios singulos præconii jure recipient.* Apud Thomasserium in Consuetud. locali Bituricensi pag. 61.

INCRASSIARE, *Incrassare*, Impinguare, ex Gall. *Engreisser*. Statuta antiqua Abbatiæ Corbeiensis lib. 1. cap. 7. *Porcos autem, aucas, & pullos, quos de suo molino incrastiare debet, de suo nutriat.* Sed lege *Incrassiare*, vel *incrassare*, ut est in Monastico Angl. to. 1. p. 691. *In tempore messis incrassare 40. porcos suos, &c.* Tabularium sancti Remigii Remensis: *Summa fœni carra 138. silvæ porcorum incrassationis 1300. &c.*

INCREDENTES, Infideles, Saraceni, apud Joan. Bromptonum pag. 1203.

INCREDIBILIS, Infamatus, Intestabilis, qui testis esse non potest. Leges Edgari Regis §. 12. *Qui fuerit accusationibus infamatus, & populo incredibilis, &c.*

INCREMENTARE, Incrementum dare, pro eo, quod est apud Paulum 2. ad Corinth. cap. 3. *Qui incrementum dat Deus.* S. Augustinus habet, *Dominus qui incrementat.*

INCREMENTUM, ῥοπὴ ἐπὶ ζυγῦ, in Gloss. Gr. Lat.

INCRESCERE. Chronicon Fredegarii cap. 60. *Nomina concubinarum, eo quòd plures fuissent, increvit huic Chronicæ inseri*, Id est, piguit.

INCRETUS *terminus*. Tabularium Brivatense ch. 127. *De tertio latere viam publicam, ex quarto latere campum cum termino increto.* Et ch. 372. *Et quarto latere terram S. Juliani & terminum incretum.* Tabular Celsinianense *De tertia parte via publica, de quarta parte terminum incretum in Fataco*, &c. Occurrit rursus alio loco: verùm in alia Charta legitur, *terminum incertum*.

INCREPARE, Arguere, vox forensis. *Increpare sententiam, sententia increpata*, arguere ut malè datam, Galli dicunt, *Blâmer une Sentence*: in Speculo Saxon. lib. 2. art. 12. §. 9. 11. 13. lib. 3. art. 30. §. 2. art. 69. § 2. *Increpari in jure suo*, in Weichbild Magdeb. art. 4. §. 6. & in Speculo Saxonico art. 36. §. 1. Charta Berengarii Regis Italiæ an. 890. apud Ughellum to. 1. Ital. sacr. pag. 896. *Sancientes, ut nullus ex judiciario ordine juxta easdem increpationes aliquando judicium proferat.*

INCRIMINARE, Accusare, in crimen adducere. Liber Pontificalis in Symmacho PP. *Aliqui in Senatu --- incriminaverunt Symmachum.* Occurrit in Lege Salica. Vide Anastasium in sancto Damaso, & in sancto Bonifacio PP.

INCROCAMENTUM, Leguleis Anglis, *Encrochement*, dicitur, cùm dominus majorem præstationem, vel majus servitium à tenente vel vassallo exigit, quàm debet. Ea enim actio vocatur *Incrocamentum* ejusmodi præstationis vel servitii. Rastallus. Occurrit hæc vox Gallica apud Knygthonum p. 2715. 2716.

INCROCARE, Unco suspendere, in crucem agere. Lex Salica tit. 69. §. 2. *Si quis hominem sine consensu judicis de ramo, ubi incrocatur, deponere præsumpserit, &c.* Galli *Encroier* dixere, quasi *pendre au croc*. Gloss. Lat. Gall. Thuanus MS. *Cacuminare, Encroier.* Ita Poëtæ nostrates passim usurpant. *Le Roman de Parise la Duchesse MS.*

Si soit pandus as forches, & o vent encroez.

Alibi:

Je te ferai la hare antor le col noer,
Et pandre as forches, & au vent encroer.

Le

Le Roman d'Auberi MS.

Ferai vous pandre, & encrouër au vant.

Le Roman de Gaydon MS.

Or est Thibaus as forches encroez.

Chronicon MS. Bertrandi *du Guesclin.*

Aux creniaus de la tour voiant la Baronnie,
Le feray encroier, comme beste enragie.

Alibi:

Les prisons fist tantost là aler & convoier,
Et pour faire encrouër, & au vent balier,
En despit de la Ville, & pour eux courroucer.

Idem:

Si vous verray trestous à un arbre encrouër.

INCRONIZARE. Will. Brito in Vocabul. *Comitio, as, i. Comitium celebrare, vel eligere, vel incronizare.* Fortè *Inthronizare.*

INCRUSTATURA, Incrustatio. Gloss. Græco-Latin. μαρμαρωσις, *Incrustatio.* Sanctus Cyprianus de Nativitate Christi: *Nullum domus arta diversorium occultabat, nec secreti recessus erant illius casulæ, incrustaturam, tectum, & tholi parietes per circuitum vestiebant.*

INCUBI, *Incubones.* Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosophistam: *Incubus, est passio, in qua dormientes suffocari & à dæmonibus opprimi videntur.* Gloss. Græc. Lat. ἐφιάλτης, *Incubo.* Ugutio: *A fando dicti sunt quidam Dei, qui voce, non signis ostendebant futura in lucis consulti à paganis: hi vulgò Incubi & Incubones, à Romanis verò Fornicarii dicuntur.* Hugo Archiepiscopus Rotomagiensis lib. 3. de Hæreticis cap. 5. *Sciendum autem quia neque Monachi, neque Canonici, nec aliqui coram Ecclesia publicè castitatem professi conjuges possunt fieri. Quòd si secus agere tentaverint, incubones reputantur & fornicarii.*

INCULCARE, In aliquem protervè agere, proculcare. Concilium Arelatense I. can. 17. *Ut nullus Episcopus alium Episcopum inculcet.* Lemma canonis habet, *conculcet.*

INCULPARE, Culpare, Italis *Incolpare*, maximè apud Joan. Villaneum lib. 1. cap. 17. Will. Brito in Vocabul. *Imponere, Inculpare, Imputare.* Gloss. Lat. Gall. *Imponere, Encoulper.* Alibi. *Circumvenire.* Lex Salica tit. 42. §. 6. *Si servus de quolibet crimine inculpatus fuerit, &c.* Adde §. 7. Legem Burgund. tit. 8. & Legem Ripuar. tit. 31. §. 1. Vetus Charta apud Catellum lib. 5. Rerum Occit. pag. 855. *Et si de hoc fevo Præpositus poterit eos inculpare, faciat eis justum, & habeat 5. solidos justitiam.* Utuntur Leges Inæ Regis §. 39. & Alvredi §. 3. Radulphus de Diceto pag. 680. Otto Morena pag. 2. 9. &c. Charta Gallica an. 1236. apud Vassorium in Noviomo pag. 947. *Et jurra li Prevos le Chastelain, quant il sera nouviaus Prevos, qu'il n'encoupera homme ne femme de ces trois choses, s'il ne croit qu'il en soit coupables.*

INCULTIO, Ruditas, seu barbaries sermonis, apud Eulogium Cordub. lib. 1. Memorial. Sanct. sub finem.

INCUMBRARE. Vide *Cumbri.*

INCURARE, Curionem, Parochum facere, Ecclesiæ curam conferre. Charta Durandi Episcopi Cabilonensis ann. 1220. *Sciendum est etiam, quòd Abbas S. Ruffi & Conventus unum de Fratribus suis idoneum ad curam Ecclesiæ præsentabunt, & tam nos de cætero, quàm successores nostri præsentatum incurabimus.* Et mox: *Præsentans verò & incuratus in vita sua præfatæ Ecclesiæ præesse tenebitur.*

INCURATUS, *cui cura Ecclesiæ data est, Curatus.* Charta Official. Lugdun. an. 1276. *Quod quotiescunque instituetur, incuratus inposterum in dicta Ecclesia, seu etiam Capellanus, qui in dicta Ecclesia curam habeat animarum, &c.* Vide *Cura.*

INCURRIMENTUM, *Incursus*, Mulcta, quam quis incurrit: *Encourement*, in Consuetudine Burdegalensi art. 82. Charta anni 1264. in Regesto Comitum Carcassonæ fol. 26. *Pro parte nostra proponebatur, quòd ratione jurisdictionis, quam nos habemus in civitate Albiensi, incurrimenta hæresum & faidimentorum pertinebant ad nos, &c.* Alia an. 1231. in Regesto Comitum Tolosæ: *Abbas petebat medietatem omnium incurrimentorum, quæ adveniunt in dictis villis.* Infrà: *Quilibet haberet partem suam de emendis & incurrimentis.* Occurrit passim. Vide Probat. Hist. Turenensis pag. 63. & Cruceum in Episcopis Cadurcensib. n. 88.

Incursus, eadem significatione. Charta an. 1231. in eodem Regesto: *Videlicet domos, census, furnos, homines & fœminas, & justitias & incursus, leidam & pedagium, & albergam, &c.* Alia an. 1238. *Dicta feuda deciderunt in incursum, sive commissum D. Raymundi C. Tolos.* Ea notione usurpatur in Consuetudin. Tolos. 4. part. tit. de Feud. art. 10. in Charta an. 1228. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 337. &c. *Encourance de peine*, in Consuetudine Aquensi tit. 8. art. 5. *Pœna incursu*, in leg. 7. Cod. Th. de Accusat.

Incurri alicui, In mulctam Principis incidere. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 37. *Statutum est, quòd ejusmodi tenentes capitalibus dominis aut Regi incurrantur.*

INCURSUS. Lactantius lib. 4. cap. 27. *Denique si constituatur in medio, & is, quem constat incursum dæmonum perpeti, &c.* Rursum: *Hominumque mentes motas, & malis incursibus furiatas in sensus pristinos reponebat.* Julius Toletanus in Prognost. lib. 1. cap. 18. *Malignorum spirituum sæva vel cruenta incursio.* Messianus in Vita sancti Cæsarii Arelat. de quadam arreptitia: *Per biduum quo ibi fuimus, ad Ecclesiam processit, incursusque ille malus deinceps nunquam ad eam rediit.* Infrà: *Virgamque ipsam de pariete suspendunt, deferentes ad locum, ubi dæmonum incursus audiebantur.* Sextus Platon. de Medicina animal. lib. 1. cap. 4 num. 16. *Efficit ut nec caducus fiat, nec phantasmata incurrat.* Versus de S. Norberto, in Bibl. Præmonstrat. p. 891.

Dæmonis incursus fidei virtute fugavit.

Vide *Dæmon Meridianus.*

INCURTIS, idem quod *Curtis.* Sugerius in Ludovico VI. cap. 2. *Terram ejusdem Burchardi depopulans, municipia & incurtes præter castrum subvertens pessumdedit.*

INCURVARE, Subjicere, ditioni suæ asserere. Rodericus Toletanus lib. 7. de Reb. Hispan. cap. 10. *Tandem etiam in Hispaniam cursetavit, & ferè suo dominio omnes Arabes incurvavit.*

INCUSTODIA, Incuria, negligentia, inadvertentia, in Legibus Kanuti Regis §. 97.

INDAGINES. In Gloss. Gr. Lat. *Indago* exponitur, παγὶς, ἐπὶ ἀγείαν ζώων. Apud Matthæum Paris: *Indago, quam vulgariter parcum dicimus.* Joan. de Garlandia in Synonymis:

Indago silvas silvisque latentia claudit.

Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. pag. 313.

Et fossæ duplices stagnantes amne perenni
Innumera cinctus, & murum facta priorem
Indago valli longa statione coronat.

Chronicon Hildesheimense ann. 1126. *Ducenti verò expeditiores Regem præcedebant ad præcidendas indagines silvæ, quæ Bohemiam à Saxonia disterminant, dispositi.* Infrà: *Tum nivium magnitudine, tum indaginum incisione fatigati.* Charta Gerardi de Grimbergis an. 1167. apud Miræum in Donat. Belgic. lib. 3. cap. 54. *Vinebroc & Perresen cum indaginibus & terminis suis, Hungereot cum indaginibus suis, Ganstrata 7. bunariis cum suis indaginibus, &c.* Tabular. Abbat. Montis S. Martini an. 1193. *Concesserunt mihi quandam indaginem sui proprii nemoris, latam decem lanceis sartatoriis.* Magister Rogerius de Destructione Hungariæ c. 16. *Venit ad Regem cursitando unus de Militibus Palatinis, ex parte ipsius referens, quòd jam ad portam Rusciæ pervenerant; & indagines destruebant, &c.* Idem cap. 34 *Nos verò, qui in silvis inter indagines morabamur, de nocte fugam inivimus* ver-

versus pontem Thomæ, &c. Mox : *Nullus in prætactam Insulam intrare poterat, nisi per quandam viam arctissimam & minutam, ita ut per milliare in illa via tres portæ cum turribus factæ essent : & præter has ad milliare fortissimæ indagines circumquaque.* Ibidem : *In silva inter indagines latitavi.* Vide Petrum de Dusburg in Chron. Prussiæ pag. 11.

Indaginare, Cingere. Albericus in Chron. MS. an. 1239. *Duo castra firmavit contra eos, ultra silvas & nemora in partibus istis fecit indaginari, id est in placeta redigi.* Leg. *Pleisseta*, vide in hac voce.

INDEBITARE, Ære alieno obligare, nostris *Endebter*. Additio 4. ad Capitul. Caroli M. cap. 94. *Nullus Presbyter -- decimas vendere, aut dare, vel pignorare, aut indebitare præsumat.* Will. Thorn. ex MS. Thwisdat. an. 1348. *Pro causa hujus miserrimæ provisionis Monasterium extitit indebitatum in 1000. libris & eò ampliùs.*

INDEBITOR, in Gl. Arabico-Lat. *Devotus, officiosus.*

INDEFLEBILIS, ἄκλαυστος, in Gloss. Græc. Lat.

INDEMUTABILIS, Immutabilis. Baldricus Noviom. lib. 1. c. 61. *Qui credebat in eo fidem non fictam, firmam & indemutabilem stabilitatem.* Latini *demutare* dixerunt, Plautus, Tacitus lib. 4. Annal. &c. Salvian. lib. 5. de Gubern. Dei : *Qui post veterum flagitiorum probrosa crimina -- nomen tantùm demutavere, non vitam.*

INDENTARE, veteres dicebant, *Occare*, quod occa dentata terræ infringerentur. Gloss. Græc. Lat. σκαφετός, *fossura, occatio, indentatio.*

Indentare, Dente infringere : Galli dicunt *Mettre le dent dedans quelque chose.* Sanctus Pacianus Barcinon. Episc. Epist. 2. *Recole utrimque literas, jam videbis speculune, an floribus paginam conferamus. De similibus quidem Apostolus, quos oportet indentari.*

INDENTURA, Gallicè *Endenture.* JC. Anglis, idem est quod *Chirographum*, nempe syngrapha, vel scriptura conventionalis, alii, quæ idem continet, quasi parallela, & ab ea decisa in modum dentium, ut pares esse & unà confectæ videantur : ut si de rebus in iisdem contentis emergat controversia, ad contractus veritatem firmandam, eædem *indenturæ* simul aptentur, & invicem sic collatas, ex una eademque confectas charta esse appareat. Ejusmodi *Indenturarum* apud Anglos usum ante Henrici III. ætatem non reperisse se ait, Spelmannus : sed ejusdem esse ævi, cujus *Chirographa*, docet Ingulfus anno 875. *Egelricum tunc provisorem suum, statum domus tam in thesauris, quàm in jocalibus aliis jussit ostendere, & de universis post obitum suum per indenturam conventui respondere.* Ejusmodi *indenturam de vasis argenteis* describit Will. Thorn. an. 1321. Vide Littleton. sect. 217.

Porrò, quod de *Chirographis* docuimus suprà, in *indenturis* idem observabatur, ut contrahentium alter sigillum suum apponeret *indenturæ*, quæ penes alterum remanebat. *Indenturæ* apud Littletonem sect. 371. 372. sic clauduntur : *In cujus rei testimonium uni parti hujus indenturæ penes præfatum V. de D. remanenti prædictus R. de P. sigillum suum apposuit : alteri verò parti ejusdem indenturæ penes R. de P. remanenti idem V. de D. sigillum suum apposuit.* Alia *Indentura* in Monastic. Anglic. to. 2. pag. 259. *In cujus rei testimonium huic indenturæ tam dictæ Elizabethæ, quàm prædicti Prior & Conventus -- alternatim sigilla sua apposuerunt.* Similibus formulis clauduntur Chartæ aliæ Gallicæ in eodem Monastico Anglic. to. 1. p. 375. 904. tom. 2. pag. 97. Adde præterea Walsinghamum an. 1354.

Erant autem *Indenturæ*, non modò bipartitæ ; sed & interdum tripartitæ, quadripartitæ, &c. pro contrahentium numero, ut est apud Littletonem sect. 370. *Tripartita indentura* describitur in Monastico Anglic. to. 1. pag. 280.

Indentatæ Chartæ, eædem etiam dictæ. Fleta lib. 1. c. 18. §. 4. *Quorum præsentationes fiant duplicatæ in modum cyrographorum indentatæ, quarum partes sigillis suis apud dictis Inquisitoribus liberentur.* Scriptum *indentatum*, tom. 2. Monastici Anglicani p. 83. cujusmodi est *indentura* illa apud Thom. Walsinghamum p. 238.

INDEOCRONITUS. Conciliabulum Sardicense sub Julio I. PP. *Inducentesque novam sectam Indeocroniti Marcelli mixta Sabellio & Paulo.* Vox indubiè corrupta ; sed quæ idem sonat quod θεοστυγής, *Deo perosus*, in Gloss. Gr. Lat.

INDEPTARI, pro *Indipisci*, ab *Indeptus.* Lucifer Calaritan. lib. 3. pro S. ncto Athanasio : *Conspicis interea mandasse Apostolum, ut vos veritati resistentes indeptemini episcopi interventu, ut per sanam doctrinam vestra punita esset blasphemia.* Ita emendant viri docti pro *Indemtemini.*

INDEREZARE, *dirigere.* Epistola Alfonsi Imp. Hispaniæ ad Henricum Comitem Portugalliæ : *Et dicunt mihi, quia dedi illam* (villam) *ad sanctum Cyprianum ; sed non venit mihi in mente : & quamvis ego eam dedissem, si in testamento erat de illo monasterio, ego nec autorigo, nec autorigabo eam, sed vos, quantum mihi bene quaritis, causam de illa sede & de illos monasterios ; inderenzate illas.* Ubi Brandaonus lib. 8. Monarch. Lusit. cap. 9. *Vos pello bam que me quereis en caminahi la, & resolvei a contenda destas igreias.*

INDEX, Horologii index horarius, vel ipsa, quæ horas sonitu indicat, campanula. Regula Magistri capt. 54. *Cùm advenisse divinam horam percussus in Oratorio index monstraverit.* Cap. 55. *Cùm sonuerit index.* Cap. 95. *Cùm ad opus divinum Oratorii index sonaverit.*

INDICATOR, Accusator. Lex Longob. l. 1. tit. 25. §. 4. *Si quis per proditorem, id est, per certum Indicatorem furtum invenerit, sibi nonum reddat, qui furtum fecerit, et cui factum fuerit.* Apud Lampridium in Commodo : *Indices de Senatu, delatores de Senatu, &c.* Vide Cujac. lib. 6. Observ. cap. 24. Vide *Alator.*

INDICIUM. Vide *Digma.*

INDICTARE, Accusare : *Indictatus*, Accusatus. *Enditer, Endité*, apud Littletonem sect. 194. & in Libello accusationis Alexandri Nevillii apud Knyghtonum p. 2721. *Indictari per inquisitionem*, in Additamentis ad Matth. Paris pag. 102. quomodo hæc vox usurpatur passim apud Anglos, in Legibus Malcolmi II. Reg. Scotiæ cap. 3. art. 6. apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 11. §. 8. cap. 22. §. 1. in Fleta lib. 1. c. 20. §. 98. c. 25. §. 3. 4. apud Will. Stanford. lib. 2. Placit. Coronæ c. 24. 25. & seqq. &c. Propriè autem

Indictamentum, Gallicè *Enditement*, apud eundem Stanfford, locis laudatis, (ubi multa de Indictamentis) dicitur, ut ait Skenæus ad Regiam Majestatem lib. 1. c. 1. §. 8. *Cùm singuli de malefactoribus interrogantur ; & singulatim respondere jubentur si quos criminosos in provincia noverint. Nam indictamentum fit, quando Justitiarius Regis per suos Clericos privatim inquiri jubet, de delictis & maleficiis in ipsorum ballia commissis, & singulorum malefactorum nomina referri jubet in tabulas, ut per Coronatorem attachiari & arrestari possint, ut in itinere Justitiarii compareant, & coram eo respondeant. Cognitio verò de indictamento, sive de criminibus per indictamentum inquisitis, pertinet ad Justitiarii cognitionem.* His consonant, quæ habet Spelmannus ; qui insuper addit, *indictamentum* esse accusationem 12. ad minùs Inquisitorum, juramento firmatam. Comperto enim *indictamento*, postulatus, quem *Indictatum* dicunt, pro tribunali sistitur, exigiturque duodecimviralis jurata, ad cognoscendum de facto ejus secundùm probata & allegata. Jurantur ipsi, jurantur & testes accusatorii, quorum auditis criminationibus & postulati responsis, duodecimviri seorsùm à Curia de re omni inter se consulunt, donec in sententiam coëuntes, postulatum aut sontem denuntiant, aut insontem. Thom. Walsinghamus pag. 276. *Robertus Trisilian --- Justitiarius --- convocari fecit duodenam, quam pridie oneraverat ad indictandum & prodendum malefactores & pacis Regiæ turba-*

turbatores. Venerunt igitur jurati de villa, & dixerunt se nullum talem scire, nullum indictare justè posse, cunctos fideles & obsequentes Regi fore, semperque fuisse. Infrà: *Turbati ergo villani æstimaverunt salubrius indictare reos vicinos, quàm in semetipsos dicta mala congerere, & indictaverunt quamplures tam de patria, quam de villa.* Idem pag. 354. *Fecit indictari dictos dominos proditione.* Adde pag. 329. Statutum 2. Westmonast. cap. 15. Regiam Majest. lib. 4. cap. 5. §. 5. Concilium Londoniense an. 1328. can. 7. Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 11. §. 8. &c.

Indictio, idem quod *Indictamentum*. Charta Edvv. I. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 3. pag. 1141. *Non nunquam enim fiunt accusationes de foresta, & indictiones vulgariter sic appellatæ, non per legitimas inquisitiones proborum & legalium hominum procedentes, &c.*

INDICTIO, Annona, tributum, quidquid in præstationem indicitur: *Canon* possessionibus & agris impositus. Salvianus lib. 5. *Qui exactionis publicæ nomen in quæstus proprii emolumenta verterant, & indictiones tributarias prædas suas etiam fecerunt.* Infrà: *Indictiones tributarias prædas suas etiam fecerunt.* Infrà: *Indictiones tributarias ipsi interdum divites faciunt, pro quibus pauperes solvunt.* Sidonius lib. 13. Epist. 5. *Quos --- inauditis indictionum generibus exhaurit. Indictionale augmentum*, apud Ammianum lib. 17. pag. 90. Id est, *superindictum*, de quo tit. Cod. Th. lib. 11. n. 6. Vide titulum ejusdem Cod. Th. de Indictionibus, & Legem Wisigoth. lib. 12. tit. 1. §. 2.

Indictio, Latinis appellatur numerus quindecim annorum, annis Christi addi solitus, *ad cavendum errorem, qui de temporibus fortè oboriri poterat, institutus*, ait Beda de Ratione temp. cap. 48. Indictionum mentionem ante Constantini M. tempora non fieri constat: quæ aliquot Constantii Imperat. primùm, ac deinde subsequentium Augustorum constitutionibus adscriptæ leguntur in Cod. Theod. quarum laterculum contexuit Jacobus Gothofredus in Prolegomenis ad eundem Codicem. Verùm non una eademque est ubique Indictionum ratio, cùm diversè ab communi usu interdum attexantur: adeo ut aliæ ab anno 312. aliæ ab anno 313. 314. & 315. consurgant. Verbi gratiâ primus Consulatus Honorii N. P. an. 386. in Indictionem 15. rejicitur in leg. 8. de Indulg. debitor. qui in 14. à Marcellino & in Chronico Alexandrino. Consulatus Valentiniani III. & Eutropii an. 387. in 14. Indict. quæ est aliis 15. in leg. 8. eod. tit. Consulatus Olybrii & Probini an. 395. in Ind. 9. quæ Marcellino est 8. leg. 3. de Indulg. debit. Consulatus Vincentii & Fravittæ an. 401. in 12. Indict. leg. 3. de Equorum collat. quæ vulgò est 14. Consulatus Honorii VII. & Theodosii II. an. 407. in Indict. 4. d. leg. 8. & in Indictionem 5. lib. 9. eod. tit. & sic de aliquot aliis paribus Consulum. Quæ ut concilietidem Gothofredus, quadruplicem Indictione … conficit, *Italicam*, quæ consurgit ab an. 312. *Orientalem* ab an. 313. *Carthaginensem, seu Proconsularem Africæ* ab an. 314. & *Africanæ diœceseos* ab an. 315. at cur Indictionum initium non ubique idem fuerit, non aperit?

Constantinianam, ac proinde *Orientalem*, à Consulatu Constantini III. & Licinii III. auspicatur Chronicon Alexandrinum, in quo hæc habentur pag. 656. ἰνδικτιώνων Κωνσταντινιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχὴ, … ὑπ Κωνσταντίνȣ Αὐγούστȣ, τὸ δ', ἢ Λικινίȣ τὸ γ'. Ubi pro δ reponendum γ. Atque hic quidem Consulatus incidit in annum Chr. 312. juxta Victorium, cujus Coss. anno uno prævertunt: juxta vulgarem verò Chronologorum sententiam, an. 313. Constantinianam Indictionem appellatam, sunt qui putant, quòd sub Constantino, ut *Valentiacam* in leg. 9. & 10. Cod. Th. de Indulgent. debitor. quòd sub Valente cucurrerit. Sed an Indictiones ante Constantini ævum obtinuerint? addubitatur, cùm nulla harum occurrat mentio, etsi idem Chronicon Alexandrinum pag. 446. ἀρχὴν ἰνδικτιώνων à Julii Cæsaris anno repetat, & à primo Septembris mensis die numeratas scribat.

De nominis ratione non minor est difficultas, etsi ab *indictionibus*, seu functionibus tributariis manasse, constans ferè sit opinio, quòd vox ipsa *fusionis*, quæ *indictioni* tribuitur, omnino evincit, uti in hac voce observatum. Sed cur 15. annorum spatio *Indictiones* finiri placuerit, quove tempore id primùm usurpari cœperit, cùm multæ multorum conjecturæ sint, nulla satis probabilis affertur, inquit Petavius. Vide quæ in hanc rem congessit Baronius an. 312. n. 104. & seqq.

Triplicem Indictionis usum observare est apud Scriptores. Alia enim à Kl. Septembribus proficiscitur, eaque *Constantinopolitana* dicitur: altera ab VIII. Kl. Octobris, quæ *Constantiniana* & *Cæsarea*: tertia denique quæ *Pontificia* seu *Romana*, & à Kl. Januariis consurgit. Quartam addit Scaliger *Antiochenam*, cujus initium esse ait à neomenia *Iiar*, id est, Maji.

Constantinopolitana Indictio est, qua Imperatores Constantinopolitani utebantur, quaque semper utuntur Historiæ Byzant. Scriptores. Cujus quidem usus, si Scaligerum audimus, non est antiquior Imperio Justiniani, sub quo constat numeratam Indictionem à Kl. Septemb. ex Cedreno & Paulo Warnefrido lib. 2. c. 25. Indictionis istius usum in Italia obtinuisse ostendunt præ cæteris Chartæ duæ apud Franciscum Mariam in Mathildi Comitissa lib. 3. pag. 105. & 108. quarum prior acta dicitur anno ab Incarnatione 1079. 15. Kal. Octob. Indict. 3. quæ erat secunda Romana: altera, anno 1078. 6. Kal. Octob. Indict. 2. quæ erat 1. Romana. S. Ambrosius de Noë & Arca: *Etsi à Septembri mense annus videatur incipere, sicut Indictionum præsentium usus ostendit, &c.* Ea verò indictio etiamnum obtinet apud Mediolanenses, ut colligere est ex Statutis Mediolan. part. 1. cap. 169.

Indictionis quæ ab VIII. Kl. Octob. proficiscitur, originem Constantino M. adscribunt passim Chronologi, unde & *Constantinianam* vocant: quem ab hac die cœptam ideo volunt, quòd tum imperare cœperit an. Chr. 307. Atque hujus usum Gallis & Britannis familiarem fuisse constat. De Britannis, testatur Beda lib. de Rat. temp. cap. 48. de Gallis præ cæteris HRabanus lib. de computo c. 66. *Incipiunt autem indictiones ab VIII. Kl. Octobris, ibidemque terminantur.* Hariulfus lib. 3. Chr. Centul. cap. 1. *Notetur*, inquit, *descriptio, quia eodem quidem quo sanctissimus Angilbertus Abbas obiit anno; sed non eadem Indictione hic Hericus Abbatiæ Centulensi prælatus est: siquidem mense Septembri die 24. Indictiones mutantur.* Kalendarium MS. S. Victoris Paris. *VIII. Kal. Octob. incipiunt Dictiones. (sic)* Præterea exauctorationem Ludovici Pii Imp. anno Incarnat. 833. Indict. 12. factam habent illius Acta, quo anno Indict. 11. Pontificia currebat: unde saltem conficitur post 24. Octobris coactum ejusmodi Concilium Compendiense, quod circa *Missam S. Martini*, solutum tradit auctor Vitæ ejusdem Ludovici. Sed & extremis sæculis eadem Indictio obtinuit. Extant siquidem in 4. Regesto Memorialium Cameræ Paris. Acta hominii, à Duce Britanniæ Regi Franciæ præstiti, quæ confecta dicuntur anno Domini 1366. *Indictione quinta secundum morem Franciæ, mensis Decembris die decima tertia*: quippe tum currebat Indictio Romana quarta. Vide Sirmondum ad Concilium Parisiense IV. anno 573.

In Germania perinde eadem semper obtinuit Indictio, obtinetque etiamnum; unde & *Cæsaream* vocant. Legi chartam originalem Ottonis II. Imp. *datam 6. Kal. Octobr. an. Dominicæ incarnationis 982. Indictione 11. anno vero regni secundi Ottonis 22. Imperii autem 12.* Extat apud Chiffletium in Beatrice Comitissa Cabilonensi

nensi p. 113. Charta Henrici Imp. cum hac temporis nota: *Datum apud Bernum 5. Kal Januarii, indict. 13. anno dominicæ Incarnationis 1224. anno regni nostri 5.* quippe anno 1224. putato à Kl. Jan. initio currebat indictio Romana 12. anno verò 1225. Ind. 13. Joannes de Janua: ***Nota, quòd anni Domini renovantur in*** *Kalendis Januarii, sive in Nativitate Domini. Sed Indictio renovatur in octava Kalendas Octobris: & sic anni Domini procedunt novem mensibus. Unde versus:*

Mensibus hanc novem Domini percursitat annus.

Et si computas vel quaris Indictionem à Nativitate, usque ad octavas Kalendas Octobris, jungas tantùm duos annos annis Domini, & si quaris de ea ab octavo Kalendas Octobris, usque ad Nativitatem Domini, jungas annos tres. Obtinuit etiam in Italia. Extat quippe Charta Mathildis Comitissæ apud Franciscum Mariam lib. 3. pag. 108. quæ descripta dicitur anno ab Incarnatione *millesimo septuagesimo octavo 6. Kal. Octob. Indictione secunda,* quæ scilicet biduo antè incœperat.

Indictio Romana, seu *Pontificia*, quando cœperit? non omnino constat. Nam ex Epistolis Gregorii M. Joannis VIII. & Gregorii VII. (lib. 1. Epist. 29. 30. &c.) Pontificia diplomata ac Epistolas Indictionibus more Græcorum, à prima ipsa Septembris die inchoatis, subnotari, observare est: quod & astruunt Acta vetera Vaticana ap. Baron. an. 1154. Otto de Morena an. 1158. &c. At Acta Alexandri III. PP. apud eundem Baron. an. 1158. videntur Indictionem à 1. Januarii exordiri, in quibus hæc habentur: *Acta sunt hæc omnia anno Dominica Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo quinto, Indictione tertia decima, undecimo Kal. Decembris Pontificatus verò ipsius anno sexto.* Ex quibus rectè conficit Chiffletius in Trenorchio pag. 253. Indictionum initia variè pro Scriptorum aut Notariorum arbitrio ea tempestate tabulis adscripta: adeo ut aliquot in Gallia nostra confecta ab ipsius Caroli Calvi ævo diplomata recenseat, in quibus Indictiones Pontificiæ seu Romanæ adscribuntur. Consultò omittimus cætera, quæ de Indictionibus hîc conferri possent, cùm satis sit indicasse, quæ ad Scriptorum & Tabularum ævi inferioris intelligentiam necessaria visa sunt. Præstat tantùm hoc loco rationem inveniendæ Indictionis Constantinopolitanæ inserere ex recentiori Scriptore MS. Bibliothecæ Regiæ cod. 1024. qui inscribitur περὶ τῆς ψυφȣ τῆς πασχαλίας, cap. περὶ τῆς ἰνδίκτȣ. Ιϛέον, ὅτι ἡ ἴνδικτος, ἥτις κ ἐπικαλεῖται ἐπινέμησις, ἄρχεται ἀεὶ ἀπὸ τῆς πρώτης τȣ̃ Σεπτεμβρίȣ μηνός. ἀνέρχεται ᾗ ἕως ἐτῶν δεκαπέντε καὶ πληροῦται, καὶ πάλιν ὑποϛρέφει, καὶ ἄρχεται πρώτη. Ἐὰν δὲ ȣ̓ γινώσκεις τὴν ἴνδικτον ὁποία ἐϛι, καὶ μέλλεις εὑρῆσαι αὐτὴν, κράτησον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ ἔτη, ἕως τȣ̃ ἐνεϛῶτος· καὶ ὑφεῖλον αὐτῷ ἐπὶ τῶν δεκαπέντε, καὶ τὰ ἔχοντα καταλειφθῆναι κατωθεν τῶν δεκαπέντε, ἐϛὶν ἡ ἴνδικτος ἤτοι ἡ ἐπινέμησις. εἰ δὲ ȣ̓ μείνει τι, ἔϛι πεντεκαίδεκα. καὶ ἰδοὺ πρὸς ὑπόδειξιν, ἔϛω ζοι ȣ̓́τως· εἰσὶ τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ ἔτη ἕως τȣ̃ ἐνεϛῶτος ϛχζ διόν. ὑφεῖλον ȣ̓̃ν ταῦτα ἐπὶ τῶν δεκαπέντε ȣ̓́τως, ιε΄. υ΄. ϛ΄. ι΄. μ΄. χ΄. ι΄. ϛ΄. ζ΄. καὶ ὑπελείφθησαν. ἰδοὺ ὁ νῦν πρώτη ἴνδικτός ἐϛι. Vel ex hoc loco plus satis patet, errasse viros doctissimos in Exegesi ad to. 3. Martii cap. 4. §. 26. ubi ἐπινέμησιν à nullo hactenus Scriptore Indictionem appellatam negant, licèt longè secus se res habeat, uti obiter monuimus ad Alexiadem: quod & disertè observarat Josephus Scaliger lib. 5. de Emendat. temp. pag. 501. ubi nominis etiam rationem exequitur. Glossæ Græco-Lat. ἐπινέμησις, *Indictio.* Addendum postremò videtur, quod de ratione inveniendæ Indictionis habet Rollandinus in Summa Notariæ: *Fuit verò primò inventa ista Indictio, sive factum fuit istud præceptum à Cæsare Augusto tribus annis, antequam Dominus nasceretur de Virgine, & propter hoc divisis annis Domini per quindenas, si quid à quindenis superérit, ei quod superérit, debent addi tres; & quot fuerint illi anni, qui superérunt à quindenis cum dictis additis tribus, tanta erit Indictio, in hoc exemplo. Ponamus enim, quòd anni Domini sunt 61. divide 61. per quindenas, superest unus. Illi anno adde tres, & ita faciunt 4. & ita erit quarta Indictio. Sed si nihil à quindenis superérit, nihilominus adde tres, & erit Indictio tertia. Sed si ab omnibus quindenis superérunt 13. adde illis 13. & tres, & ita faciunt 16. de illis 16. trahe unam quindenam, superérit unus, & ita prima erit Indictio. Unde versus:*

Si tribus adjunctis Domini diviseris annos,
Præter quinque solet Indictio certa manere.

Prostant præterea hi in eandem sententiam versus:

Si per quindenos Domini diviseris annos,
His tribus adjunctis, Indictio certa patebit;
Si nihil excedit, quindena Indictio currit.

Indictio, Bannum, proclamatio ante nuptiarum benedictiones, in Præceptis synodalibus Petri de Collemedio Archiepisc. Rotomag. an. 1245. Vide *Indictum.*

INDICTUM. Gloss. Lat. Gr. *Indictis, constitutis.* Ebrardus in Græcismo cap. 10. & Willelmus Brito in Synonymis:

Edicunt Reges, indicit festa Sacerdos,
Præsulis Indictum, dic Edictum fore Regum.

Charta Caroli M. in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 261. *Quia nostram jussionem atque nostrum indictum & præceptum contemsit atque prævaricavit.*

Indictum, idem quod *Indictio*, tributum, apud Symmachum lib. 10. Epist. 41. Gloss. Lat. Gr. *Indictum* ἐπινέμησις. Infrà habetur *Indictus*, ἐπινέμησις. ***Indictum*** *census*, apud Joannem Sarisber. Epist. 159.

Indictum, Nundinæ, Feriæ indictæ, publicatæ. Libellus Fulconis Comitis Andegavensis an. 1096. apud Holstenium in Collectione Romana part. 2. *Constituit etiam idem Apostolicus, & edicto jussit ut in eodem termino, quo dedicationem fecerat, Indictum publicum celebraretur uno quoque anno apud sanctum Nicolaum, & septima pars pœnitentiarum populo convenienti ad illam celebritatem dimitteretur.* Vide Gesta Consulum Andegavensium to. 10. Spicilegii p. 396. Charta Innocentii PP. pro Monasterio Corbeïensi, in Tabulario ejusdem Monasterii damasceno operto ch. 7. ***Indictum quoque sicut hactenus*** *Corbeïensis Ecclesia celebrare consuevit, vobis confirmamus, & ne quis eos, qui ad ipsum Indictum conveniunt, in bonis vel in personis offendere vel molestare præsumat, auctoritate Apostolica prohibemus.* Charta Henrici I. Regis Angl. in Tabulario Fiscanensi fol. 6. *Sciatis, me concessisse & charta mea confirmasse, quòd omnes, qui venient ad Indictum sanctæ Trinitatis de Fiscano singulis annis à die Dominica in Ramis Palmarum, usque ad clausum Pentecosten, habeant meam firmam pacem & custodiam, ut salvi & securi eant & redeant per totam terram meam, de quacunque terra sint, nisi sint fugitivi de terra mea pro muldro, vel furto, vel alio scelere.*

Ita porrò propriè nundinas Sandionysienses vocant, quas à Dagoberto Rege Doubletus pag. 434. alii à Carolo Calvo institutas volunt. *Ex nundinum Indicti*, in Charta Ludovici VI. an. 1124. apud eundem Doubletum pag. 854. appellantur, hodie *la Foire du Lendit.* Nangius in Chronico: ***Eodem tempore attulit*** *ipse Rex Carolus Calvus ab Aquisgrano ad Ecclesiam sancti Dionysii in Francia Clavum Dominicum & spineam Coronam, quam Carolus M. annis suis ibidem in Ecclesia B. Mariæ, olim à se fundata, reposuerat. Et nundinas Indicti in platea quæ Indictum dicitur, quolibet anno in secunda quarta feria Junii fieri instituit: & venientibus ad benedictionem illarum nundinarum indulgentiam tertiæ partis peccatorum fieri & relaxari per PP. & Episcopos totius Galliæ, sicut antea Carolus M. Aquisgrani fieri impetraverat.* Sugerius in Ludovico VI. pag. 313. *Rex exhilaratus, nec ingratus ad protectores suos sanctissimos Martyres humillimè devenit, eisque post Deum gratias magnas referens, coronam patris sui, quam injustè tenuerat, (jure enim ad eos omnes pertinet) devotissimè restituit, Indictum exterius in platea* (in-

(*interius enim Sanctorum erat*) *libentissimè reddidit &c.* Idem in lib. de Reb. in administratione sua gestis cap. 1. à Ludovico VI. has nundinas, si non institutas, certè Monasterio Sandionysiano concessas videtur innuere *De Indicto verò, quod Dominus Ludovicus pater B. Dionysio dedit, &c.* Charta Philippi Aug. an. 1215. *Convenient Præpositum sancti Dionysii in loco, in quo Indictum solet convenire.* Suprà: *Mercatores, qui venient ad nundinas Indicti.* Vide eundem Sugerium de Consecrat. Eccl. sancti Dionys. p. 355. & Chartam an. 1218. in Probat. Hist. Montmor. pag. 84. & Bulæum de Academia Parisiensi to. 1. pag. 196.

Indictum, pro loco, ubi *Indicti* nundinæ fiunt, usurpat Rigordus an. 1205. *Psalmos cum orationibus psallendo usque Indictum venit.*

Indictum, Bannum, Proclamatio. Charta Libertatum oppidi *des Ais* in Biturigib. an. 1301. *Si autem Indictum fieri oportuerit in villa, per vavassores & per burgenses villæ fiet, vel per illos, quos dominus villæ mitteret ad indictum faciendum.*

INDICULUS, vel *Indiculum*, Epistola; sed propriè ea, qua quid præcipitur, seu *indicitur*, quæ videtur vocis origo. Nam in Vita sancti Desiderii Episcopi Caduic. cap. 8. habetur *Indiculus Dagoberti Regis* ad Sulpitium Archiepiscop. Bituricensem, quo præcipit, ut eum ad Cadurcensem Ecclesiam ordinet ac consecret; cujusmodi est formula 6. apud Marculfum lib. 1. quæ inscribitur *Indiculus Regis ad Episcopum, ut alium benedicat.* Sic porrò Dagoberti Indiculus clauditur: *Quod verò indicimus, manus nostræ subscriptione, ut mos est, decrevimus roborare. Dagobertus Rex subscripsit.* At cùm apud Marculfum similis Epistola for n. 5. ejusdem extet argumenti cum hoc titulo; *Præceptum de Episcopatu*, putat Bignonius, id esse discriminis inter *Indiculum*, & *Præceptum*, quod *hoc* majoris fuerit auctoritatis diploma, non modò manu propria subscriptum; sed etiam sigillo roboratum, quo caruerit *Indiculus*. Idque elicit ex Capit. Caroli Magni lib. 3. cap. 58. *Et si sacramentales homines cum ipso venire renuerint, jussione Dominica, aut indiculo, aut sigillo ad palatium venire cogantur.* Indiculos ejusmodi Regum, eorum manu subscriptos docet præterea Epistola Sigeberti Regis ad eundem Desiderium, quæ est 17. ex iis, quas edidit Canisius: *Et ut certiùs credatis, hunc indicolum manu propria subter subscripsimus: Sygibertus Rex sub.* Ita porrò pro Epistola præceptoria *Indiculum* usurpant Hormisdas PP. apud Baron. an. 515. n. 24. an. 519. n. 3. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 45. lib. 8. cap. 28. Fredegarius Scholast. cap. 40. Marculfus lib. 1. form. 26. 27. Agobardus de Insolentia Judæor. pag. 61. Capit. Caroli Calvi tit. 11. Anastasius in Nicolao I. pag. 211. to. 1. Histor. Franc. pag. 883. Hincmarus Remensis Opusculo 34. §. 4. in Concilio Dusiac. I. part. 2. c. 27. Asserus de Reb. gest. Ælfredi pag. 14. ubi perperam *Indiculus* bis legitur, &c.

Interdum tamen pro quavis Epistola hanc vocem deprehendere licet apud Gregorium Turon. lib. 8. c. 2. Marculfum lib. 1. form. 9. lib. 2. form 42. 50. in Capit. Caroli Magni lib. 4. Append. 3. c. 5. &c.

Indiculum, neutro gen. apud Avitum Vienn. Epist. 28. Gregorium Turon. lib. 8. cap. 28. in Diurno Romano cap. 2. tit. 19. cap. 3. tit. 8. in Vita S. Samsonis Episc. Dolens. lib. 1. cap. 42. Epist. 51. 94. & 104. inter Epistolas sancti Bonifacii Archiepiscopi Mogunt. &c.

Indiculum, alia notione. Lambertus Ardensis pag. 161. *Hic gradalia & indicula de area in aream, de domo in coquinam, de camera in cameram*, apud Eddium Stephanum in S. Wilfrido cap. 47. &c.

INDIFFERENTER, *Sine dilatione.* Ita Glossæ MSS. Regiæ ad canon. 12. Concilii Nicæni, ἀδιαφόρως, in Gr. Eædem Glossæ ad can. 4. Concilii Ancyrani: *Indifferenter, Indistanter.* Ad can. 10. Concilii Laodic. *Indifferenter, sine dilatione, id est, sine prolongatione.*

INDIFFICULTER, Absque difficultate, apud Joannem VIII. PP. Epist. 43.

INDIGNANTIA, pro *indignatio*, in Vita S. Carthaci Episcopi.

INDIGNARI, Vindicare. Gesta Regum Francor. cap. 23. *Indignare, dulcissime Frater, laborem & injuriam meam.*

INDILATE, Absque *dilatione*, statim. Utitur Fulcherius Carnotensis lib. 1. Hist. Hierosol.

INDISCIPLINATA. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 59. *Si ei tumultus & indisciplinata, hoc est, insolentias, inobedientiam in judicio liceat prohibere. Indisciplinata dissensio*, apud Simeonem Dunelm. an. 1141.

INDISCIPLINATIO, Relaxatio à disciplina & à recta vivendi ratione. Possidius in Vita sancti Augustini cap. 25. *Indisciplinationes quoque & transgressiones suorum à regula recta -- arguebat.* Gregorius M. lib. 3. Epist. 38. *Ne non rectitudini; sed indisciplinationi, quod absit, videamini consentire.* Utitur rursum lib. 4. Epist. 7. lib. 7. Ind. 2. Epist. 5. ut & Evagrius in Vita sancti Antonii. Senator lib. 7. Ep. 3. &c. Vita B. Stephani Abbatis Obasinensis lib. 1. cap. 9. *Indisciplinationes & transgressiones suorum, maximè juvenum ac puerorum, tam districtè coërcebat & arguebat, &c.* Ἀμαθίαν, ἀπαιδευσίαν, ἀλογίαν, apud Theophanem, *indisciplinationem* reddidit Anastasius Bibliothecarius in Hist. Eccles. Glossæ MSS. ad Concil. Antioch. can. 3. *Indisciplinatione, inquietudine*, ἀταξία in Gr.

INDISCIPLINATUS, Disciplinæ expers, moribus dissolutus, apud Gregorium M. lib. 7. Ind. Epist. 5. Ivonem Carnot. Epist. 27. 219. in Epistola Alexandri II. PP. apud Ughellum to. 1. Ital. Sacræ pag. 865. &c. Gregorium Turon. in Vita S. Aridii p. 196. *Regalis palatii vanas superstitiones, & indisciplinatas sociorum fabulas declinando. Indisciplinatæ quæstiones* non semel apud Marium Mercatorem, quæ *sine disciplina* dicuntur Paulo 2. ad Timoth. cap. 2. v. 23. *Indisciplinatè agere*, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 54.

INDISPAR, *Inæqualis*, in Miraculis S. Servatii Episcop. Trajectensis.

INDISPOSITUS, Intestatus, qui sine testamento decedit. Gloss. Græco-Lat. ἀσύντακτος, *Indispositus*. Vide *Inordinatus*.

Interdum etiam *Indispositus*, idem valet ac invaletudine affectus, Gallis, *Indisposé* Sanctus Augustinus Epist. 217. *Tractoria ad me 5. Id. Nov. venit --- & me indispositum invenit, ut occurrere omnino non possem.*

INDISTANTER, Incunctanter. Utitur Matthæus Westmonast. an. 1244. *Indistanter remeavit.*

INDITUS. Gloss. MS. Reg. cod. 1197. *Indita, data sive insinuata.* f. *insinuata*. Alibi: *Inditur, infertur.* i. in acta refertur.

INDOLENTIA, pro *Indoles*. *Infans mira indolentiæ, regalis indolentiæ*, apud Felicem Girvvensem in Vita S. Guthlaci n. 9. 11.

INDOLIS, vel *Indoles*, Adolescens, Puer. Glossæ Gr. Latin. εὐφυὴς, *ingeniosus, indolens*; εὐφυΐα, *ingenium*. Sic in Cod. MS. Passio sancti Artemæ Puteolani Mart. *Dum adhuc indolis, hoc est, juvenilis ætatis annos gereret.* Vita sancti Aridii Episcopi Vapicensis: *Sui quoque moris erat neminem contemnere; & si aliquem ad erudiendum suscepisset, indolem primò quidem ob rudimenta infantiæ blando commendans intimabat magistro, ut teneram instruens foveret ætatem.* Jonas in Vita S. Joannis Reomaënsis apud Mabillon. to. 3. Analect. pag. 514. *Anno tertio Chlotarii Regis indolis, ex jussu, &c.* Charta Edvvini Regis Angl. an. 956. in Monastico Angl. to. 3. pag. 120. *Ego Eadgar indoles Clito consensi.* Althelmus de Laud. Virgin. cap. 25.

Tradidit investem rectorum fortè magistros,
Ut puer indolis librorum disceret artes.

Idem cap. 26.

Nititur indolem claris natalibus ortum
Flectere cum precibus.

Et cap. 32.

Femineum indolis gaudens spectare triumphum.

Ubi perperam *indocilis* scribendum putat Canisius. Smaragdus in Præfat. ad Reg. S. Bened. de Monacho:

Indolis & docilis, sapiens, ac mente benignus,
Conceptus, placidus, & bene cautus erat.

Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini:

Indolis à patribus generose Lycontius olim.

Vide Auson. in Vita S. Ursmari c. 3. & Ughellum to. 1. part. 1. pag. 152.

Præsertim verò sumitur hæc vox pro puero vel adolescente studioso ac laborioso, &, uti vulgò dicimus, *bonæ ac præclaræ indolis.* Gloss. Latino-Gr. *Indolis*, ἐπίγονος, σπουδαῖος. *Indoles*, ἐπίγονοι, est enim *Indoles*, ut est apud Servium ad 10. Æneid. *Imago quædam virtutis futuræ. Spes in puero*, in Gloss. Isidor. καλὴ ἐλπὶς ἐν νεωτέρῳ, in Gloss. Lat. Gr. *Imago futuræ bonitatis*, in Glossis MSS. Unde spectat ea potissimùm nobiles ac principes adolescentes vel pueros, quorum in rebus gerendis virtus speratur. Ita Crispus *commodæ indolis juvenis*, apud Eutropium! *Gratianus*, apud Ammianum lib. 31. *præclaræ indolis adolescens* appellatur: ut *Tulgas bonæ indolis & radix Gothorum*, apud Isidorum Pacensem in Chronico æræ 678. Carolus Calvus, *bonæ indolis puer*, in Hist. Translat. sancti Sebastiani cap. 20. Lotharius Rex Francor. *Gloriosæ indolis puer*, in Bulla Joannis PP. in Tabulario Humolariensi: in Charta verò pro Monasterio sancti Bavonis Gandensis, *bonæ indolis Rex gloriosissimus*, Otto III. Imper. *admirabilis indolis adolescens*. In Inventione SS. à Deoderico Metensi Episc. repertorum: Carolus filius Regis Ludovici Ultramarini, *juvenis magnæ indolis.* Acta Episcopor. Cenoman. p. 306. de Hugone Cenomanensi Comite: *Hugonem videlicet Herberti filium bonæ indolis adolescentem omnino honore exhæredarent*, in Charta Gerbergæ Reginæ anno 968. apud Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 19. Philippus I. Rex Francor. *claræ indolis Rex Francorum*, in Hist. sancti Macarii Patriarch. Antiocheni. n. 60. Tabularium Monasterii Regulæ de eodem Philippo: *Anno ab Incarnat. 1103. Philippo Francorum Rege superstite, Ludovico tamen filio indolis & probitatis memorandæ juvene, Franciæ temonem obtinente.* Rigordus in Præfat. ad Hist. Philippi Augusti: *Serenissimo & amantissimo suo Ludovico Augusti filio Regiæ indolis adolescenti.* Sed & apud eundem an. 1182. Philipus Augustus Rex *bonæ indolis adolescens* appellatur. Saxo Grammaticus lib. 2. Hist. Danicæ pag. 33.

Filius hic Regis & avito sanguine lucens
Indole clarus erat.

Ratherius Veronensis Episcop. in Epist. apud Chappeavillum to. 1. Hist. Leod. pag. 180. *Allatæ cum his sunt & literæ Domini Papæ tunc temporis Joannis* (XI.) *gloriosæ indolis.* Sic indigitantur apud Dudonem lib. 3. de Actis Normann. p. 124. Richardus Dux Norman. p. 124. *Indolis sacræ*: apud Hemereum in Charta an. 948. *Adalbertus inclytæ indolis Comes*: (Viromandensis) apud Saxium in Pontific. Arelat. Willelmus Marchio Provinciæ in Charta an. 992. *Marchio istius provinciæ bonæ indolis Willielmus*: apud Lambertum Schaffnaburg. an. 1044. Godefridus Gozelonis Lotharingiæ Ducis filius, *Nobilissimæ indolis juvenis*: apud Ægidium Bry in Hist. Comitum Perticensf. lib. 2. cap. 8. *Hugo bonæ indolis*: (Comes Cenomanensis) in Tabulario Brivatensi. ch. 191. Warinus Comes Arverniæ, *Gratiâ Dei bonæ indolis strenuissimus Comes*: apud Ademarum Cabanensem in Chron. pag. 180. Willelmus Dux Aquitaniæ; *Prudentissimus adolescens*, & mox: *clarissimæ indolis Comes*: in Triumpho sancti Remacli lib. 2. cap. 9. uxor Henrici IV. Regis Rom. *Bonæ indolis Regina conjux ipsius*: apud Gregor. VII. PP. lib. 1. Epist. 40. Mathildis Comitissa, *Egregiæ indolis puella.* Similia suggerunt liber Miraculorum sancti Quintini cap. 40. Wippo in Vita Chunradi Salici an. 1028. Haræus in Castellanis Insulens. lib. 1. pag. 41. &c. Vide Alcuinum Epist. 48. Atque inde fluxit, ut

Indoles, pro titulo Principum, adolescentium maximè, honorario usurparetur. Monachus Sangallensis lib. 2. de Rebus Caroli M. cap. 15. *Quo etiam tempore epistolam ad vestram Indolem direxit, &c.* Epistola Angilberti Archiepisc. & Andreæ Patriarchæ ad Ludovicum II. Imp. an. 855. *Quibus auditis, omnes unanimiter prò vestra Indole omnipotenti Deo gratias egerunt, &c.*

INDOLORIA pro *Indolentia*, occurrit apud Sidonium in Epithalamio Polemii. Vide Sirmondum ad hunc locum.

INDOMINICATUS. Vide *Dominicum.*

INDOMITAS. Aimoinus lib. 2. de Miraculis SS. Gregorii & Aurelii num. 14. *Exinde verò, quos per indomitatem Linguæ malè præsumpserat, &c.*

INDORMIS, *Insomnis*, ἀκοίμητος, in Glossis Græco-Lat.

INDORMITABILIS. Libellus precum Marcellini & Faustini pag. 25. *Gravius exilium temporale esse crediderunt, quàm perpetuam pœnam secundum Esaiam: indormitabilis vermis, & ignis inextinguibilis.*

INDORSARE, Joanni de Janua: *Supra dorsum ponere: quod vulgò dici solet intersellare.*

Indorsare, Gall. *Endosser*, chartæ dorsum seu tergum, vel cujuscumque scripti partem aversam, aut exteriorem inscribere.

Propriè verò indorsatæ literæ dicebantur *Brevia citationum*, seu *Submonitionum*, quod in ejusmodi brevium, per quæ à Rege actori reum in judicium adducendi facultas dabatur, dorso seu tergo citatio & submonitio ab Apparitore vel *Serviente* reo facta, ut in judicio compareret, adscriberetur: unde *Indorsatio*, executio citationis vulgò in foro Anglicano dicitur. Vide Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 18. & 41. Apud Willelm. Thorn. an. 1289. *Littera clausa, & sigillo indorsata*, id est, *sigillo munita. Endos du contract*, in Consuetud. Normanniæ art. 182. *Endossement*, in Peronensi art. 260. Adde Consuetudinem urbis Insulensis art. 97. Vide *Redorsare.*

INDUBITANTER, Sine dubio, in leg. 3. Cod. Th. de Hæret.

INDUCERE, Installare: *Inductio*, Installatio. Provinciale Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 6. *Ut hi, qui admissos ad beneficia Ecclesiastica ad mandatum superioris tenentur inducere, pro inductione hujusmodi facienda sumptibus contententur moderatis.*

INDUCTA. Liber fundationis Monasterii Gozecensis p. 230. *Ubi in brevi spe sua frustratus moritur, & super inductam B. Michaëlis sepelitur.*

INDUCTORIUM, pro eo quod inducitur, vel illinitur. Occurrit apud Nithardum.

INDUCULA, *Indumentum.* Joan. de Janua.

INDULGENTIA, Lex, qua Imperatores Romani in quinquennalibus & decennalibus leviorum criminum rei vinculis solvebantur, ut est in Cod. Theod. de indulgent. crimin. Ea autem δωρεά appellatur ab Eusebio de Martyr. Palest. cap. 2. Gloss. Gr. Lat. θεία δωρεά, *indulgentia.*

Indulgentia, Venia, culpæ condonatio, pœnæ remissio. Synodus Pistensis can. 3. *Aut solvant legale placitum, aut per indulgentiam sibi impetrent perdonari* Capit. Caroli Calvi tit. 30. cap. 1. *Postea quam nos invicem mutua indulgentia --- reconciliavimus, &c.* Occurrit in iisdem Capitularibus non semel, & apud Jurisconsultos.

Indul-

Indulgentia, nostris, remissio aut relaxatio pœnæ vel *pœnitentiæ* pro peccatis, vel debitæ, vel impositæ, uti describitur à S. Gregorio Nysseno in Epist. ad Letojum. Ita *Indulgentiam* accipiunt Jurisconsulti, pro pœnæ relaxatione. Eckehardus Junior de Casibus sancti Galli c. 2. initiò: *Ille verò piè discretus, pœnitentia eorum accepta, populo Domini pro eis inclamante, indulgentiam eis dedit, allevatos præ foribus basilicæ eo die & nocte punitionis gratiâ incommunicatos jusserat stare.* Bernaldus de Reconciliatione lapsorum: *In Canonum judiciis profectus Ecclesiasticæ disciplinæ potissimùm attenditur, ut ii, qui peccaverint, corrigantur, & alii, ne peccent, deterreantur: hinc est, quòd quidam nunc 7. nunc 10. annis, aliquando etiam usque ad finem vitæ, pro suis criminibus ab Ecclesia separantur; qui & libenter sub hac districtione debent laborare, non solùm ut peccata sua diluant; sed etiam ut sanctæ Dei Ecclesiæ satisfaciant, eamque sibi reconcilient pœnitendo, quam scandalizaverunt delinquendo. Nulli tamen eorum ille numerus præcludit; quin & ante expletionem eorum Deus eis indulgere valeat & soleat, si dignè pœnituerint, juxta illud B. Leonis PP. &c. unde & sancti Patres hunc numerum annorum, si tamen Ecclesiasticæ disciplinæ non obfuerit, multociens anticipandum in reconciliatione censuerunt, in his duntaxat qui digne pœnituerint, &c.* Vide Morinum lib. 10. de Pœnit. cap. 22. & alios passim, qui de hoc argumento libros conscripserunt.

Indulgentiam facere. Cæsarius lib. 6. cap. 5. *Sedensque in angulum juxta Ecclesiam beatæ Dei Genitricis, (Coloniæ ubi Episcopis in die Palmarum consuetudinis est, populo facere Indulgentiam.*

INDUMINA, Papiæ. *Indumenta.* Vetus versio Josephi lib. 17. *Quando civitatem intrabat, privatis induminibus utebatur.*

INDURATOR. Gloss. Græco Lat. στμῶ, *Ferrumino.* στόμωμα, *Ferrumen.* στομωτὴς, *Indurator.*

INDUS, *Indicus color*, Cæruleus, seu *Azureus*, quòd id genus metalli ex India advehatur: in Monastico Angl. to. 3. pag. 315. 316. & alibi passim.

Le Roman d' Alexandre MS.

Ileques veissiez des vaincus gonfanons,
Vers & indes & jaunes, & de toute façons.

INDUSIARI, *Indui vestibus, vel ornari. Indusiarius, Vestiarius.* Papias.

INDUSIARE, *Indusiatus*, revestitus, *Indusio* indutus. Martianus Capella lib. 1. *Et ipsum tonantem exuviis indusiari publicè cernerent.* Apuleius: *Pulcrè indusiatus adolescens.* Gerardus Abbas Silvæ Major. in sancto Alexandro cap. 3. *Cujus dignitatis honore indusiatus, & à Principe regni legaliter inthronizatus, &c.*

INDUSTRIARE, *Docere.* Papias, & Gloss. Isid.

INDUVIUS, pro *Indubius*. Charta Hispanica apud Sandovallium in Episcopis Pampilonensibus p. 62. *Ego Garsias gratiâ Dei Rex, quamvis indignus, tamen non induvius magna Christi pietate, & confisus in ejus gratia, &c.*

INEDAX, ὀλιγοφάγος, in Gl. Gr. Lat. qui parcè edit.

INEMENDABILE. Vide *Emenda.*

INENNIS, Minor, qui nondum annos pubertatis attigit, aut nondum est sui juris. Ἀνήλιξ & Ἀφήλιξ, Jurisconsultis Græcis. Speculum Saxonicum lib. 1. tit. 23. art. 1. *Ubi filii inennes sunt, agnatus expeditorias accipit res.* Vim vocabuli eandem habet nostrum *Nonâge*, quod passim occurrit apud Littletonem, in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 122. in veteri Consuet. Normanniæ cap. 43. &c.

INERGUMENUS, pro *Energumenus*, apud Ordericum Vital. lib. 2. pag. 422. & Baldricum Noviom. lib. 2. cap. 6.

INERTICUS *Gravis ignarus, remissus.* Jo. de Janua.

INESSE, pro *interesse*, vel *esse in.* Jonas Monachus Bobiensis in Vita S. Bertulfi Abbatis cap. 6. *In cujus obsequio ego infui.* Miracula S. Richarii Abb. Centul. n. 5. *Vocatur elegans juvenis Ingelardus, quem adhuc eo tempore ferunt scholis inesse.*

INEXPLEBILITER, *Incessabiliter, perseveranter.* Ita Glossæ MSS. ad canonem 15. Concilii Ancyrani.

INEXPUTABILIS, Infinitus, qui supputari ob multitudinem non potest, apud Columellam lib. 9. c. 4.

INFALISTATIO, pœnæ species. Radulfus de Hengham in Summa parva cap. 3.-- *Commisit feloniam, ob quam fuit suspensus, ut lagatus, vel alio modo mortis damnatus, vel demembratus, vel apud Dovere infalistatus, vel apud Surthampton submersus, &c.* Ubi Editor ac Interpres vocem à *Falaisiis*, seu marinis aggeribus deducit, quòd apud Dubrenses felones in *Falaisiis* extremo supplicio afficerentur; quo casu legendum esset *infalisiatus*.

INFAMIA, Vituperium, probrum, detractio. Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ lib. 1. c. 7. *Fortasſis ergo & tu infectus plurium infamiis, ut non queas de hoc aliam jam recipere fidem* &c. Cap. 27. *Quantis tunc militem tuum iniqui lacerabant infamiis, quantisve derodebant calumniis.*

INFAMIUM, pro *infamia.* Indiculus luminosus, liber sic inscriptus: *Totumque Christi Domini gregem non uniformi subsannio; sed milleno contumeliarum infamio impetunt, & derident.*

INFANARE, Profanare apud Gualterum in Vita Caroli Comitis Flandriæ n. 52.

INFANG, *Infang*, Manuum injectio, à Saxonico in, præpositio, & Fang manus, quasi *manu apprehensio*, unde Fangen, *capere.* Lex Bajvvar. tit. 3. cap. 1. §. 3. *Si in eum contra legem manus injecerit, quod infanc dicunt, &c.* Ita tit. 4. §. 3. & tit. 5. §. 3.

INFANG-THEFE, *Infang theof, Infangenetheof, Infanghthiefe*, voces unius ejusdemq; originis & notionis, quæ latronis capti in terra alicujus, & saisiti latrocinio, jurisdictionem & cognitionem denotant; à Saxon. in, quod est *intus*, & Fangen, capere, deprehendere, & Theof, fur. Ita igitur appellatur passim in Chartis Anglicis regale privilegium, alicui à Rege concessum, per quod licet homines, in suo dominio cum re furtiva deprehensos, judicare ac punire: quod quidem privilegium Baronum propriè fuit, ut est in Leg. Edvv. Confess. c. 21. 26. & in Reg. Majest. lib. 1. c. 4. Quoniam Attachiamenta cap. 100. §. 1. *Barones, qui libertates habent de sok & sak, toll, & theame, infangtief, outfang thief, possunt judicare in Curia sua, si aliquis inventus fuerit infra libertatem suam, saisitus de aliquo latrocinio manifesto: sicut hand-habband, andb. bearand, & insecutus fuerit per siker-korgh.* Ubi *hand-habband*, id est, manu tenens, aut in dorso portans rem furtivam. Sic ad hoc, ut quis de latrone cognoscat, necesse est, ut in dominio suo cum re furtiva capiatur, sive sint proprii homines, sive alieni. Ita Covvellus, Rastallus, & alii hanc vocem interpretantur. Will. Thorn. pag. 2030. InFangenTheof, *hoc est, latrones capti in dominio, vel in feodo vestro, & de suo latronicio convicti in Curia vestra judicentur.* Alii jurisdictionis istius speciem restringunt ad homines solummodo domini, ut Bracton. lib. 3. tract. 2. c. 35. §. 1. & Fleta lib. 1. c. 47. §. 4. ubi *Infangenthef*, dicitur *esse latro captus in terra alicujus saisitus de latrocinio de suis propriis hominibus.* Ita etiam Leges Edvvardi Confessoris c. 26. *De infangthefe: Justitia cognoscentis* (id est, confitentis) *latronis sua est.* (i. Baronis) *de homine suo si captus fuerit super terram suam.* Subdit Bracton. loco laudato: *Sed non sequitur, quòd ille* (Baro) *posset hominem suum proprium, captum extra libertatem suam, reducere usque intra libertatem suam, & ibi eum judicare ex tali libertate: debet enim quis juri subjacere ubi delinquit. Proprios enim latrones & alienos infra libertatem suam captos judicare possunt.* Ubi *alienos* latrones judicandi facultatem intelligit, quam *utfangthef* vocabant.

Item denique suprà ait, necesse esse, ut latro sit *in saisina* furti alioquin cognitio pertineret ad Curiam Regis.

Vides

Vides, inquit Spelmannus, legum vicissitu... vvardi enim illa Confessoris, ad justitiam *cognoscentis latronis* ad Curiam Baronis pertinere, qui habet *in fangthefe*: negat suo ævo Bractonus, asserens hoc nemini tunc competere, nisi Regi.

Quoad judicium de *Infangthefe* capti cum furto manifesto, Brittonus cap. 15. duci eum jubet in Curiam, recitatisque coram Coronatore, festinantiùs accersito, *saccabori* & testium accusationibus, nulla expectata responsione, morti judicandum. Grave hoc & Stanfordio visum lib. 1. cap. 23. licèt non inficietur. Hodie, subdit idem Spelmannus, nec in Curiis Baronum, qui antiquis suis Chartis *infangthefe*, aut *outfangthefe* obtinuere, nec in Hundredo aut Comitatu talis exercetur jurisdictio. Comitatui ademptam probab le est Statuto Magnæ Chartæ cap. 17. Placita Coronæ Vicecomitibus prohibente: ejusdemque fortè vigore Hundredis illis & Wapentachiis, quæ tunc in Vicecomitum erant administratione. Postea Baronibus videtur adempta, vel potiùs antiquata. Regiis judicibus (ut hodie in Gallia fit) Justitias patrimoniales prævenientibus, sibique ejusmodi criminum cognitionem asserentibus.

INFANTES, apud Scriptores non semper dicti, nuper nati, & qui fari nesciunt; sed quique pueri, apud Afros præsertim, ut observat Baronius an. 303. n. 36. ex Victore Vitensi lib. 3. de Persecut. Vandal. pag. 43. Ubi *Lectores infantulos* exilio traditos scribit.

Infantes, Neophyti, recèns baptizati. Sanctos Zeno Veronens. Episcop. Invitatione 8. ad Fontem: *Eia quid statis, fratres, vestram quos per fidem genitalis unda concepit, per sacramenta jam parturit, ad Desiderata quantocyus festinate. Solennis hymnus ecce jam canitur, ecce mox infantum jam dulcis vagitus auditur, ecce parientis uno die ventre clarissima turba procedit.* Idem Serm. 1. ad Neophytos: *Ex quo* (fontis lavacro) *qui eratis ætate diversi, diversi natione subitò unigeniti emersistis infantes.* Vide eundem Serm. 5. Infantes autem dicuntur Neophyti, quia per baptismum renascuntur ad vitam æternam. Paulinus lib. 1. de Vita sancti Martini:

Ille autem ut penitus vitam post fata novaret,
Confestim æterna nitait renovatus ab unda.

Pacianus Barcinon. Episc. Serm. ad Fideles: *Aperire desidero qualiter in baptismo nascamur, & qualiter innovemur?* Scitè Optatus lib. 5. dixit, *baptisma esse virtutum vitam, criminum mortem, nativitatem immortalem, &c.*

Infantes, Liberi, quomodo *Enfans* dicimus. Gloss. MSS. ad Canones Conciliorum: *Proles, infantes.* Conventus apud Marsnam §. 3. in Annalib. Francor. Bertin. an. 851. *Talem fidem --- unusquisque infantibus fratris sui, si obierit, qui superfuerit, conservabit.* Edictum Pistense c. 31. *Et si infantes inde nati sunt, secundùm legem & antiquam consuetudinem nostram infantes matrem sequantur.* Ado Viennensis in Chron. *Quem postea Theodoricus sub fide receptum, de muro urbis, cùm simul loquerentur, præcipitat, infantesque ejus interficit.* Charta fundationis Monasterii Vabrensis an. 23. Caroli Calvi, apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 69. *Et de mancipiis ad ipsum locum cedimus his nominibus, Trudinare & uxore sua cum infantibus eorum, &c.* Vide Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Chron. Besuense pag. 523. 559. 567. &c. Chartam an. 1148. in Probat. Hist. Monmorenc. pag. 49. & Scaligeriana pag. 100. &c.

Infantes, & *Pueri*, promiscuè, dicti etiam Magnatum filii, qui nondum, ex ætatis defectu, feudorum paternorum possessionem adierant, quæ à *custodibus*, vel *tutoribus* deserviebantur, donec ad legitimam ii pervenissent ætatem, ut pluribus docuimus in verbo *Hæres*, adjecta pariter eorundem feudorum denominatione. Verbi gratiâ, Fridericus Henrici II. Imp. filius, quem spectabat Apuliæ seu Siciliæ regnum ex matris jure, *Infans Apuliæ*, appellabatur, *quia juvenis erat*, ait auctor Chronici Senoniensis cap. 19. *Puer Apuliæ*, in Chron. Andrensi pag. 634. *L' Enfant de Pouille*, in Chronico Flandr. cap. 21. Philippus *Mouskes*:

Quar tout li Baron qui la erent,
L' Enfant de Pulle couronnerent.

Guillelmus Brito lib. 12. Philipp. de primogenito filio Regis Angliæ:

Non tibi des requiem, donec Puer Anglicus armis
Victa, quibus nil juris habet, tibi sceptra resignet.

Et idem Muskius in Philippo Aug.

Car l' Enfés d' Angletere estoit
Ses om, & la Crois pris avoit.

De filio Comitis Campaniæ, idem Muskius:

L' Enfant de Champagne avoet,
Et maint franc baceler iluec,
Fest Cevalier avec son fils,
Qui furent franc ome & gentil.

Adolescens Bohemicus, de filio Regis Bohemiæ, apud Monachum Pegaviensem pag. 6. Guill. Guiartus, de filio Comitis Hannoniæ.

Un jour li prent l' Enfant à dire,
Qui de son domage ot grand ire.

Infrà:

Là est li Enfés de Henaut,
O grant gent pour Flamens requerre.

Ita *l' Enfant de Warvvic*, apud Monstrelletum 2. vol. *L' Enfant de Cleves*, apud Berrium in Carolo VII. qui eidem Monstrelleto *le Damoisel de Cleves.* Chartam Gaufredi Episcopi Ambianensis an. 1118. subscribit *Radulfus Puer de Arenis*, apud Louvetum tom. 2. Antiq. Bellovac. pag. 115. Ubi vox *puer* idem valet ac *hæres*.

Infantes ac *pueri* interdum præterea indigitabantur, & si fortean prædiorum paternorum adiissent possessionem, vel certè eorum possessores audirent. Charta Alemannica 76. Goldasti: *Notavi diem Martis 4. Non. Octob. sub potestativa manu Hludovvici Regis & pueri, & sub Adalberto Comite.* Charta an. 1088. apud Beslium in Episcopis Pictavensibus: *Sub regimine Regis Francorum, Aquitaniæ Ducatum tenente Guillelmo infante Pictavorum Comite, &c.* Charta Adalberonis Archiepisc. Hammaburgensis an. 1143. *Qualiter & nos & Domina Ducissa Gertrudis, & filius suus H. puer Dux Saxonum, &c.* Apud Ughellum tom. 2. pag. 372. *Fridericus puer Dux Suevorum filius bonæ memoriæ Regis Conradi*, subscribit diploma Friderici I. Imp. an. 1160. sic *Philippus puer frater Regis*, subscribit Chartam Bartholomei Episcopi Parisiensis an. 1146. Ita olim Imperatorum filios, superstitibus parentibus, *Nobilissimos Pueros* appellatos in Fastis, declarant eorundem Imperatorum Constitutiones, in quibus ut plurimum binis istis literulis N P. hæ appellationes designantur, ut observatum à Cujacio ad leg. 4. Cod. de Privileg. eor. qui in sacro Palat. milit. Constitutio Theodosii, Valentiniani, & Arcadii, apud Sirmondum in Appendice ad Cod. Th cap. 8. sic clauditur: *Data X. Kal. Maias Constantinopoli, Honorio Nobilissimo Puero, & Evodio Coss.* ut Epistola Valentis & Ursacii in Fragm. S. Hilarii: *Data Gratiano Nobilissimo P. & Dagalaifo Coss.* Exinde voce *Puer* abrogata, *Nobilissimi* nudè postmodum appellati, ut suo loco docemus.

Infantes, appellati in Hispania Regum filii. Vitalis Episcopus Oscensis: *Regium filii, dum sunt in infantia, vel pueritia constituti, non Reges; sed Infantes consueverunt, & præcipue in Hispania, appellari. Ex quo contingit, quòd qui ex Rege genitus ad talem statum, deficiente sibi regno, non valeat pervenire, quòd Rex dici valeat cum effectu,*

effectu, in ea nuncupatione remaneat, quantuncumque processerit in ætate, quam à principio est sortitus. Unde contingit, quòd tales, qui regnum ratione originis promerentur, regnum tamen nequeunt adipisci, Infantes, quandiu Reges non fuerint, appellentur. Sed quod addit, ut & Molinus, *Infanzones* postmodum appellatos in Hispania, *quasi ab infantibus genitos*, jure carpitur ab Hieron. Blanca. Aiunt, porrò primitus hanc nomenclaturam filio suo primogenito Sancio indidisse Ferdinandum II. Regem Castiliæ & Leonis, quam ab Anglia hauserat, ducta in uxorem Leonora, filia Regis Angliæ. Sed longè ante istud temporis *Infantium* & *Infantissarum* obtinuisse nomina, docemur ex Epistola Pelagii Episcopi Ovetensis, qui vixit an. 1100. Is enim in Veremundo II. Rege: *Habuit duas nobiles uxores: ex una genuit Infantissam domnam Geloiram. Ipse Infans Ordonius Fronildi Pelagii genuit plures filios, &c.* Utitur ibi non semel. Chartam Alfonsi VI. Regis Castellæ æræ 1118. *subscribit Ramirus Infans Garsiæ Regis filius*, apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. sancti Benedicti to. 3. Vide Suritæ Indicem lib. 1. æra 1063. 1064. Michaëlem del Molino in Repertorio Foror. Aragon. v. *Primogenitus*, & Sebast. Cobarruviam in Thesauro Linguæ Castellanæ.

Infantissa, Nobiles puellæ. Lucas Tudensis in Chron. pag. 88. *Habuit etiam duas nobiles concubinas, & ex una genuit --- & ex alia Infantissa domnam Geloyram. Ipse Infans Ordonius ex Infantissa Fronildi Pelagii genuit plures filios.* Adde pag. 106. Charta Aldefonsi Regis Castellæ æræ 1219. apud *Colmenares* cap. 18. §. 3. & 4. *Ego Aldefonsus D. G. Rex Castellæ & Toleti, unà cum uxore mea Alienor Regina, & cum filia mea Infantissa Berengaria, &c.* Occurrunt eadem verba in aliis æræ 1227. 1228. apud Jo. Pinedam an. 1189. & Salazarum in Vita sancti Epitacii pag. 123. Ubi Garibaius lib. 12. c. 24. observat, *Infantissam* in iis appellari, quæ hodie *Infanta* dicitur.

Infantes, Pueri symphoniaci, vulgò nostris *Enfans de Chœur*. Ordo Romanus: *Et statuuntur per ordinem acies duæ, Paraphonistæ quidem hinc inde a foris, infantes ab utroque latere infra per ordinem, & mox incipit Prior scholæ Antiphonam, &c.* Alibi: *In quacumque schola reperti pueri bene psallentes tollantur inde, & nutriantur in schola Cantorum, & postea fiant Cubicularii.* Alio loco, *Infantes paraphonistæ. Pueri de altari*, in Capitulo generali Canonicorum Rotomagens. an. 1311. *Pueri*, nudè in Charta Evrardi, Episcopi Ambianensis an. 1218. pro erectione *Præcentoriæ* in eadem Ecclesia to. 12. Spicilegii Acheriani pag. 166.

Infantum Officium, apud Joannem Episcopum Abrincensem de Offic. Ecclesiast. Id est, puerorum, quod canebatur in Nativitate Domini.

Infantes Monasterii, iidem, qui vulgò Oblati, nutritii, de quibus agimus suis locis. Capitula Theodori Cantuar. cap. 34. *Infantes Monasterii 14. annis carnem manducant.* Statuta Ordinis sancti Benedicti to. 6. Spicilegii Acheriani pag. 33. *Item statuimus, quòd infantes, qui recipiuntur in Monasteriis, & quotidie audiant Regulam exponi, & scholam non exeant, donec legitimæ sint ætatis, & tunc professionem faciant, & benedictionem accipiant, secundùm formam Regulæ.* Vide Addit. 1. Capitul. c. 37. Iidem *Pueri Monasterii* dicuntur apud eundem Theodorum cap. 115. ubi vetantur *Pueri Monasterii ante 25. annos ordinari.* Horum modestiam in Ecclesia bellè describit Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 15. de Bonifacio Duce:

Scilicet assistens ad opus divum bonus ipse
Stabat in excelso solio, non corde superbo:
Aspiciensque chorum, facies vidit puerorum
In terra pronas, psallentes dulciter horas,
De quibus admirans, ita cur stant, seque regirant,
A Monachis didicit semper quòd stant ibi fixi.
Hoc non oblitus jocundus Dux & opimus,
Ire super tectum clam templi fecit honestum
Quendam quippe virum cum numis, vult quia mirum
Ipse videre, decem libras vir jactat ab æde,
In medioque choro strepitus sonat, & puerorum,
Quorum palpebræ penitus nec sic patuere,
Aspexit numum tetigit non ullus & unum:
Unde magis gaudens præclarus Dux ait autem:
In modicis annis sunt hi pueri velut alii.

Similia refert Eckeardus de Casibus Sancti Galli cap. 1. ubi de Conrado Rege, qui *in processione infantum Cœnobii pomis in medio Ecclesiæ pavimento sterni jussis, cùm nec unum parvissimorum moveri, nec ad ea attendere vidisset, miratus est disciplinam.* Consulendus etiam de hujusmodi Monachorum modestia in Ecclesia idem Scriptor sub finem libri 3. & auctor de Conversione Otgerii apud Mabillonium tom. 5. Vitarum SS. Ordinis S. Benedicti pag. 663.

INFANCIONES, Hispanis, dicuntur nobiles inferioris ordinis, quos ii hodie *Hidalgos* vocant, nos *Escuiers*. Leges Alfonsinæ, seu Partitæ, part. 2. tit. 2. lege 13. *Catanes & valvasores son aquellos fijos dalgo en Italia, aque dizen en Espanna Infançones.* Ita *Infançones* etiam appellantur, in Charta Adelfonsi Regis Aragon. æræ 1158. apud Blancam pag. 540. & alia æræ 1155. apud Oyenartum in Notitia Vasconiæ p. 85. Sic verò primitus nobilium, ac Militum filii appellati, qui nondum per ætatem Militari cingulo, nec proinde Militari appellatione donati erant: quod etiam apud nos obtinuit, ut mox docuimus. Hieron. Blanca in Comment. Rerum Aragon. pag. 734. *Militum vox & Infancionum id sonat, ut priori equestris ordinis viros nuncupemus, quos vulgari sermone Caualleros: posteriori verò quos vocare solemus Hijosdalgo.* Michaël del *Molino* in Repertorio, verbo *Infancio*: *Infanciones nascuntur apud nos: Milites verò fiunt, seu creantur.* Et in v. *Miles*: *Militis filius dicitur Infancio, quia Milites generant filios suos Infanciones.* Rursum: *Infanciones dicuntur secundùm Foristas antiquos non solùm filii Militum quorum patres creati fuerunt Milites in Aragonia, juxta Foros Aragonum: sed etiam illi, quorum patres creati sunt Milites in alio Regno per alium Regem juxta leges provinciæ, &c.*

De Infancionibus Hispanicis, & multiplici eorum ordine, nonnulla habet Vitalis, Episcopus Oscensis, qui apud Aragonios variam esse ait hominum conditionem: *Sunt enim quidam*, inquit, *Infanciones, quidam homines servitii, sive signi. Infancionum autem alii Ermunii, alii Franchi de Charta vulgariter appellantur. Ermuniorum* (al. *Hermaniorum*) *autem Infancionum alii Barones, vel Rici homines: alii Mesnadarii: alii simplices Milites: alii Infanciones simpliciter nominantur. Hominum autem servitii, sive signi, alii cives, alii Burgenses: alii villani, vel pagenses: alii villani de Parada juxta Fori consuetudinem appellantur. Infanciones Ermunii, hoc est immunes ab omni munere seu onere, ita quòd nemini dare ex necessitate vel servitute teneantur, sunt tali nomine redimiti, quibus sunt libertas, & conditionis decor, à tempore, quo non extat memoria, acquisita, immo innata ut propriùs & naturaliùs eloquamur. --- Infancio autem de Carta, est is, cui immunitatem, quam genus vel natura negavit, liberalitas ejus, cujus erat astrictus servitio, concessit cum auctentico instrumento, &c.* Idem Scriptor: *In Aragonia omnis homo descendens de genere Militari per lineam planam, est Infancio, sive sit legitimus, sive illegitimus, sive masculus, sive femina. Tamen quamvis ex parte matris veniat ex linea Militari, non est Infancio, nisi habeat patrem Infancionem. --- Et per Foros habetur, quod quilibet Infancio potest esse Miles in Aragonia, &c.* Eadem habentur apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. pag. 178. 179. *Infantionum hermuniorum* mentio est in Foris Aragon. lib. 9. tit. de Injuriis.

Infanciona, uxor *Infancionis*, apud Vitalem Episcopum.

Infancioniam suam probare, id est, Nobilitatem, Ingenuitatem, in Charta Alfonsi Regis Arag. an. 1325. apud Blancam pag. 807. Extat apud Molinum *Practica procedendi super Infancionia, tam super possessione, quàm super proprietate, & de salva facienda.* pag. 176. col. 4. Alia de Infantionibus habent Fori Aragon. pag. 96. 122. 128. v. 129. 130. &c. & Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Conditione Infantionum, de Privilegiis Militum, de Privilegiis Dominæ Infantionæ, lib. 9. tit. de Salva Infantionum, &c.

INFANTATICUM. *Infantazo*, in Chronico Roderici Cid. cap. 2. Charta Aldefonsi Regis Castellæ æræ 1209. in Histor. Segoviensi cap. 18. §. 3. 4. sic clauditur: *Anno primo, quo Rex serenissimus præfatus Aldefonsus Infantaticum à Rege Fernando patruo suo recuperavit.* Rodericus Toletanus lib. 7. de Reb. Hispan. c. 18. *Omnia enim quæ perdiderat, acquisivit, & etiam Infantaticum, quod sub dubio vertebatur.* Lucas Tudensis in Chron. pag. 96. *Tradidit etiam filiabus suis, Urracæ scilicet & Geloyræ, totum infantaticum, cum omnibus Monasteriis, quæ ipse construxerat.* Charta Ferdinandi Regis Hispan. æræ 1203. apud Oyenartum in Notitia Vascon. pag. 330. *Dono vobis unicæ sorori meæ quantum Infantaticum in Regno meo est, videlicet in Toleto & in tota Alenserra -- villas, castella, hæreditates, Monasteria, & omnia, quæ ad Infantaticum pertinent.*

Infantazgo, in Chronico Roderici Cidi cap. 2.

INFANTIOSUS, *Plenus infantia, i. Infantilis.* Joan. de Janua.

INFANTISSIMUS, apud Prudentium lib. Peristeph. hym. 14. *Ineloquentissimus* exponitur in Glossis Isonis Magistri.

INFAIDARE. Vide *Faida*.

INFASCINABILIS, ἀβάσκαντος, in Gloss. Gr. Lat.

INFATUATUS. Herimannus de Restaurat. sancti Martini Tornacensis cap. 94. de Hugone Capeto: *Proditione ac dolo Ascelini Laudunensis Episcopi nocte Laudunum ingressus cum militari manu, Karolum Regem cognatum suum, qui cognominabatur Infatuatus, in turre Laudunensi, cepit, vinctumque catenis regno privavit.*

INFAUSTITUDO, Infortunium, in Miraculis sancti Remacli cap. 14.

INFELICARE, *Infelicem facere, affligere.* Papias.

INFENDITOR, ἔκδικος, in vett. Gloss. Defensor.

INFENSARE *Curiam*. Quoniam Attach. cap. 16. §. 5. *Nec debet Ballivus, seu alius Judex, facere se partem in aliquo placito pro aliquo: nec debet dare aliquam rationem pro parte sua, nisi ad infensandam Curiam, in VVardis petitis, ubi sectatores sunt legis minùs scientes.* Ubi Skenæus, *Infensare*, esse *Informare* ait, cùm scilicet Judex ea suggerit Advocatis, quæ vel per lapsum, vel per ignorantiam prætermiserint, juxta illud Juris Civilis: *Judex potest supplere ea, quæ Advocatis desunt.*

INFEODARE. Vide *Feudum*.

INFERENDA, Tributum, quod fisco infertur. Gl. Lat. Gr. *Inferendum*, εἰσκομιστέον. Additio 4. Capitul. c. 84. al. 116. *Tributum, quod Inferenda vocatur, --- hoc est duo solidi pro vacca.* Adde Capitulare an. 829. c. 15. Charta Childeberti Regis Franc. pro Monaster. Sanctorum Sergii & Bacchi Andegav. *Clementiæ regni nostri suggessit, quòd de curtibus prædictæ sanctæ Basilicæ, quæ nominantur --- annis singulis inferendam solidos 6. inferendales, & alios 6. de remissaria auri pagensis inferendo in fisci ditiones reddebant.* Et mox: *Ut nullus Judex publicus in ipsas curtes ad agendum --- nisi quod inferendam ipsam idem Abbas per seipsum, aut per missos suos annis singulis in Sacellum publicum reddere deberet.* Denique: *Sed quodcunque pars fisci nostri exinde percipere aut exactare potuerit, nullus vestrûm penitus requirere præsumat, nisi tantùm annis singulis ipsi solidi duodecim per ipsum Abbatem, aut per missum suum nostris arariis inferri debeant.* Gesta ejusdem Dagoberti cap. 37. *Centum vaccas inferendales, quæ ei de Ducatu Cinomanico annis singulis solvebantur, &c.* Quo spectat Charta Childeberti Regis Franc. ex Tabular. Corbeïensi apud Bollandum: *Eò quòd bonæ memoriæ proavus noster Dagobertus quondam Rex per sua auctoritate manu sua roborata, vaccas cento solduris, eò quòd in inferenda de pago Cinomaneco in fisci ditionibus ponebatur*, (al. *sperabatur*) *ad ipsam sanctam Basilicam annis singulis concessisset.* Perperam *cartas*, pro *vaccas* habet Charta Chilperici Regis apud Mabillonium tom. 4. Actor. SS. Ord. sancti Benedicti pag. 623. in qua eadem verba recitantur. Ubi infrà: *Ut si constat antedictus Princeps Dagobertus quondam Rex ipsas vaccas cento inferadabas* (lege *inferendales*) *de supradicto pago Cinomonneco, quod annis singulis in fisci ditionibus sperabatur, per sua auctoritate ad ipsa Baselica concessit, &c.* Fredegarius c. 74. *Quingentas vaccas inferendales annis singulis à Chlotario Seniore censiti reddebant.* Adde Aimoinum lib. 4. Hist. Franc. cap. 26. Vitam Aldrici Episcop. Cenom. num. 56. Acta Episcopor. Cenoman. p. 186. 222. 226. 244. &c.

INFERMENTARIA, *Tacita, Dissimulata.* Ita Papias MS. & Editus.

INFERETRARE. *Feretro inferre*, apud Lambertum Ardensem. Vide *Feretrum*.

INFERTOR, Dapifer, qui dapes infert, παραθέτης, in Gloss. Latino-Gr. Schol. Juvenalis Sat. 6. *Minister: Infertor.* Glossæ antiquæ: *Infertat, importat, ministrat.* Lex Salica tit. 11. *Si quis Majorem, Infertorem, Scancionem occiderit.* Ubi perperam Editio Heroldi *Infestorem* præfert. Wippo de Vita Chunradi Salici p. 428. *Quos Cubiculariorum Magistros, quos Infertores & Pincernas & reliquos Officiarios ordinaret.* Et an. 1038. *Quidam bene valens vir Cunradus Infertor ciborum Imperatoris cum aliis interfectus est.* Charta Hugonis Episcopi Gratianopolitani an. 1110. in Tabulario ejusdem Ecclesiæ f. 35. *Signum Odonis infertoris dapium, sive Seneschalci.*

INFERTUM. Isidorus lib. 20. c. 3. *Infertum, vinum, quod altario libatur*, vel offertur. Glossar. Ælfrici: meſſe-ƿin, id est, *Vinum, quod ad Missam offertur.* Vide *Fertum, Confertum*.

INFERTURIA, pro *Infertorium*, Vas, quo aliquid infertur, sive thus ad thuribulum, vel dapes ad mensam. Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 1016. apud Antonium de Yepez in Chronico Ord. sancti Benedicti tom. 5. *Candelabra argentea & anea, lucerna, turibulus & inferturia ex auro & argento, & omni lapide pretioso ornatos.* Infrà: *Ad ministerium refectionis -- discos & parasidas, fialas & inferturias, argento scultas & auro, perlucidas, &c.* In alia ejusdem Rudesindi, ibid. *Lucerna, id est, turibolorum ex auro, cum sua offerturia, capsas argenteas, &c.* Alia Ferdinandi M. Regis æræ 1101. apud eundem tom. 6. *Turibulos duos aureos cum inferturia aurea, &c.* Alia ejusdem Regis ibidem: *Servitium de mensa, id est, salare, inferturia, tenaces, trullone cum coclearibus decem, &c.*

INFESTARE, Offendere, invadere. Regiam Majestat. lib. 2. cap. 63. §. 1. *Vassallus non potest infestare dominum suum, salva fide homagii sui.* Idem etiam quod *fatigare*. In Foris Aragon. Fori Oscæ Jacobi I. Reg. Aragon. ann. 1247. fol. 6. *Nullus homo pro aliquo clamo, quod habeat de alio homine, potest per seipsum testare, seu infestare ullas causas mobiles aut immobiles de illo homine, de quo facit clamum, &c.*

INFESTATUS, Morbus equinus, *cùm equus videtur habere collum parum extensum, ita quod digitis vix potest capi vel astringi, & in suo motu velut infunditus impedire videtur, & ejus oculi lacrymantur.* Ita Petrus de Crescentiis lib. 9. de Agric. c. 21. Ubi Gallicus Interpres vetus vertit, *Enfesture* Italis, *Infestato*, est qui doloribus vexatur.

INFIBLARE, Infibulare, cingere, circumdare, & ligare, apud Apicium lib. 8. cap. 7.

INFICERE, pro *inferre*, apud Interpretem S. Irenæi lib. 2. cap. 29. *Consternationem infecit*, id est, *intulit*, vel *incussit*.

INFICIARI. Lucifer Calaritanus lib. 1. pro sancto Athanasio pag. 52. *Testis falsus non impunitus erit, & qui accusat iniquè, non effugiet: & tamen fuisti ausus inficiari Athanasium.* id est, falsi criminis accusare, eique injuriam inferre. *Inficiator Reginæ*, id est, accusator, apud Gregorium Turon. lib. 5. cap. 49. *Inficiatrix*, apud Hepidannum in Vita S. Vviboradæ. Apud Nonium *Inficiatores*, dicuntur *falsi criminis objectores*, ex Cicerone lib. 1. de Oratore. In Glossis Græco-Lat. ἀγνώμων, *Perfidus, Fraudulentus, Inficiator.* Vetus Interpres Juvenalis ad illud Sat. 13. v. 23.

Quæ tam festa dies, ut cesset prodere furem.

Quid tam sacrum celebratur, ut non quotidie delinquant inficiantes homines. Ubi *inficiantes* dici videntur homines pravi.

INFIDELES. Vide *Fideles*.

INFIDIA. Gloss. Græc. Lat. ἀπιςία, *Incredulitas, infidia, diffidentia, perfidia.* Ita & in Gloss. Lat. Græc.

Infidelia, ἀπιςία, in Gloss. Lat. Græc.

INFIDUCIARE. Vide *Fiducia*.

INFINALITAS. Guigo Prior Carthusiæ de Quadripertito exercitio Cellæ cap. 25. de Deo: *Nec potest ullo modo, vel pro sui puritate maculari, vel pro sua simplicitate dividi, vel pro sua immensitate comprehendi, vel pro sua infinalitate mensurari.*

INFIRMARIUS, Officium Monasticum, *Frater, cui cura infirmorum commissa est*, ait Lanfrancus in Statutis Ordinis sancti Benedicti cap. 9. de quo agunt Regula Canonicor. ex Concilio Aquisgran. cap. 142. Udalricus lib. 3. Consuet. Cluniac. & alii passim, præter Haeftenum lib. 11. Disquis. Monastic. tract. 5.

Infirmaria, Nosocomium, conclave infirmorum, in Monasteriis præsertim, vulgò *Infirmerie*: in Tradit. Fuldens. lib. 3. trad. 35. apud Matthæum Paris ann. 1252. Thomam Stubs de Actib. Pontificum Eboracens. an. 1285. Will. Thorn. an. 1128. &c. *Domus Infirmorum*, in Concilio Meldensi an. 845. can. 53. apud Petrum Venerab. lib. 1. de Mirac. cap. 19. Leonem Ost. lib. 3. cap. 49. & alibi non semel: in Vita sancti Altmanni Episcopi Pataviens. pag. 64. &c. Liber Ordinis sancti Victoris Parisiensis MS. cap. 40. *In Infirmaria tria sunt genera infirmorum. Sunt enim quidam, qui lecto prorsus decubant. Sunt alii qui de infirmitate convalescunt, & jam surgere & ambulare possunt; sed tamen pro reparatione virium adhuc in Infirmaria sunt. Sunt alii, qui hujusmodi infirmitatem non habent, & tamen in Infirmaria assiduè comedunt, & jacent, ut senes, cæci, & debiles, & hujusmodi, &c.*

Infirmitorium, eadem notione in Chronico Montis-Sereni an. 1170. 1184. apud Willelmum Thorn. an. 1312. &c.

Infirmatorium, apud Cæsarium Heisterb. lib. 1. cap. 35. lib. 9. cap. 2. & in Chronico Montis-Sereni an. 1219. pag. 124.

Infirmaria interdum est ipsum *Infirmarii* officium, ut apud Innocent. III. lib. 14. Epist. 121.

INFIRMITATES remutare. Usus veteres Cisterciensis Ordinis cap. 69. *Et fiat intervallum, ut qui voluerit se calciare, vel ad secessum ire, aut infirmitates remutare, aut manus abluere, &c.*

INFISCARE, In fiscum redigere, confiscare. Lex Alemannica tit. 25. & 26. *Res ejus infiscentur in publico.* Annales Francor. sancti Nazarii an. 786. *Possessiones verò vel agros eorum omnes infiscati esse noscuntur.* Rodericus Tolet. lib. 2. de Reb. Hispan. cap. 14. *Ecclesiarum reditus infiscavit, & privilegia earum abstulit.* Lib. 3. c. 15. *Omnia restituit, quæ Egica infiscarat.* Adde lib. 6. c. 10. lib. 7. c. 2. Joannes Diaconus Neapolit. in Chronico Episcoporum Neapolit. in sancto Joanne: *Unde Dux valde iratus dixit eundem jugulare Tiberium, & totius Episcopii servos possessionesque infiscari.* Adde Annales Francor. Bertinian an. 871. Vide *Fiscus*.

INFISTULATUS. Vide *Fistula*.

INFITEUS, *Negator rationis meæ*, ab *Inficiari*. Ita Iso Magister in Glossis. Videtur legendum *Infitens*. Glossæ Lat. Gr. *Infitentes*, ἀρνούμενοι. Vide *Inficiari*.

INFLORARE. Odo Cluniac. serm. de sancto Benedicto: *Plebs urbana, nobilibus viris conserta, Clericorum etiam honestis quasi inflorata personis, &c.* Id est, in modum campi distincta floribus.

INFOLLONICATUS. Gloss. Gr. Lat. ἄκναφος, *Rudis, Infollonicatus, Impolitus.* Sic etiam MS. qui fullonis operam non habuit.

INFORESTARE. Vide *Foresta*.

INFORMITAS, Deformitas, apud Julianum Toletanum lib. 3. Prognost. cap. 30.

INFORTES, pro *Fortes*. Cathwlphus in Epist. ad Carolum Magnum:

Hic Deus adjutor valde tibi semper adinstat,
Impia qui tulit tibi semper bella per orbem,
Obruit infortes, simul & humiles honoravit.

INFORTIARE. Vide *Fortia*.

INFORTIATUM, Pars una Digestorum Juris, quod barbari nostri Jurisconsulti in tres partes divisere, *Digestum novum*, *Infortiatum*, & *Vetus*: quæ nomina Bulgari & Azonis sæculo nata rum primùm ajunt, nomenclationis etymo, hactenus incerto, cujus quidem meminit Robertus *de Swapham*, qui vixit sub Henrico III. Rege Angliæ, in Chronico Monasterii Petroburgensis: quo loco ait, Benedictum, ejusdem Ecclesiæ Abbatem, qui mortuus est anno 1194. describi fecisse plures libros juridicos, atque in iis *Institutiones Justiniani*, (sic) *cum Authenticis & Infortiato, Digestum vetus, tres partes, cum Digesto novo, summam Placentini. totum corpus Juris in duobus voluminibus.* Apud Seldenum in Præfat. ad Angliæ Historicos, editos anno 1652. num. 8.

INFORTUNIOSUS, apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 3.

INFRA, pro *Intra*, unde Italicum *Fra*. Occurrit passim.

Infra se, vel *Intra se*, quod dicimus, *A part soi*, *en soi-mesme*. Acta sanctæ Ceciliæ Virg. & Mart. *Tunc Valerianus respiciens, cœpit intra se legere, &c.* Mox: *Cumque hoc infra se legisset, &c.*

INFRACTIO *chemini*. Charta Communiæ Meldensis an. 1179. *Si quis in chemino in alium violenter manus injecerit, & clamor inde processerit, & de hoc convictus fuerit, infracturam chemini forisfactor 7. solidis emendabit.*

Infractio atrii Ecclesiæ, pro qua solent exigi 30. libræ, ut est in Epistola Droconis Episcopi Bellovacensis ad W. Coëpiscopum.

Infractio pacis, vel ordinis, vel Christianitatis, vel legalitatis, in Leg. Henrici I. Reg. Angl. cap. 21.

Infractio urbis. Vide *Burghbrecht*.

INFRACTURA, Delictum, crimen, vel quidquid *leges infringit*, & contra eas fit. Leges Henrici I. Regis Anglic. cap. 68. *Redduntur duæ libræ pro infractura ordinis, &c.* Charta Caroli Calvi apud Doubletum in Hist. Sandonysiana pag. 788. *Itaque hanc procinctam Deo sanctoque ejus Dionysio donamus, cum omni videlicet judiciaria potestate, hoc est, bannum --- omnemque infracturam, & si qua sunt alia consuetudines Legum, ubicumque infra totam procinctam, sive in agro, sive in domibus, sive in viis publicis vel privatis evenerint, &c.*

INFRAMITTERE, Interponere. Gall. *Entremettre*, à voce *Mittere*, *Mettre*. Ratherius Veron. Episc. in Apologetico: *Ut quivis abhinc Episcoporum, si de Clericorum se inframitteret rebus, anathemate foret damnatus.*

INFRAMURANEUS, Infra seu intra muros urbis, vel castri. Gregorius Turon. lib. 7. cap. 22. *Domus verò inframuranea -- adplenè spoliata est.*

INFRANARES, Mystax, superioris labri barba. Gloss. sancti Benedicti: *Infranares*, μύσαξ. Vide Sidonium lib. 1. Epist. 2.

INFRANG. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88. *Si eum tunc cognatio sua deserat, & pro eo gildare nolit, tunc volo, ut omnis illa cognatio sit Infrang, præter solum malefactorem, si ei nec victum det, nec pacem.* Vide *Infang.*

INFRIGDARE, Refrigerare, *Rafraischir.* Alexander Jatrosoph. lib. 1. de Passionib. *Quæ infrigdare & condensare possunt, adhibeantur adjutoria.* Passim apud hunc Scriptorem. Vide *Frigdor.*

INFRONTARE SESE, Opponere se se, quasi frontem fronti opponere. Isidorus, Pacensis Episcopus, in Chronico æra 769. *Tunc Abdirraman suprafatum Eudonem Ducem insequens, dum Turocensem Ecclesiam, palatia diruendo, & Ecclesias ustulando deprædari desiderat, cum Consule Franciæ interioris Austriæ nomine Carolum, virum ab ineunte ætate belligerum, & rei militaris expertum, ab Eudone præmonitum se se infrontat, ubi dum pæne per 7. dies utrique de pugnæ conflictu excruciant, se se postremò in aciem parant, &c.*

INFRONTATIONES, Fines, limites. Charta S. Willelmi Comitis & Monachi Gellonensis, apud Mabillonium tom. 5 pag. 89. *Habet verò has collaterationes & infrontationes ab Oriente*, &c.

INFRONTATUS, Impudens, absque fronte, infrunitus. Concilium Ticinense sub Benedicto VIII. PP. in Præfat. *Filios libertant, licet non possint; filiis congerrones infrontati omnia congerunt.* Epistola Leonis Episcopi Vercellensis: *Qui peccata populi manducant, & qui eleemosynas vendunt, & infrontati ab Ecclesia thesaurum Ecclesiæ tollunt.* Enfruns dixerunt nostri, quasi *Infrontes*, aut *Infrunitos.* *Le Reclus de Moliens* in suo *Miserere MS.*

Dieu par le Prophete disant,
Contre les enfruns panetiers, &c.

Guillelmus Guiartus in Hist. Francica MS.

Phelippe renge ses batailles,
De courtoises gens & d' enfrune,
Son conduiteur à en chascune.

Idem an. 1270.

De gens courtoises & d' enfrunes.

Infrontatè, Impudenter. Fulgentius: *Catillare est per alienas domos infrontatè gyrare.*

INFRUCTUARE, Fructus, seu grana in terram mittere. *Enfruiter*, in Consuetudinibus municipalibus de *Vallançay* & de *Vastan* in Biturigibus, & Blesensi art. 130.

INFUGARE, In fugam agere, conjicere. Joan. Biclariensis: *Claudius Dux vix cum 300. viris 60. millia ferme Francorum noscitur infugasse.* Leges Kanuti Regis Angl. cap. 32. (in Sax. est 12.) *Qui forisbannitum paverit; vel ei firmationem aliquam exhibuerit, emendet Regi 5. lib. nisi se adlegiet, quòd infugatum eum nesciebat.* Capitulare Radelchisi Principis Beneventani, editum à Camillo Peregrino in Hist. Langob. cap. 16 de Servis fugacibus: *Si suspicio fuerit, ut post sacramentum pacis direxerimus eos quocunque, vel infugaverimus, & quæsiti fuerint, cui hoc crimen imminetur, de his si non fuerit ausus satisfacere, reddat eos.* Vide Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 80.

INFULA, Casula, planeta, vestis sacerdotalis. Hugo à S. Victore in Speculo Eccl. lib. 1. c. 6. *Casula, quæ alio nomine planeta, vel infula dicitur:* ubi perperam editum *Infusa.* Necrolog. Ecclesiæ Parisiensis: *Item legavit ad opus dictæ Capellaniæ unum calicem, intus & exterius deauratum, unum Missale ad usum Ecclesiæ Paris. & duas infulas, cum alba & amictu.* Necrologium Ecclesiæ Parisiensis. 8. Id. Junii: *Eodem die obiit B. M. Reginaldus Episcopus Parisiensis, oriundus de Corbolio diœcesis Parisiensis, qui dedit nobis infulam, dalmaticam, tunicam, albas radiatas, & unum baudequinum, de quo fuit facta cappa serica.* 14. Kl. Octob. *Contulit etiam ad ejusmodi Capellaniam Missale 1. calicem 1. argenteum, & 1. Psalterium, & albam paratam, & aliam sine paratura, infulam unam, & 3. mapas ad cooperiendum altare.* Necrologium Ecclesiæ Carnotensis 8. Kl. Maji de Alberto Canonico: *Xenodochio hujus Ecclesiæ totam capellam suam excepta infula contulit.* Charta an. 1247. in Hist. S. Mariæ Suession. pag. 456. *Et Presbyter Canonicus indutus infula ad preces Thesaurariæ scrinium reliquiarum --- portabit.* Statuta synodalia Alberici Episcopi Placentini an. 1298. *Nullus Presbyter seu Rector Ecclesiarum civitatis --- debeat portare infulas sub biretis.*

INFURCARE, In furcam agere, suspendere. Gloss. MSS. *Infurcare. suspendere.* Rodericus Toletan. in Hist. Arabum cap. 25. *In ripa fluminis 300. & ampliùs infurcavit.*

INFUSIDARIUM. Joannes Laudensis in Vita Petri Damiani n. 42. *Audivi eundem videlicet totidem aliquando diebus nullo refecisse cibo, nisi parco leguminis infusidario.* Id est, ut ipse Damianus loquitur Opusc. 15. *radicibus & leguminibus infusis, vel etiam elixis.*

INFUSIO, vel *Infustitus*, vel *Infunditus*, equorum morbus, qui accidit ex potatione superflua, vel ex immoderato labore. Vide Jordanum Rufum Calabrum MS. lib. 2. de Medicaminibus equorum, & Petrum de Crescentiis lib. 9. de Agricult. cap. 19.

INFUSORIUM. Will. Brito in Vocabul MS. *Infusoria dicebantur vasa, quibus oleum lucernis infundebatur.* Breviloq. *Infusorium, vas, in quo est oleum, quod ponitur in lucernis. Item infusorium dicitur, per quod projicitur ablutio calicis.* Ita etiam Auctor Mamotrecti ad Zachar. cap. 4. v. 2. *Et septem infusoria lucernis*, ubi Gr. κ̀ ἑπτὰ ἐπαρυςρίδες τοῖς λύχνοις.

INGENICULARI, Genua flectere, Britoni in Vocabul. Utitur Vitruvius lib. 9. cap. 6. Vide *Geniculum.*

Ingeniculatio, Oratio cum genuflexione emissa. Adamnanus lib. 3. de Locis SS. cap. 4. *Et egressus foras, ingeniculatione expleta*, &c.

INGENITUS, dictus quidam Burchardus, ut habet Canisius tom. 5. Antiq. lection. pag. 786. quòd ex utero matris excisus, & arvinæ porci, ubi incutesceret, inclusus fuisset.

INGENIUM, Ars, machinatio, fraus. Jo. de Janua: *Ingenium --- astutia, calliditas.* Tertullianus adversus Gnosticos: *O parricidii ingenium! ô sceleris artificium! ô argumentum crudelitatis!* Lex 6. Cod. Th. de Curiosis: *Callida machinamenta commeantium, ac simulatæ observationis ingenia & fraudes depellant.* Gregorius Turon. lib. 9. cap. 20. *Jurant --- se omnia --- absque ullo dolo vel fraudis ingenio inviolabiliter servaturos.* Utuntur Gregorius M. lib. 5. Epist. 31. lib. 10. Epist. 28. Idem Gregorius Turon. lib. 6. cap. 22. Theganus cap. 13. Lex Wisigoth. lib. 3. tit. 6. §. 2. Lex Longob. lib. 1. tit. 32. §. 4. Cap. Caroli M. lib. 2. cap. 31. lib. 7. cap. 214. Anastasius in Leone IV. Hincmarus Laudun. pag. 352. &c.

Malum ingenium, eadem notione, nostris, *Mal-engin.* Lex Salica tit. 36. §. 4. *Si quis per malum ingenium in curtam alterius miserit aliquid, quod furatum est, &c.* Capitula ad eandem Legem cap. 1. §. 4. & Cap. Caroli M. lib. 3. c. 27. *Si quis hominem in judicio injustè contra alium altercantem adjuvare per malum ingenium præsumpserit, &c.* Interrogationes ad Confessionem dandam MSS. *Interroges ei, si ipse habeat aliquid adquisitum de malo ingenio, aut de furto, aut de aliqua injusta causa.* Hinc formula familiaris, *bona fide, sine fraude & malo ingenio*, apud Will. Tyrium lib. 11. cap. 6. 10. 21. lib. 17. c. 30. lib. 19. c. 16. lib. 21. cap. 18. & alios.

Ingeniosè, Per fraudem. Chronicon sancti Vincentii de Vulturno: *Reclamavi, quòd de ipsa cella --- per pravos & iniquos homines subdolè & ingeniosè --- res subtractas esse de Monasterio, &c.* Tabular. S. Cyrici Nivern. Ch. 53. *Si*

53. *Si quis contra hanc donationem aliquid ingeniosè insurgere conaverit, &c.*

Engannum, eadem notione, quo *Ingenium*, Hispanis, *Enganno*. Gallis, *Engin*. Occitanis, *Engana*, fallere. Charta Ildephonsi Regis Arag. apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 6. cap. 5. n. 4. *Ego Rex convenio vobis Dominæ Mariæ -- totum prædictum honorem tenere & habere, & expletare securè & in pace, sine vestro engan, sicut superiùs scriptum est.* Alia ejusdem Regis lib. 6. c. 9. n. 3. *Quod vobis valeam & adjuvem vos - bona fide & sine enganno.* V. lib. 6. cap. 1. n. 2. cap. 31. n. 2. Galli dicunt, *Sans fraude & malengin.*

Engannare. Enganer, Decipere, Hispanis, *Engannar.* Pactum nuptiale inter Raymundum filium Raymundi Comitis Tolosani & Reginæ Johannæ, & Sanciam filiam Petri Reg. Aragon. Octob. 1205. *Et ipsum in Dei fide & mea recipio, quòd eum non decipiam, vel engannem, &c.*

Le Doctrinal:

Que plus i ariez mis, plus seriez enganez.

Li Lusidaires:

Ni a pas son pere trouvé,
Mult par se tient à engané,
A ses Barons en a parlé, &c.

Crebriùs dicunt *Engigner. Le Roman de Garin*:

Ne lor Segnor ne vostrent obeïr,
Sil ne le puent engigner, ô traïr.

Alibi:

Més d' une chose estes vos enginez.

Ingeniare, per ingenium ac artem quidpiam excogitare. Constantinus African. lib. 3. de Morbor. curat. c. 14. *Causam morbi ingeniemus auferre, &c.* Hinc emendandus, ni fallor, Frotharius Tullensis Epist. 20. *Interfeci in vestris forestibus lupos 211. interfeci, dico, quia me jubente & ingenuante capti fuerunt.* Legendum enim puto *ingeniante*.

Ingenium, Machina bellica, ingenio & arte adinventa, constructa. Tertullianus de Pallio c. 1. *Nam & arietem ---- nemini unquam adhuc libratum illa dicitur Carthago, studiis asperrima belli, prima omnium armasse in oscillum penduli impetus debile pecoris caput vindicantis. Cùm tamen ultimarent tempora patriæ, & aries jam Romanus in muros suos quondam auderet: stupuere illico Carthaginenses ut novum extraneum ingenium.* Ita arietem *argumentosum ingenium* vocat Miscella lib. 17. pag. 489. ubi Theophanes p. 318. τὸ τεχνούργημα. Tudebodus lib. 5. pag. 811. *Atque eum acceptum ligatis manibus & pedibus posuerunt in fundum cujusdam ingenii, quod Perrea vocatur, &c.* Albertus Aqu. lib. 1. cap. 30. *Et applicitis ingeniis, duobus in locis muros perforant.* Adde lib. 2. cap. 28. lib. 4. cap. 35. lib. 5. cap. 30. Gauterius Cancellar. de Bellis Antioch. p. 446. *Ingenia, quibus Sardonas capi posset, studiosè præparabant.* Epist. Balduini Comitis Flandr. de Expugnatione Constantinopolitana: *Duxitque fossatum, ne muris applicare possent ingenia.* Will. Brito lib. 7. Philipp.

——— Ingeniorum
Cura quibus, pontemque data est à Rege tuendi.

Rigordus an. 1190. *Petrariis suis & mangenellis, & aliis ingeniis tantum fregerat de muris civitatis, &c.* Philippus *Mouskes*:

Sour quatre ruées fist engiens,
Et de cloies & de merriens,
As pons torneis, & castiaus,
Et tumeriaus & trebukes, &c.

Chron. Petri IV. Regis Aragon. lib. 3. cap. 23. *Et fa enser ginys en Valencia --- per combatre.* Utuntur præterea Erchempertus cap. 10. Nangius in Chron. an. 1196. Levoldus Northovius in Chr. Markano an. 1278. Thvvroczius p. 16. 23. 72. 97. 153. Bromptonus, & alii.

Ingeniosi, Machinarum bellicarum confectores, vel qui iis præsunt in bellis, quos vulgò *Ingenieurs* dicimus. Plinius Junior lib. 10. Epist. 40. *Architecti tibi deesse non possunt. Nulla provincia est, quæ non peritos & ingeniosos homines habeat.* Albertinus Mussatus lib. 4. pag. 21. *Cum balistarum tormentorumque omnis generis apparatibus ingeniosos ad castri oppugnationem serò perordinat.* Qui igitur *ingeniis*, seu machinis bellicis præerant, *Ingeniarii* dicebantur. Philippus *Mouskes* in Ludovico VIII.

Quant li boins mestres Amauris
Le Sire de Engignours,
Commandere des Minours,
Et larges en mainte maniere,
Si vaillans kil portoit baniere,
S' en fust alés droit as engiens,
*Et faisoit la douler * matriens.* * dolare.

Infrà:

Quar mestre Amauri adreça,
L' engignor, le vaillant ome, &c.

Guillelmus *Guiart* an. 1306.

Li Engigneur engins dreçent.

Alibi:

Engigneurs engins chapuisent.

Le Roman de Garin MS.

Li Enguignierres, qui ont l' engin basti.

Vide Ottonem Morenam pag. 55. & ibi Notas Felicis Osii pag. 84.

Ingeniarii. Ugutio: *Arcepellones, qui vulgò dicuntur Ingeniarii.*

Ingenium, Rete aut hamus. Quoniam Attachiam. cap. 87. §. 2. *Salmunculi non capiantur, nec destruantur per retia, aut per alia ingenia ad stagna molendinorum, &c.* Vetus Charta in Probat. Hist. Sabaud. pag. 6. *Neque in tota aqua sicut ab exclusa in lacum defluit, ingenium mittat, aut piscem sine Monachorum jussu aut consensu capere audeat.* Vide *Saurarium*.

INGENUI, Liberi, quibus opponuntur servi, aut quivis obnoxiæ conditionis, in lege Salica tit. 37. 43. 44. & alibi passim. Gloss. Lat. Gr. *Ingenuus*, ἐυγενής, ἐλεύθερος, ἐπίσημος. Hi à tributis immunes erant, quod secus erat de servis. Gregorius Turon. lib. 7. cap. 15. *Multos de Francis, qui tempore Childeberti Regis Senioris ingenui fuerant, publico tributo subegit.* Erchembertus in Hist. Longob. cap. 6.

Liber & ingenuus sum natus utroque parente:
Semper ero liber, credo, tuente Deo.

In Capitulari Caroli Magni pro partibus Saxoniæ, triplex hominum conditio statuitur, *Nobilium*, seu qui de nobili genere sunt, *Ingenuorum*, & *Litorum*. Unde patet, hoc loco *Ingenuos* pro iis, quos *Liberos* vocabant, usurpari, ut in voce *Liber* observamus: aliàs *Ingenui* dicti, qui, ex servitute manumissi, libertatem consequebantur. Hinc *ingenuus fieri* dicitur, qui in libertatem asseritur, apud Gregorium Turon. lib. 8. c. 41.

Ingenuitas, Ingenui status. Charta Carlomanni Regis an. 881. *Et congruum obsequium sicut homines ingenui, exinde eidem Monasterio exhibeant, ne eorum ingenuitas vel nobilitas vilescat. Ingenua nobilitas*, in Chronico Reicherspergensi an. 1084.

Ingenuitas, Nobilitas, titulus honorarius, concessus Reginæ Angliæ à Gregorio VII. PP. libro 7. Epistola 26.

Ingenuitas, Libertas servo data per manumissionem. Synodus Aurelian. II. can. 9. *Si de servis Ecclesiæ libertos fecerit Episcopus, in ingenuitate permaneant.* Primum testamentum Widradi Abbatis Flaviniacensis: *Exceptis ingenuitatibus, quas pro anima nostræ remedio fecimus, aut adhuc facere volumus, &c.* Infrà: *Similiter & illas cessiones, quas ad libertos nostros Ghisberto & Gimberto Clericos, ad eorum ingenuitates confirmandas --- fecimus, &c.* Flodoardus lib. 2. Histor. Rem. c. 4. *Familiæ suæ partem maximam ingenuitate donavit*: aliis verbis

 Hari-

Hatulphus lib. 1. cap. 13. *Omnes ubique ad se pertinentes libertate propria perdonavit.*

Charta Ingenuitatis, qua servus in libertatem asseritur: *Ingenuitas Charta*, pro *Charta Ingenuitatis*, in Capitulari 3. Caroli M. an. 803. edit. Baluzianæ. *Chartula libertatis*, apud Paulum Diaconum Emeritensem in Vita sancti Masonæ Episcopi Emeritensis cap. 17. Qui enim servo libertatem conferebat, conficiebat chartam, qua ingenuum illum fore in posterum pronuntiabat, ita ut deinceps, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset procreatus, vitam duceret ingenuam, & nemini servitium exhiberet: datâ præterea facultate, si ita luberet, ad ingenuitatem suam tuendam, defensionem Ecclesiæ vel cujuscunque alterius personæ, eligendi & expetendi absque ullo libertatis præjudicio. Capitularia Caroli Magni lib. 3. cap. 28. *Si quis per chartam ingenuitatis à domino suo legitimo libertatem est consecutus, liber permaneat.* (Eadem verba habentur in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 89.) & c. 43. *Si quis per chartam ingenuus dimissus fuerit, & à quolibet homine ad servitium interpellatus fuerit, &c.* Theodulfus in Parænesi ad Judices v. 205.

Pars numerosa subest populi, matrum atque virorum,
Infantum, juvenum, seu ab utroque simul;
Quos pater & genitrix sub libertatis honore
Liquere, ex illo libera turba manent,
Quorum si chartas vitiem, vase ille vetusto,
His ego, tu donis mox potiere meis.

Harum *Ingenuitatum* Chartulas, seu Formulas, plures proferunt Marculfus lib. 2. for. 32. 33. 34. Formulæ vett. Bignonii cap. 8. 13. Formulæ secundùm Legem Roman. cap. 12. Chartæ Parentales cap. 1. Willelmus Heda in Bernulpho Ultrajectensi Episcopo 20. Beslius in Comitibus Pictav. p. 471. &c. Ejusmodi etiam est, quam hic damus ex Tabulario sancti Vitoni Virdunensis: *Qui famulum, vel famulam suam à jugo servitutis absolvit, procul dubio mercedem recipiet ab eo, qui dixit: Dimitte, & dimittetur, date, & dabitur vobis. Quapropter ego Hermanteus pro remedio animæ meæ in Dei nomine dimitto ingenuam famulam meam, nomine Hildeburgem, ut hinc deinceps ingenua sit, ingenuaque permaneat, tuitionemque sancti Dei Confessoris Vitoni Virdunensis Ecclesia habeat: & annis singulis in festivitate ejusdem sancti Dei Confessoris Vitoni, ad altare ipsius unam denariatam de cera exsolvat, ejusque mundiburdo defensata, firmissimam in omnibus ac securam obtineat libertatem & ingenuitatem per hanc ingenuitatis chartulam. Si quis verò, quod futurum esse non credo, si ipse ego, aut unus de hæredibus, cohæredibusque meis, seu qualibet ulla opposita persona, quæ contra hanc ingenuitatis chartulam adire, aut eam infringere vel immutare voluerit, cui litem intulerit, cogatur exsolvere auri libram unam, argenti pondera v. multam sustineat; & insuper, quod repetit, evendicare non valeat. Et ut hæc chartula ingenuitatis firmiorem in omnibus obtineat vigorem, manu propria eam signavi, & qui subscriberent vel signarent in præsenti rogavi, stipulatione subnixa. Actum sub die Kal. Maii anno VI. regnante Othone Rege, filio Henrici Regis. S. Herment. &c. Sarovardus indignus Cancellarius scripsit & subscripsit.* Hisce addo, quæ habet Charta Ludovici Pii Imp. edita à Petro Chiffletio ex Tabular. Eccles. Bisuntinæ: *Modus autem absolutionis & manumissionis illius talis esse debet: Scribatur libellus perfectæ & absolutæ ingenuitatis, more, quo hactenus hujusmodi libelli scribi solent, Civem Romanum liberæ potestatis continens, &c.*

Ingenuitas, Prædium liberum, *mansus ingenuilis*, in Annalib. Bertinian. Francor. an. 866. Iidem Annales an. 777. *Et secundùm morem illorum omnem ingenuitatem & alodum manibus dulgtum fecerunt, si ampliùs mutassent secundùm malam consuetudinem eorum, nisi conservassent in omnibus christianitatem, &c.* Charta fundationis Monasterii sancti Petri Generensis apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn. cap. 15. *Dedi enim ob hoc Raimundo Guilhermi de Benaco 4. suæ electionis equos, & meam loricam, cum ingenuitate totius Benacensis honoris, qui mihi erat servitialis, &c.* Mox: *Cum ingenuitate Basi & totius honoris ad eum pertinentis.* Vide *Mansus ingenuilis.*

Ingenuitas, Immunitas, Securitas. Tabularium Conchensis Abb. in Ruthenis ch. 503. an. 1180. *Hanc chartam donationis laudò & confirmo, & quidquid deinceps ab aliquo in terra mea ad ipsam beatæ Fidis salvetatem datum fuerit, ingenuè concedo, dans securitatem semper & ingenuitatem per totam terram meam, &c.*

Ingenuare, Manumittere, *Ingenuum facere.* Charta Hispanica æræ 1082. apud Antonium de Yepez in Chronico Ordinis sancti Benedicti to. 6. *Et cum servis istis --- foris illo majore, quem ingenuamus.* Capitulare Caroli Magni an. 808. *De his, qui fraudulenter se ingenuare volunt, &c.* Vide *Ingenium.*

Ingenuilis. Vide *Mansus.*

INGRANATES, *Rosa*, quæ pomi granati colorem refert, unde vocis *Incarnat*, apud nos etymon. Occurrit apud Michaëlem Scotum de Physionomia cap. 46. Locum vide in *Morellum.*

INGRANATUM *bladum.* Vide *Treumia.*

INGRANDINARE. Vide *Grandes.*

INGRATES. Vide *Taurus.*

INGRATINARE, Unguibus cutem carpere, *Egratigner*, Statutum an. 1204. apud Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 230. *Et quòd aliquis vel aliqua non ingratinent se in facie cum unguibus, nec capillos dilanient cum manibus &c.*

INGRAVARE. Vide *Cravatio.*

INGREDICIUM, Ingressus. Vetus Charta ex Tabular. sancti Benigni Divion. apud Gerardum pag. 162. *Terris arabilibus, cultis & incultis, silvis, ingrediciis, aquis, aquarum decursibus, &c.*

INGREMIARE, *Accipere, vel in gremium mittere.* Ugutio.

INGRESSA. Vide *Introitus.*

INGRESSITUDO. Charta Johannis Episcopi Cumani an. 1141. apud Ughellum to. 6. Italiæ sacr. p. 269. *Nobis reddatis --- in secundo die Lunæ sacræ Quadragesimæ cœnam unam ---- sine omnium ingressitudine.*

INGRESSUS, Vox Fori, Anglis *Entre*, seu *Entrée*, quæ usurpatur de eo, qui personaliter, vel per alium ejus mandato terram vel tenementum ingreditur, id est, ejus possessionem invadit. Contra hunc datur *Breve*, quod dicitur *de ingressu.* Rastallus.

INGROSSATORES, Covvello lib. 4. tit. 28. §. ult. & Jurisconsultis Anglis, sunt monopolæ, qui ad annonam cariùs vendendam, quantum possunt, in suas manus congerunt: Gallis; *qui achetent en gros.*

Ingrossatores etiam dicti, qui instrumenta forensia & contractus in membranis majori charactere exarant ac redigunt: *Grossoieurs.* Unde, inquit Spelmannus, ævo Henrici VI. *Ingrossator magnæ rotulæ* appellatus fuit, qui hodie *Clericus Pipæ* est: & duplex *Ingrossator*, qui nunc *Pipæ Contrarotulator.*

INGUISSATUS. Glossæ veteres pag. 124. *Inguissatus*, τεθραυσμένος. Aliud videtur ab *inquassatus.* Gloss. Græco-Lat. Ἄθραυστος, *Inquassatus*, *infractus.* Alibi: Ἄσειστος, *Inquassatus.* Ἀσύντριπτος, *Inquassatus.* Vide Meursium in ἴσωσπτος.

INHABILIS. Libellus precum Marcellini & Faustini p. 29. *Maximus quoque de Neapoli Campaniæ, quod esset inhabili stomacho, & corpore delicatiori, &c.*

INHÆREDITARE. S. Valerianus Cemeliensis Homil. 4. *Ita hæreditatem, cui solet unus inhæreditare, frequenter videmus multos numero accrescente sufficere.*

INHERBARE. Vide *Herba.*

INHERMUS. Vide *Eremus.*

INHIBITOR, *Bedellus, qui & Angarius dicitur & exactor, quia nimis petendo & injustè auferendo inhibet homines: vel qui inhibet lites inter eos. Unde Josephus lib. 20.*

Jussit

Jussit violentiarum inhibitor, ut ad Imperatorem pergerent. Hæc Ugutio. Gloss. vet. Barthii lib. 28. Advers. cap. Inhibitores, exactores.

INHONESTARE, Ugutioni, *Valde honestare, vel potiùs diffamare, vituperare, ab honestate removere.* Posteriori notione usurpat Ovidius 4. Trist. ut & Alanus in Planctu Naturæ: *Vides enim qualiter homines originalis naturæ honestatem bestialibus illecebris inhonestent, &c.*

INHONESTAS, Dedecus, ἀτιμία. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccles. pag. 47. *Hos cum inhonestate dimisit.* Theophanes, ἀτίμως. Utitur Tertullianus.

Inhonestitas, ἀσχημοσύνη, in Gloss. Gr. Lat.

INHONORARE, idem quod *Dehonorare*, probro afficere, infamiæ notam infligere, ἀτιμάζειν. Decretum Tassilonis §. 17. *Et si quis signum, quod est sigillum, inhonoraverit, vel hujusce modi intimata minimè impleverit, &c.* Fulbertus Epist. 99. *Contemnis Deum, Sanctos inhonoras, res Ecclesiæ invadis & aufers.* Adde Epist. 126. Innocentius III. PP. apud Catellum in Histor. Comit. Tolos. pag. 30. *Quamvis justè derogari valeat famæ tuæ, tibique adscribi vitium ingratitudinis in peccatum, si eum forsitan inhonoras, qui te studuit honorare.* Utitur etiam Anastasius Bibl. in Hist. Eccl. p. 169. præter Latinos Scriptores aliquot.

Inhonoratio, Probrum, ignominia, in Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 13. 16. Concil. Dusiacense I. cap. 4. *Et obtinuit talem epistolam in meam contrarietatem & inhonorationem.*

INHONORIFICARE, in lege Aleman. tit. 5. §. 1. idem quod *Inhonorare.*

INHORMIS, pro *Innormis*, non semel apud Eddium Stephanum in Vita S. Wilfridi cap. 18. 22.

INHUMANATIO, Christi *Incarnatio*, in Hist. Miscell. ἐνανθρώπησις. Facundus Hermianensis lib. 9. cap. 3. de Theodoro: *Quis enim eum audiens condidisse libros de Incarnatione, aut, ut propriè hoc exprimam, minùs quidem Latino; sed necessario verbo, sicut à Græcis dicitur, de inhumanatione Filii Dei, duos eum putet filios Dei prædicasse? Nam qualiter Filium Dei, id est, Deum Verbum, non hominem quoque diceret inhumanatum?* Flavianus Episcopus Constantinopolitanus, apud Liberatum Diaconum cap. 11. *Ex duabus itaque naturis confitentes Christum post Incarnationem ex sancta Virgine & inhumanatum, in una substantia, & in una persona &c.* Vide Notas in Sirmondi Notis ad Facundum.

INHUMANICARE, In Glossis MSS. apud Barthium lib. 28. Advers. cap. 29. & Vossium exponitur *vim inferre*: credo rescribendum *Inhumanitare*, ab *Inhumanitas*, quasi inhumanè agere. Gloss. Gr. Lat. ἀφιλανθρωπία, *Inhumanitas, Inclementia.*

INJECTA. Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 51. de Judicibus: *Et si à litigantibus aut impetrantibus esculenta & poculenta, seu injectas, aut deductionem recepisse, vel promissiones de eis admisisse probentur, spoliati honoris cingulo, --- quadruplum curiæ nostræ componant.*

INJECTIO, apud Julianum Antecessorem Nov. 124. cap. 8. in Græca edit. ἐπιβολὴ, qua voce usum Procopium in Hist. arcana, observatum jam olim à Pithœo: de cujus origine multa congessit Nicolaus Alamannus pag. 100. 1. edit. Impositio scilicet facta & inventa à Justiniano, quam pro iis, qui, peste vel fame tunc grassante, perierant, exsolvere tenebantur superstites.

INIMICABILITER, *Hostiliter* Epist. 17. ex Tegernsensib. *Dominus Dieno Comes inimicabiliter persequitur nos.*

INIMICARI, Inimicus fieri. Wippo de Vita Chunradi Salici pag. 434. *Fridericus Dux Lotharingorum --- Imperatori inimicando morte propria præventus est.* Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 244. *Insuper prohibuit sub anathemate, ne fratribus ipsis pro hac causa inimicarer.* Adde pag. 261. Occurrit apud alios.

INIMICITIAS propinquorum occisi pati, in lege Saxon. tit. 2. §. 4. Conventus Ticinensis an. 850. cap. 3. *Nulla is, qui eum occidit damnatione mulctetur, neque ullas inimicitias à parentibus, aut ullam persecutionem ab ullo ejus amico vel propinquo sustineat.* Vide *Faida.*

INIMICUS, Diabolus, hostis generis humani. Arnobius Junior in Psalmum 78. *Tunc efficimur in derisu omnibus dæmoniis, qui ideo vicini nostri & inimici dicuntur, quia nec uno quidem puncto ab inimicitiis juxta nos positi non recedunt.* Ita appellatur passim à Patribus, à Rabano lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 55. Jona in Vita sancti Eustasii Abb. Luxov. n. 11. Simeone Dunelm. lib. 2. de Dunelmensi Eccl. cap. 7. &c. Epitaphium Bertæ Comitissæ, Marchionis Adalberti uxoris, in Eccl. Lucensi:

Permansit felix, seclo dum vixit in isto,
Non inimicus eam vincere prævaluit.

Vide Didymum Alexandrinum contra Manichæos pag. 24.

INIQUUS, Diabolus. Commodianus instruct. 62.

Vicimus iniquum, quo manente vincere nolunt.

Epitaphium Longobardicum in Monasterio sancti Petri Beneventano:

Suscepit velum sacrum, quo vicit iniquum,
Nam victrix donis utitur æthereis.

Vide *Malus.*

Iniquus morbus, Sacer ignis, erpeta. Historia Translationis sancti Guthlaci n. 6. *Erat enim morbus, quem dicunt homines iniquum, ex re nomen vindicans, quia nec humanus, nec ab hominibus curari consuevit.*

INICIAMENTUM, *Arcanum*, μυσήριον, in Gloss. Gr. Lat. Infrà: μυσηριασμὸς, *Initiatio.*

INITIARE, Incipere. Vita MS. sancti Arnulphi Episc. Turon. *Cùmque quadam vice, Domine labia mea aperies, initiaret, &c.* Gloss. Gr. Lat. ἄρχομαι, *cœpio, initio, inchoo, &c.* Anastasius Bibl. in Pelagio PP. *Eodem tempore initiata est basilica Apostolorum Philippi & Jacobi, quæ, dum initiaretur fabricari, mortuus est.* Idem in Hadriano pag. 110. *Basilicæ itaque Apostolorum in via lata porticus in circuitu renovavit, quas antea initiaverat ejus prædecessor domnus Paulus Papa, & non expleverat.* Glossæ MSS. ad Canones Concil. *Fundere, initiare.* Nostris, *Fonder un Monastere*, vel *fundum* dare, vel *fundamenta* jacere. *Initiare litem*, in leg. 11. Cod. Qui dare tut. vel curat. possunt. Chronicon Montis-Sereni an. 1192. *Ut petenti vinum daret præcepit. Quo respondente se vinum non habere, nisi uno vase, quòd nondum esset initiatum, ille nihilominus ut daret, cum instantiâ præcepit.* Vide an. 1213. Vitam S. Henrici Imper. c. 7. & Vitam S. Adalberti Episc. Pragensis n. 25. Ado Viennensis in Chron. de Carolo M. *Orandi gratiâ Romam post aliquot annos ingressus, ab Adriano Pontifice filius ejus Pippinus ex sacro fonte excipitur, atque duo filii ejus Reges initiati sunt.* Vide Eghinardi Annales an. 781. Diurnum Romanum p. 43. S. Columbanum instruct. 1. 2. &c.

Initiare messes alterius malis artibus, in Lege Bajuvar. tit. 12. §. 8. Capitula ad legem Alemannor. cap. 28. *Si quis messem alienam inchoat... sol. componat. --- de initiata messe priserit, 3. sol. solvat.*

INITIARIUM. Glossæ Isid. *Spargana, Initiarium, infantia.*

INJURIARE, Convitiari, injuriam inferre. Nostris, *Injurier.* Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 58. *Cœpit Monachos deturpando injuriare, multis & variis opprobriis dehonestare.* Utitur etiam Cæsarius Heisterb. lib. 6 cap. 5.

INJURIETAS. Utitur Lactantius lib. de Mortib. persec. n. 23.

INJUSTITIUM, ἀδικία, in vett. Gloss. pag. 324.

INLAGARE, Legi restituere, exlegem legis patrocinio

cinio restituere, cui opponitur *utlagare*, & *exlagare*, extra legem ponere, *bannire*. Annales Waverlienses à Spelmanno laudati an. 1074. *Edgarus puer veniens ad eum à Scotia, & Rex eum inlagavit, & omnes homines suos.* Bracton. lib. 3. Tr. 2. cap. 14. §. 1. *Quis quis fuerit utlagatus ---- non erit ei tutum quod compareat, antequam fuerit de gratia principis inlagatus, Rex enim poterit de gratia sua inlegare, & recipere eum ad pacem suam, extra quam priùs positus fuit, & reponere eum in legem.* Et §. 13. *Si fuerit inlagatus & ad pacem Domini Regis restitutus.* Vide ibi plura de *inlagatis*, & §§. seqq. & cap. 11. n. 5. & in Fleta lib. 1. cap. 28. §. 7. 14. V. *Laga.*

Inlagaria, idem quod *Inlagatio*, actus *inlagandi*, apud eundum Bractonum lib. 3. Tr. 2. cap. 14. §. 13. 14. &c.

INLAND, *Inlanda*, *Inlandum*, Terra dominica, ex Saxon. inland, i. *Terra interior*, ad discrimen terræ, quæ colonis & tenentibus concedebatur, quæ utland dicitur, i. *Terra exterior*, hodie *Tenementalis*. Chirographus Withlafii Regis Merciorum an. 833. apud Ingulfum: 4. *Bovatas terræ de inlando, & 10. bovatas in servitio.* Domesdei: *Robertus tenet de Episcopo de inland 2. hidas.* Charta Patricii Comitis Sarisberiensis to. 2. Monastici Angl. pag. 207. *Apud Eston Ecclesiam ejusdem villæ cum omnibus ad ipsam pertinentibus, & 50. acras, quas Willelmus de Estona præfatæ Ecclesiæ de Bradenstok dedit de inlanda sua, consensu Osberti filii sui, cum tribus mansuris, &c.* Charta alia apud Somnerum in tractatu de Gavelkind pag. 190. *Pro se & omnibus aliis tenentibus de inland, &c.*

INLATIO, in Missali Mosorabico, dicitur *Præfatio* in Missa, fortè ob *donorum inlationem*, seu hostiæ oblationem: προσκομιδὴ Græcis.

INLAUGHE, Inlagatus, qui *sub lege est, scilicet in franco plegio, sive decenna*, inquit Bracton. lib. 3. Tr. 2. cap. 10. §. 5. cui opponitur *Laughelesman*, qui extra legem est, seu *exlex*. Vide Inlagare.

INLEGIARE, eadem notione ac *Inlagare*. Leges Kanuti Regis §. 2. *Et per hoc se inlegiet ad emendandum.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11. *Sunt alia quædam placita Christianitatis, in quibus Rex partem habet hoc modo. Si Rex patiatur, ut qui in Ecclesia fecerit homicidium, ad emendationem veniat, primo Episcopo & Regi pretium nativitatis suæ reddat, & ita se inlegiat, deinde componat de pace Ecclesiæ 5. lib. &c.* & cap. 53. *Nullus à domino suo implegiatus vel inlegiatus, vel injustè dissaisiatus ab eodem implacitetur ante legitimam restitutionem.* Nostris verò *enlegier*, fuit in legem, seu in jus quempiam mittere. *Le Roman de Garin MS.*

Et a dit Buë, Vous i avez menti,
Com felon traitor anemis,
Conques me freres sa parole mesdist,
Com traitor vos enliege deci,
Eins qui soit vespres ne soluel à declin,
Vos en ferai l'ame del cors partir.

Illegiatus, in iisdem Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 5.

INLEVITAS, pro *Ponderositas*, seu *gravitas*, occurrit apud Paulum Berndriedensem in Vita B. Herlucæ Virg n. 50.

INLEX ἄνομος, in Gloss. Gr. Lat.

INLICITATIO. Decretum Episcoporum ad S. Radegundis Epistolam an. 567. *Et ideo si (quod avertat Deus,) aliqua insana mentis inlicitatione succensa, ad tanti opprobrii maculam præcipitare suam voluerit disciplinam, gloriam, & coronam, ut, &c.*

INLICITER, Contra fas ac jus; in Codice Carolino Epist. 74.

INLIGARE. Gregorius lib. 9. cap. 20. *Inter præfatos Reges pura & simplex est in Dei nomine concordia inligata*, i. pacto firmata, sacramento sancita & ligata.

INLOQUIUM, pro *Alloquium*. Gesta Episcoporum Turon. an. 912. *Dulcibus legatorum linitus inloquiis.*

INLUMINARE. Gloss. Lat. MS. Regium. *Afflata, Inspirata, Inluminata.*

INMAGISTRATUS, *In honore positus*, in Glossario MS. Reg. cod. 1013.

INNAMUM, pro *namum*, *namium*, pignus. Charta exarata sub Henrico III. Rege Angl. apud Spelman. *Innama non capiantur nisi per communem assensum.* Vide *Namium.*

INNATURALITAS, quasi *Naturæ ac civilitatis* defectus. Henr. de Knygthon in Edvv. III pag. 2572. *Et ibidem Imperator coram omni populo congregato, ostendit & notificavit omnibus innaturalitatem, & inobedientiam, ac improbitatem, quam Rex Franciæ ei fecerat, & ibidem Regem Franciæ diffidabat, &c.*

INNATUS, Proprius, Genuinus. Gloss. Lat. Gr. *Innatus*, ἐπιγεννηθείς. *Innatus servus, id est, vernaculus*, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 9. 42. 58. lib. 3. art. 32. §. 2. qui aliis *nativus* & *originarius* appellatur. *Innatum idioma* lib. 3. art. 71. §. 1. *Innati ministeriales*, in Wichbild. Magdeburg. art. 13. & in Jure feudali Saxonum c. 32. art. 2. *Innata hæreditas*, in Wichbild. art. 63.

INNIHILARI, pro *Annihilari*, ad nihilum reduci. Epitaphium apud Metellum in Quirinalibus:

Vivus pollebam faciens quæcunque volebam,
Innihilor sub humo; sic erit omnis homo.

INNOCENS, stolidus, rusticus, quomodo vulgò *Innocent* dicimus. S. Hieronymus in Apologia ad Pammachium cap. 4. de S. Paulo: *Videbitis eum in testimoniis, quæ sumit de veteri Testamento, quàm artifex, quàm prudens, quàm dissimulator sit ejus, quod agat. Videntur quidem verba simplicia, & quasi innocentis hominis ac rusticani, qui nec facere, nec declinare novit insidias; sed quocunque respexeris, fulmina sunt, &c.* Idem lib. 2. in Ruffinum cap. 1. *Verùm hæc possunt quasi simplicis hominis excusari, & cum eruditos non subterfugiant, apud indoctos præferre innocentiæ similitudinem.*

INNONIA, Clausum, *Inclausura*, fundus sepimento conclusus: à Saxon. innan, *Intus*: unde viscera & interanea innoð dicta. Charta vetus apud Spelm. *Sciatis, me concessisse --- totum illud messuagium in Barton Bendich --- & unum croftum, & duas innonias aut inclausuras, vocatas inholmes, eidem messuagio adjacentes.*

INNORMARE, Ad *normam* reducere. Aimalarius lib. 4. cap. 4?. apud Mabillonium to. 2. Analect. *Itemque regulæ ejusdem æmulatores innormans ad nutum Apostolicum, &c.* Chronicon Maurimacense lib. 3. *Abbate, qui illis praeerat, ab ipsis deposito, transtulerunt domnum Macarium ad illius statum juxta Cluniaci consuetudinem viriliter innormandum.* Tabularium sancti Petri Carnotensis: *Post obitum clarissimi Regenfridi Præsulis, qui hunc locum in sancta religione studuit innormare, &c.* Charta Raimbaldi Archiep. Arelatensis in Tabul. ejusdem Eccl. *Primordium religionis propemodum uno ab hoc fonte Apostoli Trophimi patris nostri cùm reperirent totam irrigasse Galliam, in antiquariis, non modica gravabar mentis inquietudine, utpote qui nullum videbam ad præfatum fontem innormandum accedere, &c.*

INNORMIS & *Inormis*, Enormis, immensus, *sine norma.* Vetus edictum apud Gruterum 647. 7. *Interdicentes, ne inormia illa indebitaque præstentur.* Facundus Hermianensis lib. 6. cap. 5. *Legat innormem librum, non solùm contumeliis; sed ipsa quoque repetita contumeliarum recapitulatione nimis horribilem, &c.* Althelmus de Laude virginum:

Et facinus scelerum superans explodat inorme.

Occurrit præterea c. 17. 33. Versus in Adelelmum in libro Epistolarum sancti Bonifacii Moguntini, Ep. 9. Ele-

Elementa inormia,
Atque facta informia,
Quassantur sub atherea
Convexa cæli camera.

Volumen inorme, in Vita sancti Licinii Episcopi Andegav. n. 3. *Enorme* n. 32. Adde Vitam sancti Vunebaldi Abbatis Heidenhemensis cap. 3. & Epistolam Honorii III. PP. apud Ughellum to. 1. Italiæ sac. pag. 818.

Inormitas. Arnobius Junior in conflictu cum Serapione lib. 1. *Si ergo mille lapides pretiosi uno diei lumine inormitatem sui splendoris ostendunt, &c.* Ita Cod. MS. pro quo, *ornatum* perperam restituit Editor. Gregorius Turon. in Vita S. Aridii: *Innormitas erupit pluviæ.* Occurrit etiam in leg. 30. Cod. Th. de Cursu publ.

Inormiter. Versus in Adelelmum:

Tam sanctorum reliquias
Nonnullorum eximias
Advehebant inormiter.

Ibidem:

Quæque fari sublimiter
Odis hujus inormiter,
Surgens nempe prolixitas
Refragat atque vastitas.

Innormiter, apud Eddium Stephanum in Vita S. Wilfridi cap. 30.

INNOTESCERE, Significare, notum facere, notione activa. Sanctus Augustinus Epist. 109. *Ne fortè possit secretiùs correpta innotescere cæteris.* Agobardus de Insolentia Judæor. *Innotescens vobis, quæ tacere perniciosum est.* Utitur & in Epist. de Baptismo Judæor. mancip. Vita sancti Sulpitii Pii Episc. Bituric. n. 4. *Pontificem adduxit, & innotuit causam.* Vita sancti Deicoli n. 45. *Imperatorem adiit, &, de quo agebatur, innotuit.* Theophanes: δι᾽ ἧς ἐδήλωσε τὴν ἐκβολὴν, Anastas. *Per quam innotuit ejectionem Arrii.* Utuntur passim Scriptores: Liberatus Diacon. cap. 11. Isidorus Hispal. in Epist. ad Massonum Episcop. Marculfus lib. 1. form. 36. & alii.

INNOVATURA, Innovatio census, tributi. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 30. *Childebertus verò Rex descriptores in Pictavos -- jussit abire, ut -- scilicet populus censum, quem tempore patris reddiderat, facta ratione innovaturæ, reddere deberet.*

INNOXIARE, Innocentem reddere, noxa & culpa liberare, purgare. Leges Ethelredi cap. 10. apud Bromptonum: *Si quis furem innoxiare velit, unum dretum in vadio ponat, --- & adeat triplex ordalium.*

Innoxare in Legibus Henrici cap. 92. *Si parentes non habeat, qui eum innoxare velint.* At cap. 64. *Innoxiare* habetur.

INNUBÆ, ἄγαμοι, Virgines Deo dicatæ. Charta Caroli M. apud Brovverum lib. 3. Antiq. Fuld. c. 16. *Ipsaque non multò post tempus ad innubas in loco Biscofesheim se contulit: quem locum B. Lieba quondam bene & religiosè rexerat.* S. Hieronymus lib. 1. adversus Jovinianum cap. 7. *Non omnis innupta & virgo est, quanquam ob elegantiam dictionis potuerit (S. Paulus) id ipsum altero verbo repetere, Mulier innupta & virgo, vel certè definire voluisse, quid esset innupta, id est, virgo: ne & meretrices putemus innuptas, nulli certo matrimonio copulatas.*

INNUPTUS ἄγαμος, in Gloss. Lat. Gr. Gloss. Gr. Lat. ἄγαμος ἀνὴρ, *Calebs.* Occurrit in Capitularibus Caroli M. lib. 6. c. 206.

INNUMEROSITAS, Multitudo innumera: occurrit in Præfat. ad Synodos Hibern.

INOFFICIARE. Vide *Officiare.*

INOLA, *Corrigia libri.* Papias.

INOLEARE. Oleo, seu charismate perfundere. Ordo ad ordinandam Reginam ex Pontificali MS. Ecclesiæ Senonensis: *Tunc inoleato capite illius ab Archiepiscopo, dicat iisdem Pontifex, In nomine ---- prosit tibi hæc unctio olei in honorem & confirmationem æternam.* Sic etiam nostri dicunt *Enhuiler*, pro Extremam unctionem conferre.

INOLETIVUS. In Hodœporico Willibaldi n. 8. Richardus pater, rogatus à filio Willibaldo, ut peregrinationem transmarinam susciperet, excusat *conjugis & liberorum inoletivorum parvitatem & fragilitatem, illos orbare, & alienis relinquere inhonestum & crudele esse.* Ubi Gretzerus, hunc locum laudans, ait, *inoletivos liberos* esse, quos Germani *Unerzogne kinder vocant.*

INOPERARE, Operam locare, facere. Tabularium S. Remigii Remensis: *In tertio anno faciunt caplim dies 15. ipsum carrucant, & inoperant.*

INOPERATIO, ponitur inter legitimas excusationes, quò minùs appellatus juri stet, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 61. *Causæ, quæ ad excusationem sufficiunt, & quaslibet impugnationum decertationes evertunt, hoc est, vel infirmitatis, vel domini necessitatis, vel contramandationis, vel Regis implacitationis, vel inoperationis causa, &c.* Suprà: *Si quis fortè causam habeat contra dominum suum, remanere * post infirmitatis, vel legis inoperationis, vel implacitationis excessibus.* His autem *legis inoperationis* vocabulis intelliguntur dies ἄπρακτοι, in quibus judicia omnia & placita cessant, à *lege* definiti & inducti, de quibus est caput 62. in iisdem Legibus.

Nemus inoperatum. Eædem Leges cap. 45. *Et de nemore inoperato per tilham nemo respondeat, nisi sit ibi captus, vel sit homo ejus, cujus est nemus.*

INOPINABILIS. Aurelius Victor Schotti in Diocletiano: *Quæ res post memoriam humanam nova atque inopinabilis fuit.* Id est, contra receptam hominum opinionem.

INOPINARI, Ignorare. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 32. *Leudastes usque ad plateam est provectus, inopinans, quid ei accideret.* Vide Gloss. Cod. Th.

INOPPIDATUS. Gloss. Lat. Gr. *Inoppidata*, ἀοίκητα, ἀλίμενα. Sidonius lib. 5. Epist. 14. *Quos singulos sparsos inoppidatos, nunc inauditis indictionum generibus exhaurit &c.*

INORDINATUS mori dicitur, qui non facto testamento decedit, *sans avoir donné ordre à ses affaires*: ἀσύντακτος, in Vita sanctæ Eusebiæ Virg. cap. 3. num. 12. Lex Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 14. *Si inordinatus moriens filios legitimos non reliquerit.* Will. Tyrius lib. 12. cap. 25. *Ubi Veneticus ordinatus vel inordinatus, quod nos sine lingua dicimus, obierit.* Ubi *mori sine lingua*, nihil aliud est, quàm *mori sine fabula* in lege Wisigoth. sive Foris Hispanicis lib. 3. tit. 1. §. 6. lib. 5. tit. 2. § 4 *Morir sen fabla*, tabulis testamenti non confectis: *Propter imbecillitatem non potens, vel nolens loqui*, ut loquitur Matthæus Westmon. an. 1246. Adde Concilium Toletanum IX. can. 4. Vide *Fabula*, *Indispositus*, & *Intestatus.*

INORMIS. Vide *Innormis.*

INPALAM, pro *Palam*, nudè. Ratbodus Episcop. Noviomensis in Vita sanctæ Godebertæ n. 5. *Ejus inpalam --- non dedignatus est clarificare devotionem.*

INPENY & *Outpeny*, Denarius, qui pro introitu in possessionem prædii domino solvitur: ex Saxon. in, *intro*, *in*, *intus*, & penỿ, denarius. Regestum Beatæ Mariæ de Cokesford. pag. 25. apud Spelmannum: *De Inpeny & Outpeny, consuetudo talis est in villa de Easth Rudham, de omnibus terris, quæ infra burgagium tenentur, videlicet, --- quòd ipse, qui vendiderit, vel dederit dictam tenuram alicui, dabit pro exitu suo de eadem tenura unum denarium pro ingressu suo: & quòd Ballivus domini erit ad deliberationem cujusque saisinæ deliberandæ. Et si prædicti denarii à retro fuerint, Ballivus domini distringet pro eisdem denariis in eadem tenura.* De hoc item in Curia ibidem habita circa festum Epiphaniæ an. 12. Ricardi II.

INPORTABILIS, ἀφόρητος, in Gloss. Gr. Lat.

INPOST, εἰς τὸ ἐπιὸν, in Gloss. Gr. Lat. MS. Editum habet *in posterum.*

INPOSTMODUM, deinceps, in posterum. Capitul. 1. an. 809. cap. 30. *Et si aliquid in postmodum, postquam ei vita concessa est, cum justitia acquirere poterit*, &c. Adde Capitul. 2. ejusdem anni cap. 1. & lib. 3. cap. 47.

INPRIMITUS, pro *primitus*, in Formulis Baluzianis 3. 10.

INPRO, loco vocis *Pro*. Vide *Contra*.

INPROSPICUUS, ἀπερίβλεπτος, in Gloss. Lat. Gr.

INPURICIA, *Immunditas, immundicia, spurcicia, inluvies*, ἀκαθαρσία, in Gloss. Græc. Lat.

INQUASSABILIS, qui quati non potest, inconcussus: utitur Archithrenius in Prologo.

INQUESTUS. Census & debita Bigorræ fol. 3. ex Camera Comput. Paris. *Raimundus Garsias & Willelmus la Masa dederunt Comiti inquestos, 5. ante aquam, & 5. retro aquam, qui dixerunt veritatem de la Ost de Laveda, secundum quod ipsi viderunt & audierunt de Ecclesia sancti Martini, & de honore, qui ibi pertinet de Gallegos, dederunt inquestos, & hostes Comitibus Bigorrensibus. Vide Questa.*

INQUIMATIZARE, Infundere. Ita Glossæ MSS. ad lib. 1. Passionum Alexandri Jatrosophistæ: *Multi etiam ex ipsis opium præsumpserunt inquimatizare*. Ex Græco ἐγχυματίζειν.

INQUIRERE, Perquirere. *Furem inquirere*, in lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 55. adde §. 50.

INQUISITIO, Tributum, exactio publica, *Questa*, vel quòd ab *Inquisitoribus* indicebatur & exigebatur, uti infrà observamus. Leovigildus Cordubensis Presbyter lib. de Habitu Clericorum: *Quem inquisitio, vel census, vel vectigalis, quod omni lunari mense Christi nomine solvere cogitur, retinuerit*, &c. Conventus Ticinensis an. 853. post Concilium Ticinense sub Leone IV. can. 2. *Concedimus abhinc in futurum alias super eos fieri inquisitiones, nisi unde Caroli proavi & avi nostri tempore factæ fuerunt*. Egica Rex in Concilio Toletano XVI. *Ut nemo Episcoporum pro Regiis Inquisitionibus exhibendis, parochialium Ecclesiarum jura contingat, nec quascunque exinde inquisitiones, aut evectiones exigere audeat; sed de prædiis suarum sedium Regio culmini solita perquisitionum obsequia deferat*. Adde Can. 6. *Census inquisitionem*, dixit lex 5. Cod. Theod. de Censu.

INQUISITORES, appellati extra ordinem in provincias delegati, de tributis ac vectigalibus cognituri. *Inquisitor Galliarum*, in veteribus Inscriptionibus. Maximè verò ita dicti, qui à Regibus nostris in provincias delegati, id munii obibant, quod olim Missi Dominici sub prima & secunda Regum stirpe, & *Justitiarii itinerantes* in Anglia. Ii è *Magistris Parlamenti* delecti, mittebantur in diœceses, ut de Ballivorum, Judicum, aliorumque Ministrorum Regiorum excessibus inquirerent, & de iis ad *Parlamentum* referrent. Nangius in Gestis sancti Ludovici pag. 366. *Super forefactis, quæ tam ad personam suam, quàm ad Præpositos & Ballivos suos spectabant, mittebat pluries per Regnum suum Inquisitores diligentes & fideles, & inventas injurias emendari & restitui faciebat*. Ejusdem Regis Ordinatio de Ballivis, ibid. pag. 363. *Vel illis, quos ad visitandum terram, vel facta eorum exquirenda mittemus*. Edictum ejusdem sancti Ludovici, datum Parisiis an. 1256. pro utilitate Regni, ubi de Ballivis: *Item, ils jureront que il ne feront prendre à leurs fames, ne à leur autres parens, affins, amis, ou mesniée, ne à ceux qui leur comptes oirront, ne à nul Enquesteur ou Visiteur, que nous envoirons enquerre contre eus es lieus où il auront esté en office de par nous.*

Quo pacto verò inquisitiones suas contra Officiales Regios peragerent *Inquisitores*, pluribus declarat sequens Charta, quam ex Regesto 36. Chartophylacii Regii, num. 64. exscripsimus. PHILIPPES *par la grace de Dieu Roi de France, à nos Inquisitours envoiez de par nous en la Baillie d'Auvergne sus nos Officiers, Salut. Nous vous mandons, que tant sur le desir, que nous avons, que les forfaits de nos mauvés Officiers soient punis & adreciez, & à nostre peuple les griez & les extorsions, que il leur ont faiz, rendus & amendez, comme pour la mauvése renommée, que nous en avons oie, dequoi nous sommes à grant malaise de cuer, de ce que si longuement ont regné en ce fesant, & que plustost ne avons esté avisez, avons ordené cette voie qui ensuit, laquelle nous vous ajoutons coment vous doiez aler avant sur eus, laquelle nous vous mandons d'estroitement à tenir sur vos seremens. Premierement, nous voulons, que tous nos Officiers, Baillis, ou Seneschaus, ou de quelque condition que il soient, qui en nostre service ont esté, que vous les faciez venir pardevant vous, & les faites jurer sur saintes Evangiles, & sur poine d'estre astrains d'avoir forfait les cors & les avoirs, que il vous cognoistront & diront verité de toutes les restitutions & apaisement qu'il auront fait, ou fait faire de fait ou de promesse, ou qu'ils sauront, qui aura esté fait pour eus ou par eus, ou par autre, depuis le terme de la Toussainz, à quickonques personnes que ce soient: & aprez le serment, donnez termes de vvitaines tant seulement à chascun de vous reconnoistre la verité sur la poine dessusdite. Item, nous vous mandons, que vous faciez crier solempnellement par tous les lieux de vostre Baillie, que chascun sur quanque il se puet meffaire sur cors, sur avoir, qui aura receu, ou eu de nul de nos Officiers dessusdiz restitution ou promesse par lui ne par autre, puis le terme de la Toussainz, que il viengne dire ou reconnoistre pardevant vous, sur poine d'avoir forfait cors & avoir, & de ce les asseurez, que il n'aient pas paour de dire la verité sur nos mauvez Officiers, pour doute qu'il raient leur service arrieres: car soient il certain, que ceus que nous trouverons mauvez ne coupables, il ne rarons jamès nostre service, ne illencques ne aillours, ains les punirons, si que les autres mauvez y prendront essamble. Item, nous voulons que vous faciez crier, que se nul doutoit à venir dire qu'il aient riens donné asdiz Officiers pour aucun cas que il nous deust appartenir, celer ou souffrir, que il ne lessent pas à dire pour doute, que nous les en querelons. Car nous ne nous emprendrions pas à eus, mais à ceus qui auront fait la mauvése souffrance, & de ce les asseurez hardiement. Item, nous vous mandons, que vous ne souffrez amis de nos Officiers dessusdiz que il aient Advocat ne conseil à respondre pour eus as cas dessusdiz, fors de nier ou de connoistre la verité, ne en nul autre cas qui touche leur fait. Donné à Paris le Lundy aprés les vuitaines de Pasques, l'an de grace 1303.*

Addam Chartam aliam ex Camera Computorum Paris. à me perinde descriptam, quæ idipsum firmat de Inquisitionum in Officiales Regios forma. PETRUS *Dei gratiâ Silvanectensis Electus*, & THOMAS DE MARFONTAINES, *Miles domini nostri Regis, Inquisitores una cum aliis, ac super reformatione patriæ in Senescall. Lugdun. & in Ballivia Matisconensi, ab eodem Domino Rege deputati, Castellano Kariloci, nec non Castellano sancti Symphoriani, seu eorum loca tenentibus, Salutem. Ad instantiam Procuratorum Ecclesiasticarum personarum, nobilium & innobilium Comitatus Forensis & terræ Bellijoci, auctoritate Regia, qua fungimur in hac parte, vobis & vestrûm cuilibet committimus, districtiusque & sub omni pœna gravissima, quam propter hoc possetis incurrere erga dominum nostrum Regem, præcipimus & mandamus quatenus per Castra, Villas, aliaque loca ad hac idonea seu consueta vestrarum Castellaniarum eorumque ressortus, necnon in Ecclesiis Parochialibus locorum prædictorum palam & publicè ex parte Dom. nostri Regis & nostra intimetis seu intimari faciatis, ac publicè proclamari, ut omnes & singuli Senescalli, Baillivi, Præpositi, Judices, Tabelliones, Decimarum ac Subventionum Regiarum Levatores, Servientes, aliique Officiales Regii, cujuscumque status aut* cons

conditionis existant, qui tam præsentibus temporibus, quàm præteritis officium seu ministerium quodcumque Regium exercuisse in vestris Castellaniis, earumque ressortis & pertinentiis dignoscuntur, coram nobis apud Montem-Brisonem personaliter compareant, coram nobis die Veneris post quindenam festi Pentecostes, & die Sabbati immediatè sequentis, necnon & diebus sequentibus & continuis ad hoc necessariis, querelis, petitionibus & gravaminibus dictarum personarum Ecclesiasticarum, nobilium & innobilium, cæterarumque quarumcumque popularium personarum terræ & Comitatus prædictorum, & aliunde, nobisque ex officio sufficienter responsuri, & à nobis justitiam accepturi, processurique, & nos visuri procedere super præmissis, & aliis commissis nobis negotiis juxta à dicto Domino nostro Rege traditam nobis formam, vosque ad dictas dies & dies sequentes compareatis peremptoriè coram nobis querelantibus, de vobis ad justitiam responsuri: cum intimatione quòd nisi vos & prædicti Officiales Regii modo, quo suprà comparueritis, nos nihilominus contra vos & ipsos procedemus, ratione prævia, vestra & eorum absentia seu contumacia non obstante. Significantes etiam ac publicantes, seu significari & publicari facientes, ut suprà, ut omnes & singuli, qui de prædictis Officialibus Regiis, seu aliquo eorumdem conqueri voluerint, diebus prædictis per se vel per alium sufficienter compareant coram nobis, qui parati sumus & erimus eos audire benigniter, & eis facere celeris justitiæ complementum. Intimantes etiam personis Ecclesiasticis, Baronibus, Nobilibus supradictis, quod ad dictas dies prompti & parati sumus nos & dicti Collegæ nostri, aut duo ex nobis circa ea, quæ super eorum libertatibus infrascriptis, ut dicitur, juriumque eorum usurpatione, ac reformatione patriæ nobis commissa sunt à Majestate Regia, seu injuncta juxta tenorem Commissionis Regiæ, super iis nobis facta, procedere & facere quæ incumbunt. Et licèt aliàs sub dictis & gravibus pœnis inhiberi fecerimus, ne quis cum dictis Officialibus Regiis, nec ipsi Officiales cum aliis componere audeant, iidem per vos in locis prædictis palam & publicè præcipimus inhiberi, & si quis contrarium fecerit, nobis hoc quantociùs sub omni pœna & amissione bonorum revelare procurent; scientes, quod qui nobis expositiones hujusmodi efficaciter revelandas duxerint, prout suprà, nos agemus misericorditer cum eisdem, & de adjornamentis hujusmodi, & executione eorundem nos sub certis litteris ac fide digno testimonio ad dictam diem certificare curetis. Datum Lugduni, sub sigillis nostris, prima die mensis Junii, anno Domini millesimo trecentesimo sextodecimo.

Ut autem faciliùs de Ballivorum & Officialium Regiorum excessibus inquirerent *Inquisitores*, tenebantur ii, exacto officio, quod ut plurimùm annuum erat, iisdem in locis, ubi illud obierant, per 40. dies morati, ut, si quis in eos expostularet, aut crimen intenderet, coram Inquisitoribus juri starent. Statutum sancti Ludovici de Ballivis: *Pource qu'ils puissent respondre pardevant les nouveaus Seneschaus ou Baillis, ou autres Enquesteurs, ou Officiers souverains, à ceus ausquels ils avoient meffait, qui se voudroient plaindre d' eux.* Statuit autem Philippus IV. Statuto dato mense Nov. an. 1302. quod descriptum legitur in 36. Regesto Chartophylacii Regii ch. 39. ut *Inquisitores*, Officialium delicta examinaturi, Inquisitiones secretas edant priusquam publicas: quibus etiam ut ab officiis abstineant, imperandi facultatem concedit: neque enim Inquisitoribus fas erat supremo damnare judicio, quos reos reperissent; sed de iis referebant ad supremum Senatum, ex Statuto Philippi III. an. 1281. quod in acta Parlamenti Pentecostes relatum est. Iis tamen licebat lites minoris momenti judicio dirimere. Statutum sancti Ludovici contra usuras Judæorum, cujus mentio est in Computo Ballivorum an. 1258. & quod descriptum habetur in 10. Regesto Regio fol. 55. *Nec est aliquatenus obmittendum, quod Inquisitoribus permissum est, omnes inquestas judicare, quæ summam centum solidorum Paris. non excedunt, quòd ad Curiam remittere non tenentur. --- inquestas autem, summam centum solidorum Parisiensium excedentes, peracto negotio, sub sigillis suis clausas ad Curiam remittant judicandas, cum literis Episcopi vel Archiepiscopi diœcesis, in qua inquisierint, continentibus Inquisitorum nomina, qui ab ipsis ad hoc fuerint deputati, nisi liquido appareat, nihil esse probatum.* Hinc Judicum officio functos interdum Inquisitores legimus, mulctasque reis irrogasse, de quibus ratiocinia edebant Ballivi. Computus Ballivorum de termino Ascensionis an. 1306. in *Recepta Hugonis Gonaud* Ballivi Bituricensis: *Emendæ per Inquisitores. De Petro Caucella nunc defuncto 4. libr. de Joanne, &c. Emenda, &c. Expleta Ballivia, &c.* In Recepta Ballivi Matisconensis, ibidem: *Partes denariorum de expletis per Inquisitores, &c. Pro emenda, in qua fuit condemnatus per Inquisitores, 4. libr. &c.*

Inquirebant etiam de litigantium causis, & testes examinabant de singulorum jure: quæ fuit nostrorum semper in judiciis forma. Lex Alemann. tit. 41. §. 3. *Et si hoc ab aliis judicibus inquisitum fuerit, quod ille justè judicavit, &c.* Eghinardus Epist. 11. *Nam ego totam causam, & qualiter à vobis per veraces homines inquisita est, simul cum Adhalardo & Gebuino Comitibus Palatii, Domino Imperatori indicavi.* Charta de Villa Novilliaco, post Flodoardum: *Misit suos missos ad hoc inquirendum; & inquestione facta, & veritate, sicut ei dictum fuerat, inventa, quoniam prædicti subreptores ad rationem non venerunt, &c.* Neque tamen in quibusvis litibus Inquisitiones peragebant; sed illas tantùm, quæ à Ballivis peragi non poterant, aut si ipsos fortè Ballivos, vel eorum delicta spectarent, ut est in Statuto Philippi V. an. 1320. Inquisitiones enim pro more ad Ballivos à Senatu delegabantur, quæ ad Senatum relatæ dijudicabantur in *Camera*, quam inde *Inquestarum* etiamnum vocant, de qua quædam attigimus in Dissert. 2. ad Joinvillam pag. 144. & alia proferemus in V. *Parlamentum*.

Inquisitorum præterea munus erat *de commodo & incommodo* inquirere in rebus, quæ Regem spectarent, ut est in Statuto Ludovici Regis, 1. Apr. an. 1315. pro Occitanis. Functiones etiam publicas ac præstationes in rei publicæ usus necessarios judicabant ac recipiebant. Computus Ballivorum de termino Ascensionis an. 1258. *Pro pedagio de 460. modiis salis, reducto de 12. denariorum ad 2. denarios. pro quolibet modio per Inquisitores in villa Aurelianensi 19. lib. 4. sol. 4. den.* In Computo Ballivorum de termino Ascensionis an. 1305. Ballivus Turonensis computum reddit *de subventionibus, quas receperat ante adventum Inquisitorum in Ballia Matisconensi*: inde *Inquisitiones* dictæ interdum publicæ functiones, de quibus suprà.

Exactæ denique Inquisitiones remittebantur, vel ab uno ex Inquisitoribus deferebantur ad Senatum, qui ex eorum relatione supremum edebat judicium. Statutum sancti Ludovici contra usuras Judæorum: *In remissione dictarum Inquestarum veniat ad Curiam unus de Inquisitoribus cujuslibet diœcesis, ad instruendum super progressu dicti negotii, & ad ea, quæ in progressu negotii occurrerint, fideliter observanda.* Statutum Philippi III. an. 1277. *Les Regardeeurs des Enquestes, les Enquestes recevront de certaines personnes de la Cort à ce ordenées, & par icelles, ensemble les Enquesteurs, soient jugées.* Unde conficitur in Senatu cum cæteris Senatoribus de *Inquestis* suis cognovisse *Inquisitores*: Hinc formula in Regestis Parlamenti: *Inquesta reddita & deliberata in Parlamento Octabarum Candelosæ anno Domini 1256. probatum est sufficienter, quòd Guillelmus de Charentono Miles, &c. Inquesta reddita & deliberata Parisiis in Parlamento sancti Martini an. Domini 1257. Inquesta facta super eo -- probatum est, &c.* Statuit autem Philippus IV. Statuto an. 1302.

quod habetur in Regesto Cameræ Computor. Paris. signato *cruce*, ut *Inquesta & probationes postquam fuerint transmissæ ad Curiam, judicentur infra biennium ad tardius, postquam fuerint reportatæ.*

Deligebantur porrò Inquisitores, non modò ex *Magistris Parlamenti*, (ita appellabant, quos hodie *Consiliarios* dicimus,) sed etiam ferè semper ex Ecclesiastico ordine ac laico: Computus Ballivorum de termino Omnium Sanctorum an. 1256. in Aurelianensi Ball. *Pro restauratis factis per Archidiaconum Gauffridum de Bulli & socios Inquisitores Gerardo de Broi Milite*, 12. *libr. in Bituric. pro denariis redditis D. Hugoni de Bosco Bernardi* 12. *libr. per Inquisitores, videl. Mag. Gaufridum Archidiaconum in Ecclesia Aurelianensi & socios ejus.* In Computo Omnium Sanct. an. 1257. *Pro restauratione, facta per Decanum Silvanectensem & ejus socios Inquisitores domo Dei Remensi pro tempore Regalis, &c.* Computum an. 1305. *Compotus Mag. Ægidii de Remino pro viagio, quod fecit apud Tolosam an.* 1301. *cum Vicedomino Ambian. & Archidiacono Algiæ in Ecclesia Luxoviensi pro negotio Inquestarum, &c.* In Regesto 36. Chartophylacii Regii habetur sequens Charta, quæ est 40. PHILIPPUS *Dei gratiâ Francorum Rex, Ballivo Silvanectensi, Salutem. Cùm nos dilectos nostros Mag. I. de Gonessia Canon. Carnot. & G. de Nongento, fidelem Militem, pro quibusdam negotiis nostris ad partes tuæ Balliæ destinemus, mandamus tibi, quatenus ipsis & eorum cuilibet pro expensis suis faciendis pecuniam de nostro trádas & ministres, quoties te super hoc duxerint requirendum, &c. Actum Par. an.* 1302. Denique in Regestis Parlamenti habetur Arestum Philippi V. datum mense Martio an. 1316. super Inquesta, facta ab Episcopo Macloviensi, & Petro *de Dicy* Milite, *Inquisitoribus* in Normanniam *pro reformatione patriæ* delegatis. Ex prædictis perinde patet, *Inquisitores* à Rege delectos ex *Parlamenti Magistris*, & iisdem sumptus ex fisco subministratos: quod ultimum firmant etiam sequentia ex Computis Ballivorum Comput. de termino Ascension. an. 1269. in expensa Ballivi Meduntensis: *Pro denariis traditis pro expensis Inquisitorum* 60. *libr.* in Comp. an. 1268. *Pro expensis Inquisitorum super usuris Judæorum per mandatum Regis*, 15. *libr.*

Inquisitores Officii Justitiæ Aragonum, qui à Rege delecti in summum justitiæ Magistratum, quem *Justitiam* vocant, seu in illius facta, consilia, & delicta inquirunt. V. de Blancam in Commentar. Rerum Aragon. p. 771.

Inquisitores fidei. Ex quo in Gallias se se immisit hæresis, à qua diu, ut auctor est Sulpitius Severus, fuerant intactæ, dedere operam Christianæ gentis Principes, ut in ipsis initiis evelleretur, vel saltem ne altiùs radices ageret, missis identidem in provincias ea labe infectas viris vitæ probitate ac scientia probatis, fidei Inquisitoribus, qui in hæreticos graviùs inquirerent, eorum explorarent pravas opiniones, ad rectam fidem reducere conarentur, qui ab ea defecerant, & in erroribus perseverantes pertinaciùs tandem damnarent, curarentque ut à Judicibus ordinariis justa de iis pœna exigeretur.

Ejusmodi *Inquisitorum* cùm primùm auditum in Gallia nomen, cùm prava Waldensium hæresis, cujus se traduces ac hæredes gloriantur hodierni hæretici, aliquot Catholici regni provincias infecit. Tum enim in Concilio Tolosano, quod anno 1229. contra hæreticos istos coactum est, Legatus Apostolicæ Sedis, qui ei præerat: *Ne videretur, sicut erat vir circumspectus & providus, obmittere aliqua de contingentibus, mandavit Inquisitionem fieri contra hæreticos suspectos de hæretica pravitate*, ut ait Guillelmus de Podio-Laurentii c. 40. Adde Concil. Valentinum & Albiense.

Delecti verò ii potissimùm ex Fratribus Ordinis Prædicatorum. Idem Scriptor cap. 43. *In diebus autem legationis ejusdem Episcopi Tornacensis, per summum Pontificem commissa est Fratribus Ordinis Prædicatorum Inquisitio, in his terris contra hæreticos facienda: fueruntque ad hoc deputati, Frater Petrus Cellani, & Guillelmus Arnaldi. qui Tolosæ quosdam, quos faciliùs convinci posse præsumebant citaverunt, & convictos hæreticos judicaverunt.* His postmodum adjuncti Collegæ ex ordine Fratrum Minorum, qui Prædicatorum *rigorem mansuetudine sua temperarent*, ut mox subdit.

Hæc igitur subinde obiere munia Fratres ejusdem Ordinis; in quibus præ cæteris recensentur Frater *Robertus*, cognomento *Bulgarus*, quòd Waldenses, quos ea ætas Bulgaros nominabat, atrociùs, quàm par erat, potentia adjutus sæculari divexaret, eosque igne promiscuè damnaret, de quo Matthæus Paris, & alii an. 1238. *Falco* fidei Inquisitor in Occitania, ob cujus nimiam severitatem Rex Philippus Vicedominum Ambianensem, Magistrum Ægidium de Remino, & Archidiaconum Algiæ in Ecclesia Lexoviensi in Occitaniam misit an. 1301. qui de Falconis excessibus inquirerent, quorum occasione idem Rex mense Decembri ejusdem anni statuit, ut in posterum de hæresi suspecti, aut accusati, Regiis carceribus recluderentur Tolosæ, neque Regii subditi Inquisitoris decreto possent detineri, nisi sumpto priùs Episcopi consilio, & Seneschalli Regii auxilio implorato. *Guillelmus de Morreriis* an. 1302. *Joannes Parlier* an. 1413. de quo Regestum Parlamenti cruce signatum f. 3.

Sed & exortis sub initia elapsi proximè sæculi Lutheranorum atque Calvinianorum hæresibus, in ea labe infectos graviter primò inquisitum à Francisco I. Rege, qui *fidei Inquisitores* ex eodem Prædicatorum Ordine pariter delegit. Habetur enim in volumine Ordinationum ejusdem Regis fol. 408. illius diploma 30. Maji an. 1536. quo *Matthæum Orry*, Doctorem Theologum ex Ordine Fratrum Prædicatorum, *fidei Inq. situ orem* instituit. Simile extat in 2. vol. fol. 247. 10. April. an. 1540. quo *Josepho Corregié* ex eodem Ordine Doctori *fidei* perinde *Inquisitoris* in toto regno munus obeundi facultatem concedit. Præterea 3. vol. fol. 482. descriptum legitur Statutum Regium 23. Julii an. 1543. quo Judicibus Ecclesiasticis & fidei Inquisitoribus inquirendi in Lutheranos & hæreticos ita potestas attribuitur, dummodo laicos, & qui sacris Ordinibus non essent initiati, ad Judices ordinarios remitterent. Prostat denique Statutum aliud Henrici II. datum apud sanctum Germanum in Laia 22. Junii an. 1550. quo Francisci I. edicto derogando, Matthæum *Orry* fidei Inquisitorem ab eo onere liberat, quo tenebatur lites à se contra hæreticos instructas Curiis supremis, Ballivis, & Senescallis, communicare, dummodo eas diœcesanis Ordinariis, vel eorum Vicariis communicaret: confirmatà insuper, qua donatus erat, potestate, à fide aberrantes ad sanam mentem doctrinâ vel monitis revocandi, pœnitentibus veniam & misericordiam impertiendi, & demum pervicaces puniendi & corrigendi. Quod quidem Statutum in Acta Parlamentaria relatum est, hac apposita conditione, ut idem Inquisitor in casibus privilegiatis, cum Regiis Judicibus processus communicaret.

Inquisitorum ejusmodi expensæ & ad victum necessaria ex fisco Regio subministrabantur à Ballivis, qui eo ævo Baillivarum suarum percipiebant reditus, & de iis in Camera Computorum ratiocinia sua edebant: quod ex eorum Computis docemur. Computus Ballivorum pro termino Ascensionis an. 1248. in Ball. Aurelianensi: *Pro expensis Fratrum Inquisitorum*, 24. *libr.* In Ball. Ambian. *Fratres Inquisitores*, 10. *libr.* In Turon. *Pro expensis Fratrum Inquisitorum*, 30. *libr. &* 14. *sol.* & sic in cæteris. Prostat in hanc rem in Chartophylacio Regio, in Regesto 36. ch. 16. diploma Philippi Pulchri, quo præterea cavetur, ut Ballivi Inquisitoribus auxilium & consilium præstent ad officii sibi demandati executionem. *Senesc. Tolosæ & Carcass. Sal. Cùm Frater Guillelmus de Morreriis de Ordine Prædicatorum, de quo nobis*

nobis laudabile testimonium perhibetur, sit de novo Inquisitor Tolosæ auctoritate Apostolica deputatus, ut dicitur; mandamus vobis quatenus carceres nostros, Muros ad custodiam detentorum pro crimine hæresis vulgariter appellatos in solo nostro constitutos, aliaque ad dictum Inquisitionis officium necessaria, nec non pecuniam ad ipsius victum, & officium exercendum liberari & ministrari faciatis, eidem in sui executione officii auxilium, favorem, & consilium impendentes, prout aliis Inquisitoribus hactenus fieri consuevit, & quamdiu nostræ placuerit voluntati. Actum apud Vicenn. 1302. Cùm ex Occitania in Hispaniam; ac Navarram præsertim, irrepsisset Waldensium virus, delecti etiam à Gregorio IX. Inquisitores ex utroque Ordine, Prædicatorum ac Minorum, qui in hæreticos severiùs animadverterent. Diploma summi Pontificis descripsit Waddingus an. 1238. n. 6. 7. Vide Paulum Sarpium in Histor. Inquisitionis Venetæ c. 1.

Inquisitores forefactorum in Bailliviis à D Rege dati, quibus scil. incumbebat forefacta, i. emendas, à damnatis judicio Ballivorum exigere, & ex iis debita Regum persolvere, & malè aut contra juris ordinem exactas & persolutas emendas *restituere.* Chartæ an. 1269. 1270.

Inquisitores Forestarum, qui extra ordinem mittebantur in provincias, ad examinanda forestariorum & aliorum in forestis publicis delicta. Habetur in Tabulario sancti Victoris Paris. ch. 13. judicium editum à Magistro Philippo *le Convers*, Thesaurario sancti Stephani Trecensis, Clerico Regis, & Gullelmo de sancto Michaële, Inquisitoribus forestarum. In Statuto 17. Maji an. 1320. *Magistrorum Inquisitorum forestarum* vadia ex denariis Balliarum per manus Ballivorum percipi debere statuitur.

Inquisitores tabulæ. Curia generalis Catalaniæ in villa Perpiniani sub Petro Rege Arag. an. 1333. *Ad hoc ut salarium Inquisitorum tabulæ faciliùs persolvatur, ordinamus & statuimus, quòd Vicarii, Bajuli, & quicumque alii Officiales nostri, qui tenere tabulam sunt astricti, antequam suo fungantur officio, vel etiam ad ipsum officium admittantur, deponant ac deponere habeant in aliqua tabula nummularia idonea & secura --- salarium dictorum Inquisitorum.* Vide *Tabulam tenere.*

INRADIARE, *Denigrare*, in Gloss. Arabicolat.

INRATIONABILITER *fornicari*, apud Criscomium in Breviario cap. 99. ex Synodo Ancyrana cap. 16. 17. dicuntur ἀλογευόμενοι. Vide Capitulare Aquisgr. ann. 789. cap. 48. & tom. 1. Capitular. edit. Baluzianæ pag. 1378.

INRECTUM, *Falsum*, in Gl. Arab. lat. i. non rectum.

INREGAUDITIO. Capitula Carol M. an. 803. *de nuper auditis & compertis*, apud V. Cl. Steph. Baluzium: *Nemini liceat servum suum propter damnum à se dimittere: sed juxta qualitatem culpæ dominus ejus pro ipso servo respondeat, aut componat quidquid ille fecit usque ad semiplenam leudem liberi hominis: quicquid super hoc fuerit, inregauditio esse videtur.* Quo loco apud Sirmondum in Notis ad Capit. Caroli C. p. 25. habetur *Irregauditio.*

INROTARE. Vide *Rota.*

INROTULALE. Vide *Rotulus.*

INRUBIDUS, Impudens, inverecundus, in Actis S. Martinæ Virg. apud Mombritium cap. 3.

INRUDIS. Gloss. Gr. Lat. MS. Ἀπαίδευτος, *Indoctus, Inrudis, Frudis.* Ἀπαιδευσία, *Inruditio.* Editum, *Indoctus, Ineruditus, rudis, Ineruditio.*

INRUMPIBILIS. ἄρρηκτος, in Gloss. Græco-Lat.

INSABATATI. Vide *Sabatati.*

INSACRAMENTARE, Sacramento & jurejurando firmare. Gesta Abbatum Lobiensium pag. 599. *Ministros suos insacramentare decernunt, sibique jurare cogunt, atque obnoxios esse.*

INSANIENTIA. Glossæ MSS. ad Prudentium: *Bacchantia, insanientia.*

INSANITAS. Papias: *Nugacitas, Insanitas, Inutilitas.*

INSANUS, Non sanus, valetudinarius, Gallis, *malsain.* Utuntur Vegetius lib. 2. de Arte veterin cap. 6. Gariopontus lib. 5. cap. 12. & alibi. & Fleta lib. 2. cap. 79. §. 3.

INSCALARE, Murum scalis admovere, vel scalis muro admotis locum ingredi, *Escalader une place.* Knygthon: *Exierunt ad inscalandum villam de Cernei &c.*

INSCRIBERE, Accusare, in Lege Burgund. c. 7. *Inscriptio*, Accusatio. Concilium Autisiodorense c. 41 *Non liceat Presbytero nec Diacono quenquam inscribere; sed in vice sua si causam habuerit, aut fratrem, aut quemcunque sæcularem roget.* Eadem Lex tit. 77. qui est *de Inscriptionibus: Quotiens servus vocatur in crimine, & necesse est ut judicio sub inscriptione tradatur, &c. Vinculum inscriptionis*, in edicto Theoderici Regis §. 13. & in Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 328. dicitur illud, quo accusator se erga accusatum constringit, si in probatione deficiat, ut pœnam *reciproci* subeat: Seu, ut habet edictum Theoderici, quo *cavet apud competentem judicem se eam pœnam subiturum, si non probaverit, quod intendit, quam possit reus convictus secundùm leges excipere, ita ut usque ad eventum judicii, tam reus, quàm accusator æquali custodia sorte teneantur.* Quomodo etiam *inscriptio* sumitur in Formulis Lindebrog. 117. 118. Lex 14. Cod. Th. de Accusat. & inscript. *Qui vel internecivi exerit actionem, vel crimen suspectæ mortis intendit, non priùs cujuscumque caput accusatione pulset, quàm vinculo legis astrictus, pari cœperit pœna conditione jurgare.* Vide l. 2. de Abolit. eod. Cod. & tit. Cod. de Accusationibus & inscriptionibus.

Inscriptiones, Documenta, instrumenta donationum. Concilium Gloveshoense an. 800 *His dictis, prolatæ sunt inscriptiones Monasterii, quod vocatur Cotham, terrarumque sibi adjacentium.* Occurrit ibi semel ac iterum. *Inscriptionis* titulo aliquid concedere in Lege Longob. lib. 1. tit. 34. §. 2. per Chartarum confectionem. Charta Henrici Imp. an. 1056. to. 1. Italiæ sacræ part. 1. p. 501. *Insuper confirmamus nostra præceptali pagina omnes inscriptiones communitatum, quas prænominatus Episcopus Bernardus secundus à bonis hominibus in præteritis temporibus acquisivit, &c.* Adde pag. 896. & to. 4. pag. 807.

Falsæ Inscriptiones, phylacteria, aut ligaturæ, quæ imprudentes pro febribus, aut aliis pestibus adjurare putant, in Capit. Car. M. lib. 6. c. 72. Serenus Sammonicus:

Inscribes chartæ, quod dicitur Abracadabra.

Ejusmodi Inscriptiones habet passim Marcellus Empyricus lib. de Medicam. Edit. 1536. p. 58. 85. 87. 110. 112. 143. 154. 155. 156. 207. Vide Gruter. 1047. 5. Scribit Ammianus Marcellinus l b 16. pag. 72. *anilia ista incantamenta ad leniendum dolorem medicinæ admisisse auctoritatem.* Atque inde tam crebrò ea in medicorum libris occurrunt. Vide *Character.*

INSCRIPTUS, pro *Non scriptus.* Glossar. Gr. Lat. Ἄγραφος, *Inscriptus.* Ἄγραφον, *Sine scriptura.*

Inscripti lapides, & *Inscriptiones*, pro terminis, apud Agrimensores.

INSECRARI, pro *Execrari*, occurrit in Gloss. Gr. Lat. Ἐπαρῶμαι, *Insecro.*

INSECTABILIS, ἄτμητος, in Gloss. Gr. Lat.

INSECUTIO, Persecutio. *Insecutionem passus*, in Miscella: ubi Theophanes καταδιωχθείς. Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Arrianos cap. 1. de Constantio Imper. *Et à paternis traditionibus sacrilego more desciscens, non levem temporibus suis Ecclesiæ Dei, vel Sacerdotibus insecutionem intulisse videtur.*

INSEDABILIS, *Indesinens* ἀκατάληπτος, in Gloss. Lat. Gr.

INSELLARE. Vide *Sella.*

INSEMITATIO, ἀνοδία, in Gloss Lat. Gr. cùm deest semita, via, iter.

INSENNOS. Fortè ex Gr. ἄσεμνος. Alcuin. in Poëm

Auxiliare senem, nostros rogo, tu per amicos,
Est locus insennos, auxiliare senem.

INSEQUILLA. Ruricius Lemovicensis Episcopus lib. 2. Epist. 13. *Superest, ut quod illius in bono tribuit gratia, vestra in domino custodiat insequilla.*

INSERARE. Vide *Serare*.

INSERVIRE, In servitutem revocare, retrahere. Capitula ad Legem Salic. cap. 1. §. 7. *Si verò aliquis eum injustè inservire tentaverit, & ille cartam ingenuitatis suæ ostenderit.* Lex Bajvvar. tit. 6. cap. 3. §. 1. *Ut nullum liberum sine mortali crimine liceat inservire.* Ita Lex Ripuar. tit. 57. §. 3. Lex Longob. lib. 2. tit. 34. §. 10. Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 28. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 89. &c. Concilium Vermeriense an. 752. cap. 6. *Si quis ingenuus homo ancillam uxorem acceperit pro ingenua, si ipsa femina postea fuerit inservita, si redimi non potest, si ita voluerit, liceat ei aliam accipere.* Infrà: *Si servum accipiat pro ingenuo, & postea pro qualicumque causa inservitus fuerit.* Eadem ferè notione dixerunt Anglici Jurisconsulti *Inservire* tenementa, seu servitutibus quibusdam ea subdere. Britton de Legib. Angl. c. 54. *Les servages dount home put son soil enserver, sount sauns nombre*, &c. Occurrit ibi pluries.

INSETARE, *Filo setam adaptare*. Jo. de Janua.

INSETENYS. Ordinatio Romeneînsis Marisci, apud Spelmann. *Item ordinaverunt, quòd qualibet acra pro vvalliis, insetenys, & vvatergagiis, emeretur pro 40. sol.* Reor ego, ait idem Spelmannus, de interiori aggere dictum, qui dirupto jam exteriori, irruentes undas denuo præstoletur. *An inditch*, à Saxon. Inſeꞇena, i. *insertum*, vel *interiùs positum.*

INSIDIARE, Insidias struere. Formulæ veteres apud Bignonium cap. 30. *Si quis ad rapinam faciendam adgreditur, aut iter agentem insidiaverit, &c.*

INSIBILIS. Simeon Dunelmensis an. 881. de Normannis, Franciam invadentibus: *Mirabile videri potest, quod insibiles hostes contra tam fortem bellicosumque populum auderent insurgere.*

INSIDIÆ, idem quod vigiliæ, excubiæ, *Guet*. Fleta lib. 2. c. 4. §. 3. de Officio Marescalli: *Insidias autem nocturnas non tenetur facere; sed singulis noctibus in crepusculo insidias assedebit, & in aurora levabit, &c.*

Insidia pensata, in Statuto sancti Ludovici, quod legitur in Dissert. 29. ad Joinvillam, quæ verba redduntur in ejus versione Gallica, *Agait, & fait apensé.* Gloss. Gr. Lat. Ἐνέδρα, *Insidia, obsessio.* MS. Codex sancti Germani habet, *Insidium, subsessum, obsessum.*

INSIDUITAS. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Sedulitas, Insiduitas, Assiduitas.*

INSIGILLARE, idem quod sigillare, sigillum apponere, in Legibus Adelstani Regis apud Bromptonum. Vide *Ferrum candens.*

INSIGNARE, Indicare, quasi *signo* ostendere, *Enseigner*. Decretum Tassilonis de Popularib. legib. §. 4. *Sed tamen ea genera trium homicidiorum debito signo vicinis, & his, qui adsistunt, insignet.* In Gloss. Gr. Lat. ἐγχαράσσειν, est *Insignare, Incisare*. Apud veterem Juvenalis Interpretem, sat. 10. v. 55. *Insignare*, σφραγίζειν.

INSIGNE. Vexillum, Ital. *Insegne*, Gall. *Enseigne*. Leo Ost. lib. 2. cap. 75. *Ibi eum Abbas & equo optimo, & armis præcipuis, cum insigne pulcherrimo donans, Monasterii defensorem illum constituit.* Vide Andream Monach. lib. 1. Vitæ Ottonis Episcopi Bamberg. cap. 46. extr.

Insigne, Sagum militare, *armis & insignibus* distinctum illius, cujus erat. Thvvroczius in Geisa M. cap. 55. *Salomon autem & Ladislaus aliquando exibant, insignia sua mutantes, & velut milites pugnabant.*

INSIGNIARIUS, Armiger, qui scutum domini, ejus insignibus adornatum, deferebat, Gloss. Gr. Lat. Ὁπλοτάρχος, *Insigniarius, armiger.*

INSIGNIUM, Signum. Sueno in Hist. Danica cap. 3. *Quam Christi Crucem, matris tumulo ob memoriale insignium destinavit erigendam.* Vita sancti Willelmi Abbat. Roschild. n. 33. *Nuntia ei, quæ jussi, hoc interposito insignio, quod in crypta B. Genovefæ Parisiensis 7. Psalmos pœnitentiales cum Litania Clerico cuidam propria manu scripsit.*

INSILIUM, Malum ac pravum consilium. Simeon Dunelm. an. 1003. *Rex Danorum Suanus per insilium, incuriam, & traditionem Normannici Comitis --- civitatem Execestram infregit, spoliavit, &c.* An. 1052. *Multaque Regi insilia adversus Anglos dederant.* Utitur hac notione præterea an. 1015. 1051. 1080. ut & Ricardus Hagulstad. cap. 6.

Insiliarius, Pravus consiliarius, qui *forconsiliat*. Florent. Wigorn. an. 855. *Filius Regis Æthelulfi cum omnibus suis consiliariis, imo insiliariis, tantum facinus perpetrare ausi sunt, ut Regem à regno proprio repellerent.*

INSINUARE, Docere, unde Gallicum *Enseigner*: hanc quippe vocem vernaculam ex hac Latina deducit Salmasius ad Historiam Aug. pag. 101. Certè *Insinuare*, est ἐμφανίζειν; *Insinuatio*, διδασκαλία, in Gloss. Lat. Gr. S. Hieron. Epist. 155. *Nudius tertius cum 118. Psalmum tibi insinuare conarer*, &c. Vide Epist. 22. cap. 13. & Libr. Manualem Dodanæ cap. 7. Admonitio Synodalis antiqua: *Videte, ut omnibus parochianis vestris Symbolum & Orationem dominicam insinuetis.* Capitulare 2. anni 811. cap. 9. *Ad Ecclesiasticos verò quomodo justè pertineat? penitus ignoramus, nisi illi nobis insinuaverint, &c.* Adde Capitul. Episcopor. an. 801. c. 5. Capitul. 8. incerti anni Caroli M. c. 3. 5. Responsio ad Capitula Archiepiscopis missa à Karolo M. an. 811. cap. 1. *Quomodo & qualiter unusquisque Dei Sacerdos plebem sibi à Deo commissam insinuat atque gubernat.* Regino de Vita & conversatione Presbyteri cap. 53. *Si Orationem Dominicam & Symbolum omnibus suis parochianis insinuatam habeat.* Et in Inquisitionibus Synodalibus cap. 74. lib. 2. cap. 15. *Si patrini filiolis suis Symbolum & Orationem Dominicam insinuant, aut insinuari faciant.* Similia habet Udalricus in Discursu Synodali, in Spicilegio Acheriano. Hariulfus lib. 4. Chronici Centul. cap. 17. *Sed tantummodo illos memorans, quorum nomina vel charta, vel qualibet pittaciola insinuare videbantur.* Anonymus Goldasti de Suevorum origine pag. 18. *Precatus, ut si suum volatile sibi restitueret, rem, quam ignoraret, ei insinuaret.* Utuntur etiam Guigo in Statutis Ordinis Cartusiensis cap. 43. §. 3. Statuta antiqua ejusdem Ordinis 2. part. c. 6. §. 6. &c. Alii *Enseigner*, quasi *Insignare* dictum putant, orta nomenclatura à Monachis, qui *signis* omnia significabant & indicabant.

INSIPIENTIA, Ignorantia. Testamentum Heccardi Comitis Augustodunensis apud Perardum pag. 27. *Et quod mea insipientia non memoravit, res curare studeatis, ut pro salute animas nostras perveniat, quia non omnia possumus omnes.* Vide *Sapere.*

INSIPITUDO, pro insipientia, apud Ardonem Monachum in Vita sancti Benedicti Anianensis Abbatis cap. 3. n. 8. cap. 4. n. 21.

INSLOTUM, Tributi species in Notitia Trajectensi, apud Vill. Hedam pag. 246. 1. Edit. *Similiter & de tributo, quod Insloto vocatur.*

INSOBRINUS. Capitulare Pipini Regis Italiæ an. 793. cap. 33. de inclitis conjunctionibus: *Ita ut qui uxorem consobrino aut insobrino suo uxorem duxisset.* &c. Fortè is dicitur, qui filius *consobrini*.

IN SOCIO *dare, in socio recipere peculia*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 32 §. 3. quod nostri dicunt, *Bailler & prendre du bétail à moitié.*

INSOCIABILIS, ἀκοινώνητος, in Gloss. Gr. Lat.

INSOLARE, ἡλιάζειν, in vett. Gloss. Soli exponere. Vox Plinio lib. 21. cap. 14. & Columellæ lib. 4. cap. 17. 27. lib. 11. cap. 3. lib. 12. cap. 12. 18. nota.

INSO-

INSOLATIATUS, *absque solatio*, apud Guizonem de Miracul. S. Gengulfi.

INSOLATUS. Vide *Ungeld*.

INSORTIARE, *Insorticare, Insortis.* Vide *Sortis.*

INSPECTORES, iidem, qui *per æquatores*, qui prædiis inspectis & adæquatis invicem, ea relevant quibus onus gravius adscriptum est; quæ sunt censita leniùs, gravant. Gloss. Lat. Gr. *Inspector*, ἐπόπτης. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. ἐξισωτής, ἐπόπτης, ἀναγραφεύς. Glossæ Nomicæ MSS. Ἐπόπτης, λέγεται ὁ ἐξισωτής. Glossæ vett. Henr. Stephani: *Inspectores* οἱ ἔφοροι. Ἐποπλεῦσαι, apud Theophanem p. 411. est censui adscribi. Vide tit. Cod. Just. lib. 11. tit. 57. *de Censib. & censitoribus, & peræquatoribus, & inspectoribus.* Vide Gloss. med. Græc. in Ἐπόπτης.

Inspectio. Novella Theodosii 16. de Postulando: *Nulla eis inspectio, nulla operis extructio, nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur.*

INSPICARE, *Faces fundere.* Papias.

INSPIRATIO. Ex tribus electionum formis, quarum mentio est in Decretalib. Greg. IX. PP. lib. 1. tit. 6. c. 42. una est quæ *per inspirationem*, sive *viam Spiritus S.* dicitur fieri: cùm scilicet communiter & ab omnibus concorditer, quasi divino spiritu afflatis, nullo discrepante, aliquis eligitur, absque aliquo tractatu, ex quo nempe præsumi possit aliqua persuasio, vel suggestio in gratiam eligendi. Ericus Upsalensis lib. 4. Hist. Suecicæ p. 122. *Tunc quasi per viam Spiritus sancti, tota multitudine acclamante, hic puerulus assumptus est in Regem.*

INSTABILIS pro ἀσύστατος, usurpari ab Irenæi interprete observat Jacob. Billius lib. 1. Observat. c. 33.

INSTALLARE. Vide *Stallum.*

INSTAR, Gloss. Lat. Gr. *Instar, similitudo*, ὁμοίωμα, ἀπεικόνισμα. Alibi: *Ister*, ἴσος τῷ θεῷ, ἰσόθεος, τρόπος, ubi vir doctus *Instar*, vel *Istar* emendat. Gloss. Gr. Lat. Ἀντίτυπον, *exemplum, exemplar, instar.* Hinc *ad instar*, i. ad similitudinem. *Instar, instaris*, ut *nectaris.* Probum dixisse, auctor est Servius ad 2. Æneid. Ita *instar*, pro imagine usurpant lex 3. de Palat. sacr. larg. lex 74. de Decurion. &c. Cod. Th. Interdum pro *similis* usurpatur. Anastasius in Leone III. PP. pag. 121. *In Basilica B. Pauli Apostoli, atque in Basilica Salvatoris instar imagines fecit & constituit.* Pag. 134. *In Basilica S. Dei Genitricis ad præsepe instar fecit coronam ex argento puro.* Ita pag. 138. 139. &c. Vide Casaubon. ad Apuleji Apolog. p. 146.

INSTAURUM, Quidquid ad agriculturam, vel ad prædii *instrumenta* & supellectilem, pertinet, ut sunt animalia, pecora, servi, &c. Angl. *Store*: Jurisconsulti *Instructum* dicunt. Monasticum Anglic. to. 1 pag. 548. *Manerium illud nullum potest sustinere instaurum, quia nullum habet pratum, &c.* Pag. 924. *Redditus omnes, instaura, proventus quicunque singulis annis redigantur in scriptum.* Adde to. 2. pag. 933. Fleta lib. 2. cap. 72. §. 7. *Inquirere debet de instauro, in quolibet manerio existente. Instaurum Ecclesiæ*, quidquid ad supellectilem Ecclesiasticam spectat, in Synodo Exoniensi an. 1287. can. 12. 44. 53. Vide Provinciale Lindwodi pag. 369. 2. Edit.

Instauramentum, eadem notione. Charta an. 1158. *Et ipsum brolium, vineas, ---- & omnino omne instauramentum suum libertate donavimus in perpetuum.* Occurrit etiam in Charta Ludovici Regis an. 1158. in Regesto Phil. Aug. Herouvalliano fol. 77. in Monastico Anglic. to. 1. pag. 549. 604. to. 2. pag. 106. apud Radulphum de Diceto pag. 647. &c. Vide *Staurum.*

Instaurare, Supellectile agraria prædium vel domum instructam instituere. Charta Joannis Regis Angl. de libertatibus Angl. an. 1215. *Et reddat heredi, cùm ad plenam ætatem venerit, terram suam totam instauratam de carucis & omnibus aliis rebus.* Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 148. *Hæc est extenta* (i. inquisitio) *facta per præceptum domini Regis de terris & tenementis Prioris de Derhurste, ——— quantum valeant instaurare, & quantum deinstaurare, &c.* Infrà pag. seq. *Et valet Instauramentum 7. libr. non instauramentum 5. lib. 17. sol.*

Instauratio, id quod *Instaurum* Matth. Paris an. 1258. *Rex illi ad instaurationem parcorum suorum, & ad usum mensæ suæ benignè concederet, ac sub certo numero bestias daret, &c.*

INSTERILITAS. Liber Comitis, seu Lectionarius, editus à V. Cl. Steph. Baluzio: *Pro ubertate pluviæ seu temperantia aëris, ---- pro insterialitate pluviæ, &c.*

INSTIRPARE, Inserere, plantare. Bromptonus pag. 935. *Intimavit igitur dictus Godwinus proceribus Angliæ, ipsum Alfredum nimiam secum adduxisse copiam Normannorum, ac terras Anglorum eis etiam promisisse, & sic inter eos securum non esse gentem externam & subdolam instirpare.*

INSTITUTIO, Precaria, datio ad precariam. Charta Gilleberti Comitis Heduensis an. 942. ex Tabulario Flaviniacensi: *Si quis autem successorum meorum hanc institutionem vel precariam ---- infringere voluerit, &c. S. Roberti, qui hanc precariam studuit poposcere. ---- Ego Constantius Levita hanc institutionem dictavi & subscripsi, &c.*

INSTRUMENTUM, συμβόλαιον, in Gloss. Gr. Lat. Gloss. Lat. Gr. *Instrumenta*, γραμματια, ἀσφαλίσματα, δικαιώματα, &c. Mox: *Instrumentum*, ἐξάρτησις γραμματίου, &c. Aliud: *Instrumentum*, γραμματεῖον. Anastasius in S. Julio PP. *Sive cautionem, vel instrumenta, vel allegationes, aut manumissiones Clerici in Ecclesia per Scriniarium sanctæ Sedis celebrarent.* Gregor. Turon. de Miraculis S. Aridii: *Cum instrumentis chartarum, quibus Monasterii possessio firmabatur, regionem Burgundiæ adire non distulit.* Infrà: *Sed etiam auctoritate regali instrumenta munivit.* Vide tit. Digest. de Fide instrument. & Glossar. ad Agrimensores.

Instrumentum, pro veteri ac novo Testamento usurpant non semel Patres.

Instrumentum pro libro, non semel usurpat Tertullianus lib. 5. adversus Marcionem & in Apologetico.

INSTRUI, pro *doceri*, in 1. Constitut. Appendicis Cod. Theodos. quam suspectæ fidei doctiores volunt: *Itaque quia à nobis instrui voluisti, &c.*

INSTUFFARE. Vide *Stuffare*

INSTITUTE, Ex professo, ex instituto. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 9. *Nunc verò quia de generali omnium progressione prædiximus, restat ut de progressorum virtute vel copiis institutè ponamus.*

INSUABILIS, Insuavis. Glossar. Gr. Lat. MS. Ἀνήδονος, *Injocundus, insuabilis*, Edit. *Insuabis.*

INSVADIBILIS, Papiæ, *Incredibilis, sine artificio, piger.*

INSVETARE, *Insuetè invadere, vel insultanter.* Papias.

INSUFFLARE. Vide *Exsufflare.*

INSULÆ, Domus ab aliis separatæ. Gloss. Lat. Gr. *Insula*, νῆσος, συνοικία. Anast. Bibl. in sancto Silvestro PP. p. 17. 18. *Insulam Attitiæ & Montem Argentarii præstantem solidos sexcentos.* Mox: *Insulam, quæ dicitur Assis in territorio Portuensi.* Vide Festum & Scriptores Latinos. Scribit Odo Gesleus in Historia Aniciensi lib. 1. cap. 24. Podiensis urbis partem inferiorem divisam esse in 22. regiones, vel partes, quas vulgò *les Isles* vocant.

Insula, per excellentiam Britannia dicta. Vide Notas Stephani Stephanii ad Saxonem Grammaticum. p. 149.

INSULARIS *pœna*, Exilium, relegatio in insulam, apud Ammianum lib. 15. *Correptos aliquot vexatosque tormentis --- insulari pœna mulctavit.*

INSULUM. Vide *Reela.*

Viennensis fol. 14. *Volumus, ut dictus Clericus Beroldus, quemadmodum insuperscertas habes, omnem de nostra parte obtineat vigorem, &c.*

INSUSURRARE, Occultè detrahere, in Gloss. Saxon. Ælfrici; ðiglice tælan.

INTABULARE, Vide *Tabulæ Officiales*.

INTAKERS, Prædonum genus, Ridesdaliam, seu extremam Angliæ plagam Borealem habitantes, sic dicti, quòd à participibus suis, quos *Outparters* vocant, prædam è finitimis Scotiæ deportatam, recipiebant. Illi, quasi *intra recipientes*: isti, velut *foris partes* seu *remagentes*, recentius *Out putters*, nuncupati. Fit amborum mentio in Stat. an. 9. Henrici V. cap. 8. Spelm.

INTALLIATÆ *terræ*, Covvello & Jurisconsultis Anglis dicuntur, quæ cuiquam, & certis non hæredibus suis, in genere conceduntur sub certa conditione. Vide *Feudum Talliatum*.

IN TANTO, pro *Interea temporis*, idiotismus Italicus, in Vita sanctæ Zitæ Virginis Lucensis num. 34. & in Vita B. Luchesii Tertiarii n. 5.

INTAPHA. Jornandes de Rebus Geticis: *Ponteque rursus in Danubio pari modo constructo, duobus mensibus, crebris fatigatus intaphis, octo millia perdidit armatorum.* Orosius, à quo sumpsit, lib. 2. cap. 8. *Insuper repentinis incursibus extrema copiarum dilacerantibus, &c.* Ubi pro *intaphis*, legendum censuerim apud Jornandem, *intaphiis* aut *entaphiis*, ita ut Græcam vocem expresserit, ἐνταφίοις, id est, funeribus. Nam ἐντάφια vocabant Græci lintea sepulcralia, quibus cadavera involvebantur, sepulcro mox recondenda; unde ἐνταφιασμὸς pro pollinctura & funeratione usurpatur. Vide Xiphilinum in Severo, Heliodorum lib. 4. Pœmenic. &c. Gloss. Gr. Lat. Ἐντάφιον, *Libitina*. Ἐνταφιοπώλης, *Libitinarius*. Ἐνταφιάζω, *Funero*. Ἐνταφιαστὴς, *Pollinctor*. Adde Fullerum lib. 6. Miscellan. cap. 18.

INTARDUS, Celer, velox. Thvvroczius in Sigismundo cap. 2. *Proceribus comitantibus, intardus ad Budam descendit.*

INTARTA. Vide *Antartes*.

INTASSARE. Vide *Tassare*.

INTECTAMENTUM, Tegmentum, σκέπασμα στέγης, in Gloss. Græco-Lat. ubi videntur dividendæ voces, σκέπασμα, στέγη.

INTEGRARE in lege 8. D. de Tutel. & ration. distrah.

INTEGRITAS. Charta Caroli Calvi Regis Franciæ an. 845. in Tabulario sancti Mauri ad Ligerim: *Has denique res cum omni integritate, id est, cum colonis & servis ibi commanentibus, cum domibus, & suprapositis, cum terris cultis & incultis &c.* Vide aliam ejusdem Caroli apud Loisellum in Bellovaco pag. 242. Passim.

INTELLIGERE. Lex Salica tit. 38. *Ipsum verò quadrupedem, qui est auctor criminis, pro medietate compositionis restituat requirenti, eo videlicet modo, si dominus quadrupedis non intellexerit secundùm legem se defendere.* Phrasis Gallica: *S' il n' entendoit pas se défendre selon la Loi*; id est, si non in animo haberet, si nollet, &c. Adde tit. 37. §. 8.

INTELLIGIBILIS, Vir intelligens, peritus, *Intelligent*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 31. *Recordationem Curiæ Regis nulli negare licet, aliàs licebit per intelligibiles homines placiti, & nemo de capitalibus placitis testimonio convincatur.* Adde cap. 48. *Home entendable*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 28.

Intelligibile tempus, seu *ætas intelligibilis*, qua scilicet infantes rationis, & intelligendi, quæ agunt, sunt capaces, in Capitulari Aquisgranensi an. 817. §. 44. & in Addit. 1. Lud. Pii cap. 36.

INTEMPERANTIA, pro *Intemperies*. Saxo Grammaticus lib. 8. *Per summam cœli intemperantiam.*

INTEMPERATA *nox* pro *Intempesta*, apud Aurelium Victorem Schotti in Posthumo.

INTEMPORALIS, *Intempestivus*, apud Cælium Aurelianum lib. 1. Acutor. cap. 9. ubi & *intemporalitas* occurrit, *intemporaliter*, i. intempestivè, cap. 15. Adde lib. 2. cap. 10. &c. aliàs

Intemporaliter, est sine tempore, vel temporis mensura, semper. Lex Wisigoth. lib. 4. tit. 5. §. 6. *Deus, justus Judex, qui justitiam intemporaliter diligit, non vult justitiam servire tempori; sed tempora potiùs æquitatis lege concludit.*

INTEMPORANEUS, *Intempestivus*, in veterib. Glossis ad Boëtium de Consolat. Philos.

INTENDERE, Judicio contendere, litigare. Gregorius Turonensis lib. 10. cap. 10. *Cumque uterque in præsentia Regis intenderent, & Chundo diceret, nunquam à se hæc præsumpta, quæ objiciebantur, &c.*

Intentio, Contentio, controversia, discordia, lis. Glossæ Basilic. ἰντεντίονα, ἀρχὴν τῆς εἰσαγωγῆς interpretantur. Anonymus in Gestis Constantini Magni: *Intentio orta est in urbe Roma inter Symmachum & Laurentium.* Vetus Agrimensor p. 296. *His enim* (limitibus) *testimonium finium intelleguntur, & agrorum intentio, & certamen aufertur.* Gregorius Turonensis lib. 9. Hist. c. 9. *Ut inter terminum utriusque Regni nulla intentio aut direptio geretur.* Utuntur sanctus Ambrosius Epist. 9. 25. Hormisdas PP. in Epistolis non semel, idem Gregorius Turonensis lib. 6. cap. 17. Fredegar. in Chron. cap. 72. Præceptum Lud. Pii de Divisione Regni cap. 10. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 2. §. 10. Lex Longob. lib. 2. tit. 14. §. 1. 26. tit. 21. §. 12. tit. 22. §. 3. tit. 55. §. 10. Bracton. lib. 4. tract. 2. cap. 2. veteres Tabulæ apud Ughell. to. 1. pag. 959. &c. Hinc Itali *Tentione* dicunt, vel *Tenzone*, pro *contentio*, & nostri olim *Tençon*, pro objurgatione, ut *Tencer*, vel *Tancer*, pro *objurgare*, accusare, postremum ab *intentionare*. Vetus Consuetudo Andegavensis: *Meurtre si est quant l' en tuë homme ou femme, de jour ou de nuit, en son lit, ou en autre maniere, pourquoi ce ne soit en meslée, ou sans tancer, ou sans les deffier.* Vetus Versio Gallica Biblior. Gen. 3. *Facta est rixa: Tensons monterent entre les Pasteurs.* Philippus *Mouskes* in Histor. Franc. MS.

> *Et si tenoit del Duc grant terre,*
> *Dont il n'avoit tence ne guerre.*

Infrà:

> *Et prist Danfront & Alençon,*
> *Et les garni par contençon.*

Ab *intentio*, formata vox

Intentionare, Litem, *intentionem*, seu controversiam alicui movere, in veteri Charta apud Ughellum to. 3. pag. 301. & in aliis Mathildis Comitissæ an. 1073. 1079. apud Franciscum Mariam in eadem Mathildi pag. 106. 109. 152. & in Bullario Casinensi to. 2. pag. 117. Itali *Tentionare* eadem notione dicunt. Matth. Villaneus lib. 3. cap. 78. *Il lor Principi cominciareno à tentionare del Senato.*

Intentiatum, pro *intentionatum*, seu controversiæ datum, habetur in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 57. Est etiam

Intentio, Accusatio, in leg. 4. Cod. Th. de Famosis libellis; vel actio, ut l. unic. de Dolo malo, eod. Cod. & in aliquot Legibus Digest.

Intendere. Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei: *Dicentes, Deum incuriosum, Deum intendentem, Deum negligentem, &c.* Epist. Mauricii Imp. ad Childebertum Regem Francor. to. 1. Hist. Franc. *Præfatos legatos vestros suscepimus --- atque his, quæ nuntiata ab eis sunt, placidis auribus intendentes, competens eis dedimus responsum.*

Intendere, Velle, decernere. Thvvroczius in Geiza Magno cap. 54. *Quæsivitque à Salomone, si apud Geysam & Ladislaum essent tam boni Milites. Salomon autem*

tem intendens laudare Hungaros, impræmeditatè respondit: *Multi sunt, inquiens, etiam multò meliores.* Phrasis, qua etiamnum Galli utimur.

Intentor, Actor, accusator. Charta eræ 1267. to. 5. Monarch. Lusitan. p. 307. v. *Et qui furtaret, pectet novem, & habeat intentor duos quiniones.*

Intentus, Consilium, animus, mens, nostris *Intention*. Anastasius in Martino PP. *Commoverunt eum, ut de tali hæretico intentu recederet.* Alii Codd. habent, *hujus hæresis intentione.*

INTENTATUS. Fleta lib. 2. cap. 76. §. 6. *Boves debiles & malè intentati, veteresque vaccæ & steriles.*

INTENTIVA, διάτονος, in Gloss. Græco-Lat. scil. pars ea Musicæ, quam διάτονον vocant Vitruvius lib. 5. cap. 4. & Martianus Capella lib. 9. cui *Extenta* dicitur.

INTER, pro, *tam*, *quàm*, phrasis Gallica. Tabularium Abbatiæ Bellilocensis in Lemovicibus ch. 51. & 140. *Ut quandiu ego usufructuario teneam, & annis singulis, & tempore messionis, & tempore vindemiæ inter panem & vinum modicum census persolvam.* Ch. 110. *Vendo --- aliquid de allodo nostro, hoc est, 5. denariatus inter vineas, & terram, quam comparavit pater meus.* Ch. 126. *Duodecim denariadas de vinea intervineas, & boscum.* Ch. 157. *De mancipiis verò ad ipsam curtem pertinentibus, sive inter manentibus, sive fugam lapsis, & unde aliunde transgressi sunt, cedo, &c.* Charta ann. 1236. in Probat. Hist. Sabaud. *Sex modia inter bladum & vinum ad mensuram de Seduno.* Occurrit præterea in Capitul. Caroli Magni pro partibus Saxon. cap. 14. in Vita sancti Licinii Episcopi Andegav. cap. 4. num. 23. in Vita sancti Ruperti Episcopi Salisburgensis num. 6. Apud Petr. de Vineis lib. 2. Ep. 41. Sanutum pag. 225. &c.

Inter, pro *penes*, *apud*, usurpat Lucifer Calaritanus: *Inter te*, pro *apud te*.

INTERANEA. Vide *Intranea*.

INTERCAPEDINARE, vox formata ex *Intercapedo*, διάστημα χρόνου, in Gloss. Græco-Lat. Intercapedinem, sive intervallum facere. Ursio in Actis sancti Marcelli PP. & Mart. lib. 2. cap. 3. *Intercapedinante etiam noctis spatio, &c. Intercapedinatam prolixitatem*, dixit Martianus Capella lib. 9.

INTERCAPTIO, διάστημα, in Gloss. Græco-Lat. Intervallum.

INTERCEDERE, dicebantur Episcopi, cùm pro reis, causâ cognitâ, veniam à judicibus postulabant: officium quippe Sacerdotis esse putabant pro iis intervenire: quod si non obtinerent, offendebantur, ut qui, quod erat officii sui, non reportassent. Constitutio Honorii & Theodosii, edita à Sirmondo in Appendice ad Cod. Theodos. *Eam quoque Sacerdoti concedimus facultatem, ut carceris ope miserationis aulas introëat, medicetur ægros, alat pauperes, consoletur insontes: & cum singulorum causas cognoverit, interventiones suas apud judicem competentem suo jure moderetur.* Vide Constitutionem sequentem 14. & leg. 15. & 16. Cod. Th. de Pœnis. De ejusmodi Episcoporum pro reis intercessionibus agit non semel sanctus Augustinus Epist. 52. 53. 54. 228 230. lib. 3. contra Crescon. cap. 47. 48. lib. 5. de Civitate Dei cap. 26. Possidius in Vita ejusdem S. August. cap. 20. Fortunatus in Vita sancti Germani Parisiensis cap. 62. &c.

Maximè verò intercedebant pro iis, qui ad Ecclesias confugiebant. Concilium Arausic. I. can. 5. *Eos, qui ad Ecclesiam confugerint, tradi non oportere; sed loci reverentia & intercessione defendi.* Adde Concilium Arelat. II. can. 30. & Leges Wisigoth. lib. 9. tit. 3. §. 4. ubi *in terrenire* suadentur Episcopi ac Sacerdotes pro iis, qui ad Ecclesias confugiunt. Vide præterea Avitum Viennensem Epist. 39.

Quibus verò Episcoporum, vel Ecclesiæ intercessione culpæ aut criminis venia à judicibus, aut, si serv essent, à dominis concedebatur, iis canonica ab Ecclesia imponebatur pœnitentia, quam illi obituros se se ultro spondebant, veniam aliàs non consecuturi, quod ex Concilio Remensi can. 7. colligitur.

Intercedere, Spondere, fidejubere, obligari. Libertates concessæ villæ Montisbrusonis à Guigone Comite Forensi mense Nov. an. 1223. MSS. *Item dedit & concessit, ne occasione mutui, vel expleti, vel fidejussionis, vel intercessionis, aliquid ab aliquo eorum, vel ab aliqua retineat, vel extorqueat aliquo tempore, vel machinetur extorqueri. Item ut ipse non compellat aliquem per se, vel per alium, ut sibi vel alii aliquid mutuet, aut accommodet, vel fidejubeat, vel intercedat.* Ita usurpant Jurisconsulti, quos adi.

INTERCESSORES, dicuntur Episcopi, qui sede vacante Episcopatum administrabant, donec proprius aliquis esset: qui hodie *Administratores*. quòd fortè vacantem cathedram illiusque possessionem adirent. *Intercessores* enim Latini διαδόχους τῆς οὐσίας vocabant, ut est in veteribus Glossis, in quibus etiam *Intercessio*, redditur, προσέλευσις τῆς οὐσίας, aditio hæreditatis. Concilium Carthaginense V. alias III. can. 8. *Constitutum est, ut nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studiis vel seditionibus, retinere; sed dare operam, ut intra annum eidem Episcopum provideat. Quòd si neglexerit, anno exempto interventor alius tribuatur.* Quæ totidem verbis habentur in Concilio Carthaginensi VII. sub Bonifacio & Celestino PP. can. 41. & in Capitul. Caroli Magni lib. 7. c. 89. At qui *Intercessor*, vel *Interventor* hîc dicitur, μεσίτης vocatur in Canon. Eccl. Africanæ 74. in Epigraphe verò canonis, ἐπίσκοπος ἐπιξενούμενος, his verbis: περὶ τοῦ μὴ ὀφείλειν ἐπίσκοπον ἐπιξενούμενον καθέζεσθαι ἐν ᾗ καθέδρᾳ ἐπιξενοῦται. Vide *Interventor*.

Intercessores, Executores, qui à Rectoribus Provinciarum dabantur, præsertim ad exigenda debita fiscalia & publicas functiones, ut leg. 1. Cod. Theod. de Pignor. ad quam consulendus Jacobus Gothofredus. Vett. Glossæ: *Intercessor*, ἐκβιβαστής.

INTERCHARAXARE, Interlineare. Hincmarus Laudunensis, in Concilio Dusiacensi I part 2 c. 17. & to. 2. Opusc. Remensis p. 351. *Si vitio scriptoris prodetrectem, quod est dissimulem, vel differam detractem. quod valde tractem, non ab re accipi potest, intercaraxatum non fuit.*

INTERCIPERE, Aggredi, usurpare, occupare, vel contra pactum quidpiam agere: ex Gallico *Entreprendre*. Charta Joannis de Valeriaco an. 1218. in Tabulario Campan. *Qui si, quod absit, interciperent contra prædicta, per fidem suam tenerent captionem apud Trecas, usque dum, quod interciperent, esset emendatum.* Alia Hugonis primogeniti Registeteensis Comitis an. 1221. ibid. *Si verò -- ex parte prædicta sit aliquid interceptum* Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 85. *Quòd si idem R. vel hæres suus interciperet contra nos & hæredes nostros, & non emendaret per judicium Curiæ nostræ, &c.*

Interceptio, Aggressio, *Entreprise*. Hist. Episcoporum Autissiodor. cap. 58. pag. 474 *Interceptionibus circunstantium in manu potenti resistens, &c.* Adde pag. 484. Charta Ludovici VII Regis Franc. an. 1225. in Hist. Comitum Pontivensium pag. 152. *Nobis supplicavit, ut filios & filias quos susceperat à Simone fratre Renaldi Comitis Boloniæ, post interceptiones, quas idem Simon fecerat adversus genitorem nostrum, maternæ restitueremus successioni, &c.* Vide *Interprendere*.

INTERCEPTURA, eadem notione. Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. an. 1231. *Ad hoc sciendum, quod de omnibus intercepturis. quas Major noster imponeret alicui, ille, qui maneret in nostra justitia, poterit escondire se per septem, vel per unum.*

INTERCISIO, Injuria. Leges Luithprandi Regis Longobardor. tit. 110 §. 1. *Ut si aliquam injuriam aut opprobrium aut plagas aut feritas, aut mortem ibi acceperint, nihil*

nihil ad ipsas mulieres aut viros, vel mundoaldos earum, componatur illi, qui se defendendum eis aliquam fecerit læsionem, aut intercisionem. Vide *Incisio*, & *Impartitio*.

INTERCLAUSURA, Gallicè *Enchassure*. Matthæus Paris an. 1249. *Fabricato elegantissimè ex auro & argento, insertis gemmis & crystallinis interclausuris adaptatis feretro, iteratò translatum est venerabile corpus B. Edmundi, &c.*

Interclusus. Vide *Inclusor*.

INTERCOLUMNIUM, *illud, quod ponitur inter columnas, spatium quod dividit eas*, Joanni de Janua. In 3. Reg. cap. 7. ubi dicitur, *Media intercolumnia quadrata, non rotunda*, ait Glossa, *media intercolumnia dici tabulam superiorem, quæ, sicut alia quadrata erat, similique sculptura, & in summitate sui habebat rotunditatem unius, & dimidii cubiti, in qua lucerna ponebatur*. Gloss. Græco-Lat. μεσόξυλον, *Intercolumnium*. MS. Codex habet μεσόξυλον. Lex 45. Cod. Th. de Operib. publ. *Omnibus tabulatis, tam his, quæ intercolumniis adfixa sunt, quàm his quæ superiores porticus dividunt, ad formam pristinam civitatis habitus revocetur*. Utitur Cicero 1. in Verrem, S. Hieron. in cap. 40. Ezechiel. ut & Vitruvius lib. 3. cap. 1. lib. 4. cap. 3. lib. 5. cap. 1. 9. Vide Philandrum ad lib. 4. cap. 3.

INTERCURSUS, Gall. *Entrecours*: Pactum mutuum inter dominos, ratione cujus servi aut ancillæ, seu viri & feminæ servituti obnoxii, qui in alterutrius dominio domicilium eligunt, aut sedem figunt, vel nuptias contrahunt, ejus sunt domini, cui subjacet domus, atque adeo eorum liberi. Ita Consuetudo Vitriacensis art. 78. 79. Charta an. 1190. apud Perardum in Burgundicis: *Talem inter nos & ipsos firmavimus intercursum, ut si homo eorum feminam Templariorum de Buris acceperit in uxorem, & femina & hæredes ex ea, illorum erunt. Similiter & si homo Templariorum feminam Monachorum duxerit, & femina & hæredes Templariorum erunt*. Vide eundem pag. 324. Charta Philippi Augusti Reg. Franc. an. 1205. in ejus Regesto Herouvalliano fol. 87. *De mutuo intercursu hominum seu feminarum, utpote cum homines seu feminæ vadunt de una terra in aliam, &c.* Charta an. 1295. in Probat. Hist. Castilioneæ pag. 196. *Et est assavoir, que li entrecours, qui estoit des fames & des hommes le Roy, & des hommes & des fames de l'Iglise de Resbais & de Jorre, avant ledit eschange, demorront en la menerre qu'il estoit au temps le Roy: sauf ce que les fames que cile de cette franchise prendront de l'Iglise de Jorre & de Rabays, seront de cette franchise.*

INTERDIA, μέσον ἡμέρας, in Gloss. Gr. Lat.

INTERDIARIUS, ἡμεροκλέπτης, in Gloss. Lat. Gr. qui interdiu furatur. Vide Cujacium lib. 11. Observ. cap. 27.

INTERDICTUM, dicitur generalis excommunicatio, quæ fertur in provinciam, vel villam, aut castrum, cap. 17. de Verbor. significat: de cujus origine ac antiquitate scitu digna commentatur vir doctissimus Monspeliensis Episcopus ad Epist. 72. Innocentii III. lib. 14. Concilium Lemovicense an. 1031. sess. 2. *Nisi de pace acquieverint, ligate omnem terram Lemovicensem publica excommunicatione: eo videlicet modo, ut nemo, nisi Clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adveniens; aut infans à bimatu & infra in toto Lemovicino sepeliatur, nec in alium Episcopatum ad sepeliendum portetur. Divinum Officium per omnes Ecclesias latenter agatur, & baptismus petentibus tribuatur. Circa horam tertiam signa sonent in Ecclesiis omnibus, & omnes proni in faciem preces pro tribulatione & pace fundant. Pœnitentia & Viaticum in exitu mortis tribuatur. Altaria per omnes Ecclesias, sicut in Parasceve, nudentur: & cruces & ornamenta abscondantur, quia signum luctus & tristitiæ omnibus est. Ad Missas tantùm, quas unusquisque Sacerdotum januis Ecclesiarum obseratis fecerit, altaria induantur, & iterum post Missas nudentur. Nemo in ipsa excommunicatione uxorem ducat. Nemo alteri osculum det, nemo Clericorum aut Laïcorum, vel habitantium, vel transeuntium, in toto Lemovicino carnem comedat, neque alios cibos, quàm illos, quibus in Quadragesima vesci licitum est. Nemo Laïcorum aut Clericorum tondeatur, neque radatur, quousque districti Principes, capita populorum, per omnia sancto obediant Concilio.* In interdictis denudata etiam altaria, prostratas cruces ad terram, & reliquias Sanctorum, & inversa cymbala, docent Synodi aliquot Landavenses in Conciliis Anglicanis post Leges Ecclesiasticas Alvredi Regis descriptæ.

Extat alia formula interdicti in Codice MS. Bellovacensis Ecclesiæ Capitul. Caroli Magni. *In Christi nomine ego Hildegarius Episcopus* (Bellovacensis) *ex parte Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & ex parte sancti Petri Apostolorum Principis, & ex nostra parte excommunicamus & interdicimus hanc Ecclesiam, & omnes Capellas, ad illam aspicientes, ut nullus habeat licentiam Dei omnipotentis, & sancti Petri Apostolorum Principis, ab hac die in antea Missam cantare, nec audire, nec ullo modo divinum officium ministrare, nec decimam Dei omnipotentis accipere, nisi per nostram licentiam: & quicunque contra hæc interdicta, aut Missam cantare, vel audire, vel in aliquo loco divinum officium ministrare, aut decimam Dei omnipotentis accipere præsumpserit, ex parte Dei Patris omnipotentis, & Filii, & Spiritus sancti, & ex parte sancti Petri, atque Sanctorum omnium sit excommunicatus, & maledictus, & à consortio Christianorum segregatus, & à liminibus sanctæ matris Ecclesiæ, ubi fit remissio peccatorum, separatus, & sit anathema maranatha usque in finem sæculi cum diabolis in inferno. Fiat, fiat, fiat, Amen.* Sub Ludovico VII. *Innocentius PP. gladium Ecclesiasticum in ultionem exerens, per omne Regis dominium divini celebrationem officii interdixit*, in Chron. Mauriniacensi pag. 387. Knyghton. an. 1208. *Papa sententiam excommunicationis tulit in eum* (Joannem Regem Angl.) *& in omnes fautores, & totam terram Anglicanam supposuit interdicto; incœpitque hoc interdictum generale à prima Dominica Passionis Domini anno 1208. & duravit sex annis continuis & uno mense, nilque fiebat in sancta matre Ecclesia, nisi parvulorum baptisma; & confessiones morientium.* Adde Epist. 16. ex Sugerianis, & Ivonem Carnotensem Epist. 50. Instituit autem Bonifacius VIII. PP. ut non obstante interdicto Ecclesiastico in quatuor Festivitatibus divina celebrari possent, quibus festum Corporis Christi adjecit Urbanus VI. ut est in Magno Chronico Belgico an. 1389.

INTERDIGITIUM. Gloss. vet. cap. de Membris humanis: *Interdita*, 'μεσοδάκτυλα. Leg. *Interdigitia*. Marcellus Empir. cap. 34. *Interdigitia sanat cera in oleo Cyprino remissa & imposita.*

INTERDUCIÆ, Induciæ, intervallum temporis. Epistola 46. inter Epistolas sancti Bonifacii Archiepiscopi Moguntini: *Quamvis per interducias temporum corporali præsentia secernamur.* Ubi *interduciæ temporum*, dicuntur *intervalla temporum*, in Epist. 68.

INTERDUM, pro *interim*. Paschasius Radbertus in Vualæ Abbat. Corbeiensis Epitaphio lib. 2. cap. 1. *Sed quia interdum Severus ingressus est felix viam universæ terræ, &c.* Utitur rursum cap. 14. Utuntur præterea Lex Bajwar. tit. 3. cap. 8. §. 11. & lib. 5. Capitul. cap. 35. Inprimis notandus locus ex Charta Caroli C. ex Tabular. S. Cyrici Nivern. num. 2. --- *Post mortem verò illorum absque ulla contradictione ad eundem locum perveniant. Interdum namque vestituram, nonas, & decimas ipsa Ecclesia inde recipiat.*

INTER DUOS, Interjectum spatium, Gall. *Entredeux*. Chrodegangus in Regula Canonicorum cap. 8. & novæ Edit. 22. *Quando Clerus una aut bina vice in die reficit, accipiat à minore usque ad maximum quatuor libras panis, & quando bis in die reficit: pulmentum verò ad sex-*

sextam, unam ministrationem de carne inter duos. Et si cibaria alia una accipient, & cibaria non habeant, tunc duas ministrationes de carne habeant. Ad cœnam autem, aut unam ministrationem inter duos, aut cibaria alia habeant.

INTERESSE, Usura, fœnus, quod ultra sortem solvitur, vel quod quanti alicujus interest: Gall. *Interest.* Matthæus Paris pag. 612. *Propter usuras, pœnas, & interesse non minima suscipiebant incrementa.* Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1229. apud Perardum in Burgundicis pag. 299. *Volo & concedo, quòd carta, quam Odo pater meus fecit de interessis Episcopi Lingonensis & Ducis Burgundiæ distinguendo apud Castellionem & in pertinentiis stabilita sit & firma.*

INTERFARI, *Interfatus*, In Collat. I. Carthagin. cap. 10. & alibi.

INTERFECTIBILIS, Qui interficere potest. Apuleius lib. de Virtutib. herbar. c. 87. de Ruta hortensi: *Memorant etiam ad Olcymum fluvium appellari viperalem, eò quòd interfectibilis earum comprobetur.*

INTERFEMUS, μεσομηρίον, in Gloss. Gr. Lat. Infrà: μηρὸς, *Femus.* Eadem notione interfeminium dixit Apulejus in Apolog. pro τὸ γυναικεῖον. In Pœnitentiali Egberti Archiep. Eborac. pag. 17. *De sortilegio, de sodomitico, de interfemore, de in tergo,* &c. Sed de hujus vocis notione, vide in *Nubere retrò.*

INTERFESSUS, *Infatigabilis.* Papias.

INTERFINES, μεθορία, in Gloss. Græc. Lat.

INTERLAQUEATUS, Interpositus, interjectus, illigatus, ex Gallico. *Entrelassé.* Monasticum Angl. to. 3. p. 310. *Unum vas argenteum ad aquam benedictam, cum opere levato de imaginibus, & interlaqueato vineis, &c.* Adde pag. 315. 320. &c.

INTERLATUS. Epistola S Bonifacii Mogunt. ad Cuthbertum Archiepis. Cantii, præfixa Concilio Cloveshowensi: *Dulcissimas literas vestras fraterna caritate interlatas —— suscepimus.* Ubi quidam legendum censent *interlitas.* Sed *interlata* videtur esse vox nostra gallica *entrelassée.*

INTERLUDIUM, Fabula scenica: Anglis, *Interlude.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Joculando & talia verba asserendo interludia fuisse vanitatis.*

INTERLUDUM. Anastasius Bibl. in S. Cornelio PP. *Quem jussit sibi præsentari cum Præfecto urbis in interludo noctu ante templum Palladis.* Alii Codd. habent *in Tellude, Interlude.*

INTERLUNIUM, μεσοσέληνον, in Gloss. Græc. Lat. ἀπίλωσις σελήνης, in Lat. Gr. Gloss. Lat. MS. Reg. *Interlunium, Interstitio Lunæ.* Papias: *Interlunium, tempus illud Lunæ inter deficientem & nascentem, quando est* 30. Charta Godæ Optimatis Edwardi Confessoris, in Monastico Anglicano to. 3. p. 121. *Post interlunium temporis prædicti,* &c. Vox Plinio lib. 16. cap. 39. nota. *Nox squalida & interlunis*, apud Ammian. lib. 19.

INTERMETIUM, Spatium inter Circi metas, τὸ μεταξὺ τῶν καμπτήρων, in Gloss. Lat. Gr.

INTERMISSA. Pancharta Nigra Turon. ch. 97. *Cum mancipiis, --- terris etiam cultis & incultis, quæsitis & adinquirendis, intermissis, vineis quoque & silvis, &c.* apud Beslium pag. 202.

INTERMISSIO, Interventus, Gall. *Entremise.* Synodus Beneventana an. 1091. cap. 2. *Capellanos, qui contra statutum numerum in Ecclesiis sine consensu sui Episcopi militaverint, & à Laicis decimas sine intermissione Episcoporum obtinuerint, --- ab officio & beneficio interdicimus.*

INTERMITTERE, Immiscere. Vetus Placitum sub Ludovico Imperatore apud Viennam an. 912. ex Tabulario Eccl. Gratianopolit. fol. 68. *Audiens autem prænominatus Dux & Marchio (Hugo) proclamationem ipsius Pontificis, tactus pietate, per jussionem Domini nostri Imperatoris, ac per consilium Episcoporum, & per judicium Comitum, Nobilium, ac cæterorum fidelium suorum, per vvadium suum ipsam terram Deo sanctoque Apollinari reddidit: promittens nunquam se intermissurum de ea, &c.*

INTERNECTARE, *Occidere*; *Internectus, occisus.* Glossæ vett. apud Vossium.

INTERNICIDA, in Gloss. Arabico-Lat. *est quasi qui falsum testamentum facit, & ob id hominem occidit.* Vide Jacob. Gothofr. ad l. 14. Cod. Th. de Accusation.

INTERNUPTÆ, Iterum nuptæ. Concilium Valentinum I. Galliæ c. 1. *Sedit igitur neminem --- de digamis, aut internuptarum maritis, ordinari Clericum posse.* S. Honoratus Massiliensis in Vita S. Hilarii Arelat. *Astruentes Chelidonium internuptam suo adhibuisse consortio, quod --- Canonum prohibent statuta.* Occurrit præterea in Concilio Turonico I. c. 4. Agathensi c. 1. & 43. Arelat. IV. c. 3. Aurelian. IV. c. 10. & in Actis pro causa Contumeliosi Episcopi sub Joanne II. PP. *Renuptæ*, in Concilio Epaon. c. 2. & Aurel. III. c. 6. *Internupta & duplicata matrimonia*, in Concilio Arelat. II. c. 45. *Duplicata matrimonia*, in Arausicano I. c. 25. *Duplicatio matrimonii*, in Responsis Leonis I. PP. ad Rusticum Narbon. c. 6.

INTERPEDARE. Jornandes de Rebus Geticis, in Maximino: *Tum Imperator equo adacto in cursum, calcaribus incitatum, multos orbes huc atque illuc usque ad suam fatigationem variis inflexibus interpedavit.*

INTERPEDITATUS. Consuetudines & Assisæ Forestæ: *Licitum est Abbati de Burgo S. Petri venari & capere lepores, vulpes & mureleges, infra metas foresta, & habere canes interpeditos.* Videtur, inquit Spelmannus, medium quiddam forme inter *expeditatos*, & *inexpeditatos.* Vide supra in *Expeditatus.*

INTERPENDIUM, Gloss. Græc. Lat. *Interpendium*, παράπηγμα. Idem videtur quod *interpretium.*

INTERPLACITARE. Vide *Placitum.*

INTERPRÆMIUM. Lex Saxonum cap. 2. §. 1. *Qui nobilem occiderit, 840. sol. componat. Ruoda quod dicitur apud Saxones, 120. sol. & interpræmium 120. sol.* Ubi Lindenbrogius videtur existimare idem esse quod *interpretium*, de quo mox.

INTERPRENDERE, *Interprisa, Interpresura*, idem quod *intercipere, interceptio*, de quibus supra, ex Gall. *Entreprendre, Entreprise.* Capitula Caroli C. tit. 28. *Ut audivimus aliquos interprendere.* Hincmarus Remensis opusc. 13. *Unde puto, ut sicut in nomine interprêsum est, ita sit & in ambasciato.*

Interprisa, Interceptio. Matth. Paris an. 1242. *Ut treugas initas teneret, & interprisas emendaret, si quæ per ipsum vel per suos factæ essent.*

Interprisio. Vetus Notitia Viennensis Ecclesiæ ann. 863. *Sicque ipse Sigebertus causam præsumptionis & iniquitatis ad præsens negare non valens, coram omnibus confessus est hujusmodi interprisionem & præsumptionem in omnibus esse veram, &c.*

Interpresura, eadem notione. Charta Erardi de Brena anno 1217. in Tabulario Campan. *Si verò, quod absit, aliquid interceptum esset infra prædictum terminum, --- interpresuras infra 15. dies, postquam inde essent submoniti, facerent emendari.* Statuta de Talemellariis Parisiorum MSS. *Le Roy à donné à son Maistre Panetier la Maistrise des Talemelliers, --- & les amendes des Talemelliers --- si comme des entrepresures de leur mestier, & de bature sans sang, &c.* Vide *Intercipere.*

INTERPRES, Intercessor. Vetus Notitia Judicati ann. 954. apud Ughellum tom. 5. p. 1501. *Ille audiens talem contentionem, fecit nobis dare guadiam & quindenitatem, interpretes ponere Andream venerabilem Episcopum -- ut usque in diem tertium haberemus inducias pensandi inter nos &c.* Infrà: *Misericordiâ moti estis super nos per rogationes Domini Andreæ Episcopi, &c.* Ubi videtur leg. *atque indemnitatem.*

Interpres nuptiarum, Internuntius, in leg. 1. Cod. Th. de Nupt. προξενέτης.

INTERPRETIUM, Quod de pretio rei restat. Galli dicunt, *le surplus du prix*. Gloss. Lat. Græc. *Interpretium*, παράλληλον. Ita *Interpretio* & *Interpendio*, contrarium *Intertrimentum*, id nempe quod de pretio & pondere detrahitur. Senator lib. 2. Ep. 26. *Ut frumenta, quæ per supradictos negotiatores in publico comparantur, non iterum ab eisdem interpretii nomine solidorum quantitas exigatur.* Ammianus lib. 28. *Verùm quoniam denis modiis singulis solidis indigentibus venundatis, emerat ipse tricenos, interpretii compendium ad Principis ærarium misit.* Charta Artemii Episc. Tarraconensis in Concilio Cæsaraugust. II. *Decrevimus, ut -- exigere debeatis, hoc est, siliquas octo,--- & pro inevitabilibus damnis, vel interpretia specierum, siliquas quatuor, &c.* Adde leg. 1. Cod. Theod. de Suariis, &c. quæ est ex Novella 27. Valentiniani & Marciani. Vide Cujac. lib. 16. Observ. cap. 4. Lindenbrogium & Valesium ad Ammian.

INTERRARE, Humo mandare, Gall. *Enterrer.* Leges Edwardi Confess. cap. 36. *Interrent eum ut Christianum.*

Interragium, Inhumatio: occurrit in Statutis Synodalibus Odonis Episc. Paris.

INTERRASILIS, *Intersatilis*, Cælatus, incisus. Papias: *Interrasilis, anaglypha, sculpta.* Idem: *Lubrum, rasile lignum.* Will. Brito in Vocabul. *Interrasile dicitur interpolatum, celatura, & plana. Planum enim inter celaturas quasi rasum videtur.* *Rasile lignum* dixit Prudentius in Psychomach. pro jaculo seu missili: & lib. περὶ στεφ. *rasiles scopulos*, idola Paganorum vocat. *Rasilis ars*, apud Honorium Augustod. in Gemma animæ lib. 1. cap. 220. Gloss. Gr. Lat. Ἔνξυσον, *Rasile*. *Rasili* igitur opponitur *interrasile*, quod subinde cælatura & *plano variatur*, ac distinguitur. Alexander:

> *Quod nunc sculpturis, quod nunc planitia variatur,*
> *Hoc & non aliud opus interrasile dicas.*

Corona interrasilis, Exodi cap. 25. Anonymus de Gestis Constantini M. *Laminam auream jussit interrasilem fieri.* Fortunatus lib. 1. Poëm. 13.

> *Hic sculptæ cameræ decus interrasile pendet.*

Anastasius Bibl. in Leone III. p. 131. *Hic idem Præsul fecit --- crucem anaglypham interrasilem ex argento purissimo.* In Gregorio IV. *Gabathas interrasiles de argento duodecim angelorum opere constructas.* Adde pag. 165. a. 176. d. 179. d. & 204. a. Ex his emendare licet eundem Anastasium, ubi pro *interrasiles*, habet *intersatiles*, p. 134. ut & Epistolam Patriarchæ Hierosol. ad Ignatium Patr. CP. *Simul autem & sacrum vas cimeliorum sanctæ Resurrectionis, craterem argenteum cum imaginibus intersatilem transmisi:* Vide Exod. c. 25. v. 25. 3. Reg. 7. 28. Salmasius de Modo usurarum pag. 461. *Interrasile* esse scribit, quod Græci διάτρητον vocant, quod sic cælatum est, ut traluceat, & visum transmittat. Auctor Incertus apud eundem, de Theoderico: *Laminam auream jussit interrasilem fieri, quatuor literas Regis habentem: unde & si subscribere voluisset, posita lamina super Chartam per id subscriptio ejus tantum videretur.*

Interrasus, eadem notione. Statius lib. 7. Thebaïd. pag. 344.

> ——— *Et fibula rasilis auro*
> *Tenariam fulva mordebat jaspide pallam.*

Ubi Lactantius: *Ad luxuriam retulit pulcritudinem fibulæ. Erat enim foraminibus multis exornata, --- quas vulgo interrasas appellant.* Paulinus Natali 9. de ovibus Laben. pag. 605.

> *Ut de interrasa variatis cortice virgis*
> *Infinita gregis sancti fœtura probetur.*

Interrasor, Ejusmodi operum artifex, cælator. Gloss. S. Benedicti: *Interrasor*, διαρινητής. Diversi verò *Interrasores* à Tornatoribus.

INTERREGNUM. Concilium Parisiense III. can. 1. & Turonense II. can. 25. de pervasoribus rerum Ecclesiasticarum: *Neque quisquam per interregna res Dei nitatur defensare: quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos singulari dominatione concludit.* Edictum Chlotarii II. Regis in Synodo Parisiensi V. *Ea quæ unus de fidelibus ac leodibus, suam fidem servando domino legitimo, interregno faciente, visus est perdidisse, generaliter absque aliquo incommodo de rebus sibi juste debitis præcepimus revestiri.* Pactum inter Guntrannum & Childebertum Reges, apud Gregorium Turon. lib. 9. Hist. cap. 20. *Et si aliquid cuicunque per interregna sine culpa sublatum est, audientia habita restauretur.* Testamentum Bertichramni Episc. Cenoman. *Simili modo villa Briomilia, quæ ex successione parentum nobis justè debita erat, & per interregna longo tempore nobis ablata fuit, & postea cum Deus Domno Chlotario regnum suum in integrum dedit, &c.* Infrà: *Villa verò Blacciaco licet à parentibus meis longo tempore fuit possessa, & per interregna vel adolescentiæ meæ genitricis fuit de jure suo ablata, &c.* Id est, interventu Regum, *per auctoritatem Regiam*, ut est in Concilio Remensi can. 8. apud Flodoardum lib. 2. Hist. Remensis cap. 5. & lib. 6. Capit. Carol. Magni cap. 106.

INTERREX, Gubernator Regni. Hector Boëtius lib. 2. Hist. Scotor. pag. 27. *Ubi interrex (hæc ætas gubernatorem vocat) cunctis applaudentibus est declaratus.*

INTERRIVATUS, Rivis distinctus. Dudo Decan. S. Quintini de Actis Norm. lib. 1. pag. 62. *Europa quamplurimis fluminum alveis interrivata.*

INTERROGARE, Commeatum & licentiam petere. Regula S. Pachomi cap. 11. *Quando in collecta orant fratres, nemo ingredietur absque jussione Majorum, nisi interrogaverit, concessumque ei fuerit exire, &c.* Pœnitentiale S. Columbani: *Si --- extra sepem Monasterii sine interrogatione exierit.* Item Columbanus cap. 8. *Qui visitaverit alios fratres in Cellulis eorum sine interrogatione, simili modo pæniteat.* Idem de Pœnitentiarum mensura cap. 9. *Qui aliquid facit sine interrogatione, &c.*

Interrogatio. Tabularium Monast. S. Michaëlis Ulterioris portus an. 1201. *Dedi campum liberum & quietum ab omni interrogatione, relevamento, taillia, motura & auxilio.*

INTERSCAPILIUM, Papiæ, *spatium inter scapulas.* Rectiùs Glossæ Græc. Lat. Μετάφρενον, *Interscapulum.*

INTERSELLARE. Vide *Indorsare.*

INTERSICUS. Charta Gerberti Archiepiscopi Capuani an. 979. apud Michaëlem Monachum in Sanctuario Capuano: *Secunda petia ibi propinquo, unum latu terra nominata sanctæ Mariæ, & ipso ribo, & aliis latu terra Benerusi cum intersicu nostro, --- unum latu terræ Andreæ cum ipso intersicu nostro, --- ipse intersicus noster unum latu via publica, &c.*

INTERSIGNUM, Indicium, Occitanis, *Enreseignes.* Ugutio: *Intersignum, vel intersignium, quod est inter duo signa, vel signum quod est inter aliquid, sicut quis solet mitti de uno loco in alium causa notitiæ.* Henricus Rebdorff. an. 1347. *Et quia similis in facie & in moribus VValdemaro erat, & multa intersigna de actibus VValdemari hominibus ad memoriam revocavit, &c.* Alanus de Insulis in Anticlaudiano lib. 4. pag. 61.

> *Naturæ Triton dans intersigne favoris.*

Utitur Sueno in Hist. Danica cap. 2. & 10.

Intersignum, Clamor militaris, *Cry d'armes.* Gesta Consulum Andegavens. cap. 13. n. 5. *Exclamavit unusquisque intersignum suum.* Vide *Cognitiones.* *Enseigne*, Scriptoribus nostris, quòd qui vexilla deferebant in præ-

præliis, primi bellicum clamorem efferrent, ut pluribus docuimus in Dissert. 11. ad Joinvillam, ex variis Poëtis nostratibus, quibus hæc addo ex alio:

Les tropes, les tabours, li cor con i sonna:
Et les vois des enseignes que l'on y escria,
Gietent cris si orribles, c'est vis ceux qui sont là,
Que li puis & li vaux trestous en resonna.

Le Roman de Rou:

Si come poignent criant vont
I tels enseignes comme ils ont.
Cil de France crie, Monjouye,
Cen leur est bel a.. l'en les oye.
Gu.. aume .. ie, Deu aye,
C'est l'enseigne de Normandie, &c.

Alibi:

Normans escrient, Dex aye,
L'enseigne au Duc de Normandie,
Et Breton Mallou Mallou crient,
Entour le Conte Alain s'allient.

Intersignia, Arma, *Armoiries*. Guill. de Podio-Laurentii cap. 1. *Erant in eodem castro centum hospitia Militum, equos cum intersignibus, & arma habentium.* Accipitur etiam *Intersignium* pro quavis nota. Vide Suenonem in Hist. Danica cap. 2. 10.

INTERSTANTIA, Distantia. Utitur Thwroczius pag. 14.

INTERSTITIATUS. Veteres Schedæ Ecclesiæ Bisuntinæ, apud Chiffletium in Dissert. de Conversione Constantini M. cap. 1. *Cumque ab astantibus didicisset, ibi aliquos adesse, interstitiata adbrevi de Christianis ratione, quasi sub obtentu mirandæ civitatis situm videndi, pervenit, ubi locorum manebant Christiani.*

INTERTIARE, est *sequestrare, in manum tertiam ponere*, vel *mittere*. Glossarium Saxonicum: Cottonianum Ʒebon-TeƮƮan, *Intertiare*. Propriè autem dicitur res *intertiari*, cùm furto sublata, & alteri vendita, à domino repetitur ab eo, penes quem deprehenditur. Quippe donec possessor auctorem suum advocaret, ac laudaret, *in manum tertiam mittebatur*, seu sequestro dabatur: tum verò de re *intertiata* controversia erat, quam is, qui repetebat, *intertiare* dicebatur *super possessorem*, cujus partes erant venditorem proferre, atque ille alium, donec ad ipsum furti reum deveniretur. Hanc *intertiandi* rationem omnino prodit Lex Salica tit. 48. *Si quis, qui Lege Salica vivit, servum aut ancillam, caballum, vel bovem, seu jumentum, seu quamlibet rem suam sub alterius potestate agnoverit, mittat eam in tertiam manum:* (id est, in sequestri manum) *& ille, apud quem agnoscitur, debet adhramire: & si intra Ligerim aut Carbonariam ambo manent, & qui agnoscat, & apud quem agnoscitur, in noctes 40. placitum faciant, & in ipso placito quanticunque fuerint, qui rem intertiatam* (sequestratam) *vendiderint, aut cambiaverint, aut fortasse in solutionem dederint, omnes intra placitum istum commoneantur, ut unusquisque cum negotiatoribus suis alter alterum admoneat.* Et infrà: *Ista omnia ubi caballus est, super quem res primitus agnita fuerit, aut intertiata, fieri debent.* Id præterea multis in locis firmat Lex Ripuar. tit. 33. §. 1. *Si quis rem suam cognoverit, mittat manum super eam,* (id est, pignoret, seu saisiat, ut verbis Practicorum utar) *& ille, super quem intertiatur, tertiam manum quærat,* (id est: sequestrum) *tunc in præsente ambo conjurare debent cum dextera armata, & cum sinistra ipsam rem* (sequestratam) *teneant: unus juret, quòd in propriam rem manum mittat: & alius juret, quòd ad eum manum trahat, qui ei ipsam rem dedit, &c.* Atque hæc est vera vocis *intertiare* significatio, quidquid contrà dicant Lambardus, Somnerus, & Wendelinus, qui volunt esse, cum *tertio* de re furto subrepta contendere, vel certè *tertium advocare*, qui auctorem suum laudet, ad quod tenebatur is, à quo repetebatur. Ita in veteribus Glossis, ἔντριτ@, est *sequester*, in aliis: ἔντριτ@, *intertius*. In Gloss. Lat. Græc. *Sequester*, μεσίτης, ἔντριτ@, συνθηκοφύλαξ.

Igitur *Intertiare rem furatam super aliquem*, est rem, in sequestrum positam, repetere in Lege Salica d. tit. in Decretione Childeberti Regis §. 3. in Lege Ripuar. tit. 33. §. 1. tit. 72. §. 1. 1. 4. 6. 8. in Lege Longob. lib. 2. tit. 18. §. 3. in Capit. Caroli Magni lib. 6. cap. 209. in Legibus Inæ apud Bromptonum cap. 27. 52. 59. & in Legibus Edvvardi Confess. cap. 25. Sic *Entiercer* usurpant Stabilimenta S. Ludovici: *Se aucune personne sient aucune chose, qui li ait esté emblée, & il enterche pour l'emblée, &c.* Usatica Ambianensis urbis MSS. *Et se il avient chose, que aucune ame enterche, & il ne peut prover, il paie 60. sols de faus enterchier.* Intertiator, *Entierceur*, dicitur in Legibus Normannicis vernaculis Willelmi Nothi c. 25. Hinc in Consuetudine Aurelianensi art. 455. & Dunensi art. 93. *Entiercier*, est rem judicis auctoritate à domo creditoris auferre, & pignori, vel quasi *sequestro* dare.

Animal furatum absque intertiato requirere, in Lege Ripuar. tit. 47. *Res intertiata*, in Capitul. Caroli M. lib. 3. §. 46. Vide Legem Wisigoth. lib. 7. tit. 2. §. 9.

INTERTURRIUM, *spatium interjectum inter duas turres*. Charta fundationis Monasterii Tuitiensis an. 1019. apud Gelenium in Colonia Agrippina pag. 381. *Deinde ipsum Castrum Tuitiensium, turres scilicet, ac interturri cum fossato in circuitu, &c.*

INTERVALLARITER, Per intervalla. Magister Egidius Corboliensis lib. de Pulbus:

Si calidus digitos intervallariter urens.

INTERVENIRE dicebantur ii, quorum *interventu*, ac *intercessione* Principes ac Reges alicui aut Ecclesiæ, aut privato, quidpiam concedebant. Unde crebrò legitur hæc formula in Diplomatibus, *per interventum*, *interventu* magnatis alicujus id esse concessum, ut in iis, quæ habet Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 62. 72. 76. 107. 108. Colvenerius apud eundem Baldricum p. 495. Meibomius in Not. ad lib. 3. Witikindi pag. 74. & in Diplomatibus Ottonis M. eidem Historiæ adjunctis, &c. Glossæ vett. *Interventu*, τῇ μεσιτείᾳ. Gl. Gr. Lat. Ἐπιγνώμων, *Intercessor, interventor*. Alibi: διαιτητής, *disceptator, arbiter, interventor*. Ugutio: *Intervenire, intercedere, inter alios venire, mediatorem esse*. Gloss. Lat. Græc. *Intervenit*, μεσάζει. *Interventio*, μεσιτεία. Vide JC. & in voce *Ambasciare*.

INTERVENTORES, dicti, qui sede vacante Episcopatum administrabant, donec proprius aliquis electus esset. S. Augustinus lib. de Unico Baptismo c. 16. de Donatistis: *Contra quam paucissimi Aphris partis suæ primò interventores adventitios furtim longéque mittebant, ---- donec deceptæ plebeculæ quasi proprios Episcopos ordinarent.* Idem Epist. 163. *Narrant etiam in ipsa schismatis novitate, majores suos ---- dedisse quendam interventorem populo suæ communionis apud Carthaginem constituto, antequam Majorinus adversus Cæcilianum ordinaretur.* Synodus Carthag. habita an. 525. *Neque plebes nos vicinæ aliquando subjecimus, aut Episcopis vicinis, aut interventori Ecclesiæ, quæ proxima est nobis, &c.* Adde Ferrandum Diac. in Breviario cap. 22. 23. Crisconium c. 267. Capitul. Caroli Magni lib. 7. c. 89. &c.

Interventores, dicuntur etiam sponsores in Baptismo, Patrini. Nicolaus I. in Resp. ad consult. Bulgar. cap. 18. *Qui fidem respuit, quam promisit ab illo, à quo susceptus est, & qui fidei ejus interventor extitit, debet per omnia revocari.* Vide *Intercessio*.

INTERULA, Camisia. Vopiscus in Claudio: *Interulas, dolores duas.* Tertull. de Pallio cap. 5. *Si quid interula superest.* Petr. Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 74. *Interula ejus artus nudantes.* Utuntur Martianus Capella lib. 1. Joannes Altuvillensis in Archithrenio lib. 2. cap. 3. & alii passim.

Interior tunica dicitur Valerio Maximo, *intima*,

Gellio lib. 10. cap. 20. χιτώνιον ἐχέσαρκον Athenæo, & aliis.

INTESTATIO, *Intestia*, bona mobilia, seu *catalla* intestatorum, quæ ad dominos, ex eo, quòd quis decesserat *intestatus*, pertinebant. Charta an. 1238. *Et ostem, & cavalcatas, & seguis, & cucucias, & exorquias, & homicidia, & intestationes, & arsinas, &c.* Alia Rogeri Comitis Fuxiensis an. 1250. *Exfranquimus omnes & singulos homines de Valle de Merantes, & eorum proles in perpetuum de exorquia, intestia, arsina, cugucia, &c.*

Qui porrò *intestatus* decesserat, habebatur olim pro damnato ac infami. Cùm enim Conciliorum canonibus certam bonorum suorum, atque adeo decimam *partem*, ut est apud Matthæum Paris pag. 113. distribuere in pios usus, ad animæ redemptionem, quis teneretur: qui id non egisset, salutis suæ curam quodammodo videbatur abjecisse. Quam brem jubentur Sacerdotes, in aliquot Synodis, morituros adhortari, ut & peccata sua sacramentali confessione eluant, & de rebus suis in Ecclesiarum vel pauperum favorem, aut in alios pios usus ad animæ salutem disponant, ut est in Synodo Sodorensi can. 1. Quod quidem ita invaluit, ut delictorum absolutio & Viaticum denegaretur iis, qui Sacerdotum in hisce monita posthaberent, ut qui eleemosynis & confessione ac viatico viam sibi ad æternam beatitudinem, à Sacerdote moniti, parare neglexerant, & salutis suæ curam omnem abjecisse crederentur: adeo etiam, ut nullum esse discrimen existimarent inter ejusmodi *intestatos* & illos, qui sibi mortem intulissent. Ut autem βιοθανάτων bona mobilia in fiscum redigebantur, ita & *intestatorum* dominis addici debere existimaverunt, maximè si per eos licuerat haud *intestatos* decedere. Charta de Regibus Angliæ in Normannia adversus Clerum an. 1205. in Reg sto Herouvalliano Philippi Augusti fol. 121. & in Normannicis Duchesnii fol. 1052. 1060. *Item diximus de illo, qui moritur intestatus, si jacuerit in lecto ægritudinis, per tres dies, vel quatuor, omnia mobilia ipsius domini Regis debent esse, aut illius, in cujus feodo terra est, & sicut de illo, qui se interfecit spontaneus.* Idem ferme statuunt sancti Ludovici Stabilimenta lib. 1. nam cùm in cap. 86. bona mobilia illius, qui suspendio voluntario, aut quovis modo mortem sibi intulisset, vel aquis mergendum se dedisset, ad *Baronem* pertinere dicantur, hæc in capite sequenti subduntur: *Se aucuns hom, ou aucune fame avoit geu malade huit jours, & il ne se vousist confesser, & il mourut desconfés, tuit li meubles seroient au Baron.*

Le Roman de Garin MS.

Outre, fet-ils, fels, traitres, cuvers.
Vostre lignagne mora hui desconfés,
Là de cest champ n'istra blans ne pers.

Sed & *desperatis* inconfessos æquiparant Jura & Consuetudines Normanniæ cap. 21. *Desperati autem moriuntur, qui per novem dies, vel ampliùs, gravi ægritudine & periculosa oppressi, communionem & confessionem sibi oblatam recusant ac differunt, & in hoc moriuntur: terris tamen propter hoc hæredes non privantur, sed eorum catalla debent in manu Principis remanere.* Sic igitur βιοθάνατος, & qui absque confessione volens decesserat, pari habebantur conditione.

Neque postmodum potioris status omnino fuere, qui subitanea ac improvisa morte decedebant, cùm id *divino* adscriberent *judicio*, ut est in Provinciali Ecclesiæ Cantuariensis lib. 3. tit. 13. eoque nomine bona eorum mobilia fisco dominico perinde adscriberentur. Chronicon Laurishamense pag. 92. *Nam ferme biennio mutus & elinguis, ac dira omnium membrorum paralysi contractus, carne jam præmortua, solo spiritu palpitans, dedecorosè tandem & intestatus expiravit.* Ubi *divino* quodam *judicio* scelestus ille, *mutus & elinguis*, ac proinde *intestatus* obiisse dicitur: quod *mori sine lingua*, vetus Charta apud Will. Tyrium lib. 12. c. 25. *morir sans fabla*, Fori Hispanici vocant. Quo etiam pertinet, quod habet Chronicon Nangii an. 1202. *Guillelmus Remensis Episcopus, dum Laudunum venisset, morbo subitaneo præventus opprimitur, & obstruso linguæ officio moritur intestatus*, id est, absque confessione & viatico: nam eo ævo, *intestato mori*, nihil ferè aliud erat: quod nemo moriturus exhomologesim peccatorum suorum daret, qui non unà & simul de eleemosynis suis disponeret. Charta Ludovici VII. pro Rupellensibus apud Beslium pag. 600. *Dedi & concessi in perpetuum omnibus hominibus, qui manent Rochellæ,--- quod quicumque ex illo sive testatus, sive intestatus, id est, sive confessus, sive non, morietur, omnes res ejus & possessiones integrè & inrectè remaneant hæredibus suis & generi suo. Illius autem qui testatus, sive confessus moritur, præcipio, quod testamentum stet juxta ejus divisionem.* Charta Henrici III. Regis Angliæ pro eodem oppido Rupellensi: *Praterea concedo eis & confirmo hac carta mea, quod quilibet de illis, qui confessus est, & testatus decesserit, stabilem & ratam rerum suarum habeat divisam, &, sicut eam fecerit, firmiter teneatur. Si verò aliquis illorum colli fractione, vel submersione, vel aliquo casu subita morte præventus fuerit, & spatium confitendi non habuerit, concedo, ut secundum rationabilem dispositionem & considerationem parentum & amicorum suorum res sua distribuantur, & eleemosynæ fiant pro anima ejus.* In Charta commutationis castelli Montisferrandi in Arvernis, facta à Ludovico de Bellojoco, domino *de Borco*, cum Rege Philippo an. 1292. ubi de *mortallia* ejus, qui in eodem oppido *non confessus* moritur, universa bona ad dominum Montisferrandi pertinere dicuntur. Verba notatu dignissima sequentia sunt: *Et est a savoir, que pour les 4. aides, que li Sires de Montferrant a & doit avoir a Montferrant, quant li cas avíennent, c'est a savoir l'aida de sa chevaliere, l'aida de sa fille marier, de la raençon de son corps pris en guerre, & de l'alée d'oustremer, & encore pour le Cas de la mortaille, c'est a dire, que quand aucun meurt en la ville de Montferrant sans confession, tuit li bien mueble d'icelui sont au Seigneur de Montferrant, &c.* Charta Roberti Comitis Flandriæ in Tabulario S. Bertini: *Ad hoc etiam si servus Comitis & confitens obierit, terram & omnem substantiam ejus Comes possidebit: reditus autem terræ ipsius Comes persolvet Abbati.* Ubi videtur legendum *non confitens.*

Atque ut *inordinatus* mori dicitur, qui non condito testamento decedit, in Concilio IX. Toletan. can. 4. in Legibus Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 14. & apud Tyrium loco laudato: ita Græcis ἀδιάθετος mori dicebatur, qui non sumpto viatico decedebat. Id nuper observatum à nobis in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici ex Vita sanctæ Eusebiæ apud Bolandum 24. Jan. Nam cùm vitæ finis eidem sanctæ instaret Virgini, accessetque pater ejus spiritualis, hæc verba effata est: *Mihi, ut video, adest finis, dolorque est animæ meæ & tristitia ingens, quod inordinatà egrediar ex corpore, absente sancto Episcopo, & patre nostro domino Paulo.* Ubi Bolandus ait, Græcum exemplar habere ἀδιάθετος, *quod videlicet*, inquit, *sacro viatico extremis mysticisque Sacerdotum precibus non esset munita.* Atque hac, ni fallor, notione voce *intestatus* usus videtur Libellus precum Marcellini & Faustini p. 65. *Sed apud Treviros Bonosus Presbyter inclusus, intestatus, ac diu pœnas senex dedit propter observantiam intaminatæ fidei illius, &c.*

Quorumcunque igitur intestatorum, hoc est, sive ultro absque confessione & non sumpto viatico, ac eleemosynarum non facta dispositione, sive subitanea præventi morte decessissent, bona mobilia ad fiscum dominicum redibant. Regiam Majestatem l. 2. c. 53. *Cùm quis*

quis intestatus decedit, omnia catella domini sui erunt. Id pluribus probatum ad Stabilimenta sancti Ludovici.

Hujus autem consuetudinis eam esse existimaverim originem, quod cùm absque eleemosynarum distributione prævia decedere probrosum quodammodo Patres judicarent, sæpeque accideret ut morte improvisa, nulla facta bonorum in eleemosynas ordinatione vel dispositione, quis decederet, quo animæ illius consuleretur saluti, ut mortui partes supplerent Episcopi & Sacerdotes, sanxerunt, ut ex defuncti bonis eleemosynas distribuerent, eòque nomine bona illius mobilia sequestrarent, debita creditoribus persolverent, omniaque exequerentur, *eodem modo, quo tenerentur, si testamentum fecisset, executores*, ut est in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 22. §. 3. & in Fleta lib. 2. cap. 62. §. 12. 13. lib. 6. cap. 37. §. 7. Extat Charta an. 1370. in Tabul. Episcopat. Ambian. fol. 189. in qua hæc habentur. *Sur ce, que lei dis Evesques s'estoit complains desdits doien & chapitles, -- de ce, qu'ils avoient fait enterrer le corps de ...... qui estoient mors intestats, sans le congiè ou licence dudit Evesque, & sans qu'il ent eu les biens desdits defunts pour iceux distribuer pour les ames d'iceux mors, &c.* Ea verò bona, quæ in eleemosynam sequestrabant, *eleemosynam rationabilem* appellabant, uti in hac voce docuimus. Tabular. Capitul. Rotomag. in Collectione Concil. Rotomag. pag. 185. *Item distributio eorum, quæ in testamento relinquuntur, auctoritate Ecclesiæ fiet, nec decima pars bonorum, ut olim, subtrahetur.* Sed & interdum intestati familiares, & agnati, ipsius loco testamentum condebant ad ejusmodi legata, ad id fortè ab Episcopis delegati, cujus moris extat exemplum in Tabulario Prioratus S. Vincentii Laudunensis, in hæc verba: *Universis præsentes literas inspecturis, Alanus de Novilla Miles, & Galtherus Canonicus Remensis, salutem. Noverint universi, quod nos fecimus testamentum pro Petro quondam fratre nostro, sub hac forma, quòd nos legavimus pro remedio animæ suæ Monachis de Novilla, Capellanis nostris tres modios vini pro anniversario ejus annuatim faciendo, &c. Datum anno Dom.* 1261.

Neque, opinor, alio jure cognitio de testamentis ad *Curiam Christianitatis* pertinuit; cùm, ut est apud Matthæum Paris an. 1190. *rerum, quæ in testamento relinquebantur, distributio auctoritate Ecclesiæ fieret.* Pari modo: *Si quis subitanea morte, vel qualibet casu præoccupatus fuisset, ut de rebus suis disponere non posset, distributio bonorum ejus Ecclesiastica fiebat auctoritate.* Synodus Exoniensis an. 1287. c. 50. *Si qui verò laicorum decesserint intestati, de bonis eorum per locorum ordinarios taliter præcipimus ordinari, ut pro anima defuncti in pios usus totaliter erogentur.* Quò sanè pertinet, quod scribit Anastasius Biblioth. in Præfatione ad octavam Synodum, Photium Patriarcham Constantinop. persuasisse Imperatori Michaëli, ut *præciperet neminem testamentum facere, vel per alterius, nisi per Photii manus, suas eleemosynas erogare*: quod non ob aliud, subdit idem Scriptor, *adinvenit inventor malorum, nisi ut, cùm acciperet & erogaret substantias divitum, proprias à minùs curiosis erogasse putaretur, ac per hoc à cunctis quasi dapsilis & munificus haberetur.* Licèt nolim præstare, eam fuisse mentem Occidentalium Episcoporum; eorum tamen exemplo morem ipsum in Orientem invehere voluisse Photium, par est existimare.

Enimvero cùm Episcopos & Sacerdotes in vassallorum suorum bona manus injicere ægrè ferrent sæculares domini, præsertim cùm eò procederet interdum Ecclesiasticorum avaritia ac lucri cupido, ut, quæ in eleemosynas & creditorum debita distribuere debuerant, sibi adscriberent; id etiam juris sibi arrogavere, vario prætextu; ac primo quidem id ipsum exequendi, quod Episcopi ac Sacerdotes; hoc est, eleemosynas faciendi, & defuncti debita persolvendi; tum etiam eadem bona mobilia sibi adscribendi, quòd *intestati* haberentur pro βιοθανάτοις, quorum, ex usu & recepta consuetudine, bona mobilia ad dominos pertinebant. Ecclesiasticorum consuetam rapacitatem in bonis intestatorum satis arguunt in eos decreta statuta, atque ea potissimùm, quæ habentur in Provinciali Cantuariensis Ecclesiæ lib. 3. tit. 13. quibus jubentur Episcopi, solutis defunctorum debitis, cætera bona in pios usus distribuere, *nihil sibi inde retento, nisi quod pro labore suo congruum censuerint*, adeo ut cæteroquin defunctorum bona invadere prohibeantur, in Statuto Ottoboni Cardinalis, seu Concilio Londinensi an. 1268. can. 24.

Verùm postmodum eò processit dominorum rapacitas & avaritia, ut vassallorum suorum, qui intestati decesserant, non modò partem bonorum ... am in pios usus distribuerent; sed e... p... ..é invaderent (quod in Concilio Nannetensi, Brit... nniæ Comitis nutu, abrogatum scribit Hildebertus Turonensis Archiepiscopus Epist. 65. & 66. quas de intestatis intelligendas arbitror atque adeo debita exsolvere renuerent. Hinc querela Episcoporum Angl... Cantuariensis libro tertio, titulo 28. *Quidam etiam domini temporales, & eorum ballivi, bona decedentium ab intestato in suis districtibus ad ipsos dominos prætendentes fore, quamvis erronèe, devoluta, ne per ordinarios bona hujusmodi pro debitorum solutione sic decedentium ac in alios pios usus pro ipsorum animarum salute convertantur utiliter, prout consensu regio & magnatum regni Angliæ, tanquam pro jure Ecclesiasticaque libertate ab olim extitit ordinatum, impediunt in derogationem Ecclesiasticæ libertatis, &c.* In eodem Provinciali libro 3. titulo 13. in Concilio Lambethensi an. 1261. & in Concilio Londinensi an. 1342. canone 7. *Laïcis aut Clericis divino judicio decedentibus intestatis, domini feudorum non permittunt, debita defunctorum solvi de bonis mobilibus eorundem, nec in usus uxorum suarum, liberorum suorum, vel parentum, vel aliter per dispositionem ordinariorum bona prædicta pro ea portione, quæ secundùm consuetudinem patriæ defunctos contingit, permittunt distribui pro eisdem.* Quibus hæc subdit Lindvvodus: *Ut puta medietatem bonorum, ubi superest uxor & nulli liberi: alioquin si etiam supersint liberi, tunc defuncti portio est tertia pars, aliis duabus uxori & liberis remanentibus.* Ex quibus præterea docemur, dominos sæculares in Clericorum intestatorum bona manus injecisse, quod vetitum exertè in Concilio Viennensi ann. 1267. can. 10. sub anathematis pœna.

Medietatem, aut tertiam partem bonorum intestati, mobilium, ni fallor, dominos sibi iis casibus interdum arrogasse, ostendunt Usatici Barcinonenses MSS. cap. 129. *De intestatis ab hoc sæculo discessis, si reliquerint uxores ac filios, tertiam partem assequantur seniores in facultatibus eorum. Si reliquerint filios, & non uxores, assequantur medietatem præfati seniores. Si verò uxores & non filios habeant, medietatem seniores jam dicti & aliam medietatem parentes defuncti. Quod si parentes desint, senioribus detur, observatis tamen ad uxores suis directis & omnibus locis. Ita sit de uxoribus intestatis, quemadmodum superiùs dicitur de viris.* Consuetudines Catalaniæ inter dominos & vassallos MSS. cap. 45. *Si aliquis qui nunquam habuerit uxorem, moritur intestatus, dominus ejus non debet percipere tertiam partem bonorum suorum, nec aliquid aliud ratione intestiæ: & hoc notatur in Usaticis, ubi loquitur de intestatis:* Cap. seq. *Item si aliquis filius alicujus pagensis hominis, alicujus Militis, vel alterius, moritur intestatus post mortem patris, in aliqua villa, seu castro Regis, & ille non habeat certam mansionem; sed stabat per aliquod tempus in uno loco, & per aliud tempus in alio; tertia pars bonorum illius mobilium debet habere dominus patris ratione intestiæ, & non Rex, in cujus villa moritur: & hoc notatur in Usatico supradicto*

Denique, quasi intestatorum bona primo essent

occu-

occupanti, in ea etiam manum injiciebant hospites, si in eorum decessissent hospitiis, quod vetitum legimus, in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 30. §. 3. 4. 5. 6. Vide Ughellum tom. 1. Ital. sacræ pag. 137. 144.

Quod porro sæculares domini in vassallos suos intestatos jus arrogavere, idem sibi adscripsere Episcopi in Clericos suæ diœcesis, atque adeo ipsi summi Pontifices in Episcopos: quod ex Matthæo Westmonasteriensi & Matthæo Paris observavimus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici. Ac de summo quidem Pontifice hæc etiam capienda videntur in Historia Episcoporum Bremensium, ubi de Joan. Archiep. qui Avenione intestatus decesserat:

Pontifex hic moritur in Avenione,
Et thesaurus rapitur sub hac ratione,
Quòd sublatus dicitur in intestatione.

Vide Petrum Cassiodori in Epist. ad Anglos de Bonifacio VIII. apud Prynneum in Libertatibus Eccles. Anglic. tom. 3. pag. 915. Sed & ibidem docuimus, maximè id juris sibi in Clericos suæ diœcesis Episcopos arrogasse: cujus quidem usus, vel potiùs abusus, testes extant complures Chartæ, atque inprimis illa Reginaldi Episcopi Carnotensis ann. 1195. apud Innocentium III. lib. 1. Epistolarum pag. 29. & 51. Edit. Venetæ: *Universos Presbyteros in Decanatu de Sparnone constitutos ab omni violentia, taleis & exactionibus perpetuò absolvimus, ita etiam quòd nullus Presbyterorum Decanatus de Sparnone, nisi ordine judiciario suspendi poterit, nec res alicujus saisientur, nisi ipsum intestatum, quod absit, viam universæ carnis ingredi contigerit.* Charta fundationis Collegii Canonicorum in Ecclesia Escojarum, diœcesis Rotomag. ab Ingerranno Dom. de Marrigniaco Milite & Cambellano Regio mens. Jan. 1310. in 37. Regesto Chartophylacii Regii n. 64. *Item volo & ordino, quòd bona intestatarum personarum ipsius Collegii per Decanum vel Cantorem aut Thesaurarium, si Decanus absens fuerit, dividantur in tres partes, quarum unam pauperes Hospitalis, quod jam in dicto loco fundavimus, habeant, reliqua pro defensione jurium Ecclesiæ conserventur: & tertiæ partis residuæ duæ partes Canonicis, & reliqua Clericis distribuantur: & nihilominus tam ipsorum testatorum, quàm etiam testatorum lectus unus, quem meliorum furnimentum habebunt tempore mortis suæ Hospitali prædicto pro pauperibus relinquatur.* Extat apud Guillelmum Cruceum in Hist. Episcopor. Cadurcensium n. 149. Charta ann. 1297. qua ejusdem Ecclesiæ Capitulum, *ex vigore privilegiorum, sibi & Ecclesiæ Cadurcensi à Sede Apostolica concessorum*, Canonicorum intestatorum bona mobilia & immobilia ad se pertinere, ea consignare, & de ipsis disponere, prout sibi videretur expedire, asserit. Similis habetur charta an. 1312. in Tabul. Episcopat. Ambian. fol. 163. qua capitulum Ecclesiæ Ambian. id sibi juris in Canonicos intestatos demortuos competere contendit, Episcopo illud sibi asserente. Sed & id juris Episcopo Cadurcensi in bonis Clericorum suæ diœcesis intestatorum decedentium competiisse docet Charta alia ann. 1384. apud eundem Cruceum n. 298. adeo ut Clericis ipsis jus testandi ademptum esset, quod Bego Episcopus pro 150. libris Cadurcensibus annui & perpetui reditus penitus abrogavit, concessa liberè de suis bonis tum ex Ecclesia, tum aliunde quæsitis, testandi facultate. Sed & haud ita pridem Cardinalis Givriensis Lingonensis Consuetudinis municipalis receptum articulum, eidem Consuetudini, dum reformaretur, inserendum contendit, *rerum mobilium successiones Presbyterorum, absque testamento decedentium, ad Episcopum Lingonensem pertinere.*

Sanè cùm Clericorum & Sacerdotum quæcunque bona administrationis suæ tempore acquisierint, ad Ecclesiæ nomen, cui præsunt, Chartarum conficere instrumenta jubeantur in Concilio Toletano IX. cap. 4. ita quòd si post eorum mortem inordinatum fortè remanserit, Ecclesia hoc sibi, cui præfuit, vel minister extitit, in perpetuo vindicet: fieri potest, ut arrepto istius canonis prætextu Episcopi in Clericorum & Presbyterorum bona quolibet modo manus injecerint, tametsi non ea fuerit mens Concilii.

Constat autem ejusmodi quòd sæculares domini in intestatorum bona sibi jus arrogavere, haud nuperum esse, cum ejus mentio fiat in Legibus Canuti Regis cap. 68. & 97. cujus verba excerpsit & retulit Bracton. lib. 2. cap. 26. §. 2. ubi statuitur, ut *si liber homo intestatus & subitò decesserit, dominus suus nil intromittat de bonis defuncti, nisi de hoc tantùm quòd ad ipsum pertinuerint, scilicet quòd habeat suum heriot; sed ad Ecclesiam & ad amicos pertineat executio bonorum: nullam enim meretur pœnam quis, quamvis decedit intestatus,* His consimilia habet Fleta lib. 2. cap. 57. §. 10. Sed & Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 87. huic dominorum feudalium avaritiæ modum posuere, in quibus cavetur in non confessi ac subitanea morte decedentis vassalli bona nullum domino jus esse: *més se il mouroit desconfés de mort subite, la justice ne la seigneurie n'i auroit riens.*

INTESTINARII, Artifices, quorum mentio in leg. 2. Cod. Th. de Excusat. artif. qui *intestinum opus* faciebant. Intestini autem operis multa mentio apud Vitruvium lib. 4. cap. 4. lib. 5. cap. 2. lib. 6. cap. 3. quod scilicet introrsus, id est, in ipsa domo fit, nempe sub tecto. Unde Budæus pro ligneo usurpatum putat, esseque quod *minutariam*, seu *menuiserie*, vocamus, cui consentiunt Barbarus & Philander, qui ad ligneas fenestras referunt; Bernardinus verò Baldus ad lingnea laquearia, quibus subgrundia ornatus gratia suffiguntur. Intestini operis meminit præterea Varro lib. 3. de Re rust. cap. 1.

INTHICA. Vide *Entheca.*

INTHINGARE. Vide *Thinx.*

INTHRONIZARE. Vide *Thronus.*

INTICINARI, *ad ignem titione advicinare.* Ugutio.

INTIMARE, Innotescere, notum facere. Gloss. Lat. Gr. *Intimari*, γνωρίσαι, δηλῶσαι. *Intimare*, γνωρίσαι, ἐμφανίσαι, φανερῶσαι. *Intimat*, παρέχεται. Arnobius adversus Gent. *Unde est vobis cognitum, unde intimatum?* Senator lib. 1. Epist. 2. *sermone vobis commisimus intimanda.* *Intimare causam suam*, in Lege Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 25. Vox est Jurisconsultorum. Vide Casaubon. & Salmas. ad Hist. Aug. Vossium, Jacobum Gothofr. ad Cod. Th. & alios.

INTIMAS, atis, *Interiùs habitans, vel Secretarius, vel Consiliarius, Creditarius, Secretarius, qui scit secreta & intima cordis.* Joan. de Janua.

Intimior, Familiarior. Utuntur S. Antonius in Chron. tit. 17. c. 1. & Henricus de Hassia in Speculo amoris c. 9.

INTITULARE, Titulos libris scriptis appingere, apponere, apud Guigonem Cartusian. lib. de Quadripertito exercitio Cellæ cap. 36. locum habes in *Illuminare* Vide *Titulus.*

INTONARE, *In tonum*, seu cantum ponere, cantum imponere, Gall. *Entonner.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 29. *Ad eos, qui Invitatorium cantant, pertinet Psalmos intonare.*

INTRADICTUM, pro *Interdictum*, in Pacto Legis Salicæ tit. 48. §. 1.

INTRAGIUM, Gall. *droit d'Entrée.* In Consuetud. *de Castelmoroux*, in diœcesi Aginnensi, in Regesto Constabul. Burdeg. fol. 56. *Introgium* scribitur in Charta libertatum Burgi in Bressia anno 1397. apud Guichenonum pag. 24. *droit d'Entrée & issue*, in Consuet. Bayonensi tit. 5. art. 42. tit. 8. art. 9. Aquensi tit. 9. art. 19. 22. 28. 34. Charta Eustorgii Dom. villæ

villæ Nobiliacensis in Lemovicibus an. 1255. *Triginta libras Marchionum; quas ab eodem intragii nomine recepimus in pecunia numerata, &c.*

INTRAHA. Charta Dagoberti Regis Franc. apud Marq. Freherum lib. de Lupoduno: *Cum omni utensilitate in omni pago Laudenburgensi & undique, in intraha, in pascuis, materiamina, aquas, aquarumque decursus, &c.* Alia ejusdem Regis ibid. pag. 22. *In undique in intraha, in pascuis, in materiaminibus, aquis, &c.*

INTRALIA, Viscera, intranea: Gall. *Entrailles.* Pœnitentiale MS. Thuanum: *Si porci vel gallinæ sanguinem hominis comedunt, intralia projiciantur, & cætera caro manducetur.*

INTRAMASARE dici videtur is, cui vendita est terra proximi sui, in quem ex lege non cadit retractus: tum enim ille hanc sibi pleniter asserit, & *intra familiam suam* infert. Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. an. 1231. ubi de Retractibus: *Et si contigerit, quod terra devolvatur jure hæreditario ad aliquem, eam intramasabit. Et, si plures fuerint hæredes, quilibet eorum tenetur intramasare, & tenetur quilibet solvere Majori & Scabinis & Decano 16. den. Paris. videlicet cuilibet Scabino 3. den. Majori 3. den. & Decano 4. & Ecclesiæ nostræ de qualibet intramasatione tenetur solvere 2. sestarios vini.* Locum integrum habes in *offerre.* Vide *Intromansus.*

INTRAMURANUS, *Intramuraneus*, intra urbis muros situs. Asconius in 4. Verrin. *Omnis Magistratus, qui intramuranus non est, nec urbanus, etiamsi administrator ejus Romæ est, ad urbem ducitur. Officia intramurana,* apud Symmachum lib. 10. Epist. 37. S. Ambrosius Epist. 13. *Nec jam Portiana, hoc est, extramurana basilica petebatur; sed basilica nova, hoc est, intramurana, quæ major est. Intramurani exoleti,* apud Lampridium in Heliogabalo: *Intramuranæ seditio,* apud Vopiscum in Aureliano. Gregorius Turonens. in Vit. Patr. c. 7. *Ad intramuraneam eum castri Ecclesiam detulerunt.* Eadem verba habet Vita Garneri Præpositi Divion. Charta ann. 1137. apud Perardum in Tabulis Burgundicis: *Contigit altare intramuraneæ Ecclesiæ -- S. Stephani, ciborio, quod inerat, ardente confringi.* Capitularia Caroli Calvi tit. 40. cap. 1. *Episcopus Barcinonensis se reclamavit, quòd Tyrsus Presbyter Cordubensis in Ecclesia intra muros ipsius civitatis sita, seorsim conventus agens, &c.* Sic *palatium intramuraneum*, dixit Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 34. ut *domum intramuraneam*, S. Aredius in Testamento suo tom. 1. Analector. Mabillonii. Vide *Forasmuraneus.*

INTRANEI, Indigenæ, apud Ericum Upsalensem lib. 5. Hist. Suecicæ pag. 148. *Quod castra regni Sueciæ non nisi intraneis traderentur.*

INTRANIA, Viscera, *Intranea*; ἔντερα, in Gloss. Lat. Gr. *Entrailles*: Latinis Scriptoribus *Interanea.* Lex Salica tit. 19. §. 5. *Si verò intra costas vulnus intraverit, & usque ad intrania pervenerit, &c. Interanea & minutalia,* apud Gregorium Turon. lib. 4. de Miracul. S. Martini, & Eghinard. Epist. 23.

INTRARE *mariscum*, apud Will. Thorn. ann. 1281. est *mariscum*, locum scilicet paludosum, & maris inundationi obnoxium, aquâ aggeribus, muris, & id genus obstaculis exclusâ, pecudibus pascendis, vel culturæ aptum & idoneum reddere: vulgò Anglis, *to inne, & inning.* Ita Somnerus.

INTRANS *mensis.* Vide *Mensis intrans.*

INTRATURA. Charta Caroli III. ann. 880. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 231. *Cum omni honore & subjectione, cum omni districto, cum fotro, & intraturam Abbatis, omnia in integrum.* Infrà: *Cum servis & ancillis, cum fotro & albergaria, intratura Abbatis, &c.* Adde pag. 235.

INTRICARE, Italis *Intrigare*, in tricas conjicere, impedire. Onomast. Græco-Lat. *Intrico*, ἐμπλέκω. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 13. *Si quis cervum domesticum alienum, qui non rugit, intricaverit, componat, &c.* Tit. 21. §. 3. *Si porcus cum dente hominem intricaverit, aut si canis momorderit, &c.* Editio Heroldi habet *instrigare* non semel tit. 105. §. 4. 6. At tit. 103. §. 9. 13. legitur *intricare.* Vide Nonium in *Trica.*

INTRINITA. Concilium Turonense II. can. 22. *Sunt etiam qui in festivitate Cathedræ Domini Petri Apostoli intrinitas mortuis offerunt.* Sic Codex Bellovac. ubi alii *cibos* habent. An *intritas*? est enim *intrita*, cibi species apud Donatum ad Terentium in Phorm. Gloss. Lat. Gr. *Intritum*, ἐμβρωχή. Vide *Festum S. Petri Epularum.*

INTRODUCERE, Insinuare. Historia S. Apollinaris Martyris: *Cùm verò per multos dies sermocinaretur Judæis, introducebat eis de nomine Jesu, quòd verus Dei esset filius, &c.*

INTROITUS, Antiphona quæ à Choro canitur, dum Pontifex procedit ad altare, quæ in Missâ Ambrosiana *Ingressa* dicitur. Papias: *Introitus dicitur, quòd per eum introimus ad ejus officium: versus, quo per eum revertimur ad Introitum.* Walafridus Strabo cap. 22. *Antiphonas ad Introitum dicere Celestinus PP. instituit, &c.* Amalarius lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 5. *Officium, quod vocatur Introitus Missæ, habet initium à prima antiphona, quæ dicitur Introitus, & finitur in oratione, quæ dicitur ante Lectionem.* Introitus Missarum alii sunt regulares, qui quotidie ex more cantantur: alii irregulares, qui secundùm varietates solennitatum instituti sunt, ut *Puer natus est nobis, &c.* Vide Honorium August. in Gemma animæ lib. 1. cap. 87. & Durandum lib. 4. c. 5.

Introitus Ecclesiarum. Vide *Adventus.*

Introitum, *Introitus*, Gall. *droit d'Entrée.* Julianus Antecessor Nov. 123. cap. 1. *Gratis autem nullatenus volumus sumptus accipere milites à collatoribus, licèt minimè apparata fuerint eis annona; neque autem introita à collatoribus exigenda esse permittimus, quos inlæsos & indemnes undique conservari justum est.* *Introitus*, præfert Editio Gr.

Introitus, quod à Clericis dignitates vel functiones Ecclesiasticas ineuntibus, Patronis Ecclesiarum præstatur. Concilium Viennense ann. 892. can. 4. *Et ut nulli census à Presbyteris ad introitum, ut dicitur, Ecclesiarum exquirantur, aut vi aliqua extorqueantur*; à Laïcis nempe Patronis Ecclesiarum. Rotomagense an. 1074. can. 1. *Ut omnis simoniaca hæresis funditus eradicetur, ita quod neque Abbatia, seu Archidiaconatus, aut Ecclesia Parochialis ematur, aut vendatur, aut aliquid pro introitu Ecclesia expectetur.*

Introitus, Tributum, quod in civitatum & oppidorum introitibus pensitatur. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1310. pro libertatibus Bastidæ in Petragoricis, ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 38. *Quilibet mercator extraneus habens trossellum vel plures trossellos in dictis nundinis, dabit pro introitu & exitu & pro leuda 4. den.*

INTROMANSUS, *Intermansus.* Charta ann. 1138. apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 151. *Abbate siquidem S. Præjecti decedente, successor ejus mihi, successorique meo de intromansis nostris respondebit.* Alia ann. 1131. p. 156. *Et intromanso in subrogatione singulorum Abbatum sub 2. solidis & totidem sextariis vini modificato.* Alia p. 220. *Exceptis lethis & duellis Decanorum -- & intermansis de Bainvillari.* Denique p. 250. *Ut si terra, quæ tenetur de Ecclesia, per excambium vel venditionem transeat de una persona ad aliam, solvet Capitulo successor pro intermansis, pro quolibet fornali 15. den. si à matre vel patre item transeat per excambium & venditionem, solvet 9 denar.*

INTROMMITTERE, est quod vulgò dicitur *Entromettre*, Gallicè, *quasi in rem se mittere, ut de aliquo tractet.* Ugutio. Charta Ottonis Imp. an. 995. ap. Ughellium tom. 5. p. 667. *Jubemus, ut nullus Patriarcha, Archiepiscopus --- se audeat intromittere: aut aliquam molestiam præ-*

prælibato Monasterio inferre. Adde Epist. 119. 130. Fulberti, & vide Inframittere.

Intromissæ res. Lex Longob. lib. 2. tit. 21. §. 20. *Postquam genitor ejus omnes res suas venumdederit, vel pro debito creditoribus suis dederit, aut à publico intromissa fuerint, &c.* Id est, ni fallor, à judice in fiscum relatæ, confiscatæ.

INTROMISSUM, Medium seu tertium convivii ferculum, Italis *Tramesso*, Gallis *Entremets*. Gesta Innocentii III. PP. pag. 76. *Nisi forsan Comitibus, Baronibus, & aliis nobilibus, tertium ferculum, quod vulgò dicitur intromissum, ultra id, quod exhibetur familiæ, apponatur.*

INTRONEUS, Interior, *& propriè, qui quadam importunitate se ingerit intro, ut comedat.* Joan. de Janua.

INTRUSIO, Practicis Anglis *est, ub quis, cui nullum jus competit in re,* (vel beneficio Ecclesiastico) *nec scintilla juris, possessionem vacuam ingreditur, quæ nec corpore, nec animo possidetur, sicut hæreditatem jacentem, antequam adeatur ab hærede, &c.* Ita Bracton. lib. 4. Tract. 1. cap. 2. §. 1. Adde Statutum de Prærogativa Regis edit. ann. 17. Edwar. II. c. 14. Concil. Lambethense an. 1261. cap. *de intrusis.* Briton. pag. 161. Radulfum de Hengham in Parva cap. 6. & Rastallum in hoc verbo.

INTUMARE. Vide *Incoma.*

INTUSCISUM, Crimen capitale, quod vulgò *Fncis* nostri vocabant, sicque definitur in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 25. *Encis si est femme enceinte, quand l'en la fiert, & elle muert de l'enfant.* Libertates villæ de S. Palladio in Biturig. *Nisi propter furtum manifestum, homicidium, raptum, incendium, intuscisum, & proditionem, &c.*

INVADIARE. Vide *Vadium.*

INVALITUDINARIUS, pro *Valetudinarius*, qui *invalitudine* laborat: Papiæ, *Languens, sine valetudine.* Thwroczius in Andrea Rege Hungar. cap. 44. *Senio confectus ac invaletudinarius.*

INVECTARE, *Portare*, in Gloss. vett. apud Vossium.

INVECTIVALITER, Cum acri reprehensione. Utitur Sidonius lib. 1. Epist. 11.

INVENIRE *sententiam*, est edere, proferre, pronuntiare sententiam, judicare. Wichbild Magdeburg. art. 74. *Qui sententiam Scabini increpare in judicio bannito voluerit, hisce utatur verbis: Domine judex, sententia, quam Scabinus invenit, injusta est domino meo, & mihi in loco ejus secundùm omne jus, super quo fundati sumus, & id probare volo, &c.* Speculum Saxon. lib. 3. art. 30. §. 3. *Judex æquus esse debet omnibus hominibus, nec debet sententiam invenire, nec inventam increpare.* Art. 69. *Judicent inermes, jejuni, & sedentes etiam debent sententias invenire contra quemlibet.* Adde artic. 70. Wichbild Magdeburg. art. 10. §. 3. art. 12. art. 16. §. 1. 2. art. 48. §. 1. Jus feudale Saxon. cap. 6. §. 2. cap. 11. §. 1. c. 32. §. 12. cap. 33. §. 11. c. 34. §. 12. 14. c. 38. §. 6. 7. &c.

Invenire, Habere, comparare, vel emere. Statutum Ægidii Episc. Sarisber. ann. 1256. *Item Parochiani --- debent invenire campanas & cordas campanarum, Crucifixum, cruces &c.* Acta Episcoporum Cenoman. p. 111. *Sive de aliis* (rebus) *quas legitimè & legaliter invenire vel acquirere quivit.* Concilium Mertonense ann. 1300. can. 4. *Quæ debent Parochiani invenire, & quæ Rector.* Vide ipsum caput.

INVENTARIUM, Descriptio rerum, quæ post alicujus decessum in illius bonis reperiuntur. Ulpianus leg. 1. D. de Administ. & periculo tutor. *Tutor, qui repertorium non fecerit, quod vulgò inventarium appellatur.* Occurrit non semel in Legibus Wisigoth. & apud Scriptores practicos.

INVENTIO, Res inventa, in via reperta, thesauri inventio. Capitula S. Bonifacii Archiep. Moguntini cap. 26. *Inventio in via accipienda, si invenit possessorem, reddet ei.* Vide S. August. serm. de verb. Apost. cap. 6.

INVERITARE, Probare, nostris *Verifier*. Leges Inæ Regis Angl. c. 16. *Qui furem occiderit, debet inveritare cum juramento, quòd illum culpabilem & de vita forisfactum occidisset.* Adde §. 20. 54. Leges Willelmi Nothi c. 71. *Si Anglicus appellet Francigenam de utlegaria, & hoc super eum inveritare velit, defendat se Francigena per bellum.* Leges Henrici I. c. 11. *Si hoc inveritetur, inultus jaceat. In verum mittere*, eadem notione in iisdem Legibus Inæ cap. 69. & in Legibus ejusdem Henrici I. cap. 86.

INVESTIRE, Operire. Anastasius in Pelagio II PP. *Investivit corpus B. Petri Apostoli tabulis argenteis deauratis.* In Honorio: *Investivit confessionem B. Petri ex argento puro.*

INVESTITURA, Traditio, missio in possessionem, ex verbo *Vestire*, mittere in possessionem, de quo suo loco. *Investituram donare, facere*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 18. §. 7. Inde ut *vestitura*, ita & *investitura*, pro ipsa possessione interdum usurpatur in eadem Lege lib. 2. tit. 52. §. 17. *Volumus autem de his libertatibus & rebus reddendis, quæ in nostra investitura sunt ut primùm quosque per optimos inquiratur.* Adde lib. 1. tit. 25. §. 78. tit. 27. §. 12.

Fiebant porrò traditiones ac investituræ non nudo verbo, aut per simplex instrumentum, vel chartam; sed per symbola quædam, quæ rei in alterius dominium translationem factam reapse denotarent. Fuerunt symbola illa primò stata ac fixa, id est, legibus vel consuetudine apud omnes recepta, ac usu definita: ita ut uno eodemque ferè modo possessionis translationem factam advertere fit, vel certè res easdem in ea adhibitas, quæ possessionem in alium transductam omnino significarent; adeo ut pæne eadem apud omnes gentes forma ac formula fuerit.

Ea autem potissimùm adhibuere veteres in ejusmodi traditionum symbolis, quæ affinitatem aliquam haberent cum re, quæ donaretur & cederetur; vel saltem, quibus dominium in alium translatum innueretur: ita, ut agri vel prædii investituram factam denotarent, cespitem, glebam, seu *VVasonem*, uti loquebantur, ex ipso agro desumptum, in manus illius, cui donabatur, tradebant: quo symbolo fundi proprietas prorsus in eum translata innuebatur. At ne tantùm solum ipsum concessum crederetur, addebatur & *ramus*, quo comprehenderetur soli superficies: (id est, si quid satum & ædificatum esset, ut sunt vites, arbores, plantæ, segetes) quæ quidem usque eo soli pars est, ut non illud sine hac tradi vel usucapi possit, cùm superficies *solo cedat*, ut aiunt JC. Addebatur hisce symbolis, *festuca*, quæ interdum *fustis* dicitur, *baculus, virga, &c.* cujus traditione, dominium rei pariter translatum crederetur: cùm *baculus* ac virga, domini in suos ac res suas jus & potestatem denotet: nam *festucam*, idem esse ac *fustem* vel *baculum*, aut *virgam* in confesso pæne est, vel certè vicem fustis aut baculi præbuisse, uti diximus in verbo *Festuca*.

Postremò præter ista, quandoque adhibita *cultelli* traditio: seu gladii, qui potestatis signum est, vicem præberet, ut qui magis ad manum esset: seu hocce symbolo significaretur, eum, qui rei dominium sibi dabat, jus habere evertendi, disjiciendi, succidendi, metendi, &c. in eo prædio, cujus possessionem adibat. Vetus Charta apud Augustinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. pag. 246. *Quæ omnia -- gratuita voluntate cum quodam cultello obtuli.*

Erant præterea aliæ *Investiturarum* formæ, usu ac moribus definitæ & receptæ: verbi gratiâ per gladium, per annulum, per vexillum, per cambutam, per campanarum funes, & ejusmodi, quæ certum rerum, vel dignitatum genus spectabant.

Denique quidquid ad manum fuit, posthabitis veteribus traditionum formis, nullaque festucæ, aut fustis ac baculi, cespitis, & cultelli habita ratione, ad *investiturarum* symbola adhibitum fuit. Ingulfus pag. 901. *Conferebantur etiam primò multa prædia nudo verbo, absque scripto, vel charta, tantùm cum domini gladio, vel galea,*

galea, vel cornu, vel cratera, & plurima tenementa cum calcari, cum strigili, cum arcu, & nonnulla cum sagitta.

Enimverò ne ejusmodi traditionum perirent symbola, asservabantur ea apud donatarios in rei gestæ memoriam. *Hujusmodi cespites cum sua festuca*, ait Wendelinus, *multis in Ecclesiis servantur hactenus, visunturque Nivellæ & alibi, justæ magnitudinis, forma quadrata, vel etiam laterculari.* Quem morem testantur etiam aliquot tabulæ. Charta fundationis Monasterii S. Petri Generensis apud Marcam lib. 3. Hist. Beneharn. c. 15. *Facto inde dono per zonam suam argenteam, ab altari in armario S. Petri repositam.* Tabularium S. Maxentii Pictav. an. 1109. *Dedimus -- & hoc cum corrigia quadam, quam tenebamus in manu, in qua tres nodi sunt facti ad signum; quæ corrigia adhuc servatur.* Tabul. Majoris Monasterii ch. 50. *Quodam fuste, qui apud nos nomine ejus inscriptus servatur in testimonium, præsente Abbate Alberto, fecit guerpitionem.*

Interdum traditionis symbolum, donationis, cessionis vel venditionis instrumento intexebatur, assuebatur, vel alligabatur. Vidimus ipsi in Chartophylacio Sandionysiano, beneficio humanissimi ac doctissimi viri D. Joannis Mabillonii Benedictini, qui id etiam observavit in Fulrado Abb. n. 19. tom. 4. Actorum SS. Ord. S. Benedicti, complures Chartas, in quarum imis limbis intextæ erant festucæ, vel certè pusilla ligni fragmenta. Hujusce etiam moris indices prostant complures tabulæ. Charta Roberti Lingonensis Episcopi apud Perardum pag. 200. *Et quia dominus Hugo Comes Trecasinus præsens aderat, quando hanc donationem feci, dedit mihi idem Comes in testimonium hujus donationis, hunc nummum, qui hic dependet, ut per ipsum donationem facerem, & Ecclesiæ Divionensi transmitterem.* Infrà: *Et in testimonium hujus donationis nummus iste huic cartæ appensus est, quum per ipsum donatio ista facta est.* Charta Ludov. VII. ann. 1140. pro Eccl. Deiparæ Santonensi: *Confirmamus igitur, ac regali auctoritate corroborantes, & cum baculo præsenti paginæ insuto, per nuntium tuum Constantinum te investientes; concedimus tibi, &c.* Alia ann. 1104. in Tabulario S. Hilarii Magni Pictav. *Venientes ante sepulcrum B. Hilarii, ibi super sacratissimum corpus reliquimus, cum quodam fusili, huic Chartæ inhærente, omnia, quæ injustè reclamabamus.* Tabularium Angeriacense fol. 48. *Emma de Mastacio dedit Deo sanctoque Johanni & B. Reverentio per quoddam lignum, quod huic pergameno conjunctum est, quidquid alodii habebat, &c.* Tabularium S. Eparchii Inculisimensis ann. 1000. *Hanc igitur donationem fecit per corrigiam in hoc pergamento pendentem.*

At cùm interdum ejusmodi traditionum symbola propter usum capi, furto subripi, vel perire possent; ut huic caveretur incommodo, reddebantur ea inutilia, ac frangebantur. Willelmus Malmesbur. lib. 2. de Gestis Anglor. cap. 8. de Eadgaro Rege: *Ubi ergo generali assensu, ut dictum est, Pontificum, Abbatum, optimatumque suorum hæc privilegia ipsi loco conferre disposuit, lituum proprium, ebore decentissimè formatum, auroque decoratum, super altare sanctæ Dei Genitricis posuit; ipsiusque donatione eidem sanctæ Dei Genitrici ac suis Monachis ea perpetualiter possidenda attribuit: eundemque lituum mox in sui præsentia fecit secari in medium, ne eum cuiquam dare vel vendere posset quilibet, ablatum, sequentem præcipiens partem illius servari in loco ad jam dictæ donationis testimonium.* Tabularium S. Hilarii Pictaviens. *Ipse Hugo pergens ad Sancti sepulcrum, divina ductus justitia, multis videntibus supradictæ querelæ causam cultello quodam super altare posito reliquit: qui ne quando forsitan usui esset, illico nos effregimus, atque ad resecandum calumniæ silicem, si fortè renasceretur, in testimonium reservari præcepimus.* Tabularium Vindocinense ann. 1075. ch. 283. *Qua de re propria manu posuit jam dictus Comes auctoramentum, videlicet per unum cultellum, ut mos est, fractum, super altare S. Trinitatis.* Vetus Charta: *Et ad hujus indicium concessionis, cultellus, per quem donum factum est, fractus est coram cunctis assistentibus.* Charta Lancelini Militis, apud Louvetum tom. 2. Hist. Bellovac. pag. 213. *Et per suum annulum aureum, easdem villas Belvacensi Ecclesiæ deinceps possidendas in manum Domni Fulconis sui filii, tunc Belvacensis Episcopi, reddidit, & eundem annulum super altare beati Petri in catena ferrea suspendi fecit in monumentum hujus redditionis. Duos quoque solidos denariorum & dimidium, quos eodem die de prædictis villis habuerat, & perforatos, in sacrario B. Petri recondi & reservari rogavit, ut posteris essent in testimonium redditionis, pœnitentiæ, & satisfactionis.*

His generatim prælibatis, restat, ut quæ de diversis Investiturarum modis ac symbolis jam dicta sunt, aliquot firmemus exemplis. Ac primùm de investituris apud omnes fermè receptis, per *cespitem* vel *guazonem*, *baculum*, ac *fustim*, & *cultellum*, agemus; postea de cæteris ordine literarum.

Per cespitem, nudè. Charta ann. 1208. apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 195. *Obtulit super altare B. Petri per cespitem, &c.* Tabularium Majoris Monasterii: *Et de eadem quoque terra, impleto pugillo revestivit Germundum S. Martini Majoris Monasterii Monachum, qui regebat locum S. Medardi.*

Per herbam & terram, id est, per cespitem, qui constat *terra* & *herba*. Formulæ incerti auctoris, cap. 20. *Per illud ostium de ipsa casa, per herbam vel terram, ipsum mansum, vel quidquid ad ipsum mansum aspicit, sicut in ipsa cessione est insertum, ad partem ipsius Ecclesiæ visus fuit tradidisse vel consignasse.* Ita ferme in form. 19. 43. 57. In Consuetudine Hannoniensi, cùm apparitor seu *Serviens*, feudum vassalli pignori capit, *herbam* & *Wasonem* de terra eruit, *herbe*, *Wason*, *ou autre chose tenant à la racine*. In Consuetudine Castellaniæ Insulensis art. 46. *il leve la palée, & Wason*, id est, terram palo, seu ligone fodit, & ex ea eruit cespitem.

Per ramum & cespitem. Vita S. Berlendis n. 5. *Ibique quidquid habebat in prædiis, cum omni familia servorum, ancillarumque, cum cespite & ramo cultelloque cum manubrio albo tradidit, &c.* Anonymus de S. Gertrude apud Bolandum p. 600. *Nivellam petiit, sanctissimæque Gertrudi, quidquid habebat in prædiis, cum cespite & ramo, cultelloque cum manubrio albo tradidit.* Charta ann. 993. apud Miræum in Notitia Eccl. Belgii p. 135. *Mox post hæc subsequenti die, ut firmius & stabilius esset, infra terminum prædicti Comitatus, in villa quoque* Thiele *nuncupata, eisdem prænominatis testibus & aliis nonnullis astantibus, sine alicujus retractatione cum ramo & cespite jure rituque populari, idem sancitum est, rationabiliterque firmatum.* Charta Gerardi Hamensis Domini, apud Hemereum in Augusta Viromand. ann. 1145. *Et uterque Walterus & nepos pari assensu, parique consilio, propriis manibus prædictam oblationem ramo & cespite posuerunt super altare beatissimæ Mariæ. Per ramum & cespitem offerre*, in alia ann. 1213. apud eundem p. 196. *Per ramum & Wasonem*, pag. 234. *Per rami & cespitis super altare impositionem.* pag. 98. Charta Danielis Advocati Atrebatensis & Dom. Bethuniæ ann. 1224. *Postea nobiscum in templum venientes super majus altare per ramum cespitem, quidquid in prædictis habebant, obtulerunt.*

Infigebantur autem rami cespiti ipsi. Charta an. 1304. quam descripsit Miræus in Diplom. Belg. c. 90. & Wendelinus in Gloss. Salico. v. *Festuca*: *Dedit pleno donationis inter vivos jure --- adhibitis etiam ex abundanti quibusdam solemnitatibus, quæ ad solemnisationem consimilium fieri consueverunt. Videlicet quòd major dicti Monasterii cereis illuminatus fuit, & prædictus Miles D. Theodericus cum viridi cespite, cui viridis ramus infixus existit, arrepta etiam stola, qua --- Monachus præcinctus fuerat -- obtulit super altare, &c.* Apud Flandros, inquit

Wendelinus, cùm fundus vel donatur, vel venditur, vetus ejus dominus cespitem ex illo fundo fodicat cultro, non quadratum; sed orbiculatum, latum quaquaversum digitos, summùm quatuor, cui, si pratum est, infigit herbam: si ager, ramusculum, quatuor circiter digitos altum, hac imagine fundum repræsentans, uti optimus maximusque est, cum eo scilicet omni, quod solo continetur, quodque in illo naturaliter crescit. Hunc cespitem sic infestucatum defert traditque in manus Domini, seu Majoris, quem his verbis alloquitur: *Ego, domine Major, transporto in tuas manus meum illum fundum, situm illo loco, idque ad opus N. titulo puræ donationis, vel titulo venditionis, & pretii tanti: quam pecuniam agnosco me recepisse.* Major deinde acceptum cespitem cum sua festuca tradit emptori, vel donatario, sub hac verborum formula: *Ego hunc illum fundum mihi per N. in manus præsenter deportatum trado in manus tuas N. atque immitto te in realem, actualem, & corporalem possessionem ejusdem dicti fundi cum banno & fredo, secundùm hujus Salæ vel curtis legem, salvo jure cujuslibet.* Ex quibus omnino patet, hæc spectare ad formulam, quam habet Consuetudo Insulensis art. 80. ut mox monuimus, cùm dicitur rei possessionem conferri per ramum & baculum, *per rain & baston*, ubi *ramus* non nudè; sed pro ipso etiam cespite sumitur: tametsi sæpe investituræ per solum ramum non semel occurrant. Tabul. S. Gemmæ Santon. ann. 1096. *Et iterum confirmatum est donum rami unius, quod transmissum fuit Monachis S. Gemmæ.* Tabul. Vindocin. ann. 1068. ch. 176 *Et ultro ob confirmationem misit ramum viridem lauri super dominicum altare.* Tabul. N. D. Santon. fol. 76. ann. 1065. *Sponte donum impono cum semipede ligni lauri, & una libra piperis in sacculo ligneo.* Tabularium Abbatiæ de Rota fol. 11. *Dumque revertebatur, idem Albinus fortè corylum* (coudre) *quandam nucibus onustam infra terræ nostræ metas invenit, ramum cujus abscidit, & ad recognitionem investituræ suæ asportavit, quem in manu Præsulis posuit. Cum ramo olivæ virentis*, apud Lambertum Ardensem pag. 152. Butelerius lib. 1. Summæ ruralis cap. 93. cujus lemma est: *Comment le bail doit rendre au pupille sa terre en sa main, luy venu en eage. Le bail doit tout rapporter par rain & par baston le droit dudit bail, qui par rain & par baston luy fut mis en sa main, en la main du Seigneur, & par loy. Et ce fait, le Seigneur le doit remettre par loy, par rain & par baston en la main de l'enfant venu en eage, comme de sa propre chose & heritage.* Cujacius ad lib. 2. Feud. cap. 2. quem sequitur Raguellus, existimat, hîc vocem *rain*, non ramum; sed annulum significare, ex eo, quòd *ring* Germanis annulus sit. At cùm ex veteribus Poëtis nostratibus, quorum locos aliquot congessit Gallandus lib. de Franco alodio pag. 328. constet *rain*, idem valere ac ramum; longè probabilius videtur, in hisce formulis recentioribus idem expressum, quod in veteribus.

Cum ramo & guasone, vel *VVasone*, id est, cespite, uti suo loco docemus. Charta Decani Peronensis ann. 1128. ex Tabulario Lehunensi ch. 21. *In signum concessionis per ramum & VVasonem super majus altare Ecclesiæ nostræ ad opus Ecclesiæ Lehunensis liberum & absque cujusquam domini retentione obtulerunt.* Alia Hugonis Comitis S. Pauli ex Tabulario Molismensi ann. 1186. *Donum ipsius decimæ cum ramo & guasone super altare posuimus.* Charta Roberti Ducis Burgundiæ ann. 1043. apud Perardum: *Hanc oblationis cartam, quam ego ipse legali concessione per festucam, per cultellum, per VVantonem, per VVasonem super altare posui, manu propria subterfirmavi.* Vide Malbrancum lib. 10. de Morin. c. 12.

Per guazonem, andelaginem, & ramos de arboribus. Tabularium Casauriense, anno Ludovici II. Imperat. 24. *Ideo constat me Sisenandus Saligo, filius quondam Anastasii, bona & spontanea mea voluntate juxta Salegam legem vendidimus, atque die præsenti tradidimus, tibi Romano Abbati, vel Monasterio S. Trinitatis --- per guazonem & andelaginem & ramos de arboribus, hoc est, terram meam pettias duas in cabale, quod dicitur Vico, &c. Per VVasonem terræ, & per fistucum nodatum, seu ramo arborum, atque per cultellum, & guantone, simulque andilagine*, tradere, in Chartis variis apud Franciscum Mariam in Mathildi pag. 105. 108. 157. Baron. ann. 1102. Dominicum in Assertore Gallico pag. 145. in ... erio Casinensi tom. 2. pag. 70. & infrà non semel. Vide *Andelangus*.

Per baculum. Annales Francorum S. Nazarii ann. 787. *Illucque veniens Dessilo Dux Bejuveriorum ad eum, & reddidit ei cum baculo ipsam patriam, in cujus capite similitudo hominis erat.* Tabularium Casauriense ann. 1140. *Reinvestierunt baculo quercino.* Historia Translationis S. Gregorii cap. 11. *Statimque baculo suo villam cum omnibus appendiciis suis reddidit.* Tabularium S. Mauri ad Ligerim ann. 1144. *Super altare cum baculo virgæ cosdrinæ, quam de manu forestarii abstulerat, concessit.* Tabularium Vindocinense fol. 235. *Offerentibus Hieremia & filiis suis in testimonium rei hujus quoddam baculum coldrinum super altare.* Charta Bertrandi de Moncontorio: *Hanc concessionem fecit Do. Bertrandus in aula sua, & pro intersigno confirmationis hujus eleemosynæ, tradidit quendam baculum, quem manu tenebat, Arnaudo Priori Aureæ-Vallis.* Charta Beatricis de Sabaudia Dom. Foucigniaci ann. 1294. *Investientes dictam dominam B. recipientem pro se & suis hæredibus per traditionem baculi, ut moris est. Le Roman de Garin:*

Tenés la terre, que quitte là vos rent,
Par cest baston vos en fas le present,
Envers tos homes vos en serai garent.

Chartas alias hujusce ritus indices proferunt Beslius pag. 572. Perardus p. 118 Sammarthani in Abbatib. Gall. pag. 25. 53. Guichenonus in Probat. Hist. Saband. pag. 140. Gallandus de Franco alodio pag. 342. Ughellus tom. 1. Ital. Sacr. pag. 960. 994. part. 2. pag. 236. tom. 5. pag. 1490. &c. quibus adde Bractonum lib. 5. tract. 15. §. 14. & Rollandinum in Summa Notariæ cap. 1.

Investituras Ecclesiarum, per baculum & annulum factas, testatur in primis famosa illa, quæ diu Christianum orbem afflixit & conturbavit, Sacerdotium inter & Imperium controversia, cujus originem & progressum multis prosecutus est Juretus in Notis ad Ivonis Carnot. Epist. 236. ex Scriptoribus coævis, ut & Baronius, & alii passim, quos non exscribo. Chronicon Mauriniacense lib. 3. *Cumque curæ pastoralis ministerium, quod per baculum acceperat, per librum reddere voluisset, renuit Henricus, dicens, quia sicut facta fuerat regiminis per cambuiæ traditionem susceptio, ita fieret per ejusdem redditionem dimissio.*

Per fustem offerre, tradere, investire. Vetus Placitum sub Ludovico Imp. apud Viennam anno 912. ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ fol. 68. *Quod audiens dominus Imperator, ipsam terram per fustem, quem manu tenebat, prædicto Episcopo reddidit.* Anonymus in Miraculis S. Columbani, n. 24. apud Jo. Mabillonium: *Venientes ad sacratissimum corpus, mittebant in peram Sancti singulos fustes, ut per hoc cunctis claresceret, res sancti Columbani, quas antea injustè invasas habebant, ipsi Sancto restitutas.* Charta Walperti Archiep. Mediolanensis ann. 963. apud Ughellum in Appendice tom. 4. *His auditis, prænominatus --- Archipræsul VValpertus, cunctorum, qui aderant, consilio, per acceptum fustem jam dictas Capellas --- tradidit.* Charta vetus apud eundem tom. 4. pag. 812. *Per fustim, quem in suis tenebat manibus, Comitissa Mathilda -- investivit homines Cremonæ, &c.* Bracton. lib. 2. *Si nullum ibi sit ædificium, fiat ei saysina, secundùm quod vulgariter dicitur, per fustim & per baculum, & sufficit sola pedis positio cum possidendi affectu.* Adde lib. 5. tract. 4. c. 15. §. 14. Tabularium Vindocinense

Thuani

Thuani ch. 19. *Unde hujusmodi auctoramentum priùs ibidem in Capitulo quodam fuste, ut moris est, fecit, & postea eundem fustem super altare posuit.* Occurrit præterea ejusmodi investitura *per fustem*, chart. 24. 50. 55. 120. in Tabulario Majoris Monasterii, apud Gallandum de Franco alodio pag. 336. Ughellum tom. 1. Ital. sacræ pag. 506. 852. tom. 7. pag. 875. 1272. 1418. 1442. 1444. tom. 5. pag. 666. 732. Franciscum Mariam in Mathildi Comit. lib. 3. pag. 115. 117. in Monast. Anglic. tom. 2. pag. 1056. &c. Quibus locis *fustis*, festucæ vicem præbuit, quæ & *fustis* videtur dicta. Gloss. Lat. Gr. *Festuca*, κάρπος, ῥάβδος. *Fustis*, ῥάβδος, βακλον.

Cum ligno. Charta Girardi Episcopi Pergamensis in Hist. Pergam. tom. 3. p. 312. *Eamque donationem & ordinationem seu investituram cum ligno & cartula, super altare ejusdem beati Alexandri factam, aliquo modo infringere præsumpserit, &c.* Alia ann. 1175. ibidem pag. 325. *Cum ligno, quod in suis tenebant manibus --- refutaverunt in manu domini Gualæ Episcopi nominatim totam decimam, quam ipsi habebant.* Vide infrà.

Per cultellum. Charta ann. 1080. in Tabul. Vindocinensi ch. 285. *Ego & duo filii mei cultellum unum super altare Domini manibus nostris concorditer imposuimus.* Adde chartas 217. 234. 405. 509. Tabularium S. Albini Andegav. *Præfatam donationem sive concessum posuit manu propria super altare dominicum ejusdem Sancti cum cultello VVidonis.* Occurrit hæc formula passim in veteribus Chartis tom. 1. Monastici Anglic. p. 49. 86. 326. tom. 2. p. 1024. 1031. in Probat. Hist. Guinensis pag. 338. apud Louvetum in Hist. Belvac. pag. 531. 1 Edit. Perardum in Burgundicis pag. 64. in Hist. S. Nicolai Andegav. pag. 32. 63. apud Beslium pag. 459. in Tabulario Prioratus S. Nicasii Meduntensis fol. 19. in Vita S. Berlendis n. 5. & apud Brodeum in Consuet. Parisiens. tom. 1. p. 528.

Per cultellum, festucam nodatam, vvantonem, & vvasonem terræ, in vett. Chartis apud Ughellum tom. 3. Ital. Sacr. p. 4.. 51. 61. 415. tom. 4. p. 1064. 1442. 1447. 1456. Chiffletium in Luminibus Salicis pag. 249. Perardum in Burgundicis p. 189. &c. Vita S. Berlendis num. 6. *Ramum cum cespite, cultelloque de manu viri porrigentis intra scrinium recepit.*

Per cultellum plicatum. Tabular. Vindocin. ann. 1079. ch. 222. *Donum per cultellum unum plicatum super altare dominicum S. Trinitatis positum.* Ch. 341. *Horum omnium donum & auctoramentum manu sua posuit super altare dominicum per cultellum in hujus rei memoriam plicatum.* Tabularium Burguliense fol. 72. *Ut hoc donum Savaricus Vicecomes Monachis Burgulii concederet, prædictus Hubertus 10. solidos ei donavit. Et propter hoc Savaricus plicavit illi quendam cultellum, dando in signum concessionis, ut sic portaret eum prædictæ Congregationi.* Charta Gaufredi Comitis Andegavens. ann. 1062. ex Tabulario S. Florentii veteris: *Et non solùm exactiones solenniter posito super altare præscripti Confessoris cultello incurvato; sed etiam alia injustè eis ablata restituimus.* Vide tom. 2. Monastici Angl. p. 940. Atque hæc generales Investiturarum formas ferè spectant, quibus etiam accenseri debent, quæ fiebant per *andelangum* sive *andelaginem*, & per *chirotecam* vel *vvantonem*, de quibus diximus in hisce vocibus. Nunc de singularibus ordine alphabetico agemus.

Investitura per amphoram plena aque maris exinde legitimam fecit donationem, in Charta Ottonis III. Imp. apud Ughellum tom. 4. pag. 1160.

Per annulum, & traditione annuli, majorum præsertim prædiorum ac dignitatum factas investituras ostendunt complures Chartæ. Tabularium Episcopatus Paris. ex Bibliotheca Puteana: *Anno 1249. fecit Ansellus Miles, dominus Turnonii, homagium ligium de castro de Turnonio, --- & investivit eum Episcopus per annulum aureum.* Ibidem: *Anno 1249. Joannes frater Anselli Militis D. Turnonii, fecit homagium dicto Episcopo de illa parte, quam tenebat in dicto castro, --- ad quod homagium admisit eundem D. Episcopus, volens ipsum investire per baculum, vel festucam, prout moris est: quam investituram noluit recipere dictus Joannes, dicens, quod ipsam non reciperet, nisi per annulum aureum investiretur.* Charta Gualæ Episcopi Pergamensis an. 1174. *Teque, reverende frater Adelarde, illius matricis Ecclesiæ Archidiacone, annulo aureo investimus, &c* Hunc præterea ritum attigere passim Scriptores, quos erit satis indicasse, ne in immensum opus excrescat: Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9. Arnulfus Lexov. Episc. pag. 27. 30. Sugerius in Ludovico VI. pag. 320. S. Bernardus serm. de Cœna Domini, Petr. Diac. lib. 4. Chr. Casin. c. 91. 125. Vita Melanii Episc. Rhedonens. cap. 5. n. 27. Franc. Chiffet. in S. Bernard. pag. 510. Guichenonus in Episcop. Bellic. pag. 81. Duchesnius in Probat. Hist. Ducum Burgund. pag. 33. Archerius ad Guibertum p. 596. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 1008. Probat. Hist. Gallo-Byzantinæ p. 22. Waddingus in Regesto tom. 3. p. 117. Matth. Paris. p. 613. Bullarium Casinense tom. 2. pag. 35. 52. Ughellus tom. 4. pag. 1337. 1353. &c.

Per Bibliothecam, seu *Biblia*. Charta an. 843. in Tabulario S. Mauri ad Ligerim: *Donum autem confirmat Bibliotheca veteris ac novi Testamenti.*

Per baculum. Tabular. Longipontis in diœcesi Paris. *Quod donum misit Henrico Priori per quendam baculum, quo se sustentabat.* Vide quæ supra observamus.

Per berillum. Vide in hac voce.

Per calicem. Tabular. Absiense fol. 95. *Et de his investivit ipsum Abbatem cum Calice, quo Communionem acceperat.* Charta Aldrici Episcopi Cenoman. in ejus vita pag. 74. *Per librum quatuor Evangeliorum nobiliter ornatum, & auro ex parte conscriptum, seu per calicem unum aureum cum patena sua, de super Episcopis & Sacerdotibus manus eorum imponentibus, —— tradiderunt, &c.*

Per cambutam Episcopi investitur Abbas apud Ordericum Vitalem lib. 3. pag. 477. & p. 481. Charta Amati Archiepiscopi Burdegal. an. 1098. in Tabul. Angeriacensi fol. 178. *Ipsum eundem Abbatem Ansculfum, virga nostræ auctoritatis superinvestivimus.* Tabularium S. Dionysii de Novigento: *Huberto Comes Rotrocus baculum in manu dedit, & curam Monasterii commisit.*

Per candelabrum. Tabul. Leprosariæ Pontis Audomari: *Robertus de Auvillers per unum candelabrum super altare hanc donationem posuit.* Tabularium Prioratus S. Nicasii fol. 35. *Et dona obulit super altare prædicti Martyris per unum candelabrum multis assistentibus.*

Canum venaticorum apprehensione. Tabular. Casauriense an. 1140. *Reinvestivit S. Clementis Ecclesiæ ipsemet Timo apprehensione canum venaticorum, quos educebat venatu, in loco, qui Cusianum vocatur, de præfata Ecclesia S. Nicolai.*

Per capillos capitis. Vide *Capillus*.

Per chirothecam. Vide *Chirotheca*.

Per claves Ecclesiæ. Charta Adæ Abbatis S. Dionysii an. 1114. *Dedimus, & manu nostra per claves Ecclesiæ super altare posuimus ad dotem Ecclesiæ.* Tabular. Vindoniense: *De eodem dono dominum Formandum cum una clave investierunt.* Tabular. Brivatense fol. 193. *Per traditionem libri & specialiter per traditionem clavium Cortilis, seu plateæ de Challes.* Vide tom. 8. Ughelli pag. 189.

Per clocas Ecclesiæ. Vita Aldrici Episcopi Cenom. p. 126. *Plenam & legalem vestituram per cloccas & ostia senioris ipsius Monasterii Ecclesiæ, --- & per portas ipsius monasterii jamdicto Aldrico Episcopo, multis coram testibus in ipso monasterio solemniter (traditionem) fecerunt.*

Per colomnam. Tabularium Casauriense anno 24. Ludovici II. Imp. *Et investierunt per demandationem ejusmodi Augusti per colonnam de ipsa curte.*

Per coronam. Chronicon Moissiacense an. 813. *Ludovicum filium suum constituit Imperatorem secum, ac per coronam auream tradidit ei Imperium.* Adde an. 816. 817.

Per cornu. Vide *Cornu.*

Per corrigiam. Tabularium Deiparæ Santon. *Fecit idem donum una cum corrigia S. Mariæ & S. Juliano, & imposuit super altare.* In eodem Tabulario: *VVillelmus Comes Pictav. fecit donum super altare S. Mariæ cum corrigia cervi cultellum continente, accipiens 30. sol. charitatis ab eodem Conventu.* fol. 55. Helias Comes Petricor. *suum donum posuit super altare S. Mariæ cum corrigia, nodo suo facta in ipsa.* Tabular. S. Hilarii Pictav. *Signo suæ manus, & corrigia suæ cincturæ firmavit an.* 1128. Tabularium Angeriac. fol. 39. *Omnia ista annuit dominus meus Hugo de Surgeriis, de quo feodaliter teneo; nam cùm facerem donum per unam corrigiam in manu D. Ansculfi Prioris, iste Hugo ab una parte tenens corrigiam, nutu suo firmabat, volens istud proficere sibi in futurum.* Tabularium S. Hilarii Magni Pict. *Hanc paginam cum corrigia cincturæ meæ super altare posui.* Ibid. *cum corrigia mei bautei.* (baltei) Denique Charta alia ex eodem Tabulario: *Ego Guillelmus de Villario dimitto B. Hilario & Canonicis suis medietatem alodi de Presciaco, quam injustè tenebam, cum hac corrigia cincturæ meæ, & hanc dimissionem priùs feceram in manu Guillelmi Pictaviensis Episcopi: & feci concedere istud filium meum majorem Goscerandum cum corrigia cincturæ suæ, Capitulo B. Hilarii, & dimissionem, quam feci in manu Episcopi jam dicti, ad opus B. Hilarii & Capituli sui feci. Corrigia cincturæ meæ cervina est, corrigia filii mei vaccina est.* Tabulis adsutæ etiamnum binæ istæ corrigiæ cernuntur. Vide Probat. Hist. Castaneor. pag. 181.

Cum Crocia Abbatis. Vetus Charta in Hist. Monasterii S. Nicolai Andegavens. pag. 24. *Et donum hujus beneficii factum est cum crocia Abbatis, & à Berlaio & uxore ejus in manu ipsius positum est.* Alia Fulconis Comitis Andegavensis an. 1092. ibidem pag. 49. *Baculum itaque justitiæ & misericordiæ, qui Crocia dicitur, in manu --- Abbatis pro confirmatione doni pono.*

Per capellum Prioris, in Tabul. Monast. Longipontis, diœcef. Parisiens.

Per cupam auream. Vide Bodinum lib. 1. de Republ. cap. 7. pag. 130.

Per cultrum, vel cultellum. Chronicon S. Sophiæ Beneventanæ pag. 718. *Per unum cultrum, quem manu tenebam, dedi, &c.* Adde pag. 741. Augustinum du Pas in Stemm. Tinteniacensi pag. 572. Notas ad Vitam B. Roberti de Arbrisello pag. 234. Historiam Guinensem pag. 338. &c.

Per communionem. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 22. *Quædam Monasteria hanc consuetudinem tenent, ut sæculares in suam societatem ac fraternitatem, omnino sicut oportet, statim ingressuros per investituram communionis tam corporaliter, quàm spiritualiter suscipiant: & post talem plenariam susceptionem sine præfixo termino conversionis, quantum libuerit, in sæculo permanere sinunt. Hoc tamen in ejusmodi hominum tali conversione indubitanter periculosum esse consideramus, quòd sæpe tales non voto religionis; sed defensionis suæ causâ in fraternitate religiosorum adscripti volunt videri, non ut ipsi ad religionem conversi meliores fiant; sed ut in nequitia persistentes, sub patronicio & tutela Ecclesiarum maneant tutiores. Propter quod sæpe gravem maculam atque infamiam puritati religionis inferunt, dum eos, qui in religione constituti sunt, ad patrocinandas causas turpes & ignominiosas, pro sua defensione, quasi ex debito compellunt, &c.*

Per denarios Tabularium Majoris Monasterii chart. 192. *Quod donum ejusdem census continuò, dum matutinalis Missa cantaretur, posuit super altare dominicum per octo denarios, in præsentia multorum.* Tabularium Vindocinense chart. 206. *Quibus omnibus ille gratanter assentiens, donum simul & auctoramentum, manu propria super altare imposuit per unum denarium Andegavinum, & unum cultellum, quem ad hoc ipsum donavit quidam homo S. Trinitatis.*

Per digitum, vel digito. Vide *Digitus.*

Per dextrum pollicem. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 37. *Et hæc datio facta fuit primo gradu scalæ Gotafredi in castro Bocoroni, & investitus fuit Aldebaldus in dextro pollice ex hoc honore.*

Per eleemosynariam, hoc est, marsupium. Charta Simonis de Balgentiaco an. 1149. in Tabulario S. Evurtii Aurelian. *Et super altare ipsius Ecclesiæ per eleemosynariam meam lapidem berillum intus habentem propria manu imposui.*

Per floccillum Capillorum. Tabular. Absiiense fol. 83. *Hoc dono investivi Raimerum Abbatem cum floccillo capillorum meorum.*

Per fossilem chartæ inhærentem, apud Beslium p. 524.

Per folium nucis. Tabularium S. Hilarii Pictav. fol. 77. *Hoc donum cum folio nucis recepit*

Per ferulam pastoralem. Ughell. tom. 5. p. 403.

Per funes, seu *chordas campanarum* Episcopos & Abbates dignitatibus suis investitos, colligere est ex Hariulfo lib. 4. cap. 2. Baldrico lib. 1. Chron. Camerac. c. 9. Ademaro Cabanensi apud Labbeum p. 176. Innocentio III. PP. lib. 1. Epist. pag. 177. Edit. Venet. Ægidio Aureæ-Vallis Monacho in Episcopis Leod. cap. 20. &c. Adde Ughellum tom. 3. pag. 35. & Rollandinum in Summa Notariæ cap. 15. Extant præterea hujusce ritus exempla complura in veteribus Tabulis. Tabul. Belliloc. ch. 154. *Garnulfo Abbati vel ad ipsos Monachos, qui cum eo fuerunt per cordam signi & per hostium domo ipsas res, sicut in charta testamenti continetur --- tradidit Act. an. 3. Caroli Imp* Ch. 1 4. *Tunc veniens ipse Ebrardus intravit in ipsam Ecclesiam, & veniens ad ipsam villam per cordam de signo ad hostia de domo & cespitem de terra, sive ramum de arboribus missis S. Petri tradidit.* Tabularium Casauriense: *Investivit --- per ipsas funes de ipsis campanis.* Idem Tabularium anno 1. Caroli Calvi Imp. *Investierunt A. & Allonem Advocatum ipsius per annulum de campana Ecclesiæ S. Desiderii de ipsa curte.*

Per gladium regna collata, auctor est Otto Frising. lib. 2. de Gestis Freder. cap. 5. *Est enim consuetudo Curiæ, ut regna per gladium, provinciæ per vexillum à Principe tradantur, vel recipiantur.* Guntherus lib. 1. Ligurini:

Ergo ubi vexillo partem quam diximus ille,
Hic autem gladio regnum suscepit ab ipso,
(Hunc etenim longo servatum tempore morem
Curia nostra tenet) posito diademate Petrus.
Regali dextra tulit alti Principis ensem,
Præcessitque sacram brevius diadema coronam.

Dudo lib. 2. de Morib. Normann. *Regnum, quod mihi ultro dedisti, per hunc mucronem, 12. libras auri habentem, reddo tibi.* *Per spatham regno revestire,* in Annalibus Francorum Bertinianis an. 877. & apud Continuatorem Aimoini cap. 36. *Per traditionem ensis evaginati,* Comitatus erectionem & investituram factam, observare est in Charta anni 1161. apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis p. 133. Adde Thvvroczium in Andrea Rege Hungar. cap. 44. Vide *Gladius.*

Per grana incensi. Charta Agnetis Ducissæ Aquitan. an. 1048. qua Angeriacense oppidum Monasterio S. Joannis confert: *Et ut firma in perpetuum maneant, ponimus singuli in testimonium veritatis singula grana incensi super altare S. Joannis, oblationem Deo in odorem suavitatis.* Apud Beslium pag. 430.

Per hastam. Ditmarus lib. 6. pag. 60. *Cumque hasta signifera Ducatum dedit.*

Per haspam. Vide in v. *Haspa.*

Per herbam & terram. Vide supra.

Per juncum. Tabularium Vindocinense chart. 268. *Tunc inclinavit se Comes, & accepit viridem scirpum, nam* domus

domus recenter erat juncata, sicut solemus facere, quando aliquem personæ potentis, vel dominum suscipimus, vel amicum. Tunc junco ipso non tam donum faciens, quàm restaurationem dedit, &c.

Per lapidem. Tabularium Brivatense an. 1262. *Et ad opus Capituli cum quodam lapide investio, & in possessionem, vel quasi, induco.* Charta alia apud Perardum pag. 140. *Dedit Ecclesiæ S. Stephani per unum lapidem, in manu prædicti* [illegible] *bbatis, quidquid habebat in decimis, &c.*

Per lapillum. Tabular. S. Flori in Arvernis an. 1276. *Sed devestiens de prædictis omnibus cum quodam lapillo in manu nostra, voluit & rogavit nos, ut dictum Hugonem investiremus.* Adde Chartam an. 1386. apud Rocchum Pirrhum in Notitia Ecclesiæ Cephalitanæ pag. 485.

Per librum. Tabularium S. Cyrici Nivernens. ch. 108. *Donum consensu ac favore uxoris suæ confirmatum super altare S. Cyrici cum libro obtulit.* Charta Hugonis Autissiodor. Episcopi ex Tabulario Pontiniacensi: *Quod donum per libri donationem & osculi susceptionem in manu mea est confirmatum.* Alia in Chronico Besuensi p. 667. *Hanc donationem --- Hugo filius, Haimo frater ejus, & uxor ejus, propriis manibus librum super altare ponentes, laudaverunt.* Alia ibid. p. 675. *Hoc donum --- tenentes ambo librum, per quem hanc donationem --- super altare posuerunt.* Pag. 676. *Per impositionem libri super altare confirmaverunt.* Adde pag. 680. 688. 689. 696. Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 590. 594. Innocent. III. PP. lib. 1. Epist. pag. 238. Edit. Venet. Ditmarum lib. 3. pag. 27. Chronicon Mauriniacense lib. 3. p. 386. Rocchum Pirrhum tom. 1. Notitiæ Sicil. pag. 477. Probat. Histor. Drocensis pag. 225. 234. Prædictis hæc addo ex Libro ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 33. *Si aliquis se orationibus nostris petierit commendari, finitis clamoribus adducatur, & de ipsis orationibus per librum investiatur.* Similia habent Statuta Ordinis Præmonstrat. distinct. 1. cap. 5.

Per librum Missalem. Charta Amedei Episcopi Lausannensis an. 1150. *Librum Missalem, in quo, vel per quem divinum celebratur mysterium, in manibus sumpsit, super altare posuit, &c.* Tabularium S. Stephani Divion. apud Perardum p. 119. *Fecerunt hæc in manu Girardi Eleemosynarii, qui dono & concessione per librum Missalis, revestitus est.* Adde Marcam. lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 12. n. 4. cap. 15. n. 5. cap. 25. n. 8.

Per librum Collectarium. Idem Tabularium: *Et super altare S. Stephani per librum Collectarium guirpiendo deposuit.* Apud Perard. pag. 139.

Per librum Evangeliorum & Calicem, in Vita Aldrici Episc. Cenoman. loco supra laudato.

Cum libro Regulæ, & cum *Regula.* Chronicon Besuense pag. 531. *Et propria manu donum roboravit super altare per librum, qui vocatur Regula sancti Benedicti.* Tabularium Vindocinense: *Donum cum Regula super altare dominicum, &c.* fol. 271. *Donum super altare cum Regula obtulit.* Vide Gauffridum Vindocin. lib. 1. Epist. 6. & Paulum Diac. lib. 4. Chronici Casin. c. 1.

Liber Chirographorum Absiæ fol. 99. *Et ad majus altare accedentes, in præsentia Dominici corporis, cum regula S. Benedicti de his abbatiam investierunt, ac deinde beneficium spiritale postulantes acceperunt.*

Per lignum. Tabularium Vindocin. an. 1077. ch. 264. *Dedit quartarium vineæ situm apud Olonam per rescisuram ligni, quam misit in manu Abbatis, qui revestivit eum statim de orationibus & beneficio loci.* Ch. 488. *Dimisit hanc calumniam, mittens frustum cujusdam ligni ob testimonium hujus concessionis super altare.* Tabul. Abb. Deiparæ Longipontis: *Hoc autem donum fecit supradicta domina in castello, quod vocatur Pons, & per Hertendum Monachum loco testimonii frustulum ligni sambuci super altare S. Mariæ transmisit.* Tabularium S. Martini de Campis: *Et donum posuit super altare per lignum, in quo posuerat annulum aureum.* Charta an. 912. *In civitate, quæ vocatur Ticinensium Rex Leoprandus Rex Lambardorum & Italiæ dispensator per lignum, quod in sua tenebat manu, investivit Lanfrancum -- ratione feudi, qui ambo professi sunt ex natione, lege Curiæ Lombardorum, &c.* Hinc colligitur, cur ejusmodi concessiones, quarum fiebant investituræ per frustulum ligni, quod primùm occurrebat, *lignea dona* dicantur in aliquot veteribus Chartis. Tabularium Vindocin. ch. 229. *Post acceptum beneficium, tulit donum ligneum super altare.* Ch. 237. *Perrexit ad altare, & posuit donum ligneum super illud, recitans ibi rationem doni, quod fecerat.* Ch. 255. *Sumptumque ligneum donum tradiderunt illud, &c.*

Per linteum. Tabularium S. Maxentii in Pictonibus: *Aimericus per unum linteum satis optimum dedit S. Maxentio, &c.*

Per lini portiunculam, in Hist. Durdanensi pag. 38.

Per Martyrologium. Charta Ulgerii Episc. Andegav. *Hæc autem fecit positis clavibus præfatæ Ecclesiæ S. Joannis in manu mea, & postea super dominicum altare S. Mauricii cum Martyrologio.* Vide Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. p. 87.

Per mappulam. Chronicon Farfensis Monasterii p. 661. *Per jussionem ipsius, dante eo mappulam suam (son mouchoir) Advocato suo, revestivit Leonem, &c.*

Per unam mitram, decimæ molendinorum investitio extat in Tabular. Chirographorum Absiæ f. 62.

Per nodum. Tabularium S. Severini Burdegal. *Sibi in alodio concessi, & ut auctoritate propria sæpe fieri solet, concessæ hæreditatis nodum priorem manibus propriis colligavi, secundum Geraldus Miles, tertium Ramundus de Ulnico: quo facto nodum super altare pro meis debitis, & pro meis delictis, & pro defunctorum parentum criminibus obtuli, &c.*

Per notulas. Charta Philippi Regis Francor. an. 1317. apud Argentreum in Hist. Armoricana lib. 5. cap. 34. *Possessionem ipsius Comitatus --- in manu dicti Episcopi Mimatensis per traditionem quarumdam notularum, quas in manu tenebat, posuit per eundem Episcopum dictæ Ducissæ tradendum &c.*

Per ostium domus. Tabularium Casauriense an. 951. *Ideo constat me Alexander filius quondam Ardemandi, ex natione Bajubaria, secundùm meam Bajubariorum legem, per festucam & guazonem & andelaginem, & per ramos de arboribus, & per ostium domorum vendidi, & manibus meis tradidi, atque investivi tibi, &c.* Bracton. lib. 2. c. 18. §. 1. *Fieri debet traditio per ostium, & per haspam vel annulum.* Lib. 5. tract. 4. cap. 15. §. 14. *Sed præsentes fuerint: ubi saisina facta fuerit donatario per Senescallum, vel per nuntium, per fustim, vel per baculum, vel per haspam, & quòd donatarius inductus fuit in vacuam possessionem, &c.* Vita S. Pardulfi MS. *Et cum claustra Monasterii, & omnis fabrica ipsius, vel omnia loca inhabitabilia perfecta, vel consummata fuissent, supradictus Lautarius per ostium cellulæ ipsius viro Dei tradidit ad regendum.* Vide *Anaticla, Haspa.*

Per pallium, seu pallam. Charta Ademari Vicecomitis Lemovic. an. 1074. *Accedens autem cum duobus filiis meis Helia & Petro, ad hoc sacrum altare pallium obtuli: quod pallium mecum tenentibus ipsis, hunc, de quo sermo est, mansum semel sub testibus donavi.* Infrà: *Hic tantùm commemorasse sufficiat, quòd eodem pallio donationem firmavi meam de aquaductu, &c.* Vita S. Virgilii Episcopi Saltzburgensis cap. 16. *Per pallium altaris Virgilio Episcopo ipsam Ecclesiam tradidit.*

Per pergamenum. Charta Aimerici de Ranconia apud Beslium pag. 492. *Dedi -- in manu Abbatis Fulcherii per quemdam pergamenum super altare signatum crucibus, videntibus multis.* Alia Willelmi Ducis Aquitan. ex Tabulario Angeriacensi: *Per hoc pergamenum hoc donum --- super altare B. Joannis posui.*

Per pisces. Tabularium Majoris Monasterii: *Testes habui-*

habuimus legitimos, qui omni lege probare fuerunt parati, quòd Hildegardis ad opus emerit, & per pisces ex ejus piscaria investituram dederit in vita sua Monachis Majoris Monasterii.

Cum duobus phylacteriis, in Tabulario Monast. Longipontis in diœcesi Paris.

Per pollicem. Charta an. 1097. in Hist. Sabaud. *Quod donum ipse Comes per digitum proprium, quem pollicem appellamus, fecit in manu Prioris ipsius loci.*

Per palam, seu *pallam ex serico*, apud Ordericum Vitalem lib. 3. pag. 474.

Cum penna & calamario investitos Tabelliones observat Rollandinus in Summa Notariæ cap. 5. extremo: quod etiam habetur in Constitutione Ruperti Imp. ann. 1401. apud Goldast. tom. 1. pag. 382.

Per pannum sericum, unde facta est casula, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 527.

Per pileum. Rogerus Hovedenus pag. 724. *Ricardus Rex Angliæ in captione Henrici Romanorum Imperatoris detentus, ut captionem illam evaderet, consilio Alienor matris suæ, deposuit se de regno Angliæ, & tradidit illud Imperatori, sicut universorum domino, & investivit eum inde per pileum suum. Sed Imperator statim reddidit ei --- & investivit eum inde Imperator per duplicem crucem de auro.* Thomas Walsinghamus pag. 343. *Eodem anno in Parliamento præscripto dominus Joannes Dux Lancastriæ factus est Dux Aquitaniæ per virgam & pileum, præbitis manu Regis.*

Per panem & librum. Charta Henrici Abbatis S. Mariæ Stampensis ex Tabulario Prioratus S. Martini de Campis: *Eam* (Ecclesiam) *in manibus meis per panem & librum reddidit, & ego consequenter similiter per panem & librum in manibus Vener. Theobaldi Prioris de Campis eam seposui, & --- contradidi.* Parvum Pastorale Ecclesiæ Parisiensis cap. *Quid faciendum sit in vacatione Prabendæ, in Ecclesia Parisiensi: Si Episcopus in diœcesi Parisiensi fuerit, tenetur vocare Decanum, vel Decano absente Cantorem, --- & de manu illius accipiet Episcopus cum libro & pane Prabendam vacantem, sub his verbis: Reddo vobis Prabendam, quæ fuit N. &c.*

Per regulam. Vide suprà, *per librum.*

Per sceptrum. Faustus in Vita S. Mauri Abbatis, de Theodeberto I. Rege: *Dedit ei per sceptrum regale, quod manu gestabat, quacunque Florus patrum ejus ex regali possederat dono.* Vide Ottonem Frisingensem lib. 7. c. 16. & Metropolim Salisburgensem tom. 2. pag. 277. tom. 3. pag. 399.

Per scyphum. Simeon Dunelmensis lib. 3. de Eccles. Dunelmensi cap. 14. *In cujus donationis signum etiam scyphum argenteum obtulit, qui in hac Ecclesia servatus, æternam illius facti memoriam retinet.* Tabularium Majoris Monasterii: *Hujus rei supradicta misit Archimbaldus donum super altare S. Mariæ per scyphum S. Macarii.* Occurrit ejusmodi investitura *per scyphum S. Macarii*, non semel in Tabulario Monast. Longipontis diœcesis Paris.

Per spatæ capulum. Tabularium Vindocin. fol. 277. *Ut istud donum firmiter haberetur, & ulterius non cassaretur, super altare dominicum cum ponto cujusdam spathæ ambo fratres posuerunt. Maistre Vacces en son Roman de Rou MS.*

Au Roi rendi son regne, n'en vout avoir jornée,
Fierement l'en saisi par une soe espée,
El pont de l'espée ont d'or dix livres pesant,
Vostre terre, dit-il, vous vent par cest mien gant.

Per textum Evangelii. Tabul. Vindocin. fol. 245. *Donum concesserunt, & super altare cum Textu argenteo & aureo obtulerunt.* Vetus Codex apud Seldenum ad Eadmerum pag. 144. *Per textum Evangelii spiritualem causam Episcopatus, per annulum autem Regalium possessionem accepit.* Tabular. Andegav. *Quitavit liberè & quietè super altare cum Textu & cultello.* Tabular. S. Gemmæ Santonensis: *Hoc donum confirmavi ---- ponens librum Evangeliorum super altare.* Tabular. Brivat. fol. 193. *Per traditionem cujusdam libri textus Evangeliorum cum postibus argenteis & imagine crucifixi præsentialiter investivit.* Adde Ordericum Vital. lib. 5. pag. 577. 591. Chronic. Besuense p. 610. 616. Tabular. Longipontis diœces. Paris.

Cum veru. Charta Garneri de Triangulo, in Tabul. Abbatiæ Deiparæ de Longoponte, & Majoris Monasterii: *Pro hujus doni confirmatione fregit veru, & portiunculam de ipso bene extersam dedit Henrico Priori, dicens ut auferret, & ex sua parte super altare poneret.* Ubi *veru*, pro sude lignea videtur sumi. Tabularium Hospitalis Montis Maurilionis: *Unam quadrigam oneratam de viridi ligni, de redortis, & sudibus, & verubus.*

Per vexillum provincias à Principe tradi & recipi scribit Otto Frising. lib. 2. de Gest. Frider. cap. 5. Falco Beneventanus pag. 238. de Rogerio Siculo: *Misit præterea domino PP. Honorio munera multa ——— ut Ducatus ei vexillum & nomen largiretur.* Pag. 308. *Rainulphum ----- in Ducem elegit, & eo electo vexillum ad honorem Ducatus Apostolicus & Imperator in conspectu omnium ei tradiderunt.* Idem pag. 332. de Innocentio PP. *Regi verò* (Siciliæ) *Rogerio statim Siciliæ regnum per vexillum donavit, &c.* Charta Alphonsi Castellani Imperatoris, apud Vignerium in Hist. Alsatensi pag. 143. *Investimus te Ducem & Comitem de quinque vexillis, in signum quinque dignitatum, quas in feodum ab Imperio tenere debes.* Charta Philippi II. Regis Rom. an. 1207. *Thomas Comes de Sabaudia --- feudum suum --- de manu nostra recepit, nosque eum juxta priscam Imperii consuetudinem de universis bonis illis --- per tria vexilla investivimus. Le Roman de Guillaume au Court-nez: Par unce blanche anseigne li fu li fiez rendus.* Ejusmodi investiturarum *per vexillum* exempla passim proferunt Scriptores, Romualdus in Chronico MS. an. 1060. 1062. 1090. 1115. 1118. 1120. 1127. 1132. 1152. Ditmarus lib. 6. Otho Frising. lib. 2. de Gest. Frider. cap. 32. Chronicon Weingartense cap. 13. Godefridus Monach. S. Pantaleonis an. 1212. Hist. Australis an. 1276. Alexander Celesinus lib. 1. cap. 16. lib. 3. cap. 26. Will. Tyrius lib. 12. cap. 4. Conradus Ursperg pag. 302. Historia Landgravior. Thuring. cap. 1?. Gunther. lib. 1. Ligur. pag. 31. lib. 5. pag. 125. Gesta Innocentii III. PP. pag. 27. &c. Vide quæ notamus in Dissert. 9. ad Joinvillam.

Per virgam, vel *virgulam.* Charta an. 1120. in Tabulario Monast. Fontis-Ebraldi: *Hanc concessionem feci in manu Petronillæ primæ Abbatissæ Fontis-Ebraldi cum virga oserii duplicata.* Alia apud Acherium in Notis ad Guibertum pag. 590. *Cum virga disciplinali.* Tabularium S. Albini: *De hoc Fulconius Tessart cum quadam virgula dominum Abbatem investivit, quam ipse manu propria posuit super altare.* Alia an. 1144. apud Gallandium: *Utque patenti occasione firmatum nihil occulta forsitan occasionis haberet, --- per oblationem virgæ, quam manu gestabat, supra sacrum altare B. Lazari de prædicto dono domum & Fratres solenniter investivit.* Adde Epistolam Synodalem Calixti II. in Concilio Tolosano an. 1119. Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 589. Helmodum lib. 1. cap. 70. 71. Notas ad Guibertum p. 590. Hieron. Rubeum in Hist. Ravenn. pag. 275. & quæ suprà de investitura per baculum adnotamus.

Per zonam, in charta fundationis S. Petri Generensis, loco suprà allato.

INVIDARE. Charta an. 1171. in Hist Pergamensi part. 1. lib. 10 cap. 22. *Et debent Consules Pergami invidare, consiliare, commendare omnibus illis hominibus, qui in prædicto loco habitaverint, &c.* Vox Italica, *Mittere.*

INVILIARE, ἰντιλίζειν, in vett. Gloss. Vilem facere.

INVINIUS, Abstemius, ἄοινος, in Gloss. MSS. vox Apuleji lib. ult.

INVITATA, Invitatio ad solennitatem, vel cœnam solenniorem. Ericus Upsalensis lib. 3. Hist. Suecor. ann. 1304. *Hoc anno Torchillus Marschalcus invitavit tres fratres Principes memoratos ad Castrum Aranes, solennissima illic habita invitata.*

INVITATORIA, Epistola, qua quis ad aliquam Ceremoniam invitatur. Vide Diurnum Romanum c. 3. l. 13.

INVITATORIUM. Vide *Psalmus Invitatorius.*

INVITATUS, Non vocatus. Gl. Gr. Lat. ἄκλητος, *Invitatus, invocatus.*

INUNANIMITAS, Discordia, in libro de fundatione Monasterii Gozecensis pag. 230.

INUNARE, *Colligere*, in Gloss. Arabico-Lat. Adunare.

INUNDATIO *vocis*. Statuta antiqua Cartusiensis Ordinis 1. part cap. 39. *Quia boni Monachi officium est plangere potiùs quàm cantare, sic cantemus voce, ut planctus, non cantus delectatio sit in corde: quod gratia præveniente poterit fieri, si ea, quæ cantando delectationem afferunt, amputentur, ut est fractio & inundatio vocis, & geminatio puncti, & similia, quæ potiùs ad curiositatem attinent, quàm ad simplicem cantum.*

INUNWANT. Vide *Unvvant.*

INVOLARE, Per vim auferre, nostris *Voler*. Donatus ad 6. Æneid. *Vola dicitur media pars manus, -- unde & involare dicimus, quum aliquid furtim vola manus subtrahitur: & involare rursum, cùm violentæ manus in aliquem diriguntur; sicuti Terentius ait: Illi facilè in oculos involem venefico.* Papias: *Involare, in volam, i. in manum includere, furari.* Gloss. Lat. Græc. *Involat.* κλέπτει. Gloss. Græc. Lat. κλέπτης, *fur*, (fur) *involator.* κλέπτω, *furo, involo.* Cornelius Fronto: *Involat, qui in die venit, surripit clam, id est, furtivè.* Canones S. Patricii cap. 32. *Si per furtum illum involaverit.* Perperam *inviolaverit*, apud Waræum. Utuntur Collatio Legis Mosaïcæ cap. 11. Lex Wisigoth. lib. 7. tit. 2. §. 3. 6. 10. 21. Lex Burgund. tit. 70. §. 3. in 1. addit. cap. 4. §. 1. Lex Alamann. tit. 69. 70. Eckeardus Jun. de Casib. S. Galli cap. 10. &c. præter Plautum, Terentium, Ciceron. & alios. Hinc

Volare, in vet. Charta apud Guesnaium in Annalib. Massil. an. 1266. n. 41. Gall. *Voler.*

INVOLENTIA, aliàs *Nolentia*. Salvianus lib. 7. de Gubernat. Dei: *Etsi involentia non carent, malivolentia carent.*

INVOLVULUS, Joanni de Janua, dicitur *quædam bestia, quæ, ut homines faciliùs decipiat, involvit se aliquare.*

INVULGARE, pro *Divulgare*, in Addit. ad Vitam S. Antonini.

INVULTARE, *Invultus*. Vide *Vultivoli.*

INVULTUARE, *Vultum effingere.* Marius Victorinus ad Candidum Arianum p. 162. *Excitatus enim in anima νοῦς, intellectualem potentiam animæ illustrat, & illuminat, & invultuat ac figurat, & innascitur animæ intelligentia & perfectio.*

JOBAGINES, *Iobagiones*, Sambuco, Lydio, & Alberto Molnario testibus, Hungaris dicuntur coloni, ruricolæ, atque adeo ipsa mancipia. Decreta Ludovici Regis Hungariæ anno 1351. cap. 5. *Præterea ab omnibus Iabogionibus nostris aratoribus & vineas habentibus, &c.* Cap. 6. *Prælati & Ecclesiastici Iobagiones habentes.* Cap. 14. *Iobagiones ad Regiam vel Reginalem celsitudinem pertinentes.* Decreta Sigismundi Regis: *Si quis Iobagionem alterius -- potentialiter abduxerit.* Aliud ejusdem Regis an. 1435. *De singulis Iobagionibus proprias possessiones & terras more aliorum Iobagionum, in possessionibus, quibus resident, habentibus & censum colligentibus.* Decreta Alberti Regis: *Nobiles tam Iobagiones habentes, quàm non habentes, decimas dare non teneantur.* Vide Jo. Lucium de Regno Dalmatico pag. 204. b. 1. At in Decreto Andreæ Regis Hung. ann. 1222. cap. 15. & 26. *Barones & Nobiles* vocari videntur. Cap. 18. *Iobagiones Castrorum* memorantur, & cap. 25. præcipui Hungariæ Magistratus, Palatinus nempe, Banus, Comes, & Curialis Regis, *Iobagionum* dignitate & vocabulo donantur. Ea etiam notione accipi videtur *Iobagionis* vox apud Thwroczium in Calomano cap. 61. Vide Concilium Poloniense an. 1309. cap. 3. 4.

JOCALIA, Monilia, gemmæ, annuli, aliaque id genus pretiosa, Gallis *Ioyaux*, Anglis *Ievvells*. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium: *Crepundia, jocalia, ornamenta.* Ingulfus pag. 858. *Reges Merciorum jocalia plurima in sanctæ Ecclesiæ ornamentum larga manu contulerant.* Utitur non semel pag. 866. 878. 890. 908. Pseudo-Ovidius lib. 2. de Vetula:

——— *Et secum pretiosa jocalia defert.*

Matthæus Westmonast. ann. 1267 *Iocalia Ecclesiæ Westmonasteriensis, imagines feretri aureas, & lapides pretiosos in manus tradidit mercatorum.* Idem an. 1283. *Corona quædam famosi Regis Britonum Arthuri Regi Angliæ cum aliis jocalibus reddebatur.* Occurrit præterea hæc vox in Gestis Ludovici VII. Reg. cap. 15. in Fleta lib. 2. cap. 14. §. 1. in Process de Vita & miracul. B. Mariæ de Malliaco n. 35. apud Matth. Paris, Bromptonum pag. 954. Thomam Walsinghamum p. 249. Nicol. Uptonum lib. 4. de Militari officio pag. 134. &c.

Propriè apud nos *jocalia* dicuntur, quæcunque ad muliebrem ornatum spectant, & ejus quodammodo propria sunt, ut annuli, inaures, armillæ, viriolæ, &c. atque ita usurpatur hæc vox in Quoniam Attachiam. cap. 21. §. 2. Salmasius ad Solinum, ab Arabico, *johar*, i. gemma, videtur deducere; vel certè à *jocus* & *joculus* & *jocula*, Latinis vocabulis, quæ id omne, ex quo aliquis voluptatem capit, sonant. Græcis παίγνια, οἷς παίζουσι νήπιοι. *Nugæ muliebres*, apud Plautum, Aululariâ, nostris *Iouets*. Gloss. Lat. Græc. *Iocus*, παίγνιον. Theodoricus in Vita S. Elizabeth Ungaricæ cap. 7. *Cùm enim pauperum hæc nutricia parvulis suis infirmis vascula fictilia, annulos vitreos, & quædam alia puerorum jocalia opportuna xenia proprio pallio deferret &c.* Et certè admodum probabile est, vocabulum *Ioyaux*, nostris usurpatum, effictum à *Ioye*, gaudium, quòd his scilicet nugis pueri & sequior sexus potissimùm delectentur. Capitolinus in Albino: *Cùm et nomina fierent, septem aquilæ parvulæ de nido allatæ sunt, & quasi ad jocum circa pueri cunas constitutæ.* Vox autem *Ioye* ab eadem origine proficiscitur, scilicet à *Iocus*.

Scribit Michaël *del Molino* in Repertorio Forot. Aragon. pag 188. v. anno 1438. in Curia Aragonensi quæsitum, an *Jocalium* legato intelligerentur testatricis etiam vestes, & Locumtenentem Justitiæ Aragonum priusquam judicium & sententiam ederet, consuluisse super hoc negotio quasdam dominas, & juxta earum responsum judicasse vestes non contineri.

Jocolarius, Jocalium distractor, *Joallier*, in Charta Sicardi Principis Longob. in Chronico S. Sophiæ Benev. pag. 631.

JOCARE, *Jocari*, Ludere, lusitare, Gall. *Jouër*. Chronicon Andrense pag. 438. *Fuit accusatus, quòd tempore hiemali ipse cum suis Monachis super glaciem more laicorum fuisset jocatus.* Vita S. Gertrudis Abb. Nivell. n. 19. *Infans autem jocabat, & currebat hac illacque.* Vita S. Domitiani Confessoris apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressanæ pag. 229. *Nam & cùm gallinis illius loci visa postea jocasse vulpes contra suam naturam agentes; sed nullam earum lædere præsumpserunt.* *Jouquer* Picardi, *Jouquier* Occitani. *Joucher* Franci, dicunt de gallinis, quæ ad perticam somnum captant. Hinc iidem *Joquer*, pro *otiari*, vel *feriari* usurpant. Chronicon Bertrandi Guesclini MS.

Il ne nous lairra mie ci joquer longuement.

Raimundus Montanerius in Histor. Aragon. cap. 221. *Le fill de L'Emperador ne so tench à Joch, ans se garni molt be ell, qui era bon cavaller, &c.* In Consuetudine Britannica art. 420. taurus dicitur *aller à jeu*, qui liberè exspatiatur, ac ludibundus excurrit.

Jocari, Hastiludio concurrere, certare, ex Gallico *Jouster*. Ordericus Vital. lib. 3. pag. 464. *Dum apud Monasteriolum jocaretur, & cum quodam juvene luctaretur, &c.* Matth. Paris ann. 1252. *Congregati sunt igitur in multitudine gravi & copiosa, valde (ad ludum militarem, qui Mensa Rotunda dicitur) tam Norenses, quàm Australes, -- & secundùm quod constitutum est in illo ludo Martio, illa die & crastino quidam Milites Anglici strenuè nimis & viriliter & delectabiliter, ita ut omnes alienigenæ ibidem præsentes admiraremur, jocabantur.*

Jocamen, Jocus, ludus. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 784. *Cotidie verò simul loquebantur, & mutuò minitabantur; sed jocaminis plerumque miscebantur.*

JOCCERDEGH, Furtorum Collectores, in Legibus Hungaricis.

JOCHUS. Vide *Juchus*.

JOCISTA. Gloss. Lat. MS. Reg. *Jocista, qui verbis jocatur*. Perperam, *qui verbum jocatur*, in Gloss. Isid. Ælfricus in Gloss. Sax. *Mimus, jocista, scurra*: ʒliʒmon. Ugutio & Joan. de Janua: *Jocista, qui jocis sæpe intendit*. Liber Epistolarum S. Bonifacii Episcopi Moguntini Epist. 69. *Hos namque versus, jocistæ more, caraxatos reperietis.* Aldelmus Abbas Malmesburiensis ad Eahfridum: *Jocistæ scurræque ritu dicacitate temeraria loquentium.*

JOCULARI, Jocari, à *Joculus*, pro *Jocus*. Pseudo-Ovidius de Vetula lib. 1.

—— *Sicut agunt pastores, cùm joculantur.*

Jocularis, Mimus, scurra. Gloss. Lat. Gr. *Jocularis*, γελοιώδης. Gloss. Lat. MS. Regium: *Choraules, jocularis*. Papias: *Satiger, jocularius, cilicio vestitus*. Leg. *Setiger*. Rursum: *Scenicus, histrio, jocularis*. Lambertus Ardensis pag. 247. *Ministrantibus mimicis nebulonibus, garcionibus, scurris, & jocularibus.* *Jocularitas*, apud eundem pag. 158. *Jonglerie*. Agobardus lib. de Dispens. *Satiat præterea & inebriat histriones, mimos, turpissimosque & vanissimos jocularis, &c.* Joannes Signiensis Episc. in Vita S. Beraldi Episcopi Marsorum: *Alii, quod propriè jocularium est, ab utroque latere divisis, item mixtis coloribus, vestimenta variabant.* *Joculares viri*, in Vita S. Præjecti Epis. apud Bollandum. cap. 3. n. 22. *Cantor jocularis*, in Triumpho S. Remacli cap. 19 Vide *Ministellus*.

Jocularitas, Facetiæ, Odo Cluniacens. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 15. *Cùm à vestigio non deessent, qui facetias quasdam, ut adsolet, aut jocularitates moverent, &c.*

Joculator, idem cum Joculari. Vett. Glossæ MSS. ad Concil. Laodic. can. 54. *Temelici, joculatores*. Firmicus lib. 8. Matth. cap. 22. *Histriones faciet, pantomimos, ac scænicos joculatores.* Gaufredus Vosiensis lib. 1. cap. 62. *Per duodecim fatuos, quos joculatores vocamus.* *Joculatorum applaudentium voluptas*, apud Matth. Paris pag. 555. *Joculosi nebulones*, apud Ordericum Vital. lib. 5. pag. 589. Rogerus Hovedenus in Ricardo I. *Hic ad augmentum & famam sui nominis, emendicata carmina, & rythmos adulatorios comparabat, & de regno Francorum cantores & joculatores muneribus allexerat, ut de illo canerent in plateis: & jam dicebatur ubique, quòd non erat talis in orbe.* Ugutio: *Fallax differt ab eo, qui mentitur, quia omnis homo fallax id agit, quod dicit, unde quis fallatur, & non omnis ille vult fallere, qui mentitur: ut joculatores, qui sæpe mentiuntur magis studio delectandi, quàm voluntate decipiendi.* Adde Vitam S. Kentigerni Episc. Glascuens. c. 6. n. 37. Saxonem Grammaticum lib. 6. Joannem Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 8. Itinerar. Gregor. XI. apud Masson. pag. 317. Paulum Venetum cap. 13. &c.

JOCUS. Monasticum Anglican. to. 1. p. 210. *Vas argenteum ad aquam benedictam, cum duobus jocis scaccorum*, Gall. *Jeu d'eschecs, &c.*

JOCUS *partitus*, dicitur, cùm alicui facultas conceditur, alterum è duobus propositis eligendi. Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 52. §. 2. *Nec potest transigere, nec pacisci, nec jocum partitum facere, nec aliud, &c.* Lib. 5. tract. 2. cap. 11. §. 1. *Habebit alium diem, nisi ipse petens docuerit contrarium sub periculo joci partiti.* Quod verò *Jocum partitum* hîc vocat Bracton, *Bipertijocum* appellat Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 4. *Sive loquela per nontenuram, sive per quemcunque bipertijocum cavilletur lis illa, &c.* Chronicon Andrense pag. 596. *Hic ludus malè videtur partitus, quia in uno perpenditur risus, & in alio planctus & ejulatus.* Perperam *mane* editum. Joinvilla in S. Ludovico pag. 95. *d'un Chevalier, qui fut prins au bordel, auquel on partit un jeu: ou que la ribaude avec laquelle il avoit esté trouvé, le meneroit parmi l'ost en sa chemise, -- ou s'il ne voloit telle chose souffrir, qu'il perdroit son cheval, ses armeures & harnois, &c.* Le Roman d'Aubery MS.

De ces deus choses est mult li jeus partis.

Philippus *Mouskes* in Philippo Aug.

Li Dus de Louvain s'en parti, (ex prælio Bavinensi)
Quar ne vit pas le giu parti.

Joannes de Condato MS.

Sire, faut-il, par la mort beu,
Mal a point particiez le jeu,
Se chiens ne paiant au restant,
Qui la derrire est en estant.

Vide Not. ad Joinvillam pag. 92.

JOPPA, Caligæ species, Hungaris. Decretum Calomani Regis Hung. lib. 1. *Nullus, qui Clericus existimatur, utatur vestibus laïcalibus, utpote fisso pellicio -- caliga seu joppa, calceo picto, &c.*

JORNALE, *Jornalis*, Gallis, *Journel*, quantum uno die par boum arare potest: *Jugerum, arpennis, atra*. Vetus Charta ex Tabulario S. Benigni: *Hoc est, jornales duos, quia ipsi jornales latus ad latus habent terminationes de uno latus & uno fronte, &c.* Alia an. 884 apud Perardum p. 53. *Similiter dono jornales de terra arabili, &c.* Adde p. 161. Chiffletium in Trenorchio p. 213. &c.

Jurnalis. Donationes Salisburg. cap. 12. *Severinus quidem dedit jurnales sex.* Malè infrà *virnales*, pro *jurnales*. Occurrit passim in Chartis S. Galli apud Goldastum tom. 2. Antiq. Alam. ch. 20. 29. 60. & 69. apud Joach. Vadian. lib. 2. de Monaster. German. p. 86. Hubertum Thomam Leod. in Orig. Palatin p. 34 in Antiq. Fuldensib. lib. 1. ch. 64. &c. In Tabulario Fossatensi hæc legimus: *Sciendum est, quòd tria jornalia faciunt apud nos duo arpenta terræ tantùm.*

Jornale, Opus unius diei, *Corvatæ* species, quam ab hominibus suis exigebant domini. Leges Simonis Comitis Monfortensis, apud Gallandium: *Secundùm antiquam consuetudinem terrarum & villarum, recipient domini ab hominibus suis jornalia, in operibus suis, & secundùm consuetudinem dent eis ad comedendum.*

Jornale. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1311. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 114. ad Pontium *de Homelaton* Militem Judicem majorem Senescalliæ Tolosanæ & Albiensis: *Item corregea seu jornalia boum æstimata valere 26. solid. item jornalia sammeriorum 21. solid. item jornalia brasseriorum 18. sol. 8. den. Turon.*

JORNARIA. Tabular. S. Remigii Remensis: *Donant -- scaritiones car. 115. circulos perticas 115. scindolas 575. de jornariis sol. 7. den. 8.* Alibi: *Omnes mansi donant araticum in tertio anno, decimam de vervecibus. Hinc exeunt frumenti modii 16. & dimid. mixtæ annonæ mod. 60. --- scindulæ 3700. lign. carr. 148. facul. 255. de diurnariis ing. fors. lib. 3. dinar. 12.* Alibi: *Summa denariorum de censu mansuum lib. 15. sol. 9. de diurnariis lib. 13. sol. 1. de prastariis, &c.*

JOR-

JORNARIUM, Liber Ecclesiasticus, *Diurnalis*, & idem qui *Gradualis*, quod ejus usus quotidie fit: *Journal*. Historia Abbatiæ Condomensis pag. 507. *Scripsit manu propria libros Ecclesiasticos, videlicet duo Missalia, --- item duos Graduales, sive Jornaria, duo Prosaria, &c. Diurnaria* nostri vocant preces Breviarii ad usum quotidianum Clericorum.

JORNATA, idem quod *Jornale*, Modus agri, *Journée de terre*. Charta Hugonis de Ibelino Domini Ramæ ann. 1160. *Concedo --- in eleemosynam --- cum duabus carucatis terræ, & quinque jornatas terræ, quas Fratres sancti Joseph ibi requirebant.* Tabularium Fiscanense an. 1260. f. 51. *Et quod habeo 4. jornatas terræ in mariscis D. Abbatis.*

JORNUS, ex Gall. *Jour*, Dies, seu opera unius diei. Charta ann. 897. ex Tabulario Flaviniacensis: *Donamus etiam mancipia his nominibus, --- sub eo censu, ut masculi denarios 4. feminæ 2. de capite annis singulis, simul & jornos 2. nisi reditus terræ teneant, ut ipsum censum cadere debeat.*

JORRIA. Vide *Jarcia*.

JOSUM. Vide *Jusum*.

JOTTICI, Ludi, Gall. *Jeux*. Vita S. Eligii lib. 2. c. 15. *Nullus in Kl. Januarii nefanda & ridiculosa, vetulas, aut cervulos, aut jotticos faciat, neque mensas super noctem componat.*

JOVA, *Jovata*, Majoricensibus voces familiares, quas ii ab Arabibus Balearium incolis acceptas retinuere, apud quos ita *jugerum*, seu modus agri dicitur, tametsi majoris quantitatis. Charta Mali Gaulini Comitis Impuriarum ann. 1319. *Directa & utilia dominia, laudimia & foriscapia, jovas, traffas, & jornalia, & omnes alias servitutes, &c. Jovata terra*, in Charta Jacobi Regis Aragonum ann. 1230. quæ describitur in verbo *Alcheria*. *Jovada*, Majoricensibus. Vide Joann. Dametum in Hist. Balearici Regni pag. 272. 273. & seq.

JOVENTALIS, *Beneficus*. Papias.

JOYÆ, Mundus muliebris, jocalia, Gall. *Joyaux*. Fori Osiæ an. 1247. fol. 23. *Villana debet habere per suas dotes unam domum coopertam, -- & suas vestes integrè, & suas joyas, & unum lectum bene paratum.*

IPSUD, pro *ipsum*, vox Africanorum. Gloss. Græc. Lat. αὐτὸ, *ipsud, ipsum*. At Cod. MS. *illud ipsum præfert*. Victorinus de Principio diei: *Namque Salomon in libro Ecclesiastes interrogat*: (1. 9.) *quid est quod factum est? ipsum quod fiet. Quod autem fuit, ipsud est, quod futurum est.* Infrà: *Quare non credamus Prophetæ dicenti ipsud in initio factum esse, quod hodie fiat.* Auctor Queroli: *Ipsud volebam dicere*. Chronicon Novalicense lib. 1. cap. 17. *Misit duos Monachos --- ad Carolum Magnum, ut sibi suo imperiali præcepto testamentum ipsud renovari concederet.* Occurrit præterea in Actis Cæciliani, sub finem.

IRA. Vide *Æra*.

IRATUS & *pacatus*. In Tabulis, quæ mentionem faciunt feudorum, quæ *jurabilia, & reddibilia* vocant, passim hæc verba reperiuntur, quibus vassallus castrum suum reddere domino tenetur, sive *iratus* sit, sive *pacatus*, hoc est, sive invicem dissentiant aut litigent vassallus & dominus ex causa feudi, sive non dissentiant: nam ex feudorum regula vulgari, cùm dominus & vassallus invicem coram superiore domino litigabant, vassallus à jurisdictione domini solvebatur, ut est in Consuetudine Andegav. art. 196. & Cenomanensi art. 77. Aimoinus lib. 4. Hist. Franc. cap. 80. *Objiciebantur ei & alia complura & dicta & facta, quæ non nisi ab inimico & irato fieri vel proferri poterant.* Charta Jacobi Regis Aragon. ann. 1228. apud Jo. Dametum in Hist. Regni Balearici pag. 204. *Et detis inde potestatem nobis* (Castrorum) *quandocunque voluerimus irati & pacati.* Vide Dissertationem 30. ad Joinvillam, ubi multa de horum vocabulorum notione.

IRENARCHÆ, Magistratus militares, qui ad id constituti erant, ut *provincialium tutela suscepta, quietis & pacis per singula territoria concordiam stare facerent*, ut est in leg. 7. Cod. Th. de Irenarch. Gloss. Græc. Lat. Εἰρηνάρχης, *Pacator, Irenarcha, Irenarchus*, in Vita S. Nestoris Episcopi n. 3. Vide Palladium in Hist. Lausiaca cap. 116. & Jacobum Gothofr. ad d. leg. 7. & Henric. Valesium ad lib. 4. Eusebii cap. 15.

IRMINSUL, vel *Ermensul*, priscorum Saxonum fanum, vel idolum fuit, quod ab iis summa in veneratione habitum, & à Carolo M. destructum tradunt Annales Francorum veteres ann. 772. in quibus *Irminsul* & *Ermensul* promiscuè scribitur. Eghinardus: *Idolumque, quod Irminsul à Saxonibus vocabatur, evertit.* Chronicon aliud apud Lambecium lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæsar. pag. 371. *Et lucum eorum famosum Irminsul subvertit.* Stabat autem in oppido Eresburgensi, ut est in iisdem Annalibus; Marti sacrum, ut auctor est Witikindus lib. 1. sic enim ille de Saxonibus: *Aramque Victoriæ construentes, secundùm errorem paternum, sacra sua errore proprio venerati sunt, nomine Martem effigie columnarum imitantes, Herculem loco Solis, quem Græci appellant Apollinem. Ex hoc æstimationem illorum apparet utcunque probabilem, qui Saxones originem duxisse putant de Græcis, quia Hermin, vel Hermes Græcis Mars dicitur: quo vocabulo ad laudem vel ad vituperium usque hodie etiam ignorantes utimur.* Atqui Ἑρμῆς, Græcis non est *Mars*; sed *Mercurius*, nisi ad vocem Ἄρης potiùs respexerit Witikindus, ut *Erminsul* dictum fuerit quasi *Ersul*, id est, Martis columna: nam *Herr* Germanorum pro *dominus* quidam inde accersunt. Præterea Hentic. Meibomium lib. de Irmensula Saxonica.

At longè aliter de hoc idolo commentatur Aventinus lib. 4. Annal. Boior. ubi de Carolo M. *Heroburgium*, inquit *primo impetu cepit. Erat templum Hermionis Saxonibus vetusta religione augustissimum, quo frequens populus coibat, & vota reddebat. Multa ibi opulenta, regum populorumque visebantur munera: ingentes auri argentique ibi copia ostendebatur, quæ vota reddentium grata voluntas congesserat. Saxones Hermanni salam vocabant, id est, aulam, sive basilicam Hermanni, Hermionisve. Is fuit quintus Germaniæ magnæ Imperator, pronepos Regis Manni, filii Tuisconis, parentis & auctoris nostri. Ipsum majores nostri ob bellica facinora in numerum deorum retulerant, pro numine & belli præside hactenus coluerant.* Ad hunc Hermionem videntur spectasse Glossæ laudatæ à Spelmanno: *Hirmensul, colossus, altissima Herminii columna.* Ubi tamen ab Aventino discrepant, qui *sul*, pro *sala* additum putat, cùm eæ vocem hanc per *columnam* vel *colossum* efferant; quam postremam sententiam firmat Poëta Saxonicus in Carolo M. ann. 772.

Gens eadem coluit simulacrum, quod vocitabant
Irminsul, cujus factura simulque columna
Non operis parvi fuerat, pariterque decoris.

Conradus Uspergensis de Saxonibus: *Frondosis arboribus fontibusque venerationem exhibebant. Truncum quoque ligni non parvæ magnitudinis in altum erectum sub divo colebant, patria eum lingua Irminsul appellantes, quod Latinè dicitur universalis columna, quasi sustinens omnia.* Sanè *sul*, Saxonicè *columnam* sonat, ut Germanis *Suyl*. Unde Jacobus Eyndius lib. 2. Chron. Zeland. pag. 138. *Irmansul* dictum vult, quasi *Idermansul*, seu *Ider-mans-suyl*. Nonnulli, inquit Crantzius lib. 3. Saxoniæ c. 9. & ex eo Munsterus lib. 3. Cosmogr. cap. 43. *Irminsul* interpretantur *statuam publicam*. Ipse verò dictum putat quasi *Idermansul*, id est, commune profugium & asylum omnium, & Martem communem, qui in prælio diu vagatur incertus, diu dubius, quo ponat victoriam. *Erat*, subdit ille, ut & Uspergensis Editor, *armata toto corpore effigies, cujus in dextra signum militare, (nostri vexillum vocant) præferens rosam, cujus breve momentum, & facilis ortus & interitus, ita eventus præliorum. In sinistra libram expandit, dubiam pugnantium sortem facilè huc aut illuc inclinantem. Pectus inerme ursum præferebat,* inter-

interritum bellatorum animum insinuans. In clypeo leo, qui bestiis imperitat, invictum ad fortia facta impetum monstrat, floribus consito campo quod nihil jucundius videri solet fortibus quàm in acie virtutem ostendere. Hæc omnino præclara, si auctorem laudasset Crantzius: sed vereor, ne sit ipse elegantis istius descriptionis architectus. Denique Spelmannus ex eodem Crantzio, *Hermensul* effictum vult ex e [illegible]; pro *Ares*, Mars, mun pro *mund*, tutela, profugium, & ᚱul, columna: ut fuerit *Er-mun sul*, idest, *columna tutelaris*, seu *profugii*. Sed pleraque ex iis, quæ ex sola divinatione in nominum originibus afferri solent, nolim, ut ex tripode prolata, præstare. Vide Ditmarum lib. 2. pag. 15. & Hermannum Stangefolium lib. 1. Annal. Westphalicor. cap. 6. Præterea Henricum Meibomium lib. de *Irminsula Saxonica*.

IRRATIONABILITER, Absque causa, contra omnem rationem, *contre toute raison*, uti loquimur. Flodoardus lib. 3. cap. 21. de Epistolis Hincmari: *Erpuino Silvanectensi, pro quodam homine, quem irrationabiliter ab eo excommunicatum, ut compererat, intimat.*

IRRECTA lex, Prava, minùs recta. *Irrectas leges destruere, ac rectas statuere*, apud Simeonem Dunelmensem ann. 1093.

IRREGAUDITIO. Vide *Inregauditio*.

IRREPARABILITER. Utitur Sigebert. an. 1072.

IRREPLEGIABILIS. Vide *Plegium*.

IRRETITUS, In jus vocatus, ut se *recto* sistat, ad *rectum* vocatus, quasi *inrectatus*. Leges Burgor. Scoticor. cap. 80. §. 1. *Si quis irretitus fuerit de aliquo malefacto, &c.* Ubi Skenæus, al. *rectatus*, id est, vocatus in jus ut rectum faciat. Flodoardus lib. 3. cap. 3. *Quemdam Mancionem nonnullis criminibus irretitum, &c.*

IRROLARE, Vide *Rotulus*.

ISEMBRUNUS, Panni species. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 18. *Qualitatem autem vestimentorum in colore & pretio accipimus, de qua statuimus, ut isembrunum in vestra societate nullus portet.* Statuta vetera Domus Dei Parisiensis MSS. *Sacerdotales Clerici ad frequentandam Ecclesiam poterunt habere cappas de ysembruno apertas & talares & superlicea, & pelliceas agninas, & bottas ad eundum in Ecclesiam.* Guiotus de Provins in sua Biblia MS.

Li autre Chanoine paront
Meilleure cure & meillor aiz,
Ce sont ils à blans sorpeliz,
As noires chapes d'isambron,
En cels a dou noir & du brun.

Vide *Galabrunus*.

ISENGRINUS, *Isangrinus*, Lupus. Jacobus Meierus lib. 8. Annal. *In Rythmis Jacobi Merlandi lupus Isengrin vocatur.* Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 8. *Solebat autem Episcopus eum Isengrinum irridendo vocare, propter lupinam scilicet speciem, sic enim aliqui solent appellare lupos.* Vetus Poëma de Vulpe coronato:

Lupus qui s'apiele en sornon
Isengrin, venoit en lor route.

Le Roman d'Aubery:

L'aignel resamble qui joe à Isengrin.

Joan. Molinetus pag. 74. v. de Lupo:

Maistre Isengrin en gigant homacie.

Ab istiusmodi *Isengrinis*, dicti fortè factiosi quidam, Furnensis tractus in Flandria incolæ, quorum factio militaris virtute bellica præstans Philippo Augusto regnante inclaruit, quòd luporum instar, caulas ovium devastarent. De hac passim Rigordus, Will. Brito lib. 2. 9. & 10. Philippid. Meierus an. 1206. & Buzelinus lib. 1. Gallo-Fl. c. 18. Philippus *Mouskes* in Philippo Aug.

Et grant douaire tint vers Ypre
En cele tiere des Ingrins,
Qui haoient les Blavotins.

ISICIUM. Gl. Saxon. Ælfrici; *Isicia*, Ma ... [illegible]. Ubi Somnerus, mehùs ... [illegible], farcimentum: est verò ... [illegible], Lucanica. Jacobus à Partibus in Glossis ad Alexandrum Jatrosophistam lib. 2. cap. 73. *Isicia sic fiunt: coquuntur pisces & postea ponuntur in aceto, vel vino, & superaspergitur pulvis aromaticarum specierum.* Isidor. lib. 20. Orig. *Isocem piscem quemdam vocant, ex quo primùm isitia facta sunt: & quamvis ex alio genere piscium fiant, initium tamen piscis hic & vocabulum dedit.* Sed & *esocem* isicii nomine donat Beda lib. 1. cap. 1. & ex eo Henricus Huntindon. lib. 1. Hist. initio, de Britannia: *Fluviis verò abundat valde piscosis, --- & quidem præcipue isicio redundat & anguilla.* Lampridius in Heliogab. *Primus fecit de piscibus isitia.* Apud Apitium lib. 2. de Re culinaria, caput 1. inscribitur *de hysitiis*. Variè autem apud eundem Scriptorem vox illa scribitur: nam lib. 5. cap. 3. & alibi *esitia* habetur: *pullus hysitiatus, lepus hysitiatus* apud eundem lib. 8. cap. 7. *pavus isicio conclusus*, apud Avitum Viennensem Epist. 77.

Ositium, perperam occurrit, pro *Isicium*, apud Cæsarium lib. 6. Mirac. cap. 5. *Accipe ositium & ossibus ejectis cum piperamentis præpara, sicque appones & dices: Comedite de bono Rhombo.* Mox: *Scutella penè evacuata, cùm unus auriculam porcinam reperisset, &c.* Vide Vossium lib. 1. de Vitiis sermon. cap. 7. & Lambecium ad Testamentum Grunnii Corocottæ lib. 3. de Bibl. Cæsar. pag. 357.

ISMERLUS. Vide *Smerilionus*.

ISNECHIA. Vide *Naca*.

ISPILLORIUM, idem quod *Pilorium*, de quo infrà, in Libertatibus Bergeraci, dicitur: *Curret villam, & ponetur in Ispillorio.* Occurrit ibi pluries.

ISTEGA, *Navis, lembus, tabulatum navis, super quod nautæ ambulant.* Ita Papias in Lit. I. sed legere debuit *tristega*. Vide in hac voce.

ITEM, Caput, *articulus* vulgò nostris: *ara*, Latinis, ut observatum à Casaubono ad Theophrasti Characteres p. 332. Id autem vocabuli datum articulis, quòd revera ab hac voce, *item*, initium iis esset, quasi *rursum*, *denuo*. Gloss. vett. *Item*, ὁμοίως, πάλιν. Vide Juretum ad Symmach. lib. 1. Epist. 12.

ITER, seu *Itineratio*, Justitiariorum, quos itinerantes vocabant Angli, progressus ad designatos sibi Comitatus, in quibus judicia sua exercebant. Vide *Justitiarius*.

Itinerum reparatio. Vide *Via*.

Iter exercitale, Hostis, equitatio, *cavalcata*. *Itineris exercitalis debitores*, in Capitulari Ludovici Pii Imp. anni 828. qui tenentur ire in exercitum Regis, seu, ut loquuntur eadem Capitula, qui debent *expeditionem exercitalem* facere. *Iter hostile*. Walafridus Strabo de Vita S. Galli lib. 2. cap. 17. *Fertur eundem Episcopum aliquando iter hostile sibi de ipsius Monasterii sumptibus viaticum præparari jussisse.* Vide *Hostis*.

ITERARE, Iter facere, ὁδοιπορεῖν, in Gloss. Lat. Gr. occurrit apud S. Columbanum instr. 8. Fortunatum in Vita S. Paterni Episc. cap. 7. in Vita S. Arnulfi Episc. Metens. c. 25. in Lege Longob. lib. 1. tit. 19. §. 8. tit. 25. §. 45. in Synodo Carisiac. §. 9. apud Ditmarum, &c.

Aliàs *Iterare*, apud Latinos, sumitur pro *agrum secunda aratione colere*, quod & *offringere* dicunt. Ita Columella lib. 2. cap. 4. Gloss. Lat. Græc. *Iterat*, δευτερεύει. *Iteratum*, τὰ ἀνεσκαφέν. *Iteratio*, σκαφετὸς, διεργμός.

ITERARE, *judicium*, Rem judicatam per appellationem *iterum* judicare: *Retractare*, i. iterum tractare, recensere, recognoscere, in leg. 1. Cod. Th. de Episcop. jud cio, & apud Gregor. IX. lib. 35. c. 15. Sulpitius Severus lib. 2. Hist. Sacr. *Etenim iterari judicium necesse erat.* Lampridius in Severo: *Pontificibus tantum detulit, & quindecimviris atque auguribus, ut quasdam causas sacrorum à se finitas, iterari & aliter distingui pateretur.* Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 64. *Ut judicato in aliqua*

aliqua causa Episcopo, liceat iterare judicium, & si necesse fuerit, liberè Episcopum adire Romanum. Adde Addit. 4. cap. 28. 27. & Gloss. Pithœi ad Capitul. Car. M.

ITERIS, pro *Itineris*, dixisse veteres, testantur Sosipater, Charisius & Nonius: quo ἀρχαϊσμῷ usum etiam Symmachum lib. 6. Epist. 28. observavit Juretus. Flodoardus lib. 14. carm. 18.

Aut mercede carens iteris solator abire.

Infrà:

——— Solatia cœpti

Fert iteris gelidas superare volentibus Alpes.

Utitur & carm. 18. eod. lib. & alibi non semel.

ITINERARIUM, Itinerum & metationum militarium designatio: quomodo *Route* nostri dicunt. S. Ambrosius Serm. 5. in Psalm. 118. *Miles, qui ingreditur iter, viandi ordinem non ipse disponit sibi, nec pro suo arbitrio viam carpit, nec voluptaria captat compendia, ne recedat à signis: sed itinerarium ab Imperatore accipit, & custodit illud, præscripto incedit ordine, rectaque via conficit iter, ut inveniat commeatuum sibi parata subsidia. Si alio ambulaverit itinere, annonam non accipit, mansionem paratam non invenit, &c.* Adde Lampridium in Alexandro Severo. Interdum.

Itinerarium, dicitur mappa geographica, in qua describuntur perinde ac depinguntur metationes militares, loca & oppida provinciarum præcipua, cum intervallis ac distantiis, quam Duci necessariam esse ait Vegetius lib. 3. cap. 6. *Primùm itineraria omnium regionum, in quibus bellum geritur, plenissimè debet habere perscripta, ita ut locorum intervalla, non solum passuum numero; sed etiam viarum qualitates perdiscat, compendia, diverticula, montes, flumina ad fidem descripta consideret: usque eò ut solertiores duces itineraria provinciarum, in quibus necessitas geritur, non tantùm adnotata; sed etiam picta habuisse firmentur, &c.* Ejusmodi fuit Mappa orbis terrarum ab Agrippa confecta, de qua Plinius lib. 3. cap. 2. 3. 4. &c. Ejusmodi est etiam Tabula itineraria, quam ex Bibliotheca Peutingeriana edidit Marcus Velserus. Ejusmodi denique fuit Itinerarium, quod falsò *Antonini* nomen præfert, & in mappam relatum, & anno Theodosii decimo quinto exaratum, ut in Descriptione urbis CP. docuimus. Vide *Mappa mundi*.

Itinerarium, Orationes, vel preces, quæ ab iis, qui se itineri alicui committunt, recitari solent, quæque à Cantico Zachariæ vulgò incipiunt. Ceremoniale Episcopor. lib. 1. cap. 2. *In discessu recitabat --- cum Clericis & familiaribus itinerarium.* Vide Haeftenum lib. 11. Disquis. monast. part. 4. disq. 4.

ITINERARIUS, Qui peregrinationes plurimas instituit, *Voiageur*. Eckeardus Junior de Casibus S. Galli cap. 3. *Homo erat itinerarius, latèque terrarum & urbium gnarus.*

Itinerarii termini. Incertus Agrimensor: *Sunt termini, quibus fides non est adhibenda: isti dicuntur itinerarii.* Id est, qui facilè moventur.

ITRIUM, ἴτριον, *Tractum*, in Gloss. Gr. Lat. MS. Editum, ἴτριον, *Iterum, iteratum.* Græcis ἴτριον, est genus placentæ pertenuis.

ITUS, Iter, via: occurrit apud Eulogium Cordubensem lib. 1. Memorial. Sanctor. *Itui vestro nullus adversari quibit.*

JUBERI, Coloni, Hispanis. Charta Sancii Ramirezii Regis Aragon. apud Marcam in Hist. Benearn. lib. 4. c. 20. *Nisi tantùm, quòd ponant in eorum hæreditatibus juberos, qui illas terras laborent, & quod eis eorum fructum reddant.* Infrà: *Sed in suas hæreditates mittat juberos, qui laborent illas.*

JUBILÆUS, inquit Isidorus lib. 5. c. 37. *interpretatur remissionis annus. Est enim Hebraicus & sermo & numerus, qui septenis annorum hebdomadibus, id est, 49. annis texitur, in quo clangebatur tubis, & ad omnes revertebatur antiqua possessio, debita absolvebantur, confirmabantur libertates.*

Jubilæi deinde nomenclatura donata plenaria peccatorum indulgentia, iis, qui limina SS. Apostolorum Romæ visitarent quolibet centesimo anno, indulta, cujus auctor fuit Bonifacius VIII. PP. Incertus Scriptor, editus à Catello: *Anno 1300. Papa Bonifacius concessit plenam indulgentiam peccatorum visitantibus limina Apostolorum Petri & Pauli Romæ, & facientibus ibi quindenam infra annum ipsius: statuitque eandem in posterum in omni anno centenario, visitantibus sacra limina sic haberi.* Inscriptio ad ædis Cathedralis Senensis fores:

Annus centenus Romæ semper est jubilæus;
Crimina laxantur, cui pœnitet ista donantur:
Hæc decrevit Bonifacius, & roboravit.

Vide Jo. Villaneum lib. 8. cap. 36. De Jubilæo à Bonifacio VIII. instituto tractatum scripsit Jacobus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum, editum à Julio Roseo: extat in Bibliotheca Patrum: de quo etiam consulendus Joannes Rubeus in Vita Bonifacii VIII. lib. 1. c. 11. Postea Clemens VI. PP. *ad instantiam & supplicationem Romanorum, qui de hac causa ad eum suos nuncios miserant, mutavit magnum Jubilæum de 50. in 50. annos, quod juxta ordinationem Bonifacii PP. Octavi erat de centesimo in centesimum; voluitque & ordinavit, quòd visitantes limina Apostolorum Petri & Pauli illo anno 50. quem à cætero voluit esse Jubilæum, habeant plenariam indulgentiam suorum peccatorum, cum modis & conditionibus, quæ in dicta ordinatione Bonifacii continentur.* Verba sunt auctoris Vitæ Clementis à V. Cl. Bosqueto editæ, quibus consimilia habet Continuator Nangii: *Anno Domini 1350. Domnus Clemens Papa Sextus volens salutem animarum hominum procurare, statuit, ut indulgentiæ plenariæ, quæ erant, & quæ solebant esse in sacra urbe Roma de centum annis in centum annis, in Circumcisione Domini nostri Jesu Christi reducerentur ad quinquagenos annos, quia vita hominum labitur & decrescit, & malitia superabundat in mundo, proh dolor! & accrescit. Ideo illo anno 1350. fuerunt indulgentiæ plenariæ concessæ per dictum Domnum Apostolicum omnibus verè pœnitentibus volentibus pergere & visitare loca Apostolorum Petri & Pauli in Romana urbe, aliorumque Sanctorum. Ad quam quidem peregrinationem iverunt per totum annum illum quamplurimi utriusque sexus, non obstante mortalitate magna, quæ fuerat nuper, & quæ adhuc in aliquibus mundi partibus discurrebat.* His adjungendi auctor M. Chronici Belgici; Henricus Rebdorffensis & Waddingus an. 1350. n. 8. Willelmus Thorn. an. 1390. Petrus Matthæus ad Constitut. PP. pag. 133. 134. 704. & alii non pauci. Joannes Villaneus lib. 12. cap. 10. id statutum à Clemente tradit mense Januario an. 1342. & die Natalitio Christi anni 1350. incipiendum. Matthæus verò Villaneus l. 1. c. 29. id in an. 1349. rejicit.

Deinde Urbanus VI. PP. Pontificatus sui anno 11. Christi 1389. tertio Idus Aprilis, *instituit, ut omnis Jubilæus per Clementem VI. de centesimo anno ad quinquagesimum reductus, deinde in futurum de tricesimo tertio anno in tricesimum annum semper institueretur, & ut annus Nativitatis Domini proximè venturus videlicet 1390. esset Jubilæus: quò eum commovit tempus vitæ Domini nostri Jesu Christi in humanitate, quod totum postquam natus est de Virgine, (per cujus mortem thesaurus Ecclesiæ, unde indulgentiæ peccatorum omnes emanant, cumulatus) triginta trium annorum curriculo completum fuit.* Ita Magnum Chronicon Belgicum.

Bonifacius verò IX. Urbani Successor, Jubilæi gratiam latiùs diffundens *Regibus, & aliis dominis, temporalibus & spiritualibus, religiosis etiam Conventibus per diversa loca constitutis concessit, ut in partibus hujusmodi gratiæ largitatem possent consequi, ita tamen ut Confessor, quem aliquis eorum eligeret, nomine Basilicarum & Ecclesiarum, videlicet Petri & Pauli, Joannis Lateranensis, & sanctæ Mariæ*

riæ Majoris aliquas Ecclesias in partibus per Confessorem electum deputandas certis vicibus tenerentur visitare. Hæc ex Willelmo Thorn. ann. 1390. qui addit eo anno à Bonifacio concessam præfatam indulgentiam Conventui S. Augustini in Anglia: ut Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. c. 86. Coloniensi, Magdeburgensi, & aliis in Germania civitatibus. Atque inde fluxit, qui hodie obtinet, mos Jubilæi indulgentias in regnis & provinciis indicendi.

Demum, ut quæque ætas particeps beneficii istius fieret, Sixtus IV. Jubilæum ad vicesimum quintum annum contraxit, primamque ejusdem egit celebritatem an. Dom. 1475. Vide eundem Gobelinum cap. 81. p. 268. c. 84. p. 273.

Jubilæum annum S. Thomæ Cantuarensis Archiepiscopi & Martyris, Monachos Sanctæ Trinitatis solemni ritu celebrasse, auctor est Willelmus Thorn: *Anno Dom. 1320. & anno sancti Thomæ Martyris tunc Jubilæo, dominus Radulphus Abbas per seniores Ecclesiæ S. Trinitatis effectivè requisitus, Missam & cætera solennia inter ipsos in magno honore celebravit.* Eadem solennitas celebrata anno 1370. *populo pro indulgentia quasi infinitè congregato.* Unde constat, annum istum Jubilæum S. Thomæ quovis anno quinquagesimo occurrisse, eidemque festivitati indultas à summo Pontifice indulgentias; nam S. Thomas martyrio vitam finivit an. 1170.

Tradit præterea Spelmannus, Edwardum II. Regem Angliæ sui ipsius annum Genethliacum quinquagesimum *Jubilæi* more celebrasse anno. 1362. natus quippe in festo S. Briccii Idibus Novembr. ann. 1312. hoc enim anno ritu solenni Curiam suam plenariam tenuit, reos de carceribus eduxit, criminum indulgentiam præterea reis Majestatis concessit, leges regno salutares tribuit, privilegia denique multa indulsit, quæ quidem hausit ex Thoma Walsinghamo.

Jubilæus, Possessio, seu præscriptio 50. annorum. Canones Hibern. lib. 41. cap. 7. *Ager inquiratur in scriptione duarum Ecclesiarum; si inscriptione non inveniatur, requiratur à senioribus & propinquis, quantum temporis fuit cum altera; & si sub Jubilæo certo remansit, sine vituperatione maneat in æternum.* Lib. 35. cap. 7. *Quidquid per 50. annos remanserit, hoc est, annum Jubilæum, &c.* Cap. 8. *Observandæ sunt leges Jubilæi, id est, anni quinquagesimi, ut non adfirmentur incerta tempore veterato, &c.*

Jubilæus; Homo grandævus, centenarius. Flodoardus lib. 1. Hist. Remensis cap. 17. *Quid ille Jubilæus, (ita virum sanctum propter ætatis prolixitatem vocitantes) facere vellet, &c.*

JUBILUS. Ugutio: *Jubilus, argutus sonus, unde jubilare, cantare, quadam voce confusa præ gaudio exultare & lætari.* S. Hilarius in Psal. 65. *Jubilum, pastoralis agrestisque vocis sonum nuncupamus.* Calpurnius Eccl. 7.

Et tua mœrentes expectant jubila tauri.

Vide S. Chrysol. Serm. 46. Propriè autem sequioris ætatis Latini Scriptores *Jubilum* appellarunt, quod alii *Neumam*; productionem cantus in finali litera antiphonæ, seu cujusvis cantus Ecclesiastici. Honorius Augustod. lib. 1. c. 14. *Unde quidam longam neumam cum organis jubilant, quæ jubilum vocatur.* Cap. 88. *PP. in festivis diebus neumam, quæ jubilum dicitur, jubilare statuit.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. cap. 1. *Dicent Amen, & finietur sine jubilo.* Arnoldus Abb. Bonæ-Vallis de Operib. sex dier. *Nihil tamen triste, nihil lugubre erat: ubi non varietas concinentium dissonantiam efficiebat: sed sive per arctas, sive per amplas faucium fistulas circumflexiones jubilorum impellerentur, ascensiones & descensiones vocum, convenientibus in unum differentiis, ad unius puncti revertebant harmoniam.* Ratpertus Monachus de Casibus S. Galli cap. 4. & Eckeardus Minimus de Vita Notkeri Balbuli cap. 9. *Frigdoræ autem & Occidentanæ, quas sic nominabant, jubilos illis animatus etiam ipse de suo excogitavit.* Idem Eckeardus c. 16. *Eandem disciplinam angelicam Deus dedit viro sancto per Spiritum sanctum suum, & sociis suis docere Ecclesiam in jubilis sequentiarum agendam. Ideo, ut reor, ut per intuitum, angelicarum disciplinarum oriatur hominibus mentis devotio, & dilatato corde mens seipsam transcendat & spiritalior fiat.* Ubi ad marginem hæc notari observat Goldastus: *Jubilus, id est, neuma, quem quidam in organis jubilant, plausum victorum latantium commendat.* *Jubilum* pro organis usurpat Rollandinus in Summa Notariæ cap. 6. *Eundem in sedem Pastorem & Abbatem cordis & jubilo posuerunt.* Vide *Neuma*.

JUCTUS, Modus agri. Notæ Tyronis: *Itiner, jugerum, aripennis, juctus.* Polypticus Floriacensis: *Habet ibi de vinea indominicata juctos, id est, aripennos, 100.* Infrà: *De terra arabili indominicata ad modios 240. unius sationis, de prato juctos 60, de silva plus minus bunnarios 100.* Tabularium S. Maxentii Pictav. *Et est plus minùs de vinea inter duo loca juctus sex, sive quantumcunque ad ipsum alodem perspicit, &c.* Tabular. S. Cypriani Pictav. *Concesserunt Monachis S. Cypriani. complantum suum, duos juctos de vinea in terra S. Severini*, &c. Formula Andegav. 4. *Et ita vindedi ad venerabile fratri illa vineola plus menus juctus tantus, & residit in terraturium Sancti illius, &c.* Occurrit præterea in Form. 22. & 53. occurrit non semel in Tabulario S. Eparchii Inculism. fol. 49. &c.

Junctus, interdum scribitur, ut in Pancharta nigra S. Martini Turonensis, ann. 892. *Ad quam adspiciunt aripennes vineæ 4. & quarta una terræ arabilis, & juncti 4. de prato, cum corte dominica ac vineis, &c.* Et in Charta Willelmi Ducis Aquitan. ex Tabulario Angeriac. *In castro Metulo 4. massos de terra arabile, & 6. junctos de vineis, & 1. parcum, & 2. carrucas, & blatum, qui est in terra.* Neque aliud videtur

Juchus, in Charta S. Galli apud Vadianum lib. 2. de Monasteriis Germaniæ pag. 83. *De medio, quod habuit territorio --- juchos 4. ad reconciliationem nobis dedit.* Alia ibidem: 62. *juchos ad nos recepimus.* Alia apud eundem pag. 84. *Et dedit ei 8. juchos in Durgovven.*

Jochus, in Charta 42. inter Alamannicas Goldasti: *Et pro istas res proservire volo annis singulis, hoc est, 30. seglas cervisiæ, --- & arare duos jochos in anno, & recollegere, & intus ducere.* Charta 41. *unum juchum de vinea.* Vide Charta 8. 16. 17. 19. 25. 26. Atque hæ voces videntur ductæ à *jugo boum*, ut *junctus* & *juctus*, idem fuerit quod *bovata*, id est, tantum terræ, quantum par boum arare potest.

JUCUNDARI, pro *Oblectari*, habent non semel vetus Biblior. Interpres, S. Augustinus lib. 17. de Civit. Dei, Lactantius lib. 4. cap. 6. &c.

JUDÆI, ideo à Principibus Christianis tolerabantur, quòd rei fœnerariæ operam darent, & publicorum vectigalium essent conductores, eoque ipso iis essent utcumque utiles. Rabanus Maurus lib. contra Judæos cap. 42. *Quod quidam ipsorum qui in nonnullis civitatibus, inlicitè constituuntur, soleant in remotioribus locis Christianos pauperes & ignaros pro eodem teloneo acriter constringere, deinde, ut Christum negent, persuadere.* Atque ii ut & eorum bona, olim Baronum fuere in quorum dominiis habitabant. Statuta S. Ludovici lib. 1. c. 127. *Les muebles aus Juifs sont au Baron.* Bracton. lib. 5. tract. 4. cap. 6. §. 6 *Judæus verò nihil proprium habere potest, quia quicquid acquirit, non sibi acquirit; sed Regi: quia non vivunt sibi ipsis; sed aliis, & sic aliis acquirunt, & non sibi ipsis.* Curia Generalis Barcinonensis ann. 1283. sub Petro II. Rege Arag. *Item de Judæis & Saracenis, de quibus extitit petitio, quòd deberent esse illorum, in quorum castris seu villis habitarent, seu morarentur, volumus super hoc de cætero observari, quòd in loco quolibet eorum est antiquitus obser-*

observatum, salvis privilegiis & pactis specialibus cuicunque. Adde Matth. Paris p. 521. Ita porrò Baronum erant, ut iis inconsultis ab illorum dominiis recedere, ut & aliis Baronibus eos recipere non liceret. Statutum S. Ludovici ann. 1230. de Judæis to. 5. Hist. Franc. p. 421. *Nec aliquis in toto regno nostro poterit retinere Judæum alterius dominii, & ubicunque aliquis invenerit Judæum suum, ipsum licitè capere poterit, tanquam proprium servum suum, quamcunque moram fecerit Judæus sub alterius dominio, vel in alio regno.* Inter Aresta Pentecost. ann. 1288. in Regesto B. fol. 79. *Dictum est, quòd Judæi in terris Baronum, qui habent altam Justitiam, non possunt remanere contra voluntatem ipsorum Baronum. Dictum etiam fuit, quòd Prælati aut eorum Officiales non possunt pœnas pecuniarias Judæis infligere, nec exigere per Ecclesiasticam censuram; sed solummodò pœnam à Canone statutam, scilicet communionem fidelium sibi substrahere.* Quippe servis accensebantur. Fridericus II. Imp. in Charta ann. 1237. pro Viennensibus apud Lambecium lib. 2. de Bibl. Cæsar. pag. 80. *Cùm imperialis auctoritas à priscis temporibus ad perpetuam Judaici sceleris ultionem eisdem Judæis perpetuam indixerit servitutem.* Eo igitur nomine ab iis, ut à cæteris obnoxiæ conditionis subditis, graves *talliæ*, seu præstationes interdum exigebantur à dominis: quæ quidem ordinariis prædiorum redditibus accensebantur. Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 32. *Finis Judæorum pro mora eorum in Ducatu per annum.* Ut enim in terris Baronum moram & mansionem faciendi haberent facultatem, quasvis, etiam libertati contrarias, admittebant conditiones. Unde si quando Principum & Baronum exhausti essent fisci, hos iis expulsuros se minabantur, qui mox immensas pecuniarum summas fisco exsolventes, *quasi beneficio restitutionis* in integrum restituebantur, ut verbis utar Radulphi de Diceto anno 1180. cui adjungendi Gervasius Dorobernensis an. 1168. Matthæus Paris ann. 1244. 1250. 1252. 1255. p. 435. 52[illegible]. 556. 606. Sed in proventibus, qui ex Judæis capiebantur à Dominis feudalibus, is erat, ut *si aliquis à secta Judaica vellet recedere, spiritu illuminatus divino, ac limitibus erroris derelictis, fidei orthodoxæ sacrique baptismatis reciperet sacramenta, bonis, quæ prahabebat nudaretur omnino, & sic suis viduatus rebus, efficeretur & remaneret pauper & inops: unde accidebat, quod tales, qui antea [illegible] locupletes cernebant, egeni, & quidam ex eis vitam quærerent mendicantium, & in pristina devia relaberentur ad vomitum, damnabiliter remeando in suarum, proh dolor! animarum perniciem.* Quam quidem *consuetudinem, sive usum, qui in regno Franciæ & plerisque aliis mundi climatibus diutius inoleverat, seu aliter à priscis dicebatur temporibus hactenus observatus*, abrogavit Carolus VI. Rex Franciæ, Statuto 25. April. an. 1363. quod descriptum legitur in libro rubeo Castelleti Parisiensis. Hanc etiam abrogavit Jacobus II. Rex Aragoniæ: *Ita quòd si Judæus, vel Judæa, se baptizaverunt, & redierint ad fidem Christianam, quod eò quòd ipsi habent renuntiare ipsorum bonis, quia ipsa habent de usuris & turpi lucro, & ita gravius vel durius ad fidem Catholicam veniunt, quod nos, quantum in nobis & posse nostro & auctoritate nostra regali & in successoribus nostris est, & etiam Curia pro toto generali terra dimittimus ei ipsam & suis in perpetuum.* Extat Statutum aliud ejusdem Regis, quo in omnibus dominiis suis statuit, *quod quicumque Judæus vel Saracenus Spiritus S. gratia fidem voluerit recipere orthodoxam, & baptismi lavacrum salutaris, liberè & absque ullius contradictione possit hoc facere, non obstante predecessorum suorum vel alicujus statuto, vel prohibitione, vel etiam super hac obtenta consuetudine, ita quod propter hoc nihil de bonis suis mobilibus & immobilibus ac se moventibus, quæ priùs habebat, amittat, imò universa securè ac liberè teneat & possideat, &c.*

Cùm igitur obnoxiæ conditionis essent, erant etiam in commercio, adeo ut transferri, & concedi possent. Charta Friderici II. Imp. an. 1210. apud Rocchum Pirium to. 1. p. 143. *Concedimus, omnes Judæos civitatis nostræ Panormitanæ, tam illos, qui in ipsa civitate morantur, quàm & alios, quos de cætero in ipsa civitate contigit habitare, ut de cætero homines vestri sint, & Ecclesiæ Panorm. & vobis & Ecclesiæ subditi in omnibus existentes.* Apud Matth. Paris ann. 1255. pag. 606. Henricus III. Rex Angliæ *vendidit Judæos per aliquot annos Comiti Ricardo fratri suo, ut, quos Rex excoriaverat, Comes evisceraret.* Adde Ditmarum lib. 3. p. 2[illegible]. lib. 6. pag. 64.

Licèt porrò Judæi Baronum essent proprii, erant tamen quodammodo juris regii, *& sub eorum tutela & defensione*, ita ut *quilibet eorum alicui diviti, se non posset subdere sine Regis licentia*, ut est in Legibus Edvvardi Confessoris cap. 29. & apud Guillelmum Canot. de Vita & Miracul. S. Ludovici. Fridericus II. Imp. apud Petrum de Vineis cap. 12. *Et quòd omnes & singuli degentes ubique per terras, nostræ jurisdictioni subjectas, Christianæ, legis & Imperii prærogativa, qua dominamur & vivimus, servi sunt nostræ Cameræ speciales.* In Charta ejusdem Friderici II. Imp. pro Ecclesia Arelatensi, apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. pag. 350. *Judæi* inter regalia, quæ eidem Ecclesiæ concedit, recensentur. Hinc vetus scriptum apud eundem pag. 374. de Ecclesia Arelatensi: *Judæos omnes proprios servos habebat.* Adde pag. 364. Guill. Neubrigensis lib. 4. cap. 11. *Fisco competit quicquid Judæi, quos fœneratores constat esse regios, in bonis habere videntur.* Plura de Judæorum obnoxia conditione congessimus in Notis ad Statuta S. Ludovici pag. 184. 185.

Prostat in Regesto Parlamenti dicto *Olim*, fol. 130. Statutum Caroli VI. receptam in Francia consuetudinem abrogans, qua Judæi, Christianam amplectentis religionem, bona fisco adjudicabantur. Quod longè ante sanxerat Concilium Lateranense sub Innocentio III. ubi hæc habentur: *Qui Deo inspirante ad fidem se converterint Christianam, à possessionibus nullatenus excludantur, &c.*

Judæi judices suos peculiares habebant, suasque Curias, in quibus eorum dirimebantur controversiæ. Scribit Matth. Paris an. 1244. pag. 433. statuisse Regem Angliæ, *ut unus ad minus Justitiarius Judæorum deputaretur.* Meminit idem Scriptor ann. 1251. Philippi *Luvel* Clerici *custodiæ Judæorum* addicti: & ann. 1252. Militis cujusdam literati Roberti *de Latto*, cui Rex idem commiserat tutelam Judæorum & sigilli sui, quod ad Scacarium pertinebat eorundem, pag. 573. Ita Balsamon in Nomocanone tradit, Judæos CPolitanos στρατηγὸν τοῦ στενοῦ habuisse pro judice, donec Manuel Comnenus illos ordinariis subjecit.

Iis præterea cœmeteria extra muros civitatum habere concessum ab Henrico II. Rege Angliæ, scribunt Rogerus Hovedenus & Bromptonus ann. 1177. *Eodem anno Dominus Rex pater dedit licentiam Judæis terræ suæ habendi cœmeterium in unaquaque civitate Angliæ extra muros civitatum, --- priùs enim omnes Judæi mortui Londonias ferebantur sepeliendi.* Ita Judæi CPolitani sepulturas suas εἰς τὴν περαίαν, habuere, ut auctor est Nicetas in Andronico lib. 1. n. 6.

Judæis, ut qualitate habitus à Christianis distinguerentur, indictum in Concil. Lateran. an. 1215. c. 68. Inde cautum postmodum, ut in vestibus rotæ vel circuli signum deferrent. Chronicon Rothomagense ann. 1215. *Romæ generale Concilium à Papa Innocentio celebratur, --- Judæis indixit signum circulare in pectoribus bajulare, ut inter ipsos & Christianos discretio, seu divisio vestium haberetur.* Statuta Raimundi Comitis Tolosæ & Legati PP. contra Hæreticos, apud Catellum in Hist. Tolos. p. 352. *Ad hoc ut Judæi à Christianis possint discerni statuimus, & districtè præcipimus, ut in medio pectoris portent signum rotæ, cujus circulus sit latitudinis unius*

nius digiti, altitudinis verò unius palmi dimidii de cana. Idem statuitur in Concilio Albiensi can. 19. Narbonensi an. 1227. can. 3. Biterrensi ann. 1246. can. 39. Albiensi an. 1254. can. 65. 70. Arelatensi an. 1260. can. 8. Ravennensi an. 1331. can. 23. alio Ravennensi ann. 1317. can. 14. & Avenionensi an. 1326. can. 57. Vide Statuta Synodalia Odonis Episc. Paris. §. ult. Charta Alphonsi C. Pictavensis an. 1269. *Quoniam volumus, quòd Judæi à Christianis discerni valeant & cognosci, vobis mandamus, quatenus imponatis omnibus & singulis Judæis utriusque sexus signa, videlicet unam rotam de filtro, seu panno croceo in superiori veste consutam ante pectus, & retro ad eorundem cognitionem: cujus tota latitudo sit in circumferentia 40. digitorum; concavitas autem contineat unam palmam: & si quis Judæus postmodum sine prædicto signo in publico inventus fuerit, inventori vestis superior concedatur. Et nihilominus Judæus, qui sic inventus fuerit sine signo, puniatur usque ad valorem 10. libr. Turon.* Philippus III. Rex Fr. in Edicto dato die Mercurii ante festum S. Michaëlis an. 1271. parentis statutum decrevit observari, *de signis seu rotis croceis à Judæis deferendis, per quas possent à Christianis cognosci plenius & discerni.* Extat in Regesto 8. Memorabilium Cameræ Computor. Paris. fol. 54. Edictum aliud Joannis Regis dat. Remis 21. Octob. ann. 1363. quo idem statuitur, hisce vernaculis: *Une grand roüelle bien notable de la grandeur du grand seel du Roy partie de rouge & de blanc, & telle, que l'en puisse appercevoir ou vestement dessus, soit mantel ou autre habit en tel lieu, qu'ils ne la puissent mucer, &c.* Adde Sammarthanos in Gallia Christ. in Episcopis Avenionensib. n. 59. Statuta Massiliensia MSS. lib. 5. *Statuimus quòd omnes Judæi à 7. annis suprà portent vel deferant calotam croceam, vel, si noluerint, portent in pectore unam rotam latam & magnam ad modum palmæ hominis, ita quòd eam nullatenus cooperiant, & similiter omnes Judææ maritatæ, undecunque sint? portent otales:* (aurelies, *seu* telles, i. *tales*) *& si quis contrà fecerit; solvat perinde pro qualibet vice pro pœna quinque sol. vel plus ad libitum Rectoris.*

In Anglia non rotam; sed pannum ad instar tabulæ detulisse, auctor est Matthæus Westmonaster. ann. 1275. *In quo* (Parleamento Westmonaster.) *statuta multa ad utilitatem regni fuerunt publicata, inter quæ Judæis fuit interdicta effrænata licentia usurandi. Et, ut possent à Christianis discerni, præcepit Rex, quòd ad instar tabularum ad unius palmæ longitudinem, signa ferrent in exterioribus indumentis.* Id ipsum statutum antè fuerat, ut colligitur ex Additam. ad Matth. Paris pag. 132.

In Decretis Veneris pag. 68. Judæi tenentur deferre *signum telæ zallæ* (seu croceæ) *in medio pectoris.* Unde emendare licet Concilium Arelatense ann. 1234. can. 16. *Deferant extra domos in superiori veste in pectore signum cellæ.* Legendum enim videtur *tela zalla.* Synodus Exoniensis ann. 1287. can. 49. *Præcipimus, ut Judæi utriusque sexus super vestes exteriores duas tabulas habeant alterius coloris ad pectus consutas, quarum latitudo digitorum duorum, & longitudo quatuor sit ad minus, ut sic per diversitatem habitus à Catholicis discernantur.* Vide Concil. Langesiense ann. 1279. can. 9. Avenionense an. 1279. can. 6. Lugdunense ann. 1259. &c. In Concilio Viennensi Austriæ ann. 1267. can. 15. *Pileum cornutum* deferre jubentur.

Judæa, Judaaria, Juderia, Judaïca, Judaïsmus, Mansio Judæorum in oppidis: *Les quartier des Juifs, Juierie,* apud Villharduinum n. 83.

Judæa. Gloss. Lat. Gall. *Judæa, Jurie.* M. Pastorale Eccl. Paris. lib. 6. ch. 15. *Qui denarii accipientur Parisiis in furno, qui est in Judæa.* Chron. Bertr. Guesclini:

Vous avez les Juifs, puis qu'avoir ies volez.
En la Juiserie on les a cheminez.

Judaaria. Charta Philippi Aug. ann. 1216. in ejus Regesto f. 167. *Halam sitam apud Parisios in Judaaria, ubi venditur bladum &c.*

Juderia. Vetus Statutum pro regno Navarræ, factum à Jo. *Paste* Decano Carnotensi, & Hugone *de Viri* Milite, reformatoribus dicti Regni: *Item ordinatum est, quòd fiat Juderia in platea, assignata Judæis, secundùm quod est incœpta, & sint domus censuales, &c. Item fiat ibidem carniceria pro Judæis. Idem fiat Alcazaria, ubi Judæi vendent mercimonias suas, &c. Item ordinatum fuit, quòd Judæi vadant ad antiquas Juderias ad morandum, exceptis illis, qui populant Juderiam Navarreriæ. Alii verò qui antiquis Juderiis commodè morari non poterunt, quòd habeant loca separata de Christianis, & assignentur eis per dictos, &c.*

Judaria, in Chronico Petri IV. Regis Aragon. lib. 4. cap. 8.

Judaïca. Romualdus in Chron. MS. an. 1125. *Judaicam pro magna parte adjunxit.* Charta ann. 1163. apud Ughellum tom. 7. pag. 568. *De Monasterio --- quod constructum est intus hanc civitatem prope Judaicam istius civitatis.*

Judaïsmus, eadem notione Guillelmus Rishanger. an. 1263. pag. 668. *Wigorniam cepit & intravit, & Judaïsmum evertit.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 22. *Duæ cartæ Alienoræ reginæ de 13. tenementis in Judaismo Cantuar.* Occurrit præterea apud Prynneum in Libertat. Angl. tom. 2. pag. 769. *Jüeria* pag. 1057.

Interdum *Judaïsmus* videtur usurpari pro Judæorum mensa nummularia, seu usuraria. Idem Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 839. *Cujus tempore empta fuit grangia de Koreby, & domus obligata in magnis debitis in Judaïsmo.* Tom. 2. pag. 10. *Hoc nullo modo alicui domui religionis, nec in Judaïsmo pignori obligare præsumant.* Et pag. 665. *Sex marcas sterlingorum ad acquietandam terram prædictam de Judaïsmo, in quo fuit impignerata.*

JUDÆIDIARE, pro Ἰουδαΐζειν, apud Commodianum Instr. 37.

JUDEX, Consul. Hieronymus in Chr. *Primus Diocletianus adorari se ut Deum, & gemmas vestibus calceamentisque inseri jussit: quum ante eum omnes Imperatores in modum Judicum salutarentur, &c.* Ubi Eusebius: οἱ πρώην γὰρ βασιλεῖς κατὰ τοὺς ὑπάτους τετίμηντο. At Jornandes Judices hoc loco non *Consules*; sed *Proceres* interpretatur, ubi de eodem Diocletiano lib. de Regnorum successione: *Diademataque in capite ante eum omnes cum chlamyde tantùm purpurea, ut à privatis discernerentur, habebant, & ut Judices cæteri salutabantur.* De qua vocis notione mox agimus.

Judices, interdum iidem, qui *Comites*, ut in v. *Comes* docuimus. Interdum etiam fuere *Judices* diversi à Comitibus, quibus suberant, & in judiciis assidebant. Lex Bajuvar. tit. 2. cap. 15. §. 2. *Comes verò secum habeat Judicem, qui ibi constitutus est judicare, & librum Legis, ut semper rectum judicium judicet.* Hincmarus de Ordine Palatii cap. 10. *Tales etiam Comites & sub se Judices constituere debet, qui avaritiam oderint, & justitiam diligant.* Eghinardus Epist. 33. *Dilectis in Christo fratribus & amicis N. Comiti, N. Judici, gloriosis Missis domini Imperatoris, salutem.* Adde Legem Wisigoth. lib. 5. tit. 4. §. 19. Legem Bajuv. tit. 2. cap. 15. Legem Longob. lib. 2. tit. 52. §. 5. tit. 53. §. 24. Chronicon Farfense pag. 652. Aimoin. lib. 4. cap. 56. Joannem VIII. PP. Epist. c. 47. &

Judices, Magnates, Proceres, Comites, vel Senatores, Gloss. Lat. Græc. Judex. ἄρχων, κελτής. Ammianus lib. 17. *Optimates & judices varii ex populis præsidentes.* Alia ex eod. Ammiano suggerit Lindenbrogius ad lib. 27. pag. 173. Jornandes de Regnor. successión. in Justiniano, de Stoza tyranno: *Aliisque Judicibus peremptis, in Ducem Salomonem saviebat.* Infrà: *Fugat exercitum, Judices partim donis, partim blanditiis sibi consociat.* Isidorus Pacensis Episcopus in Chron. æra 754. *Alaor per Hispaniam lacertos Judicum*

cum mittit, atque debellando & pacificando pane per 3. annos Galliam Narbonensem petit. Idem æra 772. *Iudicesque ejus prærepti cupiditate ita blandiendo in eam* (Hispaniam) *irrogant maculam, ut non solùm ex eo tempore declinando extat ut mortua, verùm etiam, &c.* Anastasius Bibl. in Severino PP. *Post triduum autem introivit Mauricius cum Iudicibus, qui inventi sunt cum ipso in consilio, &c.* In Theodoro: *Omnes Iudices, seu exercitus Romanus, qui prius se cum Mauritio sacramento constrinxerant.* In Adeodato: *Et multi ex Iudicibus* (Mezzetii tyranni) *perducti sunt Constantinopolim.* In Constantino: *Ut ubi denominatus contingeret Pontifex, omnes Iudices ita eum honorificè susciperent, quasi ipsum præsentialiter Imperatorem viderent.* In Hadriano PP. pag. 107. *Direxit in ejus* (Caroli Mag.) *occursum universos Iudices, ad ferè 30. millia ab hac Romana urbe, in locum, qui dicitur Novas, ubi eum cum bandora susceperunt.* Quo loco, suavis omnino Platina, qui spatium occursus, ad Judicum numerum detorsit. Idem pag. 105. *Direxit eidem Longobardorum Regi, ut solummodo tres obsides Longobardorum Iudicum filios illi tradidisset, pro restituendis civitatibus.* Pag. 107. *Omnes Episcopi, Abbates & Iudices, & universi Franci, qui cum eo advenerant, &c.* Mox: *Cum Iudicibus Romanorum & Francorum, &c. -- ipse Francorum Rex cum suis Iudicibus &c.* Ita rursum ibi, & p. 108. Veteres Litaniæ apud Goldastum tom. 2. Rerum Alamannic. *Omnibus Iudicibus, vel cuncto exercitui Francorum & Alamannorum vita & victoria.* Vetus Interpres Concilii Calchedon. Act. 1. ut & Interpres Concilii Calchedon. Act. 1. & alibi: ἄρχοντας, *Iudices* semper vertit, ut & Interpres Concilii VII. Oecumenici. Adde Joannem VIII. PP. Epist. 205. 247. Ex quibus omnino patet, alios esse à Jurisconsultis & Legum Doctoribus, uti apud Anastasium hanc vocem interpretatur Laurentius Pignorius ad Mussati Historiam. Vide Paul. Orosium lib. 7. c. 40. Leon. Ost. lib. 1. c. 14. Thwroczium in Petro Rege Hungar. c. 35. Ughellum tom. 4. p. 638. &c. Videtur autem id nominis inditum proceribus, quòd essent *vassi dominici*, ac Barones, eoque nomine judiciis publicis interessent cum *Missis* dominicis, atque adeo Regibus ac Imperatoribus, si in Placitis ipsis præessent, *justitiasque facerent*: quod ex quodam judicato ab Ughello descripto tom. 1. Italiæ sacræ p. 851. & aliis potest colligi.

Judices, Doctores, qui olim *Doctores legis* dicti, & in judiciis Comitibus assidebant. Marsilius de Menandrino in Defensore pacis, part. 2. cap. 2. *Adhuc autem dicitur hoc nomen, Iudex, secundùm aliam significationem, de habente scientiam Iuris politici seu civilis: qui etiam appellatione consueta Advocatus nuncupari solet, licèt in pluribus Provinciarum, & maximè Italicarum, Iudex vocetur.* Burchardus Notarius de Excidio Mediolanensi, & ex eo Godefridus Monachus S. Pantaleonis an. 1237. *Jussit igitur Imperator omnes Consules & Exconsulares, Majores & Milites, Legistas & Iudices in obsidatu teneri.* Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 11. *Mittimus magistrum R. de Varano Iudicem & Magistrum B. de Hybernia, Fideles nostros, civilis scientiæ Professores, &c.* Vide cap. 17. extr. de Electionib. in Sexto.

Judices Ecclesiastici, in Capitul. Caroli Magni lib. 5. c. 14. lib. 6. cap. 330. Vide *Curia Christianitatis*.

Judex cinctus. Vide *Cinctus*.

Judex Reipublicæ, Exarchus dicitur apud Anastasium Bibl. in Deusdedit PP.

Judices inferioris gradus, in l. 12. Cod. Theod. de Appellat. qui

Judices mediocres dicuntur Aniano ad l. 8. Cod. Th. de Jurisdict. & ubi quis, &c.

Judices Provinciarum: id est, Rectores, in legibus 2. 3. 7. Cod. Th. de Operib. publ.

Judices publici, regii, à Rege constituti, in Lege Longob. lib. 2. tit. 21. §. 30. *Ut nullus Iudex publicus sive ministri publici, &c.* Ita in Chartis Chlotarii apud Roverium in Reomao pag. 30. 72. Carlomanni apud Beslium in Regib. Aquit. pag. 41. Dagoberti apud Flodoardum lib. 2. cap. 9. & Doubletum pag. 660. Childerici apud Camusatum, & aliis passim ejusce ævi, formula habetur ejusmodi: *Ut nullus Iudex publicus in ipsas terras audeat ingredi, &c.* quæ ferme semper effertur, cùm de Ecclesiarum immunitatibus agitur, quæ à jurisdictione sæculari eximuntur. Unde rectè censuit Bignonius, his locis *Iudices publicos* opponi *Ecclesiasticis*, ex Capitul. Caroli Magni lib. 5. c. 14. *Ut omnes justitias faciant, tam publici, quàm Ecclesiastici.* Et ex lib. 6. cap. 106. *Ut Episcopus Iudices publicos commoneat.* Denique ex lib. 5. cap. 237. & lib. 7. cap. 11. ubi *Episcopus apud Iudices publicos accusari* prohibetur: quod desumptum est ex Aniano ad l. 12. Cod. Th. de Episc. & Cleric. Videntur autem *publici* nuncupari, quòd, ut est in Lege Aleman. tit. 41. §. 1. à Principe *per conventionem populi* constituerentur. V. de *Publicus*.

Iudex fori, qui nostris *Iudex nundinarum*, apud Adrevaldum de Miracul. S. Benedicti cap. 35.

Iudex civitatis, in Lege Longob. lib. 2. tit. 21. §. 13.

Iudex loci, apud Gregor. Turonens. lib. 5. cap. 49.

Iudex gladii spiritualis & claustri, in Actis Capitularib. Capituli Lugdun. an. 1345. fol. 107.

Iudex ordinarius, hoc est, infeudatus, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 71.

Iudices palatini, qui cum Comite Palatii judicabant, in judicato, quod habetur in lib. 1. Chron. S. Vincentii de Vulturno p. 690. & in Charta Ludovici Regis Italiæ an. 900. apud Ughellum tom. 5. p. 1576.

Iudex provincialis, in Speculo Saxon. lib. 3. art. 66. §. 3.

Iudex redemptus, pecuniâ corruptus, in Edicto Theodorici cap. 2.

Iudices interdum appellati Notarii, ut ex aliquot Chartis colligitur apud Ughellum tom. 1. p. 394.

Iudex fiscalis, quem Comitem vocant, in Lege Ripuar. tit. 53. §. 1. *Iudex fiscalis* nudè, tit. 32. §. 3. tit. 51. §. 1. id est, qui jurisdictionem suam exercet in *fiscis* & proprietatibus Regis. Opponuntur verò *Iudices fiscales*, Optimatibus, Majoribus domus, Domesticis, Grafionibus, Cancellariis, in judicio residentibus, tit. 88. & 89. tanquam ii fuerint *Iudices* majoris dignitatis, respectu *Iudicum fiscalium*, qui pedaneorum locum tenuerint.

Iudices privati. Dagobertus in Charta pro Monast. S. Dionysii: *Et ut ab omnibus Optimatibus nostris, & Iudicibus publicis ac privatis, melius ac certius credatur.*

Iudices, in Legibus Henrici I. cap. 6. duodecimviros qui in disquirendo reatum, de facto apud Anglos judicant, accipit Spelmannus.

Primicerius Iudicum, Romæ dictus primus Judicum, qui de controversiis & litibus Populi Romani cognoscebat. Nam in urbe multi erant Judices. Ita Panvinius. Memoratur is à Bennone in Hist. Gregorii VII. PP. pag. 40.

Iudex ad signum equi, judex ad signum Galli, in Statutis Mediolan. part. 2 cap. 6.

Iudices majores appellabantur in Comitatu Provinciæ Judices supremi, antequam erectum esset Aquense Parlamentum, quorum alii primarum, alii secundarum appellationum interdum Judices dicebantur. Horum seriem qualemcunque ex magni Peirescii schedis, in Provincialium gratiam, hîc exhibemus.

Guillelmus Raimundi de Areis, major Judex Provinciæ an. 1245.

Bertrandus de Rochavard, Juris civilis Professor, Judex major Provinciæ & Forcalquerii an. 1254.

Spararus de Baro, Juris civilis Professor, major Judex Provinc. & Forcalq. 1257. 1280.

Fulco Hardainus, Judex major in Prov. 1271.

Isnardus de Bonamena, Judex major Caroli Comitis 1277. 1279.

Ricardus Masain de Salerno, major & primarum appellationum Judex in Comitatib. Provinciæ & Forcalq. 1311.

Joannes Cabassola Miles, Judex major & Protosenescallus Provinciæ 1315.

Bernardus de Chimino Cremonensis, Judex major primarum appellationum 1322.

Joannes de Lando, primarum appellation. Judex 1322.

Bonifacius de Fara, Judex major secundarum appellationum ejusdem Dom. Regis, magnæ Regiæ Curiæ Magister Rationalis, ante an. 1322.

Franciscus Barba, Juris civilis Professor, magnæ Regalis Curiæ Magister Rationalis, & majorum & secundarum appellationum Judex Comitatus Provinciæ 1346. 10. Febr.

Petrus Rainaud in Comitatibus Provinciæ & Forcalq. primarum appellationum & nullitatum Judex 1377.

Magister *Leonardus de Afflicto de Scalis*, Juris civilis Professor, magnæ Reginalis Curiæ Magister Rationalis, major & secundarum appellationum Judex in dictis Comitatibus 17. Decemb. 1381.

Galterus Ulmero Miles, magnæ Reginalis Curiæ Magister Rationalis 5. Jan. 1381.

Raimundus Bernardus Flamengi, Judex secundarum appellat. 1386. & in literis Mariæ Reginæ 9. Dec. 1388. Miles, Legum Professor, magnæ & Regiæ Curiæ Magister Rationalis, major & secundarum appellationum dictorum Comitatuum Judex, Collateralis, Consiliarius Regius & Fidelis.

Petrus Rainaudi, in Comitatibus Provinciæ & Forcalq. primarum appellationum & nullitatum Judex 1382. 1385.

Joannes de Cogoli Miles, dominus de Pennis S. Juliani, magnæ Curiæ Magister Rationalis 1. Jun. 1409.

Joannes de Gencardie, Legum Doctor, magnæ Regiæ Curiæ Magister Rationalis 1413.

Ludovicus Gutrain, Legum Doctor, Consiliar. Judex major in Provincia 1419.

Vitalis de Cabanis, Legum Doctor, magnæ Curiæ Magister Rationalis, ac primarum appellationum & nullitatum Comitatuum Provinciæ & Forcalq. Judex 1427.

Hieronymus de Mirabellis de Neapoli, utriusque Juris Professor, Curiæque Cameræ summariæ Regni Siciliæ Præsidens major, & secundarum appellationum & nullitatum Judex Comitatuum Provinciæ & Forcalq. Consiliarius & Fidelis Regis 12. Octob. 1440.

Jordanus Briccii Miles, Juris utriusque Professor eximius, Dom. Velaneii & Castri-novi-rubei, Magister Rationalis, majorque secundarum appellationum Judex, Collateralis, Consiliarius Regius 1. Febr. 1438.

Jacobus Guillelmi, Legum Doctor, magnæ Curiæ Magister Rationalis 1448.

Accursus Maimerii, Judex major 1488.

Judex medius, apud Aragonenses primùm dictus, qui postmodum *Justitia major*, & *Justitia Aragonum* appellatus est, qui, ut ait Blanca, sic potestatem in Rege collocarunt, ut in *Judice medio* temperatio inesset: quibus ex rebus conflatur & efficitur moderatus & concors Reip. status. Ab illo *Judice medio*, subdit idem Scriptor, Magistratus *Justitiæ Aragonum* dimanavit, adeo ut idem ipse sit intermedius Judex à Saprarbiensibus olim constitutus, qui postea *Justitia major*: quandoque etiam, quòd ab ipso Rege crearetur, *Justitia Domini Regis* vocari consuevit, quandoque autem *Justitia in Cæsaraugusta*, quòd in ea urbe judicium exerceret: ac *Justitia Aragonum* tandem, ipsius regni nomen assumens, appellatus est. Molinus in Repertorio: Aragonenses *elegerunt unum ex seipsis in Justitiam Aragoniæ, qui esset Iudex inter Regem & subditos suos super omnibus iis, quæ Rex faceret, vel peteret contra eos, vel è contra, &c.* Vetus Epitaphium in Monasterio S. Joannis Pinnatensis in Aragonia apud Martinezium lib. 1. Hist. ejusdem Cœnobii c. 16. *Benedictus & Marcellus Heremitæ Cæsaraugustani, viri honesti & continentes, adhuc magis ampliaverunt præsentem Ecclesiam, & duo altaria construxerunt, dedicaveruntque sancto Petro & Stephano, quorum consilio judex medius inter Regem Enecum Arestam & regnicolas Aragoniæ, Justitia vocatus, efficitur, & etiam sepelti.* Vitalis Canelis Oscensis Episcopus. *Regis est ergo Judices & Justitias ordinare, &, quando sibi placuerit, revocare. & eos perpetuò ponere, vel ad tempus. Inter quos Judices, Justitia semper est certus principalis in Aragonia constitutus: qui ex quo semel à domino Rege fuit constitutus, in Regis Curia commoretur, subministrandis sibi ab ipsa Curia alimentis. Ibique in præsentia domini Regis, vel de ejus imperio sine eo, causas examinet & auscultet. Et quotiescumque interlocutoria vel diffinitiva sit sententia proferenda dominus Rex, & Barones, hoc est, Episcopi & Duces Militum, qui Rici homines appellantur, qui in Curia fuerint tunc præsentes, super illa deliberent in communi. Et quòd dominus Rex & major pars Baronum, vel si dominus Rex noluerit interesse consilio, major pars Baronum, in Justitiæ os posuerit proferendum: ipsi Justitia id pronuntiet sententialiter & declaret, nullam pœnam ex pronuntiatione hujusmodi metuendo. Nam non ipse; sed ipsi, quibus in hac parte eum oportet necessario obedire, ipsius sententiæ sunt latores.* Longè plura de hocce magistratu & ejus auctoritate ac jurisdictione congessit Michaël *del Molino* in Repert. & Hieronymus Blanca in Commentario Rerum Aragon. pag. 716. 747. & 787. ubi seriem eorum, qui hac dignitate insigniti fuere usque ad sua tempora, exaravit. Consulendus præterea in Foris Aragon. l. 1. titulus *de officio Justitiæ Aragonum.*

Justitiatus, Dignitas *Justitiæ*, apud eundem Vitalem, ubi de *Majore domus.*

Judices appellabant Hispani supremos suos Gubernatores ac Principes, eorumque dominatum, *judicatum.* Lucas Tudensis æra 961. *Rege Froylano vivente, nobiles de Castella contra ipsum tyrannidem sumpserunt, eum Regem habere nolentes. Elegerunt autem sibi duos Judices nobiles, id est, Nunnum Rasoiram de Catalonia, & Jamum Calvum Burgensem, qui noluit suscipere judicatum.* Mox: *Sapienter se gessit Nunnus Rasoira in judicatu suo, & totam Castellam usque ad flumen de Pisorga judicavit, dum vixit, &c.* Præsertim verò

Judices appellati Reguli Sardiniæ, Calaritani scilicet & Arboreenses Toparchæ; eorumque dominia, *judicatus.* Chronica Pisana ann. 1165. *Eod. anno 4. Id. Aug. Imperator Fridericus coronavit apud Papiam Barasonem in judicem Arboreæ.* Extat Epistola B. Marchionissæ Massæ & Judicatissæ Calaritanæ & Arborensis, in Regesto Honorii III. PP. lib. 1. in qua sic loquitur: *Cùm post decessum claræ memoriæ illustris viri domini & patris mei W. Marchionis Massæ & Judicis Calaritani omnis Clerus & universus populus terræ Calaritanæ convenissent in unum, ut me in judicatum Calaritanum, qui jure hæreditario me contingebat, more solito confirmarent, susceptoque baculo regali, quod est signum confirmationis in regnum, de manibus vener. Fratris & Domini mei Archiepiscopi Calaritani, cum assensu & præsentia Suffraganeorum suorum & omnium nobilium terræ Calaritanæ, juravi protinus eisdem coram ipsis ante cætera & præter alia, quòd regnum Calaritanum non alienarem, neque minuerem, &c.* Ubi observandum *Judicatum* & *Regnum Calaritanum* idem esse. *Judicatus Calaritani* mentio est apud Gregor. in Decretal. lib. 2. tit. 26. cap. 17. Vide Gregorium VII. PP. lib. 1. Epist. 29. 41. lib. 8. Epist. 10. Acerbum Morenam in Histor. Rerum Laudens. pag. 105. & Ughellum tom. 4. pag. 1203. Sic Regna Israël & Castellæ à judicibus cœpere: sic Athanaricus, qui Gothis imperabat sub Valente Aug. Regis nomen repudiavit, & Judicis usurpavit, ut auctor est Themistius.

Judi-

Judicatus, Judicatum, Officium seu dignitas judicis, apud Lucam Tudensem loco laudato, & apud Petrum de Vineis lib. 6. Ep. 23.

JUDICARE, Concedere, disponere, legare, supremo *judicio* de bonis suis decernere: phrasis Longobardis & Gothis familiaris. Tabularium Casauriense: *Ad Ecclesiam S. Trinitatis venit Iuga, quæ fuit conjux Bernardi, & tradidit & judicavit omnes suæ res proprietatis, quantum habebat & tenebat, --- in ipsam Ecclesiam, &c.* Crebrò ibi occurrit hac notione, ut in Legibus Wisigoth. lib. 4. tit. 5. §. 2. 3. 7. lib. 5. tit. 2. §. 2. tit. 7. §. 14. lib. 6. tit. 1. §. 2. in Lege Longob. lib. 2. tit. 4. §. 4. tit. 18. §. 14. tit. 20. §. 2. & alibi non semel, in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 679. apud Petrum Diac. lib. 4. Chr. Casin. c. 16. Paulum Diaconum Emeritensem in Vita S. Fidelis Episc. Emerit. cap. 3. in vett. Chartis apud Io. Lucium lib. 2. de Regn. Dalm. c. 16. Ughellum tom. 1. part. 2. pag. 255. to. 4. pag. 481. to. 7. p. 566. 581. Sammarthanos in Abbat. pag. 394. Puccinellum in Vita S. Simpliciani pag. 109. & alios. Hinc emendanda Charta Domnoli Episcopi Cenomanensis: *Ideo tibi, Niviarde Diacone ac Defensore nostræ Ecclesiæ, judico atque jubeo, hoc tua traditione, sicut nunc ab Ecclesia possidetur, cum omni soliditate vel adjacentia sua Leusio Abbati facias consignari.* Ubi perperam Edit. *Indico*.

Judicare pœnitentiam, imponere. Capitula Caroli M. ann. 769. edita à V. Cl. Steph. Baluzio c. 1. *Et unusquisque Princeps unum Presbyterum secum habeat, qui hominibus peccata confitentibus judicare & indicare pœnitentiam possit.* Capitula Theodori Cantuar. cap. 43. *Non licet Diacono Laico judicare pœnitentiam; sed Episcopus aut Presbyteris.* Ubi *judicare* idem valet ac *decernere*, vel *injungere*. Vide *Pœnitentialis*.

Judicare legem, in Lege Longob. lib. 1. tit. 18. §. 2. *Judicare secundùm legem*, in Lege Alem. tit. 41. §. 1. cui opponitur *Judicare contra legem*.

Injudicare, de rebus suis non disponere. Charta Gisulfi Principis Salernitani, apud Ughellum tom. 8. pag. 83. *Et si sine herede quislibet ex eis mortuus fuerit, aut res suas injudicatas reliquerit*, id est, de iis non disposuerit.

JUDICARIA, Jurisdictio Judicis. Vide *Judiciaria*.

JUDICARIUS, *qui pertinet ad judicem*, Ugutioni. Glossæ Gr. Lat. δικαστικός, *Judicarius, judicialis*.

JUDICATORIUM, δικαστήριον, in vett. Glossis.

JUDICATUM, Sententia judicis. Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 37. *Ut nullus præsumat hominem in judicium mittere sine causa, nisi judicatum fiat.* Chronicon Farfense pag. 652. *Et judicatum exinde factum est per jussionem Theodici Ducis, &c.* Passim in vett. Chartis.

Judicatum, Decretum, scriptum, quo quis de rebus suis judicat, seu disponit. Ratherius Veronensis lib. de Discordia inter ipsum & Clericos: *Illis ablata, bonis duobus, id est, B. Genitrici sanctoque Stephano Protomartyri contuli, vel potiùs reddidi: faciens de quibusdam insuper scriptum quoddam, quod nominant judicatum, id est, decretum, pauperioribus Ecclesiis ejusdem Ecclesiæ.* Charta Landulphi Archiep. Beneventani apud Ughell. tom. 8. p. 496. *Et quæ ei per offensiones, & judicata & præcepta concessa sunt.* Testamentum Andreæ Episcopi Derthonensis, apud eundem in appendice tom. 4. *Quam verò eorum taliter judicati seu dispositionis meæ paginam Gausus notarius tradidi, & subscribendam rogavi.* Adde Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 367. 416. 429. 478. Ejusdem fere notionis ac originis.

Judicatus, apud Venetos, quibus *Zudegado*, è un atto levasi al Zudega de proprio, per satisfar crediti dotali, i quali sono obligati à dote, ut est in Practica Palatii Veneti cap. 4. Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Eporediensibus: *Ut inde faceret legale testamentum, quod appellatur judicatus.* Statuta Venetorum an. 1242. lib. 1. c. 56. *Datur potestas mulieri in judicatu suo de proprietatibus & bonis viri tollendis. Cartulæ dijudicatus mulierum*, in lib. 1. cap. 56. lib. 3. cap. 37. 39. lib. 4. cap. 9. lib. 6. cap. 16. 32.

JUDICATURA, Dignitas judicis, vel jurisdictio, in Edicto Philippi Pulcri an. 1302. pro reformat. Regni art. 43. 49. *Avoir connoissance & judicature de toutes matieres & questions, &c.* in Consuet. Hannon. c. 83. art. 1.

JUDICIARIA, Districtus judicis. Gloss. vetus: *Judiciaria, Jurisdictio.* Occurrit in Capitul. Pipini Regis Ital. an. 793. c. 30. in Lege Longobard. lib. 1. tit. 14. §. 7. tit. 25. §. 50. lib. 2. tit. 4. §. 3. tit. 52. §. 14. lib. 3. tit. 1. §. 38. & in variis Chartis Longobardicis apud Ughellum in Archiep. Beneventanis, & tom. 5. p. 1553. 1562.

Judicaria, eadem notione in Chronico S. Vincentii de Vulturno p. 681. & in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 20. §. 9.

JUDICIARIÆ, Navium species, in leg. un. Cod. Th. de Lusoriis Danubii: *In Scythico verò (limite) quinque judiciariæ, & duodecim agrarienses novè de integro constructæ, instrumentisque suis universis armatæ.* De nominis ratione multa commentatur Jacobus Gothofredus, quæ difficultatem, ni fallor, omnino non expediunt.

JUDICIUM, Districtus judicis, in Speculo Saxon. lib. 3. art. 64. §. 8.

Judicium, Testamentum, donatio, dispositio, legatum. Petrus Diac. lib. 3. Chr. Casin. cap. 39. (al. 41.) *Lando Dominus Arpinensis civitatis, ad mortem veniens, judicium fecit in hoc Monasterio de omnibus, quæ sibi jure hæreditario pertinebant, &c.* Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Arium cap. 5. *Finali ordinato judicio, -- diem clausit extremum.* Ita *judicium*, pro testamento, vel ultima morientis voluntate usurpat Codex Theod. leg. 4. 20. de Episc. leg. 5. 6. de Inoffic. test. leg. 9. de Infirm. &c. Vide *Judicare*.

Judicium, aliàs *disciplina*, vox Monachorum, mulcta, quæ Capituli *judicio* Monacho delinquenti infligitur. Decreta Lanfranci pro Ordine S. Benedicti c. 10. *Hi verò quorum negligentia hoc evenerit, in proximo Capitulo culpam suam dicant, judicium suscipiant nudi, & injungatur eis pœnitentia, vel de jejunio, vel judiciis, vel psalmis, vel aliquid hujusmodi, quibus de judicio ad loca sua reversis, omnes Sacerdotes, qui tunc præsentes erunt, surgant, & ad judicia suscipienda cum omni devotione se offerant. Tunc ille, qui Capitulum tenet, septem tantùm, quos voluerit de ipsis ad suscipienda judicia retineat, & cæteris ire sessum præcipiat.*

Judicium Dei, illud appellabant, quod *purgationem* alii, qua scilicet quis, ubi testes deerant, innocentiam suam tuebatur, & crimen objectum à se amoliebatur: utraque, *canonica* nempe & *vulgaris*, hac nomenclatura donatur. Prior quæ fit per sacramentum & juramentum, sic dicta, quòd admittatur à *Canonibus*, & in Conciliis passim: altera, quæ fit per duellum, ferrum candens, & hujusmodi, quòd à *vulgo* inducta recepta sit, *hominum adinventio sit*, ut ait Agobardus lib. de Divino judicio cap. 2. *popularis inventio*, ut Alexander II. PP. apud Ivon. part. 10. cap. 15. *peregrinum judicium*, ut Lucius III. PP. apud Gregorium cap. 5. de Purgat. canon. & Ivonem Carnot. Epist. 35. *nulla sanctione fulta lex*, in cap. *Mennam*, caus. 2. q. 5.

Judicium porrò *Dei* utramque purgationis speciem appellarunt, quòd existimarent hocce examine, rei, de qua quæstio erat, Deum veritatem probaturum, etiam cum miraculo, *quasi putarent*, ait idem Agobardus, *rerum latentium dubia & occulta posse patefieri, & per res contrarias veritati* (vulgarem purgationem) *veritatem latentem monstrari: nescientes*, ut alibi subdit, *judicia Dei investigabilia, & profundum divitiarum sapientiæ & scientiæ ejus: quòd non ita vid.at Deus, ut videt Homo. Homo tantùm præsentia respicit, Deus futura & æterna cognoscit. Communis ad Deum querela sanctorum est, quare contra eos injustum judicium fiat, & innoxium in persecutionibus*

san-

sanguinem fundant: ac si quando ante tribunal steterint judicum secularium, judex acceptis muneribus condemnet insontem, & reum liberet. Quo spectant ista ex Capitul. 1. an. 809. cap. 20. *Ut omnes judicio Dei credant absque dubitatione.* Præterea hæc Galberti in Vita Caroli Comitis Fland. n. 162. *Cùm servus humiliter agit cum domino pro suo reatu, dominus indulget servo secundùm legem pœnitentiæ agenti. Cùm verò homo justè agens, in alium hominem perversè egerit, & Deus judex inter utrosque adsciscitur, fidem justè agentis Deus juvat, injustum hominem à causa prosternens, & in obstinatione sua confundens. Unde fit, ut in bello alter iniquus prosternatur; in judicio aquæ vel ferri iniquus pœnitens tamen non cadat.* Quæ quidem ille infert propter Lambertum, qui in Carolum conspiraverat, & ex eo insimulatus, ignito se judicio excusans, criminis objecti quantumvis reus, quia tunc facti pœnitens, immunis evaserat. Similia de quodam fure, qui licèt reus duello victor evaserat, narrat Hermannus lib. 3. de Miraculis S. Mariæ Laudun. cap. 28. *Unde Laudunum reductus & contra Anselmum, hæc negantem, duelli certamine congressus, protinus superatus & victus est: forsitan, ut multi putarunt, pro fidei violatæ reatu, quam promiserat fidem Anselmo, quòd eum non detegeret.*

Per judicium igitur *divinum*, uti appellatur ab Agobardo, utraque purgatio intelligitur. Ac de canonica quidem testatur Gregorius Turon. lib. 2. de Miracul. c. 19. *Usquequo uterque contendimus, sub judicio omnipotentis Dei ponamus. Eamus ad tumulum Martyris, & quòd sub sacramenti interpositione dixeris, discernat virtus sancta Patroni.* Lex Longobard. lib. 2. tit. 52. §. 15. *Ut judex unusquisque faciat jurare ad Dei judicia per civitates homines credentes, &c.* Fridericus II. Imp. apud Matth. Paris an. 1239. p. 339. *Unionem Ecclesiæ sub attestatione divini judicii humiliter postulantes.* i. cum juramento. Verùm rarius *sacramentum*, *judicium Dei* dictum reperies apud Scriptores: quibus ita indigitatur *purgatio* quævis vulgaris. Lex Burgund. tit. 45. *Ita ut unus de eisdem testibus, qui ad danda convenerant sacramenta, Deo judicante confligat.* Gregorius Turon. lib. 7. cap. 14. *Ast si aliquis est similis mihi, qui hoc crimen impingat occultè, veniat nunc palam & loquatur, tu, O Rex piissime, ponens hoc in Dei judicio, ut ille discernat, cùm nos in unius campi planitie viderit decertare.* Chron. Fredegarii cap. 25. *Jungamus ad prælium, ut à Domino judicemur.* Et cap. 51. *Jube illum hominem, qui hujuscemodi verba tibi nuntiavit, armare, --- ut judicio Dei, his duobus confligentibus, cognoscatur, utrum hujus culpæ reputationis Gundeberga sit innoxia, an fortasse culpabilis?* Lex Longob. lib. 1. tit. 15. §. 2. *Tunc per campionem, id est, per pugnam ad Dei judicium decernatur.* Ita crebrò judicium Dei à sacramento distinguitur. Concilium Moguntiacense ann. 888. c. 23. *Aut judicii examine, aut sacramenti protestatione se expurget.* Domesdei apud Seldenum ad Eadmerum pag. 217. *Defendere per sacramentum, aut per Dei judicium*, id est, per *duellum*: nam ferè semper ita indigitabatur.

Duellum *judicium Dei* vocat Agobardus: ut per ferrum ignitum, & aquam, seu ferventem, seu frigidam, purgationem alii. Lex Longob. lib. 1. tit. 10. 3. *Si negaverit ipsum occidisse, ad novem vomeres ignitos, ad judicium Dei examinandum accedat.* Leges Edw. Confess. cap. 16. *Si se super defendere non posset, judicio Dei, scilicet aqua vel ferro, fieret de eo justitia.* Adde Nithardum lib. 3. pag. 374. Annales Francor. Bertinian. an. 876. Glanvillam lib. 14. cap. 1. Regiam Majest. lib. 4. cap. 3. §. 4. Bracton. lib. 3. tit. 2. cap. 15. §. 3. Matth. Westmonast. pag. 348. &c.

Interdum tamen *judicium* à *duello* distinguitur, ut in Legibus Willelmi Nothi: *Si probare voluerit judicio aut duello.* Cap. 71. *De omnibus utlagariæ rebus Rex instituit, ut Anglicus se purget ad judicium.* Cap. 68. *De aliqua re, pro qua bellum fieri debeat, vel judicium inter duos homines.* Cap. 69. *Sic Francigena compellat Anglicum, per bellum de eisdem rebus, Anglicus plena licentia defendat se per bellum, vel per judicium, si magis ei placeat.* Ubi *judicium* omnino à *duello* diversum est. Unde colligitur per *judicium*, *judicium ferri* intelligi, ex cap. 62. *Si Francigena appellaverit Anglum de perjurio, aut murdro, furto, homicidio -- Anglus se defendat, per quod melius voluerit, aut judicio ferri, aut duello.* Et mox: *Si autem Anglus Francigenam appellaverit, & probare voluerit, & noluerit judicio aut duello, volo tunc Francigenam purgare se sacramento non fracto.* Atque ita *judicium* usurpant Leges Adelstani Regis apud Bromptonum pag. 856. Ubi *judicium calefacere*, de ferro ignito, *judicium portare*, seu ferrum ignitum. Vide *ferri judicium*, & *juisium*. Sic etiam Capitulare 3. Caroli M. ann. 813. cap. 46. *Si fur de septem latrociniis comprobatus fuerit, exiet ad judicium. Si incenderit, tradant eum ad mortem.*

Ut plurimum tamen *judicium* sumitur pro quavis purgatione vulgari. Unde formulæ frequentes, ad *judicium Dei exire*, vel *ad judicium exire*, in Capitulari ann. 813. cap. 44. 46. apud Hincmarum tom. 2. pag. 543. & Opusc. 53. *Ad judicium mittere*, in Lege Longob. lib. 3. tit. 23. *Judicio Dei examinari*, in Capit. Caroli Calvi tit. 31. cap. 13. 20. tit. 39. cap. 7. *Suam infamiam ad Dei judicium purgare*, eodem tit. 39. cap. 3. *Divino purgari judicio*, in Concilio Salegustadiensi ann. 1022. cap. 13. *Judicio Dei se expurgare*, in Legibus Edw. Confess. cap. 19. Charta Caroli M. edita à Mabillonio: *Aliqui verò fideles per judicium Dei se exinde idoniaverunt.*

Judicium commune, Purgatio vulgaris, duellum, in libro 3. Miracul. S. Dionysii cap. 33.

Judicium peregrinum, veluti *candentis ferri vel aquæ*, in Concilio Dalmatico ann. 1199. can. 5. & Parisino ann. 1212. part. 4. can. 15. Vide suprà.

Judicium S. Spiritus, etiam non semel dictam purgationem vulgarem reperire est, ut quem ei præesse ad veri judicium existimarent. Vetus Chronicon sub an. 798. apud Hieronymum *dalle Corte*, lib. 4. Hist. Veronensis: *Tandem habito consilio, pacti sunt, ut hæc Dei & sancti Spiritus reservarentur judicio, &c.* Victor. III. PP. lib. 3. Dial. *Oro, inquit, Deus omnipotens, --- judicio sancti Spiritus tui ostende virtutem, illæsum me per hunc ignem transire concede, &c.* Joann. de Beka in Burchardo Episcopo Trajectensi cap. 23. *His diebus quidam Hildebrandus Cardinalis & Apostolicæ Sedis Legatus, devenit in Galliam, ut ibi aboleret simoniæ perfidiam. Cùm autem ipse Cardinalis adversus diffamatum Episcopum processisset, & idem Episcopus testes ipsum accusantes pretio subarrasset, dixit Legatus: Cesset humanum judicium, producatur ecce divinum oraculum, cùm certum sit, quòd Episcopalis gratia donum sit Spiritus sancti. Et si in emptione Pontifex non sit consors Simonis Magi, igitur absque formidine dic: Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Simoniacus igitur absque formidine, Gloria Patri & Filio, distinctè protulit: verumtamen, Spiritui sancto, nequaquam pronuntiare potuit; sed postquam idem ab Episcopatu destitutus fuit, totum versiculum sine obstaculo legit.* Gualdricus Episcopus Laudunensis apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 8. *Ait: Communio sancta, quam ex illo pridem altari suscepi, veniat mihi ad perniciem, & sancti Spiritus gladium invoco in animam meam, si hæc unquam verba Regi de vobis dixi.* Aliter *judicium Spiritus sancti* usurpatur in Concilio Romano ann. 904. cap. 1.

Judicium probabile, quo veritatis probatio equitur, vocatur, in Concilio Salegustadiensi c. 7. *Ille qui negaverit, probabili judicio se expurget.*

In celebrandis seu potiùs obeundis ejusmodi judiciis ac purgationibus vulgaribus, ritus quidam peculiares observati. Ac primò quidem eæ fieri festis & jejuniorum diebus vetantur in Fœdere Saxonico Edwardi & Guthruni Regum §. 9. in Canonibus datis sub Edgaro Rege §. 24. & in Legibus Canuti Regis §. 17. Rursum qui

qui ad *judicia* exibat, id est, ad purgationem, priusquam eam obiret, triduo ante, peccatorum confessione, strictiori jejunio, ac sacræ Eucharistiæ ad Missam perceptione se se parabat, ut est in Legibus Saxonicis Athelstani §. 23. & Latinis §. 30. *Si quis judicium ferri vel aquæ vadiaverit, accedat antè tribus noctibus ad Presbyterum, qui sanctificare debet eum, & pascat se pane & sale & aqua & herbis, & audiat Missas singulorum ipsorum trium dierum, & offerat, & eat ad sacrosanctam Communionem ipsa die, qua ordalium examinari debebit, & juret, quòd jure publico sit innocens accusationis, antequam ad ordalium veniat.*

Antequam verò communicaretur, à Sacerdote interrogabatur cum adjuratione, in hunc modum: *Adjuro te per Patrem & Filium & Spiritum sanctum, & per veram Christianitatem, quam suscepisti, & per sanctas reliquias, quæ in ista Ecclesia sunt, & per Baptismum, quo te Sacerdos regeneravit, ut non præsumas ullo modo communicare, neque accedere ad altare, si hoc fecisti, aut consensisti, &c.* Tum sacram Eucharistiam porrigens Sacerdos, dicebat: *Corpus hoc & sanguis Domini nostri Jesu Christi, sit tibi ad probationem hodie.* Ita Ordo ad ejusmodi judicia apud Lambardum: quibus addi possunt, quæ habet Codex MS. Thuanus de Usaticis Barcinonensibus: *Antequam usatici fuissent, mitti solebant judices judicare, ut cuncta malefacta fuissent omni tempore emendata, si non potuerint esse neglecta, per sacramentum, vel per batayam, sive per aquam frigidam, sive calidam, ita dicendo: Juro ego ille tibi illi, quòd hæc malefacta, quæ tibi habeo facta, sic ea tibi feci ad meum directum, & in tuo neclecto, quæ tibi illa emendare non debeo per Deum & hæc sancta, & inde stetissent ad bellum, vel ad unum ex supradictis judiciis, scilicet aqua frigida vel calidæ. Omicidia & cucucia, quæ non possunt neclectari, fuissent secundùm leges & mores judicata & emendata, sive vindicata.*

Peragebantur denique purgationes coram Episcopis vel Sacerdotibus ab iis delegatis, & coram judice sæculari. Leges Edvvardi Confess. cap. 9. *Die illo, quo judicium fieri debet, veniat illuc minister Episcopi cum Clericis suis. & similiter Justitia Regis cum legalibus hominibus provinciæ illius, qui videant & audiant, ut æquè omnia fiant, & quos dominus per misericordiam suam, non per merita, salvare voluerit, quieti sint, & liberè recedant: & quos iniquitas culpæ, non dominus, damnaverit, Justitia Regis de ipsis justitiam faciat.* Verùm hæc duellum spectare haud credam, cùm coram Sacerdotibus initum vix legatur; sed purgationes per ferrum candens, aut per aquam ferventem, quæ (ferrum scilicet & aqua) Sacerdotis benedictione consecrabantur.

Judiciis vulgaribus accensentur ea, quæ per *duellum*, seu monomachiam, peragebantur, per *ferrum candens*, per *vomeres ignitos*, per *ignem*, per *aquam frigidam*, per *aquam ferventem*, per *crucem*, per *Eucharistiæ divinæ perceptionem*, per *buccellam*, seu *corsned*, judicium *tripodii*, &c. de quibus sigillatim agimus, ut & de eorum ritibus ac usu.

Ejusmodi judicia, ac purgationes, damnarunt non semel Concilia & SS. Patres generatim, in primis Leo IV. PP in Epist. ad Episcopos Britann. c. 4. Alexander II. apud Ivonem part. 10. c. 15. & alii, quos in dictis vocibus passim laudamus. In iis porrò vulgaribus purgationibus *ritum cujuslibet benedictionis aut consecrationis impendere* vetantur Sacerdotes in Concilio Budensi an. 1279. c. 9. Admissa tamen interdum ab ipsis summis Pontificibus, ut à Calixto II. in Concilio Remensi an. 1119. in Statuto de Trevia Dei sub finem, &c.

Judicium evenditale. Vide *Evindicare.*

Judicium forense, quod in foro sæculari redditur. Charta Henrici Imp. ann. 1107. apud Chappeavillam ad Ægidium Aureæ-Vallis pag. 54. *Si quis rusticus aliquam angariam nostram nobis de villa prosecutus fuerit, nullum forense judicium sustinebit.* Occurrit ibi semel ac iterum.

Judicium falsum. Vide *Falsare.*

Judicium infortiatum. Vide *Fortia.*

Judicium liberale, quod in favorem libertatis à judice profertur. Gloss. Gr. Lat. χαρπισικὸν, *liberale judicium.* χαρπίζομαι ἐπὶ ἐλευθερίᾳ, *afferor*, nempe in libertatem. χαρπισμὸς, *vindicta, assertio*, χαρπιστής, *assertor, vindex.*

Judicium pœnitentiæ. Vide *Pœnitentialis.*

Judicium levare. Fori Oscæ an. 1247. fol. 4. *De homine, qui intrat in judicium cum pignore in corte & levat judicium, est ibi calonia 60. solid. Si fortè pignoratus dixerit pignoratori, antequam levet judicium, nec levet judicium, ecce hic offero sufficientem fidantiam de directo, aut bonum caplevatorem super pignus meum: & pignorator levaverit judicium cum pignore in corte, est calonia pignoratoris 60. solid.*

Judicium portare. Vetus Charta pro Vicario Bituricensi ex Tabulario S. Sulpitii Bituric. *Qui judicium portaverit, erit in custodia Vicarii, & habebit Vicarius ex illo pro custodia 20. den. & si portaverit judicium, & locutus fuerit, emendabit 30. sol. &c.*

Judicium provinciale, Germanis *Landgericht.* Vide Chartam Henrici VII. Imp. ann. 1313. apud Goldastum to. 1. Constitut. Imperial. pag. 324. & Helvvicum in Rationario Styriæ p. 7. §. 76. ubi *judicium provinciale*, & *officium & judicium fori & provinciæ*, inter proventus recensentur.

Judicium peregrinum, & quod non coram proprie judice fit. Præfertim verò ita appellant *judicium sæculare* respectu *Ecclesiastici*, Capitularia Caroli M. lib. 7. c. 230. Ivo Carnot. Epist. 85. & Goffridus Vindocin. lib. 2. Epist. 24. & Leges Henrici I. Regis Angli. cap. 31.

Judicium Regale apud Hungaros quale fuerit? docet Bonfinius: *Zagrabiæ Regale judicium proceres postularunt: quòd breve quidem & formidolosum est, quicunque hoc tribunal accedunt, hastam subire coguntur: perorata utrinque causa, in cujus caput hasta demittitur, is capitis reus habetur, præsentaneoque supplicio mulctatur. Id propterea factum, quia ex optimatibus & nobilitate multi homicidii, latrocinii, & rapinarum plerique, nonnulli peculatus, repetundarum alii postulati.*

Judicium triplex. Vide *Ofgang-fordel.*

Judicium vadiare, Pignore deposito judicio se supponere. Leges Adelstani Regis cap. 30. *Si quis judicium aquæ vel ferri vadiaverit, &c.*

Judicium vulgare, seu civile, cui opponitur Ecclesiasticum, Decreta S. Ladislai Regis Hungar. lib. 2. cap. 13. de Clerico fure: *Majus his si furatus fuerit, ab Episcopo suo degradetur, & judicio vulgari damnetur.*

Judicium vassalli ingredi dicitur dominus, cùm locum, ubi jus dicit, ingreditur: tum enim illius cessat justitia, & justitia domini locum habet. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 59. *Quando Comes, vel dominus provincialis judicium sui Gogranii ingressus fuerit, cessat judicium Gogranii, sicut quando Rex intraverit judicium Comitis, cessat judicium Comitis, ubi Rex & Comes ambo sunt actioni præsentes.* Vide Notas ad Cinnamum pag. 464.

JUGALIS, Conjux. Papias: *Jugalis, conjugio dicatus, vel jugo aptus.* Gloss. Gr. Lat. ὁμόζυγος, *conjux, jugalis*, ζυγίτης, apud Nicetam in Manuele lib. 5. n. 8. Utuntur passim Scriptores, Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Ep. 16. lib. 8. Ep. 10. Senator lib. 1. Epist. 8. lib. 10. Ep. 20. 21. 23. 24. Acta SS. Ordin. S. Bened. tom. 4. p. 617. Marculfus lib. 2. form. 7. 17. Formulæ vett. cap. 49. Charta ann. 1156. in Bibl. Sebusiana pag. 210. 212. alia ann. 1232. apud Lucam Acherium ad Guibertum pag. 635. &c.

JUGATICUM, in Charta ann. 1183. apud Ughellum in Episcopis Derthonen. sib. quod pro quolibet boum

boum jugo exolvitur. Perperam *juvaticum* scribi videtur in Charta Galeacii Comitis Virtutum ann. 1379: *Item confessiones quasdam, factas per Cavenarios Communis Papiæ recipientes à Communi & hominibus Montisficalis nomine juvatici, & pro juvatico ejus, quod solvere tenebantur Communi Papiæ, quod erat denar. 6. pro quolibet pario bobum, &c.* Alia ann. 1298. *Concesserunt --- habere annuatim denarios 6. de quolibet jugo eorum hominum, &c.* Vide Gloffar. med. Græcitat. in ζυγοκέφαλον.

JUGATIO, Possessio per *juga*, & modulos terræ censenda, vel *jugeratio* per *jugera*, in leg. unic. de Conlat. leg. 49. de Operib. publ. l. ult. de Equor. conlat. & l. 1. Ne quid publ. lætitia, &c. in Cod. Th. Vide Cujac. ad lib. 10. Cod. Just. tit. 27.

JUGATUM, Jugerum, modus agri. Matth. Westmonaster. ann. 1083. *Eodem anno Rex Guillelmus misit Justitiarium per totam Angliam per Comitatus, & inquirere fecit & diligenter perscrutari, quot jugata, & virgata terræ, quidque uni Militi sufficere posset?* Hispanis *jugada* est perinde mensura agri, quæ continet *fanecas* 50. Vide Colmenarezium in Hist. Segoviensi cap. 14. §. 10. & Jo. Marianam lib. de Ponderib. & mensur. cap. 21.

JUGERATIO. in leg. 33. Cod. Th. de Decur. Vide *Jugatio*.

JUGERIA. Jurisdictio judicis, *Jugerie*, in Consuetudine Issoriensi in Arvernis, & in aliquot Regum nostrorum Edictis. Charta Johannis Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 1006. *Sed homines suos quietos & liberos, & jugeriam de homicidio, de furto, de raptu, de incendio --- habere debeant.*

Jugeria interdum pro ea præstatione, quæ judici vel potiùs domino fit. Tabul. Vindocinense Thuani ch. 173. *Ipsum quoque molendinum procul omni jugeria solutum, & relevamento, & quietem clamavit.*

JUGIA, *Jugis*, jugerum, mensura agraria. Charta ann. 1088. pro Monasterio S. Solutoris Taurinens. *quæ mensura justa, super totum jugias mille.* Charta Adelberti Episcopi Bergomensis in Hist. Bergom. tom. 3. pag. 191. *Per mensuram, juges decem & octo.* Alia ann. 1072. ibid. p. 2, 3. *Tota in simul extra pasculum & communialia per justam mensuram jugias legitimas centum, &c.* Infrà: *Sunt tota insimul per justam mensuram jugias legitimas sedecem.* Vide Probat. Hist. Sabaud. p. 21. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana p. 323.

Jugis. Charta ann. 915. apud Ughellum tom. 4. p. 612. *Res ipsa in fundo Albintes per mensuram juges decem & octo, & ipsa res in fundo Trevilio juges decem.* Ut *jugia*, de qua voce suprà. Charta Longobardica in Bulario Casinensi tom. 2. pag. 12. *In sycola* (leg *silvola*) *& in fao jugis 40. & 8. terra aratoria, seu vitis, omnia ad pertica legitima duodecenos pedes & semis.* Alia Desiderii Regis p. 17. *Terra juges numero quadringentas, &c.* Alia ejusdem Regis pag. 14. *Terra, silva, roncora, & prata insimul ad mensura justa juges numero quatuor millia per designata & determinata loca, &c.* Occurrit ibi non semel, & in Appendice ad Capitularia Baluziana n. 111.

JUGIFERA. Hist. Dominor. Ambasiensium cap 2. n. 12. *Comes verò jugiferam Campaniæ & Segretariam, quæ ultra earum fluvium est, --- Lisoio pro servitio suo dedit.* Et cap. 4. n. 3. *Illud similiter, quod Turonis habebat in jugifera castri novi.*

JUGLATORES, Gloss. Lat. Gall. *Histrio: Jongleur. Joculari, Iongloier. Iocslatrix, Jenglereſſe.*

Rex Juglatorum. Regestum Magnorum dierum Trecensium ann. 1296. *Super quod Joannes dictus Charmillons Iuglator, cui dominus Rex per suas literas tanquam Regem Iuglatorum in civitate Trecensi Magisterium Iuglatorum, quemadmodum suæ placeret voluntati, concesserat.*

JUGO, Jugum, montis supercilium. Charta Rogerii I. Regis Siciliæ ann. 1133. apud Ughellum tom. 9. pag. 206. *Et vadit de petra in petram usque ad arborem Florentinam, & puteum Lamæ, de hinc ferit de jugone in jugonem, quomodo vadit ad caput frasfinorum, &c.*

JUGULATOR, Homicida, sed propriè *murdrator*, nostris *Meurtrier*. Gloss. Lat. Gr. *jugulatores*, σφαγεῖς. Thomas Walfinghamus pag. 343. *Statutum est præterea, ut nullus occultus jugulator, quales murderers appellant Angli, de cætero chartam de regia gratia obtineret.* Vide *Murdrum*.

JUGULUM. Anastasius in Nicolao I. pag. 209. *Fecit enim in confessione ipsius sacratissimæ Basilicæ jugulum de auro mundissimo unum pens. libr. numero 2.* Ubi Bulengerus, *jugulum* esse existimat minus jugum, quod ex auro in Basilicis dicabatur, ut memores essent verborum Christi, dicentis: *Iugum meum suave &c.* Longè petita explicatio, proinde nolim huic assensum præbeas: certè mihi non probatur.

JUGUM, vox Latinorum, *jugum boum*. Adalardus in Statutis Monasterii Corbeiensis lib. 2. pag. 10. *Et idem ipsi dent unicuique ad hortum cui desierint in tertio anno, aratrum 1. jugum cum amblacio & conjunclu, quando necesse fuerit.*

Jugum terræ, quantum juncti boves uno die arare possunt, *joug de terre*, Arvernis. Cantianis autem Anglis *jugum* multa jugera, etiam & habitacula, quæ *messuagia* vocabant, continet. Rentale regalis manerii *de Wy* in Comitatu Cantii pag. 13. apud Spelman. *Summa hujus jugi 8. messuagia, 6. tofti, 1. gardinum, 51. acræ 1. roda dimid.* Item: *Jugum de Burghorn & Delman-- summa terrarum hujus jugi, 10. messuagia, 1. cotagium, 1. toftum, 58. acræ dimid. & dimidia roda.* Ibidem p. 7. *Iugum & dimidum jugerum de Amming.--- summa terrarum optimi & medii pretii, 53. acræ, 1. rada, & pastura 89. acræ, 1. roda dimid.* Cætera ibidem *juga*, sunt plerumque terræ arabiles. Videtur, subdit idem Spelmannus, *Manerium* distributum fuisse in varias portiones ad alendum totidem familias rusticas una cum bobus eorum junctoriis sufficientes, atque inde *juga* appellatas. Postea verò *juga* ista lucri causâ, in plurima habitacula reducta sunt. Jacobus Gothofr. ad leg. 2. Cod. Theod. de Censu, *juga seu capita, terrena juga*, in leg. 3. Cod. Th. de Militari veste, & leg. 1. de Impon. lucrat. descript. terræ modos interpretatur, quibus colendis per annum boum jugo opus est: sicut *jugum, jugerum*, quantum in die jugo boum exerceri potest. Itaeo casu jugum, plura jugera continuerit. Charta Henrici Comitis Portugalliæ to. 3. Monarch. Lusitan. p. 282. *Siquis emerit vineam à tributario, sit libera: & si acceperit prius ad jugum uxorem tributarii, omnem hæreditatem, quam habuerit, sit libera: & tributarius, si potuerit esse miles, habeat morem Militum. Milites quot potuerint habere jugarios in hæreditate sua, quam habuerunt intus colimbria, &c.* Vide to. 4. pag. 307. v. Vide *Gavelerth*, & *Wengus*.

JUHERT, Modus agri. Acta Murensis Monasterii pag. 39. *Ter in anno, id est, in junio & autumno, & in vere arabunt quinque juhert, singulis vicibus sex virgarum in latum, & triginta in longum, & ipsa virga habeat novem ulnas in longitudine.*

JUJERUM, pro *jugerum*, habet Leo Ost. lib. 3. c. 19. Edit. ult. Papias: *Iugeres, unius dici opus aratoris. Iugerum, actus duplicatus facit; dictum ab eo, quòd sit junctum duobus actibus, constat autem latitudine pedum 120, longitudine 240.* Victorius de ratione calculi: *Iugerum habet passus 48. pedes 240.* Vide Isidor. lib. 15. c. 15.

JUISIUM, Judicium, ex Francico vetere, Hispanis, *Juizio, Jugement*; sed propriè purgatio vulgaris, seu per duellum, aut per ferrum candens. Charta Gaufredi Comitis Andegav. Fulconis R. Hierosf. filii in Tabul. S. Hilarii Pictav. *Insuper & pro custodia duelli & monomachiæ, quam vulgo Iuisium dicimus, duas partes casus convicti, ita* quod

quod Justitia Comitis esset cum Justitia Canonicorum, &c. Leges Normannicæ Wilhelmi Conquæst. R. Angl. cap. 16. *Si home apeled altre de larcin, & il sot frans home, & il out onques vere testimonie de lealté, s'en escondirad per plein serment; & altre, qui blasmed ait ested, per serment nomed, ço est à savoir, qu' a corte homes leals per non, si il aver les pot, si se defende per juis, é li appelleur jurra sur lui jur (& sur) set homes només, que pur haur* (*hain*, vel *hair*) *nel fist, ne pur altre chose, si pur son dreit non purchacer. Et si alcons est apelez de muster fruissier, u de chambre, & il n' eit ested blamed en arer, s' en escondit per* XII. *leals homes nomez, sei dudzime main: e s' il altre fice ested blamed, s' en escondied à treis dubles*, (leg. *dudzes*) *ço à savoir per* XXXVI. *homes leals nomez, sei trentesiste mein: e s' il aver nes pot, aut à la juise à trois dubles*, (*dudzes*) *si con il doust à treis du plein serment. E s' il ad en arer larcin amended, alt al euve. Li Arcevesque avera de forfature* XL. *solez en Merchenlae, e lui Eveskes* XX. *solz, e lui Quinz* XX. *solz, & le Baron* X. *solz, & le Vilain* XL. *den.* Utriusque capitis versionem Latinam habes in nupera & accurata sancti Anselmi operum editione, quam viro doctissimo Gabrieli Gerberono debemus. Huc etiam referenda verba Gallica, quæ Hugoni Dispensatori Comiti Vincestrensi ad mortem damnato anno 1326. post pronuntiatam sententiam, ad majorem contumeliam judex protulit: *Retrayez-vous traytor, tyrant reneyé, si alez vostre juyse prendre, traytour malvais & attainte*, apud Henr. de Knygthon in Eduardo II. hoc est: *Abscede proditor, renegate proditor, judicii tui pœnam subiturus, improbe & convicte proditor.* Libellus Catalanicus MS. de Batallia facienda: *Deu hom recorrer al juy de Deu.*

Interdum duello opponitur, sumiturque pro judicio ferri candentis, uti vox *judicium*. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ pro Belnensi Communia ann. 1203. apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 275. *Si duellum victum fuerit, in dispositione mea erat. De juisio fiet, sicut & de duello.* Eadem habentur in Chartis Communiæ Monbarrensis an. 1231. & Sinemurensis an. 1276. apud eundem pag. 420. 531. Charta pro Communia Suession. apud eundem, pag. 337. *Si quis de Communia, cujuscunque dominii sit, adhramitionem juisii per manum Majoris fecerit, dominus ejus inde eum retrahere non potest.* Vide *Judicium*.

JULEP, Constantino Africano de Morbor. curat. c. 10. dicitur *sirupus de sola aqua & saccaro.*

JULIA, Modus agri. Julianus Antecessor. Constit. 124. §. 1. *Pro singulis jugeribus, vel juliis, sive centuriis, &c.* §. 3. *Exactores tributorum plenarias, vel securitates, sive apochas faciant, per quas significent non solùm quantitatem pecuniarum vel specierum susceptam; sed numerum jugerorum, vel juliarum, vel centuriarum, &c.*

JUMAGIUM. Secunda pars Historiæ Hierosolymitanæ an. 1120. *Venditores vel tritici, vel leguminum, omnes intra portas Iherusalem ab omni consuetudine absolvit, ipsam modii mercedem, quam jumagium vocant, remittens.* Sed videtur legendum *minagium*, Vide in hac voce.

JUMENTUM, Equa, nostris *Jument. Prægnum jumentum*, in Lege Aleman. tit. 72. 73. In tit. 70. §. 4. *Jumentum*, equo & caballo mediano opponitur. *In troppo de jumentis ductricem involare*, tit. 72. *Cum jumento coire*, in Capit. Caroli M. lib. 6. §. 27. Mirum autem, inquit Perionius, cur equam *jument* vocaverimus, præsertim cùm *jumentum*, unde illud nostrum ductum est, totum genus contineat bestiarum, quæ onus & sarcinas gestant, cujus quidem rei ea ratio afferri potest, quòd præstantia sit in equis. Vel potiùs *Jumenta* potissimùm dicta, quæ sub jugo ad aratrum ponuntur, quasi jugamenta. Gloss. Lat. Gr. *jumenta* ζευγματα.

Jumentarius, Agaso, ἱππηλάτης, in Gloss. Gr. Lat. *Custos jumenti*, Jo. de Janua. Vita Aldrici Episcopi Cenom. p. 25. *Et in Cipido atque Belino eos, quos jumentarios dicunt, cum redditione census, quem singulis annis solvere noscuntur, id est, mel & ceram, & in Cabanido eos, quos Porcarios vocant.*

Jumentarium, κτηνοστάσιον, in Gloss. Græc. Lat. stabulum jumentorum.

JUNCARIA, Locus paluſtris, ubi junci crebri nascuntur. Vide Edvv. Cokum ad Littletonem pag. 5. *Iuncina*, apud Innocentium & Marcum Baronem Agrimensores, *loci palustres*. Charta Willelmi Ghisnensis in Chronico Andrensi pag. 631. *Ita sanè quòd nec in aqua, nec in aquario, junco, nec in terra, vel pratis ejusdem stagni --- aliquid juris de cætero habere possimus.* Adde pag. 637.

JUNCATA, *Lac concretum, & juncis involutum*, Joanni de Janua: Gallis, *Ionchée.* Constantinus African. lib. 8. Commun. locor. medic. cap. 11. *Iuncaticum* (apostema) *est simile juncatæ de lacte factæ.*

JUNCATICA. Instrumentum ex juncis ad capiendos pisces. Tabularium Vindocinense Thuani ch. 37. *Adeo ut juncaticas in aqua illa ad capiendos pisces ab hominibus nostris aptatas, disrumperet, & pisces asportaret.*

JUNCTA: *Iunctarius, Suprajunctarius.* Vitalis Episcopus Oscensis, de magistratibus suæ ætatis in Aragonia: *Sunt etiam Suprajunctarii super junctas, id est, populorum turmas, à domino Rege quasi Paciarii constituti: quorum est ipsas junctas, cùm necesse fuerit, evocare, & si eas exercitum facere contigerit, vel repentinum concursum, Appellitum vulgariter nuncupatum, ipsas junctas, sive populum gubernare. Qui debent fidejussores dandos junctis, & cautiones recipere pro eisdem, & pignorare eos, qui ad exercitum non vadunt, vel concursum non exierint suæ junctæ. Caveant tamen junctarius, atque juncta: quia si quis damnum in suis possessionibus, vel rebus pecuniariis duxerit infligendum, nisi priùs per Iustitiam alicujus villæ domini Regis, quàm id faciant, sententialiter fuerit judicatum, totum damnum, quod fecerint, dupli restituere compellentur.* Reliqua vide apud Blancam in Commentar. Rerum Aragon. pag. 784. Oyhenardus in Notitia Vasconiæ lib. 1. c. 6. *junctas* à Latino *jungere* dictas putat, quasi *uniones*: quibus præerant *Suprajunctarii*, à populo electi, & à Rege confirmati, quorum munus erat in latrones, grassatores, ac sicarios conjuratas populorum acies educere: unde *Paciarii*, etiam dicuntur apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio pag. 232. col. 3. Idem in V. *Miles*: *Milites Aragoniæ tenentur sequi Paciarios contra fractores pacis.* Sunt autem in Aragonia *Suprajunctarii* quinque, *quia quinque sunt junctæ Aragonum*, videl. *juncta Cæsaraugustæ, Oscæ, Suprarbii, Exeæ, & Tirasonæ*, ut idem Scriptor tradit in V. *Suprajunctarii*: ubi præterea observat, in Ripagurcia & Suprarbio primitus fuisse magistratum, qui *Paciarius Catalaniæ* dicebatur: sed postmodum statutum, ut is *Suprajunctarius* vocaretur. *Vicarii & Paciarii Catalaniæ*, habentur præterea lib. 1. Foror. Aragon. pag. 13. V. Edit. 1624. Sunt porrò ii meri executores, neque habent aliquam cognitionem causarum. Vide *Hermendatus*, & *Huesium*.

JUNCTURA, JC. Anglis, est pactorum cumulatio, aut pacti ad pactum adjectio, inquit Covvellus lib. 3. Instit. Juris Angl. tit. 23. §. 1. & 2. qua scil. plura pacta de eadem re in stipulationem deducuntur. Vide Bracton. lib. 3. tract. 1. c. 2. §. 1. Fletam lib. 2. c. 60. §. 2. & Briton. c. 28. Quid verò Latinis Scriptoribus sit *junctura*? habes apud Jacob. Gothofredum ad leg. 6. Cod. Th. de Scænicis. Vide *Conjugla*.

JUNCTUM, vel *Iuncta*, Mensuræ salariæ species. Monasticum Anglican. to. 2. pag. 99 *Et de tribus mansuris terræ in Wigornia, & de decem junctis salis in Wickio, cum duabus salinis & furnello.*

JUNCTUS Vide *Juctus*.

JUNIOR, pro *Novus*. Odo Fossatensis in Vita Burchardi Comitis Corboilensis an. 1028. *Cætera verò sunt, id est, contra castellum S. Exuperii, & in juniori & in veteri Corboilo, & in Ateias, & Sosiaco.*

Juniores, Tyrones, in re militari, apud Symmachum lib. 6. Epist. 58. Vegetium lib. 1. c. 7. lib. 2. cap. 5. & in Cod. Th. de Tyronibus, & alibi non semel, in Notitia Imperii, &c.

Juniores in re politica, dicti quivis inferioris gradus, qui aliis, *senioribus* scil., suberant ratione dominii, vel jurisdictionis. Lex Alemann. tit. 78. §. 1. *Si pastor porcorum, qui habet in grege 40. porcos, & habet canem doctum, & cornu, & juniorem, occisus fuerit, &c.* §. 5. *Si coquus, qui juniorem habet, occiditur.* Id est, pastorem & coquum alium sibi subditum. Capitul. 1. an. 810. & lib. 3. Capitular. c. 63. *De vulgari populo, ut unusquisque suos juniores distringat, ut meliùs obediant, &c.* S. Columban. Epist. 4. ad Bonif. *Liceat cum junioribus vestris sollicitare vos pro zelo fidei, pro amore pacis, &c.* Hincmarus de Ordine Palatii c. 17. *Et quamvis sub ipsis, & ex latere eorum alii ministeriales fuissent, ut Ostiarius Saccellarius, Dispensator, Scapoardus, vel quorumcunque ex eis juniores aut decani fuissent, &c.* Atque ita intelligenda vetus Charta ap. Vadianum & Goldastum in Alemannicis: *Ego VVildebold senio meo providens, & ei, quæ illud comitari solet, penuriæ, trado ad Monasterium S. Galli --- terrulam meam, quam habeo in Uzonvvillare, hoc est, 20. jugera, eo pacto ut ipsa terrula ad domum peregrinorum serviat, & ego ibi in domo hospitum suscipiar, & usque ad finem vitæ meæ ibi victum & vestitum habeam sicut primus illorum juniorum, hoc est, omnibus annis vestimentum lineum, & aliud laneum, & alias impensas accipiant, sic ut cæteri in ipso ministerio.* Quæ vox ultima satis arguit *juniores Monasterii*, Monasterio ipsi ministrasse, quomodo *Oblatos*, Laïcos & *Conversos*, de quibus suis locis.

Juniores eodem sensu appellantur in veteribus Tabulis Regum nostrorum, atque adeo à Scriptoribus medii ævi, magistratus ac officiales Comitum, vel judices inferioris ordinis, qui majoribus suberant. Hinc frequens formula in Chartis regiis: *Neque vos,* (Comites *neque*) *juniores vestri, aut successores, nec ulla judiciaria potestas, ad audiendas altercationes ingredi, aut freda de qualibet causa exigere, vel mansiones, & paratas, vel fidejussores tollere præsumatis* in formulis Bignonianis & Lindenbrogianis, in Chronico Farfensi p. 652. apud Continuatorem Aimoini l. b. 5. cap. 1. Besliuin in Regib. Aquitan. p. 40. in Ducib. Aquitan. pag. 155. Sanjulianum in Hist. Burgund. pag. 242. Roverium in Reomao pag. 71. & alios passim. Præceptum Ludovici Pii pro Hispanis: *Alius verò census ab eis, neque à Comite, neque à junioribus & Ministerialibus ejus exigatur.* Charta Caroli M. apud Sigonium an. 802. *Quod aliqui Duces, eorumque juniores, Castaldii, Vicarii, Centenarii, Venatores, &c.* Ita *Comites & eorum juniores*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 51. §. 8. lib. 3. tit. 5. §. 2. & lib. 3. tit. 12. §. 1 *Audivimus etiam, quòd juniores Comitum, vel aliqui ministri Reipublicæ, sive etiam nonnulli fortiores vassi Comitum, aliquas reddibitiones vel collectiones --- à populo exigere solent.* Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. cap. 25. *Ut Comites & Centenarii omnes ad justitiam faciendam compellant, & juniores tales in ministeriis suis habeant, in quibus securi confidant, quia legem atque justitiam fideliter observent, pauperes nequaquam opprimant, &c.* Ex quibus satis perspicuum fit, ejusmodi juniores functos fuisse officio judicum; sed pedaneorum.

Juniores, in ordine Ecclesiastico, sunt ii, qui inferioris gradus sunt: verbi gratiâ in Concilio Emeritensi c. 5. *Diaconus* dicitur esse *junior Presbytero*, id est, dignitate inferior. *Juniores sub Archipresbytero*, in Concilio Turon. II. cap. 15. *Presbyteri juniores, & minùs cauti*, in Capit. Carlomanni tit. 2. cap. 8. ubi opponuntur *Presbyteris prudentia temperatis*. Sed præter tim

Juniores videntur appellati quivis Clerici, post Subdiaconos, ut sunt Lectores, Exorcistæ, Ostiarii, Fossarii, &c. quos *juvenes* vocat lex 10. Cod. Th. de Episcop. *Clericis ac juvenibus prabeatur immunitas.* Notæ Tyronis pag. 99. *Episcopus, Papa, Presbyter, Archipresbyter, Diaconus, Archidiaconus, Subdiaconus, Junior, Fossarius.* Concilium Autissiodor. & Capitula Caroli M. lib. 5. c. 21. *Quicunque judex aut sæcularis adversus Presbyterum, aut Diaconum, vel quemlibet de Clerico aut de junioribus, absque audientia Episcopi injuriam --- inferre præsumpserit.* In addit. 4. Ludovici Imp. c. 61. eadem pæne habentur: *Neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum, aut juniorem Ecclesiæ.* Testamentum S. Remigii, apud Flodoardum: *Subdiaconibus solidos duos, Lectoribus solidos duos, Ostiariis & junioribus solidos duos dari jubeo.* Ubi *Lectores* & *Ostiarii* videntur superiori Ecclesiastico ordini accenseri, & à *junioribus* distingui: quo tamen nomine *Lectores* intelligi arguit Concilium Vasense I. can. 1. ubi *juniores Lectores* dicuntur. Generatim verò inferiores illius ordinis Clerici, ut Acolythi, *juniores Clerici* appellantur in Concilio Valentino sub Damaso PP. apud Gratianum de Consecrat. dist. 4. in Concilio Carthaginensi can. 36. in Concilio Epaonensi can. 15. Aurelian. V. c. 6. Turon. II. c. 12. Autissiod. c. 43. Vel *inferiores Clerici*, in Concilio Milevit. can. 22. *Iuniores Ecclesiæ*, in Concil. Paris. V. cap. 5. in Capit. Caroli M. lib. 6. c. 154. apud Gregor. Turon. lib. 5. cap. 27. vel denique *Clerici junioris ordinis*, in Concil. Paris. V. cap. 7. *Minores Clerici*, quibus opponuntur *majores*, apud Gregor. Turon. lib. 5. cap. 49. Fortunatus lib. 2. Carm. 10.

In medio Germanus adest Antistes honore,
Qui regit hinc juvenes, subrigit inde senes.

In l. 10. Cod. Theod. de Episcop. *Iuvenes* Clericis junguntur, *ut Ecclesiarum cætus concursu populorum ingentium frequentetur, Clericis ac juvenibus prabeatur immunitas.* Ubi juvenes infimi ordinis Ecclesiastici fuere, quanquam haud bene constat, qui sic dicti fuerint. Paulo latiùs, ni fallor, Adalbero Laudunensis in Carm. ad Robertum Regem:

------ Fratrum Laudunicus ordo,
Flos juvenum, fructusque senum te mente salutat.

In Concilio Arelat. V. cap. 6. & in Conciliis Afric. *Seniores* dicuntur Episcopi & Sacerdotes, qui γέροντες in Cod. Canonum Eccl. Afric. c. 100. Vide Cujac. ad Novell. 3.

Junioratus, Ecclesia, seu Beneficium Ecclesiasticum, quod *junioribus* Clericis dabatur: vel reditus, qui in Ecclesiis *junioribus* Clericis, & in minoribus constitutis ordinibus assignabatur. Ita Souchetus, à quo non dissentit Bosquetus. Vassorius verò longè probabiliùs *junioratum* putat esse quamlibet Ecclesiam, seu potiùs Ecclesiæ curam, quæ à personatu dependet: *Vicarium* vulgò dicimus; quod exertè docet Charta Baldrici Episcopi Noviomensis ann. 1103. ab eo allata pag 797. *Hæc altaria à personatu libera concessimus, --- tali cum tenore, ut Synodalia jura, sicut antea, Episcopo, vel ejus ministris solvant, & Presbyteri, qui junioratum ab Ecclesia Abbatissa susceperint: quotiens alter alteri successerit, vel aliquo casu illos mutari oportuerit, ab Episcopo sive Archidiacono curam suscipiant, &c.* Charta Richerii Archiep. Senonensis in Tabul. S. Martini de Campis: *Iunioratus autem Ecclesiæ, quem Presbyteratum appellant, sicut hactenus integer permaneat.* Tabularium Vindocinense ...huam ch... *Nosse debetis --- Tetbaldum de Vindocino filium Letherii calumniam nobis intulisse, super junioratu Ecclesiæ de Navoil --- dicendo scilicet, nec Robertum de Marcilliaco sororium suum, à quo memoratam comparavimus Ecclesiam, junioratum illum nobis vendidisse.*

Ivo Carnotensis Epist. 286. *Super hac dedimus junioratum Ecclesiæ de Pontegodonis, cum omnibus domibus nostris.* Necrologium Ecclesiæ Carnotensis 10. Kl. Jan. ubi de eodem Ivone Episcopo: *Junioratus omnes hujus Ecclesiæ & precarias in communes redegit usus, & eas in posterum personis distribui tam suo quàm Apostolico privilegio vetuit.* Extat in Adversariis Duchesnianis apographum Chartæ Bartholomæi Archiepiscopi Turonensis, in quo hæc verba habentur: *Ea siquidem intentione S. Maximino ejusque Canonicis jundragium Ecclesiæ S. Stephani, quæ Cainone sita est, integrum & absolutum & in perpetuum sine ulla calumnia obtinendum concessi.* Ubi Exscriptor ait, in diplomatis dorso adscriptum, *jundragium, hoc est adjunctio: nam quod Latini jungere dicunt, galli dicunt* joindre. Sed indubiè legendum *junioragium*, ut est in locis laudatis in voce Vindragium.

In Consuetudine Britanniæ passim fit mentio *juniorum*, qui *Juveigneurs* dicuntur, & feodorum, qui à *junioribus* possidentur, quæ *Juveigneries*, vel *Juveignuries*, appellantur, seu *Junioratus*. Sunt autem *junioratus* feuda, quæ à junioribus fratribus possidentur, ratione quorum homagium præstare debent fratri primogenito. Quæ quidem *tenetura* dicitur in ea Consuetudine art. 330. *Tenuë du Juveigneur d'aisné en parage.* Vel *en parage* & *ramage*, de qua ita Charta an. 1478. de Joanne Vice-Comite *de Quoitiven & de Truegnedac*: *Confesse tenir & tient en ramage de nostre dite Cour de Parlament toutes & chascunes les terres.* Et infrà: *Et à cause d'iceux il doit obeir à nostre dite Cour de Parlament, comme homme ramager & juveigneur à l'aisné, &c.* Atque is junioratus si in extraneam manum transeat, tunc dicitur *Tenuë en Juveigneurie sans parage*, vel *Tenuë en Juveigneurie simple*, art. 331. & 342. Neque tamen primogenitus jus ullum habet superioritatis in juniores, neque venditiones seu laudimia, neque *rachetum* aut *relevium* ab iis potest exigere; sed dominus superior, art. 330. 341. Tenentur autem *juniores*, qui tenent ejusmodi feuda per *fratriagium* à primogenito, non modò homagium eidem præstare, cujus forma describitur art. 334. 335. sed etiam domino superiori, *ligium* nempe, quale præstatur à primogenito: qui autem *junioratum simplicem* tenet, homagium præstat proximo domino, perinde ac superiori, art. 331.

Juniores, longè alia notione, in Charta Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1147. pro Bellovacensibus, apud Loisellum pag. 272. *In uno quoque molendinorum duo juniores tantùm erunt: quòd si aliqui plures juniores, vel alias malas consuetudines in molendinis imponere voluerit, & inde clamor ad Pares venerit, adjutores ei erunt qui inde clamaverit, &c.* Similis Charta Gallica pag. 280. *Adecertes en un chacun des moulins deux joënnes seront tant seulement: que si aucuns plusieurs joënnes, ou autres mauvaises coustumes veut imposer és moulins, & de ce clameur vient aux Maire & Pairs, &c.* Tabularium S. Dionysii Novigenti: *Junioratus autem sic eis concessus est, ut juniores in molendinis mitterent; sed ab eis coram Priore vel Monachis fidelitatis sacramentum acciperent. Quodsi ipsi, vel juniores eorum committerent aliquando de suo, vel juniorum suorum commisso coram Monachis responderent.*

JUNIX, Vitula, junior vacca, δάμαλις, in Gloss. Lat. Gr. Gall. *Genisse*. Papias: *Iunices, boves juvenes.* Alexander Iatrosophista l. 2. Passionum: *Qualia sunt bubula & de junice pedes.* Ubi Glossæ MSS. *Iunices, vitulæ.* Vox Latinis nota.

JUNTAS *de Relono facere*. Vide *Adramire*.

JUPA, Vestis talaris species, nostris *Iupe*. Regula Ordinis Canonicorum S. Marci de Mantua, in Regesto Alexandri IV. PP. anni 7. Epist. 24. ex Bibl. Regia: *Sufficiant cuilibet Clericorum una capa, nova cotta linea, duo scapularia lanea, duæ tunicæ, unum scapulare pelliceum, una pellis, & unum pelliceum sine jupa: verumtamen in arbitrio sit Prioris pro jupa tertiam tunicam Fratribus providere, &c.*

Jopula, eadem notione, in Concilio Saltzburgensi an. 1420. cap. 6.

Iupa, *Iupanus*. Vide *Zupa*.

Jupellum, Picardis *Iupel*, aliis, *Iupon*, Sagum militare. Alexander IV. lib. 5. Ep. 172. ad Hospitalarios, qua decernit ut Fratres Milites Ordinis Hospitalarior. chlamydes nigras deferant, ut ab aliis Fratrib⁹ ejusdem Ordinis discernantur: *In bellis autem sive in præliis utantur jupellis, & aliis superinsigniis militaribus, quæ sint coloris rubei, in quibus etiam Crux albi coloris sit in eorundem vexilli modum assuta, &c.*

JURA, Juramentum, sacramentum, in Fœdere inito inter Sanctium Pompilonensium Regem & Almutadyrum ann. 1073. apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 635.

JURAMENTALES. Vide *Juramentum*.

JURAMENTUM, & varii juramentorum & sacramentorum ritus.

Juramentum est *affirmatio vel negatio de aliquo attestatione sacræ rei firmata*, ut est in Fleta lib. 5. cap. 22. §. 1. Gregorius Nazianzenus in jambo 15. seu in Definitionibus:

Ὅρκος δὲ δὴ πίστωσις ἐμμέσω Θεῷ.

Propriè autem ita appellatur *Purgatio canonica*, seu à Canonibus recepta: quo nomine opponitur *vulgari*, cujusmodi sunt duellum, ferrum candens, & id generis aliæ purgationes, quas improbavit semper Ecclesia. Ejus autem effectus est, ut qui impositum delictum à se amoliri vult, id præstito sacramento diluat: cui quidem in rebus haud magni momenti, vel si actor aut accusator desit, aut nullas habeat probationes, aut habeat illegitimas, quæ non admittuntur à judice, locus datur, ut est in Regiam Majestatem lib. 4. cap. 21. in Quoniam Attachiamenta cap. 24. in Legibus Burgorum Scoticorum c. 30. 82. &c. Lex Bajvvar. tit. 8. cap. 16. §. 3. *In his verò causis sacramenta præstentur, in quibus nullam probationem discussio judicantis invenerit.*

Etsi autem in hac purgationis specie perjuria interdum fiant; ea tamen recepta est, quòd nemo ferè tam pravi existimetur animi, ut coram Deo ac Sanctis veritatem reticere velit ac audeat, adeo ut si pejeret, Deum in se vindicem continuò experiatur: quod non semel evenisse testantur Scriptores, in primis sanctus Augustinus Epist. 75. 137. sanctus Audoënus in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 56. 59. 77. Gregorius Turonensis, locis mox laudandis, ubi de juramentis ad Sanctorum reliquias, Willelmus Malmesburiensis lib. 2. de Gestis Regum Angl. cap. 6. & aliquot alii. Gregorius M. Homil. 32. in Evangel. de Basilica SS. Processi & Martiniani, in qua condita erant eorum corpora: *Ad extincta namque eorum Corpora viventes ægri veniunt, & sanantur: perjuri veniunt, & à dæmonio vexantur: dæmoniaci veniunt, & liberantur.* Vita S. Præjecti n. 20. *Cœpit namque divina virtus ad prædictorum Martyrum corpora plurima monstrare miracula, --- declarabantur sæpius juramenta, reorum solvebantur vincula, &c.*

Sacramentum hancce purgationis speciem, vulgari nomenclatura, appellari scribit Hincmarus de Divortio Lotharii & Tethbergæ, Interrog. 6. *Iuramentum, quod usitato nomine appellatur sacramentum, quia in eo illud oculis fidei pervidetur, quod corporis oculis non conspicitur.* Ivoni Carnotensi Epist. 206. dicitur *sacramentum purgatorium*. *Per sacramentum Dei judicium exspectare*, apud S. Audoënum in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 59. *Sacramento se purificare*, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 32. §. 3. *Per sacramentum se defendere, cum sacramento se purgare*, lib. 1. tit 25. §. 49 Nithardus lib. 1. an. 834. *Verumtamen haud*

haud est thoro regio recepta, donec se criminibus innoxiam, quia criminator deerat, sacramento unà cum propinquis coram plebe effecit. Willelmus Malmesburiensis lib. 2. de Gestis Angl. cap. 6. *Sacramento delationem infirmans, in exilium actus est.* Cap. 12. *Godvvinum quoque obliquis oculis intuitus, ad sacramentum purgationis compulit.*

Quòd si res majoris esset momenti, non solus, seu, ut vulgò dicitur, *solâ manu sua* jurabat reus, seu accusatus: sed alii deligebantur, qui id ipsum quod ille, perinde jurarent: vel saltem sacramento affirmarent, quæ ille juraverat vera esse. Horum augebatur numerus pro rei vel causæ, de qua agebatur, momento, ut est in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 3. §. 1. in Lege Alaman. cap. 6. in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 9. in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 64. 66. 67. apud Innocentium III. lib. 16. Epist. 158. &c. Atque pro modo numeri eorum, qui jurabant, *majus* vel *minus sacramentum* peragi dicitur in Lege Frision. tit. 1. §. 11. 13. 14. tit. 2. §. 7. Vide Alamannica Goldasti pag. 24.

Non tamen æquè omnibus probatum, ut alii, quàm ipsi à quibus de jure requirebatur, sacramentum præstarent. Papianus lib. Resp. tit. 25. *Si à judice statutum fuerit, aut inter partes convenerit, ut de rebus dubiis sacramenta præbeantur, eum solùm debere jurare, à quo aliquid repetitur, nec ab aliis personis sacramenta requiruntur.*

Testes illi juratori adjuncti *Sacramentales* vulgò vocantur, ut in Lege Aleman. tit. 6. §. 2. tit. 36 §. 3. tit. 53. in Lege Bajw. tit. 1. cap. 3. §. 1. 2. tit. 16. cap. 1. §. 2. in Lege Frision. tit. 1. §. 2. 6. 8. 13. 14. tit. 3. §. 1. in Lege Longob. lib. 2. tit 21. §. 9. tit. 55. §. 2. 3. 14. 33. &c. Notitia Judicati, in Tabulario Casauriensi: *Et dedit ei guadiam jurare cum suis legitimis Sacramentalibus, sicut Lex est.* Vide Diplomata post Chron. Reichersperg. pag. 39. 40. *Consacramentales*, in Capitul Caroli M. lib. 3. c. 58. & in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 64. 66. 87.

Sacramentarii, apud Joannem VIII. PP. Epist. 228. *Juratores*, in Lege Salica tit. 55. §. 1. 3. 8. in Pacto Childeberti §. 2. 8. in Lege Aleman. tit. 6. §. 5. in Lege Ripuar. tit. 31. §. 5. Longob. l. 1. tit. 9. §. 37. tit. 17. §. 1. lib. 2. tit. 41. §. 7. tit. 55. §. 30. in Capitul. Caroli M. lib. 3. tit. 64. &c. *Conjuratores*, in Lege Salica tit. 50. §. 3. in Lege Frision. tit. 14. §. 2. Aleman. tit. 50. §. 3. in Capit. Caroli M. lib. 4. cap. 26. 74. lib. 5. c. 150. in Lege Longob. lib. 2. tit. 51. §. 15. in Capitul. ann. 829. c. 6. Addit. 5. c. 301. & Concilio Moguntiacensi ann. 888. cap. 23. &c. Unde *Conjurare* pro id generis sacramenti adimplere, quòd unà omnes jurarent, in Lege Salica tit. 59. apud Marculfum lib. 1. Form. 18. 38. in Formulis incerti Auctoris cap. 5. in Formulis secundùm Legem Rom. cap. 30. 40. & apud Sanctum Audoënum in Vita S. Eligii lib. 2. c. 55. Dicuntur denique *Purgatores*, apud Andream Suenonis in Legib. Scaniæ lib. 7. c. 3. *Compurgatores*, apud Innocentium III. lib. 16. Epist. 158. & c. 9. & 13. de Purgatione canonica. *Juramentales*, apud eundem Andream Suenonis lib. 5. c. 6. lib. 6. c. 10. 13. lib. 7. c. 2. 3. 4. 5. 8. 9. 13. lib. 15. c. 3. lib. 16. c 3.

Ejusmodi autem esse debebant *Sacramentales* & *Conjuratores*, qui pro viris *bonis* haberentur, seu *legalibus*, vel *legitimis*, & testimonium perhibere *idoneis*; ac proinde essent *credibiles*, & qui *nullis accusationibus fuissent infamati*, ut est in Legibus Willelmi Nothi vernaculis c. 16. & in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 64. *ita idonei, quibus nullum posset crimen imponi*, ut habet Hincmarus opusc. 30. Unde priusquam ad sacramentum admitterentur, examinabantur à judicibus. Notitia ann. 818. apud Peraidum pag. 36. *Ante ipsos Missos, duodecim testimonia ibi præsentavit, his nominibus --- ipsi testimonia diligenter discussi fuerunt, & super ipso altario manus positas jurati dixerunt, &c.*

Sed maxime ejusdem *conditionis* & *ordinis*, quibus reus, vel actor primarius, *Sacramentales* esse jubebantur. Formulæ secundùm Legem Roman. cap. 31. *Similiter testes sibi similes visores & cognitores, secundùm quod ei judicatum fuit, post ipsum juraverunt, ut quicquid jam dictus ille de hac causa juravit, verum & idoneum sacramentum dedit.* Lex Frisionum tit. 1. §. 7. *Si litus nobilem occiderit --- cum 35. juratoribus suæ conditionis se excuset.* Henricus Imp. de Conventione pacis publicæ anno 1051. apud Goldastum: *Liber, vel personatus serviens, --- cum totidem suæ comparitatis testibus --- se expurget.* Ita si Presbytero purgandi se ab imposito crimine necessitas incumberet, tum is *Sacramentales* sui ordinis, hoc est, Presbyteros producere tenebatur. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 64. *Sacerdos, qui regularem vitam ducat, in simplici accusatione solus: in triplici, cum duobus ordinis sui juret. Diaconus in simplici compellatione, cum duobus: in triplici, cum sex Diaconibus se alligiet. Plebeius Sacerdos purget se sicut regularis Diaconus. Presbyter ab Episcopo vel Archidiacono suo accusatus, se sexto juret Sacerdotum legitimorum sicut ad Missam paratorum.* Fori Oscæ an. 1247. fol. 36. *In nullis aliis proditionibus debet quis se salvare per consimilem; sed per parem. Sciendum tamen est, quod talis est par, quod valeat tantum in genere, quantùm qui reptatus fuerit, & quod tantùm valeant bona sua, & quod sint consimiles corporis; aliter autem non est par.* Infinita prostant hujusce ritus decreta & exempla, in Lege Bajwar. tit. 6. cap. 15. in Capitulari Aquisgran. ann. 803. cap. 7. in Capitularib. Caroli M. lib. 5. c. 34. in Concilio Moguntiacensi an. 888. cap. 23. Erfordiensi an. 932. c. 4. Londoniensi an. 1108. c. 4. in Legibus Presbyterorum Northumbrensium sub an. 977. c. 47. in Codice Carolino Epist. 72. sub finem, in Epist. Eugenii PP. 106. tom. 4 Hist. Franc. Caus. 2. q. 5. cap. 12. 13. 16. 19. apud Theganum de Gestis Ludovici Pii c. 30. Hildebertum Epist. 67. Arnulfum Lexoviensem in Epist. pag. 12. Hugonem Flaviniacensem pag. 199. Anselmum Cantuariensem lib. 3. Epist 45. Ivonem Carnot. Epist. 206. Alexandrum III PP. in Appendice ad Concilium Lateranense III. c. 15. Celestinum III. PP. Epist. 5. 13. Gregorium IX. lib. 5. Decret. tit. 33. c. 5. 8. 10. 12. Sugerium Epist. 106. 147. Gualterum Tervanensem in Vita Caroli Comitis Flandr. cap. 15. Florentium Wigorniensem ann. 1130. Rogerum Hovedenum pag. 739. Bractonum lib. 5. tract. 5. cap. 13. §. 3. in Charta Communiæ Tornacensis §. 16. &c.

Interdum requirebatur in Sacramentalibus sexûs paritas: ita ut si femina ad sacramentum compelleretur, sui sexus Sacramentales exhibere teneretur. Leges Hoeli Boni Principis Walliæ c. 14. *Si cujus uxor de alio infametur, & hoc tamen sit incertum, septima manu mulierum expurget. Si secundo infametur, cum quatuordecim. Si tertiò cum quadam certitudine hoc dicatur, juramento 50. mulierum se expurgabit.* Cap. 17. *Si mulier negat adulterium, det juramentum 50. mulierum, &c.*

Interdum ex proximis seu agnatis vel cognatis Sacramentales deligebantur. Lex Bajwar. tit. 7. c. 15. *Cum 12. Sacramentalibus juret de suo genere nominatis, &c.* Adde Capitulare 3. anni 813. c. 9. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 26. *Fidejussor negans fidejussionem suam de septimo proximorum sibi redemptione negabit, &c.* Cap. 27. *Iuret tamen de septimo proximorum sibi in redemptione super sepulcrum debitoris, si possit invenire, sin autem super altare dedicatum, quòd ille rem suam vendidit, & quòd ipse pro fidejussore fuit.* Charta Waldemari Daniæ Regis ann. 1163. apud Petrum Resenium in Notis ad Jus aulicum Canuti II. Regis Daniæ pag 643. *Si autem primò incusatus fuerit excusatus, & actor alium incusaverit, ille juramento 12. cognatorum suorum se purgabit.* Adde opusculum 30. Hincmari Remensis p 335

Nominabantur autem *Sacramentales* interdum à reo, interdum ab accusatore. Ac ab accusatore quidem: Lex Alamannor. tit. 6 §. 2. *Tunc debet homo, qui causam requirit, tres electos denominare, & ex denominatis tribus*

licen-

licentiam habeat excusator rejicere duos: tertium verò non liceat rejicere. Adde §. 5. Non licebat tamen accusatori testes eligere *absque suo Causatore*, ut est in Capitulari 2. ann. 805. c. 11. lib. 3. Capitularium cap. 10. ubi pro *Causatore* Capitulare quartum Caroli Magni ann. 805. perperam præfert *accusatore*. Lex Longobardorum lib. 2. tit. 55. §. 5. & Edictum Rotharis Regis tit. 109. §. 1. 3. *Ad Evangelia juret cum 12. aliis suis, id est, Sacramentalibus: ita ut sex illi nominentur ab illo, qui pulsat, & septimus sit, qui pulsatur, & quinque quales voluerint liberos eligat, ut tamen sint duodecim.* Hincmarus Laudunensis opusc. 30. Remensis pag. 335. *Sed vos illi cum sua tertia manu quæsisse denominatim tales, qui eum non curabant, ipso resultante quòd francus esset, & ut liber se defendere vellet, & quiret, & quidem cum ita idoneis, quibus nullum posset crimen imponi.*

Sed & ita ab accusatore nominabantur *Sacramentales*, ut si reo ob legitimam causam essent suspecti, ab eo rejici possent, ut est in Lege Longob. lib. 2. tit. 21 §. 9. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scaniæ c. 8. *Accusatus de furto, si compareat primo die juridico vel secundo, & pro se offerat per jurisjurandi religionem defensionem virorum 12. quos actor voluerit de tota provincia nominare, oportebit actorem acquiescere juri nominationis. Et cùm 12. viri fuerint nominati, licebit reo tantùm tres viros inimicitiæ causâ sibi suspectos recusare de nominatis 12. in quorum locum actor statim tres alios nominabit.* Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1163. apud Resenium ad Jus aulicum Canuti II. Regis pag. 642. *Statuentes, quòd si quis de furto trahitur in causam, se defendat per nominatos de provincia in hunc modum, &c.* Infrà: *De homicidio autem istud statuimus, ut reus in generali placito trahatur in causam, & in secundo placito actor nominet 15. de provincia rei, de quibus illi concedimus tres excipere, &c.*

Quandoque à reo nominatos testatur eadem Lex Longobardorum lib. 2. tit. 55. §. 7. 14. interdum denique sorte electos, observare est ex Lege Bajwar. tit. 16. §. 6. & ex Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66. extremo.

Qui porrò à reis eligebantur, *advocati*; ut qui ab accusatore, *Nominati*, vel *Denominati* dicebantur. Lex Alamannorum tit. 53. *Et cum 12. Sacramentalibus juret, cum 5. nominatis, & 7. advocatis.* Tit. 24. & 28. *Cum 12. nominatis juret, & aliis tantis advocatis.* Qui verò hisce locis *advocati*, *electi* dicuntur tit. 6. 30. 76. & in Pacto Childeberti §. 2. 8. & in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 109.

Nominati verò dicti sæpe nudè Sacramentales ab actore vel accusatore delecti. Lex Alamann. tit. 89. *Si quis hominem occiderit, cum 12. nominatis juret, &c.* Lex Bajwar. tit. 6. §. 2. *Cum 24. Sacramentalibus nominatis juret in altari.* Decretum Tassilonis de Popularibus Legibus §. 6. *Juret in Ecclesia cum tribus nominatis Sacramentalibus.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 66. *Vel ita se allegiet: nominentur ei 14. & acquirat ex eis undecim.* Id est, eligat.

Denominati, apud Hincmarum opusc. 53. *Cum denominatis sibi vicinis Presbyteris --- famam suam purget.* Fridericus II. Imp. in Charta privilegiorum urbis Ratisponensis ann. 1230. *Is, qui reus putatur, tertia manu se purgabit, inter quos sint duo, qui dicuntur denominati.*

Incertum porrò an *sacramentum nominatum* inde dicatur, quòd cum *nominatis Sacramentalibus* crimen objectum juramento diluat reus. Quippe in Legibus Willelmi Nothi vernaculis cap. 16. homo liber, & qui testimonium habeat de legalitate, accusatus de latrocinio, purgat se per plenum (*planum*) sacramentum, *par plein serment*: qui verò jam infamatus fuit, per sacramentum nominatum (*par serment nomed*) purgat se duodecima manu. Eædem Leges cap. 17. *S' en escondira per 36. homes leals, sei trentesiste mein.* Id est, purgabit se per 36. legales homines, seu trigesima sexta manu. Verum cùm sacramentum nominatum opponatur *Plano* in laudato §. 16. Legis Normannicæ, & *planè* etiam jurare *Sacramentales* seu *Conjuratores*, ac proinde *nominatos*, observare sit ex Legibus Henrici I. Regis Angl. nescio an potiùs videatur existimare *nominatum* inde appellari sacramentum, quòd juranti verba *nominentur* ac dictentur, utpote à lege recepta, indicta, & nominata, de qua sacramenti specie agemus mox.

Id autem solum jurabant *Sacramentales*, *quòd veritatem credebant eum dicere, qui jurabat*, ut est apud Alexandrum III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense part. 8. cap. 21. Innocentium III. PP. lib. 16. Epist. 158. Gregor IX. lib. 5. tit. 34. cap. 9. 13. 16. in suprà laudata formula 41. secundùm Legem Romanam, in Quoniam Attach. tit. 5. §. 7. &c. Hugo Flaviniacensis in Chronico ann. 1101. *Tusculanus Episcopus --- purgationem Eduensis suscepit, Lugdunensi prosequente, & juramentum ejus ita confirmante: Credo Norgaudum istum Episcopum Eduensem vera jurasse; Cabilonensi quoque in id consentiente, & idem jurante.* Jura & Consuetudines Norman. cap. 125. *Secundus autem jurabit sic: De sacramento quod N. fecit, salvum fecit juramentum, sic Deus me adjuvet & Sacrosancta: & alii sic jurabunt, &c.* Addam denique Chartam insignem hujusce moris testem, Stephani de Terviano, ex Regesto Carcassonensi fol. 14. ex Cameræ Comput. Paris. *Ad majorem autem horum omnium & perpetuam firmitatem juratos Conjuratores fidejussores dono, videlicet Pontium de Olargio & alios infrascriptos. Ego itaque prædictus Pontius de Olargio credo, quòd præfatus Stephanus de Cerviano ex corde abjuret omnem sectam, & omnem hæresim, & amplectatur ex animo & confiteatur unitatem & fidem S. Rom. Ecclesiæ. Et ideo conjuro cum eo, & sub jurejurando fidejubeo tibi Domino A. Abbati Cistertiensi, Apost. Sed. Legato, stipulanti promitto me curaturum & facturum, quòd præfatus Stephanus de Cerviano omnia supradicta & singula fideliter observabit. Et si aliquando, quod Deus avertat, adversus suprà scripta venire tentaverit, & illud delictum infra 30. dies non emendaverit, ego cum sancta Ecclesia, vel cum Principe terræ, ipsum Stephanum viriliter impugnabo, & cum eo nullam societatem habebo, donec Ecclesia planè satisfecerit.* Huc etiam referri debet vetus formula de Sacramentalibus in formulis vett. cap. 33. 34. *Et duodecim conlaudantes juraverunt, & de linguis eorum Legibus dixerunt.*

Quo verò pacto, seu quo ritu, *Conjuratores* illi, sive *Consacramentales* & *Compurgatores* jurabant, vel sacramenta sua præstabant, docet Lex Alemannica tit. 6. §. 7. *Illa sacramenta debent esse jurata, ut illi Conjuratores manus suas super capsam ponant, & ille solus, cui causa requiritur, verba tantùm dicat, & super omnium manus manum suam ponat, ut sic illi Deus adjuvet, vel illæ reliquiæ, ad illas manus, quas comprehensas habet, ut de illa causa interpellatus est, culpabilis non sit.* Jejuni autem jurabant, & discutiebantur à judice, ut est in Capitulari Aquisgran. ann. 787. c. 62. in Capitul. 2. ann. 805. in Capitul. 3. ejusdem anni c. 11. & lib. 3. Capitul. c. 10. 52.

Jurare igitur *sua manu* dicebatur testis, cùm solus jurabat, nec habebat *Consacramentales*, qui cum eo jurarent. Addit. ad Legem Frisionum §. 49. *Liceat ei, qui vulneratus est, sua solius manu sacramentum peragere, quòd tot vulnera uno ictu ei fuissent illata.* In Capitulis Caroli M. lib. 3. *Cum sacramento manu propria singula se idoneum facere.* Acta Alexandri III. PP. apud Baron. ann. 1177. *Comes etiam Rogerius, sicut Archiepiscopus fecerat, manu sua juravit.* Hermannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 72. *Ubi verò et multis intervenientibus concessum est, ut sola manu se purgaret, &c.* Charta Libertatum oppidi Cellarum in Biturig. an. 1216. *Si aliquis hominum Cellensium accusatus de aliquo fuerit, & teste com-*

comprobari non poterit, contra probationem impetentis per solam manum suam deculpabit.

Jurare unica manu, vel *cum uno Sacramentali.* Lex Bajwar. tit. 8. c. 14. §. 2. & tit. 9. c. 15. & tit. 12. c. 6. & tit. 16. c. 6. *Sua manu, cum uno Sacramentali jurare.* Tit. 8. c. 2. *se altero.* Capitulare 3. ann. 813. c. 43. *Cum uno Wadio & una manu emendare studeat.* Regiam Majestat. lib. 1. c. 8. §. 4. *Probabit quodlibet essonium propria manu, & unica.* Statuta Willelmi Regis Scotiæ c. 26. §. 2. *Hoc probabit unica manu.* Ubi Skenæus, *suo & unius Conjuratoris sacramento.* Charta Guillelmi Archiepisc. Remensis ann. 1220. pro urbe Mosomensi: *Si læsus non potest habere testimonium supradictorum, ipse probabit sola manu.* Et infrà: *Et læsor manu septima se purgabit.* Idem videtur esse, quod *jurare*, vel *approbare uno sacramento*, in Lege Vervinensi ann. 1233. art. 16.

Jurare in manu proximi, cùm quis jurat cum alio. Capitulare 3. ann. 813. c. 43. *Si quis ingenuus cum lidis raptum fecerit, eum suo Wadio & una manu emendare studeat.* Additio ad Legem Frision. tit. 4. *Aut si negaverit, solus juret in manu proximi. In manu lidi sui jurare*, in Lege Saxon. cap. 1. §. 8.

Jurare cum duobus aliis id audientibus & cum eo jurantibus, in Regiam Majestatem lib. 3. cap. 21. §. 3. in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 14. §. 3. in Quoniam Attachiamenta cap. 10. §. 6. & in Constit. Adolphi Imp. ann. 1293. apud Freherum: quod idem valet ac

Jurare tertia manu, in Lege Saxon. cap. 1. §. 1. 6. 9. apud Hugonem Flaviniac. in Chronico pag. 255 in Charta Communiæ Tornacensis §. 9. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. p. 232. *Iurer lui tiers de mains*, in Consuetudine Pontivensi art. 20 Hincmarus Laudunensis: *Sed vos illi cum sua tertia manu quæsisse denominatim tales, qui eum non curabant.* Nescio, an huc pertineat? quod habet Ditmarus lib. ult. pag. 110. *Otto Comes prædictus in præsentiam Imperatoris & Erkambaldi Archipræsulis veniens, injustam uxorem suam tribus sacramentis amisit.* Vide Chartam Adolphi Imp. de Insulis Rheni, editam à Frehero.

Jurare cum tribus nominatis Sacramentalibus, in Decreto Tassilonis de Popularib. leg. §. 6. in Lege Bajwar. cap. 12. tit. 2. Edit. Heroldi, & in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 74. *Terno juramento inficiari*, apud Andr. Suenonis lib. 9. Legum Scaniæ c. 4. 8. lib. 10. c. 1. *manu tertia* lib. 10. c. 2. idem quod

Jurare sua quarta manu, in Lege Frision. tit. 2. §. 8. *Iurare quarta manu*, in Regiam Majest. lib. 2. cap 63. §. 9. & in Concilio Coloniensi ann. 1266. c. 26. Vide Concilium Suessionense ann. 853. c. 4.

Jurare quinta manu, in Lege Aleman. tit. 6. §. 6. in Concilio Ilerdensi cap. 10. & apud Alexandrum III. in Appendice ad Concilium Lateranense III. c. 15. Ivonem Carnot. Epist. 229. Sugerium Epist. 147. &c. i. se quinto. Consuetudines Arkenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Si verò aliquis super facto in jure fuerit impetitus, prima vice proprio juramento, & aliorum quatuor legitimorum hominum juramentis poterit se purgare.* Charta Caroli Ducis Normanniæ & Locumtenentis Regis an. 1357. ex Archivo Regio: *Propter quod eidem reo purgationem canonicam indicimus cum quinta manu Presbyterorum sui ordinis, &c.* Vide Capitulare 3. ann. 789. sub finem, & Joan. Sarisber. Epist. 122.

Jurare sexta manu, in Lege Saxon. tit. 3. §. 2. hoc est, suo & quinque aliorum sacramento. Pactus Legis Salicæ tit. 76. *Debet ibi sextus Wedredo jurare.* Adde Leges Scanicas lib. 9. c. 9 lib. 13 c. 6. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 65. 67. & Leges Burgor. Scotic. cap. 41. veterem Consuetud. Normanniæ cap. 85. prætere Appendicem Concilii Lateranensis III. cap. 15. &c.

Jurare septima manu. Lex Bajwar. tit. 3. §. 2. *Tunc cum 6. Sacramentalibus juret, & ipse sit septimus, in altari coram populo & Presbytero.* Saxo Grammaticus lib. 10. Hist. Danicæ pag. 180. *Quod si reus ab actore testimonio superari nequiret, sex secum commilitonibus in jusjurandum accitis, culpa, qua objiciebatur, alienum se fuisse monstrabat.* Chronicon Vosiense lib. 1. cap. 49. *Propter suum Episcopatum jurat tandem electus septima manu nullas alias promisisse vel dedisse pecunias.* Charta Rollandi Abbatis Artemarensis an. 1209. in Tabulario Campaniæ Thuanò: *Et dominus hominis illius septima manu propria, & manu trium Militum, & trium proborum hominum probaverit interposito sacramento.* Sacramentum porrò ejusmodi *cum septima manu*, ex usitatioribus fuit, ut colligere licet ex Lege Ripuar. tit. 56. ex formulis veterib. Bignonii cap. 3. ex Legib. vernaculis Willelmi Nothi cap. 16. Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66. Concilio Trosleïano an. 909. cap. 1. §. 9. Hugone Flaviniac. in Chron. pag. 199. Epist. 106. inter Sugerianas, Arnulfo Lexoviensi Epist. 9. & Epist. 10. ex iis, quæ edita sunt tom. 13. Spicileg. Achertani. Ivone Carnot. Epist. 54. 206. 229. quinta Compilat. Decretor. lib. 4. tit. 2. cap. 1. lib. 5. tit. 13. cap. 1. Reinero apud Chapeavillum tom. 2. Hist. Leodiensis pag. 197. Lege Vervinensi ann. 1233. art. 1 . 28. Regesto Parlamenti B. fol. 69. v. sub ann. 1284. &c.

Jurare decima manu. Vetus Notitia in Tabulario Perfiacensi ch. 16. *Dum ipse Comes in ipsa civitate residebat, novem testes ad jurandum dedit, his nominibus &c. Jurare cum una decima*, in Legibus Henrici I. Regis Anglor. cap. 164.

Jurare undecima manu. Leges Burgorum Scoticor. cap. 24. §. 2. *Burgensis debet se purgare contra dominum Regem, vel ejus Ballivum de querelis inter se motis in burgo undecima manu, &c.* ubi Skenæus, *i. suo & decem Conjuratorum sacramento.*

Jurare duodecima manu compellebantur, qui gravioris criminis accusabantur, ut est in Provinciali Ecclesiæ Cantuariensis lib. 5. tit. 14. *Jurer se dudzime main*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 4. 16. Ditmarus lib. 4. pag. 47. *Judiciali sententia duodecimus ipse sacramentis exsolvit, exemplo unius, qui Romæ simili sententia se in conspectu præfati Imperatoris purgavit.* Et lib. 6. *Hoc Rex ea ratione audivit, ut priùs tercentorum pondera talentorum Episcopali solverent ditioni, & qui in hoc facto culpabiles esse deputarentur, aut sacramento suorum undecim amicorum, aut secundùm canonicam auctoritatem ei satisfacerent.* Quod idem valet ac *duodecima manu*, cujusmodi sacramenti passim mentio occurrit, in Pacto Legis Salicæ tit. 76. §. 1. in Lege Burgundion. tit. 8. 52. in Lege Ripuar. tit. 66. in Lege Saxon. cap. 1. §. 3. 4. 5. in Lege Frision. cap. 14 §. 1. 2. 3. in Capit. ad Legem Alemannor. c. 2. 6 &c. in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 2. 3. 5. 33. in Capitul. 3. ann. 813. c. 10. in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 129. in Capitul. Caroli C. tit. 12. c. 6. in Formulis veterib. Bignonii c. 3. in Formul. Andegav. n. 49. in Concilio Suessionensi ann. 853. c. 4. Moguntinensi an. 847. c. 1. in Legib. Edvv. Confess. c. 20. in Regiam Majestatem lib. 1. c. 7. §. 11. 12. c. 12. §. 10. 11. in Legibus Burgor. Scoticor. c. 24. in Quoniam Attachiamenta c. 24. 75. in Legib. Scaniæ Andreæ Suenonis passim, in Privilegiis Ratisbonensib. ann. 1230. Foris Alcaçonensibus æræ 1267 apud Gregor. lib. 1. Decretor. tit. 34. cap. 1. Ægidium Aureævallis Monachum cap. 12. Gualterum Tervanensem in Vita Caroli Comitis Flandriæ cap. 15. &c.

Jurare cum sex electis, vel cum duodecim, in Ecclesia, in Capitul. Caroli M. lib. 6. c. 109. i. suo & 12. aliorum juramento se purgare. *Duodecima manu, seu tertiadecima jurare*, in Formulis secundùm Legem Romanam c. 30. Pactum pacis inter Childebertum & Chlotarium Reges c. 2. *Duodecim juratores electos dare debet, quòd furtum, quod objicit, verum sit.* Hincmarus Laudunensis Opusc. 30. Hincmari Remensis p. 335. *Ut se ab octo ex paterna parte propinquis, & à quatuor æquè ex materna purgaret.*

Adde

Adde Capitul. 3. ann. 813. c. 10. Wandelbertus de Miraculis S. Goaris n. 46. *Rem per se examinandam suscepit, omniumque, qui tum aderant, judicio, jurisjurandi conditio Causidico Monasterii est constituta, qua ille postea cum aliis duodecim firmavit possessionem sæpedictam non Ecclesiæ Trevirorum; sed dominio Regis tantum competere.* Extat Arestum Magni Consilii 21. Febr. ann. 1490. in Regestis ejusdem Curiæ, quo Consiliarius Parlamenti Delphinatium, cui crimina aliquot inferebantur, quorum se innocentem contendebat, Literis Caroli VIII. Regis ad eam dignitatem admissus fuit, postmodum in Magno Consilio de iis sacramento se purgasset, quod à duodecim *Comprobatoribus* seu Conjuratoribus, tanquam verum confirmatum est, iisque viris primariis, in quibus erat Comes Fuxensis.

Iurare decimaquarta manu, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 14. & apud Gregorium IX. lib. 5. tit. 33. cap. 10.

Iurare decima sexta manu. Vide Formulas veteres Bignonii cap. 2. & Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 66. extremo.

Iurare cum octavo decimo, in Pacto Legis Salicæ tit. 76.

Iurare vigesima una manu. Charta Communiæ Nantoliensis an. 1233. *Etsi latrocinium imponatur, escondiet se vicesima una manu hominum.* Aresta ann. 1279. in Regesto Parlamenti B. fol. 49. *Purgabit se per juramentum suum cum 20 Conjuratoribus Militibus de credentia.*

Iurare vigesima quarta manu, apud Andream Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ c. 6.

Iurare vicesima quinta manu, seu cum 24. Sacramentalibus nominatis, in Pacto Legis Salicæ tit. 76. in Lege Bajvvar. tit. 1. c. 6. §. 2. in Capitul. ad Legem Alemann c. 22. 23. & in Quoniam Attachiamenta c. 24. §. 5.

Iurare cum viginti septem hominibus, & cum tribus Thanis, in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 1. §. 6. & in Regiam Majestatem lib. 4. cap. 21.

Iurare cum triginta Consacramentalibus, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66.

Iurare trigesima sexta manu, in Legibus Ethelredi Regis apud Wenetingum editis cap. 15. in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 17. & in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66. extremo. *Duodenario triplicato*, vel cum tribus juramentorum *duodenis*, apud Andream Suenonem in Legibus Scaniæ lib. 5. c. 7. 18 lib. 13. c. 4. lib. 14. c. 1.

Iurare trigesima sexta manu, sua trigesima septima, in Formulis veteribus secundùm Legem Romanam form. 30.

Iurare cum quadraginta electis, in Capitul. ad Legem Alemann. c. 22.

Iurare quadragesima octava manu, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 66.

Iurare quinquagesima manu, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 8. 14. 7.

Iurare septuagesima secunda manu, in Lege Ripuar. tit. 66. Vide Cujacium lib. 17. Observat. c. 9.

Iurare septuagesima quarta manu, in Concilio Valentino III. ann. 855. c. 23.

Iurare cum octuaginta, in Capitul. ad Legem Alemann. cap. 23.

Iurare centesima manu. Rogerus Hovedenus ann. 1194. pag. 739. *Ita quòd prædictus Eliensis Episcopus ad summonitionem Eboracensis Archiepiscopi jurabit cum centesima manu Sacerdotum, quod ipse nec præcepit, nec voluit, ut idem Archiepiscopus Eboracensis caperetur.* Vide Gregor. Turon. lib. 8. cap. 9.

Iurare trecentesima manu. Vide in v. *Assath.*

In sacramentis varii observati ritus, ac primò quidem ea peragebantur à jejunis, ut est in Capitulari 1. Caroli M. incerti anni c. 39. in Ecclesia, ut est in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 21. in Capitulis Caroli M. lib. 6. cap. 209. Notitia ann. 818. apud Perardum in Burgundic. pag. 36. *Et ipse Fredelus in Ecclesia S. Iohannis, in ipsa civitate, ubi alia sacramenta percurrunt, &c.* In veteri Form. 32. apud Bignonium: *In Basilica Sancti illius, ubi plurima sacramenta percurrere videntur.* Form. 3. *Quomodo hoc testimoniaverunt, tam super altarium Sancti illius, in illa Capella, quàm in curte Fisci, ubi reliqua sacramenta soluta sunt, jurati dixerunt, &c.* Adde form. 2. & Formulas secundùm Legem Romanam cap. 30. 31. 41. &c. Cedrenus in Leone Iconomacho ann. 1. πλησιάζοντος δὲ ἐκεῖσε ναῷ τῷ ἁγίῳ Θεοδώρου, ὤμνυσεν αὐτοῖς.

Sacramenta in Ecclesiis peragebantur super Crucem, super Altare, super sancta Evangelia, super Canonem Ecclesiæ, super sanctas Reliquias, &c.

Iurare super Crucem. Raimundus de Agiles: *Imperatori juravimus super dominicam Crucem, & spineam Coronam, & multa alia sancta.* Vetus Scriptor tom. 4. Hist. Franc. de Alexio Imp. CP. *Impositis itaque manibus, & 12. primi suæ civitatis, sacris pignoribus, Cruci videlicet dominicæ, cum aliis, quæ secum attulerat, ... juravit omnia quæ proposita sunt.* Domnizo l. 1. de vita Mathild. c. 2. *Non aderat codex, baculos crucis illico more rusticus in terra binos posuit, nihil errans in baculis jurat, velut esset Crux ibi pulcra.* Charta an. 1286. apud Bohuslaum Balbinum in Hist. Bohemiæ p. 296. *Factoque in ligno crucis Dominicæ juramento, &c. Iurare in cruce consecrata*, in Pœnitentiali Gregorii III. PP. c. 7. & Bedæ cap. 9. Vide Leonem Grammaticum p. 494. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 99. Notas ad Alexiadem pag. 204. & suprà, in *Cruce subscribere*, & *Crucis judicium.*

Iurare super Te igitur, & sanctam Crucem, id est, super Canonem Ecclesiæ, in Foris Beneharn. Rubr. *de Notariis* art. 14. & apud Harduinum *de la Jaille* in Tractatu de Duellis pag. 43. v. *Iurare super librum Missalem & Crucem*, in Consuetudine Solensi tit. 4. art. 1. *Et losdeits messadges deben far sagrament sus lo libre Missal, la crots dessus pausade, &c.*

Iurare in altari. Lex Alemann. tit. 7. §. 2. *Iuret cum suis Sacramentalibus in ipso altari.* Lex Bajvvar. tit. 1. cap. 3. §. 2. *Tunc cum sex Sacramentalibus juret, & ipse sit septimus, in altari, coram populo & Presbytero.* Tit. 1. c. 6. §. 2. *Cum 24. Sacramentalibus nominatis juret in altari Evangelio superposito coram Defensore Ecclesiæ.* Vetus Placitum editum à V. Cl. Steph. Baluzio: *Super cujus sacrosanctum altare has conditiones manibus nostris continemus, vel jurando contingimus, quia nos supradicti testes scimus, & bene in veritate notum habemus, &c.* Adde Capitulare Aquisgran. ann. 787. c. 62. Quo spectant hæc ex Consuetudine Solensi tit. 29. art. 20. *Et cascuns creditor es tengut de jurar sus l'auter de sent Iohan, lo libre Missal, & la croz desus pausats, &c.* Adde tit. 35. art. 22. Capitulare 1. Caroli M. incerti anni c. 39. Consuetudinem Baionensem tit. 5. art. 41. tit. 9. art. 46. tit. 10. art. 4. & Consuetudinem S. Severi tit. 1. art. 27. Consuetudines Tolosæ part. 1. rubr. de Jurejurando: *Iudex debet ipsi actori jusjurandum deferre super altari præstandum. Iuramentum altaris*, ibidem, & rubrica de Sententiis diffinitivis: *Sacramentum altaris*, part. 2. rubr. de Pignorib. Adde 4. part. tit. de Feud. art. 12. ubi ejusmodi juramentum distinguitur à juramento ad sancta Evangelia. Reclamatoria, quæ habetur inter Epistolas Bonifacii Moguntini Archiep. 107. *Postea traxerunt me ad altare S. Remedi, & fecerunt me jurare stabilitatem ad illam Ecclesiam.*

Iurare positis manibus super altare. Gregorius Turonensis lib. 3. Hist. cap. 14. *Positis super altare sanctum manibus, juravit, &c.* Lib. 5. cap. 3. *Posuit manus super altare, cum juramento dicens, &c.* Cap. 33. *Tunc inito placito ad Basilicam Martyris sancti conveniunt, elevatisque pater manibus super altarium, juravit filium non esse culpabilem.* Fori Oscæ ann. 1247. fol. 11.

Qui inficiatur, jurat super altare, in quo consuetum est jurare pro homicidiis, & sic absolvatur. Formulæ veteres apud Bignonium cap. 34. *Notitia qualiter & quibus præsentibus veniens femina aliqua illa, in pago illo, in mallo publico, in Basilica Sancti illius, & alios quamplures bonos homines, qui subter firmaverunt, posita manu super sacrosanctum altare illius, sic jurata dixit: Hic juro per hunc locum sanctum & Deum altissimum, &c.* Adde form. 3. 33. 41. Ratberum de Casib. S. Galli cap. 5. Matth. Paris pag. 616. &c. præterea Foros Aragon. lib. 3. fol. 51. v. Veteres cum jurabant, tetigisse aras docent Virgilius lib. 11. & Theon ad Aratum.

Iurare super altare consecratum. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 43. *Sacramentum fit omni tempore juratum super altare consecratum, vel super sanctum Evangelium.* Consuetudines Barcinonenses MSS. *Iuramus per Deum vivum --- & per altare consecratum sancti Iohannis, quod situm est in aula sanctæ Crucis sedis Barcinonensis, &c.*

Iurare ad portam Ecclesiæ super librum & crucem, in Foris Oscæ fol. 24. & in Foris Aragon. fol. 126. v. 129. Edit. 1624.

Iurare coram altari. Will. Malmesburiensis libro 2. de Gest. Regum Anglic. cap. 6. *Remissus est ad Romanam Ecclesiam, ut ibi se coram Apostolico Ioanne jurejurando defenderet. Et hoc fecit coram altare S. Petri: sed facto juramento cecidit coram altari, & manibus famulorum suorum portatus est ad Scholam Anglorum, & ibi tertia nocte vitam finivit.* Adde Walafridum Strabum de Miracul. S. Galli cap. 22.

Iurare una manu ad altare, altera ad juramentum parata, in Judiciis Withredi Regis Cantuariorum c. 19. 20.

Iurare capite suo ad altare inclinato, ibidem c. 21.

Iurare super plura altaria. Gregorius Turon. lib. 5. c. 49. *Tunc simul cunctis dicentibus, non potest persona inferior super Sacerdotem credi, restitit ad hoc causa, ut dictis Missis, in tribus altaribus me de his verbis exuerent sacramento.* Leges Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 26. *Fidejussor negans fidejussionem suam --- vel solus jurans super septem altaria consecrata, &c.* Fleta lib. 2. c. 63. §. 12. *Tunc considerandum erit, quòd ille, cujus tallia dedicitur, eam probet hoc modo, quòd adeat novem Ecclesias, & super novem altaria juret, quòd &c.* Huc referenda quæ habet Radulfus de Diceto an. 1040. *Qindecim juramenta juravit Theobaldus* (Comes Blesensis) *propria manu Consuli Gaufrido, & 20. Barones Castellenses cum eo, & 40. Milites Vavassores eisdem verbis, quibus & ipse.* Adde Reginonem an. 756. Pluries verò jurare compellebantur, qui Sacramentales habere non poterant, qui pro eis jurarent. Consuetudines Arkenses an. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Si aliquis furto fuerit impetitus, prima vice proprio juramento & aliorum 4. legitimorum hominum juramentis poterit se purgare, & sic liber erit ab illo furto, quod tunc ei imponebatur. Quòd si auxilium habere non poterit ad jurandum, hoc primo jurabit, & deinde quinquies jurando propria manu se purgabit secunda vice impetitus, novem juramentis prædicto modo exhibitis se purgabit.* Charta Ingelranni Codiciacensis Domini an. 1233. pro libertatibus villæ *de la Beuvriere*, art. 1. *Ille verò per se & sex alios jurejurando, si sanguis effluxerit, se purgabit, sin, tria juramenta persolvet.* Infrà art. 20. *Si terra calumniatur, quæ per annum & diem testibus 2. scabinis liberè habita fuerit, non exinde respondebitur. Si testes defuerint, qui tenet, septem faciet juramenta.* Art. 32. *Si quis inculpatus aliquo magno crimine fuerit, & illa se defendere voluerit, septem sacramentis se purgabit.* Quanta autem fuerit sacramenti ad altare præstiti religio, docet Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. p. 81. *In manu Episcopi gurpisco: quam gurpitionem sicut sacramentum super altare factum timeo.* Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis: *Et hoc juravit super altare, ut firmiter teneret.*

Ita porrò jurabant super *altaria*, ut iis superposita essent sancta Evangelia, quæ manu contingebant, ut suprà attigimus: quod omnino improbat Chrysostomus Homil. de Juramentis, loco à Lindenbrogio allato. Illud verò sacramentum, quantæ fuerit apud Christianos religionis, discere licet ex Procopio lib. 2. de Bello Vandalico. c. 21. extremo. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 34. de Sacerdotis purgatione: *Sacramento coram populo super quatuor Evangelia dato purgatum Ecclesiæ se reddat. Iurare ad Evangelia*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 5. *Satisfacere ad Evangelia*, §. 10. *Ad Evangelia adfirmare*, lib. 1. tit. 9. §. 23. lib. 2. tit. 35. 7. 8. Epistola Arsenii Episcopi Hortensis de Ingeltrude Bosonis uxore: *Iuro ego Engeltruda --- D. meo Nicolao summo Pontifici & universali Papæ, per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, & hac sancta quatuor Christi Dei Evangelia, quæ ore osculor, & manibus propriis tango, quia amodo, &c.* Formulam etiam istius juramenti exhibet Sexta Synodus Actor. 13. καὶ ἀψάμενος τῶν προκειμένων ἀχράντων τοῦ θεοῦ λογίων, Γεώργιος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος καὶ χαρτοφύλαξ ἀμοσαν οὕτως· Μὰ τὰς ἁγίας γραφὰς ταύτας, καὶ τὸν θεὸν τὸν λαλήσαντα δι' αὐτῶν, οὐχ εὗρον λιβέλλους γενομένους ἀπό τινων. Act. 14. in sacramento ejusdem Georgii, pro Μὰ τὰς ἁγίας γραφὰς, est: Μὰ τὰς ἁγίας δυνάμεις ταύτας, &c. Vide l. 7. Cod. de Episc. aud. l. 2. C. de Jurejur. propter calum. Nov. 51. 74. 123. &c. & quæ habent Scriptores de purgatione Xisti III. & Leonis III. PP. Anastasius, Eginhardus, Ivo Carnot. Ep. 129. Gratianus dist. 21. can. *Nunc autem*, can. *Mandastis*, caus. 2. q. 4. &c. præterea Chronicon Alexandrinum pag. 780.

Iurare inspectis Sacrosanctis, id est, non tactis; sed coram ipsis, quemadmodum jurare solebant Episcopi & Sacerdotes: nam Episcopi *super Sacra jurare* verantur, in Concilio Meldensi ann. 845. c. 48. Statuta Ordinis de Sempringham c. 3. *Eligendi sunt 4. viri, Deum timentes & ordinem zelantes, qui inspectis Sacrosanctis jurabunt, quòd, &c.* Tabularium Prioratus S. Nicasii de Mellento ann. 1211. fol. 52. *Ego verò Galterus Capellanus prænominatæ domus inspecto sacrosancto Evangelio juravi, &c.* Id est, *præpositis sanctis Evangeliis*, ut loquitur Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 18. Ind. 2. Epist. 46. lib. 11. Ep. 53. *In sancto Evangelio coram posito jurare*, in Concilio Ilerdensi, apud Gratianum cap. 13. causa 2. q. 5. Synodus Calched. act 1. προκειμένων ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ἀχράντου εὐαγγελίου. Εἰς τὰ προκείμενα εὐαγγέλια apud Annam Comnenam lib. 13. Alexiad. pag. 415. Erchempertus in Hist. Langob. *Cui sacramenta recentia dederant, præcipuè Landolphus* (Episcopus) *per Evangelium Missarumque solemnia, nec non per manus sacratas suas illi non semel juravit.* Vide l. *Properand.* l. *Cum aut.* Cod. de Curat. furios.

Iurare super textum Evangelii. Charta Goffridi Comitis Andegav. pro Abbatia Vindocinensi in Regesto Philipp. Aug. Herouvalliano fol. 95. *Venimus itaque ad Ecclesiam S. Trinitatis, ibique super textum Evangeliorum extrinsecùs de auro fabricatum, & super ipsum altare mihi juravit, &c.*

Iurare, vel purgare se Evangelio super caput posito. Marcellinus Comes in Chronico, de Pelagio PP. *Qui à populo Romano factionis contra Vigilium* (decessorem) *incusatus, celebratus unà cum Narse Litaniis, apud S. Petrum ambone ascenso, Evangelioque super caput posito, juramento se crimine purgavit.* Anastasius in Pelagio: *Qui Pelagius tenens Evangelia & Crucem Domini super caput suum, in ambonem ascendens, satisfecit cuncto populo & plebi, quia nullum malum peregisset contra Vigilium.*

Iuramenti ad Sanctorum reliquias & tumulos, crebra est mentio. *Iurare in reliquiis*, in Lege Frision. tit. 3. §. 4. *In reliquiis Sanctorum*, tit. 12. §. 1. tit. 14. §. 3. Capitu-

pitularia Caroli M. lib. 6. cap. 209. *Omne sacramentum in Ecclesia, & super reliquias juretur: Et quod in Ecclesia jurandum est, vel cum 6. electis, vel si 12. esse debent, quales potuerit invenire, Sic illum Deus adjuvet & illi Sancti, quorum istæ reliquiæ sunt, ut veritatem dicat.* Chron. Laurisham. pag. 75. *Super sacras reliquias hoc jurare debebit.* Dudo lib. 3. de Morib. Norm. *Delatisque Sanctorum reliquiarum phylacteriis, manibus super ipsa impositis, Deo nominato in primis juravit se contra omnes illi auxiliari. Iurare ad B. Petri corpus*, apud Gregorium M. lib. 2. Epist. 23. lib. 9. Epist. 23. lib. 11. Epist. 8. apud S. Bonifac. Moguntin. Ep. 3. in Codice Carolino Epist. 88. apud Gregorium VII. PP. lib. 9. Epist. 16. Anastasium in S. Hadriano PP. pag. 99. in Chronico Farfensi pag. 671. apud Will. Malmesbur. lib. 2. de Gestis Anglor. cap. 6. &c.

Interdum ea sacramenta ad plures reliquias exigebant. Eginhardus an. 757. de Tassilone: *Fidelitatemque tam ipsi Regi Pipino quàm filiis ejus Karolo & Karolomanno jurejurando super Corpus S. Dionysii promisit. Sed non solùm ibi; verùm etiam super corpus S. Martini, & S. Germani, simili sacramento fidem se prædictis dominis suis, diebus vitæ suæ servaturum est pollicitus.*

Philippus Rex Francorum abrogavit pravam consuetudinem in Vasconiæ partibus, *qua in murtris & maleficiis, pro quibus pœna mortis vel membri mutilatio convictis deberet infligi, & accusatus, inculpatus seu denuntiatus de maleficio cum sacramento quod faciat supra corpus S. Severini vel alterius Sancti vel Sanctæ, quòd non est culpabilis sive reus maleficii, de quo inculpatur, absolvitur & evadit, nisi fuerit in ipso maleficio in fuga deprehensus, vel confessus, vel primò per duos aut plures testes, & postea per duellum convictus vel citatus propter dictum maleficium permiserit se banniri, licèt per alias probationes idoneas possit convinci.* Inter Aresta an. 1279. in Reg. Parlam. B. fol. 51.

Sacramenti ad sacras reliquias præstiti formula fuit, quam ex Capitul. Caroli M. attigimus, cui similis est formula 31. juxta Legem Romanam: *Per hunc locum sanctum & Dei reverentiam.* Infrà: *Per reverentiam istius Sancti & Dei altissimi.* Similis est etiam quam profert Petrus *de Fontaines*, in Consilio cap. 5. §. 1. *Quant li ensoingne sunt jugié à local, on doit faire aporter les Sains avant: cil se doit agenouiller, ki prouver les veut par serement, & le Iustice le doit ensi escherir: Ensi vous ait Dix, & li Saint ki chi sunt, & tout li autres, ke l' ensoingne, &c.* tametsi hæc de sanctis Evangeliis intelligi possint.

Præstabatur autem ejusmodi sacramentum tactis ipsis sanctis reliquiis. Vita S. Maximi Confessoris num. 31. Τῷ δὲ Θεοδοσίῳ ὀμόσαντος καὶ ὅρκῳ τὰ εἰρημένα ἐπιβεβαιώσαντος, καὶ χερσὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προσάψαντος, &c. Lex Aleman. tit. 6. §. 7. *Ut illi Conjuratores manus suas super capsam ponant.* Gregorius Turon. lib. de Glor. Confess. c. 93. *Et statim ponens manus super sanctum sepulcrum, dixit: Hujus Sancti virtute opprimar, si aliquid falsi loquor, &c.* Annales Francor. Bertiniani an. 757. *Sacramenta juravit multa & innumerabilia, reliquiis Sanctorum Martyrum manus imponens.* Le Roman de Garin MS.

> *Devant les Seins à genollons se mist,*
> *Leva sa main, deseure l' estandi.*

Hinc fortè origo manavit dexteram efferendi in sacramentis hodiernis, in quibus Evangelia & sacras reliquias συνταράττω ἀνθρώπων τῷ νῷ, ut loquitur Anna Comnena lib. 13. Alexiad. pag. 415. *mente comprehendimus.* Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 20. *Quidam autem cùm ad jurejurandum in hanc Ecclesiam fuisset ingressus, ubi manus ante altare stans extulit, ut sacramentum mendax proferret. &c.* Cap. 33. *Cùm elevatis manibus sacramenta projerrent.* Cap. 53. *Hisque litigantibus, in hoc litis ipse subiit, ut eam sacramento diri meret: ingressusque Basilicam S. Martyris, elevatis homo manibus ad perjurandum, cùm nomen Sancti voluisset ore patulo nominare, hæsit vox in faucibus, &c.* Adde cap. 58. & lib. 5. Hist. cap. 33. Decretum Tassilonis de Popularibus Legib. §. 7. *Iterata voce requisito debito, dicat: Extendamus dexteras nostras ad justum judicium Dei, & tunc manus dextras ad uterque cælum extendat.* Paschasius Radbertus in Epitaphio Vualæ lib. 1. in Præfat. *Nunc autem exertis brachiis objurare.* Charta Balduini D. *de Comines* an. 1213. ex Tabul. S. Bertini: *Et prædicti viri & uxores eorum in Ecclesia S. Petri de Comines existentes, ubi hæc acta sunt, elevatis manibus versus sanctum Corpus Domini, & sanctum altare, juraverunt quòd &c.* Ditmarus lib. 5. *Hocque dextris elevatis affirmatur.* Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi to. 3. pag. 274. *Comes Conradus de VVarzerburg Advocatus noster porrecta dextra sua, aliisque laudamenti sacramentis constabilivit & ratificavit.* In juramentis veterum manum elevatam fuisse colligitur ex Orpheo:

> Ὅρκια δειμαίνοντες, ἐσημήναντο δὲ χερσίν.

Vide S. Athanasium in Apol. ad Constantium p. 674. & Jo. Bapt. Hanfenium l. de Jurejur. veterum. c. 12.

Juramenta ad Sanctorum reliquias certis & statis anni temporibus inhibita in Concilio Burdegalensi an. 1255. c. 7. *Reliquiæ non tradantur Laïcis ad jurandum nisi certis temporibus. Decrevit enim sancta Synodus ut à Septuagesima usque ad Octavas Paschæ, ab Adventu Domini usque ad Octavas Epiphaniæ, & in jejuniis Quatuor temporum, & in Litaniis majoribus, & in Dominicis diebus, & in diebus Rogationum, nisi de concordia & pacificatione, nullus super Dei Evangelia jurare præsumat: & in his diebus non debent Sacerdotes reliquias præstare ad jurandum.*

Sacramentorum porrò ad Sanctorum sepulcra & reliquias præstitorum exempla proferunt S. Augustinus Ep. 137. S. Audoënus lib. 2. de Vita S. Eligii cap. 56. 59. 75. Gregor. Turon. lib. 1. Mirac. c. 39. 58. 74. lib. 2. cap. 19. 39. lib. de Glor. Confess. c. 33. 93. 94. lib. 5. Hist. c. 33. 48. 49. Aimoin. lib. 3. Hist. c. 30. Gregor. M. lib. 5. Ep. 33. lib. 7. Indict. 1. ante Epist. 1. Ind. 2. Epist. 81. 82. 83. Joannes Diac. lib. 4. Vitæ ejusdem Gregor. c. 14. Vita S. Nicetii Episc. Lugd. p. 99. Edit. Chifflet. Vita S. Audomari Episc. Tarvanensis cap. 14. Edit. Mabillonii, liber 1. Miracul. S. Dionysii c. 23. Regino an. 756. &c.

In Sanctis jurare, i. tactis sanctis Evangeliis vel reliquiis, in Capitular. Caroli M. lib. 1. c. 63. in Capitular. ann. 813. c. 9. in Capitul. 1. ejusdem Imp. incerti anni c. 39. & in Legibus Ethelredi Regis ad Venetingum editis cap. 2. 4. apud Bromptonum. *Iurare super Sancta*, in Annalib. Francor. Bertinianis ann. 854. & in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 34. 54. *Iurare super Sacrosancta*, in Chartis an. 1223. in Historia Vergiacensi & Betunea. *Iurare super Sanctos*, in aliis an. 1216. & 1228. ἐν τοῖς ἁγίοις ὀμνύειν apud Cantacuzenum lib. 1. cap. 2. *Iurer sur Saints*, nostris. Leges Normannicæ Willelmi Nothi cap. 11. *E li plaiez furra sur sentez, &c.* C. 15. *Si il ne pot prover sor Saints.* Villehardüinus n. 51. *Et si jura sor Sains de son poing - destre.* Adde n. 17. & Notas p. 265. *Le Roman de Garin MS.*

> *Si m' ait Dex & li Seint qui sont ci,*
> *Et tuit li autre qu'en droit crier merci.*

Le Roman d' Aubery MS.

> *A tant li charge sus Sains li fait jurer,*
> *De son enfant loiaument à garder.*

Vide Petrum de Fontanis cap. 5. n. 1.

Iurare ad Sacra, eadem notione, in Wichbild Magdeburgensi art. 132. Willelmus Neubrigensis l. 2. c. 36. *Et sacris, ut dicitur, adhibitis, juravit, dicens: Sic me Deus adjuvet, & hæc Sacra.* In Concilio Meldensi c. 38. *Iurare super Sacra* prohibentur Episcopi.

Iurare super Sacramenta, apud Suenonem de Legib. Castrensib. cap. 8.

Iurare

Iurare in loco, qui dicitur Sanctum, in Capitul. 3. an. 813. cap. 10.

Iurabant posita super caput suum Cruce Domini Presbyteri, Diaconi, vel Monachi, si de gravi aliquo crimine purgare se vellent. Egbertus de Ecclesiastica Institutione pag. 94. *Pro idcirco sancimus, eum cui crimen impingitur, ut ponat super caput suum Crucem Domini, & testetur per viventem in secula, se se immunem esse de peccato hujusmodi: & sic omnia dimittenda sunt judicio Dei.*

Iurare per Sacrum incelebratum. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 7. *Cavellanus faciat eum jurare per Sacrum incelebratum, & per altare, & reliquias superpositas, quòd in tota vita sua nec prece, nec pretio, nec amore, nec odio falsum scienter faciet judicium.*

Sacramenta porrò prædicta. *Iuramenta corporalia* appellantur, σωματικοὶ ὅρκοι Balsamoni σωματικοὶ λόγοι in VI Synodo act. 13. quòd tactis, sive inspectis sacrosanctis Evangeliis, Cruce dominica, vel Sanctorum reliquiis admotis, sublata aut protensa manu præstentur: ut distinguantur à juramentis, quæ fiunt instrumento, inquit Cujacius ad Novell. 51. Μεθ' ὅρκου ἐγγράφως, ἢ σωματικῶς ὀμνῦναι, in Basilic Eclog. 10. tit. 25. cap. 4. Ἔγγραφος ὅρκος Porphyrogenito lib. de Admir. Imp. cap. 45. pag. 155. 158. & Annæ Comnenæ lib. 13. extremo p. 416. & Cantacuzeno lib. 4. cap. 20. quæ quidem scripto concepta sacramenta eandem vim habent, quæ corporaliter præstita, ita ut qui ea infringit, perjurus æquè sit ac alter, ut definit Gregorius Nazianzenus Epist. 219. & carm. adversus sæpius jurantes. De ejusmodi juramento agit præterea Tertullianus lib. de Idololatria cap. 23. Anonymus de Reb. Armeniæ: Καὶ γράψαντες γραφίδια μεθ' ὅρκου, τ.. ωμο. ὤμοσαν αὐτοῖς, ταῖς χερσὶν ἐγγράψαντες, apud Cantacuzenum lib. 1. cap. 33. Οἱ ὅρκοι ἐν βιβλίοις ἐγγεγραμμένοι. Δι' ἐγγράφου ὀμνύειν, apud Balsamon. ad Canon. 77. Synodi Trull. Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 44. *Corporalia volumus sacramenta præstare.* Tit. 59. §. 1. *Tactis corporaliter sacrosanctis Evangeliis in publico corporaliter subeant sacramenta.* Neque aliud videtur

Iurare sacramento Catholicæ fidei, quam *corporaliter* jurare: quomodo scilicet Catholici solent. Dudo lib. 2. de Morib. Norman. *Iuraverunt sacramento Catholicæ fidei Patricio Rolloni vitam suam, & membra & honorem totius Regni.* Hesso Scholasticus: *Tunc Rex propria manu sub testimonio fidei Christianæ in manu Episcopi & Abbatis firmavit se præfata Capitula sine fraude prosecuturum.* Charta Philippi Aug. de Clericis Paris. in ejusdem Regis Regesto f. 62. *Sub adjuratione fidei, qua Christiani sunt, quamque nobis debent domino suo ligio, &c.* Tabularium Perriacense Ch. 12. apud Perardum: *Et per illam professionem, quam in baptismo promiserunt, ut veritatem dixissent, &c.* Theophanes in Zenone an. 3. ὁρκίσας αὐτὸν εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα μὴ προδοῦναι, *eumque juramento in sanctum Baptisma dato, ne se proderet, obtestatus est.* Eadem formula habetur in Chronico Alexandrino an. 4. & 10. Zenonis.

Corporale præterea *juramentum* dictum videri potest, ad discrimen juramenti sacerdotalis: quippe Sacerdotes in Concilio Meldensi, *super Sacra*, seu *corporaliter* jurare vetantur. Jurare autem solent *in verbo veritatis, quod omni stipulationi prævalet in ore Sacerdotis*, inquit Joannes Sarisberiensis Epist. 67. Capitulare Episcoporum an. 801. c. 20. *Ut nullus Sacerdos quicquam cum juramento juret; sed simpliciter cum puritate & veritate omnia dicat.* S. Anselmus Cantuarensis lib. 3. Epist. 83. de Episcopis: *Asserunt enim publicè in ea veritate, quam servare debent Episcopi, &c.* Quippe ut ait Palladius in Vita S. Chrysostomi cap. 9. Ὁ ἐν ἀληθείᾳ ἐπίσκοπος, ψεύδους οὐκ οἶδεν. Et S. Athanasius in Apolog. ad Constantium: Ἀλλ' γὰρ ὡς Θεοῦ παρόντος λαλοῦσιν, τοῦτον ὅρκον ἔχομεν ἡμεῖς οἱ χριστιανοί. Stephanus Tornac. Epist. 162. *In verbo veritatis, sub periculo animæ suæ, &c.* Charta an. 1231. *Et Capitulum promisit in verbo veritatis, quod stabit dicto & ordinationi nostræ.* In alia an. 1211. in 30. Regesto Tabularii Regii n. 37. Episcopus Cadurcensis *in verbo Sacerdotis seu veritatis* fidelitatem præstat Simoni Comiti Montisfortis. In Capitulari Pipini Regis Italiæ an. 793. Monachi *in verbo tantùm & veritate promittunt*, seu jurant. *Per Sacerdotium suum*, ut in Charta ann. 865. apud Ughellum in Episcopis Veronensib. Charta Stephani Episcopi Aniciensis an. 1223. *Nos etiam Episcopus promisimus in verbo Sacerdotum, &c.* Adde Judicia Withredi Regis Cantuariorum c. 18. Jurant præterea manu ad pectus apposita, *la main misse sur le pis*, ut est in veteri formula. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 71. *Et li Prestre le droit en parole de prevoire.* Bulla aurea Caroli IV. Imp. cap. 2. *Peracta quoque Missa hujusmodi, omnes illi Electores, seu Nuntii accedent ad altare, in quo Missa eadem extitit celebrata, ubi Principes Electores Ecclesiastici coram Evangelio B. Ioannis: In principio erat verbum, quod illic ante ipsos poni debebit, manus suas pectori cum reverentia supponant: saculares verò Principes Electores dictum Evangelium corporaliter manibus suis tangant, &c.* Scribit Matth. Paris an. 1252. Henricum III. Regem Angliæ peregrinationem Hierosolymitanam initurum se pollicitum cum sacramento more Sacerdotum exhibito. *Et jurans hoc apposuit manum suam dexteram ad pectus suum, more Sacerdotis, & postea supra Evangelia apposita, & osculatus est ea more Laici.* Et eodem anno p. 580. *Dum autem Rex memoratam sententiam audisset, tenuit manum suam ad pectus suum, sereno vultu, voluntario, & alacri, --- dixit ipse Rex: Sic me adjuvet, &c.* Vide Monasticum Anglican. to. 3. pag. 223. Olim jurare non cogebantur Flamines Diales, ut auctor est Agellius lib. 10. cap. 15. sed eorum verbis non stare religio erat. Edictum Prætoris: *Sacerdotem vestalem & Flaminem Dialem in omnes mea jurisdictione jurare non cogam.* Vide Festum *in jurare*, & ibi Scaligerum. Adde etiam Balsamon. ad Concil. Trull. can. 77.

Jurasse tamen Episcopos ad sancta Evangelia interdum legimus. Acta Alexandri III. PP. apud Baronium ann. 1177. *Dehinc 12. Principes Imperii tam Ecclesiastici, quàm sæculares, tactis Sacrosanctis Evangeliis modo simili juraverunt, protinus Romualdus Salernitanus Archiepiscopus surgens per eadem Evangelia juravit, &c.*

Iurare in Sacramento Corporis Christi. (*Iuramentum & sacramentum Evangelii* appellat Historia Monasterii Rotonensis lib. 1. cap. 8.) quod quidem ipse eo die celebrando confecerat quidam Carmelita, apud Thomam Walsinghamum pag. 309.

Iurare sub stola tactis sanctis Evangeliis, Sacerdotum etiam fuit. Charta Friderici II. Imp. apud Baronium ann. 1166. *Idem quoque juramentum Archiepiscopi & omnes Episcopi, atque Electi, qui interfuerunt, numero 40. super sancta Dei Evangelia, propria manu, unusquisque sub stola sua præstiterunt, & publicè firmarunt.*

Iurare per librum & stolam in verbo Domini Canonicis Senensibus præcipit Octavianus Cardinalis in Charta, exarata an. 3. Alexandri IV. PP. apud Ughellum to. 3. pag. 635. Epistola Gregorii VII. apud Brunonem de Bello Saxonico pag. 125. de Henrico Imp. *Hoc idem etiam postea à confratribus & Legatis nostris Humberto Prenestino Episcopo, & Geroaldo Ostiensi Episcopo, quos ad illum misimus, ad pœnitentiam susceptus, in illorum manus, per sanctas stolas, quas in collo tenebant, repromittendo confirmavit.* Hugo Flaviniacensis in Chron. p. 20.. de eodem Henrico Imp. *In illorum manus per sacratas eorum stolas, quas collo gestabant, jurejurando confirmans.* Vetus Charta an. 1248. in Metropoli Salisburgensi tom. 2. p. 267. *Albertus Præpositus & totus Conventus Ecclesiæ Diessensis obtinuerunt sub stola sua jurejurando, quòd nec cives ibidem, nec quisquam hominum*

minum aliquid juris habeant, vel habere debeant in eo prædio, &c.

Erant & alii juramentorum ritus, qui paganismum redolebant, & ὅρκοι Ἑλληνικοὶ dicuntur in Sexta Synodo can. 94. ubi prohibentur ὅρκοι ἐθνικοὶ & ἑλληνικοί, apud S. Basilium in Epist. ad Amphiloch. Can. 81. in Synodo Trull. Can. 94. vel ὅρκοι πάτριοι, ut apud Theophanem an. 2. Justini Thracis, de quibus Scholiastes Basilic. to. 2. pag. 144. Ejusmodi fuit

Juramentum ad caput pecudis, de quo Concilium Aurelianense IV. can. 16. *Si quis Christianus, ut est gentilium consuetudo, ad caput cujuscunque feræ vel pecudis insuper numinibus paganorum, fortasse juraverit, &c.*

Juramentum super arma, quod ab omnibus ferme (præsertim Septentrionalibus) populis receptum legitur, etsi forma illius interdum diversa fuerit. Formula 119 ex Lindenbrogianis: *Veniens jam dictus ille, adprehensa manu prædicti judicis, vel armis sicut mos est apud omnes, 12. manu sua tertia decima dextratus, vel conjuratus dixit, &c.* Ubi Formulæ secundùm Legem Romanam cap. 30. apud Bignonium: *Dum sic veritas comprobatur, jam dictus ille adprehensam manum vel arma prædicti judicis, sicut mos est, apud homines duodecima manu, sua tertiadecima distractus vel conjuratus dixit, &c.* Hujuscemodi igitur sacramento usi sunt

Quadi, apud Ammianum lib 17. pag. 107. *Eductisque mucronibus, quos pro numinibus colunt, juravere se permansuros in fide.*

Saxones. Fredegarius c. 74. & Gesta Dagoberti Regis cap. 31. *Saxones autem -- sacramentis, ut eorum mos erat, super arma patratis, pactum pro universis Saxonibus firmant.* Annales Francor. Fuldenses ann. 873. de iisdem: *Jurabant etiam juxta ritum gentis suæ per arma sua, quòd nullus deinceps de regno dominorum suorum regnum Regis inquietare deberet.* *Jurare in manu armata*, in Lege Saxon. cap. 1. §. 8. Adde Aimoin. lib. 4. cap. 20.

Dani, apud Eginhardum an. 811. *Condicta inter Imperatorem & Hemmingum Danorum Regem pax --- in armis tantùm jurata servatur.* Adam Bremensis c. 30. de Danorum Regibus: *Qui etiam munera Lothevvico miserunt, gladium videlicet capulo tenus aureum, & alia multa pacem rogantes: & missis utrinque ad Egdoram fluvium mediatoribus, pacem firmam, ritu gentis, per arma juraverunt.* Adde Annales Francor. Fuldenses an. 873.

Sueci, Danis contermini. Habetur enim apud Loccenium in Hist. Suecica p. 363. Juramentum de unione Regni hæreditaria à Suecis factum super strictum Regis gladium Orebrogæ: an. 1540. cujus formula est: *R. M. & Principibus Regni hæredibus -- in hoc regio stricto ense provoluti in genua -- juravimus, &c.*

Bajvvarii. Leges Bajvvar. tit. 16. §. 6. de teste sortito vel nominato: *Juret ille taliter, & dicat: Ad testem sortitus sum, & ad testem me facere volo. Adprehendat manum proximi sui, & dicat: Sic verò Deus adjuvet, & illum, cujus manum teneo, quod ego ad testem illum inter vos per aurem tractus fui, de ista causa ad veritatem dicendam. Tunc solus juret cum sua manu, postea donet arma sua ad sacrandum, & per ea juret ipsum verbum cum uno Sacramentali, &c.*

Alamanni. Leges Alaman. tit. 89. *Cum 12. nominatis juret, & aliis tantis advocatis, in arma sua Sacramenta pro 4. tremissis cum uno Sacramentali juret.*

Longobardi. Edictum Rotharis Regis tit. 109. §. 2. & Lex Longobard. lib. 2. tit. 55. §. 5. *Quòd si minor fuerit de 20. solid. usque ad 12. sibi sextus juret ad arma sacrata.* Infrà: *Sibi tertius juret ad arma sacrata.* Adde §. 7. 10.

Franci. Fortunatus lib. 6. Poëm. 7.

Utque fidelis ei sit gens armata per arma
Jurat, jure suo se quoque jure ligat.

Scoti. Leges Forestarum Scoticar. cap. 10. §. 1. *Si aliquis extraneus intraverit in forestam, & in aliqua via inhibita inveniatur, & jurare velit super arma, quòd illam viam nescivit esse defensam, &c.*

Bulgari. Nicolaus I. PP. in Respons. ad consulta Bulgarorum cap. 67. *Perhibetis, vos consuetudinem habuisse, quotiescunque aliquem jurejurando pro qualibet re disponebatis obligare, spatham in medium afferre, & per eam juramentum agebatur.*

Benebarnenses cum Roncaliensibus fœdera sua firmasse tacto sacramento super binis hastis in Crucis formam humi demissis, auctor est Garibayus l. 20. c. 11. & ex eo Marca l. 6. Hist. Beneharn. c. 26. n. 6.

Juramentum super armilla sacra. Ethelwerdus lib. 4. cap. 3. de Danorum Regibus: *Eique statuunt jus juramentum in eorum armilla sacra, quod cæterarum regionum fecere nunquam.* Ubi *armilla* idem fortè valet ac *arma*. Vide *armilla*.

Spata tracta jurare, in Capitulis ad Legem Alamann. c. 22. Edit. Baluzianæ. Vide *Spatha*.

Per spatham suam jurat, ac Capitulum firmat Carolus Calvus, apud Hincmarum Remensem in Extemporali admonitione, apud Cellotium p. 439. *Et hoc cum aliis Capitulum --- coram Deo & Angelis ejus in fide & dextera vestra, per spatam vestram jurantes --- Episcopis Regni vestri --- promisistis.* Apud Ammianum lib. 21. milites *in Juliani Imp. nomen conceptis verbis jurant solemniter, gladiis cervicibus suis admotis sub execrationibus diris, omnes pro eo casus quoad vitam profuderint, si id necessitas exegerit, perlaturos.*

Cum dextera armata conjurare, sacramentum confirmare, in Lege Ripuar. tit. 33. §. 1. tit. 56.

Jurare manu posita super caput Imperatoris, ap. Theophanem in Nicephoro Generali ann. 8. ubi idem Imp. θὲς τὴν χεῖρά σου κατὰ τῆς κεφαλῆς μου, καὶ ὄμοσόν μοι τὸ πόσος σοι χρυσός ἐστι. Huc fortè spectat juramentum *per caput Imperatoris*.

Jurare posita manu super caput ejus, cum quo lis est. Leges Hoëli Boni Regis Walliæ c. 25. ubi de iis, quorum juramento standum est: *Tertius est pater, inter duos filios*, (id est, qui à filiis impetitur) *ponendo manum super caput illius, contra quod testificatur, sic dicendo: Per Dominum, qui me creavit de patre, & te de me, verum inter vos dico.*

Jurare manuum contactu Andreas Suenonis Archiep. Lundensis lib. 7. c. 7. *Citatus in jus, licèt justam causam habeat residendi, debet tamen pro se duos transmittere, qui non tacto sacro libro; sed contactu manuum, utraque scilicet manu manum alterius contingente, testificentur eum, ne veniret, causa legitima præpeditum.* Lib. 4. c. 14. *Qui promissionem super venditione alicujus terræ noluerit adimplere, --- si contactu manuum roborata fuerit &c.* Cap. 16. *Una cum eis duodeno declaret sacramento, & mutuis intricatarum contractibus manuum sibi dominium attinere.* Lib. 5. c. 6. *Debet adversarius suus interim pacem promittere, & eandem in signum indissolubilis firmitatis contingendo manu sua manum alterius alicujus roborare.* Vide *Dextra*.

Per pectus suum jurabant mulieres apud Alamannos. Leges Alaman. tit. 56. §. 2. *Tunc liceat illi mulieri jurare per pectus suum, & dicat, &c.* an manu pectori apposita, quomodo apud nos Presbyteri? Ovidius 3. Amor. de nuptiis Fluvii Amonis:

Supposuisse manus ad pectora lubricus amnis
Dicitur, & socii jura dedisse thori.

Tunso digitis pectore, id est, admota pectori manu *jurasse* dicitur Nicephorus Imp. apud Luithprandum in Legat.

Jurare in manu Comitis dextra data, in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 15. *Tunc ipse judex, qui in ipso loco est, faciat jurare homines, quilibet fuerint; --- ut dicant veritatem: & si credentes homines fuerint, in manu Comitis sui dextram dent.*

Jurare in pecunia vel vestimento solebant Frisiones, si res esset parvi momenti. Lex Frision. tit. 3 §. 4. *Si servus furti reus esse dicatur, dominus ejus in vestimento suo sacramentum*

mentum illud perficiat. Tit. 12. *Si servus rem magnam quamlibet furasse dicatur,-- dominus ejus in reliquiis Sanctorum pro hac re jurare debet; si verò de minoribus furtis & noxis à servo perpetratis interpellatus, in vestimento vel pecunia jurare poterit.* Ubi Sibrandus à Sicama: *In vestimento jurare* existimo, ut jurans oram vestis ejus, cui se purgabat, vel alterius testis, vel sui ipsius adprehendens, solenni juramento se vel servum suum purgaret. In pecunia verò jurabant, ut prolato nummo, solido, vel denario, in quo vultus Regis vel Crux effigiata, ei manum imponeret, atque ita quasi teste Rege vel Cruce juraret. Sed hæc exemplis probare haud omnino promptum est. Videtur porrò huc spectare, quod habet eadem Lex c. 14. §. 4. *Et juret ille homo homicidii, de quo interpellatus sum, reus est: tenens eum per oram sagi sui.* Galli dicerent, *le tenant par le pan de sa robe.*

Juramentum more Frisionum. Jus Frisicum art. 81. ex interpretatione Sibrandi à Sicama ad Leges Frision. tit. 12. *Legitimum juramentum ejus, qui in domo mortuaria cameras & claves custodit. Tollat sinistra manu sinistros capitis capillos, eisque imponat dextra manus digitos duos, atque ita juret.*

Jurare super sepulcrum debitoris, in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ c. 27. locus suprà descriptus est.

Jurare per pedes Abbatis. Charta Sancii Ramirez Regis Aragonum, apud Martinezium in Hist. Pinnatensi l. 3. c. 17. *Tamen, si fuerit talis necessitas, hoc solum facient: unus ex Monachis juret per pedes Abbatis sui, quòd ita est, aut non; & sic finiatur causa.*

Super mortuorum tumulos jurare in judiciis publicis, solenne fuisse apud Londonienses observat Seldenus ad Marmora Arundeliana, cum scilicet aliquis è testibus nominatis decessisset, antequam testimonium suum jurasset: tum enim jurabatur à reo, quòd ipse testatus fuisset, si in vivis superesset: ex Tabulis publicis ab Henrico III. Rege Angliæ civibus Londinensibus confectis anno ejusdem regni 52. die Martii. 26. *Concessimus eisdem civibus, quòd de placitis, ad Coronam pertinentibus, de iis maximè, quæ infra civitatem prædictam, & ejus suburbium fieri contingent, se possint disrationare secundùm antiquam consuetudinem civitatis prædictæ, eo tamen excepto, quòd super tumulos mortuorum de eo, quod dicturi sunt, si viverent, non liceat præcisè jurare: sed loco mortuorum, qui ante obitum electi fuerint ad eos dirationandos, qui de rebus ad Coronam spectantibus appellati fuerint, vel rectati, alii liberi & legales eligantur, qui idem sine dilatione faciant, quod defunctos memoratos, si viverent, fieri oporteret.*

Jurare super baculos Episcoporum, Hibernis & Scotis familiare. Silvester Giraldus in Topogr. Hiberniæ l. 3. c. 33. *Campanas bajulas, baculosque Sanctorum in superiore parte recurvos, auro & argento, vel ære contectos, in magna reverentia tam Hiberniæ & Scotiæ, quàm Walliæ populus & Clerus habere solent: ita ut sacramenta super hæc longè magis, quàm super Evangelia & præstare vereantur & pejerare, &c.*

Jurare super discessorem Ecclesiæ, in Canonib. Hibern. l. 41. c. 30. *Defendit se Ecclesia etiam post obitum Principum suorum,* (i. Episcoporum) *& non juratur super illam, id est, super discessores, quia viva sunt verba illorum.* Capitis lemma ejusmodi est: *De mundialibus non jurantibus super discessorem Ecclesiæ.* Quibus quidem innuitur, stari debere Episcoporum aut Prælatorum, qui è vita discesserunt, verbis, ac factis, neque super iis juramentum deferri debere.

Juramentum pro ratione hidarum, vel per certum numerum hidarum, de quo sic Lambardus ad Leges Anglicas: accusato interdum fiebat per sacramenti religionem criminis diluendi potestas, quod *pro ratione* 12. *aut plurium pauciorumve hidarum terræ* dicebatur, atque id aliàs solus; aliàs cum aliis unà præstabat. Neque est interim cuivis crimen quodque purgare concessum: verùm pro delicti ratione, ipsa etiam purgandi augenda, minuendave fuit facultas; atque ut cujusque fuerat capitis æstimatio, ita ei facta est crimina, sive majora, sive minora purgandi copia. Pervaserat enim, uti nunc quidem, opinio per animos hominum, ut quo quis opibus erat affluentior, eo fuit majore fide, & in jurejurando religiosior. Vide Leges Inæ §. 58. 59. 60. & Leges Henrici I. c. 64.

Jurare super forte. Charta Eduardi Reg. Angl. in Regesto Constabulariæ Burdegal. f. 202. *Si verò extraneus fuerit & moretur cum domino hæreditatis, si negatur, habeat aberare* (l. jurare) *super forte pignerationem per ipsum factam in hæreditate domini sui sine fraude.* Infrà: *Si aliquis pigneraverit in hæreditate sua, vel etiam aliena, quo sit præsumptio, quòd de facili dejeraret, vel quòd alias consuevit abuti talibus pignerationibus, non credatur eidem, nisi juret super forte, & unum sequacem habeat, qui ibidem juret se credere ipsum super hoc veritatem dixisse.*

Jurare super triginta denariis, in Legibus Henrici I. c. 65.

Jurare in animam alterius. Observ. Tilius l. 1. pag. 252. Reges Francorum semel per seipsos seu personaliter, jurare, quando scilicet inaugurantur & coronantur: in cæteris verò occasionibus, in quibus solenniter quidpiam subditis pollicentur, id *verbo regio* firmare. Sed & addit, olim fœdera ipsa, quæ cum Regibus aliis sanciebant, non ab ipsismet; sed iis præsentibus à quopiam ex aulæ proceribus ad id delecto in *eorum animam* jurata. Sic Priorem S. Martini de Campis coram S. Ludovico sacramento *in illius animam* facto inducias cum Henrico III. Angliæ Rege anno 1231. pepigisse: alias inducias inter eosdem Reges anno 1244. quemadmodum de proceribus pro & coram ipso Henrico juratse, scribit idem Tillius l. de Pactis inter Reges Franciæ & Angliæ p. 176. Acta Innocentii III. PP. de Philippo Aug. Rege Fr. *Faciens in animam suam juramento firmari, quod honorificè ipsam ut Reginam tractaret.* Adde probat. Hist. Vergiac. p. 105. & Matth. Paris p. 109. atque is tum usus apud Principes omnes invaluerat. Epistola Willelmi Regis Siciliæ ad Henricum II. Regem Angliæ, apud Rad. de Diceto ann. 1175. *Honorabiles & magnificentiæ vestræ nuntios recepimus, quorum insinuatione nobis innotuit, quòd præsentibus & jubentibus vobis, tres nobiles & spectatæ fidei viri, de regno vestro, in anima vestra consummationem matrimonii inter nos & filiam nostram juraverint. Qui & postulaverunt instantius, ut idem manu propria juraremus. Quod quia regno nostro semper & nostris sive progenitoribus insuetum, personaliter jurare non duximus expedire: quare prædicti nuntii vestri quæsierunt, ut sicut ab honorabilibus personis federatis illud in anima vestra jurari, sic & nos similiter in anima nostra fieri faceremus. Nos equidem, & quòd à nostris nuntiis in vestra præsentia constitutis super concessione matrimonii ex parte nostra juratum est, ratihabitione firmamus, & quod vobis præsentibus in anima vestra juratum est, grato assensu recepimus, ac si manu propria jurassetis, cùm unum & idem putemus sacramentum, quod vel manu propria fit, vel in anima jubentis & præsentis juratur.* Falcandus l. de Siciliæ calamitatib. pag. 647. *Res est in transactionem deducta, Comitique Gaufredo & sociis ejus ab Admirato, Archiepiscopo, ac plerisque Comitibus in animam Regis juratum, quod eos Rex incolumes extra regnum suum ire permitteret.* Acta Hadriani IV. PP. apud Baron. anno 1155. *Tandem adversario confutato, & salubri consilio comprobato, Rex omnium Militum suorum Curiam maximam congregavit, & in præsentia eorundem Cardinalium allata sunt sacra pignora, Crux & Evangelia, super quæ nobilis quidam Miles de cæteris electus, cùm juratus & tertiò jurare jussus esset in animam suam, & ejusdem Regis, jurarit vitam & membra non auferre; sed conservare Papæ Hadriano & Cardinalibus ejus omnia sibi debita jura, &c.* Acta Alexandri III. PP. apud eundem Baronium ann. 1177. *Sancta Dei Evangelia cum Sanctorum reliquiis, & Cruce de ligno Domini sunt producta*

in medium. Mandante itaque Imperatore, Comes Henricus de Diesta in anima Imperatoris juravit, quòd, &c. Vide Epistolas ejusdem Alexandri 51. 52. Charta Jacobi Regis Majoric. ann. 1284. *Et etiam hæc omnia & singula supradicta per nos promissa & concessa jurari jussimus in animam nostram per nobilem virum Bernardum de Campendut Militem. Et nos Bernardus de Campendut Miles de expresso mandato dicti Do. Regis juravimus super 4. Dei Evangelia à nobis corporaliter tacta in animam dicti Do. Regis, quòd idem Do. Rex hæc omnia & singula custodiet, & servabit & servari faciet perenniter inconcussa.* Charta Friderici I. Imp. an. 1185. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 1030. *Juravit Rudolfus Camerarius noster in parabola, & in anima nostra.* Et infrà: *Idem etiam sacramentum præstare faciemus Henricum filium nostrum in anima sua & parabola sua faciendum* &c. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ 1247. fol. 14. *Et sors non habeat locum, si pars, quæ petit, eligat duos Juratores, qui jurent super animas aliorum hominum de villa illa, de qua sit demanda.*

Sed & hæc forma juramenti non Regum duntaxat propria fuit; verùm & aliorum. In Actis Innocentii III. PP. nobilis quidam *in animam* Marcualdi Senescalli Imperii jurat p. 3. Jurabatur enim in animam universitatis. *Statuta pacis in totius universitatis animam jurare*, apud Guill. de Podio Laurentii c. 40. Will. Tyrius lib. 13. cap. 24. *Fuerat autem abeunti datum in mandatis, ut in anima Regis & regni Principum confidenter juraret, quòd, &c.* Acta Innocentii III. PP. pag. 21. *Et in animam suam juramento Principum tam de Imperio, quàm de regno, concessionem hujusmodi fecit roborari.* Adde Statuta Ordinis Præmonstrat. dist. 4. cap. 1. pag. 817. Statuta Roberti III. Reg. Scotiæ c. 26. Will. de Podio Laurentii c. 40. Joannem Lucium in Hist. Dalmat. p. 208. &c. *Jurare in anima*, pro *in animam*, in laudata Charta Willelmi Regis Siciliæ, apud W. Tyrium loco mox etiam citato, in alia Alexandri PP. apud Bromptonum pag. 1131. in Conventione inter Fridericum Imp. & Eugenium PP. apud Baron. an. 1152. & aliquot aliis. Vide Monstrelletum 2. vol. p. 200. V. Cl. Steph. Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. p. 105. & suprà in v. *Iessnit eed.*

Jurare in posse Regis. Leges Aragonicæ, apud Blancam pag. 771. *Qui quidem inquisitores prima vice per nos eligendi & eorum Notarius, teneantur præstare sacramentum, & homagium nostro nomine & dictæ Curiæ in posse dictorum deputatorum & dictæ Curiæ, de bene & legaliter se habendo in faciendis dictis inquisitionibus, &c. - teneantur similia sacramentum & homagium præstare in posse nostro & dictæ Curiæ tempore celebrationis ejusdem, &c.*

Jurare etiam *vicariis manibus*, id est, per alios, dicebantur Monachi, quibus jurare interdictum erat. Arnulphus Lexoviensis in Epist. ad Abbatem S. Ebrulfi: *Propter quod Hugonis & Drogonis de Cambium graviter instantia nos infestat super pecunia, quam prædecessori vestro totique Capitulo crediderit, cujus solutionem certum est ipsum & universitatem totam fide per vicarias manus corporaliter interveniente firmasse.* Et sub finem: *Si non fuerit creditoribus satisfactum, quibus ipsi se, & si non propriis, vicariis tamen manibus astrinxerunt.* Vide *Advocatus.*

Jurare more minorum, apud Rollandinum in Summa Notariæ c. 7. rubr. 3. Cujusmodi autem fuerit minorum juramentum, docet idem c. 1. rubr. de venditione à minore facta: *Insuper dictus Ant. quia minor erat 25 annis, major tamen 14. jurant corporaliter ad sancta Dei Evangelia prædicta omnia & singula firma & rata perpetuò habere & tenere, & non contra facere vel venire aliqua ratione vel causa.*

Sacramenta Iudæorum, inter Christianos habitantium, diversa fuere pro modo regionum. Wichbild Magdeburgense art. 139. quidam *dicunt, quòd juramentum Iudæi facere debent ante Synagogam, tenendo catenam, qua Synagogæ ostium attrahitur ad occludendum, & quod nudipes stet, pronuntiabiturque sibi juramentum hisce verbis: Prout tibi culpam N. dat, quòd tu innocens facti es, Deus confundat, qui cælum & terram creavit, aërem & gramina, &c. - Juramentum istud Judæus facere debet super libro Moysi.* Veteres Tabulæ apud Columbum l. 3. de Gestis Episcopor. Vasionens. n. 34. Judæus quidam jurat *super sanctam Legem Moysis, ab ipso corporaliter propria manu tacta. Sacra Lege Mosaïca coram posita jurare*, in Concilio Monspeliensi an. 1258. c. 5. Adde Concilium Albiense c. 19. Leges Alfonsinas parte 3. tit. 11. lege 20. ubi forma Judæorum sacramenti apud Hispanos pluribus describitur, & Foros Aragon. tit. de sacramento Judæorum & Saracenorum fol. 37. 38.

Jurabant etiam *super plagis* Libertates concessæ urbi Barcinonensi à Petro Rege Arag. ann. 1283. *Quando contentio est inter Christianum & Judæum, & causa habet decidi per jusjurandum, Judæus debet jurare super plagis apud Ecclesiam S. Iusti, excepto juramento calumniæ, quod præstatur super præcepta Legis coram judice.* Aliud omnino portentosum Judæorum Asiaticorum sacramentum profert liber 2. Juris Græco-Romani pag. 119. quod non exscribo.

Juramenti Mahumetanorum formulam habes in Fœdere inito inter SanctiumNavarræRegem & Almutadirum Arabem an. Christ. 1073. *Juro ego Almutadyr Vile per Deum, qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, & per Legem, quam tenet Moslemes, &c.* Adde Jacobum Papiensem Epist. 380. & Leges Alfonsinas part. 3. tit. 11. lege 21. ubi de sacramento Maurorum. Fori Oscæ an. 1247. fol. 14. *Saracenus debet jurare Christiano & Iudæo per totum bille, ylledi leilleha illehua.*

Sacramentum Trinicum. Charta Massiliensis apud Guesnaium in Annalibus Massil. p. 356. *Et ut hæc perpetuò inviolabiliter observentur, statuimus quòd universi ac singuli homines civitatis inferioris Massiliæ sacramento Trinico & incommutabili ad hæc observanda specialiter teneantur.*

Juramentum pacationis, quo quis, ut cum eo, quem offendit, pacem faciat, vel obtineat, culpam quodammodo eluit. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 36. *Quòd si juramentum pacationis exigitur, juret, sicut præsens causa dictabit, in circumstantiis, vel paupertatis, vel qui aderunt obtentibus: quòd si ille sic esset pro hujus forisfacto, hoc reciperet, vel hoc modo dimitteret.*

Perfectorium sacramentum, Decretorium, τέλειον, ut est in Jure Græco-Rom. l. 2. p. 119. Lex Frision. tit. 14. §. 2. *Et quicunque interpellatus fuerit, sua duodecima manu perfectorio sacramento se debet excusare. & in hoc interpellatori sufficiat, nec ulteriùs ad sortem quemlibet compellere potest.* In Lege Longob. tit. 8. §. 2. qui jurabat coram tribus à Rege delegatis, *sacramentum suum peregisse* dicebatur.

Sacramento fracto, vel *frangente jurare*, *frangere*: hæc enim idem ac unum sonant. Leges Henrici I. c. 64. *In furto, incendio, - & eis, quæ ad disfactionem pertinent, omnes fracto juramento jurent, &c.* Infrà: *Francigenæ & alienigenæ in verborum observantiis non frangunt.* Rursum *Si quis de homicidio accusetur, & idem se purgare velit secundùm natale suum, perneget quæ est vverelada, ut qui ex parte patris erunt, fracto juramento, qui ex paterna cognatione erunt, plano se sacramento juraturos advertant.* Ibidem: *Si quilibet rem in communi propitiare velint sibi, & utrinque sint testes, & furtiva dicatur, qui melius testimonium habebit, probationi proprior sit & solus fracto juramento suam esse comprobet, & testes ejus planè (id est, plano sacramento) confirment.* Ex quibus patet *fractum juramentum* opponi plano sacramento. Quod verò *fractum* hîc dicitur, suprà *juramentum observatum* appellatur: *Omnis tilha (i. accusatio) tractetur ante ejuramento*

(ita eg , pro *antejuramentum*) plano vel *observato*, *sæpius aut semel. sicut loci consuetudo erit.* Mox quid sit *juramentum observatum*, sic innuitur: *In Hamtesira, qui verborum jurat observantiis, semel juret, & in ea lapsus vel elapsus judicetur.* Et Leges Willelmi Nothi c. 71. *Si Anglicus appellet Francigenam de utlegaria, & hoc super eum in veritare velit, defendat se Francigena per bellum. Et si Anglicus non audeat eum probare per bellum, defendat se Francigena pleno (l. plano) juramento, non in verborum obser vantiis.* Suprà cap. 62. *Volo tunc Francigenam purgare se sacramento non fracto.* Unde colligitur, *juramentum planum, observatum*, vel *in observantiis, & non fractum*, unum idemque, illudque esse, quod verbis concep us à Lege dictatis præstabatur. Cur verò inductum ejusmodi juramentum, sic habent eædem Leges Henrici d. cap. 64. *Malorum autem infestationibus, & perjurantium conspiratione, dispositum est frangens juramentum, ut magis ei judicium ab accusatis eligatur, & unde accusatus cum una decima se purgaret, per electionem & sortem, si ad judicium ferri calidi vadat.* Hæc paulò intricatiora sunt, & mendo non carent.

Planum juramentum, videtur illud appellari, quod summariè & de plano fit, sine delectu verborum; quod inde colligitur, quia *juramentum fractum*, quod opponitur *plano*, dicitur præstari *cum verborum observantiis*. Leges Henrici I. c. 9. *Differt autem ——— si quid bello, vel lege sacramentali, plena (l. plana) vel frangenti, vel etiam judiciali repetatur.* Cap. 64. *Qui ex paterna cognatione erunt, plano se sacramento juraturos advertant.* Mox, de Thainis, & Presbyteris, & iis, qui legalitatem suam non dimiserunt: *Ii de quacunque compellatione capitali vel communi planè jurabunt, congruo numero Consacramentalium, & qualitate parium suorum retenta.* Ex his postremis patet, priorem fuisse conditionem eorum, qui *plana sacramenta* præstabant, eosque potissimùm spectasse, qui *Legales* dicebantur: quod & firmat Lex vernacula Willelmi Nothi c. 16. Adde c. 26. Opponitur autem *juramento fracto*: unde dicitur *juramentum non fractum*, in Legibus Latinis ejusdem Willelmi Regis cap. 62. *Si Anglus Francigenam appellaverit, & probare voluerit judicio aut duello, volo tunc Francigenam purgare se sacramento non fracto.* Ubi c. 71 habetur: *Defendat se Francigena plano juramento, non in verborum observantiis.* Neque aliud est *plana lada*, in Legibus Henrici c. 65. *Si quis furem gratis dimittat, emendet secundùm vveram ipsius furis, aut plena lada perneget, quod cum eo falsum nescivit.* Mox: *Si quis audito clamore non exierit, reddat ovvernassam Regis, aut planè se ladiet.* Id est, plano juramento se purget. Charta Alienoris Reginæ Anglor. apud Beslium p. 598. *Si verò rusticus dixerit se costumam rectè solvisse, --- plano ejus sacramento credetur.* Charta Lud. VII. ann. 1145. Bituricensib. *Præcipiens, ut si ille negare potuerit per unum planum sacramentum transeat. &c.*

Sacramentum ruptum, tunc intelligitur, *quando præsentibus sacrosanctis Evangeliis aut armis sacratis, ille qui pulsatur, cum Sacramentalibus suis conjunxerit, & non ausus fuerit jurare, & aut ipse, aut aliquis de Sacramentalibus ejus se subtraxerit; tunc intelligatur sacramentum ruptum* in Lege Longobard. l. 2. tit. 55 §. -. adde §. 14. Edictum Rotharis Regis tit. 109. §. 8. & Leges Luithprandi Regis tit. 41. §. 1.

Sacramentum fatuum, dicitur, cùm quis aliter quàm se res habeat, jurando firmat; sed tamen secundùm conscientiam & mentem suam. Bracton. l. 4. tract. 5. c. 4. §. 1. Adde Fletam l. 5. c. 22. §. 9.

Juramentum inhonestum, apud Guill. de Nangiaco in Vita S Ludovici p. 364. & Gaufridum de Bellologo in Vita ejusdem Lud. c. 32. quod à Joinvilla p. 120. *vilain serment* appellatur. Vide Notas nostras ad eundem Joinvillam.

Sacramentum ligatum, id est, *ligium*. Charta Fulconis Abbatis Corbeiensis an. 1055. ex Tabulario Corbeiensi fol. 2. *De quibus omnibus Comiti & Abbati in has conventione sacramento ligato tradidit septem obsides, ut si hac violaverit, aliquando intimabitur obsidibus monere dominum suum, ut se justificet infra 40. dies. Si verò neque sic justificaverit, aut ipsi Abbati se tradent, aut 30. libras persolvent obsides, &c.*

Sacramentum de manu tollere dicitur is, cui jurari debet, cùm rem sacramento alterius dirimere negat, in Lege Burgund. tit. 8. §. 2.

Mittere aliquem in Sacramentum, illud ab eo exigere, in Lege Longobard. l. 1. tit. 33. §. 1. *Si quis servum alienum sine voluntate domini sui in sacramentum miserit, aut manum in caldaria mittere fecerit, &c.* Leges Luithprandi Regis tit. 68. *Si quis mulierem, aut puellam, aut religiosam feminam, quæ in alterius mundio est, in sacramento mittere præsumpserit, &c.*

Ad sacramentum aliquem deducere, illud ab eo exigere, in Legibus Ratchis Regis Longob tit. 7. Astulphi Regis tit. 10. 11. &c.

Jurare contra pacem. Pœnitentiale Fulberti Carnot. Episc. *Si quis jurat contra pacem, uno anno pœniteat cum eleemosynis, & redeat.*

Magnum sacramentum, in Regiam Majestatem lib. 1. c. 12. §. 4. quod fit ad sancta Evangelia.

Juramentum dictum *Aeffte t' iot*, in Legibus Opstalbo..icis Frisicis c. 23.

Juramentum vel sacramentum Episcoporum, Presbyterorum, Diaconorum, & Monachorum apud veteres Anglos, pro ordinis ratione, pluribus ... personarum sacramentis pollebat. Egbertus de Ecclesiastica Institutione pag. 92. *Interrogatio. Si necessitas coegerit, in quantum valet juramentum Episcopi, Presbyteri, vel Diaconi, sive Monachi? Responsio. Ordines supradicti secundùm gradus promotionis habeant potestatem protestandi: Presbyter secundùm numerum 120. tributariorum: Diaconus verò secundùm numerum 60. manentium: Monachus verò secundùm numerum 30. tributariorum. Sed hoc in criminali causa. Cæterum si de terminis agrorum oritur altercatio, Presbytero liceat juramenti sui adtestatione terram videlicet unius tributarii in jus transferre Ecclesiæ, &c.*

Recentiores aliquot jurandi formulas, obiter à me observatas, hisce subjicere visum est operæ pretium. Μὰ τὸ θεόν, apud Scholiast. Basilic. to. 3. p. 160. *Per animam patris sui*, jurant Hugo M. apud Witikindum l. 3. initio. Otto Imp. apud Albertum Stadensem an. 944. & Constantia Regina Roberti Reg. Franc. uxor, apud Helgaldum Floriac. p. 66. Vid. Hermannum de restauratione Ecclesiæ S. Martini Tornacensis c. 27. *Per omnes gentes*, Amalricus Comes Montisfortis, apud Ordericum Vital. l. 12. p. 880. *Per dentes Dei*, Joannes Rex Angliæ, in Chron. Flandr. c. 17. *Per crucem*, in Zosimæ colloquiis. *Per lanceam S. Jacobi*, Philippus I. Rex Franciæ, in eod. Chron. c. 8. 16. *Per Christi sepulcrum*, Amalricus Rex Hierosol. apud Nicetam in Manuele l. 5. n. 5. *Per coronam, imposita manu capiti*, Fridericus II. Imperator apud Sanutum l. 3. part. 11. cap. 11. *Per vitam Regis & filiorum* jurare vetant Lex Longob. l. 3. tit. 24. & Capit. Caroli M. l. 3. §. 42. *Per caput Imperatoris* jurat Nicephorus Phocas, postmodum Imperator, in Vita S. Nili junioris pag. 106. Vide Scylitz. pag. 601. Luithprand. in Leg. Not. ad Cinnamum pag. 483 & Seldenum ad Marmora Arundel. p. 147. *Per suum nomen* jurat Cosmas Patr. CP. apud Annam lib. 3. Alexiad. In Navigatione Luciani, *Megapenthes tyrannus ait per nomen suum omnes jurasse. Per salutem Principum.* Palladius in S. Chrysostom. cap. 14. Sozomen. lib. 4. cap. 7. Codin. in Orig. Constantinopol. p 200. Gesta Regum Francorum c. 13. Eadmerus in Vita S. Wilfridi c. 41. 59. Acta SS. Nicandri & Marciani, W. Neubrig. lib. 4. c. 22. &c. *Per Domini fidem*, jurabat Robertus Rex Franciæ, apud Helgaldum p. 64. 65. 66.

Per

Per caput Dei. Henricus III. Rex Angliæ, apud Matth. Paris an. 1255. p. 606. *Per guttur Dei*, idem Henricus apud eundem Scriptorem p. 662. *Per capillum Dei*, Justin. nov. 72. Vide Visiones Flotildæ p. 625. *Per meum caput*, Hildefonsus Rex Aragonum apud Ordericum Vital. pag. 893. v. to. 2. Monast. Anglic. pag. 219. & Paschalium Radbertum in Epitaphio Walæ lib. 1. c. 8. 27. Leo Sapiens Imp. apud Anonymum Combef. in eodem Leone n. 22. *Per caput alterius* jurare semper paratos Græcos Byzantios scribit Luithprandus in Legatione. *Per salutem suam*, Gregor. Turon. lib. 3. c. 15. & Eddius Stephanus in S. Wilfrido cap. 32. 36. *Per Regem Cœlorum*, Carolus M. apud Monachum Sangall. lib. 1. cap. 3. *Per splendorem Dei*, Willelmus Nothus, apud Orderic. Vital. pag. 536. *Per barbam suam*. Vetus Poëta de Expugnatis Hierosolymis à Tuo:

L'Empereur de Rome a sa barbe jurée.

Per Sion & Sinaï montem, in formula 14. ex Baluzianis. *Per barbam Ottonis*, Otto I. Imp. in Chronico Magdeburgensi MS. S. Germani Parisiensis an. 952. *E contra Rex affirmat per barbam Ottonis, quod suum jurasse fuit, &c.* Adde Gobelinum Personam p. 202. *Per S. Stephanum & per Reges vel eorum filios Conjurationes* vetitæ in Capit. Caroli M. de diversis rebus an. 789. c. 10. *Per coronam suam*, jurat Adelbero Trevirensis Archiepiscopus, apud Baldricum in ejus Gestis. *Per linguam Dei*, Monasticum Anglic. tom. 3. p. 221. *Per dentem Dei*, Rex Angliæ in Monast. Anglic. tom. 3. p. 221. *Per Sanctum de Bethleem*, Ludovicus VII. Rex Francor. in Vita S. Villelmi Abbat. Roschild. n. 22. *Per hoc & per hoc*, jurabat Willelmus Rufus Rex Angliæ, apud Eadmerum l. 2. Hist. Novor. pag. 49. 54. 1. Edit. *Per creaturas*, in Egberti Pœnitentiali c. 12. *Per S. Stephanum*, in Capitulari 3. an. 789. c. 10. *Per nomen Martyris*, apud Palladium in S. Chrysostomi Vita cap. 17. *Per templum Domini*, apud Anonymum in Pœnitentiali Græc. apud Morinum pag. 120. De cæteris juramentis consulendi Filesacus, Thomas Demsterus, & Baptista Hansenius in libris de Juramento, & alii passim Criticorum filii. Hîc enim sacramentorum genera inferioris ævi tantùm attingimus.

Iurare super animam suam in porta Ecclesiæ super librum & crucem, in Foris Oscæ an. 1247. fol. 14.

Iurare per caput Christiani. Fori Oscæ an. 1248. fol. 14. Christianus tenetur jurare Iudæo usque ad sex denarios per caput unius Christiani: & de sex denariis per caput sui patrini: & ultra duodecim denarios super librum & crucem.

Jurare caput patrini. Fori Oscæ an. 1247. fol. 6. *Si quis miserit in pignore cultellum, & qui acceperit, perdiderit illum: si valuerit 12. denariis infertus, dicendo sua in veritatem aut jurando caput patrinorum suorum, aut compatrum, ille qui impignoravit eum, quod tantum valebat, qui perdiderit illum, taliter emendet.*

JURATA, Desponsa, pacta, sacramento interposito, c. *Ex literis*, de Sponsalib. impuber. *Puella quædam anno 12. jurata & desponsata fuit cuidam puero 9. vel 10. annorum.*

JURATA, Anglis, est numerus duodecim legalium hominum juratorum, per quos omnis ferè facti probatio fit, & ex quorum *veredicto* judex sententiam suam conficit & profert. Duplex autem judiciorum est species: altera quæ fit per *assisam*; altera per *juratam*, vel per *assisam in modum juratæ*. Per *assisam* lites dirimuntur, quæ instrumentis aut chartarum probationibus innituntur, vel cùm partes de facto consentiunt, aut de assisa. *Per juratam* verò, quæ incertæ sunt, nec constant; ita ut vel per *inquisitionem*, vel per *juratorum* ac Sacramentalium depositiones, quas *veredicta* vocant, rerum veritas à judicibus indagari debeat. Quæ quidem judiciorum edendorum forma posterior ab Henrico II. Rege Angliæ manasse dicitur, quo duellum ab ordinariis judiciis amoveret.

Juratarum variæ sunt species, *delatoria* scilicet, & *judiciaria*. Jurata delatoria ea est, quæ delinquentes rimatur, eorumque nomina unà cum delectis ad judicem defert, ut in examen vocati juris subeant sententiam, sive ad condemnationem, sive ad deliberationem: dicitur hæc etiam *inquesta*. Duplex est hæc *jurata*, *major*, & *minor*. *Major*, cui totius Comitatus lustratio, ut in *Assisis* & *Sessionibus Pacis*, nec non in Curia Regii Tribunalis demandatur, & aliàs dicitur *Grandis jurata*, aliàs *Magna inquesta*. *Minor*, cui minor jurisdictio, ut unius Hundredi in *Sessionibus Pacis* creditur.

Jurata judiciaria ea est, quæ de summa litis, quoad factum, decernit, priusquam judex de jure pronuntiet. Hæc item duplex est, *civilis* & *criminalis*. *Civilis*, quæ in civilibus actionibus inter subditum & subditum cognoscit. *Criminalis*, quæ de criminalibus inter Regem & subditum & ex hoc genere illa est, quæ Anglis dicitur, *The jury of life and death*, id est, vitæ & mortis jurata. Singulæ autem quæ de jure agunt, suas habent juratas; sed alicui supradictarum referendas.

Juratorum numerus ferè semper est duodenus. In *delatoria* excedere, si judici placuerit, non autem deficere potest. In aliis interdum est, ut in quibusdam *juratis inquisitoriis* apud Glanvillam l. 13. c. 15. & 16. ubi 8. juratores tantùm sunt. Cæteroquin *judiciaria jurata* semper constant duodenario juratorum numero, vel è duplicato, si prior jurata falsi convincenda sit. Exemplum habetur apud Thomam Walsinghamum p. 276. Adde Nicolaum Uptonum l. 4. de Militari offic. p. 168. Existimant plerique, atque in iis Edvv. Cokus ad Littletonem, & Spelmannus, duodecim virale istud collegium altioris esse originis, & ab ipsis Anglosaxonibus manasse, cùm in Legibus Ethelredi apud Vanatingum editis, §. 4. apud Bromptonum hæc legantur: *Habeantur placita in singulis VVapentakis, ut exeant seniores 12. Thayni, & Præpositus cum eis, jurent super sanctuarium, quod eis dabitur in manus, quòd neminem innocentem velint accusare, vel noxium concelare.* Sed hæc ad judicum potiùs numerum videntur spectare, etsi revera *juratores* judicum vicem functi fuerint, cùm ex eorum *veredictis* judex teneretur judicium suum edere.

Sic porrò proceditur ad *juratam judiciariam*. Judex cognita ex partibus litigantibus controversia, de qua lis est, tenentem seu actorem interrogat, si aliquid velit vel sciat dicere, quare assisa teneatur vel non teneatur? Si lis est hujusmodi, ut per juratam dirimatur, Justitiarius debet dare *Breve*, per quod Vicecomes *summonere* jubetur *per bonos summonitores duodecim liberos & legales homines de Vicineto de illa villa, ut sint coram se, & justitiis suis ad illum terminum parati sacramento recognoscere, si, &c. & nomine eorum imbreviari faciat, ac denique per bonos submonitores illum, contra quem tenen agit, submoneat, quo juri stet.* Hæc est formula Brevium in iisce casibus, quæ habetur passim apud Glanvillam lib. 13. Bractonum, Littletonem, & in Fleta.

Juratoribus in jure stantibus, licet partibus excipere contra juratores. *Iisdem enim modis amoveri possunt à sacramento, quibus etiam testes amoventur à juramento*, inquit Bracton. Si tamen ex consensu partium semel eligantur, ampliùs recusari non possunt, nisi ex nova & recenti causa superveniente. Cùm autem partes in juratores consenserint, tunc procedit *Assisa*, & jurant ii in hac forma, & primus per hæc verba: *Hoc auditis, Justitiarii, quòd veritatem dicam de assisa ista, & de tenemento, de quo visum feci per præceptum Domini Regis, & pro nihilo omittam, quin veritatem dicam: sic me Deus adjuvet, & hæc sancta.* Tum cæteri in eundem modum jurant.

Facto autem sacramento, Prænotarius virtutem Brevis legit ad instructionem juratorum, hoc modo:

Vos dicetis per sacramentum, quod fecistis, si, &c. Quo facto, juratores in aliquem locum secretum conveniunt, habentque ad invicem inter se colloquium de hoc, quod eis injungitur, faciendum, ad quod etiam nullus habere debet accessum, nec cum eis colloquium, donec suum dixerint veredictum. Addit Spelmannus, *juratores* tum servari à lictore seu ballivo, absque aliorum omnium consortio, sine cibo, sine potu, sine ignis & candelæ beneficio, donec inter se conveniant de quæstione: unanimesque ab iisdem ad judicem reduci, à quo rogatis sitne postulatus *sons*, aut *insons*, rei litigatæ, respondet ex assensu reliquorum primus *juratæ*, verbo unico, *Giltie*, id est, *sons*: vel *Not Giltie*, id est, *insons*: & hæc responsio veredictum appellatur. Similiter proceditur in juratis criminalibus. Ita etiam vetus Consuetudo Normanniæ c. 85. *Lors voisent les jureurs à conseil, & soient gardez par loyal garde, que leur verité ne soit corrompue par mauvais ammonoistemens*

Si in veritate dicenda sibi invicem sint contrarii, ita quòd in unam non conveniant sententiam, tum de consilio Curiæ *afforciatur* assisa, ita quòd apponuntur alii juxta numerum majoris partis, quæ dissenserit, vel saltem quatuor vel sex, & adjunguntur aliis; vel etiam per se ipsos sine aliis de veritate discutiunt, & judicant, & per se respondent, sicq; eorum allocatur veredictum, & tenet, cum quibus ipsi convenerint. Cùm autem post sacramentum suum, dixerint veredictum suum profertur judicium, nisi aliquid dixerint obscurum, propter quod Justitiarii inducantur ad examinandum. Possunt etiam *Recognitores* totam rei veritatem brevibus & paucis verbis Justitiariis exponere, si omnia plana sunt & aperta, & nihil in obscuro. Sed si talis oriatur dubitatio vel obscuritas, quòd solutio difficilis existat, tunc coguntur ea, quæ obscura sunt, manifestiùs & apertiùs declarare, si hoc eis sit possibile, & Justitiarii secundùm dicta eorum procedunt ad judicium. Sed si illud obscurum vel dubium declarare non possunt aliquo modo, scilicet nec ipsi Recognitores, nec alii, qui fuerint ad hoc vocati pro aforciamento, tunc partes inducuntur ad concordiam, vel ponitur judicium usque ad magnam Curiam, & ibi de consilio Curiæ terminatur judicium. Si autem omnia plana sunt, juratorum statur veredicto, siquidem bene juraverint: si enim malè, locus erit *convictioni*. Si denique obscura dixerint & dubia, ita ut eorum veredictum duplici sensu accipi possit, tunc locus est *certificationi*, quæ locum habet, si juratores minùs plenè fuerint examinati, vel si minùs plenè responsum sit ad interrogata, ita quòd obscura dixerint, vel ambigua, vel justo errore decepti fuerint: tunc enim examinato recordo, locus est certificationi, ita ut juratores de incerto faciant certum, & de dubio verum, & de errore revocentur ad veritatem. Quòd si malè juraverint, locus erit *convictioni*. Tum enim ad querelam ejus, qui per assisam amisit, convincuntur de perjurio, quod fit multis modis. Quandoque enim per sacramentum 24. legalium hominum, ut est in Regiam Majestat lib. 1 cap. 14. §. 2. Quandoque ex ore proprio per examinationem judicis, & quandoque ex propria voluntate & pœnitentia, in quibus casibus pœna non est infligenda. Cùm autem juratores erunt convincendi, videndum erit, quot juratores fuerint in assisa, vel in inquisitione, ut quilibet duos habeat convictores, & si plures habeat, non nocet, quod omnes sint ejusdem conditionis, vel melioris, cujus sunt 12. juratores.

Juratores autem, uti suprà innuimus, debent esse de *vicineto*, non autem in alia provincia commorantes, *liberi & legales homines*, non essoniabiles, vel suspecti, infra ætatem, aut languidi, quod maximè cavetur: quia, ut est in Fleta, Hundredarii, Ballivi, & Servientes Regis populum sibi subditum gravare consueverunt, ponendo in assisis & juratis homines languidos, & perpetuo vel temporali languore detentos, ac homines tempore submonitionis in patria ante morantes nec non etiam submovendo superfluam hominum multitudinem, ita quòd quosdam dimitterent in pace, prece vel pretio, & à quibusdam denarios & alia munera extorquerent, per quod assisæ & juratæ frequenter per pauperes & insufficientes capiebantur, divitibus & discretis pro suo dando domi commorantibus. Statutum est igitur quòd de cætero non summonerentur in una assisa plures quàm 24. senes etiam 70. annorum & ultrà, perpetuò languidi, vel etiam tempore submonitionis infirmi, vel in patria non morantes, in minoribus assisis non ponerentur, &c. Hæc ferè ex Bractono lib. 4. tract. 1. c. 34. Fleta lib. 4. c. 5. 9. l. 5. c. 20. & Littletonè sect. 234. & iisdem, quibus illi verbis, quæ ut *formalia* servare operæ pretium duximus.

Jurata, seu *Jurée*, in Regesto *Olim* f. 115. Campanis nostris tributum, quod *juratis* burgensibus imponitur, & domino feudali præstatur. Ejusmodi autem erat, ut quivis *juratus* sex denarios de *librata* bonorum mobilium, & 2. denarios de *librata* immobilium, facta ad id eorum æstimatione, domino quotannis exsolveret, à Majore & *juratis* exigendos: ut est in Charta Libertatum Trecensium Theobaldi Campaniæ Comitis, quam refert Pithœus ad Consuetud. Campan. art. 2. Assisiæ Campaniæ ann. 1285. fol. 29. *Iuliens de Grenville homs le Seneschal de Champ disoit, que les gens le Conte de Champagne vouloient avoir jurée de lui de la moitié de tous ses biens meubles & immeubles, &c.* Computum terræ Campaniæ an. 1348. *Despens pour faire tailles & jurées, &c. Sergens pour admonester icelle jurée en faisant & imposant la dite jurée, &c. Les Mareglіers de S. Estienne de Troyes & de S. Loup se disent francs de jurée & de taille.* Adde Probat. Hist. Castilionensis pag. 195. 196. Pithœum loco citato, & Raguellum in hac voce.

JURATICUS, *Scholasticus*, *Juris peritus*, in Gloss. Isid. Vide *Jurista*.

JURATIO, Sacramentum, quo Vassallus se se adstringit erga Dominum castrum suum ei redditurum irato & pacato. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 65. *Tandem devenimus in hunc modum pacis, quod nos quitamus & concedimus in perpetuum dictum feodum de Boleria, & feodum de Mesuncellis, & jurationem dictæ domus de Mesuncellis*, &c. Vide Dissertat. 30. ad Joinvillam.

JURATORES iidem, qui *Sacramentales*, *compurgatores*, uti attigimus in voce *Juramentum*. Latinis verò Scriptoribus *jurator* dicitur, qui ad juramentum adigit; *juratus*, qui juravit. Vide Turnebum lib. 19. Advers. cap. 12.

Juratores præterea erant ii, qui vice alterius jurabant. Verbi gratiâ, apud Vitalem Episcopum Oscensem: *Infancio non tenetur jurare in prima vice in quantitate, quæ sit usque ad centum solidos: sed debet juratorem, qui juret.* Henricus Huntindon. lib. 7. p. 373. *Junior Willelmus 7. anno regni sui, provocatus à fratre suo, quòd jusjurandum non servasset, transfretavit in Normanniam. Cùm ergo fratres simul venissent juratores omnem culpam regi imposuerunt*. i. qui in illius *animam* juraverant. Adde Eckeardum junior. de Casib. S. Galli c. 1. p. 46. Vide *Jurare in animam alterius*.

Juratores, J C. Anglis dicuntur duodecim homines, qui in quolibet fere judicio sive civili, sive criminali, de facto priùs decernunt, quàm judex de jure pronuntiet: Ita Cowellus: *Horum porrò 12. juratorum ad minus quatuor esse debent de Hundredo, ubi villa, in qua factum, de quo contenditur, fieri supponitur, sita est: & quilibet juratorum hujusmodi habere debet terras & redditus pro termino vitæ suæ ad minus ad valorem annuum* [illegible]o. *sol & hic ordo observatur in omnibus actionibus & causis criminalibus, realibus & personalibus, præterquam ubi damna vel debitum in personalibus non excedit 40. marcas monetæ Anglicæ; qui tunc non requiritur, quod juratores in actionibus hujus-*

hujusmodi tantum expendere posfint, &c. Verba sunt Joan. Fortescuti de Laudib. Legum Angliæ cap. 25 ubi, ut & cap. 26. *juratarum* Anglicarum ordinem describit, & pluribus commendat. De iis etiam agit Statutum 2. Westmonasteriense cap. 42. Historia fundationis Prioratus Dunstapulensis in agro Bedfordiensi in Anglia: *Nunquam coram Justitiariis itinerantibus, vel aliis domini Regis ministris extra villam Dunningstable, & libertatem, responderunt; sed Justitiarii & ministri domini Regis ad Dunstable divertebant, & per sacramentum 12. juratorum de burgensibus, sine associatione alicujus extranei, omnia placita terminabant.* Adde tom. 2. Monastici Anglic. pag. 221. Cujusmodi verò fuerit, & quibus verbis conceptum juratorum in juratis sacramentum, habent idem Fortescutus, Bracton. lib. 4. tract. 5. cap. 4. & Fleta lib. 5. cap. 12. & 22. Vide veterem Consuetud. Norman. cap. 69.

Iuratores onerati. Vetus Inquisitio apud Dugdalum in Antiquitat. Warvicensis Provinciæ pag. 665. *Inquisitio 12. Iuratorum capta ad hunc visum coram Galfrido de Okenham Senescallo per sacramentum Ancelmi de Cliftona, &c. Iuratorum oneratorum de antiquis consuetudinibus istius domini*, &c.

JURATUS, Sacramento adstrictus alicui domino. Gloss. Gr. Lat. MS. ὀμωτὴς, ὁ ὄμνυς, *Jurator, juratus.* Statius lib. 2. Thebaid.

——— Exit in unum
Plebs ferro jurata caput.

Lib. 7.

——— Et meritas ultro jurastis in iras.

In Propempt. Metii:

Imbellis, tumidoque nihil juratus Atridæ.

In Soter. Rutilii:

——— Et sole sub omni
Promeruit jurata manus.

Claudianus de bello Gildonico:

——— Iterum post me conjurat in arma
Progenies vesana jubæ, bellumque resumit.

Will. Brito lib. 2. Phil.

In Comitis partes juratus, millia multa
Mittit ei juvenes clara virtute coruscos.

Idem lib. 4.

Cujus ego miles, cui sum juratus in arma.

Capitulare Arechis Principis Benevent. editum à Camillo Peregrino, §. 1. *Si quis homo pauper absque parentibus, nihil etiam habens ex quocunque negotium, secundùm legem potenti homini juratus fuerit, decernimus, ut solus prævetu (præstet) sacramentum.* Hildebertus Cenoman. Episcop. Epist. 23. *Officiosissima est gratia Dei, & velut in eorum jurata obsequium.* Charta de Chableiis in Tabulario Campaniæ Thuani fol. 189. *Omnes homines, quotquot sunt apud Chableias, sive Milites, sive filii Militum, qui habent ætatem, cujuscumque conditionis, debent esse jurati Comiti suo sub hac forma: Ego juro, quòd ego ero fidelis Comiti de cætero, & quod ego servabo membra ejus & honorem ejus pro posse meo, sic me Deus adjuvet & hæc sancta.* Chronicon Franciæ Sandionysianum in Philippo I. cap. 4. *Et ala sur li à armes & sur ses aides: c'est sur le Comte Mahieu de Beaumont, & sur Drout le Seigneur de Monci, qui estoient jurez de cette entreprise. Le Roman de Jordain:*

Ja vous testes mi home & mi juré.

Juratus ad assisam. Modus tenendi hundredum p. 130. *Item dicunt, quod S. natirus domini est ætatis 20. annorum, & manet infra istud dominium per annum & diem, & non est juratus ad assisam domini Regis, ideo ipse in misericordia.*

Jurati ad arma: Mandatum *super juratis ad arma*, in Addit. ad Matth. Paris pag. 148. *Et ad videndum, quòd singuli habeant arma, ad quæ sunt jurati, & jurati debent.* Aliud Mandatum ibidem: *Et convenire faciant coram eis* (Vicecomites) *in singulis hundredis, civitatibus & burgis, cives, burgenses, liberè tenentes, villanos, & alios ætatis 15. annorum usque ad ætatem 60. annorum, & eosdem faciant omnes jurare ad arma secundùm quantitatem terrarum & catallorum suorum: scilicet ad 15. libratas terræ, unam loricam, capellum ferreum, gladium, cultellum, & equum. Ad 10. libratas terræ unum habergetum, capellum ferreum, gladium, cultellum, & equum. Ad centum solidatas terræ, unum perpunctum, capellum ferreum, &c.* Mox in eo Mandato additur, ut *jurati ad arma* teneantur, quoties contigerit *hutesium levari* super perturbatores pacis vel malefactores, aut latrones, eos insequi de villa in villam, donec capiantur. Fleta lib. 1. c. 24. §. 12. *Item quòd quilibet inter 15. annorum & 60. ætatem in domo sua ... arma secundùm quantitatem terræ suæ, aut catallorum suorum, & quòd ad hoc sint omnes liberi hujuscemodi ætatis in patria morantes jurati, &c.* §. 13. *Qui minùs in catallis habuerit quàm 20. marcatas, ad gladios cultellos, & alia minuta arma sint jurati.*

JUREDIUM. Charta Rotroci Comitis Perticensis an. 1136. apud J. B. Souchetum ad Vitam S. Bernardi Tironensis Abbat. qua concedit *rachata, venditiones, armaturam, equitaturas, laudimia, relevamenta, tallias, corvëias, biannos, fidem, homagium, juredium, retentionem feudi per advocatum, &c.* Ubi *juredium* videtur esse, quod Practici nostri *jurée* vocant, seu *Jurata*, quæ est species jurisdictionis, quæ exercetur à Scabinis inter juratos, qui *hommes & femmes de jurée* dicuntur in Consuetudine Vitriacensi art. 78. *Redevables de jurée*, id est, juratæ obnoxii, in Trecensi art. 2. *Iurez de Commune*, in Rupellensi art. 21.

JURE-MANENTES, qui residentiam in loco debent ex jure debitam. Leges Forestarum Scoticar. c. 7. §. 1. *Si copia glandis in foresta Domini Regis contigerit, Forestarius debet citare tam burgenses quàm jure-manentes, ut porcos suos adducant, &c.*

Juremanentia quæ aliàs *resseandisia*. Charta Theob. Campaniæ Comitis an. 1233. apud Chopinum lib. 3. de Sacra Polit. tit. 3. n. 9. *Et juremanentiam, quam habent in dictis villis, &c.*

JURIDICUS, δικαιοδότης, in Gloss. Gr. Lat. Capitolinus in Antonino: *Datis juridicis, Italiæ consuluit ad id exemplum, quo Adrianus consulares viros reddere jura præceperat. Juridicus Alexandriæ*, de quo in Cod. Juridicus Ægypti, Assyriæ, per Flaminiam, &c. in vet. Inscript.

Juridici dies, εὐπρακτοι, in l. 2. Cod. Th. de Feriis.

JURIFICARE, Jus dicere, in Charta Hispanica æræ 1010. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. p. 456.

JURIS DICTIO, divisim. Charta vetus in Actis Murensis Monasterii p. 18. *De juris sui dictione in jus Sedis Apostolicæ emancipavit.*

JURISFIRMA, Practicis Hispanis, inquit Blanca in Commentario Rerum Aragon. p. 751. est tum in Regum, aliorumve judicum, tum etiam regni, atque omnium non rectos impetus, juris ac legum firma & moderata dominatio, inventa potissimùm, ut præceps judicum celeritas Magistratus interdicto interposito retardetur, ne quid perturbatum fit, aut à legibus discrepans, vel præposterum. Ejus autem finis est, ut cùm de stando & parendo juri, coram ipso Justitia, firmè & graviter asseveretur: illius interdicto interposito, fortunæ rei ab injusta regiorum judicum injuria arceantur. Ab eo autem quod de stando juri caveatur, *jurisfirma* dicta est. Vide *Firma*.

Juritheum. Vide *Viriteum*.

JURISTA, qui Juri Civili vel Canonico dat operam. Juris consultus. Fori Aragon. lib. 5. fol. 123. *Etsi vir fuerit Jurista vel Physicus, recipiat suos libros ante partem.*

JURNALIS. Vide *Jornalis*.

JUS *Caroli*. Wichbild Magdeburgense art. 1. §. 3. *Jus civile seu municipale, quod homines unius civitatis, seu fori concluserunt inter se tenentes, juxta eorum arbitrium & antiquas consuetudines, quemadmadum Colonienses circa jus Caroli confirmatum habent*. Et art. 43. *Postquam Magdeburgensis civitas jure municipali fundata fuit, de voluntateque Uttonis Ruffi, cum consensu etiam & consilio seniorum provinciæ illius secundùm jus Caroli Imperatoris, & juxta eorum arbitrium ac voluntatem locata, consiliati exinde sunt, quomodo Scabinos & Consules eligere debeant pro civitatis commodo?* Vide *Lex Caroli*.

Jus commune, appellant nostri jus illud, quo in Gallia utuntur civitates, consuetudines municipales, cui opponitur *jus scriptum*, seu *lex Romana*, in Statuto Philippi Pulcri an. 1302. pro reformat. Regni cap. 48. Ita etiam Angli *jus civile Anglorum* vocant. Decreta Guillelmi I. *ubi consuetudines regni nostri & jus nostrum commune --- reperire non possint*. Frideric. I. Imp. lib. 1. Constit. Sicul. 59. §. 1. *Secundùm consuetudines approbatas, ac demum secundùm jura communia, Langobarda videlicet ac Romana*.

Jus Curialitatis Angliæ vel Scotiæ. Vide *Curialitas*.

Jus duplicatum, quod Anglici Practici *dreit dreit* vocant, dicitur habere ille, qui possessionem & proprietatem habet. Bracton. lib. 4. tract. 4. c. 4. l. 5. tr. 5. c. 28. §. 2.

Jus Ecclesiasticum. Prædia & immobilia dabantur possidenda, aut jure *proprietario* seu *proprio*, aut *beneficiario* seu *precario*, hoc est, *ad proprium*, ut loquebantur, vel ad feudum, aut ad usumfructum: *jure verò Ecclesiastico* ea possideri ab Ecclesiis dicebantur, quòd Clericis & Presbyteris iis uti & frui concessum esset, ut propriis, ita tamen ut ea donare aut vendere iis non liceret. Ejusmodi *donationum formula talis erat*, quæ passim occurrit in Chartis Tabularii Bellilocensis in Lemovicibus: *Hæc omnia Deo salvatori, &c. pro animæ meæ remedio offero in stipendiis Monachorum in venturis generationibus, ut faciant abinde in omnibus jure Ecclesiastico quidquid elegerint*. Tabular. S. Eparchii fol. 122. *Istas res jam dictas manibus nostris tradimus —— ad habendum vel possidendum in omnibus jure Ecclesiastico, ea verò ratione, ut nullus de rectoribus ipsius monasterii S. Eparchii nec donare, nec vendere, nec alienare, nec concammiare, neque per precariam, neque in beneficium donare ad ullum hominem possunt*. Charta Theoderici Reg. Fr. in Actis Episcop. Cenom. *Quod ad matrem Ecclesiæ S. Mariæ, & SS. Gervasii & Protasii cui præesse videtur, jure Ecclesiastico pertinet*. Charta Hlotharii Imp. filii Lud. Pii in Tabulario Ecclesiæ Viennensis: *Et nos ad ejus deprecationem sæpedicto Bernardo Archiepiscopo, immo ejus sanctæ Sedi reddidimus, rectores eorum perpetuo jure Ecclesiastico tenerent atque possiderent*. Infrà: *Et faciant exinde quidquid elegerint jure Ecclesiastico*. Charta Caroli Calvi an. 855. to. 12. Spicilegii Acheriani p. 117. *Ut eandem villam cum omnibus suis appendiciis eadem Ecclesia, ac Rector ipsius, præsens scilicet atque futurus, sicut alias res proprietatis ejusdem Ecclesiæ, jure proprio & more Ecclesiastico perpetim teneat atque possideat*. Alia Ludovici Regis Bavariæ in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 348. *Ita videlicet, ut quidquid Rectores sive Ministri supradictæ Sedis de ipsis rebus, jure Ecclesiastico, facere voluerint, &c*. Donatio facta Abbatiæ Bellilocensi ab Rodulfo Comite Cadurcensi, in eodem Tabul. n. 176. *Totum vobis tradimus atque transfundimus, ut faciatis exinde quidquid vestra excogitaverit voluntas, tantùm vendendi, neque alienandi habeatis ex rebus ipsis potestatem*. V. Vitam Aldrici Episc. Cenoman. num. 9. 39. & p. 37. ubi *more Ecclesiastico* in charta Ludovici Pii occurrit. Præterea Chartam Ottonis M. Imp. apud Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Westphal. p. 185. & V. Cl. Steph. Baluzium in Appendice ad Capitul. n. 37. 78. 104. 109.

Jus Forense, Civile, cui opponitur Ecclesiasticum, apud Chunradum de Fabaria de Casibus S. Galli c. 5.

Jus hæreditarium. Adrevaldus de Translat. corpor. S. Benedicti cap. 2. *Datis pro eodem agro in mutua vicissitudine prædiis, quæ sibi à parentibus jure hæreditario relictis possidebat*.

Jus imaginarium. Formula vetus: *Constat, me non imaginario jure, nec ullo cogentis imperio vendidisse, &c*.

Jus potestativum. Vide *Potestas*.

Jus proprium. Vide *Proprium*.

Jus prætorium. Charta Roberti Regis Franc. ex Tabul. S. Cornelii Compend. *Ego Robertus G. D. Franc. Rex, & Constantia divino nutu Regina, --- Me & conjugem meam Constantiam jocunda conversatione mihi admodum dilectam, & in administratione rerum ad se pertinentium, satis utilem & strenuam, prædium nostræ regali sedi Vermeriæ contiguum, quod de auro à domo patris sui asportato prædicta mea conjux emerat, Sanctæ Mariæ Compendiensi & SS. Martyribus Cornelio & C. dedisse, --- & devotè jure prætorio & forensi dedisse pro nostra incolumitate & salute animarum nostrarum, & filii nostri Hugonis, jam regni solio, antequam decederet, sublimati, & proh dolor nostris diebus inibi sepulti, --- hæc omnia legaliter data & jure forensi & prætorio Compendiensi Ecclesiæ tradita nostræ auctoritatis potestate firmamus. Actum Aurelianis an*. 1224. Vide JC.

Jus provinciale, Prima jurisdictio, primum forum, à quo provocabatur, ad *jus generale*, seu ad supremam Curiam. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scaniæ c. 1. *Non statim injiciat manum possessori; sed qui pro eo sufficienter caveat, ut vel in jure provinciali compareat, vel in domo sua justitiam exhibendo fidejussorem sibi postulet assignari, &c*. Infrà: *Sed vinctum pedes compedibus ad jus provinciale convenientibus repræsentet*. Rursum. *Et si nec possit justitiam obtinere, deducat eum in jus generale, ad quod universi de terra conveniunt, audito rerum gestarum ordine pro voluntate convenientium judicandum*. Adde cap. 6.

Jus scriptum vocant nostri, quod alii *Jus civile*, seu *Legem Romanam*, quo Provinciæ aliquot in Gallia reguntur: cui opponitur *Jus commune*, seu jus consuetudinarium municipale, quo quæque ferè civitas vel Regio gaudet. Statutum Philippi Pulcri an. 1302. pro reformatione Regni cap. 48. *Ordinamus etiam, quòd si aliquæ personæ Provinciarum, quæ jure communi reguntur, in nostro Parlamento causas habeant, quæ jure scripto debeant terminari, sententia diffinitiva ipsarum secundùm jus scriptum factum*. In veteri Regesto Parlamenti sub an. 1277. vetantur Advocati *jus scriptum allegare*, ubi *consuetudines* municipales locum habent: *Li Advocat ne soient si hardi de eux mesler d'aleguer droit escrit, là û Coustumes ayent leu, més usent de Coustumes. Cil de la terre qui est gouvernée de droit escrit, soient oys par certains Auditeurs de la Cort, si comme il a esté autrefois ordené. Nuls des terres, qui sont gouvernees de droit escrit, soit en la Chambre des Plets, mais aille aux Auditeurs à ce destinez*. V. Fletam pag. 474. & seqq. In iisdem Regestis Parlamenti an. 1300. est inquesta, *an expediat Domino Regi quòd Ballivia montanorum Arverniæ regatur jure scripto?* Observat Bodinus lib. 8. de Republica cap. 8. pag. 113. Reges nostros in Academiarum seu Studiorum publicorum erectionibus jus civile nullatenus admittere, nisi in quantum ordinationibus regiis & consuetudinibus municipalibus non adversatur, & in quantum sibi expedire animadverterint. Extat præclarum in hanc rem Diploma Philippi Pulchri Regis Franc. an. 1312 pro Studio Aurelianensi in 48 Regesto Tabularii Regii ch. 58. ex qua sequentia delib. vimus: *Hinc progenitores nostri Parisius Studium Theologiæ principale, liberalium etiam artium, quæ sunt præparationes ad illam, privilegiis pluribus munierunt, & per Sedem Apostolicam muniri curarunt: hoc enim Studium fidei Catholicæ*

tholicæ lumen stabiliens, id ut arca fœderis testamenti conservat; hortus verò conclusus sua germina, fons signatus scientiæ Dei fluenta per universum orbem emittens. Ea-propter hoc studium fovere, peramplíusque stabilire proponimus, Deo præstante. Ut autem liberiùs ibidem Studium proficeret Theologiæ, progenitores nostri non permiserunt legum sæcularium, seu juris civilis Studium ibidem institui: quinimmo id etiam interdici sub excommunicationis pœna per Sedem Apostolicam curarunt. Cæterum super negotiis & causis forensibus, quæ spiritualitatem & fidei sacramenta non tangunt, regnum nostrum consuetudine moribusque præcipuè non jure scripto regitur, licèt in partibus ipsius regni quibusdam subjecti ex permissione nostrorum progenitorum & nostra juribus scriptis utantur in pluribus, non ut juribus scriptis ligentur; sed consuetudine, juxta scripti juris exemplar moribus introducta: tamen ut artium Studia liberalium ad Theologiæ scientiam introducunt, sic legum & juris scripti dogmata proficiunt intellectui rationis, ad mores dirigunt, doctrinam præstant exequendæ justitiæ, nec non præparant ad consuetudinum intellectum: sic profectò tradit antiquitas, Romanos & Græcos pro sui eruditione jus scriptum & mores ab initio recepisse. Placuit ergo nostris antecessoribus, placetque nobis legum & sæcularium scriptique juris, salva Parisiensis Studii provisione prædicta, in locis egregiis Regni nostri Studia frequentari præsertim ad doctrinam æquitatis & rationis fovendam, per quas in causis forensibus regni hujus judicari consuevit, ubi judicia, constitutiones, seu ordinationes progenitorum nostrorum, & nostræ, quas omni consuetudini præponimus, deficiunt, & consuetudo certa non reperitur lex, quæ fuerit judicandum. Non putet igitur aliquis, nos recipere, vel progenitores nostros recepisse consuetudines quaslibet sive leges, ex eo quòd eas in diversis locis & Studiis Regni nostri per Scholasticos legi sinantur: multa namque eruditioni doctrinæ proficiunt, licèt recepta non fuerint, sicut nec Ecclesia recipit quamplures canones, qui per dissuetudinem abierunt, vel ab initio non fuerunt recepti, licèt in Scholis propter eruditionem legantur. Scire namque sensus, ritus, & mores hominum diversorum locorum valde proficit ad cujusque doctrinam. Scribit Thuanus lib. 35. Hist. pag. 249. Hospitalium Cancellarium in oratione habita coram Rege, *cum præfatione & petita venia ex Pandectis Justinianæis vulgarem juris Romani regulam adduxisse.* Juris Civilis usum etiam apud Anglos interdictum, pluribus ostendit eruditus Seldenus in Dissertatione ad Fletam.

Jus Sueviæ. Vide Jus Saxonic. lib. 1. art. 18. & 19.

JUSSELLUM, pro Jusculum, habetur in Vita S. Valerici cap. 24.

JUSSORIUM, *Præceptio*, ita lego in Gloss. Isid. pro *jussorianem*. Verus in Epistola ad Desiderium Cadurcensem Episcopum: *Jussorium vestrum accepimus &c. Jussio*, eadem notione; sed maximè Principis. Anastasius in S. Silverio: *Tunc indignata Augusta misit jussiones ad Vilisarium Patricium.* In Vigilio: *Misit Anthemium Scribonem cum jussionibus suis. Jussio sacra*, in Conone, *Jussio divalis*, in S. Agathone, 1. *Imperiale præceptum*, ut est in l. 2. Cod. Th. de Operib. publ. Adde p. 41. 51. & Novellam Justiniani 114. *de sacris jussionibus.* Vide Diurnum Romanum cap. 2. tit. 3.

JUSTA, Gall. *Jouste*, monomachia ludicra, hastiludium singulare. Willelmus Malmesbur. lib. 2. Hist. Novellæ p. 187. *Tentavere primò Regii proludium pugnæ facere, quod justam vocant, quia tali arte erant periti.* Vocabuli etymon quidam accersunt à voce Latina *juxta*, & Gallica, *jouxte*, i. prope, quod non eminus, ut in præliis, uti vocant, cadupalibus; sed cominus lanceis aut ensibus res geratur.

Differebat autem *justa* à torneamento, quemadmodum species à genere. Torneamentum enim, universim dicebatur omnis ludicra decursio militaris: *Justa* verò pugna aut prælium, quod in torneamento fiebat. Deinde *torneamentum*, plurium & turmatim congredientium, *justa* singulare erat certamen. Unde rectè Niceph. Gregoras l. 10. dixit *justam*, quam voce Græcobarbara, ut & Jo. Cantacuzenus, τζύστραν appellant, μονομαχίας ἔνδειξιν ἔχειν. Confecta namque prima militari decursione, & finito omnium, qui una simul aderant, ex utraque parte, prælio, ad singulare certamen, seu ad *justam*, progrediebantur. Joannes Monachus Majoris-Monasterii lib. 1. Hist. Gaufredi Ducis tradit, Normannos, cùm à Britonibus in quodam torneamento victi & deleti essent, *confusione inopinata dejectos, singulare certamen Britonibus proposuisse.* Hinc ap. Monachum Moliensem in suo *Miserere*:

Gagner joustes au Tournoy.

Non semper tamen in solis torneamentis *justæ* fiebant, quandoque enim absque iis indicebantur. Has appellat Historia Burcicaldi: *Joustes à tous venans, grandes, & plenieres.* Vide Froissart. 2. vol. c. 154.

Qui in *justis* primùm decertabant, Fæcialibus, vel Heraldis, aliisque armorum, uti vocabant, officialibus, *elmum* suum, seu cassidem donativi vice conferre debebant, nisi priùs in torneamentis idipsum præstitissent. Inde nata illa solennis sententia, Ensem lanceam, non verò lanceam ensem immunem facere. Miles enim si in *justa* cassidem Fœciali contulerat, non propterea ab eadem rursum in torneamento donanda immunis erat. Tractatus MS. de Torneamentis: *Item pour les nobles qui tournoient, s'ils n'ont autrefois tournoié, donnent leurs heaumes aux officiers d'armes, ores qu'ils ont autrefois jousté: car la lance ne peut affranchir l'espée, & l'espée affranchit la lance. Mais il est à noter, si un noble homme tournoie, & qu'il ait paié son heaume, il est affranchi du heaume de la jouste; mais le heaume de la jouste ne peut affranchir celui du tournoy.* Hinc colligitur in *torneamentis* dimicare longè fuisse honorabilius, quàm in *justis*; etsi in *justis* dimicarent etiam, qui in *torneamentis* dimicabant; præterea lanceam eorum propriè fuisse qui in singularibus certaminibus decertabant; gladium verò eorum, qui in torneamentis.

JUSTA, Mensuræ liquidorum species, quasi *justa mensura*, quantum cuique sufficit potus subministrans. *Justo*, Occitanis. Ugutio: *Olla vel ulla, mensura parum minor quàm justa.* Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Benedicti c. 8. *Ad Cellarii ministerium pertinet, omnia vasa cellarii & coquinæ, & scyphos, & justas, & cætera vasa refectorii, &c.* Tabularium Episcop. Paris. ex Bibl. Puteana: *Hæc sunt vasa, quæ emit D. Willelmus Episcopus Paris. ante portationem suam, -- justa una quæ continet 2. marcas.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 149. *Percipiet etiam quilibet Fratrum --- cotidie duas justas de cervisia. Justa vini*, in Tabulario Vindocin. Thuani ch. 28. fol. 276. in Charta Nicolai Archiep. Messanensis ann. 1178. apud Rocchum Pirrum p. 319. & in alia Rogerii Comitis Siciliæ an. 1092. in Episc. Catan. p. 15. *Justa cervisiæ*, in Chron. Gen blac. Abbat. p. 534. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1350. *c. d'orfaverie: Pour solder & mettre 5. tiroirs à quatre grans justes, & quatre pintes d'argent.* Historia Prioratus Wigmorensis in agro Herefordensi in Anglia: *Et il dona adonks à l'Evesk une juste d'argent, pleine de pyement, laquelle il receust par graunt don.* Le Roman de *Vacce*:

Et vous illeuc un Damoisel
Une juste sous son mantel,
Mort est son pere nouvellement,
Relever vout son tenement.
Sa juste estoit moult bonne & chiere,
Tout estoit d'or noblement faite,
Cil qui la tint, l'a avant traite,
A present au Duc la tendi, &c.

Adde Librum Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 12. 17. Gregorium II. Priorem Cartusiens. in Statutis ejusdem Ordinis c. 28. §. 5. c. 57. §. 4. Statut. antiq. 2. part. c. 13. §. 30 part. 3. c. 10. §. 16. & Consuetud. Nancaii in Biturigib. art. 20. apud Thomasserium.

JUSTIFICARE, non tam justitiam exercere, judicare, quàm judicio dato damnare, vel per judicium compellere. Notitia de Rogero Episcopo Bellovac. apud Loisellum p. 248. *Dans ei medietatem Vicecomitatus, ita ut minister Episcopi, & minister Comitis justificent reos, & Leges æqualiter dividant.* Charta Fulconis Abbatis Corbeiensis ann. 1055. ex Tabulario ejusdem Monasterii: *De omnibus quoque ad se propriè pertinentibus, si hæc violaverit, ipsemet justificabit.* Charta Branonis Abbat. Dervensis in Tabul. ejusdem Monast. *Persolvant nobis in censu 2. solidos denariorum: quæ si neglexerint eo die solvere, in crastinum justificabuntur sua lege; si autem pro negligentia census justificari noluerint, Legemque solvere, vel deprecari, terram nostram recipiemus.* Charta an. 1146. in Tabul. Prioratus Neronis villæ fol. 18. *Et ibi in audientia procerum Castri Nantonis, & secundùm judicium eorum, justificabunt rusticos, & medietatem justitiæ habebit Prior Neronis-villæ, & medietatem Matthæus de Anunvilla.* Charta an. 1175. apud Bromptonum: *Et totam aliam terram, & habitatores terræ habeat sub se & justificet, &c.* Infrà: *Si à fidelitate Regis recesserint, ipse eos justificet & amoveat: & si eos per se justificare non poterit, Constabularius Regis Angliæ, & familia sua de terra illa juvabunt eum ad hoc faciendum, &c.*

JUSTIFICATOR, Judex. Chartam Rogerii Siciliæ Regis ann. 1144. subscribit cum aliis *Rogerius filius Boni justificator Curialis*, apud Ughellum tom. 6. pag. 143. 145. Liber Ramesiæ sect. 188. *Will. Rex Angl. H. Camerario & justificatoribus suis, omnibusque suis fidelibus Norff. salutem. Inquirite per Comitatum quis justius hujusmodi forisfacturam haberet tempore patris mei, sive Abbas Ramesiæ, sive antecessor Will. de Albineio, &c.*

JUSTITIA, Jurisdictio, cognitio judicis. Leges Edw. Confess. cap. 26. *Justitia cognoscentis latronis sua est de homine suo, &c. Justitia Regis*, eodem cap. est forum Regis, *la justice Royale*. Charta Henrici III. Reg. Angl. pro Abbatia S. Walerici in Picardia: *Habeantque Abbas & Monachi in tota possessione sua omnem justitiam de assaltu & sanguinis effusione & pacis infractione.* Passim.

Alta Justitia, merum imperium, jus gladii, *haute Justice*, Practicis nostris. *Hauteur & Justice* in Pacto Tongrensi an. 1403. pag. 30. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1272. in 30. Regesto Archivi Regii ch. 441. *Nec non alta justitia, quam extendimus ad omnem casum in quo contigerit aliquem pati debere mortem, vel exilium, vel membri mutilationem.*

Justitias facere, tenere, idem quod *placitum tenere*, nostris *faire*, vel *tenir la Justice, les Plaids*. Annales Francorum Loiselliani ann. 760 *Consilium fecit cum Francis, ut iter ageret supra dictas justitias quærendo in Aquitania.* Annales Tiliani ann. 799. *Legatos regios, qui tunc ad justitias faciendas apud eos conversabantur, comprehendunt.* Eginhardus ann. 814. *Ad justitias faciendas, & oppressiones popularium relevandas, Legatos in omnes regni sui fines misit.* Idem ann. 823. *Lotharius, cum secundùm patris jussionem in Italia justitias faceret.* Ratpertus de Orig. S. Galli cap. 5. *Contigit autem tempore quodam Wolfarium Remensem Episcopum Legatione à domino Karolo sibi injuncta justitias in Rhetia Curiensi faciendas ad ipsum pagum venisse, &c.* Placitum apud Pinendenam inter Lanfrancum Archiepiscopum, & Odonem Bajocensem Episc. sub Willelmo I. Rege Angl. apud Seldenum ad Eadmerum: *Huic placito interfuerunt Goisfredus Episcopus Constantiensis, qui in loco Regis fuit, & justitiam illam tenuit, Lanfrancus Archiepiscopus qui, ut dictum est, placitavit, & totum dirationavit, &c.* Vide Leges Longob. lib. 2. tit. 52. §. 2.

Justitia, Jus, quod alicui in re quavis competit, sive in ejus reditibus. Charta Divisionis Imperii Caroli M. cap. 10. *Similiter & de cæteris Ecclesiis, quæ sub illorum fuerint potestate, præcipimus ut justitiam suam & honorem habeant, &c.* Vide ejusdem Capitulare 2. ann. 802. c. 23. Versus Hadriani PP. ad eundem Carolum præfixi Collectioni Canonum:

Justitias almi Petri sui protectoris tueri.

Anastasius Bibl. in Stephano IV. pag. 97. *Imminentibus atque decertantibus in hoc sæpius nominatis, Christophorus Primicerius & Sergius Secundicerius, pro exigendis à Desiderio Rege Longobardorum justitiis B. Petri, quos obdurato corde reddere sanctæ Dei Ecclesiæ nolebat.* Idem in Hadriano pag. 99. *Inquiens, quod omnia illi mentitus fuisset, quæ ei in corpus B. Petri jurejurando promisit, pro justitiis sanctæ Dei Ecclesiæ faciendis, &c.* Pag. 100. *Quia justitias B. Petri, juxta quod repromiserat, non reddidit.* Adde pag. 105. Epistola Joannis Regis Bulgariæ in Gestis Innocentii III. PP. pag. 56. *Sciat autem Sanctitas tua, quòd quinque Episcopatus Bulgariæ pertinent ad Imperium meum, quos detinet Rex Ungariæ, cum justitiis suis Ecclesiarum, &c.* Vide Reginonem ann. 753.

Justitia, Præstatio census. Burchardus Wormaciensis Episcopus in Lege familiæ: *Si quis in civitate hæreditatem aream habuerit, ad manus Episcopi dijudicari non poterit, nisi tres annos censum & aliam suam justitiam inde supersederit.* Arnoldus Lubecensis lib. 3. cap. 6. *Dicebat enim dominus electus homines suos in multis ab eo injustè gravari, quædam etiam prædia violenter occupari, & justitias suas, quas in civitate sua Utine de advocatia consequi debebat, sibi frequenter per suos impediri.* Chunradus de Fabaria de Casib. S. Galli cap. 8. *Quas in suis perturbaverat tam feudis, quàm consuetudinalibus justitiis.* Charta Henrici Imp. ann. 1186. apud Ughellum to. 1. p. 378. *Sancimus quoque, ut homines de Camerano, cum ab eis requisiti fuerint, de justitiis suis plenè ipsis respondeatur, & ab eis non exigatur reddita.* Gregorius lib. 3. Decretal. tit. 3. cap. 9. *Ut consuetis justitiis & debitis obsequiis te defraudent, tonsuram resumant abjectam.*

Justitia, Multa judiciaria. Concilium Tribuiense an. 821. c. 4. *Triplicem compositionem, cum justitiis, quæ in superiori capitulo scriptæ & confirmatæ esse videntur, componat.* Forma sacramenti Vicariorum in Constitutionibus Catalaniæ MSS. *Et non accipiant aliquid ab aliqua partium, nisi directam justitiam, quæ de placito debet exire, & illam nisi causa finita, per compensationem, vel sententiam: & si per sententiam finiatur, accipiant solummodo justitiam à victo, à victore autem nihil accipiant, neque exigant. Si autem quæstio vel causa amicabili compositione fuerit terminata, moderatè, quod justum fuerit, exigant ab utraque parte: quam justitiam tradam fideliter in manum Bajuli vestri, & non vetabo alicui inde conquerenti. Et si quæ servitia mihi facta fuerint gratis, omnia manifestabo, & mittam in compotum, &c.* Charta ann. 1211. in Histor. Episcoporum Cadurcensium n. 87. *Et burgenses Cadurci mandaverunt & convenerunt nobis, quòd de cætero non acciperent denarios Rutenenses: & si aliquis acciperet vel expenderet burgensium, concederet nobis septem solidos de justitia, ut amitterent Rutenenses, & obolos, quos acceptos habuerint.* Vide Chartas alias apud Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 215. 216. 219. Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 150. &c.

Justitiam facere dicitur is, qui de crimine aut de re quapiam interpellatus juri stat, in Capitulis Hludovici Imp. post Legem Salicam cap. 5. *Rectum facere*, dixere posteriores.

Justitia, Judex, qui vulgò *Justitiarius*. Leges Henrici I. Regis Angliæ c. 42. *A Rege vel Justitia ejus, vel à communi utrorumque domino --- submoneatur.* Historia Translat. S. Guthlaci n. 24. *Ubi famosis judiciibus præsentibus, & patriæ Justitiis coram positis, controversia legitimo fine decideretur.* Vetus Charta apud Seldenum ad Eadmerum pag. 168. *Nullus, qui de Lege tenet in capite, nec aliquis dominicorum Ministrorum ejus excommunicetur, nec alicujus eorum terræ sub interdicto ponantur, nisi priùs dominus Rex, si in regno fuerit, conveniatur, vel Justitia ejus, si fuerit extra regnum.* Ubi Seldenus: *Qui vocat*

Præfectus Prætorio, aut Prorex, regias illo ævo vices agebat, & Capitalis Angliæ Justitiarius etiam indigitabatur.

Justitia Aragonum. Vide *Judex medius.*

JUSTITIA, idem quod *Justa, Jouste*, Hastiludium, in Historia Obsidionis Jadrensis an. 1345. lib. 2. c. 21.

JUSTITIA, idem quod *justa*, Poculum vinarium. Statuta S. Hugonis Cluniacensis to. 6. Spicilegii Acheriani p. 448. *Duodecim pauperes reficiantur, septem diebus justitia detur, excepta quotidiana prœbenda, quæ in majori Missa semper ponitur.* Petrus Cluniacensis lib. 1. Epist. 20. *Vascula vinaria, quæ justitias vocant, vel similia, concavare & componere tenta.* Idem in Statutis Cluniac. cap. 27. *Statutum est, ut non vasis illis vinariis, quæ justitia vocantur, sicut olim facere cogebantur; sed propriis ciphis unusquisque bibat, &c.* Udalricus lib. 2. Consuet. cap. 20. *Si opus habet justitiam suam & pateram lavare, tunc lavat.* Adde lib. 3. cap. 21. 22. Consuetudines Floriacens. pag. 401. *Potus in justitiis sicut in aliis diebus ponitur.* Leo Ost. lib. 2. c. 59. *Tollebat tantùm de loco mensæ justitiam ipsius, & ponebat in pavimento.* Tabularium Vindocinense Thuani fol. 228. *Ut emendatio illius forfacti esset unus panis, & una justitia vini.* Charta Arnaldi Episcopi Niciensis ann. 1159. apud Jofredum pag. 175. *Si autem cum eis comedere noluerit, libra ei & justitia cum pulmentis, quibus Clerici vescuntur, deforis mittantur.* Vide Concilium Monspeliense ann. 1214. can. 22. & usus vet. Cisterciens. cap. 89. 109. 114. 116.

JUSTITIARIUS, Judex. Ingulfus pag. 870. *Præfectos verò provinciarum-- in duo officia divisit, i. in judices, quos nunc Justitiarios vocamus, & in Vicecomites, qui adhuc nomen retinent.* Henricus Huntindonensis lib. 6. p. 370. *Qui Justitiarii vocabantur, caput erant omnis injustitiæ.*

Justitiarii Capitales, dicti in Anglia, Judices supremi, qui *proprias causas Regis terminabant, & aliorum omnium, per querelam, vel per privilegium, sive libertatem: ut si sit aliquis, qui implacitari non debeat, nisi coram Rege*, ut ait Bracton. lib. 3. de Act. c. 7. §. 2. c. 10. §. 2. De *Justitiarii Capitalis* dignitate, quæ suprema fuit apud Anglos, sic liber Niger Fiscalis cap. 4. *In Scaccario residet, imò & præsidet primus in regno, Capitalis scilicet Justitia.* Potestas verò ex eo deprehenditur, quòd quatuor summorum judicum hodiernorum muneribus solus olim fungeretur: scilicet *capitalis Justitiarii Banci regii*, id est, Placitorum Coronæ, seu criminalium: *Capitalis Justitiarii Banci communis*, id est, Placitorum civilium: *Capitalis Baronis Scaccarii*, hoc est, Curiæ ad sacrum patrimonium & fiscum pertinentis: & *Magistri* plerumque *Wardorum*, hoc est, pupillorum & orphanorum. Quippe licèt amplissimus hic magistratus in Regis palatio ferè semper versaretur, & in eo id officii, quod olim *Comites Palatii* obiret, ac proinde majoris momenti negotia, & quæ inter Barones regni controversæ erant, lites supremo dirimeret judicio, cùm ex quadam dignitatis vel *tenuræ* prærogativa eæ, *nisi coram Rege vel Capitali ejus Justitiario* judicarentur. Sed & Placita civilia, quæ *communia* vocant, sub illis sæculis unà agebantur in Palatio coram ipso Rege, seu *Capitali ejus Justitiario*, cum Placitis Coronæ: nec discretos habuerunt judices ante annum 9. Henrici III. vel potiùs 17. Joannis Regis: utroque enim anno concessum legitur à Rege, proceribus ad id instantibus, *ut communia Placita non sequerentur Curiam, (Regis) sed in loco certo tenerentur.*

Fixo ita judiciorum loco, enata nova jurisdictio, ac ortum forum novum, quod *Banci communis* appellatum est, cui Præses dictus Magistratus alter, *Justitiarius Banci communis* nuncupatus, cùm ei interesse *Capitalis Justitiarius* haud posset, quòd Regio Comitatui adesse semper teneretur. Exempta igitur rerum civilium cognitione, fiscalium & criminalium judex perstitit, eoque nomine *Scaccario* præsedit & Regio Thesauro, de quo, prout libitum erat, ad Regis & regni negotia statuebat. Niger liber fiscalis: *Illic (scilicet in Scaccario) residet Capitalis domini Regis Justitia, primus post Regem in Regno ratione fori, & Majores quique de Regno, qui familiariùs regiis secretis assistunt.* Et Ockamus, qui sub excessum Edwardi II. floruit: *Iste excellens sessor omnibus, quæ in inferiore, vel superiore Scaccario sunt, prospicit: ad nutum ipsius qualibet officia subjecta disponuntur; sic tamen ut ad domini Regis utilitatem justè perveniant. Hic tamen inter cætera videtur excellens, quòd potest his sub testimonio suo breve domini Regis facere fieri, ut de Thesauro qualibet summa liberetur, vel ut computetur, quod sibi ex Domini Regis mandato noverit computandum: vel, si voluerit, breve suum sub aliorum testimonio faciat de his rebus.* Scaccario igitur dum præsidebat, ei suberat Thesaurarius. Quæ quidem de Fisco ac rebus fiscalibus cognitio, vel hinc etiam deprehenditur, quòd ab Huberto de Burgo, Capitali Angliæ Justitiario, ab Henrico III. postulato anno 1232. apud Matthæum Paris, exacta ratio fuerit *de thesauris ad Scaccarium redditis, & de debitis, quæ Regi debebantur tempore patris sui, & de tempore suo: de scutagiis, carucagiis, donis & xeniis, sive custodiarum exitibus spectantibus ad Coronam*, ut & de rebus aliis, ad tres hodiernos magistratus pertinentibus, scilicet ad Magnum Thesaurarium Angliæ, ad Capitalem Justitiarium Banci communis, & ad Magistrum Curiæ Wardorum.

Supremi istius Magistratus ea potissimùm fuit prærogativa, quòd verè semper Rege in transmarinas partes, Gallicas nempè, pergente, *vices Regis* obiret, ut *Vicarius Regis, Regis Locumtenens, Prorex, Custos regni & Gardianus*: quod ex Capitalium Justitiariorum catalogo colligere est, & ex Recognitione Libertatum Angliæ, Clarendoniæ facta an. 1164. id est 10. Henrici II. cap. 7. *Dominus Rex si in regno fuerit, conveniatur; vel Justitiarius ejus, si fuerit extra regnum, ut rectum de eo faciat.* Similiter Magna Charta Joannis Regis, data anno 17. regni sui: *Nos vel si extra regnum fuerimus, Capitalis Justitiarius noster mittet Justitiarios nostros per unumquemque Comitatum semel in anno.* Et in alia Charta idem Rex de pactis decernens cum Magnatibus perimplendis, pollicetur, id se facturum, vel *per semetipsum*, vel *per Justitiarium suum.* Adjiciens inter alia: *Et si nos excessum non emendaverimus, vel Justitiarius noster, si fuerimus extra Regnum intef tempus 40. dierum. --- Barones referent causam illam ad residuos.* Hinc in auctoribus Holensbedi Chronicis ann. 17. Edvv. I. ubi occurrit mentio de Radulpho *de Hengham*, qui diminuta jam *Capitalis Angliæ Justitiarii* amplitudine, *Capitalis Justitiarius Banci superioris*, i. Regii appellatus est; subjungitur, ac si integer permansisset Magistratus, ista clausula: *Ad quem in absentia Regis, Regni moderamen præcipuè attinebat.*

Cùm igitur universis Regni judicibus præesset, curaretque ex injuncto sibi munere, ut Regis subditis ubique administraretur justitia, non modò *Justitiarios itinerantes* in Comitatus delegabat; sed ipse interdum id obibat officii, ut coram inspiceret popularium querelas, & in judicum delicta animadverteret. Matthæus Westmonasteriensis anno 1259. *Dominus Hugo Bigotus, vir fidelissimus, Capitalisque totius Angliæ Justitiarius, associatis sibi Rogero Turkeby & Gilberto de Preston, cœpit per Angliam circuire à Comitatu in Comitatum, & à libertate in libertatem, omnibus pro meritis impensurus justitiam.*

Sed summa ac nimiam hanc *Capitalium Angliæ Justitiariorum* potestatem & auctoritatem primus imminuit Ricardus I. qui illius munus in duos Magistratus suis distinctos jurisdictionibus divisit, Borealem nempe & Australem: qui mox coaluere, donec fluctante usque ad excessum Henrici III. eorum potestate, ab Edvvardo I. in classem redacti sunt inferiorem. Cùm enim animadverteret, quàm potens hic esset Magistratus in ciendis fovendisque Regni dissidiis, patri suo atque avo

avo quàm infestus, illius auctoritatem in minuit tum in persona dignitate, tum in officii amplitudine. Prætermissis itaque Regni proceribus, qui natalium splendore, vel Magnatum consanguinitate, aut numeroso clientum ac subditorum comitatu, inflati ac turgidi, novis rebus studere solent, *Capitales Justitiarios* è minori nobilitate delegit, qui & morum probitate conspicui & legum scientiâ instructi, totos se justitiæ exercendæ traderent ac consecrarent; ex quo crevit in Anglia Legum & Jurisprudentiæ studium, quod à Magnatibus, qui militiæ operam dare præferunt, ferè semper negligitur.

Potestatem etiam cancellis circumscripsit arctioribus, adeo ut semotum jam à rerum fastigio, & priscæ amplitudinis functionibus, forensi solummodo negotio & judiciis exercendis eum addixit. Anonymus quidam ante aliquot annos MS. *Ad obitum*, inquit, Henrici III 1272. *summorum Angliæ Justitiariorum auctoritas cessavit. Postea Capitales Justitiarii ad Placita coram Rege tenendum* appellati sunt. Alii verò *Capitales Justitiarii Banci communis*.

Abrogata igitur omni ferè, qua præcinctus olim fuerat, auctoritate ac dignitate, desiit M gistratus iste, etiam olim supremus, *Capitalis Angliæ* Justitiarius appellari: adeo ut Jacobo regnante, ægrè latum sit, quòd Edwardus Cokus in Relationum suarum frontispicio hoc se insigniret titulo: etsi vulgarem sequeretur morem, & rationis quidem haud expertem. Angliam enim totam, quoad pacem regiam & Coronæ dignitatem, nonnullaque alia promovenda, adhuc retinet in jurisdictione *Capitalis* ille *Justitiarius*, emittens etiam usque regni terminos mandata sua. ANGLIA, titulum præfigit in margine, jurisdictionis indicium. Sed & non dedignata sunt diversa Parlamenta ipsum, licèt primæva spoliatum amplitudine, nostro ævo *Capitalem Angliæ Justitiarium* agnoscere & nominare: ut videre est in Statut. anno 34. Henrici VIII. cap. 26. & 37. ejusdem c. 12. & in Decreto super eodem Statuto, 2. Edw. VI. c. 13. & 18. Eliz. c. 12. & Statuto privato 23. Eliz. cap. 5. citato in Novo lib. Intrat. tit. *Action sur le case*, sect. 5. &c.

Eligebantur olim *Justitiarii* non modò è sæculari nobilitate; sed interdum etiam ex Clero; tametsi Clerici in Canonibus vetentur munia obire sæcularia, & tribunalibus Laicorum interesse: atque id causa fuit, cur Innocentius III. Pontifex Ricardo I. Regi Angliæ, sub excommunicationis interminatione præceperit, ut Hubertum Walterum Cantuariensem Archiepiscopum Justitiarium Angliæ constitutum, ab officio removeret: *præcipuè*, ut est apud Matthæum Paris an. 1198. *cùm non liceat Episcopis negotiis sæcularibus se implicare.* Paruit extemplo Rex, Gaufridum filium Petri *Justitiarium* constituens, nec ad hanc postea dignitatem subrepsit alius unquam Ecclesiasticus: nisi sub Joanne Rege Episcopus Wintoniensis, qui infra biennium etiam exutus est, & Hugo de Pateshull Clericus sub Henrico III.

Eorum porrò qui supremum hoc munus in Anglia gessere sub Regibus Normannicis, catalogum contexuit Spelmannus, quem quidem ab eo mutuari consilium primò fuerat; sed cùm in messem alienam falcem immittere mihi religio sit, ad eundem eruditissimum Scriptorem amandare Lectorem consultius visum est.

Justitiarius quasi capitalis à latere Regis transmissus. Apud Bract. l. 4. tract. 3. c. 6. §. 2.

Justitiarii de Banco, seu in Banco residentes, cognoscunt de omnibus Placitis, de quibus auctoritatem habent cognoscendi, & sine vvaranto jurisdictionem non habent, nec coërcitionem. Ita Bracton. lib. 3. de Act. c. 7. §. 2. Idem cap. 10. §. 2. *Justitiariorum alii sunt perpetui, certo loco habitantes, sicut in Banco, loquelas omnes, de quibus habent vvarantum, terminantes.* Adde Fletam lib. 2. c. 34. Nicolaum Trivettum in Chron. an. 1304. Thomam Walsingh. p. 89. &c. Scribit Matth. Paris an. 1244. statuisse, Henricum III. ut *duo Justitiarii eligerentur in Banco, & duo ibidem Barones constituerentur in Scaccario.*

Tribunal verò *Banci* appellatione in Anglia duplex fuit: alterum *Bancus Regius*, seu *superior*, dictum, in quo *Placita criminalia*, seu *coram Rege* agitantur; id est, *Placita Coronæ*: alterum *Bancus communis*, seu *inferior*, in quo *Placita civilia, popularia, seu communia* dirimuntur. His binis *Bancis* præfuere Justitiarii, quorum seriem dedit Spelmannus.

Justitiarii Placitorum Coronæ Regis, apud Rogerum Hovedenum pag. 786. Vide *Coronator*.

Justitiarii Forestarum, iidem qui *Protoforestarii*, in Anglia. Vide *Foresta*.

Justitiarii ad audiendum & terminandum, qui ad motus repentinos & insignia maleficia cognoscendum plectendumque constituuntur. Spelm.

Justitiarii gaolæ deliberandæ, qui de malefactoribus incarceratis judicant sive ad pœnam, sive ad libertatem. *Justices errans, ou a gaole deliverie*, in Statuto Glocestriensi an. 6. Edvv. I. cap. 9.

Justitiarii ad Assisas, duas, vel tres, qui quidem perpetui non sunt, sed expleto officio jurisdictionem amittunt. De his Bracton. lib. 3. de Action. cap. 10. §. 2. c. 11. §. 9. 10. *Justitiarii ad assisas capiendas assignati*, in 2. Statuto Westmonasteriensi an. 13. Edvv. I. cap. 11. *Justitiarios ad assisas* hodie appellari, qui olim *Justitiarii itinerantes*, observat Spelmannus.

Justitiarii itinerantes & errantes, apud Anglos, dicuntur, qui bis quotannis singulas Provincias obequitant, & casus emergentes tam civiles, quàm criminales dirimunt & dijudicant: *Justices errans*, in Statuto Glocestrensi apud Stanfordium lib. 1. Placit. Coron. cap. 7. vulgò *Eyre justices*, vel *justices in eyre*, ut auctor est Rastallus, id est, errantes. *Justitiarii super la eyre*, apud Henr. Knyghtonum an. 1353. Gervasius Tilleberiensis in libro Scaccarii: *Fiunt interdum assisæ à justitiis errantibus, quos nos deambulantes vel perlustrantes judices nominamus.*

Justitiarii itineris, in Chronico Nicolai Trivetti an. 1260. *Justitiarius itineris de Corona*, apud eundem an. 1272. *Barones errantes*, apud Gervasium Dorobern. anno 1170. *Inquisitores*, ibidem. Lex 5. Cod. Th. de Officio Rectoris Provinciæ: *Provinciis Præsidentes per omnium villas sensim atque usitatim, vicosque cunctos discurrant, & ultro rimentur à singulis, quid unusquisque compulsor insolenter egisset aut cupiat, &c.* Petrus Blesensis Epist. 95. *Ipsos Justitiarios, quos vulgariter errantes, vel itinerantes dicimus, dum errata hominum diligenter explorant, frequenter errare contingit.* Scribit Rogerus Hovedenus ann. 1176. Henricum II. Regem Angliæ divisisse Regnum suum in sex partes, & per earum singulas tres *Justitiarios itinerantes* constituisse. Adde eundem p. 743. Matth. Westmonast. an. 1249. *Rex partes adiit Wintonienses, latronum & vespilionum repletione non mediocriter infames, ubi paulò antè Justitiarii exierant itinerantes, qui mundasse debuerant partes illas à peste prænotata* Idem ann. 1220. *Hoc etiam anno itineratio Justitiariorum domini Regis per totam Angliam.* Bracton. lib. 3. de Action. c. 7. §. 2. *Habet etiam* (Rex) *Justitiarios itinerantes de Comitatu in Comitatum, quandoque ad omnia Placita, quandoque ad quadam specialia, -- quandoque ad unicam, vel duas, & non plures.* Vide eundem cap. 11. §. 2. 3. & seq. ubi de eorum juramentis & officio, & lib. 3. de Corona c. 1. ubi agit, qualiter procedere debent in itinere suo, & quo ordine? Adde etiam Matth. Paris ann. 1224. p. 221. an. 1240. p. 360.

Bis in anno itinera sua peragere, & in quolibet Vicecomitatu suæ jurisdictionis tenere curias suas jubentur. In Statutis Roberti III. Regis Scotiæ cap. 30. & cap.

cap. 33. *ut Domini habentes regalias*, i. jura regia, *similiter bis in anno teneant itinera justitiaria*, statuitur. Sed postmodum exolevit ea appellatio, dictique *Justitiarii Assisarum*. Hodie, ut monet Watsius, Magnates aut Comites primarii, qui forestarum regiarum præfecturam habent *Justitiarii itinerantes* nuncupantur, *Justices in Eyre*.

Justitiaria itinera tenere, in Statutis Roberti III. Regis Scotiæ c. 30. 33. *Justitiaria itineratio*, apud Matth. Paris p. 543.

Justitiarii de Nisi ipsius. Vide *Nisi ipsius*.

Justitiarii ad omnia Placita, Radulf. de Hengham in Summa magna cap. 4.

Justitiarii pacis. Vide *Custodes pacis*.

Justitiarii ad custodiam Judæorum assignati; apud Gulielmum Prynneum in Antiquis Constitut. Angl. Adde pag. 46.

Magister Justitiarius, in Regno Neapolitano, qui & *Magister Magnæ Curiæ Justitiarius* vocabatur, de cujus officio ac jurisdictione sic Fridericus II. Imp. in Constit. Sicul. l. 1. tit. 37. *Statuimus, ut magnæ Curiæ nostræ Magister Justitiarius nobiscum in Curia commoretur, cui 4. judices volumus assidere, & ut Magister Justitiarius Curiæ nostræ supradictus de crimine læsæ Majestatis nostræ, & de feudis quaternis, & de quarta parte ipsorum feudorum, & de appellationibus ordinariorum, seu delegatorum nostrorum ad Curiam nostram interjectis, & de quæstionibus nostrorum Curialium, qui immediatè nobis assistunt, de specialiter in Curia nostra commorantium, qui de Curia nostra sine speciali mandato nostro non possunt recedere: nec non & miserabilium personarum, quarum est privilegium forum, eligere --- causas audiat &c.* Adde l. 1. tit. 8. 14. & Scipionem Ammiratum to. 1. de Familiis Neapolit. p. 41.

Justitiarii regionum in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 8. 36. seu judices minores.

Justitiarii de Trai le baston. Vide *Trai le baston*.

Justitiaratus, Dignitas Justitiarii. Chronic. Riccardi de S. Germano an. 1242. *Riccardus de Monte Nigro à justitiaratu Terræ laboris amovetur*. Occurrit sæpe apud Petrum de Vineis lib. 3. Ep. 13. lib. 5. Ep. 16. lib. 6. Ep. 14. 25. in Epistolis Joannis XXII. apud Waddingum to. 3. in Rege p. 100.

JUSUM, *Josum*, deorsum, vel inferius, Gallis *Jus*, Italis, *Juso*, *Giuso*, Hispanis *Yuzo*, Occitanis, *Jouts*. Papias: *Anocatum*, (ἄνω κάτω) *susum & jusum, quando venter & vomitus simul solvuntur, idque jusum, in inferiori parte*. Notkerus apud Canisium to. 5. Antiq. lect. I. *Jussum (jusum) vel inferius insinuat*. S. Augustinus tract 8. in Epist. 1. S Joann. *Quod susum, facias jusum: quod deorsum, facias sursum: jusum vis facere Deum, & te susum*. Et tract. 10. *Susum me honoras, jusum me calcas*. Ignotus Casinensis n. 19. *Civitatem juso fieri voluit & inchoavit*. Vide Martyrolog. Adonis 17. Januar. Ratpertum de Casib. S. Galli cap. 4. Eckeardum de Vita Notkeri cap. 7. Constantium African. lib. 2. Pandect. c. 8. &c.

Iosum. Lex Alamann. tit. 45. §. 2. *Et pausant arma sua josum*. Galli dicerent: *Ils posent les armes jus*. Historia Translat. S. Sebastiani c. 16. n. 76. *Iterumque modò josum nunc rursum offerens contunditur*. Unde emendandum Martyrol. Adonis 14. Maji: *Capite jorsum suspendi*. Leg. *josum*.

Iutta. Regula Magistri c. 27. *Statim temperatâ in uno vase pusca calida, aut, si voluerint Fratres, cum juttâ, quæ semper ampliùs propter sitientes fieri debet in pulmentariis fortioribus, aut galleta, aut calices sitientibus porrigantur*. Putat Menardus, juttam esse potionem, confectam ex lacte spissiorem, idque elicit ex Gloss. Isid. verbis, *Iutia, lactare*; ita ut non modò *jutta* reponat; sed & *lactare*, nomen neutrius generis efficiat.

Iuvenalis, Νεωτερικὸς, in Gloss. Gr. Lat. νέων ἑορτή.

Iuvenalia. Kalend. Roman Hervartii: *Non Mart. juvenalia*. Vide Dissert. 22. ad Joinvillam. pag. 273.

Iuvenari, νεωτερίζειν, in Gloss. Gr. Lat.

JUVENIS *homo*, infimi ordinis. Curia Generalis Catalaniæ acta Gerundæ sub Jacobo II. Rege Arag. an. 1321: *Quòd aliquis rusticus, borderius, vel juvenis homo, vel alius quilibet, &c.* Alio loco: *Statuimus, quòd aliquis juvenis vel procurator draperii, &c.* Occurrit ibi non semel. Juvenibus opponuntur *seniores*, *majores natu*, id est, viri ordinis superioris, viri nobiles. Vide *Iunior*.

JUVENIOR, pro *Junior*. Utitur Paulus Diaconus Emeritensis lib. de Gestis Episcop. Emerit. in S. Masona c. 15. & Beda in Hist. Wiremuthensis Monast. lib. 2. cap. 16.

JUVENTABILIS, Papiæ, *Beneficus*.

JUVENTITUDO, *Iuventus*, in Epist. Caroli M. ad Fastradam Regin. de Avarica victoria.

JUVENTARE, νεωτερίζειν, in Gloss. Lat. Græc. à *juventa*. *Iuventent*, νεωτερίζωσι. *Iuvenari*, dixit Horatius, pro more juvenum agere. Aliud Gloss. *Iuvenor*, νεωτερίζω.

JWAN, *Ivvanus*, Joannes, non semel apud Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandr. Hanc vocem eâ notione usurpant etiam passim Dalmatæ & Hungari. Vide Historiam Australem an. 1289. & 1296. ἰβάνης, eadem notione apud Cantacuzenum lib. 1. c. 36. 57. ἰβάγκος, apud Nicetam Choniatem.

JUUS, Abies, vulgo *If*, Gallis. Liber Miracul. S. Martini Abbat. Vertavensis c. 3. *Est autem id genus arboris aptum spiculis & arcubalistis, vulgò enim dicitur Juus*.

JUXTA, pro *erga*. Vetus Inscriptio: *Ob inlustria ipsius merita & amorem juxta cives, Ordo interamnatium patrono*.

JUZGUM, *Iuzgo*, Judicium. Hispanis, apud quos liber continens Leges Gothorum, *Fuero juzgo*, i. forus judicialis appellatur, ut auctor est Covarruvias de Veterum numismatum collatione cap. 6. §. 4. Charta Alboacem Regis Mauri in Conimbra apud Sandovallum in Favila: *Christiani habeant in Colimbria suum Comitem de sua gente, qui manuteneat eos in bono juzgo secundum solent homines Christiani, & isti component rixas inter illos, & non matabunt hominem sine jussu de Alcaide seu Alvacile Saraceno: sed monstrabunt suos juzgos, & ille dicebit: Bene est; & matabunt culpatum.*



K.



Littera numeralis, quæ 150. denotat, unde versus:

K. quoque centenos, & quinquaginta tenebit.

Seu, ut habet Ugutio:

K. centenarium, medium conservat & unum.

Cui assentiuntur Notæ numerorum ex antiquo Codice descriptæ, ubi K. 151. efficere dicitur. Eidem literæ, si recta linea superaddatur, centum quinquaginta unum millia significat.

K. licèt apud Latinos nihil valeat, apud Alemannos tamen pro X. Græca positum, Clenche, i. Clange, Clamitat, dum superponitur cantilenæ. Notkerus Balbulus opusc. *Quid singulæ literæ significent in superscriptione cantilenæ.* Vide A.

KAESIUS, pro *casius*, equi color in vet. Inscriptione, 342.

KAIA, Kaiagium. Vide *Caya.*

KALENDÆ, seu *Festum Kalendarum*, Wlug-Beigo in Epochis c. 7. *Festum Kalcandach*, ita appellant Scriptores, publicas illas ac superstitiosas lætitias, quas Kalendis Januarii, quibus annus aperitur, exhibuere primùm Gentiles, usurpavere etiam postmodum Christiani, & quas utrique indecoris choreis, mulierumque aut ferarum assumptis formis ac vestibus fœdabant, uti suprà in voce *Cervulus* indicatum. Ea porrò superstitio vigente Christianismo adeo invaluit, ut vix ab Ecclesia proscribi potuerit, atque adeo Episcopis, Conciliis, & summis Pontificibus, ad id vires suas conferentibus, ut patet ex Concilio Trullano can. 62. Romano sub Zacharia c. 8. Turonensi II. c. 17. 22. Autissiodor. can. 1. Capitulari Gregorii II. PP. pro Bavaris cap. 8. Attonis Episcopi Basileensis Capitulis cap. 79. Epistola ipsius Zachariæ ad Bonifacium Mogunt. & Sermonibus ac Homiliis Patrum, qui graviùs in ejusmodi Kalendarum spurcitias ac fœditates invehuntur, S. Augustini, S. Ambrosii Serm. 11. S. Maximi Taurinensis, Petri Chrysologi Serm. 115. denique Faustini Episcopi apud Bolandum. 1. Januarii, & è Græcis Joannis Chrysostomi, S. Asterii, & aliorum: quas quidem Kalendarum impietates & ludicras prophanasque superstitiones attigere etiam Tertullianus lib. de Idolalatr. c. 14. Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 40. Alcuinus lib. de Divin. Offic. cap. 4. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat. sub fin. Anonymus in Vita S. Sansonis Episcopi Dolensis lib. 2. c. 13. Vita S. Hugonis Abbatis S. Martini Eduensis n. 15. &c.

Licèt, inquam, ab Ecclesia non semel proscriptæ fuerint, indictis ad hanc diem jejuniis & litaniis, de quibus suo loco, quibus eæ quodammodo expiarentur, & ut ludicræ & impiæ festivitatis loco vera ac solida succederet: non potuere tamen tam altè radicatæ prorsus evelli, adeo ut extremis etiam temporibus plus solito vires acceperint, & non à sæcularibus duntaxat; sed & ab ipsis Episcopis & Sacerdotibus legantur usurpatæ: unde ejusmodi festivitati *Festi Hypodiaconorum* nomen inditum, non quòd revera soli Subdiaconi has scelestas choreas ducerent; sed quòd hac joculari appellatione nostri indicare voluerint, festivitatem hanc fuisse ebriorum Clericorum seu Diaconorum: id enim evincit vox *Soudiacres*, id est, ad literam, *saturi Diaconi*, quasi *Diacres saouls*. Cujusmodi autem fuerit, & quibus ineptiis constiterit, docet Beletus lib. de Divin. Offic. cap. 72. his verbis: *Festum Hypodiaconorum, quod vocamus Stultorum, à quibusdam perficitur in Circumcisione, à quibusdam verò in Epiphania, vel in ejus octavis. Fiunt autem quatuor tripudia post Nativitatem Domini in Ecclesia, Levitarum scilicet, Sacerdotum, Puerorum, id est, minorum ætate & ordine, & Hypodiaconorum, qui ordo incertus est. Unde fit, ut ille quandoque annumeretur inter sacros Ordines, quandoque non, &c.* ... detur sanè ea Episcoporum, vel potiùs Clericorum lascivia à Græcis originem cepisse; cùm in octava Synodo c. 16. ex versione Anastasii, (nam canon abest in Græca Editione) legamus *fuisse* tum *quosdam Laïcos, qui secundùm diversam Imperatoriam dignitatem videbantur capillorum comam circumplexam involvere atque reponere,* (ita namque ait hoc loco Anastasius, à cervice usque ad capita contorquebant, ut clericali more in rotundam tonsi viderentur) *& gradum quasi sacerdotalem per quædam indusia & vestimenta sacerdotalia sumere, &, ut putabatur, Episcopos constituere, superhumeralibus, id est, palliis, circumamictos, & omnem aliam Pontificalem indutos stolam, qui etiam proprium Patriarcham adscribentes, eum qui in adinventionibus, risum moventibus Prælatus & Princeps erat, & insultabant, & illudebant. quibusque divinis, modò quidem electiones, promotiones, & consecrationes, modò autem acutè calumnias, & depositiones Episcoporum quasi ab invicem & per invicem miserabiliter & prævaricatoriè agentes & patientes; talis autem actio nec apud gentes à sæculo unquam audita est, &c.* Quæ postrema verba satis innuunt, ejusmodi Clericorum ludibria in Occidente nondum nota.

Quòd igitur sub exitum mensis Decembris initium sumeret prava illa festivitas, *Libertas Decembrica* appellata est, de qua idem Beletus cap. 120. *Sunt nonnullæ Ecclesiæ, in quibus usitatum est, ut vel etiam Episcopi & Archiepiscopi in Cœnobiis cum suis ludant subditis, ita ut etiam se se ad lusum pilæ demittant. Atque hæc quidem libertas ideo dicta est Decembrica, quòd olim apud ethnicos moris fuerit, & hoc mense servi & ancillæ, & Pastores velut quadam libertate donarentur, fierentque cum dominis suis pari conditione, communia festa agentes post collectionem messium: quanquam verò magnæ Ecclesiæ, ut est Remensis, hanc ludendi consuetudinem observent, videtur tamen laudabilius esse, non ludere.* Vivebat Beletus in Ecclesia Ambianensi an. 1182. ut auctor est Albericus in Chronico MS.

Sed hæc ludicra, seu potiùs *crimina*, ut loquitur Chrysologus, vel μωρὰς ἢ βλαβερὰς τέρψεις, uti vocantur à S. Asterio, non semel evellere conata est Summorum Pontificum auctoritas. Extant enim literæ Petri Capuani Cardinalis Legati in Francia ann. 1198. quibus præcipit Odoni Episcopo Parisiensi & aliquot Canonicis ejusdem Ecclesiæ, ut hocce *festum*, quod *Fatuorum* appellabatur, & in Ecclesia Parisiensi, ut in cæteris, invaluerat, penitus abolerent: quod dictus Episcopus aliique ad id nominati Commissarii executi sunt, facta ordinatione in Ecclesia deinceps observanda, quæ habetur apud Gussanvillam post Notas ad Petrum Blesensem. Illud etiam interdixit Concilium Parisiense an. 1212. part. 4. c. 16. *A festis verò follorum, ubi baculus accipitur, omnino abstineatur.* Id est, baculus Episcopalis. Præterea Concilium Copriniacense ann. 1260. c. 2. *Rursus cùm in balleatione, quæ in festo SS. Innocentium in quibusdam Ecclesiis fieri inolevit, multæ rixæ, contentiones, & turbationes, tam in divinis Officiis, quàm aliis consueverunt provenire, prædictas balleationes ulterius sub intimatione anathematis fieri prohibemus.* Vide Statuta Joannis Archiep. Cantuariensis an. 1279. In Concilio Rotom. an. 1445. cap. 11. vetantur *ludi, qui Fatuorum vulgariter nuncupantur, cum larvatis faciebus, & aliàs inhoneste fieri in Ecclesiis aut Coemeteriis, &c.* Huc etiam spectant, quæ habentur in Necrologio Ecclesiæ Parisiensis: 7. *Idus Januarii ob. Hugo Clemens Decanus noster & Sacerdos,* (frater Henrici Clementis Franciæ Mareścalli) --- *Procuravit etiam salubriter & devote, quòd Festum B. Joannis Evangelistæ post Nativitatem Domini, quòd priùs negligenter & jculariter agebatur, solenniter & devotè celebraretur in Ecclesia nostra, &c.*

Sed

Sed hisce Ecclesiasticis statutis vix aboleri & extingui potuit, adeo ut longè postea etiam obtinuerit in Anglia; quod sanè colligere licet ex Inventario ornamentorum Ecclesiæ Eboracensis ann. 1530. in Monast. Anglic. to. 3. pag. 169. ubi hæc legimus: *Item una mitra parva cum petris pro Episcopo puerorum.* Infrà: *Item unus annulus pro Episcopo puerorum, & duo archys, unus in medio ad modum Crucis cum lapidibus in circumferentiis, &c.* *Decanorum Kalendæ rurales*, in Concilio Rotomag. an. 1313. cap. 6.

At in Gallia videtur desiisse, ex quo seriò manum admovit Facultas Theologiæ Parisiensis an. 1444. 12. Martii, missa ad id Epistola encyclica ad Galliæ Præsules, damnatoque, pleno Theologorum consessu, hocce festo, in quo Sacerdotes ipsi ac Clerici Archiepiscopum, aut Episcopum, aut *Papam* creabant, eumque *Fatuorum* appellabant: *Divini ipsius Officii tempore larvati, monstruosi vultibus, aut in vestibus mulierum, aut leonum, vel histrionum, choreas ducebant, in Choro cantilenas inhonestas cantabant, offas pingues supra cornu altaris juxta celebrantem Missam comedebant, ludum taxillorum ibidem exarabant, thurificabant de fumo fœtido, ex corio veterum sotularium, & per totam Ecclesiam currebant, saltabant, &c.* Verba sunt citatæ Epistolæ, quam edidit Savaro, & ex eo Gussanvilla. Similia fere habet Concilium Basileense sess. 21. Extr. ubi etiam *festum fatuorum* appellatur. Sed de hoc festo alia tradunt Cognatus in Histor. Tornacensi, & Marlotus in Metropoli Remensi ad ann. 1509. Similem vesaniam in rebus sacris Michaëlis μεθυσ Imp. recitant Constantinus Porphyrogen. in Basilio num. 21. Edit. Combefisii, Continuator Theophanis lib. 4. n. 38. Symeon Logotheta in eod. Michaële n. 18. & alii.

Kalendæ, Charta an. 1087. apud Sammarthanos in Abbatibus Vallis secretæ: *Cujus petitioni dominus Episcopus assentiens --- illud altare ordinavit, --- ita quidem salva justitia in Synodis & Kalendis, ut Sacerdos illius loci Prælatis suis obediat, sicut antea.* Id est, ita ut Presbyter loci illius, sicut cæteri Decaniæ Sacerdotes, per singulas Kalendas convenire teneatur. De conventu Presbyterorum singulis Kalendis mensium, agunt Hincmarus Remensis in Capitulis ad Presbyt. c. 15. Riculfus Suessionensis in Constit. c. 20. Attho in Capitular. c. 29. Regino lib. 2. cap. 216. Burchard. lib. 2. cap. 164. &c. Instituti verò causam prodit Concilium Nannetense can. 15. & idem Hincmarus in Capitulis an. 12. Episcopatus editis, cap. 1. scilicet *ut collationem de pœnitentibus suis haberent, & qualiter unusquisque pœnitentiam suam faceret, vel, si forte aliquis contra parem suum discordiam haberet, ei reconciliaretur.* Seu, ut Riculfus, *ut de suo ministerio & religiosa conversatione atque de his, quæ in eorum parochiis accidunt, sermonem haberent, &c.* Hinc *Calendas observare*, in Actis Murensis Monasterii pag. 9. est singulis Kalendis iis Clericorum collationibus interesse. Vita S. Uldarici cap. 6. de Presbyteris: *Super Kalendas more antecessorum suorum ad loca statuta convenirent, ibique solitas orationes explerent, &c.* Concilium apud Pontem Audomari an. 1279. c. 21. *Statuimus etiam --- ut Clerici moneantur in Synodis, in Ecclesiis Cathedralibus, atque Parochialibus, & etiam à Decanis ruralibus, in suis Kalendis, ut ipsi tonsuram & habitum deferant Clericis congruentes.* Concilium Rotomagense ann. 1335. c. 11. *Statuit præsens Concilium, quòd singuli Diœcesani in suis Synodis, & Decani in suis Capitulis, seu Kalendis exponant casus dictæ Sedi Apostolicæ & Diœcesanis specialiter reservatos, &c.*

Kalendæ, Sodalitates ad pias causas, inquit Sambucus, *Fratres Calendarum*, qui vulgò *Confratres*, fortè quòd singulorum mensium Kalendis invicem conveniunt, occurrunt in lib. 1. Decret. S. Ladislai Regis Hungariæ c. 14. 39. & in Capitulis Laurentii Archiep. Strigon. c. 46.

Kalenda, pro quovis die. Vita S. Landrici Episcopi Metensis n. 11. *Qui locus priùs à Monachis cultus, in tantum cognoscitur esse immutatus, ut cum supellex Ecclesiæ, librorum scilicet cæterorum ministeriorum tali modo inde subtraherentur, per multos annos Kalenda festivitatis S. Landrici oblivionis rubigine tegeretur.*

Kalendæ, anni initium, vel primus dies: ita, ni fallor, accipienda hæc vox, quæ crebrò occurrit in Tabulario Conchensi in Ruthenis ch. 44. *Et donat de censum 7. denarios Pogesos, & ad Calendas duos membros, --- & ad messiones unum meditum molton escorgatum, &c.*

Kalendæ Martiæ, à quibus veteres Franci annum auspicabantur. Decretum Tassilonis de popularibus Legibus §. 12. *Transactis tribus Kalendis Martiis, post has ancilla permaneat in perpetuum.* Chronicon Fredegarii de Pipino: *Evoluto anno Præfatus Rex à Kal. Martiis omnes Francos, sicut mos est, Bernaco villa ad se venire præcepit.* Vide Dissertat. 4. ad Joinvillam pag. 152. & suprà in voce *Annus*.

KALENDARIUM, Data, temporis nota. Fori Aragon. lib. 3. de Fide instrumentor. *Notarius quilibet teneatur scribere in principio cujuslibet instrumenti duas lineas de sua propria manu, & nihilominus testium nomina per literas extensas, & Calendarium, &c.* Adde lib. 4. de Tabellion. & tit. de Depositis, & Observantias Regni Aragon. lib. 9. tit. de Probationibus § 28.

KALENDATICUM, præstatio, quæ Januarii Kalendis fiebat. Charta Rogerii Siciliæ Regis an. 1137. apud Falconem Beneventanum p. 315. *Angarias, terraticum, herbaticum, carnaticum, kalendaticum, vinum, olivas, relevum, &c.* Καλανδικὸν in Justiniani edicto 13.

KALENDATUS, Kalendis, seu die ac anno notatus, in Translat. S. Angeli Carmelitæ apud Papebrochium.

KANEIUM. Lex Bajvvar. tit. 21. §. 6. *Si verò de minutis silvis, de vvic, vel quocunque Kaneio vegetum reciderit, cum solido & simili componat.* Ubi Editio Heroldi cap. 30. §. 3. *vel quacunque Kaneovicton* habet: Tiliana *Kaheir*; Baluz. *Kaheio*. Lindenbrogius, *Kneium* seu *Keye*, Germanicum, quod *salictum* sonat, interpretatur: nisi inquit legendum sit *Gaio*, i. silvula.

KARAVANNA, Vide *Caravanna.*

KARAXARE, Vide *Charaxare.*

KARINSIA. Contractus Navigii Dom. Regis cum Venetis ann. 1268. tom. 5. Hist. Franc. p. 435. *Et uno puero pro custodia equi, & pro vianda, & karinsiis suis portandis, &c.* Puto legendum *garnisiis*. Vide in hac voce.

KARNELIUS. Vide *Quarnellius.*

KAROLA. Vide *Carola.*

KAROLINGI, dicti à Germanis Regis Francorum à Carolo Martello & Carolo M. genus ducentes. Ita Lotharius Ludovici Ultramarini filius, *Karolingorum Rex* dicitur apud Ditmarum lib. 3.

KARPIE. Vita AbbatumS. Albani pag. 32. *Minutis autem, qui de sua consuetudine pastillis carneis reficebantur, esus subtraxit inordinatos, & pro carne, de allece & liborum cedulis (edulis) congestum quoddam ferculum (cujus solum nomen remansit) ipsis in communi cumulavit, quod more Normannorum Karpie, quasi Karempie sophisticè nominavit.* Hæret hîc Watsius, cui nihil occurrit de vocis notione; quam quidam sic interpretantur, ut sit minutal Cyprinum, *hachis de carpe*; nam pastillos in posterum de *halece*, ac proinde de piscibus dari Minutis statuit Abbas. Addit auctor, quasi *Karempie*, ubi nescio an non alludat ad *quadragesimale* edulium? Sed hæc meræ sunt conjecturæ. Idem porrò quod *Carpeia*, de qua voce suprà.

KARRINA. Vide *Carena*

KATHERANI. Statuta Roberti II. Regis Scotiæ c. 12. *Qui transierint ut Katherani, comedendo patriam, & con-*

& consumenda bona Comitatuum, & capiendo per vim & violentiam bona & victualia, &c. Ubi loci Skeneus annotat, *Katheranos*, Hybernis nuncupari, montanos Hybernos, qui in inferiores partes Regni Scotiæ descendere soliti, prædas agebant & incolis, eorumque bonis vim inferebant. Hodiè vulgò dicuntur *Sorners*, *Sojorners*.

KAYS, *Cancelli*. Ita Glossæ MSS.

KELCHYN. Triplex apud Scotos occisori mulcta imponebatur; *le Cro*, *le Galnes*, & *le Kelchyn*. De duabus prioribus diximus suis locis. *De Kelchyn* agit Regiam Majestatem lib. 4. cap. 38. *Kelchyn unius Comitis est sexaginta sex & duæ tertiæ unius vaccæ. Item le Kelchyn filii Comitis aut Thani, est 44. vaccæ, & 21. denarii, & 2. partes unius oboli. Item le Kelchyn filii Thani est minor per quartam partem quàm patris sui, & sunt 30. vaccæ, & 11. denarii, & tertia pars oboli. Rusticus nihil habet de Kelchyn. Item si uxor liberi hominis sit occisa, vir suus habebit le Kelchyn & parentes ejus habeant le Cro, & le Galnes. Item si uxor rustici sic occisa, dominus ipsius terræ, in qua manet, habebit le Kelchyn, & parentes ejus le cro & le galnes.* Quæ sit vocis *Kelchyn*, *Kelchen*, vel *Kelten*, (variè enim scribitur) significatio aut derivatio, non satis scio, ait Skenæus. Id constat, *Kelchyn* longè minorem esse mulctam, quàm *le cro*, ex cap. 36. nam *le cro* Comitis *est 140. vaccæ, tres oræ pro vacca. Item le cro filii unius Comitis vel Thani, est centum vaccæ*; & sic de cæteris. *Kelchyn* verò hic minor est mulcta, quæ interdum domino, interdum parentibus penditur.

KELEDEI. Vide *Colidei*.

KEMAT, Centuria, vox Cambrica seu Wallica in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ in Præfat.

KERHERE. In Bundello Eschaet. de anno 5. Edvv. I. n. 29. sic legitur: *Inquisitio & extenta terrarum & tenementorum, quæ fuerunt Roberti de Montealto nuper defuncti, in Reseng in Norff facta die Lunæ in crastino S. Fidis, videlicet regni Regis Edvvardi tertio. --- Item de quadam Consuetudine, quæ vocatur Kerhere, ad festum S. Michaëlis, 12. denar.* ubi fortè vox hæc *carreriam*, seu viam sonat, ita ut idem sit quod *droit de chaucée*, apud nos.

KERKA, Onus, ex Gall. *Charge*. Theloneum Mon. S. Bertini: *Kerka Bersil, dabit 4. den. dimidia Kerka 2. den. --- Kerka piperis, 4. den. &c.*

KERNELLARE. Vide *Quarnella*.

KERSONARIA, Nasturtiaria area, Gall. *Cressoniere*. Charta Joiæ Dominæ *de Wallaincourt* an. 1241. in Tabulario Monasterii Montis S. Martini: *Molendino, clusa, fundo, kersonariis.* Alia anni 1260. in Tabulario Bellilocì in diœcesi Rothom. pag. 45. *Confirmo eleemosynam quersonariæ cujusdam.*

KETEL, Cacabus, olla ferrea, aut ærea, Belgis. Theloneum Monasterii S. Audomari: *Centum veteris metalli, 4. den. unus broketel, 6. den. unus setrekeel, 2. den. unus ketel, de 5. den. unum den.*

KEYE. Vide *Cone*.

KEYS. Charta Edvv. III. Regis Angl. to. 2. Monastici Angl. p. 71. *Nolo etiam, quòd aliquis Senescallus, Constabularius, Ballivus, Keys, sive forestarius, serviens vel venator, --- per terras eorum venientes, ab ipsis nec ab hominibus suis pascantur.*

KIDELLUS, Machina piscatoria in fluminibus ad salmones, aliosque pisces intercipiendos. *Bettles*, & *VVeres* Angli vocant. Magna Charta Joannis Regis Angl. cap. 24. apud Matth. Paris: *Omnes kidelli deponantur de cætero per Thamesiam, & Medevveiam, & per totam Angliam, nisi per costeram maris.* Fleta lib. 1. c. 20 §. 40. *de his, qui piscantur cum kidellis.*

KILKET, Servilis quædam solutio. Vetus Charta apud Spelmannum: *Kilbet, pro qualibet husbandrea 2. den.*

KILLYTHSTALLON, Quod domino penditur ad inveniendum equum admissarium (*estallon*) in tenentium suorum beneficium. Spelm.

KILTH, *Libertas villæ*, in MS. interpretatur, ait Spelman. qui vocis originem ignorare se fatetur.

KINGELD, Tributi species, sic dicta, quòd Regi exsolveretur: *King* enim Anglis Rex dicitur. Vide to. 1. Monast. Anglic. p. 830.

KIRALITER, vox conficta ex Græc. κύριος. Fragmentum Anonymi Beneventani c. 5. apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hist. Longob. *Cepit eundem Præsulem, qui ei Beneventum kiraliter præbuerat, &c.* Id est, cum plena potestate & omni dominio. Vide *Potestativè*.

KIRTEL, Vestimenti species. *L' ordre observé à la Creation des Chevaliers des Bains: Un autre luy baillera ses brages, le tiers luy donnera un pourpoint, un autre luy vestira avec un kirtel de rouge Tartarin.*

KITONITA, κοιτωνίτης, *Cubicularius* in Gloss. Gr. Lat. Luithprandus in Legat. *Leo Kitonita.* Ignotus Barensis in Chron. an. 1020. *Descendit Oresti Kitoniti cum exercitu.* Vide Notas ad Alexiadem p. 250.

KIVIT, Avis prædatoriæ species. Tidericus Langenius in Saxonia:

Est & avis Kivit, quæ bellat quàm cito vivit.
Signans iratos homines ad bella paratos.

KMETHONES, Servilis conditionis homines, apud Polonos, in Legibus Polonicis Chopini libris de Domanio subditis.

KNAPONES, Pedites milites. Hist. Australis ann. 1286. *Præcone Regis Aragonum per exercitum valenter clamante, quòd neminem occidant nisi milites galeatos, Knapones verò & scutiferos illæsos permittant abire.* Theutonibus *Knap*, est alacer, agilis, celer: *Knape* verò, servus, minister, famulus.

KNAVE, Charta an. 22. Henrici VII. Reg. Angl. apud Spelm. *Joannes filius VVillelmi Couper de Denby Knave, ad satisfaciendum Regi de omni eo, quod ad Regem pertinet occasione cujusdam utlagariæ in ipsum in placito transgressionis ad sectam Regis promulgatæ 22. Maji.* Ubi vox *Knave* conditionem ac classem hominis videtur indicare. Saxonibus Knapa *famulum* sonat; hinc Peildknapa *armiger, scuti famulus*, quomodo fortè *Knarve* intelligi hîc debet, nam & *famulos* dictos armigeros suo loco docuimus. Vide Janum Dolmerum ad Jus aulicum antiquum Norvagicum pag. 8. Edit. Danicæ.

KNEZ vel *Kneg*. Vide *Caganus*.

KNIVUS. Vide *Campulus*.

KNOPA, Tuber, nodus, Anglis *Knob* & *Knot*. Monasticum Anglic. to. 3. p. 365. *Textus super Evangelia, cum uno claspi, habens ex uno latere quinque knopes argenteas, &c.*

KRAGE, inquit Saxo Grammaticus in Hist. Danica, *dicitur lingua Danica, truncus, cujus semicæsis ramis fastigia conscenduntur; ita ut pes præcisorum stipitum obequio perinde ac scalæ beneficio nixus, sensimque ad superiora provectus, petitæ celsitudinis compendium assequatur.*

KRODO, apud Saxones pro Deo cultus. Crantzius in Metrop. lib. 1. c. 3. *Krodo nomen erat Idolo, quod Saturnum sunt arbitrati. --- Pertinet hodie in Gente execrationis vocabulum, ut quoties abominanda res est visa, Krodo cum indignatione dicant.*

KUNIGSTEUR, Regium tributum: vox Germanica, ex *kunig*, Rex, & *steür*, seu *steüra*, tributum. Charta Henrici VI. Imp. an. 1193. in Metropol. Salisburg. to. 1. p. 378. *Videlicet cum advocatia, & servitio Regio, subsidio, sive supplemento, seu steüra, quod in vulgari kunig steür dicitur, &c.*

KYRIELES, Litaniæ publicæ, in quibus Κύριε ἐλέησον decantatur: nos etiam *Kyrieles* dicimus. Auctor Miraculorum S. Perlendis Virg. cap. 2. n. 11. *Omnibus Clericis Hymnum concinentibus, --- Laïcis verò Kyrieles celebrantibus.* Concil. Valense an. 529. cap. 3. Et

quia

quia tam in Sede Apostolica, quàm etiam per totas Orientales atque Italiæ provincias, dulcis & nimiùm salutaris consuetudo est intromissa, ut Kyrie eleison frequentiùs cum grandi affectu & compunctione dicatur: placuit etiam nobis, ut in omnibus Ecclesiis nostris ista tam sancta consuetudo, & ad Matutinum & ad Missas, & ad Vesperam Deo propitio intromittatur.

Kyrieleisare, Kyrie elæeson concinere. Vita sancti Wunbaldi Abbatis Heidemenh. n. 28. *Omnis plebs cantantes kyrieeleisabant.*



L.



L Littera numeralis, quæ 50. denotat, unde versus:

Quinquies L. denos numero designat habendos.

Eidem literæ si recta linea superaddatur, 50. millia significat.

L. *in superscriptione cantilenæ, levare lætatur.* Ita Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ literæ significent in superscript. cantilenæ.* Vide A.

A Græcum pro L. occurrit in aliquot vett. Inscript. 98. 2. 793 5. 741 9.

LABANDAGO. Lucifer Calaritanus lib. Moriendum esse pro Dei Filio pag. 337. *Nihil refert -- an securi caput auferas, an ad palum me, an ad crucem alliges, igne torreas, an vivum humo condas, saxo præcipites an in maria mergas labandagine magnis viribus conatus uno vastissimo ictu longè à me meum caput excutias, &c.* Ubi Tillius Meldensis Episcopus; *Dictio barbara, pro forma quadam instrumenti, quod vi ducebatur: unde etiam apud nos illud, quo balistæ tenduntur, vocatur Bendage.* Sed vocis Gallicæ istius alia est originatio, de qua in *Binda*. Quid si legas, *an à pendigine*, i. e. à reliquo corpore: est enim *pendigo* idem quod πῆγμα, compago, ita ut bifariam hîc sumi possit id vocabuli, vel pro machina lignea, seu tabulato, quod πῆγμα etiam Græci vocant, à quo caput longiùs excutiatur: vel pro ipsa reliqui corporis compactione, à qua caput evellatur: (Quemadmodum catapulta *tortilibus nervis*, ut est apud Ammianum lib. 15.) qua postrema notione *pendiginem* interpretatur Salmasius apud Arnobium lib. 6. *O utinam liceret in simulacri alicujus medias introire pendigines: immò utinam liceret Olympiacos illos & Capitolinos Joves deducere --- in membra solutos, omnesque illas partes, quibus summa concluditur corporum, discretas ac singulas contueri.* Gariopontus lib. 5. Passionarii cap. 23. *Pendiginem strictiùs interpretatur, ubi de apostemate: Si verò non dissolutum & solutum videris apostema factum, id est, quod non facilè possit adhærere, fit enim per nimiam suppurationem, quando cutis ipsi ut pannus contritus nimium succum vivacem emittit, & dicitur colpus, id est, quasi sinus quidam pendens intus, non in suo tempore sectus, --- tunc debemus mulsa lavare aquata, ut pendiginem vel colpum ipsum purges &c.* Infrà: *Ideoque utilissima sunt talia ad paracolesin, vel pendiginum, vel aliorum vulnerum.* Qua notione vocem usurpasse videtur Vegetius lib. 2. Artis veterin. c. 44. *Quod si jumento scapulæ fuerint dissolutæ, diligenter inspicias, ne quas inter nervos & commissuras pendigines faciat.* Ad priorem significationem referri potest locus iste ex Paulo Warnefrido lib. 5. de Gest. Longobardor. cap. 8. *Jussu Imperatorum caput ejus abscissum est, atque in belli machina, quam Petrariam vocant, in urbem projectum est.* Matth. Silvatic. *Pendigo, id est colopus vulneris.* Vide *A pendice cedri.*

LABARUM, Signum militare Romanorum, pensile, ex panno aut serico confectum, fimbriis ac aliis ornamentis instructum, & transversario antennæ specie ligno affixum à suprema conti parte pendens. Glossæ MSS *Labarus, lata lancea, vel vexillum.* Glossæ Isonis: *Labarum, vexillum vel frenum.* Id verò non nuperum, & Constantini duntaxat ævo cognitum, quo appellationem ejusmodi vexilli tum primùm apud Scriptores constat reperiri; sed & Republica stante & sub Imperatoribus Romanis, ut in nummis Consulum & Imperatorum passim videre est: quod quidem velum, *siparum vexillorum* vocat Tertullianus in Apologetico. Ita porrò appellatur præsertim subConstantino vexillum, in quo, Christianus factus, Christi monogramma describi curavit: quod quidem τῶν ἄλλων τιμιώτερον, *cæteris pretiosius ac sanctius* haberi, Imperatorem semper præcedere, & à militibus adorari, & in præliis à fortioribus exercitus militibus ambiri & stipari præcepit, ut habent auctor Vitæ Constantini lib. 2. cap. 8. & Sozomenus lib. 1. c. 4. quos quidem milites eos esse plerique autumant, quos *Præpositos Laborum* vocat Codex Theodosianus. Nam quod *Labarum* Ambrosius l. 6. Epist. 29. Prudentius l. 1. contra Symmachum, & alii; *Laborum* vocant Sozomenus loco citato, veteres Glossæ apud Turnebum lib. 15. Adverf. c. 16. Acta secundæ Synodi Nicenæ, Aldhelmus de Laudibus virginitatis, &c.

Sed unde utraque hæc nomenclatura ortum habeat, multa multi hariolati sunt, nec quicquam certi aut sani tradidere. Hos consule, si lubet, & quod de Labaro scribi potest, in iis inspice, ne aliorum dicta hîc congeram, Turnebum loco laudato, Fullerum l. 2. Miscell. sacror. c. 1. lib. 4 c. 12. Stewechium ad Vegetium l. 3. c. 17. *d' Orleans* ad 1. Annal. Taciti, Baronium an. 312. n. 23. & seq. Gretzerum lib. 1. de Sancta Cruce cap. 4. Tristanum to. 3. Commentar. p. 484. denique Jacobum Gothofredum ad tit. Cod. Th. de Præpositis laborum.

Verùm si cum aliis licet conjecturæ indulgere, ut Labarum veterum Germanorum, Dacorum, Pannonum & Armeniorum fuisse vexillum prorsus existimo, ita & vocabulum. Ut sic putem, faciunt Imperatorum numismata, in quibus ferme semper inter earundem gentium spolia effingitur, cum eo clypeorum genere, quod iis proprium fuisse satis iidem nummi declarant; atque in primis Augusti, Neronis, Claudii Drusi, Domitiani, Nervæ, Trajani, Antonini, Veri, &c. Apud Jacobum Biæum post Augustini Dial. pag. 10. 17 24. 31. 34. 40. 46. 50. adeo ut ab iis gentibus illud mutuatos Romanos prorsus existimandum sit. Certè *Labarum* Danorum vexillum appellatum fuisse, videtur innuere auctor miraculorum S. Bertini lib. 2. c. 11. *Pagani in antefati collis cacumine principale vexillum, quod Labarum vocari fertur, alto stipiti pro tertore infixerunt.* Subdam præterea quædam de Labaro ab aliis omissa: ac primùm ex Althelmo de Laude Virginum cap. 10.

Cuspide vexilli scrobem sulcare memento,
Labara sic equitans per terram tendito dextra.

Cap. 4.

Denique cùm voti remeasset compos ad urbem,
Compta triumphorum sortitus labbara Princeps,
Inclita Romanis revehens ex hoste trophæa.

Et cap. 44.

Attamen ad cæli scandunt spiracula sedes;
Absque chao densis gestantia labbara turmis.

Addo etiam Labari Romani figuram servatam postmodum in vexillis nostris Ecclesiasticis, quibus perinde *Labari* nomen tribuit Eckeardus junior de Casibus S. Galli cap. 3. *Senatur continuò ad concursum & laudes Cæsaris abituri: arripit ille infelix futurus Labarum eo die ordinis sui dominum antecedendi*, &c. Sed & *Labarum* pro hasta usurpavit Anselmus in Actis S. Guigneri & sociorum n. 4.

Labarus, mascul. gen dixit S. Fulgentius Homil. 60. de S. Laurentio: *Super labaros fulget terreni Regis triumphus Martyris Confessoris, non enim in triumpho ejus fulgent margaritæ & gemmæ; sed coruscant cæci videntes & satiati panibus indigentes. O labarum dominicæ Crucis, quem portabat cervicibus suis, & imponebat oculis clausis, portas aperiens cæcitatis. Labarum enim non gemmis infixis pannum habebat purpureum; sed cum vulneribus Salvatoris in sanguine tinctæ pallium purpuratum.*

LABELLUM. Veteres Chartæ apud Ughellum tom. 7. p. 396. & 397. *Et palmentum, & labellum, seu & una cisterna* Ubi idem Ughellus p. 411. *Labellum: ad mustum recipiendum à labendo dictum est locus ex palmento seu torculari labens: est autem labellum instar piscinæ, & ab aliis locus dicitur Amalfico vocabulo labellum.*

Labellum sumitur pro *Canthoro*, in quo reponitur aqua benedicta. Vetus Inquesta apud Puricellum in Ambrosiana Basilica p. 1157. *Et multoties vidi custodes Monachorum, & non alios accendere, & extinguere cicendile -- & portare aquam in labello, qui est in Ecclesia S. Satyri.*

LABES, Clades. Glossæ antiquæ MSS. *Labina, hoc est calamitas, labes, ægritudines, morbus.* Aurelius Victor Schotti in Vespasiano: *Cùm satis constet ærarii inopia, ac labe urbium: novas eum neque aliquandiu postea habitas, vectigalium pensiones exquisivisse.* In Severo: *Labes publica.* In Gallieno: *Quas labes Mursina reliquos fecerat.* Usum etiam Ennium & Plautum observatum ab aliis.

Labes pro *Lapsus*, habetur in Vita S. Deicoli Abbatis Lautrensis n. 45.

LABILICIDIUM, *Gallicè corba, vel tricidium.* Ita Glossæ MSS. ad Distich. Magistri Cornuti.

LABINA. Vide *Lamina*.

LABIO, *Tabernarius, vel Leccator*, Ugutioni.

LABELLUS, seu potiùs *Labellus*, nam sic legendum apud Helgaldum in Roberto Rege: *Qui non obliviosus factus ornamentum quod erat in sex unciis auri dependens à genibus, & quod nos lingua rustica lablellos vocamus, ipso conspiciente, cultello diripuit, quantocius discessurus.* Ita appellabant nostri lacinias, quæ à sago militari pendebant, vulgò *lambeaux*, vel *labeaux*, quas *pittaciola* nuncupat Monachus Sangallensis l. 1. de Carolo M. c. 36. quòd *pittaciorum* formam, de qua suo loco, referrent. Fortescutus de Laudibus Legum Angliæ c. 51. describens habitum *Servientium ad legem*: *Serviens ad legem ipse existens roba longa ad instar Sacerdotis cum capitio penulato circa humeros ejus, & desuper collobio, cum duobus labelulis, qualiter uti solent Doctores legum in Universitatibus quibusdam, cum suprà descripto birreto vestiebantur.* A *Limbis* vox videtur deducta, quos *sagis* militaribus adscribit Sidonius lib. 4. Epist. 20 *Viridantia saga limbis marginata puniceis* V de quæ de *Labellis* observamus in Dissert. 1. ad Joinvillam pag. 139.

LABOR, Vexillum ita dictum quidam eruditi censent, cujus meminit Gregorius Nazianzenus Orat. in Julianum, sic appellatum, quòd vim habeat solvendorum laborum. Extat in Cod. Theod. lib. 6. titulus *de Præpositis laborum*, ubi sic: *Præpositi laborum nostro judicio & stipendiorum sudoribus promoventur.* Atque ita legi in omnibus Codd. MSS. observant viri docti, licèt quidam reponant *labarorum*, eoque versus hosce Tertulliani, Carmine de Jona, referendos putant:

> *Palpitat antenna stridens, labor horret ab alto,*
> *Ipsa etiam infringi dubitans inflectitur arbor.*

Vide *Labarum*.

LABOR, Quod quis *labore* suo ac industria quæsivit, quæstum, acquisitum, *Aquest.* Lex Longobard. lib. 2. tit. 23. *Nam si de illo labore comparaverit, quod postea laboravit aut fecit, postquam in ipsa causa ad censum reddendum introierit, in ipso cespite dimittat, ubi laboravit.* Traditiones Fuldenses l. 2. trad. 15. *Trado ad Monasterium S. Bonifacii --- pecuniam meam, quicquid fuerit in domibus, ædificiis, & omnem laborem meum, totum & integrum, & unum puerum nomine Otger cum omni labore suo.* Tradit. 35. *Cum mobilibus & immobilibus, cum omni adjacentia eorum, & cum Monasterio superposito, quæ ego ipsa proprio labore construxi & ædificavi, &c.* Quod vero hic *labor*, Tradit. 119 *Acquisitio* dicitur: *Trado ancillam ad S. Bonifacium -- cum omni acquisitione sua, &c.*

Laborare, Acquirere, *labore* suo ac industria acquisitionem facere. Formulæ vett. *Et quidquid pariter in conjugium positi laboravimus.* Alia: *Et quidquid laborare potuerint, cessum habeant.* Alibi: *Peculiare quod habet, aut inantea laborare potuerit, cessum in perpetuum habeat.* Vide Gregor. Turon. de Gloria Confess. cap. 82. Gesta Regum Francor. cap. 13. Formulam 7. ex Baluz. &c.

Elaborare, eadem notione Lex Salica tit 47. §. 2. *Et si ibi aliquid elaboravit, quia Legem noluit audire, amittat.* Vita S. Desiderii Episc. Cadurc. cap. 18. *Aurum & argentum, quod ex successione parentum habeo, vel quod in Regis aula & in principum elaboravi.*

Elaboratus, idem quod *labor*: quod quis sua industria acquisivit, comparavit. Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 15. *Quicquid mihi pater meus & mater mea & fratres hereditaverunt, & proprio elaboratu acquisivi.* Occurrit ibi pluries trad. 59. 68. 93. 109 128. lib. 2. trad. 26. 40. 42. 68. 120. 175. 235. & in Fragment. Capitular. editis à V. Cl. Steph. Baluzio c. 9.

Laboratum, in iisdem Traditionibus lib. 1. trad. 23. Charta Adalasiæ Comitissæ an. 1075. *Dum & offero à præsenti die -- medietatem de manso uno cum omnibus rebus, ac medietatem ipso manso pertinentem jacet in vico Pinarolio, vel in ejus territorio, prope Ecclesiam sancti Martini, & est rectum elaboratum.*

Laboratus, in Capitulari Caroli M. an. 807. c. 7. in Capitulari Pipini Regis Italiæ c. 4. in Chartis Alamannicis Goldasti c. 74. in Lege Longob. lib. 3. tit. 4. §. 5.

Laborarium, Quæsitum. Charta Adalberti Episcopi Pergamensis: *Sive sint de meis propriis domicultibus præsentibus, sive colendis futuris, sive de meis successoribus, Coepiscopis, vel & de meis, seu & omnium ipsorum successorum meorum laborariis.*

Conlaboratio, Acquisitio, quæ fit à conjugibus stante matrimonio; Gallis *Conquest.* Lex Ripuariorum tit. 37. *Tertiam partem de omni re, quam simul conlaboraverint, sibi studeat evendicare.* Capit. Carol. M. lib. 4. c. 9. *Volumus, ut uxores defunctorum post obitum maritorum tertiam partem conlaborationis, quam simul in beneficio conlaboraverunt, accipiant.* Tradit. Fuld. lib. 2. c. 11. *Quantum nobis genitores nostri dimiserant, & nos ipsi conlaborati habemus, donamus atque transcribimus, & post nostrum amborum discessum, quantum conlaboravimus, &c.* Tertiam porrò *conlaborationis* partem uxoribus cessisse testantur præterea Appendix Gregor. Turon. c. 85. Aimoinus lib. 4. c. 36. Marculfus, Gesta Dagob. cap. 47. Can. 5. Synodi Meldensis, &c.

Conlaboratio, *Decimæ conlaborationum* in Capitul. Caroli C. tit. 41. c. 11. Annales Francor. Bertiniani ann. 867. *Carolus Rex Abbatiam ipsius Monasterii sibi retinuit; causas Monasterii & conlaborationem per Præpositum & Decanum atque Thesaurarium -- geri disponens.*

Collaboratus, *Collaboratum*, eadem notione. Tabularium S. Remigii Remensis: *Donant araticum de omni conlaboratu.* Hincmarus Laudun. ad Remensem: *Obsecrantes & contestantes nihilominus, ut nihil de suo collaborato perciperet.* Capitulare de Villis c. 6. *Volumus, ut judices*

dices nostri decimam ex omni conlaboratu pleniter donent ad Ecclesias. Adde c. 30. Vita S. Winoci Abb. cap. 11. *Adeo erat devotus, ut impensas magna ex parte ex collaboratu proprio pro restaurando sancti viri administraret Oratorio.*

Labor, Agri cultura, Gall. *Labeur*. Virgilius:

Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores.

Pactus Legis Salicæ tit. 10. §. 6. *Si cujus pecora de damno, cùm alios labores vastantur, aut inclaudantur, aut in domum minantur.* §. 8. *Si quis --- in quemlibet laborem pecora immiserit, ille, cujus est labor, testibus eum convincat, &c.* Capitulare de Villis c. 5. *Quando Judices nostri labores nostros facere debent, seminare, aut arare, messes colligere, &c.* *Laborem suum facere*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. §. 1. *Faire son labeur*, agrum suum colere. Hist. Wambæ Regis: *Collecta dein manu, cives depopulantur, labores exhauriunt, omnisque provincia Galliæ deprædatur.* *Cultura laboris*, apud Gregor. M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 66. Vide Leg. Bajwar. tit. 16. c. 1. §. 2. Legem Longob. l. 1. tit. 15. §. 3. tit. 16. §. 7. Leges Luithprandi Regis tit. 65. 115. Gregor. Turon. lib. 7. cap. 22. &c. Hinc vulgaris formula in Bullis PP. pro Monasteriis: *Sanè laborum vestrorum, quos propriis manibus, aut sumptibus colitis --- nullus decimas à vobis exigere præsumat.* Vide Chron. Reichersp. p. 172.

Terra laboris, Campania felix, in Italia, ita nuncupata, quòd agriculturæ, seu *labori* peridonea sit. Appellationem istam haud adeo recentem arguit S. Martinus PP. in Epistola de exilio suo: *Et pervenimus Kl. Junii Messanam, in qua erat navis, id est, carcer; non autem Messanæ tantum; sed in Terra Laboris; & non tantùm in Terra Laboris, quæ subdita est magnæ urbi Romanorum; sed & in plurimis insularum, in quibus ne nos transissemus, peccata impedierunt, nullam compassionem adeptus sum.*

Laborare, Agrum colere, *Labourer*. *Laborare terram*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 22. Capitul. Caroli C. tit. 23. c. 14. *Laborent & excolant terras & vineas in tempore cum debita sollicitudine: salvent & dispensent laborata cum fideli discretione, faciant nutrimenta congrua & necessaria.* Præceptum Caroli M. pro Hispanis an. 812. *Dicunt etiam, quòd aliquas villas, quas ipsi laboraverunt, laboratas illis eis abstractas habeatis.* *Locus laboratus*, in Constit. Sicul. lib. 3. tit. 38. §. 4. Odoarius Episcopus Lucensis, de Restauratione ejusdem urbis à se facta: *Fecimus de nostra familia possessores per undique partes, & dedimus illis boves ad laborandum.* Infrà: *Exivimus per terras civitatis ad inquirendum, ut laborassent illas.* Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 85. *Certas possessiones ipsorum securè & quietè laborandi, & ex eis fructus & redditus percipiendi, &c.* Vide Franciscum Mariam in Mathildi l. 3. p. 117. Probat. Hist. Sabaud. p. 15.

Laboratoriæ terræ, apud eundem Petrum de Vineis, lib. 5. Epist. 65. quæ

Laboriosæ, in veteri Charta apud Samtmarthanos in Abbatibus S. Trinitatis Exaquensis: *Silvam de Catis, & terram laboriosam & inlaboriosam, molendinum, &c.*

Laboratores, Agricolæ, coloni. Vide *Medius Plantus*.

Laboricare, pro *laborare*, in laudato Præcepto pro Hispanis.

Laborivum, Ager cultus, *Terre à labeur*. Pactum nuptiale Guillelmi Montispessulani cum Mathilde filia Ducis Burgundiæ, 5. Kal. Mart. 1156. *Dono & mitto tibi eidem Matildi uxori meæ in sponsalitium seu donationem propter nuptias Castrum, scilicet de Monteferrario --- & totum meum laborivum de Arneir.*

Laborerium, Italis *Lavoriero*, opus agriculturæ, vel quodvis aliud. Statuta Venetor. an. 1242. lib. 2. c. 5. *Si opus vel laborerium factum fuerit supra possessione, &c.* Adde lib. 3. c. 57. lib. 6. c. 43. Vitam B. Justinæ de Aretio n. 8. Vitam B. Ægidii Minoritæ n. 5. & Rollandinum in Summa Notariæ c. 8. Sumitur præterea pro quovis opere, ut in Hist. Cortusiorum lib. 8. c. 2. 5. Sanutus l. 1. part. 1. cap. 3. *Laboratur etiam laborerium solius serici: & quamvis sericum cum nullis partibus non nascatur, tamen ipsum linum, & laboreria ac mercimonia supradicta ad partes Tramontanæ --- deportantur.* Vide Hist. Eccl. Placent. l. 15. p. 77.

Laboritium, eadem notione in eadem Vita B. Ægidii n. 7. 10.

Laborare aliquem, Operi faciendo destinare, vel ad laborem mittere, *Envoyer au travail*, ut vulgò dicimus. Statuta Corbeiensia lib. 2. *Ut Fratres, qui eos laborare debent, sine molestia, vel aliqua incommoditate inhonesta possint in eis officium sibi commissum ad communem explere utilitatem: constituimus, &c.*

Laborare, Negotium alicui facessere: Galli dicunt, *Travailler quelqu' un*. Anonymus Barensis in Chron. ann. 1012. *Mesardoniti laboravit castello Domnico.* an. 1034. *Bisantius Archiepiscopus dirupavit Episcopum Barinum, & cœpit laborare.* Vide Miracula S. Ludgeri Episc. Mimigard. n. 57.

Laborare, Operari, fabricare, conficere, *Travailler*. Constitut. Siculæ lib. 3. tit. 36. §. 1. *Nullus in Regno nostro laboret aurum, quod per libram de puro auro minùs habeat, quàm octo uncias, &c.*

Laborare, Fatigari, *Travailler*. Innocentius III. PP. in Gestis ejusdem p. 110. *Cùm difficile sit tuæ jurisdictioni subjectis pro singulis quæstionibus ad Sedem Apostolicam laborare super appellationibus, &c.* Eadem Gesta pag. 129. *Laborans ultra misi ad utramque partem viros venerabiles, &c.* id est, *cum multo labore ac cura*. Infrà: *Laboravimus interim adinvenire viam pacis, &c.*

Laborare, Periclitari, in periculo esse, in l. 2. D. ad Leg. Rhod & in l. 4. Cod. Th. de Operib. publ. Siculus Flaccus de Condit. agror. *De superioribus vicinisque agris defluentes aquas excipiunt, ne inferiores terræ laborent.*

Laborarium, *Locus laborantium*, Ugutioni: operatorium, officina, ἐργαστήριον.

Laborarius, Operarius, Anglis, *à labourer*. Amalarius lib. 3. de Eccl. Offic. cap. 5. *Operarii & laborarii Christi.* Knyghton an. 1340. *Exceptis mendicis, & cottariis, & laborariis ad prædictam quintamdecimam non taxatis.* Alibi: *Rex fecit attachiare laborarios quamplures, & misit eos in carcerem.*

Laboriosus, Æger, invalidus: *qui patitur laborem*, inquit Ugutio: qui multo labore victum sibi quærit, μοχθηρός, in Gloss. Gr. Lat. In Lat. Gr. κακοπαθής. Occurrit apud Avitum Vienn. Ep. 39. 77. & aliis locis. Vide Savaron. lib. 3. Ep. 9.

LABRA. Vide *Lavra*.

LABRATUM. Vide *Lavratum*.

LAB[illegible]OSUS, [illegible], in Gloss. Græc. Lat.

LABULUM. Vita S. Hermelandi Abbat. n. 25. *Instigatus facinore cupiditatis quidam rusticus labulum de sella viri Dei præcidens, in sinum abdidit.* Ubi viri docti ad marg. an *lapillum*? Fortè pro *labellum*, i. vasculum, vel potiùs pro *labellum*, i. lacinia. Vide *Lablellus*.

LABUS, pro *labor*. Columella in Horto:

Ne labus hausturis tendentibus ilia vellat.

Utitur & Vegetius lib. 3. de Re veterinaria cap. 23.

LABYRINTHUS, una ex notis apponi solitis marginibus librorum, de quibus Isidorus, qua locum difficilem esse ostendit. Marius Mercator p. 164. Edit. Baluzianæ: *Ad cujus loca pervidenda, quæ hic exponere curavimus, signa labyrinthorum apposita Lector inveniet.*

LAC *auferre* per veneficium, lactiferis scilicet animalibus in Addit. 2 Lud. Imp. c. 18.

LACCA. Auctor Mamotrecti ad 15. Judic. *Sura, est tibia sive lacca.* Vox Italica.

LACCARIUS, qui *laccam* conficit, in Gloss. vet. λακκάελος, alias λακκαῖος. De lacca, fusè Salmasius ad Solinum. Adde Meursium in λάκκος. Vel

Laccarius idem est ac λακκοποιός, *Lacunarius*. Est enim in iisdem Glossis, & apud Græcos, λάκκος, *lacuna*, fossa.

fossa. Sic Cujacius *laccarios*, qui fossas vel puteos fodi unt, interpretatur in l. 1. Cod. de Excusat. artific. lib. 10.

LACEATUS. Vide *Laqueatus*.

LACEBRA, pro *illecebra*. Althelmus:

Qui modo dirrumpunt connubia nexa thororum,
Et lemunt proprias devota mente lacebras.

Vossius *latebras* legendum putat.

LACERTI, Vires, Copiæ militares. Isidorus Pacensis Episcopus in Chron. æra 754. *Hujus tempore Alaor per Hispaniam lacertos judicum mittit, atque debellando & pacificando pane per 3. annos Galliam Narbonensem petit, &c.* Utitur præterea semel.

LACERTINA *avis*. Andreas aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis: *Licèt falco à lacertina quandoque ave fugetur, nihilominus tamen falco inter falcones, & lacertina avis inter lacertinas computabitur, &c.* Infrà: *Inter lacertinas* (sic) *fertur aves nasci quasdam, quanquam quæ sua ferocitate capiunt perdices, &c.*

LACHUS Chronicon Laurishamense p. 57. *Sicut ipsa incisio arborum in ipsa die facta fuit, quæ vulgò Lachus appellatur, sive divisio.* Mox: *Et inde per ipsam incisionem arborum sive lachum.* Rursum: *Quidquid infra illam divisionem arborum, seu lachum, sive divisionem.* Spelmannus ejusdem originis censet, quæ est *Laha*, de qua voce infrà. Vide *Arbor incisa*.

LACINA *via*, Titulus 34. Pacti Legis Salicæ, est *de via lacina*, ubi editio Pithœi habet *de via lacina*, ut & titulus 82. Legis Ripuariæ apud Heroldum, quo loco Editio Lindenbrogii tit. 80. habet *de via lacinia*. In hisce Legibus *via lacina*, aut *lacinia*, aut *via lacina*, *obstaculum viæ*, seu itineris esse dicitur. In Lege Salica d. tit. *Si quis Baroni viam suam obstaverit, aut impinxerit, &c.* Lex Ripuaria: *Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium de via obstaverit, &c.* Ita *viam lacinam facere*, est impedire viam, & eunti moram facere, quòd Græca interpretatio vetus Legis Longobardicæ, ait Salmasius, ἐδοςατῶν vertit. Hinc *lacinosa vestis*, ἐδοςατῶσα, eidem. Pactus Legis Salicæ tit. 16. §. 4. *Restare facere*, sistere habet: ubi Editio Pithœi, *Viam lacinam facere*. Eadem Editio tit. 15. §. 4. *Si quis hominem præceptum Regis habentem contra ordinationem Regis adsalire, vel via lacinam ei facere præsumpserit, &c.* Editio verò Heroldi: *Si quis hominem, qui alicubi migrare disponit, & dirigere habet præceptum Regis, & si aliunde ierit in mallum publicum, & aliquis extra ordinationem Regis restare enm facit, aut adsalire præsumpserit, &c.* Wendelinus putum putum esse Theutonismum ait, *vveghelaghen*, i. viæ obstaculum, quod fit per latrones aut improbos homines insidiantes: unde *vveghe laeghen* dicuntur insidiæ viarum. Utcunque sit de Wendelini conjectura, vix crediderim ad *lacinias* Agrimensorum pertinere, licèt id rentur viri magni: *in laciniis* enim *assignari* agri dicuntur apud auctorem de Coloniis, qui non per universitatem; sed viritim & per portiunculas assignantur. Gloss. Lat. Gr. *Lacinia*, ἀπόσπασμα.

Lacina, eadem, ut videtur, notione, in Lege Ripuar. tit. 71. *De quacunque causa fistuca intercesserit, lacina interdicatur se cum sacramento idoneare.* Edit. Heroldi tit. 73. *De quacunque causa fistuca interfecerit, lacina interdicatur; sed cum sacramento se idoneare.* Perperam: Legis enim sensus est, ut si de quacunque re traditio intervenerit, omnis via intercludatur ei, qui ut suam repetit, per sacramentum id affirmandi. *Lacinam* Suavorum aut Sueonum quemdam Regem habent Annales nostri to. 3. Hist. Francor. p. 345.

LACINONES, *Lachinones*. Concilium Tolosanum ann. 1228. c. 36. Edit. Acherianæ: *Nullus etiam latrones, ruptarios, vel lachinones recipiat; sed ab omnibus abjiciantur.* Nupera ex MSS. Editio habet *lacinones*. Vide an hoc loco *lacinones* sint latrones, qui in viis publicis transeuntibus insidias tendunt ac struunt.

LACOPUM. Leges Ethelredi Regis apud Wenetyngum editæ §. 3. *Et Landcopum, & domini donum, quod per rectum habeat dari, & Lacopum, & Witvvord, Gevvitnessa, hoc ita permaneat, ut nullus evertat.* Ubi Somnerus *Lacopum* vocem formatam existimat ex Saxon. laȝ, Lex, & ceape, emptio. Ita *Lacopum* erit *redemptio Legis*, seu purgationis: nisi (subdit ille) sit pactio de litibus redimendis vel componendis inita. Vide *Lagam emere*.

LACORA. Vide *Lacus*.

LACTA, Defectus ponderis in moneta, ut *lactare*, deficere in pondere. Assisa ann. 6. Joannis Regis Angl. de moneta: *Assisum est de moneta, quòd vetus moneta currat, unde qualibet libra sit lacta 2. sol. 6. den. ad plus: & illa librâ, quæ plus lactavit, & denarii, qui plus lactaverint, perforentur & reddantur, sicut aliàs provisum est.*

Lactum, eadem notione. Leges Ethelredi Regis, editæ apud Wenetyngum §. 28. *Et diximus de mercatoribus, qui falsum & lactum afferunt ad portum.--- vel eadem lada se innoxient, quam prædiximus, quòd in ipsa pecunia nil immundum sciebant, unde suam negotiationem exercuerunt.* Ex his emendandus locus in Fleta lib. 1. cap. 22. §. 6. *Sunt monetarii Regis, qui ultra assisam licitam argento lacum imponunt, quidam autem debitum pondus libræ non apponunt.* Legendum enim *lactum*. Anglis *lacke*, est defectus: *to lack*, deficere, unde fortè vocis origo. Vide *Lata*.

LACTAMIA. Charta an. 1246. in Tabulario Comitatus Tolosæ Cameræ Comput. Paris. fol. 114. *Leudis, pedagiis, bannis, laudimiis, & terrenis servitiis, censibus, dominiis seu dominationibus, vel dominicaturis, & feudis, & feudatiis, firmanciis, justitiis sanguinis, & commissionibus.. & lactamiis, adultiis*, (f. adulteriis) *& in omnibus ad me vel ad dictam senioriam pertinentibus, &c.*

LACTANS. Papiæ, *quæ lac præbet: Lactens, cui præbetur.* Lex Aleman. tit. 72. §. 2. *Alia autem jumenta de grege, quæ lactantia sunt, &c.* Glossæ Gr. Lat. γαλαθηνὸς, *Lactantia, lactans*. In aliis Glossis περὶ κρεῶν: *Caro porcina*, χοιρεῖον. *Lactantia*, γαλαθηνόν. Ubi *lactans* est tener porculus, quomodo à Lampridio & S. Hieronymo usurpatam hanc vocem docuit Salmasius ad eundem Lampridium pag. 203.

LACTANTIA: ita Lactaria & Lacticinia, seu cibos ex lacte confectos vocant Celsus lib. 2. cap. 7. & Apicius lib. 7. cap. 10. Eadem notione

Lactatum, Joanni de Janua, *cibus, qui fit ex lacte amygdalorum.* Papias: *Lactentia, quasi succo lacteo plena.* At Isidoro lib. 20. cap. 3. *Lactatum*, est *potio è lacte*,

LACTARII, qui *lactaria*, de quibus Cornelius Celsus, seu opus pistorium, vel cibos ex lacte conficiunt. Lampridius in Heliogabalo: *Dulciarios & lactarios tales habuit ut quæcunque coqui de diversis edulibus exhibuissent, vel structores, vel pomarii, illi modò de dulciis, modò de lactariis exhiberent.*

Lactarius, γαλακτοπώλης, in Gloss. Gr. Lat.

LACTENA, *Malleum*, in Glossis Isid. *Lactina*, in Excerptis Pithœan.

LACTICULARIUS, Gloss. Græc. Lat. λειπογάλακτος, *Laticularius*, *Laticulosus*. Sic in MS. legendum *Lacticularius* & *Lacticulosus*. In Gloss. Lat. Græc. *Lactigulosus* perperam scribitur.

LACTINUS *color*, in Regula S. Cæsarii cap. 12. & aliorum, qui *Lactineus* dicitur in Vita S. Fulgentii Episc. Rusp. c. 18. *Casulam pretiosam -- ut ipse habuit, nec Monachos suos habere permisit. Subtus casulam nigello vel lactineo pallio circumdatus incessit* Ausonius.

Aut cunctis pariter versibus oblinas
Fulvam lacticolor spongia sapiam.

Vide *Laius & Pseudolactinus*.

LACTORONES. Ruffinus in Vitis Patrum lib. 3. n. 200 *Unus quidem deferebat nuces, alius lactorones.* Ubi fortè leg. *Lactoriones*, ut fuerint fructus arboris, quam *Lactorim* vocat Plinius l. 24. c. 18. *Æquè nota lactoris vulgo est. plena lactis, quod degustatum vomitationes concitat.*

LACTUM. Vide *Lacta*.

LA-

LACTURIUS. Vide *Lectarium*.

LACULATA *vestis*, Isidoro lib. 19. c. 22. & Papiæ, *quæ lacus quadratos quosdam cum pictura habet intextos, aut additos acu.* Sunt autem *lacus*, Columellæ lib. 1. cap. 6. spatia quædam quadrata, quibus distinguuntur granaria, ubi separatim reponuntur quæque legumina. Vide Salmasium ad Vopiscum pag. 513.

LACUNA, Festo, *aquæ collectio*. Will. Brito in Vocabul. MS. *Lacuna, quæ alio nomine dicitur lacus, est receptaculum aquarum.* Ugutio & Jo. de Janua: *Lacuna, quæ alio nomine dicitur lacus, & est fossa, ubi remanent aquæ post effusionem imbrium, vel ad quem confluunt immunditiæ: Et est propriè intra fores, sicut forica extra.* Gloss. Græc. Lat. λάκκος, *Lacuna, lacus, cisterna.* Alibi; ὑδροστάσιον, *stagnum, lacuna*, S. Augustin. lib. 3. contra Crescon. c. 48. *Fustibus cæsus, in lacuna luculenta volutatus.* Charta Caroli C. ann. 23. Ind. 10. in Tabulario S. Dionysii n. 31. *Videlicet ad pisces comparandos, vel in piscatoriis seu lacunis congruenti ingenio acquirendos.* Charta Philippi Comitis Flandrensis pro Cœnobio Marcianensi apud Buzelinum p. 351. *Excepto eo, quod ibi habet Aquicintensis Ecclesia à rascia Pometrii, usque ad rasciam Rullagii, & quod domino VVarlemii in angulo suo licet habere tres tantummodo lacunas, talis (f. palis) & vi minibus compositas; sed nullam ex jure licet ei exercere piscationem per decurrentes aquas.* Interdum *lacuna* est aqua viva, non verò restagnans. Incertus Agrimensor: *Stagnum finale aliquoties direximus, & lacunam, quæ interpretabitur aqua viva, unde ipsum stagnum extet.*

Lacunarius, qui lacunas expurgat. Julius Firmicus lib. 8. Math. c. 21. *Operarios faciet, lacunarios, & perpetuo infelicitatis onere gravatos.* Lib. 4. c. 6. *Aut jubebuntur assiduè lacunas cloacasque purgare.* In Gloss. Græc. Lat. *Lacunarius*, exponitur λακκιστής.

LACUS, Piscina. Glossæ Isidori: *Terripiscina*, (ita Papias MS. pro *terrigiponæ*) *quæ terra capiunt, id est, piscinæ, quas & lacus rustici vocant.* Sulpitius Severus lib. 1. Hist. de Josepho: *Sed obsistente Ruben, cui à tanto facinore adhorrebat animus, in lacum demissus, &c.* ubi Gen. 37. habet in *Cisternam*. S. Hieronymus in cap. 6. Ezechiel. *Hoc autem Latinus lector intelligat, ut semel dixisse sufficiat, lacum, non stagnum, sonare juxta Græcos; sed cisternam.* Gr. λάκκος est fovea, fossa, τάφρος. Vide *Lacia*.

Lacora, pro *lacus*, enuntiatione Longobardica. Charta Aistulfi Reg. Longob. ann. 753. apud Ughell. tom. 2. p. 106. *Et omnes lacoras usque ad grumam seu silvam, &c.* Vide Bullarium Casinense tom. 2. pag. 17. Vett. Glossæ editæ ab H. Stephano pag. 327. *Lacorus*, λίμνη, leg. *Lacorus*.

LADA, Purgatio, qua quis per legem se purgat ab illato crimine. Est enim *lada*, idem quod *lex*; quæ vox posterior pro ipsa purgatione canonica & vulgari crebrò usurpatur, ut in voce *Lex* docemus. Capitula Ethelredi Regis §. 1. *Et si domino ejus accusetur, quòd consilium ejus fregerit, & antea malum fecerit, assumat secum 5. Thainos, & idem sit sextus, & laidat se: & si lada procedat, sit vveræ suæ dignus: si non procedat, habeat Rex vveram, & sit ipse fur utlagatus apud populum.* Mox: *Si laga frangat ei, &c.* Idem Ethelredus in Legibus apud Wenetyngum editis §. 17. *Et ubi Thaynus habet duas optiones amicitiæ vel lagæ, & amicitiam elegerit, stet hoc ita firmum sicut & ipsum judicium.*

Lada autem seu *purgatio*, alia simplex, alia triplex. Simplicem vocabant, quæ adhibebatur in levioribus criminibus, vel quæ exigebatur à viris nullo antea crimine infamatis: ita ut qui sacramenti seu juramenti judicium subibat, siquidem vir erat famæ integrioris, aut de leviori accusaretur crimine, solus juraret: si verò antea fuisset de aliquo crimine incusatus, aut si accusaretur de graviori delicto, tunc cum certo *consacramentalium* definito numero jurabat. Hæc distinctio utriusque ladæ disertè habetur in Legibus Henrici I. cap. 64. *Sacerdos qui regularem vitam ducat, in simplici accusatione solus, in triplici cum duobus sui ordinis juret. ... & si homo credibilis, qui non fuit accusationibus infamatus, & neutrum ejus fregerit, vel juramentum, vel ordalium, in hundredo simplici lada dignus. Incredibili, eligatur simplex lada in tribus hundredis, & triplex lada tantùm latè sicut ad ipsam Curiam obedietur, vel eat ad ordalium, & judicatur simplex lada simplici prajuramento, triplex lada perjuratione, & nullum unquam ante juramentum condonetur.* Quæ quidem obscuriora sic interpretor, *ladam simplicem* in credibili & non infamato, seu, qui nec in juramento, nec in purgatione vulgari reus inventus est, requiri: id est, ut in tribus *hundredis*, sive locis juridicis sacramento edito solus à se crimen diluat: quod repetitur cap. 67. *Sit omnis homo qui non fuerit accusationibus infamatus, simplici lada dignus, sicut prædiximus, in credibili eligatur simplex lada in tribus hundredis.* Mox hæc de triplici lada ingeruntur, ex quibus percipi fortean poterunt, quæ habentur dicto cap. 64. *Triplex lada tam latè sicut ad ipsam Curiam obeditur, & de omnibus unde accusatus juraret se sexto, sit judicium 20. solidorum. In triplici lada ferrum judiciale triplex sit, i. 60. solid.* quam *triplicem ladam* intelligit Spelmannus de triplici ordalio, scilicet de ferro calido pendante 60. sol. id est, 3. libras. Verùm *triplex lada* non solùm examen ferri candentis spectavit; sed & quamvis purgationem, atque adeo etiam purgationem per juramentum, quod cap. 65. *triplex accusatio* appellatur, in qua nulla fit mentio ferri candentis: *Sacerdos, qui regularem vitam ducit, in simplici accusatione solus, in triplici cum duobus ordinis sui juret, &c.* Ubi *simplex accusatio* est, quod mox *simplex lada* dicitur, qua *judicatur simplici perjuramento*, seu præjuramento. Eodem c. 65. *simplex & triplex ordalium* appellatur: *Si quis adeo sit incredibilis hundredo, & à tribus tunc incusetur, tunc nihil aliud interveniat, quin ad triplex ordalium eat, & eligat accusatus alterutrum quod velit, sive simplex ordalium, sive jurisjurandum unius liberi in tribus hundredis super triginta denarios: & si jurare præaudeant cum eo, eat ad triplex ordalium, & inducatur (f. judicatur) triplex ordalium hoc modo: sumat quinque, & ipse sit sextus, si dominus compelletur, quòd suorum aliquis prælatorum consilio suo fugerit, & antea malum fecerit, & assumat secum quinque credibiles Thaynos, & idem sit sextus; & inde se purget. Si quis amicis destitutus, vel alienigena ad tantum laborem veniat, ut amicum non habeat, in prima accusatione ponatur in Hengen, & ibi sustineat, donec ad Dei judicium vadat.* Et cap. 66. *Si quis à Vicecomite, vel Justitia Regis legitimè implacitetur de furto, de incendio, de robaria, vel similibus; ad triplicem ladam jure sit applicandus, tunc oportet ut die congruo 30 Consacramentales habeat, quorum nullus in aliquo reculpandus sit, & cum quindecim ex eis, quos Justitia elegerit, sextus decimus juret, sicut eam dictabit.* Ubi observandum, *triplicem ladam* subiisse graviorum criminum reos. Neque aliter *simplex & triplex ordalium* intelligunt Leges Saxonicæ, à Lambardo editæ, in quibus *simplex ordalium* occurrit in Legibus Æthelstani §. 7. Ethelredi §. 1. & Canuti cap. de Jurib. politicis §. 20. 27. *triplex* verò in Legibus ejusdem Ethelredi §. 1. in Legibus Canuti eod. cap. §. 27. 54. quòd *triplex accusatio* dicitur in Legibus Edmundi. Frustra autem his locis Lambardus & Spelmannus *simplex ordalium*, ferrum unius libræ; *triplex*, ferrum trium librarum interpretantur. Nam *triplex ordalium*, vel *triplex lada*, spectavit quasvis purgationes: ac purgationem quidem per juramentum, ut ex locis laudatis satis constat, quæ quidem *perjuratio* dicitur dicto capite 64. extremo Legum Henrici I. ubi definitur *judicari simplicem ladam præjuramento, triplicem ladam perjuratione.* Perperam enim *perjuramento* editum, quod mox *antejuramentum* vocatur, id est,

sacramentum à solo reo factum, cùm *perjuratio* appelletur sacramentum, quod reus cum Consacramentalibus peragit.

Atque ut in purgatione perjuramentum in triplici lada vel ordalio augebatur Consacramentalium numerus, pro gravitate criminis, vel infamatione personæ, ita in purgatione per ferrum candens augebatur ferri igniti pondus. Leges Henrici cap. 67. laudato: *Et de omnibus unde accusatus juraret se sexto, sit judicium 20. solid. in triplici verò lada, ferrum judiciale triplex sit, i. 60. solid.* Quorum quidem verborum eum esse sensum arbitror, ut simplex lada adhibeatur in criminibus, quæ eluuntur compositione simplici, quæ fuit 20. solidorum; triplex verò in majoribus delictis pro quibus mulcta triplex, 60. scilicet solidorum, irrogari solet à judice, quam *triplam compositionem* appellatam alibi ostendimus.

Jam verò ferri pondus auctum in triplici lada docet præterea Formula adjurationis ferri candentis apud Lindenbrogium & alios: *Incipit adjuratio ferri vel aquæ ferventis, in simplo unum pondus, in triplo tria ferrum æquiparet pondera, &c.* Quod verò *pondus* hoc loco, *pensa* appellatur in Decretis S. Ladislai Regis Hungar. lib. 1. c. 28.

Sed & in judicio aquæ ferventis lapis fune suspensus in cacabum & aquam ferventem altiùs immittebatur, si triplex lada esset, quam reus extraheret. Eadem formula: *In aqua fervente accipiat homo lapidem, qui per funem suspendatur in simpla probatione per mensuram palmæ: in tripla autem unius ulnæ, manus verò sigilletur, & aperiatur, ut suprà diximus in Consecratione ferri.*

Lada plena, eadem, quæ triplex. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11. *Qui ordinatum occiderit, & malignaverit, emendet ei sicut rectum sit, --- vel plena lada neget.* Cap 65. *Si quis furem gratis dimittat, emendat secundùm vveram ipsius furis, aut plena lada perneget, quod cum eo falsum nescivit.* Et cap. 18. *Francigena compellatus, juret se sexto: Anglicus liber triplici lada, plane*, (f. *plana*) *vel simplici exigenti, vel judicio neget.* Ubi quod *plena lada* dicitur, *plener lei*, appellatur in Legibus Willelmi Nothi vernaculis cap. 48. Vide easdem Leges Henrici cap. 64. 66. 70.

Ladare, laidare, ladiare, Purgare, à Saxon. laðian, *purgare*, per translationem *excusare, crimen eluere.* Capitula Ethelredi Regis Angl. cap. 1. *Et si domino ejus accusetur, quòd consilium ejus fregerit, & antea malum fecerit, assumat secum quinque Thaynos, & idem sit sextus, & laidat se: & si lada procedat, sit vveræ suæ dignus, &c.* Infrà: *Et si dominus accusetur, quòd consilio suo fugerit, laidiet se cum quinque Thaynis, & ipse sit sextus.* Leges Henrici I cap. 55. *Si quis audito clamore, non exierit, reddat ovverseneße Regis, aut planè se ladiet.*

A *Lada*, & *ladare*, vel *laidare*, deductæ voces nostris olim familiares, *laid*, & *lait*, *laidir*, & *laidange*. *Laid* enim & *lait*, turpitudinem seu potiùs *injuriam* notat, sic *faire lait à quelqu'un*, est injuriam alicui inferre. Injuriam enim infert, qui alium accusat, & ad *ladam*, id est, ad purgationem adigit. Usatici MSS. urbis Ambianensis: *Quiconques chesoit à qui on fache lait, & chil à qui on fait le lait, se deffent encontre chelui, qui li fait le lait, il ne doit point d' amende por tant qu' il li ait fait le lait, ne fourfait, ne cose qui monte à plus haute amende, n'a plus haut fourfait, que chil li avoit anchois fait, &c.* Alibi: *Cil amendera pour tous les laids; & pour tous les fourfais, pour la cuellée qui ara esté faite, &c.* Charta ann. 1247. in Tabulario Campaniæ ex Bibl. Regia fol. 343. *S'aucuns dit lait à l' autre dans la ville --- il paiera pour l' amende. &c.* Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 88. *Mettre sus moult de lait & de vilaine.* Cap. 209. *Ou consent ou seufre que il fu ferus, ou laidis, & le peut defendre.* *Le Voyage d' outremer du Comte de Pontieu MS. Petit demora apres ke li Soudans ot afaire, car un Soudans, qui à lui marcisoit, si li feist sa terre laide, & il pour vengier mandagent, &c.* Ita etiam *laidir*, pro *aliquem maledictu inussere* usurpat *le Roman de Garin:*

Sire, dist ele, con poés le sofrir,
Que li véez vos Chevaliers ledir.

Hinc *Laidange*, injuria, convicium: Guill. *Guiart* an. 1298.

Vers Ipre cheminent grant erre,
Pour faire au Comte Gui laidanges.

Le Miroir: Soufri mout de laidanges & de reproches vilaines. Adde veterem Consuetud. Normanniæ cap. 86. Monstrelletum 1. vol. cap. 40. & Consuetud. Normanniæ cap. 51. 53. 86. & Pictavens. art. 17. *Laidanger*, in Chronico Flandriæ cap. 60. *Le Roman de Garin:*

Sire, fit ele, dant Bernard de Nessil
M'a lesdangiée devant le Roy Pepin.

Lada, pro via. Vide *Leda.*

LADRIDUS, *Cucumer amarus*, in Gl. Arabico-Lat.

LÆCASIN. Fragmentum Petronii: *Sed cùm mulsi pultarium obduxi, frigori læcasim dico.* Ex Gr. λαικάζειν, *fellare*, apud Martialem. Vide *Lecator.*

LÆD-MEN. In Statut. Mediolan. 2. part. c. 258. Vide *Lætamen*

LÆDORIUM, ex Gr. τὸ λοιδορὸν, vel λοιδορία, convicium, *Brocard.* Silvester Giraldus in Descript. Cambriæ cap. 14. *Facetiam in sermone plurimam observant, dum vel sales, vel lædoria, nunc levi lingua, nunc mordaci, sub æquivocationis vel amphiboliæ nebula --- emittunt.*

LÆNA. Strabo lib. 4 densa Gallorum saga λαίνας vocari scribit: nempe *læna* idem quod χλαῖνα Græcis. Charta securitatis plenariæ sub Justiniano scripta, apud Brisson. lib. 6. Formul. *Mappa valente asprionis siliqua una, lena vetere una, ragella vetere una, &c.* Gregorius M. lib. 12. Epist. 16. *Misimus lanas 15. rachanas 30. lectos 15.* Ennodius lib. 9. Epist. 17. *Lænam & racanas, cùm volueritis, coloris rubei aut fusci mihi cum celeritate mittite.* Vide *Linna.*

LÆSURA. Conradus II. Rex Siciliæ, in Charta an. 1326. in Metropoli Salisburgensi to. 2. pag. 162. *Declaramus, quòd læsuræ nomine nonlætalis, contineri volumus quamcunque offensam, verbis, jurgiis, blasphemiis, colaphis, alapis, & qualitercunque illatam dicto & facto, ex qua mors non fuerit subsecuta.*

LÆTAMEN. Isidorus lib. 17. cap. 1. *Et dictus fimus, quòd fiat imus, quod vulgò lætamen vocatur, eò quòd suo nutrimento læta faciat germina, reddatque pinguia arva & fœcunda.* Papias ex eod. Isidoro: *Stercorare, est letamine aspergere. Stercus dictum, quòd sternitur in agris; Idem est & fimus, quod vulgò letamen dicitur.* Ugutio: *Fimus, stercus, quod per agros jacitur, quod vulgò letamen vocatur.* Utuntur Plinius lib. 18. c. 16. Palladius lib. 9. cap. 5. &c. Vide Chron. S. Sophiæ Benevent. p. 606.

Lætare arbores, apud eundem Palladium lib. 1. c. 6.

LÆTITIUS, Adjectivum, ex voce *lætitia* formatum. Commodianus Instruct. 26.

Sed vita privati juvenes senescere fortè,
Lætitias dies, perfruique ipsi parabant.

Plenos lætitia.

LAEYA, Silva, Gallis *Laie*, unde *S. Germain en Laie*, id est, vicus S. Germani in Silva. Charta an. 1294. apud Augustinum *du Pas* in Stemmatibus Armoricis part. 1. pag. 149. *Asserebat habere debere in Plesseya & Laeya & aliis nemoribus usuagium suum, &c.*

LAFORDSWIC, Domini proditio, infidelitas erga dominum, in Saxonicis Legibus Canuti politicis c. 61. & in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 12. ubi ita emendat Spelmannus, ex Saxon. hlaford, dominus, & swice, proditio.

LAGA, *Lagha*, Lex, à Saxon. Lag, quod idem sonat: unde Angli *Lavv.* Capitula post Concilium Grateleanum ann. 928. *Aliquando fuit in Anglorum laga, quòd populus & leges* (f. Reges) *consilio regebantur, &c.* Leges Henrici

Henrici I. cap. 2. *Murdra --- quæ amodo facta fuerint, emendentur ſecundùm lagam Regis Edvvardi.* Infrà: *Lagam Regis Edvvardi vobis reddo cum illis emendationibus, quibus pater meus eam emendavit conſilio Baronum ſuorum.* Eadem habentur in Charta Johannis Regis apud Matth. Paris ann. 1213. & Ricardum Hagulſtad. de Geſtis Regis Stephani anno 1135. Eædem Leges c. 54. *Ubi verò aliquis eorum optionem habet per juſtitiam amicitiæ, vel lagæ, & amicitiam eligit, fiet hoc ita firmum ut ipſum judicium.* Cap. 66. *Si quis ordinatorum aliquem verberibus vel vinculis, vel aliquatenus affligat, emendet ei ſicut rectum ſit, & Epiſcopo emendationem altaris, Regi vel domino plenam mundbreche, vel plena laga perneget.* Cap. 66. *Laga Anglorum, Denelaga, &c.* Vide *Lada, Lex.*

Lagha, eadem notione. Charta Guillelmi Comitis Flandriæ an. 1127. ſuper confirmatione Conſuetudinis villæ ſancti Audomari: *Laghas ſeu conſuetudines ſupraſcriptas perpetuò eis concedo, & ratas permanere præcipio.* Eadem habentur in Charta Theodorici Comitis Flandriæ an. 1128.

Lagam emere, redimere, ſoluta aliqua pecunia, vel mulcta definita legis compotem ſe reddere, vel *idoneare & adlegiare ſe.* Leges Ethelredi apud Wenetyngum §. 6. de accuſatis: *Et omnis emat ſibi lagam* 12. *oris, dimidium Landefrico, dimidium Wapentako.* Et §. 11. *Et omnis monetarius, qui infamis ſit, redimat ſibi lagam* 12. *oris.*

LAGAMANNUS, Legalis, *homolegis*, non exlex: ex Saxon. Lagh, *Lex*, & Man, *homo*: *Lahman*, in Senatuſconſulto de Monticulis Walliæ cap. 3. apud Lambardum. Leges Edvvardi Confeſſ. cap. 38. *Poſtea inquiſiſſet Iuſtitia per Lagamannos & per meliores homines de burgo vel de villa.* Domesdei: *Comes Picot --- habet hereotum de Lagemannis, 7. lib. & 1. palefridum, & arma unius Militis.* Apud Edvvardum Cokum ad Litt letonem ſect. 73. lego, *Lageman*, i. *habens ſocam & ſacam ſuper homines ſuos*, ſeu juris dicendi poteſtatem: atque ita hanc vocem accipi debere cenſet Somnerus in Gloſſario Saxonico, *Thainos* nempe ſeu Barones, qui *Socam & Sacam habent.* De Lagemannis Danicis agit Jus aulicum Norvegicum vetus cap. 33. & ejus interpres Janus Dolmerus: Ut & Joan. Stiernhoockus lib. de Jure Sueonum vetuſto p. 18. 34. & alibi. Vide *Legalis.*

LAGAN, ſeu *Laganum*, jus illud appellabant, quod dominis feudalibus competebat in rebus, quæ ad littus ejiciebat maris æſtus: ratione cujus, quidquid navis, naufragium paſſa, contineret, eorum erat. Licèt porrò vox hæc prorſus barbara ſit, nec cognita niſi poſterioribus ſæculis, jus tamen in naufragiis, quod eâ exprimitur, haud novitium recensve eſt. Atque ut prolixiori, nec fortean injucundo parergo res minùs trita, vocisque hactenus incertum etymon illuſtretur, ab ipſis antiquioribus Scriptoribus juris ipſius origo videtur repetenda. Legimus apud Sopatrum & Syrianum in Hermogenem p. 107. Curium Fortunatum lib. 1. Art. Rhetor. p. 46. & alios, qui varias judiciis terminandas controverſias proponunt, non res duntaxat naufragio deperditas; ſed & quæ naves naufragium paſſæ continerent, Publicanorum fuiſſe, tanquam quæ ad Fiſcum pertinerent: unde Juvenalis Sat 4. *Res fiſci eſt ubicunque natat.* Quod quidem adeo verum eſt, ut omni licèt humanitati repugnaret, miſeroſque ac afflictos inſuper duriùs attereret, in omnibus ferè tamen regionibus jus illud receptum fuerit, quod nec Leges ipſæ ſubinde à Principibus latæ abolere potuerunt. Atque id quidem factum inde arbitror, ut, quod barbaræ nationes, quibuſque nihil erat cum humanioribus moribus commercium, lucri causâ induxerant, ſibi etiam eorum exemplo licitum putarent religioſi & probi Principes: *ſcilicet legem deputantes, quod pagani per tyrannidem faciebant*: ut ait Simeon Dunelm. lib. 2. Hiſt. Dunelm. cap. 16. ſeu, ut loquitur Honorius IV. PP. apud Odoricum Raynaldum an. 1295. n. 30. *Dum opinantur forſitan licita, quæ ab illis audiverant tam longis temporibus uſurpata.* Scribit Paulus Venetus lib. 3. c. 33. in regno, neſcio quo? *Eli* vocato, *ſi quando navis aliqua onerata præter vectorum ejus intentionem ad illam provinciam appulerit, puta tempeſtate aut alia neceſſitate id cogente, habitatores ejus rapere quidquid in navi inveniunt, gubernatoribusque ejus dicere: Inſtituebatis ad aliam divertere provinciam, cum mercibus veſtris; ſed Deus noſter & fortuna vos ad nos direxit; & idcirco accipimus, quod Deus & fortuna nobis miſerunt.*

Quemadmodum igitur inductus paſſim iſte in naufragiis abuſus aboleri non potuit, quod apud omnes ferè nationes obtineret, factum inde, ut pro lege in mari recepta haberetur. Atque ita intelligendam putant plerique celeberrimam Legem 9. D. ad Legem Rhodiam, ex Voluſio Mœciano, ubi porrectis Antonino Auguſto libellis ſupplicibus à quibusdam, qui in Ægeo mari naufragium erant paſſi, & à Cycladum Publicanis expilati fuerant, Imperator hæc verba ſubintulit: *Ego quidem Dominus, Lex autem maris*, ſubdens, velle ſe, ut controverſia Lege Rhodia dirimeretur, ubi Imperii Legibus contraria non eſſet. In quo quidem Antonini reſponſo, per ſe obſcuro, enodando, inſudarunt celebriores Juriſconſulti, Scriptoresque alii, atque in iis Alciatus lib. 2. Diſput. cap. 5. Samuel Petitus lib. 3. Miſcell. c. 11. Seldenus l. 1. de Maris dominio cap. 25. Iſaacus Pontanus lib. 2. Diſcuſſ. Hiſtor. cap. 15. Jo. Bapt. Burgus lib. 1. de Dominio maris Liguſt. cap. 14. Claud. Salmaſius de Modo uſurarum cap. 5. &c. qui in varias abiere ſententias. Sed eorum potior videtur, qui Imperatorem dixiſſe volunt: *Licèt mundi dominus ſit, hanc tamen obtinere Legem maris*, velleque ſe, ut controverſia per Legem Rhodiam dirimatur, ubi Imperii Legibus non adverſaretur. Atque huic explicationi non minimè favet vox *Lagan*, quæ idem quod *Laga*, id eſt, *Lex*, ſonat, cujus jure naufragorum res ac bona in dominorum poteſtatem cedebant; quæ quidem vox etiam cum *maris* adjuncto interdum ſcribitur; adeo ut quæ *Laga maris* primitus, poſtmodum nudè *Laga* dicta fuerit. In Charta enim Philippi Regis Franciæ, de qua mox, ita appellatur: *Quitamus & remittimus in perpetuum le Lagan maris.* Ex qua haud ægrè emendari poſſunt Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 10. ubi jura regia recenſentur: *Hæc ſunt jura, quæ Rex Angliæ ſolus, & ſuper omnes homines habet in ſua terra, --- theſaurus inventus, naufragium, maris algarum, violentus concubitus, &c.* Nemo enim non videt, reſtituendum *maris laganum* pro *algarum*, quod nihili eſt. Scio, Spelmannum aliud etymon voci *Lagan* arceſſere, à Saxonico ſcilicet Lagan, jacere, ut *Lagan* idem valeat quod *ejectûs*.

Id porrò in naufragio jus, quod Wreccum etiam appellatum ſuo loco oſtendemus, in Levvellini, Gervaſii filii Nortvvalliæ Principis, Charta pro Abbatia Aberconvveyenſi ita eſſe dicitur: *Conceſſi etiam eiſdem* (Monachis) *ut uti & gaudere poſſint naufragio in omnibus terris ſuis & littoribus, meliori modo, quo in terris meis utar: videlicet quæcunque bona ſeu res per ſubmerſionem, aut per fractionem, ſeu per aliud infortunium ad terras ſuas ſeu ad littora terris ſuis conjuncta de mari evenerint, ipſa bona totaliter & integrè ſint ipſorum Monachorum.*

Neque duntaxat naves ipſæ fractæ & naufragium paſſæ, reſque in iis contentæ dominorum erant; ſed & homines ipſi, qui in iis vehebantur: adeo ut & per vim caperentur, & perſoluto pretio à captivitate liberari cogerentur. Hujusce pravi moris uſum firmat Albertus Stadenſis ann. 1112. ſcribens, *ſecundùm priſci juris rigorem tam homines quàm res, Regiæ ditioni mancipatos*: hominesque ipſos, qui in navigiis iſtis naufragis vehebantur

bantur, *sub prætextu naufragii* captivatos. Sed præ cæteris inhumanæ prorsus consuetudinis exemplum insigne in Haraldo, qui postea Angliæ Rex fuit, præbuit Guido Pontivi Comes, qui eundem Haraldum in littoribus suis naufragium passum detinuit aliquandiu, rebus omnibus suis direptis, *pro ritu loci, pro more gentis insito*, ut est apud Eadmerum lib. 1. Novor. Simeonem Dunelmensem, & Willelmum Malmesbur. lib. 2. de Gest. Angl. cujus hæc sunt: *Barbarum & effrænatum morem regionis esse, ut qui evaserant in mari naufragium, in terra invenirent periculum.* Eddius Stephanus in Vita S. Wilfridi Episcopi Eboracens. cap. 13. de eodem Wilfrido, quem tempestas in Australium Saxonum oras ejecerat: *Gentiles autem cum ingenti exercitu venientes navem arripere, prædam sibi pecuniæ dividere, captivos subjugatos deducere, resistentesque gladio occidere, incunctanter proposuerunt*: Et infrà: *Dicentes superbi, sua esse omnia, quasi propria, quæ mare ad terras projecit.* Quibus consona sunt, quæ habent Gesta Guillelmi Nothi: *Docuit enim avaritiæ calliditas Galliarum quasdam nationes execrandam consuetudinem barbaram, & longè ab omni æquitate Christiana alienam. Illaqueant potentes aut locupletes, trusos in ergastula afficiunt contumeliis, tormentis. Sic varia miseria prope ad necem usque contritos ejiciunt sæpissime venditos magno.*

Verùm lex ista maris non Francorum modò propria fuit; sed ab omnibus ea ætate nationibus recepta, licèt identidem, nec semel, annixi sint Principes, ut omnino prorsus contrariam humanitati, abrogarent. Quippe Adrianus & Antoninus leges edidere, quibus cuique res naufragio deperditas recolligere excluso fisco liceret, l. 12. D. de Incend. & l. 1. Cod. de Naufrag. ubi Antoninus legis suæ rationem hanc reddit: *Quod enim habet jus fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur?* Quo ista referri possunt Euripidis in Helena, v. 456. ναυαγὸς ἥκω, ξένος, ἀσύλητον γένος.

Exinde Jurisconsulti passim decrevere, res, quas mare ad littus ejecisset, vel quæ navis levandæ gratiâ pro vitando naufragio in ipsum mare essent projectæ, non pro derelictis; sed pro perditis haberi debere, ita ut si inveniantur, earum possessoribus restitui debeant. l. 21. D. de Amitt. possess. l. 44. de Acquir. rer. dom. l. 1. 3. &c. de Incend. Atque ejusmodi Jurisconsultorum & Imperatorum decreta ac statuta intelligit Honorius II. PP. apud Hildebertum Cenoman. Epist. 67. *Piorum namque Imperatorum evanuit auctoritas, ut etiam earum rerum, quæ in tempestate maris, levandæ navis ejiciuntur, non amittatur dominium: non enim eas quis eo animo abjicit, quòd habere nolit; sed quòd periculum effugere possit. Et qui res ipsas lucrandi animo abstulerit, furtum committit.* Testatur tamen Paulinus Epist. 37. pravum hunc sua adhuc & Theodosii M. ætate obtinuisse morem, quod Publicanorum, fiscalium, atque adeo ipsorum Præfectorum avaritiæ ac prædationibus plerique attribuunt, qui jus à vicinis sibi nationibus receptum & perceptum dimittere ægrè poterant. Communi denique Theologorum sententia definitum, ejusmodi prava Regum statuta ab restitutione non excusare. Summula Raymundi:

Qui bona naufragium patienti, sive ruinam,
Tollit, vel reperit, ubicunque sit, nisi reddat,
Est reus æternæ pœnæ: præcepta, statuta,
Nec consuetudo terræ, nec Principis illum
Excusat: deponatur, si Clericus hic est.

Neque minori diligentia ac cura adhibita usum hunc abrogare annixi sunt Summi Pontifices, ac inprimis Gregorius VII. in Concil. Romano an. 1078. Alexander III. in Lateran. III. c. 24. ipsique Imperatores Occidentis; maximè Fridericus II. in Statutis, quæ habentur in 5. Compilat. Decret. tit. 3. cap. 4. in Charta Privilegiorum urbis Ratisponensis ann. 1230. & in Constitut. Sicul. lib. 1. cap. 27. Nam licèt in iisdem Constitutionibus lib. 1. cap. 58. §. 2. *Naufragiorum, quæ Curiæ debentur*, mentio agatur, id de iis intelligendum, quæ à nemine repetuntur. Idem Imperator in Charta an. 1237. pro Wiennensibus Austriæ apud Lambecium lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæsar. p 81. *Quandocunque aliquis Viennensium civium naufragium incurrerit, res suas, quas ab impetu torrentis manus hominis asportavit, liberè possit repetere & habere à quolibet detentore, cùm indignum penitus censeamus immisericorditer reliquias naufragii detineri per hominem, quibus rapacis fluminis unda pepercit.*

Verùm iis statutis, Publicanorum & Provinciarum Præfectorum prædationes in Regni Siculi ac Neapolitani littoribus non ita extinctæ, ut identidem non exercerentur. Extat enim Honorii IV. Constitutio apud Rainaldum in Annalib. Eccl. an. 1285. n. 40. qua prohibentur. Isaacium Tyrannum Cyprium ex hac tum ubique ferè recepta *maris lege*, in Ricardi Regis Angliæ navigia naufragium passa, & ad Cypri insulæ littora, tempestatis ac procellarum vi ejecta, manus violentas injecisse plerique arbitrantur. Quæ quidem sententia eo verosimilior videtur, quòd ex Niceta in Andronico l. 2. n. 5. docemur, in omnibus Orientalis Imperii provinciis usurpatam, eundemque Andronicum Comnenum Tyrannum ejusmodi deprædationes inhibere conatum fuisse, gravissimis propositis pœnis in eos, qui naufragorum bona diriperent.

Quod de Guidonis Pontivensis Comitis facinore suprà annotavimus, satis declarat, in Gallia idipsum obtinuisse: quod etiam omnino firmat Hildebertus Cenomanensis Epist. 65. scribens, Britanniæ Comitem id sibi juris asseruisse in suis littoribus: *Præterea quidquid evadebat ex naufragiis, totum sibi fiscus vindicacabat patriæ, passosque naufragium miserabiliùs violentia Principis spoliabat, quàm rapina.* Verùm Concilii Nannetensis Patrum suasionibus pravo huic juri renuntiavit Comes, quod postmodum ab Honorio II. PP. firmatum tradit Hildebertus Epist. 67.

Comitis Armorici exemplo, Philippus Augustus Franciæ Rex, Comes Flandriæ, Comitissa Bononiæ, Comes Pontivensis, Bernardus San-Valericensis & Guillelmus Cayocensis Toparchæ, qui eodem singulatim in littoribus suis jure gaudebant in naufragos, Willelmi Campaniensis Remensis Archiepiscopi precibus & suasionibus, eidem perinde nuntium dixere. Binæ super hac re exaratæ habentur Tabulæ an. 1191. quarum prior Philippi Augusti ea, quæ suprà attulimus, verba præfert, qua præterea *Laganum maris* prorsus se dimittere profitetur, quemadmodum dimiserat Flandrensis Comes tum fato functus. Altera est Willelmi Archiepiscopi Remensis, qua prædictam Regis Philippi & Comitum ac Baronum cessionem confirmat, & anathema decernit in eos, qui hanc *detestabilem consuetudinem* (sic *Laganum* appellat) in posterum reducere conarentur: *Ad hoc dominum ac nepotem nostrum carissimum Philippum Francorum Regem cum cæteris, quos prænominavimus, Baronibus efficaciter induximus, quòd ipse dominus Rex illud Langan ex toto quittavit, & liberè in perpetuum remisit, sicut scripto ipsius patet authentico: similiter & omnes prænominati Barones pro salute animarum idem Lagan quittaverunt.* Charta Rainaldi Comitis Bononiæ & Idæ conjugis an. 1206. ex Tabulario Regio: *In perpetuum quitos clamavimus à lagano marisburgenses S. Audomari, & eorum res, quæ in terram nostram de Bolonesio & in terram nostram de Merc venient ad laganum.*

Cùm porrò *Laganum* abrogarunt in terris suis supradicti Principes, id intelligendum de prava illa, quam descripsimus, consuetudine, qua & homines, naufragi, & res naufragio ad littus ejectæ, licèt repetitæ, eorum erant: non verò de iis, quæ à nemine repeterentur. Proinde ita capienda Charta Florentii Abbatis

S. Jun

S. Judoci & Willelmi Comitis Pontivi an. 1203. in Tabul. ejusdem Monasterii S. Judoci: *Sciendum quoque, quòd si Laganum evenerit in Comitatu B. Judoci, & homines de tenemento ejusdem Sancti fuerint accusati apud Comitem, de Lagano, Abbas S. Judoci debet eos submonitos in Curiam suam vocare, præsente Comite, vel ejus Serviente, & ibidem, si potuerit, pacem facere. Quòd si querela ad voluntatem & arbitrium Comitis non potuerit ibi terminari, Abbas S. Judoci accusatos super usurpatione Lagani usque Monsterolum debet conducere, & non alibi, & ibi querela eorum judicio ejusdem villæ debet terminari.*

Sed & *Lagani* nomen longè post hæc tempora haud omnino extinctum docent Computa domaniorum Comitatuum Pontivi & Bononiæ annorum 1369. 1405. 1465. & 1474. in quibus fit recepta *des lagans, des grans & petits lagans*, & *des gros lagans*: ubi grandiora *Lagana* esse dicuntur, quæ 60. solidorum pretium excedunt. Sed ex ipso contextu satis apparet, has voces sumi tantùm pro *ejectibus maris*, iisque rebus, ad littus à mari remissis, quæ nullius domini sunt, & à nemine repetuntur. In Computo an. 1369. habentur *les Lagans venus par marée à Thormont*; id est, res, quas adversus maris æstus ad littus invehit.

Posterioribus tamen sæculis videtur id nomenclaturæ potissimùm attributum rebus in mari deperditis, vel ejectis, adhuc fluctuantibus, necdum ad littus appulsis, quæ inventoris sunt. Quæ est sententia Bractoni lib. 3. tract. de Corona, cap. 2. §. 5. *Quæ si in mari longiùs à littore inveniantur, ita quod constare non possit, ad quam terram vel regionem essent applicandæ, tunc quicquid ita inventum fuerit, erit inventoris, eò quòd in nullius bonis esse dicantur, & dicitur à nautis Lagan, & quod ideo occupanti conceditur, quia non est aliquis, qui inde privilegium habere possit, Rex non magis quàm privata persona, propter incertum rei eventum.* Ex quo quidem jus naufragii triplex esse dixerunt; primum quod *innatans*, seu *fluitans*, Angli *Flotson*, vocant: alterum, quod *ejectitium*, sive quod à mari fluctibusque in terram ejicitur, iisdem Anglis *Jetson*, tertium denique, quod *submersum* dicunt, sive quod in fundo maris inventum est, quod *Lagon* iidem Angli appellant, à Saxonico, ut ajunt, sive Germanico *Liggen*, vel *Leggen*, non verò à ligando, ut voluit Cookius. At cùm ex antedictis satis appareat, *Laganum* acceptum pro quovis naufragii jure; id est, tum pro rebus in mari deperditis, è mari ejectis adhuc fluctuantibus, tum pro iis, quæ ad littora ab æstu invehuntur: dicendum est, complexum esse id genus naufragii, de quo Bracton. quomodo *vvreccum* usurpant Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ c. 25. Consuetudo Normanniæ 1. part. sect. 2. c. 5. Bretius lib. 4. de Regis supremo dominio cap. 4. ubi etiam *Lagani* meminit, & alii.

Reges denique Angliæ, qui id perinde juris in suis obtinuere, seu usurpavere, littoribus, ut est in Legibus Henrici I. loco laudato, ut illud omnino tollerent, curas etiam suas contulere, uti patet ex aliquot eorum diplomatibus, quæ describuntur in Monast. Anglic. to. 1. p. 237. & 920. Primus verò ex iis Ethelredus in eo Fœdere, quod cum exercitu Anlavi pepigit, cap. 2. 3. & 4. Edit. Saxonicæ, apud Lambardum pacem ac securitatem indixit navibus & hominibus naufragium passis in dominii sui provinciis: deinde sub primos regni annos pravam istam consuetudinem abrogare tentavit Henricus II. ut auctor est Willelmus Neubrig. l. 3. c. 26. *Antiquam*, ait ille, *inhumanam circa naufragos consuetudinem in ipsis regni sui initiis eximia pietate correxit: atque ejusmodi hominibus ab æquoreo discrimine liberatis humanitatis officium exhiberi præcipiens, graves in eos pœnas sanxit, qui fortè illis in aliquo molesti esse, vel de rebus eorum quippiam usurpare præsumerent.* Cui simile aliud exaratum est ab Ricardo I. filio, cùm iter Hierosolymitanum est aggressus, Messanæ in Sicilia anno 1190. ut habent Rogerus Hovedenus & Bromptonus; quod firmatum est alio Henrici III. Statuto dato Merewelli anno regni 28. quod descriptum legitur in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 195. non modò pro naufragiis, quæ ad Angliæ; sed etiam Aquitaniæ & Pictavorum littora acciderent: in quibus quidem Regum Angliæ Statutis jus istud *Wrecci* nomine donatur. Neque tamen ita abolitum, ut non aliquatenus revixerit in Aquitaniæ locis maritimis. Testatur quippe Jacobus Bilius lib. 1. Observ. Sacran. cap. 6. sua ætate in Insulis, Rupellæ vicinis, omnibus oris illis maritimis viguisse crudelissimam illam Consuetudinem, ut si gravior quædam tempestas navem aliquam multis ante detrimentis affectam, magnaque ex parte fractam in littus ejecisset, tantùm abest, ut ii, ad quos delata erat, ejusmodi calamitate commoverentur, ut eos ipsos, quòd miseri essent, hostium loco & numero haberent, atque id omne, quod fluctuum rabies ipsis reliqui fecerat, confestim diriperent: imò ne ab ipsorum quidem corporibus, si sua tueri ac retinere conati essent, manus interdum abstinerent. Certè fatendum, non humanè modò in hisce occasionibus se se etiamnum gerere provinciarum maritimarum præfectos. Id porrò Juris Christiernus II. Daniæ Rex etiam dimisit, &c. Ita Christiernus II. Daniæ Rex id juris dimisit, licèt plus centum aureorum nummorum esset, ut auctor est Isaacius Pontanus. Vide Leges Scanicas Andreæ Suenonis lib. 8. cap. 2. & Histor. Segov. Colmenarezii cap. 18. §. 2.

Multa hoc loco alia addi possent ad hunc firmandum inhumanum morem, quæ consultò prætereo, cùm jam instituti rationem excesserim. Addo tantùm, juris *Langan* mentionem adhuc fieri in Historia Ecclesiastica Abbavillensi lib. 1. p. 469 & apud nostrates olim usurpatum vocabulum pro eo, quod latè patet & excurrit, ut sunt res, quæ in mari fluctuant, nullos intra fines coërcitæ. Philippus *Mouskes* in Theodorico:

Si fist de son tresor lagan.

Et in Philippo Augusto:

Li Rois vot traire par lagan,
Vers la Rocielle au Roi Jean.

Inter bona Ecclesiæ Trajectensis apud W. Hedam p. 246. 1. Edit. recensetur *decima navium, quæ illuc procellarum impetu feruntur, ac inventionis.* Vide Jacobum Godofredum in Tract. de Imperio, déque Jure naufragii colligendi, & Thesim in Academia Cantabrigiensi agitatam hoc tit. editam Londini ann. 1657. *Naufragia publicanorum esse, nec jus, nec rationem permittere.*

LAGEDAYUM, dies Legis, dies juridicus, ex Saxon. Laȝ, Lex, & Daȝ, dies: Anglis, *Lavv-day*. Charta Almerici de Lucy, apud W. Thorn. an. 1280. §. 12. *Unà cum omnibus sectis Lagedayorum, quæ Prior de Ledes, & omnes alii eorum tenentes debuerunt ad Laghedaya mea, de Nevventon per tenementa, quæ de ipsis tenent in hundredis prædictis.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 279. *Sunt quieti de secta illius hundredi, --- excepto, quòd villani sui ter in anno venient ad* la laghday *ad præsentandum Placita Coronæ sine occasione.*

LAGENA, Mensuræ species apud Anglos, quæ sic describitur in Assisa Davidis Regis Scotiæ de Ponderibus & mensuris §. 8. *Lagena debet continere 12. libras aquæ, videlicet 4. libras de aqua marina, & 4. libras de lacu vel stagno, & 4. libras de aqua currente & clara. Lagena debet esse in profunditate 6. pollices cum dimidio pollicis. In* lati-

latitudine inferiore debet esse 8. polli um, cum dimidio pollicis: & cum spissitudine ligni utriusque partis: & in rotunditate partis superioris debet esse 27. pollicum. & in rotunditate inferiore debet esse 23. pollicum. Statuta Hospitalis S. Juliani, in Additam. ad Matth. Paris pag. 163. *Habeant -- qualibet septimana 14. lagenas cervisiæ.* Vide Iter Camerarii Scotici cap. 10. §. 8.

Fuit etiam *lagena* non liquidorum duntaxat; sed & aridorum mensura. Fleta l. 2. c. 12. §. 1. *Sciat, quantum bladum teneat lagena, & quantum bussellos. Lagena butiri*, lib. 2. c. p. 76. §. 12. cap. 87. §. 1.

Laguna, pro *lagena*. Vetus Inscriptio 578. 1. *Apotione, item à laguna, &c.* Alia ibid. *A veste, item à laguna.*

Laguenna. Charta Rogerii Regis Siciliæ ann. 1137. apud Ughellum to. 7. p. 564. *Plateaticum quoque piscium, quos Salernitani capiunt, eis iterum dimittimus, & præcipimus, ut pro mensura laguenna nihil persolvant.* Alia an. 1207. ibid. p. 594. *Debent dare omni anno tempore vindemiarum 8. laurnas de musto mundo, quorum quæque habeat 8. languenas justè cartatorias, &c.*

Lagena. Chronicon Montis Sereni an. 1196. *Cùm redire disponeret, Imperatoriis insidiis adeo arctatus est, ut publicè navem ingredi non auderet; sed à fidelibus suis lagena inclusus, & navigio illatus, sicque, donec in altum navis procederet, occultatus est.*

Lagenares vel orculares termini, in quibus sunt lagenæ vel orculæ, apud Vitalem & Arcadium Agrimensores p. 258. Caius & Theodosius p. 260. *Lagenas & orculas in finibus posuimus, &c.*

Lagunula, idem quod *Lagena.* Synodus Sodorensis in Mannia: *Si vir vel mulier cervisiam vendendam pandoxaverint, --- laguneulam decimalem Ecclesiæ persolvant.* Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 80. *Laguncula, quæ vulgò barile dicitur, pro granis 5. vanivit.*

Lagena. Charta Friderici II. Imp. an. 1211. pro Ecclesia Panormitana apud Rocchum Pirrum to. 1. pag. 144. *Et de vineis musti nupti puri lagenas magnas 200. & de pede lagenas centum.*

LAGHA. Vide *Laga.*

LAGHSLIT. Leges Presbyterorum Northumbrensium c. 20. *Si quis apud Ecclesiam mercaturam exerceat, lagslit, id est, Legis violatæ pœna esto.* Ex Saxon. laȝh, Lex, & ſliꞇe, scissura.

LAGI. Leges Rotharis Regis Longobardorum tit. 121. §. 7. *Si coxam ruperit super genuculum, hoc est, lagi, componat solidos 20.* Vide *Largica.*

LAGIA. Charta an. 857. apud Ughellum to. 1. Ital. Sacr. p. 815. *Et per jam dictum collem descendit in fossatum, --- deinde pergit in lagia, & per decursus jam dictæ lagiæ descendit in furcam, quæ vocatur, &c.* Ubi *lagia* videtur esse semita, quam *Lee* dicimus. Vide *Lada.*

LAGONA. Fridegodus de Vita S. Wilfridi c. 43.

Tandem vafrinos blandis suggestibus astus
Increpitans, Italas suadebat credere chartas.
Ethnica sed nullis molliri corda lagonis
Cedebant, virusque tegunt sub mente nocivum.

LAGUENNA. *Laguncula.* Vide *Lagena.*

LAHA, Signum, positio, positura, ex Germanico *Laeghe.* Traditiones Fuldenses lib. 2. cap. 47. *Exinde in album fontem, & sic per nostra signa (id est, Laha) in vvindimonseo.*

LASHLITA, *Lagslit, &c.* Vox Saxonica, *ruptio Legis*, transgressio Legis, pœna violatæ Legis: lah enim & laȝh, est *Lex*: ſliꞇ, *ruptio, violatio.* Sed præsertim Anglos Danos ejusmodi pœna spectavit, seu potiùs vox ipsa, ex eorum fortean Legibus desumpta, ut *vvera, & vvita* Anglos. In Gloss. Saxonico post Lambardum editor, Lahſliꞇe, exponitur, *duodecim ora*: sunt autem *ora*, seu oꞅe, Anglo-Saxonibus *unciæ*, quarum 12. libram faciunt sterlingorum. Ita *Lahslite* mulcta fuit unius libræ monetariæ: varia ac diversa tamen fuit mulcta ista pro personarum discrimine, ut discere est ex textu Roffensi, laudato à Somnero: *In Lege Danorum erit reus forisfacturæ, quam Dani vocant Lahslit. In Lege eorum liberalis Lahslit vocant decem dimidiæ marcæ, hoc est, quinque marcæ. Hominis alodium* (Eocland) *habentis, 6. dimidiæ marcæ. Villani Lahslit, quem Angli vocant Ceorlman, 12. oræ.* Fœdus Edvvardi & Guthurni Regum c. 3. *Si Presbyter ad rectum terminum sacrum Chrisma non perquirat, vel Baptismum neget ei, cui necesse sit, reddat vvitam cum Anglis, & cum Danis lahslit, hoc est, 12. oras.* Adde §. 6. & 9. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11. *Si quis Dei rectitudines per vim teneat, solvat lashlite cum Danis, plenam vveram cum Anglis, aut neget cum 12.* Infrà: *Qui ordinis infracturam faciet, emendet hoc secundùm ordinis dignitatem, vvera, vvita, & lashlita, & omni misericordia.* Adde cap. 24. 66. & Leges ejusdem Canuti §. 35. Perperam verò *Laxlite* scribitur in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 41. quod dispunximus, & sumus interpretati in nupera Editione Operum S. Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi, quam viro eruditissimo Gabrieli Gerberono debemus.

LAHSUS, Piscis species. Liber donationum Ecclesiæ Ratisponensis in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 246. *Qui interrogatus -- respondit, quod de Juvanensi Sede per totius anni circulum in ipso suprà nominato lacu, una navis fieri deberet ad piscationem, alta de Castello sursum, tertia de Maninseo, excepto autumnali tempore, quando patuli pisces, quos vulgò Lahsos vocant, coire debent, &c.*

LAIA. Vide *Leda.*

LAICUS. Eucherius: *Laïcus, popularis.* Salvianus, l. 1. de Gubernat. Dei: *Ut omnes laïci intelligerent quantùm iram Dei timere deberent, cùm à præsenti pœna filios Sacerdotis, nec meritum parentis eriperet, &c.* Idem lib. 5. *Atque hoc videlicet laïci tantummodo, non quidam etiam Clericorum sæculares, non multi etiam religiosi, &c.*

Laïci, dicti in Monasteriis, qui vulgò *Conversi, Oblati, Donati.* Vide Haeftenum l. 3. Disquisit. Monast. tract. 1. disq. 8. & Menardum ad Concordiam Regular. p. 1028.

Laïcalitas, proprietas, quæ quis dicitur laïcus, vel laïcorum congregatio. Jo. de Janua.

LAIDARE. Vide *Lada.*

LAIRWITA, *Leyrvvita, Legervvita, &c.* Stupri, seu concubitus illegitimi mulcta.

Leiervvite. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 81. *Quidam villam & qui sunt ejusmodi Leiervvitam & Blodvvitam, & hujus minora forisfacta emerunt à dominis suis, &c.*

Lervvite, in Charta ejusdem Henrici I. Reg. Angl. pro Monasterio S. Catharinæ Rotomag. in Regesto Norm. sign. P. in Camera compur. Paris. *Quietas, liberas & solutas, de shiris, & de hundredis, & placitis, & querelis, & de murdris, & de vvarpent, & scutagio, & gildis, & danegildis, & assisiis, & bidagiis, & de operationibus Pontium & Castellorum, & de Lervvite, & de Hegelvvite, & de Fleantinesvvite, &c.*

Leievvite, in Charta Regis Henrici II. tom. 2. Monast. Angl. pag. 283.

Legervvita, eadem notione. Bromptonus: *Legervvite, (perperam Edit. Letherwvithe) est emenda pro corruptione nativæ.* Ex Saxon. leȝeꞅ, *Concubitor*, & ƿiꞇe, *mulcta.* Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 23. de Forestis: *Si quis Blodvvitam, Fintvvitam, Legervvitam, & hujusmodi forisfaciat, & inde veniat sine dividiatione vel calumnia, placitum domini sui est.*

LAISCUM. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 8. *Si quis roborem, aut quercum, seu cerrum, quod est modò Laiscum --- inciderit.* Edit. Heroldi tit. 101. §. 62. *Seu quercum, quod est medula ischal, &c.*

LAISUS. Sinus. Pactus. Legis Salicæ tit. 49. *Et sic festucam in Laisum jactet.* Forma traditionis, & transferendi dominii. De vocis origine vide conjecturam Wendelini.

Lasi-

Læsiverpum. Cessio, gurpitio: *Læsoverpire*, cedere, transferre, quasi in *Læsum*, id est, sinum alicujus *vverpire*, festuca, quæ est signum traditionis, in *Laisum* seu sinum jacta, secundùm Legem Salicam tit. 48. Habetur apud Marculfum lib. 1. for. 13. *Præceptum de Læsiverpo per manum Regis*, ubi vocis *læsoverpire* notio indicatur: *Quod ipsas villas in suprascriptis locis nobis voluntario ordine visus est lesoverpisse, vel condonasse.*

LAITIHUNT. Vide *Canis.*

LAIUS. S. Cæsarius in Regula ad Monachos cap. 26. *Vestimenta alio colore non induatis, nisi laia, lactina, & nigra nativa.* Idem in Regula ad Virg. cap. 40. *Omnia verò indumenta simplici tantùm & honesto colore habeant, nunquam nigra, non lucida; sed tantùm laia, vel lactina.* Cap. seq. *Tinctura in Monasterio nulla alia fiat, nisi, ut suprà dictum est, laia & lactina.* Idem repetit Cæsarius in Recapitul. c. 7. ut & S. Aurelianus in Reg. ad Virg. cap. 22. & S. Donatus in Reg. cap. 63.

LAMA. Festus: *Lama, Lacuna.* Gloss. Græc. Lat. πηλώδεις τόποι. Ugutio & Jo. de Janua: *Lama, mæ, est locus voraginosus, vel lapis in via abruptus. Lama, i. frustum auri, vel argenti, vel alterius metalli.* Papiæ, *Lamæ sunt confractiones viarum, quæ fieri solent pluvia interveniente.* Vita S. Mauri Episc. Cæsenatis n. 5. *Locus scilicet nec præruptis cacuminibus sublimius ad alta porrectus, nec omnino depressus in ima, ad arvalis lamæ videbatur planitiem coæquatus.* Paulus Warnefridus lib. 1. de Gest. Longob. c. 15. *Piscinam*, Longobardorum lingua *Lamam* appellari auctor est. Charta Alfonsi VII. Regis Hispan. æræ 1182. apud *Yepez* tom. 7. *Et exinde per eam lamam degenerari. Lama,* Danti in Infer. cant. 20. usurpatur pro valle. Inde *lamina, parva lama.* Vide Ughellum tom. 6. pag. 845. tom. 7. pag. 1273. tom. 9. p. 206. Chronic. S. Bartholomæi de Carpineco lib. 2. pag. 1242. &c.

Lama, Dæmonum species. Apud Gervasium Tillebertiensem MS. lib. 3. de Otiis Imperial. c. 87. Lamæ dicuntur esse *mulieres, quæ noctu domos momentaneo discursu penetrant dolia * relent, cofinos, catinos, & ollas perscrutantur, & infantes ex cunis extrahunt; luminaria accendunt, & nonnunquam dormientes affligunt.* Quo loco *lamæ* aliæ videntur à Lamiis, de quibus ita cap. seq. *Lamias, quas vulgò mascas --- vocant, --- dicuntur autem Lamiæ --- vel potiùs laniæ à laniando, quia laniant infantes.* Eucherius Lugdunensis: *Lamia, in Esaia, genus monstri, ut quidam affirmant.* Vide Nilum Mon. l. 2. Epist. 205. & infra in V. *Striga*, & Ughellum tom. 8. p. 712.

LAMIARI, *Fascinari*, in Addit. ad Vitam S. Antonini.

LAMBITTA. Chronicon Trudonense l. 1. p. 350. *Item clavicellam ex auro, lambittas duas argento textas, vexilla quatuor, &c.*

LAMBROFICARE. Tabular. Fossatense: *Apud Euriacum fecit Abbas appentitia, quæ sunt juxta portam domus super vineas, fecit lambroficari, & caminum in eadem, & in altero solio fieri caminum ad opus suum & sociorum suorum, &c.* Fortè idem quod apud nos *Lambrisser*, in lacunar camerare.

LAMENTATRICES. Vide *Cantatrices.*

LAMENTATIO, Querela, actio, calumnia. Charta Hugonis Archiepiscopi Genuensis ann. 1184. apud Ughellum: *Si verò ante alium judicem lamentatio tractabitur, donationis à nobis facta testimonium perhibebimus.* Occurrit præterea in Charta an. 1162. apud Petrum Mariam Campum in Histor. Eccles. Placent. in Regesto 2. part. Chart. 17.

Lamentatio mensurna. Historia Offæ Regis Merciorum, ex MS. S. Albani: *Offanus autem* (Offæ filius, qui & Offa II. dicitur) *oculos patris sui piè claudens, lamentationes mensurnas cum magnis ejulatibus, lacrymis, & specialibus planctibus, prout moris tunc erat Principibus, magnificis, lugubriter pro tanto favore continuavit, obsequique magnificè tam in Ecclesia quàm in locis forinsecis completis, apparatu regio & celeberrimo in eminentiori Ecclesia penes Glovernam, urbem egregiam eidem exhiberi jubet sepulturam.* Ex Spelmanno in *Month day.*

LAMINA, ut pix, tæda, inter βασάνους, in sanctorum Martyrum Actis recensetur passim.

LAMNA, pro *lamina*, Vett. Glossæ, *lamna*, λεπίς. Gloss. Græc. Lat. ἔλασμα χρυσίου, ἢ ἄλλης ὕλης, *lamna, lamella.* Eædem: λάμνα. Vincentius Belvac. lib. 30. cap. 79. *Armati sunt autem coriis superpositis lamnis ferreis conjunctis, lamnisque vel corio brachia cooperiunt.* Silvester Giraldus lib. 1. de Expugn. Hibern. cap. 21. *Undique ferro vestiti: alii loricis longis, alii laminis ferreis arte consutis.* Vide Meursii Gloss. in λάμνα. Occurrit etiam apud Ulpianum & alios.

LAMPABILIS. Theodericus Monachus in Historia Inventionis S. Celsi Episcop. Trevir. n. 5. *Vir virtutum Egbertus Archimandrita lampabilis.* Fridegodus in S. Wilfrido cap. 48.

Archanus Michaël nitido lampabilis ore.

Dignus fortè, qui ut vir sanctus lampadibus ante illum accensis colatur. Italis *lampo* & *lampa*, est splendor, *lampeggiare*, resplendere, vel potiùs, quod ut lampas effulgeat.

LAMPADÆ, pro *lampades*, à Pollione usurpari, ex MSS. Codd. observavit Salmasius.

LAMPADARE, Lampades supponere lateribus: tormenti species, quo in Martyres sæviebant Pagani. Vita S. Politi Mart. cap. 3. n. 17. *Tunc Imperator jussit eum in equuleo appendi, & lampadari.* Alia ejusdem Sancti Vita cap. 6. *Jussit eum in equuleo suspendi, & lampades ardentes lateribus applicari.* Acta S. Marcelli P. cap. 4. n. 19. *Date flammas ad latera ejus.* Prudentius lib. περὶ στεφάνων, in S. Eulalia: *Ultima carnificina dehinc, non laceratio vulnifica crate tenus, nec arata cutis. flamma; sed undique lampadibus in latera, stomachumque furit.* Theodoretus lib. 8. Græcar. affect. pag. 112. de Martyribus: προθεῖναι ἢ τὰ νῶτα τοῖς ἐθέλουσι μαστιγοῦν, ἢ λαμπάσι, ἢ ὄνυξι τὰς πλευράς, ἢ τὸν αὐχένα ὑποθεῖναι τοῖς ξίφεσι, &c. Vide Lactantium lib. de Mortib. Persecut. num. 21. Palladium in Vita Chrysostomi p. 198. Acta SS. Marii, Marthæ & al. n. 18. Acta S. Asclæ n. 5. Acta S. Dorotheæ n. 9. 17. S. Eulaliæ Virg. Barcinon. n. 7. Vitam B. Faustini & Jovitæ Mart. n. 1. Menologium Basilii in S. Crescente 13. 16. April. Martyrolog. Rom. 24. Nov. Baron. an. 259. n. 17. an. 285. n. 5. &c.

Lampadare, fulgere. Cassiodor. in Psalm. 43. *Ecce nobis Dominicus ordo domino revelante lampadavit.*

LAMPADARII, officiis ac ministeriis illustrium dignitatum vulgò accensentur, tametsi de eorum munere haud constet; maximè verò Præfectis Prætorio, & Magistris officiorum adscribuntur apud Julianum Antecessor. Constit. 37. & in Notitia Imperii, ac deinde inferioribus etiam Magistratibus ex Imperatorum indulto, ut Quæstoribus seu Præfectis insularum, apud eundem Julianum loco laudato; & aliis, in Constitutione Leonis M. & Zenonis, Cod. de Diversis Offic. Concessum etiam Pontici tractus Vicario, ut & Præcone & Lampadibus quatuor uti possit, Justiniani Edicto 8. §. 4. unde patet, plures fuisse Lampadarios majoribus Magistratibus, quorum princeps, *Primicerius Lampadariorum* dicitur in Novella Valentiniani 34. ex Theodosianis, quas edidit Pithœus, Opilioni Magistro officiorum inscripta. Cùm igitur lampades quatuor concedantur Vicario Pontici tractus, satis apparet, *Lampadarios* non fuisse, qui lampadum Palatii curam haberent, ut accenderentur & niterent: quod volunt Brissonius, Pancirollus, & alii. Neque plures quàm quatuor lampades habuisse magistratus ex eo colligo, quòd inter insignia Præfectorum Prætorio, in Notitia Imperii totidem depingantur: ubi lampades, non lucernæ oleariæ sunt, quod quidam volunt; sed candelabra

ce reis suis candelis instructa. Adest præterea inter ea insignia Imperatoris imago, quæ aut Magistratui præferebatur, ut observare est ex Senatore l. 6. in formula Consularitatis 20. adeo ut lampadas iis concessas par sit credere ob ejusmodi imagines, cum deferri μετὰ κηρῶν, & μετὰ κηρολαμπάδων, solerent, ut docent Acta Synodi VII. act. 1. & Chronicon Alexandrin. in Phoca. Neque id summis Magistratibus proprium fuit, cùm & Imperatoribus præferrentur, quod produnt Herodianus in Commodo & in Antonino, Tertullianus in Apologetico c. 34. & ad Uxorem c. 2. & aliquot alii. Inde verò fluxisse, ut *cum facibus & acclamationibus*, cùm urbes ingrederentur, Imperatores Occidentis exciperentur, quod tradit Lambertus Schafnaburgensis ann. 1077. non ausim affirmare. Verùm ut se res habeat, hinc videtur ortus apud Orientales Augustos, qui invaluit, ritus, ut à Lampadario in sacris liturgiis præcederentur μετὰ διβαμπύλου καὶ τῆς λαμπάδος, ut auctor est Codinus de Offic. c. 6. n. 4. 31 41. cap. 7. n. 24. Matthæus Monachus de Offic. aulæ CP. κἂν ταῖς ἑορταῖς λαμπαδηφόρος ἀπό... Sed cui Lampadarii *Mensoribus* adjungantur in Notitia Imperii, & in d. l. ult. C. de Divers. offic. rationem aliam non perspicio, nisi quòd ex Mensorum ordine essent, vel quòd ut ii, Imperatorem & Magistratus præcederent. Vide Henric. Valesium ad Euseb. de laudib. Constant. cap. 1.

Habuit etiam Ecclesia Græcanica suos Lampadarios, qui scilicet lampades ac faces præferebant Patriarchæ in Liturgiis, ut est apud eundem Codinum de Offic. pag. 9. Edit. Reg. Quo etiam jure gaudebant Metropolitani αὐτοκέφαλοι, apud Balsamonem de Privileg. Patriarch. Meminit Pachymeres lib. 4. cap. 16. λαμπαδάριος τοῦ Βασιλικοῦ κλήρου, qui scilicet in Palatinis Ecclesiis lampadem Imperatori forte, aut ipsi Patriarchæ, vel alii Metropolitano, in iis sacra facienti, præferebat. Docet præterea idem Pachymeres lib. 2. c. 15. βακλησίαν καὶ τὸ λαμπαδοῦχον, symbola fuisse Patriarchicæ dignitatis, quæ ab Arsenio Patriarcha repetiit Michaël Palæologus, cùm eum abdicavit. Διβάμπυλον dicitur eidem Pachymeri l. 7. cap. 28. quòd duplici constaret lampade, de quo Meursius & Gretzerus ad Codinum.

Lampadarii pensiles, plures sustinentes lampades, in Ceremoniali Episcopor. lib. 1. c. 12.

LAMPENA, Vehiculum splendidum, λαμπήνη, Polluci, cui est *currus regius*. Esaias juxta versionem Hieronymi cap. 66. 20. *Adducent fratres vestros de cunctis nationibus domum domino cum equis & rhedis in lampenis mulorum, cum umbraculis in sanctam civitatem Hierusalem, dicit Dominus.* Editio vulgata: *In equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis.* Joanni de Janua, *lapena*, seu potiùs *lampena*, sunt *stellæ fulgentes*. Italis *lampana*, est lampas.

LAMPIFICUS, splendidus. Vita MS. S. Amatoris Episcopi: *Ipso autem die Dominicæ Resurrectionis, utpote neophyta, ad sanctam Ecclesiam lampificis ornamentis obsita processit.*

LAMPIUM, *pulpitum*, *analogium*. Glossæ Isid.

LANA, seu Decimæ de lanis, in Anglia. Charta Edw. III. Reg. Angl. tom. 2. Monast. Angl. p. 387. *Sicque dicti Magister, fratres, & sorores, de decimis, quintisdecimis, novis, lanis, auxiliis & aliis oneribus--- quieti & exonerati.*

Lanam carpere, seu *Carminare*, lib. 1. Capit. Car. M. c. 81. Gloss. *Carpit*, ξαίνει, ἐξανθίζει, σποράζει. Gloss. Gr. Lat. ξάνσις, *carptus*. Plaut. in Menæch. *Inter ancillas sedere jubeas, lanam carpere.* Quidam Codd. habent *carere*, de qua voce Salmasius ad Solin. pag. 398.

LANARII, Lanarum artifices aut negotiatores, *Lainiers*, in Statutis Leodiensibus. *Lanarius pectinarius*, in veteri Inscript. qui λανάριος & κτενιστὴς dicitur Scholiastæ Apollonii, qui lanas pectit. *Lanarius coactiliarius*, in alia Inscript. coactilium artifex.

Lanarii, lanerii & laynerii, Falconum species, nostris *Laniers*. Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 1. c. 18. *Falcones Hibernia præter generosos non habet: degeneres enim illi desunt, quos vulgari vocabulo lanerios vocant.* Describuntur à Friderico II. lib. 2. de Arte venandi cap. 28. Alberto Magno lib. 23. de Animal. & à Jacobo Augusto Thuano lib. 1. de Re accipitraria, qui à *laniena* eis nomen arcessit:

Hic verna est nobis, ubi fercula inempta parare
Nobilium mensis, atque exercere culinam
Dicitur; inde etiam ab laniena est indita origo
Nominis.

Certè *laniarii* dicuntur Bromptono ex eodem Giraldo: *Desunt etiam degeneres falcones, quos laniarios vocant.* *Sweymer* Germanis appellari ait Albertus Magnus cap. 9. Ita porrò ejusmodi falcones fortean dixerunt nostri, quòd ita degeneres & ignavos vocarent, qui ut feminæ *lanarum* pensis operam darent. *Le Roman de Girard de Vienne MS.*

Car teuz est poures qui à corage fer,
Et teuz est riches qui à le cœur laner.

Le Roman de Garin MS.

Or dira l'en que est mauvais & laniers.

Le Caton en Roman MS.

Garde que tu soies de cheus,
Qui lanier sunt & perecheus.
Qui perecheus est & laniers,
De nouveauté est parchonniers.

LANASSARIA, mulier, quæ lanas vendit: in Consuetudinibus Tolosæ part. 2. Rubr. de Debitis.

LANCEA, teste Diodoro Siculo lib. 5. Gallicum est vocabulum: προβάλλονται λόγχας, ἃς ἐκεῖνοι λαγκίας καλοῦσι. Varro apud Gellium lib. 15. c. 20. Hispanicum verbum esse asserit: & apud Nonium Sisenna videtur ad Germanos referre: *Galli*, inquit, *materibus*, *Suevi lanceis configunt.* Festus denique à voce Græca λόγχη, *Lanceam* dictam vult. Gloss. *Lancea*, λόγχη. Hispani *Lanza* dicunt, Galli *Lance*, Germani *Lanz*, unde *Lanzknecht*, militem peditem & lancearium vocant. Vide Cluverium l. 1. Germ. ant. c. 44. Lancearum mentio est in Legibus Wisig. lib. 9. tit. 2. §. 9. Burgund. tit. 18. §. 2. Ripuar. tit. 36. §. 11. Capitul. 2. an. 805. c. 5. Capit. 2. Capitul. 3. an. 806. c. 1. Capitul. 2. an. 813. c. 9. Capitul. Pipini Regis Italiæ c. 36. Leg. Longob. l. 1. tit. 37. §. 2. l. 2. tit. 4. §. 2. Henrici I. Reg. Angl. c. 83. in Vita S. Eucherii Lugdun. p. 78. Edit. Chiffler. Apuleius l. 10. *Lanceam longissimo hastili conspicuam*, dixit pro ferro seu cuspide lanceæ; ubi lanceam, pro λόγχη, posuit, unde forsan & originem trahit. Lanceis prævaluisse Francos nostros docuimus in Notis ad Alexiadem. Vide Silvestrum Giraldum in Itiner. Cambr. l. 2. c. 5. & suprà in *Arma*, & *Flammulum*.

Lancea, pro milite, qui *lanceâ* utitur in bello, cujusmodi sunt, qui *Militum* dignitate & nomine gaudent. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. c. 77. *Alii enim ex centenis, alii ex sexagenis lancearum millibus, alii ex tot millibus armatorum eam* (gentium multitudinem) *constitisse contendunt.* Adde p. 283. 292. 293. &c. Chronicon Flandr. c. 103. *Et estoient nombrez à quatrevints mille lances & dix mille archers.* Cap. 114. *Or estoit la somme des gens d'armes nombrée à dix huit mille lances, de gens tous recens & escrits à gaing du Roi, sans les autres lance, & disoit-on qu'il y avoit bien* 200. *mille chevaux.* Lanceis uti vetantur servi, lib. 6. cap. 271. novæ Edit.

Ad fusum à lancea transire. Vide *Fusus*.

Lancea Caroli Magni. Scribit Ingulfus, & ex eo Willelmus Malmesbur. lib. 2. de Gestis Angl. c. 6. inter alia cimelia, quæ ab Hugone Rege Francorum ad Adelstanum Regem Anglorum missa sunt, fuisse partem dominicæ Crucis, ensem Constantini M. vexillum S. Mauricii, *& lanceam Caroli Magni non apud Francos exigui pretii:* seu, ut habet Malmesburiensis *quam Imperator invictissimus, contra Saracenos exercitum ducens, siquando in hostem vibraverat, nunquam nisi victor abibat: ferebaturque eadem*

eadem esse, quæ dominico lateri Centurionis manu impacta, pretiosi vulneris hiatum paradisum miseris mortalibus aperuit. Vide Knygthonum p. 2321.

Lancea Constantini M. inter Cimelia & Symbola Imperatoria vulgò recensetur. Cujusmodi autem illa fuerit, & quomodo ad Imperatores Germanicos pervenerit? narrant Conradus Uspergensis & Albertus Stadensis an. 922. *Burgundionum Rex Rudolphus, qui nonnullis annis Italicis imperabat, lanceam quandam ibi à Sansone quodam Comite dono acceperat, quàm Constantini Magni, sanctæ Helenæ filii, fuisse dicebant, quæ excepta cæterarum specie lancearum, novo quodammodo opere, novaque elaborata arte & figura, juxta medium spinam habuit, utrobique quasi fenestram, & in media spina cruces ex clavis, manibus & pedibus Salvatoris nostri Domini Jesu Christi affixis, &c.* Mox subdunt, ut lanceam istam Henrico Imperatori largitus fuerit Rudolphus, & ut ab Ottone I. in prælio contra Lotharingos & Hungaros, ab Henrico IV. ann. 1089. Lausannæ Episcopo eam deferente, elata fuerit, quæ quidem lancea exinde, ut dixi, inter symbola Imperatoria præcipuè habita est. Idem Uspergensis an. 1106. de eodem Henrico IV. *Regalia vel Imperialia insignia, crucem scilicet & lanceam, sceptrum, globum, atque coronam filii* (Henrici V.) *potestati tradidit.* Adde Chronic. Reicherſp. an. 1004. & Sigebert. Luithprand. Knygthonem p. 2321. Epistolam Henrici Imp. to. 2. Spicilegii Acheriani p. 391. 393. Vitam S. Gerardi apud Surium 3. Octob. &c. Constantinum verò Magnum μετὰ λόγχης, *cum lancea*, quam alii σκῆπτρον vocant, stetisse supra columnam porphyreticam CPoli, ex Scriptoribus docuimus ad Alexiadem p. 382. At

Lancea S. Mauricii, non Constantini, dicitur Ademaro Cabanensi p. 182. ubi de electione Conradi Imperatoris: *Et tradiderunt ei sceptrum & coronam & lanceam S. Mauricii.* Quam quidem lanceam S. Mauricii, *in qua videtur impressa quædam dominici ligni sanctæ Crucis portio, quam Angelus Dei impressit*, in Cœnobio Melicensi asservatam tradit Historia istius Monasterii. Hanc pariter lanceam *S. Mauricii* indigitat Sugerius in Ludovico VI. p. 288. ubi de Henrico Imperatore, quam à Rudolfo Rege Burgundiæ donatam Conrado Imp. cum Regno Burgundiæ scribit Hugo Flaviniacensis in Chron. p. 185. *Rodulfus verò Rex, absque liberis existens, Conrado Imperatori Burgundiæ regnum dereliquit, dans ei lanceam S. Mauricii, quod erat insigne regni Burgundiæ.* Denique Gregorius IX. PP. lib. 1. Epist. 142. ad Fridericum II. Imp. videtur existimasse, lanceam istam Imperatoriam fuisse eam, qua Christi latus transfixum est: *Crux, ubi est lignum Domini, & lancea, ubi clavus ejus consistit, ante te in Processionibus solennibus deportantur.* Mox: *Lanceam considera diligenter, cujus acumen latus ejus aperuit, de quo Christus largiter sacramenta tuæ salutis effudit.* Hisce suffragatur Charta Caroli *Regis Francorum atque Italicorum, nec non & Alemannorum, & uxoris Hirmintrudis data Arelate an. Imperii* 15. In Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 7. *Notum sit omnibus Christianitatis titulo insignitis præsentibus & futuris, quòd in expulsione atque ejectione nostra, in qua Dei judicio de regno à Lodoico fratre de regno sumus expulsi, votum Deo vovisse, ut si nobis Davidicam diutius optatam misericordiam fecisset intercessione & meritis B. Mauricii præcipui Martyris, cujus corona & lancea nos ubique victores non dubitamus, donamus prædicto Sancto, &c.* Quæ quidem Charta falsitatis notâ non caret, licèt Tabularium istud scriptum sit circa ann. 1150. Hanc descripsere Joannes à Bosco & Joannes *le Lièvre* in Vienna. Vide *Festum Coronæ*, & Notas nostras ad Alexiadem p. 345. Albertum Stadensem an. 939. Ditmarum lib. 4. pag. 44. &c.

Lancea Regalis, Regum Bohemiæ. Monachus Pegaviensis, & ex eo Conradus Abb. Uspergensis & Albertus Stadensis an. 1079. *Bellum fuit inter Henricum IV. & Rudolphum in loco, qui dicitur Fladecheim, ubi in primo congressu Saxones terga vertunt. Ibi Vratulaus Dux & Rex Bohemiæ regalem lanceam adeptus est, quæ exinde permissione Imperatoris semper quemvis illius gentis ducatu insignem in omni festiva Processione præcedit.*

Lancea S. Olai, ab Regib. Danis in præliis contra ethnicos deferri solita. Vide Janum Dolmerum ad Jus aulicum vetus Norvagicum pag. 413.

Lancea, Ἁγία λόγχη Græcis, Cultellus, quo hostia consecranda à tota panis massa separatur. Humbertus Cardinalis Dial. contra Græcos: *Nec quomodo Græci habent lanceam ferream, qua scindunt in modum crucis ipsam oblationem, id est, proscomidem.* Θεία λόγχη, in Nomocanone, edito à V. Cl. Joann. Baptist. Cotelerio c. 130. Vide Goarum ad Euchologium Græcorum. pag. 116. ubi ejus figuram dedit.

Lancea emendari, pœnæ nobiliorum species. Lactantius de Mortib. Persecut. n. 22. *Domestici & administratores lancea emendabantur: in causa capitis animadversio gladii admodum paucis quasi beneficii* (loco) *deferebatur*, &c. *Passer par le piques.*

Lancea fixa vel sella posita, vel erecto clypeo sibi hospitium quietis eligere, apud Andream Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ c. 17.

Lanceam figere. Statuta Willelmi Regis Scotiæ c. 27. §. 1. *De ipso duellum haberi potest, & illud bellum potest sic remitti, scilicet cùm fixerint lanceas suas, potest calumniatus concedere delictum, & facere pacem.* Et §. 3. *Sanguis extractus subtus anhelitum, quando fixerunt lanceas suas potest defensor concedere sanguinem, &c.*

Lancea Sartatoria, mensuræ agri species. Charta Gerardi de S. Auberto an. 1193. in Tabul. Abbatiæ Montis S. Martini. *Concesserunt mihi quandam indaginem sui proprii nemoris, latam decem lanceis sartatoriis.* Alia Philippi Comitis Flandr. an. 1180. in eodem Tab. *Avia, quæ ducit de Brancort Harchias* 10. *lanceas sartatorias in latum, & in longum prout remus se extendit.* In eodem Tabul. & Charta Galcheri de Torota Castellani Noviomensis an. 1272. *Et le contrée de le sovvée* XXXIII. *moyes &* XII. *lances.* Alia an. 1223. *Et de lanceis, quæ remanserunt in diversis campis super mencaldatas prædictas, tantum terræ colligitur, quod inde fit una mencaldata.* Est autem *lancea sartatoria*, quod nostri *le chesrite* vocant, unde & nomen. Vide *Asta.*

Lancea. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1184. in Reg. Feodorum Burgundiæ: *Permisit, ut castrum Tilecastri firmaret hoc modo, ipsum verò castrum muro claudi cujus altitudo à ripa exteriori sit unius lanceæ absque batallus.* Vide Thomasserium in Consuetud. Bituric. pag. 43.

Lanceare, Hastiludio, seu lancearum ludicro se se exercere. Ordericus Vitalis lib. 3. *Dum --- cum consodalibus suis se se lanceando exercuisset. Lanceari jaculis*, lancea vulnerari, apud Matth. Paris, p. 119. Hesychius: δοράζει, λογχάζει. Δορατιζόμενοι, δίρχσι μαχόμενοι. Vide Dissertat. 6. ad Joinvill. p. 167.

Lancearius. Libellus precum Maximi & Faustini: *Ita ut aliquoties solum intempesta raptum per lancearios de urbe sustulerit.*

LANCEOLA, Scalpellus, Gallis *Lancette.* Will. Brito in Vocabulario MS. *Lanceola dicitur subtile ferrum acutum, cum quo minutores aliqui pungendo venam aperiunt in minutione: aliqui cum flebotomo venam percutiunt, unde & flebotomia dicitur minutio* Apud Capitolinum in Maximino juniore, *lanceola*, est minor lancea: *Lanceola sic fissa est fulmine, ut tota etiam per ferrum scinderetur, &c.*

LANCEOLUM. Anonymus in Gestis Constantini M. p. 484. ait, Anastasio Imp. Eunomianam hæresim amplexo, acclamatum in Ecclesia: *In Trinitate lanceola non*

non mittis. Sed legendum, *in Trinitate lanceolam mittis* Quibus verbis carpebatur ejus hæresis Ariana, cùm Eunomius eadem, quæ Arius sentiret. Διατομῖται appellabantur Ariani, ut est apud Joan. Damascenum de Hæresib. Editionis Viri Doctissimi Joan. Baptistæ Cotelerii, quòd divinitatem sanctamque Trinitatem nefario ausu discinderent.

LANCETUS, *Lanceta*, Colonorum species apud Anglos, præstationibus & operis obnoxia. Monasticum Anglican. to. 1. p. 337. *Et parvum nemus --- & decem homines lancetos in Sutvvode, juxta prædictam Wicam, & 12. libras terræ arabilis, --- octoginta acrias 40. lancetis, & tenementis eorum in eadem villa.* Custumarium Prioris Levvensis in Anglia apud Spelman. *In Socha de Hecham sunt 24. lanceta. Consuetudo eorum est, unusquisque eorum debet operari à S. Michaële usque ad Autumnum unaquaque hebdomada per unam diem, sive cum furca, sive cum besca, vel flagello ad libitum domini, cum corredio ad Nonam, & uno pane ad Vesperam, &c.* Spelmannus vocis etymon à Germanico *land-seet*, arcessit i. indigena, inquilinus, *in terra residens*, ut *Cotseta*, in cota residens. Apud Somnerum in Gloss. Saxon. LanÐſiꞇenÐ - man, exponitur *terram possidens*, vel *in terra residens.*

LANCINATOR, Carnifex. Flodoardus lib. 4. Hist. Remens. cap. 52. *Eodem tempore quo hæc sacra virgo passa est, lancinator ejus Riciovarus per urbem Remensem transiens, ---- trucidari præcepit.* Gloss. Gr. Lat. *Lancinat*, κατακνίζει.

LANDCEAP & *Labceap*, Voces Saxonicæ, de quarum notione Somnerus in voce LanÐ - ceap. Leges Presbyterorum Northumbriensium c. 56. *Et volumus, ut landceap & labceap, & responsa prudentium, & verum testimonium & justum judicium & falloc & frum tallu, firma permaneant.*

LANCIOLA. Incertus de Limitibus: *E. in scamnum jacet per jugum in lanciolam; habet ad pedem aquam vivam, &c.* Ubi Rigaltius f. *Laciniola*. V. *Lacina.*

LANCLA, λεκάνη, in vett. Glossis p. 319.

LANDA, Planities inculta, & vepribus obsita, Hispanis *Llana*, nostris *Lande*; *Landa*, Danti in Infer. c. 14. in Purgat. c. 27. vox ex Saxonico aut Germ. *Land*, terra. Vita S. Leonis Archiep. Rotomag. *Iter suum carpserunt usque ad Landas nobilium, quæ terra dicitur infertilis & deserta.* Charta an. 1145. apud August. du *Pas* in Stemmate Dolensi: *Donavimus etiam quandam partem forestæ nostræ ipsi Hermitagio contiguam, cum landis, pratis, &c.* Occurrit crebrò. Vide Hist. Beneharnensem Marcæ p. 223. 224. 233. Fletam lib. 2. cap 41. §. 15. Monast. Anglic. to. 1. p. 400. &c. Notissimæ sunt Landæ Burdegalenses, *les Landes de Bordeaux*, de quibus Turpinus de Vita Caroli M. cap. 11. *Tunc omnes exercitus in Landis Burdegalensibus coadunantur.* Has *silvestres saltus Burdegalæ* vocat Baldricus Burguliensis pag. 270. *Mettre le feu aux landes ou boscages*, in Consuetud. Solensi tit. 3. art. 21.

LANDBOC. Vide *Liber.*

LAND CAP. Vide *Lacopum.*

LANDEA, vel *Landia*, vox in palustribus nota regionibus: fossa nempe in paludum margine circumducta aquarum excipiendarum gratiâ, quæ à vicinis & montanis tractibus derivantur: easdemque aut in mare, aut in fluvium celebrem deducens, ne paludes opprimant scaturientes: à *Land* terra, & *eja*, aqua, ut *aquam terrestrem* suscipiens. Ordinatio Marisci Rumeniensis: *Verè judicia & avvarda faciat de valliis, landeis, vvatergangis, sevveris, gutteris, fontibus, &c.* Infrà: *Non liceat alicui de cætero facere dammas, aut fordas, aut alia impedimenta in aliquibus landeis, vvatergangeis, fossatis, sive aquagiis communibus in marisco prædicto, &c.* Ex Spelmanno.

LANDEFRICUS. Leges Ethelredi editæ apud Wenetingum §. 6. *Et omnis emat sibi lagam 12. oris, dimidium landefrico, dimidium vvapentako.* Ubi Somnerus emendat *Landesrico*, id est, terræ domino, ex Saxon. LanÐꞅica, voce composita à LanÐ, terra, & ꞅica, rector, dominus.

LANDEGANDMAN, Custumariorum genus, seu inferiorum Tenentium manerii, *lancetis*; ceu permanentibus fortè contrarium. *Gaend-man* enim, ut docet Kilianus, *viatorem & transeuntem* significat. Occurrit vox in Custumario de Hecham p. 15. Spelm.

LANDFRID, Pax terræ, vox Germanica. Froissart. 3. vol. c. 97. de Carolo IV. Imp. *Institua le Duc VVincelant de Boheme; & le fit souverain regard d'une Institution & Ordonnance, qu'on dit en Alemagne la Languefride. c'est à dire, tenir les chemins couverts & seurs, & que toutes manieres de gens peussent aller, venir, & chevaucher de ville en autre seurement.* Infrà: *Seigneur & souverain regard de la Languefride.*

LANDGABLE, Census, qui à prædio seu agro debetur: *agrarium*: à Saxon. LanƷ - Ʒable i. *terræ census* vel *reditus*. Occurrit in Domesdei.

Landgabulum dicitur in Hist. Norvvicensis Cœnobii in Monastico Angl. to. 1. p. 20. *Et ulteriùs illi non sunt de Villa Norvvici, nec cum eis respondent in Lott, nec in Slott; sed solummodo tenent de Ecclesia S. Trinitatis, cui solvunt langabulum.* Idem Monastic. to. 3. p. 226. *Debeo acquietare dictum Messuagium adversus Wilhelmum Martel de una libra piperis per annum, & adversus dominum Regem de uno denario de langabulo de Portsocha ad Festum S. Martini.* Ibid. p. 267. *Solutam & quietam de longabulo & parcagio, &c.*

LANDLEITA. Marcvvardus Abbas Fuldensis: *Reperique sic, ac requisivi cum populari circuitione, quæ dicitur Landleita, quamplures mansos, agros, &c.* vide infrà.

LANGERICHT, vox Germanica, cujus notio exponitur in Charta Friderici II. Imp. an. 1215. in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 380. *Super jure patronatus --- super advocatia fori in sancto Yppolito, super generali terræ judicio, quod Landgericht nominatur, quod idem Dux in quibusdam bonis Pataviensis Ecclesiæ suæ juri vindicabat.*

LANDGRAVIUS, Comes Provincialis, ex Germ. *Land*, terra, provincia. & *Grave*, Comes, aut *Marcgravius*, Comes Marcæ seu limitis, vel Marchio, *Burgravius*, Comes Castrensis. Historia Hierosolymitana p. 1165. *De Germania quoque vir quidam illustris & potens accedit, quem lingua Theutonica Landegravum dicunt, quod juxta rationem nominis Terræ Comes, quasi per excellentiam dictum sonare videtur.* Rigordus an. 1208. *Quidam Comes Palatinus, qui Landagrava vocabatur, id est Comes Palatii.* Vide *Comes Provincialis.*

LANDIMERA, Terræ limes, vel meta: à Saxon. LanÐ - Ʒæmeꞅe, Ʒ, ut solet, in i verso; LanÐ autem *terra*: Ʒemæꞅe, *finis, terminus*: unde hodie agrorum partitiones *meires* Angli vocant. Fœdus Alvredi & Guthurni Regum cap. 1. *Inprimis de nostris Landimeris sursum in Thamisia, & tunc superius in Ligam usque ad exortum ejus, &c.* Sic Codex MS. Cottonianus, Codex verò Spelmanni; *Inprimis de nostris Landimeris commarchionibus sursum, &c.* ubi *commarchionibus*, idem valet ac *confiniis*.

LANDMANNUS, Terræ incola, ex Saxon. LanÐeꞇman, voce formata ex LanÐ, terra, & man, homo. Occurrit in Pacto Ethelredi cum Analano & aliis §. 9.

LANDRIDDER, Eques, Miles, vir equestris ordinis ac dignitatis, vox Germanica, ex *Lanz*, Lancea, & *ridder*, vel *ritter*, Eques: quasi Eques lanceatus, ut *Lansknecht*, pedes miles lanceatus. Charta Philippi Comitis Flandr. an. 1190. apud Malbrancum l. 10. de Morinis cap. 28. *Sciendum tamen, quòd Comes in eadem* (villa de Poperinghes) *debet habere Equites, qui Landridderes vocantur ad expeditionem suam secundùm patriæ consuetudinem &c.*

LANDULA, Alauda apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult cap. 13. 20. & alibi.

LA-

LANEOTUS, Pannus laneus, seu *sagum* vel stragulum ex lana confectum. Vita Willelmi Abbatis Roschild. c. 14. *In lectulo suo nihil præter laneotum straminibus impositum --- habebat.*

LANESTRIS, Laneus. Vopiscus in Aureliano. *Pallium breve pupureum lanestre.*

LANGABULUM. Vide *Landgabulum.*

LANGEOLUM, vestis interior lanea Monachorum ad genua usque pertingens, sic dicta, quòd *lanea* sit, unde laneos panniculos, quibus infantes circumvolvuntur, *Langes* etiamnum appellamus. Monasticum Angl. to. 1. p. 419. *Ad vestiendum autem suscipiunt, quicunque annum ibi compleverint, capam, tunicam, & pallium: duo etiam langeola, & omnia lanea.* Mox: *Ad pallium 2. ulnas & quarterium, ad langeolum duas ulnas & quarterium.*

LANGOBARDI, qui aliàs *Longobardi*, populi Septentrionales, qui Italiam pervaserunt, de quorum appellatione sic Paulus Warnefrid. lib. 1. de Gestis Langob. cap. 9. *Certum est Langobardos, ab intactæ ferro barbæ longitudine, cùm primitus Winili dicti fuerint, ita postmodum appellatos. Nam juxta illorum linguam, Lang, longam; baert barbam significat.* Guntherus lib. 2. ex Ottone Frising. lib. 2. cap. 13. de Gestis Friderici:

Dicitur à longis ea Longobardia barbis.

Epitaphium Doctrulæ seu Doctrulfi, gente Suevi, unius ex primis Ducibus Langobardis, apud Rubeum in Historia Ravennate lib. 5. sub an. 586.

Terribilis visu facies; sed corda benigna,
Longaque robusto pectore barba fuit.

Vide Fredegar. Epit. cap. 65. Alii à *Bardis* Saxoniæ populis dictos volunt. Plura de iis habent Cluverius lib. 3. Germ. antiq. c. 26. & viri doctissimi ad Vitam S. Antonini Abbat. Surrentini 14. Febr.

Longobardi, seu *Lombardi*, appellati potissimùm in Francia, mercatores Itali, qui magno numero eò confluebant exercendi commercii gratiâ: quibus etiam Reges nostri complura subinde indulsere privilegia, atque adeo ut civitatem sibi deligere liceret, in qua negotia sua ac mercimonia agerent, mercesque distraherent. Extat in veteri Regesto Charta 19. Febr. an. 1277. Indict. 6. firmata Parisiis in Regio Palatio 2. Mart. an. 1278. continens pactum factum cum Rege Franciæ à *Fulcone Catio cive Placentino, Capitaneo universitatis mercatorum Lombardorum, & Tuscanorum, habente etiam potestatem & speciale mandatum à Consulibus mercatorum Romanorum Januæ, Venetiarum, Placentiæ, Lucæ, Bononiæ, Pistorii, Astensium, Albæ, Florentiæ, Senarum, & Mediolanensium, tractandi cum domino Rege Franciæ super translatione facienda ad civitatem Nemausensem, &c.* Quo quidem pacto *Lombardis* mercatoribus facultatem concedit, urbem Nemausensem sibi deligendi ad sua exercenda commercia: protectionem suam indulget, eademque, quibus Parisienses gaudent, privilegia: præterea ut extra Nemausensis Judicis Regii jurisdictionem trahi non possint: ut decedentium bona hæredibus serventur. *sine reclamatione manus mortua*: ut à civitatis excubiis & *talliis*, & ab *hoste* seu exercitu sint immunes, ita tamen, ut ordinarias præstationes pro mercibus exsolvant, uti in urbe Monpessulana solebant: ut Capitaneum, seu Rectorem, & Consules in eadem urbe habere iis liceat, & in tota Bellocadrensi Senescallia, quemadmodum habent in nundinis Campaniensibus, qui in suæ societatis mercatores rebelles jus habeant animadvertendi secundùm patriæ suæ leges & statuta: quòd si quis ex iis mercatoribus naufragium in Regiis oris patiatur, quidquid ex eo Princeps percipere solet, indulget, &c. Ex quibus docemur, Lombardos, antequam Nemausum transferrentur, in urbe Monpessulana commercia sua exercuisse è qua excessere anno 1268. Chronicum MS. Consulum Monpessulan. hoc anno: *En aquel an issiron li Lombart de Montpeslier la vespra de Totsans.*

At quòd ii non commercia duntaxat; sed & usuras illicitas exercerent, horum nomen in malam partem postmodum transiit, universimque *Lombardorum* appellatione dicti ferè publici Fœneratores ac *Usurarii*: in quos identidem à Principibus nostris sævitum legimus. Concil. Senonense an. 1269. c. 2. *Prohibentes ne quis in domibus, vel in locis aut terris Ecclesiarum Lombardos vel alios advenas, qui vulgariter ..... dicuntur, usurarios manifestos recipere audeat.* Ubi in lacuna *Caorcini* reponendum puto. Statutum Philippi III. contra *Usurarios*, in Regesto Carcassonensi Cameræ Comput. Paris. *Extirpare volentes de finibus Regni nostri usurariam pravitatem, quam quosdam Lombardos & Caorsinos aliosque quamplures alienigenas in eodem Regno publicè intelleximus exercere, &c.* Aliud Caroli II. Regis Siciliæ, datum Andegavi 8. Decemb. an. 1289. *Præcipimus, ut expulsio (Judæorum) prædicta ad omnes Lombardos, Caturcinos, aliasque personas alienigenas, usuras publicè exercentes, &c.* Vide *Caorcinus.*

LANGUITUDO, *Languitas*, languor. Vide *Ægrimonium.*

LANGUOSUS, Languidus. Florentius Wigorniensis an. 1115. *Rex Guillelmus junior --- vehementi percussus infirmitate --- per totam Quadragesimam languosus jacuit.* Id est, *in languore.*

LANGUS. Aldelmus:

Lòth quoque qui languos sceleratos vixerat inter
Hospes hospitibus præbens umbracula tecti,

ubi *Langus* idem valet quòd Græcis λαγγών. Glossæ Gr. Lat. λαγγὼν, *Reses*, *Trico*, Glossæ Lat. Græc. *Tricosus*, ἀεργεῖος, ἔκλυτος, λαγγών.

LANGUSTA, Herbæ species, quæ in Syria nascitur, qua vesci solitum S. Joannem Baptistam aiunt, pro qua *locustas* manducasse postea persuasum. Vide Jacobum de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 53.

LANDTLEITA, Popularis circuitio, ex Germ. *Land*, terra, & *Leyde*, ductus, tractus, transitus, meatus, Kiliano. Charta Mercuardi Abb. Fuld. apud Brovver. lib. 3. Antiq. Fuld. c. 18. *Circumlustrando terminos finium, tam silvarum, quàm agrorum, pratorum atque camporum, reperique sic, ac requisivi cum populari circuitione, quæ dicitur Landtleita, quamplures mansos, agros --- injustè detractos.*

LANIATORIUM, *Macellum, ubi laniantur carnes.* Jo. de Janua.

LANIOLA, in Glossis Isonis Magistri, *locus, ubi Medici faciunt medicinas, & laniant carnes infirmorum.* Lanieна.

LANIPENDIUM, Locus in Sanctimonialium Monasteriis, ubi reponuntur lanæ ad Monacharum lanificia, vel etiam ad vestes laneas. Regula S. Cæsarii ad Virgines cap. 28. *Adcellarium, & ad posticium, vellanipendium tales à seniore eligantur, &c.* Adde cap. 36. & Regulam S. Donati cap. 62.

Lanipendia, quæ *lanipendii* curam gerit, apud eundem Cæsarium cap. 25. *Omnis lanificii cura, unde vestimenta sanctis Sororibus ministrentur, ad solicitudinem Præpositæ, vel Lanipendiæ pertinebit.*

Lanipendius, in Gloss. Lat. Gr. exponitur σαθμοῦχος, ἐριδιὼν, *qui lanam pendit ac distribuit.* Gloss. Græc. Lat. σαθμοῦχος, γυνὴ ἡ τὸν σαθμὸν παρέχουσα ταῖς ἄλλαις, *lanipendia.* Vox occurrit apud Paul. in l. 31. D. de Donat. vir. & ux. Vetus interpres Juvenalis ad illud Sat. 6.

——— *periit libraria, ponunt*
Cosmetæ tunicas, &c.

Librariam, *lanipendiam* interpretatur. Et infrà, ad illud:

Est in concilio materna, admotaque lanis
Emerita quæ cessat acu.

Lanipendia matris, facta ornatrix, quasi magistra. Vide Cujac. lib. 9. Observ. c. 30.

LANITOR, ἐριοπλύτης, in Gloss. Gr. Lat.

LANNA. Vita S. Gildæ: *Quæ insula usque in hodiernum diem Lanna Hilduti vocatur.*

LANNA, Monasterium, veteribus Armoricis. Occurrit in Vita S. Pauli Episc. Leonensis n. 28.

LANSITICUS. Observantiæ Regni Aragon. lib. 8. de Homicidio §. 14. *Siquis se occiderit, vel suspenderit, & fuerit lansiticus, vel insensatus, vel dæmoniacus, vel consimilis, &c.* An lunaticus?

LANTERNA. Vide *Laterna.*

LANTWERI. Conventus apud Marsnam c. 2. *Nisi talis regni invasio, quam Lantvveri dicunt, quod absit, acciderit.* Ubi Sirmondus: vox hæc in usu etiamnum Alamannis, qua regionis fines significant. Sive hinc igitur originem arcessas, quòd in fines incurratur, sive aliud etymum fingas, dubium non est, publicum & communem belli motum designari. At Sicama ad Legem Frision. tit. 18. *terræ defensionem* interpretatur, cui consonat vetus nota ex Codice Remensi apud Steph. Baluzium ad Capitul. *Et quia in hostem aut propter terram defendendam, aut propter terram acquirendam itur, de Lantvveri, id est de patriæ defensione, non aliter nisi secundùm istum modum, in Lege aut in Capitulis Imperatorum scriptum habemus, &c.*

LANULA. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 45. *Pulli namque noviter genitis primò innascuntur illa, quæ nec sunt ut pili, neque ut lanula; sed habent naturam inter utrumque, quæ cooperiunt, & à frigore quoquo modo defendunt. Secundo innascuntur aliæ, quæ dicuntur lanulæ, à quibusdam dumæ; hæ sunt exiles & molles, densiores & longiores primis, &c.* Adde lib. 2. cap. 31. Vide *Duma.*

LANZARIUS. Charta Alfonsi III. Reg. Portugall. an. 12?9. apud Brandaonum tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 2?9. v. *Item omnis laborator, qui non fuerit Lanzarius, stet in pace, & nullus mactet eum.*

LAPAS, *atis, secundùm Magistrum in historiis, est cibus ex oleribus confectus: ita dicit in libro Judith.* Jo. de Jan.

LAPICEDIUS, *Lapidis cæsor*, Ugutioni.

LAPIDARE, Conviciis insectari. Hieronym. Epist. 2. ad Nepotianum: *Lapidato jam Virginitatis libello, quem sancto Eucherio Romæ scripseram.* Spartianus in Pescennio: *Inter lapidationes execrationesque omnium.*

LAPIDARIUS, *Lapidicinarius*, λαξευτὴς, λιθοεργὸς, in Gloss. Græc. Lat. Hermas lib. 3. Pastor. *Quid facimus de his lapidibus? & ego dixi. Domine nescio: --- ego, inquam, artem hanc non novi, nec lapidarius sum.*

LAPILLUS, Lapis in terminum positus. Innocentius Gromaticus: *De arca usque ad lapillum, hoc est, terminum.* Auctor incertus: *Lapilli natura tornatiles, sive alia factura breviores, &c.*

LAPIS-PACIS, qui inter Missæ solennia post consecrationem osculandus fidelibus defertur; quo tum tempore olim mutuis se osculis, quæ *pacis* appellabant, prosequebantur. Statuta Ordinis de Sempringham: *Ipsa quoque Sacrista vel alia matura recipiat ad fenestram aquam benedictam, & lapidem pacis, quem circumferat Monialibus sororibus, incipiens semper pacem dare in dextrô choro, &c.* Vide *Osculum Pacis.*

Lapis portatilis, pro altari portatili, in Synodo Bajocensi ann. 1300. c. 20.

Lapis ignotus, quo cum focili ignis excitatur. Guigo II. Prior Cartusiens. in Statutis ejusd. ordin. cap. 28. §. 5. *Ad ignem focile, esca, lapis ignitus, securis, signa.*

Lapides liberi. Silvester Giraldus lib. 1. Itiner. Cambriæ cap. 3. *Id etiam --- quasi pro miraculo duximus, quòd in summis, quibus clauditur undique montium verticibus, non petrosis aut saxosis; sed mollibus potiùs & herbosis, Parii lapides reperiri soleant, qui Liberi vulgò dicuntur, quia secabiles ferroque quodammodo polibiles, se se quasi liberaliter præstant, ex quibus Ecclesia ipsorum jam extat egregiè constructa.* Est autem *Parius lapis candoris eximii*, ut est apud Isidor. lib. 16. cap. 5.

Lapis ordinarius Vetus interpres Juvenalis. Sat. 10. de Babylone: *Quam condidit urbem Semiramis Nini uxor, & coctili latere munivit, quem hodie dicimus ordinarium lapidem.*

Lapides catenatos ferre, Pœnæ species, fœminis potissimùm indicta. Charta MS. Henrici Ducis Brabantiæ & Henrici primogeniti ann. 1229. pro Communia Bruxellensi: *Si mulier mulierem percusserit, solvet 20. sol. si convicta fuerit, vel portabit lapides catenatos à sua Parochia ad aliam.* Charta ann. 124?. Tabulario Campaniæ fol. 343. *La fame, qui dira vilonie à autre, si come de putage, patera 5. sols, ou portera la pierre toute nuë en sa chemise à la procession, &c.* Joann. Stiernhookus de Jure Sueonum vetusto lib. 1. p. 19. *Ignominiosa lapidum illa civitatis gestatio in confusionem flagitiosi concubitus toties celebrata, quæ etiamnum extat, &c.* Idem p. 326. de pœna adulterii: *Ius nostrum municipale sola ignominia & relegatione contentum est; sed ignominia, qua major adulteris excogitari non potest. Asservabant enim in Curiis duos lapides, quos lapides publicos seu civitatis, vocabant,* Stadzens Stena. *Hi capulis adulteræ impositi sunt, ac deinde funiculus ad genitale adulteri membrum adstrictus, quo sic onerata sessorem suum per oppidum publicè circumducebat, &c.* Vide *Putagium.*

Lapis mutus. Hygenus: *Lapides sine inscriptione, quos ideo quia nulla significatione apparent, mutos appellant.* His opponuntur *Petræ notatæ & signatæ.* *Ita lapid inscriptura*, apud Dolabellam Agrimensorem. Charta Ordonii II. Regis Navarræ æræ 950. apud Ant. de Yepez to. 4. *Et sunt ipsæ Ecclesiæ cantatæ in toto gyro per petras erectas & scriptas.*

Lapides inchores. Vide *Inchores.*

Lapides nativi, in ipso solo nati. Vide Agrimensores.

Lapis vivus, apud Gratium in Cynegetico, & apud Agrim. p. 273. qui πυρίτης, ut est apud Turnebum l. 6. Adversf. c. 9. *Ignifer*, apud Agrimensor. p. 311. Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 329. *Fiant scalæ lapidum vivorum, &c.*

Lapis pro pondere. Vide *Petra.*

LAPISTA, *Genus vasis lapidei & aquarii, dicti à Lapis.* Jo. de Jan. & Glossæ MSS

LAPSANIUM, *Herba sale condita*, qua Ægyptii Monachi vescebantur, ut auctor est Cassianus lib. 4. de Monach. cap. 11. & 22. vox fortè à *Lapsana* deducta, quæ Plinio lib. 20. cap. 9. olus silvestre fuisse dicitur.

LAPIVOSUS. Gloss. Græc. Lat. ὀλισθηρός, *Lapsivosus, lubricus.* Apud Papiam *Lapsina*, est *Lapsus.* Ubi fortè legendum *Lapsiva.*

LAPSI, qui à Fide discedentes Paganismum aut hæresim amplectebantur, & postea per pœnitentiam redibant ad Ecclesiam. Concil. Agathense c. 60. & Epaonense c. 29. *Lapsis, id est, qui in Catholica Fide baptizati sunt, si prævaricatione damnabili pòst in hæresim transierint, grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas.* Adde Aurelian. IV. c. 8. Valentin. c. 3. Sententias Concilii Tolet. XVII. c. 13. Baron. ann. 253. n. 103. & Jacobum Gothofred. ad l. 5. Cod. Th. de Apostatis. *Negatores* etiam dicebantur, quòd Christum negassent, ut colligitur ex S. Paciano Barcinonensi Epist. 3.

Lapsi præterea dicuntur, qui aliquod delictum commisere, ex quo pœnitentiæ publicæ subjacere debeant. Gregorius M. lib. 1. Ep. 42. *Et in iisdem Monasteriis ad pœnitentiam eosdem lapsos trade.*

LAPSUS, Aquæ divortium, quo se pisces recipiunt: *Chute d'eau.* Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 67. *Abierunt ad lapsum, & aspicientes invenerunt eum ita refertum piscibus, ut decem viri quæ repererant, vix exhibere potuissent.* Infrà: *Lapsus noster, in quem pisces descendere soliti*

soliti

soliti sunt, prorsus desertus habetur. Idem lib. de Gloria Confessor. cap. 5. *Surrexitque è lectulo, invenitque immanem esocem in lapsum suum, quem ubi jussus fuit, exhibuit.*

LAPUS. Vide *Canis.*

LAQUEARII, *Tectorum tignarii*, in Glossis MSS. apud Salmasium.

LAQUETISMUS, *Tendicula, quasi laqueus tensus.* Jo. de Janua Gloss. Isid. *Lacatisinus, laqueus, decipula.*

LAQUEATÆ *vestes*, Laqueis, seu lorulis, exornatæ, vel astrictæ: nostri ejusmodi laqueolos, *Las & Lassets*, vocant: perperam enim *Lacets* quidam scribunt. Regula Templariorum cap. 29. *De rostris & laqueis, manifestum est esse gentile: & cùm abominabile hoc agnoscatur, prohibemus -- ut aliquis ea non habeat.* Bromptonus ann. 1188. *Ibi statutum fuit in Anglorum gente, ne quis escarleto, sabelino, vario, vel griseo, aut vestimentis laqueatis --- uteretur.* Gervasius Dorobern. eodem anno: *Et quòd nullus habeat pannos decisos & laceatos.* Malè *laceratos* habet Neubrigensis Picardi lib. 3. cap. 23. extremo. Regula Fratrum Hospitalis S. Juliani in Anglia: *Habeant tunicam & supertunicam de russeto, cum capucio de eadem secta: ità quod manubria tunicæ sint clausa usque ad manum, non nodulis vel filo ad modum sæcularium laqueata.* Liber Niger Capituli Parisiensis: *Statutum fuit in Capitulo generali ann. 1325. in crastino festi Nat. S. Joan. B. quòd aliquis de Ecclesia Paris. non deferret sotulares consutitios, seu ad laqueos, aut caligas alterius coloris quàm nigri.*

LAQUEOS *feris prætendere*, in Lege Wisigoth. l. 8. tit. 4. §. 23. in Lege Saxon. tit. 12. §. 3. tit. 13. §. 2. & l. 29. D. ad Leg. Aquil. & l. 55. de Acq. rer. dom.

LARDARIOLUS. Vide *Sigitula.*

LARDUM, Laridum. S. Augustinus lib. 2. de Moribus Manichæor. cap. 13. *Ut huic cænanti olusculacum exiguo lardo apponantur, eodem lardo uncta atque condita, &c.* Zacharias PP. Epist. 13. ad Bonifac. Moguntinum: *Post quantum temporis lardum debet comedi.* Ita etiam usi Ovidius, & aliquot alii è Latinis. Observat Casaubonus ad Wulcatium veteres *Lardum* scribere, non *Laridum.* λάρδιον, dixit Nicetas Chron. in Alexio lib. 2. n. 5. Vide Gabrielem Humelbergium ad Apicium lib. 7. cap. 9.

Lardarium, Ugutioni & Joanni de Janua, *locus ubi lardum servatur & retinetur*: atque adeo carnes cæteræ. Chronicon S. Trudonis lib. 10. pag. 465. *Quòd si in lardario Abbatis aut in curti invenirentur, (carnes) aut in curti inde acciperet, quod ipsis infirmis convenire videretur.* Fleta lib. 2. c. 72. §. 8. *Debet* (Senescallus) *à præposito de lardario -- per talliam recipere unumquodque genus carnium & piscium, & quod in sua præsentia fercula scindi faciat.* Monasticum Angl. tom. 2. p. 935. *Concedimus -- 20. porcos ad sumptus communes domus, pro eorum lardariofaciendo.* Adde pag. 114. *Le Roman du Renard:*

Trois bacons avoit en un mont
Chez un preudhome en un lardier.

Est etiam

Lardarium, certum vectigal quod pro lardo quod venum exponitur, exsolvitur. Charta Ludovici VII. Reg. Fr. an. 1177. pro Communia Laudunensi: *Rotagii, telonei, cambii, lardarii, jalagii.* Alia S. Ludovici ann. 1241. pro Lauduno: *Justitia de teloneo, rotagio, jalagio, lardario, cambio, & loco in quo fuit Berfredus in foro Laudunensi.* Charta Rogeri Comitis Herofordiæ to. 1. Monast. Angl. pag. 321. *Et decimam lardarii de Haga.* Adde tom. 2. pag. 262.

Lardarium præterea appellabant diem Martis Carniprivii, Gaufredus Vosiensis 2. part. c. 12. *Die Martis* (quem) *lardarium, eo quòd carnes plurimæ à quibusdam devorantur, vulgus appellat.*

LARDARIUS, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 6. §. 9. idem qui

Larderarius, aliis; præfectus lardario. Eadmerus lib. 3. Hist. Novor. pag. 66. *Rogerium larderarium suum Pontificatu Herefordensi -- investivit.* Eadem habent Wigorniensis, Hovedenus, & Simeon Dunelmensis ann. 1102. Fleta lib. 2. c. 14. §. 3. *Item duos Magistros Coquorum, Larderarium, Poletarium, Scutellarium, &c.* Et §. 4. *Marescalli autem de Servientibus debent inferiori Marescallo testimonium perhibere: Hostiarius Miles, Hostiariis aliis de numero ferculorum: Larderarius coquo, Camerarius Hostiario Cameræ Regis, &c. Lardirarius Regis*, tom. 1. Monast. Angl. pag. 75.

LAREM *fovere* dicuntur, qui in aliquo loco domicilium habent. Charta Philippi Regis Franciæ an. 1310. pro libertatibus Bastidæ in Petragoricis, ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 38. *Si verò contigerit ipsos nobiles fovere vel non fovere larem vel domicilium in ipsa bastida, tenebuntur duntaxat pro rebus quas acquisierint in pertinentiis & honore dictæ bastidæ ad contribuendum, ut cæteri, prout tenebantur illi a quibus dictas res vel possessiones acquisiverint.* Vide *Focus Ignis.*

LAREONES, dicuntur esse animalia latentia sub lapidibus interpret. Joannis de Gallandia in Synonymis:

Dant pelles pallis, Morder, Bever, Cyrogrillus,
Id quoque cuniculus, cismus dant & lareones.

LARGAGIUM, Tributi species, cujus mentio in Charta Ivonis Abbatis S. Dionysii in Francia an. 1170. ex ejusdem Monasterii Chartulario: *Mathæus de Bellomonte Comes, &c. Injustas etiam & pessimas consuetudines quas in villa Morenciaco habebat, omnino Ecclesiæ B. Dionysii dimisit videlicet Talliam, Moltunagium, Largagium, Herbagium, Messionem Præpositi sui de Bellomonte, & quasdam alias perniciosas exactiones, nullam omnino consuetudinem in prædicta villa retinens, præter Viaturam, & Tensameatum & Molturam hominum ejusdem villæ justam & rationabilem.* Nisi *Lardagium* legendum sit, à lardo seu larido. V. *Lardarium.*

LARGICA. Lex Longob. lib. 1. tit. 6. §. 6. *Si vero coxam ruperit super genuculum, hoc est, largicam, componat sol. 6. si autem subtus genuculum, quod est tibia, componat sol. 6.* Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 121. §. 7. *hoc est, lagi.*

LARGITIONES, *thesaurus publicus, fiscus.* Scholiastes Basilic. lib. 7. tit. 1. τρεῖς εἰσαν τὸ παλαιὸν αἱ τοῦ βασιλέως πορισμίαι, λαργιτιῶνες, πρίβατα, καὶ πατριμωνάλιαι. Lactantius de Mortibus Persecut. n. 7. *Idem insatiabili avaritia thesauros nunquam minùs volebat, sed insuper extraordinarias opes ac largitiones congerebat, ut ea quæ recondebat integra atque inviolata servaret.* Vide *Comes Largitionum.*

LARGITUDO, *Largitas*, δαψίλεια, in Gloss. Gr. Lat. δαψιλέστερος, *largitior*, apud eundem. δαψιλεύομαι, *largo, indulgeo.* δαψιλής, *largus, largitor.* ἀφειδὴς ἐπὶ δαψιλείας, *largus. Largitates Principis, largitas principalis*, in Cod. Th. Vide Nonium.

LARCINIUM, Latrocinium, ex Gallico *Larrecin.* Cowellus lib. 4. Instit. tit. 3. §. 2. *Felonia quæ jure communi talis dicitur, & bona tantùm spectat, Latrocinium appellatur, vel potiùs larcinium, quod est fraudulenta bonorum mobilium vel personalium, absente & invito domino, subductio.*

LARICULA. Mamotrectus ad 7. Proverb. *Cancellus aliquando dicitur laricula sive appodiatio.* Leg. *Loricula.*

LARRICIUM, Ager incultus, ex Gall. *Larris.* Charta Philippi Augusti ann. 1215. *Circiter arpenum & dimidium de Larricio quod habemus, apud Bestins de feodo Valesii.* Alia anni 1219. *Damus & concedimus totum larricium quod est supra stagna, &c.* in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano f. 98. Alia ann. 1266. ex Chartulario S. Arnulphi Crispeiacensis: *Apud Glavam quamdam peciam vineæ, & unum laricium & unum pratum, &c.* *Le Roman de Garin le Loherans MS.*

Sanglante en est l'herbe & li larris,
Del sanc vermeil qui des Sarrazins ist.

Guill. *Guiart.* ann. 1304.

Se vont loger sous Mous en Pelve,
Tout au lonc d' un larris sauvage
Plain de fossés, prés de boscage.

LARVÆ, Dæmones aërii, *Esprits follets.* Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. c. 25. *Tunc dæmon, qui dicitur larva, cui cura est ludicris hominum vel illusionibus vacare, fecit consuetudinem ad cujusdam fabri ferrarii domum venire, & per noctes malleis & incudibus ludere.* Vide *Folletus, Gobelinus.*

LARWA, Doctor; ex Saxonico Lareop *doctor, magister, dogmatistes.* Lare, vel lære, *dogma.* Anonymus de Miraculis S. Wilfridi Episcopi Eboracensis c. 15. *Vocabatur Alvredus --- quem etiam ob doctrinæ & sapientiæ gratiam Alvred larvva, id est, doctorem, nominabant.*

LAGUSADERA, vox Occitanica. Charta ann. 1231. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. fol. 24. *Concessit eidem Abbati medietatem eorum, quæ percipit idem Comes in dictis villis occasione de Laguzaderas. Verumtamen si dominus Comes dimittat vel derelinquat Laguzaderas, quod facere poterit, si voluerit, habebit medietatem illius servitii quod facient detentores earum hac de causa domino Comiti.* Vide *Agusadura.*

LASCIA. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. c. 26. *Aspicit hunc* (lanarium artificem) *lascias regias componentem,* ubi ad marginem, *al. lanas. f. fascias.* Credo *lascias* fuisse funiculos ad vestium ornatum, quomodo *lesses* dicimus. Vide *Lessia.*

LASCIVUS, Languidus. Vita MS. S. Arigii Episcopi Vapiscensis. *Misit -- operarios in prædia sua: & cùm ad horam sextam venisset, unus ex operariis inerti animo, corde impedito, dicendo se lascivum corpus pertrahere, &c.* Sugerius in Ludovico VI. p. 308. *Erat enim Ecclesiarum liberalis ditator, & eleemosynarum dapsilis dispensator; sed lascivus parcere.* Id est, rarò parcebat, si quis in eum offendisset. At contrà Latini hanc vocem usurpant, *lascivosque* προπετεῖς interpretantur. Glossæ Gr. Lat. & Spartianus, *lascivum cunctatori* opponit. Vide ibi Salmasium p. 41.

LASLATINUS, perperam pro *Assassinus*, editum apud Walsinghamum an. 1271. Vide in hac voce.

LASSANUM, *Vasis genus, in quo exoneratur venter.* Papias.

LASSI. Nithardus lib. 4. *Gens Saxonum omnis in tribus ordinibus divisa consistit. Sunt enim inter illos Edelengi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lassi illorum linguâ dicuntur: Latina verò lingua hoc sunt nobiles, ingenui, & serviles.* Vide Pontanum lib. 6. Orig. Franc. cap. 15.

LASTUM, *Læstum*, ex Saxon. Læðe, & Læð, unde Angli *à Lathe*, portio Comitatus major, tres vel plures hundredos continens. Ernulfus in Textu Ecclesiæ Rofensis, in Itinerario Cantii: *Sexta pera debet fieri de Holingburna, & de toto illo lasto, quod ad hoc pertinet.* Ordinatio Marisci Romeneiensis: *Si aliquis super hoc convincatur per testimonium Ballivi & Juratorum in communi lasto, amercietur in 10. solidis.* Interpres vertit *in common assembey.* Willelmus Thorn de Elfredo Rege Angliæ: *Hic constituit Hundred & Lestes.* Vide *Leta.*

LASTA, *Lastus, Lestus, Last, Lest,* voces *onus, pondus, sarcinam* in genere denotantes; sed quæ in specie certis quibusdam mensuris ac ponderibus aptantur. Fleta lib. 2. cap. 12. §. 2. ex Statuto Henrici III. de Ponder. & mens. *Duodecim Wayiæ lanæ faciunt unum saccum, & 12. sacca faciunt unum lestum. Lestus autem alleciorum consistit ex 10. milliar. & quodlibet milliare consistit ex decies centum, & quodlibet centum ex sexies viginti. Item lastus coriorum consistit ex 12. dacris, &c.* In Statuto Henrici VIII. Reg. Angl. *Le last osmunds cineris, & picis liquidæ continet 14. barillos. Lasta coriorum*, in Statutis Gildæ Scoticæ cap. 21. & apud Knygthonum. *Lasta frumenti*, apud Pontanum lib. 7. Hist. Danicæ p. 416. Knygthon ann. 1385. *Cepit 48. naves --- quarum duæ onustæ cum speciebus, & quadam cum alece albo ad summam quadringentarum lastarum.*

Lastalechium, pro *lasta alecium*, in Charta an. 1230. pro Monasterio Marquetano apud Buzelinum l. 2. Gallo-Fl. c. 30. *Dedimus præterea in eleemosynam ipsi Monasterio unum lastalechium, quod singulis annis in festo S. Martini debet accipere apud Mardic.* Quod verò milliaribus constiterit, observatum suprà ex Fleta.

Lastagium, Lastadium, onus, quod navi imponitur, ut solidior sit, ne nimiùm fluctuet, quod ut plurimum ex lapidibus, vel sabulo constat; nostris *Lestage*, Anglis *Lastage*, Belgis *Lastagie*, à Saxon. hlæstan, vel behlæstan, *onerare.* Unde Anglis *ballace*, Belgis *ballast*, sabulum, quo naves onerari solent. Compositio inter Nicolaum Abbatem S. Augustini Cantuariensis & homines de Stonore ann. 1283. *Item quòd nullus de eadem communitate in vvallis contra mare inter Stonore & Clyresende petram colligat de cætero, nec asportet, nec lastagia navium capiat, nisi sub pleno mare in communibus fluctibus, inter fluctum altissimum & fluctum infimum.* Charta Woldemari Regis Daniæ ann. 1326. apud Pontanum lib. 7. Hist. Dan. *Item liceat ipsis lastadia sumere in fluctibus maris, ubi volunt.*

Lastagium, Lestagium, Bromptono p. 957. dicitur *consuetudo exacta in nundinis & mercibus.* Rastallo, *est quietum esse de quadam consuetudine exacta in nundinis & mercatis, pro rebus cariandis, ubi homo vult.* Fleta lib. 1. c. 47. §. 11. *Lestinge, est quietantia lestagii.* Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 2. *Omnes homines London sint quieti & liberi, & omnes res eorum per totam Angliam, & per portus maris, de thelonio, & passagio, & lestagio, & omnibus aliis consuetudinibus, &c.* Charta Philippi Aug. an. 1204. *Dedimus & concessimus burgensibus nostris de Lalesia & heredibus suis quitanciam per totam terram nostram, excepta Medunta, de passagio, pontagio, pedagio, & lestagio, &c.* Computum de Domanio Comitat. Pontivi ann. 1369. *Du liestage des nefs arrivez cet an au Crotoy.* Adde Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 193. 310. 316. 317. 503. 689. 922. tom. 2. pag. 184. 193. 264. 317. &c.

LASTRUM, Basis, seu pes columnæ. Vide Wadding. an. 1230. pag. 714. tom. 1. Italis *lastra, est pietra larga & sottile, la quale serve per tegoli da tetto.* Utitur Joannes Villaneus lib. 10. cap. 168. lib. 12. cap. 20. hinc *lastricare*, sternere, munire viam, eidem Villaneo lib. 6. cap. 27.

LASURIUS. Vide *Lazurius.*

LATÆ, minutiores asseres sectiles, qui supra cantherios ponuntur, quibusque aptantur tegulæ, nostris *Lates*: quidam *Templa* esse Festi ac Vitruvii putant, de qua voce consule Bernaldinum Baldum. Glossæ veteres MSS. *Asser, lata tecti.* Papias: *Asseres latas, Latinum est.* Idem alibi *lactas* habet: *asseres, pali vel paxilli, vulgò lactæ dicuntur.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Asseres*, Lætta. Charta Raimundi Comitis Tolosani an. 1181. apud Catellum: *In qua fusta intelligimus arcas, vel vasa sive vinaria, vel alia, & circulos, & latas, & scamna &c. Le Roman de Rou MS.*

Les couvertures des mesons,
Et les lates & les quevrons.

Cambro Britannis *Llath* & *Llhaten* est virga, pertica tres pedes longa, qua quid mensuratur, mensura trium pedum.

LATEBRARE, Latebras quærere. Vita S. Fructuosi Archiep. Bracarensis n. 7. *Nunc etiam rupibus, quæ solis ibicibus perviæ sunt, latebrando latitans, &c.*

LATENA, Navigii species. Messianus Presbyter lib. 2. de Vita S. Cæsarii Episcopi Arelat. *Antequam ipsa lux diei claresceret, tres naves, quas latenas vocant, majores, plenas tritico direxerunt.* Vide *Lautomia.*

LATERALES, Comites, socii, familiares, qui lateri alicujus vel domini adhærent. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 40. *Comes Albertus de Blanderada, & cæteri*

Imperatoris Laterales, *&c.* Ita usurpant Ivo Carnot. Epist. 109. Joannes Sarisber. lib. 7. Polycr. c. 19. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 8. & al.i.

Collaterales, simili notione. Petrus Valissarn. cap. 9. *Misit enim dominus Papa unum de collateralibus suis Clericis ad partes Provinciæ, nomine Milonem. Familia collateralis*, apud Matthæum Paris pag. 648. Præsertim verò Cardinales *Collaterales* suos videntur appellasse Summi Pontifices. Innocentius III. in Gestis ejusdem Pontificis pag. 118. *Episcopum Sabinensem unum ex septem Episcopis, qui nobis in Ecclesia Romana collaterales existunt.* Vide *Legatus à latere*.

Lateralis, qui ad latus est alicujus, apud Silvestrum Giraldum in Itiner. Cambr. lib. 1. cap. 5. & 12. in Translat. S. Isidori Hispalensis n. 12. &c.

LATERALITER, Ad latus. Liber ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 31. *Quando Fratres in claustro sedent ii, qui in una parte sederint, nec dorso ad dorsum, nec facie ad faciem; sed collateraliter sedere debent.* Will. Brito lib. 10. Philipp.

In Scala Regis Regi lateraliter hærent.

Utitur & p. 227. ut & Ordericus Vitalis lib. 4. p. 514. Item, ex obliquo, *de costé*. Pseudo-Ovidius de Vetula lib. 2.

——— *Lateraliter intrans*
Explorante manu, cameram lectumque requiro.

Collateralis, *Collateraliter*, eadem notione apud Silvestrum Girald. in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 2. 5. in Itiner. Cambr. lib. 1. cap. 3. lib. 2. cap. 7.

Lateratim, eadem notione apud Will. Briton. lib. 7. Philipp. v. 112.

LATERALIA, Ornamenta marginum in libris & Codicibus MSS. apud Justum Urgelitanum. Locum vide in *Desistere*.

LATERALIUM, in Gloss. Græco-Lat. ὑπομάσχαλον.

LATERANEUS, Agnatus, *qui est du costé & ligne*, in Statutis Venetor. an. 1242. lib. 1. c. 33. lib. 3. c. 11. 12. &c. Hinc *Collateranitas*, agnatio, ibidem.

LATERATUM, in Gloss. πλινθίον, Laterculum.

LATERENSES, Comites, Collaterales, qui à latere sunt. Tertullianus lib. 4. advers. Marcion. cap. 43. *Sed & duo ibidem angeli apparuerunt, tot ferè laterensibus uti solebat, in duobus testibus consistens Dei sermo.*

LATERNA, *Lanterna*, interdum reponitur inter vasa ac ministeria sacra, ut in Chronico Casin. lib. 3. c. 57. *Laternam argenteam librarum* 8. Cap. ult. *Duæ laternæ argenteæ magnæ, & una cotidiana.* Ibidem: *Laternam argenteam magnam librarum 5. cum nigello.* Statuta Ægidii Episcopi Sarisber. ann. 1255. *Provideat etiam* (Sacerdos) *de phialis honestis ad vinum & ad aquam, de thuribulo, de candelabris, & lanterno, & tintinnabulo deferendo ante Sacerdotem in visitatione infirmorum.*

Laterna vitrea. S. Aldelmus de Laude Virginum n. 1.

Nec laterna tibi vilescat vitrea, Virgo,
Tergore vel rasso, & lignis compacta salignis,
Seu membranarum tenui velamine facta,
Quamlibet ærata præcellat forte lucerna.

Lanterna, φανὸς, in Gloss. Græc. Lat Isidor. lib. 20. c. 10. *Lanterna dicta, quod lucem habeat interiùs clausam. Etenim ex vitro intus recluso lumine, ut venti flatus adire non possit, & ad præbendum lumen facilè ubique circumferatur.* Historia Trevirensis: *Cùm per mulierem, quæ ei lanternam præbere videbatur, proditus fuisset, &c.* Gaufridus Grossus in Vita B. Bernardi Abbat. Tiron. n. 91.

Grandem lanternam radianti lumine plenam
A nullo ferri vidit, &c.

Lanterna pixalis, in Vitis Abbatum S. Albani p. 32. *Lanternam quoque pixalem cum candela in choro, noctibus, ut sic desides ac somnolentos excitaret, circumferri constituit. Pro gravioribus autem culpis, lanternam majorem à reo & agente pœnitentiam, in edito censuit anteferri.* Ubi observanda pœna monachica. *Le Roman de Girard de Vienne MS.*

Feu & lanterne lor ot devant porté.

Laternarum cornearum nescio cur inventionem adscribat Ælfredo Regi Anglo-Saxonum Asserus lib. de illius rebus gestis pag. 20. cùm earum Plautus & alii meminerint: *Excogitavit, unde talem ventorum sufflationem prohibere potuisset, consilioque artificiosè atque sapienter invento lanternam ex lignis & bovinis cornibus pulcherrimè construere imperavit, bovina namque cornua albæ ac in una tenuiter dolabris erasa, non minùs vitreo vascula elucent, &c.* Vide Salmasium ad Plinium pag. 166.

Laternarum verò militarium, quarum scilicet usus est in conducendis per noctem exercitibus, inventionem Manueli Comneno Imperatori tribuit Cinnamus, à quo describuntur lib. 5. n. 2. Vide Julium Africanum de Apparatu bellico cap. 70. apud Casaubonum ad Sueton. in Julio cap. 31.

Laterna. Tabularium S. Genovefæ Parif. ann. 1226. *Cùm controversia esset inter I. Abbatem S. Victoris, & Conventum, ex una parte, & censarios illos, qui tenebant censivam S. Genovefæ super ripam Beveris, ex alia, de quibus conquerebantur quod impediebant cursum aquæ tum propter laternam quam fundaverant, tum propter ædificia, quæ construxerant super ripam, &c.*

LATERSICINIUM. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Monodia*, g. *Latersicinium*, *quasi solicinium.* Ꝥæt ıſ aneſ ſoneſ, i. quasi unius cantus.

LATH. Vide *Lastum*.

LATHRUD, vox Wallica, Boxhornio in Lexico Cambrico *Llathlud*, vel *Llathrud*, raptus mulierum. Occurrit in Legibus Hoeli Boni c. 21. Ita etiam legendum videtur cap. 10. *Alterum de treis, id est, de raptu, &c.*

LATIFUNDUS, *Latè possidens*, in Glossis, antiq. MSS.

LATINARE, Latinè loqui. Gloss. Gr. Lat. ῥωμαΐζω, *Latino.* Ugutio: *Latinari & Latinizare, more Latinorum se habere & loqui: unde excellentius ille dicitur propriè Latinari, qui congruè loquitur literis Latinis: nam Laïci & Italici quasi barbari dicti sunt respectu Literatorum.* Apud Cælium Aurelianum Siccensem lib. 5. Tardar. passion cap. 6. *Latinare*, est in Latinam linguam vertere. Hinc *Latinator* dictus apud Will. Tyrium lib. 13. cap. 27. Petrus Monachus, aut quia linguam Latinam probè callebat, aut quia interpretis munus obibat. *Latinistam*, qui Latinè loquitur, vocat Cæsarius Eistersbach. lib. 3. cap 2.

LATINARIUS, Interpres: Latiæ enim linguæ peritum, inquit Seldenus, cæteras, quæ in usu, ita calluisse existimabant, ut generale interpretis nomen non immeritò ei inde donandum putarent. Domesdei, apud eundem: *Godwinus Accipitrarius, Hugo Latinarius, Milo Portarius. Latinier*, eadem notione apud nostros Scriptores. *Le Roman de Garin MS.*

Un Latinier vieil ferant & henu,
Mult sot de plet, & moult enresmé fu.

Alibi:

Latinier fu, si sot parler Roman,
Englois, Gallois, & Breton, & Norman.

Maistre Vacces au Roman des Ducs de Normandie MS.

L'Archevesque Franches à Jumeges ala,
A Rou & à sa gent par Latinier parla.

Le Voyage d'outre-mer du Comte de Pontieu: Le fist requerre par Latinier, qu'ele li dist de quel linaige ele estoit. Utitur etiam Froissartes 4. vol. c. 87. & 89.

LATINI, Christiani Occidentales, qui Ecclesiam Latinam agnoscebant, dicti. Vide Seldenum ad Origines Eurychii p. 154. 155. 1. Edit.

Latini, appellati indigenæ, seu veteres incolæ, vel coloni, in iis regionibus, quæ à barbaris gentibus pervasæ sunt. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 6. §. 3. *Per testimonium*

monium 72. bannitorum, aut totidem legitimorum Latinorum, prout juris ratio exposcit, &c. ubi ad marginem, al. *Originalium*. Et lib. 3. art. 44. *Et cùm in numero essent pauci, ita quòd agros culturæ tradere commodè non possent, fugatis & interfectis dominis Thuringorum, reliquam gentem, ut operaretur terra, vivere permiserunt, talia imponentes eis jura; quemadmodum adhuc consistunt in conditionibus Latinorum. Et ex his, qui juri derogant suo, deditiorum conditioni subjiciebantur.* Et art. 45. §. 9. *Werigeldus 10. talenta, 20. solidi & 6. nummi cum quadrante, emenda est Latinorum.* Ad marginem, al. *agricolarum.* Vide *Romani.*

LATINIZARE, in Latinam linguam vertere, apud Cælium Aurelianum lib. 2. Acut. c. 1. 10.

LATITIA, latitudo, *ut longitia*, longitudo: utitur Innocentius de Casis litterarum pag. 237. 248. &c. Vide *Latura.*

LATOPLAGA, Planities, ager planus. Tabularium Casauriense an. 19. Lud. Imp. Lot. fil. *Cum silvis, stalariis, ripis rupinis, ac patulibus, montibus, latoplagis.*

LATRO, Cognitio de latrone, quæ ad eum pertinet, qui in feudo suo *magnam justitiam*, seu jus gladii habet. Charta Willelmi Comitis Pontivi an. 1149. pro Monasterio Persiniensi: *Concedo etiam ipsis Monachis duellum suum & sanguinem suum, & latronem suum & catalla latronis si fugerit, vel deprehensus fuerit.* Charta an. 1060. apud Louvetum in Histor. Bellov. *Nihilque sibi omnino retinuit in villa, nec justitiam, nec sanguinem, nec latronem, nec talliam, &c.* Charta Brunonis Abbat. Dervensis in Tabul. ejusdem Monast. *Quod neque bannum, neque corvadam, neque ullam ibi accipiet consuetudinem, vel justitiam, vel latronem, nisi fortè, quod absit, castelli sui proditorem.* Extat Charta Goffridi Ducis Normanniæ & Comitis Andegaviæ, in Tabul. Andegav. qua concedit prædia aliquot Ecclesiæ S. Laudi, *cum sanguine & latrone, cum incendio, & raptu, & murtro.* Alia Willelmi Nothi: *Sciatis, quòd Abbati Ailisi socam, teloneum, & latronem --- habere concedo.* Occurrit non semel. *Le Roman de Rou MS.*

Et tant franchise leur donna,
Come le Duc en sa terre a,
Il ont le murdre & le larron,
Le rap, l'omecide, l'arson.

Latrocinium, eadem notione. Charta Henrici I. Regis Angl. apud Spelman. --- *Sacam & socam habere in totam terram suam, & latrocinium, &c.* Chronicon Besuense: *Clamantem in atrio S. Martini de Montusca justitiam & latrocinium.*

Justitia latronum. Hugo Flaviniacensis in Chron. p. 132. *Justitiamque latronum, qui in bannum inciderunt, & sanguinis, qui effusus fuerit, sive Vicedominarium placitum ---, concessimus.* Aresta an. 1257. in 1. Reg. Parlam. f. 5. *Item dicit, quòd habet justitiam latronis, & potest latronem capere & justitiare, &c.* Vide Stabilimenta S. Ludovici l. 1. c. 38. & ibi Notas nostras, Consuetud. S. Audomari art. 7. Hemeræum in Aug. Veromand. in Regesto p. 47. &c.

Latronis redditio. Charta Ludovici Regis an. 1144. in Tabul. S. Dionysii: *Corveias, omne carretum, palagium, expeditionem, latronis redditionem, fossatorum castelli sui relevationem, &c.* Charta Philippi Regis an. 1275. ex Tabular. S. Germani Paris. *Et quot homines seu hospites ipsorum Abbatis & conventus --- de conducendis & adducendis latronibus & aliis malefactoribus, quando ex parte ipsius Præpositi nostri de Castro forti super hoc requirebantur, quod quidem ipsi homines facere consueverant, de cætero sint quiti, liberi & immunes.*

Justitia de suo latrone residente, in veteri Inquesta in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano. fol. 130.

Judicium de latronibus cum manuopere captis, apud Will. Thorn. an. 1283. id est, qui in flagranti delicto capiuntur, cum ipso furto, *furtum habentibus in manibus*: forensibus Anglis, *a thiefe taken with te manuer.* Ubi pro *manu opere, manu habere*, restituit Somnerus. Vide *Furtum.*

Latro mancipiorum. In Pacto Childeberti & Chlotarii Regum c. 7. *Qui mancipia aliena injustè tenet.*

Latro, Proditor, Traitre. Charta Guidonis de Rupe an. 1205. *Quia pro eo, quod locutus sum cum Galtero de Mandrevilla de proditore & latrone domini mei Regis Franciæ, & propter probrum, quod dixit eidem Galtero, qui proditor erat domini Regis Franciæ, &c.* Capit. 3. Caroli M. an. 806. c. 2. & l. 3. c. 23. *Si hoc jurare non potuerit, & ab alio convictus fuerit, quòd latronem in hospitio suscepisset, quasi latro & infidelis judicetur: quia latro infidelis est nostro regno Francorum, & qui illum suscepit, similis est illi.*

LATROCINIUM. Vide *Latro, & Conciliabulum.*

LATROCINIUS, Latro. Pactus pro tenore pacis Childeberti & Clotharii Regum c. 1. *Id ergo decretum est, ut apud quemcunque, post interdictum, latrocinius comprobatur, vitæ incurrat periculum.*

LATROPRÆDARI. Gloss. MS. Reg. 1197. *Grassatur, latroprædatur.*

LATRUNCULATOR, ληϛοδιώκτης, vox Ulpiano nota. Julianus Antecessor Constit. 15. *Cumque in provinciis Præsides justi mittuntur, superfluum est latrunculatores mittere, & eos, quos Biocolytas, id est, qui violentias prohibent, vel aphoplistas vocant, --- mittere.*

LATRUNCULI, Excursores, præcursores exercitus, seu potiùs milites, qui in insidiis latent. Thwroczius in Andrea Rege Hungar. c. 43. *Is autem qui ferebat literas, -- captus est à latrunculis Andreæ Regis, & ad eum ductus.* *Latrunculos* vocat Miscella anno 23. Leonis Isauri, quos Theophanes μονοζώνυς, ubi de Solimano: λοχίζων ἐν μυελοῖς μονοζώνοις τὰ τῆς Ἀσιατίδ☉ γῆς μέρη. Ubi μονοζώνυς, *milites levis armaturæ* reddit Goarus. Vide Nonium in *Latrocinari.*

LATURA, quod pro onere ferendo accipit bajulus, Salmasio: φορὰ ἐργάτυ, in Gloss. Græc. Lat. unde emendandus locus alter, ἐργάτυ φορὰ, *laticia*. Gloss. Lat. Græc. *Latura*, φόρετρον. *Vectura*, φόρετρον. Vetus interpres Juvenalis Sat. 19. v. 142.

-- *Et duo fortes. Lecticarios ait, quorum laturas locem, & securus Circenses expectem.* Ita enim legendum, pro *laturus.*

LATURARIUS, Bajulus, qui fert onus. Papias: *Corbulo, gestator manualis, laturarius.* Ita Codex MS. pro *latuarius.* S. Augustinus Serm. de Temp. 50. c. 8. *Quid sint pauperes, quibus damus, nisi laturarii nostri, per quos in cælum de terra migramus? Da, laturario tuo das, ad cælum portat quod das.* Eadem habet Serm. 245. cap. 7. Occurrit etiam apud Firmicum & S. Fulgentium Homil. 60.

Latus, Juxta, *lez.* Pactus legis Salicæ tit. 8. §. 1. *Si quis verò pomarium domesticum, aut perarium deintus curte, aut latus curte furaverit, aut capulaverit.* Ubi Glossa marginalis, *aut extra clausuram. Lez & costé* in Consuet. Sanpaulensi art. 36. 41. Arrebat. art. 105. 119. Lilensi art. 83. Hannoniensi cap. 77. & Bononiensi art. 172. 174. Vide *Delatus*, & *Legati à latere.*

LAVAMEN, quod aliàs *relevium* in re feudali. Charta de Parœciis Corbejensis urbis ex Bibl. S. Germani Paris. Cod. 564. *Faciunt homagium Abbati vel fidelitatem, & solvunt pro levamine 60. sol. vel amplius*

LAVANDARIUS, *Lavandaria* Papias: *Fullo lavandarius, decorator.*

Lavander, idem, qui Lavandarius: unde Gallis Nostratibus *Lavandier*. Versus descripti in Grammatica MS. Smaragdi:

Ille est Sinscalcus verè, Buticlarius ille,
Ille lavander adest, etiam focarius ille.

Lavan-

Lavandarium. Tabularium Casauriense an. 969. *Et fine fluvio Gomano, & ipsa via, quæ pergit ad Leguniano, quomodo venit ad ipsum vadum de illo lavandario in fluvio Gomano.* Regino de Ecclesiast. disciplina c. 68. de Corporali: *Et quando abluitur à Sacerdote, Diacono vel Subdiacono, primò in Ecclesia in loco & vase ad hoc præparato abluatur, eò quòd ex dominico Corpore & Sanguine infectum fit: post hæc à lavandario in nitido loco paretur.* al. *reponatur.* Ubi *lavandarium*, idem est quod

Lavandaria, Lavacrum, *Lavanderie*, in quo panni eluuntur, quæ vox occurrit in Notis Tyronis p. 184. & in Statutis Corbeiensib. pag. 2.

LAVARCHA. Ugutio: *Stiricios, vel strucios, herba est, quam quidem vocant lavarcham, quia plerique ex ea lanam lavant.* Sed leg. *Lanariam*, ut est in Cod. Navarr.

LAVARI dicuntur capita monachorum, cum raduntur, in Pœnitentiali S. Columbani cap. 9. *Pœnitentes fratres quamvis opera difficilia & sordida efficiant, non lavent capita nisi Dominica, id est, octava: si autem 15. diebus, aut certè propter fluentium capillorum incrementum, arbitrio senioris unusquisque in lavando utatur.* Cumeanus Abbas de Mensura Pœnitentiarum cap. 12. *Lavacrum capitis potest esse in Dominica, & in Lixivio pedes lavare licet, &c.* Vide Regulam S. Pachomii c. 52. 54.

LAVATORIUM, πλύσημον, in Gloss. Gr. Lat. Will. Brito in Vocab. MS. *Luter, dicitur lavatorium, & quodcunque vas purgandis sordibus deputatum.* Ita *Lavoir* Picardi nostri vocant vasa, in quibus panni eluuntur. Pro tonstrina monachorum videtur usurpare Eckehardus, &c. Eckeardus junior. de Casib. S. Galli cap. 11. *Veniunt in pyrale, & inde lavatorium, nec non proximum pyrali scriptorium, & has tres regularissimas præ omnibus, quas unquam viderint, asserebant esse officinas. Lavatoria & domus lavatoria*, in Chron. Trudon. lib. 10. p. 470. & 473. neque enim Goldasto assentior, qui *lavatorium* apud Eckeardum, *vaporarium* aut *sudatorium* interpretatur. *Lavatorii domus*, apud Matth. Paris in Vitis Abbat. S. Albani. Bernardus Monach. in Consuetudin. Cluniac. MSS. cap. 54. *Sumptoque urceo abluendis manibus præparato; lavatorium petit; primitus quidem manus & faciem lavat, &c.*

Lavatorium, ubi manus lavant Monachi, priusquam eant ad refectorium. Liber Ordinis S. Victoris MS. cap. 35. de Refectorio: *Quando percutitur cymbalum, si Fratres in Ecclesia fuerint, exeant cum Processione ad lavatorium.*

LAVATRINA, idem quod *lavatorium*: locus scil. in fluvio pannis eluendis addictus. Charta Aistulfi Regis Longob. an. 753. apud Ughellum to. 2. p. 105. *Et ne ullus inferioris magnæ potestatis homo molendina vel portum cum sandonibus, aut naves in ipso fluvio, vel (in) lavatrinam ædificare audeat, aut piscationem facere, &c.* *Lavatorium* eadem notione in Spicilegio Acheriano to. 13. p. 317.

LAUBIA. Vide *Lobia*.

LAUDABILIS, Approbatus. Ita vocem hanc usurpat Cod. Th. l. 3. de Testim. l. 41. de Episc. l. ult. de Itiner. munit. Marculfus lib. 2. form. 37. *Adstante viro illo laudabili defensore.*

Laudabilitas, Titulus honorarius Præsidum, Consulatium, &c. de quo copiosè Brissonius in Formul. p. 355. Epistola Severi ad Paulinum, in to. 5. Spicilegii Acheriani pag. 354. *Oportet Laudabilitatem vestram bonis favere propositis, &c.*

LAUDANÆ. Vide *Laudunæ*.

LAUDARE, *Laus, laudatio, laudamentum, &c.*

Laudare, Consilium dare, seu potiùs persuadere. Leges Edvvardi Confess. c. 39. *Et laudatum est Regi quatenus consuetudines justas --- non aufferret.* Hugo de Cleeriis: *Laudaverunt Comiti Fulconi, ut per quendam, quem Rex cognosceret, Regi responderet.* Gaufridus Monemuthensis lib. 1. cap. 6. *Laudo igitur, ut ab eo suam filiam primogenitam petatis Duci nostro conjugem.* Adde lib. 2. cap. 13. 4. 6. Utuntur etiam Ordericus Vitalis lib. 6. p. 624. lib. 8. p. 711. lib. 10. p. 771. 802. lib. 12. p. 880. Thvvroczius pag. 59. & alii. Vide Reinhartum Robigium lib. 11. Robigal. cap. 16. *Vacces en son Roman de Rou MS.*

Volentiers, ce dist, retornast,
Se son barnage li loast,
Mes ne loent que il n'i past.

Philippus *Mouskes*:

Et loa qu' il tenist justice
Seur bas & haut, & pauvre & rice.

Villharduinus n. 42. *Sire, nos vos loons que vos le preignés, & si le vos prion.* Chronicon Flandr. cap. 72. *Et pour ce loüoit-on qu'on tint le Roy d'Angleterre à Amy.* Adde cap. 77. sub finem.

Laus, Consilium. Rogerus Hoveden. p. 729. *Rex Angliæ assignabit ei in terra sua ad laudem & consilium Regis Franciæ & Archiepiscopi Remensis 50. libratas Andegavensium, &c.*

Laudare, Concedere. Vetus Charta apud Jo. Columbum: *Comes concessit eis, & laudavit terras & feuda eorum ad suam fidelitatem & servitium.*

Laus, Donatio, seu potiùs *concessio*. Charta an. 1150. apud Ruffium in Comitibus Provinciæ p. 133. *Facta est hæc laus sive concesio in claustro sancti Marii de Manuasca, &c.*

Laudari & collaudari dicitur, qui ritu solenni ad supremam aliquam dignitatem eligitur aut evehitur, cui nempe *laudes* dicuntur. Occurrit passim in Chron. MS. Andreæ Danduli. Tabularium Monasterii S. Theofredi in Diœcesi Aniciensi: *Ut nullus Abbas in eodem cœnobio laudetur aliquando à fratribus, aut ordinetur ab Episcopo, nisi prius, &c.*

Laudare, Approbare, consentire. Chronicon Besuense pag. 583. *Donum --- super altare posuit, & filiam suam laudare fecit.* Vide Parerga Alciati lib. 1. cap. 45.

Dislaudare, Dissuadere. Godefridus Vindocin. Abb. lib. 3. Epist. 13. *Et vos illuc tendere penitus dislaudamus.* *Le Roman du Renard MS.*

Nous ne vous savons desloüer,
Que vous nel faciés encroüer.

Laus, Consensus. Ditmarus lib. 2. p. 22. *Præsentia & laude Imperatricis & filii, &c.* Lib. 7. pag. 98. *Prædictam civitatem fratris suimet filio --- ea ratione dedit, ut cum laude sua, quia hæres suimet fuit, --- liceret sibi tribus filiabus prædium, omne quod remansit, tradere.* Charta an. 1174. apud Columbum: *Hanc verò permutationem Comes VVillelmus (Forcalcariensis) dicebat non valere, quia facta erat sine sua laude & voluntate.* Charta Heriberti Comitis Viromand. an. 1047. *Illam terram laude mea & laude D. Henrici Francorum Regis --- dedit idem Herembaldus, &c.* Vide Beslium p. 440. Hemeræum in Regesto Augustæ Viromand. p. 35. 36. 40. 44. Hinc

Laudes, pro eo, quod domino feudi exsolvitur, pro facultate, seu consensu, quem præstat vassallo, pro alienando feudo; nostris, *Los & ventes*. Charta Ludovici D. Bellijocensis pro Libertatib. Villæ Bellijoc. an. 1274. *Si burgensis Bellijoc. emerit aliquam rem, terram, vel possessionem, tenentur de tertio decimo denario, & non plus, de laudibus.* Tabular. S. Theofredi in Velavis, an. 1159. *Item si alii donent, vel vendant, jam dictus Abbas vel successores ejus pro laude vel vendis inde exigant.* Tabularium S. Flori in Arvernis an. 1282. *Confitentes, nos inde habuisse pro laudibus & vendis, & investitura 12. libr. Turon.* Occurrit non semel in Charta apud Guichenonum in Probat. Hist. Bress. p. 24. 64. 106. &c.

Laudationes, eadem notione, in Charta Philippi Aug. an. 1185. in Hist. Vastinensi p. 707. *Laudationes, & venditiones, sicut hactenus habitæ sunt, reddentur.*

Laudimia, pari perinde significatu. Charta Rotroci Comitis Perticensis an. 1136. *Equitaturas, laudimia, relevamenta, tallias, corveias, biannos, &c. Laudism*-, in Foris Beneharn. Ad ejusmodi laudes & consensus dominorum pro alienandis feudis spectant, quæ habet Guntherus lib. 8. Ligurini:

Si quis habens feudum, pretio seu vendere totum,
Seu pro parte velit, dominique licentia desit,
Seu dare, seu vadio supponere cogitur, ille
Qui dedit, amittet; non qui suscepit, habebit.

Tabularium Vindocinense: *Eò quòd Suthardus ille de feuo Comitis firmam donationem facere non potuisset sine auctoritate Comitis, de quo beneficium illud tenebat; id quoque ab omnibus judicatum est fieri non posse sine Legum aut Consuetudinum regionis præjudicio.* Tabular. Priorat. Neronis-villæ: *Hoc donum laudavit Adam Maringotus, de cujus feodo erat.* Alibi: *Quam eleemosynam calumniabatur Hugo de Dongione, & omnimodo tali dono resistebat: asseverabat enim, hanc eleemosynam de suo jure esse & de suo feodo, nec se vel aliquem suorum laudasse, &c.*

Laudamentum, Copia, facultas, *Permission.* Chronicon Besuense p. 550. *Et quia ipsum Castrum cum adjacenti terra de casamento nostræ diœceseos noscitur esse, per laudamentum nostrum concedit S. Mameti commutationem prædictæ terræ, &c.*

Item *Pactum*, conventio. Gerhohus Reichersperg. lib. 1. de Investigatione Antichristi: *Duplicem autem eis conspirationem vel conjurationem objiciunt, unam, qua Augustale Imperium Friderici Imp. & contra laudamentum in verbo Domini factum, cum Siculo Willelmo --- fœderati sint.* Vide infrà *Laus.*

LAUDATICUM, in veteribus Chartis Regum nostrorum primæ & secundæ stirpis passim occurrit inter tributa, à quibus eximuntur Monasteria, nulla alia notionis indicatione. In Vita Aldrici Episcopi Cenom. n. 56. apud Doubletum in Hist. Sandionys. p. 656. Beslium in Episc. Pictavens. pag. 28. Chiffletium in Trenorch. p. 193. V. Cl. Steph. Baluzium in Appendice ad Capitul. n. 21. 47. & alios. *Lode*, in Consuetud. Britannica art. 317. & Senonensi art. 20.

LAUDIDIGNUS, unica voce, ἐπαίνε ἄξιος, in Gl. Gr. Lat.

LAUDIFICARE, ὑμνεῖν, in Gloss. Gr. Lat.

LAUDIS, Cithara, testudo, ex Germ. *Laute*, uti hoc à *lauten, sonare, resonare, tinnire.* Gallis *Lute.* Certè apud Fortunatum in Epist. ad Gregor. Turon. ad lib. 1. Poëm. *Leudus*, sonum significat: *Apud quos nihil dispar erat, aut stridor anseris, aut canor oloris, sola sæpe bombicans, barbaros leudos harpa relidebat.* Godefridus Viterb. part. 9. Chron.

Mira videre meat, celebri plaudente chorea,
Laude, tuba, cithara, festa canuntur ea.

Leutum dixit Petrarcha in Testamento: *Thomæ Bombasiæ de Ferraria lego leutum meum bonum, non, ut eum sonet pro vanitate sæculi; sed ad laudem Dei æterni.* Ita lis *Luto*, & *Liuto.* Josephus Scaliger ad Manil. ab Arabico *Allaud* etymon accersit, ut & Bochartus lib. 1. de Colon. Phœnic. cap. 2. Vide Turcogræciam Crusii, p. 210.

LAUDUM, Breviloquo, est *sententia arbitri.* Nicol. Trivettus an. 1293. *Rex Angliæ dicto eorum* (arbitrorum) *& laudo sub certa obligatione se submittet.* Charta an. 1345. *Non contra facere, vel venire de jure vel de facto --- omni laudo, arbitrio, dito, diffinitioni, & pronuntiationi ejus, &c.* Adde Walsinghamum p. 60. Rollandinum in Summa Notariæ c. 6. Jo. Lucium de Regno Dalmat. p. 184. &c. *Laud*, in Foris Beneharnens. Rubr. *Deus arbitres* art. 1. Vide Turneb. lib. 14. Adv. c. 12. & Alciatum lib. 1. Parerg. c. 45.

Laudare, Arbitrari, arbitrii sententiam proferre apud eundem Rollandinum, v. *Arbitrator*, Henricum Knyghton. p. 2527. & Cujac. ad lib. 2. Feudor. tit. 20.

Laudator, Arbiter. Idem Knyghton. p. 2526.

LAUDUNÆ, Papiæ, *Ecclesiastica vasa.* Anastasius in Hadriano PP. p. 110. *Fecit in Basilica B. Hadriani cerostata argentea pens. libr. 12. simulque & laudanas duas ex argento pens. libr. 8. quas posuit super rugas de presbyterio, ubi arcus de argento existit.* Sed ibi, ut apud Papiam, Codices alios *Laudunas* præferre monent Editores. Proinde evanescit Bulengerii conjectura, qui *laudanas* ait fuisse ornamenta aurea, vel argentea, quasi virgas, quæ suspendebantur ante altaria, aut rugis imponebantur à *laudando* dictas, quia in laudem & honorem Martyrum ponebantur: frivolum sanè etymon.

LAVEZOLUM. Charta an. 1148. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 704. *Et habuerunt refectionem --- in secundo pullos plenos, & carnem porcinam cum piperata, & turtellam de lavazolo, &c.*

LAUDUS, pro *Lautus.* Charta S. Karilesi in Actis Episcopor. Cenom. p. 82. *Nullas functiones vel actiones neque exquisita & lauda convivia -- de præscripta facultate penitus requirant.* Occurrunt eadem verba p. 90.

LAUGHELESMAN, Exlex, *utlagatus.* Bracton: *Pro exlege tenebitur, cùm Principi non obediat, nec legi: & tunc utlagabitur, sicut ille, qui est extra legem, sicut laughelesman.*

LAVINA, *Labina.* Glossæ Isidori: *Lavina, lapsum inferens.* Idem lib. 16. Orig. c. 1. *Labina, eo quòd ambulantibus lapsum inferat, dicta per derivationem à labe.* Glossæ ejusd. *Lubricum, lutum cum labina.* Gloss. Longobard. S. Germani Paris. *Labina lapsum inferens, aqua pervium, alluviones.* S. Hieronymus Epist. 113. *Cæterum amat Deus hominem, ut artifex fabricam; sed odit mala opera, quibus fabrica vergit in lapsum, & cogitur in lavinam.* Infrà: *Sicuti aliquem securis incessibus gradientem repetino casu, aut marmoris lævitas, aut lavina pavimenti, subversa pedum tutela, contorsit, &c.* Paulus Warnefrid. de Gestis Longob. lib. 3. c. 23. *Eo tempore fuit aqua diluvium in finibus Venetiarum, --- factæ sunt lavinæ possessionum seu villarum, hominumque pariter & animantium magnus interitus.* Hinc *Labina*, pro paludoso loco, *Terra labilis*, dicitur in Glossis MSS. ad Disticha Magistri Cornuti. Joanni de Janua, est *terra aquosa & mobilis, & labilis, in qua quis facilè labitur.* Charta Henrici VI. Regis Angl. to. 2. Monast. Angl. pag. 372. *Jamque diversi ligei nostri, juxta prædictum Hospitale tempore hiemali & noctanter transeuntes, si ipsi ibidem hospitalitatem non haberent, in aquis, labinis, & mariscis sæpissimè periclitarentur.* Rhæti etiamnum hanc vocem retinent: conglomeratas enim nivium moles de summis Alpibus decidentes, *lovvin*, id est, *lavinas* vocant, uti observatum à Stumpfio & Simlero: atque inde fortè perinde apud nos vox, *lavine* seu *ravine*, Occitanis *labasii*, qua aquarum ex nivibus confectarum, & ex montibus in agros excurrentium copiam denotamus.

LAUNECHILDE, & *Launegilt*, reciprocum donum, seu pretium quodammodo rei donatæ, ἀντίδωρον. *Donatio rei similis, sive remuneratio*, Boherio. Papias: *Launechild, id est, talio.* Pactum initum à Gregorio Duce Neapolitano an. Chr. 911. apud Camillum Peregrinum: *Nos verò omnem compositionem & legem & justitiam, quæ parti nostræ facere debet auctor ille, donamus omnia ea parti vestri Langobardorum per Launegilt receptum à vobis exiguum.* Tabularium Casauriense an. Lud. Imp. F. Lotharii 14. *Et in tali tenore accepimus à vobis per Missum vestrum Adegerium Launechild caballum unum.* Alibi: *Unde Launegilt recepi ego Urso --- à te, Romane Abbas, pro hac mea donatione confirmanda comcam unam.* Rursum: *Et recepi ego Sicelperga à te Aimerico Abbate launegild argentum solidos quinque ipsum memoratum donum in ipso sancto Monasterio confirmandum, sicut in lege nostra continetur.* Alia Charta donationis an. 1051. ibid. *Et pro Launegild imputo mercedem meam, quia D. Luitprandus in suo Capitulari affixit, quia in casis Sanctorum, aut in Syno-*

Synodochio Launegild impedire non debet. Alia an. 1064. ibid. *Et sicut D. Luithprandus Rex in suo Capitulo replicavit, ego nullum Launegild requiro, nisi remedium salutis animæ nostræ.* Charta Richildæ Comitissæ an. 1025. in Bullario Casinensi to. 2. p. 77. *Et hanc confirmandam promissionis cartulam, accepi ego qui suprà Richalda Comitissa per Misso pars ipsius Ecclesiæ exinde Launechild aureum annulum unum, &c.* Occurrit passim hac notione in Legib. Longobard. lib. 2. tit. 1. §. 6. tit. 15. §. 4. tit. 18. §. 3. tit. 20 §. 1. tit. 36. §. 2. lib. 3. tit. 18. in vett. Tabulis apud Puricellum in Basilicâ Ambrosiana pag. 581. Ughellum to. 4. p. 1073. to. 5. pag. 652. 1483. &c. Ex his patet, nullam fidem habendam veteri Glossario apud Lindenbrogium, ubi, *Launechild, sine solennitate testium*, vertit. De vocis etymo, vide Somneri Glossarium Saxonicum in *Lean.*

LAURA, Monasterium, apud Anastasium in Hist. Ecclesiastica, & apud Paulum Diac. in Hist. Miscella lib. 24. pag. 762. in Itinerar. S. Willibaldi n. 20. &c. quemadmodum λαύρα usurpatur apud Græcos Scriptores, Africanum apud Syncellum p. 107. Joannem Patr. Hierosol. in Vita S. Jo. Damasceni p. 245. 255. 263. 268. Edit. Rom. Photium cod. 119. Joannem Moschum c. 3. & 4. S. Antiochum Epist. ad Eustathium, Theophanem pag. 239. 423. Constantinum de Adm. Imp. c. 22. Joannem Phocam cap. 15. 16. Pachymer. l. 5. cap. 38. Cantacuzenum lib. 1. Hist. cap. 31. Perdiccam (cujus meminit idem Pachymeres lib. 6. cap. 24.) in Descript. Terræ Sanctæ, & aliquot alios, à Meursio laudatos.

Differebat tamen *Laura* à Monasterio, quòd, ut ait Cyrillus in Vita S. Sabæ, in Cœnobiis illi viverent, qui vitam exercebant communem: in *Lauris* verò, qui à congressione separatam & quietam. In *Laura* igitur vitam exigebant Anachoretæ, suis quique distincti cellis, unique suberant Abbati. Idem Cyrillus in Vita S. Euthymii num. 45. & 48. tradit in Laura sancti Euthymii unicuique ædificatam fuisse cellam, & cellas Fratrum fuisse à se invicem in media solitudine sejunctas. Et S. Gerasimus in medio Lauræ Cœnobium collocavit, in quo Monachi primò exercebantur, quos, cùm ad perfectionis mensuram pervenerant, in cellis Lauræ collocabat, eosque Anachoretas appellabant: in quorum sortem admissi tantùm Monachi provectioris ætatis, exclusis juvenibus & adolescentibus, ut est apud Cyrillum in Euthymio n. 40. 88. 89. ut apud nos *inclusi*.

Horum ea erat vivendi forma, ut 5. dies hebdomadæ unusquisque in cella manens sileret, nihil gustans nisi panem & aquam & dactylos: Sabbato autem & Dominica veniret in Ecclesiam, percepta Eucharistia cocto uteretur in Cœnobio, & sumeret parum vini. Hæc pluribus Cyrillus d. n. 89. & 90. quem etiam consule ad vocis *Laura* vim n. 42. 45. 98.

Quidam existimant vocem esse puram putam Græcam: nam λαῦραν, Grammatici exponunt ῥύμην, vel δημοσίαν ὁδὸν, id est, *viam publicam*, quia δι' αὐτῆς οἱ λαοὶ ῥέουσι, *per eam populus fluit seu commeat*; interdum, ut Suidas, ῥύμην στενὴν ἢ στενωπὸν, *vicum angustum*, aut *angiportum*, Hesychius, τόπον πρὸς ὑποχώρησιν ἀνειμένον *locum ad ventrem exonerandum*, uti quidam hunc locum interpretantur, vel potiùs *ad secessum & recessum*, ita ut ad similitudinem τῶν λαυρῶν in urbibus exstructæ fuerint Monachorum cellæ, quæ cùm ab invicem sejunctæ essent, angiportus ac vias quodammodo formabant, ac referebant. Ita Fullerus lib. 2. Miscell. sacr. cap. 1.

Labra, pro *lavra*, habet Concilium Lateranense sub Martino PP. pag. 423. Edit. 1618. quomodo λάβρα Epiphanius contra Arianos.

LAURATUM, *Labratum*, Imago Principis, *thoracida*, στηθάριον, quòd, ut plerique censent, laurea caput cingeretur. Multiplex autem fuit lauratarum usus; sed præcipuus fuit in Imperatorum inaugurationibus. Statim enim atque augustam adepti erant dignitatem, mittebantur in provincias eorum statuæ, in signum adeptæ dignitatis, & ut à populis exciperentur: *Perfecta enim devotio, hoc debet imagini, quod & Regi.* Philostorgius lib. 12. cap. 10. αἱ δὲ τοῦ Κωνσταντίνου εἰκόνες, ὡς ἔθος ἦν τοῖς ἄρτι παρελθοῦσιν εἰς βασίλειαν πράττειν ἀνάπεμπονται πρὸς τὴν ἑῴαν. De eod. Constantino Lactantius de Mortibus Persecutor. num. 25. *Paucis post diebus laureata imago ejus allata est ad malam bestiam: deliberavit, an susciperet. —— suscepit itaque imaginem admodum invitus, &c.* Adde num. 42. 43. Chronicon Alexandrinum p. 748. τούτῳ τῷ ἔτει ἐβασίλευσεν ὁ Ἀιθήμιος, καὶ ἀπῆλθεν εἰς Ῥώμην, καὶ εἰσῆλθεν τὰ λαβράτα αὐτοῦ ἐν Κωνσταντίνου πόλει διὰ Φερεντίου ἐπάρχου τῆς πόλεως. Concilium Calchedonense. act. 3. τῶν γὰρ θείων λαυράτων ἐπ' εὐτυχίᾳ οἰκουμενικῇ εἰσερχομένων, καὶ ἐν τῇ μεγαλοπόλει Ἀλεξανδρείᾳ, &c. Adde Gregorium Dialogum tom. 3. Concil. p. 460. Edit. 1618. & apud Baron. an. 726.

Quomodo verò eæ imagines à populis exciperentur, discere est ex lib. 10. Epistolarum Gregorii M. *Venit autem icona suprascriptorum Phocæ & Leontiæ Augustorum Romam VI. Kal. Maji, & acclamatum est ei in Lateranis in Basilica Julii ab omni Clero vel Senatu: Exaudi Christe: Phocæ Augusto & Leontiæ Augustæ vita. Tunc jussit ipsam iconam dominus Beatissimus & Apostolicus Gregorius Papa reponi in Oratorio S. Cæsarii Martyris, intra palatium.* Præterea ex septima Synodo act. 1. pag. 483. εἰ γὰρ βασιλέων λαυράτοις καὶ εἰκόσιν ἀποστελλομέναις ἐν πόλεσι καὶ χώραις ἀπαντῶσι λαοὶ μετὰ κηρῶν καὶ θυμιαμάτων, οὐ τὴν κηρόχυτον σανίδα τιμῶντες, ἀλλὰ τὸν βασιλέα. Vetus Interpres: *Lauratis & iconibus, quæ mittuntur ad civitates vel regiones, obvii adeunt populi cum cereis & incensis, non cera perfusam tabulam; sed Imperatorem honorantes.* Quæ verba perperam Meursius & alii tanquam Optati laudarunt. Chrysostomus Serm. 60. in Paulum Apost. ait, Lauratas istas præcessisse tubicines & militum catervas, gestatasque à gerulis mundè vestitis auroque ornatis. Imagines verò ita erant effictæ, quod idem Scriptor alibi ait, ut in summitate hastæ efferrentur, & infra victoriæ, triumphi, resque bello præclarè gestæ describerentur: exceptæ autem à populis festum diem agentibus & adoratæ: quo spectant ista ex L. 4. Cod. Th. Ne quid publ. lætit. *Sacros vultus inhiantibus si fortè populis inferemus.*

Alius Lauratarum usus fuit in Amphitheatris, dum Circenses peragerentur. Narrat quippe Theophanes an. 5. Phocæ, celebratis Domentiæ Augusti filiæ cum Prisco Patricio nuptiis, actisque equestribus ludis, à principibus factionum locatas in Circo Crispi & Domentiæ imagines cum Imperatoriis imaginibus; σὺν τῶν βασιλικῶν λαυράτων ἔστησαν Πρίσκου καὶ Δομεντζίας λαυράτα. Quo loco Nicephorus CP. εἰκόνας habet. In Circum verò inferebantur cum cereis & funalibus, à viris candida veste indutis. Chronicon Alexandr. de eodem Phoca: καὶ ἐκαύθη εἰς τὸ ἱππικὸν, μετὰ τῆς εἰκόνος Φωκᾶ ἥντινα εἰσῆγον ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ εἰς τὸ ἱππικὸν μετὰ κηρα-ψίας ἀσπροφοροῦντες οἱ μάταιοι γὰρ ἀνθρώπων.

Lauratarum denique usus obtinuit inter præcipua illustrium dignitatum insignia, seu Magistratuum, ante quos præferebantur in auctoritatis ac potestatis à Principe collatæ symbolum. Senator de formula Consularitatis lib. 6. Var. 20. *Vultus quia etiam regnantium geniata obsequii pompa præmittit, ut non solùm summi judicis; sed etiam dominorum reverentia cumulatus orneris, & mox de Principum imagine metuendus.* Atque eæ sunt Imperatorum imagines, quæ inter insignia Præfecti Prætorio cum binis cereis describuntur ac effinguntur in Notitia Imperii. Num imagines istas cum cereis

cereis & funalibus prælatas, ſuprà obſervavimus, ubi de Lampadariis egimus. Erant denique *laurata*, vel certè εἰκόνας βασιλικὰς inter vexilla militaria, ut eſt apud Dexippum in Legat. p. 8.

Variè autem hæc vox ſcribitur apud Græcos Scriptores; λαυράτον habent Theophanes, Gregorius Dialogus Epiſt. ad Leonem Iſaurum, ſeptima Synodus, Concil. Calchedonenſe, &c. λαβρατον, Chronicon Alexandr. Joann. Damaſcenus lib. 3. de Imag. pag. 155. libri Baſilικῶν &c. Ex priori lectione tanquam *laureatas*, quod adſtruit locus Lactantii, ex poſteriori velut *laboratas*, ſeu probè effictas, vel denique à *labris* dictas iſtas imagines plerique cenſent: & *laboratas* quidem, quomodo foſſas ad terminos agrorum λαβράτα appellatas, auctor eſt Pediaſimus apud Rigaltium ad Agrimenſores, quòd ſint *laborata*, inquiunt Gloſſæ Baſil. Alii à *labris* dictas volunt, quòd oſculis & adorationibus exciperentur à populis, eoque referunt quod habet Gloſſ. Lat. Græc. *Labratum*, φίλημα βασιλικὸν, ἀσπαστικὸν βασιλέως. Hæc expendat cui per otium licet; interim conſulat Cujac. lib. 11. Obſ. c. 27. Lindenbrogium ad lib. 22. Ammiani. Salmaſium ad Vopiſcum, Jac. Gothofredum, & alios.

LAUREA. Vide *Corona ferrea*.

LAUREATÆ *literæ*, Victoriarum indices. Schol. Juv. Sat. 4. *Si victoriæ nunciabantur, laurus in epiſtola fiebatur: ſi autem aliquid adverſi, pinna fiebatur.* Ammianus lib. 16. de Juliano Imp. *Et ſi verbi gratiâ, eo agente tunc in Italia, dux quidam egiſſet fortiter contra Perſas, nulla ejus mentione per longiſſimum textum facta, laureatas literas ad provinciarum damna mittebat, ſe inter primores verſatum cum odioſa ſui jactatione ſignificans.* Vide Theodorum Marcilium ad Perſium, Demſterum lib. 10. Antiq. Romanar. &c.

LAUREOLUM, ferramenti Chirurgici ſpecies apud Cœlium Aurelian. lib. 5. Chron. c. 2. Scalpreolum, σμίλιον.

LAURIENDRUM, ῥοδοδάφνη, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Editum habet, *Taxus, lauria, andrum, viburna*: ſed videtur legendum *lauridendrum*, ῥοδοδάφνη enim ῥοδόδενδρον etiam Græcis dicitur.

LAURNA, menſuræ ſpecies, in Charta ann. 1207. apud Ughellum tom. 7. pag. 594. niſi mendum ſubſit. Vide *Lagena*.

LAUROS *operire*, maleficii aut ſortilegii ſpecies. Pirminii Excerpta de Libris Canonicis: *Non vulcanalia & Kalendas obſervare, lauros operire, pedem obſervare, effundere ſuper truncum frugem, &c.*

LAUS, *laudes*, pars ultima officii nocturnalis; ſeu Pſalmus 148. & duo ſequentes, qui poſt Matutinos & Benedictiones cantantur, ut eſt in Regula S. Benedicti cap. 12. & olim etiam cantabantur ab Ægyptiis Monachis, ut monet Caſſianus lib. 3. de nocturnis oration. c. 6. Hugo à S. Victore lib. 2. de Offic. Eccl. c. 10. *Laudes matutinæ noctis partem ſibi vendicant ultimam, quartam videlicet vigiliam, quæ ad ſolis ortum uſque protenditur, &c.* Durandus lib. 5. Ration. cap. 4. *Dicuntur autem Laudes, quòd illud officium laudem præcipuè ſonat divinam, quam ei facimus pro eo quod à tenebris erroris nos ad lucem, ſeu viam veritatis, reduxit, &c.*

Laus divina, officium Eccleſiaſticum. Vita B. Stephani Abbatis Obaſini. lib. 1. cap. 7. *Excepto quod aut lectio, aut laus ſibi vendicabat divina*: Vide *Acœmeti*, ubi *de laude perenni*.

Laudes etiam dictæ acclamationes publicæ quæ fiebant Principibus, cùm inaugurabantur, vel in Theatris, aut in Eccleſia, atque adeo in celebrioribus ceremoniis: Græcis Byzantinis, εὐφημία. Eunapio in Ædeſio pag. 41. ἔπαινοι. Mamotrectus ad lib. 1. Machab. c. 5. *Fauſta acclamantes, i. laudes de felicitate & proſperis ſucceſſibus decantantes.* Ammianus lib. 17. extremo; *Poſt hunc dicendi finem* (Conſtantii ad milites orationem) *concio omnis alacrior ſolito aucta ſpe potiorum & lucri, vocibus feſtis in laudes Imperatoris aſſurgens, denique ex uſu teſtata, non poſſe Conſtantium vinci, tentoria repetit læta.* Corripus lib. 6. de Juſtini jun. Imp. inauguratione:

Laudibus innumeris Regnantum nomina tollunt,
Juſtino vitam ter centum vocibus optant,
Auguſtæ totidem Sophiæ plebs tota reclamat,
Mille canunt laudes, vocum diſcrimina mille.

Et lib. 4.

Tunc oratorum geminæ facundia linguæ
Egregias cecinit ſolenni munere laudes.

Paulus Diaconus de Geſtis Longobard. lib. 3. c. 15. *Mauricius indutus purpura, redimitus diademate, ad Circum proceſſit, acclamatiſque ſibi laudibus, largitus populo munera, primus ex Græcorum genere in Imperio confirmatus eſt.* Gregorius Turon. lib. 6. cap. 11. *Ingrediuntur utrique civitatem, Dux ſcilicet & Epiſcopus, cum ſignis & laudibus, diverſiſque honorum vexillis.* Verſus Hadriani PP. ad Carolum M. *Nimis laudibus hymniſque populo celebratur ab omni.* Eginhardus de Carolo M. an. 801. *Leo Papa corona capiti ejus impoſuit, cuncto Romano populo acclamante, Karolo Auguſto à Deo coronato magno & pacifico Imperatori Romanorum vita & victoria. Poſt quas laudes à Pontifice more antiquorum Principum adoratus eſt.* Chronicon Francicum editum à Lambecio l. 1. Comment. de Bibl. Cæſarea pag. 372. de eodem Carolo: *Rex verò alia die cum hymnis & laudibus ingrediens* (Papiam) *theſauros Regis ibidem repertos dedit exercitui ſuo.* Anaſtaſius in Hormiſda: *Occurrerunt --- cum gloria & laudibus.* In Adriano pag. 107. de Carolo M. *Et dum appropinquaſſet ferè unius milliario à Romana urbe, direxit univerſas ſcholas militiæ, unà cum patronis, --- deportantes omnes ramos palmarum atque olivarum, laudeſque omnes canentes, cum acclamationum earundem vocibus ipſum Francorum ſuſceperunt Regem.* Infrà: *Laudem Deo & ejus excellentiæ decantantes.* Ibidem p. 1‸8 *Pontifex Miſſarum ſolennia celebrans Deo omnipotenti, & præfato Carolo excellentiſſimo Regi Francorum & Patricio Romanorum laudes reddere fecit.* Adde pag. 59. 176. Concilium Triburienſe an. 821. c. ult. *Omnes Galliæ & Germaniæ Principes, --- & Eccleſiaſticus Ordo, Deo & Principibus laudes referentes, hymnum Te Deum laudamus, decantabant.* Theganus cap. 16. de Ludovico Pio: *Qui cùm diu oraverunt, erexit ſe Pontifex, & excelſa voce cum Clero ſuo fecit ei laudes regales.* Annales Francorum Fuldenſes de Arnulfo Imp. *Regem honorificè cum laudibus & hymnis ſuſcipientes ad urbem perduxerunt.* Luithprandus lib. 3. c. 7. *Ad Palatium autem minimè transfretavit, laudeſque juxta conſuetudinem Porphyrogenito minimè decantavit.* Idem in Legatione, de Nicephori Phocæ Imp. patre: *Cui itidem & filio Græci in laudibus, primò inventis ſuis, Deus annos ut multiplicet, conclamant.* Panegyricus Berengarii Imp.

—— Carolum ſic advenientem
Suſcepit, laudum modulamina dulcia cantans.

Ubi *Laudes* non fuere carmina in Laudem Principis compoſita, quod volunt viri docti, ſed meræ acclamationes. Guillelmus Apulienſis lib. 4. de Geſtis Normannorum pag. 40.

—— Laus perſonat Imperialis.

Paulus Diac. l. 4. Chron. Caſin. c. 39. de Imp. *Qui eum equo delapſum ad ſancti Petri Gradus, cum laudibus deduxerunt.* Ditmarus lib. 4. *Hac in feſtivitate à ſuis publicè Rex appellatur, laudibus divinis attollitur.* Infrà: *Romuleas pervenit ad arces ubi ab Apoſtolico cæteriſque Coepiſcopis, magnis laudibus ſuſcipitur.* Et lib. 6. *Et à primis regionis illius ſuſceptus, cum admirabili laude ad Eccleſiam ducitur.* Eckehardus junior de Caſibus S. Galli cap 3. *Sonatur continuò ad concurſum & laudes Cæſaris abituri.* Leo IX PP. Epiſt. 1. cap. 23. ad Patr. CP: *Ad quid veſtro Imperatori Latinæ laudes, & in Eccleſia Græcis recitantur*

tur Latinæ lectiones? Gesta Innocentii III. P. de ejusdem electione in Summum Pontificem: *Et publica electione, cum laudibus ductus est à multitudine Cleri ac populi -- ad Constantinianam Basilicam.* Infrà: *Factaque laude tam in Ecclesia S. Petri, quàm ante Lateranense Palatium, &c.* Ceremoniale Cencii Cardinalis: *Notandum quod laudes ab Archidiacono cum Cardinalibus, Subdiacon. & Scriniariis dicuntur*, in coronatione Papæ. Sententia Innocentii IV. lata in Concilio Lugdunensi contra Fridericum II. Imp. *Et nuper nuncios Soldani Babylonis -- fecit per regnum Siciliæ cum laudibus ad ejusdem Soldani extollentiam, & sicut fertur, honorificè suscipi, & magnificè procurari.* Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensibus: *Metasque ductus de manu Regis bacum Pontificii suscepit, & rediens cum Trevirorum Archiepiscopo susceptus est cum laudibus.* Acta Concilii Lugdunensis ann. 1274. *Quo symbolo finito, idem Patriarcha, Archiepiscopi, & Logotheta cum aliis cantaverunt laudes solennes in lingua Græca domino Papæ.* Adde Ottonem à S. Blasio cap. 40.

Jam verò cujusmodi fuerint *laudes* istæ, seu acclamationes ex verbis Corippi, Eginhardi & Luithprandi suprà laudatis percipitur: victoriæ scilicet vel vitæ diuturnioris adprecationes, quas πολυχρόνια voce indigitant Scriptores Græci, & labentibus potissimùm sæculis, in ipsis Ecclesiis inter sacræ Liturgiæ solennia acclamabant, Psaltis seu Cantoribus, interdum Canonarcha incipientibus, ut est apud Codinum de Offic. cap. 6. & alibi non semel. Anselmus Episcop. Havelbergensis lib. 3. Dialog. c. 12. *Eodem tempore Joannes Episcopus Portuensis Dominicorum die octava Paschæ in Ecclesia sanctæ Sophiæ publicas Missas coram Principe & Patriarchis Latinè celebravit, & unanimiter in laude: & victorias piissimorum Imperatorum Latinis vocibus omnes acclamaverunt.*

A Græcis ad Latinos idem mos postmodum derivatus, ut in ipsis Litaniis Principibus *laudes* dicerentur, & iis acclamaretur, quod etiamnum in Dalmaticis Ecclesiis obtinere observat Joannes Lucius lib. 2 de Regno Dalmat. cap. 6. Charta Petri Ziáni Ducis Venetiar. an. 1211. de Venetis Cretensibus, apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 109 *Laudes nobis & successoribus nostris in Archiepiscopatu & Episcopatibus decantare facietis quater in anno, in Nativitate Domini, in Pascha Resurrectionis, in festo S. Marci, & in festo majoris Ecclesiæ Cretensis.* Andr. Dandulus in Chron MS. an. 998. *Insuper Episcopi eisdem sacris confirmaverunt, quod feriatis diebus, quibus laudis pompam in Ecclesiis depromere solebant, istius principis nomen post Imperatorem laudis præconiis glorificarent.*

Litaniarum cum acclamationibus, seu potiùs faustis adprecationibus, formulæ extant aliquot, præsertim apud Canisium tom. 5. Antiq. lect. p. 735. 736. & Goldastum tom. 2. Rerum Alemann. pag. 175. & Steph. Baluzium lib. 2. Miscellan. pag. 143. ex quo concinnitas colligimus ad sacræ Missæ Liturgiam, post hymnum Angelicum, quo finito, Sacerdos ter dicebat, *Christus vincit*, ut & Clerus; Tum *pro summo Pontifice Nicolao, Ludovico Rege, Hemma Regina, prole regia, judicibus*, id est, Comitibus, *& exercitu Francorum & Alemannorum, &c.* Sancti ac Sanctæ invocantur, ut ab eorum precibus adjuventur. Antiquissimam aliam hîc describemus ex Codice MS. Ecclesiæ Arelatensis, argenteis & eburneis laminis tecto.

CHRISTUS vincit, CHRISTUS regnat, CHRISTUS imperat.

Exaudi CHRISTE. Summo Pontifici & universali Papæ vita.

SALVATOR mundi,	Tu illum adjuva.
Sancte Petre,	Tu illum adjuva.
Sancte Paule,	Tu illum adjuva.
Sancte Andrea,	Tu illum adjuva.

Exaudi CHRISTE. N. Pontifici, Clero, & populo sibi commisso salus & gloria.

REDEMPTOR mundi,	Tu illum adjuva.
Sancte Ferreole,	Tu illum adjuva.
Sancte Antidi,	Tu illum adjuva.
Sancte Desiderate,	Tu illum adjuva.

Exaudi CHRISTE. N. Regi Excellentissimo, Magno, & Pacifico, à Deo coronato, vita & victoria.

PROTECTOR mundi,	Tu illum adjuva.
Sancte Maurici,	Tu illum adjuva.
Sancte Sigismunde,	Tu illum adjuva.
Sancte Victor,	Tu illum adjuva.

Exaudi CHRISTE. N. Inclytæ Reginæ lux & gratia.

LUX mundi,	Tu illam adjuva.
Sancta Perpetua,	Tu illam adjuva.
Sancta Lucia,	Tu illam adjuva.
Sancta Walburgis,	Tu illam adjuva.

Exaudi CHRISTE. Omnibus Judicibus, vel cuncto exercitui Christianorum, vita & victoria.

SALVATIO nostra,	Tu illos adjuva.
Sancte Georgi,	Tu illos adjuva.
Sancte Theodore,	Tu illos adjuva.
Sancte Mercuri,	Tu illos adjuva.

CHRISTUS vincit, CHRISTUS regnat, CHRISTUS imperat.

Rex noster: Christus vincit.
. . . ia nostra: Christus vincit.
Auxilium nostrum: Christus vincit.
Liberatio & redemptio nostra: Christus vincit.
Victoria nostra: Christus vincit.
Arma nostra invictissima: Christus vincit.
Murus noster inexpugnabilis: Christus vincit.
Defensio & exaltatio nostra: Christus vincit.
Lux, via & vita nostra: Christus vincit.
Ipsi soli imperium, gloria & potestas per immortalia sæcula sæculorum, Amen.
Ipsi soli honor & jubilatio per infinita sæcula sæculorum, Amen.
Ipsi soli virtus, fortitudo, & victoria per omnia sæcula sæculorum, Amen.

CHRISTE audi nos, CHRISTE audi nos, CHRISTE audi nos.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Te Pasturem	Dominus elegit.
In Ista Sede	Dominus conservet.
Annos vitæ	Dominus multiplicet.

Feliciter, Feliciter, Feliciter.

Tempora bona habeas, Tempora bona habeas, Tempora bona habeas.

Multos annos, Multos annos, Multos annos.

LAUSARE, *Laudare*, Joanni de Janua.

LAUSE, Occitanis *Lauze*, census, laudimium, *laus*, uti suprà in V. *Laudare* monuimus. Charta Ildefonsi Comitis Tolosani an. 1144. pro Montalbanensibus, apud Catellum in Hist. Occitanica pag. 324. *Carbonellus faber habeat de laboratoribus suis suum censum, qui vulgo vocatur lause, &c.* Vide *Laudare.*

LAUSERA. Versus Eucheriæ, lib. 4. Epigr. vet. pag. 188.

Nectareum vitiet nunc lausera terra rosatum,
Mellaque cum fellis sint modo mixta malis.

Ubi legendum videtur, *vitient nunc lasera, &c.*

LAUSUS, idem quod *laus*, Consilium. Tabular. Fossatense fol. 138. *Ad lausum duorum hominum.* Vide *Laudare.*

LAUTOMIA. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 46.

Carpebant placita libratis æquora velis,
Figitur & notis vehemens lautomia arenis.

LAWEDAY, quasi *dies legis*, ex Angl. *lavv*, lex, & *day*, dies: aliàs dicitur de *visu franci plegii*, vulgo *letæ* aliàs de *Curia Comitatus*, juxta Stat. an. 1. Edw. IV. c. 2. Ita Spelmannus. Charta Henrici I. Reg. Angl. in Monastico Anglic. tom. 1. p. 502. *Quieta sint de sectis Comitatuum & Hundredorum nostrorum, de visu franci plegii, & Lavvedaiorum, de turno & auxilio Vicecomitum, &c.* Ibidem p. 977. *Habeant letas suas & lavvdayes cum omnibus ad letas & lavvdayes spectantibus de omnibus hominibus & tenentibus suis.*

LAXA, Lorum, habena. *Laxa leporariorum*, Gallis *une laisse de Levriers*, in Charta Walteri *de Gant* Comitis, apud Edw. Bisseum in Notis ad Uptonum pag. 86.

LAXARE, Dimittere, sinere: Gall. *Laisser*. Gesta Purgationis Felicis: *Dico illi ego: Molestus es mihi, tu homo immissus es: laxa hinc te a me*, id est, *recede*. Galli dicerent: *Laissez moi là*. Gregorius Tur. lib. 2. Hist. c. 41. *Quòd minarentur sibi cæsariem ad crescendum laxare*. Adde lib. 7. cap. 32. Acta Martyrii S. Vassii Mart. n. 1. *Cœpitque vir beatissimus omnia sua pauperibus erogare, & omnem suam familiam liberam laxare, &c.* Tabularium Abb. S. Amantii Inculism. *Petrus Robertus de Ambairiaco in vita sua fine fuit Monachus S. Amantii, & laxavit S. Amantio totum quod habebat in terra, &c. aliam verò partem jam dudum laxaverat*. Tabul. Abb. Belliloci in Lemovicib. n. 87. *Dono bordariam meam quam senior meus Bernardus laxavit S. Petro*. Chronicon Ademari Caban. *vurpivit Vanasium boscum, & laxavit duo candelabra argentea, &c.* Tabular. Caturcense: *Ego Geraldus de Castro Gordonis Miles volens ire ad S. Sepulcrum --- laxo totam terram meam Aimerico filio meo, &c.* Adde Catellum in Hist. Tolosana pag. 189. & in Hist. Occitan. pag. 787. Beslium pag. 424. &c.

Item pro relinquere, demittere, *lascher*. Idem Gregorius l. 4. c. 16. *Omne quod circuivi, laxare non potero, sed sub mea hoc potestate -- cupio retinere*. Lib. 6. c. 8. *Et cur hodie induratus hominem, pro cujus vita rogaveram, non laxasti?* Cap. 11. *Et graviter injuriatus, tandem laxatus est*. Commodianus Instruct. 85.

Si quidam doctores, dum expectant munera vestra,
Aut timent personas, laxant singula vobis.

Testamentum sancti Fulceranni Episcopi Lutevensis sub finem: *Vineas quas Aldegerius & Focedisilus laxaverunt mihi, dono Gontardo, &c.* Baldricus Noviom. l. 1. c. 17. *Ut militiæ cingulo posthabito, laxatoque conjugio, monastico habitu sumpto, sub sanctæ conversationis regula se constringeret*. Sic enim restituendum puto, pro *laxoque*.

Laxa, Donatio, legatum. Charta Raymundi Comitis S. Ægidii, apud Catellum: *Qui impugnare præsumpserint donationes & laxas quas illi faciunt, qui ad dominici Sepulcri liberationem vadunt*. Alia Fulconis Comitis Andegav. apud Sammarthanos tom. 4. Gall. Christ. pag. 822. *Concessit etiam omnes laxas quas Monachis S. Sergii fient absque toto fevo Militum suorum.*

Lexia, vox ejusdem notionis & originis, nisi à *lex*, vel *legs*, Legatum, etymon ducatur. Charta Jacobi Regis Aragon. ann. 1272. quâ Jacobo filio regnum Majoricanum concedit: *Volumus etiam quòd donationes & lexiæ quas fecimus de Castris & aliis rebus, habeant plenariam firmitatem*. Libertates concessæ Barcinonensibus à Petro Rege Arag. ann. 1283. *Concedimus quod Vicarii & Bajuli possint facere compositiones, gratias, & lexias de juribus Curiarum sicut antiquitus fieri consuetum est.*

Lessa, eodem perinde significatu, in Monast. Angl. to. 1. pag. 562. *Eleemosynas quas mei homines fecient de suis decimis, atque lessas de suis substantiis Deo & S. Nicolao concedo*. Charta an. 1164. ex Tabular. S. Germani Prat. *Ea conditione tamen interposita, quod beneficia parrochianorum in infirmitate facta, & Ecclesiæ S. Georgii collata, ubicunque sepulti fuerint: beneficia, inquam, qua vulgari nomine lessa nuncupantur, Monachis S. Germani & Ecclesiæ S. Joannis ex æquo dividentur. Determinatum quoque est, quod lessa servorum S. Germani de Patrimonio facta nunquam nisi assensu Monachorum à Canonicis recipiantur, &c.* Charta alia ibidem: *De dimissis, id est lessis, habebunt monachi medietatem unam, &c.*

Lessium item, in Charta Manassis Episcopi Aurelianensis an. 1142. *Et duas partes omnium lessorum mobilium rerum.*

Lessa, Cowello & Anglis JC. significat locationem terrarum vel tenementorum alicui factam. Vox, ni fallor, ejusdem originis.

LAXAMINA, *Habenæ*, in Glossis Isidori & Pithœanis: vox videtur ejusdem notionis quæ *lessia*, funiculus. Vide in hac voce.

LAXAMENTUM *pretii*, nostris, *Rabais*, in leg. 2. Cod. Th. Tributa in ipsis speciеb &c.

LAXATIO *retium*. Vide Tragal.

LAZARI, Leprosi Gallis *Ladres*: sic dicti, quòd eorum domus seu Ecclesia extra muros Hierosolymitanæ civitatis sita, *sancto Lazaro* dicata esset. De hac mentio fit in Monastico Anglic. to. 2. p. 397. & 399. Charta Ludov. Regis, ex Tabul. S. Cornelii Compendiensis: *De infirmis qui & leprosi, vulgò autem Lazarii nominantur*. Charta ann. 1146. in Miscellan. Liber tom. 2. pag. 610. *Concedo Lazaris de Belloloco decimam molendini, &c.* Statuta Hospitalis S. Juliani in Anglia: *Lazaros congregavit, ad eorumque sustentationem, &c.* Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensibus: *Ut enim taceam quantos Lazaros cæteris abhorrendos cum sua conjuge, officio Deo verè officioso, domi abluerit, cooperuerit, & foverit, &c.* Adde idem Monasticum Anglican. pag. 376. & Thwroczium in Hist. Hungar. p. 33. Leprosorum verò olim magnam habuisse curam Episcopos arguunt Concilia Aurel. V. c. 21. & Lugdun. III. c. 6. Extat S. Ildefonsi Toletani Carmen in Xenodochium à parentibus suis conditum:

Livua cum Stephano genitrix: sed avunculus illum
Compulit Eugenius Præsul ad hospitium.
Lazarus hoc mendicus habet sub mœnibus urbis,
Qua via Complutum cursibus apta patent.

LAZUR, *Lazurius*, *lazulum*, vulgò *Azur*: Constantino Africano lib. de Gradibus; & Arabibus *lapis lazuli*. Matth. Silvaticus: *Lapis lazuli Latinis, Arabibus, hager alzenar sive Alzanar*. Ubi *hager* lapidem sonat. Alibi: *Lauzud, Arab. azurinum, lapis lazuli*. Mox: *Lazud, i. lapis lazuri*. Alii ajunt *zul* Arabibus *cæruleum* sonare. Palladius de Architectura: *Colorum --- medii, rubeus, viridis croceus, purpureus, prasinus, lazur, indicus*. Frotharius Episcop. Tull. Epist. 20. *Peto ut nobis mittas ad decorandos parietes colores diversos, --- videlicet auri pigmentum, folium Indicum, minium, lazur atque prasinum*. Chronicon Constantiense: *Venetiarum namque Episcopus modium plenum Græci coloris, qui lazurius dicitur, &c. Sericum lazurium*, apud Krantzium in Metrop. cap. 8.

Lazulum. Paulus Venetus lib. 1. cap. 34. *Suppeditat quoque mons alius in hac provincia lazurum, ex quo fit azurum optimum*. Adde c. 64. Anonymus de locis Hierosl. c. 14. κ̀ὸ ναὸς ἔναι μὲ τρούλλιν ἕνα, κ̀ ἀργασιομένη μετὰ λαζοῦρι.

Lazulum Acconense non semel commendat Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

D' azur d' acre grand bardes azurées,

Alibi:

Chevaulx houssez de veloux de drap d' or,
Bardez d' acier d' azur d' acre & pointure.

De Lazulo consule quæ habent Leonardus Fuchsius l. 1. Paradoxor. medicin. c. 12. Philander ad Vitruv. lib. 7. c. 11. & Salmasius ad Solinum pag. 1153. Vide præterea Meursium in λαζοῦρι.

LAZZI

LAZZI. Nithardus lib. 4. de Saxonibus: *Quæ gens omnis in tribus ordinibus divisa consistit. Sunt enim inter illos qui Edhilingi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lazzi illorum lingua dicuntur. Latina verò lingua hoc sunt, nobiles, ingenuiles, atque serviles.*

LEAFGABULUM. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkynd* pag. 27. *Et de 12. lib. 4. den. ob. de annuo reddita assis. Cum leafgabulo ad terminum S. Martini, &c.* Vide *Lyef-yeld.*

LEALS, Mensuræ liquidorum species apud Arvernos. Tabularium Brivatense an. 1274. *Qui solvebat tibi occasione ejusdem vineæ tres leals vini annuatim.* Occurrit ibi non semel.

LEANES, in vetustissimo Glossario Britannis dictas Moniales & Sanctimoniales, auctor est Camdenus in Britan.

LEBETA. Vide *Levitonarium.*

LECATOR, *Leccator*, Catillo, scurra. Gall. *Lichard*, Belgicè *een lecker oft lekspet.* Gloss. Isidori: *Lecator, gulosus.* Ugutio: *Scurra, lecator, vaniloquus.* Brito in Synonymis:

Est epulo, scurra, leccator, vel parasitus.

Idem in Vocabulario: *Ganeus dicitur leccator. Ganea, leccatrix, meretrix.* Alibi: *Monile ornamentum est pectoris, à munio dictum, quasi munile, quod munit pectus mulieris, ne leccatores possint immittere manum in pectus ejus.* Breviloq. *Ambrones, dicuntur homines devorantes & leccatores.* Ugutio: *Ardelio, qui ardens est in leccacitate, Guneo qui moratur in tabernis, ubi fit leccacitas. Item ganea, leccacitas.* Idem Ugutio & Jo. de Janua: *Lecca est proprietas lingendi: inde leccacitas & leccator & leccatrix: nam talium est lingere.* Gloss. Lat. Gall. *ambro, nis, Lescheur.* Vocis origo Græca. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. λαικάζω, τὸ ἀπατῶ, ἀπατητικαὶ γὰρ αἱ λαικαστριαι ἤ πόρναι. Chronicon S. Medardi Suession. an. 1225. *Quidam rusticus lecator --- finxit se esse Comitem Flandriæ Balduinum.* Charta Philippi Aug. Regis Fr. ann. 1209. pro Communia Ambianensi: *Qui pugno aut palma aliquem de Communia præterquam consuetudinariam, vel perturbatorem, vel leccatorem percusserit, &c.* Eadem Gallicis verbis concepta in homagio Episcopi Amb. pro Regalib. ann. 1302. in Camera Comput. Paris. *Qui fiert de puing ou de paume aucun qui est de commune, se n'est glouton ou lecheeur, &c.* Cæsarius Heisterbac. lib. 4. c. 6. *Quidam Monachus, ante conversionem leccator opere, vino & tesseris deditus.* Adde Ordericum Vital. lib. 12. p. 865. Rigordum in Philippo Aug. an. 1185. Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 5. 15. Albertum Stadensem p. 184. Concil. Herbipolense ann. 1287. c. 34. Vitam S. Willelmi Abbat. Roschild n. 24. &c. Phil. *Mouskes* MS. de Poëtis Provincialibus verba faciens:

Quar quant li buens Rois Karlemaigne
Ot toute mise à son demaine
Provence, qui mult iert plentive
De vins, de bois, d'aigue, de rive,
As lecours, as menestreus,
Qui sunt auques luxurieus,
Le donna toute & departi.

Le Caton en Roman MS.

N'ailles pas ò lecheours,
Mais toujours avoec les meillours.

Le Roman de Garin MS.

Par lecheor est pruedome engignés,
Et riches Princes trais par losengier.

Hinc *leccacitas* pro scurrilitas, apud Balbum in Catholico. Ugutio: *Lecacitas vel leccitudo, officium lenonis.* Ordericus Vitalis l. 9. p. 752. *Incontinentes de lecacitate sua redarguebantur. Lescherie:* apud Willelm. *Guiart* in sancto Ludovico.

Cil sains Rois se relargissoit
A autres gieus que lescherie.

LECH. Fœdus Edvvardi & Guthurni Regum, apud Spelmannum: *Habeant se omnes in Flokesinoth, & in Shiremoth, & in Hundred, & in Wapentac, & in Trething, & in Lech, secundùm consuetudinem patriarum & provinciarum.* Ubi *Lech*, idem quod *Lath*, quod vide.

LECTARIUM, Apparatus & instrumentum lecti. Formula Andegav. 1. *Cido tibi bracile valente solidus tantus, ton neas tantas, lectario ad lecto vestito valento solidus tantus, &c.* Regula S. Fructuosi cap. 4. *Quicquid in vestimentis, calceamentis, vel lectariis Monachorum vetustum fuerit, --- pauperibus erogetur.* Cap. 10. de Hospitibus: *Lectaria, lucerna, & stramina mollia exhibenda.* Adalardus in Statutis antiq. Corbeiensib. lib. 1. cap. 3. *Cottum aut lectarium, sive sagum in tertio anno accipiant.* Capitulare de Villis c. 4. *Ut unaquæque villa intra cameram lectaria, culcitas, plumatias, -- habeat.* Vita S. Benedicti Anian. Abb. c. 3. *Ut impigrum depellerent frigus, lectariis utebantur.* Vita S. Paterni Episc. Abrincens. c. 9. *Lectulum nunquam habens, lectaria nesciens.* Tradit. Fuldens. lib. 2. cap. 38. *Omnia verò alia quæ remaneant, ita dividentur, ut prædixi, id est, lectaria, sive villosi, sive manutergia, sive canifelli, sive cujuscunque sint vestimenta, linea vel lanea.*

Lectaria, feminino genere. Formulæ veteres Bignonii cap. 37. *Tantas lectarias condignas ad lectos.* Perperam *lecturios* apud Lindebrog. form. 77. pro *lectarios*; *Lectarios condignos ac lectos tantos.*

LECTARIUS, Lectorum artifex, confector, κλινοποιός, in Gloss. Græc. Lat. Vide *Lectarium.*

LECTERIA, Stramentum pecuarium ex fœno & paleis, quod vice *lecti* est, unde vox, *Litiere* nostris, *Lettiera* Italis. Charta fundationis Monasterii Orbisterii ann. 1007. *Propria animalia, --- lecterias ad opus eorundem animalium per totam forestam meam.* Testamentum Sancii I. Reg. Portugalliæ tom. 4. Monarch. Lusitan. p. 260. *Ut post mortem meam habeat totam meam lateiram, & meos annulos & sortilitas,* &c. ubi hæc vox idem sonat quod *Lectarium*, de quo suprà.

Litera, eadem notione. Monasticum Anglican. to. 2. p. 32. *Pro iis dicti Canonici reddunt per annum --- duo corrodia duorum Canonicorum & 5000. turbarum ad comburendum, & tres carretatas literæ.* Fleta lib. 2. c. 20. *Clerici Marescalciæ est emere fœnum, avenam, literam, & ferramenta, &c.* Adde cap. 14. §. 4. cap. 74. §. 3.

Literia. Charta fundat. Prioratus Montis-Guidonis à Juhello D. Meduana ann. 1198. *Eorundem hominum animalia quocunque nomine censeantur, exceptis capris, possunt nutriri & pasci in eadem foresta, & habebunt, literiam quæ dictis hominibus necessaria fuerit.*

LECTICA, Feretrum, quo defuncti cadaver effertur: in lecticis enim ac lecticulis elata honéstiorum cadavera pluribus docuit Jo. Kirchmannus lib. 2. de Funerib. Roman. c. 9. S. Hilarius Arelat. in Vita S. Honorati p. 32. 1. Edit. *Pro magno munere habitum est, lecticæ manum admovisse.* Fortunatus in Vita S. Medardi c. 17. *Deinde Pontificum primi nobiliumque secundi --- beati funeris lecticam per gaudia mixta pudori sustulerunt.* Hariulfus lib. 4. c. 32. *In eodem quo pausaverat sarcofago invenit lecticam ligneam coriatam domini Nithardi filii ejus, Abbatis & Comitis corpus continentem sale perfusum.* Maximè verò ita appellabant Sanctorum feretra quæ in Ecclesiis colenda exponebantur. Helgaudus in Roberto Rege Fr. *Lecticam ipsius S. Amani a fronte auro bono & optimo, & lapidibus pretiosis -- praoccupavit.* Hariulfus lib. 3. cap. 24. *Fecerat Arnulfus Comes beatissimis Confessoribus lecticas argenteas, ubi cum honore corpora eorum sancta condiderat.* Sugerius in Ludovico VI. pag. 313. *Sacras enim venerabiles sacratissimorum corporum lecticas argenteas, quæ altari principali superpositæ, &c.* Adde eundem de Consecratione Ecclesiæ S. Dionysii, Librum Miracul. S. Mauri Abb. cap. 19. &c.

Lecti-

Lecticalis, qui lectulos facit, in Gloss. Isid.

Lecticaria, Prædium, ad quod lecticæ perveniunt. Anastasius Bibl. in S. Hadr. pag. 111. *Monasterium B. Laurentii -- simulque & lecticariam quæ vocatur Asprula.*

Lecticarii. Qui mortuos in lecticis efferebant, de quibus Novella Justiniani 43. Vide Vitam S. Alexandri Acœmeti Abb. cap. 6. n. 41.

LECTICOCESSIUM, in Notis Tyronis p. 158. ubi fortè leg. *Lecticotectum*, κατάστεγον φορεῖον, quod *tectam* nudè dici quidam volunt in Glossis Isidori: *Basterna, tectam mulis*: vel certè *lecticapsum*, est enim, *capsus*, vel *capsum* eidem Isidoro lib. 20. *carruca undique contecta*, ita ut *lecticocapsum* medium tenuerit inter lecticam & capsum.

LECTICULÆ, inquit Durandus lib. 5. Ration. c. 2. n. 50. à quibusdam dictæ diurnæ lectiones in officiis Ecclesiasticis, quòd breves sint, à pluribus verò Capitula, eo quòd ut plurimum de Capitibus Epistolarum illorum dierum, quibus dicuntur, sumuntur. Hæc si quidem post psalmos & antiphonas in singulis Horis dicuntur, prout statutum est in Concil. Agathensi.

LECTILE, *Junceum*, in Gloss. Lat. MS. Reg.

LECTIONES, Excerpta ex SS. Patribus, quæ in singulis horis tam nocturnis, quàm diurnis dicuntur: ita verò appellantur, quia non cantantur, ut Psalmus vel Hymnus, sed leguntur tantùm: illic enim modulatio, hîc sola pronuntiatio quæritur. Ita Durandus lib. 5. Ration. c. 2. n. 43. Harum usus in Ecclesia antiquissimus, in officio præsertim nocturno, ut liquet ex Cassiano lib. 2. de Cœnob. Instit. c. 6. & aliis quos laudat Gazæus ad hunc Scriptorem. Sigebertus ann. 807. *Carolus Imperator per manum Pauli Diaconi sui decerpens optima quæque de scriptis Catholicorum Patrum, lectiones unicuique festivitati convenientes, per circulum anni in Ecclesia legendas compilari fecit.* Agobardus de Correctione Antiphonarii cap. 29. *Habet & (Ecclesia) librum lectionum ex divinis libris congrua ratione collectum.*

Lectiones, Auctoritates, allegationes, testimonia Jurisconsultorum legum quæ adducuntur ad confirmandam aliquam sententiam. Vide Jacob. Gothofredum ad l. 9. Cod. Th. de Infirm. his quæ sub tyr.

LECTIONARIUS, *Lectionarium*, Liber continens lectiones Ecclesiasticas, quem à S. Hieronymo compositum scribunt Honorius August. l. 1. Gemmæ animæ c. 88. & Berno Augiensis l. de Missa c. 1. Maximè verò ita appellatur liber continens ex Epist. S. Pauli, quæ ad Missam leguntur. Anastasius in Benedicto III PP. *Textum scilicet voluminis, in quo constant veræ prædicationis, Pauli videlicet Apostoli, & aliorum Apostolorum Epistolæ, atque Prophetarum ordinabiliter constitutæ lectiones, quæ à Subdiaconibus leguntur per cunctas Ecclesiarum stationes, more solito, sursum in ambone, &c.* Flodoard l. 3. Hist. Rem. c. 5. *Librum quoque Sacramentorum, sed & lectionarium quos scribere fecit, ebore argentoque decoravit.* Et c. 9. *Sed & lectionarium ad Missas librum pari decore venustatum ibidem contulit.* Ratbertus de Casib. S. Galli cap. 9. *Lectionarium ad Basilicam sine Evangelio.* Cap. 10. *Lectionarium elephanto & auro paratum.* Adde Capit. Caroli M. lib. 1. c. 109. Vide *Comes*. Extat Constitutio Caroli M. de Emendatione librorum & officiorum Ecclesiasticorum, qua lectionarium de novo conficiendi Paulo Diacono Aquileiensi curam se demandasse scribit, *quia ad nocturnale officium compilatas quorundam casso labore, licèt recto intuitu, minùs tamen idoneo, reperisset lectiones, quæ & sine auctorum suorum vocabulis essent posita, & infinitis vitiorum anfractibus scaterent, &c.*

Lectionarius, qui crebrò legit. Alexander Jatrosophista MS. lib. 1. Passionum: *Ego quidem vidi quendam lectionarium incurrisse hanc passionem*, scil. epilepsiæ.

LECTISTERNIUM, Lecti apparatus & instrumentum, vel lectus ipse. Gloss. Ælfrici: *Lectisternium*, beð-ƿeaƿ, i. vestis lecti. Papias: *Pulvinus, privati hominis cervical: pulvinar verò principum: vel lectisterinium, quod sternebatur in templis.* Jo. de Janua: *Lectisternium, lectus stratus & præparatus, vel locus in quo lectuli sternuntur, i. præparantur, vel locus in quo homines sedere vel jacere consueverunt.* Vita S. Geremari Abbat. cap. 4. *Consilium inter se acceperunt, ut cultellum sub lectisternio ponerent.* Vita S. Winvvaloei Abbat. n. 15. *Pro laneo aut lineo indumento, caprinis usus est pellibus: pro plumis, aut lectisterniis, arboreis utebatur corticibus.* Vita S. Gilberti de Sempingham pag. 682. *Lectisternio laneo mediante sic super stramenta residebat. Lectisternia caprina*, in Epist. 9. S. Bonifacii Arch. Moguntini: *Lectisternia & acu tapetia confecta*, in Miscella anno 17. Heraclii: ubi Theophanes ναкκοτάπητα καὶ ταπήτια. Sed legendum νακτοτάπητα, ex coactilibus confecta lectisternia. Ita usurpant S. Benedictus in Regula c. 29. Gregorius M. lib. 6. Epist. 23. lib. 11. Ep. 20. lib. 12. Ep. 16. Beda in Vita S. Cuthberti n. 57. Florentius Wigorn. p. 631. Vita S. Findani Confess. cap. 4. apud Goldastum, Eckeardus jun. de Casib. S. Galli cap. 5. &c. Adde Probat. Hist. Luxemburg. Duchesnii p. 35. De veterum lectisterniis agunt Savaro ad Sidon. lib. 4. Epist. 15. Menard. ad Concord. regul. *D'Orleans*, ad 15. Annal. Taciti, & alii.

LECTISTITIUM, *Statio lecti*, in Gloss. Isid.

LECTOR, Secundus gradus Ordinis Ecclesiastici. Marcellinus Comes de Joanne Chrysostomo: *Joannes Antiochiæ natus, ibique à Meletio ejusdem civitatis Episcopo, eodemque Confessore, Lector Ecclesiæ ordinatus, per singulos officii Gradus ascendit. Lectorum* munus erat *Lectiones pronuntiare, & ea quæ Prophetæ vaticinarunt, populis prædicare*, ut est apud Isidorum juniorem in Epist. ad Luitfredum: præterea Lectiones desumptas ex Evangeliis & Epistolis S. Pauli, ut colligitur ex S. Cypriano Epist. 33. & 34. & Concilio Toletano I. can. 2. & 4. Gregor. Turon. lib. 2. de Mirac. cap. 16. de Miracul. S. Martini cap. 49. &c. Acta Passionis SS. Martyrum Cibalitanorum n. 2. *Præses dixit: Quod officium geris? Pullio respondit: Primicerius Lectorum. Probus Præses dixit: Quorum Lectorum? Pullio respondit: Qui eloquentiam divinam populis legere consueverunt.* Non tamen Evangelium & Epistolam in ipsa sacræ Missæ Liturgia legebant, quod velle videntur viri doct. Similia porrò de Lectorum officio produnt S. Eulogius in documento Martyrii, Isidorus lib. 2. de Eccl. offic. cap. 11. lib. 7. Orig. cap. 12. Alcuinus lib. de Offic. divin. cap. de Eccles. ord. & cap. de Tonsura Cleric. Amalarius lib. 2. de Eccl. offic. cap. 8. Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. c. 11. Ivo Carnot. Serm. 2. de Excellent. sacror. ord. Honorius Augustod. lib. 1. c. 176. Steph. Eduensis Episc. lib. de Sacram. cap. 2. Baron. an. 253. n. 93. Menardus ad lib. Sacram. &c.

Iis etiam incumbebat sacrorum Codicum servandorum cura, ut indicant Acta Purgationis Cæciliani & Felicis apud S. Augustinum.

Olim & Cypriani ævo, ut habetur in citatis illius Epistolis, & nonnullis aliis, solis provectæ ætatis hominibus, meritis & doctrina insignibus Lectoris munus demandabatur. At postmodum, cum è primis is esset Ordinis Ecclesiastici gradibus, ad illud admissi impuberes, & infantuli, ut colligitur ex iis quæ habentur in Concilio Carthag. III. cap. 4. Vasensi II. can. 1. Wormaciensi an. 868. c. 68. ex Ferrando Diac. c. 129. Victore Uticensi lib. 4. Hist. Vandal. Paulino lib. 4. de Vita S. Felicis, Sidonio lib. 4. Epist. 25. Ennodio in Vita S. Epiphanii Episc. Ticin. &c.

Ordinantur autem Lectores ab Episcopo per traditionem sacri Codicis, ut est in Ordine Romano, & in libro Sacramentor. Gregorii: quæ quidem ceremoniæ in ejusmodi ordinationibus, quæ etiamnum servantur, desumptæ sunt è Concilio Carthag. IV. can. 8. Preces alias in Lectoris ordinatione olim recitari solitas habet D. Clemens lib. 8. Constit. c. 28.

Le-

Lectorum seu Αναγνωςῶν mentio fit in Canonibus Apostolor. cap. 43. in Epist. S. Ignatii ad Antioch. in Ep. Cornelii PP. apud Euseb. lib. 6. Hist. Eccl. cap. 35. An verò ii diversi fuerint à *Psalmistis* seu *Cantoribus*, vide Menardum ad librum Sacrament. p. 62. 63.

In septima Synodo data facultas Abbatibus Lectores faciendi in proprio Monasterio. Vide Doubletum p. 569. Alia de Lectoribus suggerunt Concilia Calchedon. c. 14. Braccarense I. c. 11. Hipponense c. 2. Vasense I. c. 1. Nicenum II. c. 14. &c.

Scholæ Lectorum. Ledradus Archiepiscopus Lugdunensis in Epist. ad Carolum M. *Habeo Scholas Cantorum, ex quibus plerique ita sunt eruditi, ut alios etiam erudire possint. Præter hæc verò habeo Scholas Lectorum, non solùm qui officiorum Lectionibus exercentur, sed etiam in Divinorum librorum meditatione spiritalis intelligentiæ fructus consequantur: ex quibus nonnulli de libro Evangeliorum sensum spiritalem jam ex parte adipisci possunt. Plerique verò librum Prophetarum secundùm spiritalem intelligentiam adepti sunt: similiter libros Salomonis, vel libros Psalmorum, atque etiam Job.*

Primicerius Scholæ clarissimæ militiæque Lectorum, in Epistola S. Remigii Episcopi Remensis ad Falconem Episc. Tungrensem: qui scilicet Lectorum Scholæ præerat. Vide de Codinum, lib. de Offic. cap. 1.

Primicerius Lectorum, in Actis Passionis SS. Martyrum Cibalitanorum n. 1. qui apud Petrum de Natalibus *Prior Lectorum*. In Concilio Calchedonensi Act. 14. αρχιαναγνώςης, in veteri versione, *Primicerius Lectorum* redditur.

Lector mensæ, qui in Refectorio legit. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 48. *Mensæ Lector aptè & distinctè, & tractim legat, & dum legit, aurem accommodet Priori, ut si quando emendaverit, intelligere possit, &c.* Vadianus lib. 1. de Colleg. Germ. ait, in Monasteriis *Lectorem* appellatum, *qui fratribus, vel discumbentibus quiddam ex sacris prælegebat:* præterea extitisse *Ecclesiasticos Lectores, qui officio suo nonnisi in sacris peragendis, veteri more, fungebantur.* De officio Lectoris ad mensam, vide Consuetudines Cluniacens. Uldarici lib. 2. cap. 34. Adde præterea quæ congessit Nicol. Serrarius ad Vitam S. Romarici c. 4. de hoc religioso more legendi ad mensam.

Lector in Ecclesiis Cathedralibus, cujus dignitas *Lectoria* nuncupatur in Historia Episcoporum Autissiodor. cap. 59. *In majori, scilicet Cathedrali, Ecclesia, præter alia quæ ibi providè fecit, vel liberaliter contulit, Lectoriam & Succentoriam, per quas totum in legendo, cantandove servitium dispensatur, -- reditibus ampliavit.* Charta anni 1213. in Tabul. Episc. Autiss. *Hugo Altissiodorensis Archidiaconus omnibus P. L. I. Sal. Noverint universi, &c. Quod cùm ad officium dignitatis Archidiaconalis spectaret Ecclesiæ nostræ providere Lectorem, qui totum legendi officium ordinaret, nec inveniretur propter reddituum paucitatem, qui onus vellet subire Lectoris, quoniam laborem stipendia non sequebantur condigna; unde Ecclesiæ servitium non modicum turbabatur, &c.*

Lectrix Alcuinus Poëm. 3.

Unusquisque novum comat cum voce sacellum,
Et Lector lectrixve volumina sacra resolvat.

LECTORARIUS, *Lector*, ἀναγνώςης, apud veterem Interpretem Concilii CP. Agapeto PP. act. 1. & Concilii CP. sub Menna act. 5.

LECTORATUS, Lectoris dignitas & officium, in Concilio Braccarensi an. 563. c. 20. & apud Martinum Braccarensem c. 43.

LECTORIALE, idem quod *Lectorium*. Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico: *Absconsa etiam sub candela, & lecturiale sub libro.* Vide Puricellum in Basilica Ambrosiana p. 1093.

LECTORIUM, Analogium, *Ambo*, pulpitum in quo legitur in Ecclesia, S. Audoënus in Vita S. Eligii, ex Edit. Duchesnii: *Lectorium quoque & ostia diligenter auro vestivit.* Acta Concilii Pontigonensis an. 876. *Lectorio superpositis sacrosanctis Evangeliis.* Hariulfus l. 2. cap. 10. *Lectoria auro: argento, & marmoribus parata duo.* Lib. 3. c. 3. *In eadem Ecclesiis sunt lectoria tria ex marmore, argento & auro fabricata.* Anastasius in Vitis PP. p. 134. *Fecit lucernas fusiles duas, --- & hoc constituit, ut dominicorum dies, vel in sanctis solennitatibus, hinc inde juxta Lectoriam consisterent, & ad legendum sacras lectiones luminis splendore refulgerent.* Pag. seq. habetur. *Lectorium: Fecit verò ubi suprà lectorium ex argento purissimo, &c.* Ita p. 144. 195. 198. & 207.

Lectoriolum, in Vita S. Basoli c. 22.

LECTRICIUM, Pulpitum, analogium. Ægidius Aureævallis Monach. in Radulpho Episcopo Leodiensi cap. 53. *Lectricium auro & gemmis pretiosis insigniter fabrefactum exportatum est.* Utitur etiam Rupertus lib. 1. de Divin. offic. cap. 36.

LECTRINUM, eadem notione, nostris *Lectrin*. Brompton. *Cirotecas suas, dum oraret, super lectrinum posuit.* Adde Statuta Ecclesiæ Leicheteldensis in Monastico Anglic. tom. 3. p. 243.

Letrinum, in Charta an. 1247. in Hist. Monasterii S. Mariæ Suession. D. Mich. Germani pag. 454.

LECTUALE, Instrumentum lecti, propriè *stragulum*. Possidius in Vita S. Augustini cap. 22. *Vestis ejus & calceamenta & lectualia ex moderato & competenti habitu erant.* Regula S. Cæsarii ad Virgines c. 41. *Lectualia ipsa simplicia sint: nam satis indecorum est, si in lecto religioso stragula sæcularia, aut tapetia picta resplendeant.* *Lectualia sternere*, in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 37. Regula Solitarior. cap. 50. *Ita etiam in lectisterniis modum tenere debent discretionis, id est, non pretiosa velint habere lectualia, sed vilia, &c.* Regula Templarior. cap. 70. *Lectualia vel lectisternia moderata dispensatione Magistri unusquisque habeat.* Occurrit, apud Crodogangum Metensem Archiep. in Regula Canonicor. c. 54. Vide *Panellum*.

Lectuolus, idem quod *lectuale*. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis, an. 781. apud Sandovallium: *Mantas sex, quinque feltros, & septem lectuolos, & tres scanos.*

Lectualis morbus, quo quis in lecto detinetur, κλινικός. Vide Salmasium ad Hist. August. p. 57.

LECTUARIUM, idem quod *lectuale*, & *lectarium*. Gregor. Turon. de Vitis Patr. c. 6. *Lectulum sancti Sacerdotis expetiit, in quo decubans, à lectuaria ipse opertus, paululum obdormiens, ita sanatus est, &c.* Legendum fortè pro *alectuaria*, nudè *lectuario*. Capitula ad Legem Alamannor. c. 29. *Et si maritum supervixerit, tota lectuaria ei concedantur.* Infrà: *Lectaria partiant æquale.* Vita S. Lupicini Abbat. Jurens. n. 2. *Lectuaria verò aut lectum nunquam perhibetur habuisse in usum.* Regula S. Aureliani cap. 27. *Lectuaria sæcularia de coloribus facta in usu non habeatis.* Fortunatus in Vita S. Paterni n. 6. *Lectulo nunquam utens, lectuaria nesciens, &c.* Testament. S. Aredii: *Boves, porcos, lecturia, utensilia, &c.* Vide *Lectarium*.

LECTUMSTRATUM, Lectisternium. Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 6. *Calicem argenteum --- sindones 2. coopertorium super altare unum, lectastrata numero 10 &c.* Lib. 10. Epist. 13. *Argenti libras, lectumstratum unum, &c.* Vide Turnebum lib. 7. Adv. c. 24.

LECTUOLUS. Vide *Lectuale*.

LECTUS, Feretrum in quo defunctorum cadavera efferuntur tumulanda, apud Julianum Antecessor. Constit. 53. ubi etiam *maximorum*, vel *deauratorum lectorum* fit mentio, in quibus ad majorem pompam deferebantur magnatum ac procerum cadavera, quique in scevophylacio Ecclesiæ asservabantur. Epiphanius κατὰ ἀνομοίων: Κλίνας ἐποίησε τοῖς σώμασιν τῶν ἐξοδευόντων ποιῆσαι ἐν ἀριθμῷ τινὶ, ἢ ἄνευ τῶν ὑπ' αὐτῷ ἐπιτεταγμένων

οὐκ ἐξεκομίζετο σῶμα τῶν τελευτώντων. Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Notum sit omnibus hominibus, quòd Abbas Galterius dedit Bosoni Presbytero de Ponte præ Capellania sua tertiam partem de appenditiis Ecclesiæ S. Laurentii de Ponte, de oblationibus, de primiciis, de decimis, de sepultura, excepto lecto in quo defunctus ad Ecclesiam deportatus fuerit, &c.*

Lectus, Feretrum in quo Sanctorum corpora quiescunt, apud Adrevaldum de Miraculis S. Benedicti cap. 29. *Fatentur facinus, seque ob id Ecclesiam ea hora ingressos, ut omne aurum atque argentum cum gemmis à S. Benedicti lecto extrahentes, auferrent.* Vita S. Willibrodi c. 28.

Inque loco sancti quo stant sacra lectula Patris
Sæpius ætherium lumen venisse videtur.

Guill. Bibliothecarius in Stephano VI. PP. sub finem: *Oratorium B. Gregorii, ubi ejus lectus habetur.* Adde librum de Miraculis S. Lamberti Episcopi Trajectensis, Historiam translat. S. Gorgonii cap. 14. Thietfridum Epternac. in Florib. l. 3. c. 7. &c. Vide *Lectica.*

Lectos Rectorum, seu Curionum decedentium sibi *de consuetudine* arrogasse Archidiaconos & Archipresbyteros in diœcesi Turonensi, docemur ex Concilio Andegavensi ann. 1365. cap. 11. quo id juris lecti ad certam pecuniæ summam redigitur.

Lectus plumalis, Lit de plume, nostris, in Legibus Burgor. Scoticor. c. 125. §. 1.

LEDA, *Leth*, tertia pars Comitatus, apud Anglos, aliàs *Trithinga*, continens 3. vel 4. hundredos seu centurias. Fœdus Alvredi & Godvvini Regum: *Sint omnes --- & in Fridgild juxta conditiones & professiones suas, & in Folkesmoth, & in Schiremoth, & in Hundred, & in Wapentac, & in Treting, & in Leth secundùm consuetudines patriarum & provinciarum, & Comitatuum Regni.* Aliàs *lech* habetur. Leges Edvvardi Confess. cap. 34. quod inscribitur *de Trithengis & ledis*: *In quibusdam verò provinciis Anglicè vocabantur leth, quod isti dicunt trithinge.* Vide *Lestum, Trithinga.*

LEDA. Charta Eustachii D. *de Campainies* in tractu Bononiensi in Morinis ann. 1216. in Chr. Andrensi: *Dedi totam partem maresci --- jacentem inter marescum de Gisnes & marescum S. Wilmari de nemore, ultra ledam de Gisnes, ab orientali parte ipsius ledæ, &c.* Alia anni 1136. in Probat. Hist. Guinensis: *Terram, alnetum, paludem, quæ jacent inter ledam de Alardesbroc & slusam molendini prædicti Comitis, &c.* Ubi *leda* videtur esse via latior, Gallis *Lée*, quomodo in silvis semitas grandiores etiamnum vocamus: unde denique *la Lée*, perperam postmodum *alée*, pro *l' alée* semita in hortis & silvis dicta. Vox formata à *lata*, via, vel quod lateri agri aut silvæ adjaceat: *lez* enim est *latus*, seu potiùs *ad latus*. Itaque ager qui alteri agro adjacet, *lez*, seu prope illum agrum esse dicitur. *Lée* autem pro *lata*, usurpat *le Roman de Garin*:

La Lande fu & belle, & grande, & lée.

Id est, *lata*. Ita vicissim *lée*, pro latitudine usurpatur in Charta Normannica apud Spelmannum: *En Lunghure 27. perches, & en lée douze perchée.* Et *leed*, in alia Charta in Monastico Anglic. tom. 1. p. 478. *Et la culture del Heighe, & undecim parches del bois en leed, & 26. acras versus Orientem de Halech, & versus Occidentem Halgh, tredecim perches de leed, & 25. in longum de prato, &c.*

Lada, simili significatu. Monasticum Anglic. to. 1. p. 854. *Unde placitum fuit inter eos in curia domini Regis, scilicet quòd omnes ladæ quas Monachi de Saltreia fecerant in illo marisco, obstupabuntur: excepta illa magna lada, quæ vadit de Wittlesmare, versus Saltreiam, quæ remanebit aperta, perquam ipsi Monachi de Saltreia adducent lapides & cætera necessaria ad constructionem Monasterii sui, &c.* Charta Edvv. Confessor. in lib. Rames. sect. 102. *Ex parte scilicet orientali ipsius ladæ, usque ad locum qui dicitur Gangstede.* Ubi *Lada*, non est canalis ad derivandam aquam è paludibus, uti censuit Spelmannus, quod satis ex loco proximè laudato colligitur.

Leia, eadem notione in Monastico Anglic. tom. 1. p. 483. *De dono Aylenæ --- terram de bosco, longam leyam, curtam leyam, Croftam Harduini, &c.* Charta Philippi I. Reg. Franc. in Tabul. Ferrariensi: *Brancas etiam de leia, quantum necesse fuerit ad focum Monachorum.* Ubi *leia* accipitur pro silva cædua. Charta de divisione boscorum an. 1219. in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano f. 170. *Concedunt metas & leias factas & positas per prædictos.*

Lia, simili pariter significatu, in Charta Jo. *de Lacy*, Constabularii Cestriæ apud Spelmannum: *Confirmavi Deo & S. Ioanni Hospitalis Hierosol. --- 22. acras terræ in villa de Altancotes, infra lias divisas, scilicet de orientali latere de stenvvood usque ad semitam, quæ, &c.* Hinc *laier les bois*, in Consuet. Aurelian. cap. 1. art. 82. & silvam per *vias* dividere; *laie* in aliis pars silvæ viis suis definita; unde *S. Germain en Laie*, id est, in ipsis silvis situm suburbanum, non verò à *Letis* populis, uti opinatur Jacobus Gothofredus ad l. 12. C. Th. de Veteranis. Vide Consuetud. Lodunensem c. 13. art. 3. At *laiam* pro cæduo usurpare videtur Charta fundationis Collegii Canonicor. in Ecclesia Parochiali Escoiarum diœcesis Rotomag. ab Ingerranno de Morigniaco mense Jan. ann. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 64. *Insuper de prædictis Canonicis videlicet cuilibet 11. quadrigatas bosci seu buchiæ pro ardendo, videlicet quamlibet quadrigatam ad 3. equos percipiendo anno quolibet in foresta de Basquevilla juxta boscum cæduum, sive layam, quæ fuit novissimè mensurata.*

Laia, ligna signata, seu arbores signatæ in silvis, ad earum vias scilicet. Charta Adelæ Reginæ Franc. an. 1205. in Tabul. Abb. Barbellensis num. 62. *Idem Milo quitavit ligna signata quæ vulgò dicuntur laia, & quicquid nemoris continetur intra prædicta ligna & jam dicta fossata, &c. Occurrit præterea in Charta 113.*

LEDDA. Vide *Leida.*

LEDGRAVIUS, vel *Leidgravius*, Comes *Ledæ* præpositus, præfectus, ex *Led*, de qua suprà, & *Greve*, præfectus. *Leidgrevii*, in Legibus Henrici I. cap. 8.

LEDIGH-MAN. Charta Ottonis *de Benthen* an. 1253. apud Frederic. Sandium in Consuetud. feudales Gelriæ tit. 1. cap. 1. §. 12. *Et proinde effecti sumus ligius homo, quod Teutonicé dicitur* Ledighman, *ejusdem Comitis Gelriensis contra quoslibet, &c.* Charta alia, ibid. n. 27. *& ipsius domini nostri Comitis prædicti & suorum hæredum erimus homines ligii dicti* Ledighman.

LEDTCHET. Charta Henrici Abbatis Fiscanensis in Tabulario Fisc. f. 34. *Hominibus nostris de Ria & eorum hæredibus in perpetuum relaxavimus Ledtchet, Childvvitefeld, & vendendæ domus consuetudinem, &c.*

LEDORIA, Convitium, ex Gr. λοιδορία. Joan. Sarisberiens. Epist. 212. *Quid autem scripsit, ut ledorias & scommata, id est, patentes morsus & figuratos taceam, &c.*

LEDO, *Ledona*. Gloss. Isidori: *Ledo, maris æstuatio.* Papias: *Ledona, æstus maris dicitur.* Alibi: *Euripus, est deductio maris, vel aquarum, quod fit secundùm crementum, vel decrementum Lunæ: & majus, Malina; minus, Ledona vocatur.* Glossarium Saxon. Ælfrici: *Ledona*, Nepflod vel *Ebba.* Vocis postremæ notionem mox indicat idem Scriptor: *Accessus*, Flod. *Recessus*, Ebbe. Sic fallitur Joannes de Janua, qui Ledoni adscribit quod Malinæ fuit: *Ledo, onis, fem. gen. i. maris exundatio, sicut Malina est ejusdem retractio, & dicitur à ledo, dis.* Beda de Natura rerum cap. 28. *Æstus crescentes Malinas; decrescentes autem placuit appellare* Ledones. Glaber Rudolfus lib. 3. Hist. cap. 3. *Cujus etiam maris (Oceani) excrementum Malinas, decrementum quoque Ledones nuncupant.* Simeon Dunelmensis de Gestis Regum Angl. ann. 793. *Lindis dicitur flumen quod excurrit in mare*

mare, duorum pedum altitudinem habens, quando Ledon fuerit, id est, minor æstus, & videri potest; quando verò Malina fuerit, id est, major æstus maris, tunc nequit Lindu videri. Eadem verò habet Roger. Hovedenus 1. part. p. 405. Willibaldus in Vita S. Bonifacii Archiep. Moguntini to. 2. Antiq. lect. Canis. *In loco ubi quondam pretiosus sancti Martyris effusus est sanguis, cum consilio populi Fresonum, structura cujusdam tumuli, propter immensas Ledonis & Malinæ irruptiones, quæ diverso inter se ordine, maris æstu, Oceanique recursu, sed & aquarum inundatione, infusioneque commoventur, ab imo in excelsum usque construerentur, &c.* Vetus Scriptor in Appendice ad to. 3. S. Augustini in lib. 1. de Mirabilib. sacræ Scripturæ, c. 7. *Hæc namque quotidiana inundatio bis in die à tempore ad tempus per horas 24. semper peragitur, & per alternatas hebdomadas Ledonis & Malinæ vicissitudo comitatur. Sed Ledo sex horas inundationis & totidem recessus habet; Malina vero grandis per quinque horas ebullit, & per septem horas littorum dorsa retegit, &c.* Vita sancti Condedi Monachi Fontanellensis, capite 6. *Hanc* (Insulam Belcinnacam in Sequana) *unda marina tempore Malinæ ac Lidonis ter per revolutionem diei ac noctis undique ambiendo invisere non negligit: quæ tanto sui vigoris impetu agitatur, ut ultra hanc Insulam ad orientalem plagam sexaginta millibus & amplius per lympham Sequanæ retrorsum incedens, usque ad locum qui dicitur Pistas, accedat, cùm à mari usque ad hanc insulam lymphaticum iter 30. ferè millibus æstimetur. Sicque hoc rheuma, quod de umbilico, sive charybde maris egreditur, bis in die fluctus absorbet, & rursum evomit, &c.* Martyrologium vetus à Furmerio laudatum in Orat. adversus Ubbonem Emmium: *Frisones in loco ubi Martyrum sanguis erat effusus, aggesta terra collem exaltarunt, propter Lidonis & Malinæ quotidianas eruptiones, cum maris æstu quotidiano prævenientes, ubi Ecclesiam extruxerunt.* Est igitur *Ledo*, seu *Leduna*, æstus maris languidior, qui per 4. pæne dies, tam ante, quàm post secundam atque ultimam Lunæ quadraturam, mense unoquoque accedit, cùm certis diebus languidiùs & minore aquarum cumulo terræ oras adlambit, *Malinæ* contrarius, quæ fit cùm effusiùs & majori æstuum quantitate in littus proruit & effunditur. Uti enim Lunam potentiorem credimus in conjunctione & oppositione Solis, debilem in aspectu ejus sextili & trino; ita æstus pariter fieri turgentiores vel depressiores, motum & affectum Lunæ cum Sole exactiùs prosequentes. Idem Beda: *Æstus Oceani Lunam sequitur, tanquam ejus aspiratione retrorsum trahitur, ejusque impulsu retracto refunditur. quod quotidie bis adfluere & remeare, unius semper horæ & dodrante & semuncia transmissa, videtur: ejusque omnes cursus in Ledones & Malinas, id est, in minores æstus dividuntur & majores. Sed Ledon à quinta & vicesima Luna inchoans, quot horis occurrit, tot & recurrit. Malina autem à 13. & 28. incipiens, citior in accessu, sed tardior in recessu, 7. diebus & 15. horis perseverat. In medio sui semper Lunam primam & decimam quintam ostendens, & per æquinoctia vel solstitia solito validiùs exæstuans: per octonos autem annos, ad principia motus, & paria incrementa, certissimo Lunæ revocantur ambitu: illa semper Aquilonia tenente mitiores, quàm cùm in Austro, digressa propiore nisu vim, quam exercet, æstus adfluere naturalis ratio cogit.* De his agit pluribus idem Scriptor c. 27. Cui adjungenda quæ Procopius lib. 1. de Bello Gothico c. 1. extremo, Mela lib. 3. cap. 1. Vegetius lib. 5. c. 12. Plin. Will. Brito lib. 8. Philipp. pag. 184. & alii tradunt de caussis reciproci æstus ad Lunæ affectus crescentis aut decrescentis.

Ledonum meminit etiam Ermentarius l. 3. de Vita & translat. S. Philiberti c. 1. *Quippe Insula Ledonibus maximè impedientibus non semper accessibilis esse potest nostratibus: cùm Normannis cunctis temporibus quibus mare tranquillatur, inaccessibilis esse minimè dignoscatur.* Ingulphus p. 902. *Mane exorta maxima tempestas, similiter & Ledone in naviculam irruente, &c.* Et Willelmus Malmesburg. l. 2. de Gestis Reg. c. 10. *Eodem anno* (979) *fluctus marinus, quem Græci Euripum, nos Ledonem vocamus, mirum in modum excrevit, quantum nulla hominum memoria potest attingere, ita ut villas ultra milliaria submergeret, & habitatores interemptos necaret.* Sed hisce locis *Ledo* pro *Malina* perperam usurpatur. Vita S. Theodulphi Abbat. n. 2. *Sed & in vita eorum & in morte stupenda fiunt miracula: quorum alia malinas æquiparant immensitate, ledones alia numerositate.* Vita S. Hermelandi: *Omnes cursus maris in ledones & malinas, id est minores & majores æstus dividi.*

De vocis *Ledo*, vel *Leduna* etymo variæ sunt Scriptorum sententiæ. Bridefertus Ramesiensis vetus Bedæ Interpres *Malinam* à *majore Luna*, *Ledonam* quasi *læsam undam* dictam putavit. Alii *Ledunas*, quasi *lætas Lunas*, dici volunt, quia cùm mare subsidet, temperatius est, & placidius. Unde Vegetius lib. 5. c. 11. de Luna: *Lætus orbis ac lucidus serenitatem navigiis repromittit.* Contrà verò *Malinam*, quasi *malam* vel *malignam Lunam*, quia cùm mare intumescit, ventis magis obnoxium sit. Josephus Scaliger l. 2. de Emendat. temp. p. 170. & Spelmannus *Ledunam* à Saxonico *Leid*, quod est *Lenis*, deducunt, quòd Ledunæ tempore mare *lenius* appareat: idque eliciunt ex Beda l. de Rat. temp. c. 15. qui ait veteribus Anglis *Lidam*, vocari menses Junium & Julium, quòd essent *blandi & navigabiles*, & *in utroque mense & blanda sit serenitas aurarum, & navigari soleant æquora.* Olaus Wormius in Fastis Danicis l. 1. c. 11. *Ledunam & Malinam* voces esse adstruit Danicas seu Runicas; Malinam nempe à *Magle*, id est, *magnus*, dictam, quasi *malignam*: quia Oceani intumescentis æstus majori copia aquas in littus effundit: Ledunam verò à *Liden*, id est, parvus, eo quòd decrescente æstus parvum ac minus reddatur mare, quàm antea erat: proindeque Bedam hæc nomina secum ex Cumbria in Angliam detulisse. Neque ab hac sententia procul abest Josephus Scaliger loco citato, scribens, Danos & Saxones πλημμύρας majores, *Malinas*; minores autem, *Ledunas*, vel *Lidunas* vocasse: tametsi hæc nomina tribuisse Malinis ac Ledunis quæ fiebant in pleniluniis amborum æquinoctiorum scribat. At longè ante Bedam istæc nota esse vocabula constat, cùm Marcellus Empiricus, qui in Gallia Theodosio seniore imperante vixit, utriusque ita meminerit, ut non tam æstui maris, quàm Lunæ ipsi tribuisse videatur: *Lidunam* enim *Lunam veterem*, seu decrescentem, vocat. Sic quippe c. 16 *Herba quæ Gallicè Calliomarcus, Latinè equi ungula vocatur, collecta Luna vetere liduna die Jovis, &c.* Et c. 25. *Colligitur die Jovis Luna vetere liduna ante prandium, &c.* Eodem c. *Conficitur vetere Luna & liduna à mense Martio, &c.* Lidunæ autem alio loco *Malinam* opponit: *Conficitur 12. Kal. Julias non interest quo die, vel Luna, vel Malina, dummodo supradictus dies observetur.* Ubi indubiè pro *Luna*, legendum *Liduna*. Unde nescio an non conjiciendum sit potiùs voces esse veterum Gallorum, quas ii Lunæ decrescenti ac plenæ tribuerint; ita ut postea ad ipsos maris æstus decrescentes & crescentes secundùm Lunæ ipsius affectus transtulerint.

Prædictis addo quæ habet Cleiracus de vocabulis rei navalis: *Au renouveau & au plain de la Lune, les eaux de la mer marinent & inondent au plus haut, & lors c'est chef d'eau*, Malina, id est, major æstus. *A jutte & trois jours apres le renouveau, ou le plain à chasque retour de marée, les eaux décroissent, & n'avancent si avant, & ce depuis le troisiéme jour de la Lune nouvelle, jusques au premier quartier, & depuis le troisiéme jour du plain jusqes au dernier quartier, & pendant cette langueur ou décroissement, sont eaux mortes*, ledon, minor æstus. *De sorte qu'à ce premier quartier, & jusqu'au dixiéme jour de la Lune, c'est Basses eaux. L'onziéme jour qui est aprés le premier quartier, les*

marées

marées commencent à surmonter la marée suivante plus que la precedente, & lors sont eaux vives. Ce qui proce le jusques au plain & trois jours aprés que derechef, c'est chef d'eau, continuant de la mesme revolution d'eaux mortes, jusqu'au dernier quartier, & de là viennent eaux vives jusques au renouveau. Cæterum extat in Bibl. Regia Cod. 1121. Tractatus *de Malina & Leduna.*

LECTRUM. Glossæ Isid. *Lectrum, analogium super quo legitur.* Eædem Glossæ: *Pulpitum, analogium, lectrum* Jo. de Janua: *Lectrum, & hoc legium. pro eodem, scilicet pro pulpito.*

LEGA, Locus. Lelando, *hurstlega, locus silvestris.* hẏ[illegible] enim Saxonibus est silva.

Lega, Gradus, bonitasque metallorum. Gall. *Aloy Alay*, in Articulis super Cartas editis ann. 28. Edvv. I. c. 10. Decreta Alberti Regis Hungar. *Cudantur obuli in eadem lega, qua ipsi majores denarii cuduntur.* Vide *Lex.*

LEGALIS, in Jure Anglicano, dicitur, qui stare jure idoneus est, cui opponitur *exlex*, ut lagatus. Papias: *Legalis, rectus, talis qualem lex præcipit.* Brito in Vocab. *Legalis qui legem servat & fidem.* Nostris, *leal*, pro *fidelis*. Leges Edvvardi Confess. cap. 19. *Expurgent se judicio Dei, quas si clementia Dei & innocentia sua salvaverit, remaneant legales cum dotibus suis & maritagiis.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 45. *Si quis diligiatus* (exlex) *legalem hominem accuset, funestam dicimus vocem ejus.* Tabularium Vindocinense ch. 242. *Hugo filius Odonis Dublelli, honorem Montis Dublelli obtinuit à Comite Gaufredo cogn. Martello, rogatu Hugonis patrui, de quo revestitus fuit in Curia Baronum, Militum, Legaliumque virorum.* Ibidem ch. 411. *Ad quos missi sunt quatuor legales homines qui de prædictis alodiis auctoramentum audierunt ex ore ipsorum.* S. Bernard. Epist. 121. *Neque enim & perjurus esse, & legalis simul manere poterit.* Matth. Paris an. 1244. *Affirmantibus quòd legalis factus fuerat precibus & muneribus fratris sui Andreæ versus Regem, &c.* Idem an. 1249. *Qui legales & boni viri reputabantur.* Historia fundationis Prioratus Dunstaplensis in agro Bedfordiensi: *Locus autem ille --- extitit undique nemorosus, & latronibus sic repletus, ut vix posset ibi legalis pertransire, quin per eosdem necaretur.* Occurrit non semel in legibus Scotorum, & alibi passim.

Legalis plaga, *plaie lejau*, in Consuet. S. Severi tit. 18. art. 1. 2.

Legalis filius, legitimus, in Tabulario Prioratus Paredi fol. 57. *Si filium legalem non habuerit.*

Legalitas, Probitas, ratione cujus quis juri stare potest, idoneus est, ac legalis. Hugo Flaviniacensis in Chr. p. 257. *Legatis è diverso respondentibus --- accusatorum esse probare quod objecerint, si legitimi sunt, vel in causa simoniæ, ubi nulla requiritur legalitas, eo quoque qui accusatur, Romanam Sedem appellante, &c.* Ordericus lib. 11. *Legalitatis, & futuræ derogationis immemor.* Lex Friderici I. Imp. apud Conradum Ursperg. *Universo jure, honore & legalitate privatus habeatur, ita ut ferendo testimonio, vel ad judicandum de cætero nequaquam sit admittendus.* Vide Waddingum an. 1347. n. 7. & Mauritium Episcopum Catanensem de Translatione S. Agathæ virg. num. 12.

Legalitatem suam redimere, in Legibus Canuti Regis §. 34. dicitur Judex qui pravo judicio edito exlex, legalitatem redimit, seu idoneitatem, mulctâ definita Regi exsoluta. Vide *Lagam redimere.*

LEGATARIÆ *Chartæ*, quibus res ac prædia Monasteriis & aliis *legantur*, ac donantur. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiens. cap. 4. *Multa Ecclesiæ nostræ prædia collata sunt, quæ describerentur, si non in promptu essent donationes, & chartæ legatariæ, &c.*

LEGATARIUS, Legatus, missus, πρεσβευτής; ita *Legatarium* reddit apud Theophanem auctor Miscellæ. Lex Ripuarior. tit. 65. §. 3. *Si quis Legatarium Regis, vel ad Regem, seu in utilitatem Regis pergentem hospitio suscipere contempserit, &c.* Gesta Dagoberti Regis Fr. c. 27. *Dirigens itaque Dagobertus Sicharium Legatarium ... Samonem, &c.* Fredegarius cap. 45. *Hi duodecim Duces, singulique legatarios destinant, pacem & patrocinium Imperii petentes.* Occurrit passim. Vide Epistolas 25. 26. 27. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. &c. quæ habentur to. 1. Hist. Franc. Flodoardum l. 1. Hist. Rem. c. 25. Aimoinum l. 3. Hist. Franc. c. 77. &c.

Legatorius, apud Walafridum Strab. in Vita S. Galli c. 3.

Legatarius, Executor testamenti, in 1. Testamento Widradi Abbat. Flaviniacens. *Perinluster vir Amalsindo quem in hac pagina testamenti nostri legatarium instituo.*

LEGATUM *principale*. Vide *Mortuarium.*

LEGATUS, idem qui *Missus*. seu qui in provincias à Principe ad exercenda judicia mittebatur. Annales Franc. Tilian. an. 799. *Legatos regios, qui tunc ad justitias faciendas apud eos commorabantur, comprehendunt.* Annales ibi Francor. *Saxones occasione nacta, Legatos Regis qui ad eos ob justitias faciendas missi erant comprehensos interficiunt.* Eghinardus an. 814. *Ad justitias faciendas, & oppressiones popularium relevandas, legatos in omnes regni sui fines amisit.* Frotharius Tullensis Epist. 25. nomine *Hetti Archiepiscopi Trevirensis, necnon & Legati Ludovici serenissimi Imperatoris: Notum sit tibi, quia terribile Imperium ad nos pervenit Domini Imperatoris, ut omnibus notum faceremus. qui in nostra legatione manere videntur, quatenus universi se præparent, &c.* Vide Adonem in Chron. an. 796. 815. Ratpertum de Casib. S. Galli cap. 5. & Capitul. 3. an. 812. c. 8.

Legatus, pro nuntio privati alicujus hominis. Occurrit in lib. Ramesf. sect. 265.

Legati à latere, seu Apostolici, à Romano Pontifice in provincias cum amplissima auctoritate delegati, quæ ejusmodi est, ut toto legationis tempore non secus ac Pontifex ipse, honorentur, & suprema in ... Ecclesiasticis potestate gaudeant, & ad Apostolicam sedem factas appellationes ipsi judicent, ut est in cap. 1. extr. de officio Legati. Gregorius VII. PP. in Epist. qua Legati munus Amato Episcopo Oloron. ... ; *Romana Ecclesia hanc consuetudinem habuit ab ipsis suæ fundationis primordiis, ut ad omnes partes quæ Christianæ religionis titulo prænotantur, suos Legatos mitteret, quatenus ea quæ gubernator & rector ejusdem Romanæ Ecclesiæ per suam præsentiam expedire non prævalet, vice sua Legatis concessa monita salutis, ac morum honestatem per eos cunctis per orbem terrarum constitutis Ecclesiis nuntiaret, easque Apostolica doctrina in omnibus quæ sacræ Religioni conveniunt diligenter instrueret.* Vide Ep. 1. & 26. Joannis VIII. PP. ex iis quas Sirmondus edidit, præterea Petrum Morinum lib. 1. Exercitat. cap. 20. & Andream Saussaium in libello apologetico c. 2. & suprà. *Lateralis.*

Generatim porro *à latere* mitti ac delegari quivis Legati dicuntur, qui ex familia mittentis sunt. Possidius in Vita S. Augustini c. 13. *Propter quod ... dum etiam à suo latere --- ad Africam judicem miserat.* Concilium Sardic. c. 5. εἰ --- ἀπὸ τοῦ ἰδίου πλευροῦ πρεσβύτερος ἀποστείλαι. Gregorius M. lib. 12. Ep. 12. *A quo cum veneritis, quem a latere nostro transmiserimus eas possit accipere* Monachus Sangall. l. 2. c. 9. *Tunc ex latere Cæsaris directi sunt, qui eos honorificè introducerent.* Epistola Bonifacii PP. I. in Synodo Rom. sub Bonifacio II. edita ab Holstenio: *Quas* (litteras) *à nobis per Severum Apostolicæ Sedis Notarium --- è nostro latere destinatum videatis esse directas.* Concilium Carthag. VI. c. 3. *Deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut è latere suo Presbyterum mittat.* Concilium Dusiacense I. part. 5. *Vel si decreveritis mittere à latere vestro habentes auctoritatem vestram, qui cum Episcopis judicent, &c.* Victor III. PP. l. 1. Dial. *Optimos ex latere suo viros Capuam mittere placuit Pandulpho Principi.* Silvester Gir. ... Præfat. ... Hiberniæ ad Regem Angliæ: *Placuit Excellentiæ vestræ ... me cum dilecto filio vestro Ioanne in Hiberniam à latere vestro transmittere.* Vide Juretum ad Epistol. Ivonis 36.

Lega-

Legati Apostolici à latere munus Regibus etiam indultum à summis Principibus legimus. Scribit enim Rogerus Hovedenus ann. 1164. Henrico II. Regi summum Pontificem concessisse, ut *Legatus esset totius Angliæ*: quod ille munus certis de causis abnuit.

Legati nati, Archiepiscopi vel Episcopi, qui jure Legatorum Apostolicæ Sedis in suis diœcesibus ac provinciis gaudent. Bulla Urbani PP. ann. 1378. de Cantuariensi Archiepiscopo: *In suis civitate & diœcesi ac provincia Cantuariæ, in quibus Apostolicæ Sedis Legatus natus existit, &c.* Eoque jure à potestate & ditione Legatorum ab Apostolica Sede in Angliam delegatorum immunes erant, ut est apud Gervasium Dorobernensem in Actis Pontificum Cantuar. in Willelmo p. 1663.

Legatus Imperii, qui aliàs *Vicarius*. Extat Ottonis Imper. diploma ann. 1209. apud Corium in Histor. Mediol. part. 2. quo Wolphgero Patriarchæ Aquileiensi legationem totius Italiæ committit, ubi hæc habentur: *Volentes quòd ipse vice & loco nostro & Imperii Legati, & quidquid ipse ibi de honore nostro & Imperii tractaverit, nos per omnia sumus habituri.*

Legatia, Districtus Legati, intra quem jurisdictionem suam exercet, apud Matth. Paris ann. 1217. & Bromptonum ann. 1214.

Legatio, Munus & officium Legati. Chronicon Reicherspers. an. 936. *Agapitus PP. dedit Pallium & Legationem cum privilegio Gerahardo Episcopo Lauriacensi. Ann. 971. Hic Benedictus PP. dedit Pilgrimo Lauriacensi Archiepiscopo Pallium, & commisit legationem cum privilegio.* Alexander PP. successor Evaristi, ad Episcopos: *Si quis autem Legationem vestram impedit, non unius, sed multorum profectum avertit.* Vide Capitul. 5. ann. 819. c. 1. Concilium Triburiense ann. 895. c. 9. &c.

Legatio, Provincia ubi Missi dominici legatio obitur, quæ & *Missaticum* dicitur in Capitul. 3. ann. 812. c. 7. Capitul. an. 828. c. 3. 4. &c. Charta Willelmi Siciliæ Regis an. 1156. apud Baron. *In Apulia & Calabria, & partibus illis quæ Apuliæ sunt affines, Romana Ecclesia liberè legationes habebit. Illi tamen qui ad hoc à Romana Ecclesia fuerint delegati possessiones Ecclesiæ non devastent.*

Legatio, Epistola formata. Concilium Rotomagense ann. 1050. cap. 9. *Ut Episcopus alterius diœcesis Clericum, nisi sub legatione, aut probabilibus signis ordinare præsumat.*

LEGATORIUM. Ugutio: *Pulpitum, analogium, legium, lectrum, legatorium, in quo publicè legitur.*

LEGENDA, *Legendarius*, liber acta Sanctorum per anni totius circulum digesta continens, sic dictus, quia certis diebus *legenda* in Ecclesia & in sacris synaxibus designabantur à moderatore Chori: unde à Græcis συναξάρια appellantur. Belethus c. 60. & ex eo Durandus lib. 6. Rat. c. 1. n. 29. *Legendarius vocatur liber ille, ubi agitur de vita & obitu Confessorum, qui legitur in eorum festo Martyrum autem in Passionariis, Leggenda*, Joanni Villaneo l. b. 4. cap. 16. Braulio Cæsaraugustanus in Vita S. Æmiliani in Epistola ad Frominianum: *Libellum de ejus Sancti vita conscripsi, ut possit in Missæ ejus celebritate quantocius legi.* Joannes Neapolitanæ Ecclesiæ Cimeliarcha in præfat. ad Vitam S. Joannis Episcopi Neapolitani: *Et cum vita ejus, & qualiter fuerit ad Episcopum assumptus & in eo laudabiliter conversatus, in Chronicâ haberetur antiquâ: nec tamen legenda, quæ ad honorem ejus in festivitate sua legeretur, scripta aliquatenus appareret, &c.* Utuntur Philippus Eysteteusis in Vita S. Wilibaldi cap. 20. 28. Rainerus contra Waldenses cap. 5. & alii.

LEGERGILDUM, Mulcta irrogata ei qui fugitivum servum excipit, & cubile, quod Saxones Leȝeꞃ-beꝺꝺ vocant, præbet. Leges Henrici I. cap. 11. *Si quis Dei fugitivum habeat injustè, reddat ei ad rectum, & persolvat et cujus erit, & Regi emendet secundùm Legergildum.* Somnerus perperam scriptum putat, pro *Weregildum.*

LEGERWITA. Vide *Lairwita.*

LEGESPEND, apud Manwodum & Covvellum, pro *Lespegend.* Vide in hac voce.

LEGIA, *parva navis*, Joanni de Janua, nostris *Alege.* In Gloss. Lat. Gall. *Legia: Nef, ou le gras de l'oreille.* At posterior significatio voci, *Legula*, convenit. Ebrardus in Græcismo c. 10.

> *Ossis cartilago: sed legia dicitur auris,*
> *Cartilago tamen amborum dicitur esse.*

Aurium legulas dixit vetus Scriptor.

Legia apud Gossellinum in Vita S. Wereburgæ n. 12. idem est quod *leuca.*

LEGIDES. Pactum MS. inter Clericos Ecclesiæ Lugdunensis, & Guigonem Comitem Forensem ann. 1167. *Legides fori & feriarum communes, & clamores atq; banni communes, exceptis Clericis & familiis eorum domesticis.* Fortè pro *leidæ*, seu præstationes. Vide in hac voce.

LEGIFERI *provinciarum*, apud Suecos, non semel occurrunt in Erici Upsalensis Historia Suecor. l. 3. p. 57. 74. 79. 80. 96. 99. 111. 119. &c. Horum districtus *Legiferatus* dicitur lib. 2. pag. 44. *Non advertit patriæ consuetudinem, & privilegia regionis, quibus cavetur ne Rex sine comitiva antiquitus designata, Legiferatum aliquem Regni intrare præsumeret. Sic enim laudabilis Regni decernit antiquitas, ut unusquisque Regni districtus Regem per suos limites propriis viris & armis salvum perducat, & juxtà positis deducendum assignet.*

LEGILE, Analogium. Vide Ceremoniale Episcopor. lib. 1. c. 11. ubi *instar legilis* esse dicitur Presbyter qui Episcopo sacra facienti de libro ministrat.

LEGISFALCK. Throvvczius 1. part. Chr. Hungar. c. 5. *Ibidemque in montibus hujus deserti gryphones nidificare, & aves Legisfalck, quæ vulgo Kerechet vocantur, pullos generare posuerunt.* Fortè intelligit eam falconum, seu accipitrum speciem, quam *cercerellas* nostri vocant.

LEGISTA, *qui docet leges, vel qui vacat legibus*, Ugutioni. Anonymi liber Revelationum cap. 21. *Iste autem suo tempore inter eos, quos Legistas & Decretistas vocant, peritissimus habebatur.* Tidericus Langenius in Saxonia:

> *Illic doctores Decretorum meliores,*
> *Sunt ibi Legistæ multi, pariterque Sophistæ.*

Jo. Fortescutus de Legibus Angl æ cap. 8. *Denominari Legista mereberis, si legum principia & causas usque ad elementa, discipuli more, indagaveris.* Martialis Parisiensis in Arestis amoris:

> *Aprés y avoit les Deesses,*
> *En moult grand triomphe & honneur,*
> *Toutes Legistes & Clargesses,*
> *Qui scavoient le Decret par cœur.*

LEGISTERIUM. Jus, Juris & Legem scientia. Ericus Upsalensis lib. 6 Histor. Suecicæ: *Habebat autem Rex Carolus Præfectos nequissimos--- qui sub specie justitiæ conservandæ, & injustitiæ puniendæ, erant in legisterio doctissimi. In tantum autem legisterium pertractabant, ut vix inveniretur in Regno unus rusticus, qui non esset à Præfecto suo in pecunia & rebus aliis talliatus.* Suprà eod. lib. pag. 195. *Consedentibus igitur cunctis, qui vocem in electione Regis habere putabantur, non tantùm secundùm formam Legisterii, datis scrutatoribus, duobus scilicet Episcopis, & duobus Militibus, tres electi fuerunt.*

LEGITIMATIO *per subsequens matrimonium* inducta primitus fuit ex lege à Constantio M. lata, quam restituit Zeno I. Divi Cod. de Natur. liber. ac deinde Justinianus Nov. 12. 84. 117. &c. receptaque in jure Pontificio, ex rescripto Alexandri III. PP. in Append. ad Concilium Lateran. ann. 1181. part. 33. cap. 1. & cap. 6. extr. Qui filii sint legitimi. Ab Anglis tamen non admissa, nisi quantum ad gradus Ecclesiasticos: quoad verò successionem in bona paterna, omnino repudiata, Statuto præsertim Mertonensi an. 1235. c. 9. 20. quod etiam observatum à Bractono l. 2. c. 29. §. 4. For-

Fortescuto de Laudibus Legum Angliæ cap. 39. auctore Fletæ lib. 1. cap. 15. §. 3. & lib. 6. cap. 39. §. 34. & Seldeno in Dissertat. ad Fletam cap. 9. Vide *Pallium*.

LEGITIMUS, ex Lege idoneus ad aliquid agendum. Lex Longob. lib. 2. tit. 29. §. 1. *Hoc prospeximus ut intra 18. annos non sit legitimus homo ad res suas alienandas, &c.* Vide *Legalis*.

LEGIUM, seu *Legivum*, in Gloss. Lat. Gall. *Pulpitre, Letrin à mettre livres sus.* Ugutio: *A lego, lectrum & legium, pulpitum.* Leo Ostiensis lib. 3. Chr. Cas. c. 31. (al. 33.) *Legivum quoque perpulcrum & eminens in eo constituit.* Cap. seq. *Legivum quoque pulcherrimum auro atque coloribus pictorum ingenio decoratum ibidem extrui jussit.* λογεῖα & *Logea* Græci vocabant ejusmodi pulpita, non ea duntaxat in quibus recitabantur comœdiæ, ut auctor est Vitruvius lib. 5. cap. 8. sed & Tribunalium juridicorum & Ecclesiarum. Hesychius: βῆμα, πλείονα μὲν σημαίνει· κοινότερον ἢ ὅτως, καὶ τὸ λογεῖον, ὥσπερ ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ δικαστηρίῳ. Sed hîc pro ὅτως, quod nihili est, videtur legendum οὖδας, *solum, pavimentum*, editius scilicet.

LEGIUS. Vide *Ligius*.

LEGULA. Ælfricus: *Legula, vel Coclea, vel Code, Mete-lacca.* Ubi Somnerus: *Legendum fortè, loculus, vel locellus, Metesaca, vel Codde.* Sed hîc *legula*, est pro *ligula*, quæ est mensura Medicis & aliis nota, de qua Marcellus Empiricus p. 47. 122. Glossæ vett. κοχλιάριον, *cochliarium, ligula.* μύστρον, *legula.*

LEGUMENARIUS, ὀσπριοπώλης, in Gloss. Gr. Lat.

LEHEN. Charta Rudolfi Imp. ann. 1277. in Metropoli Salisburg. tom. 1. pag. 390. *Idem in villa Hollern sex mansos & dimidium mansum, qui Leben vulgariter nominatur, 14. libras solventes, quos ibidem dominus noster nunc habuit liberos & solutos, &c.*

LEHENRECHT, Jus feudale; vox Germanica ex *Lehen*, feudum, & *Recht*, jus, rectum. Gesta Marcvvardi Abbatis Fuldensis: *Abbatis totius utilitas in Laïcorum manu posita fuit, & si aliquis eis contradicere vellet Abbatum, ac judiciali lege placitum faciens, justitiam ab eis exquirere cœpisset, ingeniosa & callida argumentatione juris sui, Lehenrecht nominant, anguis more de manibus elapsi, per anfractus sermonum sine suo discrimine effugiebant.*

LEIA. Vide *Leda*.

LEIBO, *Leibunculus*, Panis crassior, & relictis furfuribus minùs candicans, Goldasto. Ephemerides Monasterii S. Galli tom. 1. Rerum Alam. 16. *Kl. Dec. Eodem die dantur carnes, pisces, casei & ova cum stoupo, & maximo leibone & minore leibunculo de stanheim.* Occurrunt passim ibi 15. Kl. Mart. 3. Non. April. &c. Vide Joann. Winckelmann. in Notitia Saxo-Westphalic. pag. 458.

LEIDA. Vide *Leudis*.

LEJEWITE, *Lejervvite.* Vide *Lairvvita*.

LEIGIUM. Charta Henrici Regis Franciæ an. 1060. pro Ecclesia S. Martini de Campis: *De redditibus quidem pastionis vieriæ, silvæ, atque Leigii, omnem decimam --- concedo.* Occurrunt eadem verba in alia Charta Ludovici VII. an. 1137. Idem videtur quod *Alegium*. Vide in hac voce.

LEIOSTREA. Vide *Aspratilis*.

LEIPA, Fuga, vox incertæ originis. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 43. *Si quis à domino suo sine licentia discedat, ut leipa emendetur, & redire cogatur.*

LEITEHUNT. Vide *Canis*.

LEITO. Charta Alfonsi III. Reg. Portugalliæ ap. Brandaon. to. 4. p. 279. v. *Gallinam, caponem, capritum, anxerem, aut leitonem.*

LEYRWITA. Vide *Lairvvita*.

LEM. Vide *Arata*.

LEMIGA. Vita S. Parduli Confessoris in Cod. MS. & apud Labeum tom. 2. Biblioth. pag. 601. *Quidam ex rusticis vulgaribus -- dum ligna ad usum ignis cæderet, ut adsolet, in vetusta arbore, bolidos, quos vulgò lemigas vocant, adhærentes reperit; & cùm eas collegisset, decrevit ut eas ad virum Dei Pardulum deferret, &c.* Mox: *Sciscitatus ab eo cui has deferret lemigas. Tunc homo confitendo dixit, quòd ad virum Dei Pardulum, qui nihil carnium, nec volatilium edebat.* Occurrit ibi semel ac iterum: ubi *bolidus*, ponitur pro *boletus*, uti haberi in MS. Compendiensi monet Mabillonius, fungus, *Champignon.* Sic *lemiga*, idem erit quod *boletus*.

LEMMANE. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. c. 84. *In illis autem diebus cùm jam semina triturarentur, & sicut lemmane vestitum segetibus nudum habetur, à silvis intercedente gelu, cùm non esset unde ignis accenderetur, ab ipsis paleis focos sibi adhibuerant excussores.* Ita præferunt tres Editiones: qua voce pars Arvernorum agri intelligitur plana & fertilitate nota, quæ vulgò *Limaigne* dicitur, quamque *Lemane Arvernam* vocat idem Gregorius lib. 3. Hist. cap. 9. *Limane*, lib. 5. cap. 35. quam vocem quidam ab *alimonium* deducunt; vel quòd ea animalia usui rustico necessaria nutriat, quæ Hispani *alimana* vocant. Vide Jacobum *Bourgoing* de Origine & usu vulgarium vocum p. 76. & infrà in *Limania*.

LEMNIA, *Lemna, Lempna.* Si..va. Tabular. S. Eparchii Inculism. *Ego dono -- & ad ignem & ad alia necessaria omnes arbores Lemniarum mearum de Pontos, præter chaisnum & fraxinum.* Charta Aimerici de Ronconio, ibid. *Dono Deo & S. Eparchio lo chausatgha in lempnis meis, quantum eis opus fuerit ad suum chausatgh..* Rursum fol. 870. *In illa terra, quæ est trans la lemna de Palirs, juxta mansum Brolii.*

LENA, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. cap. 37. *suber* seu *liege* vertitur à veteri Interprete Gallico.

LENCIUS. Testamentum Sancii I. Regis Portugalliæ æræ 1217. apud Brandaon. to. 3. pag. 260. *Habeat & meas cintas, & meas scarlatas, & penas varias, arençanes & lencios*, id est, *lintea*.

LENHAIRRARE. Vide *Tasca*.

LENICANARIUM, Vestis species. Catholicon Armoricum: *Huclien, Gallicè, Huquet de toile, Lat. hoc lenicanarium. Item prætexta, Gall. Hucquete à genes enfans. Hucpilloter, Gall. Hucque pillotée, Lat. hac lacerna.*

LENONIA, Lenocinium, *Maquerelage.* Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 1. extremo: *Ad amplexus Arnolfi Regis clam dum peteretur, respondisse fertur leniniæ procis. &c.* Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicil. c. 205. *La peine de lenoine & de lecherie, &c.*

LENTARE, pro *morari*, non semel usurpat Gregorius M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 1. 42. lib. 10. Epist. 35. Papias: *Lentare, tardare.* Vide *Adlentare*.

LENTEA, *Fovea.* Papiæ.

LENTERNA, *Vincula modica.* Papiæ.

LENTIARIUS, pro *Lintearius.* Gl. Græc. Lat. ὀθονιακός, *lentiarius.* Sic etiam in Gloss. S. Bened. pag. 266. λέντιον, dixere Pisides in Hexaemero v. 1747. Palladius in Hist. Lausiaca c. 52. Germanus Patr. CP. p. 150. & alii quos laudat Meursius.

LENTIACUM. Præstatio ex *lentibus.* Vide *Mestivarius*.

LENTICULA, Eucherio Lugdun. *Vasculum ex ære habens oleum quo ungebantur in Regnum* Lib. 1. Reg. c. 10. 1. lib. 4. c. 9. ubi Græc. Interpr. φακὸς ἐλαίου.

LENTICULARIA, Ager lenticulis consitus. Lex Salica tit. 29. §. 13. *Si quis in napiam, in fabariam, in lenticulariam, vel his similia ad furtum faciendum ingressus fuerit, &c.* Vett. Gloss. *Lenticla*, φακῆ.

LENTIO, ὁ ἐν τοῖς περὶ θεῶν ὀρχήμασι. Vide Salmasium ad Vopiscum p. 504. & Joan. Kirchmannum lib. 2. de Funerib. cap. 7.

LENWAR. Vetus Charta Danica, apud Isaacum Pontanum, lib. 7. Hist. Danicæ p. 389. *Ita tamen quòd eidem ratione receptionis bonorum prædictorum, Ecclesia nostra homagio adstringantur, secundùm quod cæteri vassalli Eccle-*

Ecclesiæ ratione suorum lenvvar receptorum ab Ecclesia, affecti fuerint ab antiquo.

LEODE, *Leodis.* Vide *Leudis, Leudum.*

LEONES, Nummi aurei Francici. Vetus Regestum: *A 1. Febr. 1336. ad 14. Novemb. 1338. fiebant Leones ponderis 48.* Vide infra *Moneta.*

Ita etiam appellati nummi aurei Comitum Flandriæ ac Ducum Burgundiæ, quòd in iis effictus esset Leo. Horum typum exhibet Hautinus in lib. de Monetis Francicis pag. 95. Magnum Chronicon Belgicum ann. 1456. *Insuper declaratum est, quòd eidem Gusberto pro suis expensis tribueretur summa 50. millium Leonum.* Inseram hoc loco quod de *Leonibus*, & cæteris ejusce ævi Flandricis & Belgicis aureis habet Regestum urbis Ambianensis, à Joanne Bargoul, Clerico ejusdem urbis, descriptum, fol. 113. 114. ne posteritati pereat.

Empirance faite pour l' œuvre du Denier d'or appellé Lions de Flandres, qui est à 23. Karats d'or fin, en aloy 57. demy de pois sur le Mark de Troies, duquel la traitie du Mark d'or fin est de 60. d'iceux Flourins pour Mark d'or fin, dont l'en donra à tous Marchans 58. livres 16 sols, ledit Flourin compte pour 20. sols de la monnoie du Maistre, & de tout autre or à l'avenant.

Mars 1453.

Primò *pour le Mark d'or fin alijer convient 6. Estrelins, 2. tierch d'aloy qui peut valoir euviron une maille de ladite monnoye pour chascun Estrelin, & est pour chascun Mark d'or fin 6 sols 8. den. vaut l'Estrelin.*

Le viez Escu de France de 64. sur le Mark Empirance 5. den. 53. gros 21. mites.

Couronnez au grand Escu de 64.—7. den. 53. gr. 9. mites.

Couronnez Augustins de 64.—13. den. 48. gr. 14. mites.

Couronnez à l'Aignelet de 68. — 24. d ob. 46. gr.

Couronnez à la Trangumuë de 68. — 2. s. 9. d. ob. 43. gr. 6. mites.

Couronnez à la Croix S. Andrieu de 68. — 2. s. 7. den. 42. gr.

Couronnez à le droite Croix de 68. & demy. 4. s. 2. d. 39. gr.

Le premier Piectre de Namur de 67. & demy. — 3. s. 10. d. 40. gr.

Escu Guillermus seconde de 68. — 4. s. 2. d. 39. gr. 9. mites.

Premiers & derniers Pietres de Brabant de 68. & demy — 4. s. 8. den. 37. gr. & demy.

Premier Clinquart de Gand de 68. & demy — 5. s. 9. den. ob. 34. gr. 3. mites.

Clinquart a point dessous le D. 68. & demy — 6. s. 1. d. 33. gr.

Clinquars à le droite Croisette 68. & demy — 6. s. 9. d. 31. gr. 5. mites.

Clinquars à 3. Agnelets de 68. & demy — 7. s. 1. d. 30. gr. 4. mites.

Mailles d'Utrecht Frederic & de Baviere de 74. — 6. s. 5. d. 28. gr. 9. mites

Mailles à Ernouldus des tierches qui sont des derraines. de 78. s. 3. den. — 22. gr. 6. mites.

Mailles de Mens & de Bethune de 78. — 7. s. 9. d. 22. gr.

Nobles de Gand de 35. & demy — 17. d. ob. 95. gr. 8. mites.

Mailles de Rin viefes de 71. — 3. s. 3. d. 40. gr.

Mailles Poustulas les premieres de 75. — 4. s. 8. den. ob. 32. gr. 19. mites.

Mailles à l'Estoillette de 75. — 5. s. 22. gr.

Mailles ou bon Triearon de 75. — 5. s. 4. d. 31. gr.

Mailles au bon T. de 76. — 6. s. 10. den. ob. 25. gr. 6. den. ob.

Mailles au mauvais T. de 76. — 7. s. 3. den. 24. gr. 7. den.

LEONES. Vide *Marc Leonis.*

LEONIFERI, à Petro Diac. lib. 4. c. 37. al. 39. inter vexillarios Eccl. Rom. recensentur: *Aquiliferos, Leoniferos, Lupiferos, Draconarios, &c.*

LEONINI *versus.* Sic fortè nuncupati, quòd inventi fuerint à quodam Leone Poëta, qui circa tempora Ludovici VII. vel Philippi Augusti Regum Franciæ vixit, cujus meminit Ægidius Parisiensis in Karolino lib. 5.

Nec minùs in sacris meliùs sermone Leonem
Ludentem historiis, & quem intepuisse dolemus.

Quæ est etiam sententia Stephani Paschasii lib. 7. Disquisit. Francicar. cap 2. ubi complures ejusdem versus descripsit perelegantes, in iisque aliquot ex iis quos Leoninos appellamus, vel Rythmicos, & ὁμοιοτελεύτας. Thierricus Vallifcoloris in Vita Urbani IV.

His replicans clarè tres causas explico, quare
More Leonino dicere metra sino.

Episcopus Senogall. in Itinerario Gregor. XI. PP. *Mihi quoque indulgeatis, meæque imbecillitati ac imperitiæ ascribatis, quia passus Leoninos & Rhetoricas prosequutus non sui* Guillelmus Goiartus.

Et cils qui re set en sa rime.
Qu'est consonant, ou lionime, &c.

Et alibi:

Contre celui un en feroie,
Ou leur bobes adreceroie,
Et seroit come lionime,
De larais jusques en la cime.

Vide Chronicon Augustanum part. 2. c. 2. & Fauchetum lib. 1. de Poëtis Francicis cap. 6.

Leoninitas. Metullinus ad Ebrardum Betun. in Græcismo c. 15 *Fortè duxit iis, ut haberet leoninitatem in versu.*

LEONISTÆ, Hæretici, qui aliàs Valdenses, à quodam *Leone*, uti vult Goldastus, vel ut Illyricus Centur. 12. cap. 8. Freherus, ipse quoque Gretzerus, à Lugdunensi civitate, quæ *Lion* dicitur, appellati. Horum mentio in Constitutione Friderici contra hæreticos, & apud Remerum libro contra Valdenses cap. 4. qui ita in Alemannia potissimùm indigitatos observat, & c. 5. hanc originationem firmat: *Secta pauperum de Lugduno, qui etiam Leonistæ dicuntur.* *Lugdunenses* vocat Guill. de Podio Laurentii in Chron. in Præfat. *Valdenses sive Lugdunenses.*

LEPA, Mensuræ species apud Anglos. Vox formata à Saxonico Leap, Calathus, Corbis. Extenta de *Garingges*, apud Spelmannum: *Debet triturare tres bussellos frumenti, & dimidium lepæ, vel 5. bussellos fabarum, pisarum, vel vescarum.* Extenta alia Manerii *de Cerring* in agro Suffexiensi an. 5. Edw. I. in Archivo Archiepisc. Cantuar. *Willelmus le Cuperc tenet ferlingum unius virgatæ, continentem 14. acras pro 18. den. solvend. — & colliget de nucibus in bosco domini tertiam partem unius mensuræ, quæ vocatur lepe, quod est tertia pars 2. bussellorum, & valet quadrantem.*

LEPISTA, *Genus vasis*, in Gloss. Lat. MS. Reg. diminutivum fortè à *Lepa.*

LEPORAREATORIA. Chronicon Pisanum ab Ughello editum, an. 1159. *Fecerunt quinque galeas ad custodiam maris, & fossam magnam in leporareatoria, usque prope petraria de Trisi, &c* Vereor ne mendum subsit, pessimè enim Ughelliana Italia impressa est. Legendum fortè *Leporaria.*

LEPORARIUS. Vide *Canis leporarius.*

LEPORETA, dicta arva inculta, ubi lepores morari amant. Hinc sumpsit appellationem *Alebretorum* nobilis familia in Vasconibus, quorum sedes præcipua in *Landis*, seu arvis eremis & incultis Vasconum extat, qui in veteribus tabulis Latinis *de Leporeto*, apud Froissartem *de Lebret*, ferè semper cognominantur. Vide Historiam Abbatiæ Condomensis pag. 447. 468. & Marcam in Hist. Beneharn. lib. 7. c. 10 n. 3.

LEPORIUM, Locus ubi lepores asservantur. Monasticum Anglic. to. 2. p. 1035. *In turbariis, in vivariis, & leporiis, in Ecclesiis, & capellis, &c.* Videtur legendum *leporariis.* Gloss. Gr. Lat. λαγοτροφεῖον, *leporarium*, in MS. Cod. λαγωτροφεῖον habetur.

LEPRATICUS, *lepra infectus*, apud Stephanum African in Vita S. Amatoris n. 28.

LEPROSORIUM, Domus leprosorum, in Chronico Colmariensi part. 2. an. 1293.

Leprosariæ domus, in Histor. Episcopor. & Comitum Engolism. cap. 35. extremo.

LEPTIS, Filius fratris, in Glossis antiquis MSS.

LEPUDIUM. Glossæ antiquæ MSS. *Homo elegans & mollis, facetus, Lepudium vocatus.*

LEPUSCULA, Gloss. Sax. Ælfrici: *Tesseræ, vel lepusculæ*, Ȝeðerscite Tæfel, apud Somnerum, Tæfl, est alea, tessera, talus.

LERWITA. Vide *Laervvita.*

LESDA. Vide *Leuda.*

LESLING. Vide *Lestagium.*

LESPEGEND. Constitutiones Canuti Regis de foresta c. 2. *Sint sub quolibet horum quatuor ex mediocribus hominibus, (quos Angli Lespegent vocant: Dani verò Yoong mon vocant) locati, qui curam & onus tum viridis, tum veneriæ suscipiant.* Ubi Spelmanus legit *Lesthegen*, id est, *Theinum*, seu *Baronem minorum. Theinorum* enim duo erant genera, majores, quos *Theinos Regis* appellabant, & *Theini* simpliciter, seu Theini minores, qui iidem erant qui *Barones minores*, & nonnunquam *liberè tenentes* nuncupantur.

LESSA, JC. Anglis, significat locationem terratum vel tenementorum alicui factam: ex Gallico *Laisser*, relinquere, nostris *Bail à ferme*. Cowell Vide *Laxa.*

LESTA. Vide *Leta.*

LESTAGIUM. Vide *Lastagium.*

LETA, JC. Anglis, est quædam jurisdictio, quam Vicecomes (Regius) de certis minoribus criminibus & aliis causis infra Comitatum, ut Regis Officialis, exercet: quam quidem jurisdictionem habent etiam alii intra limites sui manerii, dummodo eam vel Charta Regis, vel præscriptione ad se pertinere ostendant. Ita Cowellus. Vulgo *à leete*, vel *à court-leete*. Tenebatur verò *leta* in singulis villis semel quotannis, hoc est, juxta Magnam Chartam cap. 36. sub festum S. Michaëlis: interdum ad semestre spatium renovabatur; sed tunc *leta* posterior *Residuum letæ* nuncupabatur. Bis teneri letam docet etiam Charta Edvvardi III. ann. 1358. *Visus franci plegii, cum omnibus ad hujusmodi visus pertinentibus, & in letis suis in quolibet hundredorum prædictorum bis per annum tentis.*

Scribit Spelmannus *letam* Anglo-Normannis *visum francii plegii* appellari, quod conscribi hîc soleant liberiores villæ, seu designatæ stationis, homines, pacis regiæ fidejussores. Est perinde, subdit ille, hæc Curia prisca illa quæ inter Saxones ad *Friborgos*, *Decanias*, *Tonmentalas* pertinebat, & cognoscit, non de læsa Majestate, sed de aliis omnibus transgressionibus & delictis contra pacem regiam, regiam dignitatem, & bonum publicum, & statuta plurima infra præscriptam contingentibus ditionem. Animadvertit tamen non in hæc omnia, sed propemodum in leviora: gravioribus, utpote feloniis, &c. ad Justitiarios Assisarum è statuto an. 1. Edvv. III. relegatis.

Quando autem & quo auctore facta sit hæc *letarum* distributio, incertum est, nisi referatur ad Alvredum, qui *friborgas*, id est, *francos plegios*, de quibus hæc Curia cognoscit, instituebat, licèt *letæ*, aut *visus franci plegii*, vocabula in Anglo Saxonum, vel Anglo-Normannorum Principum tabulis minimè deprehendantur: sed discretis appellationibus concedi inter privilegia, *Grithbrich, Fithvvite, Bloodvvit, Hamscke, Forstall, VVeif, Stray*, & plurima hujusmodi, quæ collectivè sub *letæ* nomine continentur. De vocis etymo nihil certi traditur à Spelmanno & Somnero, qui, ut solent, à Saxonico deducunt. Hos consule, si lubet: nam cùm res perspicua non sit, eorum sententiis recensendis tædet immorari.

Leta interdum sumitur pro *emendis*, seu mulctis quæ in *letarum* judiciis irrogantur. Charta Ricardi II. Regis Angl. tom. 1. Monast. Angl. p. 538. *Terras, tenementa, redditus, letas, servitia, feoda Militum, &c.* Et pag. 576. *Cum vvardis, maritagiis, releviis, escaëtis curiis lestis*, (leg. *letis*, *hundredis, &c.* Alia tom. 2. p. 275. *Et de omnibus amerciamentis --- tam pistorum, braciatorum, quàm cæterorum --- quæ eidem Rogero vel hæredibus suis qualitercunque, in quocunque defectu in leta ejusdem villæ --- competere seu pervenire potuerunt.* A *leta* fortè hoc significatu Provinciales nostri hausere suum *late*, pro ea emenda pecuniaria quæ debetur pro contestatione.

LETABUNDUS, pro *lethalis*. Vita S. Guthlaci n. 27. *Arrepta lunali bipenne, tria virorum corpora letabundis ictibus humi sternens mori coëgit.*

LETANIA. Vide *Litania.*

LETH. Vide *Lech* & *Lata.*

LETHA. Vita S. Carthaci Episcop. n. 12. & ipse solus egrediens duas *Lethas libris plenas suis humeris imposuit.* Clitellas interpretantur viri docti.

LETHERWITHE. Vide *Legervvite.*

LETRUVII. Charta libertatum de Moneto in Biturigib. an. 1269. apud Thomasserium pag. 96. *Letruvii, textores villæ & textrices habent reponere fœnum meum in grangiam meam, &c.*

LETI, sive *Læti*, populi Septentrionales, qui cum Francis aliisque nationibus barbaris in Gallias & Germaniam irrumpentes, ibi tandem Imperatorum concessione consedere, acceptis ad excolendum agris, ita ut delectibus & servitio militari obnoxii essent. Ex Eumenio quippe, & Panegyrico dicto Constantio Cæsari, constat *arva jacentia* & prædia, in Gallia, *Francis, Letis*, populisque aliis barbaris excolenda data, unde eruebantur postmodum militum cohortes, quæ ab locorum, in quibus domicilia sua fixerant, denominatione appellationem sortiebantur, adjecta *Letorum* nomenclatura. Ita passim in Notitia Imperii, *Letos Batavos, Contraginenses, Nometacenses, Francos, Suevos, Lingonenses, Nervios, Teutonicianos, Lagenses*, observare est. Quod verò maximè in Galliis habitarent, Gens Gallica, ἔθνος Γαλατικὸν, dicuntur Zozimo pag. 696. Sed & inde Armoricam provinciam *Letaviam* dictam auctor est Camdenus, quòd in ea potissimùm consederint: qua quidem *Letaviæ* appellatione utitur Scriptor Vitæ S. Gildæ Sapientis n. 16. quæ in Lexico Cambro-Britannico *Llydavv* nuncupari dicitur. Ejusmodi *Letorum* præterea mentio est in l. 10. & 12. Cod. Th. de Veteranis, & l. 12. de Erogat. milit. ann. & apud Ammianum Marcellinum lib. 16. & 20. De iis verò copiosè egere Henricus Valesius ad eundem Ammianum, & Jacobus Gothofredus ad d. l. 12. de Veteranis. Porro agri iis in Gallia & alibi assignati,

Læticæ terræ appellantur in l. 9. eod. Cod. de Censitoribus, quarum ratione *Leti* obnoxii erant servitio militari: unde haud insulsè opinantur viri doctissimi feudorum inde apud nos fluxisse originem, vel certè servitii militaris, ita ut cùm obnoxiæ quodammodo essent conditionis ob id oneris, pro servis & conditionalibus habiti deinceps fuerint, dictique sint agri omnes iis adstricti servitus *liti*, ac *litales* & *mansi lidiales*. Nam *litos* appellarunt nostri, quosvis *conditionibus* obnoxios, sed maximè militaribus servitiis, quod etiam observavimus in Dissert. 17. ad Joinvillam, indeque omnimodum servitium seu obsequium militare, *ligium* appellatum, utpote agrorum istorum possessoribus nudè & immediatè à dominis suis pendentibus, iisque ratione servitii militaris prorsus obnoxiis. Vide *Ligius.*

A *Lætis* denique videtur deducta vox Theutonica *laet*, & *laeten*, pro colono seu conductore fundi, vel iis quos, inquit Miræus in Diplomatib. Belgicis pag. 548. *Hospites* vulgo vocamus, qui scilicet dominicis obsequiis obnoxii sunt, uti in hac voce docuimus. *Laet*, ut ait

ait Kilianus, colonus dicitur, cui ager colendus permittitur, qui fundum villamque conducit.

LETISSA, Canicula, Gallis *une Lisse*. Ebrardus in Græcismo:

Nascitur ibris aper, si porca domestica nubit,
Patre lupo gaudet, matre letiſſa cane.

Regestum censuum Carnotensis urbis ann. 1302. fol. 19. de Tannatoribus: *Item il est accoustumé que nul Taneeur ne puet ne ne doit taner nul cuir de chien ne de lisse.*

LETUM, Justitia de homicidio. Charta Simonis Episcopi Noviomensis ann. 1139. in M. Pastorali Eccles. Parif. ch. 7. *In leto & sanguine nihil habet Advocatus --- & si debitor leti vel sanguinis in tali loco erit, vel ad talem dominum confugerit, ut advocatus letum vel sanguinem habere non possit, &c.* Charta Ludovici VII. Regis Franc. ann. 1156. in 30. Regesto Archivi Regii ch. 399. *Nos quoque concedimus jure perpetuo,* (Monasterio S. Crispini Suession.) *scilicet manum mortuam, & sanguinem, & letum, & licentiam accipiendi uxores in hominibus B. Crispini extra castrum Bistisiaci manentibus.*

Letum, alia notione, Gall. *Relief.* Charta Ivonis Episcopi Carnotensis in Tabul. Ecclesiæ Carnot. n. 42. *Et faciebant sibi parari sæpe ingentia prandia tam Præpositi quàm servientes sine licentia Capituli: leta capiebant, & de hominibus Ecclesiæ relevationem terrarum, de conjungendis feminis, venditiones, & plurima carricia faciebant, quod non licet, exceptis duobus, &c.* Alia an. 1218. ibid. n. 228. *Dicimus etiam quod percipiant de Valetensib. tam pro præbenda Abbatis, quàm pro annualibus in denariis de chamera, ita etiam quod leta & relevamenta sint de chamera.*

LEVA, Collecta, tributum quod exigitur & *levatur*, *Levage* in Consuetudine Andegavensi art. 9. 10. 30. & Cenomanensi art. 10. 11. 35. Chronicon Casin. lib. 2. cap. 97. *Seditiones, quas dicunt levas, sed prædationes --- ne ulteriùs fierent severissimè interdixit.* Bulla Innocentii III. PP. in Bullario Casinensi tom. 1 p 29. *Omnes omnino seditiones, quas levas dicunt, seu direptiones --- interdicimus.* Adde aliam Honorii III. PP to. 2. pag. 246. Charta ann. 1274. apud Paradinum in Hist. Lugdun. lib. 2. cap. 52. *Circa levas insuper sicut collectas id volumus & determinamus observari: ut si quando levis sicut collectis communibus in civitate prædicta faciendis Archiepiscopus auctoritatem præstare voluerit, &c.*

Levare, Exigere, tributum imponere, Gallis *Lever.* Charta ann. 1283. *Consuetudines suas ibidem sine calumnia & impedimento levare.*

LEVAGIUM. Vide *Carbonagium.*

LEVAMENTUM, Minus navigium, onerariæ navi, illius *levandæ* gratiâ, adjunctum Lex 4. D. de Lege Rhodia: *Navis onustæ levandæ causâ, si quædam merces in scapham trajectæ sunt.* Vide Cujacium ad lib. 4. Instit. tit. de Societate. Nostris vulgo *Aleges* ejusmodi scaphæ dicuntur, quòd *allegientur* seu leviores fiant, Historia de exilio S. Martini PP. & Martyris pag. 79. *Et nonnisi cum sex pueris, & uno cauculo eduxerunt nos ex urbe; & cùm immisissent in unum eorum quæ dicebantur levamenta, circa horam plus minus quartam diei ad portum pervenimus.* Occurrit ibi semel ac iterum. Hinc.

Levamentarius, in l. 1. Cod. Th. de Navicular. *Levamentorum* navicularius. Vide *Alegium.*

LEVANUM, Fermentum, ex Gall. *Levain*, quòd farina fermento imbuta intumescat, ac *levetur.* Occurrit in Fleta lib. 2. c. 10.

LEVARE, Germina producere, Gall. *Lever.* Pactus Legis Salicæ tit. 37. §. 2. *Si quis per alienam messem, postquam levaverit, herbicè traxerit, &c.* Ubi Editio recentior tit. 36. *postquam germina produxerit*, habet.

Levare, Auferre, furari. Gallis, *Lever*, *Enlever.* Sidonius lib. 7. Epist. 2. *Levat divitem pauper adamatus.* Id est, ait Savaro, abducit: ubi ille plura ex Gregorio Turon. lib. 6. cap. 45. lib. 7. cap. 4. & ex Lege Wisigoth. lib. 3. tit. 3. §. 4, lib. 6. tit. 4. §. 2.

Levare, Tributum exigere, *Lever des impôts.* Edictum Pistense §. 21. *Et quoniam audivimus quosdam plus à pauperibus accepisse, quàm bannus levet, &c.* Vide *Leva.*

Levare seditionem, excitare, in Lege Bajvvar. tit. 2. cap. 3. §. 1. & Longob. lib. 1. tit. 18. §. 1.

Levare de sacro fonte, dicitur qui aliàs *susceptor*, seu patrinus. Anastasius in S. Silvestro PP. *Hic & hoc constituit ut baptizatum liniret Presbyter levatum de aqua propter occasionem transitus mortis.* Ordo Roman. *Ut autem surrexerint à fonte, illi qui eos suscipiunt, levantes ipsos infantes in manibus suis, offerunt eos uni Presbytero. Ipse verò Presbyter facit de chrismate crucem cum pollice in vertice eorum.* Capitulare Attonis cap. 77. *Nec de sacro foute aliquem levare --- audeat.* Adde Leg. Longob. l. 2. tit. 8. §. 5. Acta S. Stephani PP, apud Baron. an. 259. n. 23. Theganum cap. 33. &c. Philippus *Mouskes MS.*

Un fil ot de ceste par nom
Le fist apeler Phelipon.
Li Queus Felippes le leva
De Flandres, & si li douna
Son nom, & promist grant onor.

Le Roman d'Amile & d'Amy MS.

Et enz un fons baptize & levé.

Le Roman de Jourdain de Blaye MS.

Cil le leva des sains fons & de l'aigue.

Levare. Paulus Diaconus Emeritensis in Vita S. Malonæ Emerit. Episcopi cap. 2. *Si quis --- vas parvulum in quo levaret, exhibuisset.* Hispanismus, *enq nellevarlo* valet, *in quo deferret.*

Levare judicem, Accedere ad judicem, jus ab eo requirere. Vita S. Fructuosi Episc. Bracarens. c. 17. *Sicque de præsentia Regis levavit judicem, qui inter eos examinaret judicii veritatem.* Ubi vir doctus ad marginem reponit, *levavit.* Edit. Bolandina habet *levavit*, n. 16.

Levari supra Chorum, dicitur Canonicus qui ad altiora Chori subsellia, quæ *formas* vocant, admittitur. Statuta Ecclesiæ Lugdun. cap. 16. *Supra Chorum antequam Subdiaconus fiat, nullus recipiatur, & antè nec vocem habet in Capitulo, nec aliquid percipit in divisione terrarum. Cùm autem aliquis levandus fuerit supra Chorum, habito super hoc tractatu in Capitulo, & licentia obtenta, si fuerit de dextro Choro, levatur à Præcentore; si de sinistro fuerit, à Cantore. Ordo Diaconatus levat omnes Canonicos supra Chorum. -- Ordo sacerdotalis levat omnes supra Chorum.*

Levantes & Cubantes, nostris *Levans & Couchans*, Mansionarii, Manentes, qui in dominorum prædiis sedem fixere, iis obnoxii; quibus opponuntur *Albani*, seu Alienigenæ. Statutum de Decimis Saladinis apud Rigordum an. 1188. *Et si nullum dominum ligium habebit, ei in cujus feudo manserit levans & cubans, dabit decimam de suo proprio mobili.* Bracton lib. 1. c. 10. §. 3. *Quamdiu manentes fuerint in villenagio levantes & cubantes.* Apud Rastallum in Expositione vocabulorum Legum Anglicarum: *Levant & Couchant, est dit, quant les beastes ou catel d'un enstranger, sont venuë en le terre d'un autre home, & là ont remainé un certaine bone espace de temps.* Vide Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. cap. 32. Petrum Fontanum in Consil. cap. 3. §. 1. & Consuetudines Melodunens. art. 209. 330. Stampensem art. 87. Bituricens. tit. 1. art. 1. 2. & alibi.

LEVATA, Agger, *Levée* nostris. Papias: *Mant. para, levata.* Charta an. 1271. in Regesto 30. Tabularii Regii ch. 220. *Calciata seu levata, quæ ducit ad Motam.* Occurrit præterea in alia Charta apud Gariellum & Sammarthanos in Episcopis Magalon. n. 17.

Levatarius, qui levatas, seu aggeres curat. Conventio Caroli I. Comitis Andegaviæ & Provinciæ, cum Arelatensibus an. 1251 art. 5. *Item debet dominus Comes vel ejus Vicarius levatarios cives Arelatis eligere pro levatis aptandis & faciendis, & etiam custodiendis.* Ubi verbo Gallica habet *Levadiers*.

Levata, Exactio, nostris *Levée*. Charta an. 1216. apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. *Habeat pleno jure dominationem, piscationem, & lanæ, & pabuli, & piscium, & levatæ, & omnium quæ quondam habuerat.* Vide *Leva*.

LEVATORIUM, *Locus in quo levatur, vel plantatur aliquid.* Joan. de Janua. Gloss. Lat. Gall. *Levatorium, Leveur.* (sic)

LEUCA, *Leuga*, *Levva*, vox & mensura itineraria Gallica, 1500. passuum, uti passim testantur Scriptores. Hesychius λεύγη, μέτρον τι Γαλατικὸν, Jornandes de Rebus Geticis: *Leuga autem Gallica mille & quingentorum passuum quantitate metitur.* Vita S. Remacli cap. 20. *Dicitur autem leuca apud Gallos spatium mille quingentorum passuum, id est 12. stadiorum.* Vetus Agrimensor: *Miliarius & dimidius apud Gallos levvam facit, habentem passus mille quingentos.* Adde Isid. lib. 15. cap. 16. Ammianus lib. 15. de Lugduno: *Qui locus exordium est Galliarum; exindeque non millenis passibus, sed leugis itinera metiuntur.* Tabula Peutinger. *Lugdunum caput Galliarum: usque hic leugas.* Ita perinde.

Leuga in veteri Inscript. 1078. 7. Lex Bajvvar. tit. 1. c. 14. §. 4. *Angarias cum carro faciant usque 50. leugas.* Gilo Parisiensis lib. 4. Viæ Hierol.

Emensisque tribus leugis, aliisque duabus.

Leuca usualis, mensura terram metientium apud Francos constat de duobus millibus passuum. Ingulphus p. 910.

Leuga Anglica duodecim quarentenis confici dicitur in Monastico Angl. to. 1. p. 313. Vide *Quarentena*.

Levva, apud Bedam lib. de Numeror. divisione, in Chartis Sigeberti apud Henschenium 1. Febr. p. 234. Caroli C. apud Doublet p. 706. apud Nithard. l. 2. & 3. pag. 365. 369. 371. 373. 378. Ivonem Carnot. Epist. 101. & 259. &c. Gloss. Ælfrici: *Milliarium*, LeoPe, mile. Usurpatur autem pro *banleuca* in cit. Chartis Sigeberti, Caroli, & apud Ivonem Carnot. ut observavit Sirmondus ad Goffridum Vindocin. Charta fundat. Monasterii de Bello in Anglia à Will. Notho, apud Prynneum in Libertat. Angl. to. 1. pag. 1192. *Concedo etiam eidem Ecclesiæ leugam circumquaque adjacentem liberam & quietam ab omni geldo, & scoto, & hydagio, & denegeldis, & opere pontium, & castellorum, & parcorum, &c.* Vide *Banleuca*.

Levia, Joanni de Janua & Ugutioni.

Levvia, in Chron. Besuensi pag. 572. ubi pariter pro *banleuca* usurpatur. Hisce prædictis addo verba Jo. Marianæ lib. de Ponderib. & mensuris c. 21. *Leuca duplex est: legalis quinque millium virgarum, nempe continens passus 3000. pedes 15000. leuca communis & usitata unius mensuræ non est, sed varia pro regionum varietate. Consentiunt tamen auctores quatuor fere Italica millia efficere. Ildefonsus de viris illustribus in Austria, Complutum distare ait ferme 60. passuum millibus: & sanè 15. hodie leucæ rectà numerantur.*

Leucata, Spatium quantum continet leuca. *Infra leucatam villæ*, apud Bromptonum pag. 1183. Charta Edw. III. Reg. Angl. to. 1. Monast. Angl. p. 768. *De bosco de Shepehet Continente unam leucatam in latitudinem, & dimidiam in longitudine. Le Roman de Garin:*

D'une loée les peut-on bien oir.

Alibi:

N'est loin d'ilesques que demi loée.

Vide *Banleuca*.

Leuca Molendini, in Consuetudine Andegavensi art. 22. Cenomanensi art. 23. & Lodunensi art. 9. *Lieue de molin.*

LEUCOPORPHYRUS, ex purpura alba. Charta donationis Ecclesiæ Cornutianæ ed ta à Suaresio. *Vela tramoserica leucoprasina 2.*

Leucorhodinus. Isidem, ex roseo colore dilutiore.

LEUDA, *Compositura in longum*, Papiæ. *Lé* vocant Agrimensores nostri latus agri, qua parte in longitudinem porrigitur. Idem porro valet quod *Latus, ta, tum*; vel certè idem quod *latus, teris*. Nescio an hucrespexerit Papias.

Leuda, Tributum. Vide *Leudis*.

LEUDES, Vassalli, subditi; Saxonibus Leod; Germanis, *Liedem, luden, luyden & leute*, homines dicuntur. Vide Joann. Gryphiandrum de Vveichbildis Saxonic. c. 14. num. 9. & Fredericum Sandium ad Consuetudines feudales Gelriæ p. 16. Lex Wisigoth. lib. 4. tit. 5. §. 5. *Inter leudes quicunque nec Regiis beneficiis aliquid fuerit consecutus.* Occurit passim in Addit. 1. ad Leg. Burgund. tit. 1. §. 2. apud Gregor. Turon. lib. 2. Hist. cap. 42. lib. 3. cap. 23. lib. 8. cap. 9. lib. 9. cap. 20. Fredegar. in Chron. cap. 1. 27. 41. 42. 46. 53. 54. 56. 58. 61. 87. 109. in Chronic. Francor. Moissiacensi an. 641. Chron. Besuensi, &c.

Maximè verò *Leudes* dicuntur vassalli nobiliores, cujusmodi sunt Barones. Lex Longob. lib. 2. tit. 22. §. 1. *De omnibus debitis solvendis, sicut antiquitus fuit consuetudo, per 12. denarios solidi solvantur per totam Legem Salicam: excepto, sit leudes, id est, si Saxo aut Friso Salicum occiderit, per 60. denarios solidus solvatur.* Nam Salici nobilissimi Francorum dicuntur Ottoni Frisingensi.

Leodes & fideles, in Edicto Chlotarii II. in Synodo Parisiensi V. apud Gregor. Turon. lib. 3. Hist. cap. 23. Gesta Regum Francorum cap. 13. *Vivat Rex, qui tales habet leodos.*

Leudi. Fredegarius Nibelungi an. 768. *Rex Pepinus -- Comites suos scaritos, & leudos suos ad perquirendum VVaifarium transmisit.* Adde Aimoinum lib. 3. cap. 81. 92. lib. 4. c. 2. 15. Chronicon S. Benigni p. 387. Chartas Pipini Regis apud Doubletum pag. 695. 701. Dagoberti apud Miræum lib. 2. Diplom. Belgic. &c.

Ludi. Charta Dagoberti Regis apud Brovverum l. 7. Annal. Trevir. p. 422. 1. Edit. *Manu id propria cum ludis nostris subter firmavimus.* Vide Vignerium in tract. de Minori Britannia p. 159. 160.

LEUDESAMIUM. Formula 39. apud Lindenbrogium sic inscribitur: *Ut leudesamia promittantur Regi.* Mox: *Rex Comiti illi --- jubemus ut omnes pagenses vestros --- congregare faciatis, quatenus --- fidelitatem præcelso filio nostro vel nobis, & leudisamium per loca Sanctorum -- debeant promittere & conjurare.* Eadem Marculf. l. 1. c. ult. habet: *Ut leude samio promittantur Regi.* Ipse verò contextus, *vel nobis & leode & samio per locus &c.* Sed non dividi debet vox, est enim *leudesamium*, servitium quod *leudes*, id est, subditi, Principi suo debent, ut *litimonium*, servitium quod *liti* dominis suis.

LEUDIS, *Leudum*, Compositio, mulcta pro homicidio. *Compositio homicidii*, in Lege Saxon. tit. 14. §. 3. 4. & for.e *compositio leudis*, id est, hominis liberi. Lex Salica tit. 37. §. 8. *Si servus ingenuum hominem occiderit, ipse homicida pro medietate compositionis hominis occisi parentibus tradatur, & aliam medietatem dominus servi se noverit soluturum: aut si legem intellexerit, poterit se obmallare ut leudem non solvat.* Tit. 43. §. 11. *Si autem qui præcipitatus est, mortuus fuerit, tota leude sua componat.* Vide tit. 55. §. 6. 7. Lex Angl. tit. 6. §. 5. *Ad quemcunque hæreditas terræ pervenerit, ad istum vestis bellica, i. e. lorica & ultio proximi, & solutio leudis debet pertinere.* Formulæ vett. cap. 51. *Exinde taliter ab ipsis bonis hominibus fuit judicatum, ut illam leudem, ut lex erat, ipsi lui solvere deberet.* Formula 7. & 8. ex Parensalib: *Ut post hunc diem nec ipsi illi, nec ullus in causa ipsorum, nec ulla opposita persona de præfata morte illius quondam, nec de ipso homicidio, nec de ipsa leude nullam reclamationem

mationem nec nullum impedimentum pontificum non habeant ad faciendum. Hincmarus Remensis in Epistola ad Carolum C. Regem Franc. edita to. 2. Spicilegii Acheriani; de quodam Liudone qui homicidium perpetrarat: *Cum judicatum fuerit, ut eisdem leudem renuntiaret, & homines vestri faidam jurarent.* Rectiùs Editio Cellotii, *leudem revvadiaret.* Charta Nicolai PP. ex Tabulario S. Vitoni Virdun. de Advocato: *Et de residuo suum tertium habeat de leude, & de sanguine facto, &c.* Adde Legem Frision. tit. 2. §. 3. 4. 5. 6. 7. tit. 5. §. 2. tit. 14. §. 4. Capitulare Caroli M. 5. an. 803. c. 12. Capitul. Caroli C. tit. 12. §. 5. tit. 39. §. 2. &c.

Leode, in Pacto Legis Salicæ tit. 44. & form. 125. apud Lindenbrogium: *Leodis*, in Capitul. 3. an. 813. cap. 11. 29. & in Capit. 3. an. 819. c. 7.

Liudis, Capitulare triplex an. 808. c. 2. Edit. Baluzianæ: *Et si de ipsa morte evaserit, ipse ipsam liudem recipiat, & liber postea remaneat.*

Leudum. Vett. Glossæ. *Leudum, compositio, sive VVidrigilt.* Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 28. *Et qui ex ipsis peregrinus ausus fuerit occidere, 60. sol. in sacro palatio nostro componat: & insuper compositio ipsa fiat de ipso homicidio, cui legibus leudum ipsum pertinuit.* Adde §. 35. Transiit postea hæc vox ad quasvis præstationes; nam etiamnum.

Leuda, lesda, leda, &c. appellatur quævis præstatio, vel quodvis tributum, maximè quod pro mercibus penditur: frustra enim Expillius actione forensi 15. ait ita in Delphinatu appellari tributum quod pro *plassagio*, seu loco ubi venum exponitur *bladum*, & ejusdem *bladi* mensuratione exsolvitur, cùm constet id nominis passim pro quovis tributo usurpari. Neque feliciùs scripsit Chopinus lib. 1. de Domanio tit. 9. n. 1. *Leudam* dici à *laudanda venditione rerum publicè venalium*: id est, pro facultate venum merces exponendi; sed non ego credulus illi. Variè autem hæc vox effertur.

Leuda, In Rescripto Alphonsi Regis Aragonum apud Saxium in Pontificio Arelat. *Leuda vel pedaticum.* Libertates Salvæterræ in Ruthenis an. 1284. *Nullus habitans in dicta villa det leudam de re quam vendat, vel emat.* Curia Generalis Catalaniæ celebrata in villa Montissoni an. 1289. sub. Alphonso Rege Arag. *Et quòd aliqua barca, vel aliquod aliud vexellum quod vadat per aquam, non compellatur nec teneatur applicare, nisi in illis locis in quibus debeat leuda persolvi.* Charta R. Abbatis Caroffensis an. 1308. ex 2. Regesto Philippi Pulcri Regis in Tabulario Regio n. 11. *Quicunque leudam furatus fuerit, in decem solidis puniatur.* Charta anni 1370. in Probat. Hist. Turenensis: *Pedagia, botagia, dralhas, quidagia, asperpia, leudas, &c.* Vide Catellum in Hist. Tolosana pag. 31. 89. & Gariellum in Episcop. Magalon. p. 154.

Lauda. Consuet. loci *de Troi* in Biturigib. art. 6. apud Thomasserium: *Et sur chascun desdits habitans non ayans beufs, 2. den. Tourn. & s' appelle ledit droit, le droit de Laude.*

Leuzda, in Charta Mariæ D. Montispessulani an. 1205. to. 8. Spicileg. Acher. p. 220.

Lezta, in Charta Sanctii Regis Aragon. æræ 1090. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 10.

Lesda, in Charta Libertatum Villefrancæ apud Gallandum: *Quidquid ibi vendiderint, non dabunt lesdam excepto sale.* Ibidem: *Lesda annona & salis.* Fori Morlanenses art. 26. *Sic quod non teneantur solvere Ortesii lesdam, neque pedagium, neque aliud deverium pro eisdem.*

Lisda, In Charta Hugonis Regis Italiæ an. 928. *Et cum lisdis & curvatis, & cum omni districtu suo, &c.*

Ledda, in Charta Raymundi Comitis Tolosani an. 1149. apud Gallandum de Franco alodio p. 197.

Lidia, in Charta libertatum oppidi de Moneto in Biturigib. an. 1269.

Leda. Charta Raimundi Comitis S. Ægidii an. 1164. *Et in leda & corda de mercato medietas erit mea, & medietas illorum, excepta leda lumbrorum & linguarum, & excepta leda ubiarum, & omnium fructuum, qui ad sextarium non vadunt.* Vide Gariellum in Episcopis Monpeslulanis p. 63. 64. 110.

Leida. Charta Ademari Vicecomitis Lemovic. an. 1184. in Tabul. Dalonensi fol. 11. *Pedagia & leidas rerum suarum, sive alias Consuetudines, quæ à vendentibus & ementibus exigi solent.* Charta anni 1222. apud eundem Chopinum lib. 3. de Sacra Polit. tit. 2. n. 18. *Immunes & absoluti ab omni questa, & tolta, & ab omni leida,* Alia anni 1231. in Regesto Tolosan. f. 38. *Item habebit in foro S. Andreæ medietatem leidæ integræ de omnibus venalibus quæ ibi veniunt, vel deferuntur.* Libertates urbis Montisregalis in Sebusiis: *De pomis, piris, castaneis & similibus, & minutis fructibus non debet leyda levari.* Adde Libertates urbis Seysseliensis an. 1285.

Ledda. Charta anni 1165. to. 13. Spicileg. Acheriani p. 317. *Et de omnibus omnino rebus, de quibus ledda vel usaticus dari solet.* Occurrit præterea in Charta Raimundi Comitis Tolosani an. 1149. apud Gallandum de Franco alodio p. 197. & in alia an. 1242. apud V. Cl. Steph. Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. p. 90. Perperam *Jedda* scriptum reperitur pro *Ledda* facili lapsu in Charta Oldegarii Episc. Barcin. in illius Vita n. 36.

Lidda, in Charta an. 1066. in Notis ad Concilia Narbon. p. 79.

Ledia, in Charta Humberti D. Bellijoci pro libertatib Bellevillæ an. 1233. *Quicunque extraneus ad forum Bellevillæ venerit, si in foro ledias dederit, de pedagio non tenetur.*

Leidarii seu *Leudarii*, Collectores *Leidæ*, in Statutis Montispessulani.

Lesdarii, in Consuetudinibus Barcinonensibus, in Charta an. 1273. apud Gariellum p. 286. & in Tabulario S. Flori in Arvernis. *Laiders* & *Laeders*, in Libertatibus villæ *de Perouse* an. 1260. apud Thomasserium in Consuetud. localib. Bituric. c. 66.

LEUDUS, Cantus: ex Germanico *Lied*, cantilena. Fortunatus in Epist. ad Gregorium Turon. Episc. præfixa lib. 1. Poëmat. *Apud quos nihil dispar erat, aut stridor anseris, aut canor oloris, sola sæpe bombicans barbaros leudos harpa relidebat, &c.* Et lib. 7. Poëm. 8.

Nos tibi versiculos, dent barbara carmina leudos,
Sic variante tropo laus sonet una viro.

LE VE ROY. Lex Vervinensis ann. 1233. cap. 13. *Quod si neque Scabinos, neque Juratos habuerit, par le ve Roy eum vocabit, id est, sola manu faciet jusjurandum.* Occurrunt eadem verba in Lege *de Solers* an. 1235. Ubi Thomasserius hæc verba *per verum Regem* interpretatur, quod vix probem, tametsi quod divinem, animo nihil vero simile oboritur. Ita etiam præfert apograph. Duchesnianum, ubi vir doctus margini adscripsit, *id est, per verum Regem, id est, DEUM.* Sed malim hæc verba sonare, *per verum*, Gall. *Par le vray.*

LEVIGA, Ugutioni & Joanni de Janua, *Instrumentum levigandi, quod etiam complanatorium dicitur.* Gallis *un Polissoir.* Annales Francorum Bertiniani an. 862. *Vestitum lineum, quod camisium vulgo vocant, levigare incipiens, -- ad primum initium quo levigam imprimens traxit, vestimentum sanguinem est effectum. Sicque quotiens idem mancipium levigam traxit, sanguis est subsecutus.* Hinc *levigare*, polire. *Homines divellere ac levigare*, apud Capitolinum.

LEVITA, *Vasa ænea*, Papiæ. Fortè pro *lebita*, seu *lebetes.*

LEVITA, Diaconus. Isidor. lib. 7. cap. 12. *Levita ex nomine auctoris vocati: de Levi enim Levitæ exorti sunt,* à qui-

à quibus in templo Dei mystici Sacramenti mysteria explebantur. Hi Græce Diaconi, Latinè Ministri dicuntur, &c. Epistola Remigii Episcopi Remensis ad Falconem Episc. *Cùm Levitas feceris, Presbyteros consecraris, Archidiaconosque institueris, &c.* Vita S. Sulpitii Pii Episc. Bituric. c. 2. *Leviticam sortem indeptus Ecclesiæ ministravit. Levitica dignitas*, Sidonio lib. 5. Epist. 1. *Leviticum ministerium*, Maximo Taurinensi. Ita usurpant Concil. Toletan. II. c. 1. Carthag. III. c. 4. Agathense c. 16. 17. Arelat. III. c. 1. Wormac. c. 69. Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 34. lib. 6. c. 41. 242. Gregor. M. lib. 1. Epist. 42.

Levita Sedis Apostolicæ consecratus Valentinus II. PP. antequam Pontificiam dignitatem consequeretur, apud Anastasium in ejus vita.

Levicissa. Gloss. Lat. Gall. *Levitissa, femme de Diacre.*

LEVITIANA. Vita 2. S. Carthaci Episcop. num. 2. S Mochuda ad prædictum *S. Colmanum venit in suo Monasterio Lainneala manentem ut veniens secum Levitianam signaret in suo Monasterio Raithin: quia mos S. Colmano erat, cum angelis loco Levitianarum signare, & donatum est à Domino S. Colmano, ut filii mortis non assurgerent in Levitianis, quas ipse signaret.* Infrà: *Exivi ad Levitianam cum angelis signare, revertere, & sicut videbis signa minima constituta per senem in Australi plaga cellæ tuæ, ita constituit Levitianam: & ne tibi videatur modica, qui ab alia tibi major ab angelis in tua alia civitate in australi Hiberniæ regione signabitur. Et reversus S. Carthagus ita invenit Levitianam signatam, sicut S. Colmanus dixit.* Hic benedictionem cœmeterii auguratur Editor.

LEVITONARIUM, *Lebitonarium*, Isidorus lib. 19. Orig. c. 22. & ex eo Papias, ex Vita S. Pachomii c. 14. *Levitonarium est colobium lineum sine manicis, quali Monachi Ægyptii utuntur.* Suidas: λεβιτωνάριον, χιτὼν ἐκ τριχῶν συντεθειμένος. S. Hieronymus de Tabennensib. Monachis: *Nihil habet in cellulis præter psiathium & duo lebitonaria, quod Ægyptus Monachis genus est vestimenti absque manicis. Levitonarium* occurrit non semel in Regula S. Pachomii c. 2. 67. 81. & in Doctrina S. Oresii c. 22. 26, λεβιτὼν, apud Palladium in Hist. Laus. c. 38. 52. & Metaphrast. in Vita S. Apollinaris Syncleticæ n. 7. Vide Menardum ad Concord. Regularum.

Lebetes. Ruffinus de Vitis Patrum lib. 2. c. 7. *Indumentum ejus stuppeum colobium erat, quod apud illos lebes appellatur.* Idem cap. 9. *Cui ille cùm habitum Monachorum, hoc est, lebetam, & cucullam, ac melotem, quæ est caprina pellis, imposuisset, &c.*

LEVERII, Canes leporarii *Levrerii ad leporem, & vulpem & catum & texon*, in Regesto Herouvalliano Philippi Aug. f. 159. Ex Gallico *Levriers.*

LEWYTHEIL. Vitæ Abbatum S. Albani p. 99. *Fecit triturare omnia blada Romanorum per eos qui vocantur Levvitheil.* Hic hæret Watsius.

LEYRWIT, Tributi species apud Anglos, occurrit in Monastico Anglicano tom. 2. p. 827. Vide *Leirvvith.*

LEX. Hæc vox variè sumitur in Legibus antiquis: interdum enim pro jure scripto, ut sunt Leges Salicæ Burgundionum, Bajoariæ, & similes: interdum pro judicio, vel pro judicis sententia, vel etiam pro mulcta judiciaria. Ac.

Lex quidem pro jure scripto, vel recepta consuetudine, ut in veteribus Chartis, in quibus passim occurrit, *secundum legem Salicam, Romanam, &c.* quæ quidem *lex loci* dicitur in Lege Ripuar. tit. 33. Vetus formula: *Sicut Lex & nostra consuetudo.* Hinc *La Loi de la Ville*, in Consuet. Insulensi art. 30. 31. 52. 98. 106. 125. *La Loi de Cambrai*, apud Monstelletum 1. vol. c. 88. *La Loy d'Amiens*, in Consuetud. Amb an. Similia passim occurrunt in nostris Consuetudinibus municipalibus, quas collegit Raguellus. Lex Bajuvar. tit. 2. cap. 15. § 2. *Comes verò secum habeat judicem, qui ibi constitutus est judicare, & librum legis, ut semper rectum judicium judicet.*

Differebant autem *leges à Capitulis*, quòd Leges solius populi consensu olim editæ essent; Capitula verè vel Capitularia à Regibus & Principibus, sed populi item consensu. Lutolphus an. 819. *Conventus Aquisgrani post Natalem Domini habitus; in quo multa de statu Ecclesiarum, & Monasteriorum tractata atque ordinata sunt; Legibus etiam Capitula quædam necessaria, quia deerant, conscripta atque addita sunt.* Theganus de eodem Conventu: *Interea Capitula quædam in Legibus super addidit, in quibus causæ forenses claudicare videbantur quæ hactenus veluti pernecessaria servantur.* Hincmarus Remensis in Admonit. pro Carolomanno apud Sparnacum c. 15. de malorum Comitum rapacitate: *Quando enim sperant aliquid lucrari, ad legem se convertunt, quando verò per legem non æstimant acquirere, ad Capitula confugiunt: sicque interdum fit, ut nec Capitula pleniter conserventur, sed pro nihilo habeantur, nec lex.* Sed postmodum Capitula ipsa in legem abierunt. Capit. Ludovici Pii: *Generaliter omnes admonemus, ut Capitula quæ præterito anno Legi Salicæ cum omni consensu addenda esse censuimus, jam non ulteriùs Capitula, sed tantum Leges dicantur, imo pro Legibus Salicis teneantur.* Carolus Calvus in Conventu apud Carisiacum ann. 873. c. 8. *Capitula avi & patris nostri, quæ Franci pro lege tenenda judicaverunt, & fideles nostri in generali placito nostro conservanda decreverunt.*

Enimvero post Burgundionum Francorum & Gothorum in Galliam, atque adeo in Italiam, & Hispaniam irruptiones, excusso Romanorum jugo, cœpere hæ provinciæ ab diversarum nationum populis incoli, quibus, Legibus suis antiquis regi & vivere concessum est à victoribus Principibus. Chronicon laudatum à Catello in Hist. Occitanica p. 538. *Anno 759. Franci Narbonam obsident, datoque sacramento Gothis ut si civitatem traderent partibus Pepini, permitterent eos legem suam habere: quo facto, Gothi Saracenos occiderunt, & civitatem partibus Francorum reddiderunt.* Concilium Meldense an. 845. c. 3. *Legem verò unicuique competentem, sicut antecessores sui tempore nostrorum prædecessorum habuerunt, in omni dignitate & ordine, favente domino, nostram Magnificentiam observaturam promittimus.* Capitulare Lotharii Regis Italiæ cap. 37. *Quia omnino voluntas domini Regis est ut unusquisque homo suam legem pleniter habeat conservatam.*

Ita porro sua lege quisque vivebat, ut secundùm eam avitas & paternas successiones adiret, conficeret Chartas, sacramenta ederet, & de statu ingenuitatis se defenderet: juxta legem tamen illius cui injuria facta erat, componeret; *de cæteris verò causis communi lege viveret, quam Princeps per Capitula sua ediderat.* Ita Lex Longob. lib. 2. tit. 56. Constitutio Chlotarii Regis tom. 1. Concil. Gall. pag. 318. *Inter Romanos negotia causarum Romanis legibus præcipimus terminari.* Fredegarius in Chr. c. 53. de Chlotarii & Dagoberti filii dissidio: *Electi sunt ab his duobus Regibus 12. Franci, ut eorum disceptatione hæc finiretur intentio.* Vita Ludovici Pii an. 820. *In palatio quoque Bera Comes Barcinonensis, quum impeteretur à quodam Sunila, & infidelitatis argueretur, cum eodem secundùm legem propriam, utpote quia uterque Gothus erat, equestri prælio congressus est & victus.* Hinc frequens formula.

Legem suam componere, pro mulctam, quæ à sua lege definita est, exsolvere. Nam quilibet reus in alieno solo deprehensus, *sicut lex loci ubi natus erat, respondebat: & si damnaretur, secundum legem propriam*, non secundùm legem loci *sustinebat*, ut est in Lege Ripuar. tit. 31. §. 3. 4. Capitula ad Legem Salicam: *Si verò per*

dexteras aliqua conspiratio firmata fuerit, si liberi sunt, aut jurent cum idoneis juratoribus hoc pro malo non fecisse; aut si facere non potuerint, eorum legem componant. Id est, secundùm quod ea lege qua vivunt, statuitur. Adde Capitul. 4. ann. 805. c. 10. Leg. Longob. lib. 1. tit. 30. §. 13. lib. 2. tit. 6. §. 3. Eadem Lex lib. 1. tit. 25. §. 68. *Constituimus ut dominus servi illius, secundùm legem, cui furta facta fuerunt, solvere debeat. Secundùm legem suam delictum emendare*, in Capitulari de Villis c. 4.

Hinc etiam formula, *in sua lege conscriptus*; scilicet qui *legem qua vivere statuit*, professus est. Charta vetus Hugonis Episcopi Tolosani apud Sammarthanos: *De repetitione verò, quam minimè fieri credimus, si quis -- contra hanc convenientiam venditionis aliquam calumniam inferre tentaverit, hoc quod accepit, non vindelicet sibi, sed in sua lege conscriptus, componat ei qui litem intulerit tantum, & aliud tantum quantum ipsa supradicta Ecclesia habebant.* Quæ verba idem sonant, quod illa quæ habentur in Charta alia Islonis Episcopi Tolosani, apud eosdem Sammarthanos: *De repetitione verò, si nos aut ullus de hæredibus nostris, aut quislibet homo fuerit, qui contra hanc chartam venditionis ista inquietare voluerit, quali lege vivit, tale componat, & postea se taceat, & aliis tacentibus faciat.*

Quod si inter homines qui diversis viverent legibus, emergerent controversiæ, à judicibus earundem legum simul convenientibus dirimebantur, ut docent Senator lib. 7. Variar. Epist. 3. & Lex Burgundionum non uno loco.

Ut plurimum verò liberi patrum legem sequebantur, ex Lege Longob. lib. 2. tit. 5. tit. 17. Dixi, ut plurimum: nam sæpe liberum erat cuique qua vellet lege vivere, seu avita unde ei prima natalium erat origo, seu illæ quæ in ea in qua degebat provincia, obtinebat: quod quidem coram testibus & publicè, & in ipsis tabulis cogebatur profiteri. Constitutio Hlotarii Imp. edita ab Holstenio, c. 5. *Volumus etiam ut omnis Senatus & Populus Romanus interrogetur quali vult lege vivere, ut sub ea vivat: eisque denuntietur, quòd proculdubio si offenderint contra eandem, eidem legi quam profitebuntur, --- subjacebunt.* Totidem & iisdem pæne verbis habentur in Lege Longob. lib. 2. tit. 57. & apud Goldast. to. 1. Constit. Imperial. pag. 188. Adde Capitul. 1. Caroli M. incerti anni c. 48. & Capitul. Pipini Regis Italiæ c. 37. Vetus Notitia ex Tabulario Persiensi, apud Perardum p. 35. *Tunc interrogatum fuit jam dicto Maurino sub quale lege vivebat, & ipsius sibi à Lege Salica adnuntiavit, &c.* Ita tamen ut semel accepta lege, ab ea recedere non liceret. Charta Alrici Episcopi Astensis ann. 1029. apud Fr. Augustinum *de la Chieza* in Hist. Ecclesiæ Pedemont. p. 243. *Et ideo quòd ego qui suprà Alricus Episcopus honorem sacerdotalem habeo, & legem Romanam nunc vivere videor, quamvis ex natione, ut suprà, Salicus sim, nec mihi liceat ullo tempore nolle quod volui, sed quod à me semel factum vel conscriptum est, inviolabiliter observare, promitto, &c.* Legem nempe Salicam dimiserat Alricus Episcopus factus, quòd Lex Romana Ecclesiæ & Ordinis Ecclesiastici esset propria.

Feminæ verò lege conjugum vivebant, ex Lege Longobardorum lib. 2. tit. 7. Charta à Sigonio laudata: *Maria quæ professa sum lege vivere Romana, sed nunc pro ipso viro meo lege Longobardorum vivere videor, qui professus est ex natione sua lege vivere Longobardorum.* Alia an. 1054. apud Chiffletium in Luminibus Salicis cap. 6. *Constat nos Clarizo, filio bonæ memoriæ Raineri & Rotilda, qui Gilda vocata, jugalibus, filia Tebaldi, qui professa sum ego ex natione mea lege vivere Saliga, similiter ex nunc pro ipso viro meo lege vivere Longobardorum, &c.* Alia ann. 1156. in Bibl. Sebusiana cent. 1. cap. 93. *Nos Guillelmus Marchio* (Monteferratensis) *filius quondam Rainerii, itemque Marchionis, & Julitta jugalis filia quondam Leopoldi Marchionis de Austria, -- nos itaque supradicti jugalis, qui professi sumus ex natione nostra lege vivere Salica, sed ego Julitta mea lege vivere videor Alamannorum, &c.* Quæ quidem postrema verba ita capienda existimaverim, non quòd profiteatur Julitta se vivere lege Alamannorum, sed ut indicet quòd ea lege viveret, nisi conjugio esset illigata. Nam.

Feminæ, maritis fato functis, ab eorum lege erant absolutæ, ex Lege Longobard. lib. 2. tit. 7. §. 2. ita tamen ut liberum iis esset lege viri extincti vivere, quod eo casu profiteri tenebantur. Charta Mathildis Comitissæ ann. 1079 apud Franciscum Mariam lib. 3. pag. 105. *Ego Mathilda Marchionissa & Ducatrix, relicta bonæ memoriæ Bonefacii qui fuit similiter Dux & Marchio, quia ego qui suprà Mathilda Marchionissa professa sum, ex natione mea legem vivere videor Lantgobardorum, sed nunc modò pro parte supradicti viri mei, qui fuit viro meo legem vivere, videor Saligam, &c.* Alia ejusdem Comitissæ an. 1078. *Quia ex parte supradicti viri mei, qui fuit Salichus, lege videor vivere Saliga, &c.* Adde pag. 156.

Si pater post natos filios Clericus effectus esset, ii lege patris vivebant, qua ipse vivebat cùm eos genuerat, ex Lege Luitprandi Regis tit. 116. non verò Romana, qua Clerici vivebant.

Liberti legibus dominorum suorum vivere debebant, secundùm qualiter à suis dominis concessum fuerat. Ita Lex Logob. lib. 2. tit. 35. §. 2.

Advenæ, seu extranei, lege vivebant illius regionis in qua sedem figebant, nisi legem aliam à Principe impetrassent, ex eadem Lege Longob. lib. 3. tit. 15.

Chartas complures in quibus Legem, qua is vivebat qui eas conficiebat, profitetur, proferunt Scriptores: verbi gratiâ, qui *Lege Salica*, Franciscus Maria in Mathildi Comitissa lib. 3. p. 44. Gallandus lib. de Franco alodio pag. 317. 318. Guichenonus in Probat. Hist. Saband. pag. 14. 16. 17. 18. 19. 22. 23. in Bibl. Sebus. cent. 2. cap. 3. Fr. August. *de la Chieza* in Hist. Eccl. Pedemont. pag. 220. 232. 238. Chiffletius in Vindiciis Hispan. p. 247. 248. 249. &c. *Lege Romana*, Guichenon. in Probat. Hist. Sabaud. pag. 27. Ughellus tom. 5. pag. 636. 691. Galland. pag. 319. *Lege Alemannorum*, Gallandus pag. 318. 319. *Lege Ripuariorum*, idem Franciscus Maria 3. Hist. Mathild. pag. 48.

Præterea testes qui chartas & diplomata subscribebant, qua lege viverent, vel ex qua natione essent, in ipsis subscriptionibus declarabant: cujus moris exempla proferunt Ughellus tom. 5. Italiæ sacræ pag. 636. Guichenonus in Hist. Sabaudica locis laudatis, & Chiffletius in Luminibus Salicis p. 248.

Jam verò posterioribus longè etiam sæculis, ut qua viverent lege, denotarent, qui chartas seu tabulas exarabant, obtinuisse probant Chartæ aliquot, atque in iis Charta Ludovici Comitis Lonensium ann. 1155. apud Chiffletium in Vindiciis Hispanicis p. 39. Charta anni 1156. apud Guichenonum in Bibl. Sebus. cent. 1. cap. 93 & alia anni 1254. ex Tabulario Sandionysiano apud Gallandum p. 321.

Sed & expugnata à Christianis urbe Hierosolymitana, totaque Syria, cùm ex variis ac procul diversis habitaretur nationibus, suas quique leges servavere. Will. ab Oldenborg in Itinerario Terræ sanctæ, de Antiochia: *Ipsa etiam civitas divites & plurimos habet inhabitatores, Francos & Surianos, Græcos & Judæos, & quilibet eorum suas leges observant.* Ita Franci nostri in Regno Siculo, sub Andegavensibus Regibus, *Legem Francorum* observabant, uti docemus in Historia nostra Franco-Byzantina lib. 8. n. 9. Apud Byzantinos etiam ipsos Veneti, Pisani, & Genuenses, qui in hac urbe primaria commercii causa sedes fixerant, suis quique legibus regebantur.

Cùm igitur variæ essent leges quibus regebantur, unusquisque originis suæ appellationem servabat, ita ut

ut si lege Romanorum, *Romanus*; si Salica, *Salicus*; si Gundobada, *Burgundus*; si Wisigothorum, *Gothus*, diceretur; quod potissimùm observare est ex iisdem Legibus, ex Gestis Dagoberti cap. 35. &c. Leo Ostiens. lib. 2. c. 26. *Adam etiam, cognomento Salicus, obtulit, &c.* qui quidem Adam se esse *de gente Francorum* profitetur in Instrumento quod asservatur Casini. Ita etiam in Chartis aliquot apud Chiffletium in Luminibus Salicis cap. 6. qui *lege Salica vivere* se profitentur, *Salici* & *Saligi* dicuntur. Neque alia ratione Conrado Imperatori *Salici* cognomen inditum, quàm quod esset ex gente & natione *Salica*. Adde Sammarthanos tom. 3. Gall. Chr. p. 649.

Verùm diversitatem hanc legum, ut concordiæ & quieti publicæ contrariam improbat Agobardus Lugdunensis lib. adversus Legem Gundobadam cap. 14. hisce verbis: *Atque utinam placeret omnipotenti Deo, ut sub uno piissimo Rege una omnes regerentur lege, ea ipsa ad quam & ipse vivit, & proximi ejus respondent. Valeret profectò multum ad concordiam civium Dei, & æquitatem populorum. Sed quia hoc grande est, & forsitan homini impossibile saltem una hac,* (Gundebada) *de qua sermo est, non solùm ut inutilis, sed etiam ut noxia, de medio auferretur.* At quam improbat Agobardus legum sui temporis diversitatem, eandem quæ hodie obtinet, in municipalibus civitatum & provinciarum Franciæ consuetudinibus, qui perinde minimè probarent, non defuere; adeo ut iis porsus abrogatis, unica omnes lege vivere debere existimarent. Verum ut Agobardus sua id tempestate impossibile censuit, ita hac nostra, cùm re sæpius frustra tentata & in Consilium Regium adducta, receptas ab omni fere memoria à populis leges abrogare haud tutum, facileque visum fuisset, eas duntaxat emendari & corrigi Principes nostri curarunt: Caroli M. exemplo, qui cùm tot quæ sua ætate vigebant, leges omnino abolere nec vellet nec posset, eas recensuit, & emendavit, additisque Capitulis auxit. Chronicon Moissiacense an. 802 *Sed & ipse Imperator interim quod ipsa Synodus facta est, congregavit Duces & Comites, & reliquum populum Christianum, cum Legislatoribus; & fecit omnes leges in Regno suo legere, & tradere unicuique homini legem suam, & emendare ubicunque fuit, & emendatam legem scribere, ut judices per scriptum judicarent, & munera non acciperent: sed omnes homines pauperes & divites in Regno suo justitiam haberent.* Poëta Saxonicus lib. 5. de Gestis Caroli M.

In quibus antiquas leges correxit, in ipsis
Uniri mandans dissona quæ fuerant.
Cunctorumque sui Regni leges populorum
Collegit, plures inde libros faciens.

Lex, nudè, pro novellis Justiniani ex versione Juliani Antecessoris, non semel usurpatur apud Abbonem Floriacensem in Canonibus c. 11. 13. 14. 22. 32. &c.

Lex Alamannorum, è patriis consuetudinibus primùm redacta in scriptis à Theoderico Francorum Rege, Chlodovæi filio, emendata deinde à Childeberto: denique *temporibus Chlotarii Regis unà cum Principibus suis id sunt, 33. Episcopis & 34. Ducibus, & 72, Comitibus, vel cætero populo, constituta est*, ut ejusdem Legis præfert Epigraphe. Scribit Agathias lib. 1. p. 18. Edit. Reg. Alamannos, Justiniano imperante, in reipublicæ administratione τὴν Φραγγικὴν πολιτείαν secutos; id est, leges à Francorum Regibus conditas.

Lex Angliorum & Werinorum, hoc est, Thuringorum, qua usi dicuntur Angli veteres *in Germania, à Carolo M. postmodum confirmata.* Anglos ad Albim statuunt Geographi, Varinos ad flumen *Warne* quod Rostochium adluit. Thuringi etiamnum nomen servant. Vide Cluverium lib. 3. Germaniæ antiq cap. 27. Alia est

Lex Anglorum, in Britannia scilicet majori, à veteribus illis Anglo-Germanis seu Anglo-Saxonibus & Danis, qui Insulam hanc occuparunt, primitus condita: quæ quidem triplex potissimùm fuit, nempe Pestseaxnalaȝa, Myrcnalaȝa, & Ðenelaȝa, i. *Lex Occiduorum Saxonum, Lex Merciorum, & Lex Danorum*, de quibus sigillatim agemus.

Omnium autem quos novimus Leges in scriptis primus edidit Ethelredus Cantii Rex, qui regnum iniit an. 561. fideique Christianæ nomen dedit, sed breves illas & satis rudes. Huic proximus suas edidit Occiduorum Saxonum Rex Inas, qui regnare cœpit an. 712. Exhinc Offa Merciorum Rex, qui regnavit an. 758. suas pariter edidit, ac demum Aluredus Rex item West-Saxiæ, seu Occidentalium Saxonum, cujus Angli omnes & Saxones ultro dominio se se subdidere, recognitis Ethelredi, Inæ, atque Offæ legibus, quidquid in iis dignum observatione censuit, omissis aliis, *inter stridores lituorum & inter fremitus armorum*, ut ait Willel. Malmesburiensis, in suas transcripsit: unde in libro Ramesiensi sect. 5. *Anglicarum legum conditor* appellatur: obiit ille ann. 900. Atque ea est lex quam Westsenelagam vocant, quæ potissimum obtinuit in novem australibus provinciis, quas Tamesis fluvius à reliqua parte Angliæ secernit. Tandem Danis in Anglia dominantibus lex alia emanavit, quæ *Denelaga*, i. lex Danica dicta fuit, qua lege quindecim olim provinciæ orientales & boreales judicabantur.

De supradictis tandem legibus, videlicet Merciorum, Saxonum Occiduorum, & Danorum, Edwardus III. qui & Confessor, *Legem communem* edidit, quæ *Lex Edvvardi* vulgò appellatur, tametsi illius auctorem primarium Edgarum fuisse prodant quæ in ipsa Lege leguntur c. 35. *Postquam Rex Edvvardus venit ad Regnum, cònsilio Baronum Angliæ legem 68. annis sopitam excitavit, excitatam reparavit. reparatam decoravit, decoratam confirmavit. Confirmata verò vocata est Lex Regis Edvvardi, non quòd ipse primus adinvenisset eam, sed cùm prætermissa fuisset, & oblivioni penitus dedita à diebus avi sui Regis Edgari, qui 17. annos regnavit, & qui primus ejus inventor fuisse dicitur, usque ad sua tempora, videlicet, ut prædictum est, 68. annos, post dies ipsius Edgari, ipse Edvvardus, quia justa erat & honesta, à profundo abysso extraxit eam, & renovavit, & ut suam observandam contradidit.* Hinc porrò Edvvardus *Anglicarum legum legitimus restitutor* dicitur Willelmo Gemeticensi l. 6. cap. 9.

Denique Willelmus Nothus Normanniæ Dux, subactâ Britanniâ, populis non tam novas leges dixit, quàm veteres firmavit, maximè legem Edvvardi, cui quædam addidit. Nam cùm Noricorum & Danorum legem, ut est in c. 35. Legis Edvv. cæteris præferre decrevisset, quod ipse præcipuique è Normannicis Baronibus è Dania traxissent originem, rogatus à Regni incolis, ut suis vivere legibus liceret, tandem concessit, hoc est, Edvvardi Confessoris, quod & traditur in Chronico Lichfeldensi, non abrogatis tamen omnino Merciorum, Saxonum Occiduorum, & Danorum legibus, maximè quoad mulctas & compositiones, ut ex variis capitibus legis Edvvardi, & iis quas ipse edidit, colligitur. Extant quippe ejusdem Willelmi leges quas Anglis dixit, vetere Francico idiomate descriptæ, quas excipiunt capita aliquot alia Latino exarata. Has primus edidit Seldenus in notis ad Eadmerum, ac deinde Welocus in collectione Legum Anglicarum, addita versione Latina ejusdem Seldeni, quæ cùm vernaculi idiomatis vim non omnino exprimeret, tum propter depravatas & malè descriptas ac intellectas voces, perperamque observatas interpunctiones, ut hanc recenserem, rogatus sum à viro doctissimo Gabriele Gerberono Benedictino, qui Anselmi Cantuariensis opera, atque adeò Eadmerum Seldenianum, qui ejus gesta fusiùs prosequitur, in lucem edebat. Hanc ille, non omissa tamen Seldeniana, eidem operi inseruit. Novas denique leges descripsit Henricus I. quas

quas idem edidit Welocus, & excepere deinde varia Regum statuta, quæ in eo volumine, quod *Magna Charta* inscribitur, edita sunt Londini an. 1618.

Lex antiqua, in Pacto Legis Salicæ tit. 58. quæ ante Salicam conditam ac scriptam apud Salios vel Francos vigebat.

Lex Bajvvariorum, de qua sic in ejus Prologo: *Theodericus Rex Francorum, cum esset Catalanis elegit viros sapientes qui in Regno suo legibus antiquis eruditi erant. Ipso autem dictante jussit conscribere Legem Francorum, & Alamannorum & Bajvvariorum, unicuique genti, quæ in ejus potestate erat, secundùm consuetudinem suam. Addidit quæ addenda erant, & improvisa & incomposita resecavit, & quæ erant secundùm consuetudinem paganorum, mutavit secundùm Legem Christianorum. Et quicquid Theodericus Rex propter vetustissimam paganorum consuetudinem emendare non potuit, post hæc Childebertus Rex inchoavit, sed Chlotarius Rex perfecit. Hæc omnia Dagobertus Rex gloriosissimus per viros illustres, Claudium, Chadium, Indomagum & Agilulfum renovavit, & omnia vetera Legum in melius transtulit, & unicuique genti scripta tradidit, quæ usque hodie perseverant. Hoc decretum est apud Regem & Principes ejus, & apud cunctum populum Christianum, qui infrà Regnum Mervvungorum consistunt.* Iisdem Legibus additum postea Decretum Tassilonis Ducis Bajoariorum, addita etiam Capitula aliquot Caroli M. Vide Ottonem de S. Blasio c. 50. & Metropolim Salisburgensem to. 1. p. 464.

Lex Barbarica. Vide *Barbarus.*

Lex Caroli. Joan. Hocsemius in Adolpho à Marka Episc. Leodiensi cap. 5. *Erat namque Lex quædam per abusum longis temporibus observata, quæ Lex Caroli dicitur, inter cætera continens, quòd si quis hominem interficeret, etiam videntibus Villico & Scabinis, nisi Villicus factum hoc verbaliter poneret in custodia Scabinorum, etiamsi malefactor caput interfecti sub sua veste portaret, ad judicium accusatus, nullis probationibus convinci poterat, sed suo se juramento purgans absolutus recedebat impune. Contra quam legem Episcopi ex alto dominio contra maleficos introducta rationabili consuetudine, inquisitione facta per testes, excessus secundùm facti merita puniebant, sed hac solùm contra miseros utebantur: nam quoties potens in terra deliquerat, Carolinæ Legis auxilium implorabat, & sic delicta plurima frequenter impunita manebant.* Ubi *Lex Caroli*, liber fortè Capitulorum innuitur, vel certè Lex à Carolo M. inducta; sed perperam intellecta, cùm nihil ejusmodi statutum uspiam reperiatur, sacramentaque recepta tantùm fuerint in casibus in quibus probationes ac testes deerant. Sed potiùs videtur esse *Jus* illud quod *Caroli* vocat Wichbild Magdeburgense. Vide *Jus Caroli.*

Leges Castrenses. Vide *Leges Danorum.*

Lex Catholica, Lex Christiana, Lex sanctissima, Lex venerabilis, passim in Cod. Theod. pro Christiana Religione.

Lex Christiana, Episcopalis audientia, Curia Christianitatis. Constit. 17. in Appendice Cod. Theod. *Judex pro sua sollicitudine observare debebit, ut si ad Episcopale judicium provocetur, silentium accommodetur: & si quis ad legem Christianam negotium transferre voluerit, & illud judicium observare, audiatur.*

Legem Communem vocat Lex Longobard. lib. 2. tit. 56. eam quæ à Principe statuebatur, in casibus præsertim qui in legibus privatis non erant definiti: cujusmodi sunt Capitula Regum & Imperatorum, quibus interdum legibus privatis derogabatur. Edictum Pistense c. 20. *In illis antea regionibus in quibus secundùm legem Romanam judicantur judicia, juxta ipsam legem committentes, talia judicentur: quia super illam legem, vel contra ipsam legem, nec antecessores nostri quodcunque Capitula[illegible] statuerunt, nec nos aliquid constituimus.* Ita leges a[illegible] voluit Carolus M. Capitula quæ Legi Salicæ addidit, in Legibus Longob. lib. 3. tit. 31.

Lex Communis, Common ley, apud Anglos dicitur Consuetudo generalis, quæ per universum Regnum æquè custoditur; ut *particularis*, quæ in diversis Comitatibus, civitatibus, burgis, &c. vim habet. Covvell. lib. 1. Instit. tit. 2. §. 7. & Rastallus in Exposit. vocum Leg. Anglic. eadem quæ *Lex terræ*, de qua infrà. Anonymo in 1. Rhetoric. Aristot. p. 20. κοινὸς νόμος dicitur, ὁ ἄγραφος, καὶ πᾶσιν ὁ αὐτὸς ὁμολογούμενος, contrà ἴδιος νόμος, ἐγγράφως τεθεὶς, καὶ κυρωθεὶς παρὰ νομοθετῶν καὶ τῆς πολιτείας σοφῶν.

Lex Communis Anglorum, dicitur ea quam S. Edvvardus Confessor edidit. Bromptonus de Edvv. *Qui Leges Communes Anglorum genti tempore suo ordinavit, quia per ante leges nimis partiales editæ fuerant.* Simeon Dunelmensis an. 1099. & Florentius Wigorniensis an. 1122. de Henrico I. Rege Angl. *Legem etiam Regis Edvvardi omnibus in Commune reddidit, cum illis emendationibus, quibus pater suus illam emendavit.* Vide in *Laga.*

Lex Danorum, Saxonicè *Danelaga*, qua scilicet Dani Anglici vivebant, cùm Angli lege Anglorum viverent, ex quo ii in Angliam transierunt an. 790. eamque obtinuerunt, Lex scilicet Canuti Regis edita à Lombardo & Weloco, quæ *Lex Danorum*, in Leg. Edvv. c. 10. 19. &c. *Danelaga* cap. 12. &c. *Denelaga*, in Legibus Henrici I. cap. 6. *Denelæ*, in Legibus Willelmi Nothi vernaculis c. 3. appellatur. Brompton p. 956. *Tandem Danis in terra* (Anglia) *dominantibus, tertia Lex emanavit, quæ Denelaga, id est, Lex Danica, sive Danorum lex dicebatur. Qua lege olim 15. Schiræ Orientales & Boreales judicabantur, &c.*

Habuere præterea Danici Reges (in Dania scilicet) legem propriam pro aulæ suæ ministris, quàm *Castrensem sive Militarem, vel Legem Curiæ* vocat Sueno, à Kanuto Magno Rege Suenonis filio, quam ille peculiari libello descripsit, editam à Stephano Stephanio: eandem quam sub nomine Juris aulici Norwagici vernaculè & Latinè edidit Petrus Deimerus: *Quarum formidine*, inquit Sueno c. 4. *nullus alterum quibuslibet injuriis lacessere auderet.* Ejusdem etiam Legis præcipua capita perstringit Saxo Grammaticus lib. 10. Hanc *Witherlogh* appellant Dani, ut auctor est Sueno in iisdem Legib. c. 1. & 11. quasi *Witarum* seu *Jutharum* legem, ut conjicit Stephanius: qui verò ea vivebant, seu aulici, vel *Ministri*, seu *Milites*, qui etiam & *Thayni*, *Witherlogmanni* appellabantur, quasi homines legis aulicæ, ut est apud eundem Suenonem cap. 8. Edidit præterea Arnoldus Huitfeldius an. 1589. Hafniæ Leges Scaniæ, à Valdemaro I. cogn. Magno conditas circiter an. 1163. de consensu ordinum provincialium Scaniæ, quas ex Danico in Latinum sermonem, non quidem ad verbum, sed sensum & materias sub certis titulis comprehendens, Andreas Suenonis filius Archiepiscopus Lundensis, cui Historiam suam Danicam dicavit Saxo Grammaticus.

Lex Francorum, seu *Francica*, eadem est quæ *Salica*: si quidem Franci Orientales Salii appellati, ut rectè observatum à Sigonio lib. 4. de Regno Italiæ. Unde *Francorum Lex Salica* dicitur apud Hincmarum Remensem in Vita S. Remigii. Charta Caroli M. Regis an. 797. edita à Mabillonio: *Fuerunt namque aliqui in nostra præsentia convicti, & secundùm judicium Francorum disjudicati.* Vide Prologum ad legem Bajwariorum, & Dominicum in Assertore Gallico cap. 5. Descripsit Heroldus primam Capitularium Caroli M. editionem ab Abbate Lobiensi confectam sub titulo *Legis Francicæ per Carolum M. editæ*, libris 4. comprehensam. Vide quæ de hac congessit vir Cl. Stephanus Baluzius. Adde præterea Ottonem de S. Blasio c. 51. & Historiam nostram Franco Byzantinam lib. 8. n. 9.

Lex Frisionum, inter leges antiquas locum obtinet, de qua consulendus Sibrandus à Sikama in Commentariis in eam Legem editis.

Lex Gundebada, seu Burgundionum, à Gundebaldo eorum Rege, qui vixit eo ipso tempore quo Theodoricus in Italia, & Chlodovæus in Francia, circa an. 501. Gregorius Turon. lib. 2. Hist. c. 33. de Gundebaldo: *Ipse verò regionem omnem quæ nunc Burgundia dicitur, in suo dominio restauravit, leges mitiores instituit, ne Romanos opprimerent.* Agobardus lib. Adversus legem Gundobadi n. 6. *Quæ utilitas est ut propter legem quam dicunt Gundobadam, cujus auctor extitit homo hæreticus, & fidei Catholicæ vehementer inimicus, cujus legis homines sunt perpauci, non possit super illum testificari alter etiam bonus Christianus?* Lex Longob. l. 2. tit. 55. §. 2. *Ut infantes qui sine rationabili ætate sunt, non jurare cogantur, sicut Gundebada lege viventes.* Ubi Capit. Caroli M. lib. 1. c. 63. *Et ut parvuli qui sine rationabili ætate sunt, non cogantur jurare, sicut Gundebodingi faciunt.* Hincm. de coërcend. raptorib. c. 12. *Tamen si Christiani sunt, sciant se in die judicii nec Romanis, nec Salicis, nec Gundobadis, sed Divinis & Apostolicis legibus judicandos.* Extat hæc lex Gundobada in corpore legum antiquarum, cum hac inscriptione: *Liber Constitutionum, de præteritis & præsentibus atque in perpetuo conservandis, editus sub die 4. Kal. April. Lugduni.*

Lex Longobardorum, primò à Rothari Rege in ordinem digesta est, hoc titulo, apud Heroldum: *Incipiunt Leges Longobardorum quas Rotharis Rex sola memoria & usu retinebat, & composuit, jussitque Edictum appellari, an. 707. ex quo Longobardi in Italiam venerant.* Id etiam observatum ab Hermanno Contracto an. 637. *Per hæc tempora Rotharius Rex Longobardorum, quamvis Arianus, justitiæ tamen amator, Leges Longobardorum scripsit.* Exhinc Grimoaldus, anno regni sui 6. Luithprandus anno regni 1. Ratchis & Aistulphus Reges, legem hanc emendarunt, novaque statuta addiderunt, quæ in Editione Heroldina suis distincta capitibus habentur. Denique Carolus M. Ludovicus Pius, Lotharius, Pipinus, Guido, Otto, Henricus, Conradus Imperatores pauca quædam adjecere, totusque Codex in tres libros dispertitus est, tametsi de tempore non constet. In hac autem recentiori lege complura habentur ex Capitularibus Caroli M. desumpta Capitula, quæ indicavit in nupera ac accurata Capitularium Editione vir doctissimus Stephanus Baluzius.

Lex Martiana. Galfridus Monemuthensis de Orig. Britannor. lib. 1. cap. 20. *Post illum Guintelinus diadema regni suscepit. Erat ei nobilis mulier Martia nomine, omnibus actibus erudita: hæc inter multa & inaudita, quæ proprio ingenio invenerat, invenit legem quam Brittones Martianam vocaverunt. Hanc etiam Rex Alvredus inter cæteras transtulit, quam Saxonica lingua Marchebelage vocavit.* Eadem

Lex Merciorum, & *Merchenelaga* dicta: *Merchenelae*, in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 1. 3. 4. Jo. Bromptonus p. 956. *Marcia Regina Britonum, uxor Gvvitelmi, à qua provincia Merciorum putatur denominata, legem edidit discretione & justitia plenam, quæ lex Mercia vocatur. Has duas leges* (Merciam & Molmuciam) *Gildas Historicus de Britannico transtulit in Latinum, & sic vulgariter Merchenelaga, i. Lex Merciana, sive Lex Merciorum, postea dicebatur, qua lege olim octo Schiræ, i. provinciæ judicabantur, &c.*

Lex Molmutina, à Molmutio primùm in Anglia edita. Willelmus Westmonast. ætate 5. cap. 2. *Succedente tandem tempore suscitavit probitas juvenem quendam, filium scilicet Clothonis Regis Cornubiæ, qui Dunvvallo Molmutius vocabatur. --- hic Leges Molmutinas statuit, quæ usque hodie inter Anglos celebrantur.* Brompton: *Primò leges in Britannia edidit Dunvvallo Molmucius, cujus Leges Molmucinæ dicebantur, usque ad tempora istius Regis Edvvardi* (Confessoris) *satis celebres.* Gervasius Tilleberiensis de Dungallo Rege Angliæ: *Hic primus sibi fecit diadema ex auro. Hic fecit leges Mulmutias, quæ adhuc servantur in Anglia.* Galfridus Monemuthensis lib. 1. cap. 16. *Hic leges, quæ Mulmutinæ dicebantur, inter Britones statuit, quæ usque ad hoc tempus inter Anglos celebrantur. Statuit siquidem inter cætera, quæ multo tempore pòst beatus Gildas scripsit, ut templa deorum, & civitates talem dignitatem haberent, ut quicunque fugitivus sive reus ad ea confugerit, veniam coram inimico suo haberet. Statuit etiam ut viæ quæ ad prædicta templa & civitates ducebant, necnon & aratra colonorum, eadem lege confirmarentur,* Idem c. 18. *Si quis autem scire voluerit omnia quæ de eis statuerit, legat Mulmutinas Leges, quas Gildas Historiographus de Britannico in Latinum, Rex verò Alveredus in Anglicum sermonem transtulit.*

Lex mundana, terrena, in Excerpt. Egberti c. 130. Civilis, quæ *Extrinseca* dicitur in Concilio Calchedon. c. 18. & in Capitulari Aquisgran. an. 787. c. 28. cui opponitur *Christiana, Ecclesiastica.* Præfatio ad Concilium Moguntiacum an. 813. *In tertia denique turba sederunt Comites & judices in mundanis legibus decertantes, vulgi justitias perquirentes, omniumque advenientium causas diligenter examinantes, &c.* Epitaphium Romualdi filii Arichis Principis Beneventani apud Camillum Peregrinum:

> *Gromati pollens, mundana lege togatus,*
> *Divina instructus nec minus ille fuit.*

Occurrit passim, in Concilio Toletano VII. c. 1. Hispalensi c. 1. 3. Parisiensi ann. 829. lib. 2. c. 7. in lib. 1. Capitul. c. 101. in Capit. Caroli Calvi tit. 43. part. 2. c. 2. in Synodo Ticinensi an. 850. c. 22. in Tricassino tit. 7. in Fragmentis Capitular. editis à V. Cl. Steph. Baluzio c. 10. apud Auxilium de Ordinationibus Formosi Papæ lib. 1. cap. 30. Scriptorem Vitæ Aldrici Episcop. Cenoman. p. 119. Hincmar. de Coërc. raptor. cap. 12. in Visione Wetini Monachi Augiensis n. 9. in Annal. Franc. Bertin. an. 862. in Form. 16. Baluziana, apud Ivon. Carnot. Epist. 280. Fulbert. Epist. 41. &c.

Leges Oleronianæ, seu *leges maris*, quarum Ricardum I. Angliæ Regem auctorem asserit Seldenus in Dissert. ad Fletam p. 532. & 539. & lib. 2. de Maris dominio c. 24. quæ quidem sententia, à Dionysio Monsoto lib. 2. & Cleyraco, à quo Leges editæ sunt Rothomagi, deinde Burdigalæ an. 1647. refellitur, asserentibus ab Eleonora Aquitaniæ Ducissa post reditum ex Syria conditas, iisque *Rotuli Oleronis* inditam appellationem, quas postmodum idem Ricardus I. Eleonoræ filius auxit. Nec scio an eæ additiones diversæ fuerint ab Ricardi Charta continente *Statuta illorum qui per mare ituri erunt*, quam descripsere Hovedenus p. 666. Matthæus Paris p. 111. & alii. Leguntur etiam eædem Leges in Anglicum sermonem versæ: nos Gallicas manuscriptas habemus.

Lex Ripuariorum, quando constituta, dictum suprà, ubi de Lege Bajvvariorum. Laudatur autem tit. 70. §. 4. Legis Ripuariæ in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 90. Vide *Ripuarii.*

Lex Romana, Cathvvlpho in Epistola ad Carolum M. Imp. dicitur *totius mundi prima.* Hoc nomine postea donatum Codicis Theodosiani Breviarium, quod Tholosæ 20. Alarici anno collectum, biennio pòst per Anianum Aduris editum fuit, ut patet ex subscriptione Commonitorii Alarici ad Timotheum huic Collectioni præfixi. Qui quidem Codex interdum in MSS. *Auctoritas Alarici Regis*, interdum, *Liber legum*, sed crebriùs Lex Romana appellatur, ut in Codice Bibliothecæ Regiæ 1197. *Incipit Lex Romana. In hoc corpore continentur libri Legum Romanarum libri 13, Novellarum libri 5, &c.* Hac porro lege utebantur præsertim Galli Romani, id est, à veteribus Galliæ incolis, qui Romanis, antequam Burgundionibus ac Francis parerent, ortum ducebant. Constitutio Chlotarii Regis c. 4. *Inter Romanos negotia causarum Romanis Legibus præcipimus terminari.* Hac præ-

prætetea lege vivebant provinciæ Galliæ quæ Gothis paruerant. *Regiones in quibus judicia terminantur secundum Legem Romanam*, in Edicto Pistensi c. 13. 16. 20. *Regiones quæ Legem Romanam sequuntur*, c. 31. *Illi qui secundùm Legem Romanam vivunt*, in eodem Edicto c. 29. 34. Vide Legem Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 9.

Sed & Legem Romanam in causis Ecclesiasticis observatam potissimùm docent Concilium Aurelianense anni 511. can. 1. Concil. Turonense an. 567. can. 20. 21. Lex Ripuar. tit. 58. §. 1. Gesta Dagoberti Regis Franc. cap. 35. Vita S. Præjecti ex Cod. Atrebat. tom. 1. Hist. Franc. p. 673. Annales Francor. Bertiniani an. 868. Lex Longobard. lib. 3. tit. 1. §. 37. Capit. Car. M. lib. 7. c. 37. Add. 4. c. 29. Adrevaldus lib. 1. de Mirac. S. Bened. cap. 25. Atto Vercellensis Episc. Epist. 3. ex iis quas edidit Lucas Acherius: Ivo Carnotensis Epist. 280. Cap. *Super specula*, Extra de Privileg. &c. Adde Joan. Sarisberiensem lib. 8. Policrat. c. 22. extremo. Vide Innocentium Cironium ad 5. Compilat. Decretor. lib. 5. tit. 12. cap. 3. & V. Cl. Steph. Baluzium in Notis ad Capitul. Reg. p. 995.

Lex Salica, duplex fuit: prior quæ ante susceptum Christianismum obtinuit, quamq; eam esse putant, quæ ex Fuldensi Codice ab Heroldo edita est sub titulo *Pacti Legis Salicæ*, & quam postmodum Gotefridus Wendelinus erudito commentario illlustravit. Qui ejus auctores fuerint, docet Præfatio Legi ipsi præfixa: *Franci uti cœperunt legibus, & Legem Salicam dictaverunt per quatuor gentis suæ proceres, electos de pluribus, his appellatos nominibus, Wisogast, Bosogast, Salogast, Widogast, in villis Germaniæ Salechaim, Bodochaim, Wingehaim. Hi quatuor proceres per tres mallos convenientes, causarum origines sollicitè tractantes, de singulis discutiendo, sicut Lex Salica jubet, judicare decreverunt.* Adde Gesta Regum Francorum, Chronicon Moissiacense, Adonem Viennensem, Sigebertum, Ivonem Carnotensem, & al. an. 422. & Ottonem Frisingensem lib. 4. Chr. cap. 32.

Altera Legis Salicæ editio illa est recentior, & à Regibus Francis Christianis emendata & correcta, quam publicarunt Tilius, Pithœus, & Lindenbrogius, quibus indidem addita Capitula Caroli M. & Ludov. Pii. Multa de utraque Lege congesserunt Gotefridus Wendelinus ad Legem Salicam, & Dominicus in Assertore Gallico c. 5.

Mansit etiam in Anglia Salicæ Legis memoria, secundùm quam delicta quædam eluebantur, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 87. & 89. ubi inter alia caput 45. Legis Salicæ, indicatur.

Salici homines, qui Lege Salica vivunt. Lex Salica tit. 43. §. 1. *Si quis ingenuus Francum, aut hominem barbarum occiderit, qui Lege Salica vivit, &c.* *Salicus Francus*, in Capit. ad eandem Legem, in Decreto Childeb. §. 14. & lib. 4. Capit. c. 75. *Salica persona*, in Notitia Tabul. Casaur. an. 8. Ludov. Imp. Lotharii. F.

Salicæ Legis judices, apud Adrevaldum Floriacensem lib. 1. Miraculor. S. Benedicti cap. 25.

Salica terra. Pactus Leg. Salicæ tit. 62. §. 6. *De terra verò Salica in mulierem nulla portio hæreditatis transit, sed hoc virilis sexus acquirit: hoc est, filii in ipsa hæreditate succedunt. Sed ubi inter nepotes aut pronepotes, post longum tempus, de alode terræ contentio suscitatur, non per stirpes, sed per capita dividantur.* Ubi Lex Salica tit. 62. §. 6. *De terra verò Salica nulla portio hæreditatis muleri veniat, sed ad virilem sexum tota hæreditas pervenit.* Charta Alamannica Goldasti 28. *Hoc est, in Medingen cum Salica terra, & hobis quæ Canonicis pertinebant: & in Hemunosun cum Salica terra & hobis: & in Goldahun cum Salica terra, simul cum illa hoba quæ illi adjacet &c.* Et Charta 64. *Et in Witunouva marcha, tam marchis, quam ædificiis, excepta domo Salica, curtilibus, terris, pratis, &c.* Infrà: *Et ille à nobis accipiat in beneficium --- quod habemus in Maingas, excepta Salica terra, nisi 4. jugera ex ipsa.* Joachimus Vadianus in Epist. ad Henricum Bullingerum, ait *terras Salicas* dici, quæ ab omni servitute vacabant, quæque a Germanis *Frygelehengut* vocantur, easque solos masculos spectasse, nulla prorsus parte ad mulieres attinente, ut est in Lege Salica. Addit Wendelinus Salicam terram fundum esse vel prædium quod Salicus homo possidet, qui ut nobilis est ac liber, ita & bona sua possidet libera alode, *en franc aleu.* Sed rectiùs, opinor, uterque dixisset, primitus ea conditione datas Salis vel Salicis hominibus, terras ejusmodi, ut qui eas possiderent, militare officium vel servitium exhiberent, cujus cùm mulieres haud capaces essent, ab earum successione eæ submotæ sunt Lege ipsa Salica, ut & in Lege Ripuaria tit. de Alode. Proinde terra Salica intelligi debet apud Marculfum l. 2. form. 12. cùm ait, *diuturnam, sed impiam consuetudinem* apud Francos teneri, *quæ de terra paterna sorores cum fratribus portionem non habent.* Vide Dissertat. 17. ad Joinvillam.

Lex Saxonum, quæ in Collectione legum antiquarum descripta legitur, videtur ea esse qua utebantur ante Carolum M. qui iis subditis patrio jure uti ultro concessit. Poëta Saxonibus lib. 4. de Carolo M. an. 803.

Tum sub judicibus, quos Rex imponeret ipsis,
Legatisque suis, permisit legibus uti
Saxones patriis, & libertatis honore.

Vide Lindenbrogium in Prolegomenis ad Leges antiquas. Alia, ni fallor, Lex Saxonica intelligitur in Diplomatibus Ottonis M. Imp. an. 952. & Ottonis III. an. 997. apud Hermannum Strangefolium lib. 2. Annalium Circuli Westphalici pag. 185.

Lex terræ, Lex & Consuetudo Regni, à Lege Cæsarea, civili vulgo dicta, distincta, inquit Seldenus in Dissertat. ad Fletam cap. 9. §. 3. Charta Libertatum Angliæ: *Nec eum in carcere mittemus, nisi per legale judicium Parium suorum, vel per legem terræ. Juxta legem terræ, per legem apparentem se purgare*, in Regiam Majestatem lib. 4. c. 4. §. 2. *Purgare se per legem terræ*, §. 5.

Lex villana, qua reguntur *villani*, rustici, manentes, mansionarii: alia enim est virorum nobilium lex. Consilium Petri *de Fontaines*, cap. 3. §. 6. *Si catel & ses convenances sont justichables par loi vilaine, & s'il n'est mie Gentixhoms de lingnage, &c.* Et infrà: *Et se il est autrui frans hom, & il est coukans & levans en ton vilenage, kil tient de toy, lor convenroit il ke tu le menaisses par la loi vilaine.*

Lex Westsaxonum in Anglia, *Westsaxenelaga* dicta, ab Ina & Alvredo Regibus subinde edita: *Quæ lege antiquis temporibus 9. australes Schiræ, 1. provinciæ, quatenus flumen Thamesiæ eas à reliqua parte Angliæ secuerit, judicabantur, &c.* Brompton. p. 956. à quo Latinè eæ editæ: ut Saxonicè à Lambardo & Wenloco. Vide Leges vernaculas Willelmi Nothi cap. 3. 4. 8. 25. & Leges Henrici I. cap. 6. 9.

Lex Wisigothorum, ab Eurico Rege composita æra 504. ut testatur Isidorus Hispalensis in Chronico, cùm antea tantùm moribus & consuetudine tenerentur. Hanc correxit Leuvigildus, plurimasque adjecit leges, plerasque superfluas auferens, ut idem scribit æra 608. Postmodum Chindasvvindus & Recesvvindus plenissimum robur huic Codici dederunt, abolitis aliis omnibus aliarum gentium legibus, ut est in Lege Wisigoth. l. 2. tit. 1. §. 1. 5. 7. 9. Novissima denique omnium recensio à Fl. Egica facta fuisse videtur, quam etiam in Concilio Toletano XVI. à Patribus confirmari postulavit. Hinc usus ejus in Hispania & Gothia, id est, Narbonensi Gallia frequens, & quidem tantæ auctoritatis, ut ex illa in Capitulare Caroli M. quædam inserta leguntur l. 6. c. 269. l. 7. add. 4. c. 1. Liber Legis Gothicæ vocatur à Joanne PP. VIII. apud Ivon. part. 3. c. 58. Hæc ferè ex Lindenbrogio, Catello l. 3. Rerum Occitan. p. 474. Marca l. 1. Hist. Benearn. c. 15. n. 1. & aliis. Adde

 Chro-

Chronicon Regum Gothorum n. 1. 9. 19. in tom. 1. Hist. Francor. p. 818. 819.

In una vel altera lege eruditi, formula sat frequens in statutis Regum Angliæ. Statutum Henrici IV. apud Westmonast. an. 1. *Ac illis, qui de consilio suo existunt, tam spiritualibus, quàm temporalibus in una lege vel altera erud tis, &c.*

Lex, Monetarum in metallo probitas *à lege* requisita ac definita: Italis *Lega*, nostris *Loi*, *Aloy*. Chron. Alexandrin. an. 22. Heraclii: τέλῳ τῷ ἔτει γέγονεν ἀπὸ νόμου νόμισμα ἑξάγ, αμμον ἀργυρῶν. Concilium Remense an. 813. c. 41. *Ne solidi qui in lege habentur, per 40. denarios ducurrant.* Charta an. 1212. in Hist. Episcoporum Cadurcensium n. 87. *Monetam istam non mutabimus, nec minuemus de pondere & lege omnibus diebus vitæ nostræ.* Alia ann. 1213. ibid. *Et sex denarii debent esse ejusdem legis & ponderis, cujus unus denarius.* Alia an. 1265. n. 130. *Cùm nos fecissemus operari monetam in lege trium denariorum argenti, & in pondere 20. solidorum, & 4. denariorum pro qualibet marcha, &c.* Adde n. 105. & Perardum in Burgundicis p. 276. Charta Petri Regis Aragon. an. 1285. *Unusquisque denarius cudatur & fiat ad legem undecim denariorum & oboli, &c.* Charta Jacobi Regis Aragon. an. 1312. *Noverint universi --- quod pater noster tradidit nobis mutuo 60. millia Turonens. argenti S. Ludovici sanctæ memoriæ Regis Franciæ, optimæ legis, quæ sibi confessi sumus debere.*

Lex, pro judicio. *Legem audire, intelligere*, in Pacto Legis Salicæ tit. 38. §. 7. tit. 48. §. 1. *In jus venire. Estre legibus*, ibidem tit. 76. pro *Juri stare*. *Jour de loi*, dies juridicus quo judex pro tribunali sedet, in Consuetud. Hannoniensi cap. 50. *Jugement de loi*, ibidem cap. 17. & in Montensi cap. 12. 13.

Lex diœcesana. Charta R. Beluacensis Episcopi an. 1240. *Abbas & Conventus S. Joannis Angeliaci in Pictavia Prioratum seu domum de Bruriaco, in quod manebant duo Monachi, sitam in diœcesi Beluacensi, & sic jure communi, & lege dioecesana, ut dicebat. Episcopo Beluacensi in omnibus spiritualibus subjectam.* Ex Tabular. Cluniac. Ch. 227.

Lex, Sententia Judicis. Pactus Legis Salicæ tit. 59. *Si quis alterum per legem vicerit.* Tit. 60. *Dicite nobis per Legem Salicam*, id est, pronuntiate sententiam secundùm Legem Salicam.

Legem amittere dicitur infamis, perjurus, exlex: *quia* inquit Bracton lib. 4. Tr. 1. c. 19. § 2. *non est ulteriùs dignus lege. Legis beneficium & terra ammittere*, in Regiam Majest. lib. 1. c. 14. §. 5.

Legem apostatare, Contra legem agere, legi contraire. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 12. *Qui legem apostatabit, vveram sua sit reus prima vice: si secundò fecerit, reddat bis vveram suam: qui tertiò præsumat, perdat quidquid habet.*

Legem facere, est illud agere quod lex postulat, jurare nimirum summam petiam & unamquamque ejus partem esse indebitam, & alios secum adducere, qui verè juratum esse sacramento de credulitate sua suscepto affirment. Cowel. lib. 3. Instit. tit. 30. §. ult.

Legem vvadiare, est spondere se ad diem judicialiter assignatum in Curiam venturum, & legem facturum, apud Cowellum lib. 3. Institut. tit. 30. §. ult.

Legibus hæreditare, est legitimam & quæ ex legibus debetur, hæreditatem adire, in vet. Notitia an. 2. Ludovici Imp. apud Perardum p. 35. Acta Episcoporum Cenomanensium p. 178. *Possessionibus suis, quas dudum aliis Ecclesiis & propinquis minimè tradiderat, per strumenta cartarum multis subscribentibus Episcopis, -- & nobilibus Viris, legibus contradidit sanctæ Cenomannicæ matri Ecclesiæ, &c.* Charta Theoderici Regis, ibid. pag. 198. *A memorato Aghilberto & à suis ministris sunt legibus evindicata.*

Legibus invenire, per vel secundùm Leges. Lex Longob. lib. 2. tit. 55. §. 21. *Cum 6. electis aut sibi 12. esse debeant, quales potuerint legibus invenire, & sic juret, &c.* Ita in lib. 1. Cod. Th. de Religione: *Quæ ad ordinarios cognitores, vel ad usum publici juris pertinent, legibus oportet audiri*, id est, secundum leges.

Legem alicui judicare, secundùm legem scriptam jus ei dicere, in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 14.

Legum domini, qui aliis *Doctores Legis* dicuntur. Otto de S. Blasio c. 14. *Quòd à Principibus & Legum dominis diligenter examinatum, generali omnium sententia judicatur.* Vide *Doctor*.

Ad Legem cadere. Charta Alexandri Comitis Cupersanensis an. 1102. apud Ughellum to. 7. p. 864. *In captionem vos non mittet, nec mitti faciet, excepto si aliquis in capitalibus deprehensus fuerit, qui fidejussores idoneos invenire non possit, aut nisi aliquis ad legem ceciderit, & facta lege sit solutus.*

Lex Judicium Dei, purgatio canonica vel vulgaris, *à Lege*, barbarica nempe, inducta, ac per sententiam judicis indicta. De utraque enim vox hæc usurpatur, quomodo *lada* apud Anglo-Saxones. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 62. *Ab Adventu Domini, usque ad octavas Epiphaniæ, --- non est tempus leges faciendi, i. vel jus jurandum pro fidelitate domini, vel concordia, vel bellum, vel ferri, vel aquæ, vel alias leges examinationis tractari. Idoneum legis examen*, cap. 87. Adde cap. 48. extremo Landulfus de S. Paulo in Chron. Mediolanensi cap. 11. de Petro Igneo, qui judicium ignis subierat, *Presbyter Liprandus causam, quam adversus Grosulanum habuit, purè notificavit, ut Apostolicus non legem per ipsum Presbyterum datam & sacramento & igne notatam laudavit, sed gratiam & officium presbyteratus in illo firmavit.* Will. Thorn. an. 1194. *Quòd Abbas de S. Augustino Cant. debet habere, & quod antecessores ejus habuerunt, libertatem legis, scilicet judicii aquæ, & ignis, & duelli, & quod pertinet ad regalem justitiam in Curia sua de hominibus suis de terris suis.* Tabularium S. Amantii Inculism. fol. 79. *Et propter calumniam illam judicio Americi --- legem accepimus. Cùm autem ad tempus legis venirem, habui hominem meum paratum ad legem perpetrandam, defecit calumniator ille qui legem acciperet.* Quoniam Attachiamenta cap. 5. §. 5. *Et si non habeat probationem, pars negans suum debitum faciat legem suam ad proximam Curiam cum se sexto.* Adde Regiam Majest. lib. 2. cap. 12. §. 12.

Legem facere, judicium Dei subire, apud Landulfum de S. Paulo in Chronico Mediolanensi cap. 11. *Post legem de eo factam ignitam*, cap. 26.

Lex duelli. Sugerius in Lud. VI. cap. 18. *Rex verò ratione & lege & duelli nunquam se pepigisse, per Ansellum Dapiferum suum, ubicunque secure vellent defendere.*

Lex Dei, quomodo *judicium Dei*. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 20. *Et si dominus ejus negaverit, quod per ipsius Consilium factum non fuisset, purificet se ad Legem Dei, &c.*

Lex legalis, Purgatio vulgaris à lege inducta. Tabul. Vindocin. Thuani ch. 172. *Convenerunt itaque ipse & dominus Severtus Monachus noster, & prædictus calumniator, Dado scilicet, apud Castrum Raynaldi ante multos Barones, & ibi paratus fuit Hilgoldus probare omni lege legali, nec Dadoni, nec alii cuiquam se dedisse, vel vendidisse terram illam, nisi S. Martino, &c.*

Lex apparens, Gall. *Loi apparoissant*, vel *apparissant*, in veteri Cousuetud. Normann. c. 81. nova art. 6 .61. 62. ubi opponitur legi simplici, *Loi simple*, seu potiùs simplici juramento, quod *simplicem ladam* vocant Leges Henrici I. Regis Angl. Est autem *lex apparens*, quæ & *aperta*, & *paribilis*, purgatio seu judicium divinum, cujus eventu rei controversæ ac dubiæ veritas elucescit, evidenter *apparet*, vel *aperitur*, *se découvre*. *Querelarum* autem

autem aliæ ſunt *ſimplices*, aliæ *apparentes*. *Simplices dicuntur querelæ, poſſeſſionales, quando per ſimplicem legem proceſſus earum terminatur. Apparentes autem, quando per legem apparentem, vel per duellum, vel per inquiſitionem patriæ, quæ Recognitio dicitur, earum proceſſus terminatur.* Verba ſunt Juris Normannici c. 87. Fieri autem vetantur *leges ſimplices & apertæ*, iis diebus quibus nuptiarum celebratio interdicitur, cap. 81. Regiam Majeſtatem l. 4. c. 4. §. 2. de eo qui occultat theſaurum fraudulosè: *Ob infamiam autem illius criminis non ſolet quis juxta legem terræ per legem apparentem ſe purgare, licet aliter per aſſiſam id fieri poſſit, niſi priùs convictus vel confeſſus fuerit, --- ſi enim ſuper hoc convictus fuerit in Curia, præſumptione contra eum faciente tenetur ſe purgare per legem terræ ſe nihil ampliùs inveniſſe, vel ab alio recepiſſe.* Bracton lib. 3. tract. 2. c. 11. §. 3. *Non autem appellum habet femina niſi de morte viri ſui inter brachia ſua interfecti, vel de corpore ſuo proprio, per quod alicui indici debeat lex apparens.* Et c. 29. §. 1. *Sciendum quod non niſi in duobus caſibus* (femina appellum habet) *per quod alicui lex apparens debeat adjudicari, ſcilicet non niſi de injuria & violentia corpori ſuo illata. Loy aperte*, in Conſ. Norm. Tab. S. Joan. Andeg. *Et ſi quis dixerit vineam ſuam eſſe ædificatam ante mortem Gaufridi Comitis, probabit hoc lege aperta.* Charta alia: *Quod in Curia S. Mariæ ante Richildim Abbatiſſam veraces ſublimeſque perſonæ --- aperta lege probandum fore judicaverunt.*

Lex paribilis, eadem quæ *apparens*, Cujacio auctore, in Conſtit. Sicul. lib. 2. tit. 31. Statuta MSS Caroli I. Reg. Sicil. cap. 22. *En tel maniere les prouves ordinaires ceſſans, ou fait, & les extraordinaires ceſt aſſaveir de bataille paribile, &c.* Ita cap. 28. Rurſum cap. 114. *Ca en arrier eſtoit une loi, laquele l'en apeloit lois paribile. Ce le loi nos volons oſter.* Infrà: *Par la loi devant dite cui doient eſchaper cil qui eſtoient acuſé d'acun crime. Car l'en metoit le fer eſchaufer, & le faiſoient prendre à l'acuſé ſ'il ardoit, il eſtoit coupable: ſ'il ne ſ'ardoit, il eſtoit quites, &c.*

Lex patriæ. Regiam Majeſtatem lib. 4. c. 1. §. 4. *Inquiretur rei veritas, & ex veriſimilibus rerum indiciis & conjecturis, nunc pro eo, nunc contra eum qui accuſatur facientibus, per legem patriæ puniendus eſt, aut omnino ab impoſito crimine purgandus eſt.* Ubi Skenæus ex §. 12. ſeq. *per legem patriæ*, *duellum*, interpretatur, *vel per aſſiſam Parium, quæ lex propterea vocatur lex paribilis. Pares verò convaſſallos ejusdem domini qui de eodem domino feuda ſua tenent. Loi de bataille*, in Conſuetud. Norman. cap. 117. 120. &c. Idem Bracton d. lib.

Lex judicialis, propriè purgatio per judicium ferri, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 9. quæ nudè *judicium* dicitur cap. 45. 49. & alibi. Vide *Judicium*.

Lex Sacramentalis, purgatio per ſacramentum. Leges Henrici I. Regis Angl c. 9. *Differt etiam an aliquis cum ſuo, vel alterius homine, cauſam ſuam agat, & ſi quid in actu, vel in ſola tilha conſiſtat, & ſi quid bello, vel lege ſacramentali, plena vel frangenti, vel etiam judiciali repetatur.* Adde cap. 45. 49. *Paſſer par la Loi, venir à la Loi*, in Conſuetud. Pontivenſi. art. 86. Vide *Juramentum*.

Lex plenaria, idem quod *Lex apparens*. Leges vernaculæ Willelmi Nothi c. 48. *E ki larun encontre, e ſans qui a ancient li leit aler, ſi l'amend a la vailance de larun, û ſe purge per plener lei, qui il laron nel ſout, e ki le criorat, & ſurſera, la ſurſiſe li Rei amend, û s'eu eſpurget.* Quorum verborum notionem poterat explicari eruditus Seldenus ex Legibus Henrici I. cap. 65. ubi totidem Latinè habentur: *Si quis furem gratis dimittat, emendet ſecundùm vveram ipſius furis, aut plena lada perneget, quòd cum eo falſum neſcivit: ſi quis audito clamore non exierit, reddat vverſeuneſſe Regis, aut plane ſe ladiet.* Ubi *Lada*, idem valet quod *Lex*. Adde c. 12. *Lex Sacramentalis plena*, in iiſdem Legibus Henrici I. c. 9.

Lex plana. Concilium Islebonenſe an. 1080. c. 41. *Si plena lex erit facienda, ibi fiat ubi placitum prius fuit*, V. *Lada*.

Lex probabilis, qua aliquid probatur per *Sacramentales*. Gall. *Loy probable & monſtrable*. Jura & Conſuetudines Normanniæ c. 25. *Eſt quædam lex, quæ probabilis ſive monſtralis in laicali curia nuncupatur, per quam quis probare in curia nititur, quod intendit. --- Sciendum ergo eſt, quòd fiat lex probabilis quandoque per ſacramentum probantis, quandoque per ſacramentum duorum, quandoque trium, quandoque quinque, quandoque ſeptem recipitur in curia laicali.*

Lex trimenaria, Præſcripto 30. annorum, in veteri Charta ſub Carolo M. Locum habes in *Perportare*. Vide Jacob. Gothofredum ad leg. 7. Cod. Th. de Act. certo tempore finiendis.

Legem vadiare, contravadiare, facere. Legis vadiatio, dicitur modus ſolvendæ obligationis: verbi gratiâ ſi quis ſuper ſimplici contractu pecunias ab alio vendicet, poteſt ille *vadiare legem* contra eum, id eſt, poteſt ſpondere ſe ad diem ſibi judicialiter aſſignatum in Curiam venturum, & legem facturum. Eſt autem *legem facere* in hoc caſu, agere quod lex poſtulat, ſeu juramento firmare rem petitam eſſe indebitam, & alios adducere qui hunc verè juraſſe ſacramento ſuo aſſerant. Ita Covvelius l. 3. tit. 30. §. 6. l. 4. tit. 13. §. 4. Skeneus ad Regiam Majeſtatem lib. 3. c. 1. v. 24. & Raſtallus verbo *Lex*, Leges Henrici I. c. 46. *Et ſi lex domino vadietur, differat cætera placita, donec lex deducatur per burgi legem, niſi de furto vel capitalibus, &c.* Cap. 53. *Legem vel rectum domino ſuo vadiaverit.* Bracton l. 5. tr. 5. c. 13. §. 3. *Et quo caſu vadiet legem quilibet ſe 12. manu, qua vadiata & plegiis inventis de lege facienda, dabitur eis dies ad legem faciendam, &c.* §. 4. *Formantur autem verba legis, ſecundum formam recordi, ſicut in omnibus aliis legibus faciendis obſervatur, &c.* Adde l. 3. tit. 2. c. 37. §. 4. 9. 10. Vet. Conſuetudo Normanniæ c. 85. *Se cil qui eſt querellé, enchiet de la loy qu'il a gagée, il doit amender le mesfait à celui à qui il le fiſt, & à la Court.* Vide *Banum revvadiare*.

Lex, Mulcta, *emenda* à lege definita, ſtatuta. Lex Salica tit. 42. §. 13. *Quod ſi adhuc major culpa fuerit quæ ſervo requiritur, dominus ſervi non ut ſervus, ſed ut ingenuus totam legem ſuper ſe ſolviturus accipiat.* Charta Caroli Magni pro Monaſterio Sandionyſiano, apud Doubletum: *Quòd ſi homines illi ex judiciaria cauſa aliquid perſolverint, quod nos leges vocamus, in tres partes dividetur, quarum duas Præpoſitus, & tertiam Advocatus habebit.* Baldricus in Chr. Camerac. lib. 3. cap. 44. *Hæc omnia ei dimiſi, & de his quæ emendavit, omnes leges perdonavi.* Adde c. 45. Chronicon Beſuenſe: *Monachi vero quoquo modo aut ipſi aut ſui famuli, ſcienter vel neſcienter damnum fecerint, damnum ſine lege prorſus reſtituant.* Notitia de Rogero Epiſcopo Belvacenſi, apud Loiſellum: *Commiſit ſuprà memoratum alodum præfato Othoni —— dans ei medietatem Vicecomitatus, & dimidias leges de forenſibus hominibus, ita ut miniſter Epiſcopi & miniſter Comitis juſtificent reos, & leges æqualiter dividant.* Tabularium Vindocinenſe fol. 48. *Liber ab omni redditione, vel vicarietatis, vel alterius legis, excepta decima.* Alia Petri Abbatis S. Luciani Bellovac. *Quod ſi Eccleſia S. Luciani ſummam prædictam ſtatuto tempore & termino non perſolverit, perſolvet legem 10. ſolidorum.* Alia ex Tabulario Majoris Monaſterii ch. 14. *Mihi verò forisfacto emendato legem & diſtrictum perſolvat.* Tabularium Carnotenſis Eccleſiæ ann. 1179. n. 101. *Poterit ab hominibus noſtris cenſum exigere, & annonæ conductum, & pro transgreſſione termini legem quæ vulgo appellatur ſecundum quod unicuique convenerit, à ſingulis tranſgreſſoribus poterit exigere.* Huc etiam ſpectant iſta ex Viſione Wettini Monachi Augienſis n. 9. de Comitibus: *Munerum præventione cæcati pro mercede futurorum nihil agunt: ſed cùm mundanas leges pro coërcenda mali audacia admi-*

administrant, damna legalia quæ debitoribus infligunt, absque misericordia, & quasi sibi ex jure debita sua avaritia reponunt. V. Foros Morlanenses art. 32. Perardum in Burgund. p. 428. Probat. Hist. Monmorenciac. pag. 48. Probat. Hist. Sabaud. p. 26. &c. Ita vocem *Loy* hac notione usurpant passim Consuetudines nostræ municipales, ubi & interdum *emende de loi, loi & emende,* & *emende en loi* scribitur. Locos collegit Raguellus.

Lex major, major mulcta, quæ ob majora crimina & delicta irrogari solet. *Grande amende, ley major*, in Consuetud. Solensi tit. 8. art. 3. & in Foris Benehearn. tit. *de Jugiament*, art. 3. 4. 5. Chronicon Besuense: *Ita tamen ut si aliquod scelus à suis vel ab aliis hominibus illic comitteretur, iidem ad Abbatem Besuensem clamationem faceret, & pro ullo patrato scelere, si etiam homicidium aut adulterium esset, quorum lex major esse dignoscitur aliis sceleribus, ultra quinos solidos lege rectitudinis inde quippiam haberet.* Charta Hlotarii & Ludovici Regum Franciæ in 9. Regesto Philippi Pulcri Reg. in Tabulario Regio ch. 7. *Et si fortè calliditate judicis, aut alicujus personæ ipsæ emunitates alicubi irruptæ fuerint, priscorum lege, id est, solid. DC. multetur.* Ubi *priscorum lege* Salica intelligitur, in qua major mulcta est 600. solid.

Lex alta & infima, nostris *grande & petite amende.* Charta Caroli Comitis Flandriæ ann. 1125. in Tabul. Monasterii S. Bertini: *Concedens ut proprios Scabinos Abbas ibidem habeat, per quos tam de alta quàm infima lege liberè & sine contradictione placitaret. Lex duplex*, multa duplex. Libertates urbis Seyselkensis an. 1285: *Qui insultat aliquem in domo sua, duplicem legem debet. Lex triplex*, mulcta triplex. Synodus Pontigonensis ann. 876. cap. 6. & 10. *Transgressoribus autem indicimus injustè præsumpta restituere, & sicut præfixum est, triplicem legem, & triplex bannum nostrum persolvere.* Vide *Bannum, Lada, Compositio.*

Lex excommunicationis, jus excommunicandi vel puniendi per excommunicationem. Charta Anselli Episcopi Belvacensis anno 1099. *Damus insuper potestatem & licentiam Ecclesiæ S. Petri, ut Canonici excommunicent, & absolvant de suis propriis forifacturis, & legem excommunicationis habeant; sic tamen ut de casatis & de servientibus Episcopi, si Ecclesiæ injuriam fecerint, ad Episcopum proclament, &c.*

Leges, exactiones, tributa. Gregor. Turon. lib. 9. c. 30. *Ille cum juramento promisit, ut Leges consuetudinesque novas populo non infligeret, &c. Leges tortæ*, pravæ exactiones, *malæ toltæ*, in Charta Fulconi. Abb. Corbeiensis ann. 1055. in Tabul. ejusdem Monast. Vide *Tortitudo.*

LEXA, Funiculus, Gall. *Lesse*, vox ut videtur ex *licia, orum*, formata, stamina, vel fila quibus in telis textrices implicant stamina. Gaufridus Malaterra lib. 3. cap. 28. *Venetianus autem in adjutorium Ducis (ex funibus per) lexas advenientibus hostibus de muro dependentes porrigit.* Ubi unco inclusa delenda existimaverim. Λέξα eadem notione habet Constantinus Porph. de Administr. Imp. c. 51. p. 196. ubi πλόκη & πλόκος exponitur. Vide *Licia.*

LEXIA. Vide *Laxa.*

LEXIVA, pro *Lixiva*, vel *Lixivium*, quomodo *Lexive* dicimus, apud Eddium Stephanum in Vita S. Wilfridi c. 62.

LEYSON. Hermannus *de Lerbecke*, in Chron. Comitum Schavvenburg. p. 35. *Eodem tempore Benedictus XI. Papa, Ordinis Prædicatorum, consecratur, & secta quædam fatuorum, dicti Frarres Leyson fuerunt. Unde versus:*

Anno milleno trecenteno quoque deno
Secta fuit ficta Leyson fratrum maledicta.

Sic dicti ii fortè, quod crebriùs Kyrie eleison inclamarent.

LEZA. Charta anni 1256. in Metropoli Salisburgensi to. 2. p. 581. *Cùm navis Ecclesiæ ad Austriam deducitur, procurator ipsius dabit Mutario* (Telonario) *nostro pro leza 12. denarios, & servis suis duos denarios: & si in ea fuerit aliquid quod ad Ecclesiam non pertineret, unde muta* (telonium) *dari debet, de hoc solvetur muta. Cùm vero reducitur navis de Austria, iterum dabuntur Mutario nostro pro leza 12. den.* ubi *Leza* fortè idem est quod *lesda*, vel *leuda*, tributum. Vide in hac voce.

LIA, *Amurca*, Papiæ: Gallis *Lie.* Joannes de Garlandia in Hortulano cap. 21. *Alii liam, id est, fæces vini calcinati.*

Lia, alia notione. Vide in *Leda.*

LIARDUS, Color equi, *Gris pommelé*, nostris: *Leardo* Italis, apud Claudium *Corte* Italum lib. 1. *Del Cavalerizzo* cap. 13. ubi eundem colorem in sex alios dividit, scil. *Leardo rotato, ò pomelato, l'armelino ò candido, il moscato nero e rosso, l'argentino, il mellato, & il stornello.* Jul. Scaliger exercit. 325. in Cardanum n. 15. ubi de colore cinericio: *Grisum vulgus vocat, Itali bretinum voce Gothica, nostri Germani Ghrau, Columella in asino murinum, in equis glaucum Virgilius, leardum vulgus Italiæ.* Versus de Ricardo I. Rege Angl. apud Nicol. Uptonum de Militari Offic. lib. 5. p. 131.

En saffadinus vidit quando Saladinus
Ictu Ricardi petiit postrema liardi.

id est, equi liardi. *Le Roman d'Aubery MS.*

--- Richard siet sor un destrier liart.

LIARE, Polire, Græcis, λιαίνειν Glossæ: λίον ποιῶ, *Polio.* Tectorio polire. *Liare cisternam*, apud Tertullianum. Hinc *Liaculum* exponitur in Gloss. Lat. Græc. λιαντήρ, instrumentum quo subigebant ac fricabant tectorium opus inductum calci & arenæ, quibus parietes linebant. Utitur Vitruvius lib. 2. c. 4. & lib. 7. Vetus Inscriptio: *Calce hanerata lito politoque.*

LIBA, pro *Libamen* vel *Libamentum*: ex Græc. λοιβή. Joannes Scotus in Areopagiticis:

Hanc libram sacro Græcorum nectare factam,
Advena Joannes spendo meo Carolo.

LIBANINUM. Henricus de Knygthon an. 1270. *Præconizatum est voce publica, quòd Edvvardus cum peregrinis suis partem tornamenti tenerent contra omnes advenire volentes. Concurrerunt itaque multi ex omni parte regionis illius, inter quos pedestres multi, & etiam equestres conjurati sunt adinvicem in spoliationem Anglorum, præ manibus vendentes & equos & arma, & bibentes unum libaninum in spoliationem captivandorum.* Fortè *Libamen.*

LIBELLARE, Arca, in qua reconduntur libri. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 41. *Loricam, ut ferunt, in libellari, quo chartæ abdi solitæ sunt, recondidit.*

LIBELLARII, Servi per *libellum*, seu per *chartam* manumissi. *Libellarii antiqui, vel noviter facti*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 44. §. 2. Adde lib. 3. tit. 5. §. 2. & Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 6. Charta Ludovici II. Imp. in Chronico Farfensi pag. 654. *Cum piscatoribus suis, servis, ancillis, libellariis, cartulatis, offertis, &c.* Alia Caroli Imp. ibidem p. 658. *Tam ingenuos, quàm servos, libellarios, aldiones & aldianas, seu Clericos, vel cartulatos & offertos, &c.* Adde p. 667. Vide *Commendati.*

Libellarius, Notarius. Testamentum Ephibii Abbatis: *Simplicius Quæstor, Senator, Notarius Libellarius publicus dictavi, subscripsi anno 2. Childeberti Regis.*

LIBELLATICI, dicti Christiani qui à Gentilibus Christum abnegare & diis sacrificare adacti, libello per se, vel per alium judici porrecto, quo ingenuè Christianos se esse profitebantur, ob idque sacrificare sibi non licere, præmium seu pecuniæ summam aliquam offerebant & porrigebant, ne quod iis non licebat, facerent. Ita quidem censent Cypriani Interpretes ad Epist. 52. & lib. de Lapsis. At Baronius an. 253. n. 19. *Libellaticos* dictos censet ex ejusdem Cypriani verbis, Epist. 31. non quòd libellos darent magistratui, sed quòd acciperent.

rent. Horum præterea meminit Epist. 15. 21. Libellaticorum culpam, etsi *Sacrificatorum*, seu Christianorum, qui pœnæ metu sacrificarent idolis, longè minorem statuat, in eos tamen graviter invehitur, ut qui *etsi nefandis sacrificiis manus non contaminaverant, libellis tamen conscientiam polluerant, &c.* Vide S. August. Epist. 164.

LIBELLENSIS, Magistratus apud Siculos, qui aliis *Magister libellorum*, qui scilicet libellos supplices subditorum excipiebat, examinabat, & de iis ad Principem referebat, in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 38. §. 2.

LIBELLOS *dare*. Tradit S. Augustin. lib. 22. de Civitate Dei cap. 8. *Fideles*, in quibus Deus miraculum quodpiam operatus esset, libellos dare solitos Episcopo, qui rem prout gesta esset, continerent, & populo recitarentur. Exempla ejusmodi libellorum profert idem Augustinus Ser. 31. & 39. de Diversis: morem verò etiam attigit Evodius Uzalensis Episcopus lib. 2. de Mirac. S. Stephani cap. 1.

LIBELLUS, Charta qua prædium in emphyteusin conceditur, quæ quidem contractus ac pactionis species frequens olim fuit in prædiis Ecclesiasticis, sub vulgari ac recepta nomenclatura, *Precariæ & Prestariæ*. Gerbertus Epist. 2. *Nescio quibus codicibus, quos libellos vocant, totum sanctuarium Domini venundatum est. Libellum facere* de prædiis, &c. frequens formula in Chron. Casin. l. 1. cap. 50. 57. 59. 63. lib. 2. cap. 6. 7. 13. 20. 26. 58. 65. 67. 74. lib. 3. cap. 59. lib. 4. cap. 28. &c. *Sub specie libellorum possidere*, apud Gregorium M. lib. 8. Epist. 61. *Factis libellis locare*, lib. 9. Epist. 14. *Tenere per libellum*, in Charta an. 1179. exarata Papiæ: *Et omnes alias res quas tenent per allodium, vel per libellum, vel per feudum, sive alio modo. Per libellum concedere* apud Leon. Ost. lib. 2. c. 91. & in vett. Chart. apud Ughell. to. 5. p. 684. *Dare ad libellum*, in Statutis Venetis ann. 1242. lib. 1. c. 4. id est, in precariam aut emphyteusin. *Libelli rerum immobilium*, ibid. c. 5. Vide lib. 4 c. 11. Godefridus Monachus S. Pantaleonis ann. 1168. de Imperatore: *Bonos usus urbis, & locationis libellos tertii & quarti generis conservabit*. Id est, precarias ad tertiam vel quartam generationem concessas. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 1. rubr. de Notulis Ecclesiarum ubi de Emphyteusi: *Et contractus iste secundùm diversas terrarum consuetudines diversis nominibus nuncupatur: dicitur enim Emphyteusis, Precaria, Libellus, Census, Fictum, &c.* Vide Z. zium de Feudis parte 9. §. 36.

Libellario vel emphyteuticario jure dare, vel *possidere*, in Synodo Pontigon. an 876. c p. 10. *Libellario jure dare*, in Chron. Casin. lib. 1. cap. 50. *Libellarium placitum constituere*, ibidem lib. 2. cap. 3. *Libellario titulo* dare, apud Senatorem lib. 5. Epist. 7. *Sub specie libellorum possidere*. apud Gregor. M. lib. 8. Epist. 61. *In terra aliena libellario nomine residere*, in Lege Long. l. 1. tit. 9. §. 22. *Libellario nomine in feudum dare*, l. 1. Feud. tit. 5. §. 1. l. 2. tit. 9. §. 1. *Libellario nomine* concedere apud Gregor. M. lib. 2. Ind. 1. Epist. 1. Petrum Damian. lib. 4. Epist. 12. Ratherium Veronensem de Qualitatis conjectura p. 211. Leonem Ost. lib. 1. Chron. Casin. c. 47. in Chartis vett. apud Ughell. to. 1. p. 874. 896. 1100. to. 5. p. 676. 677. to 7. p. 1294. &c.

Libellarius, pro *libellus*, seu *precaria*. Charta Podionis Episcopi Florentini apud Ughellum to. 3. pag. 56. *Neque volo ut aliquis de ipsis Canonicis habeat potestatem de ipsis rebus libellarios facere, aut aliquid donare.*

Libellariæ Leges, apud Gerbertum Epist. 12. *Contemnetur Imperialis Majestas, cùm in me, tum in se ipsa, in divisione sanctuarii secundùm Leges libellarias facta, quia consentire nolo, &c.*

Libellaria, Prædium *libellario nomine*, vel *titulo*, concessum. Gerbertus Ep. 6. *De beneficiis & libellariis, ex parte nostrum velle ex voto domini nostri Cæsaris executi sumus.* Charta Huberti Marchionis Savonæ ann. 1061. apud Guichenonum in Bibl. Sebusiana cent. 1. cap. 76. *Contentionem autem vel litem prædii vel libellariæ, vel cujuscunque rei, &c.*

Libellare, per *libellum* dare. Charta an. 1053. apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 429. *Alicui dare, vel commutare, seu libellare, vel venundare*, &c.

Libellaticum, Concessio & datio ad *libellum*, seu emphyteusin, vel potiùs pensio quæ pro *libellariis prædiis* quotannis exsolvitur. Gregor. M. l. 1. Ep. 42. *Sed ipsa etiam libellatica, prout summa pensionis fuerit, moderentur.*

Libellus anathematis, Excommunicationis bulla. Anastasius in S. Agapeto: *Hic ortu Episcopatus sui libellos anathematis, quos invidiæ dolo extorserat --- incendio consumpsit.*

LIBELLIO, Notarius Meneæ ad 10. Maii in S. Alphæo: ἐρωτῶνται οὖν πρῶτον παρὰ λιβελλίονός τινος ἐκ Ῥώμης μετὰ γραμμάτων βασιλικῶν πεμφθέντος.

LIBELLIFIUS, *Libellificus*, qui libellos facit, qui reorum confessiones & testium responsa describit; *Greffier*. Hist. de Exilio S. Martini PP. apud Anastasium in Collectan. p. 97. *Dirigitur ab Imperatore ad Diomedis custodiam ad magnanimum Papam Demosthenes Rescriptor & Collaborator sacellarii, & Libellifius cum eo.* Quo loco Baronius habet *Libeltitius*.

LIBER, Saxonicè Land boc, vel Boc-land, id est, *terra ex scripto*, quasi *terra librariа*, *terra testamentalis*, in Legibus Kanuti Reg. c. 32. apud Bromptonum. *Terra hæreditaria*, in Legibus Alvredi c. 20. & ejusdem Kanuti c. 104. apud eundem Bromptonum. Fundum, inquit Lambardus, veteres aut ex scripto, qui Bocland; aut sine scripto, qui Folcland dicebatur, possidebant. Quæ fuit ex scripto possessio, commodior erat conditione, hæreditaria, libera, atque immunis. Fundus sine scripto, censum pensitabat annuum, atque officiorum servitute erat obligatus. Priorem viri plerumque nobiles, atque ingenui, posteriorem rustici ferè & pagani possidebant. Illam Angli vulgò *Frehold*, & per chartam; hanc *ad voluntatem Domini* appellant.

Ejusmodi autem fuit conditionis Bocland, ut ad hæredes transire necessariò deberet, proindeque alienari non posset, nec vendi. Leges Henrici I. c. 70. *Si Bocland habeat, quam ei parentes dederint, non mittat eam extra cognationem suam.* Quod etiam statui in Leg. bus Alvredi c. 37. observat Spelmannus, etsi aliam legis sententiam fuisse contendat Somnerus, nempe, alienari non posse, si testamento, aut alio scripto, id prohibitum fuerit. Vide Leges Edvvardi Senioris c. 3. & Henrici I. c. 13. Epistola Gauffridi Supprioris & Monachorum Ecclesiæ Cantuariensis ad Regem Henricum II. apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkind*, p. 210. *Sed & hoc attestantur scripta vetustissima, quæ lingua Anglorum Landbokes, id est, terrarum libros vocant.* Concilium Clovesohense an. 822. *Huic reconciliationi consensit, ea conditione, ut præfata Abbatissa prænominatam terram scilicet centum manentium, cum libris quos Angli dicunt* Landboc, *& cum eadem libertate quam antè habuerat, in perpetuam hæreditatem tradere.* Mox: *Ista quoque reconciliatio nec hac vice rata fuit, quia post hæc præmissio 12. mensibus imperfecta remansit. Retenti sunt enim tres manentes de prædicta conditione, & libri quinquaginta septem manentium, liber de Bocl land, liber de VVambelea, liber etiam Herferdingland.* Rursum: *At illa coram posita Concilio, suffusa leni pudore, omnia quæ deerant, humiliter promisit se redditurам. Libros etiam quarundam terrarum quos antè non promiserat, cum terris in eodem Concilio Archiepiscopo libenti animo reddebat. --- terram quoque 30. manentium ubi dicitur Cumbe, cum libello ejusdem terræ, pro emendatione Archiepiscopo dedit.* Conventiculum Clovesohense ann. 824. *Habuit autem Episcopus antè nominatas terras cum libris, sicut Æthelricus antè præcepit, ut ad Wigorniensem Ecclesiam redderetur. Statuta autem* atque

atque decreta ab Archiepiscopo & ab omni sancta Synodo illa consentienti, ut Episcopus qui Monasterium & agellum cum libris haberet, cum juramento Dei servorum, --- sibi in propriam possessionem terram illam cum adjuratione adjurasset. Unde porro Angli & Dani *boc* & *bog* pro libro usurparint. Vide conjecturam Olai Wormii in Literatura Runica cap. 1.

Libri deifici. Ita Christianorum libros sacros vocabant gentiles. Vide Passionem S. Felicis Episcopi Tubizacensis, & gesta purgationis Felicis Episcopi Aptungitani.

• *Libri nigri*, de Necromantia, apud Eckehardum de C. sib. S. Galli c. 2. *Ne miremini, si diabolus à quo nigros libros noctibus discunt, fascinatorum suorum calices, ne offenderentur, continuit.* Martianus Capella lib. 2. *Erantque quidam* (libri) *sacra nigredine colorati, quorum literæ animantium credebantur effigies.*

Liber Pacis, qui, ni fallor, osculandus offertur Sacerdoti à Diacono vel Subdiacono. Charta ann. 1247. in Hist. Monasterii S. Mariæ Suession. p. 455. *Relictoque thuribulo in Choro, Diaconus offeret librum pacis, & hora consueta Subdiaconus portabit librum pacis ad Abbatissam & Priorissam, & ad tenentes Chorum, & ad alias Dominas, & exibit cum thuribulo & libro pacis, alia quæ ad celebrationem Missæ pertinent, officiabitur faciendo.* Infrà: *De modo incensandi ad Vesperas, de processione diei, de pace & textu portandis, & de tota Missa, &c.*

Liber vitæ. Martyrologium, ad cujus calcem scribuntur nomina benefactorum. Testament. Bertichramni Episcop. Cenoman. *Sic quoque ut nomina illorum in libro Vitæ in ipsa Basilica recitentur.* Infrà: *Post meum obitum ipsa S. Ecclesia in honore S. Stephani ad suam revocet ditionem, & nomen meum in libro vitæ inibi, qui tunc tempore Pontifex fuerit scribi jubeat.*

LIBERI, Qui nulli servituti obnoxii sunt, ingenui. Duplex autem fuit liberorum ordo, eorum scilicet qui *liberi & nobiles*, & aliorum qui *liberi* quidem essent, seu *non nobiles.* Lex Frision. tit. 11. §. 2. *Si nobilis liberum occiderit, &c.* §. 4. *Si liber nobilem occiderit, &c.* Adde §. 13. 14. In Lege Angliorum tit. 1. §. 1. nobilis, *Adalingus* dicitur, cujus interfecti compositio longè major esse dicitur quam liberi.

Ita apud Saxones, *liberos* à *nobilibus* fuisse distinctos observat Adam Bremensis c. 5. *Liberi* autem propriè dicti videntur, qui ab antiquo ex servis manumissis originem traxerant. Theganus de Gestis Ludovici Pii c. 44. *Fecit te liberum, non nobilem, quod impossibile est post libertatem.* Ita *nobiles* sunt, qui nulla originis ac servitutis macula coinquinantur. *Liberi* autem *homines* sub patrocinio alicujus esse debebant, nec omnino sui juris erant. Charta divisionis Imperii Caroli M. c. 3. *præcipimus ut quemlibet liberum hominem, qui dominum suum contra voluntatem ejus dimiserit --- neque Rex suscipiat, --- hoc non solùm de liberis, sed etiam de servis fugitivis statuimus ordinandum.* Et c. 5. *Et unusquisque liber homo post mortem domini sui licentiam habeat se commendandi, &c.* Similia habentur in Conventu apud Marsnam in Adnuntiatione Caroli c. 2. ex quibus Concilii Ticassinum an. 878. c. 6. *Nemo alterius liberum hominem --- recolligere præsumat, sine illis causis, quas leges mundanæ præcipiunt.* Eosdem esse cum *Commendatis*, de quibus supra, satis colligitur. Similia habentur in divisione Regni Ludovici Pii c. 4. 6. & in Conventu I. apud Marsnam p. 69. qua notione *liberi* intelliguntur in Charta ejusdem Ludovici pro Hispanis. Vetus Charta apud Guillimannum l. 2. Rerum Helvetic. *Ego Henricus dictus Schnuden, vir Glaronensis, liberæ conditionis, una cum filiis meis, &c.*

Liberi, Coloni. Lex Alamannorum c. 1. tit. 9. *Quicunque liberum Ecclesiæ, quem Colonum vocant, occiderit, &c.* Leo Ost. l. 1. c. 61. *Eo etiam tempore octo familias liberorum hominum in cella S. Benedicti de Caudis eodem Abbate rogante concessa.* Fori Bigorrenses c. 15. *Censuales rustici vel liberi non in expeditione Comitem sequantur &c.* Cap. 37. *Si quilibet liber dominum suum morte intervenientе prodiderit, &c.* Mox: *Lege liberi originalis possidere.* Ubi *liberi*, iidem qui *Manentes*, *Hospites*, *Mansionarii*, qui lege *originis* dominis subduntur, à servis tamen & libertis, ac maximè ab *hominibus de corpore* sejuncti. Charta Communiæ S. Quintini ann. 1195. *Illi homines nostri liberi, qui non sunt homines nostri de corpore, si venerint in Communiam, poterunt esse cum omnibus rebus suis illuc secum allatis.* Vide *Colonus.* Posterioris tamen ille conditionis *liberi* dicuntur in Cap. Caroli C. tit. 12. c. 5. *Si liber homo fuerit, bannum dominicum componat; & si colonus fuerit, 60. ictus accipiat.* Adde tit. 31. cap. 15. 23. tit. 39. cap. 2. ubi coloni servorum loco habentur.

Liberi homines apud Alemannos nobiliores dicuntur, *Freuherren*, quorum scilicet majores nullam, quod sciatur, servierunt servitutem, & hi, propriè Nobiles. Nam qui ex servitute manumissi libertatem consequebantur, *ingenui* dicti, & ab Alemannis *Semperfry*, ex formula manumissionis, *Semper ingenuus atque securus existat.* Ita Goldastus ad Eckeardum junior. c. 9. Bruno de Bello Saxonico: *Fridericum de Monte qui inter liberos homines vel nobiles eximius habebatur, famulum suum esse asserit.* Infrà: *Et hominibus advenis vestra bona largiens vos ipsos liberos & ingenuos ignotorum hominum præcipiet servos esse.* Idem alibi: *Dicebant ex persona Ottonis & Herimanni Comitis, se solos ex liberis hominibus --- beneficio fugæ in Saxonia relictos.* Christianus Archiepiscop. Moguntinus in Chron. *Principibus, Comitibus, Baronibus, & liberis, & ab omni populo venerabilis habebatur.* Conradus Usperg. an. 1168. *Militis quippe Teutonicos in dignitatibus Italiæ constituit: nam quendam liberum Bidelupbum Ducem Spoleti effecit.* Acta Murensis Monasterii p. 3. *Habuerunt verò hic quidam divites liberique homines curtim, &c.* Mox tamen id titulі tribuitur rusticis: *Cæteri rustici qui erant liberi, & in ipso vico constituti, &c.* Ita rursum pag. 45. Charta Andreæ Episcopi Traject. an. 1134. apud Miræum in Diplomat. Belg. lib. 1. cap. 52. *Folcoldus de Berma vir liber & dives.* Hanc subscribunt *ex liberis hominibus Arnoldus juvenis Comes de Cleve, Gerungus de ... sper & Guilielmus filius Comitis Guilielmi.* Adde cap. 53. Chronicon Trudonense l. b. 7. p. 428. *Habebat Herimannus nepotem quendam Gualterum nomine de Harchs, liberum quidem hominem, & plurima in prædiis & feudis possidentem.* Specul. Saxon. lib. 1. art. 3. §. 2. & lib. 3. art. 45. §. 2. *Spectabiles, nobiles, & liberi domini.* Vide Chartam an. 1128. in Biblioth. Cluniac. pag. 1387.

Liberi Sagittarii, in Chronico Beccensi ann. 1467. qui vulgo Scriptoribus nostris *Francs-archers.*

LIBERA *Wara.* Vide *Wara.*

LIBERALIS *homo*, Saxonib. Ƿeȝen, unde vox *Thainus*, Baro, vir nobilis. Leges Kanuti Regis Angl. ex textu Roffensi: *Si in domo liberalis, quem suprà Thegen nominavimus, & quidam dicunt* Twelfhændman, *hoc fit, &c.* Vide *Thainus.*

LIBERALITAS, *Libertas.* Ita Glossæ MSS. ad Concil. Carthag. can. 32.

LIBERARE, Præbere, dare, Gall. *Livrer, délivrer*, Capitula Caroli C. apud Carisiacum: *Dedit omnibus licentiam -- redeundi ad propria, exceptis his quos specialiter pro specialibus causis considerandis, vel pro dona liberanda secum aliquantis diebus manere præcepit.* Hugo de Cleeriis de Majoratu Franciæ: *Senescallus præparare & liberare faciet hospitium.* Matth. Paris ann. 1257. *Rex interim Francorum fecit optimè communiri Castra Normanniæ, & à personis suspectis amovit custodias & Magistratus, & liberavit eas suis Francigenis & Normannis.*

Libe-

Liberare, Mittere, remittere, *Expedier*, *envoier*, *renvoier*. Vetera Statuta Corbeiensis Monasterii p. 1. & 2. ubi de Monachis qui ad Cellas, vel ad ministeria sua mittuntur: *Vel si alii adhuc mittantur Clerici vel Laïci, non tamen ad illum numerum* 150. *adjungendi sunt: semper separatim habendi, & tunc liberandi sunt secundùm quod temporis ille qui præest eis singulis dare jusserit. Isti verò* 150. *uno semper tenore in nostris diebus liberandi sunt, sicut hodie per singulas officinas liberantur.* Ita *liberari*, dicitur, qui causam suam prosecutus coram judice, prolata sententia ab eo domum remittitur. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 70. §. 1. *Si quis --- vivente eo* (judice) *requisierit dicendo, quòd liberatus non sit, faciat illi justitiam, post quantoscunque annos requisierit. Causam liberare*, judicium conficere, proferre, ibidem tit. 20. §. 9. tit. 52. §. 1.

Liberatio, quidquid in pecunia, vel cibo, & potu, vel vestimentis à domino domesticis, aut *Officialibus* quotannis, vel certis ac definitis anni tempestatibus *liberatur*, seu præbetur. Hugo de Cleeriis de Majoratu Franciæ: *Tunc Panetarius mittet Comiti duos panes atque vini sextarium, & coquus frustum panis & vini haustum: hæc est enim liberatio Senescalli illo die.* Charta Robertis Ducis Norman. filii Richardi: *Habens una quaque die --- de liberatione 6. panes & 6. fercula coquinæ, & unum sextarium vini, &c.* Ricardus Hagulstadensis de Episc. Hagulstad. *In prædicta Eboracensi Ecclesia unam portionem de communi eorum pro liberatione ipsius illi dedit.* Rogerus Hovedenus p. 738. *Cùm autem Rex Scotiæ ad Curiam Regis Angliæ venerit, quandiu ipse in Curia Regis Angliæ moram fecerit, habebit quotidie de liberatione 50. sol & 12. Wastellos dominicos, & 12. Simenellos dominicos, & 4. Sextaria de dominico vino Regis, &c.* Brompton: *Et dedit unicuique eorum vadia sua, & liberationem ab illo die usque ad proximum Pascha sequens.* Constitutiones Othoboni Cardinalis apud Lindvvodum, seu Concilium Londinense an. 1268. c. 49. *Quidam Abbates, Priores, -- interveniente pretio --- ad certum tempus vel ad vitam illorum quibus fit concessio, certum quid, quod communiter Liberationes appellant, communiter vendant, & assignant pro vita necessariis singulis diebus, vel certis temporibus exsolvendum. Liberationes diurnæ*, in Fleta l. 2. c. 27. §. 5. Ita usurpant Ricardus Hagustaldensis cap. 8. & alii. *Le Roman de Florimont MS.*

Si ont pris del Roi congié,
Et li Rois leur a moult proié,
Li povres perdu pren l congié
Qui prennent de lui livraison,
Et il & tuit si compagnon.
Et il respond, Non prendrai mie,
Livrer nous doit li Rois d'Ongrie.

Le Roman de Vacce MS.

A ceux qui voudront promit terres,
Si Angleterre peut conquerre:
A plusieurs promit livraisons,
Riches soudoiers & bons dons.

Maximè vero ita appellabant nostri vestes, quæ certis anni tempestatibus ac festis à Regibus nostris, (atque adeo etiam proceribus aliis) liberis, domesticis ac officialibus quotannis præbebantur: idque *Livrées* vocabant. Computum Stephanni Fontani Argentarii Regii an. 1351, *Ledit Argentier n'a rien delivre lesdits jeunes enfans de France, excepte pour Messeigneurs Jean & Philippes de France, & Loys de Bourbon; lesquiex furent vestus de livree avec Monsieur le Dauphin le jour de Noël, & retenus en sa compagnie: quar il fu ordené qu'ils feroient faits Chevaliers nouveaux à la feste de l'Estoille prochainement ensuivant.* Ibid: *Des dras que Madame la Royne & pour sa livrée de Myaoust, & aussi de la tenture & de la façon des robes d'icelle livrées, l'Argentier en fait mise en son compte precedent.* Rursum in alio c. *Dras de laine pour le corps de Mons. le Dauphin, & de ceux de sa compagnie; c'est à savoir le Duc d'Orliens, le Comte d'Anjou, les Comtes d'Alençon & d'Estampes, & le Duc de Bourgogne, & aussi pour Mess. Jean & Philippes de France, & Loys de Bourbon, de leurs robes qu'ils orent de livrée ensemble, & à part eus à la Myaoust, & en compagnée avec lesdits Seigneurs, de puis qu'ils furent ostez du Gouvernement de Madame la Roine, des robes qu'ils orent à leur Chevalerie, & ceux aussi qui furent faits Chevaliers ensemble avec eux, c'est à savoir Messire Philippe & Loys de Navarre & Charles d'Artois, & des habits que ledit Mess. Charles ot avec lesdits Seigneurs & Comtes à la feste de l'Estoille.* Hæc & similia quæ apud Scriptores nostros crebro occurrunt, docent cur pedissequi seu famuli *liberatas* seu *les Livrées*, dominorum suorum deferre dicantur: de quibus præterea agimus in vocibus *Pallium*, & *Roba*.

Manet id nominis, tæniolis ac lemniscis, quos pileis apponunt adolescentes, aut quibus se adornant mulierculæ: sed & eo referunt Rigaltius & Meursius quod habet Constantinus Porphyrogenitus in Tacticis, ubi præcipit ut milites cassides habeant pulcrè famiatas, in earumque cono τυφία μικρα, ἤγουν λιβεια, id est, uti interpretantur, *des Livrées*. Quod si ita est, istius vocis usum perantiquum esse dicendum erit, tametsi vix putaverim Constantini ætate nostris ejusmodi tæniolas nuncupatas. Præbebantur autem *liberatæ* seu robæ in festo Christi natalitio, & in Assumptione Deiparæ, quas *Livrees de Noel & de la Myaoust* appellabant.

Livreta, ex Gallico *Livree*. Chart. Philippi Reg. Fran. ann. 1316. ex Tabulario S. Wandregesili: *Significatum est nobis forestam nostram -- multipliciter devastari sub umbra livreia, quam percipiunt Abbas & Conventus S. Wandresili, &c.*

Clericus Liberationis, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 5 qui *Liberationibus* annotandis & describendis præest.

Liberata, Præbitio, *Livrée*. Tabularium Dunstapulense: *Liberata bosci quam habet Prior in Bocvvood.* Infrà: *Liberata prati in le South-Made.* Statuto Henrici IV. Regis Angl. apud Westmonast. ann. 1. inter cætera statuitur, *quod nullus Archiepiscopus, Episcopus, Abbas, vel Prior, nec aliquis alius Ecclesiasticus, vel temporalis cujuscumque status seu conditionis existat infra Regnum Angliæ, det aliquam liberatam panni, nisi solummodò familiaribus & officiariis suis, ac illis, qui de consilio suo existunt tam spiritualibus, quàm temporalibus in una lege, vel in altera eruditis, &c.* Vide *Capitium*.

Liberata, idem quod *Liberatio*. Nicol. Upton lib. 1. de Militari officio cap. 17. *In Anglia quando Rex aliquem nobilitat, solet una cum feudo signum hoc est, liberatam suam nobilitando condonare, &c.* Vide Sebastian. Fontinum Castruccium in Histor. Avenionensi p. 288.

Deliberare, idem quod *Liberare* Gall. *Délivrer*, Porrigere, in manus tradere, in Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 285. Capitul. Caroli C. tit. 43. extremo, apud Gaufredum Malateriam lib. 4. c. 27. in Epistola 40. inter Sugerianas, &c.

Deliberatio, Gall. *Délivrance*, in Chartis Parensa lib. form. 9. apud Ægidium de Roya an. 1395. in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 324. &c. *Charta deliberationis*, id est, traditionis, in Privilegio S. Amandi tom. 2. SS. Ord. S. Benedicti pag. 1094.

Deliberare. Concilium Dusiacense I. part. 2. c. 33 *Hincmarus autem respondit, quia febris illum tangebat, & statim deindè vellet deliberari, ut sanguinem posset minuere.* quo loco *deliberare* est egredi.

LIBERETENENS. Vide *Tenens*.

LIBERIA, pro *Libraria*, Bibliotheca, Gall. *Librairie*, in Historia Andrali ann. 1295.

LIBERTARE, Manumittere, libertatem impertiri, liberum facere. Lex Burgund. tit. 87. §. 1. *Minorum ætati*

ætati ita credidimus consulendum, ut ante 15. ætatis annos eis nec libertare, nec vendere, nec donare liceat. Concilium Ticinense sub Benedicto VIII. in Præfat. *Servos libertant, licèt non possint.* Occurrit in Concilio Hispalensi I can. 1. in Legibus Wisigoth. lib. 12. tit. 2. §. 14. in Chronico S. Sophiæ Benevent. p. 618. in veteri Charta apud Ughellum tom. 7. pag. 865. d. &c.

Libertare, Libertatem & immunitatem loco alicui conferre. Liber de Fundat. Monasterii Gozecensis pag. 233. *Quod Cœnobium iisdem Comes in honore B. Joannis Evangelistæ constructum sub Apostolicæ Sedis auctoritate libertavit.* Chronicon Senoniense lib. 4. cap. 6. *Oppidum quod Nuremberg dicitur, munivit & libertavit.*

LIBERTAS, Districtus loci alicujus, intra quem incolæ *libertate*, privilegio, ac jure civitatis gaudent: *Franchise*, nostris. Chronicon Trudonense lib. 4. p. 391. *Acer quidem erat, constansque --- tanquam generosè natus de libertate & familia Lovaniensium.* Bracton lib. 3 Tract. 2. cap. 25. § 1. *Ut liber homo captus fuerit & imprisonatus contra pacem in Curia, vel infra libertatem alicujus.* Adde cap. 35. & lib. 5. Tr. 5. c. 32. §. 6. 7. Fori Bigorrenses art. 8. *Si Monasteria quamlibet terram de libertatibus acquisierint, -- in legalibus exercitibus faciant servitium unius legalis Militis, &c.* Charta Franchisiarum d'*Aiz* in Biturigibus, Henrici D. Solliaci an. 1301. *Omnes autem illos qui in dicta libertate manserint, qui mihi talliam debent, vel debebunt, volo esse immunes ab omni tallia & questa Præpositorum, &c.* Charta Theobaldi Comitis Campan. an. 1228. pro franchisiis hominum de Viconovo, in Chart. Camp. Thuani f. 155. *Concessi etiam dictis hominibus meis & illis qui venient manere in libertatem eorum, talem justitiam, videlicet, &c.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 47. *Cum pertinentiis infra patriam & præcinctum vocatum Episcopatum & libertatem regalem sancti Cuthberti Dunelm. inter aquas de Tyne & Tese.* Historia Abbatiæ Condomensis p. 489. *Ato de Euglada dedit libertatem quandam nomine Anerdat de Tauran.* Et pag. 493. *Garsias nomine quandam libertatem S. Petro moriens donaverat.* Infrà: *Alteram libertatem S. Joannis vocatam de Guarderas datis 30. solidis -- comparavit.* Adde to. 2. Monast. Angl. p. 133. Matth. Paris p. 638. 677. Lindanum in Teneræmundana p. 220. Matth. Westmon. an. 1259. p. 367. &c.

Libertas, Charta ingenuitatis, manumissionis. Testamentum Widradi Abbatis Flaviniac. *Volumus etiam ut ingenuos eos fecimus, aut inantea fecerimus, quanticunque in ipsa loca manent, -- inspectas eorum libertates super ipsas terras pro ingenuis commaneant.*

Libertas, Præstatio quæ pro tuitione datur: aliàs *salvamentum* dicitur. Ch. Willelmi Comitis Pontivi an. 1205. in Hist. Ecclesiast. Abbavillensi c. 26. *Capellæ sanctæ Crucis 13. libras, & dimidiam libertatem in festo Pentecostes.*

Libertas Decembrica. Joannis Sarisberiensis in Prooemio ad Polycraticum. *Sic dum corrigatur, Horatius etiam servis, ut Decembri libertate utantur, indulget.* Adde eundem lib. 7. c. ult. Vide *Kalendæ*, & Horat. l. 2. Sat. 7.

Libertas Ecclesiastica, vel *Canonica*. Hincmarus Remensis Epist. 7. ex Labeanis: *Deinde Sigebertus cui illud beneficium dederam*, (sic legendum) *secundùm antiquam consuetudinem Clericum petiit, qui in ipsa Ecclesia à te ordinaretur: cui secundùm consuetudinem antecessorum meorum, & secundùm regulas Ecclesiasticas, ac synodalia Capitula, Clericorum de potestate Ecclesiæ nostræ ea conditione concessi, ut si tum illum probabilem judicares, ego illi libertatem Ecclesiasticam darem: & sic demum in illum regulariter ordinares.* Infrà: *Sed quia mihi pro honore Coepiscoporum nostrorum ipsarum sedium complacuit, ut illis decedentibus Clericos ordinandos in eisdem Ecclesiis Episcopis propriarum Ecclesiarum dirigerem cum libertate Ecclesiastica, & literis meis ordinandos Presbyteros, in præfatis Ecclesiis misi, &c.* Rursum: *Et si eundem Clericum in eadem Ecclesia vis ordinare, scribe mihi secundùm morem, & ego illi libertatem Ecclesiasticam dabo.* Denique: *Si autem ipse Clericus, cui per tanta tempora ipsam Ecclesiam in Follanabraio habere, & in ea laborare consensisti, non placet, & per rationem, aut pro crimine, aut pro indocibilitate illum rejeceris, quem contra regulas sine mea licentia, & sine libertate canonica ordinasti, ostende, & alterum inveniemus, &c.* Quibus in locis *libertas Ecclesiastica* & *Canonica*, est facultas quam habet Episcopus nominandi ac præsentandi Presbyterum alteri Episcopo, in cujus diœcesi Ecclesiam habet à sua dependentem, qui ab eo ordinetur, ut eam deserviat.

Libertas Romana, jus civium Romanorum, jus civitatis, jus immunitatis. Vita S. Adheleidis Imperatricis cap. 7. *Ante duodecimum circiter annum obitus sui, in loco qui dicitur Salsa, urbem decrevit fieri sub libertate Romana, quem affectum postea ad perfectum perduxit effectum.*

Libertas, Gretzerus in Episcopis Eystetensib. c. 45. *Hujus Bertoldi est sanctio illa, quæ coercet eorum improbitatem, qui Sacerdotum defunctorum bona liberè invadebant ac diripiebant, conceditque singulis Clericis liberam testandi facultatem, ea tamen conditione, ut quotannis per decurias seu decanias distributi certo in loco conveniant, remque divinam faciant: quod etiamnum fit, vocaturque vulgo talis conventus Libertas, quòd Sacerdotes liberè de suis rebus disponendi libertatem obtineant.*

LIBERTATICUM, Obsequium ac servitium, quod libertus patrono suo debet ratione libertatis concessæ, & quod ille sibi reservavit in Charta ingenuitatis. Olim enim apud Romanos liberti patronis donum, munus, ac operas debebant, toto Tit. de Operis libertor. in Digest. Formula vetus 48. ex Bignonianis: *Nec ulli heredum meorum nullum impendas servitium, nec hominium, nec libertaticum, nec ullum obsequium, nec patronaticum.* Apud Marculfum lib. 2. form. 32. *Libertinitatis obsequium* appellatur.

LIBERTATIO, pro *Libertas, facultas*, in Charta Ursonis Archiep. Barensis apud Ughellum tom. 7. p. 853.

LIBERTINITAS, Liberti conditio, vel prædium & possessio liberti. Charta Abbonis pro fundatione Monasterii Novalicensis, ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ fol. 51 *Volo ut ipse per testamento nostrum libertus fiat, & ipsas Colonicas sub nomine libertinitatis habeat, & ad heredem meam,* (Ecclesiam) *sicut liberti nostri aspiciunt, ita & ipse sic facere debeat.*

LIBERTI, à servitute manumissi. Ut porrò Romani cum conditione operarum præstandarum servos suos manumittebant, ut patet ex toto Tit. *de Operis libertorum*, quas etiam extraneis elocabant, ut earum lucrum pretiumve caperent, l. *Patronis*. Dig. eod. Tit. ita Wisigothi, Franci nostri & Longobardi servos suos ditione sua & potestate duris ferè semper conditionibus relaxabant, adeo ut non tam libertatem consecuti, quàm servitutem mutasse viderentur: quod satis colligitur ex Lege Wisig. lib. 5. tit. 7. §. 14. Atque inde cautum legimus in Concilio Aurelianensi IV. cap. 9. ut liberti, quos de servis Ecclesiæ Episcopus fecisset, in ingenuitate conservarentur, ita ut ab officio Ecclesiæ non recederent: & in Aurelianensi V. c. 6. ut libertos sine voluntate illius qui eos absolvit, ordinare non liceret. Sed & meminit Ivo Carnotensis Epist. 152. Statuti ejusdem Ecclesiæ *de non admittendis ad Clerum libertis.*

Erant igitur liberti, vel manumissi sub obsequii conditione, in familia, & ex familia Patroni, seu manumissoris: ita ut ii, eorumque liberi professionem edere indidem tenerentur, qua & manumissoris conditionem, & se ex familia manumissoris esse profiterentur, ut est in Concilio Toletano IV. c. 70. Tolet. VI. c. 9. Cæsaraugustano III. c. 4. & in Legibus Wisig. lib. 5. tit. 7. §. 21.

Tantum verò aberat ut ingenuitatem plenariam adipiscerentur, ut ne cum ipsis siquidem ingenuis matrimonio copulari iis liceret. Quod si ejusmodi nuptiæ

con-

contraherentur, nati ex ea conjunctione liberi, libertinæ conditionis existebant, uti statuitur in Concilio Toletano IX. c. 13. 14. 15. 16. & in Legibus Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 17. Sed & à Palatinis officiis arcentur in Statuto Ervigii Regis Gothor. Hisp. quod præfigitur Concilio Toletano XIII. & can. 6. ejusdem Concilii. Ad testimonia perinde ac servi non admittebantur, etsi id eorum liberis liceret, ex Legibus Wisigoth. d. tit. §. 12. & Capit. Caroli M. lib. 6. c. 157. Si absque liberis, & *inordinati* decederent, ad patronos redibat eorum hæreditas, c. 14. & in Lege Bajvvar. tit. 58. §. 4. Vide *Patrocinium.*

LIBLACUM, *Liblacus*, Vox formata à Saxonico Lyblac, quod artem veneficiam vel maleficam sonat, maximè speciem ejus quæ fascinatione constat, inquit Somnerus: vel *ligaturu*, ex lib. *obligamentum.* Lambardus *barbarum sacrificium* reddidit in Legibus Athelstani. Hinc Lyblecan, talia factitantes sacrificia. Leges ejusdem Athelstani Regis §. 6. *Decrevimus etiam de sortilegis, & liblacis, & sortem dantibus, &c.* Leges Edmundi Regis editæ apud Londinum §. 6. *Qui falsum jurabunt, vel liblacum facient, sint in æternum à consortio Dei segregati, &c.*

LIBRA *auri* Const. M. ævo 84. solidorum fuit, quot denariorum libra apud Romanos, uti observatum à Scaligero lib. de Re nummaria pag. 64. ex lib. 1. Cod. Th. de Pond. & auri inlat. Postmodum ea imminuta & ad 72. solidos redacta à Valentiniano Seniore, ut est in leg. 13. eod. Cod. de Suscept. præpos. & arc. & l. un de Oblat. vot. quæ posterior.

Libra, Occidua appellatur in Actis S. Marcellini PP. & Synodo Suessana, locis à Baronio ann. 302. Scaligero, & aliis passim allatis, qui de vocis *Occidua* nomenclatura vix inter se conveniunt. Sed copiosè acerudite de utraque libra, & de hac voce disseruit Jacobus Gothofredus ad d. l. un de Oblat. vot. ubi expensis aliorum sententiis eo tandem concedit, ut *Occiduam libram* Valentiniani appellatam veluti *imminutam* quomodo *Occiduum* à Scriptoribus inferioris ætatis usurpatum aliquot locis probat. Hunc consule si lubet; nam pudet ab aliis annotatis & toties repetitis librum infacrire.

Libra auri puri ac cocti duodecim denariorum argenteorum libris æstimatur, in Edicto Pistensi c. 24. *Ut in omni Regno nostro non ampliùs vendatur libra auri purissimè cocti, nisi 12. libras argenti d. novis & meris denariis.* Charta Dagoberti Reg. apud Doubletum: *Unusquisque pro semetipso libras 30. ex auro purissimo partitus S. Dionysii componat.* Alia ejusdem Regis pag. 661. *Si quis verò contra hoc meæ Majestatis decretum præsumpserit, --- legibus artatus auri purissimi decem libras, ac argenti probatissimi pondo 20. ad pensum nostri Palatii solvere cogatur.* Chronicon Moguntinum Chunradi Archiepiscopi: *Huic Cruci inscriptus erat versus iste:*

Auri sexcentas habet hæc Crux aurea libras.

Et nota quod una libra habet duas marcas auri.

Libra Gallica. Vetus Agrimensor, de Ponderibus: *Juxta Gallos vigesima pars unciæ denarius est, & 12. denarii solidum reddunt: ideoque juxta numerum denariorum tres unciæ 5. solidos complent. Sic & 5. solidi in 3. uncias redeunt: nam 12. unciæ libram 20. solidos continentem efficiunt. Sed veteres solidum qui nunc Aureus dicitur, nuncupabant*, Annales Fuldenses ann. 882. *Munera autem talia erant: in auro & argento bis mille libræ & 80. vel paulo plus: quam libram per 20. solidos computamus expletam.* Adde Joannem VIII. apud Ivonem part. 3. cap. 98. & Speculum Saxon. lib. 2. art. 53. §. 3.

Libra monetaria. Synodus Vernensis an. 755. c. 27. *De moneta constituimus similiter, ut ampliùs non habeat in libra pensante nisi viginti duos solidos, & de ipsis viginti solidis Monetarius habeat solidum unum, & illos alios reddat.*

Libra ponderalis argenti, apud Scotos, erat viginti quinque solidorum, ut est in Statutis Roberti III. Regis Scotiæ cap. 22. §. 3. & in Assisa Regis Davidis de ponderibus §. 3. sed propter imminutionem monetarum, interdum fuit 26. solidorum & 4. denariorum. Vide Fletam lib. 2. cap. 12. §. 1.

Libra Anglo-Normannica, 20. pendebatur solidis: solidus autem interdum 16. denariis, sed plerumque 20. ex argenti uncia conflatis. Hinc in Domesdei crebrò: tale *manerium reddit 10. 20. vel 30. libras denariorum de 20. in ora*, ut de specie constet solutionis. Hæc igitur libra duplex fuit, scilicet majoris unciæ, & minoris: vel majorum denariorum, & minorum.

Libra denariorum illa frequentior est in Domesdei, & perinde sub illo sæculo, de 20. denariis in uncia, tit. *Oxenfordscire*, & tit. *Oxenfordscire-Rex Oxenford. Reddit de moneta 20. lib. denariorum de 20. in ora.* Ibidem: *Procanibus, 24. libr. denariorum de 20. in ora.* Tit. *Herefordscire Rex-Lexe: Præpositus ---- veniente domina sua in manerium, præsentaret ei 18. oras denariorum, ut esset ipsa læta animo.* Spelm.

Libra-Anglo-Saxonica continebat solidos 48. argenteos: solidus verò 5. tantummodo denarios. Extant certa rei monumenta, ut Lambardus refert, in denariis argenteis, tempestate Ethelredi Regis excusis. Spelm.

Libra arsa. Vide *Arsura.*

Libra mercatoria apud Anglos constat 15. unciis. Fleta lib. 2. c. 12. §. 1.

Libra verò auri, argenti, electuariorum & hujusmodi apothecariorum confectorum, consistit solummodo ex pondere 20. solidorum sterlingorum Ibid. §. 4.

Libra pensans, in Capit. sub Pipino Rege §. 5. *De moneta constituimus, ut ampliùs non habeat in libra pensante, nisi 22. solid. & de ipsis 22. sol. monetarius accipiat solidum unum, & illud aliud domino cujus sunt, reddat, ut immunitates conservatæ sint.*

Libra numerata, in Domesdei. Currebant in primis pecuniæ (ut hodie argenteæ) solummodo numeratione; accepitque inde hæc libra nomen, denarios veteres 120. numeranti exhibens.

Libra panis, in Regula S. Benedicti Monachis præscripta in refectoriis cap. 39. Concilium Aquisgran. sub Ludov. Pio c. 57. *Ut libra panis triginta solidis per 12. denarios metiatur.* Ubi constare dicitur solidus 12. denariis. Leges Franc. tit. 4. 5. 106. *Ut inter Francos per 12. denarios solidus componatur.* Charta anni 1159. apud Jofridum in Episcopis Nic.ensibus: *Si autem cum eis comedere noluerit, libra ei & justitia cum pulmentis, quibus Clerici vescuntur, deforis mittantur.* Sic libra panis 30. solidorum conficiebat libram & dimidiam, cùm 20. solidi 12. uncias conficerent. Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 14. *Triginta solidi, id est libra dimidia.* Adde Chron. Casin. lib. 1. cap. 2. Haeftenum lib. 10. Disquisit. Monast. tract. 3. disq. 2. Menardum ad Concordiam regular. & Dissertat. Gallicam de Hemina vini & libra panis in Regula S. Benedicti edita an. 1667. §. 27. & seqq.

Libra, pensa, seu *pensata*, in Domesdei. Cùm multa essent ubique locorum *cuneagia*, (nam illustriores plurimæ civitates, villæ, Episcopi, proceres, sua habuere) factum est ut leves sæpe denarii à *cuneatoribus* & falsariis cuderentur, detonsique sæpe alii in publicum prorepererent. Venit igitur in usum, non solùm *libram* numerare, sed (ut aureos hodie) ad pensum trutinare. Domesdei: *Reddit nunc 30. libras arsas & pensatas, &c.* Alibi: *De tertio denario habet Rex 30. sol. ad pensum, de cremento 10. libr. ad pondus.* Rursum: *Hoc manerium reddit 70. libras ad pensum: sed ab Anglis non appretiatur, nisi ad 60. libras ad numerum.*

Libra prima 20. solidis constans apud Occitanos, quibus etiamnum *livre prime* dicitur. Vetus Placitum

circa an. 1200. apud Catellum in Hist. Occitan. lib. 5. *Econtra verò omnes Judæi allegabant a*[illegible]*erentes, quòd non debebant eam* [illegible] *dare ad commune pondus Tol se sed ad quoddam speciale pondus, quod est 20. solidorum, quas libras primas vocabant.*

Libra ad scalam. Vide *Scala.*

Libra servientalis. Consuetudines Monasterii de Regula, to. 2. Bibl. Labbei p. 744. *Habeat Eccl sia duos homines vel feminas cum sarculis unoquoque anno ad segetes purgandas: & dabitur unicuique una libra servientalis, & alio tempore in mann una torta de furno, & vinum. & in nocte una supra.* Id est, libra carnis qualis *servientibus* dari solet.

Libra sterlingorum eadem olim fuit quæ libra denariorum de 20. in uncia; nam *denarius* aliàs dicebatur *sterlingus* & *esterlingus.* Confecerunt autem sequentes Reges *sterlingorum* libram ex denariis de 40. in uncia: novissimi, de 62 vel eo amplius, retinentes tamen *sterlingorum* appellationem, utpote jam pecuniam legalem significantem. Prisca igitur *libra sterlingorum* ex 120. denariis constabat, pondo æqualis gravitate: media ex 480. hodierna ex 728. & quidpiam supra. Sterlingorum autem nulla, quod sciam, in Domesdei mentio, cùm recentioris sit originis vocabulum. Hæc Spelmannus.

Libræ subtiles & grossæ. Charta Raymundi Gauffredi Domini de Tretz: *Vendimus -- octavam illam partem quam habuimus vel tenemus pro indiviso in civitate Massiliæ & ejus territorio & destrictu, in mari, in insulis, in venationibus, & in ferro Quintalis, & in lasciis, & in corda, & vicesimo quinto, & in libris subtilibus & grossis, & in Marchis, & in Millairolis vini & olei, & in sextariis, & in cocis, &c.* Liber Rubeus Archiepiscopatus Aquensis ex Bibl. Regia: *Judæi Aquenses faciunt seu facere tenentur in festo Paschatis duas libras subtiles piperis D. Archiepiscopo pro cymeterio eorundem, &c.* Habent etiam Itali *libras subtiles*, de quibus ita F. Otbertus pag. 6. *In quinto* (de pesi) *& ultimo chiamato della bilancia solite, che libre 106. un quarto, di esso sono libre 100. dell sudetto della bilancia grossa.*

Libra vini, Libra cervisiæ, in Regula Canonicorum in Synodo Aquisgran. cap. 122. in Regula Sanctimonialium, ibid. cap. 13. V de veterem Agri mensorem de *mensuris in liquidis* p. 333. & supra in *Hemina.*

Libra terræ, & *librata terræ*, quid sit in veteribus Chartis, video planè controverti: quidam enim existimant, atque in his Covvellus, ut libra dividitur in 20. solidos, *solidus* in 12. denarios, *denarius* in 2. obolos, *obolus* denique in duos *quadrantes*, ita in terrarum æstimatione eosdem observatos gradus: ac *quadrantatam* de quarta parte acræ, *oblatam* de dimidia, *denariatam* de ipsa acra, *solidatam* de 12. acris, *libratam* denique de vicies 12. hoc est, 240 acris intelligi. Quam sententiam minimè probat Spelmannus, qui ait verus quoddam computationis genus, memoriæ causâ, ab agrimensoribus excogitatum. Siquidem, inquit, acram terræ marcæ argenti assimilantes, totidem in hac denarios numerant, quot in illa perticas, in utraque scilicet 160. dividentesque perticas in dimidia & quarterios: his opponunt utique obolos & quadrantes argenteos, sic ut acra contineat 160. *denarios*, 320. *obolos*, & 640. *quadrantes*. Cui quidem Spelmanno utcunque hac in re assentitur Sirmondus, qui in Notis ad Gaufridum Vindocinensem, *Libratam terræ jugerum terræ integrum* aut *arapennem* esse contendit. *Libram*, & *libratam terræ*, alii volunt esse modum agri aut prædii ad valorem annuum pecuniarii reditus, & ad certum librarum monetæ currentis numerum exactum & æstimatum: adeo ut qui certum numerum librarum terræ alteri daret, ad hoc teneretur arbitrio & judicio boni viri, certa agrorum mensuram, quæ in reditu tot nummorum libris valeret, dare; cùm, ut est in Consuetudine Turonensi art. 353. in dominicis & prædiis nulla fixa sit æstimatio, quia pluris aut minoris æstimantur pro valore ac bonitate ipsorum prædiorum, & ut est apud Senecam lib. 3. de Benefic. & in *L. Pretia.* D. ad Legem Falcid. *pretium cujusque rei pro tempore est.* Unde à viris expertis æstimatio fieri solet, quam *prisée & assiette de terre*, vocant Consuetudines Trecensis tit. 11. art. 1. Turonensis, Andegavensis, Arvernensis, Burbonensis, & aliæ. Atque ita sanè *libratæ terræ* ferè semper videntur intelligi, saltem apud nostros: quibus sæpe adjungitur vox *reditus*, ex qua non certum ac definitum agri modum esse colligitur. Bromptonus ann. 1172. *Cui pro illo homagio & fidelitate dedit* 1000. *libratas reditus in Anglia per annum.* Mox: *Et concessit ei* 50. *libratas redituum Andegavensium*, i. 50. librarum monetæ Andegavensis reditum annuum: quomodo in veteri Charta apud Cl. Ægid. Menagium: *Mille libratas ad Turonenses*, i. Turonensis monetæ: ubi perperam editum *adturonenses*, & *attournois*, junctis vocabulis. Charta Odonis Comitis Nivernensis an. 1258. *Et je ces deux dites terres ne valoient aux jours que li mariages fera fez*; 8000. *livrées de terre à Tournois, nous sommes tenus de parfaire en autre terre avenantment.* Charta ann. 1239. *Item dedit dictæ Margaritæ filiæ suæ in maritagium quingentas libratas terræ ad monetam Divionensem.* Testamentum [illegible] obeitt Ducis Burgundiæ an. 1297. *Je veux que O'ozmes fils pour lui & pour ses hoirs hait en heritage* 4000. *livrées à Digeonnois en Justice & Seigneurie grant & petite assises à Grinon, &c.* Joannes de Condato, de Engueranno de Marigniaco:

Trente mil livrées de terre
Avoit, ù plus, au Parisis.

Libratarum terræ passim est mentio, apud Goffridum Vindocin. lib. 2. Epist. 30. lib. 3. Ep. 10. 15. Math. Paris ann. 1212. Bromptonum in Stephano Rege, Chifflerium in Beatrice pag. 77. &c.

Libræ pro *terra* olim æstimatam sortem principalem vicesimo denario docet Charta Roberti Archiepiscopi Lugdun ann. 1233. ex Regesto Feodor. Ecclesiæ Lingonensis: *Et ipsi tenebuntur ponere uterque ipsorum, videlicet 200 lib as in emptione 10 librarum terræ, quas assignabunt & tenebunt in feodum in perpetuum ab Episcopo Lingonensi.* Vide *Denarius.*

LIBRARE. Vide *Ponderare.*

LIBRARIUM, βυγοσάσιον, in Gloss. Græc. Lat. libriæ.

LIBRARIUM, Bibliotheca, Gall. *Libraire.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Librarium*, boc-hus i Librorum domus. Monachus Altissiod. a. 960. *Claustrum quoque Canonicorum crematum est, Librariumque & ornamenta Ecclesiæ.* Will. Thorn. in Chron. c. 21. §. 16. *D. Thomas Abbas --- instituit ut singulis annis in perpetuum in principio Quadragesimæ, die qua Librarium defertur in Capitulum, virorum animæ commendentur, & absolvantur animæ defunctorum, per quos librarium hujus Ecclesia fuerit aliqualiter emendatum.*

Libraria, eadem notione. Martianus Capella lib. 1. *Utpote librariæ superûm archivique custos.* Hist. Austrahs an. 1295. *Per totum claustrum & ante Librariam --- intravit.* Ita emendo pro *Liberiam.*

LIBRARIUS, Librorum descriptor. Isidor. lib. 6. c. 14 *Librarii iidem qui Antiquarii vocantur. Sed Librarii sunt qui & nova & vetera scribunt, Antiquarii qui tantummodo vetera, unde & nomen sumpserunt.* Petrus Damianus lib. 7. Epist 19. *Cum alio Monacho, --- litteris æquè perito, atque librario.* Suprà: *Et quoniam scribendi peritus existit non parva nobis librorum volumina, d lucubilitci exaravit.* Odericus Vitalis lib. 9. pag. 718. *Nulla unquam, ut reor, Sophistis in bellicis rebus gloriosior materia prodiit, quam nostris nunc Dominis Poetis atque librariis tradidit.* Vita S. Guthlaci Anachoretæ c. 30. *Habuit*

Habuit siquidem in comitatu suo virum Librarium Wilfridum, &c.

Librarii, qui describendis actis judicialibus operam dabant, in Cod. Th. leg. 1. de Lucris offic. leg. 1. de Decur. urb. Romæ, apud JC. Symmachum &c. *Librarius Cos. Librarius Quæstorius trium decuriar. Librarius Tribunicius*, in vett. Inscripr. 541. 10. 544. 6. 625. 6. 627. 5. Hinc

Librarius, pro *Notario*, apud Rollandinum in Summa Notariæ.

Librarius, dignitas Ecclesiastica in Ecclesiis Cathedralibus, eadem fortè quæ *Cantoris*, qui & *Armarius* dicitur. Charta Henrici III. Imp. an. 1056. apud Meurissium in Episcopis Metensibus pag. 360. *Videlicet ut electionem Primicerii faciant, sive Decani, Cantoris, Librarii, atque Custodis Ecclesiæ S. Stephani.*

LIBRILLA, Jo. de Janua: *Librilla, est baculus cum corrigia plumbata ad librandum carnes. Dicitur etiam instrumentum librandi, i. percutiendi lapides in castra, scil. manganus. Unde librillo, as, tali instrumento projicere, vel percutere, vel infestare.* Henricus Rosla in Herlingsberga:

Non hic unigena fabricatur machina nomen,
Hæc librilla tenet; quasi saxea pondera librans.

Libralium meminit Cæsar lib. 7. de Bello Gallico: *Fundis*, libralibus, sudibusque, &c. iis, qui utebantur, *Libratores* dicuntur Tacito 2. & 3. Annal. Vide *Mauganum*.

LIBUM, Genus præstationis, vox Latinis Scriptoribus notissima, *Gasteau, Tarte.* Charta Hugonis Castellani Vitriacensis ann. 1224. apud Peraldum pag. 407. *Cum perciperem in molendinis de Chausseio -- libum unum, quotiescunque ad villam de Chausseio me venire contingebat, quidquid juris habebam in percipienda liba memorata legavi in eleemosynam, &c.*

LICA. Vide *Lischa*.

LICENTIA, *Licentiare* Jo. de Janua: *Licentia, dicitur commeatus, quod vulgariter commeatio: unde licentiare, vulgò commeare.* Ugutio, à quo hausit: *Licentia dicitur commeatus, vel vulgariter dicitur cognatum, unde licentio, as, cognatare, vulgo.* Ubi fortè legendum *Congeatum*, & *Congedre.* Est igitur.

Licentiare, Facultatem & licentiam abeundi dare, dimittere, Gall. *Licentier congedier.* Gauterius Cancellarius de Bell. Antioch. pag. 451. *Licentiatis Baronibus quietè recreari, &c.* Will. Brito lib. 7. Philipp.

——— *Utque velint exire licentiat omnes.*

Chronicon Fossænovæ ann. 1209. *Ibi eum benedixit, licentiavit, &c.* Petrus Blesensis Epist. 52. *Jamque licentiatus, & accepta vestræ benedictionis gratia recedebam.* Chronicon Andrense: *Et data benedictione me ad egrediendum licentiavit.* Adde Matth. Paris pag. 481. 671. Thwroczium in Ladislao c. 59. Jo. Gersonium de Imit. Christ. lib. 2. c. 8. §. 5. &c.

Illicentiatus. Thomas Walsinghamus ann. 1296. *Illicentiatus clam discessit, tanquam fugitivus*, non impetrata ac petita missione.

Licentia, quæ ab Abbate Monachis conceditur aliquid faciendi. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis c. 38. *Duobus modis licentiæ accipi possunt, scilicet aut verbo, aut signo. Qui verbo licentiam petunt, manifestè dicant quid facere velint; qui autem signo petunt licentiam, si non possunt per signum illud quod apertè volunt significare, debent postea, cùm opportunum fuerit, à quo licentiam acceperunt, quid fecerint indicare.* Infrà: *Licentia decantandi Missam, de egressu, &c.* Eckeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 7. *Regulam quotidie audire & facere; licentias interdum, quæ etiam irregulares essent, tanquam Novitiis dare, arcum tendere, ac laxare.* Statuta antiqua Cartusiensia 2. part. cap. 6. §. 21. de Priore: *Cum Conversis manens licentias donat, ad eum pertinet licentia generalis vini, casti silentii & hujusmodi.*

Licentiare, facultatem dare rei cujuspiam faciendæ. Cæsarius Heisterb. lib. 2. de Mirac. c. 10. *Dixitque juveni, Vis ut ostendam Abbati; & licentiavit ei.* Vide eundem lib. 3. c. 14. lib. 6. cap. 5. Speculum Saxon. lib. 2. art. 63. §. 6. Albertum Stadensem ann. 1258. Vitam S. Amasii Episcop. Teanensis cap. 3. Statuta Synodalia Odonis Parisiensis, &c.

Licentia major. Tabularium Cisoniense an. 1266. *Statutum est etiam ut quilibet Canonicus durante majori licentia, quæ semel in anno concedi consuevit, æstimationem prabendæ vini sui habeat in pecunia numerata.*

Mala licentia, Longobardis dicta facultas peccandi uxori à marito indulta. Leges Luitprandi Regis tit. 101. *De mala licentia mulieri data.* Mox: *Si quis conjugi suæ malam licentiam dando dicat, Quin vade, & concumbe cum tali homine; aut si dixerit ad hominem, Veni & faccum muliere mea carnis commixtionem, &c.* Adde Legem Longob. lib. 1. tit. 32. §. 6. Nam cùm adulterio uxoris matrimonium solveretur, mariti interdum qui uxores remittendi quærebant occasionem, eas ad perpetrandum adulterium impellebant: quo statim probato, ab iis divellebantur. Quod attigit Matthæus Monachus in quæstionibus matrimonialibus lib. 8. Juris Græcorum, pag. 508. ubi de Causis dirimentibus matrimonium: ἐὰν τῇ τῆς γυναικὸς σωφροσύνῃ ἐπιβουλεύσῃ, ἄλλοις ἂν ἤγουν εἰς τὸ μοιχευθῆναι ἐπιχειρήσῃ προδοῦναι. Huc etiam spectat, quod habet Achmes Onirocrit. cap. 267. Unde in Capitulari an. 757. c. 1. & lib. 5. Capitul. cap. 21. ubi illi, cujus uxor adulterium commisit, aliam uxorem accipere facultas conceditur, hæc adduntur in Cod. Thuano: *Si absque ejus conscientia factum fuerit illud adulterium, & si ab ea abstinuit postquam rescivit, nam cum illa reconciliari non potest.* Vide *Cugucia*.

Licentia, Facultas data Doctoribus seu Professoribus profitendi publicè in Academiis. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia: *In isto libro eris solùm examinatus, quando petes licentiam legendi Parisiis.* Joannes de Deo in Pœnitentiario lib. 5. c. 14. *De Magistris scholarum: Peccant --- primo, quia vendunt licentias docendi, &c.* Marsilius Patavin. in Defensore pacis 2. part. c. 10. *Quibus docendi aut operandi talia in civitate per principantem data est auctoritas, quam in disciplinis liberalibus consueto vocabulo Licentiam appellamus.* Vide eundem cap. 21. pag. 322. 326. 1. Edit.

Licentiari, Licentiatus ad magisterium, in Chr. Nicolai Trivetti an. 1282. Idem Rob. de Sorbona: *Multis enim magnatibus fit aliquando gratia, & licentiantur sine examinatione.*

Licentia matrimoniorum. Vide *Maritagium*.

LICENTIOSUS. Gloss. Græc. Lat. αὐθαίρετος, *Licentiosus, suæ potestatis, emancipatus, sui juris.*

LICINA. Math. Westmonast. *Tunc Rollandi cantu inchoato, vexillis erectis & evolutis, tubis cum liciniis perstrepentibus, &c.* Ita utraque Editio; sed legendum videtur *buccinis* pro *buccinis*, quomodo Græci recentiores βούκινον dixere. Hist. Apollonii Tyrii: ἀπὸ τὰς ἠχὰς τὰ βούκινα, νὰ τέξει νὰ σκολάσουν. Vide Gloss. Rigaltii & Meursii.

LICHINUS, *Licinius* idem quod *Ellychnium.* Papias: *Lichini, cicendelia lucernæ.* Ordericus Vital. lib. 6. p. 615. *Incolis alia curantibus, flamma (candelæ) lichinum usque ad mappulam altaris absumpsit.* Miracula S. Ludgeri Episcopi Mimigard. n. 20. *Extincta candela carbunculum de Lichino emunxit, ut nihil prorsus in eo lucis remaneret.* Ubi *carbunculus* est flamma quæ exsufflata candela in ellychnio restat. Vide Fridegodum in Vita S. Wilfridi c. 46.

Lichinius. Constantinus Africanus lib. 2. de Morbor. curat. cap. 7. *In auriculas cum lichinio infusio mittatur.* Adde c. 13. 15. &c. *Linteolis vel licinio addito*, apud Vegetium l. 2. de Arte veterin. c. 22.

Licinus, apud Hugonem Farsitum lib. de Miracul. S. Mariæ Suession. c. 19.

Licinius. Papias & Gloss. Arabico-Lat. ex Isidoro l. 20. c. 10. *Licinius, quasi Lucinius, quia lumen dat, est enim candela lucernæ.* Glossæ Isid. *Licini, candela, lucernæ, vel cicindilia.* Ado Vienn. ensis in Martyrol. 5 Id. Jan. *Oleoque infuso Licinius manus & pedes eorum ligantur, &c.* Constantinus Afric. lib. 1. de Morbor. curat. cap. 16. *Fumigatio fiat cum licinio bombycino prius accenso & extincto.* Adde ejusdem lib. de Chirurgia cap. 24.

Licinium, quod de candela vel lucerna emungitur, in Glossis MSS.

LICIÆ, Castrorum aut urbium repagula, vulgo *Lices*, à *liciis*, seu staminibus, vel funiculis dicta, quod ea primitus ex funibus conficerentur, vel quòd ut stamina junctim erigantur. Godefridus Monach. S. Pantaleon. an. 1219. *Muri firmati sunt ligneis castellulis ac liciis.* Jacobus de Vitriaco in Hist. Orientali an. 1219. *Et ad jactum jaculi extra licias Saracenis equitantibus relictum exposuerunt.* Idem in Epist. de Captione Damitæ: *Cùm ex parte liciarum nostrarum & fossati nostri plures impugnassent nos Saraceni.* Oliverius Schol. *Fossatum --- transeuntes, & licias violenter rumpentes, &c.* S. Ludovicus in Epist. de Captione sua: *Destructis Saracenorum machinis, licias fecimus ad pontes navales.* Poriò *licias* legendum to. 8. Spicilegii Acheriani p. 364. pro *lictas*. Vide Vincent. Belvac. lib. 32. cap. 99. Matth. Paris p. 211. 213. Gesta S. Ludov. p. 355. &c. Will. Guiart MS.

La tendent les tentes faitices,
Puis environnent l'ost de lices.

Le Roman de Garin:

Devant les lices commence li hustins.

Vide Willhard. n. 11. 88. 92. 93. 207. & Hemricurtium de Bellis Leodiensib. cap. 24. λίκιαι dicuntur Scylitzæ p. 381. *Liza*, in Consuetudinibus Catalaniæ MSS. Vide *Lexa* & *Masoverius*.

LICIATORIUM, Ugutioni, & Mamotrecto ad 1. Paralip. cap. 8. *Lignum in quo licium involvitur, & laqueus qui de filo solet fieri.* Joannes Monachus Majoris Monasterii lib. 1. Hist. Gaufr. D. Norm. *Vir ille humanæ virtutis modum excedens, lanceam quasi liciatorium habens, Andegavensem impetit.* Vide 1. Reg. cap. 17. lib. 1. Paralip. cap. 11. &c. Occurrit præterea hæc vox nudè in Gloss. Arabico-Lat.

LICINIUS. Vide *Lichinus*.

LICTORES, Lutræ, Gall. *Loutres*. Charta ann. 1158. in Metropoli Salisburgensi to. 2. p. 263. *Venationes bestiarum, cervorum, castrorum*, (lege *castorum*,) *& lictorum in flumine Ambre, &c.*

LICTORES, *Ecclesiæ assertores. Hi laici sunt, & in choro inter Clericos in Missa Apostolum legunt: vel quod Subdiacones faciunt, & hi faciunt.. Hos Africa vel reliquæ regiones habent.* Papias in ordine lit. *Li.* tametsi videatur de *Lectoribus* agere.

LICTORIA, *Decuria Consularis*, in l. 1. Cod. Th. de Lucris offic. Vide ibi Jacob. Gothofredum.

LIDDA. Vide *Leudum*.

LIDDONES. Vide *Litus*.

LIDERE, pro *Allidere, & humo infligere*, in Lege Bajuvar. tit. 21. §. 9. *Si ligneum est, lidat eum terris.*

LIDISCARTI, vox confecta ex Germ. *Lid*, membrum, & *Schard*, fissura. Lex Bajuvvar. tit. 3. cap. 1. §. 21. *Si autem maculaverit, ut exinde turpis appareat, quod Lidiscarti vocant, &c.*

LIDOLAIP. Lex Longobard. lib. 2. tit. 15. §. 2. *Si quis res suas alii thingaverit, & dixerit in ipso thinx lidolaip, id est quod in die ob tus sui reliquerit, non dispergat ipsas res postea doloso animo, nisi fruatur cum ratione.* Editio Herold. h. be. *Lidmlabibum.*

LIDORIUM. Monachus Altisiod. an. 1091. *Re-*
perta sunt in ipsis Ecclesiæ fundamentis sepulcra plena sarcophagis & loculis saxeis, plumbeis, gypseis. sectisque ac complanatis lidoriis, quæ omnia erant plena corporibus. Idem videtur quod *Leviga*, de qua voce suprà, seu *Levigatorium*.

LIDUNA. Vide *Ledon*.

LIDUS, *Lidialis*, *Lidimonium*. Vide *Litus*.

LIDUWAGI. Lex Frision. tit. 22, §. 35. *Si quislibet digitus ex 4. longioribus in superioris articuli junctura ita percussus fuerit, ut humor ex vulnere decurrat, quod Liduvvagi dicunt, 2. sol. componat.* Additio Sapientum ad eandem Legem cap 3 §. 32. *Si quis in junctura membrum cujus libet ita percusserit, ut humor ex vulnere decurrat, quem Lidvvagi dicunt, ter 4. sol. componat.* Ubi Sibrandus à Sicama legendum censet *Lidvvater*, i. ichor, serum sanguinis, & humor aquosus ex nervosis articulorum partibus læsis emanans. Est autem Germanis *Lidt*, membrum vel articulus, *VVater*, aqua, humor.

LIFERENT, Reditus & emolumenta prædialia, quæ qui percipit aut ad terminum vitæ, aut ad vitæ sustentationem. Skenæus ad Quoniam Attach. cap. 18. §. 5. *Nota quòd eschaeta terrarum felonis, post annum & diem (videlicet his liferent) ipso vivente computatur inter bona mobilia.*

LIGA, Confœderatio, fœdus quo quis cum alio *ligatur*, vincitur: *Ligue*, nostris, *Liga* Ital. Albertus Argentinensis in Chron. an. 1337. *Inter Principem & Francum interpositis juramentis & confectis litteris, liga perpetuò confirmata.* Et infrà: *Marchio cum Mastino Veronensi ligam contraxit.* Adde pag. 132. 146. 159. *Liga seu conspiratio*, apud Gobelinum Personam in Cosmodromio ætate 6. c. 73. Occurrit apud eundem non semel, in Historia Cortusiorum, in Concilio Ravennensi an. 1311. cap. 26. apud Waddingum ann. 1356. n. 9. in Itiner. Gregorii XI. PP. p. 311. apud Massonum, apud Ericum Upsalensem l. 3. Hist. Suecor. pag. 58. in Chron. Mindensi Me bom. ii p. 640.

Liga, Ligamen, *Lien. Garba de trium ligarum longitudine*, in Synodo Sodorensi.

LIGAMEN. Charta Rudolfi Imp. ann. 1276. in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 392. - *Fuerint in quieta & pacifica possessione seu quasi, juris recipiendi mutam seu theolonium in Obernperge à transeuntibus navibus in fluvio qui Enus in vulgare nomine dicitur, sal & alia mercimonia deferentibus, de talento quolibet majoris ligaminis scilicet 13. solidos longos, & 10. denarios usuales monetæ Pataviensis, &c.* Alia ann. 1298. ibidem tom. 2. p. 34. *Quod quilibet Abbas ejusdem Monasterii, qui pro tempore fuerit, tria talenta majoris ligaminis, & duodecim minoris salium semel in anno, quocunque tempore voluerit, deducere valeat, --- absque exactione cujuslibet thelonei sive mutæ, &c.* Charta Ottonis & Stephani Ducum Bavar. ann. 1302. ibidem pag. 573. *Nos sub ejusdem tenoris gratia 60. cuppas salis majoris ligaminis prò domo ipsorum, quod vulgariter Mussalz dicitur, specificantes semel tantùm in anno ipsis deducere liberè indulgemus.* Adde paginas 569. 572. 573. Vide *Ligaturæ*.

LIGARE. Vide *Obligare*.

Ligare duellum, De duello convenire, quomodo dicimus *Lier une partie*. Charta Galcherii Comitis Registestensis ann. 1255 pro libertatibus villarum de *Raucourt* & de *Heraucourt*: *Si duellum ligatum fuerit coram Præposito per testimonium Scabinorum.* Et infrà: *Sciendum est quòd duellum ligari non poterit.*

LIGASS lini, Fasciculus lini, *Liasse*, Gall. in Consuetud. Monasterii de Regula, apud Labeum tom. 2. Biblioth. p. 745.

LIGATIO, idem quod *Liga*, fœdus, pactum. Notitia Ecclesiarum Hispaniæ à Resendio edita ex veteri Codice: *Domine, si vis, faciam stabilitatem inter nos, & ligationem firmissimam, ut non sit soluta usque in finem seculi.*

Colligatio

Colligatio, pariter, in Concilio Tolosano an. 1229. c. 38. Avenionensi an. 1281. c. 8. &c.

LIGATORES, qui libros compingunt, vulgò *Relieurs*. Statuta Ecclesiæ Londinensis: *Utque libri omnes ad Decanum & Capitulum pertinentes sumptibus ligatoris librorum ligentur, tegantur, & hamulis suis claudantur.* Ita libros *Ligari* dixit Isidorus Pelusiota lib. 1. Epist. 129. καὶ αὗται γὰρ σητῶν μητέρες καὶ τροφοί, ὅταν δέδενται, γίνονται.

LIGATURÆ, Amuleta quædam ad arcendos & depellendos morbos, quæ aut ad collum suspendebantur, aut circa alias corporis partes alligabantur, qualium magna mole refersisse scripta sua Xenocratem Aphrodisiensem & Pamphilum quendam refert Galenus lib. sexto simplicium pharmacorum: cujusmodi etiam subinde prodere non dubitavit Plinius, ut & Medici aliquot ex veteribus, Marcellus Empir. cap. 29. pag. 207. Horatianus lib. 4. pag. 93. Serenus Sammonicus cap. 49. Alexander Iatrosophista Trallianus lib. 2. c. 232. Discorides lib. Parabil. cap. 156. Nicolaus Myrepsus de Antidot. cap. 405. & alii: quas quidem *incantationes, adjurationes, & colli suspensiones* non omnino improbat Constantinus Africanus, licèt Christianus & Monachus, in Epistola ad filium. Sed nec ipse Galenus, cujus verba affert idem Trallianus Edit. Græc. lib. 9. c. 4. ἔνιοι γοῦν οἴονται τοῖς τῶν γραῶν μύθοις ἐοικέναι τὰς ἐπῳδάς. ὥσπερ κἀγὼ μέχρι πολλοῦ. τῷ χρόνῳ δὲ ὑπὸ τῶν ἐναργῶς φαινομένων ἐπείσθην εἶναι δύναμιν ἐν αὐταῖς. Sed has prorsus derident Medici saniores & probatiores, ut ait Joannes Sarisber. lib. 2. Polycrat. c. 1. atque in iis Cælius Aurelianus Siccensis in Præfat. ad libros Chronion, & lib. 1. cap. 4. pag. 21. Quinetiam sub Caracallo, *damnatos, qui remedia quartanis tertianisq; collo annexa gestarent*, tradit Spartianus, & sub Constantio Ammianus lib. 19. Præsertim verò ea amuleta, phylacteria & characteres ad depellendos morbos, ut magiæ effectus & Paganismi reliquias non semel proscripsit Ecclesia Christiana. Isidorus lib. 8. c. 9. *Ad hæc omnia pertinent ligaturæ execrabilium remediorum, quæ ars Medicorum condemnat, sive in præcantationibus, sive in characteribus, vel in quibuscunque rebus suspendendis atque ligandis: in quibus omnibus ars dæmonum est ex quadam pestifera societate hominum & angelorum malorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt à Christianis, & omni penitus execratione repudianda atque damnanda.* S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii c. 15. *Nullus ad colla vel hominis, vel cujuslibet animalis ligamina dependere præsumat, etiamsi à Clericis fiant, etsi dicatur quòd res sancta sit, & lectiones divinas contineat, quia non est in eis remedium Christi, sed venenum Diaboli.* Gregorius Turon. lib. 2. de Mirac. c. 45. *Incantationes immurmurat, sortes jactat, ligaturas collo suspendit.* Et lib. 4. de Mirac. S. Martini c. 36. *Quæ adveniens ad ægrotam, eamque visitans, amotuque ligaminibus quæ stulti indiderant, oleum Beati sepulcri ori ejus infudit.* S. Bonifacius Episcop. Moguntin. in Epist. ad Zachar. PP. apud Othlon. lib. 2. c. 1. *Dicunt quoque se vidisse ibi mulieres pagano ritu phylacteria & ligaturas, & in brachiis, & cruribus ligatas habere, &c.* Καταδέσεις, Platoni lib. 2. de legib. καταδεσμοί, Eusebio de Laudib. Constantini c. 13. & Artemidoro lib. 1. cap. 79.

Alligaturæ, apud Bedam in Vita S. Guthberti Episc. n. 16. Reinerum in Catalogo Hæreticor. p. 92. *Ligamenta*, apud Cælium Aurelian. locis laudatis. *Obligamentum magicum*, Eutropio lib. 3. *Obligatores*, qui ejusmodi ligaturas ad depellendos morbos ægrotis porrigebant, in Capitulari Aquisgran. ann. 787. c. 63. & in lib. 1. Capitul. c. 62.

Suballigaturæ, apud Gaudentium Brixiensem Tract. 4. *Veneficia, præcantationes, suballigaturæ, vanitates, auguria, sortes, &c.* Vide Fabium Victorinum in 1. Ciceron. Rhetoricor. Apuleium de Virtut. herbar. cap. 17. 18. S. Augustin. Serm. de Divers. cap. 6. lib. 2. de Doctr. Christ. & Ep. 73. Legem Salic tit. 21. §. 3. Nicolaum I. PP. in Respons. ad Consulta Bulgar. c 79. Martinum Bracarensem c. 59. Capitula Caroli M. l. 6. c. 72. Concil. Turonense III. c. 42. Addit. 3. Ludov. Pii §. 60. Hincmarum de Gestis habitis super divortio Thietbergæ, Laurentium Mellifluum in Orat. de Chananæa p. 28. &c. præterea Olaum Wormium lib. 3. Fastor. Danic. cap. 18. & quæ annotantur in vocibus *Breve*, & *Phylacterium*.

Ligatura, Fascis ligatus. Leo Ostiensis lib 2. c. 8. *Pro censu super singulos annos 14. ligaturas sepiarum, 40. bonas sepias per singulas ligaturas habentes.*

Ligatura navium. Charta Berengarii & Adelberti Regum Italiæ an. 950. apud Ughell. tom. 2. pag. 129. *Teloneum quoque & curaturam, & redhibitionem ipsius ripariæ, & ligaturam navium, &c.* Vide *Anchoragium*.

LIGIUS, is dicitur qui domino suo ratione feudi vel subjectionis fidem omnem contra quemvis præstat. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 32. *Nemo dominum suum judicet, vel judicium proferat super eum, cujus ligius est.* Cap. 43. *Quantumcunque dominos aliquis habeat, vel quantumcunque de aliis teneat, ei magis obnoxius est, & ejus residens esse debet, cujus ligius est. Si multis homagium fecerit, & ab aliquo eorum captus & implacitatus sit, ille cujus residens & legius est, erga quoslibet alios jure potest eum plegiare, nec debet ei denegari.* Eadem ferme habentur cap. 55. Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. cap. 66. *Cujus legius miles erat. Homo ligius*, in Charta Philippi Reg. Fr. an. 1076. & in alia Henrici Episcopi Suession. in Chronico S. Joan. de Vineis. p. 44. 56. cum ante hæc tempora voces istæ rariùs occurrant. Will. Brito. &c. apud Will. Brit. lib. 9 Philipp.

Præsulis & Regis homo ligius, & feodali
Jure tenens ab eis terrarum quicquid habebat.

Le Roman de Rou MS.

Tu dois, dit le messager, ton Seigneur honorer,
Ses homs es, & li dois foi & amor porter,
Et s' honor & sa vie & ses membres sauver,
Et lui dois au besoin ni faillir, ni fausser,
Tu es ses liges hons, si nel veus avoüer.

Dupliciter autem aliquis dicitur esse *ligius* domini sui. Nam alia est *Ligetas* nuda ac principalis, in qua nemo excipitur. In nuda *ligetate*, vassallus dominum *contra omnes qui possunt vivere & mori*, adjuturum se profitetur. Ejusmodi fuit non tam hominium, quàm pactum initum inter Carolum M. & Stephanum IV. PP. in Cod. Carolino Epist. 1. *Excellentiam vestram oportet meminisse ita vos beato Petro & præfato Vicario ejus* (Stephano III.) *vel ejus successoribus spopondisse se amicis nostris amicos esse, & se inimicis inimicos. sicut & nos in eadem sponsione firmiter dignoscimur permanere.* Ea enim fuit ligetatis præcipua conditio. Hujus professionis formula hisce concipitur verbis in Assisis MSS. Hierosolymitanis c. 198. *Quant home ou fame fait homage au chief Seignor dou Roiaume de Hierusalem, doit estre à genouls devant luy, & mettre ses mains entre les sinės, & dire li: Sire, je deviens vostre home lige de tel fié, & vous promets je à garder & à sauver contre tous ceaus & toute riens qui vivre & mourir puissent. Et le Seignor li doit respondere, & je vous en reçoi en Dieu foi & la moie de vos droits, sauve les miens. Et le doi baiser en la bouche en foi.* Adde c. seq. Ejusmodi est Edwardi II. Regis Angliæ professio, quam edidit diplomate suo in *Echen* exarato 12. Martii ann. 1331. quod habetur in Tabulario Regio, & ex parte apud Froissartem 1 vol. c. 25. nam cùm pro Ducatu Aquitaniæ hominium præstitisset, hacce verborum formula, *Come ses ancestres Rois d' Angleterre & Ducs de Guienne avoient fait pour la mesme Duchie à ses devanciers Rois de France*; Philippus Franciæ Rex,

Rex, ut *ligium* esse istud hominium agnosceret, à Rege Angliæ expetiit, quod ille præstitit in hæc verba: *Nous reconnoissons par les presentes lettres que ledit hommaige que nous feismes à Amiens au Roy de France, combien que nous le feissions par parolles generalles, est & doit estre entendu lige, & que nous devons foi & loyauté porter. Et pour ce que ou tems à venir de ce jamais ne soit contens ne descort à faire ledit hommaige, nous promettons en bonne foi par nous, & nos successeurs Ducs de Guienne, entrerons & entreront à l'hommage du Roy de France, & de ses successeurs qui seront pour le tems: l'hommaige se fera par telle maniere. Le Roy d'Angleterre Duc de Guienne tiendra ses mains entre les mains du Roy de France, & cil qui parlera pour le Roy de France, addressera ses parolles au Roy d'Angleterre Duc de Guienne, & dira ainsi, Vous devenez homme lige du Roy de France, & lui promettés foi & loyauté porter; dites, Voire. Et ledit Roy & Duc & ses successeurs Ducs de Guienne, diront, Voire. Et lors le Roy de France recevra ledit Roy d'Angleterre & Duc audit hommaige lige à la foi & à la bouche, sauf son droit & l'autrui.*

Alia *ligeitas* est quæ à vassallo domino feudi præstatur, *ligeitate* quam priori domino ratione alterius feudi debet, excepta: adeo ut qui semel *fidelitatem ligiam* alicui domino juravit aut præstitit, alteri, si fortè feudum aliquod ei obvenerit, eandem *fidelitatem ligiam* præstare non possit, nisi priori excepto Domino: etiam si prior dominus vassallus sit posterioris; quod attigit etiam Bodinus l. 1. de Republ. cap. 9. adeo ut, ait ille, si duo domini antiquitate pares habeantur, neutrum, si inter illos bellum intercedat, juvare teneatur. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. c. 198. *Se celuj qui fait homage* (lige) *au chief Seignor, a fait avant homage à home ou à feme, qui ne soit home dou chief Seignor, il le doit sauver à l'omage faire: pour ce que nul qui est home d'autrui, ne peut aprés faire homage à autre, se il ne sauve son premier, ou se il ne le fait par son congé, que il ne mente foi vers celui de qui il fu avant home. Et qui fait homage de chose qui soit à Roiaume à autre que au chief Seignor, il le doit faire en la maniere dessus devisée, mais que tant il ne li doit pas faire ligesse: pource que nul home ne peut faire que une ligesse, & que tous les homes des homes dou chief Seignor dou Royaume li doivent faire ligesse par l'Assise. Et puis que l'on li doit ligesse, l'on ne la peut faire à autre sans mesprendre à lui: & home & feme qui fait homage à autre, est tenus à son Seignor par la foi que il li doit, & par l'omage que il li a fait, de lui garder & sauver contre toutes riens que vivre & mourir puissent.*

Prostant passim ejusmodi *reservationum* exempla in veteribus Tabulis: sed insigne illud est quod habet Pachymeres lib. 12. cap. 12. MS. Regii; ubi cùm Berengerus *Entenza* nobilis Catalanus, *Magnus Dux*, id est, Regiarum Triremium Præfectus, ab Andronico Palæologo Seniore dictus fuisset, ab eoque sacramentum exigeretur, quod à cæteris aulæ CPolitanæ officialibus præstari in usu erat, videlicet ut φίλον τῶν τοῦ Βασιλέως φίλων, ἀντίπαλον δὲ τῶν ἀντιπάλων, *amicum amicorum, & inimicum, inimicorum*, futurum se juraret, id prorsus abnuerit, id se facere non posse dictitans, quin Fridericus Siculorum Rex, cui hominium ligium præstiterat, exciperetur: δῆλος ἦν ἐξαίρειν τὸν Φευδερίχον τῶν λοιπῶν πολεμίων· φθάσαι γὰρ καὶ παρ' ἐκείνων ὁρκώσεις πρᾶξαι, καὶ οἱ δουλεῦσαι, ὃν οὐ δίκαιον μηδὲν τῶν συγκειμένων αὐτοῖς ἀθετήσαντα εὐθὺς ἐπαρθεῖν, καθάπαξ τῶν φίλων φανέντα καὶ δεσποτῶν.

Istiusmodi autem reservationis is est effectus, ut si bellum inter duos dominos *ligios* intercedat, vassallus eum juvare teneatur, cui absque ulla reservatione est *ligius*, etiam contra alium dominum cui *ligeitatem* juravit cum reservatione: quod exertis verbis habetur in Statutis Hierosol. cap. 97. & cap. 214. ubi de officio vassalli erga dominum. Ibi enim vassallum contra dominum suum bellum facere non posse statuitur, nisi in comitatu domini sui superioris, cui ante illum fide ligia obstrictus est. Ita tamen si *bellum proprium dominus ligius*, non verò pro suis affinibus aut fœderatis suscipiat. Priori verò casu, id est, si *bellum proprium* sit, vassallus feudum suum quod à secundo domino tenet, ut & vassallos & castra, si quæ habet, eidem dimittere tenetur, quibus se se in bellis suis juvare possit. Aliàs si *bellum proprium* habeat secundus dominus, eum juvare tenetur vassallus contra quoscunque; exceptis iis quibus *ligeitatem* antea juravit. Bracton. l. 2. tract. de Acquirendo rerum dominio. c. 35. § 5. *Poterit quis de pluribus tenementis plura facere homagia uni domino simul vel successivè, vel diversis & pluribus; & sic poterunt plures domini plura capere homagia ratione plurium tenementorum, dum tamen unus ex pluribus dominus sit præcipuus & legitimus, quia feoffator primus, & propter primum feoffamentum & capitale. Et talis semper habebit maritagium heredum, propter primum feoffamentum, nisi tenens in capite tenuerit de domino Rege, prout inferiùs inter custodias provisum est per statutum. Et si inter dominos suos capitales oriantur inimicitiæ, in propria persona semper stabit cum eo, cui fecit ligeanciam, & per atturnamentum cum aliis, vel salvo eis forinseco servitio, in quo eis tenetur de tenemento quod de eis tenet.* Similia habet Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari officio c. 18. in Tab. Campaniæ, Simon de Rupeforti fit homo ligius Blanchæ Comitissæ Campaniæ, & Theobaldi filii, ex *escheeta* Comitatus Barri super Sequanam, *salva*, inquit ille, *ligeitate D. Ducissæ Burgundiæ, & salva ligeitate D. Galteri de Vangionis rivo, & eis juravi super Sanctos, quòd eos juvabo bona fide & sine malo ingenio contra omnem creaturam quæ possit vivere & mori, præterquam duos prædictos, Ducissam videlicet & Galterum, quos etiam non juvarem contra Comitissam & Comitem supradictos, nisi ipse guerrarient in capite, & pro guerra sua propria. Sed si ipsi pro guerra sua propria guerriarent, ego ipsos juvarem, Comitissæ tamen & Comiti memoratis dimitterem totam terram meam de escheta prædicta de Militibus & hominibus meis de illa terra tanquam de suis gentibus se juvarent. Præterea sciendum est, quòd si duos hæredes habuero, ego alteri eorum dabo portionem prædictam, & ipse inde faciet homagium ligium prædictis Comitissæ & Comiti contra omnes, & jurare tenebitur quòd ipsos juvabit bona fide contra omnem creaturam quæ possit vivere & mori. Act. an.* 1220. *mense Julio 4. Kl. Aug.*

Extat in eodem Tabul. Campaniæ simile Diploma, ex quo ligeitatis conditiones percipere licet; *Ego Joannes de Tulla Not. fac. quòd ego ligius homo sum dominæ Beatricis Comitissæ Trecensis & carissimi domini mei Th. Comitis Campaniæ nati ejus contra omnem creaturam quæ possit vivere & mori, salva ligeitate D. Ingerrandi de Cociaco, D. Joannis de Arceiis, & Comitis Grandisprati. Si autem contingeret Comitem Grandisprati guerram habere in capite, & pro querela propria contra Comitissam & Comitem Campaniæ, ego in propria persona juvarem Comitem Grandisprati, & mitterem Comitissæ & Comiti Campaniæ, si me submonerent, Milites ad deserviendum feodum quod teneo de ipsis. Si verò Comes Grandisprati Comitissam & Comitem Campaniæ guerriaret pro amicis suis, & non pro querela propria, ego juvarem in persona propria Comitissam & Comitem Campaniæ, & Comiti Grandisprati mitterem unum Militem pro feodo deserviendo, sed non irem in terram Comitis Grandisprati ad forefaciendum, &c.*

Ejusdem usus ac moris exemplum aliud edidimus ad Joinvillam Dissert. 30. p. 355. in quo Nunius Sancius Ruscinonis & Ceritaniæ Comes S. Ludovico hominium ligium præstat pro Vicecomitatu Fenolhedensi & Petræ Pertusæ, reservata ligeitate quam debebat Regi Aragonum: ita ut si bellum inter utrumque Regem excitaretur, Nunius Aragonensem juvare posset, traditis Francico terris quas ab eo tenebat, durante bello: quo con-

confecto, eæ ad ipsum vel ad ejus hæredes sine contradictione reverterentur.

Ligeitatis istiusmodi conditiones plurimos Scriptores induxere, ut existimarent nulli alii posse ligeitatem præstari, quàm Regi ac superiori domino, maximè Carolum Molineum in Consuet. Paris. art. 1. gloss. 5. verb. *Fief*, §. 9. & 11. quia in Francia nullum esse feudum ligium putat, quod non nudè à Rege pendeat: cùm rationi omnino contrarium sit, ut quis Regem suum in hominio ligio non excipiat, cui fidelitatem ante omnes dominos debet. Ex quo post Baldum elicit feudum ligium magis esse personale, quàm patrimoniale, seu *ligeitatem* magis personam spectare, quàm feudum, ratione cujus debetur. Nec obstare subdit ille Consuetudines municipales Andium & Cenomanensium, quæ ligeitates in feudis dominorum inferiorum admittunt, cùm in iis *ligeitatis* vox abusivè sumatur, & usurpetur tantùm, ut *ligia feuda* à *simplicibus* discernantur.

Tametsi Molineus hæc ex more hodierno scripserit, ac revera illius sententia vera sit secundùm rerum præsentium statum, longè tamen durante feudorum usu se se res habuit: quod etiam observatum à Curtio 1. part. Feud. q. 8. n. 23. Constat quippe ex infinitis hominiis ligiis quæ vassalli dominis suis præstitere, nusquam Regem aut superiorem Dominum exceptum: sed nudè *ligios* se se dominorum suorum agnovisse, in Regestis potissimùm Campaniæ, Tolosæ, Carcassonæ Andegav. &c. quæ infinita, ut dixi, Comitibus Campaniæ, Tolosæ, & Andium Comitibus exhibita ligia hominia subministrant. Quod quidem adeo certum est, ut in bellis quæ majores vassalli contra Regem Franciæ habuere, verbi gratiâ Comites Tolosæ, Aquitaniæ, Britanniæ, Flandriæ, Campaniæ, &c. qui nudè à Regia pendebant Corona, nullam unquam *feloniam* ab inferioribus procerum istorum vassallis committi existimatum sit, cùm & Regum ipsorum se esse vassallos, atque illis fidem ullam deberre prorsus denegarent, ut pluribus ostendimus ad Joinvillam Dissert. 13.

Sanè in Regno Hierosolymitano id inductum legimus in Statutis MSS. Hieros. c. 136. ut Regi soli hominium ligium, non ab iis duntaxat qui nullo medio prædia à Rege possidebant, sed & ab eorundem vassallis deberetur, ac præstaretur: quod quidem intelligendum colligere licet ex variis eorundem Statutorum locis, si bellum in Regem ab ejus vassallis excitaretur: cùm cæteroquin ubi Regia auctoritas salva erat, *ligeitas* locum haberet. *Et fu celle Assise faite de establie, que tous les homes des homes dou chief Seignor du Royaume fissent la ligesse par l' Assise au chief Seignor & fié que il tenoient de ses homes, & que tous ceaus que qui auroient fait homage au chief Seignor, ou ligesse, fu par l' Assise, ou autrement, fussent tenus les uns aux autres, & aussi les homes de chascune Court pour soi.* Sed & in Anglia videtur id obtinuisse ex peculiari Statuto, ut qui à Rege ratione feudi nudè penderet, nulli alii *ligeitatis* ratione obnoxius esse posset, ex Bractono l. 2. c. 35. §. 5. Quod etiam testatur Charta sub Edvv. I. an. 6. scripta, apud Prynneum in I[illegible] rtatib. Eccles. Angl. c. tom. 3. pag. 201. *Quod cùm Dominus Rex ratione Regiæ dignitatis & coronæ suæ tale habeat privilegium, quod nullus in regno suo, de aliquo, qui sit de regno Angliæ, alicui homagium sive fidelitatem ab aliquo recipere debeat, nisi facta mentione de fidelitate, eidem Domino Regi observanda, &c.*

Ligeus, pro *ligius*, *Ligeum hominium*, *ligea fidelitas*, apud Matth. Westmonaster. p. 324. Thomam Walsingham. p. 270. Bractonum lib. 4. tract. 7. cap. 4. §. 1. Nicolaum Uptonum lib. 1. cap. 18. in Vitis Abbat. S. Albani p. 4. &c.

Ligantia, Ligentia, Ligeitas, &c. Dominium, seu jus quod Dominus habet in vassallum, qui ligio hominio obnoxius est; vel sacramentum fidelitatis quod is domino suo præstat. Radulfus de Diceto: *Homagium Regi fecit, fidelitatem juravit, & rursum in suam ligantiam rediit.* Alibi: *Redierunt in homagium & ligantiam meam.* Rogerus Hovedenus in Ricardo I. pag. 662. *Eum & omnes hæredes suos clamavit liberos & quietos ab ipso & Regibus Angliæ in perpetuum de omni ligantia & subjectione de Regno Scotiæ.* Infrà: *Reddidimus etiam ei ligantias hominum suorum, &c.* Matthæus Westmonast. an. 1152. *Comites & Barones Angliæ fecerunt ligantiam & fidelitatem Eustachio filio Regis Stephani.* Adde eundem an. 1189. 1214. & Matth. Paris p. 59. 845. &c.

Ligeancia, eadem notione apud Glanvillam lib. 7. c. 10. l. 9. c. 1. in Regiam Majest. l. 2. c. 61. & apud Bractonum l. 2. de Acquir. rer. domin. c. 35. §. 5.

Ligeancia, in Regiam Majest. lib. 2. cap. 12. §. 15. ubi dominus dicitur amittere *ligeanciam* servi sui nativi, si per septem annos pacificè super terram alicujus sederit. Item districtus illius sub quo quis manet, & cui *ligeanciam* debet. Littletonus sect. 198. *Un alien que est née hors la ligeance nostre Seignior le Roi, &c.* Vet. Consuet. Normann. MS. part. 2. sect. ch. 2. *Le Duc doit avoir la liance de loyauté garder de tous ses hommes & de toute la contrée, par quoy il sont tenus à donner luy conseil & ayde de leur propre cors contre tous hommes qui poent vivre & mourir, & garder len d' injure, de traison, &c.* Et paulò post: *Et pour cen nus ne doit recevoir homage de nullui, ne feelté, fors sauve la feelté del Prince, laquelle chose doit estre especiament exceptee au recevoir l' homage.*

Ligiantia. Willelmus Neubrig. l. 2. c. 37. *Regi Anglorum, tanquam principali domino, hominium cum ligiantia, 1. solenni cautione standi cum eo & pro eo contra omnes homines.*

Ligencia. Tabular. S. Victoris Paris. ch. 20. *Homagium cum ligencia facere. Ligence*, in Consuetud. Andegav. art. 135. 136. Cenomanensi art. 146. Britanniæ art. 329 330. 332.

Ligeitas. Charta Stephani de Monte S. Johannis apud Gollutum l. 7. c. 3 *Rogavit me per homagium suum ligium, & per ligeitatem, qua ei obligatus eram, submonuit, &c.* Charta Jo. de Vergiaco an. 1273. *Par tele condition, que ge & mi hoir en serons si home lige devant tous homes, sauves les ligeitez que je doi à l' Evesque de Langres, &c.*

Ligiatio. Charta an. 1237. apud Chiffletium in Beatrice: *Devenit homo ligius noster ante omnes, salva ligiatione aliorum dominorum suorum.*

Ligeia. Charta Matthæi de Marliaco an. 1202. *Pro quo mihi Matheo fidelitatem & ligeiam fecit.*

Ligiamentum. Cistriensis l. 2 c. 23. *Quòd ipse & successores sui & homines Scotiæ facerent homagium, ligiamentum, & hominium Regibus Angliæ.*

Ligecia. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 165. *Et 2. feoda quæ Garinus de S. Leodegario tenet de ipso, & duas ligecias, & feodum de Mantvilla, &c.*

Ligium, idem quod *ligeitas*. Charta Simonis D. Joinvillæ an. 1218. in Tabulario Campaniæ: *Ego autem redii ad fidelitatem eorum, quod est ligium contra omnem creaturam quæ possit vivere & mori. Fief tenu à plein lige*, in Consuetud. San-Paulana art. 10.

De vocis *Ligius* origine ac etymo plures habentur Scriptorum sententiæ. Guido Papæ decis. 309 Gloss. in Clement. *Pastorales*, de Sentent. & re judic. Nicol. Uptonus de Militari offic. cap. 18. & alii, à *ligare* effictam volunt, quòd *hominio*, ac *professione fidei* strictiùs domini servitio *alligetur* vassallus. Ad quam sententiam referri possunt ista Guillelmi Apuliensis lib. 3. de Gest. Norman.

Sed tandem fidei jurando jure ligatus.

Et Willelmi Armorici lib. 2. Philippid.

Esse tenebatur homo ligius atque fidelis,
Et tanquam domino jurando jure ligari.

Lib. 3.

Cùm foret Anglorum feodali jure ligatus.

Infrà:

Ipsis nullius fundi ratione ligatus.

Lib. 19.

Hervausque Comes nobis est jure ligatus
Jurando.

Infrà:

Solus noluerat vires promittere Regi,
Nec se cum reliquis jurando jure ligare:
Quippe juratus erat per ligamenta Johanni.

Guillelmus Guiart in Philippo Aug.

Qui en celui Reaume furent,
A Seigneur lige le receurent,
Par leur fois à lui se lacierent,
Et le Roy Jehan en chacierent.

Alia est Joviani Pontani lib. 2. de Gestis Ferdinandi sententia: *Dicti*, inquit, *ligii*, *quod ligatis Reges pollicitibus illos fidei imperiique sic suis vinciant, atque obnoxios statuant.* Quo spectant ista Dudonis lib. 2. de Morib. & actis Normann. *Dedit omnem terram suæ ditionis filio suo Willelmo, Popa filio, atque inter manus Willelmi adolescentis manus suas mittentes Principes conligavit illi conjurationis sacramento.* Vox autem *conligare* eadem ferè notione occurrit in Synodo Tullensi apud Saponarias c. 5. *Et qui sibi pro hoc ipso inimici sunt, quos ipse voluerit, si potuero, conligare eidem procurabo.*

Cujacius ad lib. 1. Feudor. Vignerius in Tract. de Minori Britan. p. 159. & Bignonius ad Formulas Marculfi lib. 1. cap. ult. vocem *lige*, ejusdem esse originis volunt, qua *leudis, leodis*, id est, fidelis: quemadmodum ex *Leodium*, urbe nota in Eburonibus, *Liege* dicimus.

Sed probabilior longè videtur eorum sententia, qui à *Litis* accersunt, quos mox ostendemus ita appellatos *Ascriptitios* quosdam, qui dominis suis ratione servitii obnoxii erant: adeo ut qui ejus modi servitiis ratione prædiorum, beneficiorum, ac feudorum nobiles tenerentur, *litgium* servitium debere dicerentur: quod omnino suadent Tabulæ veteres aliquot, in quibus *litge* scribitur. Charta Rainaldi Vicecomitis *de Gimel* ann. 1163. apud Justellum in Hist. Turen. p. 34. *Pro isto vero feudo idem Rainaldus fuit homo litges prædicti Vicecomitis Raimundi.* Alia vernacula ann. 1178. ibid. pag. 35. *Devan sor Senior, cui home litge ero pel do que Coms d' Alverngne avia faith al Vescomte de Torena de tota la senora que avia en lor in el Castel, &c.* *Litgantia*, in Charta Arcembaldi Vicecomitis Comborn. an. 1229. in Regesto Carcassonensi p. 53. *Salvo in omnibus jure domini Lemovicensis Episcopi, cui hominium & litganciam debemus.* Erant igitur *ligii* vel *litgii*, dominis suis omnino & *in solidum* obnoxii, adeo ut ab iis nudè penderent. Unde *hominium solidum* ab iis exhiberi dicebatur, uti suprà observatum in voce *Hominium.* Ita qui *ligius est*, totus est domini sui, familiaris, domesticus, atque, ut verbo dicam, vassallus. Neque aliter hanc vocem intellexere Græci ac Byzantini Scriptores, quibus λίζιος, idem est quod οἰκεῖος, ut apud Moschopulum περὶ σχεδῶν p. 166 οἰκέτης. apud Ann. Comnenam lib. 13. Alex. p. 406. ὥστε λίζιον γένεσθαι τοῦ σκήπτρου σου ἄνθρωπον, καὶ ἵνα σαφέστερον εἴποιμι, καὶ φανερώτερον, οἰκέτην καὶ ὑποχείριον. Ἰδιος, apud Pachymerem lib. 5. ἄλλως δὲ παρέσπα, καὶ ἰδίους ἐποίει, λιζίους εἶπεν ἄν τις, κείνων ταῖς εὐμενείαις. λίζιον etiam dixit Nicetas in Joanne cap. 7. & in Manuale lib. 7. c. 1.

Sed & hac ferme notione vocem hanc in aliis quàm hominiorum occasionibus usurpatam legimus. Leges Edvv. c. 29. *Judæi --- sub tutela & defensione Regis ligea debent esse*, id est, sola & omnimoda. Ita *ligia residentia*, integra, solida, omnimoda, *continua*, uti appellatur in Charta P. Episcopi Meldensis an. 1239. in Tabulario ejusdem Eccles. fol. 50. Honorius III. PP. *Juramentum præstitisti de facienda residentia, quæ ligia nuncupatur, in Ecclesia S. Martini Turon. in qua Præposituram obtines.* Juramentum eorundem Præpositorum, ex Tabul. Eccles. S. Martini. *Et ligiam faciam secundum interpretationem Dom. Innocentii Papæ mansionem.* *Lige estage, Garde lige*, in Consuet. Andegav. art. 134. 174. & Cenomanensi art. 144. 194. id est, perpetua residentia. *Ligia potestas, & viduitas*, qua uxor defuncto marito tota sui juris est. Monasticum Anglican. to. 2. pag. 10. *Ego Juliana quondam uxor Willelmi le Bret -- in ligia potestate & viduitate mea tetigi & inspexi, &c.* Ita pag. 53. 329. Alia p. 247. *Ego Beatrix quæ fui uxor Ruald de Calva, post mortem ejus in ligia potestate mea, &c.* Alia p. 644. *In pura viduitate nostra.* pag. 811. *In libera viduitate mea, & in ligia potestate mea.* Adde to. 1. p. 763. & Bractonum lib. 4. tract. 7. cap. 4. §. 1. Ita *ligia voluntas*, in veteri Charta apud Augustinum *du Pas* in Stemmatib. Britannic. part. 2. pag. 455. *In propria & ligia voluntate mea do & concedo, &c.* *Ligia fidelitas*, est omnimoda fides quam vassallus domino, nemine excepto, præstat. *Foi lige*, in Consuetud. Lodunensi, Andegavensi, Cenomanensi, &c. Will. Tyrius lib. 13. c. 21. *Fidelitatem ligiam in palatio suo illi exhibuerunt.* S. Bernardus Ep. 250. *Omnes simul se humiliaverunt ad pedes domini Papæ, & facti homines ejus ligii juraverunt ei ligiam fidelitatem.* Hac notione passim occurrit vox *Lige* apud *Froissartum, ville lige*, 2. vol. cap. 109. vous estes de Tournai, *laquelle est toute lige au Roi de France.* Cap. 127: *Ceux de Bruges se rendoient purement & ligement à toujours, mais liges au Roi de France.* Vol. 3. cap. 85. *La ville de Berci sans moien est toute lige a l' Evesque d' Utrect.* Ita cap. 77. *Quitterent ligement & franchement, &c.* Cap. 127. & 1. vol. cap. 112. *Purement & ligement.* Quod *purement & sans reservation* dixit 3. vol. cap. 98.

LIGNAGIUM, Jus lignum exscindendi in nemoribus. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 90. *Inde pensandum de eo cui hoc licuit, an qui læsus est, herbagium vel lignagium, vel causam aliquam in nemus habeat, unde jure deveat promoveri.*

Lignagium, interdum sumitur pro ea præstatione quæ exsolvitur pro facultate exscindendi ligna in silvis. Vide *Ovagium, Buscagium.*

LIGNAMEN, Materia ex ligno, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 28 Bulla Clementis IV. PP. an. 1265. pro Regno Siciliæ: *Exponet per septennium pro lignaminibus omnia nemora ipsius Regni -- & omnem materiam ad ædificia opportunam.* Alia Joannis XXII. an. 1321. apud Wadding. *Et nunc est via qua traducuntur lignamina & lapides ad opus constructionis dicti Monasterii.* Adde Codicem Carolinum Epist. 61. Concilium Lateranense III. an. 1179. c. 24. Matth. Paris pag 275. 455.

LIGNARE, Jus ligna exscindendi in silvis Charta Adelfonsi Imperatoris Hispaniæ æræ 1160. apud Oyhenartum in Notitia Vasconiæ p 86 *Similiter dono vobis lignare, & tayllare, & pascuere in illos montes, &c.* Vetus Charta apud Marcam lib. 9. Hist. Benebarn. cap. 9. *Cum --- portibus, aquis, silvis, lignaribus, &c.* Observantiæ Regni Aragon. lib. 7. tit. de Pascuis §. 3. *Jus depascendi, lignandi, & adaquandi potest præscribi titulo, &c.*

LIGNARIUM, *Locus lignorum, vel lignorum acervus*, Ugutioni & Joan. de Janua. Vetus Glossarium: *Lignarium*, ξυλοθήκη. Aliud Gloss. ξυλόβολον, ἤγουν ξυλοθήκη, *Cella lignaria, lignarium.* Rursum: ξυλικὸν, *lignarium.* *Ligne, & Lignier*, Andegavensibus, ut *Legnerat* Occitanis. Charta an. 1445. *Et encore vous dois une autre charette garnie de 4. bœufs pour aider à charier le bois de vostre lignier de nouvel.* Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 26. *Si quis de lignario alterius lignum furatus fuerit, &c.* Charta ann. 871. pro Monast. S. Medardi Suession. *Et habeat Cauciacum simul cum lignariis de Pivone.*

Lignarium, Vectura lignaria, cui obnoxii erant Tenentes seu Mansionarii. Baldricus in Chr. Cameracl. l. 3. cap.

cap. 72. *Factum est autem hoc lignarium ab Hugone Castellano in civitate Cameracensi, & positum est in inclaustro S. Autberti.* Suprà: *In civitate domini sui, in foro ejus, lignarium per angariam colligit.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Lignarium 1. habente circunquaque pedes 5. ad manum.* Alibi: *Infra villam, lignar. 43. scindulas 4. &c.* Ibid. *De bannis pro pastione, carra 211. sunt simul exceptis lignariis & carris quæ in ipsis villis fiunt, 866.* Charta an. 937. in Tabul. Augustodun. Ecclesiæ: *Pro lignario, Missa S. Andreæ, den 2.* Sugerius lib. de Administr. sua cap. 11. *Cùm lignaria sua bis aut ter in anno, carrucarum villæ dispendio, aggregaret.*

Lignarium, idem quod *lignagium*, facultas, exscindendi ligna in silvis. Charta Caroli C. an. 22. Ind. 10. in Tabul. S. Dionysii n. 31. *Necnon & villas quæ vocantur Linerolas & Ferruciacum, cum lignariis earum, in pago Milidunensi sitas.* Infrà: *Et pro 40. modiis saponis, pro 25. libris argenti, quæ pro lignario solvebantur, & pro 20. unctis qui dabatur Fratribus per singulos annos ad Cordovesos eorum, &c.* Vetus Charta in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. n. 56. *Et debentur 7.* (solidi) *de carnatico arietes 15. sine lana, de lignario sol 26.* Regestum Philippi Aug. f. 125. *Capiebat in foresta de Rest lignarium suum ad ardendum.* Tabular. de Campan. *Decanus Meldensis habet lignarium in nemore quantumcunque ducere poterit Meldis per unam diem cum quadrigis, &c.*

Lignaticum, idem quod *lignarium*, priori notione. Polypticus Floriacensis: *De lignatico carradas 3. &c.* Alibi: *Debet unusquisque de lignario in latum pedes 5. in altum pedes 6. &c.*

LIGNICISIMUS, *Ferrum quo virgæ & frutices reciduntur*, in Gloss. MSS. ubi Isidori perperam habent *Linguiscisinus*.

LIGNUM, Cippus, quo reorum colla & pedes constringuntur. Arator lib. 2. Hist. Evangel.

——— tunc agmina raptim
Fustibus innumeris, eliso corpore Pauli,
Conveniunt, ubi carcer erat, quem sedibus imis
Includunt, comitante Syla, vestigia quorum
Ligno mersa cavo vinclis tenuere beatis.

Acta Martyrum Scillitanorum: *Detrudantur in carcerem, ponantur in ligno in diem crastinum.* Paulinus lib. 5. de Vita S. Martini:

Ast alii sursum porrecti robora ligni
Triste ministerium furioso corde parabant,
Ut caro distentis propere malè pendula membris
Tortori laceros curcianda exponeret artus.

Vita S. Blasii: *Jussit eum in ligno suspendi, & cum ferreis pectinibus carnes ejus carminari.* Historia S. Apollinaris Martyr. *Apollinarem verò cum gravissimo pondere ferri jussit in carcerem horrificum claudi, & in ligno extendi, & nihil ei ministrari, ut deficeret.* Sed his locis videtur pro Equuleo sumi. Ordericus Vitalis l. 2. *In interiorem missi sunt, eorumque pedes in ligno constricti sunt.* ἐν τῷ ξύλῳ δεδέσθαι, dixit Lysias Orat. 1. contra Theomnest. p. 117. Joannes Diac. in Vita S. Josephi Hymnographi n. 22. ὁ δὲ τῷ ξύλῳ τὸν πόδα ἐκπιεζόμενος, καὶ τοῖς κλοιοῖς τὸν τράχηλον κατακαμπτόμενος, &c. ξύλον βασανιστήριον, in Menæis 11. Novemb. in S. Theodoro Studita. κολαστήριον ξύλον, 18. Novemb. in S. Zacharia Diacono. Vide Hesychium in ἐγκαλοστκελέσις, & Dissert. 19. ad Joinvillam, & suprà in *Cippus*. Apud Bractonum l. 3. de Corona cap. 25. §. 1. *in ligno* detineri, & in *cippo*, idem sonant. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. c. 69. *Quendam laicum debitorem suum ab emunitate Monasterii SS. Petri & Pauli Paderborn. vi abstraxit & eum ad domum suum ductum in lignum detrusit, &c.* Adde cap. 82.

Ligna jacentiva. Vide *Jacentivus*.

Lignum cadaveri humo condito superponere. Lex Bajwar. tit. 18. cap. 6. §. 2. *Quia aliquoties conspicimus cùm cadaver humo immissum fuerit, & lignum superpositum cunctis adstantibus, ut requiratur dominus cadaveris, & primus terram superjiciat.* Ex quibus eruitur Bajoarios cadavera non in *locellis*, sed nuda aut linteis involuta humo condidisse, ac postea lignum, id est, asseres superposuisse, antequam terra superinjiceretur.

Lignum, Phaselus, vel Lembus: *Legno* Italis, & apud Joan. Villaneum lib. 7. cap. 69. 91. 93. lib. 9. c. 61. & in Alfonsinis part. 2. tit. 25. leg. 7. *Lenys*, apud Raimundum Montanerium in Chron. Regum Aragon. c. 131. & in Hist. Expugnat. Minoricæ fol. 83. Cambro-Britannis *Llon*. Philippus Eystetensis in Vita S. Willibaldi cap. 36. *Quidam volentes visitare limina B. Willibaldi, se conduxerunt in quodam ligno, quod dicitur Floze.* Germanis *Floss* est ratis. Walafridus Strabo in Vita S. Galli c. 17. *Illi navicula conscensa, totis nisibus ire festinantes, ligno natatili profundi terram sulcante, nocte proxima pervenerunt ad Ducem.* Epistola Fr. Paschalis Minoritæ apud Waddingum ann. 1342. 10. *Inde ascendentes unum lignum, per Mare nigrum, profecti sumus usque ad Chazariam.* Utuntur passim Scriptores Italici, Tho. Archid. in Hist. Salonit. c. 33. 36. Chronica Pisana ann. 1177. Statuta Venetor. lib. 6. c. 68. Historia Cortusior. lib. 8. cap. 16. Joannes Carmessonus in Vita S. Petri Thomasii c. 4. Charta in Probat. Hist. Franco-Byzantinæ pag. 11. &c. *Lin*, nostris, olim. Verus Comput. Theobaldi *de Chepoy* an. 1310. in Camera Comp. *Quand Roqueford fu pris, Messire de Chepoy retint 2. galies & 1. Lin, quant les autres s' en allerent à Venise, pour ce que cil de Salonique armoient 5. Lins pour nous destourner les vivres.* Thomas Walsinghamus pag. 318. *Duæ grandes galeiæ, & aliud genus ratis quod vocatur Line, & una bargia, & 7. balingariæ periclitatæ sunt ante villam de Colessa.*

LIGONISARE, in Gloss. Lat. Gall. *Hoüer ou Fossoyer* ligone fodere.

LIGORIUS, Unicornis. Gallis, *Licorne*. Michaël Scotus de Physionomia cap. 20. *Quædam* (animalia) *fortia & audacia, ut leo, ursus, draco, canis, ligorius.*

LIGULA, Ligulatus. Jo. de Janua: *Ligula, parva fascia, vel corrigia: ligulatus, i. coquus, cui multæ ligulæ sunt necessariæ propter veteres pannos quos induit.* Vide *Legula*.

Ligula, Mensuræ genus, quod alio nomine Cochlea dicitur, & est octava pars cyathi. Vide Gabrielem Humelbergium ad Apicium.

Ligula: Victor Vitensis lib. 1. de Persec. Vandal. *Dum ad Massalitanum littus exisset, quod Ligula vulgi consuetudine vocatur.* *Ligulas* vocat Cæsar lib. 3. de Bello Gall. loca in longum à continente in mare exporrecta, *Linguas* Latini: unde deflexa vox *Ligula*. Festus: *Lingua est promontorii genus non excellentis, sed molliter in planum devexi.* Hac notione *linguam* usurparunt Pacuvius apud Agell. lib. 4. c. 17. Livius lib. 37. & 40. Ammianus lib. 14. &c. Ovid. l. 14. Metam. de Siciliæ:

——— Tribus hæc excurrit in æquora linguis.

γλώσσας Græci etiam vocant. Vide Alexiadem l. 3. p. 9.

LIGURA, Ligatura. Gall. *Lieure*. Anonymus Hasserensis apud Gretzerum in Episcopis Eystetensibus p. 436. *Ille apprehensum per liguras accipitrem, ter & quater in faciem Clerici percussit.*

LIGURITOR. Leges Politicæ Kanuti Regis §. 29. *Liguritores, mendaces, rapaces, raptores, Dei gravamen habeant, &c.* Ubi Editio Saxon. §. 7. habet Licceꝥaꞅ, id est, *assentatores, adulatores*. Ita Somnerus, qui in Gloss. Saxon. Licceꝥa, gulosum etiam & heluonem interpretatur.

LILAHAN. Tradit. Fuldenses lib. 1. trad. 92. *Mappæ 2. manutergia 1. bechin 1. pelvis 1. Lilahan 1. coopertorium 1.*

LILIUM, Epistyliorum, & aliorum operum ornamentum, formam *lilii* referens: κρίνον Anonymo in Descript. S. Sophiæ 3. Reg. c. 7. *Capitella autem quæ erant super*

super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant &c. Gaufridus Grossus in Prologo ad Vitam S. Bernardi Tironensis: *Et candelabri calamos, scyphos, sperulasque & liliorum repansiones.* Leo Ost. lib. 3. cap. 28. (al. 26.) *Columnas, bases, ac lilia, nec non & diversorum colorum marmora abundanter coëmit.* Gregorius M. lib. 1. Epist. 66. *Id est, in argento calices duos, coronas cum delphinis duas, & de aliis coronis lilios, &c.* Vetus Charta Cornutiana edita à Suaresio: *Cantharos æreos majores ... minores 12. & lilia ærea 2. & stantaria ærea 13.* Ardo Monach. in Vita S. Benedicti Abbat. Anianæ n. 23. *Septem scilicet candelabra fabrili arte mirabiliter producta, de quorum stipite procedunt hastilia, sphærulæque, ac lilia, calami, ac scyphi, &c.* Vide Anastasium in Vitis PP. p. 34. 143. 189. & quæ notavimus in Descript. Ædis Sophaniæ n. 59.

Liliolum, σελαυχένιον in Gloss. S. Benedicti, cap. de Aureis.

LIMAS, *atis*, Vestis quæ protenditur ab umbilico usque ad pedes, qua publicè utebantur servi & coqui. Ita Jo. de Janua.

LIMANTIA. Tabularium Conchensis Abbatiæ in Ruthenis ch. 313. *Uno manso in Berriago ubi Rainaldus manet, in Floriago, ubi Guarinus manet, & in Bargus illas Limantias quas de Amblardo conquistavi, &c.* Agros fortè cultos & planos, unde *Limantia* Arvernensis. Vide *Lemmane*.

LIMARE, *Limis intueri.* Vita S. Theodulfi Abb. n. 12. *Typoque superbia ignitus limat circumstantes, &c.*

LIMARI, pro *Rimari*, scrutari, investigare. Gloss. Lat. Græc. *Limatur, Rimatur, Terit,* (l. quærit.) ζητεῖ Lex 32. Cod. Th. de Navicular. *Necnon etiam aliis quæ sua cognitionis limavit examen.*

LIMBUS, locus in quo SS. Patrum ac piorum animæ ante Christi mortem consistebant: ubi etiam infantium qui absque baptismo moriuntur, consistere animas ajunt. Jo. de Janua: *Limbus ponitur pro quadam parte inferni, quatuor enim sunt loca inferni, scilicet Infernus damnatorum, Limbus puerorum, Purgatorium, & Limbus Patrum.* Petrus Chrysologus Serm. 66. *Adjecit autem Abraham dicens; In his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Dicendo sic, tam justos quàm injustos ante adventum Domini apud inferos fuisse declarat, & discretos locis tantùm non regionibus apertè fuisse divisos, &c.* Petrus Comestor in Histor. Scholast. cap. 87. Gen. *Erat enim in inferno quidam locus beatorum, semotus à locis penetralibus, qui ob quietem & separationem ab aliis, sinus dicebatur, sicut sinum maris dicimus. Et dictus est etiam sinus Abraæ, qui etiam Abraam ibi erat in sui tentatione usque ad mortem Christi.* Marsilius Paravinus in Defensore pacis 1. part. c. 6. *Et in loco, quem Limbum vocant, privati manserant usque in Christi adventum.* De vocis etymo nondum vidi qui aliquid dixerit. Sunt tamen qui putant sic appellatum, quòd is locus veluti sit *limbus* inferorum. Ita enim Anonymus de Miracul. S. Thomæ Cantuar. editus à Stapletono cap. 37. *Noli igitur pati, ut hujus abortivi anima ad limbum inferorum abeat.* Sic *Limbum* Angliæ, pro *ora* dixit Matthæus Westmonast. an. 1132. Vide Jacobum Usserium Armachanum in Disput. *De Limbo Patrum & descensu Christi ad inferos*, in quam nondum incidi.

LIMEN, Ecclesia. Vetus Inscriptio allata à Catello in Historia Occitanica pag. 738. & Stephano Baluzio ad Salvianum & Capitular. † Do. ET. XPO. MISERANTE. LIM. HOC. C. L. K. T. E. (conlocatum est) ANNO IIII. CS. VALENTINIANO. AUG. IIIKL. D. XVIIII. ANNO EPUS. RUSTI .... Infrà, quod hîc limen, *Ecclesia* appellatur: quomodo *Limina Apostolorum, aut Sanctorum visitare*, formula frequens apud Scriptores de iis qui peregrinationes ad Sanctorum memorias instituunt, de qua quædam diximus in Descript. Ædis Sophianæ, ubi de *solea*: multa verò Savaro ad Sidon. lib. 1. Epist. 5. & Rosweidus ad Paulinum. Adde Turneb. lib. 12. Adversc. c. 5. Epistola 22. ex iis quæ to. 1. Hist. Franc. habentur: *Sed nec illum insalutatum reliquo, cujus gressibus indesinenter Sanctorum limina visitantur.* *A liminibus Ecclesiæ separari*, pro *excommunicari*, lib. 3. Hist. Casin. cap. 43. 48. l. 4. c. 32. 57. 88. 94. 109. Anacletus PP. Epist. 1. *Peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus.* *Limina*, pro templis, usurpasse etiam paganos. Scriptores alii observarunt, Martialem, Statium, &c. Vide *Solium*.

Limina portarum, loca mortuorum, in Gloss. Isidori: quæ firmant conjecturam nostram in Descript. Ædis Sophianæ super hac re allatam.

LIMENARCHA. Gloss. Gr. Lat. λιμενάρχης, *Portitor. Limenarchus Cypri*, in vet. Inscript. 427. 9.

LIMINARE, Loculus cavus, in quo locantur statuæ: nidulus, nestris, *Niche*, Acta S. Thyrsi Mart. c. 4. *Ceciditque Apollo de liminari suo, & comminutus est.* Et cap. 9. *Apollinis & Veneris simulacra de suis liminaribus acta.*

Liminare Ecclesiæ, Anastasio in Hadriano PP. p. 117. & apud Petrum Diacon. lib. 4. Chron. Casin. c. 93. idem esse quod *vestibulum altaris & confessionis*, apud eundem Anastasium & *Solea* apud Græcos recentiores, docuimus in Descript. S. Sophiæ n. 83.

Liminare domus, *Limen*, in Lege Bajwar. tit. 10. §. 3.

LIMINARE, *Visitare*, in Gloss. Arabico-Lat. ubi perperam *luminare* habetur.

LIMINIUM pro *Postliminium*. Paschasius Radbertus in Epitaphio Vualæ lib. 1. in Præfat. *Sæpe mecum frater Severe, tacitus multumque admiror, liminio tanti luctus expleto, quid novi acciderit, &c.*

LIMOGIA, *Opus de Limogia*, seu Lemovicium, in Charta an. 1197. apud Ughelium to. 7. Ital. Sacr. pag. 1274. *Duas tabulas æneas superauratas de labore Limogiæ.* Alia an. 1231. apud Catellum in Hist. Occitan. p. 901. *Duo bacini qui sunt de opere Lemovitico.* Synodus Wigorniensis an. 1240. c. 1. *Duæ pyxides, una argentea vel eburnea, vel de opere Lemovicino, in qua hostiæ conserventur.* Monasticum Anglic. to. 3. p. 310. *Duo candelabra cuprea de opere Lemovicensi.* pag. 313. *Duæ coffræ rubeæ de opere Lemovicensi, &c* pag 331. *Una crux de opere Limoceno.* Vetus Scheda ex Camera Computor. Parisiensi. *Item l' an. 1317. en 11 jour de Juillet envoia Monsieur Hugues d' Angeron au Roi par Guiart de Pontoise un chanfrain doré à testes de liepars de l' euvre de Limoges à deus crétes, du commandement le Roi, pour envoir au Roi d' Armenie.* Ita vocant encausticen, vulgo *Email*, qua inprimis præcellunt Lemovices, quorum urbs *Limodia* dicitur in veteribus Annalibus Francor. & in Hist. Rotonensis monast. lib. 1. cap. 9. de qua quædam attigit vir Cl. Andreas Felibienus lib. 1. de Principiis Architecturæ, &c. cap. 10. Vide *Smaltum*, & *Ventilabrum*.

LIMONERIUS, Equus ad currus temonem, Gall. *Limonier*. Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 45. *Quadriga onerata de pelliparia, limonerius, 4. den. ad tractum quadrigæ, alii equi 2. den.* Occurrit ibi non semel.

LIMONES, Citrea Limonia, Gall. *Limons.* Jacobus de Vitriaco in Hist. Hierosol. cap. 85. *Sunt præterea aliæ arbores fructus acidos, pontici videlicet saporis, ex se procreantes, quos vocant Limones: quorum in succo in æstate cum carnibus & piscibus libentissime utuntur, eò quod sit frigidus & exsiccans palatum, & provocans appetitum.*

LIMPIDARE, *Limpiare*, Polire. Gloss. Lat MS. Regium: *Limpidat, Olimat.* leg. *Oblimat.* Infrà: *Oblimat, Limpidat.* Ugutio: *Lævigare, applanare, limpidare, lævem facere vel planum.* Alibi: *Limpidare, limpidum facere, purificare, clarificare. Limpidantur* lapi-

lapides qui poliuntur, *limpidi lapides*, politi. Dolabella in Agrimensorum Fragmentis: *Omnis terminus ab Oriente limpidum latus habet: ab Occidente ruspidum latus habet.* Ubi *limpidum* pro polito & lævigato ponitur. Vetus liber Medicinæ: Καλλιλωτικὰ *sunt quæ cicatrices comedendo æquant & limpidant.* Vide Vegetium lib. 2. Artis veterinariæ c. 18.

Delimpidare. Anastas. in S. Leone II. PP. *Luna ecclipsim pertulit, post Cœnam Domini nocte pæne tota in sanguineo vultu elaboravit, & nisi post galli cantum cœpit paulatim delimpidare, & in suum reverti respectum.*

Elimpidare. Vincentius Lirin. Commonit. 1. de Origene: *Quæ non ille persuasu difficilia disputandi viribus elimpidavit?*

Limpidatoria. Matthæo Silvat. *Mundificativa.*

Limpiare, pro *limpidare*, apud Anonym. Salernitanum part. 6. de quodam machinarum bellicarum Architecto: *Strenuusque vir ad limpianda ligna.* Infrà: *Exinde exiit, & machinam, quam nos petrariam nuncupamus, --- construxit.* Joan. de Garlandia in Synonimis chymicis: *Alumen liquidum, id est, limpiatum*; ita legendum pro *limparum.* Hispani *limpiar*, & *alimpiar* dicunt, pro *mundare.*

LIMPSANUM λείψανον, apud veterem Interpretem Procli Patriarch. Constantinopol. Orat. 5.

LIMPUS, in veteri Gloss. Saxonico, hop-ꝩꞇeoꝩc.

LIMSTA, Charta Grodegangi Episcopi Metensis an. 765. apud Meurissium: *Si quis vendiderit aut cambiverit jugerum de terra quæ dicitur Limsta, dabit inde ad curtim 12. denarios & Advocato sex. De illa autem terra nullus audeat allodium facere.*

LINAR, vel *Linaris*, ager lino consitus, Hispanis, *Linar*, Charta Garciæ Sancii, cogn. de *Najara*, Regis Navarræ, æræ 1087. apud *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti, tom. 3. *Terras, vineas, pomifera, ortos, linares, molinos, &c.* Infrà: *Vineis, ortis, pomar.bus, linares, pratis, &c.* Adde tom. 5. p. 445. & Sandovallium in Episcopis Pampilonensibus pag. 29.

Linaria, eadem notione. Monasticum Anglic. to. 1. p. 572. *Cum linaria quæ jacet juxta prædictum mesuagium.* Joanni de Janua, *linarium*, est *locus ubi abundat linum, vel semen lini.*

LINATICA, quæ est Muscadellus, vitis species, de qua Petrus de Crescentiis l. 4. c. 4.

LINATUS, pro *lineatus*, vel *limbatus*, Gall. *Bordé* Monasticum Anglic. to. 3. part. 2. p. 95. *Capis nigris cum capuciis, de sindone vel taffata linatis utentur.* Infrà: *Præter linaturam capuceorum & amuceorum, &c.*

LINCUS, Animalis species, apud Fridericum II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 1.

LINDEBOOD. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ cap. 10. *Aut si talem recusare voluerit satisfactionem, vitæ suæ consulere per fuga præsidium non omittat. Et hæc emendatio in vulgari nostro* Lindebood *appellatur.*

LINE: Vide *Lignum.*

LINEA, Regula qua longitudines explorantur. Frontinus: *Quidquid in agro mensori operis causa ad finem rectum fuerit, rigor appellatur: quicquid ad horum imitationem in forma scribitur, linea appellatur.* Apud Auct. de Limit. agror. crebrò reperire est, *lineas mensurales, consortales, normales, finitimas, &c. Linearios limites, linearios lapides, linearios rigores.* Inde fortè *linee* nomenclatura certo agri modo attributa apud Trevirenses. Charta an. 964. ex Tabulario S. Petri Trevir. apud Duchesnium in Hist. Luxemburg. p. 5. *Dedi ad altare S. Petri --- lineam in eadem Marcha, & in Comitatu Bedensi arabilem unum, &c.*

Lineator, Mensor. Leges Burgorum Scotic. c. 10. *Præpositus debet eligere lineatores --- & jurabunt quod fideliter lineabunt, tam in longitudine quàm in latitudine, secundùm rectas divisas burgorum, & lineabunt priùs frontem, deinde partem posteriorem.* Cap. 123. *Si utraque parte præsente terra aliqua sit lineata per Baillivum, --- & metæ positæ fuerint.*

Linea in Pictura, est penicilli ductus. Ita Plin. l. 35. cap 10. 13. & alii. Unde *linearis pictura* eod. lib. c. 3. *Lineamentum*, & *linamentum*, vultus & corporis *tractus. Lineare*, apud Apuleium l. 10. exprimere, pingere. Ekkeardus Jun. de Casib. S. Galli c. 10. *Et quos ad litterarum studia tardiores vidisset, ad scribendum occupaverat, & lineandum: quorum amborum ipse erat potentissimus, maximè in capitularibus litteris, & auro, ut apparet in versibus fornicis Galli, quos fecit, --- has ille litteras cultello corrasas illic liniverat.*

Lineator, Pictor. Narrat Theophanes an. 7. Phocæ, in Circensibus ludis Prisci Patricii & Domentiæ uxoris, Tyranni filiæ, elatas imagines cum ipsius Phocæ imaginibus: indignatum Tyrannum Factionum duces rogasse, cujus consiliis id attentassent: eos verò respondisse, ὅτι χέσουσιν ὅθεν οἱ γραμμισαὶ τοῦτο πεποιήκαν, &c. Ubi Paulus Diaconus & Anastasius γραμμισὰς *lineatores* vertunt.

Linea margaritarum. Vide Juretum ad Symmachum l. 6. Epist. 79.

Linea sanguinis & cognationis, qua cognati inter se cohærent, apud JC. Gregorius VII. PP. lib. 6. Epist. 29. *Servando tam in moribus normam justitiæ, quam etiam lineam nobilitatis in sanguine.* L. 7. Epist. 21. *Unde videris nobilissimi sanguinis lineam trahere.* Adde l. 8. Epist. 1. Hinc nostris vox *Lignée*, pro stirpe, usui pata.

LINEA, Vestis interior, stricta, ex *lino* confecta, unde nomen. Willelmus Brito in Vocab. MS. *Linea dicebatur camisia. Totum corpus operit, & ita strictis manicis adhærebat corpori, ut nulla esset ruga, & descendebat usque ad pedes, unde Poderis Græcè, id est, talaris.* Vide Eucherium de variis vocab. Acti Passionis S. Cypriani: *Postquam se Dalmatica expoliasset, & Diaconibus tradidisset, in linea stetit, speculatorem sustinens.* S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 1. c. 12. *Habebat quoque zonas ex auro & gemmis comptas, necnon & bursas eleganter gemmatas, lineas verò metallo rutilas, orasque * sarcarum auro opertas, &c. Lineas sive subucula*, apud Innocentium III. PP. l. 1. Myster. Missæ c. 11.

LINGUA, pro natione: quo spectat illud Aratoris lib 1. in Acta Apostol. *Gentem lingua facit.* Willel. Tyrius lib. 22. cap. 23. *Hoc autem debent observare in his omnibus --- cujuscunque linguæ, cujuscunque nationis, cujuscunque fidei, &c.* Histor. fund tion s Monasterii S. Vincentii Lisbonens. *Adversus urbem castra metantes, singuli tamen per generationes & linguas suas.* Will. de Podio Laurentii cap. 39. *Abhorrere cœpit consortia militum nostræ linguæ.* Ekkehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1. *Remanserat Episcopus cum paucis suæ linguæ apparitoribus.* Petrus Comestor in Histor. Sch. l. st. c. 63. *Quod Ceotomone, i. lineum dicebatur quam nos lineam strictam, sive camisiam, vel subuculam dicimus.* Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1220. *Quicunque homines nostri idiomatis, videlicet de lingua nostra.* Decreta Colomani Regis Hung. lib. 2. c. 1. *Ut nullus Judæus præsumat Christianum mancipium cujuscunque linguæ vel nationis emere.* Ita γλῶσσα Scriptoribus Græcis recentioribus interdum usurpatur. Acta SS. XL. Martyrum n. 9. ἐπὶ τούτοις ὅλος αὐτὴν καταλαμβάνει τὴν βασιλεύουσαν, οὐκ Ἰσμαελιτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἀβάρων καὶ ἑτέρων γλωσσῶν. Vide Bedam lib. 3. c. 6. 25. Joannem Sarisber. Epist. 24. Eckeardum Minimum in Vita Notkeri Balbuli c. 7. Albertum Stadensem p. 183. &c.

Sic pariter à Scriptoribus nostris *Langue* p. ssim usurpatur. Assisæ Hierosl. c. 94. *Le ban doit estre crié tel à 4. cantons dou champ, que il n'y ait nul si hardy, de quelque langage qu'il soit, qui ose faire ne dire chose, &c.* Et c. 134. *Il est atteint de fausseté, & esten la merci dou Seignor de perdre quanque il y a en la Langue.* Le Roman de Garin MS.

Là assembla la gent de maint langange.

Li Lusidaires MS.

Aprés envoitra messages.

Par les terres par les langes,

Charta Caroli Comitis Vadensis ann. 1348. *En toute n stre terre assisse en ladite langue de Normandie.* Hinc *Languedoc*, & *Languedoil*, dictæ Provinciæ Franciæ, in quibus *oc*, & *oil* seu, *ouy*, pro *ita*, vulgo usurpatur, ut censet Catellus in Hist. Occit. lib. 1. pag. 39. 40. *Lingua Occitana*, in Charta Ludovici Hutini an. 1315. & aliis ab eodem Catello laudatis, quam *tortam linguam* dictam fuisse scribit Joinvilla in Hist. S. Ludovici; cujus nomenclaturæ rationem nemo adhuc prodidit. Sed legendum forte *Corte langue*, vel *Curta lingua*, quæ est Novempopulaniæ, seu Provinciæ Auscensis Occitanæ conterminæ, appellatio in aliquot Notitiis MSS. quas laudant Bosquetus illustr. Episcopus Monspel. ad lib. 14. Innocentii III. Epist. 32. & Oyhenartus lib. 3. Notit. Vasconiæ cap. 5. ad discrimen majoris Vasconiæ seu Provinciæ Burdegalensis. Sed & *Linguam Auxitanam*, quam alii *Occitanam*, vocat Diploma Philippi Pulcri Regis Franc. in Regesto Carthophylacii Regii, ab urbe primaria Novempopulaniæ *Auch*. Constans tamen est sententia, *Occitaniam* dictam, quòd *oc* & *och*, pro *ita* passim in ea usurpetur.

Medietas linguæ, Anglis, *Med lingue*, dicitur apud Stanfordium lib. 3. Placitorum Coronæ cap. 7. Controversia quæ inter alienigenas & regnicolas vertitur; tunc enim testes qui in inquestis deponunt, debent esse ex utraque lingua, ita ut tot sint ex una, quot ex altera. Vide Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 31.

Linguæ permutatio, Perjurium, *lorsqu'on change de langage*. Decreta S. Ladislai Regis Hungar. l. 3. c. 1. *Si --- ita perjuri inventi fuerint, pro permutatione linguæ decem pensas persolvant, & canonicè pœniteant.*

Linguas dirigere. Formulæ veteres apud Bignonium for. 29. *Et duodecim conlaudantes juraverunt, & linguas eorum legibus direxerunt.* Id est, secundùm Legem testimonium dixerunt.

Linguam suam mulctare. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 59. §. 5. *Qui sub banno regali cognoscit, & investituram banni ab ipso Rege nondum postulavit, suam pro eo mulctet linguam.* Id est, amittat jurisdictionem suam seu facultatem jus dicendi.

Sine lingua obire, est intestatum decedere. Willelm. Tyrius l. 12. c. 25. *Insuper ubi Veneticus ordinatus vel inordinatus, quod nos sine lingua dicimus, obierit.* Leges Partitæ seu Alfonsinæ part. 1. tit. 13 l. 6. *Finando alguno sin lingua, de maniera qua non fiziesse testamento, &c.* Ita parte 2. tit. 18. lege 8. Vide *Fabula*, & Notas nostras ad Statuta S. Ludovici p. 181.

Lingua sancta, Hebræa, sic vulgo appellata, inquiunt Rabini, quòd in ea nulla nisi pudica vox reperiatur, in qua propria nomina partium illarum, quibus quisque nostrûm aut vir est, aut femina aut quibus alvum deoneramus, desiderantur.

Lingua Limosina, Romana, Rustica. Vide Præfationem nostram ad hoc Glossarium.

Lingua, Promontorium. *Prominens terrarum lingua.* apud Ammianum l. 14. ubi Valesius. *Lingua Phari Messanæ*, in veteri Charta apud Rocchum Pirrum tom. 2. p. 368. Johannes Phocas in descript. T. S. n. 4. καὶ ἐκ τῆς λιβάνου λεπτὴν ῥάχιν κατεσχέμενον γλωσσοειδῶς τῇ θαλάσσῃ ἐμφέρεται. Vide *Ligula*.

Linguæ, Glossa. Abbo in Præfat. ad libros de Bello Parisiaco: *Nam cleronomos, tametsi augustum maneat situm, decentissimè ornat, tum scholasticis ambientibus glossas suis in commentis obnixè complacet, allegoria verò aliquantis per, cui per semet, quoniam mutis (i. obscuris) inhæret verbis, propria manu linguas superjeci.* Mira Latinitas.

Lingua, Pars vestis Clericalis, quæ plicis suis tot linguas conficit. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 332. de veste Clericali: *Est talaris, lingua hujus vestis est lingua Clericalis, quæ debet Dominum laudare.* Et cap. 233. *In veste Clericali lingua formatur, quia tunica Domini inconsutilis sic formata dicitur.* Apud auctorem Mamotrecti ad c. 15. Numer. *Fimbria dicitur etiam lingua, in veste joculatoris.*

Lingua vexilli, quod scilicet in formam linguæ desinit. Henricus Huntindonensis lib. 7. Hist. *Et semper linguæ vexilli ejus volitabant super capita Turcorum.* Vide *Flammulum*.

LINGUAGIUM, Lingua, Idioma, Italis *Linguaggio*, Gall. *Langage*. Chronicon Aulæ Regiæ c. 2: *Variis quoque linguagiis inconsuetis nostri plurimi jam loquuntur.* Joan. de Janua: *Lingua ponitur pro linguagio. Linguagium* in Vita S. Leonis Arch. Rotom.

LINGUARE, *Lingua lambere*, apud Burch. l. 5 c. 47.

LINGUATÆ, & *incisa vestes ab inferiori parte*, Laicis perinde ac Clericis interdicuntur in Concilio Monspeliensi ann. 1195.

LINGUOSITAS, Multiloquium, apud Ursum S. R. E. Subdiaconum in Vita S. Basilii Cæsar. c. 2.

LINIAMENTUM. Vita S. Eligii Noviom lib. 2. c. 32. *Vidit ex fronte Basilicæ T. Medardi parietem ex parte dissipatum, scripturamque imminentem, ac ruinam minitantem instare jussit ergo continuò artificem vocari, & parietis infirmitatem illico cum liniamentis solidare.* Ubi vir doctus, *f cum lignamentis* M. *lim ligamentis.*

LINIFIONES, *Linifarii*, seu potiùs *Linyfiones*, Lini, textores. Gloss. Græc. Lat. λινυφος, *lineo*. Ita in l. 8. Cod. Th. de Murilegulis, qui initio *linteones*, infrà *linyfi* dicuntur. Et lib. 16. eod. *Si quis ex corpore ——— lintheariorum sive linyfariorum, &c.* Vopiscus: *Linifiones cujusque artis.* λινυφείων meminit Lsozomenus lib. 1. c. 8. ubi rectè λινυφείων restituunt viri docti. Differunt autem *linyfiones* à lintea riis: quippe *linyfiones* sunt linteæ vestis artifices; *lintearii* verò linteæ vestis negotiatores. Vide Turnebum lib. 30. Advers. c. 20. & Salmasium ad Vopiscum.

LINIPENDIUM, Lineum calceamentum, Joanni de Janua

LINNA, Vestis Gallorum, quæ eadem cum *læna* videtur. Gloss. Ælfrici: *Linna*: Hnæsce hƿ ꝺel, *i.* molle sagum. *Linna* Diodoro est σάγος ... , Varroni *mollis sagus*. Isidorus l. 19. Orig c. 23. *Quibusdam autem nationibus sua cuique propria vestis est, ut Parthis sarabara, Gallis linnæ, Germanis renones, Hispanis striges.* Et mox: *Linnæ saga quadra, & mollia sunt, de quibus Plautus, linnæ cooperta est textrino Galliæ.* At Glossæ ejusdem Isidori & Pithœanæ: *Luma, sagum quadrum.* Sicque legendum contendit Salmasius ad Hist. Aug. p. 319.

LINODELLA, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis l. 4. c. 4.

LINOSA. *vulgo avis qua dicitur curuca*, Papiæ. Vide Joann. de Janua in *Curuca*.

LINOSTIMUS. Papias: *Linostima, vestis dicta, quòd linium in stamine habeat, lanam in trama.* Ex Isidoro lib. 19. cap. 122. Gloss. Sax. Ælfrici: *Linostema*, Linenƿeaꝩp, *vel* ƿyllen ab, *i. stamen lineum.* Anastasius in S. Silvestro: *Constituit ut Diaconi Dalmatica uterentur in Ecclesia, & pallio linostimo læva eorum tegeretur.* Vide eundem in S. Zosimo. Regula Magistri c. 81. *In æstate verò habeant paraturam linostimam, non satis grossam propter laborem & sudorem: & habeant pallios linostimos, subtiles non satis, propter æstus sudoris.* Vide Rabanum lib. 1. de Instit. Cleric. c. 7.

LINSAD, Semen lini, Belgis *Linsaet*. Theloneum Monasterii S. Bertini: *Rasera den. linsad*, 4. *den.* Vide *Linusa*.

LINTEATOR, in Gloss. Græa. lat. linitextor, λινυφος, leg. λινοῦφος. *Linio*, l. *linteo*, vel *lintio* (ut est, apud Joannem Sarisber. lib. 9. Polycrat. c. 2.) λινεργὸς. *Linteatores* linteæ vestis negotiatores, ut *linyfarios* linteæ vestis artifices & linteorum artifices interpretatur Sal-

Salmasius ad Vopiscum. *Linteatorum* meminit lex 7. Cod. de Excusat. muner. ex emendatione Cujacii pro *linteonum*.

LINTEPIUM, *Lineus pannus tegens pedes*. Pap. as MS. Editus habet *Lintepium*.

LINUM *incisum*, quo sigilla tabulis ac litteris clausis apposita muniuntur. Primum Testamentum Widradi Abb. Flavin. *Testamentum meum condidi, --- ut quando dies legitimus post transitum meum advenerit, recognitis sigillis, inciso lino*, (perp. edit. *ligno*) *ut legis decrevit auctoritas, perinluster vir Amalsindo, quem in hac pagina testamenti nostri legatarium institui, gestis reipublicæ municipalibus titulis, ut ab ipsis ejus prosecutione muniatur, &c.* Habetur eadem formula apud Marculfum lib. 2. form. 17. *Agnitis signis, rupto lino, aperiatur & recitetur, &c.* apud Paulum lib. 4. Sentent. tit. 6. ubi de testamento. Adde formulam 28. ex Baluzianis. Quomodo verò *linum* testamentis & contractibus privatis & publicis inderetur docet idem Paulus lib. 5. tit. 25. *Amplissimus ordo decrevit eas tabulas quæ publici vel privati contractus scripturam continent, adhibitis testibus ita signari, ut in summa marginis ad mediam partem perforatæ, triplici lino constringantur, atque impositum suprà linum, ceræ signa imprimantur, ut exteriore scripturæ fidem interiori servent: aliter tabulæ prolatæ nihil momenti habent.* λινοτομεῖν, *Linum incidere*, apud Schol. Harmenopuli lib. 1. tit. 15. §. 20. Vide Plautum in Bacchidib. act. 4. scen. 4. Pseud. act. 1. scen. 1. Auson. Epist. 23. Sueton. in Nerone cap. 17. Collationem Legis Mosaïcæ cap. 16. Brisson. de Formul. p. 571. Salmasium de Modo usurar. c. 11. &c.

Linum terrenum, ut in *terra* nascitur, nativum, non colore imbutum. Anastasius in S. Silvestro: *Hic constituit ut sacrificium altaris non in serico nec in panno tincto celebraretur, nisi tantùm in linteo ex terreno lino procreato, sicut corpus Domini nostri J. C in sindone lintea munda sepultum est.*

LINUSA, Semen lini; *Linosa*, Italis: Picardis, *Linuise*, Judicatum an. 1250. apud Rocchum Pirrum in Notitia Eccles. Pactensis: *De hordeo salmas 14. item de linusa salmas 15. quas extimat tarenos 60. item de vino salmas 180. &c.*

LIPERUS Papiæ, *tener, mollis, delicatus*. Hesych. λιπαρὸν, καλὸν, ἐλαφρὸν, λευκὸν, σίλβον, εὔοδμον.

LIQUADOS. Epitaphium Landulphi Principis Capuæ, apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hist. Longobard. p. 249.

Unde quadraginta felices vidit aristas.
Et quibus & Princeps octo fuit Capuæ.
Cumque nono patitur Liquados scire Kalendas,
Augusti mensis dans animam superis.

Ita lapidem præferre asseverat idem Camillus, testemque laudat Holstenium.

LIPOTOSMIA, λειποθυμία, animi defectio. Ordericus Vitalis lib. 8. *Lethaliter in capite percussus est, deinde per breve spatium de lipotosmia rediit.*

LIPSANA, æ, λείψανον, λείψανα, numero multitudinis, Reliquiæ Sanctorum. Glossæ MSS *Lipsana, monumenta, vel reliquiæ corporis.* Victor Utic. l. 3. extremo, de Persecut. Vandal. *Humatæ sunt igitur cum hymnis solennibus lipsana beata Sanctorum in Monasterio Biguæ, &c.* Vita S. Popponis Abbat. n. 17. *Ante B. Cyrici lipsanas --- pernoctante.* Occurit ibi semel, & in Vita S. Gudilæ Virg. c. 6. *Lipsana*, secundâ productâ, dixit Auctor Vitæ S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis:

——— *Eo ferre satagens lipsana beata.*

Lipsanum dixit S. Eulogius in Apologet. & Paulus Diacon. in Miscella.

LIQUABILIS, qui liquescere potest, τηκτός. Utitur Apulejus in Apologia.

LIQUAMEN, Liquor, quem Græci γάρον vocant. Est autem liquamen, quod ex porcino adipe fit pingue, Jo. de Janua, ex Isid. l. 20. c. 3. *Liquamen propriè dicitur piscium, quod soluti in salsamentum pisciculi, eundem humorem liquant, cujusmodi liquor dicitur salsugo vel muria. Sed propriè muria dicitur aqua sale permixta, & effecta gustu in modum maris.* Gloss. Gr. Lat. γάρος, *Liquamen*. Alibi: ἐλαιόγαρον, *Garum & liquamen*. Gloss. Ælfrici: *Liquamen vel Garum*, Fisc-Bryne. Cælius Aurelian. lib. 2. Chronion c. 3. *Immissione medicaminum ex garo confectorum, quod vulgo liquamen appellant.* S. Hieronym. in Epitaph. Paulæ cap. 8. *Ut ex hoc uno æstimetur, quid de vino & liquamine, piscibus, & lacte, & melle, & ovis, & reliquis, quæ gustui suavia sunt, judicavit.* Hoc autem modo fit, ut ait Gabriel Humelbergius: adeps minutatim conciditur, & in vasa ad ignem lentum, sive carbones ignitos sine fumo liquefit, adjecto salis modico, seu etiam nullo: deinde liquefactum antequam refrixit, in ollam repositoriam colatur, & ad usum reponitur, ut ubi voles, eo uti liceat, usuique toto ferè anno est. Robertus Constantinus in Supplemento Linguæ Latinæ in *Apua*: Est etiam ex apuarum genere, quæ vulgo *Anchoie*, Aristoteli ἐγκρασίχολος, & λυκόστομος Æliano: ex qua iquamentum atq; elæogarum optimum ad excitandam appetentiam, addito oleo, vino, aceto, totus piscis (qui muria conditus asservabatur) subjectis prunis liquatur, nec spinæ vestigium permanet, quod ego sæpius non sine admiratione expertus sum. Occurrit passim apud Apitium in libris de re culinaria. Vide Cujac. lib. 9. Observ. cap. 9.

Liquaminarius, Liquaminis venditor, γαροπώλης, in vett. Glossis.

Liquamen, Liquor, potus ex liquore. Regula S. Pachomii c. 45. *Vinum & liquamen absque loco ægrotantium nullus contingat.* Cap. 54. *Non gustabunt liquamen, nec vinum bibent.* Capitulare de Villis cap. 45. *Pomatium, sive piratium, vel aliud quodcunque liquamen ad bibendum aptum fuerit.* Pyrorum liquor, *liquamen* appellatur à Palladio in Februario mense, ubi & ipsius conficiendi modum tradit.

LIQUATIO, χώνευσις, apud Vopiscum in Aureliano.

LIQUEPATERE, pro *patere*. Vetus Charta apud Columbum p. 544. *Liquepateat cunctis. &c.* Glossar. Gr. Lat. ἐμφανῆ ποιῶ, *liquefacio*.

LIRIPIPIUM, Epomis, unde Belgis *Liire-Piipe*, seu potiùs longa fascia, vel cauda caputii. Henricus de Knyghton de Event. Angl. l. 4. *Dominarum cohors affuit quasi Comes interludii in diverso & mirabili apparatu virili ——— in tunicis partitis ——— cum capuciis brevibus, & liripipiis* (male *liripiis* edit.) *ad modum cordarum circa caput advolutis, &c.* Chronicon Windesem lib. 1. cap. 44. *Liripipium sive tympam retro latam duplicem & oblongam habens per dorsum descendentem.* Lib. 2. c. 40. *Longa tunica vestitus, nigro caputio, cum grandi liripipio collo indutus.* Charta R. Cardinalis S. Steph. in Monte Cœlio Legati Apost. ann. 1215. pro reformatione Universitatis Paris. *Sotulares non habeat sub cappa rotunda laqueatos, nunquam liripipiatos.* Vide V. Cl. Ægid. Menagium in Origin. Linguæ Gall.

LIS, Bellum vel prælium initum inter hostes. Pelagius Episcopus Ovetensis in Veremundo II. Rege Hispan. *Genuit Comitem Rudericum Munionis, qui postea mortuus fuit in lite de Sacralias, &c.* Idem in Ferdin. *Iterum stabilierunt litem in Golpeliera, & ibi captus est pugna Adefonsus Rex, &c.* Lucas Tudensis in Chronico: *Ex hac genuit Sancium, qui fuit mortuus in lite de Ucles.* Theodorus Campedonensis in Vita S. Magni c. 6. *Lis facta est inter Theodericum juxta Tulbiacense Castrum, ibique prælio inito infinita hominum multitudo periit.* Adde Chronicon Pisanum Ughellianum ann. 1124 Wiponem de Vita Chunradi Salici pag. 432. Will. Britonem. l. 12. Philipp. v. 847. &c.

Lis Campalis, quod alii Scriptores, *bellum Campale* & *campestre* efferunt, in Charta Alfonsi Regis Aragon. apud Hieron. Blancam: *Et habent fueros infançones de Aragone qui non tenet honore de seniore, quòd vadat ad lite campale, & à sitio de Castellum cum pane de tres dies.* Etiamnum hodie Hispani vocem *lid*, pro prælio, atque etiam duello usurpant. Vidè Leges Alfonsinas seu Partitas, part. 7. tit. 4. qui inscribitur *De las lides*, seu de probatione per duellum. Hinc

Litigare, pro bello contendere, Præliari, apud Dudonem l. 3. de Morib. Norman. p. 97. *Nec ausus est contra eum litigare ullus.* Pag. seq. *Cœperunt Franci contra eum litigare multisque modis eum opprimere.* Adde p. 114. Leo Ost. l. 1. c. 25. *Cœperuntque ad invicem totis nisibus litigare.*

Breves lites, Practicis nostris, *Plaits sommaires*. Synodus Exoniensis ann. 1287. c. 45. *Considerantes in causis matrimonii juris solennitatem non esse per omnia observandum, quæ breves lites alio nomine appellantur, eo quòd in ipsis breviter sit procedendum, id est, summariè debeant terminari, &c.*

LISA, Papiæ, *Longa*.

LISÆ, Σφαγίτιδες, Celso lib. 4. cap. 1. *Sunt autem Lisæ*, teste Donato, *venæ majores gutturis*, quibus intersectis, animal confestim emoritur. Unde Elisum, quicquid ex tali causa mortuum est.

LISCA. Papias: *Carex, herba acuta, vulgo lisca.* MS. *Lista.*

LISCHA, *Lisca*, Instrumentum quo quid politur, cylindrus veteribus, Gallis *Lisse*. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 20. *Cum petra vitrea, quæ vulgo lischa vocatur --- corporalia poliat.* Usus antiqui Ordin. Cisterciensis c. 114. Habent hoc loco *lisca*. Vide *Leviga*.

Lica, in Statutis Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 8. *Indutus alba vel superpelliceo, cum lica corporalia poliat, &c.*

LISSA *halecum*, seu *tunna*: *une tonne de harens, que on appelle Lisse*: *le somme que on appelle Lisse*, in Charta Philippi II. Regis Romanor. ann 1208. descripta in Magno Recordo Leodiensi p. 11. 12.

LISTA, Ora, limbus: Villaneo & Petrarchæ *Lista*. Vocis etymon ab Anglosaxonico Lıſꞇ, & Lıſꞇan, *fascia, limbus, margo*, accersit Spelmannus. At in Gloss. Lat. Gr. occurrit, exponiturque, ἡ ἐπὶ τοῖς ἀριθμοῖς καμπή. Γραμμή. Charta Benedicti VIII. PP. ann. 1023 in Bullario Casinensi tom. 1. p. 7. *Similiter & pluviale diaspum cum listis auro textis.* S. Odilo Cluniac. Abbas Epist. 1. tom 2. Spicilegii Acheriani: *De auro quod ad nos veniens secum detulit, duas listas tabula majoris altaris, dextram videlicet & sinistram, quæ destructa erant, sicut scitis, jam perfecit.* Chron. Casinense l. 1. c. 21. *Tunicam item cum lista aurea, & circulos aureos, & listam auream margaritis insignitam.* Lib. 2. c. 44. *Planetam diapistim listis aureis ornatam.* Adde l. 3. c. 19. l. 4. c. 13. 29. Utitur passim Anastasius & Guillelmus Biblioth. in Vitis PP. p. 128. 129. 132. 134. 143. 144. 165 184. 188. 198. 206. Edit. Reg. Ita etiamnum limbos pannorum vocant Germani, & Angli, *Leisten*, & *Leists*. Math. Paris in vitis Abbat. S. Albani: *Latitudo pannorum duæ ulnæ infra listas*, Charta ann. 1213. apud Ughell. in Ital. Sacr. to. 7. pag. 289. *Cappam unam de examito rubeo, cum lista de aurofriso.* Historia Cortusior. l. 5. c. 34. *Dominabus Paduæ donavit multas listas, histrionibus pulcras vestes, &c.* Adde lib. 10. cap. 9. Ab hac voce nomen *listæ* manet etiamnum, non modò pro lacinia, vel tænia aut vitta, sed etiam pro catalogo aut elencho, quòd ejusmodi indices in pergameni aut chartæ laciniis longioribus perscribi soleant. Vide Scaligerum ad Catalecta p. 260.

Listatus, Limbo ornatus. Charta Joannis Archiep. Capuani ann. 1301. in Sanctuario Capuano pag. 262. *Tobaleam unam de seta listatam de auro. Ameto* p. 41. *Lenzuola sottilissime listate di seta.* Chronic. Bertrandi Guesclini MS.

Et boutent radement sur les escus listez.

Alibi:

En pendent à leur col maint fort escu listé.

Alius Poëta Anonymus:

Lors ralie ses gens, & refait son conrois,
Le ban de Macidoine, qui fu listé d' orfrois,
Fait devant lui porter, ainsi comme il est drois,
La se ralioient Grieu & li Macidonois.

Listarum ejusmodi confectores *Limbularios textores* vocat Plautus in Aulularia.

Listæ, campi, in quo duellum peragebatur, repagula, sic dicta, quòd campum & arcam clauderent, & instar *listarum* panni essent. Henricus Knyghton. an. 1349. *Venit dies prælii, & intraverunt listas, vidente Rege Franciæ, &c.* Infrà: *Ante ingressum in listas, &c.* Idem: *Pugnavit infra listas.* Thomas Walsinghamus, de duelli apparatu: *Interim præparantur duello necessaria in curia apud Westmonasterium, limites videlicet, quas listas vocant, de lignis fortissimè fabrefactis, tanquam perpetuò duratura.* Nostri *Lisses* vocabant, non *listes* ejusmodi repagula. Vide *Licia*.

Listella, diminutivum à *Lista*. Historia Episc. Antisiodor. cap. 25. *Aliud recentarium pens. lib. 1. & unc. 9. habet in medio listellam & feras.*

LISTRA. Vide *Litra*.

LISURA, Ora, limbus panni; nostris, *Lisiere*. Matth. Paris an 1198. p. 134. & Rogerius Hovedenus p. 774. *Lanei panni ubicunque fiant, fiant de eadem latitudine, scilicet de duabus ulnis infra lisuras.*

LITANIÆ, *Letania*, Preces & supplicationes in sacris Synaxibus, seu in Ecclesia, ut in l. 30. Cod. Th. de Hæret. Concilium Cloveshoviense ann. 747. c. 16. *Litaniæ, id est, rogationes.* Ordo Romanus: *Litania Græcè, Latinè Rogatio dicitur, inde & Rogationes.* Walafridus Strabo lib. de rebus Ecclesiast. cap. 28. *Notandum autem Litanias non tantùm dici illam recitationem nominum, qua Sancti in adjutorium vocantur infirmitatis humanæ, sed etiam cuncta quæ supplicationibus, fiunt, orationes (al. rogationes) appellari. Litania autem Sanctorum nominum postea creditur in usum assumpta, quam Hieronymus Martyrologium, secutus Eusebium Cæsariensem, per anni circulum conscripsit, ea occasione ab Episcopis Chromatio & Heliodoro illud opus rogatus componere, quia Theodosius religiosus Imperator in Concilio Episcoporum laudavit Gregorium Cordubensem Episcopum, quòd omni die Missas explicans, eorum Martyrum quorum natalitia essent, nomina plura commemoraret.* Cum autem *Litaniæ* in Processibus publicis ferè semper concinerentur, quousque ad Ecclesiam in qua fiebat, *Statio*, vel ad locum statutum perveniretur.

Litania, ipsa Processio appellata est. Anastasius in Sergio PP. *Constituit ut diebus Annuntiationis Domini, Nativitatis, & Dormitionis sanctæ Dei Genetricis, --- Litania exeat à sancto Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat.* Ita etiam in Honorio I. Stephano III. Gregorio I. &c. & ipsemet Gregorius M. lib. 11. Epist. 2. Aimonius lib. 1. Hist. Franc. cap. 25. & alii. Sed & Græci Byzantini λιτανίαν hoc sensu usurpant: locos Scriptorum dedimus in CPoli Christiana, ubi de Tribunali Hebdomi. Vide Cujac. ad Novell. Justin. 123.

Litaniarum verò seu precum, quæ in hisce Processionibus cantabantur, formulas veteres descripsere Menardus in Notis ad librum Sacramentorum Gregorii p. 156. Henricus Meibomius post Witikindum p. 137. 138. Guill. *le Peirat.* lib. de capella regia p. 749. viri doctissimi Joan. Mabillonius to. 2. Veterum Analectorum p. 682. & Steph. Baluzius in Appendice ad Capitul. n. 95. Quæ haud multùm different ab hodiernis nostris Litaniis. Rythmicas aliquot etiam Harthmanni & Notkeri edidit Canisius to. 5. Antiq. lect. p. 732. 746. Quæ quidem Litaniæ prorsus diversæ censeri debent ab iis quæ Acclamationũ specie efferebantur, de quibus

quibus egimus in v. *Laudes*, tametsi laudes ejusmodi crebriùs intersererentur.

Litania major, Septiformis,& Romana, à Gregorio M. instituta 7. Kl. Maji an. 590. Ordo Romanus in Ord i.. in Litania majore : *Hanc autem legimus statutam à S Gregorio propter imminentem cœ'estu iræ mucronem. Jussit autem fieri in eodem die Litaniam septenam, ita præcipiens : Litania Clericorum exeat ab Ecclesia B. Joannis Baptistæ : Litania virorum ab Ecclesia S Marcelli Martyris : Litania Monachorum ab Ecclesia SS. Martyrum Ioannis & Pauli : Litania ancillarum Dei ab Ecclesia BB. Martyrum Cosmæ & Damiani : Litania fœminarum conjugatarum ab Ecclesia B. Petri & Martyris Stephani : Litania viduarum ab Ecclesia B. Martyris Vitalis : Litania pauperum & infantum ab Ecclesia B. Martyris Ceciliæ.* Quæ quidem desumpta sunt ex ejusdem Gregorii Epist. 2. lib. 11. cui

Litania septiformis, &

Litania major, dicitur in eadem Epist. & lib. 2. ante Epist. 1. ut

Litania Romana, Herardo Archiepiscopo Turon. in Capit. cap. 194. Capitula Caroli M. lib. 6. §. 73. *Ut Letaniæ major more Romano ab omnibus in 7. Kl. Maji celebretur.* De hac agunt passim Scriptores, Gregor. Turon. lib. 10. Hist. cap. 1. Paulus Warnefrid. lib. 3. de Gest. Langob. cap. 25. Amalarius lib. 1. de Eccl. offic. cap. 37. & lib. 4. c. 24. Walafrid. Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. 28. Rupert. l. 9. de Divin. offic. c. 5. Microlog. cap. 57. Honorius Augustod. l. 3. c. 138. Vita S. Anselmi Lucensis Episc. n. 40. Petrus Damian. lib. 6. Epist. 35. Beletus c. 122. Durandus lib. 6. Ration. c. 102. &c.

Litania major, dicitur etiam in libro Sacramentor. Gregorii M. quæ aliàs *Rogationum*, & in triduo ante Ascensionem Domini celebratur, à Mamerto Viennensi instituta. Anastasius in Leone III. PP. p. 123. *In Litaniis, quæ ab omnibus Majores appellantur.* Vita MS. S. Gaugerici Episcopi Camerac. lib. 2. c. 2. *Eodem tempore, cum de more Gallico Leteniarum, id est rogationum solemnia agerentur, &c.* Eadem &

Litania Gallicana dicitur, ut à Romana distinguatur : quæ

Litania minor, in Ordine Romano appellatur. Vide *Rogationes.*

Litaniæ in Kalendis Januarii institutæ ad calcandas gentilium spurcitias, in Concil. Turon. II. c. 17.

Litaniæ quas prima noni mensis hebdomada, hoc est, ante diem Dominicam quæ prima in ipso mense il luxerit, sicut ante Ascensionem Domini, sancti Patres fieri decreverunt : deinceps ab omnibus Ecclesiis, seu Parochiis, celebrari statuit Concilium Lugdun. II. c. 6. Adde Concil. Gerundense sub Hormisda c. 3.

Litaniæ in principio Quadragesimæ, in Concilio Bracarensi II. c. 9.

Litaniæ per singulos menses pro statu Ecclesiæ & incolumitate Principum, in Concilio Toletan. XVII. c. 6. In Martyrologio Adonis, singulis mensibus, legi hæc verba in Codd. MSS. *Litaniæ indicendæ*, monet Rosweidus. *Litanias omni tempore bis in mense à se facien das spondet.* Episcopus recens consecratus summo Pontifici, in Diurno Romano cap. 3. tit. 3. Extr.

Litaniæ privatæ, quas Patres nostri, inquit Concilium Turonense II. c. 17. *in Kalendis Ianuarii fieri statuerunt, ad calcandam gentilium consuetudinem.* Vide Concil. Toletan. IV. c. 11.

Letaniam evertere, in Capit. Car. M. lib. 6. §. 127. dicitur qui Officium divinum interturbat, aut impedit.

LITARE. Vetus scriptura an. 952. in Monasterio sancti Martini *de Castanneda*, apud Ambrosium Moralem lib. 16. cap. 23. *Hic locus antiquitus Martinus sanctus est honore dicatus, brevi opere instructus, diu mansit dirutus, donec Joannes Abbas è Corduba venit. & hic templum litavit, Ædis ruinam à fundamentis erexit, &c.* Ubi fortè legendum *dicavit* : nisi *litavit*, sit lapideam fecit, ex Gr. λίθος.

LITERA, *Literia.* Vide *Lecteria.*

LITERÆ, Diplomata, Scripturæ tabellionum, qua notione vocem *Lettres* usurpamus. Julius Firmicus lib. 4. c. 5. *Si verò per noctem à Sole defluens Luna ad Mercurium feratur, faciet Publicos vel Tabelliones, & qui his literis quærant vitæ subsidia.* Ita etiam usurpant interdum IC. instit. lo. 3. tit. 22. Julianus Antecessor Nov. 66. l. 19. C. de Fide instrum. sed & Cicero Orat. pro Flacco, &c.

Literæ Patentes, id est, *apertæ*, & in totam papyri vel pergameni latitudinem expansæ, quæ *Clausis* opponebantur, cùm istæ *sigillo* publico, hæ *sigillo* quod *Secreti* vocabant, sigillarentur : vulgo *Lettres patentes.* Vid. Brito lib. 6. Philipp. d.

Firmiùs & scripto firmat nova pacta patenti.

Et lib. 9.

Cui cùm firmasset per scripta patentia pactum.

Literæ apertæ, eadem notione, in Epistola synodali Concilii Viennensis ad Paschalem PP. II. *Cujus confirmationis argumentum per apertas nobis literas significare dignemini.* Gregorius VII. PP. lib. 2. Epist. 10. *Has autem literas idcirco apertè sigillari præcipimus, ut certiorem vobis auctoritatem præberemus.*

Literæ Dominicales, quæ Bedæ *laterculum septizonii* appellantur, A. B. C. D E. F. G. quæ quotannis mutantur ordine retrogrado, G. F. E. D. C. B. A. &c. Vide Canones Isagogicos Scaligeri pag. 181. & Computistas.

Litera Gothica, quæ & *Toletana*, apud Rodericum Toletanum lib. 6. Hist. Hisp. cap. 25. 30. quam Gulfilas Gothorum Episcopus adinvenit, ut auctor est Jornandes de Reb. Getic. Isidorus in Chronico : *Gulfilas eorum Episcopus Gothicas literas adinvenit, & Scripturas sacras in eandem linguam convertit.* Hac Hispani usi sunt, donec abrogata est à Bernardo Toletano Primate in Concilio Toletano æræ 1117. in quo statutum ut *litteris Gallicis* uterentur. Literam porro Gothicam eandem esse cum Runica pluribus contendit Olaus Wormius lib. de Literatura Runica.

Litera Pisana, dicitur character vetus quo scripti sunt Pandectarum libri, apud Pisanos aliquando conservati : hos, cùm Amalphin cepisset Lotharius Imp. à Wernhero inventos, honorario munere Pisanis dedit : ii postea Florentiam delati, in Bibliotheca Magni Ducis asservantur.

Literæ sacerdotales hieroglyphicæ. Ruffinus lib. 11. Histor. Eccles. cap 26. *Jam verò Canovi quis enumeret superstitiosa flagitia? Ubi prætextu Sacerdotalium literarum, (ita enim appellant antiquas Ægyptiorum literas) magicæ artis erat publica schola.*

Literæ solutoriæ, Characteres magici, quorum ea vis erat, ut qui eos ferebant, nullo modo vinciri vel ligari possent. Beda lib. 4. Hist. Angl. cap. 22. *Quarum celebratione factum est, quod dixi, ut nullus eum posset vincire. Interea Comes, qui eum tenebat, mirari & interrogare cœpit, quare ligari non posset, an verò literas solutorias, de quibus fabulæ ferunt, apud se haberet.*

Literæ unciales, majusculæ. S. Hieronymus Epist. 113. *Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentóque descriptos, vel uncialibus, ut vulgò ajunt, literis, onera magis exarata quàm Codices.* Lupus Ferrariensis Epist. 5. *Scriptor regius Bertrandus dicitur antiquarum literarum duntaxat earum, quæ maximæ sunt, & unciales à quibusdam vocari existimantur, habere mensuram descriptam. Itaque si penes vos est, mittite mihi eam per hunc, quæso, pictorem, cum redierit.*

Ita porrò appellantur, quod unciæ, quæ pars est duodecima pedis, altitudinem habeant.

LITERALIUM. Gloss. Gr. Lat. χαρτόπηρον, *Chartarium*, *Literalium*.

LITERARE, Mandare litteris. Acta S. Marcelli PP. in Prologo: *Qualiter ad nos sit transitus, -- aequum duco posteris literare*, Gloss. Gr. Lat. στοιχειῶ, *Litero*. *Literarius sermo*, in Epist. 2. Tarraconensium Episcop. ad Hilarium PP.

LITERARIOS Philosophos vocat Seneca Epist. 72. qui in apicibus litterarum syllabisque aucupandis operam insumebant: *Erige te, Lucili virorum optime, & relinque istum ludum literariorum Philosophorum, qui rem magnificentissimam syllabas vocant, qui animum minuta docendo dimittunt, & conterunt, &c.* Ita enim legi in MSS. Codd. non *literarium*, monet Petrus Faber Sanjorianus ad l. 1. de Just. & jure. Quæ quidem in Philosophos, quos *Nominales* vocavit ætas posterior, quadantenus quadrant.

LITERATE, Latinè. Gesta Alexandri III. PP. apud Baron. an. 1177. *Verba ipsa quæ ipse literatè proferebat, fecit per Patriarcham Aquileiæ in lingua Theutonica evidentur exponi*: ubi ad marginem, *al. Latinè*. Chronicon Trudonense lib. 8. *Et eodem anno fecit eos literatè facillimè intelligere quidquid volebat eis legere*. Ciceroni *literatè*, est doctè, eleganter.

LITERATIM, Per literas, sive epistolam. Fulbertus Carnot. Epist. 108. *Mandando mihi, ut literatim describerem vobis quid mihi videtur de vestra --- conversatione*. Vide *Epistolatim*.

LITERATOR, Qui primis literis pueros imbuit, *primus informator literarum*, Tertulliano lib. de Pall. Ugutio & ex eo Jo. de Janua: *Literator, vel literatus non dicitur ille qui habet multos libros, & inspicit & revolvit: sed ille dicitur literator vel literatus, qui ex arte de rudi voce scit formare literas, & conjungere in syllabam, & syllabam in dictiones, & dictiones in orationes, & orationes scit congruè proferre & accentuare. Ut Hieron. super Matth. Literator, inquit, erat, qui Grammaticus Græcè dicitur.* Tria sunt genera Grammaticorum, ait Scaliger Epist. 451. alii τεχνικοὶ, alii ἱστορικοὶ, tertium genus κριτικοὶ vocantur. Τεχνικοὶ elementa & primores literas docent: item partes orationis, structuram verborum, & similia: eos Græci γραμματιστὰς potiùs, quàm γραμματικοὺς, & Latini *literatotes*, non *literatos* vocant. Catullus:

Munus dat tibi Sylla litterator.

Ars autem non *Grammatica*, sed *literatura*, *&c.* Apuleius: *Prima cratera literatoris, ruditatem eximit; secunda Grammatici, doctrina instruit; tertia Rhetoris, eloquentia armat.* S. Augustinus Ep. 56. *Nomen Anaxagoræ propter literatam vetustatem omnes, ut militariter loquar, literatores libenter sufflant.* Rufinus Antiochenus, qui *de Metris* scripsit, *clarissimus literator* dicitur in libri titulo. Capitolinus in Antonino Philosopho: *Usus est magistris ad prima elementa Euphormione literatore.* Lampridius in Commodo: *Habuit literatorem Græcum Onesicritum.* Adde Capitolinum in Maximino juniore. Arnoldus Abbas Bonæ-vallis de Operib. sex dierum, carpens Originem quòd in interpretatione S. Scripturæ verba aucuparetur, *literatorem* vocat, id est, Grammaticum. Joan. Sarisber. Epist. 155. *Miraris fortasse cum populo, & cum amicis doles, quòd pacem quæ mihi à serenissimo Rege Angliæ oblata dicitur esse, non recepi, præsertim cùm literatores & meliores viri non modò admiserint, sed aviditate rapuerint eam.* Ubi *literatores*, sunt non modò disciplinis & literis imbuti, sed viri prudentes.

Literatoria ars, Grammatica apud Ordericum Vitalem lib. 8. p. 702. Vita B. Mariani Abb. Ratispon. n. 14. *Dum enim B. Marianus -- ad elementa literatoriæ artis, ac divinæ legis cognitionem --- destinaretur.* Laxiùs pro literis omnibus usurpat Asserus de Ælfredi rebus gestis an. 884. *Acerrimi ingenii virum, & in omnibus disciplinis literatoriæ artis eruditissimum.* *Literalis ars*, apud Antenorum in Vita S. Silvini Episc. n. 1. *Literales scientiæ*, apud Gregorium VII. PP. lib. 9. Epist. 2. *Literales disciplinæ*, apud Baldricum Noviom. lib. 1. c. 29. 87. & Fulbertum in Vita S. Autberti cap. 1. Adde Joan. Sarisberiensem lib. 1. Metalogici cap. 13. *Literatura*, Grammatica, ars quæ literas docet. Seneca Epist. 88. *Quemadmodum prima illa, ut antiqui vocabant, literatura, per quam pueris elementa traduntur, non docet liberales artes, sed mox percipiendis locum parat, &c.* Quintilianus lib. 2. c. 1. *Grammatice, quam in Latinum transferentes literaturam vocaverunt.* S. Augustinus de Ordine lib. 2. c. 12. *Poterat jam perfecta esse Grammatica, sed quia ipso nomine profiteri se literas clamat, unde etiam Latinè literatura dicitur, factum est ut quidquid dignum memoria literis mandaretur, ad eam necessariò pertineret.* Idem lib. I. contra Cresconium cap. 14. *Grammaticam literaturam Latinè viri utriusque linguæ doctissimi appellaverunt.* Ita usurpant Cicero, Quintilianus, & alii, quibus addo Martianum Capellam lib. 3. *γραμματικὴ dicor in Græcia, quòd γραμμὴ linea, & γράμματα litera nuncupentur, mihique sit attributum literarum formas propriis ductibus lineare. Hincque mihi Romulus literaturæ nomen adscripsit, quamvis infantem me literationem voluerit nuncupare. Sic apud Græcos γραμματιστικὴ primitus vocabar.* Vide Quintilianum lib. 2. c. 15.

Literaturæ solidi, Characteres qui in nummo exarantur. Auctor Queroli: *Quid tam simile quàm solidus solido est? Etiam hic distantia quæritur in auro, vultus, ætas, & color, nobilitas, literatura, patria, gravitas usque ad scripulos: quæritur in auro plus quàm in homine.*

Literatura, Epistola. Occurrit in libro Epistolarum S. Bonifacii Archiepiscopi Moguntini, Epist. 79.

Literatura, *Apocha*, Papiæ.

Literatura, pro *litura*. Testamentum Abbonis Patricii pro fundatione Abbatiæ Novaliensis: *Et si qua karaxatura aut litteratura in hac pagina testamenti mei reperta fuerint, nos eas fieri rogavimus, &c.*

LITERATORIE, Latinè. Capitula Synodalia Laurentii Archiep. Strigon. c. 5. *Ut Canonici in claustro, & Capellani in curia literatoriè loquantur.*

Interdum, per litteras, per epistolam. Matthæus Westmonast. an. 174. *Hostes perterritos in fugam coëgerunt. Quod Imperator Senatui litteratoriè significans, victoriam suam Christo gaudenter attribuit.* Idem an. 1256. *Ipsi litteratoriè supplicaverant.* Ita usurpant Concil. Carthagin. V. cap. 10. apud Gratianum dist. 18. cap. 10. Celestinus III. lib. 3. Decretal. cap. 11. Matth. Paris p. 553. Ericus Daniæ Rex apud Pontanum lib. 9. Rerum Danicar. pag. 571. Bromptonus pag. 1195. Willelm. Thorn. an. 1305. &c. Guiliel. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 3. pag. 989. Statuta Ord. Præmonstr. dist. 4 c. 1. & Probat. Histor. Blesensis p. 24.

LITERATUS. Charta Ramaudi Archiepiscopi Lugdun. an. 1213. apud Joan. Mariam *de la Mure* in Hist. Ecclesiast. Lugdun. pag. 321. *Statuimus in Ecclesia sit Conventualis, habente Priorissam cum Conventu aliarum decem & novem Monialium, quarum duodecim sint literatæ, & septem Conversæ, &c.* Id est, quæ sciant literas, seu legere.

LITERATUS, pro *Listatus*. Charta Hispanica æræ 1016. apud Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. *Cum plumatos paleos & Graciscos, & suas sabanas literatas, & fateles alfanegues.* Monasticum Anglic. to. 3. p. 320. *Casula -- de sameto purpureo, aliquantum sanguineo, cum pectorali literato.* Vide *Lista*.

LITERATI pro *Clericis* usurpat Gregorius X. PP. in Epist. ad Philippum Regem Francorum ann. 1273. apud Petrum Mariam Campum in Histor. Eccles. Placentina part. 2. pag. 424. *Quod nonnulli literati terræ tuæ habitu & tonsura relictis, publicè ducunt uxores, &c.*

LITE-

LITERIO, qui literarum cognitionem affectat. Ammianus lib. 17. de Juliano tum Cæsare: *Ut hirsutum Julianum carpentes, appellantesque loquacem talpam & purpuratam simiam, & literionem Græcum.*

LITHOSTROTUM. Will. Brito in Vocab. *Lithostrotos dicitur varietas pavimenti vel variatio colorum in pavimento vel congeries lapidum diversorum colorum, vel pavimentum, vel quodcunque aliud opus dummodo sit ex lapidibus diversorum colorum.* Addit Joannes de Janua: *Fit autem parvulis crustis, ac taxillis, i. quadratis lapillis tinctis in varios colores.* Varro lib. 3. de Re rust. cap. 1. *Cùm enim villam haberes operi tectorio, & intestino, ac pavimentis nobilibus lithostrotis spectandam, &c.* Ita quidem Latini. Vide Philandrum ad Vitruvium l. 4. c. 6. Postea vox usurpata pro quovis pavimento. Hist. Translat. S. Severini Noric. Episc. n. 22. *Lampas de candelabro in lithostroto concidens extincta est.* Denique pro via lapidibus strata usurpatur in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 201. *Si quis viam publicam, aut lithostrotum, vel viam communem alicui clauserit contra legem, &c.*

LITIDIUM. Vide *Litus.*

LITIFATUS. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ovetensis an. 781. apud Sandovallium: *Ad ornamentis Ecclesiæ damus octo vestimentis, & tres mantos, & sex stolas, quinque manipulos, quatuor corporalia, quinque pallia, & sex sabanas duas litifatas, & quatuor sine serico, & tres acelexas, & duas stacatas, & una capa serica, &c.* Quo loco Sandovallius rectè, opinor, legit *litisatas, leudistatas.* Ubi verò est *acelexias*, reddit *aceleias.*

LITIGARE, Præliari. Vide *Lis.*

LITIMONIUM. Vide *Litus.*

LITIMIA, Papiæ. *Patientia calcata, vel crudelitas infixa.* Edit. habet *Lituma.*

LITIUM, ex Gr. λίθος, λίθιον, Lapis, lapillus. Hincmarus in Capitulis datis anno 12. Episcopatus c. 3. de Altari portatili, seu Tabula itineraria: *Tabulam quisque Presbyter, cui necessarium fuerit, de marmore, vel nigra petra, aut litio honestissimo, secundùm suam possibilitatem honestè affectatam habeat, & nobis ad consecrandum afferat, &c.* Quidam *litium* hoc loco esse censent quòd vulgo *ardesiam* appellamus. Vide infra: *Loys.* Sed & eadem notione usurpatam vocem hanc puto in Charta Eadredi Regis Angl. in Monastico Anglic. to. 1. p. 210. *Cum 2. corceolis pretiosissimis & crusto aureo, columnis deliciis 96. &c.* Perperam editum unica voce *deliciis.* Vide Festum in *Delicia.* Lapidem λίτζι, seu λάπις λίτζι non semel habet Nicolaus Myrepsus, ubi sumitur pro lapide pretioso, seu viridi, ut sect. 1. c. 30. 31. Et c. 37. meminit λίθου πρασίνου, ὃς λέγεται παρὰ Ἰταλοῖς λαπισλίτζι. Rursum cap. 111. λάπις λίτζι, τουτέστι λίθου λαζουρίου. Alibi: λίτζι, τὸ λαζούριον ἢ λίθος πράσιος. Et cap. 465. & 480. distinguitur à lapide *Latzuli*, qui λάπις λάκζουλι, λίθος κυάνεος appellatur, quomodo etiam cap. 486. adde sect. 32. cap. 7. Vide Gloss. med. Græcit. in λίτζι.

LITO, Vasis species, inter ministeria sacra, recensetur in Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. apud Antonium de Yepez to. 5. Chron. Ord. S. Benedicti p. 424. *Concedimus etiam phialas argenteas Franciseas 2. soparia exaurata, lopas exauratas cum coopertoriis 2. litones 2. scalas auratas 6. litones 7. moyolos exauratos 3. calice ex auro & gemmato 1. dente elefantino, & soparias bubalinas 2. servitio mensæ argenteo integro, vasa ænea, hydrias 4. & 5. cerbu: concos imaginatos 7. casticales 2. vasea vitrea, concas aciralis 2. arrodomas, sicacyralis 9. & orabecela, viçacib, scutas de mensa, &c.*

Litones. Vide *Litus.*

LITRA, Mensura liquidorum, ex Gr. λίτρα, *librâ.* Constitutio Odonis Legati in Syria contra Simoniacos. ann. 1254. *Item cum propinqui defuncti faciunt fieri aliquod monumentum lapideum in cœmeterio subtus terram, coguntur solvere unam litram olei, quæ continet 4. quartero nos, vel aliud pretium, &c.*

LITRA, Limbus, ora. Monachus Sangallensis lib. 2. c. 27. *Cum pelliciis --- Tyria purpura, vel diacedrina litra decoratis --- procedebant.* Vox contracta ut videtur, ex *litura.* Quippe *litura*, uti limbus, lineam quandam efficit. Papias: *Litura, dicta quòd liniendo teratur.* Nazarius in Paneg. *Venerandarum imaginum acerba dejectio, & divini vultus litura deformis.* Ex *litra* formata vox.

Listra, eadem significatione. Historia Episcopor. Autissiodor. cap. 20. *Item cochlearem unam pensantem lib. 1. & uncias 10. habet in medio rotellam nigellatam, & in gyro listram.*

Hinc origo vocis *Listre* vel *Litre*, apud nos vulgo usurpatæ, pro *lituris* nigris, quæ illinuntur parietibus Ecclesiarum in tæniæ aut limbi speciem, intus & extra, cùm domini feudales, qui jure Castellaniæ aut patronatus gaudent, decedunt: tunc enim illinuntur parietes Ecclesiarum nigro colore, & lituris apponuntur depicta per certa intervalla eorum arma & insignia. Quò pertinent, quæ narrat Philostratus de Herode Attico, qui mortua conjuge, totam Domus faciem mutavit, & parietum picturas velis nigris induxit: ὁ δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς οἰκίας ἐπ᾽ αὐτῇ ὑπήλλαξε, μελαίνων τὰ τῶν οἴκων ἄνθη παραπετάσμασι καὶ χρώμασι καὶ λίθῳ Λεσβίῳ· κατηφὴς δὲ ὁ λίθος καὶ μέλας. Hinc igitur ortus videtur mos is, qui etiamnum obtinet, velis nigris ædium parietes obducendi in funeribus. De *listris*, sic Consuetudo Turonensis art. 60. & Juliodunensis c. 5. art. 2. *Seigneur Chastellain est fondé d'avoir la preeminence devant ses vassaux és Eglises estans en & de sa Chastellenie, comme d'avoir & retenir listres à ses armes & timbres au dedans & dehors desdites Eglises.* Vide Altaserram de Ducib. & Comitib. Provinc. lib. 3. cap. 3. A *listra*, deducta etiam, opinor, vox alia ejusdem notionis *lista*, de qua suo loco.

LITTORARIA, Littus, ora maritima: Italis *riviera*, ex *riparia.* Adrianus PP. in Epist. 65. Cod. Carolini: *In littoraria Langobardorum semper navigaverunt.* Leo III. Ep. 6. *Ut --- littoraria nostra & vestra ab infestatione paganorum & inimicorum nostrorum tuta reddantur atque defensa.* Utitur semel antea Epist. 3. extrema. Anastasius in S. Vitaliano: *Venit Constantinus Augustus de Regia urbe per littoraria in Athenas, &c.*

LITURA. Valafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 8. *Videmus aliquando simplices & idiotas, qui verbis vix ad fidem gestorum possunt perduci, ex pictura Passionis Dominicæ, vel aliorum mirabilium ita compungi, ut lacrymis testentur exteriores figuras cordi suo quasi litura impressas.* Ubi quidam legunt *literis*: malim *liniaturis*, quippe *liniatura*, χρίσις exponitur in vett. Glossis. Vide *Litra.*

LITURARE, Delere, inducere, expungere. Onomasticum: *Lituro*, περιγράφω. Sidonius lib. 9. Ep. 2. *Tunc enim certius te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognovero.*

LITURARII, Scaligero lib. 2. Auson. lect. cap. 13. sunt codicilli in quibus prima concepta scriptionis nostræ conscribimus, & quæ displicent inducimus, ut postea chartæ puræ commendentur: quod olim fiebat in Palimpsestis tabellis. Idem Auson. in Præfat. in Centonem. *Hoc die uno, & addita lucubratione properatum modò inter liturarios cùm reperissem, &c.* Priscianus lib. 11. *Litura*, ἡ ἀπαλείφουσα καὶ ἡ ἀπαλοιφή.

LITURGI, λειτουργοὶ in leg. ult. Cod. Th. de Patrocin. vicorum, ita dicti, ministerium aliquod publicè præbentes, in Ægypto præsertim, operis publicis, seu corvees obnoxii. Vide Jacob. Gotofred.

LITUS, *Lidus, Ledus*, Ascriptitius, servus glebæ. Glossæ iterlinearis Legis Salicæ: *Litus, fiscalinus, vel sanctuarius*, id est, qui in publicis, privatis, aut Eccle-

siarum

litum fiscis seu prædiis degit. Charta ann. 794. apud Henschenium ad Vitam S. Ludgeri Episc. *Id est, totam terram illam, quam Laudulfus litus meus incolebat & proserviebat.* Lex Longob. lib. 3. tit. 20. *Aldiones vel aldiæ ea lege vivunt in Italia in servitute dominorum suorum, qua fiscalini vel liti vivunt in Francia.* Vide Papianum lib. Resp. tit. 46.

Differebant *liti* à servis, eorumque potior erat conditio. Lex Ripuar. tit. 62. §. 1. *Si quis servum suum tributarium aut litum fecerit, &c.* Lex Saxon. tit. 10. *Quidquid servus aut litus jubente domino perpetraverit.* Capitulario Caroli M. pro partibus Saxoniæ cap. 15. *Et inter centum viginti homines nobiles, & ingenuos similiter & litos, servum & ancillam eidem Ecclesiæ tribuant.* Adde cap. 17. 18. 19. 20. & Capitul. 3. ann. 813. c. 4. & alibi. Id potissimùm observare est ex compositione pro lito & servo occisis, quæ major erat in lito quàm in servo. Lex Frision. tit. 15. *Compositio hominis nobilis libræ 11, liberi, libræ 5. & dimidia; liti, libræ 2. & unciæ 9. ex qua duæ partes ad dominum pertinent, tertia ad propinquos ejus. Compositio servi, libra 1. & unciæ 4. & dimidia.* Vide Addit. ad eandem Legem tit. 3. §. 71. Capitul. 3. ann. 813. c. 4. 21. &c. Hotum passim meminit Lex Salica tit. 14. §. 6. Pactum Childeberti & Chlotarii cap. 8. Lex Ripuar tit. 36. §. 5. Lex Saxon. tit. 1. §. 8. tit. 2. §. 3. 4. 5. Lex Frision. tit. 1. §. 3. 6. 9. 10. 12. 13. 14. tit. 2. §. 2. 3. 6. 7. 8. tit. 6. tit. 9. §. 7. tit. 15. §. 3. Adde Chartam Ludovici Pii Henschenium ad Vitam S. Autcharii Hamburgensis Archiep. §. 16. Chartam Angilranni Episc. Metensis apud Meurissium pag. 175. præterea Chartas alias Impp. an. 937. 1003. 1014. in Monumentis Paderbonensib. pag. 114. apud Stangefolium in Annalib. Westphalic. lib. 2. pag. 215. in Privilegiis Ecclesiæ Hamburgensis pag. 149. 155. 156. apud Goldast. tom. 2. Constit. Imp. p. 43. Pontanum lib. 6. Orig. Francic. c. 15. & Fredericum Sandium ad Consuetudines Feudales Gelriæ pag. 8.

Litus Regis. Lex Saxon. tit. 17.

Litimonium, *Lidimonium*, Obsequium & servitium cui *litus* vel *lidus* erga dominum obnoxius est. Chartæ Ludovici Imp. & Caroli Calvi apud Hariulfum l. 3. cap. 2. 7. *Aut paratas, aut lidimonium, aut hostilicium, aut alias quaslibet redhibitiones exigere aut exactare præsumat.* Testamentum Widradi Abbatis Flaviniacensis: *Volumus etiam ut ingenuos eos fecimus, aut inantea fecerimus, --- alicubi commanendi nullam habeant potestatem: sed ad ipsa loca sancta debeant sperare, & nullus de ipsis lidemonium nostris hæredibus reddant, &c.* Ita scriptum invenitur in Formula 27. Baluziana.

Litidium, pro *litimonium*, habetur in Charta Longobardica in Bullario Casinensi pag. 19. *Quòd nunquam in posterum requisitionem facio in jam dicto venerabili Monasterio S. Paulo, vel suos servitores, aut litidium, neque per interpositas personas facere jubeo, &c.* Margarinus pro *litigium* haberi existimat.

Lidus, *Lida*, eadem significatione usurpant Lex Salica tit. 14. §. 15. tit. 28. §. 1. tit. 37. §. 5. tit. 44. §. 4. tit. 52. §. 1. Recapitul. Legis Salicæ §. 27. 30. Capitul. 3. ann. 813. c. 4. 21. Annales Franc. Petaviani & Moissiacenses ann. 780 *Et Saxones omnes tradiderunt se illi, & omnium accepit obsides, tam ingenuos, quàm & lidos.* Sic distinguendæ hæ voces.

Luiti, pro *liti*, in Charta Caroli Marcelli apud Wilelmum Hedam in S. Willebrodo.

Litones. Albertus Stadensis ann. 917. *Plures autem se eis dedere proprios, qui ab eis vivere sunt permissi, & litones sunt vocati.* Occurrunt ii apud Crantzium in Metrop. lib. 3. c. 8. & in Chartis Germanicis in Chronico Episcopor. Mindensium pag 737. 739. 741.

Liddones, in Charta Caroli M. in Monumentis Paderbonensibus pag. 325.

Ledus. Testamentum Widradi Abbat. Flavin. ac. *Et illa Colonica in Ariaco, quæ fuit Anseberto, cum ipso homine qui suprà commanet, nomine Sigeberto, & uxore sua leda nostra, vel infantes eorum, &c.*

LIVERCINUS, Avis species. Frideric. II. Imp. l. 1. de Venat. cap. 12. *Livercini verò comedunt sæpius scarabeos, bruchos, & hujusmodi*, Adde. c. 2. 13, 14. 18.

LIUDIS. Vide *Leudis*.

LIVIDARE, Damnare, quasi *livore*, vel invidia. Baldricus Dolensis in Prologo MS. ad Vitam B. Hugonis Archiep. Rotomag. *Librum autem illum vel laudare, vel lividare supersedeo; corrigere verò non præsumo.*

LIVITILA. Vide *Sublinguium*.

LIVOR, Vulnus inflictum, ex quo *livor* apparet. Auctor Mamotrecti: *Livor, invidia, vel nigredo quæ remanet ex percussione baculi vel virgæ.* Vetus Formula cap. 30. apud Bignon. *Violenter super ipsum evaginato gladio venit, unde livores, vel capulaturæ atque colapi manifesti apparent.* Infrà: *Et postquam istos præsentes livores recepit.* Charta Hispanica æræ 1016. apud Anton de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 444. *Et si fuerint omnes de istas villas jam nominatas, & de istos Monasterios ad alias villas adpignora, cùm lanceas, & scutos, & lapides, & ibi bellum contigerit, livores & homicidium fecerint, &c.* Auctor Queroli. *De livoribus in quadrantem solidi illius, de tumoribus in trientem pœna transibit: quòd si & tumor fuerit & livor solidi unius, bessem jure optimo consequetur.*

Livor, Justitia vel cognitio de *livore*. Charta ann. 1207. apud Ughellum tom. 1. pag. 398. *Concedimus videlicet sanguinem, livorem, & bandasiam, potestatem, & judices, &c.*

Livorare, Livores inferre, vulnerare, contundere. Gesta Regum Franc. cap. 17. *Sed propter loricam qua indutus, erat, non livoraverunt eum.* Marculfus lib. 1. form. 29. *Quasi vos nulla manente causa in via adsalissetis, & graviter livorassetis.* Adde form. 37. & formulas vett. secundùm Legem Romanam cap. 30. 33.

LIVREIA. Vide *Liberata*.

LIUSIVA, Lixivia, nostris *Lessive*. Capitula S. Bonifacii Archiep. Mogunt. c. 23. *Lavacrum capitis potest esse in dominica die, & in liusiva pedes lavare.*

LIXABUNDUS, *Qui latis incedit passibus ad modum lixæ.* Joan. à Janua.

LIXARE, Lixivia eluere mundare, *Lixiviare*, nostris *Lessiver*. Constantinus Afric. lib. 5. Pantech. cap. 32. *Omne lineum, cùm induitur, refrigerat corpus, & maximè si lixetur.*

LIZA, idem quod *Licia*. Vide in voce *Masoverius*.

LO, pro *ille*. In veteribus Litaniis sub Carolo M. à viro doctissimo Jo. Mabillonio editis, hæc verba non semel occurrunt *Redemptor mundi, Tu lo adjuva. Sancte Petre, Tu lo adjuva, &c.* Unde etiamnum *lo*, retinuere nostri in aliquot provinciis, & *le*, in aliis.

LOBIA, *Laubia*, *Lobium*, porticus operta ad spatiandum idonea, ædibus adjuncta, *Galerie*: ex *laub* Theuton. *folium*, quod ejusmodi deambulatoria in prædiis rusticis, foliis obducantur & operiantur. Jo. de Janua, & Breviloq. *Deambulatorium, quod propriè dicitur Lobium, quod fit juxta domos ad spatiandum*: Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiensium cap. 1. *In quo loco rivulus delabitur in Sambram, quem Laubacum vocant, eundemque putant loco nomen dedisse: licèt sint aliqui qui pro opportunitate captendarum ferarum: undique enim saltu cingitur, vicinaque erat Liptinas fisco tunc regio & nomine permanente Forestis adhuc dicitur, eo quòd Rex pergens venatum, ibi sibi fieri jusserat obumbraculum ad temperandum solis æstum, quod Lobiam vocant. Inde putant locum dictum nomine permanente, rivulumque à loco, non locum à rivulo nomen traxisse, quod videtur magis verisimile esse. Teutones hoc astipulare videntur: nam locus ille eorum lingua Lo-*
bach

bach dicitur, & Lo quidem vocant obumbrationem nemorum, Bach autem rivum: quæ duo si componantur, faciunt obumbraculi rivum. Ita *Lobia* usurpatur in Charta Guntranni Regis apud Sanjulianum in Cabilone p. 382. *Solarium verò cum caminata illi de Gergetaco & de Alciaco faciant: illi autem de Mercureis & de Canopis Lobiam ædificent.* Chronic. Abb. S. Trudonis lib. 10. *Domus infirmorum habens fumariam, sive focariam, capellulam, lobiam, cameram dispensariam, &c.* Charta ann. 1201. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 1164. *Item peto, ut tectum seu lobiam removeant penitus & auferant, quam fecerunt, vel fieri fecerunt juxta murum Ecclesiæ, &c.* *Tectum* nudè appellatur pag. 1169. Charta alia pag. 1170. *Et etiam Lobiam* per quam intrant Canonici Ecclesiam S. Ambrosii. Occurrit præterea in aliquot Chartis apud Ughellum tom. 4. p. 1090. & to. 5. p. 650.

Laubia in Tabulario S. Remigii Remensis: *Habet mansum dominicatum, casam cum laubia & cellario, & caminata, & quoquinam.* Inf. à: *Habet mansum dominicatum, casam cum solario, & cellario, & caminata, laubia, horrea 2. &c.* Placitum Ludovici IV. Imp. ann. 904. ap. Ughellum tom. 1. pag. 851. quod peractum dicitur *in palatio quod est fundatum juxta Basilica beatissimi Principis Apostolorum, in laubia magiore ipsius Palatii, &c.* Papias: *Tempes, laubia vulgo dicitur.*

Lobium, aliis. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 15. *Postquam autem descenderint, ducent eos in lobium ante hospitale.* Gilbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 51. *Obsessi stabant ad lobium Comitis.* Adde n. 70. 75. præterea Godefridum Monach. ann. 1208 & Albertum Argentin. ann. 1365.

LOCA *venerabilia*, Ecclesiæ, Monasteria, Xenodochia, seu quæ Christianorum venerationi dicata sunt. Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 6. *Multa de iis locis, quæ dicuntur venerabilia, tam Monasteria quàm Xenodochia --- ad optata perduxerunt incrementa.* Passim in Cod. in Capitul. 1. ann. 806. c. 15. in Capitul. 1. ann. 819. c. 6. in lib. 4. Capitular. c. 19. in Lege Longob. l. 2. tit. 18. §. 3. &c.

LOCALE, *Localis*, ubi domus ædificari potest, nostris *Masure*, à voce Latina *locus*, ni fallor. Tabularium Conchense in Ruthenis ch. 24. sub Philippo Rege: *Et locale ad habitandum inter Ecclesiam & stratam, sicut --- in præsentia illius terminavimus.* Charta an. 1167. *Ego Guillelmus Dominus Montispessulani --- concedo Deo & S. Mariæ & Ordini Cistertiensi --- illud locale terræ cum introitibus, exitibus & suis pertinentiis, in quo est ædificatum oratorium, &c.* Alia Will. D. Montispess. ann. 1103. *Qui habent logalem pro domo facienda.* Alia anni 1309. in 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. n. 75. ex Tabulario Regio: *Item quoddam locale infra Castrum ejusdem loci.* Alia ann. 1231. in Regesto Comitat. Tolosæ fol. 39. *Item restituit dominus Comes localia circa turrim, &c.* Alia fol. 46. *Domus & localia domorum, ædificia & bastimenta, &c.* Consuetudines Montispessuli: *Quilibet habitator Montispessuli pro domo vel locali suo, --- debet salvare losdas aut cupas, & Bajulus Montispessul. debet ei laudare illam domum, vel illud locale, salvo suo consilio, si dominus habebit ibi laudimium.* Vide to. 11. Spicilegii Acheriani p. 339. & Ughellum to. 4. p. 1211.

LOCARIUM, Pretium conductionis, locationis. Testamentum Bertichramni Episcop. Cenom. *Sic quoque ut de tabernias, quæ infra domum esse noscuntur, Locarius ille, qui annis singulis inde speratur, in Sacrosancta Ecclesia --- inferatur. Naves locario jure conducere*, in Annalibus Francor. Bertinianis an. 862. vox nota Varroni libro 4. de Lingua Latina. Postea pro quavis pensione, vel agrorum assignatione. Iidem Annales ann. 864. *Lotharius --- de omni Regno suo 4. denarios ex omni manso colligens, summam denariorum, cum multa pensione farinæ atque pecorum, necnon vini & siceræ, Radulpho Normanno Herioldi filio, ac suis, locarii nomine tribuit.* Et anno 882. *Venientes autem primores partis illius Regni, quæ ipsi Ludovico in locarium data fuerat, &c.* Adde formulam 143. Lindenbrogii.

LOCATIM, suo loco. Utitur Alvarus in Vita S. Eulogii Presb. & Mart. n. 11.

LOCATURA. Vetus Interpres Moschionis: ἡ μήτρα. *locaturæ.* Varro l. 4. de Ling. Lat. *Loci muliebres, ubi nascendi initia consistunt.*

LOCERDECH, Collectores rerum fugitivarum, in Decretis S. Ladislai Hungar. Regis l. 3. c. 13.

LOCHERUS, *Apum custos.* Ita in Gloss. Saxon. exarato sub. Edw. III.

LOCISERVATOR, qui loco alterius est, *Vicarius*, τοποτηρητής. Lex Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 78. *Si quis furem vel latronem ad præsentiam Judicis aut Comitis qui in loco præest, vel Lociservatoris, qui missus est Comitis, adduxerit.* Apud Bonitum Subdiac. Eccl. Neapolit. in Actis S. Theodori Ducis, occurrit *Gregorius Parthenopensis Lociservator*, sub anno 1116. in Collatione S. Maximi cum Theodosio Cæsareæ Episc. & apud Julianum Antecess. Constit. 124. §. 18. *Lociservator Prætoris.* Adde Scholiastem ejusdem Juliani ad cap. 84. & Gregor. M. lib. 12. Epist. 30. Idem Gregorius lib. 4. Dial. c. 52. *Joannes vir magnificus in hac urbe locum Præfectorum servans.* Concil. Suessionense ann. 853. Act. 1. *Et recitavit idem Sigloardus servans locum Archidiaconi Remensis.* Quidam vocem Græcam τοποτηρητὴς servarunt. Lupus Protospata in Chr. ann. 1018. *Ligorius Tepoteriti fecit prælium, &c.* Chronicon Anonymi Barensis ann. 1041. *Et Arduino Lanbardo intravit in Melfi, erat Topoteriti de ipso Catepano.*

Lociservatores, Summorum Pontificum in Conciliis Legati potissimùm dicti. Anastasius in Præfat. ad Concil. VIII. œcumenic. *Lociservantes Præsules; Lociservatores Apostolicæ Sedis. Locum obtinentes Papæ Leonis*, qui mox *Legati Sedis Apostolicæ*, apud Libertatum Diac. c. 12. Vide Libr. Diurnum Romanum cap. 1. tit. 1. cap. 2. tit. 5. Glossar. Fabroti ad Cedrenum, & Notas nostras ad Alexiadem p. 273.

Lociservatura, Vicarii dignitas vel officium. Synodus Lateran. sub Martino I. PP. *Sergius Joppensis Episcopus lociservaturam sedis Hierosolymitanæ arripiens --- ibidem aliquos Episcopos ordinavit.*

Locopositus, eadem notione Theganus cap. 6. *Ducibus, Comitibus, Locopositis, &c.* Cap. 13. *Comites & Locopositi*, Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 73. *Sculdasii Decani, Saltarii, vel Locopositi.* Lib. 3. tit. 12 §. 5. *Nemo Comes, neque loco ejus positus.*

Locumtenentes Generales, appellantur etiam apud nos provinciarum Gubernatores, non omnium, sed earum præsertim quæ in *provinciæ* formam redactæ sunt à Regibus nostris. Distributum enim fuit Regnum Franciæ in certarum provinciarum numerum, quibus cæteræ minores subsunt. Habetur in 5. vol. Ordinationum Francisci I. fol. 91. in Regestis Parlamentariis, Edictum Francisci I. Regis 6. Maji an. 1545. quo Gubernatores omnes vetantur *Locumtenentium Generalium* titulum sibi arrogare, in quibus excipiuntur *Gubernatores Normanniæ, Aquitaniæ, Occitaniæ, Provinciæ, Delphinatus, Bresiæ, Sabaudiæ, Pedemontii, Burgundiæ, Campaniæ & Briæ, Burgundiæ, Picardiæ, & Insulæ Franciæ*, salvo tamen cæterorum Gubernatorum jure, quibus magistratibus suis fruendi secundùm decessorum morem facultas conceditur. Postmodum Henricus II. Joanni de Albone, S. Andreæ domino, Lugdunensis, Bellijocensis ac Dombensis provinciarum ac tractuum indulsit administrationem, cum *Locumtenentis* Generalis titulo 21. Maji ann. 1547. Idem Rex literis suis 2. Sept. sub sequenti, Parlamento injunxit, ut Santandraneum dominum in Locumtenentem Generalem dictarum pro-

provinciarum admitteret, non obstante Francisci I. Regis Edicto, in quo eæ non comprehendebantur: ex 1. volum. Ordinat. Henrici II. fol. 39.

Locumtenentes, nostris *Lieutenans*, Ballivorum, seu Judicum Vicarii propriè appellabantur. In *Gravaminibus* Nobilium Campaniæ an. 1297. contra Magistratuum Regiorum usurpationes, quæ descripta leguntur in Regesto Magnorum Dierum Trecensium, istud est: *Li Baillis qui or sunt en Champagne, ne laissent nullui en leur lieu & en leur baillie, quant il s' en partent pour leur leu tenir; & quant il avient que li Prevost & li Sergent prennent des biens aux Gentilshommes, ou de leurs hommes, ils n' en puent avoir recreance jusques à tant que li Baillis reviennent, & par ceste maniere sunt li hommes aux Gentilshommes destruit, &c.* Quibus querelis hæcce repolluere Magistri Magnorum Dierum Trecensium: *L' en commandera au Baillis que il laisse tel pour lui qui puisse faire recreance là où elle afferra.* Statutum Philippi Pulcri an. 1302. pro reformatione Regni, præcipit, ut Ballivi & Senescalli *Officia sibi commissa per seipsos personaliter exerceant, nec sibi substitutos, aut Locumtenentes facere præsumant, nisi in casu necessitatis, utpote valetudinis & consilii: in quo & cessante causa necessitatis ad commissa sibi Officia redeant sine fraude & sub debito juramenti. Cùm autem eos contigerit in prædicto casu ab entari, constituant aliquem virum idoneum & honestum de patria seu provincia cui præcipuè noscuntur, usque ad suum reditum, quem cito accelerent. Qui siquidem substitutus, non sit Advocatus, nec aliis arduis negotiis, nec amicorum multitudine oneratus: cavientes, sibi sic substituentes, quòd pro administratione porro, seu gestione substitutorum suorum, si quid in eis commiserint, tenebuntur, prout de jure fuerit, respondere: & jurabunt prædicti substituti quòd quandiu præerunt Officio prædicto, illud bene & fideliter exequentur.*

LOCULENTUS, εὔλαλος, *loquax, eloquens, effabilis*, in Gloss. Gr. Lat.

LOCULUS, Feretrum, in quo cadaver mortui deponitur. Isidorus lib. 20. Orig. cap. 9. *Loculus, ad aliquid ponendum in terra factus locus, seu ad vestes vel pecuniam custodiendam.* Will. Brito in Vocab. MS. *Loculus, parvus locus, bursa, feretrum.* Plinius lib. 7. c. 11. de Pyrrhi pollice: *Quem cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo.* Idem lib. 7. c. 16. *Et ipsi vidimus in loculo asservatos.* Gregorius Turon. lib. 4. Miracul. cap. 33. *Requirentes verò in loculo, nihil de pignoribus sanctis, quod fama ferebat, reperimus.* Anastasius in S. Silvestro PP. *Cujus loculum cum corpore S. Petri recondidit, &c.* In S. Agapeto: *Cujus corpus in loculo plumbeo translatum est, &c.* Walafridus Strabus de Vita S. Galli cap. 3. *Invenit autem corpus viri sancti jam involutum, & in loculo repositum: aperiensque sarcofagum, & exanime amici cadaver inspiciens, &c.* S. Bernardus de Vita & Morib. Relig. cap. 11. *Auro tectis reliquiis saginantur oculi, & loculi aperiuntur.* Vita S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis:

—— Discedens, pignora sacra,
Gertrudisque suæ loculum devectat ab inde.

Ubi ut plurimum *loculi* sumuntur pro *feretris* in quibus conduntur Sanctorum cadavera & reliquiæ. *Loculus gestatorius*, apud Adrevaldum de Miraculis S. Benedicti lib. 1. cap. 28. & 34. Adde Fortunatum in Vita S. Medardi cap. 17. Odilonem Cluniac. lib. 2. de Vita S. Geraldi cap. 17. Chronicon Casinense lib. 2. cap. 34. Rodericum Toletan. lib. 2. de Reb. Hisp. c. 20. Simeon. Dunelmens. lib. 2. de Eccles. Dunelmensi c. 6. 10. &c.

Loculatus, in loculo seu sepulcro conditus. Vide apud S. Zenonem Veronens. Serm. de Lazaro.

Locellus, diminutivum à *Loculus*, ejusdemque notionis. Paulus Warnefridus de Gestis Longob. l. 2. c. 10. *Cujus corpus positum in locello plumbeo --- CPolim est perlatum.* Herkempertus in Hist. Longob. *Cujus Carlomanni in locello aureo corpus --- ad dictum Monasterium in Casino remissum est.* Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. c. 5. *Locellum etiam quendam, hoc est, capsam majorem, quæ à duobus Clericis ferri solet, fieri fecit.* Usurpant passim Scriptores, Anastasius in S. Sergio PP. p. 61. Glaber Rodulph. in Vita S. Guillelm Abb. Divion. cap. 7. n. 22. Baldric. Noviom. lib. 1. cap. 30. Leo Ostiens. l. 1. Chr. Casin. cap. 7. Chronicon S. Petri Vivi an. 869. & 1015. Chron. Fontanell. c. 7. Ægid. Areæ vallis c. 51. &c.

Lucellus, pro *Locellus*. Gloss. Gr. Lat. MS. γλωσσοκόμιον, *Lucelli pluraliter tantùm declinatur.* Edit. habet γλωσσόκομοι, *Luculli*, γλωσσοκομεῖον *Lucullum*. γλωσσοκόμιον, *Lucellum*. Edit. habet γλωσσοκομεῖον. Atque inde *Luseau* eodem significatu mutuari Galli. Ita *Lucos*, pro *locos* dixit Aggenus: *Nam lucos frequenter in trifinio invenimus, sicut in suburbanis, & circa publica itinera constitutum esse perspicimus.* Nihil igitur mirandum, quidquid dicat Salmasius, qui *locum* pro sepulcro usurpatum à veteri Scholiaste Juvenalis, Ulpiano JC. Anastasio, & aliquot aliis, observat.

LOCUTORIUM, Gallicè *Parloir*, locus in Monasteriis in quibus Monachis & Sanctimonialibus invicem colloqui licebat, cùm in aliis silentium indictum esset. Ejusmodi *locutorii* quod *Regulare* appellatur, crebra mentio est in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 19. *Quòd si aliquid eis specialiter dicendum fuerit, quod nec illic significari possit, nec usque ad tempus locutionis differri, poterit Armarius usque in locutorium regulare educere eos, & illic breviter quod dicendum est, intimare.* Adde c. 27. Ibidem p. 34. *In locutorium nullus eat, nisi vocatus ab Abbate vel Priore.* Et cap. 38. *Nullus locutorium regulare sine licentia intrare debet, excepto Priore, & Subpriore, & his qui officiis deputati sunt. Ii autem qui officiis deputati sunt, possunt quidem intrare locutorium, & de his quæ necessaria sunt, sibi invicem loqui: sed tamen claustrales nullo modo sine licentia ibidem vocare debent. Ipsi etiam ministri quando pro aliqua necessitate ibi ad loquendum ingrediuntur, non debent diutius stare, vel sedere, sed quod necessarium habent breviter dicant, & statim exeant. --- qui autem accepta licentia locutorium ingrediuntur, non diu ibi sedeant, nec altè loquantur, nec plures ibi conveniant, nisi ad plus quatuor &c.* Rursum: *Nullus extraneus vel Monachus vel Canonicus in locutorium regulare ad loquendum ducatur. Fratres qui licentiam loquendi ad invicem quærunt, in nullo loco nisi in regulari locutorio loqui possunt. In cæteris verò locutoriis nullus vocet aliquem de claustralibus, nisi solummodo Abbas & Prior.* Adde caput 67. sub finem. Tabularium Vindocinense ch. 60. *Quæ donatio primùm facta in locutorio, quod est juxta præscriptorum Capitulum Monachorum.* Petrus Damianus lib. 7. Epist. 5. *Quid ad hæc dicent qui de Ecclesia non oratorium, sed locutorium, & non oraculum, sed conciliabulum faciunt.* Vide Regulas Clarissarum Damianitarum, &c. Matth. Paris pag. 631. 661. &c.

Locutorium interius vel privatum, in eodem libro Ordinis S. Victoris c. 66.

Locutorium commune ibid.

Locutorium Sacristarum. Tabul. Vindocin. Thuani ch. 182. *Venit in locutorium Sacristarum conductu domni Stephani Monachi.*

Locutorium forinsecum, in quo cum sæcularibus Monachis vel Sanctimonialibus loqui licet. Thomas Walsinghamus p. 257. *Interim ribaldi cum instrumentis claustrum ingredientes, de locutorio forinseco lapides molares --- levaverunt.* Adde p. 272. Bulla Urbani IV. PP. ann. 1263. pro Clarissis, apud Waddingum: *Locutorium verò fit ex crebris & spissis laminis ferreis, & forti opere fabricatis. Locutoria autem ad Confessiones fiant in Ecclesia, vel alio loco competenti.* Vide Ingulfum p. 867.

Locutorium seu Pallatorium Parisiense, in Charta an. 1293. apud Renatum Chopinum lib. 1. de Moribus Parisior.

Parisior. tit. 2. §. 18. vulgo *le Parloir aux Bourgeois*, in quo examinabantur & discutiebantur articuli usati eorum & consuetudinis ejusdem civitatis coram Præposito Mercatorum & Scabinis.

LOCI, Mulieris uterus, vulva, matrix *ubi nascendi initia consistunt*, Varroni. Occurrit & Glossar. Lat. Gr. *Loci muliebres*, ὑστέρα Sic leg. pro ὑπέρα non semel apud Sextum Platon. de Medicina animal. l. 1. c. 2. n. 7. c. 6. n. 2. l. 2. c. 4. 11. Anton. Musam de Vetronica n. 29. Apuleium l. 1. de Virtutib. herb. c. 121. & alios Medicos. Vide *Locatura*.

Locum dare, Loco excedere, Gregorius M. l. 2. Dialog. c. 23: *Cumque in eadem Ecclesia Missarum solemnia celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret. Si quis non communicat, det locum, &c.*

Locus, pro sepulcro, seu loco sepulcri, occurrit passim in vet. inscriptionibus, præsertim apud Thomam Reinesium. Vide Glossar. med. Græcit. in τόπος

Ad locum. Sic olim notare solebant particulas, quas ex constitutione aliqua aut recitabant, aut exscribebant, adjectis etiam interdum primis constitutionis verbis: cujus moris plures sunt in Theodosiano Codice reliquiæ, quibus etiam accidit, ut ea verba, nescio quomodo, in textum ipsum irreperent, & excerpti partem occuparent, ut in l. 3. de Postul. & Novella Majoriani de Episcopali judicio. Hæc Petrus Pithœus ad Collationis Legis Mosaicæ tit. 15. hæc verba: *Extat denique decretum Divi Pii ad Pacatum Legatum provinciæ Lugdunensis, cujus rescripti verba, quia multa sunt, de fine ejus ad locum hæc pauca subjecit. &c.*

LOCIA, *Lochia*. Charta an. 1235. in Archivo Regio, Reg. 7. qua *Mathildis Comitissa Boloniæ ratas & gratas habuit tres locias, quas pro ea fecerunt Mathæus de Tria & Simon de Leviis, Milites de Comitatu Moritoli & terra Damfrontis: & gratum habuit & accepit quod pro ea receperunt ratione tertiæ lochiæ nomine dotalitii sui, Moritolium cum pertinentiis ejus sine forteritia, quæ remansit in manu Ludovici*, Videtur hæc vox accipi pro *portione*, Gallis *Lot*. Vide in hac voce.

LOD Vide *Lot*.

LODIA. Tugurium, ex German. *Loodse*. Chronicon Abbat. S. Bavonis an. 941. apud Duchesnium in Probat. Hist. Guinens. p. 54. 55 *Comes coacto in unum exercitu, quem Herebem novimus, erectis lodiis, fixisque tentoriis, in longo tempore obsedit Castellum*. Infrà: *Lambertus petitis & acceptis quibusdam militibus, tubisque quasi ad pugnam intercisio sonitu clangentibus revertitur, lodias instaurat, armat in pugnam milites, &c.* Vide *Logium*.

LOFMASTER. Vide Histor. Cortusior. lib. 8. cap. 14.

LOGALE. Vide *Locale*.

LOGEA, *Logia*. Vide *Logium*.

LOGERIUM, *Loquerium*, Locarium; Gall. *Loyer*.

Usatici Regni Majoricarum MSS. *Et pro logerio sive mercede domorum non soluto tempore statuto, possit dominus portas claudere, &c.* Curia generalis Catalaniæ an. 1359. habita Cervariæ, de militibus fugitivis: *Nec etiam sustinere aliquem qui cum solido logerio fugerit*.

Loquerium, eadem notione. Charta an. 1242. *Decem solidos Melgorienses habuit --- de loquerio tabularum civitatis*. Occurrit præterea in Consuetud. Tholosæ part. 2. Rubr. de Locato.

LOGICARE, Ratiocinari, argumentari. Petrus Cellensis l. 9. Ep. 9. *Et ironico typo subsannans hic bonum dormitasse Homerum Aristotelico more logicat*.

LOGISTÆ, Curatores & Patres Reip. Gl. Gr. Lat. λογιστὴς, curator. *Logista civitatis splendidissimæ Nicomediens.* in veteri Inscriptione 398. 2. Vide Cujac. ad tit. de Excusat. l. 15. ad l. 30. de Decur. & ad l. 4. C. de Tabular. l. 10.

LOGIUM, S. Eucherio lib. de Variis vocabulis, quod & Rationale; *est pannus exiguus ex auro, gemmis, coloribusque variis, qui superhumerali contra pectus Pontificis annectebatur*. Vide Isidorum, Papiam, & alios.

Logium in Glossis antiquis MSS est *manuale*, id est, analogium. Vide *Manuale*.

LOGIUM, *Logia*, Ædes, habitatio, domicilium, Gallis, *Loge*: sed maximè *Andronem* xystum, seu porticum ita nuncupabant, quomodo *Loggia* Itali usurpant. Lambertus Ardensis: *Item à domo in logium quod bene & procedente ratione nomen accepit. Ibi enim sedere in deliciis solebant ad colloquendum, à logos, quod est sermo, derivatum, item de logio in oratorium.* Neque insulsum omnino Lamberti etymon: videntur enim id nominis nostri à Græcis mutuati, qui λογεῖον appellabant pulpitum editius, in quo recitabantur Comœdiæ. Gloss. Gr. Lat. λογεῖον, τοῦ θεάτρου, *pulpitum*. *Logeum* hac notione dixit Vitruvius l. 5. c. 8. qui illius altitudinem non minùs debere esse ait pedum decem, non plus duodecim. Unde vero simile est, hanc vocem primitus nostros usurpasse pro superiore domus contignatione, quam postmodum toti attribuere ædificio, aut certè superioribus, vel quibusvis porticibus, seu andronibus, quibus ædificia invicem junguntur ac connectuntur quomodo *Logia* usurpatur in Historia Episcop. Autissiod. c. 63. *Fecit insuper appendicia inter aulam & capellam hospitibus & familiæ necessaria, logiasque magnæ habilitatis ab aula in Capellam, & è converso ducentes*. Qua etiam notione habetur in Charta an. 1252. in Hist. Prioratus S. Martini Campensis: *Erant Consiliarii prædicti in logiis domus Regiæ juxta curiam ab opposito portæ Regis*.

Logia, Logea, Lotgia, ædicula, ædium appendix. Gallis *Loge*. Catholicon Armoricum: *Log, Gall. Loge, tugurium magale, cabana*. Gl. Gr. Lat. ex Cod. MS. Reg. 85. στοά, *porticus, logia, testudo*. Vita Clementis VI. PP. *Ordinavit quòd dicti Cardinales possint à cætero in dicto conclavi existentes habere cortinas, cum quibus claudantur eorum lotgiæ, quando dormient seu quiescent*. Ita etiam appellantur apothecæ mercatorum, ubi merces suas venum exponunt, maximè in nundinis. Charta Conradi Imp. an. 1187. to. 3. Ughelli p. 487. *Et confirmo eis placeam portus undique liberam ut nihil in ea possit ædificari extra muros --- in mari vel in terra, logia eorum excepta*. Charta Philippi Augusti an. 1218. *Item de injuria, quæ fit hominibus meis apud Indictum, quia volo quod habeant logias suas pro eodem pretio, quo, solent eas habere antiquitus*. Alia ejusdem an. 1215. apud Doubletum p. 899. *Eidem Præposito debeat denuntiare, quòd ipsi volunt capere plateas suas, & signare logias suas ad opus Indicti, quantum eis necesse fuerit*.

Logea, in Chronico Cambriæ, to. 1. Monastici Anglic. p. 400.

Logion, Oraculum. *Logia personare*, apud Martianum Capellam l. 1. *Incultum logium*, inculta oratio, apud Cummianum Hibernium de Controversia Paschali.

LOGOGRAPHI, in Cod. Th. & Just. Tabularii, Notarii, Librarii ita nuncupati. De iis vide Jacobum Gothofred. ad l. 1. Cod. Th. Ne conlatio per logographos celebretur.

LOGOTHETA, vox Græca, quæ ad Latinos inferioris ævi etiam transiit. Apud Græcos quidem, Byzantios præsertim, variè accipitur; sed veram ejus notionem habet Gl. Gr. Lat. λογοθέτης, *Ratiocinator, discussor, disputator*. λογοθετῶ, *Ratiocinor*. λογισμὸς λογοθεσία, *Ratiocinium*: est enim *Logotheta*, qui rationes accepti & depensi expendit ac discutit, quomodo dicuntur apud Procopium l. 3. de Bello Gothico c. 1. & 21. Magistratus aulæ CPolitanæ: qui id nominis cum adjuncto habuere, ut λογοθέται τοῦ δρόμου, λογοθέται τοῦ γενικοῦ de quibus agimus in CPoli Christiana, λογοθέται τῶν οἰκιακῶν ap. Pachym l. 2. c. 21. l. 6. c. 34. λογοθέται τοῦ στρατιωτικοῦ λογοθεσίου, de quibus VI. & VII. Synodus, & Procopius in Hist.

Hist. arcana p. 104. 1. Edit. λογοθέται τῶν ἀγελῶν, de qua dignitate Pachymeres lib. 1. c. 17. lib. 2. c. 13. & λογοθέται τ̃ σεκρέτων, qui iidem fuere qui ȣ̃ γ̄ρικ8̃, ut ad lib. 3. Alexiadis docuimus. Expendebant enim ii rationes cursus publici, ærarii generalis, ærarii privati, seu largitionum privatarum, ærarii militaris, gregum seu armentorum Imperatoris, de quibus singulis Magistratibus multa dixere Meursius in Gloss. & Gretzerus ac Goarus ad Codinum. Vide Theosterictum in Vita S. Nicetæ Hegumeni n. 11.

Primi autem ex his Logothetis, quem λογοθέτlω τ̃ δρόμȣ appellabant, licèt primo officium circa *cursum publicum* versatum fuerit, idque muneris gesserit, quod apud nos *le General des Postes*; alia tamen labentibus sæculis functio fuit: ut qui Edicta & aureas Imperatorum Bullas subscriberet, idque prorsus muneris obiret, quod apud nos *Cancellarius*, uti exertè habet Nicetas in Man. l. 7. n. 1. Unde Nicephoro CP. dicitur ὁ τ̃ δημοσίων πραγμάτων τὰς ὑπομνήσεις διακομίζω. Glossis antiquis MSS. *Logotheta Græco eloquio dicitur, qui sermonem facit in populo, id est, qui Edictum Imperatoris foris populo nuntiat.* Eadem ferme habet Papias. Glossar. Ælfrici: *Logotheta*, Ȝemoτ-man, id est, ad verbum, *homo conventus*, aliàs orator, qui conventui publico præsidet ex parte Regis. Rogerus Hovedenus: *Qui fuerat Cancellarius Imperatoris, quem Græci vocant Logothetam.*

A Græcis, inquam, istud nominis mutuati sunt Latini Principes. In Chronico Casinensi l. 4. c. 68. 117. & 126. (vel secundùm Editionem Angeli à Nuce c. 66. 116. & 125.) Petrus Diaconus Casinensis à Lothario Imperatore *Logotheta Italicus, Exceptor, Cartularius, & Capellanus Imperii Romani constitutus* fuisse dicitur, id est, *Logotheta & Protonotarius*, quomodo appellabantur apud Siculos Normannos Reges, qui Chartas Regias subscribebant, ut passim ex Tabulis Siculis colligere est. Alia tamen fuit in eo Regno & diversa prorsus dignitas à *Magni Cancellarii* dignitate. *Logotheta* enim, qui & *Protonotarius*, *Primi à Secretis*, seu Protosecretarii munus obibat, & gradu, Magno Cancellario major erat, & si neuter neutri subesset, ut ait Ammiratus to. 1. Stemmatum Neapolit. p. 48. *Essendo piu praminente ufficio quello del Protonotario di quello del Gran Cancelliere, se ben l'uno al altro non è sottordinato.* Formula porrò qua Regia diplomata subscribebant Logothetæ & Protonotarii Siculi, hæc erat, ex Waddingo an. 1347. n. 8. *Data Neapoli per --- Logothetam & Protonotarium Regni Siciliæ anno, &c.*

LOISMUS. Observantiæ Regni Aragon. l. 6. tit. de Generalib. privil. § 23. *Quam* (hæreditatem) *alienare potest cum prædicto tributo tributarius, & onere, sine consensu domini, nisi dominus habeat faticam vel loismum, nec tenetur talis tributarius vel emphytheota firmare res in posse talis domini, &c.*

LOLLARDI, *Lullardi*, ita nuncupati hæretici quidam, qui sub initium sæculi 1300. in Germania & Belgio exorti sunt. Joannes Hocsemius an. 1309. *Eodem anno quidam hypocritæ gyrovagi, qui Lollardi, sive Deum-laudantes vocabantur, per Hannoniam & Brabantiam quasdam mulieres nobiles deceperunt, &c.* Trithemius in Chron. an. 1315. ait, ita appellatos à Gualtero *Lolhard* Germano quodam.

Wicleffi etiam sectatoribus, id nominis inditum in Anglia. Thomas Walsinghamus an. 1377. *Hi vocabantur à vulgo Lollardi, incedentes nudis pedibus, &c.* p. 327. 328. *Wicleffensibus, quos Lollardos quidam vocant.* Et p. 339. *Lolardi sequaces Joannis VViclif.* Ita Will. Thorn. p. 2646. 2662. 2663. Sic etiam hodiè hæreticos quosvis, vel qui novæ religioni adversantur, vocant Angli.

Quòd verò hæretici isti Wiclefiani *vestiti pannis vilibus* incederent, ut ait Walsinghamus, viles ac despecti passim *Lollardi* nuncupati. Jo. Buschius in Chronico Windesem. lib. 2. c. 41. *Qui hujusmodi fratres devotos à mundo tunc despectos tanquam Lullardos deputabant.* Thomas à Kempis in Vita Florent. c. 9. *Elegit potiùs abjectus Lullardus vocari quàm dominus.* Vide Odoricum Raınaldum an. 1318. n. 44. De hac voce hæc habet Kilianus: *Lollaerd, mussitator, mussitabundus. Lollaerd, Lollebroeder, Broeder-Lollaerd, Lollardus, Alexianus Monachus. Lollaerd, reus læsæ fidei, vel læsæ religionis, vulgò Lolardus, Angl, Lolard.* Lolardus *quoque dicitur hæreticus Valdensis.*

Lollardia, Hæresis Wicleffiana, quæ Angliam diu infecit. Provinciale Cantuariensis Eccles. lib. 5. tit. 5. *Nostra provincia variis & infructuosis doctrinis inficitur, ac nova ac damnabili Lollardiæ nomine maculatur.*

LOMBARDI. Vide *Langobardi.*

LONGA, Corrigia, qua ligantur & retinentur falcones ad sedem suam quamcunque, quæ sua longitudine comparata ad *partes*, meretur dici *longa*, Falconariis *Longe.* Vide Fridericum II. lib. 2. de Arte venandi, in Prologo, & cap. 27. 39.

LONGALE, Longum lignum, quod est inter rotas priores & posteriores. Ita interpres Joannis de Garlandia in Synonymis:

Tenio, longale, trabale, furcale, forale.

LONGANEA. Angilbertus Abbas Centulensis l. de Diversitate officiorum c. *Quòd si ratio aëris hoc non permiserit, de S. Maria per longaneam terratenus usque ad ascensorium ipsius longaniæ, qua sursum ascenditur, veniant.* Vet. Charta an. 941. apud Francisc. Mariam in Mathildi lib. 3. p. 43. *In solario ipsius curtis, ubi dominus Ugo & Lotharius filio ejus gloriosissimis Regibus praerant in Capitela, ubi est longanea solarii, prope Ecclesiam S. Benedicti, &c.* Videtur idem esse quod μάκρων, porticus oblongior, *Galerie.* Vide *Macron.*

LONGANIMIS, μακρόθυμ☉. *Longanimitas*, μακροθυμία, in Gl. Gr. Lat. Gl. Lat. MS. Regium: *Durabilis, Longanimis.* Glossæ antiquæ MSS. *Longanimis placidus*; Ugutio: *Longanimus, quasi nullis passionibus perturbatus, sed ad universa sustinenda est patiens, cui contrarium est pusillanimus.* Italis *Lunganimo.* Occurrit in Notis Tyronis p. 198. in libris sacris, & alibi passim.

LONGAO, *Longano*, Longum intestinum. Vetus Moschionis interpres; φύση *Longao.* Gl. Lat. Gr. *Longao*, κωλέντερον. Papias MS. *Colum, vel longio, quoddam intestinorum.* Editum habet *longior.* Apitius lib. 4. de Re culin. c. 2. *Longanones porcinos ex jure Tarentino farsos.* Vide Gariopontum l. 3 Passionarii c. 19. 21. Varroni *Longa* dicitur.

LONGARE, Longum facere, unde *prolongare*, μακρύνειν, in Onomastico.

LONGARII, Ligna transversaria, quæ equos in stabulis discernunt, ne inter se pugnare possint, apud Petrum de Crescentiis l. 9. c. 2. extremo.

LONGARIA, id est, *Longa scriptura.* Papias.

LONGARISTIS *ploas*, apud Luithprandum l. 6. c. 5. ubi legendum *Logariastes ploas*, Officium aulæ CPolitanæ, ex Gr. λογαριασής τῆ πλόας, qui classis rationes expendebat: λογαριασlω enim λογισlω Græci recentiores interpretantur. At istius magistratus nulla, aut fallor, occurrit, apud Scriptores Byzantinos mentio, tametsi alios λογαριασάς passim recenseant.

LONGELLUS. Will. Thorn. an. 1311. *Quòd singulis annis in perpetuum augeantur 20. stragula, quinque coopertoria, 5. longelli ultra antiquam liberationem. Ita videlicet quòd sint 40. stragula pro 20. fratribus, & 15. coopertoria, 15. longelli ad distribuendùm fratribus secundùm quod fieri consuevit.* Fortè legendum *loudelli*, ex Gallico *Loudiers*, species straguli. Vide *Lutherium.*

LONGIA. Vide *Lonza.*

LONGINQUARE, Longiùs abire, vel amandare, Gall. *Eloigner.* Claudianus Mamertus l. 1. de Statu animæ c. 1. *Non mirandum est si ed, vel Deo, vel de homine, probè non sentiant, qui utrumque à se odio mediante longinquant.*

LON-

LONGITIA, vox agrimensorum, pro longitudine, ut *latitia*, *planitia*, iisdem. Occurrit apud Innocentium de Casis litterar. non semel.

LONGITORIA. Vita S. Frontonis edita à Bosqueto pag. 10. *Orabat pro eis indesinenter, ne multa fieret probatio temporis in longitoria, & ne turbatio averteret quosdam eorum retrorsum.*

LONGIVIVAX, Longævus, qui diu vivit, apud veterem interpretem Juvenalis Sat. 14.

LONGUS, Procerus statura, quomodo Ludovicus X. cognominatus est *Longus*, ob staturæ proceritatem, interdum *Magnus*. Gloss. Gr. Lat. μῆκος τοῦ ἀνθρώπου, *statura, longitudo. Longitudo corporis*, apud Capitolinum in Maximinis duobus. Sidonius in Panegyr. Anthemii:

Si cernas equites, sic longi sæpe putantur,
Si sedeant.

Homo longissimus, apud eundem in Max. & Balbino. Ditmarus l. 7. de quodam rustico: *Et hic erat tantæ longitudinis, ut omnis qui eum viderant, nimis admirarentur.* Philippus *Mouskes* de Philippo Augusto Rege Franc.

Grans & biaus fu, & drois, & lons.

Vide Ottonem Morenam p. 124. 125. sic μακρὸς Græci dicunt. Theodorus Lector l. 2. μακρόσω... Sozomenus l. 6. c. 29. l. 9. c. 12. & Socrates l. 6. c. 7. de quibusdam monachis Ægyptiis: οἳ ... αὐτάδελφοι ἦσαν, οἱ μακροὶ δὲ ἐκ τοῦ σώματος ὠνομάζοντο. V. de *Magnus*.

LONZA, vox Italica, Lumbus, Gall. *Longe*. Bulla Alexandri III. PP. ann. 1179. apud Ughellum to. 1. Ital. Sacr. p. 512 *In obitu suo reliquit, videlicet spallam cum lonza, & sarcinam musti, cum hominio & fidelitate hæredum suorum.*

Longia dicitur in Miraculis B. Simonis Tudertini n. 37.

LOPA. Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 930. apud Anton. de *Yepez*, in Chronico Ord S. Bened. ἐι tom. 5. *Concedimus etiam phialas ar enteas Franciscas 2. soparia exaurata, lopas exauratas cum coopertoriis 2. litones 2. scalas exauratas 6. &c.*

LOPPARE, tondere, resecare, amputare, vox Anglica, *to lop*. Modus tenendi hundredum p. 124. *dicit, quod prædicta ligna fuerunt crescentia in dicta foresta, & quod eadem ligna fuerunt loppata de arboribus in eadem foresta crescentibus.* Occurrit ibi pluries. Vide *Schredare*.

LOQUACITAS, Usus vocis, facultas loquendi. Liber 2. Miraculor. S. Richarii c. 14. *Demptu linguæ obstaculis, loquacitatem meruit obtinere.*

Loquacitare, Garrire, στερμολογεῖν, in Onomastico.

LOQUATICUM ἐκδόκιμον, in Gloss. Gr. Lat. MS. Edit. *Locatitium* præfert.

LOQUELA. JC. Anglis & Covvelo, idem est, quod placitum, causa, aut causæ prosecutio judicialis, actio juris. Charta Regis Ricardi I. apud Radulfum de Diceto an. 1196. *De loquela versus Dominum Regem Francorum, scilicet de quietatione Clericorum & Laicorum, sermonem habeatis cum eo.* Vide Magnam Chartam Angl. c. 28. Glanvillam l. 2. c. 3. Regiam Majestat. lib. 3. c. 21. §. 4. 6. &c. Ita *loqui*, pro litem movere, in Legibus Henrici I. c. 65. 42. 74. quòd qui litem intendit, cum eo cum quo agit, de jure suo *loquatur*, & agat in jure; atque inde *Parlamenta* appellatas judiciales Curias quidam censent, de qua voce suo loco.

Loquela privatus, qui in extremis est, nec loqui potest, *qui a perdu la parole*, in Histor. Cortusior. l. 8. cap. 1. Gl. Lat. Gr. *Loquela*, λαλιά.

LOQUERICIUM. Antiquæ definitiones Ordinis Cisterciensis distinct. 15. c. 2. *Nulla quoque Monialis loquatur cum aliquo nisi per fenestram bene & spisse ferratam, vel loquericium modo simili præparatum, &c.* ubi legendum fortè *loquerium*, ex Lat. loqui: sic enim etiamnum *Parloirs* dicuntur ejusmodi clatratæ fenestræ.

LOQUERIUM. Vide *Logerium*.

LORA, Potionis mellitæ genus Cælio Aureliano l. 3. Vide Jacobum Card. nal. Papiensem Epist. 554. & Cujac. lib. 11. Observ. c. 30.

LORAMENTUM, *Ligamentum*, in Gloss. Arabico-Lat. Auctor Mamotrecti ad c. 22. Ecclesiast. *Loramentum, i. concatenatio lignorum quæ solet fieri in fundamentis ædificiorum.* Jo. de Janua: *Loramenta dicuntur plura lora, vel laquearia, vel in parietibus tabulæ, vel aliqua ligna quæ nectuntur.*

Lorenum, seu *Lorain*, Scriptoribus nostris vernaculis. Diarium Thesauri Regii an. 1299. 5. Febr. *Pro sabutis lorenis, palefridis, & aliis necessariis ad equitandum, &c.* Computum Stephani *de la Fontaine* 26. Apri . an. 1350 *Pour trois sembuës, l' une d' escarlate azurée armoiée de Navarre & d' Evreux, & l' autre à arçons azurez semez de perles, & l' autre de veluyau noir seme de rosettes d' or, avec 2. lorrains.* Guill. *Guiart* an. 1304.

Estriers lorains, frains netelés.

Le Roman de Garin:

Li Palefroi sor coi la Dame seist,
Estoit plus blans que nule fl r de lys,
Li lorrains vaut mille sols Parisis.

Alibi:

Sele ot d' ivoire, li lorains sont d' ormier.

Id est, ex mero auro.

LORARIUS, *Tortor*, Ugutioni. Addit. Jo. de Janua, *qui servis vendendis praeest.*

LORDICARE, Dorso incurvato incedere, ex Gr. λορδὸς, *incurvatus*, ligno innixus, corpore pendens. Apud Hesychium: λορδοῦν, ὑποχιρίοις, ἀπεξυ ωμένον, συγκεκαμμένον τῷ σώματι. Hinc nostri *Lourds* & *Lourdants* appellant, qui ægrè incedunt præ gravitate: unde ad ingenii defectum translata vox, qui tardo sunt ingenio, *qui ont l' esprit pesant.* Regula Magistri c. 1. *Caditur, pungitur, ustulatur, lordicat miser asellus, & non vadit.* Intrà: *Monasteria ipsa aut cellulas falce exeunt, lordicanda de ficta infirmitate, absconsi securè, quòd sanitatis gressus sint ab ipso limine reformantes.*

LORENUM. Vide *Loramentum*.

LORICA, Militum, quos *Chevaliers* dicimus, armatura maculis ferreis contexta. Gloss. Lat. Gall. *Lorica, Haubert; Loricatus, Vestu de Haubert.* Avitus lib. 5. Poëm.

Hi loricarum vasto sub tegmine gaudent,
Intexit creber sibimet quas circulus hærens.

Denique Guntherus l. 2. Ligurini, ut cæteros prætercam.

——— *Neque casside clausus*
Tempora nec chalybum munitus pectora textu.

Vide Cluver. l. 1. Germ. antiq. c. 44. Maximè verò usurpatur pro ipso Milite loricato. Helmodus l. 2. c. 13. *Cum mille, ut aiunt, loricis venit Aldenburg. &c.* Adam Bremensis in Hist. Eccl. *Habuit etiam in comitatu suo sex millia loricarum exceptis balistariis, &c.* Fulcherius Carnot. l. 1. Hist. Hierosl. c. 4. *Tunc de exercitibus plurimis unus illic exercitus effectus est, quorum centum millia loricis & galeis muniti erant.* Will. Tyrius l. 16. c. 19. *In solo domini Imperatoris comitatu ad 70. millia fuerunt loricatorum, --- in exercitu verò Dom. Regis Francorum virorum fortium loricis utentium numerus ad 70 millia --- æstimabatur.* Conradus Usp. an. 1158. *Imperatorem subsequuntur Henricus videlicet Dux Saxonum circa Pentecostem cum Imperatore in mille ducentis loricis: VVelfo verò circa festum S. Michaëlis cum trecentis loricatis.* Porro de loricis squamatis vide Henric. Valesium ad l. 17. Ammiani.

Loricati, dicti Monachi sanctioris vitæ, qui pro *mortificatione*, ut vocant, loricam ferream jugiter ad cutem induebant, nec pro quavis necessitate deponebant. Hos inter eminuit S. Dominicus cognomento *Loricatus*, à lorica ferrea quam per annos 15. ad carnem detulit, de quo Petr. Damianus in illius Vita, & in Epistolis non semel. De *loricatis* istis qui plura volet, consulat.

Vitam B. Stephani Abbat. Obasinensis lib. c. 6. Autbertum Abbatem in Vita S. Paldonis & socior. Vitam S. Rayneri Solitarii n. 2. Stephanum Episc. Redonensem in Vita S. Guillelmi Firmati n. 21. Vitam S. Stephani Abbat. Obazin n. 5. Vitam S. Petri Episcopi Policastrensis apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. pag. 765. Hist. fundationis Ordin. Grandimontensis §. 5. Vitam S. Stephani Muretensis apud Labeum tom. 2. p. 676. Theodoricum in Supplemento Vitæ S. Elizabet apud Lambec. l. 2. Comment. de Bibl. Cæsarea p. 884. &c.

Lorica. Lex Angliorum & Werinorum tit. 6. §. 5. *Ad quem hereditas terræ pervenerit, ad illum vestis bellica, id est, lorica, & ultio proximi, & solutio leudis debet pertinere.* Constitutio Henrici III. Imp. de Justitia Babenbergensium Militum, apud Goldastum lib. 1. Constit. Imperial. *Si absque liberis obierit, & uxorem prægnantem habuerit, expectetur dum pariat. Et si masculus fuerit, ille habeat beneficium patris. Si non, proximus agnatus defuncti loricam suam, vel equum quem meliorem habuerit, domino suo offerat, & beneficium cognati sui accipiat. In expeditionem iturus ex suo sumptu ad dominum veniat: deinceps ex ejus impensa alatur. Si expeditio in Italia est, per singulas loricas unum equum det, & tres libras.* Vide *Hereotum.*

Lorica murorum, pavimentorum, voces Vitruvio & aliis notæ. Vetus Inscriptio: *Podium cum lorica aditus vivos fecit.* Charta Communiæ Suessionensis: *Si mercator in istam villam ad mercatum venerit, & aliquis ei aliquid fecerit infra loricam istius villæ, &c.* Lexicon MS. Reg. Θωρακεῖον τὸ τεῖχος, θωρακίοις προμαχῶσιν ξυλοφράκτοις ἢ λωρικίοις.

Loricula, περίβολος, Munimentum quod urbium obsessores ultra jactum teli ædificant, &c. S. Hieronym. in c. 26. Esaiæ: *Pro eo, quod nos vertimus antemurale, Symmachus firmamentum interpretatus est, ut ipsi muri munitionibus cincti sint, & vallo fossaque & aliis muris quos in ædificatione castrorum solent loriculas dicere.* Beda in libr. Reg. quæst. 13. *Tabulatu vel muris, vel cancellis, cum ad tutelam viæ ponuntur, vulgus loricularum nomen indidit.* Vide Philandrum ad lib. 7. Vitruvii c. 1.

Lorica Galiverti Medici, proverbium apud Ratherium Veronensem in Qualitatis conjectura pag. 207. cujus notionem nondum sum assecutus: Locum vide in *Rogatarius.*

Loricale, quod vulgo nostri *Haubergeon* vocabant. Libertates villæ de Moneto ann. 1269. apud Thomasserium in Consuetud. localib. Bitarigens. c. 65. *Qui de mobili minus 20. librarum habebit de mobili, tenebitur habere loricam & loricale; & capellum ferreum, & lanceam.* Occurrit etiam in Libertatib. oppidi *des Aix* an. 1301. apud eundem c. 71. Vide *Albergeon.*

Loricare, Lorica munire: θωρακίζειν, in Gloss. Gr. Lat. Architectis est tectorio, crusta, corio inducere. Vid. Scriptorem veterem de Re architectonica c. 19. l. 79. D. de Verb. signific. Philandrum ad Vitruvium lib. 7. c. 1. & alios.

Loricarius, Loricarum confector, θωρακοποιός, in eodem Gloss.

Loricifer, θωρακοφόρος, ibid.

LORICATUS, *Luricatus.* Donatio facta Ecclesiæ Cornutianæ edita à Suarezio: *Item alium holosericum luricatum.* Infrà: *Vela loricata melnoporphyra uncinata duo.*

LORICUS, pro *lorica*, in Charta Hucberti Militis de Salmuro Castro, Roberto Rege regnante, apud Labeum t. 2. Miscellan. p. 554. *Fuit etiam unus loricus in pretio valde bonus, & unus caballus.* Nisi legendum sit *boricus*, vel *buricus.* Vide in hac voce.

LORRA. Charta Guidonis Episcopi Lingonensis 1267 apud Roverium: *Quod in tota riparia piscationem habeant cum rete, lorra, & artificiis, seu ingeniis piscatoriis quibuscunque.* Ita in alia anni 1235. In Charta verò vernacula Theobaldi Regis Navarræ, qua firmatur prædicta Charta: *Retiennent encore la pescherie de la riviere à loerre, & à tous engins, tant comme l'Abbé sera en la ville.* Ubi Roverius *loerre*, idem esse censet, quod in aucupio *leurre*: hacque voce intelligi piscationem quæ fit per inescationem piscium per offas soporiferas & medicatas, quam etiamnum hodie Armoricis *Livret* dici auctor est. Vide *Loyrum.*

LORUM, Vestis Imperatoriæ & Consularis species, Anastasius ex Cod. MS. Mazarino p. 12. & 255. ubi de donatione Constantini M. *Deinde diadema, videlicet coronam capitis nominis nostri, simulque Phrygium, necnon & superhumerale, videlicet lorum, quod Imperiale circundare assolet collum.* Leo Grammaticus in Basilio p. 472. ἐνθρονίζεται καὶ ἐγκαινίζεται ἡ ἐκκλησία, ἣν ἔκτισεν ὁ βασιλεύς, καὶ ἐκαλλώπισε κοσμῷ πολλῷ παρὰ Φωτίου Πατριάρχου τοῦ Βασιλέως ἐν τῷ αὐτῆς καινισμῷ λῶρον φορέσαντος, καὶ χρήματα πολλὰ δόντος, &c. Quid sit *lorum*, seu λωρεῖς, quivis deprehendet ex Diptychis Consularibus Compendiensi, Bituricensi, & Leodiensi, apud Sirmond. & Wilthemium, & ex numismatibus posteriorum Imperatorum, maximè Mauricii: in quibus effinguntur Imperatores & Consules cum toga Imperatoria vel Consulari, & fascia desuper, cujus pars à dextro humero, circa pectus ad pedes usque descendit, eundemque circumvolvens, sinistrum humerum amplectitur, ac circa dorsum delabens, rursum à dextro latere pectus circumfundit, & infimam sinistri brachii partem, qua manus conjungitur, involvit, reliqua fasciæ parte retro pendula. Hæc fuit *lori* forma, cujus mentio est in Instrumento donationis Constantini perantiquo, licèt fictitio: ex quo tandem percipitur ejusmodi ornatus nomenclatura, eundemque esse cum summorum Pontificum pallio; quod ii ab Imperatoribus accepere, ut & CPolitani, & cæteri forteàn Patriarchæ & Archiepiscopi, maximè Græci, quibus id genus ornatus ὠμοφόριον dicitur. Plura de hac veste annotamus in Dissertatione de Imperatorum Constantinopolitanorum nummis.

LOSINGA. Joannes Brompton p. 991. *Herbertus Losynga, id est, adulator, Episcopatum de Tedfordia emit à Rege.* De hoc Herberto versus aliquot extant apud Godwinum in Episcopis Norwicensibus:

Surgit in Ecclesia monstrum genitore Losinga, &c.

Est autem *Losinga*, vox Gall. *Losenge*, adulatio, seu falsa laus: quippe Galli *los*, dicebant pro laude. Hinc *los & ventes*, laudimia etiamnum appellantur, ut suo loco docemus. *Alozer*, pro *laudare*, dixit Theobaldus *de Mailli*, vetus Poëta Gallicus apud Falcetum l. 2. de Poëtis Franc. c. 8.

Dans Renaut de Pompone, qui moult fut alozez.

Gloss. Theotiscum Lipsii: *Losenga*, dolos interpretatur. Guill. *Guiart:*

Par dons d'aucuns, ne pour losange.

Liber Moralitatum MS. *Li faus amis qui servent de Losengerie en lieu de conseil, n'entendent qu'à dechevoir en blandissant.* Hinc *Losenger*, pro adulatore, qui falsas laudes ingerit. Hugo Plagon in versione Gallica MS. Willelmi Tyrii hæc ex lib. 14. c. 20. *Subdolus & in via sua multiplex*, sic reddit, *faus losengiers & desleaux. Le Roman de Guillaume au Court nez MS.*

Car bien doit lozengier qui mestier a d'aide.

Le Roman de Garin MS.

Cil appella sept de ses Pautonniers
Ne sont pruedome, ainçois sont losenger.

Guiotus de Pruvino vetus Poëta Gall.

Ce niert pas bible lozengiere,
Mais fine & voire droituriere.

Galterus Metensis in Mappa mundi MS.

Faus losengeour estre estut
Celui qui monde plaira veut.

Vide to. 2. Monast. Anglic. p. 218. Alanum Chartertium p. 709. 88. &c. A nostris igitur hausere Itali *Lusinga, Lusingaria* pro adulatio; *Lusingare* pro adulari quibus

quibus vocabulis non semel utuntur Petrarcha & Bocacius. Vide Jac. *Bourgoing* de Orig. & usu vulgarium vocum pag. 32.

LOT, *Lottum*, Sors Anglo-Saxonibus Hlot, Germanis *loss*, Gallis *Lot*, tributum, census, quem quis tenetur præstare vel pro capite, vel pro fundo aut mercibus. Statuta Willelmi Nothi: *Omnis Francigena qui tempore Edvvardi propinqui nostri fuit in Anglia particeps consuetudinum Anglorum, quod dicunt* Anehlot *&* anscote, *persolvatur secundùm legem Anglorum.* Charta Stephani Regis Angl. ann. 1159. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 779. *Clamo quietum eis in perpetuum manerium illud quod se pro una hida defendebat, quietum dico & liberum de scotto & lotto, & geldo & danegeldo, &c.* Leges Burgorum Scoticorum c. 59. *Et sciendum est quòd stallangiator non potest habere lot, cut, vel cavel, ullo tempore de aliquo mercimonio, cum Burgense, nisi infra nundinas.* Curia 4. Burgorum Scoticor. cap. 1. §. 4. *Item quòd nullus Burgensis rure manens habeat lot, neque cavil, æqualiter cum Burgensibus inhabitantibus.* Statuta Gildæ Scoticæ cap. 20. *Neque lot, neque cavil habeat cum aliquo confratre nostro --- extraneus mercator.* Adde c. 43. Will. Thorn ann. 1268. *Quin illi qui mercandisas faciunt, sint in lot & scot, & in tallagio, &c.* Et ann. 1364. *Et dicunt quòd dicti Barones contributionem in lottis --- facere recusant.* Nostris lot, est portio. *Lot & portion*, in Consuetud. Meledunensi: *Lots & partages*, in Remensi art. 250. & aliis passim.

LOTUM, & *Lod*, Semuncia, dupondius: *Loot*, Kiliano. Charta Willelmi Castellani S. Audomari in Tabulario Monasterii S. Bertini: *Porro gallinæ quæ --- debentur, sub annua pensione quinque firtotum & unius loti redactæ sunt.* Charta W. Dom. de *Kenti* Militis ann. 1225. in eodem Tabulario: *Decem marchas, & septem lod cursualis monetæ, &c.* Decret. Ludovici Regis Hungariæ ann. 1351. c. 3. *Grossorum unus, 6. denarios cameræ nostræ in valore & quantitate 6. lotorum Viennensium valet.* Est etiam apud nos mensura liquidorum, & vini, &c. vulgo *lot*, vel *lotz*, uti scribitur in Foris Benehorn. Rubr. de *Pees & mesuras*. Hinc

Semilotum, apud Anonymum de Miraculis S. Thomæ Cantuar. editum à Stapletono, cap. 68. *Supra semilotum calculorum ad instar arenæ maximæ emisit.*

LOTHERWIT. Rastallus: *Lothervvit, hoc est, quòd capiatis emendas ab ipsoqui corrumpit vestram nativam sine licentia vestra.* Vide *Lairvvit*.

LOWBOTE, *Emenda pro morte hominis occisi per cohortem*, in Glossario Saxon. exarato sub Edw. III Somnero Hloþ-bote, est compensatio damni turmæ dati.

LOYRUM, Esca, seu *plumatile lorum*, ut vocatur à Thuano, quo aves rapaces revocantur, ex Gallico *Leurre*, quod id *loro* religetur: unde accipitres & falcones *Oiseaux de leurre* dicuntur. Fridericus II. Imp. lib. 2 de Arte venandi, in Prologo: *Loyrum cum carnibus & sine carnibus, & alia cum quibus revocantur ad homines.* Vide *Lorra*.

LOYS, Species lapidis. Visitatio Thesaurariæ S Pauli Londinensis an. 1295. *Unum superaltare de Loys.* Idem videtur quod *litium*, de qua voce suprà

LUBRICUS, Impudicus, salax, Gall. *Lubrique* Joan. de S. Victore, de Adversitate prosperitatis c. 2. *Est enim velut meretrix --- quæ lubricos & infames quosque parasitos ad suum amorem --- allicit.* Papias: *Lubrica, lena, meretrix.* S. Hieronymus: *Dignitate per flagitia publica sublimentur, quos vulgò publicos appellant.* Sed leg. *buricos* contendit Cujacius lib. 11. observ. cap. 16. *Lubricamentum*, lubricitas, utitur Stephanus Africanus in Vita S. Amatoris n. 16.

LUBRUM, Papiæ, *Rasile lignum.* Vide *Interrasilis*.

LUCA. Decreta Stephani Regis Hungar. lib. 2. cap. 10. *Si quis in sexta feria ab omni Christianitate observata carnem manducaverit, per unam hebdomatam luca inclusus jejunet.* Ad marg. *tenebris*. fortè vox hæc carcerem sonat.

LUCANAR, *Fovea in luco*, Ugutioni.

LUCARIUS, Luci vel silvæ custos. Miracula S. Opportunæ n. 16. *Ecce ipsius silvæ custos, quem Lucarium vocant.*

LUCELLUS. Vide *Loculus*.

LUCENNA, *Æreorum armorum splendor*, Papiæ MS. Edit habet *lucerna*.

LUCERNA, Fenestra, sed propriè ea quæ in domus tecto est: *Lucarne*, in Consuetud. Remensi art. 379. Libertates concessæ urbi Barcinonensi à Petro Rege Arag. ann. 1283. MSS. *Est consuetudo in lucernis positis in pariete proprio vel communi illius qui lucem accipit per ipsas lucernas, si ipsæ lucernæ extiterint per 30. annos in pace, & continuè ipsæ lucernæ non possint claudi à parte adversa.* Adde caput sequens. Alibi: *In pariete proprio vel communi nemo debet facere fenestram vel lucernam.*

Lucerna boeta. Synodus Exoniensis ann. 1287. c. 12. ubi de Ministeriis sacris: *Campanella deferenda ad infirmos, & ad elevationem Corporis Christi: Lucerna boeta, campanellæ ad mortuos, &c.* Ubi *Lucerna boeta*, ea est, ni fallor, quæ in majori pyxide, fortè vitrea, quam *boëtam* nostri dicunt accensa includitur, ne dum in plateis effertur, extinguatur.

Lucernaria, eadem notione qua *Lucerna*. Gervasius Tilleberiensis MS. in Otiis Imperial. parte 1. *Eadem hora per fenestram domus ipsius civis in culmine patentem, quam Lucernariam Angli nominant, ad mensam coram uxore civis positam cutellus infigitur.*

Lucernæ, inter ministeria sacra Charta Gennadii Episcopi Astoricensis æræ 953. apud Anton. de *Tepes* tom. 4. *Vasa autem altaris calicem argenteum cum patena, & coronam, signum, crucem, & lucernam æream.* Occurrit ibi pluries, & in aliquot aliis tabulis Hispanicis apud eundem Scriptorem. Alia Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 9 0. ibid. tom. 4. *Ministeria Ecclesiæ --- coronas argenteas tres, ex quibus unam gemmis & auro comptam: Lucerna, id est, Turibulorum ex auro, cum sua offerturia, capsas argenteas, &c.* Vide *Absconsa*.

Lucernæ, Oculi Charta æræ 979. apud Anton. de *Tepes* in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5 *Inprimis sit à Domino maledictus, & --- arreptus à diabolo currat, & à fronte lucernis careat, Gisei lepra sit percussus, &c.* Occurrit crebrò hæc formula in Chartis Hispanicis.

LUCERNARIUM, Papiæ, *Candelabrum*: Ugutioni *Candelabrum quod sustinet lucernam.*

Lucernarium, Officium vespertinarum precum, quod vespere occaso sole peragi solet, quando scilicet accenduntur lucernæ. λυχναψίας, *Lucernarum accensio*, in Gloss. Gr. Lat. λυχνῶν ἁφαὶ, apud Herodotum lib. 7. Annam Comnenam non uno loco, Pachymerem lib. 8. cap. 25. lib. 10. c. 1. &c. Officium ipsum *Lucernarem horam* vocat Cassianus lib. 3. de Institut. c. 3. *Lucernariam devotionem*, Uranius Presbyter de obitu S. Paulini Episcopi Nolensis: *Lucernariam* nudè, Regula Magistri c. 34. 36. 41. 44. & 50. *Lucernarium* S. Augustinus in Regula Canonicor. S. Hieronymus ad Psalm. 119. Concilium Toletan. I. can. 9. Concilium Emeritense can. 2. Regula S. Aureliani Arelat. post c. 54. *de Ordine psallendi*, Regula Tarnatensis c. 9. Regula S. Isidori c. 7. Cyprianus & Messianus in Vita S. Cæsarii Arelat. &c. Λυχνικὸν Palladius in Hist. Lausiaca cap. 38. sexta Synodus c. 90. Hist. Miraculi S. Gregorii in puero Paphlagone, Euchology. Eustathius in Vita S. Eutychii P. CP. n. 93. 95. &c. Acclamationes populares in Concilio CP. sub Menna Act. 5. τὴν σύναξιν κηρύξοι, τὸ λυχνικὸν ἔσω ποιήσοι. Infrà: τὸ μὲν οὖν λυχνικὸν τῷ σαββάτῳ ἑσπέραν ἐν τῷ ἁγίῳ ... τῆς ἁγίας Θεοτόκου ποιούμεθα. λυχνικὴ ὑμνολογία, dicitur in Martyrio Bacchi junioris p. 68. Vide Clementem lib. 8.

lib. 8. c. 36. 37. De *Lucernario* egere pluribus Durandus l. 3. de Ritibus Ecclesiæ, Baronius ann. 51. n. 70. Gizæus ad Cassianum, Usserius ad Symbolum Apostol. Menardus ad Concordiam Regular. & alii: Vide præterea Notas nostras ad Alexiadem pag. 342.

Lucernarium, alia notione in Bulla Benedicti IX. PP. an. 1033. in Ital sacra pag. 119. *Et inde per limitem, & per viam, & Lucernaria quæ sunt in eodem limite.*

LUCEUS, *Luteus*, *Lutius*, Piscis quem *Lucium* Latini vocant, apud Michaëlem Scotum lib. 4. Mensæ Philosophicæ c. 6. 28. 31.

LUCIBRUM, Gall. *Lumiere ou chandelle à veiller de nuit, ou Chouloil, ou Engasse, Britanicè Creuseul.* Ita Catholicon Armoricum.

LUCIDARIUS, *sive Elucidarius, liber in quo multa e cidantur.* Jo. de Janua & Ugutio.

LUCIFICARE, Lucem facere, illustrare. Vett. Glossæ apud Vossium: *Lucifico*, φωτίζω.

LUCINA. Diurnus Romanus cap. 7. num. 17. *Sed dispensator qui pro tempore fuerit, in eadem venerabili diaconia, id est quando Lucina perficitur, in eadem diaconia pro remissione peccatorum nostrorum omnes diaconites & pauperes Christi, qui ibidem conveniunt. Kyrie eleison exclamare studeant.* Ubi fortè leg. *Litania*: vel potiùs *Lucerna*, aut *Lucernarium*, officium scilicet vespertinum, de quo supra: nisi *Lucina* idem sonet. *Luctivagus*, *mœstus*, *luctuosus*. Stephanus Africanus in Vita S. Amatoris num. 31. *Ibi profectò Luctivagæ voces emittendæ sunt, ubi meliori deterior fuerit successurus.*

LUCINIUM. Glossarium Camberonense: *Lucinium dicitur illud quod de licinio candelæ ardentis in fumo extinguitur.* Vide *Licinus.*

LUCIUS, *Lucialis*, Κενεών, apud veterem Interpret. Moschionis cap. 41. Imus venter.

LUCRARI. *Lucrabiles terræ.* Vide *Gagnagium.*

LUCTATORIUM, *Ubi luctatores meditant*, ut est in Gl. Arabico-Lat. Leg. fortè *peditant.*

LUCUBLANDUS, i. *Lucens blandè*, Jo. de Janua.

LUCULENSIS *moneta*, apud Albertum Aquens. lib. 3, cap. 52. quam *Lucensem* vocat lib. 4. cap. 34. & lib. 8. cap. 21. ut & Raimundus *de Agiles* p. 165. *Lucæ* nempe in Italia urbis notissimæ.

LUDARIUS. Vita S. Aidani Episc. Fernensis in Hibernia n. 26. *Quidam leprosus petiit ab eo eleemosynam, tunc Rex Ludarium calvum & fulvum dedit in eleemosynam.* Occurrit ibi iterum. Osullevanus *vervecem* interpretatur.

LUDAS, *Perjurus*, in Legibus Hungaricis. Sambucus.

LUDIARIA *vestis*, *Histrionica tunica.* Ita emendat Salmasius in Glossis Isid. At Pithœanæ, *vestis ludiaria, histrionica, levis.* Vide eundem Salmasium ad Hist. Aug. p. 278.

LUDICES, *Meretrices*: in Gloss. Isid. Glossæ antiquæ MSS. *Ludices*, *sagos.*

LUDIMENTUM. Gloss. Gr. Lat. παίγνιον, *lusorium, hic ludus, hic lusus, ludibrium, ludimentum.* Infrà: παίζω τὸ παίγνιον, *lusus, hoc ludimentum.*

LUDICRA, τὰ παίγνια, *Jocalia, Joyaux.* Lambertus Ardensis: *Bellica arma, & equum, canes, & volucres, & quæcunque ludicra habebat sæcularia, erogavit.* Testamentum Philippi Augusti: *Item donamus & legamus Abbatiæ S. Dionysii, in qua sepulturam elegimus, omnia ludicra nostra, cum lapidibus pretiosis, &c.* Martyrolog. S. Evodii Brenensis in Hist. Drocensi p. 307. *Dedit etiam nobis in aliis ludicribus valens circiter 40 libr. Turon.*

LUDIS. Vetus Charta apud Ughell. to. 5. p. 153S. *Ecclesia beati Petri quæ ponitur inter duos ludes.* Infrà: *Casa terrina, subucelas 2. & pergula inter duos ludes.*

LUDUS, pro *ludius*, usurpatum, docet pluribus Salmasius ad Historiam Aug. p. 328.

Ludus puerorum. Chronicon Montis-Sereni an. 1137 *Accidit ut in ludo, qui vocatur puerorum, cui ipse interesset, puer quidam conculcatus moreretur, &c.*

Ludus partitus. Vide *Jocus partitus.*

Ludi de Rege & Regina. Synodus Wigorniensis an. 1240. c. 38. *Prohibemus etiam Clericis ne intersint ludis inhonestis, vel choreis, vel ludant ad aleas vel taxillos: nec sustineant ludos fieri de Rege & Regina, nec arietes levari, nec palæstras publicas fieri.* Videtur innui ludus quem vulgo *Chartarum* dicimus, siquidem ea ætate notus fuerit.

Quod in dubium jure venire potest, cum in quodam Caroli Regis Franciæ Statuto 23. Maji an. 1369. quod descriptum legitur in libro rubeo Castelleti Parisiensis fol. 87. inhibeantur ludi omnes, præterquam ii, qui armorum exercitiis inserviunt, in quibus recensentur duntaxat *tous jeus de dez, de tables, de paume, de quilles, de palet, de soule, de billes, & tous autres jeux, qui ne cheent point à exercer ne habiliter nos sujets à fait d'armes à la defense de nostre Royaume, &c.*

LUGDUS, Sacer ignis. Math. Paris an. 1249. *Ipsemet Fredericus (Imp.) percussus est morbo, qui dicitur Lugdus, vel sacer ignis.*

LUGIUM, Luctus, à *Lugeo.* Commodianus Instr. 29

Ad luitur ibi pœna spiritalis æterna,

Lugia sunt semper, permoreris in illa &c.

LUGOSITAS, Luctus. Petrus de Vineis l. 4. Ep. 4 *Lugubrem filii tui casum vulgaris famæ fortassis lugositate præcognitum, --- infesto tibi stylo describimus.*

LUI, pro ipse, ille: ex quo hodie manet apud nos eadem notione. Marculfus l. 1. form. 20. *Dum divisio, vel exæquatio inter illam & illum, seu consortes eorum, de alode lui aut de agro illo celebrari debet, &c.* Form. 21. *Memoratus ille vir omnes causas lui, ubicunque prosequi vel admallare deberet, &c.* Form. 26. *Nunc ad nostram veniatis præsentiam, ipsi lui ad hoc dandum responsum.* Form. 35. *Vel ab antecessoribus Abbatibus, seu & à domno lui ibidem est legaliter adquisitum, &c.* Ita lib. 2. Form. 1. Formulæ vett. c 17. 19. 21. 32. 51.

LUITRINUM, Lectrum, nostris, *Lutrin.* in Testamento Heccardi Augustod. Comitis. Vide *Brusdus.*

LULLARDUS. Vide *Lollardus.*

LUMBARE, *Lumbatorium.* Isidorus lib. 19. c. 22. *Lumbare vocatur, quòd lumbis religetur, vel quòd lumbis hæreat. Hoc in Ægypto & Syria non tantùm feminæ, sed & viri utuntur. Unde & Hieremias (cap. 23.) trans Euphratem tulit lumbare suum, &c.* Hoc à quibusdam *Renale* dicitur quòd renibus alligetur. Papias: *Lumbare bracamodicæ. Lumbaterium, Coxale.* Ugutio: *Lumbare & lumbar cingulum circa lumbum, quòd lumbis religetur, vel quòd lumbum cohibeat, quod dicitur Coxale.* Idem: *Campestria alio nomine dicuntur lumbaria, succinctoria, & perizomata.* Glossæ Isidori: *Lumbar, coxale.* Perperam editum *L'mbar.* Eædem Glossæ: *Lumbare, subligar. Lumbones, cingula circa lumbos.* Brito in Vocab. *Lumbare, cingulum lumborum.* Ælfridus: *Lumbare vel Renale,* LenDenTiC Neap, i. *Lumbo & lateri assuta vestis.* Gl. Græc. Lat. περίζωμα, *Cinctum, lombare, ventrale.* Ditmarus lib. 7. *Rex prædictus habuit lumbare venereum, innatæ fragilitatis majus augmentum.* Petrus Blef. Epist. 66. *De zona aurea, & lumbari serico, & samito, &c.* Joann. Monachus lib. 1. Hist. Gaufredi Ducis Norman. pag. 101. *Extracta Gerardus de lumbari suo clave parvula, scrinium quo ejus scripta servabantur, reserat.* Anonymus in Vita S. Cuthberti Episc. l. 2. n. 3. *Appropinquans ad mare ingressus est usque ad lumbare in mediis fluctibus.* Occurrit præterea in Statutis Ordinis Carthusiensis to. 1. Monast. Anglic. p. 954. apud Guigonem in Statutis ejusdem Ordinis cap. 28. §. 1. c. 46. §. 1. cap. 57. §. 1. in Statut. antiq. 2. part. c. 16. §. 2. 3. part. c. 10. §. 16. c. 11. §. 1. c. 23. §. 1. & Saxonem Gramaticum lib. 6. apud Mathæum Paris an. 1234. p. 277. bis, &c.

LUMBI, Pernæ porcorum. Charta Raimundi Comitis S. Ægidii an. 1164. ex Tabulario Cluniacensi: *In leda de mercato medietas erit mea, & medietas illorum, excepta leda lumborum & linguarum, & excepta leda ubiarum, &c.* Charta alia sub Philippo I. Rege, apud Gariellum in Episcopus Magalon. p. 90. *Sexteyralitium, lumbos, & quintalem, --- ita dedit, &c.* Vide *Frisinga.*

LUMENTUM, *Vitrum.* Papiæ.

LUMERIA. Vide in *Pavenses.*

LUMINARIA, φωταγωγοὶ, in Gloss. Gr. Lat. Candelæ, lucernæ Ecclesiarum, in Legibus Wisigoth. lib. 12. tit. 1. §. 3. in Lege Longob. lib. 3. tit. 3. §. 3. in Capit. Carol. M. lib. 5. c. 71. lib. 6. c. 191. & alibi passim. *Oleum ad luminaria concinnanda*, Exodi cap. 25. & 35. Sed & nescio, an à paganis luminum & cereorum in Ecclesiis usum, ut pleraque alia, acceperint Christiani. S. Hieronym. in cap. 57. Esaiæ: *Ipsaque Roma orbis domina in singulis, domibusque, Tutelæ simulacrum cereis venerans ac lucernis, quam ad tuitionem ædium isto appellant nomine, ut tam intrantes quàm exeuntes domus suas inoliti semper commoneantur errore.*

Luminaria arboribus facere. Vide *Arbor.*

Luminaria, Preces lucernales, seu *Lucernarium*, apud Rufin. lib. 2. de Vit. Patr. n. 5.

Luminaria, Ecclesiarum, uti vocant, fabricæ, seu Ecclesiasticorum æditiorum & matriculariorum fisci. Nam *Luminiers*, in Consuet. Arvern. cap. 2. art. 7. cap. 22. art. 16. dicuntur Matricularii, Procuratores Fabricarum, Syndici: quòd penes eos *luminarium concinnandorum* cura esset. Charta vetus apud Guesnaium in Annalibus Massiliensib. p. 335. *Ego --- concedo Deo & luminariæ B. Mariæ de Puilobier --- quandam ferraginem meam, &c.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 71. *Quidquid ipse & sui in dicta silva cum terra pertinente habebat vel habere debuerat, ad luminariam Ecclesiæ de Paredo, pro remedio animæ suæ dedit.* Tabularium Conchensis Monasterii in Ruthenis ch. 83. *Dant in quolibet anno 60. solidos Ruthenenses, de quibus habeat Abbas 20. solidos, & ad luminariam sint alii 20. &c.* Nata porro vox, quòd dos quæ Ecclesiæ confertur, *ad usum luminarium & ministrorum facta* dicatur. Vide vet. Chartam editam à V. Cl. Jacobo Petito post Pœnitentiale Theodori p. 383. De usu verò primario *luminarium* in Ecclesiis quædam attigit idem Petitus, in Notis ad eundem Theodorum p. 134.

LUNA *incensa*, Plenilunium. Cyrillus Alexandrinus Patr. in Epist. de Paschate apud Bucherium: *Communem annum facitis de embolismo, dum observatis Lunam incensam in 3. Nonas Martias juxta regularem Latinorum, &c.* Vide HRabanum lib. de Computo cap. 83.

Lunam clamoribus invocare, superstitio vetus damnata à Christianis: de qua Juvenalis Sat. 6.

——— *Jam nemo tubas, nemo æra fatiget,*
Una laboranti poterit succurrere lunæ.

Ubi vetus Interpres: *Sonitum fieri adsolet, quando Luna deficit.* V. Schol. Theocriti Idyll. 2. v. 36. Turnebum l. 22. Adverſ. c. 24. & lib. 18. cap. 24. Meursium ad eundem Theocrit. Scaligerum ad Manilium lib. 1. &c. Hinc *Lunæ labores* pro eclipsi. Hist. Archiepiscopor. Eboracensium:

Ast alios fecit præfatus nosse magister
Harmoniam cæli, Solis Lunæque labores.

Pirminius Abbas in Excerpt. de libris Canon. *Luna, quando obscuratur, nolite clamores emittere.* Pœnitentiale MS. Thuanum: *Si observasti traditiones paganorum, quas quasi hæreditario jure, diabolo subministrante, usque in hos dies patres filiis reliquerunt, id est, ut elementa, colores, Lunam, Solem, aut stellarum cursum, novam Lunam, aut defectum Lunæ, ut tuis clamoribus, aut auxilio, splendorem ejus restaurare valeres, &c.* S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii c. 15. *Nullus si quando Luna obscuratur vociferare præsumat, quia Deo jubente certis temporibus obscuratur.*

Lunam prænuntiare, Statuta Ordinis Præmonstrat. dist. 2. cap. 5. *Extra verò* (Ecclesiam) *nusquam præsumat* (Cantor) *nisi in Capitulo lunam & breve pronuntiantes pronunciare.*

LUNARIS, Modus agri, quantum quis arare potest per mensem Lunarem. Charta Hervei Episcopi Augustod. Ind. 9. an. 24. post obitum domni Odonis quondam Regis regnante Karolo glorioso Rege; in Tabul. ejusd. Eccl. *Sunt autem hæ ipsæ res sitæ in Comitatu Belnensi, in villa quæ dicitur Grandis-Campus, mansus videlicet unus, & lunares juxta æstimationem inquirentium quinque.*

Lunaticum, eadem notione. Charta ex Archivo Abbatiæ Abundantiæ in Biblioth. Sebusiana Cent. 1. cap. 40. *Donat Robertus Comes de aloto suo, hoc est, terram dominatam in pago Genevensi, & in villa de Peloniaco cum decimis, quam Canonici tenent, de Peloniaco mansos 12. & in Rumblatis mansum 1. & lunaticum unum, &c.* Infrà: *Decimam de uno lunatico, &c.*

LUNARITER, Per menses lunares, quibus utuntur Arabes & Saraceni S. Eulogius lib. 1. Memorialis Sanctor. *Et quod lunariter solvimus cum gravi mœrore tributum.* Leovigildus Cordub. *Aut quem inquisitio vel census vel vectigalis quod omni lunari mense pro Christi nomine solvere cogimur.* Idem Eulogius lib. 3. c. 5. de Mahumeto Arabum Hispanorum Principe: *Hic idem in auditu cupiditatum facibus ardens, militum annonas demutilat, tribunorum coarctat donaria, lunaremque præmiorum discursum imminuit.* Leovigildus Cordubensis Presbyter lib. de Habitu Clericorum: *Quæ inquisitio, vel census, vel vectigalis, quod omni lunari mense Christi nomine solvere cogitur, retinuerit*, &c.

LUNATICUM. Vide *Lunaris.*

LUNATICUS, σεληνιαζόμενος, Matthæo c. 4. 24. & Cæsario Dial. 2. cap. 112. ἐπιληπτικὸς, aliis. Math. Silvaticus: *Lunaticus, Epilepticus.* Apuleius lib. de Herbar. virtut. c. 9. *Ad lunaticos qui cursum Lunæ patiuntur.* Brito in Vocab. *Epilepsia fit ex melancholico humore quoties exuberavit, ad cerebrum reversus fuerit. Hac passio caduca dicitur, eo quòd cadens æger spasmos patiatur. Hos etiam lunaticos vulgus vocat, quòd per Lunæ cursum comitentur hos insidiæ dæmonum.* Ebrardus Betun. in Græcismo c. 13.

Dicitur à Luna Lunaticus hac ratione,
Quòd certis temporibus mensis fuerit ille.
Ast Lymphaticus est, cerebrum cujus malus humor
Turbat & illidit, sed non sub tempore certo.
Est Energumenus quem dæmon possidet unus.
Sunt Arreptici vexati dæmone multo.
Is Maniticus est qui se perimit sine causa.

Odo Cluniac. lib. 4. de Vita S. Geraldi cap. 3. *Ancillæ cujusdam viri Lamberti lunatica per somnium monita est.* Constantinus Presbyter lib. 2. Vitæ S. Germani Episcopi Autisiodor. *Hujusmodi dæmonio vexabatur, quod per menstruum tempus redeuntibus incrementis lunaribus, captivos suos caduca allisione prosternit.* Alexander Iatrosoph. lib. 1. Passion. *Cum servus ejus lunaticus coram eo cecidisset.* Occurrit non semel apud Firmicum lib. 3. cap. 3. 5. 6 lib. 4. cap. 1. 2. &c. Vide Cæsarium in Quæstionibus Theologicis quæst. 50. Silvestrum Girald. in Topogr. Hiberniæ distinct. 2. c. 3. Seorsum ad Homil. 23. Theophanis Ceramei, Nic. Fullerum lib. 2. Miscell. sacr. c. 17. & Turnebum l. 11. Adverſ. cap. 5.

Lunaticus, Stultus, demens. Rupertus l. 8. de Divin. offic. cap. 4. *Etiamsi lunaticus sit, id est, stultus: stultus quippe ut Luna mutatur.* Hoc sensu *mulier lunatica*, dicitur apud Gauterium Cancellar. de Bellis Antioch. p. 451. Existimabant quippe olim veteres Lunam dementes aut dæmoniacos facere. S. Audoënus l. 2. Vitæ S. Eligii cap. 15. *Deus ad hoc Lunam fecit, ut tempora designet, & noctium tenebras temperet, non ut alicujus opus impediat, aut dementem faciat hominem, sicut stulti putant, qui à dæmonibus invasos à Luna pati arbitrantur.* Quod spectant

ſpectant, quæ habentur in Conſultatione Zachæi & Apollonii lib. 1. cap. 30. *A quibusdam* (dæmonibus) *ſub incremento Lunæ augetur inſania, & tanquam de plenitudine luminis captorum labes veniat, ſub quadam mali dimenſione aut exaggeratur, aut incipit,*

LUNATIM, per menſes. Alvarus in Vita S. Eulogii: *Dum inter cæteros palatinum lunatim manſionis ſervitium ageret.*

LUNATIONES, Dies Lunæ: Gall. *Lunaiſons*. Concilium Colonienſe an. 1260. cap. 7. *Item rarò vel nunquam in Capitulo ipſo legi lunationes menſium; aut Kalendas, ſeu obitus fidelium, &c.*

LUNCHUS, Lancea, haſta, ex Gr. λόγχ☉, vel λόγχη. Tertullianus de Corona militis: *Incumbens & requieſcens ſuper luncho, quo perfoſſum eſt latus Chriſti.*

LUNDA, Ponderis genus apud Anglos, in Fleta lib. 2. c. 12. §. 7. *Lunda anguillarum conſtat ex 10. ſtikis --- Lunda pellium continet 2. timbria, &c.*

LUNULA. Ephemerides S. Galli prid. Kl. Dec. *Dat Hoſpitarius 10. fercula -- & in veſtera ſtoupum, lunulas, & oblatas de Linkinvviller.* Ubi *lunulæ* videntur dici fermentati orbes, S. Paulino Epiſt. 3. p. 46.

Lunulæ. Iſidoro lib. 19. c. 31. *Sunt ornamenta mulierum in ſimilitudinem lunæ, bullulæ aureæ dependentes.* quæ hauſit ab Hieronymo in cap. 3. Iſaiæ. Aldelmus de Laudibus virginitatis: *Crepundia collo gemmiferis lunulis pendentia.* Occurrunt hac notione Iſaiæ cap. 3. ubi Gr. μηνίσκοι, apud Tertull. de Cultu femin. S. Cyprianum, in Vita 1. S. Brigidæ virginis n. 103. in Monaſtico Ciſtercienſi p. 354. &c.

LUPÆ, Latinis aliquot Scriptoribus puellæ dictæ quæ pecorum paſtui invigilant, ut quæ, inquit Auctor Chronici Alexandrini p. 268. & Cedrenus, cum lupis in montibus vitam exigant. Prudentius lib. 1. in Symmach.

Scortator nimius, multaque libidine ſuetus,
Ruſticulas vexare lupas.

Aliàs *Lupæ* meretrices dicuntur. Vide Joannem Priceum ad Apolog. Apuleii. Sed incertum cur in eodem Chronico Alexandrino p. 784. dicatur à Juſtiniano inſcripta Tabula Hypatii, qui tyrannidem arripuerat, tumulo, cum hiſce verbis: ἐνθάδε καλάκειται ὁ βασιλεὺς λύπτας.

LUPANÆ *feminæ*, Lupæ, meretrices, lupanarium ſectatrices. Commodianus Inſtr. 59.

In feminas congruit cultura lupanas:

Martialis lib. 1. Epigr. 35.

Abſcondunt ſpurcas hæc monumenta lupas.

LUPANATUM, *Molinellum lupati*, Ugutioni.

LUPARIUS, Ugutioni, eſt *canis, qui lupum proſequitur, & ad hoc officium eſt præcipuus.* Gloſſ. Lat. Gall. *Luparius, Chien à chaſſer le loup,*

Luparius, qui lupos venatur. Servius ad l. 1. Georg. *Conſtat luparios carnibus tinctis veneno lupos necare.* Nos *Luparios* ſeu *Louvetiers*, perinde appellamus, qui lupos ex inſtituto, vel ex indicto officio inſectantur ac venantur. Galliam enim à luporum homines avidè devorantium incurſionibus *fœdè olim vexatam tradunt* Annales Francor. Bertiniani an. 846. Frotharius Tullenſis Epiſt. 20. 26. Odilo Abb. Cluniac. in Vita S. Majoli in Bibl. Cluniac. p. 290. Vincentius Belvac. lib 29. cap. 16. &c. ut Germaniam, Chronicon Hildenſheimenſe an. 1119. ac Italiam ſub Rege Berengario Chronicon Novalicenſe, to. 3. Hiſt. Francor. p. 638. Quod quidem accidiſſe arbitror ex vaſtitate quam Septentrionales gentes in Europam crebis ſubinde incurſibus intulerant: qui quidem ut omninò delerentur, non ſemel ſubditis ſuis præcepere Regis noſtri, ut eos inſectarentur ac venarentur. Nam præter quod habetur in Lege Burgund. tit. 46. ita Capitulare de Villis cap. 69. *De lupis omni tempore nobis annuntient, quantos unusquisque comprehenderit, & ipſas pelles nobis præſentare faciant: & in menſe illos Maio lupellos perquirant, & comprehendant tam cum pulvere & hamis, quàm cum foſſis & canibus.* Capitulare 2. ann. 813. c. 8. *Ut Vicarii luparios habeant unusquisque in ſuo miniſterio duos, & ipſæ pelles luporum ad noſtrum opus dentur.* Ex pellibus lupinis quippe conficiebantur tunicæ, perinde ac lutrinis. Hinc cognomentum *Pel-de leu*, inditum Radulfo cuidam nobili apud Albertum Aquenſem lib. 2. cap. 9. de quo quædam à nobis obſervata ad Alexiadem p. 240. quòd ſcil. tunica lupina indutus eſſet. Landulfus de S. Paulo in Chron. Mediolanenſi c. 10. *Suamque lupi tunicam* pelles pro lignis pignoravit.* Ejusmodi ferè imperantur ſervientibus lupariis, (*aux Sergeans Louvetiers*) in Statutis de Foreſtis an. 1597. art. 37. & an. 1601. art. 7.

Sed & propoſita iis præmia, à quibus caperentur, docent Computa Ballivorum Franciæ, in quibus fit ratio expenſi *pro lupis & lupellis captis per balliam*, ut præ cæteris Computa de termino Aſcenſionis an. 1305. & 1306. Diarium Theſauri an. 1297. *Lupelli 12. 60. ſol. per compotum ſuper Regem*; ubi etiam *vadia lupariorum* recenſentur. Diarium an. 1312. *Petrus le Mengnicier pro 4. lupellis captis per eum in foreſta Halatæ, & redditis vivis in Camera Denariorum tunc ibidem 20. ſol.* Vide Statuta Mediolan. 2. part. cap. 448. & Joan. Stiernhookium lib. 2. de Jure Sueonum vetuſto cap. 8.

Inſtituti deinde *Luparii* in ſingulis foreſtis: legi quippe Chartam originalem Nicolai *Choiſeul* an. 1331. ubi inſcribitur *Chaceleu noſtre Sire le Roy en ſa fôreſt de Breval.* Sed maximè in ſingulis provinciis, appellatique *Luparii, Louvetiers*, vel *Louviers*, uti nuncupantur in Conſuetudine Hannonienſi cap. 99. ubi eorum officium & jura deſcribuntur. His præeſt Magnus Franciæ Luparius, *le Grand Louvetier de France*; qua dignitate cohoneſtari ſolent magnates, ut Lupariorum in provinciis viri etiam nobiles.

In Anglia verò nullos eſſe lupos aiunt, ex quo deleti ſunt ab Edgaro Rege, ut auctor eſt Willelmus Malmesburienſis lib. 2. cap. 8. *Quomodo enim auſus hominum præteriret, qui etiam omnis generis feras ſanguinis avidas ex Regno exterminare cogitaret, Ludvvaloque Regi Wallenſium edictum impoſuerit, ut ſibi quotannis tributum trecentorum luporum penſitaret, quod cum tribus annis feciſſet, quarto deſtitit, nullum ſe ulteriùs poſſe invenire profeſſus.* Id Ethelſtano Regi videtur adſcribere Hiſtoria fundationis Hoſpitalis S. Leonardi infra civitatem Eboracenſem to. 2. Monaſtic. Anglic. p. 368. Exinde, ſubdit Forteſcutus de Laudib. Legum Angliæ cap. 29. ut & Camdenus in Ordovicibus, numeroſi ovium greges in Angliæ montibus errant, à luporum periculo ſecuri. Extitiſſe tamen lupos in Anglia longè poſt Edgarum, ex legibus Henrici I. art. 90. arguitur:

LUPATRIA, Lupa, meretrix. Fragmentum Petronii: *Ipſe neſcit quid habeat, adeo ſaplutus eſt. Sed hæc lupatria providet omnia.*

LUPACES, Luporum inſtar rapaces, crudeles. Anaſtaſius de Exilio S. Martini: *Erant enim primi ingredientes* (teſtes) *nomine quidem milites, lupaces autem & beſtiales ſententia.*

LUPIFERI, à Petro Diac. lib. 4. Chr. Caſin. c. 37. (al. 39.) inter vexillarios Eccleſiæ Romanæ recenſentur: *Aquiliferos, Leoniferos, Lupiferos, Draconarios, &c.* Luporum figuras inter Romanorum vexilla militaria delatas pridem annotavit Plinius lib. 10. cap. 4.

LUPUS, Harpagonis ſpecies, *quo arietes avertuntur aut ſuſpenduntur, ita ut impetum non habeant feriendi*, Vegetio lib. 2. c. 25. lib. 4. c. 23. ſic dictus quòd velut *Lupus* dentes ferreos exerat, arietemque apprehendat. Deſcribitur etiam à Procopio lib. 1. de Bello Gotthico cap. 21. Extr. Diverſa videtur machina ab ea quæ

Lupus belli appellatur à Math. Weſtmonaſter. an. 1304. *Juſſit Rex arietem fabricari, quem Græci Nicontam vocant,*

vocant, quasi vincentem omnia, & Lupum belli. Verùm aries indecens & incompositus parum aut nihil profuit: Lupus autem belli, minùs sumptuosus inclusis plus nocuit. Ubi per *Lupum belli*, nî fallor, expressit Gallicum *Louvel*, id est, *Lupulus*. Vide Procopium lib. 1. Gothic. c. 21.

Lupum proclamare. Thwroczius in Alberto Rege Hungar. c. 27. *Hungari verò ex longa campestralis hospitii mora tædio affecti, — lupo juxta antiquam ipsorum consuetudinem proclamato, invito Rege sparsim & confusè relictis regiis Castris recedentes abierunt.* Nos diceremus *Crier au Loup*, quod facere solent, qui fugam alicui suadere volunt.

Lupinum caput gerere. Vide *Caput.*

Lupa cervalis. Glossæ MSS. *Linx, lupa cervalis, quæ fertur dormiendo videre.*

LURDUS: Ital. *Lordo*, spurcus, impurus, immundus: vel potiùs stolidus, quomodo nos Lourdaut dicimus. Landulfus de S. Paulo in Chron. Mediolan. cap. 1. *Armanus autem ille in tanta perturbatione, in Ecclesia S. Ambrosii ait, populo suo congregato: Vobis fiet, prout proverbium dicit: Populo stulto, Episcopus Lurdus.* Vide *Lordicare.*

LURICULA. Vide *Lorica.*

LUSA *diabolica.* Capit. Caroli M. lib. 6. c. 196. *Illas verò balationes & saltationes, canticaque turpia ac luxuriosa, & illa lusa diabolica non faciat.*

LUSCUS, Strabus, nostris, *Lousche.* Vet. Gloss. στραβὸς, *strabus luscus.* Althelmus de Laude Virginum c. 24.

> *Mutos & mancos, claudos surdosque repertos,*
> *Luscos ac strabos, qui torta luce fruuntur.*

Ita quidem sequiore Latio: at purioribus Latinis *luscus* dicitur, qui altero privatus est oculo, Martiali lib. 3. Epigr. 8. lib. 4. Epigr. 65. lib. 9. Epigr. 59. & aliis sine numero. Sic qui apud Ammianum lib. 20. *Arimaspi homines lusci*, apud Solinum *gens unocula dicuntur.* Gloss. Græc. Lat. μονόφθαλμος, *Luscus.* μονόφθαλμον ποιῶ, *Elusco.* Alibi: ἐκτυφλῶ, *Excæco, obcæco, elusco.* Vetus interpres Juvenalis ad illud Sat. 3. v. 128.

> — *Et statua meditatur prælia lusca.*

Cujus oculus introrsus cedit, id est, cujus oculus alter non videtur. Vita S. Valarici Abb. Leuconaënsis cap. 24. *Sed tamen oculum quidem amisit, & luscus per tempora vixit.* Chronicon Montis-Sereni an. 1137. *Gerardus, licèt luscus, plures libros ipsi Ecclesiæ scripsit.*

LUSHBOROW, & *Lushburne*, vilius monetæ genus, quod in partibus transmarinis ad similitudinem Anglicanæ effictum ævo Edwardi III. hic distrahebatur, quodque Statuto 5. anni ejusdem Regis est prohibitum. Knyghton an. 1347. *Eodem anno defertur in Angliam per alienigenas & indigenas mercatores falsa moneta, quæ Lushburne appellata est: unde apud Londonias multi mercatores & alii plures sunt tracti & suspensi.* Chaucerus *Lusheburghs* habet in Præludio Hospitis ad Fabellam Monachi.

LUSORES, *Falsi testes*, in Glossis antiquis MSS. & apud Papiam.

LUSORIÆ vel *Lusuriæ*, Navigiorum bellicorum species, quæ in fluviis majoribus, qua Romanorum fines disterminabant, discurrebant ad limitum custodiam: quæ ita appellata volunt; vel quòd in fluviis *luderent*, seu discurrerent, vel quòd ex eorum navigiorum genere essent, quibus utebantur ad delicias, ludos, lasciviamque & luxuriam. *Lusoriarum Danubii* mentio est apud Vegetium lib. 4. cap. ult. & in tit. Cod. Th. de Lusoriis Danubii: *Rheni Lusoriarum*, apud Ammian. lib. 18. pag. 125. & Vopiscum in Bonoso: *Mosæ Lusoriarum*, apud eundem Ammianum lib. 17. pag. 97. denique *Lusoriarum per Orientem*, in Nov. Theodosii de Ambitu, de quibus omnibus copiosè egit Jacobus Gothofredus ad d. tit. de Lusoriis Danubii. Adde Petr. Pithœum lib. 1. Adversar. cap. 14. Salmasium in Notis ad Hist. Aug. pag. 382. 475. & de Jure Attico pag. 740. 751. & alios.

LUSORIUM, Theatrum, sedes ludorum, ubi ludi fiunt. Salvianus lib. 6. de Gubern. Dei: *Longum est nunc dicere de omnibus, amphitheatris scilicet, odeis, lusoriis, pompis, athletis, petaminariis, &c.* Hujus vocis mentio est apud Lampridium in Heliogabalo, in Descript. CP. apud vet. interpretem Juvenal. Sat. 4. & Lactantium. Vide Constantinopolim nostram Christianam.

LUSTER. S. Eulogius lib. 2. Memorial. SS. cap. 11. *Confini vici Lejulensis, qui à Corduba distat quinque milliarios lustros.* Ubi Ambrosius Moralis, *viginti milliaria* minui ait.

LUSTICIUM. Vita 2. S. Carthaci Episc. n. 35. *Cum 30. vaccis & tauro, & duobus armentariis, & cum duobus Lustisiis & vasis ad Civitatem Raithin perrexit.* An *Justitiis*, seu vasis vinariis, de quibus infrà, an vero vox Hibernis peculiaris, incertum?

LUSUM, *Lusus*, *Ludus*, Pirminius Abbas in Excerpt. ex libris Canonic. *Nec in nullo loco ballationes, cantationes, & saltationes, jocos & lusa diabolica facere non præsumat.* Suprà: *Viri vestes femineas, feminæ vestes viriles in ipsis Kalendis, vel in alia lusa quam plurima nolite vestire.*

LUSTRUS, *Frater mariti.* Gloss. Arabico-Lat.

LUSUS, *Frater mariti*, Papiæ, & Glossis antiquis MSS.

LUTER. S. Eucherius: *Luteres, in Regnorum, conchæ, vel canthari aquarii.* Will. Brittoni in Vocab. dicitur concha, vel cantharus. Sic etiam ferme Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. ex Græco λουτὴρ, quo vocabulo *baptisterium* intelligit Anonymus in Descript. S. Sophiæ Hist. Miscella in Rhinotmeto ann. 10. *Multitudo vero civitatis tumultuata ad Luterem Ecclesiæ congregata est.* Ubi Theophanes λουτῆρα habet. Vide Reg. 3. cap. 7. & lib. 4. cap. 16.

LUTER, *Lutra*, animal amphibium, quod κύνα ποτάμιον vocant Ælianus & Aetius: Galli *Loutre.* Walafridus Strabus lib. 1. de Vita S. Galli cap. 28. *Viderunt piscem magnum in aquæ collectione natantem, duosque illum insequi lutros, &c.* *Lutra*, Plinio, & aliis. Beda in Vita S. Cuthberti Episc. n. 18. *Venere de profundo maris quadrupeda, quæ vulgò lutræ vocantur.* Epist. 89. inter eas, quæ sub Bonifacii Archiep. Moguntini nomine editæ sunt: *Gunnam de pellibus lutrarum tuæ fraternitati misi.* Occurrit etiam apud Fridericum lib. 1. de Arte venandi cap. 7. Vide Fullerum lib. 1. Miscell. sacror. cap. 18. & Brunsfeldium in voce *Fiber.* *Roccus martrinus & lutrinus*, in Capitulari ann. 808. c. 5. Vita Caroli M. *Ex pellibus lutrinis thorace confecto humeros ac pectus hieme muniebat.* *Loutriers* dicti in Consuetud. Hannon. cap. 100. qui lutras venantur.

LUTHERIUM, Straguli lectarii species, nostris *Lodier* vel *Loudier.* Ordericus Vital. lib. 4. pag. 539. *Guthlacus lutherio melotinæ, in quo solebat orare, ipsum circumdedit.* Eadem habentur in Vita ejusdem Sancti cap. 31.

LUTUM, Hispanis *Tapia*, nostris *Muraille de terre*, *Cloison de mortier.* Epitaphium Adelfonsi V. Regis Hispan. in Monasterio & Ecclesia Pinnatensi: *Hic jacet Rex Adelfonsus, qui populavit Legionem, post destructionem Almancor, & dedit ei bonos foros, & fecit Ecclesiam hanc de luto & latere, — obiit era 1065. &c.* Alia Inscriptio ibidem: *Hic, quam cernis, aulam S. Joannis Baptistæ olim fuit luteam, quam nuper excellentissimus Fredenandus Rex & Sanctia Regina ædificarunt lapideam, &c.* Epitaphium ejusdem Ferdinandi

nandi Magni æræ 1103. *Et fecit Ecclesiam hanc lapideam, quæ olim fuerat lutea.* Adde Inscriptionem aliam apud Ambrosium Moralem lib. 10. cap. 12. Græcis recentioribus πηλὸς quæ vox *lutum* sonat, *Cretam* significat.

Luto vel cœno necare. Lex Burgund. tit. 34. §. 1. *Si qua mulier maritum suum, cui legitimè nupta est, dimiserit, necetur in luto.* Quò referunt, quæ habet Tacitus de Moribus German. *Ignavos & imbelles & corpore infames cœno & palude, injecta insuper crate mergunt.* Vide *Cœnitus*, *Fossa*.


LUXURIA, Stupri peccatum. *Luxus venereus*, apud Aurelium Victor. in Epitom. in Constantino: *Luxuriæ concubinaticæ*, in Concilio Meldensi c. 74. Concilium Aquisgranense III. ann. 860. *Canones cùm de incestis præscribunt, de conjugatis loquuntur, non de his qui non licitè passim coëunt, vel luxuriosos, vel adulteros vocari manifestum est.* Mox: *Cæterum vel qui nondum nupti sunt, vel qui intercedente morte separati sunt, si concumbant cum alieno, vel cum aliena, non tales adulterio; sed luxuriæ crimine denotantur.* Concilium Arelatense ann. 1267. c. 12. *Item illi, qui luxuriam expleverunt, cum matre, sorore, vel cum alia consanguinea sua, &c.* Vetus Interpres Novellæ 77. Ut non luxurientur homines contra naturam. Vide Reginonem lib. 2. cap. 35. Occurrit passim.

LUXUS, pro *luxatione* membrorum. Utitur Apuleius lib. de Virtutib. herbar. cap. 31. §. 4.

LYEF-YELD. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkynd pag. 27. *Tenentes de Waldis non possunt arare terras suas ab æquinoctio autumnali usque festum B. Martini sine licentia, & ideo reddunt annuatim dimidiam marcam ad festum S. Martini, sive fuerit pessona, sive non; & vocatur Lyef-yeld.*

LYRIDES. Vita S. Neoti Abbat. num. 24. *Igne supposito panes sartagini ad coquendum commiserat, quos nonnulli Lyridas appellant.* Sed leg. *Collyridas*. Vide in hac voce.

LYRIZARE, *Lyram pulsare*, apud Falcon. Benevent. in Chron. an. 1119.



M



LITTERA numeralis, quæ mille denotat. Unde versus:

M. caput est numeri, quem scimus mille tenere.

Eidem litteræ si recta linea superaddatur, mille millia significat.

M. in superscriptione cantilenæ, mediocriter melodiam moderari mendicando, memorat Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ litteræ significent in superscriptione cantilenæ.* Vide A.

MAALMAN, Saxonibus, Homines famulatum facientes, Anglo-Saxonibus Male, est vectigal, tributum; man, homo. Ita Maleman, seu Maalman, est homo tributo obnoxius. At *Malman*, Germanis *Mahelman*, fideles Ecclesiarum; & Ministeriales interpretatur Goldastus. Charta Caroli M. in Monumentis Paderbonensib. pag. 325. *Omne regale vel sæculare judicium super suos servos, & liddones, & liberos malman & mundman, & omnes utriusque sexus homines, &c.* Charta Ottonis M. Imp. ann. 961. in Chr. Episcop. Mindensium p. 734. *Hominibus quoque famulatum ejusdem Monasterii facientibus, qui Saxonicè Malman dicuntur, prædictum mundeburdum & tuitionem nostram constituimus.* Charta Henrici III. Imp. in eod. Chr. *Homines ipsius Ecclesiæ francos, liberos, & Ecclesiasticos, litones maalman, vel servos cujuslibet conditionis.* Quæ verba occurrunt iterum in Diplomatib. Conradi Salici, & Henrici IV. pro eodem Monasterio, & in Edicto Henrici II. apud Goldastum to. 3. Constitut. Imperial. pag. 311.

MACANUM. Charta Lusitan. apud Brandaon. tom. 5. Monarch. Lusitan. p. 304. v. *Unam copam deauratam in maçanis, & circa bibitorium & circa pedem.* Vide *Circa*.

MACARII, secta quædam Manichæorum, de qua Augustinus lib. de Hæresib. cap. 46. Et auctor Prædestinati l. 1. Hæresi 46.

MACCLA. Charta Pandolfi & Landolfi Ducum Beneventan. apud Ciarlantum in Samnio pag. 241. *Abinde quomodo incipitur ipse mons, qui est super vallem frigidam, & silva vadit per verticem ipsius montis usque in maccle, qui dicuntur de Godini. De secunda parte à maccle, qui dicuntur de Godini, usque in fluvio, qui dicitur Trinio majore, &c.*

MACELLARIA. Vide *Misellaria*.

MACELLATOR, Macellarius, carnifex, κρεοπώλης, *Negotiator artis macellariæ*, in veteri Inscript. Lugdunensi. Ugutio: *Carnifex, homicida, vel macellator.* Alibi: *Macellarius, qui pecora mactat, vel carnes vendit.* Gloss. Lat. Græc. *Macellarius*, ὀψωνοπώλης. Occurrit in Charta ann. 1250. in Notis ad Concilia Narbon. V. Cl. Steph. Baluzii. Vide Meursium in μακελλάρης, & Salmasium ad Capitolinum pag. 173.

Macillarius, pro *Macellarius*, Joan. Bromptonus pag. 1012. *De quibus omnibus nullus evasit, nisi vanus rusticus macillarius, &c.*

MACEPEDICULUM. Tabularium S. Petri Generensis, apud Marcam lib. 4. Hist. Beneharn. c. 10. *Dedit Dominicaturam quandam — quam habebat in Algar, & apud Idronium quoddam Nassale, quod antiqui Macepediculum appellavere.*

MACERA, *Maceria*, Macellum, Papias: *Machera vocabatur locus in macello, ubi maximè actiones fiebant commercii, unde & macellum dicitur.* Ugutio & Joan. de Janua: *Macera, i. macellum. Inde macerarius, macellarius.* Charta Gerardi Camerac. Episcop. ann. 1089. apud Lindanum in Teneræmunda, & Miræum in Cod. Donat. Belg. *Alodium de Lietsinis cum moneta, cum teloneo & macera, & districto, cum molendinis, &c.* Alia Ottonis Imp. ann. 922. apud eundem Miræum in Dipl. Belg. lib. 1. c. 17. *Similiter mercatum, percussuram monetæ, macheriam.* Alia Henrici Ducis Brabant. ann. 1081. in Cod. Donat. Piar. cap. 65. *Cum teloneo & maceria, cum molendinis & curtibus.* Quæ verba idem sonant cum iis, quæ habent varia Impp. Diplomata: *Insuper & bannum nostrum & monetam, teloneumque sive macellum publicum ibi construi liceat.* Occurrit præterea in Chronico Mindensi pag. 738. 739. 740. 750.

Machæra, pro *Macera*, apud Papiam loco laudato, & in Charta Ottonis Imp. anni 946. apud Sammarth. in Abbatib. p. 462. V. *Machecarii*.

Maceram verò pro *Machæra*, usurpavit Aldhelmus.

MACERATURA *lini*, in Novella 15. Theodosii & Va-

& Valentiniani de Tributis Fiscal. Hinc fortè vox *Machure* in Consuet. Nivernensi cap. 1. art. 20. *Pour injure reelle, où il y a grand effusion de sang, ou enorme machure.*

MACERIO, *Maceriarum constructor*, Joanni de Janua, *Maçon.* Atque sic legendum fortean apud Hugonem Farsitum lib. de Miraculis S. Mariæ Suessionensis cap. 8. *Faber Ferrarius — conventionem suam fecerat annuam, ut ibidem Suessione remanens, utensilia materonum reficeret, &c.* Legendum enim videtur *macerionum.*

MACHÆRA, μάχαιρα, Ensis, gladius, apud Aimoinum de Miracul. S. Bened. cap. 6. Vide *Macera.*

MACHECARII, in Legibus Eduardi Regis Angl. c. 39. dicuntur, qui aliis *Macellarii.* *Cùm autem dictum est, quòd nullus hominum emeret absque plegiis animal vivum, clamaverunt machecarii de civitatibus & burgis — quòd unaquaque die oporteat eos animalia viva emere, occidere, & vendere.* Gaufredus Vosiensis cap. 23. *Ipse Macellarius cognominatus est, quia sicut carnifex carnes securi in macello, sic iste truncabat hostes in bello.* Certè existimarem legendum *Macerarii* in Legibus Edwardi, à *Macera*, macello, de qua voce suprà. *Macecliers*, quos alii *Macellarios*, vocat Chronicon Flandr. vernac. cap. 41. *Le Comte d'Artois, qui estoit sur les macecliers de Bruges.* Gloss. Lat. Gall. *Macellarius: Marselier, Boucher. Macellum: Marsel, Marseloire. Macelerie de Troies*, in Computo terræ Campaniæ ann. 1348. Vide *Mavecharius.*

MACHERIA, pro *maceria*, Paries. Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. c. 26. *Sed jam ad vicinos nostros Italos una tantùm macheria divisos veniendum est.* Vide *Macera.*

MACHALE, *Macholum*, Horreum sine tecto, nostris, scilicet Campanis, *Machau*, inquit Pithœus. Lex Salica tit. 18. *Si quis spicarium aut macholum cum annona incenderit.* Pactus Legis Salicæ tit. 20. *Machalum.* Chronicon Windeshemense lib. 2. c. 7. *Latera pro pedibus cum quatuor machalibus & bladis.* Et infrà: *Fœnis & bladis tempore messis convehendis in agris & machalibus.* Cap. 19. *Machale quoddam rusticorum nobis convicinum fœno adimpletum accendentes.* Ab hac voce urbi Mechliniensi, quam Flandri *Mechelen* vocant, nomen datum putat Wendelinus, & aliis similis appellationis vicis ad Mosam & circa Beringiam.

MACHICE, quasi μαχικῶς vel potiùs μαχητικῶς, cum certamine. Acta SS. Nicandri & Marciani: *Longanimis esto, luctasti modò machicè adversus diabolum, & vicisti eum, &c.*

MACHICOLLARE, in antiquis Privilegiis Regum Anglicorum, cùm licentiam concedunt castri ædificandi, illudque *imbatellandi, kernillandi, machicollandi, &c.* teste Spelmanno. Vox Gallica, ex *Machicolis*, specie munimenti oppidorum.

MACHINA. Liber Pœnitent. Gregorii III. PP. c. 26. *Qui in machinis dæmonibus immolaverit, secundum canonicam institutionem, 10. annos pœniteat.* At aliter legitur apud Cumeanum Abbatem de Mensura pœnitentiarum cap. 7. *Qui immolat dæmonibus in minimis, uno anno pœniteat: qui in magnis, decem.* Vide *Sortes Sanctorum.*

MACHINAMENTUM. *Per Machinamentum pollui*, in veteri Pœnitentiali MS. *Mulier qualicumque molimine aut se ipsam polluens, aut cum altera fornicans, 4. ann. Sanctimonialis femina cum Sanctimoniali per machinamentum polluta, ann. 7.*

MACHIL, *est tunica talaris hiacynthina.* Papias.

MACHINILE. Vita S. Eligii lib. 2. c. 66. *Anus — decisiones ex capillis ejus collegerat, atque panno obvolvens super suum discubitum, in machinile collocaverat.*

MACHINES, *Instrumenta ædificiorum, dicta sic à machinis, quibus insistunt, propter altitudinem parietum.* Jo. de Jan.

MACHINOSUS, *Plenus machinis*, Ugutioni.

MACHIO. Vide *Macio.*

MACHOBERTUS. Ægidius Aureæ-Vallis Monachus in Hugone de Petrafonte Episcopo Leod. cap. 107. *An credit de me Pontifex vindictam habere talibus innisus machobertis.*

MACHOLUM. Vide *Machale.*

MACHOMARIA. Vide *Mahomaria.*

MACINA, Lapidis molaris, mola molendinaria: *Macigno*, Italis: *Macina*, Cresconio Italico. Vegetius lib. 2. Art. veterin. cap. 46. *Genu vel basim si semoveris, ad tormentum rotæ vel macinæ, locis suis restitues.* Ubi alii Codd. *Genu si basim exierit, ad torcular mitte, &c.* Regula Magistri cap. 95. *Omnia verò necessaria intus intra regias esse oportet, id est, furnum, macinæ, refrigerium, hortos, vel omnia necessaria.* Vocem à Latino *machina* accersit Scaliger ad Festum. Certè *machinalia pondera* vocat Ausonius Epist. 7. pistrini pondera, & *Machinarium asinum* Alfenus & Ulpianus JC. qui molam vertit, ut censet Turnebus lib. 8. Adv. c. 9.

Macinare, Molere, ex Ital. *Macinare.* Anastasius in Hadriano PP. pag. 112. ut quidam Codd. MSS. præferunt: *Ex qua diversæ molæ in genuculo macinabant, &c.* Al. *machinabantur.* Vide pag. 285. Charta Joannis Archiepisc. Mediolan. ann. 1346. *Facere macinari quolibet mense pro eorum usu & victu modios 2. frumenti.* Ita in Historia Ottonis Morenæ pag. 125. Vide Scaligerum ad Festum in *Favissa*; atque in Statutis Veron. lib. 3. cap. 83. in Chartis variis apud Ughellum tom. 7. p. 263. 575. 721.

MACIO, *Mattio, Machio.* Gall. *Maçon*, Latomus. Isidor. lib. 19. Orig. c. 8. & Papias: *Machiones, constructores parietum: machiones dicti à machinis, quibus insistunt propter altitudinem parietum.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Mattiones*: Stan-ƿyrhte, i. *Lapidum operarii.* Odo Cluniac. in Vita S. Geraldi Comitis Aurelian. lib. 2. c. 4. *Reversus autem lapicidinos & mattiones undecunque jussit aggregari.* Ordericus Vitalis lib. 6. *Ipse cum macione & maturis necessariisque ministris reliquias, in maceria recondidit.* Idem lib. 12. *Accitis itaque artificibus — latomisque cum macionibus illic ad opus agendum profectus est.* Adhalardus in Statutis Corbeiens. lib. 1. c. 1. *Mattiones* appellat. Apud S. Aurelianum in Regula ad Monachos cap. 19. & in Regula ad Virgines cap. 15. *Marciones* perperam, ut patet credere, dicuntur pro *Maciones*, ubi junguntur carpentariis, seu fabris lignariis. Vix enim putem *Marciones* à marculis, quibus utuntur latomi, nuncupatos: quod velle videtur vir doctus, cùm etiamnum ejusmodi opifices absque littera (r) *Maçons* appellemus; quin potiùs deductam vocem *Macio* à *Macerio* existimare licet. Ugutio: *Maceriæ dicuntur parietes longi, quibus vineæ & alia clauduntur, unde Macerio, maceriarum constructor.*

MACIS. Glossæ Arabico-Lat. *Ulula, Macis, Mucis.*

MACLA. Vide *Macula.*

MACOMATUM. Vide *Mahomeria.*

MACREDO, Macror, macies. Aurora:

Mortalis maculæ nulla macredine fusca.

Macritudo, Plauto.

MACRONA, Porticus, ut videtur, aut solarium in longum porrectum, testudinatum & cameratum; quasi μακρὸν dictum. Anastasius Bibl. in Leone III. p. 142. *Macronam verò ipsius Lateranensis Patriarchii, quæ extenditur à campo & ultra imagines Apostolorum — restauravit.* Idem: *Camera ipsius Macronæ.* Μάκρωνα etiam in Patriarchio CPolitano extitisse auctor est Nicetas in Alexio Man. F. cap. 6. & urbe à Francis primùm capta conflagrasse, in Isaacio & Alexio cap. 2. Priore loco ἀνδρῶνα, seu locum viris destinatum, fuisse *macronem* docet, ex quo Wolfius, ædem esse, ubi

ubi Catechumeni instituebantur, perperam putavit: cùm idem sit *Macron*, ac *Andron*, de qua voce suo loco egimus. De Macrona Lateranensi quædam attigit Nicol. Alemannus in Dissertat. de Lateranensibus parietinis p. 30. 31.

MACSTATUS, Mactatus, occisus, præsertim per *murtrum*. Charta Adelfonsi Regis Hisp. an. 1177. in Bibl. Cluniac. p. 1435. *Hoc etiam vobis concedo, ut quicunque in domibus vestris, seu in supradictis villis homicidium perpetraverit, nil alicui homini pectet, nisi vobis: & quocunque loco homines vestri macstati fuerint, non alii, nisi vobis, homicidium pectetur*. Sed videtur legendum *matati*, vel *mactati*. Fori Leirenæ: *Qui mactaverit hominem in villa*, &c. Vide *Matare*.

MACTUS, Festo, *magis auctus*: Isidoro l. 10. Orig. *Magis auctus gloria*. Ita *mactare*, pro *augere*, non semel apud Plautum. Frodoardus in Stephano IV. PP.

Insuper accedunt donorum insignia macto.

In Leone IV.

Juris Apostolici summoque cacumine mactus.

Mactus virtute, apud Donatum, & Paschasium Ratbertum in Vita S. Adelardi.

In Glossis Isidori hæc legimus: *Mactum est, humectum est, mollitum, infectum*, à Græc. μάττειν, unde μακτός.

MACULA & *Macla*, Hama thoracis, nostris *Maille*. Jo. de Janua: *Macula, squamma loricæ*. Will. Brito lib. 11. Philippid. p. 232.

—— *Inter*

Pectus & ora fidit maculas thoracis.

Et infrà:

Restitit uncino maculis hærente plicatis.

Macla. Nicolaus de Braia in Lud. VIII.

Nexilibus maclis vestis distincta novatur.

Fridericus II. lib. 2. de Venat. cap. 37. *Habeantur duo annuli seu maclæ loricarum*, &c. Statutum Philippi Reg. Franc. an. 1293. de fluviis, de aquis pro salvatione piscium, ex Tabul. Monasterii S. Quintini in insula: *Premierent nous voulons, que tous les engiens desquels l'on peschera doresenavant, & seront fait de fit, soient faits, a une moolle c'est à scavoir, à la largeur d'un Parisi du tranchant chascune maille*, *& pourront estre faits plus larges pour prendre les gros poissons*. Hinc *Maculæ regis*, in Charta an. 1295. ibid. p. 16. *Pronuntiamus, quòd dicta vervilia, quibus eis piscari licebit, non habeant in corpore ultra quinquaginta maculas ad maculam regis, & 60. maculas in collo: macula autem colli vervilii ultra 16. vias macularum non contineat.*

Maculæ catenarum. Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 8. *Aspicit confractas compedes, desumptasque maculas catenarum, quæ culpabilium vel astrinxerant colla, vel suras attriverant.*

Sunt etiam *maculæ*, plagæ retium. Gloss. Gr. Lat. ϛάλικες, τῶν δικτύων αἱ ϛάσεις, *hæ plagæ*. Glossæ MSS. ad Prudentium: *Maculæ, internodia, i. aperturæ retis*: Cicero in Verrem 7. *Reticulumque ad nares sibi admovebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ*. Stat. lib. 2. Thebaïd.

Qualis ubi audito venantum murmure tigris
Horruit in maculas.

Walafridus Strabus de Vita S. Galli lib. 1. c. 12. *Deinde mittentes in gurgitem rete, ceperunt pisces quantum volebant, & dum pisces de maculis lini absolvunt, audiunt in summitate montis voces*, &c.

MACULARE, Vulnerare, vel vulnerando deformare. Lex Aleman. tit. 61. §. 1. *Si superior palpebra maculata fuerit, ut claudi non possit*. Tit. 63. §. 1. *Si labium superius alicujus ita maculaverit, ut dentes appareant*, &c. Adde Legem Bajw. tit. 3. cap. 1. §. 21. 23.

Maculare uxorem aut filiam domini, stupro scilicet polluere, in Capit. 2. ann. 813. c. 16. Vide *Cucurbitare*.

MADASCIA. Polyptycus Floriacensis: *Solvit de lino fascium 3. de 30. madasciis, & in pascione mod. 2. de vino, de terra censali mod. 2. de vino.*

MADELINARIUS. Vide *Mazer*.

MADIUS, Maius mensis, nostris *May*. Papias: *Madius mensis, dictus quòd terra madeat, qui & Maius, madorum pluvia*. Domnizo lib. 1. de Vita Mathild.

Tunc etiam mensis Madius florebat in herbis.

Gaufredus Malaterra lib. 3. cap. 11. *Expeditionem movet Comes mense Madio*. Occurrit passim. Sic *Magius* dicitur non semel in Chronico Anonymi Barensis. Italis, *Maggio*.

MADIUS, Naviculæ species, dicta, quòd in speciem vasis, quo farina subigitur, quod Marcellus Empiricus, & Græci μαγίδα, Itali *Madia*, Galli, *May* vocant, effìcta sit. Occurrit in Historia Obsidionis Jadrensis lib. 2. c. 7.

MADRICOLA. Vide in *Matricula*.

MADRINUS, *Madrinarius*. Vide *Mazer*.

MÆGBOTA, Compensatio pro cognato interfecto, ex Saxon. mæᵹ, *cognatus, progenies*, & boꞇe, compensatio.

MÆNIDIUM. Cassianus lib. 4. de Instit. Cœnob. c. 22. *Pisciculi minuti saliti, quos illi* (Ægyptii Monachi) *manidia vocant*. Ita Ciacconius reposuit, pro *menominta*, uti veteres Codices præferunt, putatque háleces hac voce designari, Græcis μαινίδας appellatos. At P. Pithœus in Notis ad veterem Interpretem Juvenalis Sat. 7. *menemenia*, seu *menomenia*, dicta ait apud Cassianum, quæ in singulos menses, aut potiùs de mense in mensem parantur: ut *epimenia*, quæ ad mensem unum.

MÆREMIUM. Vide *Matriamen*.

MÆSOLEUM. Vide *Musileum*.

MAFORS, *Mavors*, operimentum capitis, maximè feminarum, apud Papiam, Isidorum, & alios, à nobis laudatos ad Alexiadem p. 330. Gloss. Gr. MS. Reg. Cod. 1673. πέπλον, γυναικεῖον ἱμάτιον, μαφόριον. Aliud. Gloss. Cod. 2062. μαφόριον, τὸ τῆς κεφαλῆς περίβλημα. τὰ μαφόρια γυναικῶν apud Palladium in Vita Chrysostomi p. 87. Epitimia Basilii nomine inscripta: εἴ τις ἄνευ μαφορίου ποιεῖ ἔργον ἐν οἴῳ δή ποτε τόπῳ, ϛερείσθω ἀπευλογίας. Ubi sumi videtur pro *scapulari* Monachico: nam *mafortes* Monachis tribuit Cassianus. *Mafortem* vocat Fortunatus in Vita S. Hilarii Episc. Paris. c. 2. n. 11. peplum, seu velum, quo sepulcra & *tumbæ* Sanctorum obvolvebantur. Charta Cornutiana edita à Suaresio, *mafortem* inter vestes sacras reponit: *Mafortem tramosericum rodomelinum aquilatum: item mafortem è teleoporphyro tramosericum opus marinum*, &c.

Mafora, pro *Mavors*, vel *mafors*, occurrit in Vita S. Gudilæ Virg. cap. 6. & apud Ordericum Vitalem lib. 2. p. 397.

Maforteum, Acta Cirtensia: *Tunicæ muliebres 82. mafortea 38. tunicæ viriles 16.*

Mafortiolum. Acta S. Nestoris Mart. c. 1. *Habens mafortiolum super caput suum*. Vide Salmasium ad Vopiscum p. 390.

MAGADE, Gr. μαγάδιον, ea pars lyræ, in qua plectrum illiditur, ubi scil. percussio chordarum fit manu dextera. Hesychio μαγάδια, ὄργανον κιθαρισμα dicitur. Petrus Diac. de Viris illustr. Casin. c. 28. *Canutus etiam B. Mauri composuit, in quibus qui vult artis grammaticæ tramitem & monochordi sonori magade reperiet notas.*

MAGANUM. Vide *Mahemium*.

MAGANA. Passio S. Lupercii Martyr. *Jussit Præ-*

ses

ſes maganam fieri , & acutis eam clavavit clavibus, (clavis) *& in medio ejus S. Lupercium mitti præcepit.* Mox : *Videns maganam ac rotam volventem* , *&c.* Occurrit ibi pluries , ubi *magana* idem ſonat quod *mangana* , machina. Vide in hoc verbo.

MAGARIZARE , Saracenicam vel Mahometicam impietatem non modò profiteri , ut quidam volunt ; ſed maximè poſt abdicatam & deſertam Religionem Chriſtianam, à qua qui tranſibant ad Muſulmaniſmum , μαγαρίζειν dicebantur ; vocabulo, quod ſignificat ſtercore faciem conſpurcare, ut auctor eſt Leunclavius in Pandecte Turcico n. 22. Hinc μαγάρισις, in Corona pretioſa *macula* , & κηλὶς redditur : unde *Magariſius* Sinus verſus Rumeliæ vel Europæ promontorium appellationem accepit, à fœdis tempeſtatibus, quæ illis in regionibus exiſtere Boreis flantibus ſolent , cùm apud nos Aquilo ſerenitatem aëris ferat, ut eſt apud eundem Leunclav. n. 25. Hiſt. Miſcella lib. 23. *Repromittit, ſe non compellere ad magarizandum.* Quidam Codd. ex editis malè habent *menzerizandum.* Capitulare Radelchiſi Principis Beneventani c. 24. *Nullum Saracenum recipiant —præter illos, qui temporibus DD. Siconis & Sicardi fuerunt Chriſtiani, ſi magarizati non ſunt.* Crebrò utuntur etiam Græci. Theophanes : ἐποίησε δὲ ἐπιστολὴν δογματικὴν πρὸς Λέοντα τὸν Βασιλέα , οἰόμενος πεῖσαι αὐτὸν τοῦ μαγαρίσαι. Menolog. Baſilii Imp. 6. Mart. ἠναγκάσθησαν μαγαρίσαι.

Magarita , Apoſtata, Chriſtianæ Religionis deſertor. Joannes VIII. PP. Epiſt. 219. *Portaſque patentes relinquentes , multis Magaritis fugiendi & Saracenis ingrediendi aditum — reliquerunt.* Ubi perperam nupera Conciliorum editio *margaritis præfert.* Occurrit non ſemel hæc vox apud Anaſtaſium in Hiſt. Eccl. & Paulum Diaconum in Hiſt. Miſc. ubi Μαγαρίτας habet Theophanes pag. 202. & 284. Vide Gloſſ. Meurſii & Fabroti.

MAGDALIUM, Seplaſiariorum officinis nota vox: *Magdaliones* enim hodieque vocant teretes cylindros, in quos compoſita emplaſtra redigere ſolent. Marcellus Empiric. c. 20. extremo ; *Cætera vino optimo madefacta ſimul in mortario colliges , ex quibus trochiſci vel magdalia fient.* Alexander Iatroſoph. lib. 1. Paſſion. *Iterum cum vino teres , & magdalia facies.* Perperam edit. *Mandaſia* , apud Plinium Medic. lib. 1. c. 6.

Medicis μαγδαλία eſt ipſum medicamentum, in paſtilli figuram formatum; ſic enim Galenus μαγίδα apud Hippocratem interpretatur τὸ τεθὲν μάγμα, ἢ φύραμα, καὶ τὴν χειροτινηθῆ μαγδαλίαν. Ita verò dictum à forma mollioris ex pane pulpæ , quâ manus abſtergebant veteres , & poſtea canibus devorandam projiciebant , quam μαγδαλιὰν ἀπομαγδαλίαν appellabant Græci : quæ voces occurrunt hac notione apud Athenæum lib. 4. & 9. Ariſtoph. Plutarch. Euſtath. Polluc. & al. Heſychius : μαγίδες, αἱ ἀπὸ μαγδαλιᾶς.

Magdaleo. Matth. Silvaticus : *Et ex eo formantur pillulæ vel magdaleones parvuli* , *&c.*

Magdaliolum , diminutivum à *Magdalium.* Avitus Viennenſis Epiſcop. Epiſt. 78. *Præterea magdaliola illa , quæ promiſiſtis, poſco, ut cum obſervationis breviculo dirigi jubeatis.* Solent quippe ſeplaſiarii ejuſmodi vaſculis breves indiculos affigere , qui , qua obſervatione ſingulis uti oporteat , indicant.

MAGICATUS, magicis præſtigiis obſtrictus. Synodus Atrebatenſis an. 1025. *Non adeo demiror, potuiſſe nefarios homines erroris ſpiritu magicatos in aliquam pravi dogmatis conſpiraſſe dementiam.*

MAGISTER , nudè pro Magiſtro officiorum , in l. 4. Cod. Th. de Primicerio & Notar.

Magiſtri , qui vulgò *Doctores* in Theologica , vel alia Facultate. Paſſim.

Magiſter admiſſionum. Vide *Admiſſionales.*

Magiſter armorum , apud Ammianum lib. 15. Officialis Magiſtri militum , qui *numerorum* rationes tractabat , unde idem qui *Numerarius.* Ita Henricus Valeſius , ubi plura , p. 84. Interdum apud eundem Ammianum & alios pro *Magiſtro militum* ſumitur , ut idem obſervat p. 108. Vide Jacob. Gothofredum ad. l. 7. Cod. Th. de Re militari.

Magiſter in artibus, apud Nicolaum Trivettum an. 1253. qui vulgò noſtris *Maiſtre és Arts* , in Academiis. Epitaphium Thomæ Abbatis S. Andreæ Vercellenſis :

Artibus in cunctis liberalibus , atque Magiſter
In Hierarchia , nunc arca clauditur iſta.

Vide Statuta Academiæ Pariſienſis.

Magiſter aulæ Imperialis , dicitur Ætherius quidam ſub Carolo M. in Chron. S. Vincentii de Wlturno. p. 676. Idem fortè qui *Magiſter officiorum* apud Latinos, aut *Curopalata* ſub CPolitanis Imperatoribus.

Magiſter Cantorum in Eccleſia Mediolanenſi , in Charta Robaldi Archiep. Mediolan. an. 1144. apud Ughellum in Appendice to. 4. Præcentor.

Magiſter cenſus , ſub diſpoſitione Præfecti urbis , in Notitia Imperii , cujus mentio in Cod. Vide Pancirollum.

Magiſter civium , primus Ædilium , Germanis *Burgermeiſter.* Charta Friderici II. Imp. an. 1232. apud Browerum lib. 15. Annal. Trevir. *Revocamus in irritum, & caſſamus in omni oppido Alemanniæ Communia, Conſilia , Magiſtros Civium* ſeu *Rectores* , *vel alios quoſcunque Officiales.* Levoldus Northowius in Chronico Markano an. 1320. *Andreas Magiſter civium volebat occidere Scabinos.* Occurrit præterea in Privilegiis Academiæ Viennenſis in Auſtria Rubr. 38. in Metropoli Salisburgenſi to. 1. p. 262. Apud Maximilianum Hentic. in Apolog. p. 12. 21. &c.

Magiſter Cubiculariorum , qui Cubiculariis Regiis præerat , apud Monachum Sangallenſem lib. 2. de Rebus Caroli M. c. 9. & Wipponem in Vita Conradi Salici p. 428.

Magiſtri Curiæ , qui vulgò nunc Conſiliarii Parlamenti. Regeſtum Parl. B. f. 77. *In Curia D. Regis , in Parlamento , coram Magiſtris ipſius Curiæ.* Occurrit ibi non ſemel.

Magiſter Epiſtolarum ; ſub diſpoſitione Præfecti Prætorio , *legationes Civitatum , conſultationes , & preces tractat* , ut eſt in Notitia Imp.

Magiſtri Diſpoſitionum. Vide *Diſpoſitiones.*

Magiſter Epiſtolarum Græcarum, qui eas Epiſtolas, quæ Græcè ſolent emitti , aut ipſe dictat ; aut Græcè dictatas, transfert in Latinum. Notit. Imp. Vide Pancirol.

Magiſter Hoſpitalis S. Joannis Hieroſol. ejuſdem Ordinis primarius Magiſter , cujuſmodi dignitatis inſignia præcipua fuere zona & marſupium. In Bulla Alexandri III. PP. an. 1172. fit mentio E. quondam Magiſtri Hoſpitalis , *qui eidem Magiſterio renunciavit zona cum marſupio , clavi , & ſigillo reſignata.* In Chartul. Manoſcenſi.

Magiſter Hubarum. Vide *Huba.*

Magiſter Infantum, in Cœnobiis, qui infantibus ac pueris, quos *Nutritos* vocabant , præerat. Ordericus Vitalis lib. 3. p. 462. *Ad infantum magiſterium — promovit.* Candidus Monachus in Vita Eigilis Abbatis Fuldenſis c. 21.

— Et ipſe ſimul infantum doctor honeſtus.

Adde c. 22.

Magiſter Judex. De hoc Magiſtratu conſule Conſtit. Siculas lib. 1. tit. 37. & Ammiratum in Familiis Neap. to. 1. p. 165. Vide *Oblatus.*

Magiſter Juſtitiarius , præcipuus Judex in aula

Regum Siciliæ, in quorum palatio commorabatur, ubi de rebus majoris momenti jus dicebat, *Comitis Palatii* vicem fungens. Fridericus Imp. in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 57. *Statuimus, ut magna Curiæ nostræ Magister Justitiarius nobiscum in Curia commoretur, cui quatuor Judices volumus assistere: & ut Magister Justitiarius Curiæ nostræ supradictus de crimine læsæ Majestatis nostræ, & de feudis quaternis, & de quarta parte ipsorum feudorum, & de appellationibus ordinariorum, seu delegatorum nostrorum ad Curiam nostram interjectis, & de quæstionibus nostrorum Curialium, qui immediatè nobis assistunt, &c. causas audiat, & justitia mediante decidat, &c.* Adde tit. 38 39. 40. &c.

Magistri legum, aliis *Legum Doctores* dicti, qui in judiciis publicis advocati considebant. Vide Adrevaldum de Miracul. S. Benedicti cap. 20.

Magister Libellorum, Cognitiones & preces tractat, in Notitia Imp. hinc dictus *Magister Libellorum & Cognitionum sacrarum*, in veteri inscript.

Magistri lineæ vestis, Magistri privatæ, sub dispositione Comitis sacrarum largitionum in Notitia Imperii. Priores linteariis & linifionibus, lintea, mappas, mantilia, & ejusmodi facientibus præerant. *Magistri linteæ vestis*, in l. *Privatæ*, Cod. de Murilegulis, ubi & *privatæ vestis Magistrorum* perinde mentio est.

Magister massariorum, Major villicus, qui regiis villis præest, cæterisque minoribus missariis, cujus munus & officium describitur apud Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 66. Vide *Massarius*.

Magister memoriæ, Magistratus, qui *annotationes omnes*, id est, breves Principis manu subscriptos dictat, *emittit, & precibus respondet*, ut est in Notitia Imperii. *Magister scriniorum memoriæ, Epistolarum, libellorum Græcorum*, sub dispositione Præfecti Prætorio, ibidem. *Benevolus*, qui apud Gaudentium Episc. Brixiensem in Præf. *Magister memoriæ*, à Rufino lib. 2. Hist. Eccl. c. 16. *Memoriæ scriniis præsidens* appellatur. In Epistola Justiniani ad Hormisdam PP. post Epist. 17. *Magister scrinii memoriæ* habetur. Idem Benevolus apud Sozomenum lib. 7. c. 13. ἐπὶ τοῖς γραμματεῦσι τῶν θεσμῶν τότε τεταγμένος fuisse dicitur. Ita apud Petrum Patricium in Excerptis legationum, ἀντιγραφεὺς τῆς μνήμης, idem qui *Magister memoriæ*. Scholiastes Juliani Antecess. in c. 64. *Quatuor sunt scrinia: palatinum, quod dicitur libellorum: secundum memoriæ: tertium dispositionum: quartum epistolarum: unde & quatuor antigrafei sunt.* Occurrit non semel in vett. Inscript. apud Ammian. lib. 15. 27. 29. ubi *Magisterium memoriæ* dicitur ea dignitas p. 394. & alios.

Magister militum, qui copiis militaribus præerat. *Magister Romanæ militiæ*, Victori Tunnensi. *Magister militum ordinarius*, apud eundem. Scribit Zozimus lib. 2. Constantinum M. à Præfectis Prætorio imperium militare transtulisse ad Magistros militum, quorum alter equitibus, alter peditibus præerat: στρατηλάτας τὸν μὲν ἵππου, τὸν δὲ τῶν πεζῶν, εἰς τούτους τε τὴν ἐξουσίαν τοῦ τάττειν στρατιώτας, καὶ τιμωρεῖσθαι τοὺς ἁμαρτάνοντας μεταθεὶς, παρείλετο καὶ ταύτης τοὺς ὑπάρχους τῆς αὐθεντίας. Horum postmodum numerum Theodosius auxit, ut idem testatur l. 4. στρατηλάται Græcis Scriptoribus passim. Glossæ vett. στρατηλάτης, *Magister militum*. Hi posteriori ævo ς ἀποστράρχαι dicti. *Magistrorum militum*, ut copiis militaribus præfectorum, mentio etiam apud recentiores: in Annalibus Francorum Metensib. an. 823. apud Ordericum Vital. lib. 11. p. 809. &c. Quæ quidem dignitas, *magisterium militare*, dicitur S. Ambrosio lib. 2. Epist. 15. & Sidonio lib. 1. Ep. 3. *Militaris magisteria*, l. 1. C. de Præpos. sacri cubic. *Magisteria militum potestas*, l. ult. Cod. Theod. de Metatis. *Magisteria in præsenti potestas*, in Notitia Imperii. *Magisteria*, nudè in Novella 4. Theodosii & Valentin.

Magister utriusque militiæ, qui peditibus & equitibus præerat. Apud Flodoardum lib. 1. Hist. Rem. cap. 6.

Felix militiæ sumpsit devota Jovinus
Cingula, virtutum culmen provectus in altum,
Bisque datus meritis equitum peditumque Magister
Extulit æternum sæclorum in sæcula nomen.

Vide Sirmondum ad Ennodium lib. 1. Epist. 24.

Magister Militum præsentalis, vel *in præsenti*. Vide *Præsens*.

Magister equitum, qui *Magister equestris militiæ* interdum Ammiano lib. 25. qui Equitatui, ut

Magister peditum, qui peditatui præerat. De utroque passim Scriptores.

Magister militiæ Lotharingiæ, in Triumpho S. Remacli cap. 13.

Magister militum oppidanorum, apud Priorem Hagulstadensem sub an. 1138. 1143.

Magistri militum, dicti potissimùm urbis Neapolitanæ Præfecti sub Impp. Byzantinis, quibus parebant, apud Joannem VIII. PP. Epist. 36. 40. 50. &c. Petrum Damian. lib. 1. Epist. 9. Anastasium in Leone IV. p. 185. Paulum Warnefrid. lib. de Gest. Langob. cap. 8. & 28. Victorem III. PP. lib. 1. Dial. p. 29. Leonem Ost. lib. 2. Chr. Casin. cap. 59. 62. Alexandrum Abbat. Celesini Cœnobii lib. 1. 2. 3. & 4. Herchembertum in Hist. Longob. c. 26. 27. 39. 44. & alios passim. Μαϊστρομίλιοι. seu μαϊστρομίλτοι Annæ Comnenæ lib. 13. p. 387. & Constantino Porphyrog. de Adm. Imp. cap. 27. Vide Camillum Peregrinum in tractatu de Finibus Ducatus Beneventani p. 31. Octavium Bertrannum in Descript. Neap. Julium Cæsarem Capaccium in Hist. Neap. lib. 1. & Ughellum to. 6. p. 112. qui eorum seriem descripserunt. Adde præterea Notas nostras ad Alexiadem Annæ Comnenæ. Sed & Veneti suos habuerunt *Magistros Militum*. Andreas Dandulus in Chron. MS. an. 737. *Dominicus Leo Magister militum præsidere cœpit an. 737. quia Veneti occiso eorum Duce in novi Ducis ditione Discordes annualem rectorem sibi præesse statuerunt, quem Magistrum militiæ appellaverunt: Quæ quidem dignitas secundum Græcorum usum Tribunalis major super eos & cunctum populum potestatem obtinet.* Vide auctorem Squitinii p. 76. 177. Edit. 1677. & Hieronym. Ghilinum in Annalib. Alexandriæ p. 50. 58.

Magister navis, κυβερνήτης, in leg. 37. Cod. Th. de Navicul. &c. Valer. Flaccus lib. 8.

Puppe procul summa vigilis post terga Magistri.

Magister Officiorum, dignitas magna in Palatio Imperatorum, qui præerat Palatinis & Principis ministris, scholis in palatio militantibus, fabricis & limitaneis ducibus; hujus dignitatis, de qua non semel Scriptores, formulam habet Senator lib. 6. Epist. 6. Rutilius Numatianus:

Officiis regerem cùm Regia tecta Magister,
Armigerasque pii Principis excubias.

Procopio lib. 1. de Bello Persico c. 8. τῶν ἐν παλατίῳ ταγμάτων ἀρχηγός. Hinc Menandro Protectori in Excerpt. de Legat. τῶν ἐν τῇ αὐλῇ καταλόγων ἡγεμὼν dicitur. De Magistro Officiorum passim Ammianus, & alii, quibus interdum nudè *Magister* sæpe, ut Philostorgio lib. 2. c. 1. lib. 11. c. 2. Vide Notas ad Alexiadem p. 245.

Magisteria dignitas, seu Magistri Officiorum, apud eundem Senatorem loco laudato & lib. 9. Ep. 24. *Magisterium Palatinum* apud Sidonium lib. 1. Epist. 3. μαγιστερία ἀρχὴ, apud Theophylactum Simocattam lib. 3. c. 15.

Magister operis, vel *operarum*. Vide *Operarius*.

Magister Ostiariorum, dignitas in aula Regum Francorum: is *Ostiariis* Palatinis præerat. In Annal. Eginhardi & Vita Ludovici Pii an. 822. occurrit *Gerungus* quidam hac donatus, qui in Epistolis 2. & 4. Frothari

Frotharii Episcopi Tullensis appellatur *summus sacri Palatii Ostiarius*: apud Wandelbertum denique lib. de Miracul. S. Goaris cap. 30. *Palatii Ædilis*. Quæ quidem dignitas magna fuit, siquidem in Annalibus Francorum Bertinianis an. 872. dicitur Carolus Calvus hac cohonestasse Bosonem fratrem uxoris, qui postmodum Provinciæ Rex fuit: *Bosonem fratrem uxoris Camerarium & Ostiariorum Magistrum constituens, &c.* Idem certè videtur qui *Curopalata*.

Magister, vel *Principalis Pædagogus*, dictus olim in Academia Parisiensi, qui hodie *Principalis Collegii* nudè appellatur, in Statut. Cardinal. de Tutavilla, apud Stephanum Paschasium lib. 9. Disquisit. Francic. c. 17.

Magistri pagorum, apud Siculum Flaccum de Condit. agror. ubi in Codice Palatino ad oram scribi monet Rigaltius, *Magistri Pagorum Magistrati dicuntur*. Gloss. Lat. Græc. *Magister Pagi*, ἀμφοδάρχης. *Magisterium Pagi*, in vet. inscript. 1007. 7.

Magistri Parlamenti, seu *Magistri Curiæ Domini Regis Parlamentum ejus tenentium Parisius*, in veteribus Arestis, qui hodie *Consiliarii Parlamenti*. Vide *Parlamentum* & suprà *Magistri Curiæ*.

Magistri portuum. Vide *Factum* pro Officiariis Lugdunensib. an. 1648. p. 196. 237.

Magister Pincernarum, dignitas in Regum nostrorum Palatio, in Annal. Francor. Loisellianis an. 781. Chartam Philippi Regis Fr. anni 1065. subscribit *Adam Pincerna magister*, in Hist. S. Martini de Campis pag. 17. aliam an. 1071. apud Chiffletium in Tornutio p. 325. *Erveus Magister Pincernarum*. Eadem dignitas in aula Hungarica, in Charta Belæ Regis an. 1251. *Magister Pincerna* in Charta Gallica an. 1067. tom. 11. Spicilegii Acheriani p. 296. Iso Magister in Gloss. ad Prudent. Hymno 6. Cathemer. *Quorum reversus unus, Dat poculum tyranno: Magister Pincernarum*. Vide *Archipincerna*.

Magister Quæstorum, in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 36. 58.

Magister Rationalis, Magistratus in Regno Neapolitano, & in Provinciæ Comitatu, qui rationibus, seu Principis ærario præerat, litesque ad illud spectantes dijudicabat. De hac dignitate pluribus disseruit Scipio Ammiratus l. 1. de Famil. Neapolitan. pag. 44. *Cameræ rationum* meminit Charta an. 1421. apud Vignerium in Alsatica Geneal. p. 195.

Magister Regis. Vide *Bajulus*.

Magister rerum privatarum domus divinæ, cui subevant Rationales rerum privatarum, Bastaga privata, Præpositi gregum & stabulorum, Procuratores saltuum, &c. In Notitia Imperii, ubi plura Pancirollus.

Magister sacri Palatii summi Pontificis, *consuevit esse ex Ordine Prædicatorum, & ordinariè quando fit Consistorium, legit in Palatio publicè aliquid in Theologia. Ad hunc spectat ordinare, qui debeat facere sermones in Capella Apostolica, & eorum sermones prævidere, curareque, ut nihil dicatur puritati fidei & gravitati illius loci contrarium, &c.* Ceremon. Rom. lib. 3. p. 519.

Magister Scutarii. Vide *Scutarium*.

Magister scholarum, dignitas in Ecclesiis Cathedralibus, apud Joannem Sarisber. in Epist. non semel & Joan de Deo in Pœnitentiario lib. 5. c. 14. qui aliàs *Scholasticus*, & *Caput Scholæ*. Vide V. Cl. Jacob. Petitum post Pœnitentiale Theodori p. 610.

Magister servorum, qui eorum curam gerit in domibus magnatum, in Capit. Caroli M. lib. 4. c. 32.

Magister Tavernicorum. Vide *Tavernica*.

Magister Templi. Vide *Templarius*.

Magister, Ventus Latinis *caurus, corus, argestes*, dictus, nautis *Nordoëst, vent de maëstre, maëstrale*, apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 25.

MAGISTERIALE, *Didascalium*. (διδασκαλεῖον) Papias.

MAGISTERIANI, Officiales Magistri officiorum. Glossæ nomicæ MSS. μανδάτωρ, μαγιστριανός, Gl. Lat. Gr. *Agens in rebus*, μαγιστριανός. μαγιστριανῶν meminit etiam Relatio Nestorii in Synodo Ephes. part. 2. Act. 1. Concil. Calchedon. Act. 3. 10. pag. 176. 177. 186. 281. Edit. 1618. quibus locis, καθωσιωμένοι dicuntur, *spectabiles* in Suggestione Legatorum ad Hormisdam PP. inter ejus Epistolas; ubi Eulogius, qui *Magistrianus* dicitur in hac Suggestione, *Agens in rebus* vocatur in Epist. Justiniani ad Hormisdam ante Epist. 66. *Magistriani* etiam dicuntur Victori Tunnensi in Chronico, & Anastasio in S. Hormisda; μαγιστριανοὶ apud Gelasium Cyzicenum lib. 3. de Concilio Nicæno, Palladium in Hist. Lausiaca cap. 149. Isidorum Pelusiotam Epist. 229. Constantinum de Administrando Imp. cap. 22. Cedrenum pag. 402. Glycam & alios à Meursio laudatos, & Baron. an. 163. n. 3. 42. Liberatus Diaconus in Breviario cap. 15. *Et direxit per totum Orientem Magistrianos, &c.* Marcus Gazensis: *Venit Magistrianus Epistolas afferens Imperatorias, &c.* Acta Abercii apud Baronium: *Valerianum & Bassianum Magisterianos divinorum nostrorum officiorum misimus.* De iis multa habet Fabrotus in Glossario ad Cedrenum, quæ consultò omittimus.

MAGISTERIUM, Artificium, nostris *Maistrise*. Aggenus de Limitib. Agr. *Magisterium suum si vult mensor ostendere; modum concessum sano illi demonstret.* *Magisterium Sacerdotii*, apud Suetonium in Caligula & in Domitiano, ἀρχιερωσύνη.

MAGISTRARE, Docere, regere, moderari, apud Aurelium Victorem, Cassianum semel ac iterum, S. Hieronymum Epist. 25. cap. 5. auctorem de Disciplina Scholarium c. 2. &c. Vox Festo etiam nota.

MAGISTRATIONES *publicæ*, Scholæ, in l. ult. Cod. Th. de Stud. liberal. urb. Romæ. Apuleius de Doctr. Platon. de Scientiis, *quæ solis disciplinis traduntur, & magistratione discuntur*. Sic enim MSS. libri præferunt, pro *Magistratione*. S. Columbanus instruct. 4. *Nonne sine disciplina aliqua perfecta magistratio aut aliqua militia acquiri impossibile est?* Vide Salmasium ad Vopiscum pag 458.

MAGISTRATI. Vide *Magistri pagorum*.

MAGISTRATUS, idem quod *Procuratio*, seu jus Pastus. *Magistralis Cœna*, in Charta Monasterii Silvæ-Latæ. Vide Dominicum de Prærogat. allod. c. 15. §. 8.

Magistratus, Titulus honorarius summi Pontificis. Gervasius Remorum Archiep. in Epist. ad Nicolaum II. PP. *Dicant adversarii quantumlibet me infidelem & rebellem Magistratui vestro.* Vide *Majestas*.

MAGISTRIANUS. Fulgentius Placiades de Continentia Virgiliana: *Elysium ingreditur campum, Elysis enim Græce resolutio dicitur, id est, feriatam vitam post magistrianum timorem.* Infrà: *Magistriani timoris projecta gravedine*, i. timoris Magistri. Vide *Magisteriani*.

MAGIUS. Vide *Madius*.

MAGMENTARE, pro *argumentare*, *Augere*. Henricus Aquilonipolensis in Adolpheide cap. 12:

Magmentans Christi cultum Dux pacifer almum.

Utitur rursum semel.

MAGNA CHARTA. Vide *Charta*.

MAGNÆVUS, ἀρχαιογέρων, in Gloss. Lat. Gr. Grandævus, senex.

MAGNALIS, *Magnalia*. Glossæ antiquæ MSS. *Magnalia, salubriora, prosperiora, magnifica, pretiosiora.* Jo. de Janua: *Magnalis, magnus, vel qui magna facit. Unde illud: Loquebantur variis linguis magnalia Dei.* Papias: *Magnalia, id est, præstantiora, magnifica, salubria.* Mamotrectus ad 17. Sapient. *Magnalia, Magnitudines*. Græc. Edit. μεγαλεῖα. Ruffus Asterius Quintus in Carmine de Deipara;

Signa

Signa movent populos, ceraunt magnalia cœci.

Autor Carminis de Missione Spiritus Sancti:

Hæc tuba profecta de Sion, magnalibus
Orbem replevit Messiæ.

Arnulfus Lexov. in Epist. *Non tanta postmodum prosperitatis ejus insignia claruerunt, quanta præcedentis adversitatis magnalia celebrantur.* Hist. Cortusiorum lib. 3. cap. 5. *Qui literis magnalia promittebat.* Occurrit ibi semel ac iterum. Rodericus Toletan. in Præfat. ad Hist. Hispan. *Hispanorum Regum origo, & eorum magnalia, &c.* Will. Britto in Præfat. Philipp.

Cur ego quæ novi, proprio quæ lumine vidi
Non ausim magni magnalia scribere Regis?

Occurrit passim in libris sacris, & alibi. Vide observata ab Olao Borrichio lib. de Variis linguæ Latinæ ætatib. p. 157.

MAGNANIMIS, pro *Magnanimus*, ut *longanimis*. Occurrit in Chr. Casin. l. 4. c. 57. 88. & alibi non semel.

Magnanimitas, Titulus honorarius Episcoporum & aliorum, apud Ruricium lib. 1. Epist. 10. lib. 2. Epist. 1.

MAGNATI, pro *Magnates*. Glossæ antiquæ MSS. *Magnatos, nobiles. Magnatus, nobilis, potens, sanctus.* Æneas Parisiensis Episcopus adversus Græcos: *In hoc segnitia deterioris famæ per ora magnatorum deteruntur.* Ita *Primati*, pro *primates*, in Chronico Fredegarii cap. 76. *Magistrati*, pro *Magistratus*, &c.

Magnates, Vassalli majores. Charta Ildefonsi Regis Aragonum an. 1192. apud Marcam lib. 6. Hist. Beneharn. cap. 9. *Item Rex præscriptus manutenebo te & defendam tanquam nobilem Magnatem meum per bonam fidem.* Vide *Procer.*

MAGNELLA. Vide *Mangenella.*

MAGNERIUS. Statuta Delphinalia p. 39. *Quòd quicunque seu aliqui magnerii vel familiares Curiæ Delphinalis non possint, &c.*

MAGNI, Magnates, quomodo *les Grans* dicimus. Paschasius Radbertus in Epitaphio Vualæ lib. 1. cap. 4. *Cum aut ipse hospites, aut eorum magnorum aliquis vocasset, &c.* Adde lib. 2. cap. 15. extremo.

MAGNICAPER, Saxonibus, ormæte-buccan, in Gloss. Ælfrici, i. immensus caper, hircus.

MAGNIFICE, Multùm, plurimùm, cum effectu. Papias: *Magnificè, egregiè, excellenter.* Alexander Jatrosophista lib. 2. Passion. *Et magnificè juvati sunt patientes.* Passim. *Magnificus tumor*, apud Cælium Aurelian. lib. 2. Acutor. c. 12.

MAGNIFICENTIA, Titulus honorarius Regum & aliorum, in Epistolis Childeberti tom. 1. Hist. Fr. p. 869. in Epist. 60. Nicolai I. PP. in Capitul. Caroli C. pag. 48. 52. in Concil. Ticinensi an. 855. in Epist. Joannis VIII. PP. 30. 291. apud Gregor. VII. PP. lib. 3. Epist. 21. &c. Vide Brisson. de Formul. p. 355.

MAGNIFICUS, Mirificus, μεγαλόποιος, θαυμάτουργος. Vita S. Simeonis Stylitæ cap. 2. *Ibat in Monasterium S. Timothei magnifici viri.*

MAGNITUDO, Titulus honorarius Regum, & aliorum, apud Ennodium lib. 1. Ep. 4. Marculfum lib. 1. in Capitul. Car. C. tit. 3. c. 8. tom. 1. Hist. Franc. p. 869. 882. in Concil. Aquisgran. II. an. 896. in Præfat. libri 1. ad Pipinum, in Notitia Eccl. Belg. p. 13. &c. in Epist. 187. 243. Joannis VIII. PP. &c. Vide Brisson. de Formul. pag. 355.

Magnitudines, Privilegia, Prærogativæ. Charta Henrici Imp. an. 1041. in Hist. Pergamensi tom. 3. p. 420. *Ut pro amore Dei sanctæ Pergamensi Ecclesiæ — nostra regalia, & magnitudines dignaremur concedere.* Alia Friderici I. an. 1156. ibid. p. 458. *Præterea omnia regalia & magnitudines de Comitatu Pergamensi, &c.*

MAGNUS, interdum usurpatur Latinis inferioris ævi pro eo, qui statura proceriori & altiori est, ut nostris, *Grand.* Hinc Ludovicus Rex Franciæ, qui vulgò *Longus* dicitur, semper *Magnus* cognominatur in veteribus Chartis. Chronicon Monasterii de Fontanis c. 2. *Lambertus quidam Miles Flandrensis, qui dicebatur Magnus respectu cujusdam socii, qui dicebatur Minor Lambertus.* Sed & Carolo, primo ex Regibus nostris Imperatori, *Magni* cognomen inditum à staturæ proceritate testatur Egidius Pariiens. MS. lib. 1. Karolini, ubi de Stephano PP.

Augusti quarto Nonarum luce coire
Concilium fecit, ad quod cum conjuge Regem,
Et cum suscepta de conjuge prole vocavit.
Tunc Missam incipiens, quando consedit ad aram,
Regificos cultus aptavit utrique parenti,
Cum quibus impresso natorum crinibus auro
Inter utrumque duos chrismavit vertice fratres,
Nominis ejusdem, nisi quod de fratribus alter
Dignoscendus erat Karolus cognomine Magni,
Corporis ex habitu, meritis cognominis omen,
Qui bene Magnus erat, quia sicut corpore supra
Illius ætatis primævæ debita magnus,
Sic animo majorque fuit virtute futurus.
Jam tunc magnus erat cognomine, deinde futurus
Magnus divitiis, & fama magnus & actis:
Præter quod solenne satis cognomen alius
Gratia, quæ nulli plus affuit, addidit usum
Nominis, & Karolo fecere karismata nomen.

Anonymus de Nominibus Germanorum: *Carolus, seu Karolus, haud dubiè est illud Saxonicum Kærle, per æ diphthongum, quam illi semper faciunt a, Italicum. Est autem Kærle, vir proceræ staturæ, & grandis corporis, qualem fuisse Carolum Primum scribunt.* Quidquid sit de hac vocis origine, constat, *Carolum*, nudè, sua ætate appellatum, itaque sic vocatum in Baptismate. Smaragdus in Partes Donati cap. 21. de quatuor nominum speciebus: *Ergo si placet, sic istæ quatuor propriorum nominum species jam hodie apud nos teneantur, ut dicamus prænomen, Imperator, & sit illi proprium dignitatis, quod nulli alio in suo convenit Regno: dicamus Karolus, & sit illi proprium, quòd accepit in Baptismo: dicamus Francus, & sit illi appellativum in genere suo: dicamus prudens, & sit illi agnomen appellativum accidens & extrinsecus.* Id præterea constat ex Scriptoribus Vitæ ejusdem Caroli.

MAGOLCIUM, *Cloaca*, Gall. *Esgout.* Statuta Mediolan. part. 1. cap. 256. *Cum cloacia & magolcia Mediolani pestilentem reddant aerem, &c.*

MAGRA. Matth. Silvaticus: *Cusura est species luti, quæ dicitur magra.*

MAGUDARIS, *Caulus, vel siligo, i. genus frumenti candidi.* Ita Glossæ MSS.

MAGULUM, Gena, bucca. Vetus interpres Juvenalis Sat. 2. v. 17. *Peribomius. Nomen Archigalli Cynœdi, quem magulum conspurcatum dicimus, qui publicè impudicitiam perpessus est.* Græcobarbaris μάγουλον, genam, buccam significat. Glossar. Gr. MS. ex Bibl. Regia Cod. 2062. πάρειαι, αἱ γνάθοι, τὰ μάγουλα. Narratio de Bertrando Romano MS. στόμα χαρίτων χάριος δίντια μαργαριτάρια, μάγουλα ῥοδοκόκκινα, ἀντίζωστα τὰ χείλη. Vide Gloss. Meursii.

MAHAMIUM, nostratibus *Mahain* & *Mehain*: membri mutilatio, vel enormis læsio, qua quis ad serviendum Principi in bello redditur imbecillior. Regiam Majest. lib. 3. c. 10. *Si venditor ipse vendiderit rem suam emptori tanquam sanam & sine mahamio.* Lib. 4. cap. 3. *Declinare autem duellum potest accusatus in hujusmodi placitis per mahamium, vel per ætatem.* Et infrà: *Mahamium autem dicitur ossis cujuslibet fractio, vel testæ capitis incussio, vel per abrasio-*

abrasionem cutis attenuatio. Adde Chartas Normannicas post Ordericum Vitalem p. 1063. Littletonem sect. 194. 502. & Fletam lib. 1. c. 40 §. 1. *Mahemer*, in Statuto Glocestrensi an. 6. Edw. I. Regis Angl. c. 8. Vide Glossar. ad Villhard. voce *Maagnié*, & infrà in *Malignare*.

Mahemiare, Mahemium inferre. Mehain, Mehaigner, in Consuet. Norman. c. 66. 74. 75. 100. 121. *Mahemer*, apud Littletonem sect. 194. *Magagnare*, Italis. Bracton. lib. 2. c. 24. §. 1. *Ne quis hominem mahemiet vel occidat.* Occurrit apud eundem lib. 3. Tr. 2. c. 12. §. 1. c. 24. §. 1. 3. & in Fleta lib. 1. c. 17. §. 4.

Mahemiator, qui *mahemium* alteri infert, in Fleta lib. 1. c. 40. §. 4. *Mehaigneur* in vet. Consuet. Normann. c. 12.

Mehainium. Regestum Parlamenti Parisie. sis ann. 1270. *Etiamsi ibidem fuerit aliqua percussio, de qua mehainium vel mors minimè teneatur, &c.*

Mehaignare, idem quod *Mehemiare*. M. Pastorale Eccles. Paris. lib. 7. ch. 19. *Eundem quoque de sinistro brachio mehaignarunt.*

Vocis *Mahain* vim videntur innuisse Itali, qui *magagna* vitium vocant, & *magagnare*, vitiosum reddere, corrumpere dicunt, à *mangonibus* fortè, vel à *machina*. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 1. de Equo: *Cum his vitiis & magagnis specificatis, &c.* Jacobus *Bourgoing* lib. de Orig. & usu vulgarium vocum p. 63. *Mahaing* dictum putat, quasi *malum odium*, atque adversa clades. Alii denique, & fortè probabiliori sententia, à *malignare*. Vide in hac voce.

MAHEMERIUM. Vide *Maeremium.*

MAHUM, & *Maho*: sic *Mahometem* ut plurimum appellabant nostrates, ut ex Matthæo Paris an. 1236. p. 289. colligimus, & ex Poëtis nostris vernaculis. *Le Roman de Loherans MS.*

Seigneur, dit-il, demain nos combatron,
El non Jesu qui soffri passion,
Qui nos prest force contre la gent Mahon.

Alibi:

Que mieux vaut Dieu que Mahons n' Apolins.

Per Mahumetum jurabant Mahumetani. Chron. MS. Bertrandi Guesclini:

Je croi que vous venés savoir nos portion,
Vous pensés à tenir le serment à Mahon.

Hinc nostratibus Ambianis *Mahoner*, pro, pugnis certare, quod pugnando invicem subinde per Mahumetem jurent. *Magometus* apud Wilhelm. Briton. lib. 4. Philipp.

Mahomeria, & *Machomeria*, Templum Mahometicum, apud Matth. Paris, Will. Tyr. & alios Gestorum Dei Scriptores. *Machomeria* quibusdam, ut Roberto Monacho, Baldrico, &c. Guibertus in Hist. Hierosl. lib. 4. c. 14. *Ad fanum suum quod Machomeriam vocant, ultra pontem Pharpharicum sepelire.* Vide eundem lib. 1. c. 4. Jacobum de Vitriaco lib. 3. p. 1143. Ordericum Vitalem p. 735. 742. Vincentium Belvac. &c. Nostris *Mahomerie*. Joinvilla in S. Ludovico: *Et estoit le moustier en la Mahomerie des Turcs & Sarrazins, & l' avoit fait dedier celui Legat en l' onneur de la Mere de Dieu.* Guil. Guiart sub an. 1248.

Et font sans trop grande crierie
Dedier la Mahomerie.

Hinc, ni fallor, vocabuli nostratis *Momerie* origo, quam pro re ridicula usurpamus, quòd preces, clamores, cantusve in ejusmodi templis à Turcis excitari solitos pro ridiculis haberent nostri. Bulla Benedicti XII. Pap. apud Anton. Brandaon. lib. 15, Monarch. Lusitan. cap. 11. *Non templa seu Meschitas ipsorum, nec, quod absit, per eorum funestos ritus, invocationes, & clamores verborum, & publicas invocationes, & peregrinationes ipsorum in Cordibus fidelium scandalum generetur.* Usurpatur etiam

Mahumeria, pro Mahumeti idolo. Chron. Reichersperg. de Saladino: *Et mahumeriam misit ei, ut eam, sicut promiserat, ad honorem Saracenorum exaltaret, & venerabiliter eam habere præciperet.*

Macomatum, idem quod *Mahomeria*, à *Mahomet*, qui & *Macomet* plerisque, & *Machumet* dicitur, superstitionis auctore, appellatum. Rogerus Hovedenus in Ricardo I. *Ex alia parte turoni, ubi sedet Macomatum*, (Edit. habet perperam *Maconiatum*) *id est, la Mahumeria Saracenorum.*

MAIA, Nutrix. Glossæ Isidori: *Maia, medica, obstetrix.* Commodianus Instr. 12.

Percipit hoc Semele iterum Jovis altera Maia.

MAIA, Acervus manipulorum, segetis, Belgis nostris, *Maie*. Statuta Ordinis de Sempringham: *Circumeant procuratores omnes grangias, & videant omnes maias, & faciant implere ad summum, quas potuerint.*

MAJACTA. Chronicon Nonantulense MS. *Per hujus Imperatoris* (Friderici II.) *tempora rudes erant ritus & instituta majorum. Nam viri insulas de squammis ferreis gestabant, biretis insutas, quas appellabant majactas.*

MAIALIS. Gloss. Isid. *Maialis porcus pinguis, quòd deæ Maiæ sacrificabatur, quasi matri Mercurii.* Glossæ Græc. Lat. [illegible], *Porcellus Maialis.* Aliæ: *Maialis*, τομίας. Sed legendum, ut in Gloss. Gr. Lat. τομίας χοῖρος, *Maialis.* Ugutio: *Nefrendis dicitur porcus domesticus, carens testiculis, sic dictus, quia non frendet dentibus. Hic alio nomine dicitur maialis, quomodo cincurris dicitur natus ex apro silvestri & domestica porca.* Tabularium S Remigii Remensis: *Summa porcorum, ver. 110. maiales 100. scrofæ 165. genal. 140. sunt simul capita 415.*

Quidam porrò putant, ita dictum *Maialem*, quòd ad *Majumæ* festivitatem nutriretur & saginaretur, reservareturque ad solennes epulas: indeque *Maialem sacrivum* seu *sacrivum*, dici in Pacto Legis Salicæ tit. 2. §. 18. *Si quis maialem sacrivum furaverit, & cum testibus, quod sacrivus fuisset, potuisset ille qui perdidit, approbare, &c.* §. 9. *Alium vero maialem qui sacrivus non fuerit, &c.* In Lege eadem posterioris Editionis §. 17. *Si quis maialem sacrivum, qui dicitur votivus, furaverit.* Sed ibi *sacrivus* & *votivus maialis* est, non ad sacrificium reservatus; sed *sacer* & ex *voto* ædibus sacris, aut viris religiosis datus, quomodo *votiva pecora* vocat Gregorius Turon. lib. 2. de Mirac. cap. 3.

MAIDA. Vide *Ceria.*

MAIDANUM, *Maydanum*, Turcis & Sarracenis, ut videtur, forum, platea vel campus. Epistola Carlini de Grimaldis an. 1314. apud Waddingum: *Interim sancti fratres ducuntur ad maydanum, id est, plateam vel campum.* Idem an. 1321. n. 4. *Ignem magnum in maydano, seu platea civitatis accenderunt.* Josephus Barbarus in Itinerario Persico p. 463. *Mandavitque ut in forum, quod Maidan illis dicitur, venirem.*

MAIERIA, Sepes, lignum, quo ager clauditur, munitur, ex Lat. *Materia*, ut censet Vir clarissimus Dion. Salvagnius Boissius in lib. de usu feudor. cap. ult. Charta an. 1164. ab eo descripta: *Si quis vinearum, hortorum, vel alterius loci fructus, vel majeriæ, vel clausuram, vel tectum domus furatus fuerit, &c.* Alia an. 1245. Apud eundem pag. 323. *Jus pascendi pecoris, —jus ligna scindendi, sive chalfagium in omnibus nemoribus nostris, excepto nostro devez, quod est supra vineas de Loyras, &c.* Consuetudo Borbonensis art. 283. *Autre chose est des fruits naturels comme noix, foin, mayeres, pommes, poires, & autres choses semblabes, &c.* Vide in *Escenla.*

MAJESTAS. Glossæ Lat. Gr. *Majestas*, μεγαλειότης. Deo præsertim tribuitur. Prudentius in Apotheosi:

—— Nam Filius hoc est,
Quod de Patre micans se præstitit inspiciendum
Per species, quas posset homo comprendere visu.
Nam mera Majestas est infinita, nec intrat
Obtutus, aliquo nisi si moderamine formet.

Ubi Iste Magister per *Majestatem*, *Patrem*, designari putat. Infrà, Filio tribuit:

Cui non principium de tempore; sed super omne
Tempus, & ante diem Majestas cum Patre summo,
Imò animus Patris, & ratio, & via Consiliorum.

Et contra Homuncionitas:

Adfirmant non esse Deum, pietate fatentur,
Majestate negant.

In Psychomachia:

Verbum quippe caro factum, non destitit esse
Quod fuerat, Verbum carnis dum gluttinat usum
Majestate quidem non degenerante per usum
Carnis; sed miseros ad nobiliora trahente.

Lib. 1. in Symmach.

—— Nisi quod trucis Orci
Imperium, vera ceu Majestatis adoras.

Arator lib. 1. Hist. Evangel. de Christo resurgente: *Majestas cum carne redit, &c.* Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 12. *Ibique Seraphim obumbrare Majestatem Domini.* Liber 1. Miraculor. S. Bavonis cap. 14. *In honore trinæ Majestatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 166. *Et in medio quidem alto satis & prominenti ciborio sanctus quiescit Vitonus, frontem auro purissimo & gemmis pretiosissimis, quibus concluditur Majestas Dei incircumscripta, & incomprehensibilis, habens ad dextram B. Petri, & ad lævam ejusdem B. Vitoni — imagines.* Helgaudus in Roberto Rege: *Fecit nihilominus sancto Pontifici Martino casulam auro operatam optimo, inter scapulas Majestatem veri Pontificis continentem, Cherubim quoque ac Seraphim dominatori omnium colla submittentium.* Albericus in Chr. an. 1204. *In hac* (icone seu imagine) *mirabiliter fabrefacta est Majestas Domini, & Imago B. Mariæ & Apostolorum.* Vitæ Abbatum S. Albani p. 71. *In quorum uno Crux cum Crucifixo & Maria & Joanne figurantur: alio verò Majestas cum quatuor Evangelistis elegantissimis cælaturis insculpitur.* Et pag. 90. *In media trabe Majestas cum Ecclesia & Synagoga figuratur.* Gervasius Dorobernensis de Combustione & Reparat. Eccles. Dorobern. pag. 1295. *Quæ* (trabs) *per transversum Ecclesiæ desuper altare trajecta auro decorata — Majestatem Domini, imaginem S. Dunstani, — sustentabat.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis cap. 56. *Dum transeunt ad Capitulum, similiter ad Majestatem inclinabunt.* Statuta Ord. Præmonstrat. Dist. 1. cap. 5. *Cùm verò Conventus Capitulum ingreditur, singuli suo ordine versus Majestatem inclinent.* Durandus lib. 4. Ration. c. 35. n. 11. *In quibusdam codicibus & Majestas Patris, & etiam Imago depingitur Crucifixi.* Infrà: *Sacerdos osculatur pedes ipsius Majestatis, & se signat in fronte.* Vetus Charta apud Catellum lib. 5. Rerum Occitanar. p. 901. *Et quædam crossa eburnea, cum baculo eburneo, & unum colare cum majestatibus &c.*

Sed & *Majestas*, pro quavis Sanctorum imagine usurpatur ab Anonymo de Miracul. S. Fidis cap. 8. to. 2. Bibl. Labbei: *Erat distributa Sanctorum acies in tentoriis & papilionibus in prato S. Felicis, quod disparatur ab urbe quasi uno milliario.* (loquitur de capsis & imaginibus SS.) *Hunc locum præcipuè S. Marii aurea majestas & S. Amantii æquè aurea majestas, & S. Saturnini Martyris aurea capsa, & S. Mariæ aurea imago & sanctæ Crucis aurea Crux, & sanctæ Fidis aurea majestas decorabant.* Tabular. Celsinianense: *Incendia domorum, vinearum extirpationes, censuum terræ ablationem, patris sui seu proprii corporis invasionem, & ad ultimum, quod magis plangendum est, ipsius etiam majestatis S. Petri lapidationem, &c.* Vide Monast. Anglic. to. 3. p. 309. 312.

Majestatem pro quovis Gentilium Deo usurpavit etiam Tertullianus Apol. c. 13. *Majestas quæstuaria efficitur, circuit cauponas religio mendicans.* Commodianus Instr. 17. de Archigallis:

Inde simulant se concuti numine quodam,
Majestatemque colunt, & se sub figura fatigant.

Et infrà:

Res semel in vano de vetustate processit,
Ut ratiocinanti credatur prodenti falsa,
Majestas autem illorum nulla locutus est.

Eusebius Emisenus seu Eucherius Homil. contra Idola: *Sed dicis, non lignum & lapidem; sed in ligno & lapide latentem veneror Majestatem.*

Majestas, Imperatorum & Regum titulus proprius. Glossæ Gr. Lat. ἐξουσία, *Majestas, Ditio, Potestas.* Agobardus de Insolentia Judæor. ad Ludovicum Pium Imp. *Dicens Majestatem vestram commotam esse valde adversum me propter Judæos.* Charta Caroli Calvi Regis Franc. apud Perardum p. 48. *Isaac Lingonensis Ecclesiæ reverendus Antistes ad nostram se colligens Majestatem, humiliter postulavit, &c.* Adde p. 160. Passim. Vide Filesacum in Querela Ecclesiæ Gallicanæ p. 851.

Majestatis titulus etiam summis Pontificibus tribuitur in Ordine ad consecrandum Episcopum, in MS. Codice Thuano 773. in Epistola Caroli Calvi ad Nicolaum I. PP. in Concilio Tricassino an. 867. in Epistola Concilii Viennensis ann. 1112. ad Paschalem PP. apud S. Anselmum lib. 2. Epist. 33. lib. 4. Epist. 46. 94. Joan. Sarisber. Epist. 10. 11. 14. 28. 29. &c. qui interdum *Majestatis Apostolicæ* titulo utitur Epist. 27. 28. 40. 89. &c. ut & Vita S. Theodardi p. 761. Hist. Translat. S. Sebastiani n. 15. &c. Vide Stephan. Tornac. Epist. 109. Conradum Abbatem Urspergensem ann. 1116. Matth. Paris ann. 1246. pag. 470. Laurentium Leodiensem in Episcopis Virdunensibus p. 323. in Epist. S. Thomæ Cantuar. ad Alexandrum III. PP. apud Baron. an. 1170. in aliis Arnulphi Episcopi Lexoviensis ad eundem Alexandrum pag. 98. Cleri Trevirensis ad Innocentium II. apud Browerum lib. 13. n. 104. in Charta 5. Tabularii Ecclesiæ Carnotensis, &c. Versus exarati in obitum Antipapæ Guidonis:

Corruit insani Guidonis & Octaviani
Impia Majestas, atque intoleranda potestas.
Surgit Alexander, ratione prior, Petrus alter.

Charta Henrici IV. Imper. in Actis Murensis Monasterii p. 21. *Et ut prædictum Cœnobium sub Romanæ Ecclesiæ mundiburdio & Majestate securum semper stabiliatur & defendatur.*

Majestatis titulum adscribunt præterea Episcopis, Dudo in Præfat. ad Acta Normannor. Abbati Sugerio. S. Bernardus Clarevallensis Abbas Epist. 3. tom. 4. Hist. Franc. p. 493. &c. Archidiaconis, Stephanus Tornac. Ep. 231. Vide, quæ de hac voce congessit Casaubonus ad Trebellium Pollionem.

Majestas, Bulla Imperialis, seu majus Imperatoris sigillum, in quo scilicet cum Imperatoria *Majestate* exprimitur: unde Germanis, *Majestat-brieff*, ejusmodi sigillo munitæ litteræ appellantur. Ita Freherus ad Petrum de Andlo lib. 2. cap. 6. & ad Bullam Sigismundi Imp.

Majestas, Præsentia. Tabularium Brivatense ch. 7. *Quod in majestate illorum testium auctorizatum fuit, Petri, Poncii, &c.*

MAIGNA-

MAIGNAGIUM. Liber Ramesiens. sect. 265. apud Spelmannum : *Idem Hugo tenebat unam Cotsethelandam cum libero servitio in villa, quæ dicitur Fleye, & unum maignagium in foro ejusdem villæ.* Ubi idem Spelmannus officinam fabri ærarii interpretatur, à Gallico *Maignen*, Faber ærarius. Sed malim *Maignagium* hoc loco interpretari pro *Mansionagio*, vel *Mesnagio*, seu domo. Vide *Mainagium.*

MAILLA, Species monetæ minutioris, quam à *Medallia* contractam docemus in Dissertatione de Nummis inferioris Imperii, vulgò *Maille.* Charta an. 1144. pro Montealbano, apud Catellum in Comitib. Tolosan. p. 323. *Collaudarius extraneus, qui attulerit salem, ibi præbeat domino unam maillam, & collaudarius, qui extraxerit salem, præbeat unum pogesum.* V. *Medallia.*

MAIMODINA. Vide *Masmodina.*

MAINAD, Perjurium, à Saxonico Mainan að, aliàs maneað, quod falsum juramentum sonat. Leges Inæ Reg. West-Sax. cap. 34. juxta Edit. Cantabrig. *Si nolit abjurare, emendet ipsum mainad, id est, perjurium, dupliciter.* Vide Leges Saxonicas Kanuti Regis Angl. part. 1. cap. 5. & part. 2. c. 33.

MAINADA. Vide *Maisnada.*

MAINAGIUM, *Maniamentum*, Possessio, quasi *manualis* possessio, à *Main*, manus. Aresta ann. 1257. 1. Regesti Parlam. f. 5. *De quibus erant in possessione & mainagio, &c.* Occurrit etiam alibi in hoc Regesto fol. 18. vers. *In usu & maneagio*, fol. 22. v. *Maniamentum*, f. 23. vers. 31.

MAINAMENTUM, quasi *Mansionamentum*, mansio, domus. Charta an. 1232. *Terram eorum & possessiones, videlicet mainamenta, prata, vineas, &c.* Tabular. Dalonense fol. 90. *Mainamentum de la Martinia.* Tabularium Nantoliense in Pictonibus an. 1394. *Arbergamentum vulgariter appellatum mainamentum de Mailloc.* Ibid. an. 1418. *Les 3. parts du mainement du Mas, avec toutes les terres & vignes ——— du mainement.*

MAINBURNIA. Vide *Mamburnus.*

MAINERIA, tributi species. Charta Adelfonsi Imp. Hispaniæ apud Colmenarezium in Histor. Segoviensi cap. 15. §. 11. *Aufero ex illis foris portaticum & maineriam.*

MAINFULA. Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. c. 30. de Labore Fratrum : *Ascendant in dormitorium, ibique se præparantes, desuper laneas tunicas se præcingant, minores subtalares, & mainfulas & capparones accipiant, &c.* Idem videtur quod *moffula*, chirotheca. Vide in hac voce, fortè quasi *manus infula*, seu tegumentum.

MAJOLUS. Vide *Malones.*

MAJOR, nudè pro *Majore domus*, nostris *Maître d' hostel.* Pactus Legis Salicæ tit. 11. §. 6. *Si quis Majorem, inferiorem, scantionem, Mariscalcum, stratorem, — furaverit aut occiderit.* Ubi inter ministros domûs primus statuitur, ut §. seq. Gregorius Turonen. lib. 9. cap. 36. *Comitibus, Domesticis, Majoribus, atque nutritiis — delegatis, &c.*

Majorissa, quæ ancillis domûs præerat, in eodem Pacto : *Si verò Majorissam aut ancillam ministerialem, &c.*

Major domus, qui *domui*, seu famulis præest. S. Hieronym. Epist. 2. *Si familiarius est loquendum, habet nutricem, majorem domus virginem, viduam, vel maritatam, &c. Præpositus domus*; apud Monachum Sangallens. lib. 1. de Carolo M. c. 33. Glossæ Isidori : *Architriclinus, Major domus.* Donatus : *Columen, columna : unde apud veteres Columellæ dicti servi majores domus.* Regula Magistri cap. 11. *Sicut in hominis domo, ut securus sit de omnibus præparandis, Dominus rei ordinat Majores familiæ, quos vice Domini minores timeant, id est, Vicedominum, Villicum, Saltarium, & Majorem domus, sic in domibus divinis, &c. Majoris domus* Hunnerici Vandalorum Regis meminit Gennadius lib. de Script. Eccl. in Eugenio Carthagin. Episcopo. *Major domus* Exarchi Italiæ, apud Gregor. M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 9. Ita Avitus Viennensis Epist. 35. Vippo in Vita Conradi Salici pag. 428. Adam Bremensis cap. 153. 207. & alii.

Major domus, prima olim in Francorum nostrorum Palatio ac præcipua dignitas, quæ variè efferri solet à Scriptoribus. Dicitur enim *Major domus Regiæ*, apud Fortunatum in Vita S. Radegundis cap. 44. & alios passim : quomodo etiam qui eadem fungebatur dignitate apud Italiæ Gothicos Reges, in Concilio Romano sub Symmacho I. PP. Apud Persas μεί ων τῆς βασιλικῆς οἰκίας, apud Sozomen. lib. 2. cap. 9. item Eutropium Eunuchum προεςῶτα τȣ̃ βασιλέως οἴκȣ, quem alii πραιπόσιτον vocant. Et cap. 7. μείζονα τῶν βασιλέων εὐνȣ́χων. *Gubernator Palatii*, apud Fredegarium c. 55. & Aimoin. l. 4. c. 15. *Rector Palatii & Major domus*, apud Ursinum in Vita S. Leodeg. c. 8. & Aimoinum l. 4. c. 26. *Moderator Palatii*, apud Paulum Warnefrid. in Epist. Meteni. *Palatii præfectus*, apud Eginhartum in Vita Caroli M. in Vita S. Eligii, in Vita S. Wandregisili c. 13. 14. & in Vita S. Remacli c. 21. apud Adrevaldum l. 1. c. 15. &c. Unde *Præfectoria dignitas*, apud Aigradum in Vita S. Ansberti cap. 2. *Præfectoria administratio*, in Vita S. Ansberti Episcopi Rotomag. *Palatii Præpositus, quid vulgò dicitur Major domus, &c.* apud S. Audoënum in Vita S. Eligii l. 2. c. 53. *Provisor Aulæ regiæ, & Provisor Palatii*, apud Venericum in Apologetico Henrici IV. seu lib. de Unitate Ecclesiæ conservanda. *Princeps Palatii*, apud Ermentarium in Vita S Philiberti lib. 1. c. 25. *Regalis Curiæ Princeps*, apud Eadmerum in Vita S. Wilfridi cap. 33. *Princeps regiminis ac Major domus*, in Gestis Regum Fr. c. 48. *Comes Palatii*, apud Aimoinum lib. 4. c. 6. de Warnario, ubi suprà *Major domus* dicitur, & cap. 14. *Palatio regni Burgundiæ Præpositus. Comes domus regiæ*, de Gogone Majore domus lib. 3. cap. 4. *Comes Palatinus*, in Vita S. Drausii, ubi de Ebroïno, & apud Philippum *Mouskes. Dux Palatii*, in Gestis Dagob. c. 31. & in Chr. Fredeg. c. 75. *Dux Francorum*, in Vita S. Baboleni, de Erchenoaldo : *Qui tunc Francorum Ducatui praerat, & omnia Palatina officia suo moderamine procurabat.* Et apud Anonymum de Carolo Martello, ann. 731. *Dux & Major domus Regni Francorum.* Ita apud Erchanbertum in Breviario Majorum domus : unde *Ducatus* ipsa dignitas, in Genealogia Regum Francor. tom. 1. Histor. Franc. pag. 795. ubi de Ebroïno. *Curopalata*, apud Egidium Parisiensem lib. 1. Carolini, ubi de Ebroïno :

In vice Wifaldi dominari cœpit adhærens
Regibus Austrasiis, & eorum Curopalates.

Ita *Curam Palatii* gessisse dicitur filius Waratonis apud Fredegarium, tametsi eadem *Curopalatæ* dignitas cum *Majoris domus* dignitate, jure addubitari possit ?

Atque hæ quidem nomenclaturæ supremam *Majorum Domus* aulæ Franciæ potestatem indicant, cùm penes eos esset & Palatii, & Regni, & rerum publicarum cura, sola regiæ dignitatis specie Principibus ipsis remanente. Hariulf. lib. 2. Chronici Centul. cap. 1. *Nam in illo tempore, decidente regali gloria, per Præfectos Palatii domus regia ordinabatur : neque aliud Regi relinquebatur, quàm ut regio solum nomine contentus in solio resideret, ac speciem dominantis effingeret, legatos undecunque venientes audiret, eisque*

eisque abeuntibus responsa, quæ erat edoctus, vel potius jussus, ex sua velut potestate redderet, ac regni administrationem, & omnia, quæ vel domi, vel foris erant agenda ac disponenda, Præfectus aulæ procurabat. Similia habent Eginhardus initio Vitæ Caroli M. Paul. Warnefrid. lib. 6. de Gest. Longob. cap. 16. Adrevaldus lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 12. Theophanes, Radulphus de Diceto an. 662. & alii. Hinc Desiderius Cadurcensis Episcopus scribens ad Grimoaldum Majorem domus Epist. 6. *totius aulæ immoque regni rectorem* appellat. Et Sigebertus Gemblacensis in Vita S. Sigeberti Regis Austrasiæ cap. 4. *Grimoaldus pro patre suo Pipino constitutus Major domus, potenter in aula Sigeberti Regis principabatur, & domi militiæque viriliter tutabatur.* Vita Pipini Ducis de Pipino juniore Majore domus in Austria: *Etsi non regio nomine, tamen regia potestate in Austria regnare cœpit.* Vita MS. S. Gaugerici Episcop. Camerac. lib. 2. cap. 3. de Landrico: *Ille verò, quoniam in aula regia cæteros fastibus excellebat, ac sub Regis Domini auctoritate, moles & onera regni pro sua voluntate tractabat, &c.* In Vita & Miraculis S. Rictrudis, Archenaldus Major domus *secundus à Rege in Palatio ejus* fuisse dicitur. Denique Othlonus lib. 2. de Vita S. Bonifacii c. 19. *Hic itaque accepta paternæ & fraternæ potestatis monarchia, quæ tunc Major domus dicebatur, &c.* Inde *Subregulos* appellatos docemus in hac voce.

Hæc porrò summa *Majorum domus* potestas tum primùm cœpit, cùm imperavit Clodoveus II. Dagoberti filius, sub quo Regum suprema intercidit potestas. Genealogia Regum Francor. p. 795. *Denique à temporibus Clodovei, qui fuit filius Dagoberti, pater verò Theoderici regnum Francorum decidens, per Majores domus cœpit ordinari.* Ita etiam alii Scriptores.

Majores domus aulæ Francicæ ab ipsis Proceribus & populo eligi solebant. Fredeg. c. 54. *Eo anno Chlotarius cum proceribus & leudibus Burgundiæ Trecassinis conjungitur, cùm eorum esset sollicitus, si vellent jam Warnachario discesso* (defuncto) *alium in ejus honoris gradum sublimare. Sed omnes unanimiter denegantes, nequaquam se velle Majorem domus eligere, Regis gratiam obnixè petentes, cum Rege transegere.* Adde Aimoinum lib. 4. c. 15. Idem Fredegar. c. 105. *Eo tempore elegerunt in honorem Majoris domus quendam Francum nomine Raganfridum.* Gesta Regum Francor. cap. 45. *Franci autem Leudesium filium Erchinaldi nobilem in Majorem domus Palatii eligunt.* Et ita cap. 48. Eginhardus in Caroli M. Vita, de Majoris domus dignitate: *Qui honor non aliis à populo dari consueverat, quàm his, qui & claritate generis, & opum amplitudine cæteris eminebant.* Principis tamen interveniebat consensus, imò jussio. Gesta Reg. Franc. c. 47. *Franci verò consilio accepto Waratonem virum illustrem in loco cum jussione Regis Majorem domus Palatii constituunt.* Fredegar. in Chron. c. 27. *Protadius instigante Brunechilde, Theoderico jubente, Major domus efficitur.* Adde Aimoinum lib. 3. c. 92. lib. 4. c. 6. Idem Fredeg. Chr. c. 101. *Grimoaldus junior cum Childeberto Rege Major domus Palatii super Francos electus est.* Adde cap. 104. ejusdem Epit. c. 58. Aimoin. lib. 3. c. 4. lib. 4. c. 44. 46. & Gesta Regum Franc. c. 36.

Jam verò cùm Regnum Francicum in triplicem maximè monarchiam divisum esset, Franciam nempe, seu Neustriam, Austrasiam, & Burgundiam, iis Regum interdum filiis attributis, à quibus servabatur nihilominus *Regis Francorum* titulus, in suis singuli toparchiis ac regnis suos *Majores domus* habebant, quorum seriem ad Historiæ notitiam hîc breviter perstringimus.

Series MAJORUM DOMUS *Regum Franciæ, ex Scriptoribus.*

Badegisilus, postmodum Episcopus Cenomanensis, sub Chlotario I. Rege. Gregor. Turon. lib. 6. cap. 9. lib. 8. c. 30. 39. l. 10. c. 5.

Gundolandus, sub eodem Chlotario I. Erchanbert.

Landericus, sub Chilperico I. & Chlotario II. Gesta Regum Francor. cap. 35. 36. 41. Chronic. Fredegar. c. 25. Aimoin. lib. 3. c. 4. Herman. Contract. an. 585.

Gundoaldus, sub Chlotario II. Gesta Reg. Francor. c. 41. Erchanbert.

Æga, vel Eganus, aut Eganes, sub Dagoberto & Chlodoveo II. Gesta Dagobert. c. 24. 43. 46. 47. Chr. Fredegar. c. 79. 80. 83. 85. Aimoin. l. 4. cap. 35. 36.

Almaricus, sub Chlodoveo II. Passio S. Bercharii Ab.

Grimoaldus Pipini II. filius. Libell. de Majorib. Dom.

Erchinoaldus, aliis Herginoldus, sub Dagoberto & Chlodoveo post Aganem. Gesta Dagob. c. 48. Gesta Reg. Franc. c. 42. Chr. Fredeg. c. 84. 89. 90. 91. 92. Vita S. Wandregisili c. 13. 14. Vita S. Eligii, Vita S. Fursei, Vita S. Baboleni, Vita & Miracula S. Rictrudis, Libellus de Majoribus domus Regiæ, Malbrancus, &c.

Leudesius, Erchenoaldi filius, qui Leutherius in Vita S. Odiliæ, & in Fragm. Hist. tom. 1. Hist. Franc. pag. 783. sub Theodorico. Gesta Regum Francor. c. 45. Fredeg. Chron. c. 96. Bruschius de Monast. Germ. p. 93.

Ebroinus, sub Chlotario filio Chlodovei. Vita S. Leodegarii cap. 12. Ursinus in ejusdem S. Leodegarii Vita cap. 4. 8. Passio S. Ragneberti, Vita S. Drausii, Vita S. Eligii. Erchanbertus, &c.

Warato, post Ebroinum, sub Theoderico. I. Gesta Reg. Franc. c. 47. Fredegar. Chr. c. 98. Aimoin. l. 4. c. 46. 47. Fragm. Hist. pag. 783. Vita S. Audoëni cap. 26. 29. Vita S. Ansberti Rotom.

Bertharius, Waratonis gener, sub eodem Theoderico. Gesta Reg. Francor. cap. 48. Fredeg. Chron. cap. 99. Aimoin. l. 4. c. 47. Erchanbert. &c.

Nordebertus, sub Chlodoveo II. & Childeberto II. Gesta Reg. Franc. c. 48. 49. Genealog. Regum Franc. p. 795. to. 1. Hist. Fr. Libell. de Major. dom.

Grimoaldus Pipini junioris filius, sub Childeberto II. Gesta Reg. Franc. c. 49. 50. Chron. Fredegar. cap. 101. 102. 104. Aimoin. lib. 4. c. 38. Erchanbert. Genealog. Reg. Francor. pag. 795. 798. Vita S. Sigeberti Regis Austr. c. 4. 5. Libell. de Majorib. dom.

Theudoaldus, filius Grimoaldi, sub Dagoberto filio Childeberti. Fredegar. Chr. c. 102. 104. Erchanbert. Libell. de Major. dom.

Ragenfredus, sub Dagoberto. Fredegar. Chr. cap. 105. Aimoin. l. 4. c. 49. Erchanbert. Geneal. Reg. Franc. Herman. Contract. an. 716.

Carolus Martellus, sub Theoderico filio Dagoberti, de quo passim Scriptores.

Pipinus Caroli filius. Ejus Vitam scripsit Bolandus 21. Januar.

Series MAJORUM DOMUS *Regni Austrasiæ.*

Chrodinus Dux, electus Major domus Regni Austrasiæ, sub Sigeberto I. Fredegar. Epit. c. 58. 59. Aimoin. lib. 3. c. 4. Fortunat. lib. 6. Poëm. 16.

Gogo, sub eodem Sigeberto I. Gesta Regum Franc. c. 57. 58. Fortunat. l. 7. Poëm. 1. 4.

Rado, sub eodem Sigeberto I. Chr. Fredeg. cap. 42. Aimoin. l. 4. c. 6.

Florentianus, sub Childeberto Rege Austrasiæ. Gregor. Turon. l. 9. c. 30.

Wlfoadus, sub Childeberto. Libell. de Major. domus, Vita S. Leodegarii c. 5. Vita S. Præjecti, Camusat. in Prompt. Antiq. Trecass. p. 80. Gesta Regum Franc. cap. 45. 46.

Warnacharius, sub Theoderico II. Fredegar. Chron. c. 18. 22. 40. 41.

Pipinus senior, sub Chlotario I. Dagoberto II. & Sigeberto II. Gesta Dagob. c. 22. 47. Erchanbert. Fragm. Hist. to. 1. Hist. Franc. p. 782. Vita Sigeb. Reg. Herm. an. 646. Divæus lib. 1. c. 6.

Marti-

Martinus, sub Sigeberto II. Gesta Reg. Franc. c. 46. Fredeg. c. 97. Aimoin. l. 4. c. 45. Libell. de Majorib. dom.

Grimoaldus, sub Sigeberto II. Fredegar. Chron. cap. 88. Gesta Regum Franc. cap. 43. Aimoin. lib. 4. c. 49. Vita S. Remacli c. 14. 20. 21. Vita Pipini to. 1. Hist. Franc. p. 598. Herman. Contr. an. 644. Vita Sigeberti Regis, &c.

Adalgisus Dux Palatii, sub Sigeberto III. Gesta Dagob. cap. 31. Fredegar. Chron. cap. 75. Aimoin. lib. 4. c. 26.

Pipinus junior filius Ansegisi, sub Theoderico filio Chlodovei, & sub Chlodoveo. Erchanbert. Gesta Reg. Franc. c. 46.

Series MAJORUM DOMUS *Regni Burgundiæ.*

Warnacharius, sub Theoderico Rege Burgundiæ Childeberti filio. Fredeg. Chronic. cap. 18. 40. 42. Aimoin. l. 3. c. 86. lib. 4. c. 1. 6. 14. Herman. Contract. an. 600.

Berthoaldus, sub eodem Theoderico. Fredeg. Chron. c. 24. 25. 26. Herman. an. 602.

Protadius, sub eodem Theoderico. Fredeg. Chr. c. 27. Aimoin. lib. 3. cap. 91. 92. Herman. an. 606. 608.

Claudius, genere Romanus, sub eodem Theoderico. Fredeg. Chron. c. 28. Aimoin. l. 3. c. 92. 93.

Flaocatus, sub Chlodoveo II. Gesta Dagoberti cap. 48. Fredegar. Chron. c. 89. 90. Vita S. Eligii l. 2.

Series MAJORUM DOMUS *Regni Aquitaniæ.*

Hermarius gubernator Palatii Regis Aquitaniæ. Fredeg. Chr. c. 55. Aimoin. l. 4. c. 15.

Robertus Major Palatii Regni Aquitaniæ sub *Pipino Rege ann.* 828. Vide Chenutium in Antiquit. Bituric. pag. 40.

Ex hinc qui *Majores domus* prima ac secunda Regum stantibus stirpibus appellabantur, *Senescallos* dixerunt nostri: qua priore etiam nomenclatura insignitur Theobaldus Comes Blesensis, qui vulgò Senescallus appellatur, in Chartis Theobaldi Episcopi Suessionensis ann. 1077. in Tabulario Castilionensi: *Theobaldus Comes Major domus regiæ.* Ita Stephanus Garlandus in Chronico Mauriniacensi lib. 2. *Inter ea defuncto Willelmo Anselli Dapiferi germano, Stephanus Cancellarius frater amborum Major Regiæ domus effectus est. Hoc retroactis generationibus fuerat inauditum, ut homo, qui Diaconatus fungebatur officio, Militiæ simul post Regem duceret principatum.* Idem Chronicon Radulphum, Viromandensium Comitem, *Majorem domus Regiæ* vocat. Robertus de Monte an. 1169. *Henricus filius Regis Anglorum — servivit Regi Francorum ad mensam, ut Senescallus Franciæ. Hanc Senescalciam, vel, ut antiquitus dicebatur, Majoratum domus Regiæ, Robertus Rex Franciæ dedit Gaufrido Grisagonella Comiti Andegavorum, &c.* Hugo de Cleeriis, & ex eo Gesta Consulum Andegav. cap. 6. de eodem Gaufrido: *Sibi & successoribus suis jure hæreditario Majoratum Regni, & Regiæ domus Dapiferatum cunctis applaudentibus & laudantibus exinde donavit.* Sed & Majores domus primæ Regum nostrorum stirpis *Senescallos* promiscuè vocat Philippus *Mouskes*, ubi de Grimoaldo:

Grimaus un haus om cevaliers,
Ki Senescaus & Conseilliers
Estoit de la terre d' Austrie.

Idem Hugo de Cleeriis de Majoratu & Senescalcia Franciæ, de Comite Andegavensi: *De cætero Comes appellatur Major in Francia, propter retutelam, quam facit in exercitu Regis.* Surita lib. 1. Ind. ann. 1055. de Senescallis: *In Aragonia, uti in Galliæ regno, Majores domus appellabantur, quòd aula regia præfecti essent.* Vide *Senescallus.*

Major Palatii, idem, qui *Comes Palatii*, in Testamento S. Leodegarii, (si tamen genuinum est) apud Miræum in Donat. Belg. lib. 1. cap. 3. *Ut reus Majestatis noverit se coram Majore Palatii vel capite, vel centum auri libris multandum.*

Habebant etiam Reginæ suos *Majores domus.* Apud Gregorium Turon. lib. 6. cap. 45. lib. 7. cap. 27. 38. 43. Waddo dicitur *Major domus Riguntlus Reginæ.* Ita *Amalricus Dapifer Reginæ* Chartam Philippi I. Regis Franc. an. 1065. subscribit, in Hist. Monast. S. Martini de Campis p. 16.

Major domus nuncupatur S. Leodegarius in illius Vita cap. 4. ubi de Childerico: *Idem sanctum Leodegarium Pontificem super omnem domum suam sublimavit, & Majorem domus constituit.* At cùm ferè constans sit hac dignitate nunquam donatum sanctum Leodegarium, censent Valesius lib. 21. Histor. Franc. & Cointius in Annal. Eccles. Franc. ann. 670. hacce nomenclatura *præcipuum Consiliarium* denotari. Quibus sanè adstipulatur Additamentum 2. Legis Burgundionum §. 13. *Quicunque aliquem locum munificentiæ petere voluerit, cum litteris Comitis sui veniat, & Consiliarii aut Majores domus, qui præsentes fuerint, ipsas litteras Comitis ipsius accipiant, &c.* Et in Præfatione ejusdem Legis: *Sciant itaque Optimates, Comites, Consiliarii, Domestici, & Majores domus nostræ, Cancellarii, &c.* Similia pæne habentur in Lege Ripuar. tit. 88. ubi cùm numero multitudinis ibi efferantur, vix est ut credam, habuisse curam aulæ regiæ: quin potiùs pro Primatibus, & præcipuis aulæ regiæ Proceribus accipiuntur, ut in Ordine Romano dici monemus. Ita apud Adamum Bremensem cap. 153. *Non sapienter æstimans talium personarum favoribus se effecturum, ut vel solus placeret in Curia, vel Major domus fieret præ omnibus.*

Quidam præterea observarunt *Majores domus* à Summo Pontifice ex ordine Cleri, interdum etiam Episcopali electos, viros scilicet prudentiâ & rerum gerendarum peritiâ insignes, quibus Episcopii vel Patriarchii Lateranensis cura & administratio committebatur, in gubernanda domo, domesticis, & hospitibus excipiendis, eorumque causis ritè & ordine cognoscendis, quos & *Vicedominos* appellabant, quod fuit Senescallorum officium. *Majores domus Ecclesiæ Romanæ* habet Ordo Romanus: qui tamen infrà, *Primates* videntur appellari, adeo ut incertum sit, an revera *Majores domus Lateranensis* fuerint?

Majorum domus Episcoporum meminit Gregorius M. lib. 9. 66. *Volumus autem ut memoratus frater noster Paschasius* (Episcopus) *& Vicedominum sibi ordinet & Majorem domus, quatenus possit vel hospitibus supervenientibus, vel causis, quæ eveniunt, idoneus & paratus existere.* Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 91. de *Joanne* Vicedomino Cameracensi: *Qui Majordomatu cæteris præstabat in urbe sub Pontificali auctoritate.*

Atqui hi non alii videntur ab Advocatis Ecclesiarum Cathedralium, qui aliàs *Vicedomini*: quo titulo indigitatur Theodoricus Comes Advocatus Ecclesiæ Trevirensis à Lamberto Schafnaburgensi anno 1066. qui Sigeberto, *Comes Trevirorum* appellatur. Annales Francorum Bertiniani an. 867. *Carolus Rex Abbatiam ipsius Monasterii sibi retinuit, causas Monasterii* (S. Dionysii) *& conlaborationem per Præpositum & Decanum atque Thesaurarium, militiæ quoque curam per Majorem domus sua commendatione geri disponens.* Ubi *Major domus* idem est, qui *Advocatus Monasterii sancti Dionysii.* Acta S. Forann. Abb. n. 11. *Quapropter decretum ibi est judicio Procerum de Curia, in ejusdem Regis præsentia, quatenus*

quatenus Major domus, videlicet Præpositus de Ecclesia S. Mariæ, quæ est Aquisgrani, cum cæteris valentioribus Canonicis, pro eadem Abbatia tempore tribulationis ejusdem Abbatiæ causidici assurgant, &c. Vide Freherum ad Petrum de Andlo p. 139. 2. Edit.

Major domus, dignitas etiam apud Hispaniæ Reges, in Chartis Alfonsi Imp. in Bibl. Cluniac. p. 1436. & apud Doubletum p. 892. & aliis Regum Hispanicorum apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti.

Majoris domus, in Regno Aragonum munus sic describit Vitalis Episcopus Oscensis: *Post Regem autem dispensator domus regiæ, qui dicitur Major domus, in judicando obtinet principatum: qui de omnibus causis & querelis tam Infancionum, quàm aliorum potest cognoscere indistinctè: exceptis probatione Infancionatus, & pronuntiatione super ea, exauctorizatione Militis, prolongatione natalium, & restitutione status eorum, qui illum incarnatione regia, vel expressione infamiæ amiserat: hæc enim & iis æqualia, vel majora sunt soli Regi, vel cui ipse specialiter mandaverit, reservata. Sed Major domus semper in cognitione causarum debet sibi Justitiam majorem Regni Aragonum adhibere, vel si ipsum habere commodè non valeret, alium Justitiam, qui in aliqua civitate, vel villa domini Regis, sit per dominum Regem in Justitiatus officio constitutus. Qui Justitia examinet omnes causas, & determinet per suam sententiam in Majordomi curia agitandas. Majordomus enim pronuntiare sententiam diffinitivam, vel interlocutoriam nunquam debet, &c.* Adde, quæ ad eundem Vitalem commentatur Hieronymus Blanca p. 785. Rer. Aragon.

Majoris domus, apud Castellanos, munus ita describitur in Legibus Alfonsinis, seu Partitis, part. 2. tit. 9. lege 17. *Major domo, tanto quiere dezir como el Major domo de la casa del Rey; para ordenar la cuenta en su mantuniemento. E en algunas tierras le llaman Senescal, que quiere tanto dezir como official, sin el qual non se dever fazer despensa en casa del Rey. E aun le llaman los antiguos assi, por que* Senex *tanto quiere dezir come viejo: por razon que tiene officio honrrado: e* calculus, *como piedras con que contavan, e parrenda tando muestra este nome come official honrrado sobre las cuentas. Ea al Mayor domo pertenesce tomar cuenta de todos los officiales tambien que los que fazen las dispensas de la Corte, come de los otros que reciben las rentas, e los otros derechos de qual manera quier que sean, assi de mar come de tierra, &c. e porque el su officio es grande, e tanne en muchas cosas, ha menester que sen de buen linaije, e acucioso, e sabidor, e leal, &c.* Chartam Urracæ Reginæ Hispaniæ an. 1116. apud Sandovallium, subscribunt cum aliis magnatibus, *Exemen Lopes Mayor domus*, & *Nunus Pelaz Mayor domus in Luparia.*

Majores domus, Cæsaraugustæ, dicuntur tres judices Confratriæ mercatorum, qui exercent jurisdictionem, & sedent pro Tribunali in domibus disputationis in aula superiori post meridiem, &c. Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. in voce *Confratria.*

Major domus terræ Regis, in Articulis Cleri contra Dionysium Regem Lusitaniæ, apud Bzovium ann. 1289. num. 5. §. 29.

Majordomatus, dignitas Majoris domus in Gestis Regum Francor. cap. 43. 48. 50. in Vita S. Aldegundis cap. 1. n. 2. apud Paulum Warnefridum de Episcopis Metensibus in S. Arnulfo, &c.

Major equorum, Præfectus stabulo regio, dignitas in aula Regum Navarræ, quâ donatus *Lupus Eneri* subscribit Chartam Garciæ Regis Navarræ æræ 1034. apud Anton. de *Yepez* in Chron. Ordin. S. Benedicti.

Majores Monasteriorum, Abbates. Regula B. Pachomii: *Si quis de his, quæ præcepta sunt, amplius habuerit absque concessione Majoris, deferentur ad custodem vestium.* Concilia Afric. sub Celestino PP. c. 47. *Si quis de alterius Monasterio repertum, vel ad Clericatum promovere voluerit, vel in suo Monasterio Majorem Monasterii constituerit.* Ubi Codex Canonum Eccl. Afric. cap. 80. μοναςηείȣ ἡγέμενον habet. Adde Concil. Carthag. IV. can. 13. Regulam Magistri cap. 13. &c.

Majores natu, Præcipui è nobilitate, qui cæteris præeminent, viri nobiles, qui alios sub se vassos habent: *Seniores*, nostris *les Seigneurs*, *les Barons*: quia olim ætatis merito honores deferebantur, quique annis graviores erant, potiores habebantur: unde & in quibusdam civitatibus *Antianos* vocant etiamnum, qui aliis dignitate præcellunt. Claudianus de Bello Getico:

Hic aliquis gravior natu, cui plurima dictis
Consiliisque fides, &c.

Senator lib. 5. Epist. 22. *His ergo P. C. Capuanum bonis dotatum à præsenti Indictione Decuriarum Rectorem esse præcipimus, majoris etiam natu auctoritate subvehimus: ut qui se morum cana maturitate tractavit, quod est amplissimum reverentiæ genus, in vestro ordine ætatis honore gratuletur. Majores nati*, apud Commodianum, Instruct. 70. Primores, Patroni, Locupletes. Ita *Majores natu* passim nostris & aliis dicuntur Magnates, virique nobilitate præcellentes, in libris sacris non semel, in Concilio Carthag. II. cap. 6. in Concilio Arvern. cap. 15. apud Gregorium Turon. lib. 5. cap. 33. lib. 7. cap. 32. lib. 8. cap. 30. de Gloria Confess. cap. 23. Fredegar. cap 95. 109. eundem ann. 766. in Capitul. Aquisgran. an. 789. c. 34. in Capitular. Caroli M. lib. 7. cap. 65. 128. 139. 339. apud Eginhard. Epist. 62. in Annalib. Francor. an. 757. Florentium Wigorn. an. 999. 1122. Aimoin. lib. 4. Histor. Franc. cap. 44. 56. 57. 64. apud Simeonem Dunelm. lib. de Dunelmensi Ecclesia lib. 3. cap. 5. 15. 19. & in Hist. Angl. an. 977. Browerum in Antiq. Fuldens. lib. 2. cap. 158. &c. *Homines boni generis* à Carolo M. dicuntur in Capitulis ex Lege Salica, Romana, & Gombata, cap. 12. *Majores personæ*, in Legibus Burgund. tit. 38. cap. 4. *Majores homines*, in Capit. Caroli C. tit. 27. §. 3. & apud Marculfum lib. 1. form. 37.

Major populi. Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 110. ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum: *De quibus* (Capitulis) *Theodorus vir magnificus Major populi ad nos veniens antè conquestus jam fuerat.* Videtur idem qui *Magister militum* Neapolitanæ civitatis. Vide in hac voce.

Majores regionum, in Relatione Symmachi ad Constantium apud Baron. an. 419. n. 32.

Majores villarum primitus dicebantur, qui cæteris villæ incolis præerant, & domini villæ nomine jus dicebant: qui & *Villici* interdum appellantur. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 107. *Ut Presbyteri curas sæculares nullatenus exerceant, id est; ut neque Judices, neque Majores villarum fiant.* Capitulare de Villis c. 10. *Ut Majores nostri, & forestarii, poledrarii, &c.* Cap. 26. *Majores verò ampliùs in ministerio non habeant, nisi quantum in una die circumire aut providere potuerint.* Cap. 6. *Nequaquam de potentioribus hominibus Majores fiant; sed de mediocribus, qui fideles sunt.* Adde c. 36. In Capitulis Caroli Calvi tit. 13. habetur quidam *Amalricus Major de Buxido.* Charta Ludovici Pii pro Monasterio S. Amandi apud Mabillonium to. 5. p. 68. *Quæstus est eò, quod Major de fisco Boissiaco per fortiam — quandam silvam à prædicta cellula abstraxisset, & fisco nostro sociasset.*

Majores

Majores villarum regiarum, apud Hincmarum Opusc. 35. & in Concilio Duziac. I. parte 2. cap. 19. Wandelbertum de Mirac. S. Goaris cap. 5. n. 9. &c. Inter Officiales & Judices minores ponuntur in Ordinat. S. Ludovici, apud Nangium p. 363.

In villis porrò seu vicis privatorum, vel nobilium, erant *Majoriæ* ut plurimum hæreditariæ, & in feodum tenebantur. Sugerius lib. de Adminiſt. ſua c. 10. *Totius terræ campipartem de feodo Majoris nobis retinuimus*. Idem Epiſt. 99. de Majore S. Columbæ: *Et ſub quadam iniqua hæreditate Majoriæ, ſervitii & ſervitutis ſuæ oblitus, adverſus Monachos ſe erexit, & tanquam dominum terræ eorum ſe facit*. Mox *ruſticum*, Majorem illum vocat. Vide Hiſt. S. Martini de Campis p. 483. Raguellum, &c.

Majoria, Feudum Majoris. Charta Werrici *de Moy* anni 1189. apud Hemeræum in Auguſta Verom. *Majoriam & totam minutam Caſtellaniam ipſis & ſucceſſoribus in perpetuum tenenda cenſualiter dimiſi*. Occurrit paſſim.

Majoratus, idem ſonat in Charta Odonis Epiſcopi Belvac. an. 1140. apud Loiſellum & Louvetum: *Præfecturam ſive Majoratum Haleti, quam ex parte burgali habebat*.

Sumitur etiam *Majoria & Majoratus*, quandoque pro tributo, quod *Majori* ratione Majoriæ penſitabatur. Charta anni 1199. apud Miræum in Donat. Belg. *Ita quòd nullus in prædicta eleemoſyna vel allodio retinet Majoriam vel aliquam exactionem*. Tabular. Abb. S. Vincentii in Diœceſi Carnotenſi: *Hoſpites Canonicorum cum eorum hoſpitamentis ab omni Majoratus conſuetudine & oppreſſione liberat*. Charta Adæ Dom. *de Wallaincourt* an. 1199. in Tabul. Abb. Montis S. Martini: *Dedit eis in eleemoſynam ſex modiatas terræ à Majoria & omni exactione liberas*. Alia Balduini D. *de Wallaincourt* an. 1191. *Omnem Majoriam, quam in prædicto nemore habebat, mihi verpivit*.

Mairia, idem quod *Majoria*, apud Herimannum de Reſtaurat. S. Martini Tornacenſ. c. 92. 94. Ut *præpoſituræ*, ſic & *Majoriæ* diſtrahebantur, quod de dominicis ac Regiis intelligendum. Regeſtum Magnorum Dierum Campaniæ an. 1297. f. 50. *Injunctum eſt & diſtrictè inhibitum omnibus Baillivis & Præpoſitis terræ Campaniæ Briæque Comitatuum, ne de cætero vendant vel vendere permittant aliquibus perſonis Sergenturas, ſeu Majorias in jurisdictionibus eorundem exiſtentes, quouſque de contrario mandatum domini Regis receperint ſpeciale*. Vide Epiſt. 99. ex Sugerianis, & Statutum ſancti Ludovici an. 1255. c. 15. Officium verò Majoris fusè deſcribitur in Charta an. 1201. quæ extat in Hiſt. Monaſterii S. Audoëni Rotomag. p. 479. Cæterùm *Majorias* tenere vetantur Canonici, etiam quæ jure ſucceſſionis ad eos contigiſſent. Extat quippe Sacramentum Canonicorum Carnotenſium in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ, in quo hæc habentur: *Item confeſſus fuit talis N. coram nobis, & in jure, quòd ipſe jure juravit dictis die & anno in Capitulo, quòd ſi Majoria ad ipſum contigerit devenire ratione ſucceſſionis, vel alia ratione, ſi vellet habere vel retinere Majoriam, dimitteret tonſuram: alioquin dictam Majoriam non haberet, nec peteret Majoriam, imò dicta Majoria ad proximiores hæredes abſque dicti N. contradictione deveniret*.

Majoriſſa, quæ *Majoriæ* feudum poſſidet, in Charta Joannæ Comitiſſæ Flandriæ pro Monaſterio Marquetano an. 1230. §. 17. apud Buzelinum.

MAJORALIS. Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 31. *Debet jurare ſuper ſancta Dei Evangelia Majoralis de capanna, ſive Major Paſtor Infantionis, qui fuerit in capanna, quòd in capannis ovium, ſeu gannatorum, jura Regia non minuat, nec abſcondat*. Ibidem: *Majoralis de capanna*, qui *Majorau de la Cabane*, in Conſuetud. Solenſi tit. 14. art. 17. appellatur.

MAJORATIO. Gloſſæ Gr. Lat. αὔξησις, *Adunatio, majoratio, auctuatio*.

MAJORATUS, vox fori Hiſpanici, *Major a*, primigeniorum jus, *Droit d'aîneſſe* noſtris, de quo egit Covarruvias lib. 3. Variar. Reſol. c. 5. cui opponitur *Minoratus*, qui *Maiſneté* dicitur in Conſuetud. Cameraceníi tit. 8. &c. jus quod ſecundogenitis competit in parentum ſucceſſionibus. *Maiſnez* enim vocabant noſtri ſecundogenitos, quaſi *Mainſnez*, id eſt, *minores natu*, ut *Ainſnez*, antè natos. Michaël *del Molino*, in Repertorio Foror. Aragon. p. 231. *Jus primogenituræ, quod vulgariter dicitur el majorazgo*.

MAJORENNIS, Major annis, ſuæ tutelæ, in Magno Chronico Belgico p. 353.

MAJORINATUS. Vita S. Præjecti ex Cod. Atrebat. *Et horæ, quod eſt conſuetudinis, jam in promptu cernerentur, ut ſolemnes vigilias Paſchæ celebrari licitum eſſet, ex regali permiſſo, vel Majorinatu, Pontifices vel Sacerdotes, qui in Eduorum urbe ob regiam poteſtatem conglobati fuerant, &c.* Ubi *Majorinatus* videtur eſſe auctoritas Majoris domus, Wlfoaldi ſcilicet, de quo poſtea.

MAJORINUS, idem videtur fuiſſe apud Hiſpanos, qui Francis noſtris *Major villæ*, penes quem etiam juriſdictio regia erat: vel certè idem, qui *Major domus*: nam qui apud Ordonium Monachum lib. de Mirac. S. Rudeſindi Epiſc. Dumienſis n. 20. *Major domus* appellatur, in alio MS. *Majorinus* dicitur, uti obſervat Henſchenius. Erant autem alii villarum Majorini, alii Majorini majores. Horum officium deſcribunt Leges Alfonſinæ ſeu Partitæ p. 2. tit. 9. l. 23. *Merino es nome antiguo de Eſpanna, que quiere dezir tanto come ome que ha Majoria para fazer juſtitia ſobra algun lugar ſennalado, aſſi como villa, o tierra. Y eſtos ſon en dos maneras: a unos ja que pone el Rey de ſu mano en lugar de Adelantado, aque llaman Merino Mayor, y eſte a tan grande poder como el Adelantado. E otros ay que ſon pueſtos por mano del Adelantado, o de los Merinos Mayores, pero eſtos à tales non pueden fazer juſticia, ſi non ſobre coſas ſennaladas, &c.* De his intelligendus Lucas Tudenſis in Chron. p. 104. *Imperator mandavit — Majorino terræ, ut cum ruſtico veniret ad Militem, & videret, qualiter ei juſtitiam exhibebat, & hoc ſibi reſcriberet*. *Majorinus Regis*, in Concilio Legionenſi an. 1012. Concilium Coyacenſe an. 1050. c. 7. *Admonemus, ut omnes Comites, ſeu Majorini Regales populum ſibi ſubditum per juſtitiam regant, &c.* Concilium apud Pennam Fidelem an. 1302. c. 13. *Alcales, vel Majorini, vel alii rectores civitatum vel aliorum locorum, &c.* *Majorini* iſti *Majores* ſæpe ſubſcribunt in Chartis Regum cum adjectione Provinciæ, cui præerant, ut in Charta Ferdinandi I. Regis Caſtellæ æræ 1078. apud Anton. *de Yepez*, in Chron. Ord. S. Benedicti to. 1. *Felis Majorinus de Burgos: Sonna Sonaz Majorinus in Caſtella*. In alia Ferdinandi Regis Caſtellæ æræ 1275. *Donus Moriel Majorinus in Caſtella, Sancius Pelagii Major Merinus in Galicia, Garcia Roderici Major Merinus in Legione*; & ſic in aliis.

Merinus, vox detorta ex *Majorinus*, Luſitanis *Meirinho*, Juſtitiarius. Fori ſeu Conſuetudines Jaccæ: *In unaquaque villa tres vel quatuor de melioribus jurent, quod non celabunt furta; ſed demonſtrabunt Merino noſtro*. Paſſim ibi. Et Hieronymus Blanca teſtatur, hunc magiſtratum, qui ordinariæ cauſarum cognitioni præeſt, apud Jaccetanos etiamnum vigere.

vigere. Vide eundem p. 748. Michaël *del Molino* in Repertorio p. 223. & Odoricum Rainaldum an. 1259. n. 26. ubi *Meirinus* & *Submeirinus* occurrunt. Interdum

Merini dicuntur Apparitores, & qui Judicum sententias executioni mandant. Vitalis Oscensis Episcopus de veterum in Aragonia magistratuum nominibus: *Alii Merini, dicti à merendo, id est, plorando: quia inventi in culpa consueverunt damna pœnæ pecuniariæ deplorare, eò quòd Reges sive Judices tales sunt punire pecuniariter assueti. — hi ergo tales officiales debent compulsiones facere, & mandata Regis, ac sententias judicum vel judiciorum executioni viriliter demandare, &c.* *Merin ou Sergent*, in Consuetud. Labourtensi tit. 1. art. 3. 7. 8. tit. 14. art. 1. 2. 14. 15. 18. tit. 15. art. 2. &c. Vide Foros Aragon. lib. 1. tit. de *Merinis* pag. 320. v.

Merinatus, Districtus Merini, Hispanis *Merindada*. Occurrit in Epistola Examini Petri Sal movæ Justitiæ Aragonum apud Blancam p. 748.

MAIRCHEUS. Vide *Bicocaria*.

MAIRIA. Vide *Majoria*.

MAIS, pro *Magis*. Charta Alfonsi I. Regis Aragonum apud Blancam: *Et amas mais illos seniores, & illos Moros, quam meum mandamentum.* Vide V. Cl. Ægid. Menagii Origines Gallicas, in *Mais*.

MAISNADA, *Mainada*, *Mesnada*, *Masnada*, *&c.* Familia, quasi *Mansionata*, Italis, *Masnada*: *Mesnée*, apud Scriptores Gallicos mediæ ætatis. Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 118. *Et se il ne le trouve en son hostel, il le doit dire en sa mehnée.* Et infrà: *Il li dit à sa mehnée, que il estoit là venu.* Will. *Guiart* an. 1296.

Li grant Seigneur & leur mesnies.

Meigne, to. 2. Monast. Anglic. p. 219. Vide Gloss. ad Villharduinum. In Charta Willelmi Siciliæ Regis anni 1177. apud Rogerum Hoveden in p. 552. subscribit *Berardus Gentilis Regiæ privatæ maisnedæ Constabularius. Solidarii privatæ Regiæ masnadæ*, in Charta alia ejusdem Regis an. 1183. in Bullario Casinensi to. 2. p. 204. Charta an. 1162. apud Petrum Mariam Campum in Histor. Eccles. Placentina: *Et credimus eum in curtibus suis habere feodum suorum villanorum, de quibus habet reditus, vel districtum, & hominum de sua masnada, &c.* Vide Histor. Bellunensem pag. 117. v. 118. Inde

Mainada & *Masnada*, pro militaribus catervis, ac sodalitatibus, maximè prædonum ac latrunculorum, qui in *familias* quodammodo coëunt. Vetus Inquesta apud Columbum lib. 2. de Episcopis Vasionens. n. 24. *Comes Tolosæ cum Brabanzonibus & aliis mainadis, & vi intravit cum illis villam Vasionis.* Charta alia apud eundem n. 38. *Item sub eadem pœna ut Aragonenses, Rutarios, Cotacellos, Manadas seu Vascones, vel Brabansiones, vel quocunque alio modo vocentur, de tota terra tua — expellas.* Occurrunt eadem verba in Charta Milonis Legati Apostolici apud Catellum in Comitibus Tolosan. pag. 246. Diploma Senatus Romani, apud Baronium anno 1188. *De perdentibus autem res eis ablatas per Masnadam Romani Pontificis, & Forisfactores, & Tusculanenses per guerram, sicut promissum est à vobis, per concordiam emendabitis.* *Servents de maynada*, apud Raimundum Montanerium in Chron. Regum Arag. c. 116. 119. 128. &c. In Conc. Monspeliensi an. 1195. excommunicantur *omnes hæretici, Aragonenses, familiæ, quæ Mainatæ dicuntur, piratæ, &c.* Vide Ricordanum Malaspin. cap. 149.

Masnadam facere, in exercitum ire. In Bullâ Gregorii IX. PP. an. 1231. apud Ughellum in Episc. Anagnin. *Ita quidem ut si contigerit eos exercitum vel masnadam facere ultra urbem, proventus isto anno de macello perceptos pro exercitus & masnadæ expensis expendant: qui si non suffecerint, populares de propriis teneantur militibus in exercitu vel masnada commorantibus reliquas expensas necessarias ministrare.*

MAISNADARII, vel *Mesnadarii*, Milites in Aragonia, sic appellati, ut censet Surita in Indice Rerum Arag. ann. 1118. *quòd Regia in domo educati essent.* Cui accedit Oyhenartus in Notitiâ Vasconiæ lib. 1. cap. 4. *Mesnadarii*, inquit, à *Mesnada*, quæ vox à *Mesonada* contracta est, derivaturque à Latino vocabulo *mansio*, nomen habet, videnturque sic dicti tanquam domestici Principis, aut in ejus familiam cooptati. Vitalis Episcopus Oscensis: *Mesnadarius est, qui de genere Ricorum hominum, saltim ex patris linea oriundus, n cujus patris genere non extat memoria, quòd fuerit alicujus vassallus, nisi Regis, vel Regis filii, vel Comitis a Regis genere descendentis, vel Episcopi, vel alterius Prælati, quorum consideratur reverentia propter Deum, cujus locum dignoscuntur specialiter retinere. Qui non descendit ex parte patris ab aliquo, qui ab alio, quam a prædictis personis, extitit Miles factus. Hi enim Mesnadarii, etiamsi in Mesnada seu familia domini Regis personaliter non morentur, tamen Mesnadarii sunt censendi: quia dominus Rex non debet eis Militiam, cùm eam ab eo recipere voluerint, ne quòd sint de sua familia, cùm esse voluerint, nisi ex causa probabili denegare. Hi autem Mesnadarii morari cum Ricis hominibus, vel cum aliis, & expensas ab iis accipere, atque dona, non tanquam vassalli; sed tanquam amici sine nota aliqua bene possunt.* Idem alibi, scribit, *de Mesnadariis naturalibus de Aragonia, Ricos homines creare vel assumere* consuevisse. Examinus Salanova: *Mesnadarii propriè sunt illi, qui filii, vel nepotes, vel ex recta linea nobilium descendunt. Istis talibus debet dari Mesnaderia: aliis verò dantur aliquoties denarii pro servitio, & non pro Mesnadaria. Non secundùm veram veritatem, filius Rici hominis, nisi succedens in Baronia, non debet tenere honorem; sed debet tenere Mesnaderiam. Et talis Mesnadarius non debet esse vassallus, nisi Regis.* Blanca in Comment. Rer. Aragon. *Ricorum hominum* dignitati proximus erat *Mesnaderiorum* iste Militaris seu Equester ordo: quibus quæ dabantur à Regibus stipendia, ut à prioribus etiam nomine differrent, *Cavallerias de Mesnada*, seu *Mesnaderias* vocari *consueverunt.*

Mesnadæ, eorumdem Mainaderiorum *Militiæ*, seu prædia iis addicta, de quibus sequens legitur Charta: *Ludovicus D. G. Franciæ & Navarræ Rex, Gubernatori Navarræ, vel ejus Locumtenenti, sal. Cùm nos Simon de Motes Miles nullam à nobis Mesnadam, seu Militiam, hactenus obtinenti, Mesnadam 30. librar. Turon. duximus concedendam, tenendam ab eo, & habendam, quamdiu nostræ placuerit voluntati: mandamus vobis, quatenus dictam Militiam sibi statutis ad hoc & consuetis terminis de nostro faciatis persolvi. Dat Paris. 3. Jan. ann. Dom. 1314.*

Mainaderia. Guillelmus de Podio-Laurentii c. 25. *Petentem ab eo domum hospitalis, quod dicitur Mainaderie, in quo in obsequio Dei clauderet dies suos, &c.*

MAISNAMENTUM, quasi *Mansionamentum*. Tabularium S. Amantii Inculismensis: *Ortos & airas atque maisnamenta.* Occurrit ibi pluries. Vide *Mainamentum*.

MAITERIATA *terræ & bosci*, in Charta anni 1272. apud Guichenonum in Hist. Bressensi p. 21. Vide *Mata*.

MAJUMA, Festum, quod summis impensis, conviviis, & spectaculis, iisque *indecoris ac procacis licentiæ* celebrabatur, quodque primò ab Arcadio toleratum ea conditione, ut honestas & verecundia servaretur, deinde triennio pòst, & quod excurrit,

prorsus

prorsus prohibitum, ut docent l. 1. & 2. Cod. Th. de Majuma. Istius porrò festi meminit Julianus Imp. in Misopog. sed de nominis origine non consentiunt eruditi, quorum alii ex Suida & Glossis Basilic. à Majo mense, quo illud celebratum putant; alii à *Majuma* Syriæ urbe ita appellatum volunt. Horum sententias pluribus expendit Jacobus Gothofredus ad d. titulum; & Baronianam amplectitur, à *Majuma* nempe urbe id nominis accessisse existimans, quòd ejusmodi festa in Oriente potissimùm celebrata colligat ex Libanio & aliis. Sed & longè post, Leonem Chazarum Imp. devictis Arabibus an. 3. urbem ingressum, ἐν Σοφιαναῖς, *in Palatio Sophianarum*, μαϊουμᾶν *fecisse* & celebrasse cum filio, tradit Theophanes: quo loco Codex Palatinus habet μαμιᾶν.

MAJUS, Arbor Majalis, seu, quæ primo die Maji mensis erigi solet in compitis, vel ad ædes Magnatum, nostris *May*. Charta Ingelranni Codiciacensis pro Libertatibus oppidi Faræ an. 1207. art. 14. *Si verò homines Pacis, sive feminæ, die Maji quærere ierint ad aliquod nemus in meo dominio, de bosco afferre poterunt sine forisfacto.* Vide *Dendrophori*.

MAJUS, arbor, quæ ex silvis auferri solet, & ante dominorum vel magnatum ædes erigi solet, primo Maji die, quo tempore virescere incipiunt arbores: vulgò nostris, *mai*. Tabular. S. Germani Paris. an. 1270. Homines de Casteneto se abstinebunt eundi 1. die mensis Maji in nemora religiosorum pro Majo ibidem colligendo.

MALA, Equestris sarcina, pera viatoria. Joan. de Janua: *Mantica, sarcina, scilicet mala*, perperam *mola* editum. Gall. *Male*. Dudo lib. 1. de de Actis Norman. pag. 67.

Malas & frenis consutis stringeque habenis,
Sic poteris forsan peragrare viam lutulentam.

Regula Templariorum cap. 40. *Sacculus & mala cum firmatura non conceduntur*. Occurrit præterea cap. 43. *Le Roman de Vacce MS.*

Mout veissiés larrons & pautonniers errer,
Sed & manteaus & robes, & autres meubles embler.

Le Roman du Renard MS.

Pour ce fas mes males emplir,
Et bien atourner mon afaire.

Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Fardeaux, baquets, grands bahus, males, coffres.

Perionius à μαλλὸς, *vellus*, vocem deducit, quòd principio ex ovium cùm villis, tum aliarum pecudum pellibus confici solita esset. Malim ex Teutonico *mael*, quod idem sonat quod *mala*.

MALACHINUS, Monetæ Hispanicæ species, in Bulla Alexandri III. PP. qua approbat institutionem Militum S. Jacobi in Hispania, & apud Innocent. III. PP. lib. 13. Epist. 12. *Decem malachinos nobis persolvetis.*

MALAGMA, Ex Gr. μάλαγμα, *eò quòd sine igne maceretur & comprehendatur*, ut est apud Isidorum lib. 4. c. 9. Vide Jo. de Janua: Cornelius Cels. lib. 5. cap. 17. *Malagmata verò atque emplastra, pastillique, quos τροχίσκους Græci vocant, cùm plurima eadem habeant, differunt eo, quòd malagmata maximè ex floribus, eorumque etiam surculis: emplastra pastillique magis ex quibusdam metallicis fiunt, &c.* S. Augustinus Serm. 38. de Tempore: *Utiliter enim malagma, vel fibula Calidis adhuc vulneribus apponitur.* Concilium Toletan. XVI. c. 4. *Malagmam congruam tali ægrimoniæ providere.* Utuntur Salvianus lib. 6. de Gubernat. Dei, & lib. 1. ad Eccles. Cathol. Fortunatus in Vita S. Germani Paris. Episcop. c. 50. lib. 5. Poëm. in Epist. ad Martinum Episc. Galliciæ, Anonymus in Vita S. Cuthberti Episc. lib. 4. & alii sine numero.

MALANDRIA, Equorum morbi species, nostris *Malandre*, apud Vegetium lib. 2. de Arte veterin. c. 42. Est etiam hominum, quæ elephantiasis & lepra, qua qui laborant, *Malandriosi* dicuntur Marcello Empirico c. 19. p. 130. Miracula S. Desiderii Episc. Cadurc. c. 12. *Ecce adolescens quidam — horrore cujusdam morbi perfusus turgentium malandrorum copia maxima in faciem scabridam & quibusdam pustulis obseptam Æditúo ostendit.* Vide V. Cl. Menagii Origines Italicas p. 558.

Malandrinus, vox Italica, *Malandrino*, Latro, grassator, pirata. Thomas Walsinghamus in Henrico V. p. 388. *Brigantinorum more semivestitus, gestans ad latus sagittas breves, qualiter utuntur Equites illarum partium*, (Italiæ) *qui Malandrini dicuntur.* Charta Petri Gradenici Ducis Venet. apud Odoricum Raynaldum an. 1310. n. 30. *Et forbannitos, & malandrinos, & forenses, quot potuerunt, collegerunt.* Ita usurpat Bertramus Reoldus in Actis S. Francæ Abbatissæ n. 9. Utitur etiam Froissartes pro convicio, 2. vol. cap. 89.

Maledrini, apud Gobelinum Personam in Cosmodromio ætate 6. cap. 70. *Multi latrones & maledrini, &c.* Vide Hieronym. *dalla Corte* lib. 6. Hist. Veron. p. 309.

Ita porrò Franci nostri dum in Syria morarentur, latrones vocarunt, ab Ægyptiis & Arabibus, quibus familiare est latrocinia exercere, quos inde per contumeliam ut leprosos plerosque *Malandrinos* appellabant: nam *Elephantiasis*, ut ait Marcellus Empiricus c. 19. *morbus est Ægyptiorum populis notus, nec tantùm in vulgus extremum; sed etiam in Reges ipsos frequenter irrepsit.* Nec enim assentior viris doctis, existimantibus sic dictos à *mal andare*, malè incedere, id est, vivere.

MALARIUM, *Pomarium*, in Glossis Isidori. Vide *Melarium*.

MALASTANTIA. Charta eræ 1261. apud Brandaon. tom. 4. Monarch. Lusitan. p. 272. v. *Et de Roderico Nunez faciet juxta Consilium* Archiepiscopi, ita quod sit *sine malastantia Dom. Regis, & sine suo damno.*

MALATOLTA. Vide *Tolta*.

MALATUS, Ægrotus, infirmus, qui *malè* habet, Ital. *Malato, Ammalato*. Gloss. Lat. Gr. *Malatus*, ςύγνος, ἄςχ. l. ἀρχαϊκῶς. Gall. *Malade*; Occitanis, *Malaut*. Perperam Perionius à μαλακὸς deductum vocem putat. Vita B. Torelli Puppiensis n. 24. *Qui erat in lecto gravi febre malatus.* *Malatia*, morbus, *Maladie*, apud Raimundum Montanerium in Chron. Aragon. c. 143.

MALAXARE, μαλάσσειν, Emollire. Papias: *Malaxatus, maxillatus, aut certè subactus.* Alexander Jatrosophista lib. 1. Passionum: *Mediocriter malaxamus oculos eorum ad quietudinem.* Vide Gellium lib. 16. cap. 7.

MALBELLA, *Malvella*, Isidoro & Papiæ: *Vestis, quæ ex malvarum stamine conficitur, quam alii molocinam vocant.* Vide *Molocineus*.

MALBERGIUM, *Mallobergium, Mallebergium*: variè enim effertur hoc vocabulum in Editione Legis Salicæ Heroldina, Pithœana, & Lindenbrogiana. Tit. 2. Edit. Heroldi *Malberg. Rhannechala, &c.* Edit. Lindenbrogii tit. 56. *Sagibarones in singulis mallobergiis, id est, plebs, quæ ad unum mallum convenire solet, plusquam tres esse non debent, &c.* Ita & tit. 59. §. 1. Edit. Herold. Tit. 60. ejusdem Edit. *Si qui Rathimburgii legem voluerint dicere in Mallebergo residentes.*

Ex quibus evidenter colligitur, *Malbergium* locum fuisse, ubi publicos subinde conventus, seu *malla*, vel *placita*, tenebant & agitabant Franci nostri Salici, in quibus publicæ privatæque causæ disceptabantur & dijudicabantur. Ex iis postmodum quæ ibi agitabantur judiciis, confecta sunt Legis Salicæ capita, & in unum redacta corpus, adnotato indidem conventu & loco, in quo ejusmodi prolatum judicium, *mallo* scilicet publico, & consensu Procerum, ac populi conventu. Quorum quidem locorum appellationes ad ferme 200. repræsentat Editio Legis Salicæ Heroldina, & in Taxandria, Brabantiæ pago, extare earum vestigia pluribus ostendere conatus est Gothefridus Wendelinus in Natali solo Legis Salicæ. Id certè obtinuit posterioribus sæculis in *Assisiis*, quæ ut plurimùm à locis, ubi tenebantur, nomen sortitæ sunt.

Unde verò enata vox *Malbergium*, seu *Mallobergium*, ipsa satis prodit nomenclatura, à *mallum*, scilicet, & *Berg*. Quid sit *mallum*, mox docemus, placitum nempe: *Berg* verò *diversorium* ac *tutamen* interpretatur Wendelinus in Gloss. Salico, nec eo loci *montem* significare contendit. Ita Kilianus *Bergh* Hollandis & Sicambris *promptuarium*, *pabulatorium*, *fœnile & horreum* esse docet. Verùm hîc *montem* significare planè astruunt Leges Malcolmi II. Scotiæ Regis cap. 1. §. 2. quæ *Malbergium* per *Montem placiti* videntur expressisse; ubi hæc habentur: *Dominus Rex Malcolmus dedit & distribuit totam terram regni Scotiæ hominibus suis: & nihil sibi retinuit in proprietate, nisi regiam dignitatem, & Montem placiti in villa de Sconâ, &c.* Ubi Skenæus: *Montem, seu locum intelligit, ubi placita, vel Curiæ regiæ, de placitis & querelis subditorum solent teneri, ubi Barones compareant, & homagium ac alia servitia debita offerant; & vulgò* Omnis terra *vocatur, quia ex terræ mole & congerie exædificatur: quam regni Barones, aliique subditi ibi comparentes, vel coronandi Regis causâ, vel ad Comitia publica, vel ad causas agendas & dicendas, coram Rege, in unum quasi cumulum & monticulum conferebant.*

Igitur qui ad placitum, seu litigandi, seu judicandi gratiâ, conveniebant, quo in communi loco residere viderentur, ubi esset plena & integra judiciorum libertas, eò terræ suæ, cujus nempe essent domini, aliquantulam congeriem deferebant, ut dum simul & unà omnes miscerentur, esset locus omnibus communis, & *omnium terra*, ut ait idem Skenæus. Nec scio, an huc spectet, qui *judiciarius Mons* dicitur in Charta Ludovici Pii apud Ughellum tom. 2. p. 118.

Utcunque sit, ex iis planum fit, cujusmodi olim fuerit Mallobergiorum exædificandorum ratio. Quippe *Montem placiti* in Legibus Malcolmi idem esse quod *Malbergium*, nemo, opinor, inficiabitur. Hanc conjecturam firmat vetus Charta, descripta à Frehero in Orig. Palatinis l. 1. p. 48. ex qua colligitur, in *tumulis* placita habita: *De Burganthar in Cichesbart, ubi Rado domini Regis Missus fecit tumulum in confinio silvæ, quæ ad Michlinstat pertinet.* Infrà: *Iste Warinus ex præcepto Caorli Regis anno 27. regni ejus mediante mense Augusto placitum in eadem silva ad tumulum, qui dicitur Walinehoug, habuit, & cum illustrium virorum judicio & testimonio terminum & divisionem ejus faciens, eam —— sub certis & designatis limitibus disterminavit.* Adde Chartam aliam p. 52. Observat præterea Spelmannus, etiamnum apud Scotos & Hibernos *Assisias* seu conventus juridicos, *parly-hills*, id est, placitandi vel interloquendi montes appellari.

Ab eodem Malbergii vocabulo deductam Turris de *Maubergeon* in urbe Pictavensi appellationem censet eruditus Beslius, quòd eo loci pridem judicia & malla publica exercerentur. Sed fortassis eam appellationem habuisse potuit à quadam *Malbergione*, Vicecomitis de Castello Airaldi conjuge, quam Comes Pictavensis Guillelmus, spreta Hildegardi propria uxore, in thorum suum adsciverat, ut narrat Ordericus Vitalis lib. 12. p. 859. seu de ejus nomine ab amasio, vel ab ipsamet ædificata, seu in ea demum inclusa fuerit.

MALCAALCIA. Vetus Notitia ex Tabulario Eccl. S. Laudi Andeg. fol. 87. de quadam domo, à Comite Andegavensi empta: *Voluit eam habere, & inde Malcaalciam suam facere, quia proxima & commoda erat Curiæ, pro qua domo petrina, de qua malcaalciam suam fecerat, dedit dictus Comes in concambio, &c.* Idem videtur quod *Marescalcia*. Vide in hac voce.

MALDER, *Maldrum*, *Malter*. Vide *Maltrum*.

MALECLUM. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venat. in Prologo: *Quædam* (instrumenta) *sunt in acquirendo aves rapaces, ut retia, laquei, & hujusmodi, cum quibus capiuntur. Cum avibus etiam rapacibus quandoque capiuntur rapaces, verbi gratiâ cum accipitribus falcones: quædam sunt in detinendo jam acquisitas, ut maleclum jacti, & longa sedilia convenientia, & hujusmodi.*

MALECREDITUS, Suspectus, cui fides non habetur. Fleta lib. 1. cap. 38. §. 21. *Recedet inde appellatus omnino quietus, dum tamen à suo visneto non fuerit malecreditus; sed ipso habito suspecto respondebit ulteriùs.*

MALECURTENSIS, Inurbanus, ex Gall. *Mal courtois.* Hariulfus lib. 3. Chron. Centul. c. 1. *Miser ille & malecurtensis Heuto, &c.*

MALEDICERE. Papias: *Imprecari mala, quod vulgò dicitur maledicere.*

MALEDRINUS. Vide *Malandrinus.*

MALEFACTOR, Gall. *Malefaicteur*, Maleficus. Leges Ethelredi Regis Angl. §. 6. *Si intra burgum Regis fiat infractio pacis, adeant Burgenses, & conquirant illum malefactorem vivum vel mortuum, &c.* Occurrit non semel in Capitularibus Caroli Calvi.

MALEFERRUTUS, Morbus equinus, in lumbis, vel in renibus dolores inferens, apud Petr. de Crescent. lib. 9. de Agric. c. 33. ubi Gallicus vetus Interpres *Mauferu* vertit.

MALEFICIARE, βλάπτειν, in Gloss. Gr. Lat.

MALEFICIUM, idem quod *Dangerium*, *Damnum*. Vide in his vocibus. Petrus Rex Aragonum in Constitutionibus Catalaniæ MSS. an. 1200. *Licitum sit cuilibet, ut si invenerit animalia aratoria, sive qualibet alia in suo maleficio, quod vulgò dicitur Cala,* (aut Tala) *ea liceat capere, & tandiu tenere, donec sibi sit cautum & satisfactum à dominis animalium.* Vide *Talea.*

MALEFICUS, Incantator, divinus, Mathematicus, magus. S. Hieronym. in cap. 27. Hierem. *Maleficos, quos vel veneficos possumus appellare, vel dæmonum phantasmatibus servientes.* S. Augustinus lib. 10. de Civit. Dei c. 9. *Qui quasi conantur ista discernere, & illicitis ritibus deditos alios damnabiles, quos & Maleficos vulgus appellat.* Lactantius lib. 7. c. 17. *Sed & os Magi, & ii, quos verè Maleficos vulgus appellat, cùm artes suas execrabiles exercent. Quos ob facinorum magnitudinem vulgus Maleficos appellat, & qui Malefici vulgi consuetudine nuncupantur,* in leg. 4. & 6. Cod. Th. de Maleficis & Mathemat. Adde Edictum Theoder. c. 108. Leg. Salicam tit. 21. Ripuar. tit. 82. Leg. Longob. lib. 2. tit. 55. §. 11. Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 21. Hieronym. in Daniel. cap. 2. &c.

Male-

Maleficium, Magorum ars, in l. 9. d. tit. Cod. Th. & l. 1. Quorum appellat. eod. Cod.

Maleficare, Incantare. Julius Africanus lib. 9. Hist. Apost. *Ecce enim maleficati ab eo Christianos se nunc dicunt.*

MALEJURUS, *Perjurus*, in Glossis Arabico-Lat.

MALETRACTARE, Malè aliquem excipere, Gall. *Maltraiter*, in Lege Longobardorum lib. 1. tit. 6. §. 1. 2. lib. 2. tit. 11. §. 4. in Legib. Luithprandi Regis tit. 93. *Mala tractatio*, apud Arnobium lib. 4. Tertullian. de Pœnit. cap. 12. S. Pacianum in Parænesi ad pœnitentiam, Quintilianum declam. 383. Senecam lib. 5. Controv. Curium Fortunat. Rhet. lib. 1. &c.

MALFACTIO, Λειποθυμία, Medicis. Gariopontus lib. 2. cap. 19. *Lipothymia* i. e. *malfactio*, *fit ex nimietate aut evacuatione sanguinis*, &c. Idem lib. 1. cap. 7. *Primò caput dolet, vertigines capitis patiuntur cum malfactionibus.* Utitur eo non semel, & lib. Symptomatum cap. 16. quod inscribitur de *Malfactionibus*. Ubi & *malfieri* vocem usurpat, ut & lib. 5. c. 8.

MALFARIUM, *adulterium*. Coronatio Henrici Regis Portugalliæ, apud Anton. Brandaonum lib. 10. Monarch. Lusitan. c. 13. *Mulier si fecerit malfario viro suo cum homine altero, & vir ejus accusaverit eam apud Alvazil, & ipsi sunt boni testes, cremetur cum igne, — & cremetur vir de Malfairo cum illa.* Vide *Missacere.*

MALHONES. Vide *Malones*.

MALCHIO, ἀηδὴς, in Glossis Gr. Lat.

MALIBARBIS, σπανοπώγων, in Gloss. Græc. Lat. Glossæ Lat. Gr. *Malebarbis*, σπανῶν. Leg. σπανοπώγων. Suidas: κακογένειος, σπανοπώγων. Ita *Malebarbis* idem valet ac malebarbatus. In iisdem Glossis MSS. sub lit. E. ἰταιωτώγων, *Malibarbis*, id est, qui barbam habet in *malis* seu genis.

MALICORDIS, πονηροκάρδιος, πονηρόψυχος, in Gl. Gr. Lat.

MALIGAVEL. Vide Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 27.

MALIGNARE, idem quod Gallicum *Mehaigner*, Leges Henrici I. Regis Angl. c. 11. *Qui ordinatum occiderit, vel malignaverit, emendet ei sicut rectum sit.* Vide *Mahemium.*

MALIGNUS, Diabolus, qui Scriptoribus Ecclesiasticis passim *Malus* dicitur. Nostris vulgò, *le Malin esprit.* Commodianus Instr. 59.

Vincite Malignum, pudicæ feminæ Christi.

Arnoldus Abb. Bonæ-Vallis de Oper. sex dier. de Paulo Apost. p. 97. *De regula quoque conjugii & castitatis, — de idolatris multa ibi proponit & discutit, in quibus & elisum & elidendum caput Maligni ostendit.* Suprà *Malignos spiritus* vocat. *Malignus hostis*, apud Petrum Damiani lib. 6. Epist. 33. Epitaphium Theodulfi Aurelianensis Episcopi:

Pro dolor! hunc pepulit propria de sede Malignus.

Occurrit apud Abdiam Babylonic. lib. 3. Hist. Apostol. p. 33. Gregorium Turon. de Gloria Confess. cap. 55. in Vita S. Liudgeri Episcopi Mimigard. n. 20. in Gestis S. Theotonii n. 4. apud Ughellum tom. 4. pag. 1288. &c. Vide *Malus*, *Iniquus*, *Inimicus.*

MALILOQUIUM, Detractio. Cæsarius Arelatensis Serm. 3. *Melius est huic, quàm illi, qui fratrem paululum ab aliquo contristatum non tam solatio suo porrecta manu non sublevat; sed titubantem sicut parietem inclinatum, maleloquiorum impulsu adjuvat ad ruinam*, &c. Leges Henrici I. c. 10. de Criminibus contra Regem: *Infidelitas & proditio, quicunque despectus vel maliloquium de eo.*

MALINA, *Malinea*, Oceani incrementum; æstus maris turgidior, & majore aquarum cumulo in littus profluens, *Ledoni* contrarius, qui æstus est maris languidior & remissior. Papias: *Malina, crescens æstus maris.* Chronicon Fontanellense cap. 1. n. 6. *In quo scilicet fluvio* (Sequana) *ex infinito Oceano sive mari Britannico bini æstus diurno nocturnoque tempore sibimet invicem compugnantes occurrunt: ut versa vice alveus potiùs retrorsum converti, quàm ad ima videatur fluere. Talique cum impetu tempore malineæ accedunt, ut super millia quinque, aut eo amplius & sonitus nunc maris ejus humanas repercutiat aures, & aspectibus intuentium ceu farus altissimè lympham ejusdem penetret alvei.* Vita S. Magiorii Episcop. Dolensis c. 25. *Malina incredibilis subitò accessit, & parvulos cum navi citissimè portavit.* Vita S. Hermelandi Abbatis n. 14. de insula Antro: *Quæ in medio Ligeris sita, se undique à quatuor cæli plagis circumdantium alto sublimatur vertice, per mediam sui longitudinem montuosa, omnes inundationes Ligeris ab Oriente aliquoties ubertim effluentes, & Oceani maris ab Occidente bis per singulos menses eructantes dispicit malinas*, &c.

Ex quibus satis perspicuum videtur, *Malinam* non esse refluxum maris, qui uno eodemque die bis quotidie; (quod opinati sunt Thomasius & alii) sed æstum maris vehementiorem, qui certis diebus secundùm Lunæ affectum in littus prorumpit, quod vulgò dicimus *la haute Marée.* Unde in Gloss. Saxon. Ælfrici heah-ꝥloꝺ, i. plenus maris æstus, ad verbum, *alta maris inundatio* redditur.

Inde urbi Mechliniensi in Brabantia, quam veteres aliquot Scriptores, & Galli *Malinas*, vocant, nomen inditum quidam arbitrantur, idque ex Vita S. Rumoldi urbis Patroni augurantur, apud Molanum 1. Jul. *Eò pervenit, ubi Scaldis fluvius in mare se exonerat, naturaque juxta Lunæ curriculum labitur ac perfluit, hoc est, Mechliniam, ubi fidei rudimenta plantavit.* Atque ut urbis Malinensis à *Malinis* appellationem sumpsit, ita vicina, Lyrensis, *Ledo* in veteribus Chartis & Auctoribus dicta legitur, ut à maris fluxu hæc nomina indita supradictis oppidis probabile sit, quæ est Molani sententia. Vide *Ledo.*

MALINGRERIUS. Michaël de Platea, apud Rocchum Pirrum in Archiepisc. Messan. sub an. 1347. *Et extortis clavibus à malingrerio, dictum Patriarcham fortiter increparunt.* Ubi Pirrus annotat, *Malingrerium* olim dictum, qui hodie Sacrista est.

MALISOLA. Vide *Bema.*

MALITAS, pro *Malitia*, in Glossis vett. κακία. Occurrit in l. 5. D. Quod metus causâ.

MALITIA, Fraus, *malum ingenium.* Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum tom. 1. parte 1. pag. 822. *Reservato jure eundi & redeundi cum suis necessariis ad Gottifredum & filios per dictam terram sine malitia*, &c.

Malitia, Maleficium, incantatio, veneficium, apud Sextum Platonic. lib. 2. de Medicina animalium c. 2. Locum vide in *Medicamentum.*

Malitia, Vexatio, afflictio, ut in illo Evangelii: *Sufficit diei malitia sua.* Tertullian. lib. 2. adv. Marcion. *Malitiæ apud Græcos interdum pro vexationibus & læsuris, non non pro malignitatibus ponuntur.* Hieronym. Epist. 47. ad Amandum. *Κακία, quam Latinus vertit in malitiam, apud Græcos duo significat, & malitiam & afflictionem, quam* κάκωσιν *Græci dicunt*, &c. Ita *malitia corporis* apud Alypium Antioch. seu Auctorem Descript. Orbis cap. 1.

Malitia. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 46. ubi de Marescalli Regis juribus in hominiis Baronum : *Et si fortè ad homagium nihil ceperit, ad malitiam suam capiat*, id est, sibi imputet.

MALIVOCUS, apud Anastasium in Hist. Eccles. ubi Theophanes δυσώνυμος habet.

MALIVOLOSUS, *Malignus*, κακόβουλος, in Gloss. Gr. Latino.

MALIVOLUS, Diabolus. Acta purgationis Cæciliani : *Per malivoli intercessum, qui vult animas justorum à via veritatis avertere.* Vide *Malignus.*

MALIXIA, quæ & *farcula*, vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

MALLARDUS, Anas masculus, Gallis, *Malard*, in Chronico Willelm. Thorn. cap. 32. pag. 2010. Perperam *Mathlardus*, pro *Malhardus*, in Charta laudata in voce *Cercella. Le Roman de Garin MS.*

Gruës & gentes orent à leur plessir,
Et venoison & mallart & perdris.

MALLEATOR. Gloss. Gr. σφυροκόπος, *Malleator.* Genes. 4, 22. *Tubalca, qui fuit malleator.* Job. 41. *Malleatoris incus.* Acta S. Anastasii Persæ Matt. cap. 1. *Divertit ad quemdam Christianum Persam malleatorem.*

MALLEVANTIA, idem quod *creditio*, quasi *mala levatio*, seu ablatio. Vide in hac voce. Liber Mirabilis, seu Tabular. Abbatiæ Conchensis in Ruthenis ch. 59. *Et si ibi mercatum factum fuerit, retineo mallevantiam usque ad quindecim dies ; & si non reddidero usque ad quindecim dies, non ampliùs mihi credat.* Vide *Creditio.*

MALLEOLUM, Falconariis est sacculus quidam lineus, capax longitudinis & grossitiei corporis falconis recèns capti, perforatus ex utraque extremitate, ita ut caput & cauda per utrumque foramen liberè transeat, ut falco sine læsione domum transferri possit. Vide Fridericum II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 44.

MALLEUS, inter arma dimicantium : *Clava* fortè, vel potiùs gladius ipse. Gesta Philippi III. Fr. Reg. an. 1279. *In quodam illorum tyrociniorum Comes Clarimontis — armorum pondere prægravatus, & malleorum ictibus super caput pluries & fortiter percussus in amentiam decidit.* Hinc

Malleare, Malleo seu gladio dimicare, apud Willel. Britton. lib. 11. Philipp.

— Dum multiplici latus undique malleat ictu
Hostilis rabies.

Vide *Martellus.*

Mallei Joviales. Saxo Grammaticus lib. 13. Hist. Danicæ p. 213. *Magnus inter cætera trophæorum suorum insignia, inusitati ponderis malleos, quos Joviales vocabant, apud Insularum quandam prisca virorum religione cultos in patriam deportandos curavit. Cupiens enim antiquitatis tonitruorum causas usitata rerum similitudine comprehendere, malleos, quibus cæli fragores fieri credebat, ingenti ære complexa fuerat, aptissimè tantæ sonoritatis vim fabrilium specie imitandam existimans.*

Malleus Thoronis. Vide Monumenta Danica Olai Wormii lib. 1. pag. 93. Janus Dolmerus ad Jus Aulicum Norvegicum vetus p. 499. *Antiquissimus hic Septemtrionalium mos fuit, signo aliquo Conventum indicere. Sic apud Islandos adhuc gentiles Conventus habendi signum Cestra & Malleus Jovis, Hamar Thors. Sed post annum millesimum, cùm jam infidem Christianam jurassent, Crux lignea adhibebatur, quam quilibet Colonus ad suum vicinum perferret, causa & loco Conventus indictis, cujus signi intermissi aut neglecti certa pœna daretur.*

Malleus, Equorum morbus, de quo multa Vegetius lib. 1. Artis veterin. c. 2. & seq. Adde lib. 3. c. 23. & Meursium in μάλις.

MALLIA, Monetæ species apud nostros, quo nomine aureas quasdam monetas appellatas docemus in ea Dissertatione, quam de Nummis Imperatorum Byzantinorum instituimus ad Zonaram. Maximè verò ita appellantur minutiores monetæ, quarum duæ pro uno denario computabantur, ut est in Chartis 1306. & 1309. in Probat. Hist. Castilionensis p. 98. 192. Vide *Masculus.*

MALLIOLUS. Charta Pontii Comitis Emporitani an. 1063. in Appendice ad Capitul. Reg. Franc. n. 149. *Vel ipsam matam, quæ dicitur Silva sancti Romani, sicut terminat de parte Circi in malliolo S. Petri præscripti, & descendit per ipsam serram, &c.* Infrà : *Descendit usque ad ipsas palumbarias, sicque conjungitur usque in ipsa villa via de ipso malliolo.* Hispanicum fortè *Majuelo.*

MALLO, *Inflatus tuber est sine dolore*, in articulis vel genibus equorum. Veget. lib. 2. Art. veterin. c. 48.

MALLONES, μαλλοὶ Græcis; Cirri, cincinni, implexi crines ; à μαλλὸς, vellus, συνεστραμμένοι βόστρυχοι, *cæsaries implicata.* κατειμένη κόμη, ἢ κίκιννος, apud Varinum. Glossæ antiquæ MSS. *Mallonem, comam, Græcè.* Papias : *Malonem Græcè comam capitis dicunt, quod nos cirros.* Ugutio : *Græci cirrum vocant mallonem.* Alibi : *A malon, hic malo, onis ; Malonem Græci comam capitis dicunt, quam nos cirrum vocamus.* Anastasius in Benedicto II. pag. 57. *Hic unà cum Clero & exercitu suscepit mallones capillorum Domni Justiniani & Heraclei filiorum clementissimi Principis, &c.* Græci recentiores μαλλίον, *capillos* vocant. Vide Glossarium Meursii.

MALLUS, *Mallum*, publicus conventus, in quo majores causæ disceptabantur, judiciaque majoris momenti exercebantur à Comitibus, Missis dominicis, aliisque Judicibus. Papias : *Malum*, (*leg. Mallum*) *generale placitum dicebatur, quando totus conveniebat populus ter in anno.* Guichardus à *Malal* Hebræo, id est, dicere, loqui, etymon arcessit : alii probabiliùs à voce Germanica *Mael*, quæ *congregationem*, vel *convivium*, sonat, ut Guillimannus l. 2. de Reb. Helvet. c. 9. aut *Mael* Saxonico, *Jus, Lex, Judicium* ; atque inde complurium in Belgio locorum ac vicorum nominibus adjici *Mall* observat Wendelinus, quod in iis olim *Malli* habiti sint. Danis etiam *Male*, & *Maal*, causam, rem, actionem significat, ut observat Resenius ad Jus aulicum Canuti II. Regis Daniæ p. 595. Islandis pariter *Mael* loquelam sonare idem scribit pag. 702. Vita S. Walarici Abbatis cap. 11. *Ubi quidam Comes — juxta morem sæculi concioni præsidebat, quod rustici mallum vocant.* Capitul. Caroli C. tit. 39. c. 12. *Mallus neque in Ecclesia, neque in porticibus, aut atrio Ecclesiæ, neque in mansione Presbyteri juxta Ecclesiam habeatur.* Similia leguntur tit. 9. c. 78. in Capit. Carol. M. lib. 4. c. 28. & Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 26.

Plenus mallus, Gall. *Plein jugement, pleine audience.* Charta Gorziensis Monasterii anni 957. sic clauditur : *Actum in villa Dexteriaca in pleno mallo* ; apud Chiffletium in Vindiciis Hispan.

Mallus publicus, in Capit. Caroli M. lib. 3. c. 57. Chr. S. Benigni : *In Luco villa in mallo publico ad res audiendas vel judicandas venit.* Charta Caroli M. apud Henricum Meibomium in Not. ad Witikind. p. 63. *Quapropter in illa parte Saxoniæ Trutmannum virum illustrem ibidem Comitem ordinamus, ut resideat in curte ad campos in mallo publico, ad universorum causas audiendas, vel recta judicia terminanda.* Charta Caroli M. in Actis Episcopor. Cenoman. pag. 261.

Post

Postmodum licentiam habeat, ut in mallo publico suas querelas justè & rationabiliter atque legaliter quærat. Sic veteres Formulæ Bignonii cap. 2. Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. c. 18. Beslius in Hist. Pict. 224. Chartæ Alemannicæ Goldasti num. 99. &c.

Mallum tenere. Synodus Suessionensis sub Carolo C. cap. 7. *Ne malla publica vel placita in exitibus & atriis Ecclesiarum —— teneant.* Adde cap. 8. Charta Heriberti Comitis Viromand. an. 1076. *Loco, qui dicitur Brolius, ubi placita & mallos tenebat.* Adde Capitula Caroli C. tit. 30. §. 32.

Mallum gerere, Gall. *Tenir les plaits.* Chron. S. Benigni p. 414. *Isaac Episcopo, Odone Comite, Hildeberto Abbate ——— atque cæteris Missis Dominicis mallum gerentibus.*

Ad Mallum Comitis venire. Privilegium, concessum Hispanis à Ludovico Pio: *Et ad placitum venire jussus, ad Comitis sui mallum omnimodis venire non recuset.* Vide Capit. Caroli M. lib. 7. c. 96.

Ad mallum mannire, in jus vocare, in Lege Ripuar. tit. 32.

Mallare, Ad mallum citare, in jus vocare, in Lege Salica tit. 18. §. 18. tit. 52. 54. Alamann. tit. 36. tit. 94. Bajw. tit. 1. cap. 11. §. 2. tit. 12. cap. 2. §. 1. Ripuar. tit. 58. Capitul. Ludovici Pii ann. 825. c. 5. 6. 7. apud Labbeum, Capitul. Caroli C. tit. 28. &c. Vetus Judicium anni 874. ex Tabulario Casauriensi: *Iste Majus advocatus hic in Judicio vestri præsentia mallavit me, ut ego haberem uxorem Gundi, &c.* Chronicon S. Benigni pag. 414. *Mallavit quemdam Hildebrannum ——— quod ipse & sui quercum unam truncassent.* Charta alia in Hist. Augustodun. part. 2. p. 89. *Unde ad judicium Scabineorum Abbo mallavit supradictum Cadilonem, &c.* Adde Perardum in Burgundicis p. 34. 35. 147. V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 104. &c.

Mallatio, Submonitio, in jus vocatio. Edictum in Carisiaco: *Quasdam adinventiones, quod multum Dominus detestatur, & in mallatione, & in exactione intromittunt.* Chartæ Alemannicæ Goldasti n. 27. *Quoddam prædium, ——— quod Notgerus omni genere studii, quasi hæres Otharii, repetere, publicaque mallatione Monasterio abstrahere conabatur.*

Mallator, Actor, qui ad Mallum submonet. Vetus Notitia tom. 12. Spicilegii Acheriani p. 154. *Quam vero causam prædictus Sigebertus minimè negare valens, confessus est verba mallatoris in omnibus esse vera, &c.*

Admallare, idem quod *mallare*, *ad mallum vocare*, in Lege Salica tit. 52. §. 2. tit. 53. §. 1. tit. 55. §. 1. & Ripuar. tit. 51. Charta Caroli M. apud Meurissium in Episc. Metensibus p. 185. *Nec homines eorum per mallos, byrgos publicos, nec per audientias mallus deberet admallare.* Formulæ Andegavenses: *Hæc contra parentis meus vel contra cujuslibet hominum accidere, vel admallare, seu adliticare faciatis.* Occurrit in iis non semel.

Obmallare, eadem notione in Lege Salica tit. 37. §. 8. in Capitul. 3. Ludovici Pii an. 819. c. 7. & in form. 9. Auxilius in Causa Formosi Pap. *Lex dicit, qui hostem ad murum conantem viderit, & non se opposuerit, puniatur. Quidam vidit, ascendit, profligavit, rejecit: obmallatur? Infrà: E contra lex, qui viderit matri inferri vim, & opem non tulerit; puniatur. Quidam procul means, vidensque matrem vapulantem, opem tulit: obmallatur?* Perperam Glossa interlinearis, *morti datur.* Sensus enim est, *an in judicium, qui legi paruit, vocatur?*

Remallare, eodem perinde significatu in 124. formula, apud Lindenbrog. *Et si postea aliquis extiterit —— qui ipsum hominem de hoc remallare voluerit, &c. Remallatio*, for. 125.

Mallatura. Pensitatio, quæ pro mallis publicis fiebat. Charta Ludovici II. Imp. an. imperii 25. pro Casauriensi Monasterio, in Tabulario ejusdem Eccles. *Pro nulla denique mallatura quispiam à Monachis de præfato Monasterio, vel ab Advocato eorum, tortum quærere audeat, quia ob reverentiam S. Trinitatis eidem concessimus.* Diploma Henrici I. Imp. an. 1043. ibid. *Et quidquid de prædicti Monasterii possessionibus fiscus noster sperare potuerit, ipsi ——— concedimus, & ut nullus mallaturam persolvat Advocato ejus.*

Mallenses, Judices Malli, seu, ut aliis placet, in judicium vocati pro negotiis persequendis ac disceptandis, apud Odonem Abbat. Cluniac. in Vita S. Geraldi Comitis lib. 1. c. 19. *In crastinum verò mallensibus undique ad Seniorem confluentibus, jubet reum adduci.*

MALMAN. Vide *Maalman.*

MALOGRATO. Vide *Creantare.*

MALOMELLUM, *Genus pomi melliflui & dulcis, quia fructus ejus habeat saporem mellis, vel quod in melle servetur.* Jo. de Janua.

MALONES, *Malhones.* Charta Raymundi Comitis Tolosani ann. 1226. in Regesto Tolosæ Cameræ Comput. *Ædificia & bastimenta, terras cultas & incultas, vineas & malones, agros & condaminas.* Alia an. 1243. in eodem Regesto fol. 88. *Questus, toltas, & adempriva, albergas, successiones, & escaducas, furnos, & molendina, aquas, littora, & piscarias, vineas & malhones cum terris, in quibus sunt, &c.* Alia an. 1245. fol. 46. *Videlicet forciam, & aulam, & domos & malolem, & furnum, &c.* In Chartis aliis vernaculis *Malloles* dicuntur, quæ vox crebrò ibi occurrit, videturque vineam aliquam sonare. Petrus de Crescentiis lib. 4. *Majulum* uvæ speciem facit, à qua fortè *Malones* vineæ ipsæ dictæ: *Est & alia species (uvæ,) quæ vocatur Majolus, quæ est uva nigra, valde citò maturabilis, & pulcros & spissos & longos botriones faciens, in sapore dulcissima, & vinum facit durum & satis servabile, &c.*

MALPAGA, Debitum. Charta Catharinæ Comitissæ Virtutum an. 1381. *Pro defectibus & malpagis illorum nullatenus possint molestari.* Alia Galeacii Comitis Virtutum an. 1387. *Pro resto dicti subsidii solvendi pro malpagis, &c.* Scribit Catellus lib. 2. Rerum Occitanarum p. 297. Lutevæ carcerem esse *Malepague* dictum, in quem conjiciuntur debitores à creditoribus ipso facto, ex quo non eximuntur, nisi post debita persoluta: unde, inquit, appellatur *Malepague.*

MALPENNING. Charta an. 1264. apud Maximilian. Henric. in Apolog. pro Archiepisc. Coloniens. part. 2. pag. 62. *Ita tamen quòd de personis Ecclesiasticis & Religiosis denarii cervisiales, & denarii, qui dicuntur Malpenning non recipiantur.* Vide *Pening.*

MALPITIO, Italis *Malpizzone*, Morbus equinus *in bulletis ungularum equi, cùm carnes vivæ junguntur ungulis, &c.* apud Petrum de Crescentiis lib. 9. cap. 48. cujus vetus Gallicus Interpres habet *Palpizon.*

MALTA, Cæmentum, *Mortier.* Ordo Romanus de consecratione Ecclesiæ: *Tunc faciat maltam de calce & tegula cum ipsa aqua benedicta ad occludendas Sanctorum reliquias in loco altaris.* Hugo de S. Victore lib. 1. de Ceremon. Eccl. cap. 8. habet *molta: Et quod remanet de molta; qua conditæ sunt Sanctorum reliquiæ, fundit ad basim altaris.* De hac voce multa commentatur Octav. Ferrarius in Orig. Ital.

MALTARE, Solidare. Vetus Interpres Juvenal. Sat. 5. *Quia hoc solent vitrum solidare, id est, maltare.* Vide *Maltra.*

MALTSHOT, Præstationis species apud Anglos. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkynd* p. 27. *De Maltshot termino Circumcisionis Domini* 20. *den.*

MALTMULNA, Molendinum, ubi brasium molitur; vocabulum compositum ex vocabulis Anglicis, *malt*, brasium, & *muln*, vel *mulne*, molendinum. Occurrit in Vitis Abbatum S. Albani p. 63.

MALTRA, *Maltrum*, *Maldrus*, *Maldrum*, *Malter*, promiscuè, Mensura Germanica, continens quatuor modios, Germ. *Malter halt mut*: modius verò seu *mut*, comprehendit quatuor quartales. Ita Vadianus & Goldastus. Ekkeardus junior de Casib. S. Galli cap. 1. *De tarra avenæ centum maltrorum.* Charta Henrici Imp. an. 114. in Actis Murensib. pag. 32. *Unum maltrum de frumento, & unum fritschingum, & unum siclum de vino.* Eadem Acta p. 37. *Debet singulis annis dare 4. maltra de spelta, & 6. de avena.* Occurrit iterum p. 56. Adde Ottonem de S. Blasio c. 47.

Maldrum & *Maldrus*, apud Cæsarium lib. 4. c. 6. lib. 10. c. 17. & 47. in Concilio Coloniensi ann. 1260. can. 11. & in Charta Friderici I. Imp. an. 1152. pro Ecclesia Marsnensi apud Miræum in Donat. Belgic. pag. 444. Summula Raimundi:

Usuram facio si marcam præsto per annum
Pro pullis, vel pro maldro pisa, vel avenæ.
Ante diem messis nummos poteris dare tali
Conditione, quòd certo tempore maldra
Tot reddam tibi, quot poterit tua summa valere.

Vide vitam Balduini Lutzemburg. lib. 3. cap. 1.

Maldrus. Tabularium S. Remigii Remensis: *Census de Marsna de 6. molendinis, centum maldros, &c.* Infrà: *De camma* 132. *maldr. de questu cervisiæ —— ad Natale Domini* 18. *maldr. avenæ de obb.* Charta Lotharii III. Imp. an. 1131. *Duos maldros panis, quatuor oves, & amam vini Abbas habebit.*

Maldarius. Charta Henrici Comitis Namurcensis & Luxemburg. an. 1182. *Ea conditione, quòd singulis annis septem maldarios annonæ eidem Ecclesiæ teneantur respondere.*

Maldarium, in veteri Charta apud Cornelium Kempium lib. 2. cap. 11. *Quinque maldaria panum siliginis, maldarium tritici, &c.*

Malter & *Malder*, in Tabulis Anselmi Abbatis Lauresham. apud Freherum in Orig. Palat. in ipso Chronico Lauresham. p. 84. in Chartis Alemann. apud Goldastum ch. 12. 49. 69. 79. 83. 84.

Maltare, apud Conradum Usperg. in Philippo, & Suenonem p. 325.

Maldrata, Quantum maldra continet. Speculum Saxon. lib. 2. art. 16. §. 4. *Quando præco Judici mulctam demeretur pro eo, quòd eum super suo neglexerit judicio, tunc mensuram Regis, id est, maldratam pro mulcta præstet, quæ in triginta duobus virga quercinæ viridis duorum cubitorum longitudine verberibus noscitur comprehensa.*

MALVEISIN, Machinæ bellicæ species, sic appellata linguâ Gallicâ, tanquam *malus vicinus*, seu *mauvais voisin*, quòd proximos hostes maximè incommodaret. Petrariæ speciem facit Matthæus Paris sub an. 1216. *Propter petrariam, quæ Malveisine Gallicè nuncupatur, quâ cum machinis aliis Franci ante castrum locatâ, muros acriter crebris ictibus verberabant.* Ex quibus colligitur, fuisse machinam, qua muri lapidibus ingentibus impugnabantur. At Guignevilla in Poëmate vernaculo, *le Pelerinage de l' humaine lignée*, videtur innuere plures simul eodemque impetu sagittas emissas per hanc machinam, ita ut illa sit catapulta, quam Angelus Portenarius lib. 5. de Felicit. Patavina describit, & cujus figuram expressit. Sic verò Guignevilla:

Ne nuls tels dars ni puet meffaire,
Com bien que on i sache traire
Malveisine les sajetes,
Ne Espringale ses mouchetes.

Ita etiam appellavit Willelmus II. Rex Angliæ Castellum à se extructum, quo aliud, quod ad deditionem compellere nitebatur, incommodaret. Henricus Huntindon. lib. 7. Hist. p. 373. & ex eo Jo. Brompton: *Post hæc obsedit Consulem ad Bamburg: quòd cum armis inexpugnabile videret, paravit ante illud castellum aliud, quod appellavit Malveisin, in quo partem relinquens exercitus, recessit.* Vide Cambdenum in Descript. Comitatus Northumberland.

MALUGINOSUS, κακοτρεχής, in Glossa Græc. Lat.

MALVITIUS, Avis species, nostris *Mauvis*, apud Fridericum II. Imp. lib. 1. de Venat. c. 18.

MALUM, Candelabri pars instar mali, seu pomi rotunda. Chronicon Casin. lib. 3. c. 57. *Alia candelabra argentea cum malis crystallinis parium unum.* Cap. ult. *Aliud parium* (candelabr.) *argenteum cum malis crystallinis.*

Malum, in ædium sacrarum summitatibus, quomodo etiam hodie in æde S. Petri Romæ. Vita Caroli M. *Tacta etiam de cœlo, in qua postea sepultus est basilica*, (Aquensis) *malumque aureum, quo tecti culmen erat ornatum, ictu fulminis dissipatum &c.*

MALUS, Diabolus, Scriptoribus sacris. Lexic. Græc. MS. Reg. sign. 2062. πονηρία, ἑκούσιος κακοποιΐα, δι' ἣν καὶ ὁ διάβολος πονηρὸς λέγεται. Paulinus Natali 4. de Exorcista:

Inde gradum cepit, cui munus voce fideli
Adjurare malos, & sacris pellere verbis.

Idem Natali 5.

Non tulit hæc malus ille diu; sed inhorruit atris
Crinibus, &c.

Natali 7.

—— Velut illi qui meruere
Vasa malis fieri.

Carmen iambicum vetus edit. à Barthio lib. 34. Advers. cap. 1.

Cursu vagante lubrico infortunio
Tentationibus Mali.

Ita passim Tertullianus lib. de Pœnitentia c. 5. lib. de Patientia c. 11. 14. de Cultu feminarum c. 5. lib. 2. ad Uxorem c. 6. Idem Paulin. Epist. 4. ad Severum, Cyprianus de Orat. Dom. c. 10. Chromatius Aquileiensis Concione 1. in D. Matthæum, Olympiodorus in Ecclesiast. c. 8. Commodianus Instr. 44. 57. 62. &c.

Atque ita *malum*, in Oratione Dominica: *Sed libera nos à malo*, Patrum plerique intelligunt. Origenes, sive quis alius in Orat. Domin. ὁ δὲ μὴ εἰσελθὼν εἰς δίκτυα πειρασμοῦ, ἐρρύθη ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Πονηρὸς δέ ἐστιν ὁ διάβολος, οὐ φύσει, ἀλλὰ προαιρέσει, οὐ γὰρ τὴν ἐκ φύσεως ἐστιν ἡ πονηρία, ἀλλ' ἐξ αὐτεξουσίου κακίας καὶ προαιρέσεως γίνεται. κατ' ἐξοχὴν δὲ οὕτω καλεῖται, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακίας. Sic quoque Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus, Petrus Damianus, &c. Quin etiam hæc verba Joannis Epist. 1. v. 17. καὶ ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, non desunt, qui de diabolo capienda censent. Vide Casaubon. ad Epist. Gregor. Nysseni pag. 85.

Sed & Gallis nostris eadem olim dæmonum familiaris fuit appellatio: *Maufés* enim dicuntur Scriptoribus vernaculis medii ævi, quasi *malefici*, (nam κακοποιοὶ δυνάμεις dicuntur Synesio) vel potiùs *malefacti*, quòd turpi & putida ut plurimum figura donentur, unde efficta postmodum etiam hodie in usu vox,

vox, *Mauvais*, quâ res quæpiam mala denotatur. *Le Roman de Garin:*

Seignor, dit-il, ceanz a un maufé,

Chr. Bertrandi *du Guesclin MS.*

Il ne croit nostre Loy neant plus que li maufés.

Rursum:

Rampoient contre mont en huant com maufés.

Robert de Bourron en son Roman de Merlin MS. S'empartent del Chastel, & commandent as maufés tous ilheus, qui y remainent. Vide Notas nostras ad Joinvillam pag. 106.

MAMELUCHI. Sic appellabant Ægyptii mancipia Christiana, aut ex Christianis parentibus orta, in pueritia capta, & pretio distracta, ex quibus eligebatur, qui cæteris imperabat, Sultani appellatione. De his sic Willelmus Tyrius lib. 21. cap. 23. *Solent enim Turcorum Satrapæ & majores Principes, quos ipsi linguâ Arabicâ vocant Emyr, adolescentes, sive ex ancilla natos, sive emptos, sive capta in prœliis mancipia studiosè alere, disciplina militari instruere diligenter, adultis autem, prout cujusque exigit meritum, dare stipendia, & largas etiam possessiones conferre. In dubiis autem bellorum eventibus, proprii conservandi corporis solent his curam committere, & de obtinenda victoria spem habere non modicam: hos lingua sua vocant Mameluc.* Sanutus lib. 2. part. 2. c. 6. *Et deferunt de Mari Majori à partibus septentrionalibus pueros & puellas, quos præfati Ægyptii nominant Mamuluchos.* Vide Jovium de Reb. Turc. Leuncl. in Pand. Tur. cap. 207. & alios rerum Turcicarum Scriptores; Scaligerum præterea lib. 3. Canon. Isag. pag. 326. ult. Edit. Edwardum Pocockium in Supplemento ad Gregorium Abul-Faragium p. 7. & Notas nostras ad Joinvillam p. 80.

MAMBURNUS, Tutor, Gubernator: *Manbour*, in Consuetud. Hannoniensi cap. 77. Namurcensi art. 20. Montensi cap. 38. Valentianensi art. 27. 67. 79. 80. &c. Levoldus Northovius in Chronico Markano an. 1249. *Cùm esset mamburnus Comitatus de Teckemburg.* Vide eund. an. 1347. Joan. Hocsemius in Episcopis Leod. l. 1. c. 17. *Tunc temporis Episcopo decumbente, pater ejus Guido, quasi mamburnus patriam gubernabat.* Eadem notione idem Scriptor usurpat cap. 29. & c. 34. ubi hæc verba habet: *Ad eligendum mamburnum, id est, in temporalibus præsidentem.* Vide eundem lib. 2. c. 5. Vitam Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 3. cap. 9. & Monstrelletum 3. vol. p. 125. 224. Etymon à Theutonico *mondt* accersunt viri docti, quod *os* significat, & *bar*, sive *baer*, id est *paratum, præsens, nudum, apertum*; quia os esse debeat publicè iis, quorum tutelam, sive mundium suscepit. Sed probabilius est, voces has effictas esse ex *Mundius*, & *Mundeburdum*, quas vide.

Manburnia, Manburnium, Tutela. Charta Communiæ S. Quintini an. 1195. *Nisi aliquis qui dispatriaverit, aut aliquis, qui est in mamburnia, super hoc clamorem fecerit.* Charta anni 1138. in Tabul. Abb. Thenaliensis. *Et quia propria sigilla non habebamus, sigillo nobilis viri Galteri D. de Lignies, in cujus mamburnia fueramus —— fecimus communiri.* Charta ann. 1146. in Tabul. Priorat. Neronisvillæ fol. 17. *Ante Bernardum de Milli, qui eo tempore in mamburnio habebat Luciam & Amalricum filium Rainardi Pulcri, de cujus feodo hæc terra fuit.* Froissart. 1. volum. cap. 155. *Fussent en garde, bail, tutele, cure, manburnie.* Adde Leges Leodienses cap. 18. & Consuetud. Valencian. art. 63. 79.

Mamburnire, Tueri, uti tutores solent. Vita B. Ivettæ Reclusæ c. 9. n. 25. *Qui quasi pueros mamburnire videbatur. Le Roman de Vacce MS.*

Au douziéme an qu'il terre maintinst & mainborni.

Balduinus de Condato vetus Poëta MS.

Il n' aura ja si grant aveir,

Ne si grant terre à mainburnir.

Idem:

Celui va proece croissant,

Qui grant terre a à mainburnir.

Manburditor, Tutor *Mamburnus*. Charta Richardi Regis Rom. an. 1267. apud Miræum in Donat. Belg. cap. 117. *Absque tutoris sive mamburditoris auxilio.*

Manburgium & defensio, in Legatione Synodi Mantalensis ad Bosonem Regem an. 879. *Defensionem & manburgium singulis exhibentes, &c.* Responsio ejusdem Regis: *Omnibus, ut monuistis, legem, justitiam, & rectum manburgium; auxiliante Deo, conservabo, &c.*

MAMILLAM *stringere*, in Lege Salica tit. 22. §. 4. *Prendre le sein d'une femme.* Ubi hæc Lindenbrogius: Leges Alfredi Regis cap. 11. 18. Pœnitent. Rom. lib. 3. c. 20. *Mamillas obtrectare.* Cap. 27. *Obtrectare puellæ aut mulieris pectus.* Burchard. Decret. lib. 19. pag. 275. 302. *Mammas stringere.* Saxo Gram. lib. 2. pag. 17. Plautus Bacchid. *Manus ferat ad papillas, labra à labris nusquam auferat.* Idem Asin. *Si papillam pertractavit, &c.* In Lege Frision. tit. 22. §. 88. *Feminam per maxillam stringere.* Fortè quis legat *mamillam*.

MAMILLARIA, Armaturæ species. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis, incipiens 1. Julii an. 1352. cap *d'Orfaverie: Pour faire & forger la garnison d'une paire de harnois tout blanc, en quoy est entré 14. marcs 6. onces d'argent, & un once d'or fin à la dorer; c'est à sçavoir 1068. clos à estoilles, 8. boucles, 8. mordans à fermer les plates d'une grant boucle pour le dossier, 12. rivez, 2. charnieres, 2. mamellieres, & deux chaienes pour icelle mameliere.*

MAMILIARES, μονοχεῖρα, in Gloss. Gr. Lat. Editis & MSS. ubi Meursius emendat *mamuales*: malim *manulares*.

MAMMARE, Lactare; *mammam dare*, Plauto in Menæchm. hinc *Mamma*, nutrix, & *Mammula*, nutricula, apud Gruter. 88. 3. 663. 2. S. Augustin. in Psalm. 59. *Prægnantes sunt, qui spe intumescunt: mammantes autem, id est, lactantes, qui jam adepti sunt, quod concupierant.* Μαμμιόνει, in Glossis Græco Barb.

MAMMELINUS, pro *Miramomelinus*, occurrit apud auctorem Magni Chronici Belgici an. 1212. p. 210.

MAMMIOS, ὑμῶν, apud veterem Interpretem Moschionis de morbis mulierum cap. 42.

MAMMOCESTIS. Apitius lib. 8. de Re culin. cap. 6. *Hædus, sive agnus syringatus, quod est Mammocestis, exossatur diligenter, &c.* Ubi *mammocestis* perperam, ni fallor, pro μαμμόθρεπτος, qui adhuc lac sugit.

MAMMONES, Simiæ. Guillelmus de Baldenzel in Hodœporico p. 112. *Vidi plures baburnos, mammones, psittacos, mirabiliter instructos, gestibus suis homines mirabiliter ad deductionem provocantes.*

MANA, Mater, anus, femina ætate provectior. Luithprandus in Legat. *Obviantes mihi mulieres, quæ priùs in stuporem mentis versæ, mana, mana clamabant.* Gervasius Tilleberiensis MS. de Otiis Imper. decis. 3. cap. 95. *Mulieres agnosco manas nostras, quæ processerunt in diebus suis, quæ proponebant, se de nocte vidisse, &c.* Utitur etiam Fr. Recuperius in Miraculis B. Ambrosii Senensis n. 59. & 128. apud Senenses: *Mana è nome d' honoranza, per le donne di bassa conditione, a cui non convenga titolo di Madonna.* Ita Academia Cruscana. Græci μάμα eadem

notione

notione usurparunt. Emanuel Georgillas Limenites in Poëm. MS. de Mortalitate Rhodi an. 1498. καὶ πίκρανε τοὺς γέροντας, καὶ θλίψιν ταῖς μανάδες, ταῖς κόρες, ταῖς ἀνεγλύτες, καὶ ταῖς οἰκοκυράδες. Vide Glossar. Meursii, & Fabroti ad Cedrenum, & Codinum de Orig. Edit. Reg. p. 60.

MANACIA, Minæ, ex Gallico *Menace*. Glossæ MSS. Reg. Cod. 1198. *Minus, manacus.* Quæ quidem vox occurrit, ni fallor, apud Hincmarum Laudunens. Episcop. p. 612. *Tunc Dom. Rex dixit, quia si ille ipsam silvam, ut dicebat, nutrierat, quam pater suus nutrire cœperat, & ex eo amicis suis, non destruendo; sed cum manacia dedisset, aut si ad suam necessitatem ex ea cum mensura accepisset, pro hoc non debuisset illud beneficium amittere.* Editus Codex habet *manacta*.

Manaciare. Glossæ MSS. ad Canones Concil. *Comminari, manaciare.*

MANADA. Vide *Manata*.

MANAGIUM, Mansus, vel mansio. Testamentum Herberti Comitis Viromand. an. 1059. apud Joan. Carpentarium in Hist. Camerac. *Apud Goiacum —— tria managia.* Charta Willelmi Comitis Pontivi an. 1205. *Concessi Magistro Simoni Cappellano S. Crucis 13. libras, in recompensatione managii Evæ Signoreæ.* Charta Matthæi & Mariæ Comitum Pontivi ann. 1248. in Tabular. S. Judoci: *Et si contingat, quòd prædicta duna detur ad managia facienda, ita quòd hospites ibi morentur, &c.* Alia an. 1251. in Tabular. Episcopat. Ambian. fol. 97. *Hospitale, —— quod continet duo managia, quæ censum annuum nobis tanquam domino debent.* Alia Henrici III. Regis Angl. tom. 2. Monastici Anglic. p. 82. *Managium ejusdem Hugonis cum campo adjacente.* Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 24. *Et si doit l'en savoir que le masnage est relevé par trois sols, & par ce aquité la premiere acre, ou tout le tenement; s'il n'y a plus d'un acre. Le Roman d'Aubery MS.*

Descendu sont en lor maistre manaige.

MANAGUR, vox Wallica, in Legibus Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 9. *Hic est unus homo eorum, cui soli creditur, scilicet* Managur, *dictator continens cum testimonio Sacerdotis, &c.*

MANAIA. Testamentum MS. Raimundi Comitis Melgoriensis in procinctu itineris Hierosol. exaratum: *Dono D. Deo & S. Petro —— sedis Magalon —— manaiam, quam habeo in salinis.* Et infrà: *Et relinquo suprascriptam manaiam & totum pulmentum piscium, quam de toto stagno habeo.* Idem videtur quod pugillata salis, quantum manu continetur, ac proinde idem quod *manata*, de qua voce mox.

MANALES *lapides, qui in modum cylindrorum per limites trahebantur.* Papias.

MANANA. Vide in *Mannus*.

MANAS, *Malas, maxillas.* Papias.

MANATA, quasi *manuata*. Italis certè *Manata* est *brancata, tanta quantita de materia, quanta puoi stregnere, o tener con mano*, manipulus, nostris *Manée*. Charta Amedei Com. Sabaud. ann. 1249. apud Guichenonum: *Concessit pro remedio animæ suæ —— leydam salis, quam habebat apud Chamberiacum, præter manatam salis, quam recipiebat Mistralis Chamberiaci nomine ipsius.* Libertates, concessæ villæ Franchæ ab Archembaldo Dom. Borbonensi an. 1217. MSS. *Si aliquis extraneus ducit asinos cum sale, dabit unam manatam, si vendit. Quicunque vendit sal in foro ad archam, vel in nundinis, dabit unam manatam salis à pollice in antea.* Charta Libertatum villæ *de la Perouse* an. 1260. apud Thomasserium: *Et li sauners (donera) do setier une manée de laide, & autre de terrage.*

Manada. Tabularium Conchensis Abbatiæ in Ruthenis ch. 226. *Sextarios sex de civada, & sex gallinas, & tres manadas de canbet*, i. tres manipulos cannabis. Vide *Palmata*.

MANAZEI, ita dicti in Bosnensi regno Paterini hæretici, ut est in Hist. A Cutheis an. 1366. à Manichæis fortè id vocabuli fluxit.

MANBOTA, Compensatio mortis, à voce Saxonica Man, quæ hominem sonat, & Boᵭe, quæ à beᵭᵭan deducitur, quod compensare est. Erat igitur *Manbota* perempti hominis illa æstimationis pars, quæ cæsi domino compensationis loco tributa est. Leges Inæ Regis cap. 69. *Ex æstimatione capitis viri, qui viccenis, dum vixerat, æstimabatur solidis, subtrahantur 30. solidi ad compensandam domino mortem, &c.* Saxonicum habet Monᵭoᵭe. Occurrit hæc vox non semel ea notione in Legibus Edw. Confess. cap. 12. Henrici I. cap. 12. 69. 70. 74. 75. 76. 79. 80. &c. Leges Normannicæ Willelmi Nothi cap. 8. *Si home occit l'altre, e il seit counsaut, e il doive faire les amendes, durrad de sa manbote al seignor per le franc home 10. sols, & pur le serf 20. sols.*

MANCA, pro *marca*, seu certo auri & argenti pondere. Willelmus Malmesb. lib. 2. de Gestis Angl. *Ad omnes principales sedes librum hunc suo jussu conscriptum se velle transmittere, cum pugillari aureo, in quo esset manca auri.* Glossarium vetus Anglican. circa tempora Edw. III. exaratum, *Mancam sive mantam auri, triginta denariorum* fuisse tradit. Lambardus mancusam & marcam, (quæ verba idem sonant cum manca) nummum argenteum 30. valentem denariis interpretatur. Verùm jure in dubium vocat Somnerus, an *Manca* & *Mancusa* nummus aut percussa moneta fuerit? cùm probabilius sit, fuisse auri aut argenti quid certo quodam pondere constans, qua notione *marcam* vulgò accipimus, cujus valor tam in auro quàm argento crescit aut minuitur pro ratione valoris monetæ, qui ut plurimum pro nutu & libito Principum minuitur aut augetur. Atque inde fit, ut in Legibus Henrici I. cap. 69. *manca* sex solidis æstimetur, quinis nimirum denariis ad solidum: in Lege Adelstani Reg. cap. 6. 30. denariis; *mancusa* verò apud Willelmum Thorn. p. 1776. in Variantibus Lect. pondus 2. solid. & 6. denar. dicatur. Occurrit in Legibus & Scriptoribus Anglicis passim. Vide Monastic. Anglic. tom. 2. p. 266. & infrà *Mancusa*.

Manco. Liber mirabilis, seu Tabularium Abbat. Conchensis in Ruthenis ch. 19. *Et in memoria censús per singulos annos S. Petro Romæ Apostolo unum manconem auri persolvant.* Nisi legendum sit *mancosum*, ut in Charta 207.

MANCA, Defectus, nostris *Manque*, Italis *Mancanza*. Urbanus II. PP. in Epist. ad Ivonem Carnotensem Episcopum: *Oves dominicas — absque morbo vel mancha perducere.*

Manca manus, sinistra. Electio Henrici Regis Portugalliæ apud Brandaon. in Monarch. Lusitana lib. 10. cap. 13. *Si Rex Portugalliæ non habuerit masculum, & habuerit filiam, ista erit regina. Non accipiet virum, nisi de Portugal. nobilis & talis non vocabitur, Rex, nisi postquam habuerit de Regina filium Varonem, & quando fuerit in congregatione, maritus Reginæ ibit in manca manu, & maritus non ponet in capite coronam regni.*

MANÇANARES, Pomaria. Vox Hispanica; *Mançana, pomum.* Charta æræ 1010. apud Anton. de Yepez in Chronico Ordin. S. Bened. tom. 5. *Vineas & terras, & ortales, & mançanares, cum pratis, pascuis, &c.*

MANÇANUM. Charta æræ 978. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Bened. tom. 6. p. 460. Conceg

Concedimus ibi serviendam illa vinea de illo mançano alia vinea juxta alia vinea de illa Comitissa, &c.

MANCARE, *Mancaster.* Vide *Mancus.*

MANCEI. Vide *Monetæ Baronum.*

MANCELLA, Parva manica, manicella, nostris, *Manchette.* Wolphardus Presb. lib. 1. de Vita S. Walburg. c. 6. n. 19. *Mancellam ei à manu prævaricatrice & tumida dissuerunt.*

MANCEPS, Satelles, lictor, vel qui satellitibus præest. S. Cyprianus Ep. 69. *Latrones mancipi, obsequio pleno humilitatis obtemperant.* Mox: *Præpositus illic agnoscitur & timetur.* Lucifer Calaritanus lib. 2. pro S. Athanas. p. 89. *Non esse Christianus; sed planè manceps latronum cognosceris. Manceps carceris, & vinculorum janitor*, apud Prudentium libro Peristeph. S. Zeno in Serm. de S. Arcadio: *Hunc verò profitentem ad nefandam custodiam noxiæ mentis mancipes rapuerunt.*

Manceps mutationum. Gloss. Gr. Lat. Στάθμος, ὁ τῶν καταμονῶν ἡγούμενος, *Stationarius, manceps. Mancipes cursus publici*, de quibus in Cod. Th. in l. 15. 22. 35. 36. 42. &c. de Cursu publ. Senator lib. 4. Epist. 47. *Si quos autem intemperans culpa pertulerit, collectam quantitatem per vices agentes mancipibus mutationum volumus applicari, ut cursualis tractus inde habeat remedium, unde hactenus sumpsit incommodum.*

Manceps Thermarum, Salinarum, in Cod. Th.

Manceps, Pistor publicus. Μ . . . , ὁ τεχνίτης τοῦ δημώδους ἄρτου, in Glossis Basilic. Ita *mancipes* usurpant l. 1. & 2. Cod. Th. de Frumento urb. CP, ut censet Cujacius. At Jacobus Gothofredus non quosvis pistores; sed eos, qui pistrinis publicis, atque adeo panum civilium & militarium pistoribus præpositi erant, ex d. l. 18. & ex Socrate lib. 5. cap. 18. solos *mancipes* appellatos contendit. Verùm in d. l. 18. *Mancipatus*, non est præpositura pistrinorum; sed *panis excoctio, & obsequium pistrini*, ad quod tenebantur omnes, præter eos, qui ratione dignitatis à muneribus sordidis immunes erant, ex l. 15. eod. Cod. de Extraord. sive sordid. Præterea Græcos recentiores μάγκιπα quemvis pistorem vocasse constat. Vide Vitam S. Auxentii Archimandritæ cap. 8. & alios, laudatos à Meursio. Hinc μαγκιπεῖον, apud Cedrenum p. 324. in Basilicis, apud Suidam, &c. & μαγκίπιον, in Chronico Alexandrino p. 786. pro pistrino. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. ἀρτοπώλιον, τὸ μαγκιπεῖον, ἐν ᾧ οἱ ἄρτοι γίνονται. Aliud Lexic. habet μαγκίπιον. Anastasius Bibl. in Vita S. Joannis Eleemosynarii cap. 7. num. 36. *Et animal portans siligines à mancipio causa prandii ipsius.* Vide *Panetarius.*

MANCIA. Innocentius III. lib. 1. Epist. pag. 30. Edit. Venetæ, de officio Camerarii in Ecclesia Perusina: *Ipse verò quod cuique opus erit, juxta facultates domus providè dispensabit, mancias, & alia, quæ fuerint necessariò danda intus & foris, cum consilio Archipresbyteri sine murmure tribuet, &c.* Ubi *mancia* idem est, quod *mensa.* Vide in hac voce.

MANCINUS. Vide *Mancus.*

MANCIONATOR. Vide *Mansionator.*

MANCIPALIA, *Publicæ res*, in Glossis MSS. ad Concil. Afric. c. 36.

MANCIPALIS Mancipium. Gildas in Gemitu pag. 9. *Romanis nonnullis ad servitutem —— mancipalibus reservatis —— Italiam petunt.*

MANCIPARE, pro *emancipare*, seu potiùs *manumittere.* Charta Ywani *de Gand* ann. 1139. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 94. *Excepta mancipatione servorum ab omni nostra vel laica potestate, omnino mancipatum pro amplificando Dei nominis & laudis honore ad usum fratrum Trunchinensis Ecclesiæ —— quæ loco præfato possidet, tradidi &c.*

MANCIPARIUS, Mancipiorum mango, venditor. Scholiastæ Juvenalis ad illud Sat. 11. v. 147. . *Non Phryx, aut Lycius, non à mangone petitus. Quales vendunt carè Mancipariì.* Perperam videtur scriptum in Notis Tyronis pag. 80. *Massipiarius*, pro *Mancipiarius.*

MANCIPIALIS, in Glossis antiquis MSS. *Originis ejusdem, vel locum, officium gerens.*

Mancipiata *casa.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 92. §. 1. *Si quis comparaverit terram, id est, solum ad ædificandum, aut casam mancipiatam, & quinque annos inter præsentes possederit, &c.* Ubi Lex Longob. lib. 2. tit. 36. §. 1. habet *mancipatam.*

MANCIPIOLUM, Mancipium, servus minoris pretii. Concilium Turon. II. c. 19. *Reliqui Presbyteri & Diaconi & Subdiaconi vicani hoc studio se custodiant, ut mancipiola sua ibi maneant, ubi uxores suæ. Illi tamen segregatim solitarii in cella jaceant, & orent, & dormiant.*

MANCIPIUS. Consuetudo Tolosæ parte 2. tit. 2. art. 3. *Est similis consuetudo —— inter mercatores & mancipium, seu mancipios, & socium sive socios, videlicet si dictus recipiens mancipius aut socius talis extiterit, qui nullam partem habeat in dicta mercanderia, &c.* Chron. Petri IV. Regis Aragon. lib. 3. c. 32. *Et per occasion d' aquesta tractament, 10. mancips exiren à carrera al port de la casa, &c.*

MANCIUS. Julius Firmicus lib. 2. cap. 12. *Magos, Sophistas, mancios etiam & tabellarios, sive cursores, qui Principum negotia nuncient.* Sed indubiè legendum *nuncios.*

MANCO. Vide *Manca.*

MANCULARI. Gloss. Gr. Lat. πειράζω, *Tempto, manculor.* Ita MS. & H. Steph. Vide *Maniculare.*

MANCUS. Glossæ Isonis Magistri: *Mancus, contractus, debilitatus, mutilatus, vel imminutus.* Pactus Legis Salicæ tit. 32. §. 1. *Si quis alterum manu aut pede capolaverit, de manu capolata unde mancus est, & ipsa manus super eum pendeat, &c.* Et §. 3. *Si verò ipse pollex in ipsa manu mancatus pependerit, &c.* §. 9. & 10. *Si verò pes capolatus fuerit, mancus ibidem tenuerit, &c.* Lex Aleman. tit. 65. §. 10. *Si autem totum brachium mancum fuerit, ut nihil cum eo facere possit, &c.* Lex Ripuar. tit. 5. §. 4. *Si manus manca ibidem pependerit, &c.* §. 5. *Quòd si pollex ibidem mancus pendiderit, &c.* Propriè porrò nostri, *mancos* vocant, seu *Manchots*, qui altera carent manu, vel certè qui alterius manus usu privantur. Gloss. Græc. Lat. ἀελς ειρόχειρ, *mancussetus.* Cod. MS. habet *mancussecus.* Fortè legendum, *mancus, scævus*, vel *scæva*, qui scilicet manu sinistra pro dextra utitur, σκαιός. Lupus Servatus in Vita Wigberti cap. 23. *Manci exoptabilem manuum nacti sunt usum.* Hinc

Mancinus, Joanni de Janua, *qui utitur sinistra pro dextra manu, & è converso, à manus*; sed legendum, *à mancus.* Italis *Mancini* eadem notione etiamnum sunt.

Mancare, Mutilare, membro privare, in Lege Alamann. tit. 12. 13. 14. Capitula ad eandem Legem cap. 8. *Si quis alteri brachium super cubitum, aut coxa super genuculum cum spata aut cum fuste fregerit, & non mancat, solvat solidos sex.* Cap. 9. *Si quis alterum brachium mancat, solvat sol. 20. &c.* Occurrit ibi pluries. Charta divisionis Imperii Caroli M. c. 13. (al. 18.) *Placuit nobis præcipere, ut nullus eorum per qualibet occasiones quemlibet ex illis apud se accusatum sine justa discussione atque examinatione aut occidere, aut membris mancare, aut excæcare, aut invitum tondere faciat.* Hinc nostris mansit vox *Manquer*, pro defici, deesse.

Mancatus, in Pacto Legis Salicæ tit. 32. §. 3. *Si verò ipse pollex in ipsa manu mancatus pependerit*, *&c.*

Mancatio. Capitula Caroli M. ad Monachos c. 16. *Ut disciplina Monachis regularis imponatur*, *non sæcularis*, *id est*, *non orbentur*, *non mancationes alias habeant*, *&c.*

Emancare. Sugerius in Ludovico VI. *Qui cùm redimi se multo rogarent*, *imperat eos emancari*: *mancos autem pugnos referentes intùs sociis remitti*.

Mancaster, *Mancus*, in Gloss. MS. Reg. Cod. 1013.

Mancus, pro *Manca*, vel *Mancusa*, seu *Marca*. Vide *Mancusus*.

MANCUSA, pro *manca*, seu *marca*, passim habent Scriptores Anglici, Anglo-Saxonibus manceſ. manceſſa, & mancuſ, ut auctor est Spelmannus. Matthæus Westmonast. an. 857. *Romæ autem singulis annis* 400. *denariorum mancusas præcepit portari*, *&c.* Simeon Dunelmensis an. 855. *Romam quoque pro redemptione animæ suæ trecentas mancusas portari præcepit*, *&c.* Alibi habet *trecentas mancusas denariorum*. Ita Will. Malmesb. lib. 1. de Gestis Angl. cap. 4. p. 31. Asserus de Rebus gestis Ælfredi p. 4. Auctar. ad Matth. Paris p. 158. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 123. 215. tom. 2. pag. 842. tom. 3. pag. 116. 120. &c. Perperam *mancula*, videtur editum apud Rogerum Hovedenum p. 415. Vide in *Berbyces*.

Quidam existimant, vocem *Mancusa* esse Anglo-Saxonicam: alii *Mancusam* ita appellatam fuisse quasi *manu cusam*, ut Cajus & Watsius, quod procul abest à vero, cùm constet, Mancusam non fuisse monetam percussam; sed certum monetarum aliquot pondus, licèt contrà sentiat Lambardus in voce *Mancusa*. Vide *Manca* & *Marca*. Codex MS. Will. Thorn S. Benedicti Cantuar. sub an. 848. *Et pro hac donatione prædictus Clericus dedit eidem Regi centum mancusas in duabus armillis*, *& nota*, *quòd mancusa est pondus duorum solidorum 6. denar.* Addit vetus Chronicon, laudatum à Spelmanno voce *Romescot*, an. 858. *Et sciendum*, *quòd mancusa & marca pro eodem tunc temporis accipiebantur*.

Mancusus, *Mancosus*, idem quod *Mancusa*. Charta 90. inter Alamannicas Goldasti: *Folcardus & Adalolfus ejus fidejussores sunt in mancosos mille*. Testamentum S. Everardi Comitis Forojuliensis: *Quartus Rodulphus volumus ut habeat spatas tres*, *mancosos* 100. *balteum unum*, *&c.* Tabularium Casauriense an. 13. Ludov. Imp. Ind. 11. *Ut componerent ipsi Totoni vel suis hæredibus mancosos* 50. *& illas res per nullomodum ingenium quærere vel causare possit*. *Mancusi monetæ Barcinonensis*, in veteri Charta. In alia apud *Diago* de Comitib. Barcinon. lib. 2. c. 53. 7000. *Mancusi* ejusdem monetæ dicuntur conficere 1000. uncias auri. Usurpatur promiscuè de moneta auri & argenti. Charta Sanctii Pampilonensium Regis æræ 1111. apud Blancam: *Convenit enim Almutadyr dare Regi Sanctio* 120. *mancussos auri vel argenti*, *ita quòd si vult argentum*, *accipiat septem solidos monetæ Cæsar augustæ pro mancusso*.

Mancusi auri. Iso Magister in Glossis ad Prudent. *aureos*: *Mancusa*, *Philippei*, *Mancosi*. Mox: *Mancuosa*. Charta Italica apud Franciscum Mariam in Mathildi Comitissa lib. 3. pag. 95. *Qui verò fecerit*, *prædictos mille Mancosos auri se agnoscat compositurum*. Adde p. 116. 118. Anastasius Bibl. in Hadriano p. 116. *In auro solidos Mancussos numero ducentos*. Quidam Codd. MSS. habent *Mancos*. Petrus Rex Aragon. in Curia Generali Catalaniæ an. 1351. ubi de monetis, quarum mentio fit in Usaticis Barcinonensibus: *Mancussus auri Valentiæ valet* 16. *denarios ipsius monetæ*, (Barcinonensis de Terno) *& non ultrà*. Vide Historiam Pinnatensem pag. 479. & Puricellum in Ambrosiana Basilica p. 267.

Mancusi argenti. Anastasius Biblioth. in Leone IV. pag. 197. *Multosque ei in argento mancosos præbuit*. Tabularium Casauriense 1. part. cap. 93. ann. Christi 953. *Componamus tibi vel tuis hæredibus argentum mancosos sexcentos*. Alibi: *Componamus vobis mancosi argentei* 20. Rursum: *Una cum socio fisco distringente argenti mancosos* 20. *componamus*. Passim in hoc Tabul. Innocentius III. lib. 1. Ep. p. 209. 242. *Dabimus vobis nunc & per singulos annos decem millia mancusorum argenti*. V. Joan. VIII. PP. Epist. 67. 74. 89. 206. & 270. ubi *pondo*, pro *mancuso* usurpat, Leonem Ostiens. lib. 1. cap. 36. Ughellum in Italia sacra tom. 4. pag. 596. tom. 5. pag. 602. 666. tom. 6. pag. 135. tom. 7. pag. 1296. 1439. 1441. &c.

MANDALUS, κατοχός. Ita Gloss. Gr. Lat. MS. & Editum. Alibi: μάνδαλος, *Pessulus*. Gloss. Lat. Græc. *Repagulum*, κόραξ, κλῆθρον, μῆτρα θύρας, μάνδαλον. Gloss. S. Benedicti cap. de Habitationib. κατοχεύς. Papias: *Mandulus*, *genus clausuræ horti*. Ita etiam MS. Codex.

MANDAMENTUM, Districtus, jurisdictio, territorium. Passim in tabulis Delphinatus, Provinciæ, &c.

MANDARE *aliquem*, apud Thom. Cantiprat. de Apib. accersere, aut jubere accersiri aliquem. Phrasis Gall. *Mander quelqu' un*. Interdum significare, renuntiare, ut apud Nithardum l. 3. Flodoardum, Matth. Paris, Hoved. & al. *Mander à quelqu' un*. Hincmarus Opusculo 29. *Excusationem impossibilitatis suæ illuc veniendi mandavit*. Leo Ost. lib. 2. c. 29. *Post menses aliquot mandaverunt Pandulfo* —— *ut veniret*. Cap. 34. *Angelum Episcopum cum aliquot fratribus ad eam solenniter dedicandam mandavit*. Adde c. 60. 65. 69. 71.

Mandare, submonere, citare. Libertates villæ S. Germani in Foresio an. 1249. *Habens uxorem in puerperio jacentem non teneatur ire in mondum*, *nec excubias facere*, *nisi vellet* —— *item concedimus*, *quòd si mandentur homines villæ*, *debent remanere quot sunt necessarii ad villam custodiendam*.

Mandare, Imperare. Vetus Charta apud Hieron. Blancam in Commentario Rerum Aragon. pag. 715. 735. *Regnante Comite Raymundo in civitate Cæsaraugusta*, *& mandante eam civitatem per illius manus senior Lopiz*.

Mandare, *mittere*, *ablegare*. Fulgentius in Mythol. fab. 45. *Postquam in Thraciam redit*, *Phylomelam mandat ad Lynceum Regem*.

Mandare, *Nuntium perferre*. Saxo Grammatic. lib. 5. *Sclavorum mandatur irruptio*. Vide infrà: *Mandatum*.

MANDATELA, Mandatum, apud Priscianum lib. 4. & Joannem de Janua. Roswitha Monialis in Panegyrico Ottonis M. Imp.

His mandatelis cessit Regina benignis,
Et quo jussa fuit pariter comitantibus ivit
Permultis subjectorum cuneis populorum.

Utitur ibi non semel.

MANDATARIUS, Procurator. *Assertor*, *candidus vel mandatarius Archiepiscopo Danielo*, *&c.* in veteri Placito sub Lud. Pio apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. p. 742. & Steph. Baluzium in Append. ad Cap. Adde eundem n. 97. 104. 118. Occurrit etiam in Codice Justin.

MANDATIO, idem quod *Mandamentum*, dominium, jurisdictio, districtus. Charta Ferdinandi Regis Castellæ æræ 1081. *Quòd si aliquis homo*, *qui sit de mandatione Regis*, *moratur in domo S. Andreæ*, *sit*

ſit abſolutus ab Imperio Regis, &c. Adde Sandovallium in Epiſcopis Pampelonenſib. p. 57. Occurrit non ſemel in Chartis Hiſpanicis.

MANDATOR, Officium palatinum in aula Imp. CP. apud Anaſtaſium in Vita Hadriani II. PP. p. 228. & in Collatione S. Maximi Martyris ſtatim initio, Luithprandum in Legat. Theophanem in Juſtiniano pag. 550. & alios laudatos à Rigaltio, Meurſio, & Fabroto, in Gloſſariis: ubi *Mandatores* dicuntur, qui Imperatorum juſſa & mandata expeditè deferebant, οἱ ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι ταχύτατα διακονούμενοι, ut definiuntur in Gloſſis Baſilicôn Labbeanis, verbo, ἠνεξόδρομοι. Gloſſ. Græc. Lat. ἐγχειριστὴς, *Mandator*, ἐντελλόμενος, *Mandator*. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062. πιυθλώ, ὁ μανδάτωρ. —— οἱ γὰρ μανδάτορες ποιοῦσι τὰ μηνύματα ἔντε τοῖς δικαστηρίοις, καὶ τοῖς ἐν αὐτοῖς δικαζομένοις. Gloſſæ Baſilic. Μανδάτορες, οἱ τὰ μανδάτα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων πρὸς τοὺς στρατιώτας ὀξέως διακομίζοντες. Toridem habentur apud Leonem in Tacticis Conſtit. 4. §. 16. cui Militare eſt officium, de quo eodem cap. 4. §. 6. 35. 49. cap. 7. &c. Vide Epiſtolam Concilii Italiæ ad Theodoſium Imp.

Protomandator, πρωτομανδάτωρ, qui *primus mandator*, Anaſtaſio in VIII. Synodo act. 5. ubi *Primus Mandator Excubitorum, Primus Mandator Icanatorum*. De hac dignitate Scylitzes p. 541. 620. & Leo Grammaticus p. 498.

Ejuſdem nomenclaturæ & muneris Officiales perinde habebant Caſtellani Reges. Leges Alfonſinæ, ſeu *Partida*, part. 2. tit. 9. lege 21. *Mandaderos ſon Mamados aquellos que el Rey embia a algunos omes que non puede dezir ſu voluntad, por palabra, o non puede, o non quiere embiargelo dezir por carta: eſtos tienen officios grandes o mucho honrrados, come aquellos que han de moſtrar la voluntad del Rey por ſu palabra.*

MANDATUM, Rumor, nuntii, litteræ, rem aliquam enarrantes. Anaſtaſius in Hadriano PP. *Quibus —— Perugiam conjungentibus, conjunxit mandatum, quòd jam fatus Deſiderius abſtuliſſet civitatem Faventiam, &c.* i. in via rumor ei allatus eſt. Lex Longobardor. lib. 3. tit. 16. *Mandant aut annuntiant noſtra ſecreta, & adhuc extraneas provincias mandatum faciunt.* Saxo Grammaticus lib. 5. *Sclavorum mandatur irruptio*, Phraſis Gallica. Matth. Paris an. 1242. *Urgebant autem Regem mandata Ultramarinorum*, i. quæ per litteras nuntiabantur, *mandabantur*. Adde p. 547. & Additamenta p. 118.

Mandatum, Breve, vel Edictum Regium. In Addit. ad Matth. Paris: *Mandatum Regis de juratis ad arma.* Adde Anonymum Barenſem an. 1042. Gloſſ. Gr. Lat. *Mandatum*, ἐντολή. Theophanes p. 211. ὁ δὲ ἔπεμψε μανδάτον λέγον, &c. Vide Gloſſaria Rigaltii & Meurſii, voce μανδάτον.

MANDATUM, Ablutio pedum, quæ fit in Cœna Domini, cùm ſcilicet Chorus cantat illud Chriſti: *Mandatum novum do vobis*: de quo more S. Auguſtinus Epiſt. 119. c. 18. Chilienus Monachus in Vita S. Brigidæ cap. 2.

Proxima Cœna fuit Domini, qua ſancta ſolebat
Mandatum Chriſti calido complere lavacro.

Synodus Aquiſgran. can. 20. *In Cœna Domini pedes Fratrum poſt Mandatum Abbas lavet & oſculetur.* Eadem habentur in Addit. 1. Ludovic. Imperat. ad Capit. Caroli M. cap. 23. Tabular. Abb. Bellilocí in Lemovicib. n. 10. *Sanctum Mandatum, quod Salvator noſter inſtituit pridie quàm pateretur, abluendis pedibus pauperum; nunc deſtructum eſt ab eodem Abbate noſtro, qui meliùs meritò lupus dicitur rapax, qui ſibi vindicat eandem eleemoſynam, nummos, quos D. Pontifex Rodolfus ibi conſtituit.* Vide Leonem Oſtienſ. lib. 2. c. 34. Ut verò ea ceremonia peragi ſoleat tum à Monachis, tum à Clericis? conſule, ſi lubet, Udalricum lib. 1. Conſuet. Cluniac. cap. 12. Ceremonialem Epiſcop. lib. 2. cap. 24. &c.

Mandatum quovis ſabbato ſeptimanæ fieri jubetur in Regula S. Bened. c. 35. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 63. *Omni ſabbato faciendum eſt Mandatum, niſi feſtum fuerit novem Lectionum, vel Octavæ, aut die poſtero hoc Dominico feſtum duplex ſequatur. Inter Paſcha etiam & Pentecoſten non fit Mandatum.* Adde cap. 12. Folcardus in Vita S. Bertini cap. 10. *Ad Mandatum Domini, quod apud Monachos ſingulis ſabbatis ex more celebratur.* Vita S. Erminoldi Abbat. *Erat autem ſabbatum, hora, qua ſonitu tabulæ ad Mandatum Fratres more ſolito convocantur.* Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. lib. 2. *Peracta itaque illa hebdomada, ſabbato veſpeſcente, cùm noſtri Fratres cœpiſſent Mandatum regulæ more præparare, &c.* Ut porrò peragatur ejuſmodi Mandatum; habet liber Ordinis S. Victoris d. cap. 63. Adde Vitas Abbatum S. Albani, p. 34. & Geſta Innocentii III. PP. p. 150. Vide *Alveolus*.

Mandatum quotidianum, quod à Monachis peragitur, *à capite jejunii uſque ad Kalendas Novembris omni die, ſive una vice, ſive duabus comedatur, poſt cœnam*, ut eſt apud Udalricum lib. 2. Conſuet. Cluniac. c. 37. Adde eundem lib. 3. cap. 8. 24. & Hugonem Flaviniacenſem pag. 268. Mandata etiam poſt cœnam fieri jubentur in Capitulari Ludovici Pii an. 817. c. 18. & in Addit. 1. ad Capitul. Caroli M. c. 24.

Mandatum trium pauperum, quod per ſingulos dies cum eleemoſyna in Quadrageſima fit, in libro Ordinis S. Victoris Pariſienſis cap. 14. & 4. *quod in capite jejunii incipit, & in Cœna Domini finitur*, ubi & ritus ejuſmodi Mandati deſcribitur. Conſuetudines Floriac. *Quicunque Pſalmos proſtratos, —— vel Mandatum trium pauperum —— perdiderit*, (i. omiſerit) *veniam in Capitulo —— petere debet.* Rurſum: *Per totam æſtatem, quoties eſt dies jejunii, fit Mandatum poſt prandium tribus pauperibus.* Petrus Cluniac. lib. 1. Ep. 28. *Et per totius anni ſpatium unaquaque die tribus peregrinis hoſpitibus manus & pedes abluimus, panem cum vino offerimus.* Interdum pluribus. Eædem Conſuetud. Floriac. p. 399. *Faciuntque illi Mandatum ad duodecim pauperes.* Ordericus Vital. lib. 3. pag. 487. *Et poſt Capitulum ab omni Conventu Mandatum pauperum, ſicut in Cœna Domini peragitur.* Vide Hugonem Flaviniacenſem p. 167. & Bernard. Monach. in Conſuetud. Cluniacenſ. MSS. cap. 50.

Mandatum pauperum, quod agitur inter pauperes, ſabbato ante Palmas, de quo Rupertus lib. 5. de Divin. Offic. cap. 22. Joannes Abrinc. de Eccl. Off. pag. 44. & liber Uſuum Ordinis Ciſterc. c. 21. Concilium Biterrenſe an. 1233. c. 20. *Item conſulimus, ut Mandatum pauperibus, ſaltem in hebdomada ſemel fiat, ſicut in Monaſteriis ordinatis fieri quotidie conſuetum eſt.*

Mandatum, Domus hoſpitum in Monaſteriis, quòd hoſpitum advenientium pedes lavarentur. Chronicon Lobienſe: *Fabricam domus ſuſceptionis hoſpitum, quam Mandatum vocant, perfecit.* Hiſtoria Abbatiæ Condomenſis pag. 517. *Fecit reparari & meliorari domum Mandati, ubi recipiuntur hoſpites & pauperes.* Silveſter Giraldus in Cambriæ Deſcript. cap. 10. de Wallenſibus: *Adeo nempe hoſpitalis hic gratia omni unione lætatur, quòd itinerantibus ea nec offeratur, nec petatur: tantùm etenim domum intrantes protinus arma cuſtodiæ tradunt, deinde ſtatim aquam offerentibus, ſi pedes ablui permiſerint, hoſpitio ſuſcepti ſunt; aqua nimirum ...*

dibus oblatio, hospitalis apud hanc gentem est invitatio. Vide librum Usuum Ordinis Cisterciensis c. 79. 107.

MANDIBULUM, Mantile. Charta Rudesindi Episcopi Dumiensis æræ 1076. apud Anton. de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. *Ad ministerium refectionis, mensas, mandibula, sabana, aquamanilia, & facitergia, discos, & paropsidas, fialas, & infertorias argento sculptas & auro perlucidas, &c.*

MANDILE, pro *Mantile*. Charta an. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275. *Duo mandilia parva Saracenica, quinque mandilia cum profulis, &c.*

MANDOADO. Vide *Mandualis*.

MANDONES, in Glossis Isidori, *Ambrones, Andreliones*, à *Manducare*.

MANDRA, Monasterium. Vox etiam Græcis recentioribus eodem significatu nota. Alcuinus Epist. 27. *Cælestis mandræ agmina.* Idem l. 2. de Vita S. Willibrordi :

Circuit idcirco vigil hoc tutamine mandras :
Nominibus meritis ut Christi augeret ovile.

Charta Rogerii Regis Sicil. an. 1130. apud Rocchum Pirrum tom. 1. p. 304. *Decernimusque pro Episcopali jure solvere eandem mandram dictæ Ecclesiæ Episcopali (Messanensi) annuos census 100. libras ceræ, 20. thuris, &c.* Alia Sixti PP. IV. ib. p. 305. *Decrevitque pro omni Episcopali jure solvere mandram Ecclesiæ Episcopali Messanæ annuum censum, &c.* Vide Epistolas Hormisdæ post Epist. 21. ἀπὸ τῆς μάνδρας dicta Monasteria quidam putant, id est, à specubus & cavernis, in quibus primitus Monachi habitarunt, & Monasteria sua extruxerunt : Græci enim μάνδραν vocant speluncam. Gloss. vet. *Spelunca*, μάνδρα. Gloss. Gr. Reg. MS. Cod. 1673. σπήλαιον, μάνδρα. Gloss. Lat. Græc. *Caulæ*, περίβολοι, μάνδραι. Alii, ut Budæus, à grege Monachorum, cui, ceu *mandræ*, id est, ovili, præsint pastores Abbates : quippe Latinis quoque *Mandra* pro grege passim sumitur apud Juvenal. Sat. 3. & Martial. lib. 5. Chronicon Novaliciense cap. 19.

Frodoinus qui pridem Pastor & inclitus Evex.
Nam per decies quater stabuit custos oviumque est.

Ugutio : *Archimandrita, Princeps vel pastor ovium, unde quadam translatione Episcopi & Archiepiscopi & Sacerdotes dicuntur Archimandritæ quasi Pastores ovium Christi.* Inde

Mandrita, pro Monacho. Epitaphium Gaitelgrimæ Principis Beneventanæ, quod extat in ea urbe, in interiori Ecclesia Monialium S. Petri :

Huc Lector propera, Mandritam corde saluta.

Ermenoldus in Vita S. Soli cap. 9. *Mandritis è diverso venientibus.* Walafridus Strabus Abb. Augiens. de Vita S. Othmari c. 1. *Boni mandritæ studium in ipso executus.* Μανδρίτης, in Concilio Constantinopolitano sub Menna act. 5. Hinc qui Mandritis præerat, *Archimandrita* dicitur. Avitus Viennensis Epist. 2. *Copiosæ multitudinis præpositus fuit, cujus officii personas Episcopi Orientales Archimandritas appellant.* Vide Glossar. Meursii & Fabroti ad Cedrenum.

Mandrogerontes, apud Luithprandum in Legat. veteres Monachi.

MANDRATOR, Cavillator, calumniator, in Glossis MSS. Papias & Gloss. Isid. *Manda, deceptio, fraus.* Leg. *Mandra*.

MANDUALIS, Germanis *Maldel, Cancellus, qui desuper tumulum stat.* Sic vetus Gloss. ad Legem Salicam tit. 57. ubi hæc verba habentur : *Si quis aristatonem, hoc est, staplum super mortuum missum capulaverit, aut mandualem, quod est structura, sive selave, qui est ponticulus, sicut more antiquorum faciendum fuit, qui hoc destruxerit, aut mortuum exinde expoliaverit, &c.* Editio Heroldi habet hoc loco *mandoado*, eadem notione & origine, ubi Wendelinus : *Mandel* vocamus id, quod in metam surgit, veluti mergites segetum, veluti & camini; unde *mantel-vert* dicimus lignum, quod supra focum eminet, cui caminus superstructus est : ejus magnitudinis ac formæ (quadratæ, oblongæ,) solebat superstrui tumulis in defuncti honorem aliquid e asseribus compactum, quod ornamenta tumulo imitata tegeret. Tumulos cancellis muniri solitos docet Pithœus ex Gregorio Turon. cap. 30. de Glor. Confess. & lib. 4. de Miracul. S. Martini, & Fortunato in Vita B. Hilarii.

MANDUCALIS. Tabular. S. Eparchii Inculism, fol. 43. *Hoc igitur totum, quidquid in ipso manso habere videor, & meum dominicatum, & meos manducales, censuales, & feodum nepotis mei iterum, &c.* fol. 49. *Unus mansus debet 12. den. 1. arietem, 4. sextar. de cibaria, 1. manducalem.* fol. 75. *Neque celabit justitias, cum cognoverit eas, monachis obedientiario manducales Præpositales, id est, les re-loblages simul accipient, &c.* Adde fol. 123. Vide *Reloblagium*.

MANDUCARIA, Comestio, pastus, ex Gall. *Mangerie*. Charta Vitriacensis an. 1157. *Insuper Abbas & Monachi, quicquid in terra Vitriacensi possidebunt, absque corveis & absque consularibus manducariis, quæ ad solum Abbatem pertinent, quidquid etiam in terris & feodis legitimè deinceps possent acquirere, Ecclesiæ Vitriacensi perpetuò tenendum concesserunt.* Vide *Comestio*.

MANDUCARIUM. Regula Templariorum c. 44. *de manducariis equorum. Nullus frater facere præsumat manducaria linea, vel lanea ideo quò priùs principaliter facta, nec habeat ulla, excepto cofinello.*

MANDUCUS. Ugutio & Jo. de Janua : *Manducus, joculator, ore hians, turpiter mandens.*

MANDULUS. Vide *Mandalus*.

MANDUM, *Dispositio testamentaria.* Charta Lusitanica eræ 1208. apud Brandaonum tom. 4. Monarch. Lusitan. p. 270. v. *Et mando, quod si omnes isti, quibus mando, adimpleri manda mea non potuerint convenire, &c.* Id. p. 272. *Dividant pecuniam inter se, excepta illa, quam mandaverit pro anima sua dari.*

MANDUS, *Vestis virginalis*, in Gloss. Isid. quasi *mantus*, vel *mantum*, nostris *Manteau*.

MANE, Oriens. Charta Lotharii Regis Italiæ an. 946. *Sunt autem coherentiæ ipsius terræ à mane via, à meridie & vespere supra taxam S. Prosperi, à septentrione, &c.* Vita S. Domitiani, apud Guichenonum in Hist. Bressensi p. 231. *Et terminatur à mane interque consortes colonos, & campum de ipsa ratione, subtus viam à meridie via, à sero inter consortes colonos, &c.* Rollandinus in Summa Notariæ : *A mane possidet L. à meridie N. à sero & septentrione sunt via publica, &c.* Adde Ughellum tom. 4. Ital. Sacræ p. 212. 228. 229. Paradinum lib. 2. Hist. Lugdun. cap. 103. Hist. Pergamensem tom. 3. p. 183. &c.

MANEFICIUM, supellex, opus manuum, χειρόγραμμα. Consultatio post Observantias Regni Aragon. p. 43. v. *Et duas meliores arativas, si sint, cum omnibus suis apparamentis, & unam taceam argenteam, & (ex) omnibus maneficiis unum ante partem.*

MANE-

MANELATA, Herba perniciosa & mala, Scotis, *Guld* appellata, Lolium Skenæo. Statuta Alexandri III. Scotiæ Regis cap. 13. *Si firmarius tuus ponat manelatam in terra Regis vel Baronis, & non vult eam deliberare & mundare, debet puniri sicut seductor, qui ducit exercitum in terram Domini Regis, vel Baronis.* Et §. 2. *Si nativus tuus habeat manelatam in terra tua, pro qualibet planticula dabit tibi vel cuilibet alii suo domino mutonem ad forisfactum suum, & nihilominus terram mundabit à manelata.* Legem hanc tulisse ajunt Kenethum Regem, delinquentem primò bove mulctasse; secundò denis, tertiò terræ amissione. Vide Hectorem Boëtium l. 10. Hist. Scot.

MANENTES, Inquilini, coloni. Sed propriè *Manentes* sunt, inquit Ranfridus, qui sub Friderico II. floruit, *qui in solo alieno manent, in villis quibus nec liberis suis invito domino licet recedere. Isti Manentes præstant aliquando certos reditus, & præstant certa servitia. Item & Manentes appellamus, qui 30. annis in solo alicujus supersederint: & dominus soli pro manentibus habuerit, & manentia servitia vel reditus, *vel operas vel collectas, pro maritanda filia, & pro aliis ab illis 30. annis...., petiit scientibus & patientibus; vel etiam si alibi habitant voluntate domini manentia tamen servitia dominus retinuit.* Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 1. *Relinquentes hoc habitaculum, quod expetierant, ad villas manentium sunt regressi.* Helmodus lib. 1. c. 10. *Septem mansis, totidemque manentibus ex hæreditate patrum fuit contentus.* Donationes, factæ Ecclesiæ Salisb. cap. 4. *Tradidit ad eandem sedem —— villam dictam Opinga casam & curtem, cum territorio, & silvam, manentes 20.* Cap. 8. *Tradidit villam Lousi casam & curtem cum territorio suo, & manentes 15.* Eodem cap. *Tradidit —— casam cum curtifero suo & territorio & manentes 9. cum colonis & aliis appendiciis suis.* Ex quibus liquet, colonos & manentes eosdem esse, qui & interdum *servi manentes* dicuntur. Cap. 1. *Comparavit ad eum villam, quæ dicitur Pindigia, cum servis ibi manentibus in colonis suis.* Cap. 2. *Dedit manentes servos duos ad Megilingen.* Concilium Cloveshoense ann. 822. c. 11. *Ut pro plena reconciliatione susciperet terram centum manentium.* Mox: *Retenti sunt enim tres manentes de prædicta conditione, & libri 47. manentium.* Asserus Menevensis ann. 855. *Omnem hæreditariam terram suam semper in decem manentibus unum pauperem aut indigenam, aut peregrinum, cibo, potu, & vestimento successoribus suis usque ad ultimum diem judicii post se pascere præcepit. Terra decem manentium*, in Charta Ecfredi Regis. Adde Egbertum de Ecclesiastica institutione p. 92. Vitam S. Machuti c. 14. Adamum Bremensem cap. 54. Albertum Stadens. an. 961. Chron. Laurisham. pag. 64. Fr. Mariam in Mathild. lib. 3. pag. 100. Auctar. ad Matth. Paris p. 155. 156. Ughellum tom. 1. p. 854. Monastic. Anglic. tom. 1. p. 109. &c. Gallis, *Manans & Habitans.* Vide Raguellum.

Submanentes, iidem, qui Manentes, qui sub dominio alicujus manent: *Soubsmanans* in veteri Consuetud. Ambian. art. 82. 90. & veteri Bononiensi art. 1. 2. 4. Tabularium S. Bertini: *Decimam omnium terrarum suarum domini mei & animalium ipsius, & submanentium suorum, & hospitum resignavit in manu mea, &c.*

Submansores, eadem notione in Charta Philippi Comitis Flandriæ ann. 1183. apud Miræum in Notitia Ecclesiar. Belgii p. 457. *Hac inter cæteras libertates gratia potitur, ne submansores ejusdem Ecclesiæ ab omni publica exactione liberi &c.*

MANERE, Coire, vel matrimonio conjungi, aut cum muliere rem habere, in Concilio Vermeriensi ann. 752. c. 2. 17. 19. 20. & Compend. an. 757. c. 10. 14. 15. 17. Collatio Legis Mosaicæ tit. 5. *Moyses dicit: Qui manserit cum masculo mansione muliebri, aspernamentum est, ambo moriantur.* Ubi Editio vulgata Levitici c. 20. *Qui dormierit cum masculo coitu femineo, &c.* Apud Senecam lib. 3. de Benefic. cap. 15. & Suetonium in Augusto, *manere apud aliquem*, est *cubare*, uti observatum à Salmasio.

MANERIA. Charta Ildefonsi Regis Aragonum apud Gariellum in Episcopis Magalon. p. 159. *Scilicet Castrum meum, & villas, & manos, & terras, & vineas, & prata, & justitias, & firmantias, & manerias, & nemora, sive culta, sive inculta, &c.* Vide *Manerium.*

MANERIES, Gall. *Maniere*, Modus, ratio, via. Ugutio: *Species dicitur rerum maneries, secundùm quod dicitur, Herba hujus speciei, id est, maneriei, crescit in horto meo.* Joan. Sarisberiensis lib. 2. Metalogici c. 17. de quodam Philosopho sui temporis: *Nunc enim cùm genus audit vel species, res quidem dicit intelligendas universales, nunc rerum maneries interpretatur. Hoc autem nomen, in quo auctorum invenerit, vel hanc distinctionem, incertum habeo: nisi fortè in Glossematibus, aut modernorum linguis doctorum.* Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 24. *Dictæ galeæ sint tali modo & maneriæ.* Utuntur præterea S. Bernardus Epist. 339. Chron. Windesem. lib. 2. cap. 44. Tho. Archid. Spalat. in Hist. Salonitana c. 30. Jacobus Cardin. de Annó Jubilæo cap. 6. Hubertus de Miracul. lib. 2. c. 1. Frideric. II. de Arte venandi p. 18. 30. 37. &c.

MANERIUM, Habitatio cum certa agri portione, à manendo dicta, Gallis *Manoir*: quomodo in Consuetudinibus nostris municipalibus vulgò accipitur pro præcipua feudi domo, quæ cum universo ipsius ambitu penes primogenitum esse debet. Vide Raguellum.

Manerium verò aliud apud Anglos sonat: Cowello enim idem est, quod unius feudi circuitus. Rastallo est res composita ex diversis rebus, verbi gratiâ ex habitatione, terris arabilibus, pascuis, pratis, silvis, reditibus, advocatione, curia Baronis, &c. Ut verò manerium sit, debet esse ab antiquo, cujus memoria non extet. Maneriorum differentias ita exequitur Bractonus lib. 4. Tract. 1. cap. 31. §. 3. *Sciendum est, quòd manerium poterit esse per se, ex pluribus ædificiis coadunatum, sine villis & hamletis adjacentibus. Poterit etiam esse manerium per se, & cum pluribus villis, & cum pluribus hamletis adjacentibus, quorum nullum dici poterit manerium per se; sed villæ, sive hamletæ. Poterit etiam esse per se manerium capitale, & plura continere sub se maneria non capitalia, & plures villas, & plures hamletas, quasi sub uno capite aut domino. Manerium autem fieri potest ex pluribus villis, vel una: plures enim villæ poterunt esse in corpore manerii, sicut una.* Idem lib. 5. Tract. 5. de Exceptionibus cap. 18. discrimen inter *Mansionem*, *Villam*, & *Manerium*, sic describit: *Mansio esse poterit constructa ex pluribus domibus, vel una, quæ erit habitatio una & sola sine vicino; etiam etsi alia mansio fuerit vicinata, non erit villa, quia villa est ex pluribus mansionibus vicinata, & collata* (collecta) *ex pluribus vicinis. Manerium autem fieri poterit ex pluribus villis, vel una: plures enim villæ possunt esse in corpore manerii, sicut & una, & ad unam mansionem pertinere poterunt plura tenementa. —— Item quandoque*

est,

est manerium in villa, & ubi non fuerit nisi unica villa in Manerio, denominari possunt uno nomine, & tenementa tali maneria adjacentia erunt in tali villa, & in tali manerio, & manerium à villa è contrario. Adde Fletam lib. 6. cap. 51.

Manerium, *villæ* appellatione donatur ab Orderico Vitali lib. 4. *Ducentas & octoginta villas (quas à manendo manerios vulgò vocamus) obtinuit.* Hinc, *Maneria Regalia*, apud Ingulfum p. 880. *& Dominica Maneria*, in Diplomate Joannis Regis Angl. apud Matthæum Paris ann. 1215. quæ Scriptoribus *villæ regiæ* appellantur. Idem ann. 1249. p. 508. *Ad alterutrum dictorum maneriorum mansurus perrexit.* Occurrit sæpe in Legibus Henrici I. & in Chartis & Scriptoribus Anglicis *Manerium* vox, quam à Normannis in Angliam invectam opinantur plerique, cùm ante Normannos vix in veteribus Tabulis reperiatur.

MANGANUS. *Mango.* Papias: *Mangon, seductor, qui vulgò dicitur manganus.* Capit. Aquisgran. an. 789. c. 77. & Capitularia Caroli M. lib. 1. c. 79. *Ut isti mangones & cogciones, qui sine lege omni vagabundi vadunt.* Ejusmodi sunt, quos *Gueux* vocamus, qui ab hac voce videntur dicti.

MANGAPIUM, pro *Mancipium*, legi in MSS. Legis Burgundionum tit. 4. §. 1. monet Lindenbrogius.

MANGANUM & *Mangana*, numero multitudinis, Machinæ bellicæ jaculatoriæ. Gloss. Græco-Lat. μάγγανον, *Manganum.* Boxhornius à Cambro-Britannico *Mangnel*, aries bellicus, bellica machina, deducit. Gloss. Lat. MS. Regium: *Machinas, Mangana, Insidiæ.* Papias: *Tormentum dicitur, quidquid vi torquetur, ut vulgò manganum.* Abbo lib. 1. de Obsid. Lutetiæ:

Conficiunt longis æquè lignis geminatis,
Mangana quæ proprio vulgi libitu vocitantur,
Saxa quibus jaciunt ingentia.

Will. Tyrius lib. 3. cap. 5. *Jaculatorias, quas vulgari appellatione Mangana dicunt, & petrarias fabrefieri placuit.* Lib. 8. cap. 6. *Castella & machinas jaculatorias, quas mangana & petrarias vocant.* Cap. 13. *Alii vero minoribus tormentis, quæ magnana vocantur, minores immittendo lapides, &c.* Thwrocz. in Aba Rege Hung. *Quosdam vero lapidibus obruentes, alios autem in manganis ferreis vastantes occiderunt.* Hinc

Manganarii in Hist. Miscella lib. 17. μαγγανάριοι, apud Theophanem, & Leonem in Tacticis cap. 5. §. 7. 27. c. 15. §. 35. qui mangana conficiunt:

Ars est nota quibus ut balearica longo,

ut ait Will. Britto l. 7. p. 173. Voces istas nostri, hoc est, Latini, à Græcis hauserant, apud quos, μάγγανα, machina est. Niceph. Call. l. 9. c. 9. ὡς ἐκ μαγγάνης τινὸς, ὁ Θεὸς, τὸ λεγόμενον, ἀπὸ μηχανῆς. Nec dubium, quin Græci ipsi priùs à Latinis acceperint, & à *machina*, suum μάγγανον efformarint. Synaxaria ad 29. Octob. μαγγάνοις τισὶ πιέζεται. Vide Glossaria Rigaltii, Meursii & Fabroti.

Mangenella, diminutivum à *Mangena*, hoc est, minor machina jaculatoria, apud Albertum Aquens. lib. 7. c. 3. & Jo. de Beka in Chron. in Joannem II. Episc. Ultraject.

Magnella, perperam pro *Mangenella*, apud Galbertum in Vita Caroli Comit. Flandr. n. 181.

Mango, eadem notione. Vita Lud. Pii an. 808. *Adeo illam arietibus, mangonibus, vineis, & cæteris instrumentis lacessivit.* Le Roman de Gaydon:

Chargie un macle d'or fin & de mangons.

Mangena, idem quod *Manganum*. Occurrit verò apud Paulum Diac. lib. 21. Hist. Misc. Scriptorem Vitæ Lud. Pii an. 803. Monachum Egmondan. in Chronico Belgico an. 1160. Albertum Aq. lib. 2. c. 31. lib. 5. c. 31, lib. 3. c. 25. 41. lib. 5. c. 31. lib. 6. cap. 2. 11.

Mangona, in Passione S. Thyemonis Archiepiscopi Juvanensis: *Primitus eum ligaverat, proh dolor! ad machinam extructam, quam vulgò mangonam appellant.*

Mangonus. Ugutio: *Librilla dicitur instrumentum librandi, id est, projiciendi lapides in castra, Mangonus.*

Mangonellus, idem quod *Mangenella*. Will. Britto l. 7. Philip.

Interea grossos petraria mittit ab intus
Assiduè lapides, mangonellusque minores.

Utuntur hac notione Matthæus Paris p. 398. 502. 516. Rigordus an. 1190. &c. Will. de Podio-Laurentii cap. 30. Jo. Monachus Majoris Monasterii lib. 1. Hist. Gaufredi D. Norm. p. 94. Godefrid. Mon. an. 1203. idem Willelm. Britto lib. 2. Philipp. pag. 107. 116. Monachus Vallis Sarnai cap. 86. Gesta Innocentii III. PP. pag. 88. &c. *Mangonelli navales*, in Addit. ad Matth. Paris p. 108. Chronicon Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 24. *Aprés fa em la seure un manganell de dos caxes de Barcelona aprés deldit giny qui tirava en la vila.* Ita Cod. MS. pro *meranganell*, apud Mich. Carbonellum. *Mangoneau* dicunt nostri Scriptores passim, Villhardinus n. 38. 86. 122. 207. Froissart. 1. vol. cap. 50. &c. Guillelmus *Guiart* sub an. 1204.

Çà & là avant & arrieres
Getent mangoniaus & perieres.
La grosse pierre arrondie,
Demaine à l'aller grand bondie. Et alibi:
Ens ront mangoniaus & perieres,
Qui souvent tendent & destendent,
En destachant grans escrois rendent,
Pierres qui par l'air se remuë.

MANGANUS. Papias: *Mangon, nis, seductor, qui vulgò dicitur Manganus.*

MANGONES. Vide *Manganus.*

MANGONARE, pro Nundinari, *Trafiquer, Maquignoner.* Leges Ethelredi Regis Angl. apud Jo. Brompton. c. 24. *Si veniat ad mercatum Mongestre Sinere, qui mangonant in caseo & butyro diebus ante Natale Domini, 1. denarium* (dabunt) *ad theloneum.* Et cap. 26. *Dixerunt, quòd nihil eis interesse videbatur inter falsarios & mercatores, qui bonam pecuniam portant ad falsarios, & ab ipsis emunt, ut impurum & minùs appendens operentur, & inde mangonant & barganniant.*

MANIARE, *Manire.* Vide *Mannire.*

MANIATICUS, Maniacus, insanus, furibundus, à μανία, Græca voce. Hincmarus Epist. seu Opusc. 17. *Viderunt usque ad ostium Synodi venientem, & inde, ut maniaticum redeuntem.* Epist. 24. *In quibus evidenter cognoscitur aut dæmoniacus esse, aut maniaticus. Et sciatis, quoniam mania esse non solet absque dæmone.*

MANICA, Chirotheca. Vita S. Guthlaci cap. 26. *Duas manicas suas illic oblivíscendo dimisisse se ajebat.* Missa vetus ex Codice Ratboldi Abbatis Corbeiensis, de Episcopo sacra facturo; *Tunc ministrentur ei manicæ, ut supra:*

Digna manus nostras Christi custodia servet,
Ut tractare queant nostræ monumenta salutis.

Postea detur ei æmulus in dextra manu, desuper manica. Occurrit semel ac iterum in Testamento Everardi Comitis Forojuliensis, apud Miræum in Codice Donat. *Bruniam unam, helmum unum, manicam unam.* Rursum: *Helmum cum halsberga, & manicam unam, bemivergas duas, &c.*

Manica, Chronicon Abbatiæ S. Trudonis l. 10. p. 470. *Fecit pulcram & amplam sibi & majoribus hospitibus cameram, habentem ab utroque latere duas alias usibus hospitantium necessarias, ex quibus ap...us & secretus in Monasterium est introitus, interclusa manica à Monasterio, factoque ad tumulum S. Lamberti Martyris oratorio, &c.* Mox: *In pariete hujus manicæ versus*

versus Monasterium, est fenestra, &c. Ubi *manica* est ædificium, alterius latus veluti efficiens. Ita Ditmarus lib. 6. p. 177. Corpus *Archipræsulis tumulatur ad dextram antecessoris sui, in australi manica.* Vide *Ala.*

MANICARE, Ire, venire, proficisci. Gloss. Gr. Lat. Cod. Reg. 85. ὀρθρίζων, *manico, mane surgo, de luce vigilo.* Ugutio: *Manicare, festinare mane, & hæc manica, cæ, i. aurora, vel Dea, quæ præest illi horæ, quæ est inter noctem & diem.* Will. Britto in Vocab. *Manico, as, dicitur festinare, mane ire.* Papias & Gloss. MS. Reg. *Manicat, per manum tenet, vel mane surgit.* S. Luc. in Evangel. cap. 22. *Omnis populus manicabat ad eum.* Vetus Interpres Juvenalis Sat. 5. *Propterea semper manicasti per pluviam.* Odo Clun. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 11. *Quos ne tardiùs veniens demorari videretur, manicare studuit, &, priusquam illucesceret, proficisci.* Ordericus Vitalis lib. 7. *Clientuli ut magistros suos sic manicasse prospexerunt.* Lib. 10. p. 782. *Plures Optimatum ad lares suos de saltu manicaverunt.* Et lib. 11. *Ad nostri subsidium summopere manicantes.* Petrus Chrysol. Serm. 82. *Quia sol, ut manè faceret, tunc manicavit.* Petrus Damiani lib. 6. Epist. 31. *Decedente crepusculo, mox ad hominem properans, manicavi.* Radulfus in Vita S. Ricardi Episcopi Cicestrensis n. 68. *Orandi enim & psallendi studio sic duxerat in consuetudinem manicare, ut si etiam verno vel æstivo tempore, quando noctes noscuntur breviori spatio terminari, crepusculum & vigilis lituum non præteriret, &c.*

Quidam negant esse vocem barbaram, licèt D. August. quæst. 46. in libr. Judic. id genus verbi sibi non occurrere dixerit apud Scriptores Latinos. Ludovicus de Lacerda à *Manare*, effictam putat, alii à *Mannus* deducunt, qui Horatio, Isidoro lib. 12. cap. 1. & aliis, est equus brevior, ut *manicare* sit equo vehi, equitare. Sed potior est cæterorum sententia, qui *manicare*, à *manè* deducunt, ut sit *manè ire.* Hinc

Manicatio. Concilium Turonense II. c. 18. *de observatione psallendi: Ut in festis diebus ad Matutinum sex Antiphonæ binis Psalmis explicentur: toto Augusto manicationes fiant, quia festivitates sunt & Missæ Sanctorum: Septembri 7. Antiphonæ explicentur binis Psalmis, &c.* Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 81. *Porrò toto Augusto, propter crebras festivitates, manicationes fiebant. Manicare autem manè surgere dicitur.* Vita S. Attractæ Virg. Hiberniæ: *Orto jam sole, dum in specie purpurea —— rutilaret, manicatione summa jam facta solus incederet.*

Manicanter, Matutino tempore. Liber 2. Mirac. S. Bertini cap. 9. *Nebula pro natura loci manicanter nata adhuc aerem maculante.*

MANICIUM, *Manuela*, χειρὶς, in Gloss. Gr. Lat. *Manica.* Græci recentiores μανίκιον dixerunt. Constantinus de Adm. Imp. c. 37. τὰ γὰρ ἱμάτια αὐτῶν εἰσι κόν-τερα, καὶ μανίκια ἀπὸ τῶν βραχιόνων ἀποκεκομμένα. Symeon Thess. de Templo p. 220. διὸ καὶ σάκκου τύπον ἔχει, οὐδὲ γὰρ ἔχει τοῦτο ἃ καλοῦσι μανίκια. Occurrit etiam in Chronico Alexandr. p. 780. sed ibi legendum μανιάκιον, i. *torques.* Gloss. Lat. Gr. *Torques*, μανιάκης. Gloss. Græc. Lat. μανιάξ, *tortile, circulus tortus.* Alia vide apud Meursium in Gloss. Aliud sonat μανίσκιον recentioribus Græcis. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Σιπυὰ, τὸ μανίσκιον, ἢ ἀρτοθήκη. Nostris *Manequin*, arca panaria, quæ manu tenetur.

Manicillium, χειρίδιον, in iisdem Gloss. Græc. Lat. diminut. à *Manicium.*

MANICULA, cophinus, ni fallor, Gall. *Manequins.* Otto Morena in Histor. Rerum Laudensium p. 49. *Cremenses verò per fossatum ipsius castri cum rampinis & maniculis euntes, suos, qui in fossato necati erant, —— forâs extraxerunt.*

MANICULARE, Papiæ, *dolum vel strophas excogitare.* Galli dicimus, *Manigancer, faire des manigances*, quasi manibus ludificare, uti agunt præstigiatores.

MANICULARIA, inter vestimenta sacra, in Visitatione Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295. *Cum alba, amicta, stola, fanone, spatulariis, & manicularis, apparatis de quodam panno diasperato de Laret, &c.* Occurrunt eadem verba paulò infrà. Ita autem appellantur *manicæ* ejusdem speciei panni, ex qua confecta sunt vestimenta Sacerdotum vel Diaconorum, quæ *Albis* circa manus aptantur: quod etiamnum observare est in aliquot Ecclesiis, præsertim Cathedralibus, ubi in sacrariis vetustiores servantur vestes Ecclesiasticæ.

MANIFESTARIUS, Papiæ, *Nocens.* Lactantius de Mortib. Persecutor. num. 30. *Profertur è cubiculo cadaver occisi, hæret manifestarius homicida, &c.*

MANIFESTATIO, vox Juris Hispanici. Scribit Hieronymus Blanca in Comment. Rer. Aragon. contra regiorum ministrorum iram vel affectus immodicos à Lege duo inventa præsidia, quibus aliqua mora & tarditate frangerentur, quorum alterum *Jurisfirmam*, alterum *Manifestationem* vulgò appellant Hispani. De *Jurisfirma* quædam suo loco attigimus. *Manifestationis* potestas tam solita est, inquit ille, ac repentina, ut homini jam collum in laqueum inserenti subveniat. Illius enim præsidio damnatus, dum per leges licet, quasi experiundi juris gratiâ, de manibus judicum confestim extorquetur, & in carcerem ducitur ad id ædificatum, ibidemque tamdiu asservatur, quamdiu jurene, an injuriâ, quid in ea causa factum fuerit, indicetur? propterea carcer hic, vulgari lingua *la Carcel de los Manifestados* nuncupatur, à cujus ingressione supremi judices omnino prohibentur, ut eorum præcipiti iracundiæ eo pacto subtrahatur materia. Quòd si aliquid contra, ac per leges liceat, factum est, pro irrito habetur & infecto. Si verò nihil fuit decretum contra jus, *Manifestationis* tollitur interdictum, regiorumque judicum retardata illa excitatur potestas, ut nocentium supplicio scelera & fraudes constringantur. Id autem eò tandem spectat, ne ullus detur contra leges locus criminibus, quorum auctor non extet, inferendis: ne & temere credatur oblatis, &c. Similia fere habet Michaël *del Molino* in Repertorio Fororum Aragonensium, in voce *Manifestatio*, ubi totam hanc materiam pluribus exequitur. Extat in Foris Aragon. lib. 9. pag. 155. tit. de *Manifestationibus personarum*, ex Statutis Ferdinandi II. an. 1510.

MANILE, Urceus, urceolus, quo aqua manibus infunditur. Chronicon Moguntinum: *Erant pelves 4. argenteæ, & urcei diversarum formarum, quos manilia vocant, eo quòd aqua Sacerdotum manibus affunderetur ex eis.* Accipitur etiam pro *Aquamanili*, hoc est, pro pelvi seu pollubro, nempe vase inferiori, in quod manibus infusa aqua delabitur. Historia Episcop. Autisiod. cap. 51. *Urceum ad aquam benedictam, & urceum ad manus Sacerdotum abluendas, manile etiam & labrum ad aquas de manibus abluentium suscipiendas.* Tradit. Fuld. lib. 1. c. 39. *Orciarii* (urcei) *4. manile unum, conchæ 4.* Necrologium Ecclesiæ Carnotensis: *Dederat quoque ei nova 5. dorsalia, caro pretio empta; & duo manilia cum urceo.* Vide Lanfrancum Epist. 13. & *Aquæ manile.*

MANIMUNDULUS, quasi *Mundus manibus.* Petrus Damian. lib. 6. Epist. 26. *Ne quorundam more durus postmodum stare videaris & rigidus, & manimundulus, ut ajunt, quasi sacra Cereris oblaturus.*

MANIN-

MANINGA, Jurisdictio, aut potiùs judicum, justitiæ administrandæ causâ, consessus, vel sessio, conventus ad causas disceptandas indictus. A Saxonico Monunȝe vel Manunȝe, quod idem sonat, uti Somnero placet; vel potiùs à Mannire & Mannina, quæ vide. Leges Adelstani Regis, apud Bromptonum cap. 3. *Et nominentur in maninga singulorum Præpositorum tot homines, quot pernoscuntur esse credibiles, qui sint in testimonio causarum.*

MANIPULA, Scipio, baculus, qui manibus gestatur. Historia Translationis S. Sebastiani Mart. c. 12. n. 60. *Homo quispiam —— damnatis quinquennio luminibus, illico ut ante Sancta Sanctorum manipula regente pervenit, amissum —— lumen resumit.*

MANIPULOSUS, *Directus.* Papias.

MANIPULUS, Una è vestibus Ecclesiasticis, quæ & *Sudarium* appellatur, quam in brachio sinistro deferunt Sacerdotes. Will. Britto in Vocab. *Manipulus est ornamentum manus.* Anastasius in S. Zozimo: *Fecit constitutum, ut Diaconi lævas tectas haberent de palliis linostimis.* Lanfrancus lib. 1. Epist. 13. *Plerique autumant, manipulum esse commune ornamentum omnium, sicut & Albam: nam & in Cœnobiis Monachorum etiam Laici cùm Albis induuntur, ex aliqua Patrum institutione solent ferre manipulum.* Leo Ost. l. 3. c. 19. (al. 20.) *Stolas auro textas cum manipulis & semicinthiis suis.* Testamentum Riculfi Episcopi Helenensis an. 915. *Manipulos sex cum auro, unum ex iis cum tintinnabulis.* Jacobus Cardinal. de Coron. Bonif. VIII. l. 2. c. 1.

—— Chirotheca manus, digitosque venustat
Annulus, & cubitum lævum cingitque maniplus.

Vide Innocent. III. lib. 1. Myster. Missæ c. 10. 43. Jacobum à Vitriaco in Hist. Occident. cap. 34. Durand. lib. 3. Ration. c. 6. &c.

MANISSIME, Valde mane, in Ritu ordinandi Episcopi tom. 2. Analector. Mabillonii pag. 466. & in Notis ad Joann. Abrincensem Episcopum de Offic. Eccl.

MANLAT, Species monetæ Græcanicæ, cujus meminit Arnoldus Lubecens. lib. 3. cap. 33. *Unum denarium, qui Manlat dicitur, ei voluntariè persolvam.* Et infrà: *Est autem Manlat de viliorum numismate, qui nec totus sit aureus, nec totus cupreus; sed quasi de confusa & vili constat materia.* Proinde *Manlat* longè Byzantio aureo inferior erat, & metalli dignitate, & pretio, ut idem auctor innuit. Erat autem *Manlat* moneta Manuelis Comneni Imperatoris imagine & nomine signata, quæ *Manulat* dicitur in Instrumento pacis Theodorum Lascarim Imp. inter & Venetos, cujus meminit Julius à Puteo Veronens. in Geneal. familiæ Lascar. p. 16. *Nelle monete che si battevano, fussero differenti gli Yperperi, & i Manulati ne gl' Imperii loro.* Mox addit: *Manulato era moneta di reputatione fatta battere da Manuel, che ne fu l' autore.* Vide Notas nostras ad Alexiadem.

MANNA, Liquor vel pulvis odorus, qui de sepulcris aut corporibus Sanctorum effunditur & effluit. Julius Africanus lib. 5. extremo, de tumulo S. Joannis Evangel. *Et protinus manna exiens de sepulcro apparuit cunctis, quam usque hodie gignit locus iste.* Gregor. Turon. lib. 1. de Mirac. c. 30. de eodem S. Joanne: *Cujus nunc sepulcrum manna in modum farinæ hodieque eructat, ex qua beatissimæ reliquiæ per universum delatæ mundum salutem morbidis præstant.* Leo Ost. lib. 3. c. 30. *De manna sepulcri S. Joannis Evangelistæ, &c.* De manna S. Joannis plura congessit Combefisius ad Orat. Panegyric. Nicetæ Paphlagonis pag. 485. Adde Menolog. Basilii 7. Maji. Synaxaria ad 8. Maji, ubi de eodem sepulchro, *sacrum pulverem* vocant, *κόνιν ἁγίαν, ἣν οἱ ἐγχώριοι μάννα μετονομάζουσιν.* Vita S. Fortunati Episcopi Fanensis: *Memini quoque —— petram vidisse madefacere, & dictu mirabile, manna caleste saxo repentè defluere.* Ughellus tom. 7. pag. 503. *Ex quo sacratissimo corpore pretiosus ac sanctus liquor (manna dicunt) effluit.* Sanctos verò, è quorum sepulcris aut sacris reliquiis emanabat ejusmodi oleum aut liquor, μυροβλύτας Græci vocant. Complures, aliud agendo, à me adnotati, atque in iis, idem de quo suprà S. Johan. Evang. apud Orderic. Vital. l. 2. p. 408. Ughell. tom. 9. p. 286. & Raimundum Montanerium in Chron. Aragon. c. 206. *S. Andreas*, apud Orderic. Vital. l. 2. p. 404. Gregor. Turon. l. 1. Mirac. c. 31. Ughell. to. 7. p. 272. *S. Alexius*, in Menæis, 17. Martii. *S. Theodorus Trichinas*, 20. April. in Menæis. *S. Perpetuus Epis. Leod.* apud Hariger. Lob. c. 35. in Chron. M. Belg. &c. *S. Nicolaus*, apud Jo. Diac. 5. Januar. in Vita S. Nicolai sub fin. Nicetam Paphlag. in ejusdem Encomio, Ughell. to. 5. p. 1312. Matth. Westmonast. an. 1087. Thiotfrid. l. 3. c. 5. *S. Philotheus Presbyter*, in Synaxar. 15. Sept. *S. Demetrius*, Thessalonicæ. Vide Not. ad Alexiadem p. 252. *S. Euphemia*, Calchedone, apud Evagr. lib. 2. c. 3. 7. Theophanem p. 370. Cedren. p. 469. Theoph. Simocattam l. 8. c. 14. *SS. XL. Martyres*, apud Procop. lib. 1. de Ædif. c. 7. *S. Petrus Thaumaturgus* in Synaxario 4. Maji. *S. Lucas Junior*, in ejus Vita p. 1013. *S. Cyrillus* Martyr apud Continuator. Theophanis lib. 2. n. 23. *S. Euthymius Abbas*, in ejus Vita n. 127. *S. Walpurgis*, apud Philip. Eystet. in Vita S. Willibaldi c. 32. Henr. Rebdorff. an. 1359. *S. Glyceria*, apud Simocattam lib. 1. c. 11. *S. Theodora* vidua, apud Nicolaum Cabasilam in ejus Vita. *B. Gundetkarus*, apud Gretzer. in Episcop. Eystetens. pag. 457. *S. Eligius Noviom. Episc.* apud S. Audoënum in ejus Vita lib. 2. c. 40. & 58. Acherianæ Editionis. *S. Glodesindis*, in Hist. Translat. ejusdem Virginis apud Labbeum to. 1. Bibl. p. 736. *S. Catharina*, apud Lambert. Ardens. pag. 112. & Hug. Flaviniac. p. 182. *S. Elizabeth Thuring.* apud Godefr. Mon. an. 1236. Theoderic. in ejus Vita cap. 14. *B. Robertus Eremita*, apud Matth. Westmonast. an. 1238. *SS. Martyres Ebbekesdorpienses*, apud Bolandum 2. Febr. pag. 315. S. *Paulus Episcop. Virdunensis*, apud Boland. 8. Febr. p. 174. *S. Babolenus Abbas Fossat.* in Lib. Miraculor. ejusd. c. 3. *B. Willelmus Episcopus Eboracens.* apud Matth. Paris. p. 219. Adde tom. 2. Canisii pag. 756. 818. Codini Origin. pag. 54. Matth. Westmonast. pag. 269. Rocchum Pirrhum in Notit. Notit. Siciliæ tom. 1. p. 57. &c.

De *Manna* veterum edita est haud ita pridem Dissertatio Cl. Salmasii. De hac etiam copiosè egerat antea Leonardus Fuchsius lib. 1. Paradox. medicinal. cap. 6.

MANNA, Equa. Vide *Mannus.*

MANNARE, Modus agri. Charta an. 1019. ex Tabulario Abbatiæ Abundantiæ in Bibl. Sebus. p. 88. *A Pelonaco mannare 1. à Filennio mannare unum, &c.*

MANNELEHEN, ex *man*, homo, & *Leben*, feudum. Charta an. 1224. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. p. 237. *Advocatiam, quæ KastenVogtei dicta, quæ erat de eodem feudo, excepimus, illam Duci recompensaturi per feudum, quod vacare cœperit, ad æstimationem 20. librar. quarum 10. sint absoluti reditus, quod vulgò sonat Urbor, 10. verò infeudata, quod vulgo sonat Manneleben.*

MANNERIA, *Maneria, Manuaria.* Charta æræ 1018. apud Ant. de *Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 1. *Neque respondeat aliquid ad ejus debita, non pro furtum, neque pro homicidium, neque pro fornitio, non pro manneria, neque pro serna, neque pro fossare,*

fossare, neque pro manuaria, neque pro [illegible], neque pro facienda villa, &c. Alia Adelfonsi VI. æræ 1133. tom. 1. *Ut omnes, qui in illo loco fuerint commorantes, non timeant sayonem, neque rausum, neque homicidium, neque fossatera, nec manuaria, nec aliquem [illegible] regalis Palatii.* Charta Alfonsi VII. Imperat. Hispaniæ æræ 1152. tom. 6. *Item Majorinus noster non intret in villa sancti Petri, nisi fuerit vocatus per Abbatissam vel Priorem. Item intra istos terminos nullus intret pro calceleria, nec pro rogo, nec pro [illegible], nec pro maneria.*

MANNES, *Pulvera thuris*, sic Gloss. Arabico-Lat. Vide *Manna*.

MANNIATA. Vide Sanutum lib. 2. parte 4. cap. 22. p. 80.

MANNIRE, Vocare in jus, quod fiebat tribus testibus præsentibus, ex Germ. *Manen, monere, submonere*; nostris *Semondre*, ut est apud Guillimannum lib. 1. de Reb. Helvet. cap. 9. & alios. Arverni, etiamnum *manio* dicunt, pro *lite agere*, placitare. Lex Salica tit. 1. §. 1. *Si quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit, & non venerit, &c.* *Mannire cum testibus*, tit. 51. *Ad Regis præsentiam mannire*, tit. 59. Adde tit. 47. & Legem Ripuar. tit. 32. 50. Hincmarus Laudunensis contra Epistolam Remensis 55. capitum: *Non advocato meo ad mallum, ut publicæ se habent leges, pro rebus ipsis mannito.* *Mannire ad placita*, lib. 1. Capitul. Caroli M. cap. 121. *Ad mallum legibus mannire*, lib. 3. cap. 45. *Juxta legis constitutionem mannire*, lib. 4. cap. 26. Adde Capitul. 6. ann. 803. cap. 4. Formulæ veteres cap. 38. *Ibique veniens homo aliquis nomine ille, suggessit eo quòd apud nostrum signaculum hominem aliquem nomine illum mannitum habuisset, & super noctes tantas nos debuisset venire in rationes, pro eo quòd dixit, &c.* Adde Chron. Laurisham. pag. 79. Leges Henrici I. cap. 50. Concil. Moguntinum an. 847. c. 17. &c.

Mannita, Submonitio, *Ajournement*. Lex Salica tit. 52. §. 1. *Et si ei solem culcaverit, tres solidos super debitum addat, & sic usque ad tres vices per tres mannitas [illegible] debet.*

Mannitio, eadem notione. Capitulare 3. Lud. Pii, ann. 819. c. 1. *De hoc Capitulo judicatum est, ut ille, qui mannitur, spatium mannitionis suæ per 40. noctes habeat.* Occurrit præterea in Capit. Legis Salicæ Ludov. cap. 6. in Edicto Pistensi Caroli C. cap. 6. &c. *Adjournaments ou Menadures de Cour*, in Consuet. Solensi tit. 7. art. 4.

Differebat verò mannitio à bannitione: nam etsi *bannire*, sit in jus vocare, æquè ac *mannire*, in eo tamen diversimodè hæc verba accipiuntur, quòd *mannire* adversarii, *bannire* autem judicis erat, in jus aut ad placitum & judicium citare. Leges Longob. lib. 2. tit. 43. §. 4. & Capit. Caroli M. lib. 4. c. 25. *Si quis de statu suo, id est, de libertate vel de hæreditate compellendus est, juxta legis constitutionem manniatur. De cæteris verò causis, unde quis rationem est redditurus, non manniatur; sed per Comitem banniatur.* Igitur banniebat ex officio suo judex aut Comes, nullo adversario provocante. Vide Leges Long. eod. tit. §. 2.

Mannina, Mannitionis compositio, quam adversario solvebat, qui vocatus ad placitum, si mannitus fuerat, nec justam excusationem habebat, non venerat, de qua compositione agitur in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 45. in Formulis vett. cap. 38. & in Legibus Henrici I. cap. 50. Ita quidem censet Marca lib. 4. Hist. Beneharn. cap. 17. n. 6. Hincmarus Opusc. 15. cap. 15. *Comites & Vicarii vel etiam Decani plurima placita constituunt: & si ibi non venerint, compositionem ejus exsolvere faciunt. Et quia priùs per manninas veniebant, excogitarunt quidam ut per bannos venirent ad placita, quasi propterea melius esset, ne ipsas manninas alterutrum solverent: hæc ideo facientes ut ipsi bannum acciperent.*

Maniare, pro *Mannire*, in Pacto Legis Salicæ tit. 50. *Manita*, pro *Mannita*. tit. 53.

MANNUS, Equus. Jo. de Janua: *Mannus, à mansuetus, palephredus, quia mansuetudinem manuum sequatur, vel quòd mansuetus sit: vel dicitur à manus, quia manu nitatur & ducatur.* Tabularium Casauriense ann. 1140. *Habens mannum, quem equitabat, &c.* Occurrit passim, etiam apud Scriptores Latinos.

Manna, Equa. Charta 42. inter Alamannicas Goldasti: *Frischengam tremessem valentem, & 30. mannas, & arare duos jochos in anno.*

Manana, eadem notione. Charta Henrici Regis Portugalliæ to. 3. Monarch. Lusitan. p. 282. *Faciant unum servitium manano, & inter vos non sit ulla manana.*

MANOPERA. Manuopera, manuum opera: *Servitium manuale*, lib. 5. Capit. Caroli M. cap. 151. quo tenentur coloni & inquilini domino villæ. *Manœuvrées*, vel *Manœuvres*; in Charta ann. 1427. apud Thomasserium in Consuet. Bituric. p. 128. qua postrema appellatione etiamnum operas & mercenarios dicimus. Quæ vox occurrit pari [illegible] significata in Consuetud. Arvernensi c. 7. art. 15. c. 31. art. 30. 49. 51. Marchensi art. 130. Edictum Pistense Caroli C. cap. 29. *Ut illi coloni — tam fiscales quàm Ecclesiastici — non denegent carropera & manopera ex antiqua consuetudine.* Et infrà: *Et de manopera in scuria battere debent, & tamen non denegant, quia manoperam debent.* Charta anni 1248. in Tabul. Corbeiensi lib. 23. Chart. 11. *Ducentas & quadraginta manuum operas, quæ vulgariter* Manœuvres *appellantur, in quibus nobis annuatim homines supradicti tenebantur.* Alia Roberti Abbat. Corb. an. 1248. *Et toutes les manœuvres, que Robers d' Amiens y avoit chacun an.* Vide Froissartem 2. vol. cap. 74.

Manuopera, Catallum, instrumenta rustica, quorum usus in operis & agriculturis. Charta Ricardi II. Regis Angliæ: *Et quòd prædictus Dux ad totam vitam suam haberet quæcunque bona, & catalla vocata manuopera capta & capienda, cum quacunque persona infra terram & feodum prædicta, ac per eandem personam coram quocunque judice deadvocata.* Monastic. Anglican. tom. 1. p. 977. *Ac etiam Deodanda, thesaurum inventum, & omnia bona & catalla vocata manuopera, inventa & invenienda.* Fleta lib. 2. cap. 52. §. 42. *Probatores cum manuopere capti, i. fures cataliorum.*

Manuoperarius, nostris, *Manouvrier*, qui manibus operatur, χειροτέχνης, apud Palladium in Vita Chrysostomi p. 96. Occurrit in Regesto Philippi Aug. an. 1214. f. 115.

Manuoperatio, idem quod *manopera*. Charta an. 1093. tom. 11. Spicileg. p. 307. *Ut nullus successorum meorum — equitationem aut servitium exercitus, seu manuperationem super homines Ecclesiæ de cætero habeat.*

Manobra, in Charta Poncii de Vissaco anni 1247. in Probat. Hist. Arvernensis p. 95. idem sonat quod *Manopera*. Gall. *Manœuvre*. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 115. *Et corovatam sicut alii villani, & quarta pars vini, obra & manobra, &* Occurrit non semel in Tabulario S. Flori Arvern. Vide Probat. Hist. Bressensis p. 106.

MANSA, *Mansata*. Vide *Mansus*.

MANSATICUS. Vide *Mansionaticus*.

MANSIO, Ubicunque manemus; hinc nostris *Maison*, pro æde. Glossæ, μονὴ, ἡ κατοικία, *mansio*. Alibi: περίστυλον, *mansio*, perperam Edit. *mancio*. *Angustiæ mansionum*, apud Sidon. lib. 2. Epist. 2.

Gregorius Tur. lib. 3. Hist. c. 15. *At ille ingressus exilio, mansionem domini sui, apprehendit scutum ejus.* Lib. 2. c. 1. *Sexto ab urbe miliario mansionem accepit.* Vide eundem lib. 9. c. 1. Hincmarus Laud. *Cum Mosomum venissem, unde non longè sua distabat mansio.* Adde l. 3. Cod. Th. de Aquæductu. Capit. 3. an. 803. c. 17. lib. 3. Capit. c. 39. Capit. Car. C. tit. 19. §. 1. tit. 39. §. 12. Cap. Carlomanni tit. 2. c. 1. §. 12. &c. Passim Scriptores, etiam veteres.

Mansionum redemptio, ea, ni fallor, erat in Flandria, qua ejus, qui domum in urbe possidebat, hæres, hanc data certa pecuniæ redimere à domino, seu Comite tenebatur. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriæ cap. 12. *Insuper de coemptione gravissima mansionum in Erdenburg, volumus quoddam medium Regem & Comitem ponere, ut per duodecim nummos tantum redimatur unusquisque nummorum illorum, quos secundum positionem mansionum hactenus sedecim nummis redimebant filii post mortem patrum suorum.*

Mansiones militum, Stationes, sedes, diversoria, in quæ se recipiunt expeditionis tempore. Lampridius: *Milites expeditionis tempore sic disposuit, ut in mansionibus annonas acciperent, nec portarent cibaria 17. ut solent, dierum, nisi in barbarico. Milites in mansione dormientes* aggredi, apud Vegetium lib. 3. c. 19. Idem c. 8. *Non enim belli tempore ad stativa, vel mansionem civitas murata semper occurrit.* Vide l. 11. C. de Re militari l. 12. l. 2. C. de Lucr. Advoc. Hinc *mansionem tenere*, apud Albertum Aq. lib. 3. c. 11. *Tenir garnison.* Exodi cap. 17. 1. & 40. 36. & Num. 33. 1. *Mansiones*, παρεμβολαὶ exponuntur.

Mansio, apud Legulejos Anglos, quid sit? docet Bractonus libro 5. tract. 5. §. 1. *Mansio esse poterit constructa ex pluribus domibus, vel una, quæ erit habitatio una & sola sine vicino; etiam & si alia mansio fuerit vicinata, non erit villa: quia villa est ex pluribus mansionibus vicinata, & collata ex pluribus vicinis.* Adde lib. 4. tract. 1. cap. 31. & Fletam lib. 6. cap. 51. §. 1.

Mansio. Concilium Cloveshovense an. 800. *Daret mihi pro commutatione sæpefati Cœnobii terram centum & decem mansionum, sexaginta cassatorum, videlicet in loco, qui dicitur Fleor, &c.* Charta Offæ Regis Merciorum: *Terram 50. mansionum in locis supradictis, &c.* Alia Edberti Regis Saxon. Occident. an. 801. to. 2. Monast. Angl. p. 843. *Terram 20. mansionum.* Ubi *Mansio* videtur esse, quod in aliis Chartis *familia* appellatur. Vide in hac voce præterea Testamentum Herberti Comitis Viromand. ann. 1059. apud Joann. Carpentarium in Hist. Cameracensi p. 7. Ita *Maison* pro familia etiamnum vulgò dicimus. Potest etiam capi pro *manso*, ut in Tabulario Abbat. Conchensis in Arvernis ch. 90. *Et in ipsa Ecclesia domus hoc censum idem tres modios & 4. sextarios de vino, & de unaquaque mansione terræ —— 1. den. de aliis verò mansionibus, quæ in solario constructa erunt, 2. denarios.*

Mansio, Latinis Scriptoribus propriè dicitur locus, ubi confecto itinere per noctem quiescebant; unde ut plurimum pro diei unius itinere sumitur; Græcis σαθμός. Thomas Magister σαθμοὶ, οἱ κατὰ τόπους δημόσιοι ἄγροι. (leg οἶκοι) ἔνθα κ. ἵπποι δημόσιοι ἐτρέφοντο. Qui mansionibus ejusmodi præerant, ἐπίσαθμοι appellabantur: Latinis *Stationarii*, *Mancipes*. Glossar. Gr. Lat. *Stationarius*, *Manceps*, ἐπίσαθμος, ὁ ἡγέμενος τῆς μονῆς. *Manceps*, ἐπίσαθμος, ὁ τοῦ σαθμοῦ ἡγούμενος. Solinus c. 33. *Pagus Sabæorum, à quo octo mansionibus regio thurifera disterminatur.* Jornandes de Rebus Geticis cap. 5. *Quæ flumina multis mansionibus invicem absunt.* Liberatus Diaconus cap. 12. *Chrysaphium in multas mansiones Eutyches relegarat.* Adde cap. 5. Facundus Hermianensis lib. 6. cap. 1. *Conquerens, se absentem & innoxium —— fuisse damnatum, & in quadraginta mansiones, per diversas distractum provincias, viginti & amplius carceres mutasse.* Lactantius de Mortibus Persecut. num. 45. *Licinio jam secunda mansione tenente.* Mox: *Aliquantò moratus, processit ad mansionem millia & octo.* Hinc passim *mansiones* & *mutationes* occurrunt in Itinerariis, præsertim in Hierosolymitano, in quo *mansiones* 20. millibus præter propter constant, ita ut plurimum duæ *mutationes* pro una *mansione* recenseantur. De *Mansionibus*, atque adeo iis, quas *Camelorum* vocat Plinius, copiosè egit Salmasius ad Solin. pag. 594. Μονὴ eadem notione Græcis Scriptoribus dicitur. Acta Concil. Ephesini: τεσσαράκοντα γὰρ μονὰς ὁδεύσαμεν, μηδεμιᾶς ἀνακωχῆς κατὰ τὴν πορείαν ἀπολαύσαντες. Concil. Ephes. part. 3. εὐχῆς ἦν, δέσποτα, ἢ ταύτας τὰς πέντε, ἢ ἓξ μονὰς ὥστε ἀλύπως ἡμᾶς ὁδεῦσαι. Adde Concil. Calchedon. Act. 9. initio, Palladium in Hist. Lausiaca c. 28. & Anonymum de Martyrio Bacchi Jun. p. 66. Mansiones & mutationes in numero civitatum non habebantur, l. 2. de Cond. in publ. horr. leg. *Modios*, de Suscept. & arcar. l. 2. de Lucr. Advoc. l. 9. Cod. Th. de Annon. & trib. Agitur tamen Curialium mentio Claudiopolis, Prusiadis & Tottai & Voridis oppidorum, seu mansionum, per Bithyniam in l. 119. C. Theod. de Decur. Sanè Tottaïo Bithyniæ mansio est in Itinerario Hieros. Sed mansiones illas civitatis jure donatas liquet ex ipsa Constitutione. Et quidem in Actis Conciliabuli Ariminensis *Episcopus mansionis Nicææ in Thracia*: & in Act. 3. Concil. Calched. *Helpidius mansionis Termensis Episcopus* memorantur. Gregor. Nazianzen. De vita sua ait, se creatum à Basilio M. Episcopum Sasimorum, quod σαθμὸς erat seu mansio:

Σταθμός τις ἔστιν ἐν μέσῳ λεωφόρου
Τῆς Καππαδοκῶν, &c.

Ubi Gregorius Presbyter in ejusdem Nazianzeni Vita: Λεωφόρου γὰρ βασιλικῆς μέσον κείμενον, καὶ τοῦ δημοσίου δρόμου ἔχων τὰ ἐπισάσια, qui his præerat, *servator hospitiorum & mansionum* dicitur in Disputat. Archelai cum Manete. Vide Juretum ad lib. 2. Symmachi Epist. 27.

Mansiones præterea dicebantur, diversoria Legatorum, Missorum, & aliorum Magistratuum publicorum, qui Principis mandato, aut in provincias *ad justitias faciendas, & reformandas*, uti loquebantur, vel in exteras regiones, reipublicæ causâ, proficiscebantur. Tenebantur enim subditi hospitio excipere ejusmodi Missos & Legatos, & eorum ministros, & viaticum eis pro uniuscujusque dignitate præstare. Cap. Caroli M. lib. 3. cap. 39. *De Missis nostris discurrentibus, vel cæteris propter utilitatem nostram iter agentibus, ut nullus mansionem contradicere præsumat.* Adde Legem Longob. lib. 3. tit. 4. §. 2. 4. Capitula Ludovici Imp. Lotharii filii post Synod. Ticinensem an. 850. c. 4. & 5. Concil. Remense II. Trotarium lib. 5. Miraculor. S. Benedicti n. 1. & Buzelinum in Gallo-Flandr. lib. 2. cap. 21. p. 349. &c. Atque hæ mansiones interdum redimebantur pecunia, quod vetatur in Concilio Tolet. IV. apud Gratian. 27. q. 1. de Viduis: *Sunt quidam Episcopi —— qui exigunt, ut mansiones, quibus in protectione uti debuerant, aliquo pretio redimant, quæ parare debebant, &c.*

Mansionariorum, de quibus mox, vel certè Comitum provincialium, officium erat, eas mansiones præparare, præsertim si Reges ipsi peregrè irent. In eam rem tractoria iis dabatur, cujus formula hæc erat: *Quando ad vos venerit, mansionem et & forum & panem, & aquam largiri dignemini.* Interdum Principes Ecclesias & Monasteria ab ejusmodi hospitum exceptio-

exceptione eximebant, privilegio peculiari, quod *Emunitatis* nomine appellabatur, quo cavebatur vulgari formula, ne quis *Judex publicus*, sub quolibet prætextu, *mansiones aut paratas tollere præsumeret.*

Mansionare, Mansiones exigere. Charta Caroli Imperat. ann. 88. ex Tabul. Eccles. S. Cyrici Nivern. *Ut nullus Judex, nullus sæculi principatus mansionare, aut servitium exigere, aut occupare præsumat.*

Mansio, Familia, quomodo *Maison* dicimus. Sanutus lib. 3. part. 12. c. 8. *Tunc etiam Hugo de Lusignan cum tribus mansionibus, & aliis militibus Gallis, versus Tiberiadem processit.* Cap. 11. *Rex Cypri, & tres mansiones, & peregrini, cum peditibus iverunt Cæsaream.* Cap. seq. *Tunc etiam venit Ptolemaidem Baylivus pro Venetis,* —— *sed milites mansionum, pro vitando scandalo, fecerunt ire illum Nazareth.* Cap. 14. *Inter ipsum enim & Communitatem & Fraternitates, & mansiones plures fuerunt controversiæ.* Chronicon Flandriæ cap. 11. *Or avoit amené Henri d' Angiau bien 30. mille mansions pour demourer en Constantinople.* Ubi loquitur de Armenis, quos Henricus frater Balduini Imp. adduxerat: de quibus ita Vilharduinus noster n. 201. *Et avec lui s' en estoient passé li Hermins, qui lui avoient aidié vers les Griex bien 20. mil à totes lor fames, & à toz lor enfans.*

Mansio, Contignatio, seu id quod *Estage* dicimus. Ericus Upsalensis lib. 5. Hist. Suecicæ p. 159. *Fecit Engelbertus ædificium aliquod ligneum supra aquas altitudine quinque mansionum multo ingenio præparari.*

MANSIONALE, idem quod *mansus*, vel certè quod *Mansionile*, de quo mox. Capitulare de Villis cap. 19. *Ad mansionales verò non pullos habeant non minùs* 50. Testamentum Herberti Viromand. Comitis an. 1059. apud. Jo. Carpentarium in Hist. Cameracensi: *Mansionalia mea apud Attas & Dalonias cum ochis, arpiniis, forestagiis, & pascuaticis, &c.* Infrà: *De mansa mea apud Tetignias, &c.*

MANSIONARE. Vide *Mansionaticum.*

MANSIONARII, iidem qui *Manentes, Mansuarii, Hospites*, qui ratione *mansionis*, seu *mansi*, vectigal, aut censum, quotannis domino persolvebant. Ugutio: *Mansionarius, Manens, vel ad mansionem pertinens.* Charta S. Eligii Noviomensis Episc. edita à Mabillonio tom. 2. SS. Ordin. S. Benedicti p. 1091. *Cum omnibus adjacentiis suis, cum mansionariis, originariis, inquilinis ac servis, &c.* Acta Murensia p. 43. *Deinde libera utens potestate, pæne quasi sui mansionarii essent, jussit sibi servire, scilicet in agricultura sua, & secando fœnum & metendo.* Adde pag. 39. Notitia de Rogero Episcopo Bellovac. apud Loisellum: *Neminem verò hospitem, non mansionarium; nec dejustificabit.* Chronicon Lobiense: *Nocturno diverticulo jacendo pauperes mansionarios omnimodis affligunt.* Alibi: *Culturas villæ de Tullies, quas mansionarii colendas tenebant, ad indominicatum Ecclesiæ revocavit.* Apud Sugerium Constit. 2. to. 4. Hist. Fr. p. 548. *Oppidani & Mansionarii villæ B. Dionysii.* *Mansionarii Ecclesiæ*, in Hist. Episc. Salisb. p. 266. 267. 317. apud. Canisium tom. 2. & apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 5. c. 31. n. 3. *Mansionarii Capituli*, apud Hemeræum in Aug. Virom. an. 1216. In Charta Ludovici Bertholdi ann. 1245. apud Miræum in Cod. Don. piar. c. 103. *Mansionarii* opponuntur *feodalibus hominibus.* *Mansioniers* nostris dicuntur, & in Consuetud. municip. Britanniæ art. 376. & 377. Vide Chronicon Valciodorense pag. 564. 565. Chronic. Andrense p. 454. 471. 532. Doubletum pag. 876. 907. Sammarthanos in Episcopis Santonensibus pag. 982. Probat. Hist. Castilion. pag. 41. Monmorenciacæ p. 395. &c.

Masoverius, idem qui *Mansuarius.* Consuetudines Cataloniæ inter dominos & vassallos MSS. c. 55. *Si duo vel tres Masoverii vel aloerii franchi erunt intra terminos alicujus castri, vel in termino, & dominus castri habet guerram, seu sperat, homines Masoverii, licèt sint alodium franchum Militis, seu Ecclesiæ, tenentur operari in muris & vallis & lizis, & antemuralibus sive anpits, & propugnaculis, sive barbacanis, & arqueriis.*

Terra mansionaria, quæ à *Mansionariis* habentur. Diploma Henrici V. Imp. 1107. apud Chapeavillum to. 2. Hist. Leod. p. 54. 55. *Si autem non claustralis sedis; sed mansionariæ terræ domus fuerint, ipsas domos spoliandi, obserandi, habitatores capiendi jus erit forensi potestati.* Et mox: *Si aliquis vel emptione, vel hæreditate aliquid de terra claustrali, vel mansionaria obtinuerit, quando investituram requisierit, domino ipsius terræ quantum census, tantum redemptionis dabit.*

Mansionaria Ecclesia. Ekkeardus Jun. de Casibus S. Galli cap. 2. *Crastinam autem processionem ad mansionariam suam S. Crucis disponens Ecclesiam, in proximo prato stationari jussit.*

Mansionarii Canonici, qui *residentes* vulgò dicuntur, ad discrimen *forensium*, qui non resident, in Charta anni 1130. apud Vassorium in Hist. Noviomensi p. 878. Charta 17. Tabularii Carnotensis, quæ est Alexandri PP. *Præterea ab eodem statutum est & ordinatum, ut qui ante hanc institutionem Canonici facti ad minus dimidio mansionarii in vestra civitate non fuerint, centum solidos minùs, quàm Mansionarii annuatim consequantur, &c.* Charta 19. ejusdem Alexandri: *Ut qui in eadem Ecclesia vestra de cætero canonizandi fuerint, & ibidem mansionarii non extiterint, 40. tantùm solidos de præbenda sua singulis annis percipiant.* Adde Ch. 44. Vide *Foraneus.*

Mansionarius, Custos & conservator ædis sacræ, æditus, matricularius. Glossæ Isid. *Mansionarius, ostiarius.* Apud Gregorium M. lib. 3. Dial. cap. 24. & 25. *Abundius, Mansionarius* & *custos* promiscuè appellatur. Erant autem ii in Cleri ordine. Anastasius in Benedicto II. Joanne V. & Gregorio II. p. 57. 58. 71. *Hic dimisit omni Clero, Monasteriis, Diaconibus, & Mansionariis solidos mille.* Leo Ostiensis lib. 1. Chron. Casin. cap. 18. *Manusque suæ ac filiorum subscriptione corroborans, decem Episcopos, & octo Abbates, Comites quinque, Bibliothecarium, Mansionarium, & Ostiarium unum subscribere fecit.* In Tabulario Casauriensi, Chartam anni 975. subscribit *Scambertus Presbyter Monachus & Mansionarius.* His etiam incumbebat reliquiarum & phylacteriorum cura, ut ex eodem Leone lib. 2. cap. 34. colligitur, & clavium Ecclesiæ, ut ex lib. 4. cap. 53. quod à nobis jam observatum in Descriptione ædis Sophianæ cap. 86. ubi & monuimus, *Mansionarios* appellatos, quòd *mansionem* seu ædem Ecclesiæ adjunctam haberent: quod præterea ex auctore Miraculorum S. Mauri Abbatis cap. 10. probavimus. Hinc φροσμονάριοι Græcis dicti, in Vita S. Nili junioris p. 73. in Miraculo S. Georgii erga captivum quendam n. 19. in Menæis 21. Jan. in S. Zozimo, & apud alios Scriptores à nobis laudatos. Alia Mansionariorum munia habet Ceremoniale Ecclesiæ Rotomagensis, editum à Menardo ad librum Sacramentorum Gregorii M. pag. 80. *Mansionariorum* verò *Ecclesiæ* crebra occurrit mentio, in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 4. §. 17. apud Gregor. M. lib. 3.

Epist. 30. lib. 1. Dial. cap. 5. lib. 3. cap. 29. 30. lib. 4. cap. 51. 52. 54. Joannem Diaconum in ejusdem Vita lib. 3. cap. 58. Falconem Benevent. ann. 1128. Leonem Ost. lib. 1. cap. 16. lib. 2. cap. 33. Petrum Diac. Casin. lib. 4. cap. 51. 101. 104. in lib. de Miracul. S. Bened. n. 15. 25. 35. in lib. Miraculor. S. Virgilii Saltzburg. Episcop. n. 4. &c.

Primus Mansionarius, Dignitas in Ecclesia Romana, qui primus scilicet in Mansionariorum ordine erat. Ordo Romanus: *Cætera vasa aurea & argentea, ——— de Ecclesia S. Salvatoris per manus primi Mansionarii sumunt, & Bajuli portant.* Alibi: *Hæc cura erit Acolytorum, ut sacri ministerii vasa per manum primi Mansionarii, qui est custos dominicalis Vestiarii accepta deferantur per Bajulos, &c.*

Mansionarii juniores, inferioris ordinis, qui primo Mansionario suberant. Ordo Romanus: *Post quos Acolyti, qui rugam conservant, post eos extra Presbyterium cruces portantes, deinde Mansionarii juniores, &c.*

Mansionaria, Dignitas Mansionarii. Vetus Charta apud Petrum Mariam Campum in Histor. Eccles. Placentin. to. 2. p. 237. *Institutu in Ecclesia S. Gervasii beneficium unum sacerdotale, quod Mansionarium nuncupavit.* Vide Regestum ejusdem tomi p. 397. Vide Ughellum tom. 5. Ital. sacræ pag. 985.

Mansionarii mansionum S. Petri, Romæ, in Bulla Benedicti PP. an. 1035. pro Episcopis Silvæ-Candidæ, apud Ughellum tom. 1. part. 1. p. 124. *Parentatum autem ejusdem Ecclesiæ S. Petri,* (Romæ) *& supradictorum suorum Monasteriorum, & mansionariorum omnium mansionum S. Petri, seu totius civitatis Leoninæ urbis, vobis vestrisque successoribus concedimus.*

Mansionarii, Ecclesiæ Pragensis, ex ordine Canonicorum, de quibus egit Bohuslaus Balbinus in Histor. Bohemiæ p. 383.

Mansionarius, Dignitas in Palatio Regum Francorum, ut ex Hincmaro docemur in Epist. de Ordine & Offic. Palatii cap. 16. & 23. ubi ejus officium ita describit: *Inter quos & Mansionarius intererat, super cujus ministerium incumbebat, sicut & nomen ejus indicat, ut in hoc maximè sollicitudo ejus intenta esset, ut tam supradicti actores, quàmque & susceptores, quo tempore ad eos illo vel illo in loco Rex venturus esset, propter mansionum præparationem, ut opportuno tempore præscire potuissent, ne aut inde tardè scientes, propter afflictionem familiæ importuno tempore peccatum, aut hi propter non condignam susceptionem, ac si bene noluissent, cùm certè non volendo; sed non valendo offensionem incurrerent.* Veterem precariam sub Ludovico Pio in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. n. 70. subscribunt *Ragenarius Comes Palatii, Gauzlinus Mansionarius, Ramnulfus Comes Palatii*, & alii Comites. Ordericus Vitalis lib. 13. *Mansionariis aulæ principalis ut Regiam sibi & optimatibus suis festivè ornarent imperiosè mandavit.* Hinc, *instruere & providere mansiones.* S. Ambrosius de Morte Valentin. *Ecce postridie litteræ de instruendis mansionibus, invectio ornamentorum regalium, quæ ingressurum iter Imperatorem significarent.* Frotharius Tullensis Episcop. Epistola 18. *De his ob id præcipuè sollicitus maneo, quia & ipse secundùm Imperiale præceptum ad providendas mansiones, in quibus Legati suscipi debent, scilicet à Monte Jovis usque Palatium Aquis ire debeo, & infrà mensem Octobrem ——— domum regredi cupio.*

Comes Mansionarii, qui Mansionariis præerat. Regino an. 895. *Folconem Episcopum, & Adalongum Comitem sui Mansionatici ——— in media via offenderunt.* Vide *Metator*.

MANSIONATICUM & *Mansionaticus*, locus, qui publicè parabatur, ubi Princeps Seniorum diverteret, inquit Browerus lib. 8. Annal. Trevir. p. 472. 1. Edit. Capitul. Caroli M. lib. 2. c. 17. *In illis locis, ubi modò via & mansionatici à genitore nostro, & à nostris per Capitulare ordinati sunt.* Privilegium, concessum Hispanis à Ludovico Pio Imp. *Aut Comes ille, vel successores ejus hoc in consuetudinem præsumant, neque eos sibi vel hominibus suis aut mansionaticos parare, aut veredas dare, aut ullum censum præstare cogant.* Charta ejusdem Ludovici Pii apud Harulfum lib. 3. cap. 13. *Ad nostram accedens Serenitatem, precatus est ut propter hospitum oppressionem facere juberemus præceptum nostræ auctoritatis, ——— quatenus nemo ibi mansionaticum faciat, nec in hostem vadens, nec iterans; sed libera sit jam dicta villa ab omni oppressione hospitum, &c.* Aimoinus lib. 5. c. 31. *Inde per Atiniacum & consuetos mansionaticos Compendium adiit.* Quo loco Annales Franc. Bertiniani habent *mansaticos*.

Sumuntur crebriùs *Mansionatici*, pro *expensis ad hospitum susceptiones*, ut habet Aimoinus lib. 5. c. 10. & hospitii jure, quo gaudebant Missi & Judices regii. Provincialibus enim Missos & Legatos Principis, Comites, Duces, & eorum ministros, recipiendi onus incumbebat, eisque viaticum pro uniuscujusque dignitate præstare, quod *Parata* dicebatur. Plinius in Panegyr. *Nullus in exigendis vehiculis tumultus, nullum circa hospitia fastidium.* Infrà: *Si tamen transitus ille non populatio fuit, cùm abactus hospitum exerceret.* Capit. Caroli C. tit. 43. c. 20. *Nemo in villis nostris, vel in villis uxoris nostræ mansionaticum accipiat.* Capitulare de Villis cap. 27. *Nullo modo in curtes dominicas mansionaticas prendant.* Charta Formosi PP. pro Monasterio S. Teuderii diœcesis Viennensis an. 891. *Ea scilicet ratione; ut neque eidem venerabili Episcopo, neque cuilibet successorum suorum licitum sit illis durum servitium imponere, neque longissimi itineris profectionem; sed neque mansionaticos onerosos, neque censum præter id quod impositum est in festivitate prædicti S. Theuderii in fine anni, & libram argenti.* Carolus M. Pipino F. Italiæ R. apud Sigon. an. 802. *Cæteri per singula territoria habitantes ac discurrentes mansionaticos & paraveredos accipiunt.* Idem Carolus apud Aimoin. cap. 35. *Neque servitia ex eis exactet, vel paraveredos, aut expensas ad suas vel hospitum susceptiones recipiat, sive mansionaticos exigat.* Hincmarus Rem. *Ne mansionaticos suis amicis, aut suis hominibus à Presbyteris parari faciat.* Synodus Pistensis an. 862. *Sed neque servitia ex eis exactent, seu paraveredos, aut expensas ad seniorum vel hospitum susceptiones requirant: neque de villis in aliqua re exactiones aut mansionaticos exigant, præter consuetudinarias operationes ex his villis.* Joannes VIII. PP. Epist. 96. *Et per parochiam vestram nobis congruas mansionaticas præparate.* Charta Burchardi I. Archiepiscopi Lugdunensis an. 14. regni Conradi Regis ex Tabulario Monast. Saviniacensis: *Nullusque successorum nostrorum novi aliquid injustumque imponere præsumat, nec mansionaticos illicitos, nec ex occasione itineris molestiam eis inferre attentet.*

Hujus vocis crebra alibi occurrit mentio. Vide Chartas Alemannicas Goldasti cap. 90. Chartam Ludovici II. Pii filii, apud Mabillonium tom. 5. pag. 526. 527. Chartam Roberti Regis Franciæ ann. 1028. in Probat. Hist. Bressensis pag. 5. Ughellum tom. 4. pag. 794. 795. præterea Cassiodorum lib. 12. Epist. 15. Ab ejusmodi *Mansionaticis* fluxit jus illud, quod *gisti* postmodum nostri appellarunt, de quo suo loco copiosè egimus.

Man-

Mansionaticum, pro *mansio*, domus ædes. Tabular. Brivatense ch. 129. *Campellos duos, quos acquisivit ad mansionaticum Donnolent.*

Mansionare, mansionaticum exigere. Charta Caroli Crassi Imp. in Tabul. S. Cyrici Nivern. n. 34. *Ut nullus judex, nullus sæculi principatus mansionare, aut servitium exigere, —— præsumat.*

MANSIONATOR, idem qui *Mansionarius*, qui mansiones parat, *Metator*. Itinerarium Gregorii XI. PP. *Celeriter per vicos currebatur, sicut Dei paranymphus Bertrandus Raphini mansionator.* Perperam editum *mancionator*, ut *mancio* pro *Mansio*, in Gloss. Græc. Lat. ubi ἐπίςυλον exponitur.

MANSIONILE, *Mansionilis*, *Masnilium*, *Masnile*, agri portiuncula cum *mansione*, seu æde, Gallis *Maisnil*, vel *Mesnil*. Vita S. Remigii Episc. Remensis: *Partem etiam maximam silvæ in Vosago pretio comparavit, & mansionilia ibidem constituit, &c.* Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 26. *Mansionile conabantur auferre.* Charta Lotharii Reg. Franc. an. 962. *Ut traditionem de mansionili, qui dicitur Gaziacus in pago Vermandensi —— corroboraremus.* Chronicon Fontanellense cap. 6. *Per illum mansionilem, qui vocatur Pomaritus.* Vita S. Rigoberti Arch. Rem. c. 2. *Et non illic, ut hodie, villa; sed exiguus mansionilis fuerat.*

Mansionillum. Tabular. Morigniacense: *Mansionillum, quod dicitur bonus villaris.*

Mesnillum. Tabular. Morigniacense an. 1142. *Dederunt mesnillum quoddam desertum, nomine Eschevillerum.*

Masnile. Monachus Altisiod. in Chron. an. 1180. *Reditus Episcopales non mediocriter ampliavit emptione agrorum & pratorum, constructione ædificiorum, & acquisitione masnilium.* *Masnilium*, in Tabul. S. Cypriani apud Beslium in Comitibus Pictav. p. 249. *Le Roman de Garin*:

N'i à meson, ne borde, ne mesnil.

Alibi:

Abatez lor & viles & mesnil.

Le Roman du Renard:

La bonne femme du Maisnil
A ouvert l'uis de son Courtil.

Mansile; idem quod *Mansionile*. Charta Goffredi de Pruilliaco apud Duchesn. in Probat. Hist. *des Chastaigniers*, pag. 68. *Cum adjacentibus terris, cum quatuor hospitiis, scilicet de terra Hugenis, & duobus aliis mansilibus, quorum unus dicitur Chadegloidus, &c.*

MANSITORIUM, *Locus aptus ad manendum*, Ugutioni.

MANSIUM. Vide in *Navagium*.

MANSKUT. Charta Suecica an. 1314. apud Joan. Schefferum ad Chronicon Archiepisc. Upsaliens. *De captura alecium de qualibet sagena unam partem dictam Manskut, de qualibet nave, quæ vadit Holmis cum mercimoniis, unum denarium Swecicum.* Ibidem: *De captura focæ pro decem personis dimidium Manskut, &c.*

MANSOR. Vide *Emanere*.

MANSUALIS *terra*. Vide *Mansionaria*.

MANSUARIUS. Vide *Mansus*.

MANSUETARIUS, in Gloss. Gr. Lat. ἡμερωτής. Jul. Firmicus lib. 8. Mathes. c. 17. *Erunt ferarum mansuetarii, qui ursos, tauros, leones, feritate deposita, humanis conversationibus socient.* Lampridius in Heliogabalo: *Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis: quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam & tertiam mensam jubebat accumbere, ignorantibus cunctis, quòd exarmati essent, ad pavorem & ridiculum excitandum.* Manilius lib. 4. sic *Mansuetarios* describit:

Quadrupedum omne genus positis domitare magistris,
Exorare tigres, rabiemque auferre leoni,
Cumque elephante loqui, &c.

Et lib. 5.

Ille manu vastos poterit frenare leones,
Et palpare lupos, pantheris ludere captis, &c.

Mansuetare verò pro *mansuefacere*, dixit vetus Interpres Bibl. 16. Sapient. 18.

MANSURA, pro mansione, domo, ædificio: nostris: *Masure*. Occurrit apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epist. 206. Willelmum Thorn. an. 1143. Loisellum in Hist. Bellov. p. 270. Beslium in Hist. Pict. Com. pag. 424. 507. in Monast. Anglic. tom. 1. p. 383. &c. Hodie apud nos ut plurimum sumitur *mansura* pro loco, ubi olim exstructa ædes fuit, nunc vacua & culta.

Videtur etiam quandoque sumi pro manso, seu modo agri. Tabularium Vindocinense Thuani ch. 50. *Quot autem mansuris constet, (terra illa) pro magnitudine ipsius non potuit æstimari.* Ch. 98. *Tres mansuras terræ arabilis.* Ch. 117. *Duas mansuras silvæ Gastinensis.* Ch. 121. *Partem terræ illius —— cujus quantitas 4. mansurarum æstimatur.* Occurrit semel aciterum hac notione in veteri Charta apud Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 52.

Mansurale, idem quod *mansura*. Tabularium Ecclesiæ Cadurcensis: *Et dono filio meo mansurale, ubi manet.*

MANSUS, vel MANSA, aut MANSUM, (trino enim genere hæc vox effertur) definitur Cæsario Prumiensi apud Browerum in Hist. Fuldensi p. 208. *villa aut locus familiæ*: Sirmondo: *fundus cum certo agri modo*: Bignonio, *villula colonii unius habitationi propria*: Alvarotto, Zazio, & aliis Italis quibusdam Scriptoribus, *quantitas terræ, quæ sufficit duobus bobus in anno ad laborandum*: denique Papiæ, *mansus dictus à manendo, quòd integrum sit duodecim jugeribus.* Ex quibus conficitur, revera mansum fuisse certam agri portionem, quæ & coleretur, & in qua coloni ædes esset. Unde *mansus* idem videtur quod *colonia*, vel *curia*, ita ut pro ratione provinciarum nomenclatura sæpe diversa fuerit. Certè vox *mansus* nostris familiaris fuit, quam in *mas* efferebant. Ita in Consuetudine Arverniæ cap. 28. art. 5. pascua dicuntur terminari per villas, *mansos*, & tenementa: *Pasturages se terminent par villages, mas, & tenemens*: ita ut aliud sit *villa*, aliud *mansus*, aliud *tenementum*. Adamus Bremensis cap. 54. *Vir iste pauperibus ortus natalibus, primò, ut ajunt, septem mansis, totidemque manentibus, ex hæreditate parentum fuit contentus.*

Mansum idem esse quod *curia* aliis dicitur, indicat Speculum Saxonicum lib. 2. art. 54. *Nemini licet segregatim pecora pascere, ut per id communi pastori pretium minuatur, nisi tres mansos habeat sub titulo proprietatis aut feudalis.* Ad oram scriptum: *Nisi tres curias aut plures habeat, aut feudum in eadem villa.* Et §. 3. *Ubi pretium pastori solvitur de mansis seu curiis, &c.* Promiscuè verò in trino genere apud Scriptores hæc vox usurpatur: ac primum

Mansa in feminino, in Charta Mathildis Ducissæ an. 1074. apud Franciscum Mariam in Historia ejusdem Mathildis: *Sex mansas cum suis pertinentiis in loco & finibus, &c.* Et mox: *Quæ prima mansa regitur per, &c.* Antiqu. Fuldenses lib. 1. cap. 93. *Duas mansas cum ædificiis suis.* Adde Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 17. 36. 146. 215. 244. tom. 3. pag. 117. Vitam S. Egwini Episc. Wigorn. apud Godwinum de Præsul. Angl. Boland. tom. 1. p. 712. 713.

Mansus, masculino genere. Ditmarus lib. 4. p. 45. *Centum mansos propriæ hæreditatis concessit.* Synodus Aquisgran. cap. 122. *In locis verò, ubi majores*

sunt facultates Ecclesiæ, verbi gratiâ tria, aut quatuor, aut certè octo & eò ampliùs millia mansi, &c. Vita S. Popponis Abbat. c. 11. *Sui juris in Amblania cespitem, qui in duodecim mansos extendebatur.* Adde Vitam Godefridi Comitis Campebergensis. c. 54. Baldricum in Chr. Camerac. l. 3. c. 49. Jo. Columbum in Episcop. Vivariensib. lib. 1. n. 48. & seqq. &c.

Mansus, quartæ declinationis. Conradus Usperg. in Lothario Imp. & Chron. Weingartense cap. 3. *Homagium ei & subjectionem fecit, & in beneficio 4. millia mansuum in superioribus partibus Bavariæ suscepit.* Metellus in Quirinalibus:

Fundatores scriptas tribuere loco res,
Centum minus quæ tunc erant & quater undecimo
Infra millenos mansus serie duodenos.

Et mox:

Nihil remansit ex eis, conditus in quibus est,
Bis nisi septeni mansus, deciesque deceni.

Idem Uspergensis in eodem Lothario: *Cujus curia mille & centum mansus sunt uno vallo comprehensi.* Adde Acta S. Foranni Abbat. n. 9.

Mansum, neutro genere. Annales Francor. Bertin. an. 869. *Ut Episcopi, Abbates, & Abbatissæ ——— breves de honoribus suis, quanta mansa quisque haberet —— deferre curaret.* Capitula Caroli Calvi tit. 31. c. 30. *Qui mansa deservire non possunt.* Concilium Tricassinum an. 878. c. 2. *Mansa, cortes, villas, &c.*

Et sanè mansum fuisse certum agri modum, ex eo patet, quòd 12. jugeribus terræ constitisse dicat Papias: Hincmarus, locis infrà annotandis, duodecim *bunnariis*, adeò ut *jugerum* & *bunnarium* idem fuerint. Mansorum verò non modò fines ac limites vulgò describuntur in veteribus tabulis; sed etiam agri modus, id est, quot terræ jugera, perticas, aut virgas contineat. Charta Frederici Episcopi Hamaburgensis: *Mansi verò mentione, ne discordia in posterum in populo haberetur, quæ mansio in longitudine septingentas & viginti, in latitudine verò triginta habet regales virgas, cum rivulis terram interfluentibus, &c.* Acta Murensis Monasterii pag. 45. *Cùm autem debent arare, cum virga metitur eis, qua & mansi solent metiri.* Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis p. 143. *Ipse mansus habet terminationes ——— & habet in longo perticas agripennales 16. & pedes 3. & in lato perticas 5. infra istas terminationes vel perticationes.* Infrà: *Ipse mansus ——— habet in longo perticas agripennales 19. in ambis verò frontibus & in medio perticas 8. & pedes 9. &c.* Adde pag. 155. 156.

Mansi verò qui ea, qua esse debebant, agri portione, vel definito à lege jugerum numero constabant, *integri* dicuntur in Capit. Caroli M. lib. 1. cap. 83. & in Chronico Fontanellensi cap. 15. alii verò non omnino *integri*.

Mansi medii, videntur appellari in eodem Chronico Fontanellensi dicto cap. 15. vel

Mansi dimidii, qui scilicet aut sex agri jugeribus, aut minore, quàm par erat, jugerum numero constabant. Frotharius Episcop. Tullensis Epist. 7. *De Ecclesia illius Presbyteri vestri tulerunt dimidium mansum, & dimidiam decimam.* Chronicon Besuense p. 548. *Quidquid etiam super tria mansa & dimidium in ipsa villa inventum est.* Charta Ragenfredi Episcopi Carnotensis an. 954. *In pago quoque Carnotensi dedimus Ecclesiam, quæ dicitur Immonis villa, cum novem mansis & dimidio.* Adde Chartas Ecclesiæ Hamaburgensis pag. 200. & Speculum Saxon. lib. 1. art. 34. §. 1. Neque alii videntur

Manselli, minores nempe mansi, apud Marculfum lib. 2. form. 36. Pancharta nigra S. Martini Turon. *Alodum nostrum condonamus ——— habentem plus minus mansellos 44.*

Mansella, in Charta an. 864. tom. 2. Spicilegii Acheriani p. 589. *Mansella in Mariaco, —— Mansella, quæ Hildeburgis dedit in Monasteriolum medium.* Ibidem: *Mansella in Fontanilis, quæ cum Wenilone Metropolitano Episcopo permutaverunt, &c.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Denique si fuerit aliquis ingenuus, qui propter paupertatem mansum, vel partem quamlibet mansi tenere non possit, debet hoc probare a septem suis paribus. Cùm verò probatum hoc habuerit, facit suo seniori tempore messis dies 3. cum prebenda sibi data: sin autem, dabit propter hoc denarium & dimidium.*

Mansorum, pro ratione possessorum & colonorum, species variæ recensentur: alii enim dicuntur *Dominici*, *Regales*, *Capitales*, alii *Ecclesiastici*, alii *ingenuiles*, alii *serviles*, *tributales*, *letales*, *manoperarii*, alii denique *exercitales*.

Mansus dominicatus, *indominicatus*, *dominicus*, dicebatur proprius & peculiaris domini mansus, quem dominus ipse excolebat, cujusque fructus percipiebat. Capit. Caroli C. tit. 42. *Comes, qui habet Abbatiam, de suo manso indominicato, similiterque & de vasallorum, accipiat de manso indominicato denarios 12. de manso ingenuili 4. denarios de censu dominicato, & 4. de sua facultate. De servili verò, duos denarios de censu, & de sua facultate duos.* Chron. S. Benigni p. 241. *Dederunt S. Benigno mansum unum indominicatum cum suprapposito, terrisque ad eum pertinentibus.* Vetus Charta apud Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 52. *In villa Haidis mansum dominicatum cum castitiis & arboreto, &c.* *Mansus dominicalis* in Charta ann. 996. Adde tom. 1. Spicilegii Acheriani p. 589.

Mansum regale, quod Regis proprium erat, in Capitul. 2. an. 813. c. 19. Vita S. Egwini Episc. Wigorn. n. 17. *Castrum Alvecestre, regale tunc mansum.* Adde Divos Bambergenses Gretseri p. 75. 77.

Mansum capitale, quod vulgò *Caput mansi*, nostris *Chefmez*, in Charta Henrici I. Reg. Angl. tom. 2. Monastici Anglic. pag. 133. *Retinuit — Rex in manu sua mansum suum capitale, quia infra septa Canonicorum adhuc receptaculum competens non habebat.* Vide *Caput mansi*.

Mansus Ecclesiasticus, vel *Ecclesiæ*, dicitur ea agri portio, quæ ipsi Ecclesiæ in dotem assignari solebat, vel Presbytero Ecclesiam deservienti, cum aliquot mancipiis, quæ immunis erat ab omnibus oneribus. Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico: *Octo sunt, quibus sustentatur Sacerdos, parochia, mansum, atrium, cœmeterium, templum, altare, calix cum patena, corpus cum sanguine.* Mox: *Mansum dico terram aratri, quàm ad minus debet habere Sacerdos.* Capitula Caroli M. de Partibus Saxoniæ c. 15. *De minoribus capitulis consenserunt omnes ad unamquamque Ecclesiam curtem & duos mansos terræ pagenses ad Ecclesiam recurrentes condonent, &c.* Sed duo isti *mansi* pro Ecclesiarum dote apud Saxones duntaxat obtinuerunt, nam aliàs unicus sufficiebat. Capitul. Caroli M. lib. 1. c. 83. *Sancitum est, ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absque ullo servitio attribuatur.* Capitula Ludovici Pii nuper edita in nova Concilior. Editione, ad an. 824. c. 1. *Quod si fortè in aliquo loco sit Ecclesia constructa, quæ tamen necessaria sit, & nihil dotis habuerit, volumus ut secundùm jussionem Domini & genitoris nostri unus mansus 12. bunnariis de terra arabili ibi detur, & mancipia duo à liberis hominibus, qui ad eandem Ecclesiam officium Dei audire .... ut Sacerdos ibi possit esse, (&) divinus cultus fieri.* Quod

Quòd si hoc populus facere noluerit, destruatur. Quò spectant, quæ habet auctor Vitæ Ludovici Pii an. 817. *Volens etiam unamquamque Ecclesiam habere proprios sumptus, ne per ejuscemodi inopiam cultus divini negligerentur, inseruit prædicto edicto, ut super singulas Ecclesias mansus tribueretur unus pro pensatione legitima, & servo atque ancilla.* Et Matthæus Paris in Vitis Abbatum S. Albani p. 548. *Vicarius Ecclesiæ habebit mansum competentem.* Hincmarus tom. 1. pag. 716. *Si* (Presbyter) *habeat mansum habentem bunnaria 12. præter cœmeterium & cortem, ubi Ecclesia & domus ipsius continetur, aut si habeat mancipia quatuor.* Denique vetus Charta apud Baldricum Noviomensem lib. 1. c. 52. *Ecclesiam unam in Gentlinio cum Ecclesiastico manso habente de terra arabili bunn. 12.* De ejusmodi Ecclesiastici mansi immunitate agunt præterea Capit. Caroli M. l. 5. c. 45. Ludovici Pii Wormaciense an. 829. c. 4. Caroli Calvi tit. 32. c. 11. *Ut de uno manso ad Ecclesiam dato nullus census, neque caballi pastus, à senioribus de Presbyteris requiratur.* Adde ead. Capit. Caroli Calvi tit. 11. cap. 2. & tit. 34. cap. 9. & Concil. Wormaciense cap. 50. Joannem VIII. PP. Epist. 113. Concil. Coloniense ann. 887. c. 4. Metense an. 888. c. 4. Excerpta Egberti Archiep. Eborac. c. 25. &c. Agros olim apud paganos, Sacerdotibus & templis attributos fuisse, docent Siculus Flaccus & Aggenus.

Mansus Presbyteralis. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 25. *Mansus verò in qua Ecclesia S. Imerii fundata est, & vocatur mansus Presbyteralis, &c.* Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Et in manso Presbyterali medietatem de quacunque re accipiant.*

Mansi ingenuiles dicebantur ii, qui ab ingenuis, hoc est, liberæ conditionis hominibus, colebantur, vel qui servilibus obnoxii non erant. Cæsarius Abbas Prumiensis in Gloss. ad Diplomata ejusdem Monasterii, ubi de quadripartito mansorum genere: *Ingenuilia erant in arduennâ, vulgò dicta Kuenigshoben*, i. regalia; ut Germanicam hanc vocem effert Browerus, quasi *Hobæ regales.* Charta Caroli Calvi pro Monasterio Fossatensi: *Et in villa, quæ vocatur Montericus, mansum ingenuilem, quem tenet Nodalbertus cum hæredibus suis, &c.* Occurrit ibi pluries in Tabul. ejusdem Monast. f. 9. Hincmarus Remensis tom. 1. p. 716. *Quot mansos habeat in sua parochia ingenuiles aut serviles, aut accolas, unde decimam accipiat.* Idem in Opusc. 55. Capitulor. c. 1. *Et sunt in eadem villula — mansi ingenuiles 9. serviles 11.* Charta ann. 996. in Probat. Hist. Luxemburg. p. 9. *Cum Ecclesia, omnique ejus decimatione, & casa dominicali, cum 12. mansis ingenuilibus, & 20. servilibus ad eam pertinentibus.* Adde Capit. Caroli Calvi tit. 42. & Annales Franc. Bertinian. an. 866.

Mansi verò *serviles* erant ii, quos servi & coloni excolebant, sub censu, qui domino præstabatur, & aliis conditionibus, quæ in servili graviores erant, quàm in ingenuili. Cæsario Abb. Prumiensi in Glossario, *servilia mansa* dicuntur, *quæ in servitiis omnibus, & pendendo fructu conditione deteriora erant.* Sed maximè serviles mansos vocabant, quorum coloni ex agri conditione vilioribus servitiis domino obnoxii erant. Chronicon Besuense pag. 574. *Debet verò iste mansus porcum & arietem, 6. panes & 6. sextarios vini, carroperam, & omnes consuetudines, quas dominis persolvere debent servi.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Mansos ingenuiles 32. serviles 34.* Tabularium Bellilocensis Abb. in Lemovic. ch. 3. *Curtem meam indominicatam — cum bachalariis indominicatis & mansis servilibus.* Adde Capitul. Caroli C. tit. 42. & Baldricum lib. 1. Chr. Camerac. cap. 52.

Mansi servitiales, apud Will. Hedam in Baldrico Episc. Utraject. Hinc

Mansi manoperarii appellati in Chronico Fontanellensi cap. 14. quòd operis essent obnoxii eorum coloni: *Sunt mansi integri reperti numero 1326. medii 238. manoperarii 18. qui fiunt simul 1569. absi 158. molendina 39. in beneficiis vero relaxati sunt mansi integri numero 2120. medii 40. manoperarii 225. qui simul juncti fiunt 1395. absi 156. &c.* Mox: *Summa namque universitatis præsentium rerum inter integros, medios, atque manoperarios, reperti sunt mansi 4264.* Polyptycum Floriacense passim.

Mansi tributales, *Mansi serviles & tributales*, in Annotatione Arnonis Episcopi, apud Canisium tom. 2. Antiq. lect. pag. 485. 487. 488. & 494. videntur ii, quibus à Principe tributum erat impositum ad onera bellica, & sumptus reipublicæ procurandæ; nisi iidem sint, qui *serviles.* Conradus Urspergensis in Philippo Suevo: *Ut videlicet quilibet mansus rusticanorum prædiorum solveret maltare unum avenæ, &c.*

Mansi carroperarii, qui carrorum operas debent, in Polyptico Floriacensi passim.

Mansi cooperti. Vide *Coopertus.*

Mansi lidiales, vel *letales* dicti, qui à litis, seu servis, excolebantur, ac proinde iidem, qui *serviles*, vel certè qui militaribus oneribus obnoxii erant. In Glossar. Cæsarii Prumiensis Abbatis, *ledilia mansa* sunt, *quæ multa quidem dominis commoda ferebant; sed non ita continuò serviebant.* Ubi expungenda videntur verba *non ita*, vel certè vox *non.* Diploma Ludovici Pii apud Chapeavillum tom. 1. Hist. Leod. pag. 148. *Curtem dominicatam cum mansis letalibus & servilibus.* Vide *Leti.*

Mansi exercitales. Annotatio Arnonis Episcopi apud Canisium tom. 2. Antiqu. Lection. pag. 493. *In ea mansos 60. inter vestitos & absos, & inter exercitales & Barschalcos cum omnibus appenditiis, &c.* Mansi nimirum, qui à militibus excolebantur, quibus mercedis loco attributi fuerant. Ibid. *Tradidit imprimis Theodebertus Dux in pago — villam — cum mansis 30. inter vestitos & absos, & exercitales viros, & quod ad eandem villam pertinet.*

Mansi Barscalci. Vide *Barscalcus.*

Mansi mutabiles. Charta Communiæ Cerniaci in agro Laudunensi ann. 1184. *Homines autem de mansis mutabilibus, quotquot venire voluerint, absque contradictione recipientur.* Id est, homines, qui nulli certo manso, seu glebæ sunt addicti.

Rursum *Mansi* alii erant *amasati*, id est, ædificiis instructi, de quibus in voce *Amasatus*: alii verò absque ædibus. Hincmarus tom. 1. pag. 736. *Quoniam vestrum Ecclesias vestras negligere, & alodes audio comparare, & in eis mansos exstruere atque excolere, ac in eisdem mansis feminarum habitationem habere, &c.*

Mansorum præterea alii erant culti, alii inculti. Charta Ragenfredi Episc. Carnotens. an. 954. in Probat. Hist. Monmorenciacæ: *Germinionis villam in pago Dunensi cum 30. mansis cultis & incultis.* Mansi inculti erant ii, quos vulgò *absos* dicebant, de quibus egimus in hac voce.

Mansi nudi non semel dicuntur in Tabulario S. Remigii Remensis: *Sunt ibi 11. mansi vestiti, nudi 3.* Culti verò iidem, qui *vestiti.* Capitul. 1. an. 812. c. 1. *Ut omnis liber homo, qui quatuor mansos vestitos habet de proprio suo, &c.* Charta Leudonis Remorum Episcopi, apud Colvenerium ad Chronicon Flodoardi: *Ut pro vestitu nobis ad præsens ex ea retineremus mansos duos ingenuiles & vestitos.* Vetus Charta apud Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 52. *Mansos etenim, qui ad supradictum mansum dominicatum deserviunt, vestitos 12. & alios, qui nuper vestiti*

vestiti sunt 12. qui nec adhuc integrum possunt solvere censum abso. 16. Alia in Chronico Beluensi p. 574. *Apud Vetus-vineas unum mansum vestitum, cum servo in eo habitante, — delegavit.* Traditiones Fuldenses lib. 1. c. 103. *Duas mansas vestitas, cum omnibus substantiis suis.* Qui quidem mansi vestiti iidem sunt, qui *mansi de terra arabili* dicuntur in Charta Willelmi Aquitan. Ducis ex Tabulario Angeriacensi: *In ipsa villa mansum de terra arabili.* Rursum: *Quatuor mansos de terra arabile.*

Mansi laborati iidem, qui *culti*. Gall. *Labourez*. Charta an. 1064. in Hist. Eccl. Pedem. cap. 24. *Tres quoque alios mansos in infrascripta Plausiascha, unum ibi est solum in Dominicata cum Capella, alium rectum & laboratum per Constantium, &c.* Infrà: *In Raconisio mansum unum sicuti fuit rectum & laboratum per Willelmum.*

Sella, sellula mansi, Domus coloni in singulis mansis. Edictum Pistense cap. 30. *Ut quoniam in quibusdam locis coloni, quam & de casis Dei, suas hereditates, id est, mansa, quæ tenent, non solum suis paribus; sed & Clericis, Canonicis, ac villanis Presbyteris, & aliis quibuscunque hominibus vendant, & tantummodo sellam retinent: & hac occasione sic destructæ fiunt villæ, ut non solùm census inde possit exigi; sed etiam quæ terræ de singulis mansis fuerunt, jam non possint agnosci.* Hincmarus: *Excepto atriolo ad sepulturam, & excepta sellula manselli ipsius Capellæ, cum hortulo.* Vide *Seles*.

Mansarius, qui *mansum* ingenuilem aut servilem excolebat, & certum censum aut annuam pensionem domino prædii ac fundi præstabat, quod secus erat in Dominicis & indominicatis mansis, qui sine Mansario erant, propterea quòd non elocarentur; sed ab ipsis dominis colerentur. Capitularia Caroli Calvi tit. 42. *Episcopi, Abbates, Comites, ac Vassi dominici ex suis honoribus de uno quoque manso indominicato donent denarios 12. de manso ingenuili quatuor denarios de censu dominicato, & quatuor de facultate Mansuarii: de servili verò manso, duos denarios de censu indominicato, & duos de facultate Mansuarii.* Ubi tam dominus fundi, quàm *mansuarius*, manso onus impositum inter se partiuntur: ita ut de censu dominicato, id est, quem persolvit Mansuarius domino mansi, dominus partem exsolvat, ut Mansuarius ex sua facultate. Adde Epistolam Episcoporum Regni Fr. ad Ludovicum Imp. cap. 14. Edictum Pistense c. 23. Aimoinum lib. 5. cap. 35. &c.

Masoerius. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 33. *Et reddit ipse masoerius porcum bonum, & multonem vestitum, & coxam de vacca, &c.*

Mansuarius. Capitulare de Villis c. 39. *Volumus, ut pullos & ova, quos servientes vel mansuarii reddunt, &c.* Capit. Caroli C. tit. 31. c. 14. *Quatenus non sit vobis necesse per quascunque occasiones — majores quàm ratio postulat, paratas exquirere; & pauperes Ecclesiasticos, & fidelium vestrorum — Mansuarios in carrucaturis & paraveredis contra debitum exigendis gravare.* Marculfus lib. 1. form. 22. *Præcipientes, ut sicut reliqui Mansoarii, qui per talem titulum à jugo servitutis in præsentia Principum noscuntur esse relaxati ingenui, &c.*

Mansata est, quando dominus dat alicui mansum *cum diversis possessionibus, & propter hoc ille facit se hominem domini, & ad certum servitium tenetur; & talis dicitur homo de mansata, qui est homo ratione possessionum: persona tamen ejus libera est, secundùm Consuetudinem Regni Franciæ, si dimissis mansis alio se transferat. At Itali, secundùm quosdam, vocant homines de Mansatà, quasi de familia, & illi quasi pro servis habentur.* Hæc Speculator lib. 4. partic. 3. de Feud. Ita in Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1213. apud Perardum: *Insuper confessi sunt prædicti homines se servos esse omnes de conditione, mansata, & de manu mortua, & de potestate & jure dictorum dominorum suorum — tenentur ipsi sunt facere voluntatem suam, videlicet in talliis, exactionibus, &c.* Charta Philippi Reg. Fr. an. 1306. pro Ecclesia Mimatensi, in Regesto Lud. Hutini Reg. Fr. fol. 60. *Et homines dicti castri sunt & esse consueverunt ab antiquo homines de mansata, sive de corpore & casalatico, tam domini Regis, &c.* Charta Guillelmi Episcopi Gabalitani an. 1307. in Regesto Philippi Pulcri Regis Ch. 44. ex Tabulario Regio: *In qua quidem terra idem dominus P. poterit omnes homines de corpore vel de mansata cum dicta terra manumittere & liberos facere.* Vide *Mansata*.

Terra mansualis, Ager à manso dependens. Charta Gerardi Decani S. Quintini in Viromand. an. 1127. *Annuimus etiam pariter hoc annuente Balduino, de Dominica terra nostra, quòd si eam propria carruca non exercuerimus, ut ipsi exerceant, & nonum manipulum nobis inde persolvant. De terra autem mansuali, quam ipsi dimiserant, donec venerit, qui se possit ostendere heredem, semper pro nono manipulo teneant. — Terram autem marisciam à primo die mensis usque ad 15. annos liberè obtineant — silvestris autem terra, quæ sartus vocatur, &c.*

MANTA, Toralis & straguli species, Gall. *Mante*. Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 6. *Tapeta duo, linteamina tria, totidem pulvinaria, mantas tres., culcitram unam, mantilia 4. &c.* Theodemarus in Epist. ad Carol. M. *Similiter & loco cucullarum duas, quas nos dicimus, mantas, habemus, quæ ex grossiori sago fiunt.* Ubi *manta* videtur idem genus vestis, seu pallii. Vide *Mantula*, & *Mantum*.

MANTEA. Vide *Mantum*.

MANTELLARIA, *Manticula*. Papiæ.

MANTELLETUM. Vide *Mantum*.

MANTICULARE, Papias: *Manticulare, furari. Manticulatio, fallacia, vel lenocinium.* Gloss. MS. Regium Cod. 1197. *Manticulare, fraudare, furare.* Aliud Gl. MS. Regium Cod. 1013. *Manticulat, fraudat, furat.* Infrà: *Menticulare, adtentare dolis ac fallaciis, vel divinare.* Vocis Originem habet Festus. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 36.

Non errare licet, non manticulare necesse est.

MANTICULATUS, Perâ instructus. Gloss. Lat. Gr. *Mantica*, πήρα. Ita peregrinos nostros Hierosolymitanos appellabant. Matthæus Paris an. 1248. *Ut peregrinaret ille Monachus manticulatus.*

MANTICUM. Papias: *Follis, vulgò manticum fabri.*

MANTIPARA, Papiæ, *Levata.*

MANTIPERIUM, *Mantum cum pera.* Christianus de Scala in Vita S. Wenceslai pap. 55. *Crusina, mantiperiaque, vel vestimenta largiens.*

MANTUELIS, Pænula, ex Gr. μανδύας. Epistola Gallieni apud Trebellium Pollionem: *Chlamydem Dardanicam, mantuelem unam.* Glossæ Basil. μανδύας, τὸ λεγόμενον. Occurrit non semel apud Xiphilinum pag. 103. 220. 280. Edit. Rob. Stephan. Artemidorum, Hesychium & alios Grammaticos.

MANTULA. Papiæ, *Mantelum*.

MANTUM, Pallium; Italis, *Manto*; Gallis, *Manteau*. Glossæ Lat. Græc. *Paludamentum*, χλαμὺς, μαντίον. Gloss. Arabico-Lat. *Diplois, sagum, mantum.* Isidor. lib. 19. Originum cap. 24. & ex eo Papias: *Mantum Hispani vocant, quod manus tegat tantùm; est enim brevis amictus.* Testamentum S. Cæsarii Arelatens. Episcopi: *Ancillæ nostræ Cæsariæ Abbatissæ, quem ipsa fecit mantum majorem, quem de cannabe fecit, dari volo — Domino*

Domino meo Cypriano Episcopo mantum & cinctorium meliorem dari volo. Anastasius in Gregorio II. de Luithprando Rege Longobardorum p. 70. *Sic ad tantam compunctionem piis monitis flexus est, ut quæ fuerat indutus, exueret, & ante corpus Apostoli poneret, mantum, armilausiam, baltheum, spatham, atque ensem deauratum, necnon coronam auream, &c.* Charta Ferdinandi I. Regis Hispan. æræ 1101. *Mantos duos auro fusos, alio alguexi auro texto, &c.*

Bayffius vocem *Mantum* à Græca μανδύη deducit. Servius ad 4. Georgic. ex Lucilio & Plauto, *Mantellum* esse pariter ait, quod Græci μανδύα vocant. Gloss. Gr. MS. Reg. Cod. 1673. Μανδείας, εἶδος ἱματίου ὅπερ καλεῖται λωρίκιον. Aliud Lex. Græc. Reg. MS. Cod. 2062. ἐφεστίδες, Ῥωμαϊκὰ ἱμάτια, λέγεται δὲ καὶ ὁ μανδύας, καὶ βίῤῥον. Alibi: μανδύας, εἶδος ἱματίου, καὶ τὸ τῶν μοναχῶν παλλίον. Vide Pachymerem to. 1. p. 184. Sed & ejusdem originis, *mantelia, mandilia*, & *mantilia*, id est, mappas villosas, quibus non modò mensas, sed & humeros interdum tegerent, innuit idem Servius. Gloss. veteres: *Mantelia, mappas dicunt villosas.* Isidor. l. 19. c. 26. *Mantelia nunc pro operiendis mensis sunt, quæ, ut nomen ipsum indicat, olim tergendis manibus præbebantur: sive mandelia à mandendo.* Gloss. Gr. Lat. χειρεκμαγεῖον, mantela, mappa. χειρόμακτρον, *mantela.* Jo. de Janua: *Mantile, vel mantele quasi manutergile, gausape, quòd in tergendis manibus præbetur, unde dicitur mantile vel mantele, quasi manus tela.* Trebellius Pollio in Gallienis: *Mantelibus aureis semper stravit* Mantelia Cypria, apud eundem. Leo Ostiensis lib. 3. cap. 57. *Et cooperuit omnes mensas refectorii mantelis.* Vide Salmasium ad Vopiscum pag. 357. & 343.

Mantum verò olim habitum inter præcipuas summorum Pontificum vestes, adeo ut dignitatis investituram per illud acciperent. Ceremoniale Romanum lib. 1. sect. 2. *Legibus superioribus temporibus, cùm duæ partes in electione concordabant, Priorem Diaconorum consuevisse induere Electum mantum Papale, dicendo, Ego investio te de Papatu, ut præsis urbi & orbi.* Arnulph. Lexoviensis, de Octaviano antipapa: *Mantum arripuit, & ita se damnabili præsumptione intrusit.* Gerhohus Reichersp. de Alexandro PP. *Oblato ei, ut mos est, per Archidiaconum manto, ubea videlicet illa cappa, quæ insigne Papale est.* Acta ejusdem Alexandri III. PP. *Juxta priscum Ecclesiæ ritum electum suum Alexandrum fugientem, excusantem insuper & omnino reluctantem Papali manto, Deo favente, induerunt.* Vide ejusdem Alexandri Epistolam 1. Jacobus Cardinalis de Coronat. Bonifacii VIII. PP. lib. 2.

--- *Mantoque relicto,*
Induitur niveum zona succinctus amictum.

Ita si deponebantur, aut sponte dignitatem abdicabant, mantum, ut præcipuum insigne dimittebant. Pandulphus apud Baronium ann. 1124. & Willelm. Tyr. lib. 13. c. 15. de Elect. Honorii II. PP. *Et quia electio ipsius Honorii minus canonicè processerat -- mitram & mantum sponte refutavit & deposuit.* Vide Epist. Alexandri III. PP. apud Radevicum lib. 2. cap. 51. Vitam Gregorii X. PP. pag. 346. Joan. Villaneum lib. 8. cap. 5. &c.

Mantare, Immantare; *Ammantare*, Pallio induere, tegere, *Mantatum*, dixit Martialis lib. 14. Epigr. 27.

In Pompeiano tecum spectabo theatro,
Mantatis populo vela negare solet.

Glossæ Isidori *Paludatis, mantatis.* Ita lego pro *mantuatis*, nisi à *mantua* dicatur, ex Gr. μανδύας & μανδύη, quod vult Salmasius.

Immantare, propriè de summis Pontificibus dicitur. Radevicus lib. 4. de Gestis Frid. cap. 65. *Et accepto manto voluerunt immantare D. Rolandum Cancellarium.* Et cap. 71. *Canonici B. Petri miserunt ad Rolandum Cancellarium Canonicos suos, qui viderent an esset immantatus, sicut quidam credebant, aut aliquo modo promotus. Unde bis missi Inquisitores retulerunt eum esse immantatum, nec aliqua promotionis specie variatum.* Gerhohus Reichersp. de eodem Octaviano: *Qualiter in Ecclesia B. Petri ipse, nullius alius immantatus & intronizatus est.* Fastradus Abbas Clarevallensis in Epistola ad Omnibonum Veronensem Episcopum: *Octaviani nullam fuisse electionem, immantationem fecisse sibi ipsi, laicali adjutorio Pontificalem occupasse cathedram.* Adde Joan. Sarisberiens. Epist. 59. pag. 128. 129. ubi bis peccarunt operæ, Albert. Stad. an. 1159. & Otton. Morenam. p. 63.

Ammantare, pro *Immantare*, ex Italico *Ammantare*. Cencius Camerarius in Ceremoniali, sub Celestino III. PP. *Et perscrutata omnium Cardinalium voluntate ab aliquibus de ipsis, in quem major & melior pars convenerit, Prior Diaconorum ipsum de pluviali rubeo amantat, & eidem Electo nomen imponit.* Itali *ammanto* interdum dicunt pro *manto*, ut Joannes Villaneus lib. 8. cap. 8.

Mantum, proprium etiam fuit Præfectorum urbis Romæ, cùm hac dignitate eo investirentur. Acta Innocentii III. PP. *Petrum urbis Præfectum ad ligiam fidelitatem recepit, & per mantum quod illi donavit, de præfectura eum publice investivit.* Describitur in Ceremon. Roman. lib. 1. sect. 7. ubi de investitura ejusdem Præfecti: *Mantum aureo limbo circumtextum, apertum à parte dextra.*

Mantum præterea inter regalia insignia Regum Aragonensium recensetur in Gestis Innocentii III. PP. pag. 134. 135. & in Epistola Martini IV. PP. tom. 5. Hist. Franc. pag. 878.

Mantatura, pro *Manto*, pallio, seu potiùs attexta pallio pelle: *Doubleure* Rolandinus in Chronic. lib. 2. cap. 14. *Quorum omnia similia fuerunt vestimenta, in re una solummodo discrepantia, quòd scilicet mantatum patris mei fuit de armerinis, sed aliorum fuit de pretiosis Varis Sclavoniæ.*

Mantea, idem quod mantum, ex Gall. *Manteau* Matth. Paris an. 1188. *Rex indutus mantea*, hoc est, paludamento regio.

Mantellarium, Innocentius III. PP. lib. 1. Epist. pag. 29. Edit. Colon. & 31. Venetæ de Canonicis regulabus: *Capas nigras singuli de mantellario habeant vel nadivo, pelles agninas albas &c.*

Mantellum, *Mantellus*, diminutivum ex *Mantum*: Gall. *Manteau*. Ital. *Mantello* Ebrard. in Græcismo c. 12.

Pauperis est palla: dutis chlamys: ac mediocris,
Pallia sunt: his Mantellus convenit hac vox.

Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18. *Pallium, id est, mantellum.* Vox nota Lucilio & Plauto in Captivis. Arnoldus Lubecensis lib. 2. cap. 9. *Dedit autem & dona plurima, mantellum & tunicam de optimo serico, &c.* Aimoinus lib. 5. cap. 23. 150. *libris argenti, 150. mantellis, & 150. spatis, & 150. mancipiis, &c.* Chronicon Moguntinum: *Purpuram de almaria tollens, sibi fecit vestes, tunicam, sorcotium, & mantellum, ut in Imperatoris curia gloriosior appareret.* Testamentum S. Everhardi Ducis Forojol. *Mantellum unum de auro paratum, cum fibula aurea, & alteram spatam volumus ut habeat.* Adde W. Tyr. lib. 10. cap. 11. lib. 12. cap. 7. Falconem Benevent. an. 1122. pag. 224. Cæsarium l. 3. c. 6. l. 6. cap. 5. Simeonem Dunelm. in Hist. Dunel. Eccles. Radulf. de Diceto an. 960. lib. Usuum Ordin. Cisterciensis cap. 102. Rainardum in Institutis ejusdem Ordin. c. 59. &c.

Mantellus. Concilium Metense an. 888. c. 6. *Nemo Clericorum -- cottos vel mantellos sine cappa portet.* Joannes de Garlandia in Synonymis:

Pallia, palliola, chlamys, cum cyclade palla,
Ac habilis mantus, mantellus jungitur istis.

Poeta vel Grammaticus infimi ævi MS. post W. Britonis Vocabularium :

Pontificis struma, fæx Cleri, sordida spuma,
Qui dedit in bruma mihi mantellum sine pluma,
Pauper mantelle, sum vilis & sine pelle,
Si potes expresse frigus rabiemque procellæ.
Dixit mantellus, Mihi nec pilus est neque vellus.

Mantellum & Rostra: Gallis *Manteau à pointe.* Statuta Ordinis Hospitaliorum S. Joannis Hierof. tit. 4. §. 20. *Cùm è vita decesserint, mantellis ad rostra, id est, cum punctis & cruce alba sepeliantur.* Tit. 10. §. 5. *Utantur tunicis & habitu longo & decenti, cum chlamydibus rotundis longis ad minus sub genu, vel rostratis sive ad punctas vulgariter dictis.*

Sic porro *Mantellum regium* describitur in Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1351. *Pour 20. aulnes & demie de fin velluau vermeil des fors, pour faire une garnache, un long mantel fendu à un costé, & chaperon de meesmes, tout fourré d'ermines, pour le Roy à la derniere feste de l'Estoille, &c. une fourrure de gris à fourrer un grand mantel feudu à un costé, que ledit Seignor ot pour relever de nuis.* Alibi: *Pour fourrer un surcot, un mantel long fendu à un costé, & chapperon de mesmes, que le Roy ot d'une escarlatte vermeille, pour cause de ladite feste, &c.* Et capite, *pour le Duc d'Orliens: Pour fourrer un grand surcot, un mantel fendu à un costé, & chaperon de meesmes, que ledit Seigneur ot d'une escarlate vermeille.* Vide *Pallium.*

Mantelletum, diminut. à *Mantello*, Gall. *Mantelet.* Ceremonial. Episcoporum lib. 1. c. 1. *Super vestem inferiorem talarem, cum extra domum exibit, induet aliam vestem breviorem apertam, ut per scissuras brachia extrahi possint, quod genus vestis Mantelletum vocant.* Est etiam

Mantelletum, Machinæ bellicæ species. Petrus IV. Rex Aragon. in Chron. lib. 3, c. 23. *Feien fer ginys en Valencia y en Barcelona, e Mantelets e Gates per combatre.* Adde cap. 25. lib. 6. c 4.

Mantellatæ, dictæ Sorores de Pœnitentia B. Dominici, quòd laneo utantur pallio, ut testatur Raimundus Capuanus in Vita S. Catharinæ Senensis num. 69.

MANUA, *Mannua*, Manipulus, fascis : Italis, *Manata.* Gloss. vetus : *Mannua*, δράγμα, al. δράγμη. Gloss. Gr. Lat. δράγμα, *Manipulum, Manua, Dragma.* Græci. δράγματα vocant δεσμὰς, ἢ ὅπερ ἡ χεὶρ δράξηται. Idem Gloss. Græco-Lat. δέσμη. *Marina, fascis*: leg. *Manua*, Glossæ Isid. *Minnua, manipuli.* Gloss. Lat. Gall. *Manipulus: Manée, ou poignée de bled. Manua fœni*, apud veterem Interpret. Juvenal. Sat. 8. v. 152. sic enim legendum pro *manna. Spartum in acervo manuatum* apud Plinium. Idem *Manuales fasces* dixit de lino. Charta an. 1195. apud Ughell. to. 7. p. 1321. *Octo salmas vini, & duas manuas lini, &c.* Perperam editum *mannas*, ut & Excerptis in ex vet. Lexico p. 252. Recentiores Græci μανύδιον videntur appellasse, quod Latini *Manuam.* Passio SS. xx. Martyrum Lauræ S. Sabæ n. 25. Θάμνυς γάρ τὰ λεγόμενα μανύδια εὑρίσκοντες, (εἰώθασι γάρ οἱ πατέρες αὐτὰ συνεισάγειν ἢ ἀποτίθεσθαι) ἑτοίμως λοιπὸν δι' αὐτῶν τὰ οἰκήματα ἐνεπύριζον. Occurrit etiam in Vita S. Euthymii n. 138.

MANUALE, Sudarium. Glossæ Isid. *Manuale, Orarium.* Gloss. Ælfrici: *Manualis*, Hand-lin, i. manutergium. Acta Passionis S. Maximini Martyris : *Manualem quo oculos fuerat ligaturus, in partes duas discidit, &c.* Acta S. Cypriani: *Linteamina verò & manualia fratribus ante eum mittebantur.* Mox: *Qui cùm lacinas manuales ligare sibi non potuisset, &c.* Vita S. Pelagiæ meretricis cap. 3. in Vitis Patrum : *Posuit faciem super genua sua, & manuale sanctum quod tenebat sanctis manibus suis.* Ἐγχείριον vocant Græci, S. Germanus Patr. CP. in Theoria Myst. τὸ δὲ ἐγχείριον τὸ ἐπὶ τῆς ζώνης ἐστὶ τὸ ἀπομάξαν τὰς χεῖρας αὐτοῦ λέντιον.

Manuale, Manipulus, Vetus Ceremonial. Roman. ex MS. Vaticano : *Habendo stolam super humerum, & manuale in brachio, sicut Diaconus.* Liber Anniversarior. Ecclesiæ Vaticanæ fol. 144. *Item tres stolas, & tria manualia de opere Cyprensi.* Ita etiam usurpat Hist. Episcoporum Autissiod. cap. 49. p. 450.

Manuale ἐγχειρίδιον, Libellus qui manu facilè gestari potest, aut qui semper in promptu est, & ad manum habetur, Joanni de Janua. Glossæ Isidori : *Manuale, liber ad gerendum aptus, qui Enchiridion dicitur.* Agobardus in Epist. ad Ebbonem Remensem Episc. *Jubeas demum talia quæ viderentur congrua, proprio inserere manuali.* Suprà *Enchiridii* voce usus est. Mox sub finem Epistolæ: *Tale fieri jussistis opus quod paulisper manu gestetur, non quod in armario vel in scrinio reservetur.* Luidgerus in Vita S. Gregorii Traject. n. 20. *Librum S. Augustini tradidit, quem Enchiridion, id est, Manuale ipse nuncupavit.* Idem Augustin. lib. Retract. c. 63. *Cum à me postulasset, ut aliquod opusculum haberet meum de suis manibus non recessurum : quod genus Græci Enchiridion vocant.* Idem in Enchir. ad Laur. c. 5. *Tu autem Enchiridion à nobis postulas, id est, quod manibus possit adstringi, non quod armaria possit onerare.* Cathvvlphus in Epistola ad Carolum M. Regem Franc. *Post Fidem Dei, & amorem & timorem, ut sæpius habeas Enchiridion, quod est librum manualem, legem Dei tui scriptam in manibus tuis, ut legas illam omnibus diebus vitæ tuæ.* Adelbertus Abbas Heidemensis præfat. Relat. &c. *Quædam ex plurimis collegi, & in quondam minutum opusculum, &, ut ita dicam, in quoddam manuale redegi. Manuale psalterium* in Vita B. Mariani Abb. Ratisp. n. 9. Editus est Ingolstadii an. 1583. *Liber orationum, quem Karolus piissimus Rex Hludovici Cæsaris filius colligere atque sibi manualem scribere jussit.* Ubi nemo non videt scribendum *manualem. Libellus, & liber manualis* in Epistola Taionis Episcopi Cæsaraug. ad Quiricum Barcinonensem Antistitem, & in Vita B. Mathildis Reginæ num. 1. Alcuinus in Præf. ad Libr. de Virtutibus : *Ut habeas jugiter in manus manuales paternæ ammonitionis sententias, in quibus teipsum considerare debuisses, atque ad æternæ beatitudinis excitare studium.* Isidorus in Prologo in libr. Geneseos : *Veterum Ecclesiasticorum sententiis congregantes, veluti ex diversis pratis flores collectos ad manum fecimus, &c.*

Manualium, ἐγχειρίδιον, in Glossis Gr. Lat.

Manualis, vel *Manuale*, Liber in quo continetur *ordo servitii, Extremæ Unctionis, Catechismi, Baptismi, & hujusmodi*, in Statutis synodalibus Odonis Episcopi Parisiensis, in Concilio Budensi an. 1279. cap. 42. & in Synodo Bajocensi ann. 1300. cap. 25. & apud Lindvvodum ad Provinciale Cantuariensis Ecclesiæ lib. 3. tit. 27. pag. 361. Manualis meminit præterea Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico.

Manuale, Pulpitium portatile. Gloss. S. Benedicti, *Manuale*, ἀναλόγιον. Glossæ antiquæ MSS. *Logium, manuale.* Alibi: *Manuale, logium, orale.* Vide *analogium.*

MANUALIA, Pecora seu animalia mansueta, quæ, ut loquitur Varro lib. 2. de Re rust. cap. 7. *ad manus accedere consueverunt* : Græcis χειροήθη ; Hispanis *Alimannæ.* Lex Alamann. tit. 99. §. 14. *Si quis pecus manualem, qui dicitur alatus, aut verrem, aut ducariam occiderit, &c.* Ubi *Manualium alatorum* nomine intelliguntur gallinæ, pulli, & alia volatilia domestica. Tabularium Casauriense : *Cum casis, manualibus, coloniciis, terris, vineis.* Chron. Casin. lib. 3. cap. 57. *Cum decima piscariæ & manualium suorum. Res manuales*, in Charta ann. 1052. in eodem

eodem Tabul. Casaur. & tom. 6. Ughelli pag. 871. Isidorus Pacensis Episcopus in Chron. æra 754. *Præda & manualia, vel quidquid illud est quod olim prædaliter indivisum retentabat.* Vide Probat. Hist. Sabaud. pag. 20.

A Latino hocce vocabulo deflexum Gallicum *Aumaille*, eadem notione Guill. *Guiart.* in S. Ludov.

Vilains tuent, femmes dispuellent,
Les aumailles par tout acueillent,
Aignelets belent, vaches muient.

Idem ann. 1302.

Et puis retournent vers la vile,
Espés con le conduit aumaille, &c.

Statuta Parisiensia in veteri Regesto de mercium variarum pretio: *Chars, aumaille, bœufs, vache, toute maniere d'aubmaille*, 8. *den.* Charta an. 1303. in Hist. Abbatiæ Longipontis: *Leurs bestes aumailles, à sçavoir vaches & veaux.* Occurrit præterea in Consuetud. Britanniæ, art. 409. Senonensi art. 147. & Lodunensi cap. 19. art. 1. *Bestes aumalines*, in Charta Libertatum oppidi Aussonensis ann. 1229. apud Claud. Juvanum, in qua perperam scriptum *armalines* Vide Ughellum tom. 1. part. 1. p. 298. tom. 4. p. 1457.

MANUALIS, Amanuensis Carolus M. seu Alcuinus Epist. 84. *Angilbertum manualem vestræ fam iliaritatis vestræ direximus Sanctitati.* Qui quidem Angilbertus, *Auricularius sive Secretarius* dicitur ejusd. Caroli, Epist. 83. *Manualis Notarius*, in veteri Charta apud Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 52. quæ sic clauditur: *Ego Ernaldus indignus Presbyter & manualis notarius hanc donationem -- scripsi. Librarius ad manum*, in veteri Inscript. 584. 11.

Manualis, Instrumentum medicorum, sic dictum, quod manu astringatur, dum plurima continet ferramenta, scilicet similiariam, angestorum, spathomerem ginam vel giniam. Ugutio.

Manualis, Domesticus, familiaris. Joannis VIII. PP. Epist. 141. *Quoniam specialiter nosteres manualis.*

Manuales, in Glossis antiq. MSS. *Forcipes ferrarii.* Addit Papias. *Longum ferrarii.* Ita Codex MS.

MANUALITER. Willel. Brito lib. 8. Philipp. *Pluesque lavorabant populo manualiter omni.* i. opere manuario.

MANUAPTUS, Ad manum, in promptu. Vita S. Wnebaldi Abb. Heidenhem. num. 8. *Primordialia Prophetarum vaticinia aliasque Sanctorum expositiones manuaptas habere solebat, ut de illarum imitatione scripturarum aliquid exsequendo conservaret.*

MANUARIA, Securis, quæ quibusdam *dextrale* dicitur. Auctor de Miracul. S. Columbani cap. 27. *Jussit filio ut ei ferramentum, quod vulgo manuariam vocant, afferret quatinus arbusculas ipsius agri succideret.* Tabul. Casaur. 1. parte. *Vendidimus -- & in ipso casale quicquid habere visus sum. Et pretium à vobis recepimus vaccas duas, porcos duos, pecudes duas, vomerem unum, manuariam unam.*

MANUARIOLUM, Sudariolum quod manu gestatur. Regula Magistri cap. 81. *In æstate habeant singula manuariola linea propter sudores.*

MANUARTIFICES, unica voce, apud Michaëlem Scotum lib. 2. Mensæ Philosophicæ c. 16.

MANUATIM, *de manu ad manum*, Gallis *de main en main.* Vetus Pœnitential. apud Morinum: *Interim pœnitentes manuatim ab Archidiacono reddantur Episcopo: Et Episcopus reddat Diacono, qui ex parte ejus est.*

MANUBLA, *Iteratio doctrinæ*, in Gloss. Isid.

MANUBRIUS. Tabular. S. Eparchii Inculism. *Fecitque cruces & tabulas argenteas deauratas, calices vero & turibulos sive manubrios, sonantia cimbala argenteos deauratos, &c.*

MANUCAPERE. In se quid suscipere, vadem se præstare, se pro aliquo obligare: vox forensis. Charta anni 1293. in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 204. *Ad majorem rei securitatem nobiles viri N. N. pro nobis manuceperunt, & dicto Domino Regi in causam prædictam omni bona sua -- obligarunt.* Alia Guillelmi D de Feritate an. 1206. in Tabulario Abb. S. Vincentii, diœc. Carnot. *Propter ipsam quitationem ipse Hugo concessit Canonicis, & manucepit ad garantizandum cuncta eleemosynas ab antecessoribus suis factas* Alia an. 1250. in Tabulario Monast. Hederæ fol. 103. *Et manuceperunt prædictæ personæ pro se & pro aliis parochianis ejusdem villæ fide in manu nostra corporali quod &c.* Addit. ad Matth. Paris p. 102. *Et post illam redemptionem inveniet 12. plegios qui ipsum manucapient, quòd deinceps non malefaciet in parcis.* Thom. Walsinghamus in Ricardo II. pag. 245. *Radulfus de Ferrariis & Barones 4. qui Parliamento proximo interfuere, manucaptus est, donec per magis evidentes rationes suam innocentiam declarasset*, id est, se vadem constituit sistendi juri: nisi hoc loco *manucaptus*, sit idem quod captus. Gloss. Gr. Lat. δορυάλωτος, *manucaptus.* Occurrit priori significatu, in 2. Statuto Westmon. cap. 12. apud eund. Math. Paris an. 1244. p. 422. & an. 1251. p. 543. Florent. Wigorniens. p. 429. Brompton. in Stephano pag. 1039. Duchesn. in Probat. Hist. Vergeiac. p. 142. Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 1. in Fleta lib. 1. cap. 41. §. 7. apud Stanfordium lib. 2. de Placit. Coronæ cap. 17. &c.

Manucaptor, in Synodo Exoniensi an. 1287. cap. 50. in Fleta lib. 1, cap. 41. §. 7. c. 48. §. 6. apud Henricum de Knyghton. an. 1330. &c. pro vade. *Mainpernor*, seu *Mainpreneur*, in Statuto *Acton-Burnel.* an. 11. Edvv. I. Regis Angl.

Manucaptio. Vide *Memprisa.*

Vocis origo inde manasse videtur, quòd qui se vadem præstabant, aut fidejubebant, illum, cujus sponsores erant, ad judicem deducebant, *Manuque* illius apprehensa, seu *capta*, palam, coram judice & aliis, fidejussionem suam profitebantur.

MANUDUCTIO, idem quod *Conductus*, *Sauvegarde.* Joannes Sarisberiensis lib. 1. Epist. 33. apud Baron. an. 1165. *Dicunt enim quòd Pisani -- mare ingressi sunt -- & piraticam exercent, ut sine manuductu ne eorum nulli omnino liceat navigare in illo mari.*

MANUFICTILE, in Legibus Henrici I. Regis Anglic. c. 90. Manu operatum.

MANUFIDELES, *seu ultimarum executores voluntatum*, in Concilio Coloniensi an. 1300. cap. 10. & in Synodo Coloniensi an. 1366. cap. 7.

MANUFIRMA, *Manufirmatio*, *Manufirmare.* Manufirma est, fundus concessus alicui ad vitam, & hæredum sub censu annuo, certis conditionibus interpositis: proinde diversus ab *Alodo*, qui erat hæreditarius. Tabularium Vindocin. ch. 17. *Cujus etiam manufirmæ censum de meo jure in eorum transfero dominium, ut hac non manufirma, sed alodus deinceps existat Majoris Monasterii Monachorum.* Charta Caroli Crassi Imp. ex Tabular. S. Cyrici Nivern. num. 34. *De manu etiam firmis ut judicio Episcopi & dispositione sicut incipiunt habere exordium, in judicio, & definitione Episcopi utrum vera an falsa sint, utrum stabiles an inutiles sint, tantummodo absque judiciali potestate com ortentur.*

Manufirmarum primitus eadem fuit conditio, quæ feudorum & Beneficiorum, cùm à dominis ad vitam concederentur, eaque finitâ ad donatores redirent. Hariulfus lib. 4. cap. 21. *Hanc* (terram) *domni Gervini antecessores cuidam concesserant Agenario*, ut

ut quandiu vixisset, firma manu possideret. In hoc tamen inter se differebant, quòd Beneficia nulli alii oneri obnoxia essent, præterquam homagio & servitio militari, quo erga dominum à quo habuerat quisquis iis investitus, tenebatur, ab eo requisitus. Manufirmæ verò vilius quidpiam redolebant, cùm sub censu annuo concederentur. Extat præclarum & vetus de *Manufirma* ad vitam concessione instrumentum, in Tabulario Nobiliacensis Monasterii in Pictonibus, ex quo ejusmodi contractuum & concessionum originem observare quivis potest, quod quia hactenus ineditum, in lucem proferre haud gravabor. *Mos Mosaica à priscis temporibus est promulgata, ut quicunque potens, vel aporos, possessionem suam venundare vellet, transacto anno jubilæo, ist est, quinquagesimo, restitueretur illi possessio. Ad instar ergo hujuscemodi moris constitutum est per spatium hujus vasti orbis, ut manufirma finitis successoribus absq; ulla calumnia redeat, unde fuerat. Igitur ergo in DEI nomine Yvo Abba, & Fratres nostri cuidam fideli nostro, Rorgoni scilicet, Canonico & Archidiacono S. Petri Pictavensis, Manufirmam facimus de tribus jugeris vinearum, aut eo forsitan amplius. Et sunt secus aliam Manufirmam de Cassanas, ut quandiu vixerit, teneat, & post discessum ejus ad locum* S. *Iuniani remaneat, & ad festivitatem ejus omni anno unam libram de piperum reddat. Manufirmam verò de Cassanas ipse & mater ejus Aldeardis, quandiu vixerint, simul teneant ambo, & post discessum amborum ad locum remaneat, nullo contradicente propinquo. Si quis autem hanc Manufirmam calumniare, vel inquietare præsumpserit post discessum Rorgonis & matris ejus, mille solidos coactus componat, & in ira Dei omnipotentis corruat, & alienus à consortio Christianorum fiat, atque excommunicatus permaneat, consepultus in inferno cum Dathan, Chore & Abiron. Et ut hæc Manufirma stabilis & inconvulsa sit, manibus Rorgoni & matris ejus Aldeardis est firmata, & parentibus illorum ad firmandum data. S. † Hugonis filii Alboini. S. † Hugonis filii Alberti.*

Quandoque, & crebrò *manufirmæ* dabantur non ad unius modò, sed ad primi aut secundi hæredis vitam, ita ut iis decedentibus, licèt liberos haberent, ad dominos reverterentur, quæ erat *Precariarum* & *Præstariarum* conditio. Liber Aganonis, sive Tabularium Monasterii S. Petri Carnotensis: *Pars vero B. Petro data à Guiberto Abbate quondam improvidè cuidam Militi & duobus hæredibus suis in manufirma concessa esse dignoscitur.* Prostant in eandem sententiam varia Diplomata in Chron. Hariulfi lib. 4. c. 21. in Tabul. Abbat. Vindoc. apud Gallandum de Franco alodio p. 20. & in Tabulario S. Hilarii Major. Pictav. apud Beslium p. 284. 286. 290. in quorum altero notandum occurrit, interdum *successorum* vocabulo non semper liberos, aut proximiores hæredes intelligi, sed eos quos ille cui fundus datus erat ad manufirmam, eligere aut nominare voluisset: *Deprecatus est ut -- cuidam viro nomine Mainardo, & duobus successoribus ejus, quoscunque eligere voluerit sub censu 3. solidorum concedere deberemus.* En aliud ex Originali Monasterii Nobiliac. desumptum.

In nomine, &c. Interveniente Dei gratia Alboinus Episcopus (Pictavensis) atque Abbas Cœnobii Nobiliacensis, cum omni Congregatione ipsius Monasterii, notum quidem fieri cupimus cunctis fidelibus S. Dei Ecclesiæ, præsentibus scilicet atque futuris, quòd quidam fidelis noster nomine Bernerius, Sacerdos B. Petri Canonicus, accedens venit ad nostram pietatem, & precatus est nos ut aliquid ex nostro beneficio, videlicet ut ei quartas terræ, & aliam terram, quantum in terra villa Vilziaco visum est habere S. Mariæ & S. Lucæ Evangelistæ & S. Iuliani ex Nobiliaco Monasterio, sub Manufirma per nostræ authoritatis scriptum dignaremur concedere, quod & omnimodo nobis placuit fecisse. Terminatur verò ex uno latere terra S. Petri, altera parte S. Hilarii, tertia parte terra S. Radegundis, quarta verò via publica. Eo videlicet modo, quandiu vixerit præfatus Bernerius sub censu XVIII. *denariorum teneat, possideat, & faciat exinde quidquid elegerit, jure Ecclesiastico nemine contradicente. Post suum quoque decessum, duobus successoribus suis qualescunque meliùs voluerit, sub eodem censu remaneat. Et si tardi, aut negligentes hujus census fuerint, duplicatum reddant, & res non perdant. Precamur denique omnes nostros successores, ut ea quæ justè, ac rationabiliter statuimus, ita conservent, sicut sua a suis successoribus optaverint permanere gesta. Ut autem hæc manufirma in Dei nomine pleniorem obtineat vigorem manibus firmavimus, postea Fratribus Monasteris corroborandam tradidimus. S. Alboini Ep. hanc Chartam à me factam & firmatam, &c.* Vide Hariulfum l. 3. Chron. Centul. c. 31.

Certè inde colligitur vix ullum esse discrimen inter *Manufirmam* & *Præstariam*, quibus alienare solebant Ecclesiarum præpositi res ipsas Ecclesiasticas. Hinc querelæ Abbonis Monachi Serm. 5. *Diversis plane dolis & fraudibus prædicti invasores Ecclesiæ destruunt præsidia Christianitatis, hoc est, sedes Episcopales & Monasteria, prædiis scilicet, rapinis precariis fassidicis, manufirmitatibus iniquis.*

Extinctis iis, ad quos *manufirma* ex concessionis pacto devoluta erat, ad dominos revertebatur, nisi iidem eorum hæredibus denuo concederent, per novam concessionem, cujusmodi secundæ, aut continuatæ donationis in manufirmam, exemplum profert idem Galandus ex Tabulario S. Cypriani Pictav. p. 19.

Denique idem in manufirmis, quod in feudis, accidit: nam quæ primùm ad vitam concedi solebant, postmodum hæreditario jure possessæ sunt, & de iis disponendi facultas, æquè ac de feudis, concessa est. Unde non semel Manufirmas donatas Monasteriis legimus, apud Pithœum in Comm. ad Consuet. Trecens. art. 59. Ph. Labeum tom. 2. Miscellan. pag. 567. Gallandum pap. 18. in Tabulario Vindocinensi Thuani, &c. Adde V. Cl. Jac. Petitum post Pœnitentiale Theodori pag. 669.

Nullum porrò erat discrimen inter manufirmas, & terras censuales, seu censui obnoxias, quæ in eo differebant à feudalibus, quòd censuales, seu manufirmæ, nullum homagium, servitium, exercitum, domino, ut feuda, sed censum annuum tantummodo deberent, qui in pluribus locis in mutatione domini duplicatur, ut habet Butilerius in Summa rurali, ubi *terras coterias, & manufirmas* perpetuò feudalibus opponit, fol. 140. 154. 177. 183. 186. vet. Edit. Idem observare est in Consuetudinibus municipalibus Cameracensi tit. 1. art. 18. 23. 74. Hannonensi c. 68. 69. 77. 80. 84. Montium cap. 4. 7. 12. 20. 21. 16. Atrebatensi art. 14. 23. 136. Valentianensi art. 81. 91. 182. *Census de Manufirma* in Charta anni 1250. apud eundem Gallandum: 15. *solidos Paris. de capitali censu, qui census dicitur, census de Manufirma.*

Jam verò *Manufirmæ* nomen inde manasse videtur, quòd ejusmodi concessiones *manu* concedentium & donatorum *firmarentur* peculiarisque essetiis in contractibus formula, quæ in plerisque habetur, quos suprà indicavimus: *Ut autem hujusmodi manufirma stabilis & inconcussa permaneat, manu propria firmavimus.* Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ ch. 12. sub Radulfo Rege: *Signum Drogoni qui certam eleemosynariam istam scribere & firmare rogavit manu ejus firma.* Tabularium Brivatense ch. 257. *S. Ardmandi, S. Bertillæ uxore sua, qui cartam confertoriam inter se conscribere vel adfirmare rogaverunt manu eorum firma.* Formula 54. ex Andegavensib. *Unde convenit, ut manus eorum firmatas inter se accipere deberent, quod ita & fecerunt, &c.* Tabular. Vindocinense ch. 106. *Quod factum est, quando omnes contactu manuum cartam firmaverunt.*

Neque

Neque diffiteor tamen formulam hanc non in solis duntaxat *Manufirmis* ita fuisse usurpatam, ut in aliis concessionibus non reperiatur. Imò observare licet ex Capitulari 3. ann. 803. c. 19. & lib. 6. Capitul. Caroli M. c. 237. *Manufirmationes*, appellari universim omnia diplomata, Regum & Imperatorum manibus firmata & subscripta. Ita apud Beslium Charta Guillelmi Pictavensis Comitis ann. 1019. quâ alodum quoddam, Columbarium dictum, Monasterio Burguliensi, concedit, absque ullo census onere, *Manufirma* appellatur, his verbis: *Data est hæc manufirma in civitate Pictavis, &c.* Tabularium S. Martini de Campis; *Ego Rex Henricus & Regina, pariter & Philippus filius, cum fratribus suis manufirmatam corroboravimus.* Alia Ludovici Regis an. 936. apud Sammarth. in Episcopis Parisiens. num. 49. *Petierunt ut Ecclesiæ S. Petri in qua S. Medericus corpore quiescit, manufirmas quas fecerint Comes Adalardus & Abbo vassus, -- præcepto nostræ auctoritatis renovaremus ac confirmaremus.*

Firma manus, pro *Manufirma*, occurrit in Chronico Andrensi p. 366. 372. 458.

MANULATUS. Vide *Manlat*.

MANUINSPEX, χειροσκόπος, in Gloss. Gr. Lat.

MANULARES. Gloss. Græc. Lat. MS. & Editum. Μονοχέρια, *Mamillares*. Reponunt viri docti *manuales*; sed legendum videtur *manulares*, seu *manuleares*. Vide *Manulea*

MANULAVIUM, ubi lavantur manus, antiquis malluvium. Ugutio.

MANULEA. Glossarium vetus: *Manulea* χειρὶς. Gloss. Græco-Lat. χειρὶς, *manicium, manuela*. Jo. de Janua: *Manulea, manica, manuleatus, manicatus* Gloss. Ælfrici Anglo-Sax. *Manuliatus*, vel *manicatus* Ʒeſle ꝼeꝼ. Gloss. Lat. Gall. *Manulea, idem quod manica*.

Manulearii, qui manuleas faciunt, à manuela, quæ est manica. Ugutio.

MANULEVARE, Fidejubere. Consuetudines & jura Eccles. de Regula in Aquit. tom. 2. Bibl. Labei. *Omni tempore statutum est forum in villa Regulæ. In die Sabbati dominus de Girunda tenet in hoc foro in feodum de Priore justitiam mercati: nec debet alia die Sabbati aliquid ultra rivos emere: quòd si factum fuerit, ad dominum Girundæ pertinet justitia, & ipse die Sabbati manulevabit.* Et infrà: *Prior & Claviger poterunt manulevare.* Ibidem: *Si duo vel tres socii fuerint in porco vel vacca vel ariete, de unoquoque manulevabit, etiam si unus vendiderit pro omnibus.* Fori Morlanenses art. 22. *Nemo hujus villæ debet domino accommodare, vel manulevare præter voluntatem suam.* Fori Oscæ an. 1247. fol. 4. *Cùm pro ullo clamo aliquis homo pignoraverit alii homini aliquam bestiam, & postea dederit ei ad manulevandum usque ad certum terminum, &c.* vide Foros Aragon. Edit. 1. Vide Consuetud. Tolosæ. part. 2. Rubr. de Societat. & Consuetudines villæ Martelli apud Justellum in Probat. Hist. Turenensis p. 40.

Manulevator, inquit Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. *Fidantia & Fidejussor sunt vocabula synonyma, -- & Fori & Observantiæ dictis vocabulis promiscue utuntur.* Consuetudines seu Fori Jaccæ in Hispania apud Hieron. Blancam: *Mercatores de Jacca, vel alios homines extraneos nullus audeat pignorare, nec desturbare, nisi fidejussor sit, manulevator, vel creditor.* Ibidem: *Nullus sit fidejussor, vel manulevator ultra quam potest.* Usatici Majoricenses MSS. *Debitor vel fidejussor possit dare pignus suo creditori ad 10. dies cum manulevatore idoneo.* Vide tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 195. Itali *Mallevadore* dicunt, de qua voce vide Menagium & Ferrarium.

Manulevatio. Charta ann. 1237. in Regesto Comitatus Tolosæ fol. 93. *Fontes, piscarias, & ribatica, questas, toltas, successiones, & escaducas, manulevationes, & ademprivia, &c.*

Manuleuta, idem quod manulevatio. Prima Curia Generalis Cataloniæ Jacobi Regis Arag. an. 1291. *Nec ejiciamus ipsum à captione, neque absolvamus manuleutam, si manulevatus erit, usquedum restituerit malefactum.* Occurrit ibi pluries.

MANULUS. Charta an. 1197. apud Ughellum. to. 7. pag. 1275. *Unam stolam de Catasfittulo, unum manulum de Catasfittulo, &c.* Fortè *manipulum*, vel *manulem*, seu *manualem*. Chronicon Fossæ-Novæ an. 1196. *Manibus suis posuit super altare -- pulcram stolam cum manule, optimam tunicam, &c.*

MANUMISSIO, apud Justinianum *Instit.* de Libertinis, & ex eo Glanvillam lib. 5. c. 5. & in lib. 2. c. 14. *est libertatis datio: nam quandiu quis in servitute est, manui & potestati sui domini suppositus est. Et cùm manumissus fuerit, ipse est à manu & potestate domini sui liberatus.* Adde Littletonem sect. 204. Hinc formula, *Per manum liberum dimittere*, in Lege Bajvv. tit. 4. *Liberum dimittere*, tit. 7. §. 11. *Per manum propriam seu per alienam liberum dimittere*, in Lege Ripuar. tit. 57. §. 1. *Manum super servum mittere*, tit. 58. §. 8. Bractono verò lib. 1. cap. 5. num. 8. manumissio, *est datio libertatis, i. de tertio secundùm quosdam, quia libertas quæ est de jure naturali, per jus gentium auferri non potuit, licèt per jus gentium fuit obfuscata.*

Manumissionum autem species variæ recensentur: alia enim est *directa*, alia *conditionalis*.

Manumissio directa, dicitur absoluta, plenaria, nullo retento obsequio, aut patronatus jure, in Concilio Toletano IV. c. 73. *Quicunque libertatem à dominis suis ita percipiunt, ut nullum sibimet in eis obsequium Patronus retentet: isti si sine crimine capitali sunt, ad Clericatus ordinem suscipiantur, quia directa manumissione absoluti esse noscuntur: Qui verò retento obsequio manumissi sunt, pro eo quòd adhuc patrono servituti tenentur obnoxii, nullatenus sunt ad Ecclesiasticum ordinem promovendi, ne, quando voluerint eorum domini, fiant ex Clericis servi.* Adde Capitulare Attonis Episc. c. 62. *Libertas directa*, in l. un. Cod. Th. de Manumiss. Dicitur etiam *perfecta & absoluta ingenuitas*, in Charta Ludovici Pii laudata in v. *Ingenuitas*.

Manumissionis directæ ea est formula apud Marculfum lib. 2. form. 32. 33. 34. *Te illum aut illum ex familia nostra à præsente die ab omni vinculo servitutis absolvimus, ita ut deinceps tanquam si ab ingenuis parentibus fuisses procreatus, vitam duas ingenuam, & nulli hæredum aut prohæredum nostrorum, vel cuicunque servitium, nec libertinitatis obsequium debeas, nisi soli Deo, cui omnia subjecta sunt: peculiari concesso, quod habes, aut deinceps elaborare poteris.* Adde Formulas. vett. Bignonii cap. 13. Formulas secundùm legem Rom. cap 12. & alias apud Vadianum lib. 2. de Colleg. & Monast German. pag. 74. 83. & Goldastum in Chartis Ala man. cap. 7. 8. & Rollandinum in Arte Notariæ cap 7. rubr. 4.

Manumissionis *directæ* potissimus effectus erat libertas data manumisso eundi quo vellet, quæ variis formulis concipitur. Plautus in Menæchmis: *Liber esto, atque abito quo voles.* In Lege Burgund. tit. 57. *Ut habeat licentiam quo voluerit discedendi.* In Lege Ripuar. tit. 61. *Si quis servum suum libertum fecerit, & civem Romanum, portasque apertas conscripserit, &c.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 78. *Qui servum suum liberat in Ecclesia, & mercatu, vel hundredo coram testibus, & palam faciat, & liberas ei vias conscribat apertas, & lanceam & gladium, vel quæ liberorum arma sunt, in manibus ei ponat.* In Formulis veterib. Bignonii c. 6. *Ut eat ubique, & quam voluerit partem pergat, tanquam si ab ingenuis parentibus fuisset natus.* In Testamento Billongi Episc.

 Veronensis

Veronensis anni 850. apud Ughellum: *Ut ambulandi liberam habeat licentiam.* In Lege Longob. lib. 2. tit. 35. §. 1. *De quatuor viis ubi voluerit ambulare, liberam habeat potestatem.* Vetus Charta manumissionis: *Ut post hunc diem 4. angulis terræ licentiam & potestatem habeat faciendi qualemcunque seniorem eligere voluerit in omnibus, & sibi ambulet, & sibi vivat, de libera & absoluta maneat omnibus diebus vitæ suæ.* In manumissione Burgensium Burgi S. Germani de Pratis ann. 1250. *Et omnimodam servitutem quam habebamus, vel habere poteramus, in dictis hominibus, & eorum hæredibus quantum ad personas & corpora ipsorum ubicunque de cætero se transferre voluerint, totaliter in perpetuum remittimus, --- ac perpetuæ libertati donamus.* Sanè, ut est apud Nicolaum I. PP. in Responsis ad Bulgar. cap. 20. *Liber non est, si quis de patria sua non audet exire.* Vide Cujacium lib. 14. observat. cap. 27.

Hujusce formulæ præ cæteris damus testes præterea trinas Chartulas ex Tabul. S. Laudi Andegavensis excerptas, quarum prima sic se habet: *Quoniam omnis potestas à Deo est, & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit, qui summa & mirabili dispensatione Reges & Duces, cæterasque potestates in terra constituit, ut minor majori, ut consequens erat, serviret potestati; & inter eos, quosdam dominos, alios servos esse voluit, ita tantùm ut & Deum domini, & servi dominos venerarentur & amarent, juxta illud Apostoli, Servi obedite dominis carnalibus cum timore & tremore; & ad dominos, Domini quod justum est & æquum est, servis præstate, minas remittite, quia & vos dominum habetis in cœlo: si & vobis & illis dominatur, quicunque ipse, qui Rex & dominus omnium est, forma & speculum totius boni, jugum servitutis pro nobis subire dignatus est, quatenus nos à Legis maledicto & servitute diabolica liberaret: & suæ ineffabilis libertatis participes efficeret. Idcirco ego pro redemptione animæ meæ & pro æternæ beatitudinis retributione, hunc servum mei juris W. & omnem fructum ejus ab omni servitutis ejus jugo absolvo, ut ab hodierna die & deinceps securus, & suæ potestatis existat, eat quocunque voluerit, portas habens apertas, & nulli servitutis obsequium, nisi soli Deo, pro cujus amore ipsum manumitto, debeat, &c.*

Altera hisce verbis concipitur: *Piissimus dominus noster Jesus Christus salutem humani generis paterno amore desiderans, inter alia præcepta, quæ fidelibus suis dedit, ut æternæ vitæ gaudia possent adipisci, præcepit eis debitores suos à debitis illorum absolvere, quo ipsi ante summum judicem suorum commissorum veniam securi valeant expectare. Tantæ igitur auctoritatis præconio compulsi, dominæque Hugardis Comitissæ gratia precibusque animati, nos Canonici S. Laudi hunc fidelem nostrum Radulfum Ecclesiæ nostræ vinculo servitutis obnoxium, ab omni debito servilis conditionis, pro animabus nostris, Goffridique Comitis excellentissimi, qui potissimus Ecclesiæ nostræ fundator & ornator extitit, omniumque benefactorum nostrorum, absolvimus: ut deinceps, cum omni fructu suo, licentia liberali donatus, in quamlibet mundi partem eat, nec cuiquam successorum nostrorum eum ab arbitrio suo revocare liceat. Actum est Andegavi in Claustro S. Laudi 4. Kl. Octob. Anno ab Incarnat. Dom. 1112. Ind. 5. concurrente 1. Epacta 1. Luna 3. Paschali Papa sedem Apostolicam obtinente, Ludovico in Gallia regnante, Fulcone adolescente Consulatum Andegavensem regente, Raignaldo Episcopo Andegavensem Ecclesiam gubernante. Huic rei affuit Raignaldus Episcopus, & de Canonicis S. Mauricii -- de laïcis -- præsentibus & videntibus istis testibus imposuimus nos Canonici S. Laudi manus nostras super caput Radulfi, ob favorem & confirmationem libertatis suæ, videlicet Radulfus Sacerdos, Rotaldus Sacerdos, &c.*

Alter Manumissionis plenariæ in Chartulis adscriptus effectus erat in peculiis Manumissorum quæ ipsis deinceps competebant, hac formula, *Peculiari concesso quod habes, aut deinceps elaborare poteris*, apud Marculfum lib. 2. form. 32.

Testamenti etiam condendi facultas indulgebatur, jusque civitatis Romanæ, quod testantur veteres formulæ cap. 13. &c. Salvianus l. 3. ad Ecclesiam Cathol. *In usu siquidem quotidiano est, ut servi, etsi non optimæ, sed improbæ servitutis, Romana à dominis libertate donentur: in qua scilicet & proprietatem peculii capiunt, & jus testamenti consequuntur, ità ut & viventes cui volunt res suas tradant, & morientes donatione transcribant.*

Manumissionis species altera, *directæ* opposita, ea erat, quæ sub conditione, vel retento servitio ac obsequio fiebat; ita ut qui manumittebantur, non plenariam ac omnimodam libertatem consequerentur, ut Latini Juniani, & Dedititi apud Romanos, sed quodam modo obnoxii remanerent, eoque nomine veluti servi ad sacros Ordines non possent promoveri, ut est in Concilio Toletano laudato. Leo Ost. lib. 1. cap. 16. *Servos autem suos & ancillas omnes libertati donavit: ita tamen ut essent sub ditione & tutela Monasterii, singulique singulas annuatim operas Monasterio ubi, eis præciperetur, exercerent.* Extat apud Marculf. formula imperfectæ manumissionis, qua scilicet major lib. 2. cap. 33. numidor servo suo libertatem confert, *ea conditione, ut dum advixerit, sibi deserviat: post obitum verò suum, si sibi superstes fuerit, sit ingenuus, &c.* Quæ fuit olim *deditiția libertas* Cap. verò 34. habetur alia formula, qua ita libertas datur, ut manumissus manumissoris sepulcrum *luminaribus annis singulis procuraret.* Extant præterea in Tabulario Fossatensi formulæ aliæ ejusmodi conditionalium manumissionum, an. 1266. in hæc verba: *Manumittimus sub conditionibus insertis inferius, & de voluntate ipsorum ante manumissionem, non tamen causa onerandæ libertatis talia jura retinemus*, &c. In alia verò charta an. 1270. ubi eadem verba habentur, hæc subduntur: *Item voluit dicta Isabellis suo & hæredum suorum futurorum nomine & expresse consensit in jure coram nobis, quod nec ipsa, nec heredes sui possint petere, habere vel tenere possessiones aliquas, sive aliqua bona jure proximitatis parentum vel consanguineorum suorum per emptionem, vel etiam quemcunque alium titulum sive modum, nec ex testamento vel ab intestato succedere, dummodo proximi illi sint, vel fuerint de conditione & manu mortua ipsorum, &c.*

Sed posterioribus sæculis longè magis obtinuit apud nostros imperfecta hæc libertas, quæ ita concedebatur, ut retentis servorum obsequiis ac operis consuetis, non tam servile nomen deleretur, quàm servitus ipsa augeretur, adeo ut ad abolendas & extinguendas duras istas conditiones manumissionibus appositas, rursum manumissiones aliæ necessariæ essent. Istiusmodi sunt eorum manumissiones, quos *homines de corpore & de capite*, vel *capitales* appellabant, qui & obsequia de *corpore suo*, id est, operas & *corvatas*, (unde nomen) & *censum de capite* seu *capitale* quotannis exsolvere tenebantur, qui ita glebæ addicti erant, ut ab ea recedere iis non licitum esset, quemadmodum nec matrimonia contrahere inconsultis dominis, quæ quidem suis omnia locis pluribus observamus. In hoc tamen à servis differebant, quòd ad testimonia interdum conra liberos admitterentur. Charta Caroli M. ex Tabulario S. Garmani Paris. *Nemo homines de capite in judicio reprobare ullatenus præsumat.* Alia Caroli C. ex eod. Tabul. apud Beslium in Episcopis Pictav. pag. 33. *Homines de capite contra liberos in omni placito testimonium ferre concedimus.*

Perstitit diu imperfecta ista libertas apud nostros, quam

quam rectiùs *servitutis* nomenclatura vulgo donabant, quod nihil ferme haberet quod libertatis esset, imò pæne omnia quæ servitutis; donec sensim aboleri cœpit, dominis ipsis seu pietate ac misericordia motis, vel ex ipso compendio, acceptis ab manumissis pecuniis, plenariam libertatem indulgentibus. Nam interdum singulatim ea conferebatur libertas, interdum subditis omnibus servitutis istius nexu divinctis. Utriusque manumissionis infinitæ propemodum extant Chartæ, ac prioris quidem apud Doubletum in Histor. sancti Dionys. Monast. pag. 907. Haræum in Castellanis Insulensib. pag. 181. 182. Locrium in Chronico Belgico pag. 128. 129. Buzelinum in Gallo Flandr. pag. 55. 533. Duchesnium in Histor. Vergiacensi 241. Guichenonum in Bibl. Sebusiana pag. 43. in Histor. Bressensi p. 5. &c.

Manumissionum generalium, seu libertatum, quæ pagorum incolis istius servitutis nexu obligatis generatim conferebantur, aliæ complures pariter leguntur Chartæ, ac in primis Sugerii Abbatis S. Dionysii an. 1125. pro hominibus villæ S. Dionysii apud Doublet. p. 857. alia deinde Ludovici VII. Regis Franc. an. 1180. apud V. Cl. Hubertum in Hist. S. Aniani, qua *servos & ancillas quos homines de corpore* inquit, *appellamus quicunque erant Aurelianis, & in suburbiis & vicis & villulis infra quintam leucam existentibus, eorumque filios filiasque ab omni servitutis jugo absolvit, & tanquam qui ingenui nati fuerant, vult permanere liberos.* Extat ibidem alia anni 1206. qua Capitulum ejusdem Ecclesiæ ad 300. manumisit. Ludovicus Comes Blesensis & Clarimontis in Charta an. 1197. *Omnes homines Credulio manentes taliam mihi debentes & eorum hæredes, à talia, ablatione, impruntato, & roga coacta, de cætero penitus quitos & immunes esse concedo, statuens quod quicunque Credulio masuram habuerit, 5. solidos Parisiensium singulis annis persolvet, &c.* Infra: *Similiter omnes Credulio manentes, qui de mea servili conditione erant, & eorum hæredes & teneuras ab omni jugo servitutis mea penitus quito & absolvo. Quilibet si à villa recedere voluerit, liber & quietus recedat, &c.*

Habetur alia Mathildis Comitissæ Nivernensis 1. Aug. ann. 1223. qua *cives de Autissiodoro tam in civitate, quàm in suburbiis, & burgo S. Gervasii manentes, & ipsorum hæredes, qui non erant de libera conditione, omnino & in perpetuum manumittit, & servitutis opprobrio postposito & quittato, ipsos & hæredes ipsorum quotiescunque voluerint ab Autissiodoro recedant & liberè, verumtamen suis ipsis rebus manentibus.* Prostant similes manumissionum generalium Chartæ Henrici II. Brabantiæ Ducis an 1247. pro vassallis suis, & Hugonis Castellani Gaudensis ann. 1243. pro hominibus suis de Wasia, apud Miræum in Diplom. Belg. pag. 174. & 396. Alia Guillelmi Abbatis S. Dionysii an. 1248. pro hominibus villarum ad idem Monasterium pertinentium apud Doubletum pag. 907. Alia denique Thomæ Abbat. S. Germani Paris. an. 1250. pro Burgensib. S. Germani apud Brolium lib. 2. Histor. Parisiensis pag. 279. Caroli Comitis Vadensis, 9. April. ann. 1311. pro servis ejusdem Comitatus in 47. Regesto Chartophilacii Regii ch. 118. & aliæ apud Thomasserium in Consuet. Bituricensib.

Exhinc Reges nostri, non tam pietatis, quàm compendii intuitu, ita rerum ac status urgente necessitate, subditos suos omnes huicce servituti obnoxios subinde libertate donarunt, accepta ab iis indemnitate: atque in primis Philippus Pulcher, qui diplomate anni 1302. quod descriptum legitur in Regesto 36. Chartophylacii Regii, charta 47. Magistro G. de Cilliaco præcipit, ut in Ballivia Cadomensi certum servorum numerum manumittat, accepto ab iis libertatis pretio, ob ingruentia cum Flandrensibus bella, datâ ei facultate, ut ipsemet loquitur Rex, *manumittendi homines nostros de creor,* (sic, 1. de corpore) *& quascunque personas Balliviæ jugo cujuslibet hominis conditionis astrictis, eosque ab servitutis onere liberandi, plenius & plenè libertati donandi, ac concedendi eisdem vice & auctoritate nostra, quod possint esse Burgenses, & gaudere privilegiis, libertatibus, & franchisiis quibuscunque, quibus gaudent Burgenses alii regni nostri, usque ad certum numerum, -- concedendi quoque quibuslibet temporalibus fidelibus nostris, quòd homines suos de corpore, vel personas alias sibi subjectas jugo cujuslibet servitutis manumittere valeant, & ab hujus servitutis onere &c.* Idque mediante pecunia. Extat simile Ludovici Hutini Regis diploma, quod ex primo Memorialium Cameræ Comput. Paris. volumine, f. 77. eruimus, hocque loco integrum describere operæ pretium existimamus. *Loys par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, a nos amez & feaux Mestre Sance de Chaumont, & Mestre Nicole de Braye, salut & dilection. Comme selon le droit de nature chascun doie nestre franc, & par aucuns usages ou coustumes qui de grande ancienneté ont esté entreduites & gardées jusques-cy en nostre Royaume, & par avanture par le meffait de leurs predecesseurs moult de personne de nostre commun pueple soient encheus en lien de servitude & de diverses conditions qui moult nous desplet: nous considerans que nostre Royaume est nommé le Royaume des Frans, & veillans que la chose en verité soit accordant au nom, & que la condition des gens amende de nous en la venuë de nostre nouvel Gouvernement, par deliberation de nostre Grand Conseil avons ordené & ordenons que generaument par tout nostre Royaume de tant comme il puet apartenir à nous & à nos successeurs, teles servitudes soient ramenées à franchise, & de ceux qui de ourine ou ancienneté ou de nouvel par mariage ou par residence de lieux de serve condition sont encheus ou pourroient escheoir ou lien de servitude, franchise soit donnée ô bonnes & loüables conditions, & pour ce especialement que nostre commun pueple qui par les Collecteurs, Sergens & autres Officiaus qui ou temps passé ont esté deputez seur le fait des Mainmortes & formariages, ne soient plus grevez ne domagiez pour ces choses, si comme il ont esté jusques-cy, laquele chose nous desplet. Et pour ce que les autres Seigneurs qui ont hommes de cors, pregnent exemple à nous de eus ramener à franchise: Nous qui de vostre leauté & approuvée discretion nous fions tout à plain, vous commettons & mandons par la teneur de ces Lettres, que vous aliez en la Baillie de Senlis & ès ressors d'icelle & à tous les lieux, villes, Communautez & personnes singulieres, qui ladite franchise vous requerront, traitiez & accordez avec eux de certaines compositions par lesqueles souffisant recompensation nous soit faite des emolumens qui desdites servitutes pooient venir à nous & à nos successeurs, & à eux donnée de tant comme il puet toucher nous & nos successeurs, general & perpetuel franchise en la maniere que dessus est dit, & selon ce que plus plainement le vous avons dit desclairé & commis de bouche, & nous prometons en bonne foy que nous pour nous & nos successeurs ratifierons, & aprouverons, tendrons & ferons tenir & garder tout ce que vous ferez & accorderez sus les choses dessusdites: & les lettres que vous donnrez seur vos traitiez, compositions & accors de franchise à villes, Communautez, lieux ou personnes singuliers, nous les agreons des orendroit, & leur en donrons les nostres; seur ce toutesfois que nous en serons requis. Et donnons en mandement à tous nos Justiciers & subgets, que en toutes ces choses il obeissent à vous, & entendent diligemment. Donné à Paris le tiers jour de Juillet l'an de grace 1315.*

Alio porro Diplomate iisdem Commissariis præcipit, ut si qui ex servis manumitti nolint, ab iis, habita facultatum ratione, rata subsidia exigant. Tradit deni-

denique V. CL. Boissieus in tractatu de Juribus dominicis cap. 32. Henricum II. Regem Delphinates, Bressienses, Sabaudos, Bugeienses & Veromeenses ab omni *talliabilitate & manus mortuæ* servitutibus absolvisse, Edicto mensis Novembris an. 1552.

Quod porro spectat ad generales istas manumissiones, haud videtur omittendum quod de Blanchæ Reginæ sancti Ludovici matris pietate ad hanc rem pertinens refert Chronicon vernaculum MS. ex Bibl. Memmiana, hisce vernaculis: *La Roine Blanche mere S. Loys, qui lors gouvernoit le Roiaume de France, oy dire que les Chanoines de N. D. de Paris avoient emprisonnez plusieurs hommes & femmes de corps qui ne leurs pouvoient paier leurs tailles, & avoient en la prison moult de mesaises. Parquoi la Roine qui ot grant pitié, fist rompre les prisons desdits Chanoines, & les fit deslivrer. Et pour ce que celle Roine avoit pitié des gens qui ainsy estoient serfs, ordonna en plusieurs lieux que les gens fussent affranchis, moiennant autres droits & seigneuries que les Seigneurs prendroient sur leurs hommes & femmes de corps, & le fit en partie pour la pitié qu'elle avoit de plusiers belles filles a marier, que on laissoit a prendre pour leur servitute, & en estoient plusieurs gastées.*

Porro ex Diplomate Philippi Pulcri Regis laudato colligitur, dominis feudalibus ejusmodi servos suos inconsulto superiore domino manumittere non licuisse, ex lege passim recepta, ut est in Stabilimentis S. Ludovici lib. 2. cap. 34. *Nus vavasors ne Gentyhom ne puet franchir son home de cors en nule maniere sans l'assentement au Baron ou du chief Seigneur selon l'usage de la Cort laie.* Scribit Justinus lib. 41. apud Parthos nulli servos manumittendi concessam fuisse facultatem.

Extat apud Chopinum lib. 3. de Sacra politia tit. 2. §. 19. Charta Ludovici VI. ann. 1110. qua Abbati & Monasterio S. Dionysii *plenam* concedit *potestatem de servis Ecclesiæ emancipandis, & liberos faciendis consilio Capituli sui, suo irrequisito assensu vel consilio suo: & ita ut neque ipse neque successores sui nec quilibet Principum super eos aliquam reclamationem faciat, vel redemptionem proinde exigat.* Eandem facultatem indulsit Ludovicus VIII. Capitulo Aurelianensi, ut colligitur ex Chartis sequentibus, quas ex Schedis Peirescianis descripsimus. *Ludovicus D. G. Francor. Rex dilectis suis Decano & Capitulo Aurelianensi, salutem & dilectionem. Concedimus vobis quòd manumittatis homines vestros de corpore, qui habitant in terra vestra Stampensi, vel qui tenent de ea; & quòd eis vel successoribus eorum & terræ vestræ imponatis onera & consuetudines, sicut convenerit inter vos & homines memoratos, salvo jure nostro. Actum Senon. ann. Dom. 1224. mens. Jan. Ego Lebertus Decanus, & universum Capitulum Aurelian. omnibus in perpetuum. Noverint universi tam præsentes quam futuri quòd omnes homines nostri de corpore, tam masculi, quam feminæ, qui habitant in terra nostra de Stampesio, & illi etiam qui de ea tenent, vel possident ubicunque commorantes, astrinxerunt se nobis per sacramentum à singulis sigillatim corporaliter præstitum & receptum, quod si servitutis opprobrium ab eis tolleremus, libertatis beneficium eis, & filiis suis, tam natis, quam nascituris, impendentes, quascunque redhibitiones, quæcunque onera eis & hæredibus ipsorum, & terræ nostræ vellemus imponere, ipsi gratanter reciperent, firmiter observarent, & in nullo contrairent. Nos igitur attendentes multimoda commoditatum genera tam nostris hominibus & eorum hæredibus, quàm nobis etiam & Ecclesiæ nostræ ex hujusmodi concessione libertatis posse provenire, eis libertatem duximus concedendam, & tam ipsos quàm uxores eorum, & filios tam natos, quàm nascituros, ab omni servitutis jugo emancipantes, in perpetuum liberos concessimus permanere, cum impositione tamen redhibitionum & onerum, quæ sunt inferiùs annotata. Imprimis igitur ad exstirpandum penitus de terra nostra de Stampesio constituta servitutis opprobrium, statuimus ut nullus, seu nulla conditionis servilis homo vel femina de cætero in ea domum, vineam, vel agrum valeat possidere, ut sic de terra illa in posterum præconio exaltetur libertatis, quæ huc usque humilis fuit, & depressa opprobrio servitutis. Nullus de Manumissis, vel eorum successoribus manens in terra nostra sine voluntate nostra Stampensem poterit intrare Communem. Quilibet in terra nostra manens, ad molendina nostra molere tenebitur, & alibi ei molere non licebit. Nullus poterit transmittere, vel transferre aliquomodo terram nostram in aliquam personam, quæ non teneatur nobis omnino ad omnem redhibitionem, ad quam ipse teneretur. Volumus autem, & istud onus præcipuè propter beneficium libertatis concessæ imponimus, ut de singulis* XII. *gerbis, quæ colligentur in terra nostra, vel etiam de* XI. *si plures non supererunt in campo numerandæ, unam gerbam habeamus à nobis numerandam, & eligendam per cultorem agri ad nostram grangiam deportandam, quæ appellabitur* Gerba libertatis. *Circa campipartem tamen, & decimam, propter hoc nihil immutamus, sed salvum sit nihilominus nobis per omnia jus campipartis, & decima sicut antè. Simili autem modo per omnia duodecimam partem habebimus de bladis non li[...]tis. Per hæc autem quæ specialiter expressa sunt in hac libertatis Charta, in nullo aliàs juri nostro volumus præjudicium generari. Super cæteris enim redhibitionibus nostris, consuetudinibus, corveis, justitiis, talliis, & generaliter super alio quocunque jure nostro nil immutamus, sed volumus, quòd ea omnia illibata & inconcussa in perpetuum maneant, exceptis tamen capitalibus quæ remittendi eis penitus duximus, & quitanda. Nomina autem hominum nostrorum quos manumisimus, &c. Actum an. Dom. 1224. mense Febr.* In Regesto Parlamenti signato B. fol. 40. inter Aresta Epiphaniæ an. 1277. *Dictum fuit quod Episcopus Catalaunensis manumittere non potest servientes suos, etiamsi Capitulum consentiat, sine voluntate Regis.*

Manumissio in Ecclesia inducta potissimùm legitur à Constantino M. in l. 1. Cod. de his qui in Ecclesia manumittuntur: *Jam dudum placuit ut in Ecclesia Catholica libertatem domini suis famulis præstare possint, si sub aspectu plebis, adsistentibus Christianorum Antistibus, id faciant, ut propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiscunque scriptura, in qua ipsi vice testium signent.* Adde l. unic. Cod. Th. eodem tit. & Sozomen. l. 1. c. 9. S. Augustinus: *Servum tuum manumittendum ducis in Ecclesiam: recitatur libellus, aut fit desiderii tui prosecutio. Dicis te servum tuum manumittere, quòd tibi in omnibus servaverit fidem.* Ubi observare licet dominum *libellum* offerre, quo libertatem servo suo ab Episcopo donari expetebat, quem *Petitorium* vocat Ennodius Opusculo 8. *Gerontium itaque, cujus à me comperta fides, -- per præsens petitorium à Beatitudine vestra Romanæ deprecor civitatis gaudere consortio, cujus ego absolutionis non tam largitor, quàm testis existo.* Vetus Inscriptio in Ecclesia S. Crucis Aurelianensi: *Ex beneficio sanctæ Crucis per Johannem Episcopum, & per Albertum sanctæ Crucis Casatum, factus est liber Lambertus teste hac sancta Ecclesia.* Extat in Tabulario Burguliensi Charta Theobaldi cognomento Pagani de Villanova, qua quemdã colibertum suum Lambertum nomine libertate donat, ubi hæc subduntur: *Et ut hoc perpetualiter inconvulsum permaneret, hanc chartam in publico Conventu astante & testante omni populo, in Ecclesia S. Christophori, die dominico, ante processionem, tam ego quàm omnes qui tunc successores esse poterant, crucibus nostris firmavimus. Actum tempore Philippi Regis Francorum, & Wolfridi Parisiorum Episcopi, Milonis quoque ac Widonis fratris ejus, Magni Milonis de Monteleherici filius, &c.*

Fiebant autem ejusmodi manumissiones *ad altare*, vel *circa altare*, ex Concilio Berghamstedensi an. 697. c. 9.

c.9. Legibus Luithprandi tit. 109.§.4. Legib. Ratchis tit.5.§.4. Lege Longob.lib.2. tit. 18.§.3. tit.35.§.3.5. 8.9. in Capitul. 2. an.806.c.6. *Juxta altare*, in Capitulari Bajw. an. 788. c. 6. Concil. Lemovic. an. 1031. sess. 2. *Denique semper fuit consuetudo, ut quicunque voluerint, sursum aut ante altare Redemptoris, aut ante corpus beati Martialis, servos suos libertati darent.* Infrà: *Hæc de baptismo satis sint: nunc de servorum libertate dicendum, quia hanc agere licitum est, vel apud sedem, vel ante corpus B. Martialis, vel ad quamcunque Ecclesiam domini elegerint coram testibus, vel ante corpus defuncti proximi, sicut sæpe per plures civitates fieri vidimus: ita sanè ut hujus sedis nominativus Cancellarius libertatem scribat. Nam & apud regale palatium, vel in quocunque loco Rex fuerit, coram Rege libertates legitimas fieri cernimus: immò Lex Salica continet, ut ubicunque servi dominus voluerit, potest servum relaxare.* Willelmus Malmesbur. l. 1. de Gest. Angl. p. 33. *Ipsa dedicationis die Regem captivum ad altare manumittens, libertate palpavit, memorabile clementiæ suæ spectaculum exhibens.* Vide Probationes Hist. Guinens. pag. 61.

Ante cornu altaris. Formulæ veteres Bignonii cap. 8. *Censeo te atque statuo ante sacri altaris cornu, in conspectu Sacerdotum & Clericorum, & populi adstantis à præsenti die & deinceps ab omni jugo servitutis humanæ absolutum fore, civemque Romanum appellari.* Adde Formulas secundùm Legem Rom. cap. 12. Charta Dadonis Episcopi Virdunensis: *Eo quòd ex familia nostra fuit, dedimus ei libertatem receptam à cornu altaris canonicè, & ordinavimus eum ad gradum Presbyterii.*

Hac manumissionis forma liberi facti, plenariam consequebantur libertatem, eoque nomine *Cives Romani* fiebant ex l. 2. Cod. de His, qui in Ecclesia manumittuntur: *Qui religiosa mente in Ecclesiæ suæ gremio servis suis meritam concesserint libertatem, eandem eo jure donasse videantur, quo civitas Romana solennitatibus decursis dari consuevit.* Quam quidem prærogativam his, qui in Ecclesia manumittebantur, adscribunt veteres Formulæ Bignonii cap. 56. quæ directæ & plenariæ manumissioni aliàs conveniebat ex cap. 8. & ex formulis secundùm Legem Rom. cap. 12. & Formul. 43. ex Baluzianis. Epistola Ludovici Pii Imp. ad Bernouvinum Chrysopolitanæ Ecclesiæ Archiep. data an. Imperii 8. indict. 14. *Scribatur libellus perfectæ & absolutæ ingenuitatis, more quo hactenus hujuscemodi libelli scribi solent, civem Romanum liberæ potestatis continens: & in fine libelli tam eorum, qui in tua parochia sunt Sacerdotum, quàm illorum, quos dominus servi secum adduxerit testimonia.* Extat alia formula plenariæ libertatis in Diurno Romano cap. 6. tit. 21. ex qua hæc duntaxat damus: *Cumulo libertatis largito ab omni servili fortuna & conditione liberum esse censemus, civemque Romanum solutum ab omni subjectionis noxa decernimus, nec aliud cunctis, nisi solam salutationem debere, ut perfectò absolutus jugo servili, ritu possis degere, quibus advixeris diebus, & more liberorum.*

Hac denique ratione liberi facti, unà cum eorum progenie *sub tuitione Ecclesiæ consistebant*, ex dicto tit. 58. Legis Ripuar. §. 1.

Ejusmodi verò manumissio, quæ fiebat in Ecclesia coram Episcopo & Clero, dicebatur fieri *Episcopalibus* aut *Ecclesiasticis gestis*, ut apud S. Augustinum Serm. 50. de Diversis, & Serm. 53. ad Fratres in eremo. Tabulæ autem conscribebantur à Scriniario. Anastasius Bibl. in S. Julio PP. *Hic constitutum fecit, ut—manumissiones Clerici in Ecclesia per Scriniarium sanctæ Sedis celebrarent.* In Lege Ripuariorum tit. 58. §. 1. *Archidiaconus* tabulas libertatis conscribere jubetur *secundùm Legem Romanam, quâ Ecclesia vivit.* Apud CPolitanos Protonotarii Ecclesiæ officium præ cæteris erat ἐλευθεριας in Ecclesia factas scribere, ut est in Catalogo Offic. Eccl. CP. apud Medonium.

Manumissionis in Ecclesia meminerunt præterea Concilium Arausic. I. can. 7. Aurelian. V. c. 7. Matiscon. II. c. 7. Burchard. lib. 2. c. 29. 32. Ivo p. 6. c. 130. 133. Sozomenus lib. 2. cap. 9. sub finem, Lex Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 2. 9. Papianus lib. Resp. tit. 4. Lex Alaman. tit. 17. tit. 18. §. 1. Lex Ripuar. tit. 58. §. 1. Capit. Caroli M. lib. 5. c. 30. Testamentum Perpetui Turonensis Episc. an. 474. Formulæ vett. Bignonii c. 56. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 78. &c.

Extat præterea manumissionis *in Ecclesia* & *ad altare* vetus Diploma, quod hic damus ex Sc..edis P..iresciànis: *Cùm Christianissimus ac religiosissimus Imperator Ludovicus cælestis protectionis ope suffragante invictissimus Augustus sanctam matrem Ecclesiam ad meliora instantissimè subveheret, hoc & inter cætera sanctæ devotionis suæ studia exhibuit, ut usus valde insolitus atque reprehensibilis, qui dignitatem ejus magna ex parte fuscare videbatur, ut quod scilicet servilis & originariæ conditionis personæ contra statuta Canonum sacris divinisque Mysteriis quatenus applicarentur, suæ auctoritatis præcepto ab ea pelle.entur; & qualiter dehinc hujusmodi conditionis homines Ecclesiæ utilitati idonei reperti, nexu servitutis eriperentur, & ad hanc dignitatem promoverentur, unà cum consensu Pontificum & Optimatum Imperii sui statuere procuravit: idipsum quoque veneranda proles ejusdem Imperatoris invictissimus Rex Carolus pari voto h.norificentiæ S. Dei Ecclesiæ annuit. Igitur ego in Dei nomine Hugo misericordia Dei Abbas Ecclesiæ gloriosissimi Confessoris Christi Aniani, juxta memorati piissimi Augusti præceptum, te Clericum nomine Raginaldum, ex familia ejusdem sancti Aniani progeniem ducentem, hoc est, ex Apiariis villa, ante sanctum altare, & præsentiam fratrum S. Aniani, unà cum collubentia eorundem fratrum, & deprecatione Adalardi Archiepiscopi, qui jam dictam villam, Apiarias scilicet, in beneficium habet, à vinculo servitutis ob amorem Dei nostri J. C. ad cujus militiam eligeris, publicè absolvo, civemque Romanum instituo, ut abhinc Christo favente, in tuo jure & potestate consistens, ita vivas ingenuus, civisque Romanus, tanquam si à liberis ortus fuisses parentibus, & neque nobis, neque successoribus nostris quicquam noxialis debeas servitutis: sed sub integra, plenaque ingenuitate, quam propter sacri Ordinis dignitatem accipere mereris, tempore vitæ tuæ permaneas, quatenus catena servitutis, cui nascendo hactenus obnoxius extitisti, per hanc absolutionem ereptus, securiùs liberiùsque divinæ potentiæ Domino adjuvante famulari valeas. Ut verò absolutionis hujus titulus pro reverendis cultibus venerabiliter celebratis firmum omni tempore obtineat vigorem, manu propria subterroboravimus, nobilissimoque S. Aniani Clero astipulante destinavimus. R. Hugo. V. Adalardus Episcopus. V. Varimundus. V. Cunno, &c.*

Manumissiones fiebant etiam per *chartam*, vel *chartulam*, quæ *ingenuitatis* vulgò appellabatur, à qua *Chartulati* dicti hac manumissionis specie manumissi, de qua agunt Lex Alemannorum tit. 17. tit. 18. §. 1. Capitulare 2. an. 806. c. 6. 7. Capit. an. 813. c. 8. Capitul. 3. c. 2. 11. 12. Lex Longob. l. 2. tit. 18. §. 3. tit. 35. §. 12. Gregor. Turon. lib. 5. Hist. c. 27. Concilium Toletan. VI. can. 9. Leo Ost. lib. 1. c. 11. &c. Qui autem per *chartulas* manumittebantur, plenariam non semper libertatem consequebantur, cùm *conditiones* datæ libertati adderentur: seu servitia & operas, interdum & censum pecuniarium sibi reservarent patroni, unde *conditionales* dicti passim.

Hac porrò ratione libertas conferebatur: charta manumissi capiti imponebatur, ut fortean cunctis esset conspicua: quod testari videtur vetus hæc Notitia ex Tabul. Vindocin. f. 217. verso: *Notum sit omnibus hominibus*

minibus, quòd cùm domnus Gaufridus Vindocinensis Abbas quendam servum suum Stephanum Popinellum nomine annuente Capitulo suo liberum fecisset, res illa Gaufrido Comiti Vindocinensi, qui Grisagonella cognominabatur, displicuit, & eidem Stephano cartam libertatis de capite eripuit. Quod cùm domnus Abbas G. audisset, supradictum Comitem de hac re ad rationem misit, & quod Vindocinensis Abbas servos suos absque illius licentia & consilio posset liberos facere rationabiliter, ostendit. Qua ille ratione convictus, cognovit se malè fecisse, & de reliquo se nihil tale facturum promisit. Hoc viderunt domnus Goffridus Abba, Hamelinus Abba Belliloci, Goffridus Comes Vindocinensis, qui Grisagonella cognominatur, Raynaldus de Turre. Actum Vindocini anno ab Incarn. Dom. 1124. prima septimana Quadragesimæ feria quinta, & in crastino movit idem Comes ad S. Jacobum.

Manumissio per tabulas eadem quæ *per chartam*, (unde *Tabularii*, dicti ejusmodi per tabulas liberi facti) apud S. Augustinum Epist. 50. Gregor. Turon. lib. 10. c. 9. in Lege Ripuar. tit. 58. in Concilio Aurelianensi III. an. 538. c. 26. &c. Ut &

Manumissio per scripturam, in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 1. 14. 15. in Lege Burgund. tit. 88. §. 2. in Concil. Aurelian. III. can. 26. &c. Atque adeo

Manumissio per epistolam, apud Greg. M. lib. 1. Epist. 53. lib. 5. Epist. 12. Hujus manumissionis per modum epistolæ servis ipsis manumittendis inscriptæ formula concipiebatur. Testamentum Bertichramni Episcop. Cenom. *Illos verò, quos de ratione Ecclesiæ pro singulis festivitatibus in Albis per Epistolas relaxavi, aut relaxavero, sicut Epistolæ eorum edocent, sub tuitione & defensione sanctæ Ecclesiæ rependeant.* Suprà: *Tam isti, quorum nomina hic continentur, vel quos postea de Gente barbara comparavi, aut adhuc comparare potuero, tam pueri quàm puellæ, qui à me empti noscuntur, & Epistolas eis feci, & ipsi in integra ingenuitate perdurent, & hoc observent, quod & pluris eorum & toti sub tuitione & defensione sancti Petri perseverent.* Eustathius lib. 10. de Ismeniæ & Ismenes amorib. p. 336. ἐλευθερίαν σοι χαριζομένη ἐξ ἀδροῦ βαλαντίου, καὶ χειρὸς ταύτης ἐμῆς, ἣ τὴν ἐπιστολὴν ἐγχαράττει σοι. Ὑμῖν δὲ παιδίσκην ἐμὴν καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐλευθερίαν ἔχειν ἐκ τούτου τοῦ γράμματος. Vide Festum in *Manumitti*, & ibi Scaligerum, præter JC. Habentur præterea aliæ passim manumissionum formulæ, cujusmodi est

Manumissio per testamentum, de qua Concilium Arelat. II. c. 33. Aurelian. III. c. 26. Matiscon. II. c. 7. &c. Charta Bajonis Viri inlustris an. 7. Childerici Regis, ex Tabular. Flaviniacensi: *Mancipiis, libertis, ingenuis, qui apud nos epistolas meruerint accipere, inspectas eorum ingenuitates, accolabus, cum merito eorum, vel omni re, peculium tam majore, quàm minore, &c.*

Manumissio per manum propriam, in Lege Ripuar. tit. 57. §. 1.

Manumissio per manum erogatoris, in Lege Longob. lib. 2. tit. 20. §. 5. id est, per manum executoris testamentarii. Vide *Erogator*.

Manumissio in Comitatu. Leges Willelmi Nothi cap. 65. *Si quis velit servum suum liberum facere, tradet eum Vicecomiti per manum dextram in pleno Comitatu, quietum clamare debet à jugo servitutis suæ per manumissionem, & ostendat ei liberas vias & portas, & tradat illi libera arma, scilicet lanceam & gladium, deinde liber homo efficitur.* Vide Leges Henrici I. cap. 78.

Manumissio per denarium coram & præsente Rege, qui manumissionem ratam habebat, & manumissi deinceps defensor erat, jactato denario quovis, tanquam manumissionis pretio, per manum vel domini, vel alterius, & excusso de manu ipsius servi, qui manumittebatur, qui inde *Denariatus* & *Denarialis* censebatur & appellabatur. Ea autem manumissionis forma Legis Salicæ propria fuisse dicitur in veteribus Chart. ex tit. 48. ubi *servi ante Regem per denarium dimissi* mentio fit. Formulæ vett. Bignonii c. 46. *Et postea ante domnum Regem jactante denario, secundùm Legem Salicam te ingenuum dimisi.* Vetus formula apud Pithœum: *Nos verò manu propria excutientes de manu supradicti N. denarium, vel nummum, vel argenteum, vel aureum, vel dragmam, vel sestertium, vel minam, &c.* Extat formula sequens ejusmodi Manumissionis per denarium in Tabulario S. Florentii Salmuriensis: *In Nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Odo gratia Dei Rex, notum sit omnibus fidelibus sanctæ Domini Ecclesiæ, præsentibus scilicet atque futuris, quia nos ob amorem Dei æternorumque remunerationem perque deprecationem Rainonis Episcopi, servum juris nostri nomine Albertum astantem in conspectu nostro & fidelium procerumque nostrorum, manu propria, à manu ejus excutientes denarium secundum legem salicam libertum facimus, atque ab omni servitutis vinculo absolvimus. Ejus quoque absolutionem per hanc præsentem auctoritatem nostram confirmamus, & nostris futurisque temporibus firmiter atque inviolabiliter ratam eam esse volumus. Præcipientes ergo jubemus, ut sicut reliqui manumissi, qui à Regibus antecessoribus nostris hoc modo noscuntur esse relaxati ingenui, ita deinceps jam nominatus Albertus per hoc nostrum præceptum solemniter in Domini nomine confirmatum nemine inquietante; sed Deo auxiliante per se hæc nostra mercedis relaxatio per omnia tempora inviolabiliter conservetur, annulo nostro subtersignari jussimus. Truannus notarius ad vicem Rollonis & recognovit & subscripsit. Data IV. Idus Januarii anno ab Incarnatione Domini DCCCLXXXVIII. anno secundo regnante Odone gloriosissimo Rege. Actum Aurelianis feliciter. Amen.* Charta Ludovici Regis an. 906. apud Guillimann. lib. 2. de Reb. Helvet. c. 11. *Quemdam proprium servum nostrum Johan nominatum in præsentia fidelium nostrorum per excussionem denarii de manu illius, juxta Legem Salicam, in eleemosynam nostram liberum dimisimus, &c.* Charta Caroli Regis Burgundiæ filii Lotharii Imp. *Servum juris nostri, nomine Anseleum, manu propria à manu illius excutientes denarium, secundùm Legem Salicam, liberum cum omnibus, quæ habebat, vel quæ acquisierit, fecimus.* Alias proferunt istiusmodi manumissionis *per denarium* secundùm Legem Salicam formulas & Chartas Marculfus lib. 1. form. 22. Paradinus lib. 2 Histor. Lugdun cap. 24. Bignonius ad Marculfum, Goldastus in Chartis Alemann. num. 6. & Wendelinus in Gloss. ad Legem Sal. Vide *Jactare*.

Neque tamen omnino Saliis propria fuit, cùm & apud Ripuarios observata legatur, ut colligitur ex Lege Ripuar. tit. 57. §. 1. *Si quis libertum suum per manum propriam, seu per alienam in præsentia Regis secundùm Legem Ripuariam ingenuum dimiserit per denarium, &c.* In alia apud Willelmum Hedam in Hegilbodo Trajectensi Episcopo, Francis etiam adscribitur: *Qui ejus contuitu famulam quandam, datis, ut Lex Salica, docet, in commutatione duobus mancipiis priùs, & postea secundùm Legem Francorum denarium ejus excutiens, hoc modo servitutis vinculo liberavit, & donavit ingenuitate.* Ad Salicam fortè Legem referenda quæ de hacce specie manumissionis habet S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 1. cap. 10. *Redemptos captivos protinus coram Rege statuens, jactatis ante eum denariis, chartas eis libertatis tribuebat.* Adde Chartam ejusdem Eligii apud Mabillonium tom. 2. SS. Ord. S. Benedicti pag. 1091. Vide *Hantrada*.

Ea autem erat conditio *Denarialis* hominis, seu per denarium manumissi, ut *hæreditatem in sua generatione non haberet, antequam usque in tertiam generationem pervenisset*: quod de Chartulario, seu manumisso *per chartulam*, pariter obtinuit: uti statuitur in Lege Longob. l. 2. tit. 35. §. 11. & lib. 6, Capit. Car. M. c. 208. deinde, ut est in Lege Ripuaria tit. 57. §. 4. si absque liberis decedebat, Regem seu fiscum hæredem habebat: ita si occideretur, illius compositio ad Regem spectabat, uti cavetur in Capitulis, quæ Carolus M. Legi Bajwar. addidit, tit. 1. c. 6. & in Capitul. 2. ann. 806. c. 5. & 6. ubi idem obtinuisse de manumissis per chartam observatur. Licebat porrò unicuique hac manumissionis forma & ratione servum suum manumittere. Lex Ripuar. tit. 61. §. 3. *Quòd si dominus ejus* (servi) *eum ante Regem Denariatum facere voluerit, licentiam habeat*. Et tit. seq. §. 2. *Quòd si Denarialem eum facere voluerit, licentiam habeat, & tunc 200. sol. solvat*. Minimè tamen poterant *Tabularii* hac manumissionis forma libertate donari. Eadem Lex Ripuar. tit. 58. §. 1. *Nullus Tabularius denarium ante Regem præsumat jactare: quòd si fecerit, 200. sol. culp. jud. & nihilominus ipse Tabularius & procreatio ejus Tabularii persistant, &c.* Exacta istiusmodi manumissione, conficiebatur charta, quæ rem gestam contineret, & *præceptum denariale* dicitur Marculfo, & *charta denarialis*.

Huc etiam quodammodo pertinet, quod habent Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 78. *Si quis de servitute redeat in liberum, in testem manumissionis cum testibus redditionis domino suo 30. denarios reddat, scilicet pretium corii sui, in signum, quòd ei dignum sit in æternum*. Vide *Capitale*.

Manumissio in præsentia Regis, secundùm Legem Ripuariam, tit. 57. §. 1. eadem, quæ per *denarium*. *Manumissio per regalem largitionem*, in Concilio Triburiensi an. 895. c. 38.

Manumissio in manu Regis dando, in Lege Longob. lib. 2. tit. 35. §. 3. 8. Vide, quæ mox annotamus de Longobardorum Manumissionibus.

Manumissio coram testibus, in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 7. §. 1. in Lege Burgund. tit. 88. §. 2. in Synodo Trullana 85. in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 78. &c.

Apud Longobardos quadruplex fuit manumissionis species, ut est in libro 2. tit. 35. §. 1. ac prima quidem, quæ fiebat per *quartam manum*, cujus ritus ita ibidem describitur: *Si quis servum suum proprium aut ancillam suam liberos dimittere voluerit, sit illi licentia, qualiter ei placuerit: nam qui fulfreal & à se extraneum, id est, Amund, facere voluerit, sic debet facere. Tradat eum priùs in manus alterius hominis liberi, & per garathinx ipsum confirmet, & ille secundus tradat eum in manus tertii hominis eodem modo, & tertius tradat eum in quarti, & ipse quartus ducat eum in quadrivium, & thingat in wadia, & gisiles ibi sint, & dicant sic: De quatuor viis, ubi volueris ambulare, liberam habeas potestatem. Si sic factum fuerit, tunc erit Amund, & ei manebit certa libertas, & postea nullam repetitionem patronus adversus ipsum, aut filius ejus habeat potestatem requirendi. Et si sine hæredibus legitimis ipse, qui Amund factus est, mortuus fuerit, curtis regia illi succedat, nam non patronus, aut hæres patroni.* Adde §. 5. 9. Extat hujusce manumissionis Diploma Scaunibergæ & Luithprandi Ducum Longobardorum, in Chr. S. Sophiæ Benevent. p. 637. ex quo hæc excerpsimus: *In nostris tradidit manibus, ut juxta ritum gentis Longobardorum liberam* (Liupergam ancillam) *sine conditione constitueremus: quam equidem audientes postulationem, in præsentia fidelium, ipse Ansprandus in nostris tradidit manibus, & nos eam tradidimus in manum Theudbaldi Duddi, & Referendarii, Theudbaldus tradidit in manum Joannis, Joannes tradidit in manum Rodoaldi nostri, hoc est, in quarta manu tradidimus, qui te per nostram jussionem in witrepera, in galida, & gisil constituit una cum filia tua, & in omni tua substantia hæreditatis: quatenus amodo & deinceps, libera dominiorum nostrorum hæres inveniaris, &c.* Ex quibus colligitur ejusmodi manumissionem fuisse *directam* ac plenariam, ut & aliam manumissionem *per impans, id est, in votum Regis factam*, quod idem valet ac *coram Rege*, de qua rursum agitur §. 3. & 8. perinde ac tertiam manumissionis speciem, per quam quis *fulfreal* fiebat, vi cujus *Amund* factus plenam libertatem consequebatur, *quatuor ei viis ostensis*. In hoc tamen saltem à priori differebat, quòd ejusmodi liberto, si sine liberis decederet, patronus succederet. Quarta denique manumissionis species apud Longobardos fuit, cùm quis aldium aut aldiam faciebat, quibus *quatuor viæ* non dabantur. Vide Edictum Rotharis Regis tit. 91. & Leges Astulphi Regis tit. 8.

Manumissionis per sagittam apud Langobardos, meminit Paulus Warnefridus de Gestis Longob. c. 13. *A servili jugo ereptos, ad libertatis statum perducunt, utque rata eorum haberi posset libertas, sanciunt more solito per sagittam, immurmurantes nihilominus, ob rei firmitatem, quædam patria verba.*

Manumissio armorum traditione. Leges Willelmi Nothi Reg. Angl. c. 65. *Si quis velit servum suum liberum facere, tradat eum Vicecomiti per manum dextram in pleno Comitatu, & quietum illum clamare debet à jugo servitutis suæ per manumissionem, & ostendat ei liberas portas & vias, & tradat illi libera arma, scilicet lanceam & gladium, deinde liber homo efficitur.* Eadem habentur in Legibus Henrici I. c. 78.

Manumissio, seu datio libertatis *usque in septimum*. Tabularium Casauriense: *Ego Raynaldus filius Gemmæ pro redemptione animæ meæ & Gemmæ & Dodonis genitoris mei, te Vastam ancillam liberam dimitto, & liberam constituo absque ulla occasione, & tradidi te liberam manibus meis in manum Adelberti Monachi, ut tu & filii, qui de te nascuntur, liberi sitis usque in septimum.*

Erant præterea species aliæ *manumissionis*, seu potiùs rationes consequendæ libertatis: verbi gratiâ, cùm servi ægrotantes ejiciebantur à dominis suis; hos enim lex facit liberos, ut est in Fleta lib. 3. c. 1. §. 8. Adde lib. 1. c. 5. §. 6. & Appendicem Codicis Theod. Constit. 5. Suetonium & Zonaram in Claudio.

Cùm servus propria pecunia semetipsum à domino suo redimebat, in Lege Frision. tit. 11. § 2.

Aut cùm dominus concedebat servo & ejus hæredibus liberum servitium, apud Bractonum lib. 4. Tract. 1. c. 9. & 22. p. 170. 194. & in Fleta lib. 4. c. 11. §. 22.

Alias denique rationes, quibus ad libertatem pervenitur absque manumissione, tradit Regiam Majestatem lib. 4. cap. 12. Vide *Redemptionale*.

Manumittere præterea dicebatur, qui servum suum in Dominium alterius transmittebat, ut esset ejus servus: quod maximè fiebat in commutationibus hominum de corpore, cum matrimonia contraherent cum hominibus alterius Domini. M. Pastorale Ecclesiæ Paris. *Quidam servus noster — habens filiam nomine Genovefam, quæ ancilla nostra erat, non habens verò unde aliquando eam maritare posset, rogavit nos, ut pro amore Dei eam manumitteremus, ita ut de servitute nostra, in servitutem B. Mariæ Paris. transiret. Hoc autem ideo rogabat, quia quidam servus B. Mariæ illam in conjugem habere volebat, &c.*

Manumittere, Licentiam, vel facultatem dare aliquid

quid faciendi. Tabularium Ecclesiæ Carnotens. *Et quòd petit à Capitulo Carnotensi se manumitti ad Clericatum & tonsuram Clericalem, & quòd dicta die, qua manumissus fuit, & ante manumissionem suam juravit publicè in Capitulo, quòd pro hujus manumissione, quam intendebat habere, nec dedit, nec fecit dari, nec alius pro ipso quod sciverit, Capitulo Carnotensi, vel alicui alii, &c.*

Manumissio, Dimissio, remissio, *Quittement*. Tabularium Conchensis Abbat. in Ruthenis ch. 49. *Scripta autem vel firmata hæc donatio, vel convenientia, seu manumissio Kalendis Julii, &c.* Hildebertus Turon. Archiep. Epist. 65. *Utramque autem exactionem sub oculis totius Concilii Comes in nostra manu deposuit, postulans in eos excommunicationis gladium extendi, quicunque aliquando vel manumissa petere, vel manumissionis plenitudinem imminuere attentarent.* Infrà: *Illam præterea manumissionem de naufragiis & de substantia morientium; quam Comes in nostra manu deposuit, &c.* Vide Metropolim Salisburgensem tom. 3. pag. 42. & *Manum mittere.*

Manumissio, quæ aliis *Emancipatio*, cùm scilicet Clericus ab Ecclesia sua, ad quam intitulatus est, ad aliam ab Episcopo suo transeundi facultatem impetrat, apud Stephanum Tornacensem Epist. 135.

MANUMISSOR *testamenti*, Executor. Testamentum Petri Infantis Portugalliæ Regni Majoricarum Domini 7. Id. Oct. an. 1255. *Facimus testamentum nostrum, in quo eligimus manumissores nostros D. Raym. Episcop. Majoric. & Abbatem de Regali Ord. Cisterc.* Charta an. 1304. *Nos—manumissores & executores testamenti seu ultimæ voluntatis nobilis viri, &c.* Testamentum Sauræ D. de Pinozo, filiæ Jacobi Regis Arag. Id. Jun. 1305. *Eligimus & constituimus manumissores & executores hujus testamenti, &c.* Occurrit præterea in Testamento Guillelmi Jord. Comitis Ceritaniæ an. 42. Philippi Regis Franc. & in Foris Aragon. lib. 7. pag. 132. & in Observantiis Regni Aragon. lib. 5. tit. *de Tutoribus, manumissoribus, & cabeçalariis.* Vide *Cabeçalarius.*

MANUMUNDIUM, *Manutergium*, Ugutioni, quo manus mundantur. Promotus in Grammatica MS. *Facitergium, togilla, mappa, mappula, gausape, orarium, mensale, manutergium, prandeum, manumundium, manupiarium.*

MANUOPERA. Vide *Manopera.*

MANUOPUS, seu *cum manuopere captus*, in Fleta lib. 2. cap. 52. §. 42. est in furto, vel cum re furtiva deprehensus. Will. Thorn. pag. 2021. *Clamat in hundredo isto in manerio suo de Swanes tenere placita de felonibus captis cum manuopere ad sectam, &c.* Alia notione apud Radulfum de *Hengham* in Parva cap. 7. disseisina fieri dicitur, *cùm manuopus alicujus impeditur, &c.*

Manuoperare. Idem Radulfus de *Hengham* capite laudato: *Divortium celebratum est inter virum & mulierem, si post divortium vir teneat se in hæreditate perquisita in maritagio mulieris, statim cùm post divortium manuoperetur, disseisitor est.*

MANUPASTUS & *Manupastum.* Domesticus, Ʒeƒeðneman, in Canonibus Saxonicis Edgari Regis cap. 1. §. 4. vox composita ex Ʒeƒeð, nutritius, pastus. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 66. *Si manupastum alicujus accusetur de furto, solus paterfamilias emendare potest, si velit, fracta lege sine perjurante.* Concilium Islebonense cap. 19. apud Ordericum Vital. lib. 5. *Si Clericus raptum fecerit vel furtum—aut incendium fecerit, aut manupastus ejus, aut habitator atrii similiter.* Cap. 28. *Si quid per contentionem in domo Presbyteri vel Clerico, vel eorum manupasto relictum fuerit, Episcopi erit.* Chronicon Beccense an. 1124. *Propter hanc reconciliationem Ecclesia Lexoviensis non perdet forisfacturas suas de violatoribus, excepto manupastu, id est, servientibus Monachorum.* Eadem notione occurrit in Monastico Anglic. to. 2. pag. 71. 692. 994. 1002. apud Bractonum lib. 3. Tract. 2. c. 10. §. 1. Britonum cap. 12. fol. 19. in Fleta lib. 1. c. 27. §. 2. 4. &c.

Esse in manupastu alicujus. Leges Alvredi Regis cap. 5. *Nullum à se dimittat, qui inculpatus sit in manupastu suo.* Leges Forestar. Scotic. c. 13. *Si aliquis mastinus inventus fuerit in aliqua foresta,—dominus ipse, cujus mastinus fuerit, erit culpabilis tanquam de manupasto.* Charta Henrici I. Regis Angl. in Regesto Normann. signato P. fol. 24. in Camera Comp. Paris. *Ut habeant & teneant in pace & integrè—& quietè in omni potestate mea ab omni teloneo & modiatione, & omni alia consuetudine,—& de omni sæculari servitio & exactione, & fouagio hominum de manupastu eorum, & de omnibus querelis, &c.* In Statuto de Decimis Saladinis apud Rigordum an. 1188. filius *in manupastu patris* esse dicitur, qui nondum est emancipatus. Adde Fletam l. 1. cap. 27. 38. §. 21. lib. 2. c. 52. §. 7. c. 67. §. 6. Perardum in Burgundicis p. 298. &c.

MANUPIARIUM. Joan. de Janua: *Manupiarium, gausape, quasi manus pians.* In Gloss. Lat. Gall. *Nape.* Glossæ Isid. *Mappa, gausape, togilla, expiarium.* Vide *Manumundium.*

MANUPLETIUM. Gloss. Græc. Lat. χειροπληθὴς, *Corpulentus.* χειροπληθὲς, *Manupletium.* In MS. *Mapletum* habetur.

MANUPRETIUM, χειρῶν μισθὸς, in Gloss. Græc. Lat. in Glossis verò Lat. Græc. *Manupretium*, χειροδέσιον. Asconius 3. in Verrem: *Manupretium dicebatur, ubi non tam materiæ ratio, quàm manus atque artis ducitur.* Vide Varronem, & Plautum in Menæchm.

MANUS, Subscriptio, chirographum. Cicero in Catilinam: *Statilius cognovit manum & signum suum.* Ita ad Atticum lib. 11. Ep. 2. *Signum & manum meam requirent.* Facundus Hermianensis lib. 4. cap 4. *Sed nunquid vel si propriam manum Romano Episcopo non probante recipiat, &c.* Suprà *chirographum* appellavit: *Et juratum sibi fuisse respondit, quòd chirographum suum reciperet, si hæc Romanus Episcopus non probaret.* Epistola Clericorum Italiæ, directa ad Legatos Francorum, qui CPolim proficiscebantur an. 552. *Quoniam ipsi Episcopi Græci ad voluntatem Principis damnaverant capitula ipsa, unde causa mota est: sed beatissimus Papa manus eorum à serenissimo Imperatore receperat.* Vetus Charta exarata an. 13. Hludovici Regis in Orientali Francia, apud Joachimum Vadianum p. 63. *Ego in Dei nomine VVolfger cum manu filii mei Engilgaci consentientis tradimus ad Monasterium, &c.* Charta an. 1170. apud Ughellum in Episcop. Bergomensib. ita clauditur: *Manus Petri & Heriprandi: Manus Manifredi Vicecomitis, &c.* Ita in alia an. 1173. ibid.

Manus figere, Subscribere, manu ac scripto firmare. Canones Hibern. lib. 33. c. 4. *Rata reddat debita, pro quibus fixerat manus. Manus suas imponere in epistola,* pro *epistolam subscribere*, in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 1. *Manum ponere in charta falsa*, in eadem Lege lib. 2. tit. 51. §. 1. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 17. §. 1. *Ita tamen ut ipsi parentes, qui interfuerint, aut judex in chartula ipsa manum ponant.* Adde Leges Ratchis Regis tit. 7. §. 2.

Manum mittere, nudè, eadem notione, non semel in Chartis Veneticis apud Joan. Lucium lib. 3. de Regno Dalm. c. 11. 12. lib. 4. c. 9. quæ hoc modo clauduntur: *Ego N. manum misi. Manus suas in chartam mittere*, in Lege Alemann. tit. 2. §. 1. in Lege Longob. lib. 2. tit. 10. §. 2. tit. 55. §. 17. Chartæ Alemannicæ Goldasti c. 90. *Et manus suas in ipsam cartulam posuissent.* Acta S. Maximi Confess. p. 56. Τιθεικότες καὶ τὰς ἰδίας χεῖρας ἐπὶ βεβαιώσει τῶν λαληθέντων. Vide Gloss. med. Græcit. in χεὶρ.

Manus divina, Imperatoria ſubſcriptio, de qua Briſſonius in formulis p. 365.

Manumiſſores, Chartarum ſubſignatores. Charta Germanica ann. 793. apud doctiſſimum Henſchenium ad Vitam S. Ludgeri Epiſcop. *Acta eſt autem publicè hæc traditio — coram teſtibus & manumiſſoribus, &c.* Occurrunt eadem verba in alia an. 799. apud eundem. Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 21. *Coram his teſtibus & manumiſſoribus, quorum nomina & ſigna infrà ſcripta ſunt.*

Manu fidem dare. Tabularium Vindocinenſe ch. 179. an. 1064. *Dedit etiam Domno Abbati Oderico fidem, manum ſuam, ſicut mos ſæcularis exigit, in illius manum mittens.*

Manum mittere in aliquem, in Lege Salica tit. 15. §. 1. Formula loquendi noſtris familiaris, *Mettre la main ſur quelqu'un: Manum alicui injicere*, in Lege Bajwar. tit. 3. cap. 1. §. 3. tit. 4. §. 3. tit. 5. §. 3. & in l. 7. de Fil. Apparitor. & in l. 8. de Appellat. Cod. Theodoſ.

Manum mittere ſuper manum alterius. Tabularium Eccleſiæ Matiſconentis: *Miſit autem manum domini Hugonis Dienſis Epiſcopi & Romani Legati, quaſi in loco ſacramenti, ne aliquis filiorum vel ſucceſſorum ſuorum hanc werpitionem præſumeret infringere.* Vide *Jurare.*

Manus in hominiis, *la bouche & les mains*, in Conſuetud. Trecenſi, & aliis. Leo Oſt. lib. 3. c. 48. (al. 50.) *Mandabat ei, ut ſibi fidelitatem faceret, & homo ipſius per manus deveniret.* Vide *Hominium.*

Manibus compoſitis feudum recipere. Jus feudale Saxon. cap. 23. §. 1. *Multis fratribus poterit dominus ſolum feudum conferre, ſi compoſitis manibus hoc receperint omnes ſimul.* Id eſt, ſi unà omnes homagium domino præſtent. Adde cap. 29. §. 16.

Per manum alterius tenere, Ab alio per homagium & in feudum poſſidere. Teſtamentum Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. apud Martinezium in Hiſt. Pinatenſi lib. 2. cap. 38. *Et ſi Deus mihi dederit ſanitatem, & ego vixero, quòd teneam illam terram & honorem, quomodo uſque hodie illum tenui in Dei ſervitio, & poſt meos dies habeat illam Sanctius filius meus jam dictus* (primogenitus) *in ſervitio Dei. Et dimitto Aybar & Exavierre Latri cum omnibus earum villis, quæ ad eos pertinent, ad alium filium meum Sanctium, ut poſſideat illas ſuprà ſcriptas villas per manum fratris ſui Sanctii, quaſi per me. Et ſi deſvenerit de eo, & laxaverit filium, teneat ipſe ejus filius eas per manum de Sanctio filio meo in ſua fidelitate. Et ſi talem inſaniam fecerit ad fratrem ſuum Sanctium, ut, quod abſit, ei mentiret, &c.*

Manum alterius lucrari, Wichbild Magdeburg. art. 109. *Manum alterius ſi unus teſtimonio lucrari vellet, occaſione falſi, id facere cogitur mettertius, cum hominibus fide dignis.*

Manum regiam apponere dicitur Rex, qui prædia, de quibus lis eſt, interim dum ea dirimatur, ſibi aſſerit: ut *manum regiam infringere*, qui bannum regium infringit, in Areſto Pariſ. penult. Janu. an. 1319. Aliud ejuſdem ann. 28. Junii: *Dicta Boneta exiſtente in ſpeciali gardia & protectione noſtra, unà cum bonis ſuis, manu noſtra & penoncello & brandone regiis apparenter poſitis, &c.*

Manibus comploſis deprecari. Rodericus Toletan. lib. 2. de Reb. Hiſpan. cap. 18. *Confeſtim quaſi debita jura noſcentes, remiſſis telis, & comploſis ad preces manibus ſupplices ſubmittunt ei colla.*

Manus ferrea, Exercitus, copiæ militares. Idacius Pacenſ. Epiſc. in Chron. æra 649. *Eraclius exercitu adunato, cum omni manu ferrea Perſidem proficiſcitur inſequendo.*

Sub manu alicujus eſſe, id eſt, ſub poteſtate. Concilium Vernenſe an. 755. can. 11. & Aquiſgran. II. cap. 3. can. 21. &c.

Ad manum ſuam aliquid habere, tenere, poſſidere; noſtris, *Avoir en main.* Vetus Charta apud Freherum in Origin. Palat. cap. 6. *Conſcriptio Marchæ & ſilvæ, quæ pertinet ad Virunhein in pago Rinicgowe, ſicut eam Chunradus Rex ad manum ſuam habuit, &c.*

Per manum ſuam ſe defendere, id eſt, per duellum, in Regiam Majeſtat. cap. 12. §. 2. Adde Speculum Saxonic. lib. 1. art. 18. §. 1. lib. 2. art. 2. §. 7.

Donationes factæ per manum Regis, id eſt, *coram Rege*, ut eſt in Capitul. Caroli M. lib. 6. c. 207. Vide Marculfum lib. 1. form. 12. 13.

Manus conſecrata. Charta anni 1108. in Tabulario Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo fol. 23. *Et Euſemia uxor Iſmidonis prædicti gurpivit & donavit, ſive laudavit præfatam decimam in manu prædicti Epiſcopi Hugonis; quam laudationem in manu Epiſcopi confirmatam pro ſacramento habemus. Similiter & filia Guigonis, neptæ Iſmidonis ſive Euſemiæ, in manu conſecrata Epiſcopi Hugonis donaverunt ac dimiſerunt, ſive gurpiverunt tertiam partem hanc decimarum harum de tota parochia de Mejolano, &c.* Et fol. 81. *Omnes autem decimas — in manu prædicti Epiſcopi gurpiſco: quam guirpitionem ſicut ſacramentum ſuper altare timeo.* Fol. 99. *Et hæc promitto me ſervaturum pro juramento, in ſacrata manu prænominati Epiſcopi Hugonis, & inde do ei oſculum cum bonæ fidei ſponſione.*

Manus judiciata, judicium per ferrum candens. Liber Chirographorum Abſiæ fol. 171. *Si — contentio inſurrexerit per legitimos teſtes, ſi poteſt fieri, finiatur. Sin autem finiatur ſine duellio, & judiciata manu, ſicuti Abbas per fidem unius hominis affirmare fecerit.* Et fol. 199. *Atque ſi — contentio fuerit orta, teſtimonio legitimorum virorum, — ſine duello & judicata manu, finiri.* Vide *Ferrum candens.*

Manus publica. Chronicon Fredegarii cap. 58. *Avaros & Sclavos, cæteraſque gentium nationes, uſque manu publica, ſuæ ditioni ſubdicendum fiducialiter ſpondebat.*

Manum aut *dextram perdere*, pœna decreta maximè in perjuros, in Lege Wiſigoth. lib. 8. tit. 5. §. 1. in Lege Burg tit. 6. §. 11. tit. 26. §. 4. tit. 55. §. 3. *Manum redimere*, in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 6. & cap. 11. 12. §. 1. *Cum manu reſciſſa componere*, tit. 9. c. 4. Adde tit. 1. c. 5. tit. 6. c. 2. §. 3. Capitul. 5. Caroli M. an. 803. c. 2. 13. &c. Capitulare an. 779. c. 10. Capitul. 4. an. 805. c. 6. 11. Capitul. triplex ann. 808. c. 4. Capit. 1. ann. 809. c. 21. Capitul. 3. an 813. c. 30. Capitul. 2. an. 825. c. 5. 11. Chartam Waldemari Regis Daniæ an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danic. pag. 443. Ottonem à S. Blaſio c. 40. Pœna etiam monetariorum in Edicto Piſtenſi c. 16. &c.

Mediæ & infimæ manus homines, mediocri & infimæ conditionis, qui *mediocres & minores perſonæ* aliis dicuntur. Vide in voce *Homo.* Radulfus de Diceto an. 1112. *Et plures mediæ manus, quos ex juſtis & rationabilibus cauſis Rex pater exhæredaverat.* Idem an. 1186. *Tandem Rex Francorum à latere ſuos duos Milites mediæ manus homines — direxit in Angliam.* Ita an. 1190. & 1192. *Inferioris & infimæ manus homo*, apud eundem an. 1138. 1185.

Manu involuta in palla altaris offerre. Tabular. Caſaurienſe an. 24. Ludov. Imp. F. Lotharii: *Ego Lupo -- tibi dono Romano Abbati ad partes Monaſterii cum oblatione manu involuta in palla altaris, &c.* Vide *Oblati.*

Manus rubra, vel *rubra manus*, Flagrans delictum, manifeſtum. Gloſſæ MSS. ἐπαυτοφόρῳ, ἐπ' ὀφθαλμοῖς, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι. Leges Baronum, ſeu Quon. Attach. c. 39. §. 2. *Cùm quis capiatur cum rubra vel recenti manu homicidii, vel quod manualiter deprehendatur cum furto, vel latrocinio.* Statuta Davidis II.

Regis Scotiæ c. 2. *Si quis calumniatus fuerit de latrocinio, — si capiatur cum rubea manu, & aliquis cum sequatur, statim subeat judicium.* Silvester Giraldus lib. 2. Itinerarii Cambriæ cap. 1. *Merlini proverbio quo dici solebat, Angliæ Regem Hiberniæ triumphatorem ab homine cum rubra manu in Hibernia vulneratum, per Meneviam redeundo super Lechlavar moriturum.*

Furtum habens in manibus, vel *furtum inter manus habens*, in furto seu flagranti crimine deprehensus in Legibus Adelstani Regis apud Brompton. pag. 849. & 850. Lex Bajwar. tit. 8. cap. 5. *Fur nocturno tempore captus in furto, dum res furtivas secum portat, &c. Latro cum furto ambulans*, in Capitulari 3. an. 813. c. 29. Anglis, *Maynour* dicitur fur, qui in manuali furto deprehenditur, ut auctor est Rattallus. *Fur manifestarius*, apud Plautum in Aulul. Æschini contra Ctesiphontem, κλέπτης ἐπαυτοφόρῳ, *deprehensus in admisso*, apud Papinianum, in l. *Si dominus*. D. de Præscript. ἐπ' αὐτοφώρῳ, apud Æschylum in Prometheo vincto pag. 16. Edit. H. Steph.

Manuale factum, in Speculo Saxon. lib. 2. art. 35. 36. §. 1. art. 64. §. 1. 2. art. 71. §. 4. lib. 3. art. 35. §. 1. 2. art. 64. §. 5. Wichbild Magdeburg. art. 110. 114. 115. & in Constit. Friderici I. an. 1158. apud Goldast. tom. 3. Constit. Imper. p. 330. *Present fet*, interdum *present*, nudè, in Stabilim. S. Ludovici lib. 1. c. 162. l. 2. c. 2. *Present, mesfet* in Consuetud. Insulæ tit. 1. art. 18. Normanniæ art. 36. Altisiod. art. 36. Silvanect. art. 118. &c. Vide Harmenop. p. 427.

Manualiter deprehendi, in furto flagranti, in Quoniam Attachiamenta c. 39. §. 2.

Manu potestativa tradere, in Chartis Alamannicis Goldasti 37. 54. 55. 70. 76. Charta verò 76. sic clauditur: *Notavi diem Martis 4. Non. Octob. sub potestativa manu Hludovici Regis & pueri, & sub Adalberto Comite.* Ita ut *potestativa manus* hic sumatur pro auctoritate & facultate donandi à Principe indulta. Vide *Potestativus*.

Manus impositio, χειροθεσία, χειροθεσία est positio manus super caput alicujus. Hinc ἐπιθεῖναι τὰς χεῖρας, Act. 6. τὴν χεῖρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιθεῖναι, apud Clementem lib. 8. Constit. Apost. c. 16. & alios. Isidorus lib. 6. Orig. cap. 19. *Manus impositio ideo fit, ut per benedictionem advocatus invitetur Spiritus sanctus. Tunc enim ille Paracletus post mundata & benedicta corpora libens à Patre descendit: & quasi super baptismi aquam, tanquam super pristinam sedem recognoscens quiescit. Nam legitur, quòd in principio aquis superferebatur Spiritus sanctus.* Concilium Carthaginense IV. de ordinatione Presbyteri can. 3. *Episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenente.* Et can. 4. *Solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius portat.*

Manus autem impositio primitus pro simplici benedictione sumpta est, quæ χειροθεσία εὐλογίας dicitur Tarasio Patr. CP. act. 1. Concil. Nicæni II. Cùm enim aliquem simpliciter benedicimus, manum ei antiquo more imponimus. Sic enim Patriarcha Jacob cùm filios Joseph benediceret, manus ei imposuit, Gen. 48. & Dominus in Evangelio Marc. 10. oblatos sibi parvulos per impositionem manuum benedixisse dicitur. Honorius Augustodunensis lib. 1. cap. 185. *Quòd autem benedictio per manus impositionem datur, inde exortum dicitur, quòd Isaac Jacob manus imposuit, dum eum benedixit, & Moyses Josuæ manus imposuit, dum eum ducem præfecit, & Dominus in Evangelio Apostolis manus imposuit, dum eos principes & sacerdotes Ecclesiæ constituit. Sed & ipsi Apostoli manus imposuerunt, cùm Spiritum sanctum dederunt.* Vide S. Augustinum Epist. 59. S. Ambros. lib. 1. de Pœnitentia cap. 7. &c.

Manus impositio in benedictione Devotarum, in Concilio Venet. c. 4. & Aurelianensi I. can. 10. pro ipsa benedictione. Vide Notas ad Alexiad. p. 418.

Manus impositio ordinatoria, qua Diaconi, Presbyteri, Episcopi ordinantur, ut Actorum 6. in Epist. 1. ad Timoth. c. 4. & 2. ad Timoth. cap. 1. χειροθεσία καθιερώσεως, Tarasio Patr. CP. Hieronymus cap. 58. Esaiæ: *Ordinatio non solum ad imprecationem vocis; sed etiam ad impositionem impletur manuum.* S. Ambrosius lib. de Dignitate Sacerdotali c. 5. *Homo imponit manum, Deus largitur gratiam: Sacerdos imponit supplicem dexteram; Deus benedicit potenti dextera.* Vide Stephanum Episc. Tornac. Epist. 28. Baronium ann. 44. n. 83. 84. Seldenum ad Eutychii Orig. p. 17. 24. 1. Edit. Morinum de Sacris Ordinat. &c.

Manus impositio reconciliatoria ea est, per quam pœnitentes hæretici, sive excommunicati, sanctæ Ecclesiæ reconciliantur. Anastasius in S. Eusebio PP. *Hic hæreticos invenit in urbe Roma, quos verè ad manus impositionem reconciliavit.* Idem in S. Siricio: *Hic constituit hæreticum sub manu impositionis recipi, præsente cuncta Ecclesia.* Triplicem porrò manûs impositionem in pœnitentia publica fuisse observat Sirmond. in Historia Pœnitentiæ publicæ cap. 7. primam, per quam publicorum criminum rei ad pœnitentiam agendam admittebantur ab Episcopo: alteram, quæ non una; sed multiplex fuit, in ipso pœnitentiæ decursu: tertiam denique & postremam, in qua pœnitentes omnibus rite peractis Ecclesiæ reconciliabantur: quæ quidem *manûs impositio reconciliatoria* dicitur in Concilio Arausicano I. can. 3. De ejusmodi manûs impositionibus super pœnitentes agunt præterea Concilium Carthagin. IV. can. 78. Carthag. V. can. 11. Meldense c. 76. Arelatense I. can. 8. Canones S. Patricii cap. 7. Vigilius PP. ad Eleutherium Episc. S. Augustin. lib. 3. de Baptismo, Leo M. ad Rusticum Inquisit. 18. & ad Nicetam Aquileiensem cap. 7. Avitus Vien. Epist. 6. 24. &c.

Hæc autem manûs impositio Laïcos tantùm spectat, non Clericos. *Nam cùm Laici absque Ecclesiastica communione soleant pœnitere*, inquit Bernaldus Constantiensis, *Clerici verò absque administratione officii, non mirum, si Clerici per manûs impositionem remedium pœnitendi pro criminibus admissum, non ut Laïci consequuntur, qui nequaquam, ut illi, pro criminibus excommunicari jubentur. Si autem ipsi usque ad anathematis sententiam inobedientes extiterint, consequens est, ut per manûs impositionem sanctæ redintegrentur Ecclesiæ, cùm redierint, sicut & sanctum Nicænum Concilium de Novatianis instituit. Nunquam tamen ut Laici remedium pœnitentiæ per manûs impositionem consequentur, etiamsi penitùs absque ordine suscepto recipiantur, &c.* Vide S. Augustinum Ep. 54.

Manûs impositio in Confirmatione Catechumenorum, Neophytorum, vel noviter baptizatorum, de qua Concilium Eliberitan. can. 38. 39. Arelatense I. can. 8. Euseb. PP. in Epist. Anastasius Bibl. in Vita ejusdem Eusebii, Melchiades PP. in Epist. cap. 1. & 2. Innocentius II. PP. cap. 8. August. lib. 3. de Bapt. contra Donat. c. 16. &c.

Manûs impositio in Baptismo, de qua Concilium Carthag. IV. c. 3. 85. Arelat. I. c. 6. 8. Matiscon. II. c. 3. Tolet. XIII. c. 10. Isidor. l. 6. Orig. cap. 19. &c.

Manûs impositio super infirmos, juxta illud Matthæi cap. 28. *Super ægros manus imponent*, scilicet super Catechumenos & Energumenos pro expulsione diaboli, quæ specialiter Exorcistis in ordinationibus conceditur, quippe ut habeant potestatem imponendi manus super Catechumenos, sive Energumenos. Vide Menardum ad librum Sacrament. p. 340. 342.

Per manûs impositionem ab hæreticis baptizatos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti purgari debere, observat Zacharias PP. in Epist. ad S. Bonifac. Mogunt.

Manûs

Manûs impoſitio in Coronatione Regum, apud Adamnanum in Vita S. Columbæ lib. 2. de Aidano Rege Hiberniæ: *Imponenſque manum ſuper caput ejus ordinans benedixit*. Ordo ad Reginam benedicendam: *Ut quæ per manûs impoſitionem hodie Regina inſtituitur, ſanctificatione tua digna & electa permaneat*.

Manus mortua, glebalis ſervi abſque liberis ex legitimo matrimonio procreatis decedentis bona, ac hæreditas, quæ ad dominum ipſo jure pertinent: cùm de iis teſtamento minimè diſponere, etſi donatione inter vivos, liceat, ut eſt in Conſuetudine Arvernenſi cap. 27. art. 3. 4. 5. *Exactio conſuetudinis peſſima, quæ Mortua-manus dicitur*, apud Sugerium in Charta pro libertate villæ S. Dionyſii. *Servitus manus mortuæ, lineæ humani generis inhumana*, in Chronic. Epiſcop. Autiſiod. cap. 64. Charta an. 1162. ex Tabulario Campaniæ: *Statutum inter nos, ut annis ſingulis idem Epiſcopus noſter & ſucceſſores ejus Epiſcopi prædictorum hominum capitalia liberè & integrè habeant; cætera verò, id eſt, mortuam manum, licentiam matrimoniorum, & alegia, inter nos æqualiter dividantur*.

Variè autem hæc vox in Conſuetudinibus municipalibus & apud Practicos ſumitur. Nam *manus mortua* interdum ipſos homines ſpectat, quos *manus mortuæ* vulgò dicunt, interdum prædia ipſa, quæ bona *manus mortuæ* appellant.

Homines manus mortuæ ſunt ſervi glebæ, quibus, uti diximus, de bonis ſuis teſtamento cavere fas non eſt, perinde ac Latinis libertis apud Romanos, qui, ut ait Salvianus lib. 3. ad Eccleſiam Cathol. *negato ultimæ voluntatis arbitrio, etiam quæ ſuperſtites habebant, morientes donare non poterant*. Redit igitur *hominum manus mortuæ* hæreditas, ſi abſque liberis decedant, ad dominum, in cujus *manu mortua* eſſe dicuntur. Areſta Candel. 1261. 1. Regeſto Parlamenti f. 120. *Abbas Compendienſis receperat in Monaſterio ſuo in Monachum Converſum quendam ruſticum ſuum ſervum Eccleſiæ ſuæ, in cujus manu mortua, ſi remanſiſſet in ſæculo, Rex haberet tertiam partem, &c.* Horum mentio eſt in Chartis anni 1270. 1274. & 1351. apud Roverium in Reomao, in Conſuetud. Calvimontenſi art. 78. Victriacenſi art. 103. Melodanenſi art. 163. Meduntenſi art. 78. Burgund. Ducat. art. 81. & ſeqq. Burgund. Comit. art. 99. Trecenſi art. 3. 5. 6. 91. Catalaun. art. 17. 18. &c. Atque ii dicuntur *à cauſe de leurs perſonnes de condition ſervile, mainmortables envers leurs Seigneurs en tous biens, meubles & heritages, en quelque part qu'ils ſoient aſſis*, in d. art. 5. Conſuetudinis Trecenſis.

Manus mortua rurſum ipſa prædia ſpectat, cum aliquis ſcilicet alicujus, aut Eccleſiæ dominio hac ſe conditione addixit, ſervumque ſe eſſe profeſſus eſt: vel cùm id juris in eadem prædia ex longi temporis præſcriptione habet dominus, id eſt, cùm ea prædia huic ſervituti ſunt obnoxia *jure conſtituti*, vel *præſcriptionis*, ut habent Conſuetudo Arvernenſis cap. 27. art. 11. & Marchenſis art. 127. quæ quidem prædia dicuntur *heritages tenus à condition de mainmorte*, in eadem Conſuetud. Arvernenſi d. cap. 27. art. 1. quorum poſſeſſores pro ſervis habentur, eoque ipſo ſervilibus præſtationibus & operis, quas pluribus recenſet eadem Conſuetudo Marchenſ. cap. 17. obnoxii. Ejuſmodi prædiorum mortuæ manus mentio eſt in Conſuetudine Senonenſi art. 23. Meldenſi art. 48. 77. Vadenſi art. 3. Victriacenſi art. 69. 70. Nivernenſi tit. 8. art. 7. 8. Trecenſi art. 59. Ducat. Burgund. art. 11. 75. Comitat. Burg. art. 86. 93. 95. &c. Charta P. Epiſcopi Meldenſis an. 1229. menſ. Febr. in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ f. 35. *Quitavimus hominibus de Varedis, de Germiniaco, de Villanolio, manus mortuas, tum immobilium, quàm mobilium, quæ ad nos devenire ſolebant, vel ad anteceſſores noſtros in territoriis & dominiis ſive juſtitiis villarum prædictarum: ita quòd dictæ manus mortuæ immobilium ad propinquiores hæredes devolventur ubicunque fecerint manſionem; mobilium verò manummortuam, prout ſolet evenire, ad Epiſcopum de hominibus in dictis villis manentibus, ubicunque ſint dicta mobilia, habebunt propinquiores hæredes, ubicunque manſionem fecerint dicti hæredes. Sed manum mortuam mobilium, devenientem ad Epiſcopum de hominibus extra tres villas manentibus, habebit Epiſcopus, ubicunque ſint mobilia, ſive in prædictis villis, ſive extra; ſi verò terra bladata excadat in prædictis villis & territoriis ſive juſtitiis earum, ſicut erit bladata, ad propinquiorem hæredem deveniet. Sed ſi homo manens in aliqua prædictarum villarum haberet terram extra dictas villas & territoria & juſtitias earum, de quibus ſolet Epiſcopus habere manum mortuam, terra tamen bladata ad Epiſcopum deveniat*.

Interdum *Manusmortua* res ipſas mobiles tantùm ſpectat. Conſuetudo Trecenſis art. 6. de Servis: *Les autres ſont mainmortables en meubles & les autres en heritages ſeulement*. Mox addit ejuſmodi ſervis non licuiſſe teſtari de rebus, *manui mortuæ* obnoxiis, ultra 5. ſolidos in præjudicium domini.

Manusmortua denique quandoque ad certam pecuniæ quantitatem redacta erat, ex manumiſſoria conditione, quæ ex bonis decedentis domino hæres præſtare tenebatur. Vetus Charta apud Haræum in Caſtellanis Inſulæ pag. 178. *De reſpectione capitis ſui 2. denarios, de mortua verò manu ſex, de licentia maritali ſex ſimili modo*. Alia: *Pro cenſu capitali duodecim denarios, & pro licentia maritali quinque ſolidos; pro mortua verò manu totidem ſolidos perſolvant*. Vetus Charta an. 1102. ex Tabulario S. Arnulphi Creſpiac. *Et in tantum numerum eorum* (ſervorum) *tumultum popularem valuiſſe, ut omnino commeatum uxorum ducendarum, & partem ſuarum pecuniarum, quam vulgò Mortuam manum dicimus, ſe daturos denegarent*.

Hujuſmodi verò ſervitutis immunitates paſſim produnt veteres Tabulæ. Sugerius in eadem Charta apud Doubletum, & tom. 4. Hiſtor. Franc. *Cùm autem contigerit præfatos burgenſes proles ſuas nuptiis tradere, poſt mortem earum, ſi abſque hæredibus obierint, etiamſi parentes in villa S. Dionyſii mortuam manum habebunt, propinquior aliquis fuerit, qui in terra B. Dionyſii, vel ſub viatura ejus, manſionem in præfata villa minimè habuerit. Si aliquando etiam evenerit, ut filias ſuas hominibus alieni juris maritent, nullatenus eis mortuam manum concedimus; ſed in jus revocari omnino petimus atque præcipimus*. Charta Philippi Flandriæ Comitis an. 1174. *Nihil de manu mortua infrà Burgi ambitum extorquebat, nec morientium poſſeſſiones permittebat partiri*. Charta Communiæ S. Quintini: *Neque vos, neque alius ſuper homine de Communia mortuam manum clamabimus*. Charta Mathildis Comitiſſæ Nivernenſ. an. 1223. *Quito omnino & in perpetuum liberis meis civibus Autiſiodorenſibus manum mortuam, quam in præjudicium eorum confiteor me areſtaſſe, ut eorum hæredes & ſucceſſores ubicunque manſerint, excaſuras parentum & prædeceſſorum ſuorum ſine aliqua perturbatione & interventu pecuniæ poſſideant pacificè & quietè*.

Cùm igitur *hominibus manus mortuæ* de bonis ſuis teſtari haud liceret, id nominis poſtmodum inditum perſonis Eccleſiaſticis, Collegiis, Communitatibus, &c. quibus perinde de bonis beneficiorum aut dignitatum, vel Collegiorum teſtari ac diſponere non licet: qua notione vocem hanc uſurpant ferè ſemper Conſuetudines municipales, & Edicta Regia.

Ejuſmodi porrò prædia in *manum mortuam* transferre non licet abſque Regis & domini capitalis licentia. Meminit Edwardus Rex apud Willelm. Thorn. an. 1586. & 1588. Statuti à ſe editi *de terris & tenementis*

mentis ad manum mortuam non ponendis, licentiâ suâ super hoc non obtentâ. Unde Cowello *mortua manus, est talis manus, quæ feudum apprehensum sine omni metu amittendi, aut feoffatori ex quacunque causa restituendi tenet.* Inde etiam Edwardus Cokus ad Littletonem sect. 1. ejusmodi *mortuam manum* dictam vult, *quia possessio eorum est immortalis*: ita ut *manus* pro possessione; *mortua* verò per antiphrasin pro immortali accipiatur. Prædia igitur quæ dabantur Ecclesiis, dicebantur dari in *manum mortuam*, hac formula descripta in Charta an. 1266. in Tabular. S. Arnulfi Crispiacensis: *Ita scilicet quòd dictus Philippus de Glacca Armiger dedit in manu mortua, & absque aliquo censu, redditu, seu dominio, alicui domino persolvendo, &c.* M. Pastorale Ecclesiæ Paris. an. 1273. *Et volumus, quòd dicti Decanus & capitulum dictas vineas teneant, & possideant in manu mortua sine homagio, sine servitio, aut redhibitione aliqua nobis vel hæredibus aut successoribus nostris in posterum faciendis.*

Sed unde revera caduca servorum ista *hæreditas*, quæ ad dominum ipso jure devenit, *mortua manus* dicta fuerit, haud temere quis definiat? Nescio enim, an omnibus probetur, quod tradit Auctor magni Chron. Belgici an. 1123. ubi de Adalberone II. Episcopo Leodiensi, à quo sublatum *manus mortuæ* jus scribit: *In eo verò consistebat jus, ut quandocunque aliquis paterfamiliâs, qui hanc debuit servitutem, moreretur, in signum servitutis præteritæ optimum pignus vel jocale, quod in ipsius domo reperiri contigerit, à dominis exigeretur: sin autem nihil esset, ut tum defuncti dextra manus offerretur.* Molanus lib. 3. de Canonicis cap. 35. & ex eo Locrius in Chron. Belg. an. 1142. adduht, dextram manum oblatam *in signum, quòd ei ampliùs non serviret.*

Placitum manus mortuæ, significat *rachatum*, quod debetur domino post mortem vassalli. Nam *placitum* hoc loco id sonare, docemus infrà. Extat Charta Aimerici Vicecomitis Thoarc. an. 1253. qua Dom. de Rupe Militi concedit, quicquid habet in villa S. Benedicti de Anglia, præter *homagium ligium, & placitum mortuæ manus, usque ad 10. libras monetæ currentis, quando illud contigerit evenire, & quadam calcaria deaurata, quandiu vixerit ille, qui prædictum placitum fecerit.* Aliam ejusdem Aimerici anni 1254. profert Gallandus lib. de Franco allodio, in hæc verba: *Et est assavoir, que ledit Vicomte de Thoars nos a quitté icele partie, que nous dussent mettre au plait & à rachat, que il a feit au Comte de Peitiers daudevant dites choses: & si il aveneist, que rachat ou plait de morte main fu fait au viage de moi Aimeric dauvant dit, des choses dauvant dites, ge ne sus tenus à rien mettre: més aprés ma mort, ma devant dite femme, & mi hoir, & mi successor sunt tenu à mettre au plait & à rachat de morte-main, segond nostre partie desus nommée, que nous avons des choses, & segond çou que nostre autre mettront au plait & à rachat, por raison de la partie segun le usage & la costume du pays.* Catalogus Militum an. 1271. tom. 5. Hist. Franc. 551. *Petrus de Sainte Flaine dicit, quòd nihil debet præter placita manus mortuæ, & servitium ad castellum de Luc.* Tabularium S. Cypriani Pictaviensis an. 1404. *Cum tribus solidis de placito, & cum 12. denariis pro omnibus servitiis solvendis de mortua manu.* Idem: *Cum 30. solidis de placito solvendis de mortua manu.* Vide Consuetud. Pictavensem art. 173. 174.

Mortimanus. Charta Henrici Imp. ann. 931. apud Miræum in Cod. Donat. Piar. lib. 1. cap. 30. *Campestria & silvestria jura, & mortimanus suas, & abmatrimonia tam liberè in sempiternum possideat, sicut fundator ipsius—possederat.* Vide *Mortalia, Manumissio.*

Manus mortua. In Capitulari 2. Caroli M. incerti anni c. 1. Edit. Baluz. & in Capitulis Caroli M. lib. 5. cap. 110. *Rationabiles ac legitimæ commutationes Ecclesiis utiles* ratæ haberi; *inutiles* verò & *incommodæ* atque *irrationabiles* dissolvi jubentur. Deinde additur: *Ubi verò mortua manus interjacet, aut alia qualibet causa, quæ rationabilis esse videatur, inventa fuerit, diligenter describatur, & ad nostram notitiam perferatur.* Eadem habentur in Lege Longob. lib. 3. tit. 1 . §. 3. in Capitul. Wormatiensi an. 829. c. 5. in Capit. Caroli C. tit. 32. c. 6. tit. 39. c. 8. ubi pro *rebellis*, legendum *rationabilis.* Fateor hîc me cæcutire.

Neque proclivius est divinare, quid eadem vox sonet in Wichbild Magdeburgensi art. 103. *Quilibe persoluta debita declarare debet ad sacra post manum mortuam metseptimus.*

Manu tertia, septima, duodecima, &c. jurare. Vide *Jurare.*

Manu salva capere, quasi in *salva gardia*, seu *in secura manu.* Synodicon Nicosiense cap. 2(. de Clericis: *Ne vadant de nocte, maximè post tertiam pulsationem: quòd si inventi fuerint, licentiam damus custodibus civitatis, ut eos capiant salva manu, & detineant usque mane, nobis quantociùs præsentandos.*

Manus vestita. Vide *Vestire.*

MANUSCRIPTIO, Subscriptio. Concilium Carthaginense I. sub Julio I. PP. c. 12. *Manuscriptiones nostræ tenentur & pittacia.* Berta Sanctimonialis in Vita S. Adelheidis Virg. n. 7. *Cujus libertatis donatio ut in perpetuum rata foret & firma, & duorum Imperatorum, scilicet Ottonis & Henrici, manuscriptione ac sigilli impressione confirmata.*

Manuscriptura. Gregor. Turon. de Vitis Patrum cap. 8. *Tangens manuscripturam, quam ipse deposuit.*

Manuscriptum, Chirographum, manu propria subscriptum. Vita S. Basilii, apud Heriveum Archiepiscopum Remensem in Epist. ad Widonem Rotomagensem Archiepisc. cap. 17. de quodam, qui seipsum diabolo tradiderat: *Abnegavit Christum*, (verba sunt dæmonis) *& professus est mihi, & ecce manuscriptum habeo, & in die judicii ad communem judicem cum duco.* Infrà: *Et stante populo in horam multam, extensas habente manus in cælum, ecce manuscripta pueri per aërem delata & ab omnibus visa venit, &c.* Concilium Avenionense ann. 1337. c. 27. *Statuimus, quod nullus creditorum, Christianis aut Judæis, postquam fuerit ei de integro debito satisfactum, possit contra voluntatem debitoris instrumentum vel manuscriptum soluti jam debiti retinere.*

MANUTENERE, Asserere, partes alicujus tueri, Gallis *Maintenir.* Habetur hæc vox in Epistola Eleutherii PP. ad Lucium Regem Britan. an. 169. conscripta, si genuina est, quod in dubium jure vocatur. Matth. Paris: *Archiepiscopum contra me manutenere præsumunt.* Occurrit passim.

Manutentores, JC. Anglis Rastallo & Cowello sunt illi, qui vel pecuniis suis, vel alia ope litem alterius judicialem, in qua ipsi justum interesse non habent, promovent, aut fovent. Vide Littletonem sect. 701. & ibi Edw. Cokum.

MANUTRADERE, unico verbo, Tradere. Diploma Roberti II. Principis Capuæ an. 1128. *Quinetiam manutradimus, concedimus, atque confirmamus —omne jus, &c.*

MANUTERGIUM, Joanni de Janua, *Togilla cum qua tergitur manus:* χειρόμακτρον, Græcis. Gregorius M. in libro Sacrament. *Subdiaconus cùm ordinatur, —de manu Archidiaconi accipiat urceolum cum aquamanili, ac manutergium.* Histor. Episcoporum Autissiodor. cap. 51. p. 452. *Contulit—stolas albas cum manutergiis, multiplices ac pretiosas.* Adde Ordinem Romanum sub initium.

Manutergia ad ostium refectorii. Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 22. *Mutet illa tria manutergia, quæ in claustro jugiter pendent ad tergendas manus.*

Hi-

Historia de Fratribus Conscriptis to. 2. Antiquitatum Alamannic. Goldasti: *Sed & foris ostium refectorii ejusdem texturæ manutergia sunt hinc inde suspensa.* Occurrit ibidem mox.

Manutergium, Sudarium, quo Sacerdos sacra facturus manus extergit. Gilbertus Lunicensis de Usu Ecclesiastico: *Pelvis ad manus lavandum, cum manutergio.*

MANUTIGIUM, quod Græci χειρα-ψίαν vocant. Cœlius Aurelian. lib. 1. Tardar. pass. cap. 4. *Non aliter quam si quispiam turbatos oculos manutigio, quod Græci χειρα-ψίαν vocant, temporaliter fricando relevare videatur.*

MANNWERC. Vocis significationem docent Acta Murensis Monasterii pag. 58. *In vitibus autem habemus 24. partes, quæ dicuntur Mannwerch, & 13. rusticos.— Si quaris, cur vocatur Mannwerch, ideo dicitur, quod uni viro committitur ad colendum, & est tantum terræ, quantum par boum in die arare sufficit.* Infrà: *Et sic nos ibi nihil plus de ejus prædiis habemus nisi 4. Mannwerch, & de agris & pratis pane ad 6. diurnales.* Ibidem: *Unusquisque ergo debet in suum Mannwerch singulis annis 7. carradas stercoris ex sua parte inducere, &c.* Pag. 60. *In Schliengen pane duos diurnales, & de vitibus minus quàm tria Mannwerch.* Pag. 62. *Duæ domus, & 60. partes in vitibus, quæ ibi vocantur Skaza, & est quinta pars illius, quæ dicitur Mannwerch, & 37. jugera in agris, & 2. prata, & ad Pfalffenheim 14. Skaza.* Ex his emendanda Charta Grodegangi Episcopi Metensis an. 765. apud Meurissium pag. 168. *Debent omni nocte vigilare, — lectos dare, curtim sepire, vineas quoque sepire, quod vulgò dicitur Mannerc, arare, &c.* Legendum enim *Manwerc*, i. *opus hominis*, opera, manuopera, ex *man*, homo, & *werck*, opus, operatio, &c.

MANZER, Spurius, nothus, è scorto natus, Hebræis, à quibus Græci μανζὴρ apud Gregentium, Theophanem, Cedrenum, &c. Ugutio: *Manzeres dicuntur filii scorti, vel adulterini, vel scelerati.* Versus, laudati à Dionysio Pontano ad tit. 146. Consuetud. Blesensis:

Manseribus scortum; sed mœcha nothis dedit ortum,
Ut seges à spica, sic spurius est ab amica:
Sunt naturales, qui nobis sunt speciales.

In Deuteron. 23. *Non ingredietur Manzer, hoc est, de scorto natus, in Ecclesiam Dei.* Græci Interpretes, ἐκ πόρνης, Arabici *Pharuch alzani*, id est, *pullus meretricis.* Vide Jo. Seldenum lib. de Success. Hebræor. in bona defunctor. cap. 3. ubi multa de hac voce habet. Fragmenta Capitularium, edita à V. Cl. Steph. Baluzio c. 4. *Viles personæ & infames, histriones scilicet, nugatores, manzeres, scurræ, concubinarii, &c.* Ademarus Cabanensis in Chron. *Nolentes sibi præesse filium scorti, erat enim nobilissimi Francorum Principis filius manzer.* Idem: *Jordanus quoque manzer frater defuncti.* Utuntur præterea Sedulius lib. 5. Eadmerus in Historia Novorum pag. 195. Historia Episcopor. Engolim. cap. 19. Gaufredus Vosiensis lib. 1. cap. 12. Petrus Blesensis Serm. 42. &c.

Manzerinus, Papiæ, *Adulterinus.* Gaufredus Vosiensis lib. 1. cap. 73. *Prisci Cœnobitæ religione florentes nos manzerinos hæredes habuere.* Sic etiam videtur legendum, apud Baldricum lib. 4. Hist. Hierosol. *Hierusalem itaque sic obsessa, filiis suis occludebatur: intus à populis manzerinis profanabatur.* Editus Codex *Mazelinis* præfert. Adde Ordericum Vitalem lib. 9. p. 750.

Manzarus, eadem notione. Fortunatus lib. 5. Poëm. 4. de Judæis:

Christicolæ ut cernunt tunc agmina manzara jungi, &c.

MAPPÆ, appellati ludi Circenses, quia cùm proximè edendi erant, mappa demittebatur: cujus ritus originem Neroni adscribit Senator lib. 3. Var. Epist. 51. *Cùm enim prandium protenderet, & celeritatem, ut assolet, avidus spectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus utebatur, jussit abjici per fenestram, ut libertatem daret certaminis postulandi. Hinc tractum est, ut ostensa mappa, certa videatur esse promissio Circensium futurorum.* At Silvius in Laterculo id Tarquinio Regi adscribit, *qui Romæ, dum die Circensium pranderet in Circo, de mensa sua mappam foras, ut aurigis post prandium currendi signum daret, abjecerat.* Hinc idem Silvius *Mappam* pro Circensibus ludis usurpavit: 7. Idus Jan. *Prima Consulis mappa.* Idibus Januarii, *secunda mappa.* Et 13. Kal. Maias: *Consulis tertia mappa.* Julianus Antecessor. Const. 98. *Secunda autem* (processio Consulis) *ea, quæ Mappa, tertia autem ea, quæ Theatroquinegium appellatur.* Infrà: *In sexta antea* (processione) *in Circum procedat, & faciat Mappam.* Sed & has mappas in Diptychis Consulum Bituricensi, Compendiensi, & Leodiensi expressas annotant viri docti. Nescio porrò, an non & *velum* dicta fuerit *mappa?* nam ut *mappam facere & dare* dicebant, ita & *velum.* Chronicon Alexandrinum pag. 752. ὁ ᾗ θειότα(τ)ος Ζήνων παραχὼν τὸ βῆλον τῶ ἱππικῶ, εὐθέως ἀνελθὼν, ἐθεώρησεν, καὶ ἐξ.χθη ὑπὸ τῶν τῆς πόλεως. Scio, *velis* obductos fuisse Circos docuisse Bulingerum lib. 1. de Theatr. cap. 16.

Mapparii, qui in Circo mappam demittebant, aut excipiebant, in signum proximè edendorum Circensium: μαππάριοι, D. Chrysostomo in orat. de Circo, in Chronico Alexandrino p. 876. in Glossis Basil. apud Nicetam in Alexio Aug. lib. 3. n. 2. Scylitzem, & alios.

Mappa mundi, Charta vel mappa explicata, in qua orbis seu mundi descriptio continetur. πίνακες, ἐν οἷς αἱ τῆς γῆς περίοδοι εἰσιν, ut est in Testamento Theophrasti apud Diogenem Laërtium: quarum quidem Tabularum Geographicarum primum auctorem fuisse Anaximandrum, quem subsecuti sunt Hecatæus, Democritus, Eudoxus, & alii, tradit Eustathius in Epistola præfixa Notis ad Dionysium Periegetem. Eumenius pro restaurandis Scholis: *Siquidem illic instruendæ pueritiæ causa, quo manifestiùs oculis discerentur, quæ difficiliùs percipiuntur auditu, omnium cum nominibus locorum situs, spatia, intervalla descripta sunt, quidquid ubique fluminum oritur, & conditur, quocunque se littorum sinus flectunt, quo vel ambitu cingit orbem, vel impetu irrumpit Oceanus.* S. Hieron. Epist. 3. *Sicut ii, qui in brevi tabella terrarum situs pingunt, &c.* Vide Bergerium lib. 3. de Itinerib. Roman. cap. 7. num. 1. 2. Papias: *Mapa, togilla, mapa etiam dicitur pictura, vel forma ludorum, unde dicitur Mapa mundi.* Rathbertus de Casibus S. Galli cap. 10. *Inter hos* (libros) *etiam unam Mappam mundi subtili opere patravit, quam inter hos quoque libros connumeravit.* Gervasius Tilleberiensis lib. 2. Otior. Imperial. *Considerantes, quòd ipsa pictorum varietas mendaces efficit de locorum varietate picturas, quas Mappam mundi vulgus nominat.* Vide Annal. Colmarienses ann. 1265. & Joan. Villaneum lib. 1. c. 89.

Mappa, Mappula, Umbraculum, quod defertur supra Episcopi caput, dum procedit ad altare, sacra facturus, seu stationes facit, diversis imaginibus adornatum, quatuorque baculis innixum, quod à quatuor ministris tenetur, qui inde *Mappularii* appellantur. Ita Durandus lib. 4. Ration. c. 6. n. 11.

MAPPA, vox agrimensorum. Apud Auctores de Limitib. pag. 270. *Ratio limitum regundorum hæc est: auctores Theodosius & Neuterius de terminis & lineis exposuerunt, 304. jugi agrimensoris qui mappa, quas lineas habuerint, observetur.* Pag. 273. *Terminus si scriptus*

ſcriptus fuerit, & punctos habuerit litteris Græcis, ſequeris curſum ejus à Sion, hoc eſt, ab Oriente, per litteras Græcas de mappa, hoſt, eſt Pentagonum, quod interpretantur cubitos quinque. Denique pag. 319. *In Mappa Albanenſium inveniuntur hæc, Ager Heclanenſis, ager Penuſinus, &c. De Mappis linteis*, quarum in l. 1. Cod. Th. de Alim. mentio eſt, in quibus ſcribebatur, hæc intelligenda cenſet Jacobus Gothofredus. Hinc fortè

Mappa, Mapada, Mappada, Mappaticus, pro modo agri.

Mapada. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Sunt ibi aſpicientes inter majores & minores campi 46. continentes map. 100. ubi ſeminari poſſunt de frumento modii 34. &c.* Occurrit ibi pluries cum duplici PP. Ibidem: *In Lurba habet manſum dominicatum, caſam, horreum, puteum, de terra arabili mapp. 108. poſſunt ibi ſeminari inter ambas ſationes, de anno modii 120.*

Mappada. Idem Tabular. *Arat mappadam & corvadam, ut ſuprà*

Mappaticus, eadem notione. Charta Caroli C. in Hiſt. S. Marculfi Corbiniacenſis, & apud Marlotum in Metropoli Remenſi lib. 4. c. 7. *De terra verò indominicata ad ſummum Tilidum mappaticos quatuor.*

Mappagium. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Septem mod. avenæ de mappag. & tres mod. de ſiligine.* Ibidem: *Medio Martio 5. ſol. de cap. de mappag. 12. mod. & dimid. de ſiligine, de avena 26. mod.*

MAPPALE OPUS. Monaſticum Anglic. to. 3. pag. 330. *Item caſula de opere mappali*, quo ſcilicet mappæ fieri ſolent.

MAPPARIUS, qui mappam lavaturo porrigit. Patriarchium Bituricenſe c. 30. *Erat Regi gratiſſimus--- in tantum, ut linteum, quo Rex lotis manibus tergere ſolebat, ipſe proferret, & ob hoc Mapparius vocaretur.* Vide Aimoin. lib. 4. Hiſt. Fr. c. 2.

MAPPULA, Parvula mappa, qua naſum tergimus, ſudarium, Gallis *Mouchoir*. Kero Monachus: *Mappula, Duvakila*, id eſt, *togilla* noſtris, *Touaille*. Alcuinus de Officiis Eccleſ. c 39. *Mappula, quæ in ſiniſtra parte geſtatur, qua pituitam oculorum detergimus, dicitur & manipulus.* Occurrit hac notione in Regulis S. Benedicti c. 55. & S. Fructuoſi c. 4. apud Ardonem Monachum in Vita S. Benedicti Abbatis Anianenſis n. 35. Victorem III. PP. lib. 3. Dial. in Chronico Farfenſis Monaſterii p. 661. &c.

Apud S Gregorium lib. 2. Dial. cap. 19. *Mappulas* ἐγχείρια Zacharias vertit. Eſt verò ἐγχείριον apud Germanum Patr. CP. in Theoria Eccl. τὸ ἐπὶ τῆς ζώνης τὸ ἀπομάξαι τὰς χεῖρας λέντιον, *linteum de Zona pendens ad tergendas manus.*

Mappula aliud videtur apud Iſidorum in Regula c. 13. *Monachi in Monaſteriis palliis ſemper utantur, ---ſanè ſi quis pallium non habet, humeris mappulam ſuperponat.*

Mappulas fuiſſe propria Clericorum Romanorum ornamenta, adeo ut aliis non niſi ex privilegio uti fas eſſet, ſcribit Gregorius M. in proceſſionibus ſcilicet publicis cum ipſo ſummo Pontifice, lib. 2. Ind. 11. Epiſt. 54. ad Joannem Ravennatem Epiſcopum: *Illud autem, quod pro utendis à Clero veſtro mappulis ſcripſiſtis, à noſtris eſt Clericis fortiter obviatum, dicentibus nulli hoc unquam alii cuilibet Eccleſiæ conceſſum fuiſſe,---ſed nos ſervantes honorem fraternitatis tuæ, licèt contra voluntatem antedicti Cleri noſtri, tamen primis Diaconibus veſtris, quos nobis quidem teſtificati ſunt etiam ante eis uſos fuiſſe, in obſequio duntaxat tuo mappulis uti permittimus; alio autem tempore, vel alias perſonas hoc agere vehementiſſimè prohibemus.* Epiſtola verò ſequens, quæ eſt Joannis Ravennatis Epiſcopi, ſatis indicat in proceſſionibus iis potiſſimùm Clericos uſos, quæ vel cum ſummo Pontifice, vel in ejus obſequium aut ejus Apocriſiarii fiebant. *Quia quoties ad Epiſcopatus ordinationem, ſeu Reſponſi, Sacerdotes vel Levitæ Ravennatis Eccleſiæ Romam venerunt, omnes in oculis deceſſorum veſtrorum cum mappulis ſine aliqua reprehenſione procedebant: quare etiam eo tempore, quo iſtic à prædeceſſore veſtro peccator ordinatus ſum, cuncti Presbyteri & Diaconi mei in obſequium Domini Papæ mecum procedentes uſi ſunt.* Clericos autem *Mappulatos* & *Planetatos*, cum ſummo Pontifice *ad ſtationes* proceſſiſſe teſtatur Joannes Diacon. lib. 2. Vitæ S. Gregorii M. cap. 43. *Cumque magi ex planetatorum mappulatorumque proceſſionibus magnum Pontificem cognoviſſent, &c.* Verùm hiſce locis *mappas* non eſſe manipulos; ſed candida equorum ſtrata conjicit Laurentius Lantmeterus lib. 1. de Veſte Clericor. cap. 18. quod ſanè firmare videtur Anaſtaſius in Conſtantino PP. *Pontifex autem & ejus primates cum ſellaribus Imperialibus, ſellis, & frenis inauratis, ſimul & mappulis, ingreſſi ſunt civitatem* (CP.) Vide quæ ſuprà annotamus de *Mappulis*, ſeu umbraculis ſummi Pontificis.

Mappella, id eſt, parva mappa. Durandus lib. 3. Ration. c. 6. n. 3.

Mappula, apud Scriptores Eccleſiaſticos eſt ſudarium, quod in ſiniſtro brachio Sacerdos defert, quod interdum *Manipulus* & *Phano* dicitur. Alcuinus loco citato: *Mappula, quæ in ſiniſtra parte geſtatur---dicitur & manipulus.* Honorius Auguſtod. lib. 1. c. 208. *Ad extremum Sacerdos fanonem in ſiniſtrum brachium ponit, qui & mappula & ſudarium vocatur, per quod olim ſudor & narium ſordes extergebantur.* Ordo Romanus: *Subdiaconus regionarius porrigit ei* (Papæ) *mappulam.* Infrà: *Subdiaconis vero ſibi congruæ veſtes* (præbendæ) *quæ apud quoſdam Subdiaconales nominantur, & mappula in ſiniſtra manu ferendæ.* Vide præterea Stephanum Eduenſ. lib. de Sacram. altar. c. 10. Rabanum lib. 1. de Inſtit. Cleric. c. 18. Miſſam ab Illyrico editam, & Menardum ad librum Sacrament. Gregorii p. 282.

MAQUERELLUS, Piſcis ſpecies nota, vulgò *Maquereau*. Compotus Baillivorum Franciæ an. 1295. *Compotus Henrici Monachi de Expletis --- Maritima Picardia & aliis, de Wada capta ſuper Anglicos, de blado capto ſuper eos --- de maquerellis ſuper eos captis.* *Maquereaux* noſtris dicuntur leones, *Maquerelles*, meretricum conciliatrices, in Conſuetud. Bajonenſi tit. 25. art. 3.

MAR, pro *mas*, Maſculus, in Foris Aragon. lib. 3. de Lege Aquilia.

MARA, Palus, lacus, ſtagnum. Anglo-Saxon. Mere, Kiliano, *Maer*, *Maere*, Gall. *Mare*. Willelmus Gemetic. lib. 2. cap. 20. *Sedens ſuper lacum, quem uſu quotidiano loquendi Maram vocamus:* Willelm. Britto in Philipp. lib. 5. pag. 146.

—— Lex ovea fontis egena,
Quæ pro fonte maras gaudet potare lutoſas.

Hiſt. fundationis Abbatiæ Rameſ. in Anglia: *Ambitur præterea idem locus paludibus anguilloſis, maris latè patentibus, & ſtagnis multimodi generis piſcium & avium natatilium nutritivis: de quibus maris una eſt Rameſmere, de nomine inſulæ dicta, quæ cæteras adjacentes aquas pulcritudine & fertilitate ſuperexcellens, &c.* Non deſunt, qui opinantur, effictum vocabulum à Lat. *Mare*, quod, Iſidoro teſte, aquarum generalem collectionem ſignificat. Alii ab ἀμάρα deducunt, quæ vox aquæductum ſonat, ſive ſulcum in prato, per quem aqua ducitur irrigandæ terræ gratia.

MARABOTINUS, *Maurabotinus, Marmotinus, Marbotinus, Morabotinus.* Hæc omnia idem ſonant; ſed *Marabotinus* crebriùs occurrit apud Scriptores, Matthæum Paris ann. 1176. Radulphum de Diceto p. 598. Doubletum in Hiſt. S. Dionyſii p. 891. Guichenonum in Bibl. Seb. Cent. 2. c. 51. Gariellum in Epiſcop. Maga-

Magalon. pag. 279. & alios. Sic autem indigitantur monetæ quædam Hispanicæ, aureæ præsertim.

Marabatinus, in Charta Hugonis Archiepiscopi Genuensis an. 1184. apud Ughellum.

Marbotinus. Charta Guillelmi de Novelliano Militis ann. 1270. *Debet Domino Duci (Aquitaniæ) unum Marbotinum sporlæ in mutatione Domini*. Consuetud. Tolosæ part. 2. Rubr. de Donation. *Oboli, seu Marbotini aurei*. Adde Monasticum Anglic. to. 3. p. 312.

Marabatinus auri boni, Charta Hispanica, apud Malbrancum lib. 11. de Morin. cap. 52.

Morabatinus, in Bulla Paschalis PP. apud *Diago* lib. 2. de Comitib. Barcin. cap. 95.

Marmotinus aureus, apud Plantavitium in Hist. Episc. Lodovens. pag. 103. 257. & 306. & Albertum Argentin. in Chron. an. 1289.

Morbotinus, apud Rodericum Tolet. in Hist. Arab. c. 20.

Morabedis, in Charta Alfonsi Æræ 1157. pro Cæsaraugust. apud Mich. de Molino in Repertorio pag. 265. col. 3.

Maurabotinus, in Fœdere, quod sancitum est Bayonæ mense Aprili ann. 1290. inter Franciæ & Castellæ Reges. *Cæterum cum præfata Blancha se restitui peteret ad perceptionem 24. Maurabotinorum de bona moneta, videlicet veterum Burgalensium, pro dotalitio suo, valentium annuatim 7. millia librarum 160. librarum Turon. Nigrorum, ut dicebat, & sibi satisfieri in eadem moneta de proventibus 14. annorum transactorum, postquam ipsa exivit de Castella gente nostra, satisfactionem omnium prædictorum, deducto eo, quod solutum erat exinde ad monetam, quæ de Guerra dicitur, offerentur, & dicente nos ad præstationem alterius monetæ non teneri. Tandem, &c.*

Morabotinus. Extat Charta Alfonsi Regis Castellæ, data Segoviæ 21. Sept. 1258. in Regesto Feodorum Ducatus Burgundiæ, parte 2. fol. 90. qua Hugoni Duci Burgundiæ concedit *decem millia Morabotinorum computatis 15. solidis Pipionum pro Morabotino, in feudum, & nomine feudi, dandos & solvendos annuatim eidem Duci & successoribus suis, vel eorum nuntio, in festo Nativitatis M. V. mense Septembri, in Regno Castellæ, vel Imperio, in reditibus usque ad eandem quantitatem, & de prædicto feudo dictum Ducem solenniter investivit eum virga, quam in manu tenebat*. Sic etiam scribitur apud Bromptonum in Henrico II. p. 1125.

Morabotini boni in auro curribiles Alfussini recti, in Charta Majoricensi ann. 1280. semel ac iterum. In alia 1282. *Morabotini boni Alfonsini auri fini & ponderis recti*. Occurrit pluries in Chartis Aragonensibus.

Marabatini, passim in Chartis Lusitanicis apud Rodericum *da Cunha*, in Hist. Episc. Portensium, in Lusitania. In Libello Catalonico MS. *de Batallia facienda*, dicuntur 200. unciæ conficere 400. Morabotinos: *Per 200. unces d'or de Valentia, qui son 400. Morabotins*. Charta Petri Regis Aragon. in Curia Generali Cataloniæ ann. 1351. *Morabotinus, de quo in Usaticis mentio fit, valet 6. solidos monetæ Barcinonensis de terno*. *Morabati*, in Chr. Petri IV. Reg. Arag. lib. 4. c. 8.

Quæsitum à viris doctis, unde enatæ hæ voces? in qua disquisitione ajunt Bochartum, virum in Hebraïcis & aliis Orientalibus linguis oculatissimum, cùm in Cadomensi virorum litteratorum consessu acriùs insisteret, apoplexiâ correptum haud multò pòst expirasse. Uni porrò ex iis, qui super hac controversia per litteras sententiam meam expoposcerat, rescripseram, videri mihi *Marabotinos* appellatos primùm nummos aureos Maurorum Hispanicorum, qui iis fusis subinde ac deletis in Hispanorum potestatem venerant, quasi *Marranorum spolia*: nam *Botino*, Hispanis idem est quod nostris *Butin*: *Marranos* verò Mauros Hispanicos appellatos suo loco docemus. At Mariana lib. de Ponder. & mensur. c. 23. Marevedinos monetam fuisse Regum Gothicorum Hispanicorum existimat, ac proinde multo ante Maurorum in Hispanias irruptionem cognitam, quod ex solo nummorum Gothicorum pondere elicit. Ut se se res habeat, eæ monetæ, quæ

Maravedini Hispanis dicuntur, ab eodem fonte nomen ducunt: qui enim priùs *Marabotini*, postea *Maravedini* dicti: de quorum aureorum pretio & pondere multa commentantur Antonius Nebrissensis in Repetitionibus, Didacus Covarruvias in veterum Collatione numismatum cap. 5. & Jo. Mariana de Ponderib. & Mensur. c. 22. 23. Inde id nominis inditum quibusdam minutioribus monetis æreis: qua tamen in parte, ait idem Covarruvias c. 1. Maravedinus non tam est nummus, quàm nummorum numerus, qui constat ex duabus Blancis, aut Coronatis sex, vel denariolis decem.

MARACH, *Marach*, Equus. Lex Aleman. tit. 69. §. 2. *Si ille talem equum involaverit, quem Alemanni Marach vocant*. Tit. 70. §. 2. *Si quis equo, quem Alemanni Marach dicunt, oculum excusserit*. Lex Bajuvar. tit. 13. cap. 10. §. 1. *Si equus est, quem Marach dicimus*. Editio Heroldi tit. 7. §. 1. *Si equus est, quod Marh dicimus*. At in Lege Aleman. habet utrobique *Marach*.

Vetus est autem vox Gallica, siquidem Pausanias in Phocicis pag. 335. ἵππου τὸ ὄνομα apud Gallos esse μάρκαν auctor est, unde τριμαρκισίαν equestris pugnæ quandam institutionem vocabant. Sed & etiamnum Armorici nostri, penes quos, ut & apud Guallenses Anglos, veteris Gallici idiomatis reliquias permanere ajunt, equum *marach* dicunt, *marcheguez*, equitare.

MARACHFALLI. Vide *Marchfalli*.

MARAGIUM, Palus, ex Gallico *Marais*. Charta an. 1246. ex Tabulario Fossatensi fol. 39. *Et Dimidium arpennum in maragio, quod fuit patris sui ad 3. denarios de censu*. Vide *Mara*.

MARAHWORFI. In Edicto Rotharis Regis Longob. titulus 11. inscribitur *Marahvvorfi*. Mox sequitur: *Si quis hominem liberum de caballo in terram per quodlibet ingenium iniquo animo jactaverit, &c.* Ubi *Marah* est equus; *worfin* verò dejicere: quæ vox aliis ejusmodi adjungi solet, ut *unegvvorfin*, *rapovvorfin*, *&c.* Vide *Marvvorfin*.

MARANCIA, Dolor, qui concipitur ex aliquo damno, vox à *Marrire*, & *Marritio* deducta: unde postmodum traducta ad ipsas mulctas aut pœnas, quæ pro levioribus delictis, vel pro defectibus seu absentia irrogatur: nostris vulgò *Marance*. Charta an. 1245. in Historia Episcoporum Silvanect. p. 454. *Si pœna pecuniaria, quæ pro defectibus seu maranciis, quæ in Ecclesia nostra statuta est, voluerit se liberare*. Consuetudines Ecclesiæ Rotomagensis: *Post hac solent recitari marranciæ, & offensæ diei, & horarum præcedentium, & ibi puniri*. Charta an. 1247. in Hist. Monast. S. Mariæ Suession. p. 459. *Si infra primam Collectam venerint, maranciam non facient*. Infrà: *Qui verò maranciam in officio majoris Missæ fecerit, duos denarios nigrorum de propria bursa persolvet*. Rursum: *Et nihilominus persolvet Diaconus maranciam*. Ibidem: *In majori Missa pœna 2. denariorum incurrente contra eum, qui maranciam fecerit convertendorum*. Statuta pro Ecclesia Abbavillensi an. 1208. in Tabul. Episcopat. Ambian. fol. 31. *Qui maranchiam Missæ fecerit, de pœna 6. denarios solvat. Qui verò marachiam Evangelii vel Epistolæ fecit, 4. denar.* Adde fol. 134. & aliud Tabul. ejusd. Episcopi fol. 40. V. *Caton en Roman MS.*

Se par ta deserte as maranche,
Souffrir le dois en patianche.

Alibi:

Il trouvera sans doutanche
Mainte cose qui fait maranche.

MARANGO, & *Marangonus*, Ital. *Marangone*, Faber tignarius, Carpentarius, Gall. *Charpentier*. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 15. *Habendo etiam scribas, quos in exercitu esse decet ad scribenda & distribuenda victualia---atque marangones lignaminis in Magno numero*. Cap. 20. *Expedit quòd in qualibet prædictarum galearum foret semper unus marangonus, & unus similiter calefatus*. Et infrà: *In hominibus galearum, quibus stipendia erogari debent, recensentur marangoni*.

MARANI, apud Hispanos Mauri appellari solent: de qua voce ita Joannes Mariana lib. 7. de Rebus Hispan. ubi de donatione Aurelii Regis Galleciæ in Hispania æræ 813. facta Monasterio: Est, inquit, ad memoriam insignis iis in litteris contenta execratio, *qua ejus* donationis *violator* jubetur esse *Anathema Marrano & excommunicatus*. Unde intelligitur, *Marani*, vocem vulgarem non à Mauris, quasi *Mauriani*, ut quidam suspicantur, factam in Italia Friderici Ænobarbi tempore, cùm Mauri plurimi fidem Christo datam in baptismo passim ejurata, quam susceperant, religione, violarent; sed potiùs ex Syriaca voce *Maranatha* deductam, qua anathematis ignominia, execratioque in divinis litteris continetur. At secus sentit Scaliger de Emendatione temporum lib. 6. pag. 625. In verbis, inquit, Geographi Arabis fit mentio factionis *Maravanjun*. Sciant igitur studiosi, Abaz fuisse patruum Muhammedis, atque ejus progeniem & gentem dictam fuisse, dicique adhuc *Abaziun*. Ad eos jus Chalifatus pertinebat, utpote qui propiùs sanguine Muhammedem attingerent. Sed *Marawan* quidam primus Chalifatum ab illa gente ad suos, qui *Maravanum* dicti sunt, transtulit per tyrannidem, eoque nomine omnibus Muhammedanis in odio est nomen *Marawanin* ad hanc usque diem. Vide *Marones*.

MARANUS, Ital. *Marana*, Navigii species. Stephanus de Caresinis in Chron. MS. an. 1079. *Passus S. Clementis & S. Spiritus maranis & aliis navigiis obstrusus*. Occurrit in Hist. Obsid. Jadrensis an. 1345. lib. 1. c. 35. lib. 2. c. 11. Sic fortè appellata, quòd *Maranorum*, seu Hispanorum primitus esset.

MARATHUS. Thomas Eliensis Monachus in Vita S. Ethildritæ c. 77. *Accipientes sacculos marati, unde fuerat compta totius superficies pavimenti, &c.* Ubi viri docti *Marathum* herbæ speciem esse scribunt.

MARATORIÆ *biga*. Lambertus Ardensis: *Rustici cum bigis maratoriis & carris funariis* (fortè fimariis) *calculos trahentes*. Vide *Marra*.

MARBOTINUS. Vide *Marabotinus*.

MARCA, *Marcus*, Pondus, quod appendit bessem libræ regiæ, quâ negotiatores & pigmentarii, & alii utuntur, omnesque omnino qui appensas merces venditant. Vocis Etymon à veteri Germanico *Mark* arcessit Joan. Stiernhookus lib. 1. de Jure Sueonum vetusto cap. 11. pag. 133. voce, quæ *signum* sonat, ut apud nos *marque*. Papias: *Marca dicitur pondus argenti unius libræ*. Meliùs Jo. de Janua: *Marca dicitur quoddam pondus, scilicet media libra*. Balbus in Catholico: *Marcha est quoddam pondus, scil. media libra, ut dicitur marcha argenti*. Chronicon Moguntinum: *Nota, quòd auri libra habet duas marchas auri*.

Apud nos igitur Marca duplicata libram efficit, quæ dividitur in 16. uncias; uncia verò subdividitur in octo drachmas, vel 24. scrupulos, seu denarios; drachma siquidem tribus constat denariis, & in 72. grana secatur, quorum 24. continet denarius. Quapropter uncia constat 576. granis, ut libra 9216. At auri examinatores, vulgò *Essaieurs*, examen tam accuratum instituunt in auri probanda bonitate, ut ipsum granum in 512. particulas dividant. Hæc ferme ex Budæo & Mersennio.

Marca nomen Germanicum esse scribit Georg. Agricola lib. de Restituendis ponderibus p. 243. Sanè vetus est, ut quod habeatur in Charta Ædenulphi Regis Anglorum an. 857. apud Doubletum pag. 766. & in Charta Caroli Crassi ann. 881. de Expeditione Romana. Adde Ughellum tom. 1. part. 1. p. 391.

Quadruplicem autem Marcam obtinuisse in Gallia observo, Trecensem, Lemovicensem, Turonensem, & Rupellensem, sive Anglicanam, pondere invicem diversas, ut habetur in Regesto Cameræ Computor. Paris. signato *Noster*, fol. 204. 205. ex quo sequentia descripsimus: *Ou Royaume souloit avoir 4. marcs. C'est assavoir le Marc de Troyes, qui poise 14. sols 2. den. esterlins de poix. Le Marc de Limoges, qui poise 13. den. 3. ob. esterlins de poix. Le Marc de Tours, qui poise 12. sols 11. den. ob. esterlins de poix. Le Marc de la Rochelle, dit d'Angleterre, qui poise 13. s. 4. den. esterlins de poix. Par le Marc de la Rochelle, qui poise 13. s. 4. den. esterlins, toutes monnoies quelles qu'elles soient, se aloñoient pour 12. den. d'argent fin de poix l'un contre l'autre: & huit ensemble doivent faire & peser ledit marc, & chascun desdits 12. den. doit pezer 24. grains. Chascun esterlin doit pezer 3. den. ob. Tourn. & ainsi generalement doit estre Marc de Tournois selon le Marc de la Rochelle à 20. s. Tourn. & ainsi se ordonnent & haussent toutes les monnoies du monde selon du plus le moins, qui plus y met d'argent des devantditz 12. den. & le demourant du metail, si comme se l'en disoit Mailles petites Tournoises à 17. s. 6. den. au Marc de Troies, qui est de Parisis. Et ledit Marc est plus grant de celuy de la Rochelle de 10. esterlins, qui doivent pezer 30. ob. qui valent 2. s. 6. den. ainsi sont-il de 20. s. au Marc selons celuy de la Rochelle; & furent faites telles petites Mailles l'an 1329. de 17. grains de loy argent le Roy.*

Marca Trecensis appendit 12. solidos 11. denarios esterlingos, ut est in laudato excerpto: nec in Gallia duntaxat; sed & in Germania, Anglia, Hispania, Flandria, & aliis Europæ Provinciis, in publicis præsertim commerciis, in usu fuit, & nominabatur. Quod inde evenisse putant, quod in Nundinis Campaniæ, seu Trecensibus, quibus nullæ in Europa celebriores & antiquiores extiterunt, ejusmodi pondere mercatores uterentur. *Ponderis Trecensis* mentio fit in Epistola 224. ex Francicis, quæ extant tom. 4. Hist. Franc. Duchesnii, & in Institut. Capituli gener. Cistercienſ. dist. 7. cap. 3. quæ eadem videtur cum *Marca Regia*, seu *Marc le Roi*, in Chartis ann. 1306. & 1309. in Probat. Hist. Castilioneæ pag. 97. 162. ubi de monetis Comitum S. Pauli & Blesensis agitur.

Marca Lemovicensis appendit 13. solidos 3. obolos esterlingos, ut est in eodem Regesto.

Marca Turonensis, ibidem, appendit 12. solid. 11. denar. obol. esterlingos: ad quam marcam appendebantur monetæ Regum nostrorum, & aliorum, quæ *Turonenses* vulgò appellabantur.

Marca Rupellensis, de qua suprà diximus.

Marca Anglicana, eadem quæ Rupellensis, & apud Matth. Paris an. 1235. pag. 286. & Willelm. Thorn. in Chron. pag. 2107. pro 13. solidis & 4. den. esterlingis computatur. At sub Henrico I. Rege videtur Marca fuisse tantùm pondo 6. solidorum & unius denarii: ita enim in Legibus ejusdem Regis cap. 34. *Si erga Comitem, 40. sol. erga Hundredum, 30. sol. & 5. den. qui faciunt 5. mancas, ut solidus denar. 12. computetur*. Est autem *Manca* idem quod *Marca*. Cap. 69. *De Tihindi hominis (occisi) wera, debent reddi secundùm Legem 30. solidi ad manbotam, idem hodie 5. marcæ, de Thesindo, id est, Thaino, 120. sol. qui faciunt 20. marcas*.

Marca Germanica videtur fuisse 20. solidorum, quot marca dicitur ponderare in Speculo Saxonico lib. 3.

lib. 3. art. 45. §. 3. In Chronico Laurishamensi pag. 95. dicuntur *talenta* 18. *& dimidium surgere in marcas* 15. Jo. Hocsemius in Adolpho à Marka Episc. Leod. c. 18. *In provincia nostra Coloniensi uncia* 20. *sterlingos ponderat: sterlingus* 36. *vel circiter hordei grossi grana, sive spelta, qua apud nos communior est, & quasi æquè ponderans, ad cujusmodi grana sterlingi pondus æquavi: octo verò unciæ marcham adæquant: sed & marcha quinquaginta quinque, pondus prædictorum Regalium æquipendit, &c.* Vide *Pondus Coloniense.*

De *Marca Danica*, hæc observat Petrus Resenius ad Jus Aulicum Canuti II. Regis pag. 703. aliam scilicet fuisse auri & argenti, aliàm verò aliorum ponderum: marcam enim auri puri & argenti defecati 8. unciarum pondus habuisse, marcam verò aliorum ponderum, idem fuisse quod semis & sex uncias Romæ, &c.

Marca Hispanica, de qua sic Joannes Mariana libro de Ponder. & mensur. cap. 9. *Aurifices marcum, hoc est, uncias octo auri quidem dividunt in Castellanos* 50. *quod genus ponderis & nummi est drachma majoris atque denario Romano. Castellanus in octo tomines dividitur: tomin in* 12. *grana. Argenti autem marcum dividunt in uncias* 8. *unciam in totidem octavas sive drachmas, octavam in grana* 75. *sic marcus argenti aurique eundem granorum numerum continet.*

Marca ponderosa, nempe Germanica, appendit 26. solidos, ex Wichbild Magdeburg. art. 19. §. 1.

Marca Slavonica, appendit 12. solid. Ita idem Wichbild Magdeburg. art. 44. §. 3.

Marca stendata, ad *steadardum* examinata. Charta an. 1293. apud H. Meibomium ad Chronicon Mindense pag. 40. *Pro* 25. *marcis stendatis argenti, pro quo filiam fratris mei in suum collegium adserviendum Deo receperunt.* Vide *Standardum.*

Etiamsi porrò Marca solidis & denariis constiterit, non ideo cum Watsio existimandum videtur, Marcam fuisse nummum cusum ac signatum. Solidi enim & denarii, qui hic recensentur, pondera sunt, quæ nusquam mutabantur, quod de Marcæ argenti aut auri pretio dici non potest, quod pro libito Principum, minuebatur aut crescebat, pro ratione pretii, quod monetæ imponebatur.

Aliud præterea fuit Marcæ auri aut argenti signati, aliud infecti pretium. Pluris enim semper valuit Marca signata, quàm infecta: idque propter *tractum*, ut Monetariorum voce utar, quo nomine intelligitur vectigal, quod Princeps ex unaquaque monetæ signatæ aut cusæ marca percipit. Cujus quidem marcæ infectæ pretium Princeps solet significare Magistris Generalibus Monetarum, quoties Monetam cudendam curat. Quod ut planum cuivis fiat, en propono exempla, ex Tabulariis publicis Curiæ Monetarum desumpta, quæ non minimùm proderunt ad percipienda, quæ vulgò in horum temporum Diplomatibus & Chartis de Marcarum pretio circumferuntur.

Valor, in quo Marcha auri fuit temporibus infrà scriptis, & formæ, cursus, leges, & ponderum Florenorum factorum ibidem.

A 20. *Sept.* 1330. *usque ad* 9. *diem Januar.* 1331. *fiebant* Parisienses *auri fini, cursus* 20. *sol. par. ponderis* 33. *dabantur pro Marcha* 32. *peciæ auri cum duobus quintis valentes* 40. *lib.* 10. *sol.*

A 9. *Januar.* 1331. *usque ad* 24. *Januar.* 1336. *fiebant* Regales *auri fini, cursus* 15. *sol. tur. ponderis* 66. *Regal, & dabantur pro Marcha auri fini Regales & valentes* 40. *l.* 10. *s. t.*

A 1. *Feb.* 1336. *usque ad* 1. *Febr.* 1337. *fiebant* Scuta *fina, cursus* 20. *sol. t. ponderis* 54. *scut. & dabantur pro Marcha auri* 50. *scuta valentes* 50. *l. &* 51. *scuta versus finem dicti temporis valentes* 51. *l.* 10. *s. t.*

A 1. *Febr.* 1337. *usque ad* 11. *Septemb.* 1338. *fiebant* Scuta *ut suprà, cursus, ponderis ut suprà: & dabantur pro Marcha auri in principio* 51. *l.* 10. *s. t. & postea* 52. *l. t.*

Ab 11. *Sept.* 1338. *usque ad* 14. *Novemb. postea fiebant* Scuta, *cursus & ponderis ut suprà: & dabantur pro Marcha auri* 52. *l. t.*

A 14. *Novemb.* 1338. *usque ad* 7. *Jan. post fiebant* Leones *aurei, cursus* 25. *sol. t. ponderis* 50. *& dabantur pro Marcha auri* 58. *l. t.*

A dicta 7. *Jan. usque ad* 25. *Maji* 1338. Leones *ut suprà, & dabantur pro Marcha auri* 60. *l.* 10. *s. t.*

A dicta 25. *Maji usque ad* 14. *Jun. post fiebant* Leones *ut suprà. Marcha auri empta* 61. *l.* 10. *s. t.*

A 14. *Junii* 1339. *usque ad* 16. *Augusti post fiebant* Papilliones *auri fini, cursus* 30. *sol. tur. ponderis* 48. *Marcha auri empta* 66. *l. t.*

A dicta 16. *Aug. usque ad* 17. *Decemb. post* Leones *ut suprà. Marcha auri empta* 69. *l. t.*

A dicta 17. *Decemb.* 1339. *usque ad* 7. *Febr. post* Leones *ut suprà. Marcha auri empta* 82. *l. t.*

A dicta 7. *Febr. usque ad* 20. *April.* 1340. *fiebant* Coronæ *auri fini, cursus* 40. *sol. tur. ponderis* 45. *Marcha auri empta* 82. *l. t. & versus finem* 86. *l. t.*

A dicta 20. *April.* 1340. *usque ad* 17. *Maji post fiebant* Duplices *auri fini, cursus* 60. *sol. tur. ponderis* 36. *Marcha auri empta* 95. *l. t.*

A dicta 7. *Maji* 1340. *usque ad* 27. *Julii post fiebant* Duplices *de* 23. *karatz auri fini cum uno karat temtre, cursus & ponderis, ut suprà. Marcha auri empta* 100. *l. t.*

A dicta 27. *Julii* 1340. *usque ad* 17. *Octob.* Duplices *ut suprà, & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 104. *l. t.*

A 17. *Octobr. usque ad* 7. *Februar. post* Duplices *ut suprà, cursus & ponderis prout suprà. Marcha auri empta* 108. *l. t.*

A dicta 7. *Febr.* 1340. *usque ad* 26. *Maji* 1341. *post fiebant* Angeli *fini, cursus* 75. *sol tur. ponderis* 33. *cum duobus Tertiis. Marcha auri empta* 115. *l. t.*

A dicta 26. *Maji* 1341. *usque ad* 23. *Augusti post* Angeli, *legis, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta ut suprà.*

A dicta 23. *Augusti* 1341. *usque ad* 7. *Sept. post* Angeli *fini, cursus ut suprà, ponderis* 38. *cum tertia unius. Marcha auri empta* 130. *l. t.*

A dicta 17. *Sept.* 1341. *usque ad* 19. *Januar. post* Angeli, *legis, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 130. *l. t.*

A 19. *Januarii* 1341. *usque ad* 28. *Junii* 1342. Angeli, *legis, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 137. *l. t.*

A dicta 28. *Junii* 1342. *usque ad* 1. *August. post* Angeli *fini, cursus* 4. *l.* 5. *s. t. ponderis* 42. *Marcha auri empta* 138. *l. t.*

A dicta 1. *Augusti* 1342. *usque ad* 16. *Sept. post* Angeli, *legis, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta ut suprà.*

A dicta 16. *Septemb.* 1342. *usque ad* 4. *April. post* Angeli, *legis & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 171. *l. t.*

A dicta 4. *April.* 1342. *usque ad* 25. *Septemb.* 1343. *fiebant* Scuta *fina cursus* 20. *s. t. ponderis* 54. *Marcha auri empta* 52. *scuta auri.*

A dicta 25. *Septemb.* 1343. *usque ad* 1. *Novemb. post fiebant* Scuta *fina, cursus* 45. *s. t. ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 117. *l. t.*

A dicta 1. *Novemb.* 1343. *usque ad* 27. *Martii* 1344. *fiebant* Scuta *fina, cursus* 16. *sol.* 8. *den. tur. ponderis* 54. *Marcha auri empta* 43. *l.* 6. *s.* 8. *den. tur. vel* 52. *Scuta de prædictis.*

A dicta 27. *Martii* 1344. *usque ad* 20. *August.* 1346. *fiebant* Scuta, *legis, ponderis & cursus ut suprà. Marcha auri empta* 44. *l.* 3. *s.* 4. *den. tur.*

A 14. *Julii* 1346. *usque ad* 3. *Martii pòst, non obstante, quòd per aliquam portionem temporis fierent* Scuta *ut suprà, fiebant etiam* Cathedræ *auri fini, cursus* 20. *sol. t. ponderis* 52. *Marcha auri empta* 52. *l. t.*

A 3. *Martii* 1346. *usque ad* 6. *April.* 1347. *fiebant* Cathedræ *ut suprà, cursus* 30. *s. t. ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 72. *l. t.*

A 7. *Aprilis* 1347. *usque ad* 25. *Sept. pòst fiebant* Cathedræ, *legis, ponderis & cursus, ut suprà. Marcha auri empta* 75. *s. t.*

Item à 14. *April.* 1347. *usque ad* 10. *Julii pòst non obstante, quòd* Cathedræ *fierent, fiebant etiam* Scuta *fina, cursus* 16. *sol.* 8. *den. t. p... ris* 54. *Marcha auri empta* 52. *scuta fina valentes* 44. *l.* 3. *s.* 4. *den. t.*

A 25. *Septemb. suprà scripta videlicet* 1347. *usque ad* 8. *Jan. post fiebant* Cathedræ *finæ, cursus* 30. *s. t. ponderis* 52. *Marcha auri empta* 75. *l.*

A 26. *Januar. pòst, usque ad* 14. *Aug.* 1348. *fiebant* Scuta *fina de* 23. *karats, cursus* 18. *s.* 9. *den. turon. ponderis* 53. *Marcha auri empta* 51. *l.* 10. *s. t.*

A 28. *Aug.* 1348. *usque ad* 26. *Martii pòst, fiebant* Scuta *de* 22. *karats cum tribus quintis, cursus & ponderis* 53. *ut suprà. Marcha auri empta* 51. *l.* 10. *s. t.*

A dicta 26. *Martii* 1348. *usque ad* 22. *April.* 1349. *fiebant* Scuta *de* 22. *karats, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 51. *l.* 15. *s.* 3. *den. t.*

A dicta 22. *April.* 1349. *usque ad* 28. *Maji pòst fiebant* Scuta, *legis, cursus & ponderis ut suprà. Marcha empta* 52. *l.* 15. *s.* 6. *den. t.*

A dicta 28. *Maji* 1349. *usque ad* 3. *Decembr. pòst fiebant* Scutá *de* 20. *karats, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 52. *l.* 1. *s.* 6. *den. t.*

A dicta 3. *Decemb.* 1349. *usque ad* 21. *Aug.* 1350. *fiebant* Scuta, *legis, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 53. *l. turon.*

A 4. *Septemb.* 1350. *usque ad* 4. *Junii* 1351. *fiebant* Scuta, *legis, ponderis & cursus ut suprà. Marcha auri empta* 53. *l.* 18. *s.* 9. *den. t.*

A dicta 4. *Junii* 1351. *usque ad* 20. *ejusdem mensis, fiebant* Scuta, *legis, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 54. *l.* 17. *s.* 6. *den. tur.*

A dicta 20. *Junii* 1351. *usque ad* 23. *Julii pòst fiebant* Scuta *de* 20. *karats cum dimidio, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 54. *l.* 18. *s.* 6. *den. turon.*

A dicta 23. *Julii* 1351. *usque ad* 9. *Aug. pòst fiebant* Scuta *de* 20. *karats, cursus & ponderis ut supra. Marcha auri empta ut suprà.*

A dicta 9. *Augusti* 1351. *usque ad* 23. *ejusdem mensis, fiebant* Denarii *auri fini* ad flores lilii, *cursus* 40. *sol. t. ponderis* 50. *Marcha auri empta* 96. *l. t.*

A dicta 23. *Aug.* 1351. *usque ad* 24. *Septemb. pòst fiebant* Scuta *de* 20. *karats, cursus* 18. *s.* 9. *d. t. ponderis* 54. *Marcha auri empta* 56. *l.* 5. *s. t.*

A 23. *Septemb.* 1351. *usque ad* 17. *Novemb. pòst fiebant* Scuta *de* 18. *karats, cursus & ponderis* 54. *Marcha auri empta* 58. *l.* 2. *s.* 6. *den. t.*

A dicta 17. *Novemb.* 1351. *usque ad* 19. *April.* 1352. *post Pascha, fiebant* Scuta, *legis, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 60. *l. t.*

A dicta 19. *April.* 1352. *usque ad* 12. *Janu. pòst fiebant* Scuta *ut suprà. Marcha auri empta* 60. *l.* 18. *s.* 9. *den. t.*

A dicta 12. *Janu.* 1352. *usque ad* 23. *Octobr.* 1353. *fiebant* Scuta *ut suprà. Marcha auri empta* 61. *l.* 17. *s.* 6. *den. t.*

A dicta 24. *Octobr.* 1353. *usque ad* 15. *Janu.* 1354. *fiebant* Scuta *ut suprà. Marcha auri empta* 52. *l.* 16. *s.* 3. *den. t. valentes* 66. *scuta.*

A 15. *Janu.* 1354. *usque ad* 1. *Junii* 1355. *fiebant* Mutones *fini, auri fini, cursus* 25. *s. t. ponderis* 52. *Marcha auri empta* 60. *l. t.*

A dicta 1. *Junii* 1355. *usque ad* 16. *dicti mensis fiebant similiter* Mutones *fini, legis, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 61. *l. s. t.*

A dicta 16. *Junii* 1355. *usque ad* 25. *Januar.* 1356. *fiebant* Mutones *ut suprà. Marcha auri empta* 62. *l.* 10. *s. t.*

A dicta 25. *Janu.* 1356. *usque ad ultimam Aug.* 1358. *fiebant* Mutones *ut suprà. Marcha auri empta* 63. *l.* 2. *s.* 6. *den. t. usque ad* 20. *April. pòst ante Pascha fiebant* Regales *fini, cursus* 25. *s. t. ponderis* 66. *Marcha auri empta* 78. *l.* 15. *s. t.*

A dicta 20. *April. usque ad* 2. *Junii* 1359. *fiebant* Regales, *cursus ut supra, ponderis* 69. *Marcha auri empta* 80. *l.* 12. *s.* 6. *den. t.*

A dicta 2. *Junii* 1359. *usque ad* 9. *Januarii* 1360. *fiebant* Regales, *legis, cursus & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 81. *l.* 5. *s. t. valentes* 65. *Regales.*

A dicta 9. *Januar.* 1360. *usque ad* 13. *Julii* 1363. *fiebant* Denarii *auri fini, vocati Franci, cursus* 20. *sol. tur. ponderis* 53. (*Il faut* 63. *& peseroient* 3. *den. tres-fort.*) *Marcha auri empta* 60. *l.*

A dicta 13. *Julii* 1363. *usque ad* 29. *Julii* 1364. *fiebant* Franci, *cursus, legis & ponderis ut suprà. Marcha auri empta* 61. *l. t.*

A dicta 29. *Julii* 1364. *usque ad* 22. *April.* 1365. *fiebant* Franci *ut suprà. Marcha auri empta* 62. *l. t.*

A dicta 22. *April.* 1365. *usque ad* 13. *Martii* 1384. *fiebant* Flores lilii *auri fini, cursus* 20. *s. t. ponderis* 64. *Marc. a auri empta* 62. *l.* 10. *s. t.*

A ... Martii 1384. *prædicta usque ad ..... fiebant* Scut... *ri fini, cursus* 22. *s.* 6. *den. t. pro pecia, ponderis* 61. *p ... Marcha, & dabantur pro Marcha* 65. *l.* 10. *s. turon.*

Ab 11. *Martii* 1387. *publicata fuit Campsoribus Parisiensibus crescien.... in Marcha auri, dando pro Marcha* 66. *l.* 10. *s. t.*

Ordinatum fuit per Regem, quòd per omnes Monetas suas fierent similia Scuta, *quæ sunt* 61. *scutis cum uno tertio, pro Marcha, dando Mercatoribus & Campsoribus de qualibet Marcha auri fini* 66. *l.* 10. *s. t. per Litteras Regias, datas* 28. *Febr.* 1387.

Valor Marchæ argenti.

A die Martis ante Carnisprivium 1288. *usque ad S. Vincentium* 1294. *eo usque ad Pascha* 1295. *valuit*

Marcha argenti 3. *l.* 8. *groff.*	58. *sol. tur.*
Ad Pascha 1295. *valuit*	61. *s. t.*
Ad Trinitatem 1296.	66. *s. t.*
Ad Nativitatem pòst	68. *s. t.*
Martis ante S. Martinum æstivalem 1297.	78. *s. t.*
Ad Pentecostes 1299.	4. *l.* 5. *s. t.*
Ad Pascha 1300.	4. *l.* 5. *s. t.*
Ad S. Georgium 1302.	4. *l.* 8. *s. t.*
Martis ante Brandones 1302.	104. *s. t.*
Ad S. Bartholomæum 1303.	6. *l. t.*
Ad Ascensionem 1304.	6. *l.* 5. *s. t.*
Ad S. Joannem pòst	6. *l.* 12. *s. t.*
8. *Sept. pòst*	6. *l.* 15. *s. t.*
13. *Decemb. pòst*	7. *l.* 5. *s. t.*
1. *Martii* 1304.	7. *l.* 10. *s. t.*
Ad Pascha 1305. *& usque ad Pascha* 1306. *& à dicta die usque ad* 8. *Septemb.* 51. *grossos Turonenses, quos de* 3. *sol.* 4. *den. vall.*	8. *l.* 10. *s. t.*
8. *Septemb. pòst usque ad* 14. *April.* 1308. *exclusivè*	55. *s.* 6. *den. t.*
14. *April.* 1308.	70. *s. t.*
20. *Januar.* 1310.	75. *s. t.*
19. *Septemb.* 1313.	54. *s. t.*
1. *Martii* 1317.	67. *s.* 6. *den. t.*
7. *Maji* 1322.	4. *l. t.*

24. *Ju*

24. Julii 1326.	4.l.10.ſ.t.
20. Januar. pòſt	100.ſ.t.
8. Januar. 1327.	108.ſ.t.
7. Novemb. 1328.	111.ſ.t.
26. Decemb. 1329.	4.l.4.ſ.t.
9. April. 1330.	55.ſ.6.den.t.
9. Januar. 1331.	57.ſ.6.den.t.
Et fuit chomagium à 20. Martii 1334. uſque ad 13. Febr. 1336. & tunc valebat Marcha argenti ſupra magnum Pontem 4. Regales, qui à 13. ſol. par. pecia regali valebant 52. ſol. par. qui valebant	65.ſ.t.
13. Febr. 1336.	72.ſ.6.d.t.
1. Febr. 1337.	76.ſ.t.
17. Febr. pòſt	4.l.t.
Paſcha 1338.	
Tunc	4.l.t.
19. Decemb. 1339.	4.l.16.ſ.t.
4. Janu.	110.ſ.t.
Paſcha 1339.	
Tunc	100.ſ.t.
19. Auguſti pòſt	105.ſ.t.
8. Febr. tunc	6.l.15.ſ.t.
Paſcha 1340.	
Tunc	6.l.15.ſ.t.
Prima Auguſti pòſt	7.l.t.
3. Decemb.	7.l.15.ſ.t.
13. Feb.	9.l.4.ſ.t.
Paſcha 1341.	
Tunc	9.l.4.ſ.t.
24. Maii	9.l.12.ſ.t.
18. Auguſti	10.l.t.
13. Decemb.	10.l.10.ſ.t.
10. Martii	11.l.t.
Paſcha 1342.	
Tunc	11.l.t.
Ult. Junii tunc	12.l.10.ſ.t.
7. Febr. tunc	13.l.t.
9. April.	13.l.10.ſ.t.
Paſcha 1343.	
Tunc	13.l.10.ſ.t.
22. Sept. pòſt	10.l.12.ſ.t.
28. Octob.	64.ſ.t.
Paſcha 1344.	
Tunc	64.ſ.t.
16. Febr. pòſt	68.ſ.t.
Paſcha 1345.	
Tunc	68.ſ.t.
9. April. tunc	70.ſ.6.den.t.
Paſcha 1346.	
Tunc	70.ſ.6.den.t.
16. Junii tunc	4.l.10.ſ.t.
24. Januar. tunc	100.ſ.t.
4. die Martii pòſt	6.l.15.ſ.t.
Paſcha 1347.	
Tunc	6.l.15.ſ.t.
23. Junii tunc	7.l.10.ſ.t.
13. Januar. pòſt	4.l.16.ſ.t.
Paſcha 1348.	
Tunc	4.l.16.ſ.t.
Ult. Auguſti	100.ſ.t.
2. Decemb.	100.ſ.t.
Ult. Decemb.	6.l.t.
Paſcha 1349.	
Tunc	6.l.t.
12. Maji tunc	6.l.8.ſ.t.
7. Auguſti	6.l.15.ſ.t.
8. Decemb.	7.l.2.ſ.t.
29. Januar.	7.l.10.ſ.t.
Paſcha 1350.	
Tunc	7.l.10.ſ.
26. April.	4.l.15.ſ.
11. Auguſti	100.ſ.t.
26. Aug.	105.ſ.t.
28. Novembr.	112.ſ.
5. Febr.	6.l.t.
7. Martii	6.l.8.ſ.t.
25. Martii	6.l.8.ſ.t.
Paſcha 1351. 17. April.	
Tunc	6.l.8.ſ.t.
Ult. Junii	7.l.8.ſ.t.
17. Aug.	8.l.10.ſ.t.
12. Sept. pòſt	9.l.10.ſ.t.
16. Decembr. tunc	10.l.t.
15. Januar.	11.l.t.
21. Febr.	4.l.5.ſ.t.
27. Mart.	4.l.16.ſ.t.
Paſcha 1352. 8. April.	
2. Junii	104.ſ.t.
24. Julii	12.ſ.t.
16. Aug.	6.l.t.
24. Octob.	6.l.8.ſ.t.
24. Novemb.	7.l.10.ſ.t.
24. Decemb.	8.l.10.ſ.t.
7. Febr.	9.l.4.ſ.t.
Paſcha 1353. 24. Martii.	
Die 19. April.	11.l.t.
30. Julii	11.l.15.ſ.t.
28. Aug.	12.l.15.ſ.t.
13. Nov.	4.l.10.ſ.t.
10. Febr.	100.ſ.t.
27. Martii	110.ſ.t.
12. April.	6.l.5.ſ.t.
Paſcha 1354. 13. April.	
Die 24. Maii	13.l.10.ſ.t.
26. Maii	9.l.2.ſ.t.
5. Julii	10.l.12.ſ.t.
6. Septemb.	11.l.8.ſ.t.
24. Novemb.	4.l.4.ſ.t.
21. Januar.	4.l.12.ſ.t.
26. Januar.	4.l.16.ſ.t.
4. April.	106.ſ.t.
Paſcha 1355. 5. April.	
Tunc	106.ſ.t.
20. Maii	6.l.10.ſ.t.
6. Julii	7.l.10.ſ.t.
14. Julii	10.l.t.
26. Aug.	11.l.t.
25. Sept.	12.l.10.ſ.t.
17. Oct.	14.l.t.
9. Novemb.	16.l.t.
6. Decemb.	18.l.t.
2. Janu.	4.l.15.ſ.t.
Paſcha 1356. 24. April.	
Tunc	4.l.10.ſ.t.
10. Aug.	6.l.10.ſ.t.
18. Sept.	7.l.5.ſ.t.
27. Oct.	8.l.10.ſ.t.
9. Decemb.	10.l.t.
10. Janu.	10.l.10.ſ.t.
20. Febr.	11.l.10.ſ.t.
4. Martii	13.l.t.
26. Martii	6.l.10.ſ.t.
Paſcha 1357. 9. April.	
Tunc	6.l.10.ſ.t.
27. Januar.	8.l.10.ſ.t.
Paſcha 1358.	
Tunc	8.l.10.ſ.t.
1. Maii	10.l.t.
1. Julii	12.l.t.
24. Jul.	14.l.t.
21. Sept.	7.l.15.ſ.t.

21. O-

21. Octob. 7.l.t.
13. Novemb. 8.l.t.
6. Decemb. 9.l.10.s.t.
9. Febr. 7.l.t.
27. Martii 7.l.10.s.t.

Pascha 1359.

Tunc 7.l.10.s.t.
3. Maii 9.l.t.
6. Julii 12.l.t.
Ult. Julii 16.l.14.s.t.
8. Septemb. 22.l.3.s.t.
19. Octob. 29.l.8.s.t.
23. Novemb. 15.l.t.
19. Decemb. 18.l.8.s.6.d.t.
Ult. Decemb. 23.l.12.s.6.d.t.
21. Januar. 24.l.9.s.4.d.t.
10. Febr. 42.l.t.
25. Febr. 52.l.17.s.6.d.t.
3. Martii 72.l.16.s.t.
18. Martii 102.l.t.
24. Martii 11.l.t.

Pascha 1360. 6. April.

28. Martii 11.l.t.
6. Junii 7.l.t.
29. Junii 10.l.10.s.t.
6. Aug. 15.l.t.
16. Aug. 17.l.t.
26. Aug. 18.l.10.s.t.
13. Septemb. 7.l.t.
3. Novemb. 8.l.t.
19. Novemb. 9.l.t.
12. Decemb. 4.l.18.s.t.
25. Martii tunc 100.s.t.

Pascha 1361. 26. Martii.

Die 24. April. tunc 4.l.5.s.t.

Et fuit Marcha argenti ad hoc pretium sine mutatione abhinc usque ad 5. die Maii an. 1365. & dicta 5. die Maii 1365. valuit 100.s.t.

Et fuit Marcha argenti ad hoc pretium usque ad 11. Martii 1384. qua ordinata fuit moneta 25. usque ad ultimam Octobris 1389. exclusivè, fiebant Albi Denarii ad Scutum, *cursus 10. den. t. ad 6. den. legis & ponderis 6. sol. 3. den. in Marcha. Et fuit empta Marcha argenti albi* 106.s.t.

Nigri usque ad 28. Octob. 1385. & adhuc usque ad ult. Oct. 1389. 112.s.t.

Et ab ult. Oct. 1389. incepta fuit moneta 27. usque ad 7. April. 1311. Post Pascha fiebant similes Albi, *& magni & parvi, ad 5. den. 12. gr. legis & ponderis 6. sol. 2. den. cum quarto. Marcha argenti albi empta* 6.l.t.

A dicta 8. die April. 1391. usque ad 26. Octobr. 1411. fiebant similes Albi, *ejusdem legis & ponderis. Marcha argenti albi empta* 6.l.5.s.t.

Et in Nigro 6.l.8.s.

Et 30. Octob. 1412. usque ad 7. Jun. 1412. (sic) *fiebant similes* Albi, *magni & parvi, ejusdem legis & ponderis. Marcha in Albo* 7.l.t.

Et in Nigro 6.l.13.s.t.

Et à 7. die Janu. 1413. inclusivè, qua die suscepta fuit moneta 39. usque ad 3. Novemb. pòst, fiebant Denarii, *vocati,* Grossi Argenti, *cursus 20. den. t. ad 11. den. 16. gran. legis, ponderis 7. s. & 7. duodecimis de Denariis. Et valuit Marcha argenti tam albi, quàm nigri,* 7.l.t.

Et à dicta die 3. Nov. 1413. usque ad 4. Junii 1414. fiebant Albi Grossi *ejusdem cursus ad 9. denar. legis, ponderis 5. sol. 5. den. cum quarto. Et valuit Marcha argenti albi & nigri.*

Et à 4. die Junii 1414. usque ad 10. Maii 1417. fiebant Albi *de 10. den. t. ad 5. den. legis, ponderis 6. sol. 8. den. Et valuit Marcha argenti albi.* 7.l.2.s.t.

Et a dicta 10. die Maii 1417. usque ad 21. Octob. pòst exclusivè fiebant Grossi Denarii *de 20. denar. t. ad 8. den. legis, ponderis 6. s. 8. den. Et dabatur pro Marcha argenti albi & nigri* 8.l.t.

Et 21. Octob. 1417. qua incepta fuit moneta 60. usque ad 28. Maii 1418. exclusivè, fiebant Grossi *consimiles de 5. den. 8. gran. legis, ponderis 6. s. 8. d. Marcha argenti albi & nigri empta.* 9.l.t.

Et à dicta 28. die Maii 1418. usque ad 19. Januarii sequentis fiebant Albi *ut suprà, magni & parvi, diversorum legis & ponderis. Marcha argenti albi empta* 12.l.10.s.t.

Et tamen quamvis dicat ejusdem legis, intelligendum est, quòd dicti Albi *sunt de 2. den. 16. granis legis, quod est medietas.*

Et 10. die Januarii 1418. usque ad 7. Martii pòst fiebant consimiles Grossi *ut suprà, &* Albi, *parvi & magni, diversorum legis & ponderis. Et dabatur Parisiis solùm usque ad 8. mille Marchas pro Marcha argenti albi* 10.l.t.

Intelligendum est tamen, quòd Albi *sunt de medietate legis dictæ.*

Et à 7. Martii 1418. qua incepta fuit moneta 96. usque ad 9. April. 1420. post Pascha, fiebant Grossi *ejusdem cursus & ponderis, ad 3. den. 8. gran. legis. Marcha argenti tam Albi quàm nigri, empta* 16.l.10.s.t.

Et à 9. April. 1420. post Pascha, usque ad 6. Maii sequentis, fiebant consimiles Grossi *ejusdem cursus, legis & ponderis. Marcha argenti albi empta* 18.l.t.

Et à 6. Maii 1420. qua incepta fuit moneta nova 160. usque ad 11. diem Febr. pòst, fiebant Parisienses Grossi *de 20. den. tur. ad 2. den. 12. gran. legis, ponderis 8. s. 4. den. Marcha argenti empta* 26.l.t.

Et ab 11. die Febr. 1420. usque ad 11. Aug. 1421. fiebant consimiles Grossi *ejusdem cursus, legis & ponderis. Marcha argenti empta* 28.l.t.

Qui quidem Grossi *habuerunt usque ad 3. diem Nov. pòst exclusivè, qua die proclamata fuit moneta nova, de qua in parte sequenti habetur mentio. Quapropter avaluationes debent fieri usque ad dictam 3. Novemb. pretio 28. l. t. pro Marcha, prout cavetur in Apunctamento in parte sequenti facto.*

Et ab 11. die Aug. 1421. prædicta usque ad 23. Nov. 1422. fiebant Albi denarii, *vocati,* Duplices Turoni, *cursus 2. denar. t. ad 1. den. 12. gran. legis, ponderis 9. sol. 4. den. cum dimidio: & similiter fiebant alii* Albi Denarii *parvi ejusdem legis, cursus 1. den. t. ponderis 18. s. 9. den. Marcha argenti empta* 6.l.3.s.t.

Et 3. die Novemb. prædicta 1421. publicatæ fuerunt dictæ Monetæ Duplicium, *&* Parvorum Turonorum: *& ideo habito respectu, Litteris Regis super facta avaluationum confectis, apunctuatum fuit, & deliberatum in Camera Compotorum ultima Januarii sequentis per Gentes Consilii Regis, in qua erant Generales Magistri Monetarum, quòd avaluationes fiant pretio 6. l. 3. s. t. pro Marcha, incipiendo & computando à dicta 3. Novemb. qua die dictæ moneta pro dando iis cursum, fuerunt, ut dictum est, publicatæ.*

Et 23. Nov. 1422. usque ad 4. Junii fiebant Albi Denarii ad duo Scuta, *unum ad Arma Franciæ, & aliud ad Arma Angliæ, cursus 1. d. t. ad 5. denar. legis, ponderis 6. s. 3. denar. pro Marcha. Parisius Marcha argenti empta* 6.l.15.s.t.

Et 6. die Sept. 1423. post prandium fuerunt proclamati dicti Duplices *allocarii sex pro quinque, valentes 8. den. par.*

Et dicta 4. Junii usque ad ...... fiebant similes Albi Denarii *ejusdem legis, cursus & ponderis, virtute Litterarum Regiarum, datarum dicta 4. die. Marcha argenti empta.* 6.l.18.s.t.

Marcæ aureæ præstatio apud nostros nota, quæ ab Officialibus præstari solet, cùm codicillos dignitatis suæ impetrant, cujus mentionem fieri observo in volumine Ordinationum Ludovici XI. fol. 117. ubi describi-

scribitur Charta mensis Julii ann. 1466. qua vetantur Commissarii Regii in terris ducis Burbonensis franca feoda, novos aquestus, vel *Marcas aureas* de Notariis exigere. *Marca* illa, quæ à Notariis pensitabatur, *argenti* dicitur in Litteris anni 1281. in Hist. Episcop. Lodovensium p. 268.

Marcus, pro *Marca*, non semel apud Ordericum Vitalem lib. 5. p. 378. 580. 583. 585. 603. 668. & in Tabulario Conchensi in Ruthenis ch. 234. Frodoardus in Adriano PP.

Arcus argenti, calices Marco struit auri.

Marcata, Reditus unius marcæ auri aut argenti. Monasticum Anglican. to. 1. p. 341. *Et unam marcatam redditus de Newenton.* Occurrit iterum p. 360. & apud Ericum Upsalensem lib. 5. Hist. Sueciæ: *Rusticus, qui colebat unam marcatam terræ, solvit in tributo majori, &c.* Ubi hæc Loccenius: *Markatam terram, Marclandt nostrates vocant; fundi enim & agri ex prisco instituto secundùm marcas & asses distinguuntur.* Eundem vide in Antiquit. Sueogothicis lib. 2. c. 19. Vide *Librata*.

MARCASIUS. Vita S. Agili Abb. *In eodem loco, qui prisco vocabulo propter geminum lacunar, Gemellus Marcasius nuncupabatur.* Editio Mabillonii Sæculo 2. Benedict. habet *Mercasius*: sed, ni fallor, legendum *Plancasius*, id est, tabulatum, nostris, *Plancher*.

MARCESCHIA, Martium seu trimestre frumentum, quod Martio mense seritur: nostris, *Mars, Marsés, Marsois, blé Marsois. Grains de Mars*, in Consuetud. Bononiensi art. 140. Charta Philippi Aug. ann. 1215. pro Aurelianensibus: *De singulis modiis bladi & vini, quod habuit tam de hibernagio quàm de marceschia, quæcunque illa sit, nobis dabit*, in Regesto Philippi Aug. f. 73. Charta an. 1276. ex Tabul. Fossatensi fol. 119. 122. *De ybernagio, marceschia, fabis, pisis, veciis, gueda, leguminibus, &c.* Ita sic semper. Alibi: *Debent de quolibet animali 4. corveias per annum, videlicet 3. in marceschiis in binalibus & in tertialibus, & in vindemiis, &c. Annona Marcialis*, in Charta an. 1065. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 57. Tabular. Maurigniacense an. 1200. ch. 79. *Modium & dimidium de ybernagio, modium & dimidium de Marcesche, &c.*

Mareschia, eadem notione. Charta Petri Episc. Parisiensis an. 1208. in M. Pastorali lib. 20. charta 10. *In Cœna Domini unum modium Bladi ad mensuram Parisiensem, medietatem hibernagii & medietatem mareschia.* In manumissionibus servorum ibidem lib. 2. c. 4. &c. Capitulum Parisiense retinet --- *sextam decimam partem --- de ybernagio, mareschia, fabis, pisis, &c.*

Marcisca, eadem notione. In Tabul. Monast. Hederæ fol. 43. an. 1173. alibi. *Marceschia*, fol. 8. *Marcesche*, fol. 16. 17. Tabular. Maurigniacense ch. 79. an. 1200. *Modium & dimidium de hibernagio, modium & dimidium de maresche.*

MARCHA, *Marca, Marchia*, Terminus, limes, seu fines cujusque Regionis. Capitula ad Legem Alemannor. c. 34. *Si quis alterum ligat, & foris marcha eum vendit, ipsum ad locum revocet, &c. 40. sol. componat.* Charta divisionis Imperii Caroli M. c. 1. *Ut nullus eorum fratris sui terminos, vel regni limites invadere præsumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum regnum ejus, vel marcas minuendas, &c.* Adde Divisionem Imperii Ludovici Pii c. 2. *Marca Hispanica*, apud Eginhard. ann. 827. 828. *Marca Tolosona*, in Charta alia divisionis imperii ejusdem Ludovici, edita à V. Cl. Steph. Baluzio c. 1. Regino: *Carolus Ratisbonam venit, ibique marchas & fines Bajoariorum disposuit.* Annales Francorum an. 788. *Avares in Marcha Bajoariæ atque Italiæ ---- fugati sunt.* Ann. 825. *Imperator cum filiis Godefridi pacem, quam ipsi petebant, cum eis in marca eorum confirmare jussit.* Milo in Vita S. Amandi Episcopi Trajectensis cap. 2.

Tu socio sine per marcas, clusasque rubeas.

Vide Leges Bajuv. tit. 12. c. 9. Alem. tit. 47. Ripuar. tit. 60. §. 5. tit. 75. Capitul. 4. Caroli M. incerti anni c. 3. 4. & lib. 2. c. 14. lib. 3. c. 84. lib. 4. c. 4. lib. 5. c. 132. Synod. Carisiens. Capit. Caroli C. tit. 8. Leg. Longob. lib. 2 tit. 30. §. 2. Codicem Carolinum Epist. 88. Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 553. Eigilem in Vita S. Sturmii c. 12. &c. *Le Roman d'Amile & d'Amy MS.*

Si saisirez vos honors & vos marches
Que l'an vos a données.

Hinc *Marchiser*, de eo, qui vicinus est. *Le Roman de Garin MS.*

Si neveu sont, & marchisent à mi.

Marchia, eadem notione apud Adamum Bremensem c. 93. Radulfum de Diceto ann. 1172. & alibi, Sanutum lib. 3. parte 11. cap. 10. in Chronico Andrensi pag. 665. 670. in Gestis Innocentii III. pag. 114. 116. &c.

Marcha, Marchionis territorium, Marchionatus. Ditmarus lib. 6. de Lothario Marchione: *Filio suimet Wirinhario beneficium patris, & Marcam cum ducentorum pretio talentorum acquisivit.* Utitur etiam Lambertus Schaffnaburg.

Marchia, eadem notione apud eundem Schaffnaburg. an. 1068.

Marcha videtur etiam sumi interdum pro modo agri, vel certè pro territorio. Notitia Alamannica Goldasti 91. *Testificati sunt, quòd ex traditione Perahtoldi Comitis medietas omnis marcha, quæ ad villam Filisininga nuncupatam aspicit tam in silvis quàm in aquis sive pascuis, vel aliis quibuslibet rebus, ad Monasterium S. Galli justè & legaliter pertinere debet.* Et Charta 18. *Et casas cum curtis cæterisque ædificiis, atque cum silvaticis marchis ad eosdem pertinentibus, &c.*

Marchia. Sugerius in Ludovico VI. *Sicut ejusdem Normanniæ Ducatus se porrigit, marchiis regni collimitans. Marchia censualis*, in Charta anni 1180. apud Guichenonum in Bibl. Sebus. ex Tabulario Cluniacensi: *Dictum est, quòd in Obedientia de Chaveniis & ejus appenditiis habeat Comes latronem, adulterum, homicidam, & fœneratorem, qui in præsentia Decani de Chaveniis legitimè approbati fuerint vel convicti, censum, & marchias censuales, & custodiam viatorum & pascuorum.*

Marchanus, Marchiæ, seu Provinciæ limitaneæ incola. Capitulare Radelchisi Principis Beneventani c. 17. de Servis fugacibus: *Quòd si suspicio fuerit, ut per consensum marchanorum nostrorum per nostras marchas extra terram nostram exiverint, satisfiat ab his marchanis.*

Marchiani, Marcæ Anconitanæ incolæ, quæ & *Marchia* dicitur, in Actis Innocentii III. PP. pag. 4. Perperam Μάρκα πόλις, *Ancona* dicitur Cinnamo lib. 4. n. 12. quod regionis adjacentis nomen est. Guillelmus Apuliensis lib. 2. de Gestis Normannorum:

Spem dabat his Italæ fæx indignissima gentis
Gens Marchana probis dignè reprobata Latinis.

Marchensis. Vide *Marchio.*

Marcheus, Marchio, custos limitum. Joan. Abbas in Chron. Casinensi: *Marcheos tamen ad incolarum tutamina dimisit.*

Marchitimus, Limitaneus. Gauterius Cancellarius de Bellis Antioch. *Fortè contigit Algazi --- bellico apparatu Antiocheni honoris partes marchitimas attigisse.*

Marcha, Facultas à Principe subdito data, qui injuriâ affectum se vel spoliatum ab alterius Principis subdito queritur, de qua jus vel rectum ei denegatur, in ejusdem Principis *marchas* seu limites transeundi, sibique jus faciendi, ut habet Bretius lib. 2. de Superioritate

Regis cap. 17. vulgò *droit de marque & de represailles. Marcha vel reprasalia*, in Charta Jacobi Regis Aragon an. 1326. to. 8. Spicilegii Acheriani.

Marca, mentio fit non semel in Regestis Parlamenti. In eo, quod *Olim* inscribitur fol. 40. descriptum legitur Mandatum Curiæ, quo jubetur Ludovicus Rex Siciliæ uni è regiis subditis, qui à prædonibus in mari spoliatus fuerat, jus dicere, cum *Marca* comminatione, absque data. Ibidem fol. 151. describitur Epistola Caroli VI. Regis Franc. ad Martinum Regem Aragoniæ, qua jus se facturum pollicetur ejus subditis, qui à Francis se in mari prædatos querebantur, ut *marca* vitaretur, 5. Martii ann. 1396. Denique in Regesto ordinationum Barbinarum fol. 95. habetur extinctio *marcarum*, concessarum Occitanis & Bellieadrensibus contra cives Avenionensis civitatis & Comitatus, decretumque, ut in posterum nullæ concederentur *marcæ* nisi à Rege, vel à Curia Parlamenti, 13. Junii ann. 1443. In Consuetudine Beneharnensi rubrica *de Mercas ò represalhas*, *marca* impetrari non possunt, nisi ter jus denegatum fuerit. Aliis *Marca* non conceditur, nisi in casu denegati juris. Charta anni 1152. apud Catellum in Comitibus Tolosanis lib. 2. *Si aliquis, qui habitet extra Tolosanum, abstulerit rem aliquam, vel aliud malum fecerit alicui, qui habitet in urbe Tolosa, — & si noluerit rectum facere, ille, qui malum accepit, faciat marcham de illis hominibus terra. His ita factis, si aliquis fecerit marcham, ducat eam in domum suam, & ei ducenti nullus vim faciat: & det eam marcham ad manulevandum, & sit judex bene securus. Et si non sit, qui eam marcham velit manulevare, ille qui marcham fecit, eadem die vel altera ducat eam in plateam ad judicium proborum hominum. Et si non poterit eam marcham retinere, judicio proborum hominum faciat rectum capto homini. Et si eadem die vel altera non traxerit marcham ad judicium, faciat sicut suprà scriptum est, perdat illam marcham, & faciat rectum ei, qui marcham extra Tolosam ducat, & teneat eam in Tolosa, vel in suburbio, & faciat, sicut scriptum est. Si quis traxerit marcham de Tolosa, vel de suburbio, reddat illam solutam, & faciat rectum, & det justitiam Comiti & nunquam ampliùs faciat marcham propter illud factum.* De hoc *Marcarum* jure agunt prætereà Honoratus *Bonnor en l'Arbre des batailles*, 4. part. cap. 80. & seqq. Guido Papæ Decis. 32. & seq. Chopinus lib. 3. de Dom. tit. 25. Jacobus à Canib. & Martinus Laudensis, liber de Contractib. marit. cap. 10. Cardinus Bretius de Superioritate Regis, lib. 2. cap. 17. & alii.

Marcare, Pignori capere, *Saisir, Prendre par droit de marque*. Libertates, concessæ Barcinonensibus à Petro Rege Arag. an. 1283. MSS. *Victualia, quæ apportantur in Barcinona per mare vel per terram, de pane, vino, carnibus & piscibus non marcentur, nec pignorentur — tam pro alienis debitis, quàm pro propriis.* Charta Jac. Regis Aragoniæ laudata: *Et prætextu ipsius marcha Officiales vestri possent pignorare, capere, seu marchare in mari & in terra ubique bona, res, & merces quorumcunque subditorum nostrorum, &c.* Concilium Marciacense an. 1326. can. 44. *Personæ Ecclesiasticæ vel eorum bona pro aliis non marchientur, vel pignorentur, &c.* Consuetudines Tolosæ part. 4. *de Immunitat. civium Tolosæ: Et aliquis vivens in itinere illo — illum hominem ceperit, aut marcabit, aut deprædabit, consules debent hominem illum manutenere, &c.*

Marchagium, Droit de Marchage, in Consuetud. Arvern. cap. 28. art. 2. Brivatensi, Pinholensi, & Pradensi, quo pagani jure limitis contermini, seu *Marca*, quam Galli *Marche* vocant, in alterius jurisdictionem seu dominium pascua sua immittere possunt, quo in eo pascantur. Perperam porrò à *Marcher*, ire, vocem quidam deducunt.

Aliud est, quod apud Pictones, Andes, & Armoricos, vulgò *Marchas* vocant, feuda scilicet vel prædia in harum Provinciarum sita limitibus, quæ singularum jurisdictioni pro parte, vel, ut ajunt, *ex præventione* obnoxia sunt, de quibus copiosè egit Gabriel Hullinus peculiari tractatu, quem inscripsit, *de la Nature & usages des Marches separantes les provinces de Poitou, Bretagne & Anjou*, Nannetis edito ann. 1616.

MARCHALSIA. Vide *Marescallus*.

MARCHANDISA, Merces, ex Gall. *Marchandise*. Matth. Paris: *Mercator — salva marchandisa sua.* Vet. Charta: *Cum omnibus navibus & marchandisis.*

MARCHETA, *Marchetum*. Regiam Majestatem lib. 4. cap. 31. *Sciendum est, quòd secundùm assisam terræ Scotiæ, quæcunque mulier fuerit, sive nobilis, sive serva, sive mercenaria, marcheta sua erit una juvenca, vel 3. solidi, & rectum servientis 3. denarii. Et si filia liberi sit, & non domini villæ, marcheta sua erit una vacca, vel 6. solidi, & rectum servientis 6. denarii. Item marcheta filiæ Thani, vel Ogetharii, 2. vaccæ vel 12. solidi, — Item Marcheta filiæ Comitis, est Regina 12. vaccæ, &c.* In quem locum sic Skenæus: *March equum significat prisca Scotorum lingua. Hinc deducta metaphora ab equitando, Marcheta mulieris, dicitur virginalis pudicitiæ prima violatio & delibatio, quæ ab Eveno Rege, dominis capitalibus fuit impiè permissa, de omnibus novis nuptiis, prima nuptiarum nocte. Sed & piè a Malcolmo III. sublata fuit, & in hoc capite certo vaccarum numero, & quasi pretio redimitur.* Id hausit ex Hectore Boëthio lib. 3. & 12. Hist. Scotor. p. 260. Alii à *Marca* vocem deducunt, quòd, ut ait Buchananus lib. 7. eundem Malcolmum uxoris suæ precibus concessisse ferunt, ut primam novæ nuptæ noctem, quæ Proceribus per gradus quosdam ex lege Eveni debebatur, sponsus dimidiata argenti marca redimere posset, atque inde ejusmodi pensionem *Marchetam* appellatam. Occurrit præterea in Legibus Burgor. Scoticor. c. 19. Eò etiam referri debet, quòd habent Leges Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 21. *Nemo feminam det viro, antequam de mercede domino reddenda fidejussorem accipiat. Puella dicitur esse desertum Regis, & ob hoc Regis est de ea amachyr* (i. pretium virginitatis) *habere.* Sed & huc ferè spectat, quod de Maximiano Galerio scribit Lactantius lib. de Mortib. Persecutor. n. 38. *Postremò hunc jam induxerat morem, ut nemo sine ejus permissu uxorem duceret, ut ipse in omnibus nuptiis prægustator esset.*

At *Merchetum*, in Anglia, spectavit tantùm eos, qui obnoxiæ conditionis erant, non verò liberos. Bracton. lib. 2. c. 8. §. 2. *Merchetum verò pro filia dare non competit libero homini, inter alia, propter liberi sanguinis privilegium, &c.* Et lib. 4. tract. 1. c. 28. §. 5. *Qui tenet in villenagio, talliari potest ad voluntatem domini, — item dare merchetum ad filiam maritandam.* Ita apud Littletonem sect. 174. & 209. homines liberi nihil dominis suis præstant pro filiorum aut filiarum matrimoniis; sed villani. Vetus Scheda apud Spelmannum: *Merchetum, hoc est, quod Sokemanni & nativi debent solvere pro filiabus suis corruptis sive defloratis, 5. sol. 4. den.* id est, ni fallor, ne corrumpantur aut deflorentur à suis dominis in prima nuptiarum suarum nocte. Nam apud Anglos obtinuit, ut *Merchetum* diceretur ea præstatio, quæ pro *licentia nubendi* dabatur. Extenta manerii de *Wivenho* sub Edw. III. *Ricardus Burre tenet unum mesuagium, — & debet tallagium, sectam Curiæ, & Merchet, hoc modo: Quòd si maritare voluerit filiam suam cum quodam libero homine extra villam, faciet pacem domini pro maritagio; & si eam maritaverit alicui custumario villæ, nihil dabit pro maritagio; & dabit duplex heriotum.* Placita coram Consilio Regis, sub Henrico III. *Dicit, quòd tempore Regis H. avi Regis, solebant habere talem consuetudinem, quòd*

quod quando maritare volebant filias suas, solebant dare pro filiabus suis maritandis duas horas, (oras) *quæ valent 32. denarios, —postea veniunt homines, & concedunt, quòd domina Johanna potest eas talliare semel in anno secundùm facultatem eorum, & quòd debent cariare maeremium; & quòd debent dare Merchetum pro filiabus suis maritandis, scilicet 32. denarios.* Placita de Banco sub eodem Henrico III. *VVill. Maynard, qui tenuit terras in Heurst, cognoscit se esse villanum Abbatis de Abbendon, & tenere de eo in villenagio, & per villanas consuetudines, videlicet per servitium 18. den. per annum, & dandi maritagium, & Marchetum pro filia, & sorore sua, ad voluntatem Abbatis, & faciendo omnes villanas consuetudines.* Porrò Boxhornius in Lexico Britannico, *Amobr*, Cambro-Britannis appellari ait eam mulctam, quæ apud Britannos domino solvebatur pro pretio virginitatis.

Scribit præterea vir doctissimus Daniel Papebrochius ad Vitam S. Foranni Abbatis Walciodorensis, eam præstationem pro redemptione primæ noctis nuptiarum à servis glebæ exigi etiamnum à prædiorum dominis, in Belgii, Frisiæ, ac Germaniæ aliquot tractibus: ad quam etiam consuetudinem referendum illud videtur, quod olim Ambianensis Episcopus in suos diœcesanos jus sibi competere asserebat, videlicet ut iis, qui noviter nuptias inierant, tribus prioribus noctibus post earum celebrationem unà cubare non liceret, nisi certa pecuniæ summa ei persoluta: quod quidem abrogatum Abbavillensium petitione Aresto Parlamenti Parisiensis 19. Martii anno 1409. nisi fortè id juris sibi arrogarit Episcopus, quod Concilio Carthaginensi IV. c. 13. *sponsus & sponsa, cùm benedictionem acceperint, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permanere* jubeantur. Ita ut postmodum Episcopi, qui ea tempestate non tam animarum curæ, quàm reditibus per fas & nefas ampliandis invigilabant, pro relaxatione hujusce decreti pecunias extorserint.

Merchetum sanguinis, in Fleta lib. 3. cap. 13. §. 1. inter vilissima servitia recensetur. Vide *Maritagium*.

MARCHET-FUDER. Charta Friderici II. Imp. pro Ecclesia Pataviensi ann. 1215. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 380. *Super generali terræ judicio, quod* Lindgericht nominatur, quod *idem Dux in quibusdam bonis Pataviensis Ecclesiæ suo juri vindicabat, & in quibusdam bonis ejusdem Ecclesiæ fodrum, quod vulgò dicitur Marchet fuder, ad se asserebat pertinere, &c.* Infrà: *Marketfuder* scribitur. Charta Rudolfi Imp. an. 1277. in ead. Metrop. Salisburg. tom. 1. pag. 394. *Cum decem modiorum redditibus ibidem dari consuetis Principi terræ, pro jure, quod Marckfuter dicitur, &c.* Suprà pag. 390. habetur *Marschul*.

MARCHETUM, Mercatum, forum, nundinæ, Gall. *Marché.* Charta Rogeri de Buliaco in Monastico Angliæ tom. 1. p. 553. *Dedi etiam eis feriam & marchetum in eadem villa, absolutè & liberè, absque tenemento. Bris & excès faits à jour de foire ou de marché*, in veteri Consuetud. Perticensi.

MARCHEUS. Vide *Marcha*.

MARCHFALLI, Ab equo depositio, ex *march*, equus, & *fall*, casus. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 3. *Si quis aliquem de equo suo deposuerit, quod Marchfalli vocant, &c.* Ubi Editio Heroldi tit. 18. *Marachfalli*.

MARCHIONES, Marchiæ, ut videtur, incolæ, seu Marchiani milites. Est autem *Marchia*, limes Angliæ proximè Walliam, hodie *The Marches*. Radulfus de Diceto in Imag. Hist. an. 1173. *Receptus est intra burgum Marchionum catervis, Brebantinorum cohortibus faciem suam præcedentibus.* Et mox: *Brebantinis & Marchionibus in direptionem cesserunt.* Eorum præterea meminit an. 1174. & 1187. p. 576. 579. & 639. ubi: *Infinitum Anglorum, Marchionum, VValensium & Armoricanorum congregavit exercitum. Marchisii* appellantur à Matthæo Parisio, an. 1244. p. 431. & an. 1238. p. 660. Atque ii præcipua militiæ laude & exercitatione præcellebant, maximè propter continua bella, quibus cum vicinis Wallensibus confligebantur, cùm ferè semper eorum incursus retundere necesse haberent.

Marchiones, Marchisenses. Vide *Moneta Comitum Marchiæ*.

MARCHIO, *Marchisus, Marchensis*, Marcæ vel Marchæ, seu Provinciæ limitaneæ Præfectus, Comes Marcæ præpositus. Papias: *Marca dicitur Comitatus terræ alicujus, unde ipse Comes Marchio dicitur.* Joannes VIII. PP. Epist. 21. *Quidam videlicet ex viciniis nostris, quos Marchiones solito nuncupatis, &c.* Vita Ludovici ann. 786. *Relictis tantùm Marchionibus, qui fines regni tuentes, omnes, si fortè ingruerent, hostium arcerent incursus.* Adam Bremensis cap. 48. *Sic Henricus Victor apud Sliaswick — regni terminos ponens, ibi & Marchionem statuit.* Vide Capitul. 4. Caroli M. incerti anni c. 5.

Marchenses, in Annalib. Francor. Fuldensibus ann. 886. 893. 895. apud Adonem Vienn. an. 799. in Fragm. Hist. Longobard. edito à Camillo Peregrino p. 147. in Chron. Beneventanorum Ducum, &c.

Marchisi, Hincmaro in Epistola de Ordine Palatii c. 30. *Si inter Marchisos in qualibet regni parte ad aliud tempus dextra datæ fuissent, &c.* Utuntur etiam Ordericus Vitalis lib. 3. p. 481. Radulphus de Diceto pag. 680. Bromptonus, Aldrevaldus lib. 1. de Mirac. S. Benedicti cap. 33. &c.

Nonnulli, ut Rhenanus & Brodeus lib. 3. Miscellan. putarunt, vocem effictam à *Marcisia* Celtico vocabulo, cujus meminit Pausanias lib. 10. quæ alam equitum significabat, aut à *March*, quod Francis nostris equum notabat, ita ut Marchiones dicti sint, quasi equitum Magistri. Alii à Græcis deducunt, apud quos νομαρχία est provincia, unde prima syllaba ablata natum vocabulum *Marchia*, & *Marchio*, opinantur.

Verùm à *Marcha*, seu limite dictos *Marchiones* pridem observarunt Albertus Krantzius in Wandalia lib. 3. cap. 13. Hotomanus in Comment. verb. Feudal. Chop. lib. 1. de Dom. tit. 5. n. 13. Zazius ad libr. Feud. parte 5. n. 10. &c. Unde *Custodes limitum*, in Vita Ludocivi Pii ann. 822. 829. *Comites Marcæ*, apud Eginhardum ann. 822. & 826. Præ cæteris verò accuratè & doctè de Marchionibus disseruit Jo. Seldenus libro de Titulis honorariis parte 2. c. 1. n. 47. ut & Scipio Ammiratus tom. 1. de Familiis Neapolit.

Marchio Palatinus, cui adnexa erat Palatini Comitis dignitas in ea *marchia*, quam regebat: occurrit apud Petrum de Vineis lib. 2. Epist. 48. lib. 3. Epist. 79.

Marchio S. Imperii. Froissart. 3. vol. c. 9 ait, Carolum IV. Imp. Wenceslaum filium creasse Marchionem S. Imperii: *Si lui donna encore la Souveraineté de la belle, bonne & riche cité de Strasbourg, & le fit Marquis du S. Empire pour augmenter son Estat.*

Marchia, Marchionatus. Speculum Saxonicum l. 2. art. 12. §. 5. *Sententia in Comitatu reprobata, ad Marchiam appellari non potest, licèt Comes sit cum eo Comitatu à Marchione infeudatus: & hoc ideo, quia in Marchia non est regalis bannus, & in eo jura eorum discrepant potissimùm: ad Romanum ergo Principem appellatur.* Adde Wichbild Magdeburgense art. 10. §. 1.

Marchiones, apud Meginfredum de S. Emeranno, tom. 1. Antiq. Lect. Canisii p. 63. 73. & 122. Comes Provinciæ ad Regni confinia.

Marchicomes, Marchio & Comes, in Vita S. Vuolfgangi Episcopi Ratispon. c. 14.

Marchanus, pro *Marchionatus*, apud H. de *Knyghton* an. 1339. nostris *Marquisat*.

MARCHIMUOTTA. Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 495. *De Duce Bavariæ habet Cometiam in Luichental: à Duce Orientalis provinciæ de prædiis ipsis Comitis in terra ipsa positis, habet medios, qui vocantur Marchimuottæ, & justitiam operum, quæ in urbibus Ducis fieri debent, &c.*

MARCHUS, Scopus uvarum, racemorum, Gall. *Marc de vin*. In Statutis Synodalibus Odonis Episcop. Parisiensis cavetur, *ne aliquis Christianus retineat apud se marchum vindemiarum, quem Judæi caleant aliquo modo, &c.* Tabularium Ecclesiæ Carnotensis an. 1218. Ch. 145. *Et ad vindemiatores conducendos, & racemos colligendos & folandos, & marcum in torculari premendum, &c.*

MARCHZAN. Lex Alamann. tit. 63. §. 5. *Si quis dentem absciderit, quem Alamanni marchzan vocant, &c.* Lex Bajwar. tit. 3. c. 1. §. 24. *Si quis alicui dentem maxillarem, quem Marchzan vocant, excusserit, &c.* Edit. Heroldi tit. 16. *Marchzant*. Ubi Lindenbrogius dentes terminales ita appellari posse putat, id est, qui caninos à maxillaribus dentibus separant, quos nunc Germani *Scheidelzane* appellant.

MARCIDARE, *Turpare, dissipare*, in Gloss. Arabico-Lat.

MARCILIS. Chronicon Andegavense an. 1163. to. 1. Bibl. Labbei: *Hoc anno Rodulfus Senescallus tum temporis in Santonia extorsit à Pagano Priore S. Georgii de Olerone 150. nummos, inscio Abbate Gerardo, & 12. scyphos argenteos marciles.* Vide *Mazer*.

MARCIALIS *annona*. Vide *Marceschia*.

MARCIO. Vide *Macio*.

MARCOMANNI. Hermannus *de Lerbecke* in Histor. Comitum Schawenburg. p. 16. *Vocitantur autem usitato nomine Marcomanni plebes undecunque collectæ, quæ marcam incolunt. Sunt autem in terra Slavorum marcæ complures, &c.* Vide Meibomium ad hunc locum pag. 50.

MARCOUCEIA. Charta Roberti Comitis Drocarum an. 1205. ex Tabulario Fossatensi f. 21. *Illam pratorum depastionem, quam in pratis subtus Torciacum sitis à medio Martio usque ad 1. diem mensis Maji singulis annis habebamus, quæ pratorum depastio vulgariter Marcouceia vocabatur, &c.*

MARCUS, *Excelsus*, in Gloss. Arabico-Lat.

MARCUS, pro marcha & limite, sæpe occurrit in Tradit. Fuld. p. 449. 450. 451. 452. &c. 522. & apud Freher. in Orig. Palat. 1. part. p. 51.

Marcus, pro *Marca*. Vide in *Marca*.

MARDANUS, *Mas ovium*, in Foris Aragonensibus apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio, in voce *Ganata*: *Marem ovium, qui aliàs dicitur mardanus, si aliquis eum surripuerit, &c.*

MARDEGENA, Uvæ species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. c. 4.

MARDURINA *pellis*. Vide in *Martures*.

MARE, Receptus quarumvis aquarum. Isidor. lib. 13. c. 14. ex S. Hieronym. in Quæst. in Genesin: *Mare est aquarum generalis collectio: omnis enim congregatio aquarum, sive salsæ sint, sive dulces, abusivè maria nuncupantur, juxta illud: Et congregationes aquarum vocavit maria.* Monumentum Ancyranum: *Rivos aquarum compluribus locis vetustate labentes refeci, & aquam, quæ Maria appellatur, duplicavi, &c.* Gervasius Tilleberiensis lib. 3. Otior. Imper. c. 54. observat, Hebræos lacus majores, seu quamlibet congregationem aquarum, *maria* appellare. Ita lacus Tiberiadis, quem Pausanias lib. 1. Eliac. λίμνην Τιβεριάδα vocat, semper θάλασσα τῆς Τιβεριάδος dicitur in Evangeliis; S. Lucas λίμνην perinde vocat, quod alii θάλασσαν *de Gennasara*. Sed & observatum à Scholiaste Oppiani lib. 3. Halieut. v. 215. eundem Poëtam *mare*, λίμνην appellare. Lacus Asphaltitis, *Mortuum mare* vulgò appellatur. Inde fortè enatæ voces, *moer*, *mor*, pro palude, aut lacu, apud Germanos, Flandros, & Anglos, apud quos, ut auctor est idem Tilleberiensis c. 90. *omnis concursus meer seu mare dicitur. Hinc stagna Haveringmere, mare Haveringi, VVlferesmere, mare VVlferi Regis, &c.* Vide Cæsarium fratrem S. Gregorii Theologi Dial. 1. cap. 81. Conrad. Usperg. Propontidem *paludem* vocat: *Usque ad paludem sive sinum maris, qui Brachium S. Georgii dicitur, devastantes.* Fundatio Monasterii S. Crucis Burdegalensis: *Cum Oratorio S. Dei genitricis Mariæ, cum aquis dulcis de mare salissæ, usque ad mare dulcia, cum montaneis, cum pineta, cum piscatione, &c.* ubi *mare salissæ* videtur esse, quod dicimus: *Mer salée*.

Mare Græcorum, Mediterraneum. Bracton l. 5. Tract. 2. cap. 2. §. 3. ubi de Essoniis: *Sunt quidem de ultramare plura genera, scilicet de ultramare & citramare Græcorum, & est Essonium de ultramare Græcorum & de citramare Græcorum, sicut in peregrinatione versus S. Jacobum, &c.* Vincentius Belvac. lib. 32. c. 21. *Intrantque mare Græciæ, quod dicitur Magnum mare. Mare Græcum*, in Monastic. Anglic. tom. 2. p. 193. Ita apud Brittonum pag. 119. d. v.

Mare Leonis, Pars maris Mediterranei ad Galliæ littora, vulgò *la Mer des Lions*. Gesta S. Ludovici an. 1269. *Die vero Veneris subsequenti circa mediam noctem ventorum turbinibus procellosos fluctus exagitans mare discutitur in maris Leonis introitu, quod ideo sic nuncupatur, quòd semper est asperum, fluctuosum & crudele.* Petrus Alectensis Episcop. Senogall. in Itinerario Gregorii XI. PP. *Noster transitus fuit ante Leones Forojuliensis diœcesis. Golf de Lleo*, apud Raimundum Montanerium in Historia Reg. Aragon. c. 172. Vide nuperam Notitiam Galliæ.

Mare magnum, non modò Veteres vocarunt *Mare* illud, quod *Mediterraneum* dicimus, ut observavit Turnebus l. 19. Advers. c. 20. lib. 20. c. 26. sed etiam Scriptores mediæ ætatis, atque in iis Sidon. in Panegyric. Majoriani v. 394. Senator lib. 4. Epist. 50. Isid. lib. 13. cap. 16. S. Eucherius de Laude eremi, Fulcherius Carnotensis lib. 2. Hist. Hierosf. c. 55. lib. 3. c. 34. 59. Villharduinus n. 65. Conrad. Usperg. an. 1152. Brocardus in Descript. Terræ Sanctæ pag. mihi 259. 286. Chronic. Novalicense lib. 5. pag. 641. vetus Charta in Chronol. Lerinensi 1. part. pag. 365. Historia Cortusiorum lib. 10. c. 7. Ruffius in Comitibus Provinc. p. 64. &c. Papias: *Mare magnum est, quod ab Occasu ex Oceano fluit, & in Meridiem vergit, deinde ad Septentrionem tendit: quod inde Magnum appellatur, quia cætera maria in comparatione ejus minora sunt. Istud est & Mediterraneum, &c.* Cælius Aurel. lib. 2. Acut. c. 30. *Vulgus quadam consuetudine propria atque dominantia magnis nominibus appellat, ut Magnum mare, sacrum mare, atque luem deificam epilepticam passionem.*

Maris desponsatio. Andr. Dandulus in Chron. MS. an. 1176.

Tunc summus Pontifex (Alexander) *gratias Deo agens, anulum Duci porrexit, dicens, Te, fili Dux, tuosque successores aureo anulo singulis annis in die Ascensionis Mariæ mare desponsare volumus, sicut vir .... sibi desponsat uxorem, cum verè ipsius custos censearis, & ab infestationibus nostrum mare tutum conservasti.* Vide eundem sub an. 1177. Nota sunt, quæ observant Veneti in ejusmodi ceremonia.

Majus mare, idem quòd *Mare magnum*. Conventiones Michaëlis Palæologi Imperat. & Genuensium à nobis descriptæ in Hist. Franco-Byzant. p. 11. *Promisit iterum*

tierum & conventt, quòd non permittet de cætero negotiari inter Majus mare aliquem Latinum, neque Januensem & Pisanum.

Mare Petrosum, Mare Adriaticum. Breviloq. *Adria est mare petrosum, & dicitur ab Adros, Græcè, id est, Petra, eò quòd magis est petrosum quàm alia maria.*

Mare Scotiæ, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 8. §. 1. appellari ait Skenæus amnem seu fluvium, cui nomen est *Fortha*: cujus æstuarium *Lothianam* & *Fifam* Provincias separat, & reliqua omnia æstuaria in hoc regno magnitudine superat, ideoque *Mare Scoticum* dicitur. Ita Buchanan. lib. 1. *Forthan*, mare Scoticum vocat, p. 14.

Maria quatuor. Statutum de Religiosis an. 7. Edw. I. Regis Angliæ: *Et si omnes hujusmodi capitales domini hujusmodi feodi, qui plenæ ætatis fuerint, infra quatuor maria, & extra prisonam, per unum annum & dimidium negligentes fuerint, vel remissi in hac parte, &c.*

Mare vitreum, Vasis species. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 456. *Capsæ argenteæ,—urceolum, mare vitreum unum, corona argentea una, &c.*

Mare, incerta mihi notione, nisi *paludem* sonet. Vetus Pactum nuptiale MS. an. 1129. *Excepto usufructu feudi Guillelmi Montispessulani, & drudaria Pontii Raimundi, & unius maris.*

MARE ARCHUS, & MARISARCHUS, Amiralius, Thalassiarcha, vel Præfectus maris: vox ex Latina & Græca compacta, apud Henric. Knyghtonem in Edw. III. & Ricardo II.

MAREDES. Charta Hispanica an. 955. apud Sandovallium: *Offero & concedo Ecclesiam sanctæ Mariæ de Flebenia, quæ est sita in Alfoz de Celorico, cum Ecclesia sancti Romani, & cum hæreditatibus, & collatis, & cum quantum ibi ad me pertinet; & illam meam Maredes, quæ est in Alfoz de Ceroceda, quam comparavi à Rege meo Ordonio, &c.*

MAREDUS, *Madidus, udus*. Papias.

MAREMIUM. Vide *Materiamen*.

MARENA, Dalmatis dictum videtur tributum de mercibus, quæ ex mari importantur, persolvi solitum. Charta Georgii II. Comitis civitatum Dalmatiæ ann. 1315. apud Jo. Lucium lib. 4. de Regno Dalmat. cap. 13. *Item quòd de tributo civitatis & marena, cùm nos medietatem habemus, & aliam medietatem Commune Almiss. &c.*

MARESCAGIUM, *Marescheins*. Vide *Mariscus*.

MARISCALCUS, *Marscalcus*, &c. Equiso, Curator vel Præfectus equorum, ex Germ. *march*, vel *marach*, equus, & *scalch*, potens, magister, ut est apud Rhenan. lib. 2. Rer. Germ. vel famulus, minister, ut apud Cluver. in Germania antiq. lib. 1. c. 8. Anonymus de Nominibus Germanorum: *Marschalcus nullum nomen fœdius est corruptum per Italos, vel Scriptores. Est enim id, quod Mehier, seu major, & Stalher, qui est Magister equitum, ab equitatibus gubernandis: & dicendum ac scribendum fuit Merstalhere, id est, major, superior, summus Magister equitum, qui est hodie titulus Ducis Electoris Saxoniæ: ac si non fuisset vox ea corrupta, non esset opus nunc addere Archiergmarschalk, sed Merstallerr, dedisset id, quod Erg vel Archi, cùm significet summum Magistrum equitum.* Quasi verò *Marschalci* vox non ab ipsis Franciæ incunabulis nota esset? Lex Salica: *Si quis Majorem, Infertorem, Scancionem, Mariscalcum, Stratorem,—occiderit, &c.* Lex Alemann. tit. 79. §. 4. *Si Mariscalcus, qui super 12. caballos est, occiditur, 11. solid. componatur.*

Marascalcus, ex *marach*, equus, de qua voce supra. Capitul. Caroli C. tit. 1. c. 13. *Quando Marascalcos suos ad fodrum dirigunt.* Vide mox, in *Marescalcia*.

Marscalcus, in Capitul. 2. an. 813. c. 10.

Marschalcus. Constitutio Caroli Crassi Imp. de Expeditione Romana §. 6. *Singuli verò Principes suos habeant Officionarios speciales, Marscalcum, Dapiferum, Pincernam, & Kamerarium, qui quatuor quantò plus in stipendio, in vestitu, in equitatu, præ cæteris sunt honorandi scilicet & unicuique istorum decem libræ, cum tribus equis tribuantur, quartus Marscalco addatur, quorum unum ad præcurrendum, alterum ad pugnandum, tertium ad spatiandum, quartum ad loricam portandum.* Adde Arnold. Lubec. lib. 3. c. 9.

Marescalli postea dicti, qui exercitibus & copiis militaribus præerant, Ducibus interdum dignitate & imperio inferiores, ut qui Conestabulo suberant. Unde Budæus *Marescallos* esse apud nostros opinatus est, qui Græcis πολέμαρχοι dicti. Polemon p. 3. ἢ γὰρ στρατηγός ἐστιν, ὅς ἐστι τοῦ πολεμάρχου καὶ μείζων ἐστί. Matth. Paris. an. 1214. *Rex autem Joannes constituerat Marescalcum illius exercitus VVillelmum Comitem Sarisberiæ, cum militia Regni Anglorum. Mareschal de l'Host le Roi*, apud Littleton. sect. 102. Will. Britto lib. 8. Philippid.

Cujus erat primum gestare in prælia pilum,
Quippe Marescalli claro fulgebat honore.

Neque hic omittendum vocis, etsi insulsum, etymon, quod habet Matth. Paris an. 1245. *VVillelmus, utpote bellicosus & strenuus, dictus Marescallus, quasi Martis Senescallus.*

Magnus Marescallus, apud Anglos, qui *Comes Marescallus* interdum dicitur, ut in voce *Comes* adnotavimus. Vide Matth. Paris an. 1233. p. 263.

Marescallus aulæ, & Marescallus intrinsecus, apud Anglos, cujus officium est *mensis præparatis, mappis stratis, intrinsecos & extrinsecos secundùm facultates suas evocare, & decenter & curiosè collocare, & indignos ejicere, non permittere canes aulam ingredi, & toti familiæ Regis, ipso monente, hospitia liberare*, in Fleta lib. 2. c. 15. *Intrinsecus* dicitur eidem Scriptori eod. lib. cap. 5. §. 2. Liber rubeus Scacarii Anglici fol. 30. *De officio Marescalciæ servivit Gilbertus Strogull, cujus est officium tumultus sedare in domo Regis, liberationes officiorum facere, ostia aulæ Regis custodire. Recepit autem de quolibet Barone facto Milite à Rege, & quolibet Milite, palefridum cum sella.* Apud Matthæum Paris ann. 1250. dicitur *Marescallus aulæ Regiæ* virgam præferre Magno Marescallo. Vide Radulphum in Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis n. 26.

Marescallus Regis de feodo, dicitur in Statuto 2. Westmonast. cap. 46. ubi eadem de hominiis Baronum habentur.

Marescallus Curiæ, in Bulla aurea Caroli IV. Imper. cap. 27.

Marescallus Banci Regii, apud Anglos, *Mareschal du Banc le Roy*, in Statuto Edwardi III. ann. 5. cap. 8. cui potissimùm incarceratorum cura incumbebat. Inde *Mareschalcia* dictus ipse carcer Londinensis. Vide Placita Coronæ lib. 2. p. 73.

Marescallus Fidei, dictus Guido *de Levis*, Marescallus exercitus Crucesignatorum contra Albigenses, ut auctor est Tillius: sed idem in Charta, quam ipsemet exaravit anno 1229. in 30. Regesto Archivi Regii ch. 75. sic inscribitur, *Guido de Leviis Marescallus domini Regis Franciæ illustris in partibus Albigensium.* Ita ut titulus Marescalli Fidei à vulgo ei attributus sit, quòd pro *Fide* Catholica militaret. In Tabulario S. Dionysii Thuano, uterque *Guido de Leviis*, pater & filius, *Marescalli Albigensium* inscribuntur in Litteris ann. 1233. & 1234. Horum præ cæteris meminit Monachus Vallis Sarnei c. 56. 62. & Chronicon Flandriæ vernaculum cap. 27. Guill. *Guiart* an. 1264.

Souffri le jour d'armes le pois
Li Mareschaus de Milepois.

Marescallus Forinsecus, ad discrimen *Marescalli aulæ*, qui *Intrinsecus* Anglis dicitur, ut est in Fleta lib. 2. cap. 4. Ejusmodi autem Marescalcia, (verbis utor ejusdem Scriptoris) est quædam Magna Sergentia Regis Comiti Norfolciensi in feodo commissa, cui, cùm personaliter pro Sergentia illa Regi debitum servitium facere non semper possit, licet loco suo quendam Militem constituere, assensu tamen Regio interveniente, qui vice dicti Comitis faciat, quæ fuerint facienda: cui quidem servienti commissa est virga coram Rege deferenda, quæ significat pacem, unde *Virgata* appellatur spatium 12. leucarum, quæ sequitur Regem, ubicunque fuerit. In omni autem guerra seu bello Regis, ejus est officium, esse in prima acie, & loca assignare toti exercitui, & universis, in quibus erunt moraturi, &c. Tempore autem pacis ejus officium est hospitia liberare seu assignare Camerario Regis pro Rege & Camerario & intrinsecis suis, & alia exequi, quæ refert idem Auctor c. 5. ut & Schedæ Gallicæ, à Spelmanno editæ, quas hîc rursum describemus, quòd multa contineant haud passim obvia.

Le Conte Marescal *doit avoir le palefroy le Roy, ou tout le harnois, & le palefroy la Royne, avecq la chamber, quant ilz vendront au lieu, où ilz dovient estre corones a lour descendre.*

Le Conte doit estre plus près au Roy, quant il serra coroné, & il doit la Corone en sa main tenir, & mettre la Corone sur la chief du Roy.

Doit le Conte mettre la main à la la flour devant, & tenir celle flour en sa main, & soustenir la Corone, pour ce, qu'il est Marescal *en pais & en guerre.*

Et doit en temps de pais garder la pais, & faire droiture en toutez choses, qui touchent la Corone là où le Roy est, & à 12. leughes environ.

Et en temps de guerre & en l'ost doit-il avoir l'avant garde.

Et nul autre luy doit mettre la main à sa Corone forsque le Conte le Marescal.

Doit apaisier les noises, & visiter tous ceulx qui coucés sont en la salle, & per la verge 12. leughes dehors, d'environ des choses, qui appendent à la verge & à la Corone.

Il doit avoir le jour de Coronement pour la huisserie le blauncheur del deys, & le drap, qui pent deriere le Roy.

Le Marescal *doit garder le jour, & al Coronement & as grandes festes le huis de la sale, & tous les aultres huis, sauve les huis de la chambre de Roy, & avera les qui as huissiers appendent.*

Il doit avoir tous les attachemens, les ferres, & les emprisonnemens cel jour de tous ceulx dedens 12. leughes enveron, & avoir les devant le Senescal & devant luy à fair droit.

Si avera-il de cascun prisonier 4. d. & tous les amerchiemens, qui sont de 40. d. & de mains.

Et si doit communement faire droit de tout au pueple au Coronement.

Le Marescal *doit avere de Erchevesque le jour qu'il fait homaige au Roy, ou aultre, dix livres, ou son palefroy, avec tout le harnoys, ou 1. marc pour le harnoys; & de Cont, quant il est fait Chevalier, son palefroy, avec le harnois, ou 1. marc pour la selle, & pur le frain, ou pur le palfroy 10. l. Et quant il serra ceynt del Conte, si avera-il son palefroy ou 10. livres.*

Et des Evesques Abbés, Priours, & de tous aultres, qui tiennent en chief du Roy & Baronie: quant ilz sont receus du Roy, & luy faichent feaultés, ou quant les lais seront fais Chevalier, ou qu'ilz faichent homaige, si avera-il leur palefroy avec le harnois, ou cinq marc pour le palefroy, & demy marc pour le harnois, si ne ait eu devant al homaige faire au Roy.

Et de tous aultres, qui ne tiennent point du Roy par Baronie, mais que aultrement tiergnent du Roy, quant ilz feront hommage au feauté au Roy, il avera le palefroy, ou le harnois tiel come il veit suyre la Court.

Et si nul fait homage au Roy hors de sa chambre, ou hors sa Capelle, il aura le fée, qui est demi marc.

Et si nul fait homage au Roy as camps armés à cheval, le Marescal *avera le cheval & les armes.*

Le Marescal *doit livrer les hostelx à la journée, & par tout là où le Roy est; & faire quancque appent à la livre à tout temps, en temps de pais & en temps de guerre; & à passi le Roi à la mer les neifs, doit le* Marescal *livrer.*

Le Marescal *doit estre al jour de la feste, & à tous aultres jours à les accomptz: & les establissementz del hostel seront faitz par le Senescal & par luy: & si doit-il seer à destre le Senescal à maignier, le* Marescal *doit avoir le jour de la feste 1. demi sextre de vin le sextre de Londres q'amont 7. barel faire; deux torches & chunc candeilles: Et aultres jours, quant il vient à la Court, il avera demi sextre de vin de bouche, & demi sextre de aultre vin, torch & tortis, & chunc candeilles come le Senescal.*

Le Marescal *avera toutes les bestes quey'ntes le jour de la feste, ou aultres jours.*

Et il doit avoir à la journée dix livres del Jurie de Londres, & la plus belle coupe de Londres al issuë de la sale.

Le Marescal *avera le jour de Coronement & de aultres festes, toutes les eschines des gives & des chignes.*

Cestes choses appendent au jour de Coronement & à la journée doit-il avoir la maison del Eschequier pour soi herneissier.

Le Marescal *doit avoir au Noël de la livrée le Roi, trois robes, dont la une robe doit estre de scarlet, & les deux de la suyte des Chevaliers; & si dovient les deux robes estre ou furures de bisshes, la une de dix feeses, & l'autre de noef, & la tierche fourure de conynges. Et à Pentecouste doit-il avoir trois robes, dont la une de scarlet linée de cendal, & les deux de la sieut des Chevaliers.*

Le Marescal *doit avoir un Chevalier verge portant, & jurera à celer le counseil le Roy: & si avera un Sergeant verge portant à liverer les hostels, & à faire aultres choses: & si avera un Clerq à recevioir de la paie as Sergeans & Sandijours 2. d. de la livre, & à faire le commandement du* Marescal *comme as marchees & aillers.*

Et si avera le Chevalier un Escuier, & un garchon, & tous yceulx maigneront en la salle du Roy, & le Chevalier doit gesir en la sale: & s'il doit gesir hors de la sale, si avera-il demi sextre de vin, chuncq candeilles & 1. tortis.

Il gardera tous les huis où le Roy conseille, fors huys de la chambre le Roy.

Tous les chevaulx recrus del hostel le Roy, doit le Marescal *avoir q'or aa le Almoignier.*

Le Marescal *doit avoir un Clerq, ou un Sergeant pour faire les attachemens à merces & à prender ce, que appent au* Marescal.

Et doit faire crier le baan le Roy as villes où le Roy doit gesir, & à 12. leughes environ.

Le Marescal *& son Bacheler dovient estre frans au seal de tout leur pourchas, & francs au passage de la mer lui & tous les siens.*

Le Clercq, que est attorné d'aller as marchies de par le Roy, & de par le Conte Marescal, *doit avoir un contrerolle encontre le Sergeant du marchie, & du Rolle le Sergeant & du Clerq doivent estre les estretes livres à le Garderobe le Roy, & par icelles estretes dovient sourdre les fins & les issues de les marches.*

Et le Bacheler le Conte & le Sergeant du marchée, & le

le Clerq le Conte doivent estre as coustages de la ville le premiere nut qu'ils veignent en la ville pour faire le mestier.

Si Conte, Baron, Visconte, Archevesque, Evesque, Abbé, Priour, Chevalier, ou Bourgois soit arestus en la presence le Roy, il doura cascun jour demi marc au Marescal. *Et al Eschequier quique soit arestus, il donra cascun jour demi marc, que en fee ore a le Clerq le Conte* Marescal, *que est assigné à l'Eschequier.*

Se le Roy soit en guerre, dont doit le Conestable *&* Marescal *tenir les plees, & le* Marescal *avera les amerchiemens & fourfaitures de tous ceulx, qui enfregneront les commandemens le* Conestable & Marescal.

Et de cascune praie avera le Marescal *toute les bestes veires forspris, mouton, chevers, porcs, que home apele pelfre.*

Le Conestable *&* Marescal *doivent avoir 4. d. de cascune livre que le Roy paie as gens d'armes, pour sous & gaiges en temps de guerre, forspris les gaiges des Senescaulx & Chambrelens.*

Tous le Chevaulx recrus rendus en host, sont Marescal.

Si en temps de pais ou de guerre soit pris laron par le Marescal, *les armes sont au* Marescal, *& le corps & les autres cateulx tous au Roy.*

Et si soloit estre que le Marescal *devoit avoir douze damoisellez à la Court de Roy, qui devioient faire seirement à son Bacheler, qu'elles ne sauveroient aultres putains à la Court qu'elles-mesmes, ne ribaudes sans avowerie de altre; ne laronne mesel, qu'elles ne les monstreront au* Marescal; *& il doit pourvoir la Court de tout.*

Et se aucun home ou feme, à pié ou à cheval, suie la Court pour briefs avoir, & respondu lui soit par le Conseil du Roy, ou par le Chancelier, qu'il ne doit tiel pourcach avoir, le Marescal *luy defendra la Court, & se il suye oultra la defense, le* Marescal *avera le cheval avec harnois.*

Le Marescal *doit avoir tous les chevaulx as garcrones de mestier, qui ne prendent gaigez à leur chevaulx du Roy tous les chevaulx as messagiers du Roy, & tous aultres chevaux, qui suyent le Roy à cassement.*

Le Marescal *doit avoir avec le haulte Justice le Roy, par tout là il soit, son tourne ous s allées, un Clercq ou un Sergeant à recevoir les prisonniers & les fees, qui appendant au* Marescal.

Le Marescal *doit avoir 1. Clercq al Eschequier, qui gettera les sommes, & doit avoir la garde de tous ceulx, qui sont arestus al Eschequier, & avera de cascun le jour demi marc tant que ilz soient delivrés.*

Item le Conestable, & Marescal *tendront tous les plais devant eux, & le Conestable doura les judgmens, & avera pour cascune bille, qui est donné en la Court, 4. d. & le* Marescal *2. d. & les plais ne pourront estre tenus sans le Conestable &* Marescal *ou leur Lieutenans Chevaliers; & le Conestable avera les commandemens, & le* Marescal *fera execution des attachemens & tous autres arrests.*

Le Marescal *somondra les enquests & les fera venir, & le Roy trouvera le crieur, & celi avera de cascune, qui est delivrés à la barre, qui qu'il soit, 1. d. Et le Senescal ne se mestra de la mainie le Roy dedens la porte, & ceux qui mesfont dehors, & pourront estre pris, responderont en le manier en le* Marescalcie.

Ensement le Marescal *avera en banck du Roy un* Marescal, *qui avera la garde des prisoners, & prendera fees, come avant est dit de ceulx, qui sont commandés a sa garde, en la* Marescalcie *de l'ostel. Et ne doit nul estre mainpris en le Banck du Roy par la place, ne par nul des Justices de dit place, qui sont endités ou apellés pour mort d'home, ou de diverses Roberies; & ce voelt le statut. Et ledit Conte doit de droit de son office, par là où il vendra en Engleterre aussi bien dedens franchises come dehors, & aussi bien dehors la presence du Roy come dedens sa presence, attacher tous les felons & trespasseurs, s'il viegne freschement sur le fait, & livrer le corps au Visconte du lieu, ou la cause, ou Baillif des franchise, dedens franchesses soient les corps; ou mener eux tanc que au* Mareschalsie.

Item le Conte Marescal *avera un* Marescal *en l'Eschequier, qui gettera les sommes de l'Eschequier, & avera la garde des foellez & tailles que sont allouez en mesmes la place, & prendra de cascun, qui est commandé au garde pour la debite le Roy cascun jour qu'il demourreit en garde, demi marc pour son fee; & ne doit nul estre commandé au Fleet fors tant suellement au* Marescal, *come pert par le recorde del noir livre del Eschequier, qui voelt que se nul Visconte ou Baillif soit trouvés en arrierag deverse le Roy, que maintenant soit commandé au* Marescalsie *& a Conte avant en la garde de ledit* Marescal; *& ce par le statut.*

Item ledit Comte Marescal *claime de aver cognoissance de tous maneres de plais devant le Senescal le Roy, & lui si avant comme ils solloient avoir en temps des progenitours nostre dit Sr. le Roy. C'est assavoir Assises de nouvielle Dissaisine, Freshe-forc en auncien demene, tous manneres de fellonies, trespasses, dettes, contracts, & convenants de cascun temps.* Vide *Comes Marescallus.*

Marescallus intrinsecus. Vide *Marescallus aulæ.*

Marescalli Templi, S. Joannis Hierosl. apud Jacobum de Vitriaco lib. 3. Hist. Hierosl. p. 1138. 1139. Statuta Ordinis S. Joan. Hierosl. tit. 19. *Marescallus, Bajulivus conventualis veneranda lingua Alvernia, vocabulum est militare, quod Galli à Germanis acceptum usurpant, quo nomine Tribunos militum vocant.* Vide Chronic. Flandr. cap. 32.

Marescallus exercitus Dei & Ecclesiæ sanctæ. Vide Matth. Paris an. 1215. p. 177.

Marescalli, qui hospitia magnatibus ac dominis suis parant, olim *Mansionarii*, hodie *Maréchaux des logis*. Hugo de Cleeriis de Majoratu & Senescallia Franciæ: *Si Comes perrexerit ad Curiam D. Regis, Senescallus præcipit Marescallis D. Regis, ut præparent & liberent hospitia Comiti.* Charta Friderici I. Imp. ann. 1185. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 1030. *Et reservato in Modoëtia, quod Marescalco nostro vel Regis liceat ibi hospitia assignare.* Matth. Paris ann. 1251. *Dum quidam Magnatum aditui, quos Marescallos appellamus, dominis suis hospitia providerent, &c.* Et anno 1252. *Præmisit suum Marescallum, ut adventum ejus nuntiaret.* Id porrò muneris videtur primitus fuisse *Marescallorum* militarium, quòd & ii in exercitibus castris loca idonea præpararent; unde *Protostratores* à Græcis appellatos docuimus ad Cinnamum p. 475.

Marescallus in domibus privatis nobilium, cujus officium describitur in Fleta lib. 2. cap. 74. Lindwodus in Provinciali Cantuar. lib. 3. tit. 22. Marescallos Episcoporum eos esse ait, qui regunt eorum aulas & interiora. In ejusmodi Marescallos, ni fallor, invehitur Petrus Blesensis Epistola 14. *Ut cæteras taceam, molestias Marescallorum sustinere non possum — vidi plurimos, qui Marescallis manum porrexerant liberalem. Hi dum hospitium post longi fatigationem itineris cum plurimo labore quæsissent, cùm adhuc essent eorum epulæ semicrudæ, aut cum jam fortè sederent in mensa, quandoque etiam cùm jam dormirent in stratis, Marescalli supervenientes in superbia & abusione, abscissis equorum capistris, ejectisque foras sine delectu & non sine jactura sarcinulis, eos ab hospitiis turpiter expellebant.* Horum Marescallorum vexationes & prædationes inhibentur in Capitulis Caroli C. tit. 12. *Ut Missi in illorum Missaticis curam habeant, ne homines nostri, aut alii quilibet vicinos suos majores vel minores tempore æstatis, quando ad herbam suos caballos*

caballos mittunt, vel tempore hiemis, quando marascalcos illorum ad fodrum dirigunt, vicinos majores vel minores deprædentur, &c. Eæ verò molestiæ

Marescalciæ appellantur in veteribus Chartis. Charta Odonis Duc. Burgund. ann. 1102. ex Tabul. S. Benigni: *Relaxavi — Monachis Divionensibus — percursus, marescalcias, brennarias, arbergarias, cautiones, & superprisias.* In alia ejusdem ann. 1101. *Illam pravam consuetudinem, qua homines Ducis solebant per agros discurrere, & homines sancti cum animalibus suis in corvatam, vel in carropera Ducis violenter adducere, amodo remitto, & ut tam injusta exactio ulteriùs non fiat, interdico. Item excursum, quem Marischalci & Armigeri Ducis apud Longum-vicum infra villam faciebant ulteriùs fieri prohibeo.* Charta Heriberti Comitis Viromanduorum ann. 1076. apud Hemeræum: *Mariscalli mei campos Ecclesiæ ad ejus justitiam pertinentes prata & horrea quieta dimittant: nihil ex eis annonæ, nec fœni, nec stipulæ, nihil straminis præter Abbatis voluntatem habeant.* Charta Luitpoldi Ducis Bavariæ in Chronico Reicherspergan. ann. 1141. *Ipsa quoque duo benefic[illegible] præsignata ita decernimus permanere libera in fratrum propria potestate, sicut erat in nostra, ne vel Camerarii, vel Marscalci, seu alii servitores nostri, ac posterorum nostrorum in ullo sint molesti cultoribus eorum, vel de rebus Curiæ traducendis, vel de annona equorum persolvenda, vel de aliis ministris hujusmodi traducendis.* Tabular. Dalonensis Abbat. fol. 87. *Marescalcias, præposituras, messiones, convivia, justitias, ac trossas fœni, & qualibet alia servitia, vel quaslibet exactiones justas vel injustas — dimitto.* Tabular. Celsinianense: *Et 1. agnum & 6. denar. pro eo, & 1. gallinam & marescalciam diurnalem, & medietatem unius molendini.* Vide Chartam Luxoviensem in Operibus S. Columbani p. 333. & Metropoli &c. Charta ann. 1293. in Tabulario Eccl. Autissiod. fol. 44. *Mareschalcias, quas acquisierunt à Constabulario Franciæ apud Appoigniacum*, id est, jura Marescallorum, seu quæ Marescallis competunt. Guido de Gestis Abbatum S. Germani Autissiod. cap. 1. *Cumque Marescalli dicti Ducis in villis S. Germani acciperent consuetudinem Salvamenti & Marescalliæ, &c.* Charta Willelmi Ducis Aquitan. ann. 1087. pro Monasterio novo Pictav. *Et concedo omnia ad ipsum Monasterium pertinentia liberà ab hospitio & arbergaria, — ita ut nec ego, nec uxor mea, nec aliquis propinquus, non Dapifer, non Marescallus, non Cubicularius, non Præpositus aliquis meus, aut serviens in Obedientiis ipsius Monasterii aut locis hospitium, aut arbergariam per consuetudinem queat, aut talliatam faciat, aut sibi dari cogat.* Vide Metropolim Salisburgensem tom. 3. p. 230.

MARESCHALCIA. Catholicon Armoricum: *Marchaucy*, Gall. *Estable à chevaux*, *Lat. Equistratum.* Matth. Paris ann. 1252. *Ubinam est Marischalcia ad equos nostros stabulandos? Le Roman de Garin:*

Là ont ostex par la vile sessis,
Mareschaussées de chevaux establis.

Sed & fabri solarii, seu qui equorum pedes ferro muniunt, vulgò *Mareschaux ferrans*, dicuntur *Mareschausser les chevaux*, cùm equos curant. Computum Barth. *du Drach*, Thesaurarii Guerrarum an. 1338. *Pour mareschaucier ledit coursier, qui s'estoit blessiés & affolez audit voyage, &c.* Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. c. 106. *Des bestes restives: Le Seignor li doit faire rendre ses deniers, & reprendre à l'autre sa beste, se il fournit l'assise, se il n'a la beste faite mareschauser, ou cuiture (l. culturer) ou traire dens, ou descoiller la, & il aprés la treuve restive, il ne la peut rendre par l'Assise. Et se il n'a la beste faite mareschauser de l'une des trois avant dites choses, & elle restive, & il la veaut rendre, faire le peut par ladite Assise.*

Marchalsia, seu *Marescallia*, vel *Marescalcia*, Carcer curæ & fidei *Mariscalli Domus Regiæ* apud Anglos commissus, qualis ille in suburbiis Londinensibus, vulgò *the Marshalsy* dictus. Henricus de *Knyghton* ann. 1330. *Venit unus ribaldus sceleratus de Marchalsia, & pro sua vita inde habenda, decollavit eum.* Idem an. 1389. *Marchalsia Regis.* Vide Willelmum Stanfford. lib. 1. Placitor. Coronæ cap. 23. 27. 32. p. 32. 33. 35. Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 59. *Tua noscat devotio, quod idem P. nuntius tuus supradictum M. cum compedibus & dextris in manibus Marescalciæ nostræ cautè & fideliter assignavit.* Occurrit præterea in Charta Guillelmi Comitis Nivernensis in Tabulario Ecclesiæ Augustod.

MARESCHAGIUM. Tabularium S. Dionysii an. 1267. *Vendidit Abbati S. Dion. quosdam reditus & usagia — apud Argentolium: qui reditus Cursus & Mareschagium vulgariter nuncupantur*, pro 40. *libr. Paris. &c.*

MARESCHIA, idem quod *Mariscus*. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 50. *Et habeo unum mansum in eadem parochia, qui fuit de Stephano, & est in prata, sive juxta Mareschiam.* Vide *Mareschia*.

MARESIUM. Vide *Mariscus*.

MARESMUS. Charta Ludovici VII. Regis Franc. in Patriarchio Bituricensi cap. 64. *Quidquid de ligno est & ferro, — pluma & corio, lana, cannaba, & lino, maresmos, & omnia domorum utensilia.* Videtur esse nostrum *Marrein*, quodvis lignum. Vide *Materiamen*.

MARESTALLA, *Maristalla*, Equile, stabulum equorum, Germanis, *Marstall*. Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 70. *Ronchini verò in nostra marestalla non sunt ad præsens, quos tibi possemus commodare.* Thwroczius in Attila cap. 14. *Sua etiam maristalla, quam suis exercitualibus in expeditionibus deferebat, pro majori parte de purpura cæterisque sericis pannis erat præparata.*

MARGA, vox Gallica Plinio lib. 17. c. 6. pro eo, quod *Marlam* dicimus. Idem eod. lib. c. 8. *Glischromargam genus terræ candidæ* vocari apud Gallos & Britannos auctor est, ex Anglico *Glister*, fulgere, vel Germanico *Glitzeren*, & *Glitzen*, & *Gleissen*, quod idem sonat, ut auctor est Cluverius lib. 1. German. antiq. c. 8.

Margila, ex *Marga*, unde nostri *Marle*. Edictum Pistense Caroli Calvi §. 29. *Carropera & manopera ex antiqua consuetudine debent, & margilam & alia quæque carricare.*

Marga. Otho Frising. lib. 2. de Gestis Frid. cap. 16. *Ferunt quadam die lapidem vi tormenti ex balista, quam vulgò margam dicere solent, propulsum.* Verùm hoc loco *mangam* legendum pridem monuit Isaac. Pontanus lib. 6. Orig. Francic. pag. 561.

MARGARITÆ, dictæ Græcis Scriptoribus Ecclesiasticis sacræ Eucharistiæ particulæ: quippe Sacerdos post sacrificium, dum communicat, hostiæ quartam partem absumit, tres reliquas summis digitis in particulas, easque minutulas super patena comminuit, quod aptius commodiusque ex pane recenti absolvitur, cùm veterascens aliàs panis, humore absumpto, in pulverem, ut ita dicam, fatiscat, quæquidem particulæ pro infirmis reservantur. Has particulas *μερίδας* vocat Euchologium, *μαργαρίτας* Liturgia Chrysostomi, & Germanus in Hist. Eccles. p. 147. *ψίχας*, Cyrillus Hierosolymitanus; *micas*, Paschasius lib. de Corpore & Sanguine Domini. Sed & *μαργαρίτης*, appellari Græcis recentioribus vas, in quo eæ asservantur, docet Franciscus Richardus in Relat. de Insula sanctæ Irenes p. 221. Vide Vitam S. Lucæ junior. Thaumaturgi c. 6. n. 42. & Leonem Allatium de Recentiorum Græcorum Templis: præterea Concilium

cilium Maticonense II. can. 6. ubi *de reliquiis sacrificiorum vino conspersis, ab innocentibus absumendis.*

MARGARITARII, Concharum margaritariarum investigatores, qui urinando se in profundum mittunt, apud Firmicum lib. 8. Math. c. 16. Sic describuntur à Manilio lib. 5. Astron.

Cumque suis domibus conchas, valloque latentes
Protrahit immersas, nihil est audere relictum,
Quæstus naufragio petitur, corpusque profundo
Immissum pariter quam præda exquiritur ipsa.

MARGELLA, Corallium, κοράλλιον, in Gloss. Græc. Lat. Vide Meursium in μαργέλλα, & Salmasium ad Vopiscum.

MARGGRAVIUS, idem qui *Marchio*: vox confecta ex *March*, limes, & *Grave*, Comes. Udalricus Zazius de Feudis part. 5. n. 10. *Hujusmodi Marchionum, sive, ut nos appellamus, Margraphiorum origo in limitaneos Præpositos, sive Duces referenda: Margraphi dicti, quòd limitibus, quos vulgò Marcken appellamus, graphii, id est, Præpositi fuerunt.* Aliud etymon huic vocabulo arcessunt Leges Edwardi Confess. cap. 35. Locum vide in *Mergreve*. Arnoldus Lubecensis lib. 6. c. 8. de Marchione Landespergensi: *Cùm igitur Marggravius castra remeasset, &c.* Suprà, *Marchionem* appellavit. *Margravius de Brandenburg*, qui aliàs *Marchio*, in Historia Archiepiscoporum Bremensium, & apud Albertum Stadensem an. 1240.

MARGILA. Vide *Marga*.

MARGUILLUM. Charta anni 1244. in Regesto Tolosano fol. 14. *Praxeriam illam & marguillum, quam & quod habemus in flumine Tarni, cum rappis, abardillis, piscariis, & omnibus aliis juribus & pertinentiis suis, &c.*

MARGULUS. Adrevaldus Floriacensis lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 24. *Cùm neque subulas majores, neque malleos, margulos, nec aliquid officinæ fabrilis secum haberent, quo tam fabrefactum destruerent opus.* Videtur legendum *Marculos*. Gloss. Lat. Gr. *Marculus, malleolus, & malleus*, σφῦρα, σιδηρᾶ, ἢ κόπτανον.

MARIAGIUM, Dos mulieris, *Mariage*. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 468. *Subripuit mariagium suum, hoc est, Noer Menardi, &c.* Infrà pag. 479. *Ecclesiam S. Nicolai — cum adjacenti fundo in mariagio concessit.* Adde lib. 5. p. 582. 589. Vide *Maritagium*.

MARIALE, Græculis recentioribus μαριάλε, βιβλίον, ἔχον τ̃ Θεοτόκυ ἐγκώμιον. Ita Theodosius Zygomalas apud Martinum Crusium in Turco-Græcia p. 243. Ita porrò librum suum de Miraculis B. Mariæ Suession. Hugonem Farsitum, non ita pridem editum cum Historia ejusdem Monasterii, à Viro doctissimo Michaële Germano Benedictino, observat Sanderus in Bibl. MSS. Belgii pag. 358. 360.

MARINARIUS, Navicularius, nauta, *Marinier*. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 56. *Homines nobiles & ignobiles, Magnates & Milites, & pedites, marinarii, & cursarii, & monetarii in illorum terra stantes.* Occurrit apud Constantinum Africanum lib. Commun. locor. Medicor. cap. 18. Bromptonum an. 1100. 1189. Joan. Carmessonum in Vita S. Petri Thomasii cap. 4. in tom. 4. Spicilegii Acheriani, &c.

Marinerii, in Libertatibus Barcinonensib. anni 1283.

Marinaricia, Italis *Marinareza*, Merces, quæ *marinariis*, seu nautis exsolvitur à Patrono, in Statutis Venetorum lib. 6. c. 71. & in libro Promissionis maleficii, in eodem Codice, cap. 32.

MARINELLI, iidem, qui *Marinarii*, apud Matth. Paris p. 162. 166. & S. Bernardum lib. de Modo bene vivendi cap. 57.

MARINOLA. Gloss. MS. Eccles. Parisiens. *Encetecia, marinola lignea, quâ amphora sustinetur.* Papias habet: *Encetegna, macinola, qua, &c.*

MARIOLA, Imago S. Mariæ virginis. Vitæ Abbatum S. Albani: *Hic quoque ferè perfecit pulcram Mariolam cum pertinentiis.* Iterum: *In Australi Ecclesiæ parte, juxta nobilem Mariolam.* Alio loco: *Ante majus altare & Mariolam, quæ eidem suprà ponitur.* Willelmus *Guiart* MS. in Ludov. VIII.

Aubes, fros, chasubles, estoles,
Crois, Crucefis, & Marioles,
Unes d'argent, autres de fust.

MARISARCHUS. Vide *Marearchus*.

MARISCUS, Palus, Gallis *Marés*, vel *Marais*, quam vocem à *Mare*, id est, collectione aquarum deducit Salmasius: Somnerus à Saxonico merſc, *palus*. Ingulfus: *Vicinas paludes, circumque jacentes mariscos immeabiles reddebant.* Infrà: *Cum insula circumjacente, & duobus mariscis adjacentibus.* Occurrit non semel apud Matth. Paris, & alios.

Maresium, eadem notione. Chartæ Philippæ Comitissæ Pictavensis, uxoris Guillelmi VIII. *Quod ego audiens graviter tuli, pro eo quòd eadem maresia dicebantur esse de osculo meo.* Occurrit præterea in Charta anni 1217. apud Sammarthanos tom. 4. Galliæ Christ. pag. 5. & in alia anni 1244. in Probat. Hist. Castanetorum pag. 23. 24.

Marescagium. Charta anni 1267. qua Matthæus de Montemorenciaco vendit Abbati S. Dionysii, *quosdam redditus & usagia in terra & supra terram Ecclesiæ S. Dionysii in Francia apud Argentolium. Qui redditus Cursus & Marescagium vulgariter nuncupatur, pro 40. libris Paris.* Facultas fortè utendi marescis alterius domini.

Marescheius, Palus, locus palustris, *Marais*. Charta Gilonis de Aciaco Militis an. 1227. in Tabulario Ecclesiæ Meldensis fol. 30. *Ex parte Crociaci ab introitu mareschei — ita tamen dicerem mareschicos de Estrepill. qui sunt inter melendinum de Molignon, &c. Mareschere*, dicebant nostri, quomodo *pascua* vertit Hugo *Plagon* in versione Gall. MS. Willelmi Tyrii lib. 2. cap. 17. Guill. *Guiart* an. 1304.

D'autre part outre la riviere,
Se sont prés d'une mareschiere
Li Flamens tendus à grant presse.

Robertus Bourronus in Merlino MS. *Une tour fort & haut, qui seoit en une Marescherie.*

MARISTALLA. Vide *Marestalla*.

MARITA, Uxor. Vetus Inscriptio Barcinone: *Cornelius L. F. Secundinæ L. Valer. Rufus maritæ optim. &c.* Alia Romæ: *D. M. Juliæ Pietati maritæ optimæ C. Julius Symfor. fecit.*

MARITAGIUM, Donatio, quæ à parente filiæ fit propter nuptias, seu intuitu matrimonii. Regiam Majestatem lib. 2. c. 18. §. 1. & Glanvilla lib. 7. c. 1. *In alia acceptione accipitur dos secundùm Leges Romanas, secundùm quas propriè appellatur dos, id quod cum muliere datur viro, quod vulgariter dicitur Maritagium. Potest itaque quilibet liber homo terram habens, quandam partem terræ suæ dare cum filia sua, vel cum qualibet alia muliere in maritagium, &c.* Et cap. 48. §. 12. ab *hæreditate* distinguitur. Hinc *possidere ex maritagio*, apud Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 590. *Dare in maritagium*, apud Radulfum de Diceto an. 1199. nostris vulgò, *Donner en mariage*, id est, favore matrimonii. Consuetudo municipalis *de Labourt*, tit. 9. art. 12. *Dot ou donation pour nopces, vulgairement appellé mariage.* Leges Edwardi Confess. c. 19. *Remaneant legales cum dotibus suis & maritagiis.* Charta Henrici Regis Angliæ apud Matth. Paris an. 1213. *Et si mortuo marito uxor ejus remanserit, & sine liberis fuerit, dotem suam & maritagium habebit.* Adde aliam Joannis Regis an. 1215. ibid. pag. 178. Statuta Alexandri II. Regis

Regis Scotiæ cap.22. §. 1.2, Fletam lib.5. cap.24. Petrum de Vineis lib. 3. Epiſt. 5. &c. *Maritagium* autem aliud eſt *liberum*, aliud *ſervitio obnoxium*.

Maritagium liberum, noſtris Practicis, *Franc mariage*, dicitur, inquit Bracton. lib.2. cap.7. §.3. *ubi donator vult, quòd terra ſic data, quieta ſit & libera ab omni ſæculari ſervitio, quod ad dominum feodi poſſit pertinere; & ita quòd ille, cui ſic data fuerit, nullum omnino faciat inde ſervitium uſque ad tertium hæredem, & uſque ad quartum gradum, ita quòd tertius hæres ſit incluſivus.* Et infrà: *Gradus autem computandi ſunt à primo donatario uſque ad tertium hæredem incluſivum, ut donatarius faciat primum gradum, & hæres ſuus faciat ſecundum, & hæres hæredis tertium, & hæres ſecundi hæredis quartum, qui quidem tenebitur ad ſervitium, &c.* Eadem pæne habentur apud Glanvillam lib.7.c.18. in Regiam Majeſtat.lib.2.cap.57. & apud Littletonem ſect.17. & ſeqq. His autem locis cùm donator liberari dicitur à ſervitio & homagio, id intelligendum eſt de ſervitio & homagio donatoris, quod exertè indicat Littleton ſect. 19. nam donator terram ſuam liberam ab alterius domini homagio & ſervitio conferre non poteſt. Charta Mathildis de S. Lizio, in Monaſtico Anglic. tom.1. p.370. *Dedi — tertiam partem totius manerii mei de Cratesfeld, quod eſt liberum maritagium meum, &c.* Pag. 416. *Terram ſuam de Rudham, quam pater ſuus dedit in liberum maritagium.* Pag. 514. *Eccleſiam S. Crucis — quæ ſita eſt in libero maritagio.*

Maritagium autem *ſervitio obnoxium* illud eſt, quod datur cùm ſpeciali reſervatione ſervitii debiti domino capitali: & qui hujuſmodi terras accipit nomine maritagii, ipſe & omnes ejus hæredes tenentur facere ſervitia domino. Sed neque ipſe, neque duo ejus hæredes facient homagium domino; verùm tertius hæres omnia ſervitia & homagium facere tenebitur. Ita Regiam Majeſtat.lib.12.cap.57.§.7.8.9. & Bracton.d. cap.§.4.

Maritagium, Littletoni ſect. 103. *Mariage*, nudè, dicitur jus, quod domino feudi competit maritandi filias vaſſalli ſui defuncti: ſeu, ut definitur à Cowello l. 2. tit. 3. §.20. *eſt commodum illud, quod domino feudi è nuptiis minoris de ſe per ſervitium Militare tenentis conficere poteſt.* Statutum Mertonenſe cap.7. *Maritagium ejus, qui infra ætatem eſt de vero jure pertinet ad dominum feodi.* Vide Statutum 2. Weſtmonaſterienſe c.18. Regiam Majeſt. lib.2.c.48. Fletam lib. 1. c. 9. §.5. & cap.13. & quæ notavimus ad Statuta S. Ludovici. Quibus adjungenda omnino Charta Henrici III. Reg. Angl. ubi iſtius legis ac juris ratio redditur, ex qua ex Guiliel. Prynneo in Libertatib. Anglic. tom. 2. pag. 602. quædam delibabimus: *Cum per experientiam didicimus, quod quamplures Dominæ regni noſtri, ſpreta ſecuritate, quæ per legem & antiquam conſuetudinem regni Angliæ capi ſolet & debet ab eis, ne ſe maritari permitterent ſine conſenſu & voluntate noſtra, non requiſito ſuper hoc noſtro aſſenſu, unde tam nobis quàm Coronæ noſtræ & damnum & opprobrium emerſerunt.* Mox: *Vobis mandamus, firmiter injungentes in fide, qua nobis tenemini, quatenus ſine dilatione à Margeria ſorore quondam Comitis Warwicenſis, quæ eſt una de generoſioribus mulieribus regni noſtri, & caſtrum habet ingentis fortitudinis, & ſitum verſus partes Marchiæ, pro quo nobis nullatenus expediret, quod aliquem in virum acciperet, niſi de ipſo, tanquam de nobis confiderem, caſtrum de Warwic & de terris ſuis, quas ipſi eligetis in plegium capiatis, præter ſecuritatem debitam, quod ipſa nulli viventium ſine licentia noſtra in matrimonio copulabitur: ita quod ſi fortè temerario auſu contra hoc feciſſet, caſtrum prædictum & terra in plegium ſimiliter capta, nobis perpetuò & hæredibus noſtris incurrantur.*

Maritagium rationabile, quod dominus hæredi offert, *ubi non diſparagetur*, in Statuto Mertonenſi an.20. Henrici III. quod *Mariage advenant* vocat Conſuetudo Normannica vetus cap. 26. *Se aucune femme demande à ſon frere mariage, ſe il veut, il la menera avec luy, & l'aura en garde un an & un jour, & puis la pourverra de avenant mariage. Mariage avenant eſt, ſe elle eſt mariée à convenable perſonne ſelon ſon lignage & ſes poſſeſſions.* Nova Conſuetudo Norman. art. 357. *Les ſeurs ne peuvent demander partage en la ſucceſſion du pere & de la mere, ains ſeulement demander mariage. Mariage advenant*, ibid. art.262. & ſeq. V. Notas noſtras ad Stat. S. Lud. p.174.

Maritagium deſavenans, Matrimonium impar & minùs dignitati perſonæ conveniens. Primum Regeſtum Joannis de ſancto Juſto in Camera Computor. Pariſ. *Pater dat filiæ deſavenans maritagium moritur pater relicto filio infra ætatem, qui filius tacet per annum & diem, poſtquam pervenerit ad ætatem legitimam, poſtea conqueritur, & ſororem ſuam & maritum ejus, de maritagio deſavenanti, quæritur an poſſ t?*

Maritagium, ſeu licentia maritalis, maritandi, matrimoniorum, dicitur de ſervis, conditionalibus, & glebæ adſcriptis, quibus matrimonium contrahere abſque *licentia* & conſenſu domini non licebat. Eginhardus Epiſt. 16. ad Hattonem Comitem: *Quidam homo veſter nomine Hunno venit ad limina ſanctorum Marcellini & Petri, veniam poſtulans pro eo, quòd conſervam ſuam ancillam veſtram ſibi in conjugium ſociaſſet ſine veſtra juſſione. Propter hoc precamur benignitatem veſtram, ut à nobis indulgentiam de hoc facto percipere mereatur, &c.*

Ut porrò conſenſum dominorum obtinerent ſervi, cenſum definitum iiſdem præſtabant. Charta G. Laudunenſis Epiſcopi, apud Cognatum in Hiſtoria Tornacenſi: *De unoquoque eorum tam ſervo quàm ancilla, habebitis annuatim ſex denarios cenſuales, & de mortua manu duos ſolidos, & de maritagio duos ſolidos.* Vetus Charta apud Willelmum Hedam in Epiſc. Traject. cap. 20. *Iterum ne omnimodis ſine reſpectu videatur ſancta Dei Eccleſia pro licentia nubendi infra ſive extra concedere poteſtatem, dentur 12. denarii, &c.* Alia apud Buzelinum lib.3. Gallo-Flandr.cap.21. *Quæ familia unoquoque anno — perſolvet de reſpectione capitis ſui 2. denarios, de mortua verò manu 6. de licentia maritali ſex ſimili modo, &c. Licentia matrimoniorum*, in Charta an. 1162. ex Tabulario Campaniæ Thuano. Adde Haræum in Caſtellanis Inſulenſ.p.178. 179. & Gallandum de Franco allodio p.84. Chronicon S. Bertini, de Sifrido, primo Guinenſi Comite: *Servitutem aliam induxit, ut quilibet, vir, mulier, ſenex, puer, aut infans, ei denarium unum ſolveret in anno, in nuptiis 4. & in morte quatuor.* Charta an.981. in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 48. *Singuli* (ſervi) *ad 4. denarios in cenſu Kal. Octobr. 12. in matrimonio, 5. ſol. poſt obitum.*

Cùm igitur inter ſervitutum onera non minimum illud eſſet, quod matrimoniorum libertatem ſpectabat, hinc in privilegiis civitatum & oppidorum incolis à Regibus & Principibus indultis legere eſt: id potiſſimùm cautum ac conceſſum, *ut eis & eorum hæredibus ad libitum ſuum puellas & viduas ſuas nuptui tradere, & juvenes uxorare, & ballia juvenum & puellarum ſive viduarum habere ſine aliqua contradictione liceret*, ut eſt in Charta Alienoræ Reginæ Angliæ an.1199. pro Libertatibus urbis Santonenſis apud Beſlium p.596. Alia Richardi Comitis Pictavenſis pro Rupellenſibus, apud eundem p.600. *Præterea ipſis conceſſi, quod ſi ipſi inter filios & filias ſuas & mulieres viduas matrimonia contrahere voluerint, ego eis nullam inferam violentiam, nec ego eis quæram filios & filias ſuas ad maritandum; & ſi quis ſuper hoc in eis manus mitteret, ipſi ſine occaſione ſe deffenderent.* Charta Communiæ Rotomagenſis ann.1207. *Item nullum de Civibus Rotomag. cogere poterimus de filiis maritandis, niſi de voluntate ſua.* Charta Communiæ Hamenſis: *Conceſſum verò eſt, ut*

quicun-

quicunque filium, sive filiam maritare voluerit, sine justiconcessione domini, & absque ullo forisfacto facere poterit. Similia propemodum habentur in Libertatibus concessis Angeriaci incolis an. 1204. Castelli Amorosi in diœcesi Aginnensi ab Edw. I. Reg. Angl. in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 5. item Valentiæ in eadem diœcesi ab eodem Edw. fol. 140. Oleronensibus ab Alienora ann. 1199. fol. 186. & Hugone Lusiniano Comite Marchiæ an. 1286. fol. 187. Santonensibus anno 1199. apud Beslium p. 596. &c. Adde Statuta Delphinalia pag. 39. v. Constitutiones Siculas lib. 3. tit. 21. Sanutum lib. 3. part. 11. cap. 3. Consuetudinem Solensem tit. 1 art. 2. Vide *Marcheta.*

Eximebantur in ejusmodi immunitatibus Nobilium feudalium matrimonia, de quibus copiosè egimus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici. Charta Philippi Aug. an. 1220. M. Novemb. pro Cadomensibus: *Præterea concessimus iisdem, quod nec nos nec hæredes nostri trademus uxores vel filias eorum aliquibus in maritagium contra voluntatem eorum; nisi feodum, vel membrum lorica teneant, propter quod debemus maritare secundùm usus & consuetudines Normanniæ.* Adde Vitam S. Godebertæ num. 3. Epist. 488. inter eas, quæ habentur tom. 4. Hist. Franc. Matth. Paris p. 167. g. 178. b. &c.

Maritagium impeditum, incombratum. Vide *Combri.*

MARITAMENTUM, pro *Maritagium*, i. dos. Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Quæ terra erat jus & maritamentum ejusdem Galburgis, &c.*

MARITATIO, idem quod *Maritagium*, Dos. Charta Henrici I. Regis Angl. pro Libertatibus Angliæ in ejusdem Legibus, apud Ricardum Hagulstad. Matth. Paris, Bromptonum & alios: *Et si mortuo marito uxor remanserit ejus, & sine liberis fuerit, dotem suam & maritationem habebit, — & si uxor cum liberis remanserit, dotem quidem & maritationem suam habebit, dum corpus suum legitimè servaverit, &c.*

MARITIMÆ, Agri & prædia ad maris littora. Charta anni 1068. apud Sammarthanos in Archiepisc. Burdegalens. *Causa igitur incœpta, cùm ad id ventum esset, ut jamdictus Præpositus hanc in maritimis nostris esse consuetudinem affirmaret, ut quandiu Comitis servientes salem justo pretio vellent emere, &c.* Rogerus Hoveden. p. 661. *Tota verò maritima, qua itur ad Cayphas, Pisani castra metati sunt, &c.* Vide tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 278. Gesta Innocentii III. PP. p. 142. Chronicon Petri IV. Regis Arag. initio, &c. Etiamnum hodie in Pictonibus *les Marennes* dicuntur agri ad Oceani littora, in quibus extant salinæ: *Maremma* Itali, *Maresme* Catalani dicunt, unde *Banyuls de Maresme*, locus dictus in Ruscinonensi Comitatu, haud procul à Caucoliberi, apud Andream Bosch lib. 1. *dels Titols de honor de Catalunya* cap. 26. Quibus addo hæc ex Charta Caroli Majoris-domus, apud Willelmum Hedam in Hist. Episcopor. Trajectens. p. 217. 1. Edit. *Idcirco trado — in loco nuncupato Marithime, ubi castrum fuit, &c.*

MARKETZELD. Monasticum Anglic. tom. 2. p. 187. *Et valeat per annum le Streteward, & le Marketzel 18. sol. & obol. &c.*

MARLA, Marga, de qua Plinius lib. 18. cap. 6. qua agri impinguantur, Gallis *Marle*, & *Marne*. Observat Cluverius lib. 1. Germaniæ antiquæ cap. 8. in antiquissimis MSS. Plinii Codicibus Bibliothecæ Regis Angliæ Londinensis, lib. 17. cap. 6. pro *marga*, quod ter ibi habetur, ubique scriptum *marla*. Bracton, lib. 4. Tr. 1. c. 34. §. 7. *Et ita quòd deficiat melioratio in marla, vel in stercoratione.* Fleta lib. 2. cap. 76. §. 4. *Marla durabilior est* (fimo,) *eò quòd fimus descendendo, & marla ascendendo consumitur.*

Marlare, Marla seu margâ agros stercorare, pinguefacere, *Marler* vel *Marner* les terres. Chronicon Andrense: *Ipsam terram marlare fecit.* Occurrit in Fleta lib. 2. c. 73. § 5. c. 76. §. 2. tom. 1. Monast. Anglic. pag. 722. tom. 2. pag. 202 &c. Necrologium Ecclesiæ Carnotensis: *Marnavit terras & ad culturam reaegit.*

Marlaria, Fossæ, unde eruitur *marla*, seu *marga*, Gallis *Marlieres*. Ægidius Aureæ-Vallis Monachus in Episcopis Leodiensib. cap. 111. *Aliis verò in foveis, quæ marlariæ dicuntur, projectis, &c.* Adde Fletam lib. 2. cap. 41. §. 2. & Foros Benehariı. Rubr. *de Boscages* art. 14.

Marlera, eadem notione. Charta Joannis Regis Angl. de Forestis ann. 1215. *Unusquisque liber homo de cætero sine occasione faciat in bosco suo vel terra sua, quam habet in foresta, molendinum, vivarium, stagnum, marleram, fossatum, &c.*

Marleria, in Inquisitionibus de forisfactari. forestarum §. 15. *Inquiratur etiam de marleriis, minerüs, turbariis, &c.* *Fossa marleria*, tom. 2 Monast. Anglic. p. 1011. Charta Roberti D. de Bov. ann. 124 . in Tabulario Corbeiensi lib. 7. Ch. 3. *Et je y ai fait ot que li homains me demeure ensi come il est bonnes, & les maillieres devant dites ne autre kemin je ne puis faire ne clamer dedans le terroir de Thanes, &c.* *Et si ai fait or que les maillieres devant dites sont kemuns a ajointes as homes, &c.*

Marleicia, Agri margâ, seu *marlâ* impinguati. Charta Philippi Aug. Regis Franc. an. 1220. *Et les Marleicis & gastinas, quæ sunt extra boscum, quem boscum ei non donavimus. In quibus marleiciis & gastinis numerantur 45. acra.*

Marletum, eadem notione. Vetus Charta apud Spelmannum: *Sciatis, me dedisse in perpetuum 22. acras & dimid. marleti Ecclesiæ S. Michaelis, &c.*

MARMITA *Ecclesiæ*, dicitur quidam Diaconus in Inquisitione de Vita & moribus B. Joannis Episcopi Vicentini. Sed veretur viri docti, e mendam ...

Vide *Marotimus.*

MARMOR, Morbi equorum species in genibus vel articulis. Vegetius lib. 2. Artis veterin. c. 48. *Marmor duritiam ostendit ex nomine, &c.*

MARMOR, Tabellula marmorea *imaginata*, quæ in quibusdam Ecclesiis defertur osculanda ad *Pacem* in sacra Liturgia. Synodus Bajocensis an. 1300. c. 10. *Inhibemus firmiter & districtè, ne pace recepta à Presbytero in altari, pluribus quàm duabus mulieribus marmor tradatur deosculandum.* Vide *Lapis pacis*, & *Osculum pacis.*

MARMOREUS *pannus*. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295. *Tunica de prædicto panno marmoreo spisso cum rotis & grifonibus, &c.* Alio: *Casula marmorei coloris.* *Marbre* appellamus, quod variis coloribus interstinguitur.

MARMOTINUS. Vide *Marabotinus.*

MARONES. Vide *Marrones.*

MARONITÆ, Hæretici ad Libanum montem, ita dicti à Marone quodam Hæresiarcha, uti vult Willelmus Tyrius lib 22. c. 8. Jacobus de Vitriaco in Hist. Orientali cap. 79. vel ut Timotheus Presbyter de Hæresibus: ... De eorum hæresi iidem consulendi, & Gabriel Sionita & Hesronita in libro de Nonnullis Orien. urbibus cap. 6. post Geograph. am Nubiensem

MAROSSERUS, *Proxeneta*. Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 420. *Nullus Marosserius vel mediator alicujus mercati, cujuscumque generis & maneriei, vel matrimonii, possit habere nec habere aliqualiter pro marosso, vel ejus mercede aliquid, si marossi, ut supra, ultra soldos 10 imperialium, &c.* Adde cap. 421. 422. & 1. part. cap. 89.

MAROTIMUS. Charta Theotolonis Archiepiscopi Turonensis ann. 933. apud Sammarthanos: De

De valentioribus igitur ac potentioribus rebus, sigillis Regum insignita testamenta feci: de quibusdam verò meæ ditioni subactis chartas edidi atque firmavi, & Marotimo ipsius Ecclesiæ servanda tradidi. Eadem fortè dignitas, quæ *Marmita Ecclesiæ* dicitur in Inquisitione de Vita & Moribus B. Joannis Episcopi Vicentini: sed qualis illa? fateor me ignorare, tametsi idem videatur, qui archivi custos.

MAROTUA, Locus, vel piscina cum claustro, in Jure Hungarico.

MARPAHIS, Strator, apud Longobardos. Ugutio: *Marphais, Strator.* Perperam *structor* in MS. Paulus Warnefridus lib. 2. de Gestis Longob. cap. 9. *Qui eidem Strator erat, quem lingua propria Marpahis appellant.* Lib. 6. c. 6. Rex verò *Cunibert, dum post hæc cum Stratore suo, quem lingua propria Marpahis dicunt, &c. Marepahis,* apud Erchempertum c. 21. perperam *Marepazis* in Charta Longobardica anni 774. apud Ughellum tom. 8. Italiæ sacræ p. 34. *Qui fuerunt de judiciaria Foroaldi Marepazis nostro.* Adde Chron. S. Sophiæ Benevent. p. 629. 632. 637. 738. ubi malè etiam *Marepahis* editum, pro *Marepahis.* Germanis *Mar* est equus: est igitur *Marpahis,* vel *Marpdis,* aut *Marpaige,* quasi *puer equi,* quem equum curat.

MARRA, Italis *Marra,* Ferreum instrumentum ad excindendas herbas accommodatum. *Marre de Vigneron.* Gloss. Lat. Gr. MSS. *marra,* χειρεχράγιον. Papias: *Marræ, sappæ, instrumenta rusticorum:* Idem: *Marra, terebrum, idem verrubius.* Vocab. Will. Brittonis: *Ligo, instrumentum rusticanum, marra, ut dicit Ugutio, Gallici appellant Picois.* Catholicon Armoricum: *Marr, G. Hoe, Foussoüer, de quoy on houe les vignes, L. Ligo.* Columella de Cultu hortor.

Mox bene cum glebis vivacem cespitis herbam
Contundat marrâ.

Occurrit etiam in Vita S. Deodati apud Surium to. 7. c. 3.

Marrare. Ugutio: *Ligo, marra. Ligonizare, marrare, terram ligone vertere.* Vide *Marrire.*

MARRENUM. Vide *Maeriamen.*

MARRIRE. Capitul. 1. Caroli M. an. 802. c. 1. *Et nemo per ingenium suum vel astutiam præscriptam legem, ut multi solent, vel suam sibi justitiam marrire audeat, vel prævaleat, &c.* id est, *marritionem* inferre, seu contra legem quicquam agere, legem labefactare. Et c. 8. *Ut nullus bannum vel præceptum domni Imperatoris nullus omnino in nullo marrire præsumat, neque opus ejus stricare vel minuere, vel impedire, &c.* Mox: *Et ut nemo debitum suum vel censum marrire ausus sit.* Adde c. 9. Est autem

MARRITIO. Vetus Charta in Actis Episcopor. Cenoman. p. 197. *Quiete & regulariter absque ulla vexatione aut marritione securiter sanctè vivere permittant.* Adde pag. 266. Charta Ludovici Pii Imp. in Vita Aldrici Episcop. Cenoman. p. 31. *De his autem præcipimus, & censum legitimum, & nonas & decimas annis singulis partibus præscriptæ matris Ecclesiæ absque ulla marritione vel dilatione reddere.*

Marritio, Detrimentum aut jactura rei, vel molestia aut animi dolor, qualis ex damno nasci solet, quo sensu & nos vulgò *marritum* nunc quoque dicimus illum, qui de re quapiam dolet: Gallis *Marriçon.* Charta Caroli M. apud Chopinum in Consl. Andium: *Absque ulla marritione vel dilatione reddere faciant.* Capitul. Caroli C. tit. 16. c. 13. *Et ipse tranquillo & pacifico animo donat illi commeatum, tantùm ut ipsi & in suo regno, vel suis fidelibus, aliquod damnum aut aliquam marritionem non faciat.* Tabularium Ecclesiæ Viennensis fol. 52. *Post decessum namque nostrum agricultores B. Mauricii absque marritione, vel præjudice in suorum ad matrem Ecclesiam revocentur potestate & dominatione, &c.* Tabular. Brivatense ch. 323. *Et post nostrum discessum, nulla expectata judicis traditione, vel nemine contradicente, absque ulla marritione mansus jam dictus—ad ipsam casam Dei in integrum revocetur.* Charta 56. inter Alemannicas Goldasti: *Post obitum verò meum absque ulla marritione ad dictum Monasterium firmiter pertineant.* Adde Chartas 61. 62. & Vadianum de Monast. Germ. lib. 2. pag. 72. *Le Roman de Girard de Vienne MS.*

Dedans Vianne sus el mestre donjon,
Dame Guiborg faisoit grant marison.

Le Roman de Rou MS.

Salemon qui de Dol iert sire
Out grant marrement & grant ire.

De vocis origine sic censet vir doctissimus in Notis ad Regum nostrorum Capitula, *marrire* idem valere quod irrumpere, perfringere legem, metaphorâ sumptâ ab itinerantibus, qui à recta via declinantes *marrire* iter dicuntur etiamnum suis Lemovicensibus. Quòd si ita est, *marrire* idem erit quod *viam obstare, contradicere,* fossa scilicet in transversum ducta ligone, quem *marram* vocabant: unde *marrare, ligonisare,* id est, fossam ligone facere, uti supra observatum. Sed & Italis *Smarrito* dicitur, quia à via aberrat, qui rectum iter amisit. Vide Octav. Ferrarium in *Smarrire.*

MARRONES, *Marones, Marruci.* Vita S. Odonis Cluniacensis Abbatis: *Dum patriam reverteretur, inter Burdonum Alpes, &c. Secus locum autem illum habitat quoddam genus hominum, qui Marrones vocantur, & arbitror ex Marronea Aquilonari provincia illud nomen traxisse originem.* Iidem, qui *Marruci* appellantur ab eodem Odone in Vita S. Geraldi lib. 2. c. 17. *Ipsi quidem Marruci, rigentes videlicet Alpium incolæ, nihil quæstuosius æstimabant, quàm ut supellectilem Geraldi per juga montis Jovina transveherent.* Chron. S. Trudonis lib. 12, ubi de Monte Jovis, in Alpibus: *Et post aliquot dies præmonstrata eis à præducibus Maronibus difficillima via: Marones enim appellantur viarum præmonstratores, &c.*

Sic verò appellatæ circa Alpium juga Saracenicæ gentis reliquiæ quædam. Saraceni enim Afri, cùm à tempestate valida in Provinciæ oras ejecti fuissent, Leone Philosopho imperante, illam potissimùm regionem insederunt, tenueruntque annis aliquot, quæ circa *Maurum montem* in Italiæ & Galliæ confiniis adjacet, castroque Fraxineti expugnato, quod eorum latrociniis & excursionibus opportunissimum fuit, propter adjacentes silvas, quas *Fraxinides saltus* vocat Flodoardus in Chron. an. 931., vicinas provincias vastarunt, occuparunt urbes & castra, tandemque Alpium claustra & juga insederunt, unde in Burgundiam & Italiam sæpius excurrerunt, uti pluribus commemorant Witikindus libro 3. extremo, Luithprandus lib. 1. c. 1. l. 2. c. 12. lib. 5. c. 4. S. Bonifacius Archiepisc. Mogunt. Epist. 19. Chron. Novalic. lib. 4. c. 21. 22. Chron. Farfense p. 668. Vita S. Romuli Episc. Genuensis apud Ughellum, Glaber, & alii. De iis etiam intelligendus Anonymus Combefisianus in Constantini Porphyrog. vita n. 31.

Ipse Hugo Rex Italiæ, cui admodum molesti erant, Saracenos adortus, propter Berengarium, qui recèns regia sumpserat insignia, facto & sancito cum iis fœdere, inglorius recessit, ut est apud Luithpr. lib. 5. c. 7. Verum haud multo pòst, vicini Toparchæ collecto exercitu, non modò ex Alpium, quæ insederant, jugis; sed & ex ipsa Provincia, atque adeò prima eorum sede Fraxineto, penitus exegerunt fugaruntque. Quod quidem militare facinus Rotboldo Forcalcariensi Comiti, Arduino Hyporegiæ Marchioni, & Aymoni Comiti attribuit Chron. Novalic.; Willel. verò Com. Provinc. Rotboldi fratri, Glaber l. 1. c. 4. Odilo in Vita S. Majoli, & Charta Riculfi Episc. Forojuliensis apud Rufium & Sammarthanos.

De

De Fraxineti peculiari situ, (ut & hoc obiter moneam,) video controverti. Guichenonus in Hist. Sabaud. p. 185. Luithprandi auctoritate nixus, qui lib. 1. c. 1. *in Italicorum Provincialiumque confinio* Fraxinetum oppidum statuit, illud esse autumat, quod vulgò *Portus S. Suspirii*, aut *Exuperii*, appellatur, versus Villam-Francam, in Comitatu Niciensi. Verùm cùm Chron. Novalicense lib. 4. c. 21. tradat, situm fuisse *super ora maris in Provincia prope Arelatem*, loci positionem in Francia, atque adeò in ipsa Provincia investigandam necessariò consequitur. Et certè *Fraxenetum* in diœcesi & Comitatu Forojuliensi videtur statuere vetus Pontii Massiliensis Episcopi Charta an. 1008. quæ à Sammarthanis refertur in Episcopis Massiliensibus & apud Guesnaium in Annalibus Massiliens. an. 1014. *De cætero omnem partem meam dono Monasterio S. Victoris; sed & in Comitatu Forojuliense, id est, in Fraxeneto, in villa, quam vocant ad Molam, &c. omnem partem meam.* Molam, *la Mole*, statuunt Tabulæ Geographicæ ad dextram sinus Grimaldei, juxta quem extat vallis *Freneti* dicta, cujus jurisdictionem & dominium, unà cum Grimaldo Castro & Turri S. Tropesii, datam Genti Grimaldæ constat. Istius vallis mentionem fieri comperio in Diplomate Ludovici Regis Neapol. ann. 1406. apud Augustinum *du Pas*, in Stemmate Acigniacæ Familiæ p. 601. Adde præterea Ekkehardum Juniorem de Casibus S. Galli cap. 5. sub fin. & 15. initio, Ruffium in Comitib. Provinciæ pag. 50. Columbum p. 7. 110. & al. Vide *Maranus*.

MARSA. Paschatius Radbertus in Epitaphio Valæ lib. 1. cap. 2. *Et quod callidi dissertorum loca tenerent, & infimi notissimos populo atque amicissimos marsa manu prostrarent.* An *parsa* pro *larga*?

MARSCALCUS. Vide *Marescallus*.

MARSCHUL, in Charta Rudolfi Imp. ann. 1277. in Metropoli Salisburg. tom. 1. p. 390. Vide *Marckfuter*, suprà.

MARSIPPA. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Marsupium*, vel *Marsippa*, Leðua. crumena.

MARSUM, in Gloss. Sax. Cottoniano, Ƿẏſm Ʒaleſe.

MARSUPPA, Piscis species, de qua mentio est in Vita S. Filiberti Abb. Gemetic. cap. 31.

MARTA. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 52. *Ordinatum est, quòd certa summa victualium, quæ abundant in partibus illis superioribus, ut marta, hordeum, & hujusmodi, leventur per annum ad expensas domus Domini nostri Regis, &c.*

MARTELLAGIUM, Jus quoddam, sic appellatum, quod Cenomanensi Comiti competebat in universis mercibus, quæ vel ab artificibus, vel ab ipsis mercatoribus in officinis propriis, vel in nundinis venum exponebantur, ita ut ex quacunque mercium specie, postquam artifex vel mercator *caput* unum selegisset, *Martellagii* redemptor seu firmarius meliorem sibi adscribere liceret. Vox, ut videtur nata à *Martello*, quòd primitus id juris in mercibus duntaxat, quæ malleo conficerentur, exigi soleret: sed postea ad alias quasvis traductum est, ut colligitur ex Regesto Ludovici Regis Siciliæ, quod in Camera Computorum Paris. asservatur, fol. 30. 31.

MARTELLINUS *pulsus*, apud Medicos, qui in dilatatione sua, antequam ad centrum regrediatur, ex percussione spiritus, & organi duritie bis digitos percutere videtur, & fiunt quasi dilatationes duæ; sed præcedens est major, secunda minor, &c. Ita Gentilis de Fulgineo ad hæc Egidii lib. de Pulsibus:

In febre continua martellino dominante
Caumate febrili cordis depascitur humor.

MARTELLUS. Vide *Martus*.

MARTILAGIUM, & *Martilogium*, pro *Martyrologium*, habetur in Monastico Anglic. tom. 2. p. 322. 323. 370. 657. tom. 3. pag. 244.

MARTINELLUS. Vide *Passionalis*.

MARTINETÆ, Aviculæ merulis minores, nostris *Martinets*. De iis Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 13.

MARTINIEGA, Tributi species apud Hispanos. Joannes Diacon. in Actis S. Agricolæ num. 15. *Accidit, quendam virum ex ejus curia ad colligendam exactionem regiam, quæ vulgariter dicitur Martiniega, in tempore hiemis sub mense Decembri Majorinum certissimè advenisse.*

MARTINUS, qui suam acriùs quàm par est, & obstinatiùs opinionem tuetur, cujusmodi fuit Martinus Jurisconsultus celebris sub Friderico I. à quo, inquit Baronius an. 1158. in vulgare proverbium ejus durities apud JC. in hanc usque diem pertransiit, ut *Martinum* appellent, qui suæ ipsius sententiæ singulari pertinaci studio inhærescat. Fuit is Martinus Grosia, unà cum Bulgaro, Legum Professor in Academia Bononiensi, de quo pluribus Otto Morena in Hist. Rer. Laudens. p. 38. De alio *Magistro Martino*, vide Matth. Paris an. 1244. p. 434.

MARTIOLUS. Vide *Martus*.

MARTIRA. Vide *Martures*.

MARTISIA. Gloss. Sax. Ælfrici: *Martisia, vel Baptitura:* Ʒebeaten Ƿlæſc. Somnero Ʒe-beaten, est *percussus, cæsus, tusus*, Ƿlæſc, *caro*. Isidor. lib. 20. cap. 2. *Martisia in mortario ex pisce fiunt, unde & nominata.*

MARTIUS. *Martium suum* habere dicebatur, cui agrum colere mense Martio, vel serere, licebat. Id autem concedebatur urbium incolis, quibus cæteroquin, & aliis anni temporibus in urbe *stare* necesse erat: quæ obligatio *resseandisia* & *stagium* dicebatur. Charta Communiæ Increnfis ann. 1158. *Concessum est, ut omnes homines de Communia suum habeant Martium apud villam à Purificatione S. Mariæ Candel. usque ad medium Aprilem, & à festivitate S. Joannis Baptistæ suum similem habeat Augustum usque ad festivitatem omnium Sanctorum: & si in Communia redire voluerint, ipsi & sua salva erunt.* Charta Communiæ Royensis ann. 1190. *Burgensis potest sine forisfacto manere extra villam à Purificatione B. Mariæ usque ad exitum Aprilis pro suo Martio: & à festo S. Joannis B. usque ad festum S. Martini pro suo Augusto.* Adde Communiam S. Quintini.

MARTRICES, Martes, Gallis, *Martres*. Silvest. Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 1. c. 19. *Martricum copia abundant hic silvestria, quarum venatio in igne noctes diebus continuat, &c.*

MARTRINUS. Vide *Martures*.

MARTULA. Chronicon Magnum Belgicum ann. 1042. *Saxeo sedili pro lecto, martula utens pro lectisternio.* Sed legendum, *mattula*. Vide *Matta*.

MARTURES, *Martes*, & *Pannonicæ cattæ*, Martiali lib. 10. feræ exiguæ ex genere mustelarum, quarum pelles habentur in pretio. Helmodus lib. 1. cap. 1. & ex eo Adam Bremensis cap. 227. *Ad Marturinam vestem anhelamus, quasi ad summam beatitudinem.* Idem Bremensis cap. 229. *Omnia enim instrumenta vanæ gloriæ, hoc est, aurum, argentum, sonipedes regios, pelles Castrorum & Marturum, quæ nos admiratione sui dementes faciunt, illi pro nihilo dicunt. Roccus Martrinus & Lutrinus*, in Capitulari triplici Caroli M. an. 808. c. 5. *Marterinæ pelles*, in Synodo Londoniensi ann. 1138. c. 15. Hugo Metellus Episc. 11. *Mutavi mentem, mutavi vestem, & pro pellicula peregrini muris redolente, involutus sum ovina pelle: pro pelle mardarina, vestitus sum pelle caprina.* Ita *mardrinæ pelles*, in Charta Brzetislai Bohemiæ Ducis apud Bohuslaum Balbinum in Histor. Bohemiæ p. 191. adde pag. 299. *Le Roman de la Prise de Hierusalem MS.*

Et mist desor son chief un chapel marterin.

Mardurinarum præstatio, apud Hungaros, in regno Sclavoniæ. Decreta Alberti Regis Hungariæ p. 62. Vide *Bansolmora*.

Martures albi, in Normannia Septentrionali, apud Adamum Bremensem cap. 239.

Martira, apud Eadmerum lib. 2. Vita S. Anselmi n. 65. *Et Ecce in via, qua gradiebatur, bestiola, quam martiram vocant, perdicem in ore ferebat.*

MARTUS, *Martellus*, *Martiolus*, *Martulus*.

Martus, Malleus, Gallis, *Marteau*. Conradus de Fabaria de Casib. S. Galli c. 14.

Ex incude mala martis quassatur ut aula.

Martulus, in Vita S. Genulfi lib. 2. c. 5.

Martiolus, apud Joannem Sarisber. lib. 4. Policr. c. 5. *Martiolum de sinu proferens, vitrum correxit aptissime.*

Martellus, Papiæ, *Mediocris malleus*. Glossæ S. Benedicti: *Martellus*, σφυρά. Sic potissimum appellatus Carolus Major domus Regni Franciæ, Pipini Regis pater, Caroli M. Imperatoris avus, ob eximiam in bellis & præliis fortitudinem. Philippus *Mouskes MS.*

Angis, Pepin, Pepin, Carlon.
Celui qui Martiaus ot non.

Vita S. Rigoberti Archiep. Remensis n. 10. de Carolo: *Et quia ab ineunte ætate fuerit vir bellicosus, & robore fortissimus, postmodum Martellus est cognominatus.* Liber de Diversis Casibus Derventis Monasterii, de eodem Carolo: *Qui ob nimiam & Christianis temporibus antea invisam inquietudinem Martellus vocitatus est.* A malleo scilicet seu tudite, quo fabri utuntur, quòd ut ii tudite ferrum, ita hostes in præliis ense ille contunderet ac prosterneret. Adrevaldus l. 1. de Miracul. S. Bened. cap. 14. & Hariulfus l. 2. c. 1. *Quamobrem cum adversantibus nullatenus cedere sciret, nullique parcere, diu a posteris Tudites, ab actu rerum scilicet, agnomen indeptus est. Tudites enim mallei dicuntur fabrorum, quorum ictibus cuncta atteritur durities.* Hugo Flaviniacensis in Chronico: *Qui ideo Tudites appellatus est, quod est malleus fabri: quia sicut malleo universa tunduntur ferramenta, ita ipse contrivit omnia regna sibi vicina.* Eadem habet Chronicon S. Benigni p. 394. similia etiam Chronicon Malleacense p. 194. *Karolus filius ejus senior vocatus est Martellus. Tudites enim mallei dicuntur fabrorum, quorum ictibus cuncta atteritur durities.* Vita S. Genulfi l. 2. c. 5. *Qui tudis, id est, Martulus agnominatus est, ob plurimam scilicet bellorum virtutem.* Sigebertus Gemblacensis in Vita S. Sigeberti Regis Austrasiæ: *Carolum, qui Tudetes, id est, Martellus est agnominatus.* Egidius Parisiensis MS. lib. 1. Karolini, de Carolo Martello:

Et quia contusor tantus, contusus & ipse
Deinde fuit, qui cùm Christi contunderet hostes,
Ecclesiam tutudit, nunc carcere tunditur idem
Pœnali merito, à tundi seu tundere verbo,
Nota magis laico sermone vocabula sumpsit.
Dictus Tudites vulgari malleus ore,
Ille sui simul & contusi malleus orbis, &c.

Caroli porrò memoria Saracenis, quos ille non semel fuderat ac contuderat, adeo formidanda fuit, ut Carolum ex filio nepotem non alio cognomine quàm *Martelli* donarent, ut auctor est Monachus S. Galli lib. 2. de Rebus Caroli M. cap. 22.

Tudes autem vel *Tudites* appellatus Carolus, quòd *contundi* hostes à victoribus victi & superati dicerentur, quod proprium est mallei seu tuditis. Albinovanus de Druso:

Ille genus Suevos acre, indomitosque Sicambros
Contudit, inque fugam barbara terga dedit.

Et Severus Sulpitius lib. 1. Hist. Sacræ, ut antiquiores prætercam: *Allophylosque frequentibus præliis contudit.* Id sanè de Carolo firmat Willelmus Malmesburiensis lib. 1. de Gestis Regum Anglor. cap. 3. *Carolus Tudites, quem illi Martellum vocant, quod tyrannos per totam Franciam emergentes contuderit, Saracenos Gallias infestantes egregiè depulerit.* Atque inde viri fortes, & qui crebris præliis hostes atterebant, *mallei* sæpe appellati. Ita Nabuchodonosor, Hieremiæ cap. 50. *Malleus universæ terræ* dicitur, quomodo etiam Belphetum Turcicum Sultanum Willel. Tyr. lib. 1. cap. 9. vocat Saladinum, *malleum Christiani nominis*, Willelmus Neubrigensis lib. 3. cap. 10. l. 4. c. 28. & l. 5. c. 14. denique Alexandrum Magnum *totius malleum orbis*, Jacobus de Vitriaco l. 3. p. 1132. & Nicolaus de Braia in Carolo VIII. p. 292. Philippus Galterus lib. 7. Alexandreid. pag. 59. Sed & Carolus ipse in Epitaphio, quod in æde Sandionysiana olim extitit, *mundi malleus* appellatur:

Iste Brabantinus Dux primus in urbe triumphat,
Malleus in mundo, &c.

Sic denique Arthurum Britannicum Regem *Mabuter* appellatum scribit Nennius, ob ferocem in pueritia animum, *Arthurum* verò, voce Britannica, quæ *malleum*, quo leonum ora conteruntur, significat, in futuræ fortitudinis præsagium.

Ex hac igitur loquendi formula *Martelli* nomen inditum enti, quo hostes conteruntur: quòd sane indicat Froissartes 4. vol. cap. 53. ubi ait, Clissono Comitis stabuli dignitatem abrogatam supremo Senatus judicio: tum enim, *lui fut mandé qu'il renvoia le martel, c'est à entendre, l'office de Connestable de France.* Nec scio, an eadem notione hanc vocem usurparit, quod sanè vero simile videtur, auctor Chronici MS. Bertrandi *du Guesclin*?

Olivier de Cliçou par la bataille va,
Et tenoit un martel qu'à ses deus mains porta,
Tout ainsi qu'un boucher abatist & versa, &c.

Infrà:

Bertrand de Glajequin fu ou champ plenier,
Où il assaut Anglois a un martel d'acier,
Tout ainsy les abat come fait le boucher.

Incertum etiam, an Guillelmus de Nangiaco in Philippo III. an. 1279. per *malleum*, ensem intellexerit? cum ait, in quodam hastiludio Comitem *Clarimontis juvenem & novum Militem armorum pondere prægravatum, & malleorum ictibus super caput pluries & fortiter percussum, vexatione cerebri intonitum, decidisse in amentiam perpetuam.* Certè à crebris malleorum, seu ensium ictibus, *Marteleis* dictus ipse conflictus: quòd scilicet ensibus hostium capita quodammodo contunderentur. Guill. *Guiart* an. 1202.

Mult fu fier le marteleis,
La noise, & le cliqueteis.

Et anno 1205.

Et puis à fier marteleis
Trebuchie le pont leveis.

Ut ut sit, constat, Goffridum Comitem Andegavens. Henrici II. Regis Angliæ parentem eadem qua Carolus de causa, *Martellum* perinde appellatum. Historia Andegavensium Consulum, de Comite Goffrido: *Meritò Martellus nominatus est, quasi suos conterens hostes.* Albericus ann. 1040. *Andegavensis Comes Ganfridus Martellus, hoc cognomen sibi usurpaverat, quia videbatur omnes sibi obsistentes felicitate quadam contundere: nam dominum suum Comitem Pictaviensem aperto Marte cepit, &c.* Baldricus Burguliensis:

Hic Martelle jaces, Martelli nobilis hæres,
Res à Marte quibus digna dedit titulum.

Et infrà:

Martia Martellum te fecit causa vocari.

Eodem etiam cognomine donatum Carolum I. Regem Hungariæ notum est, ut & Carolum IV. Imp. apud Joannem Abbat. Laudun. in Speculo Historiali MS. scripto an. 1388. lib. 11. c. 2. lib. 12. c. 55.

MAR-

MARTYR. Qui mortem pro Christo & hac Christiana oppetiit. Ita Ecclesia hodie hoc nomen usurpat. Isidorus l. 7. c. 11. *Martyres seu testes ideo vocati sunt, quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt, & usque ad mortem pro veritate certaverunt.* S. August. lib. 22. contra Faustum cap. 76. *Per quorum confessiones, passiones & mortes hoc Deo placuit attestari, Martyres appellantur, qui Latinè testes interpretantur.* Ammianus lib. 22. *Ædes illis exstruerentur ut reliquis, qui deviare à Religione compulsi, pertulere cruciabiles pœnas, ad usque gloriosam mortem intemerata fide progressi, & nunc Martyres appellantur.* Idem lib. 27. *Hos enim, quos interfici tanquam noxios jubes, ut Martyres, id est, divinitati acceptos, colit Religio Romana.* Ubi legendum censuerim *adscriptos.*

At primitus, & sub ipsius Ecclesiæ incunabulis non eadem videtur fuisse ratio. Constat enim S. Cyprianum superstitibus Martyrum appellationem tribuisse, uti Epist. 9. quæ inscribitur *Martyribus & Confessoribus Jesu Christi.* Et Epist. 12. *De hoc, & ad Clerum, & ad Martyras, & Confessores literas feci.* Epist. 15. *Literas feci, quibus Martyres & Confessores consilio meo, quantum possem, ad Dominica præcepta revocarem.* Sic & Epist. 20. 23. 52 & 69. In Concilio Carthaginensi quidam *Confessorum*, quidam *Martyrum* titulis donantur. Sed & aliis locis Martyres à Confessoribus distinguit Cyprianus, videturque innuere Martyres vocari, qui usque ad effusionem sanguinis pro Christo passi erant, licèt superstites, nec consummato martyrio, cùm *Confessores* dicerentur, qui sola voce constanter Christum confessi essent, de quibus agit Epist. 30. Idem Luciano scribens Ep. 22. *Nunc carissime, jam inter Martyres deputande.* Ep. 25. *Contigit hic per tormenta consummari martyria.* Ep. 30. *Illud præterea vellemus addiscere, si Martyres non propter aliud Martyres fiunt, nisi ut non sacrificantes teneant Ecclesiæ usque ad effusionem sanguinis sui pacem.* Fatendum tamen interdum utrumque nomen confundere, verbi gratiâ, dum Aurelium, Celerinum, & Numidicum, quamvis tormenta passos, *Confessores* vocat.

Martyrum appellatione donat etiam interdum Ecclesia viros sanctitate illustres, qui non pro confessione nominis Christi; sed alia quavis ratione mortem perpessi sunt, verbi gratiâ à latronibus, aut viris impiis cæsi. Ejusmodi sunt S. Gervas. Cenomanensis Diac. in ejus Vita MS. cujus festum agitur pridie Non. Julii, S. Landoaldus in ejus Vita n. 6. S. Matern. Senonens. Monach. in ejus Vita n. 14. 15. S. Lietphard. apud Molanum, S. Germ. Abb. in ejus Vita n. 13. S. Leopard. in ejus Vita MS. Non. Octob. S. Germanus Scotus in ejus Vita Ambiani edita, S. Prætextatus Episc. Rotomag. in ejus Vita, S. Paternus, S. Eoharnus apud Boland. Benedictus PP. V. apud Baron. an. 965. n. 2. S. Thomas Archiep. Cantuar. & alii passim. Vide Gervasium Dorobern. pag. 1296. Eadmerum in lib. 1. Vitæ S. Anselmi Cant. Arch. c. 26. 27. 28. apud Sur. 21. April. Mabillonius tom. 6. Vit. SS. Ord. S. Benedicti p. 580. & Baron. an. 400. n. 4.

MARTYRIUM, Ædes sacra, Deo sub Martyrum invocatione dicata. Isidorus lib. 15. c. 9. *Martyrium, locus Martyrum, Græca derivatione, eò quòd in memoriam Martyris sit constructum, vel quòd sepulcra sanctorum ibi sint Martyrum,* Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 6. *Martyria vocabantur Ecclesiæ, quæ in honore aliquorum Martyrum fiebant: quorum sepulcris & Ecclesiis honor congruus exhibendus in Canonibus decernitur.* Lex. 7. Cod. Theod. de Sepulcris violat. *Habeat in potestate si quolibet in loco Sanctorum est aliquis conditus, pro ejus veneratione, quod Martyrium vocandum sit, addant, quod voluerint fabricarum. Sedes Apostolorum vel Martyrum,* in l. 6. eod. tit. Hieronym. in Chron. *Cyrus industria in Hierosol. Martyrium extructum est.* Rursum: *Constantinopoli Apostolorum Martyrium dedicatur.* Testamentum S. Remigii Remensis Episc. *Martyriis, Diaconiis, Xenodochiis, &c.* Anastasius in S. Leone: *Factum est Concilium sanctum Episcoporum in Calcedona in Martyrio sanctæ Eufemiæ.* Adamnanus lib. 1. de Locis SS. c. 8. *Inter illam quoque Golgathanam basilicam & Martyrium, quædam inest exedra, &c.* Theodulphus lib. 2. Carm. 9. de S. Quintino:

Cujus Martyrium devota mente frequentat
Plebs, &c.

Sic Græci μαρτύριον passim usurpant, Socrates l. 4. c. 18. Theodoritus l. 3. c. 8. Sozomen. l. 2. c. 26. Concil. Laodic. c. 8. Chrysostomus, & alii. *Memoria Martyrum* Juliano Toletano l. 1. Progn. c. 20. & 21. *Basilicæ Martyrum* dicuntur in Capitulis Caroli M. lib. 7. c. 2. Quò spectant ista S. Hieronymi in Apologia ad Pammach. cap. 6. *Quare ad Martyres ire non audent, quare non ingrediuntur Ecclesias?*

Martyria, propriè etiam ipsa Martyrum sepulchra, memoriæ, confessiones, quibus superædificantur altaria. Liber Pontificalis Damasi in Felice I. *Hic constituit supra sepulcra aut memorias Martyrum Missas celebrari.* S. Augustinus lib. 22. de Civit. Dei c. 10. *Nos autem Martyribus nostris non templa sicut diis; sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud Deum vivunt spiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus Martyribus; sed uni Deo & Martyrum & nostro sacrificium immolamus, &c.* Eadem habet Serm. 101. de Divers. & lib. 20. contra Faustum Manich. cap. 21. Ceremonialis Episc. l. 1. c. 12. *Sub altari majori --- ubi sanctorum Martyrum corpora requiescunt, qui Martyrium sive Confessio appellatur.* Scribit verò Theophanes lege sanxisse Constant. M. idolorum templa ἀποδίδοσθαι τοῖς τῷ Χριστῷ ἀφιερωμένοις.

Martyrum concilia, etiam dicuntur ejusmodi ædes, Martyribus dicatæ, in Martyrol. 23. Jan. Liber Pontificalis, de Damaso: *Qui Martyrum concilia atque sepulcra versibus declaravit.* S. Hieron. in Epitaph. Nepotiani: *Martyrum conciliabula diversis floribus, & arborum comis, vitiumque pampinis obumbravit.* De Memoriis Martyrum floribus obumbratis agit S. August. l. 22. de Civit. Dei c. 8. ubi etiam *Martyrium* vocat, templi partem, in qua exstat ipsum Martyris sepulcrum. Habetur perinde, σύναξις τῶν μαρτύρων, in Concil. Gangrensi can. 20.

MARTYRARIUS, idem qui *Mansionarius, Custos Ecclesiæ*, qui sacras in Ecclesia reliquias custodit, servat. Formula 48. ex Andegavensibus. *Ideo convenit nobis unanimiter consentientes, & per voluntatem Martyrario nomen illo Presbytero, ut ipso infantulo ad homine, nomen illo, venumdare deberemus, &c.* Gregorius Turon. lib. 7. de Mirac. c. 46. *Post obitum Proserii Martyrarii.* Lib. 4. Hist. c. 11. *Unde factum est, ut conjuncti Clerici cum Leubaste Martyrario & Abbate, ---- Arvernum properarent.* Testamentum S. Aredii: *Turres, calices, pallas & coopertoria prædictis Martyrariis ad custodiendum tradidimus.* Concilium Aurelianense II. c. 13. *Abbates, Martyrarii, Reclusi, vel Presbyteri, apostolia dare non præsumant.* Idem qui *Custos Martyrum*, Anastasio in S. Silvestro PP. *Hic constituit, ut si quis desideraret in Ecclesia militare, aut proficere, ut esset prius Ostiarius, deinde Lector, & postea Exorcista per tempora, quæ Episcopus constituerit, deinde Acolythus annis 5. Subdiaconus annis 5. Custos Martyrum annis 5. Diaconus annis 5. Presbyter annis 3.---- & sic ad ordinem Episcopatus ascendere.* Vita S. Zozimi Episcopi Syracusani n. 6. *S. Zozimus cùm ætate, tum virtutibus inter Sanctos proficiens, custos pretiosi loculi S. Virginis Luciæ constituitur à S. Fausto Abbate ipsius Monasterii.* Et n. 9. idem S. Zozimus ad

*ad Ecclesiæ loculique S. Virginis Luciæ custodiam reli-*ctus, moxque *Ostiarius & templi custos*, dicitur. Vide Synodum Rom. sub eod. Silvestro c. 11. & quæ annotavimus in voce *Capellanus*.

MARTYRIANI, Hæretici, de quibus Epiphanius hæresi 80. & alii.

MARTYRIZARE, Martyrem facere, cruciare. Rogerus Hovedenus in Willelmo I. *Dani suum dominum Canutum Regem martyrizaverunt.*

MARTYROLOGIUM. Fasti Sanctorum. Gregorius M. l. 7. Ind. 1. Epist. 29. *Nos autem pene omnium Martyrum distinctis per dies singulos passionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solennia agimus, non tamen in eodem volumine quis qualiter sit passus, indicatur; sed tantummodò nomen, locus, & dies passionis ponitur.* Vide, quæ notavit Baronius in Præfat. ad Martyrolog. Roman.

Sequioribus sæculis, maximè apud Monachos, *Martyrologium* latius sumptum pro *Necrologio*, seu Obituario & Regula, quòd ferè semper in eodem volumine Martyrologium, Obituarium, & Regula Ordinis descripta legerentur: unde *Martyrologio inscribi* dicitur, cujus obitus dies ibi annotatur, ut scilicet ex ea congregatione seu fraternitate, cui quis adscriptus est. Ingulfus p. 907. *Nomen ejus & uxoris ejus fratrum nostrorum Martyrologio inscribi consensimus.* Statuta Guigonis Prioris Cartusiæ de Quadripertito exercitio Cellæ c. 41. *Nomen verò cujusquam in suo non scribent Martyrologio, nec cujusquam anniversarium ex more facient.* Adde Hist. Abbatiæ Condomensis pag. 473. Tabular. S. Eparchii Inculisin. fol. 43. 44. *Quatenus ipsi fratres memoriale meum post mortem meam in martyrologio suo subscribant, & dominum omnipotentem pro peccatis meis & parentum meorum devotiùs exorent.* Neque dies duntaxat obitus annotabantur; sed etiam Ecclesiis quævis impensa beneficia, aut factæ donationes Ditmar. l. ult. p. 109. *Sanctorum reliquias & munda earum receptacula, cum aliis utilitatibus plurimis tam in prædiis quam in mancipiis ego acquisivi, & ne te forsitan laterent, Martyrologio inscripsi meo.* Vide *Fraternitas; Fratres conscripti, Monachi ad succurrendum, Regula.*

MARUS, Scotis, idem qui vulgò submonitor: unde *Serjandus* dicitur non semel in Regiam Majestatem l. 1. c. 6. §. 7. lib. 4. c. 8. §. 3. in Statutis Alexandri II. Regis c. 15. §. 4. in Statutis Davidis II. cap. 51. & in Statutis Roberti II. cap. 2.

MASA. Vide *Mansus*.

MASARA, Saracenis Siculis, dictum *Molendinum ad molendas cannas mellis*, in Charta Guillelmi Regis Siciliæ an. 1176. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Montis Reg. & in Bullario Casinensi to. 2. p. 191.

MASARII, *qui præsunt victui vel scribanus*, in Navibus, apud Sanutum lib. 2. parte 4. cap. 21.

MASATA. Vide *Mansus*.

MASCA, *Mascha*. Ugutio: *Masca, stria.* Lex Longob. lib. 1. tit. 11. §. 9. *Nullus præsumat aldiam alienam, aut ancillam, quasi strigam, quæ dicitur Masca, occidere.* Lib. 2. tit. 11. §. 2. & Edictum Rotharis tit. 77. *Si quis eam strigam, quod est Masca, clamaverit, &c.* Gervasius Tilesberiensis MS. de Otiis Imper. decisione 3. cap. 88. *Lamias, quas vulgò Mascas, aut in Gallica lingua strias, Physici dicunt nocturnas esse imagines, quæ ex grossitie humorum animas dormientium perturbant, & pondus faciunt.* Arverni etiamnum *Masques*, scorta vocant. In Glossario Saxonico Cottoniano. Egeſ-grimma, exponitur *masca*: vox composita ex Egeſa, horror, terror, & grimma, fœda oris species, siquidem vox *Grimace* apud nostros hac notione inde orta sit, quod prorsus reor.

Mascha, eidem Ugutioni, Larva, *Simulacrum, quod terret, quod vulgò dicitur Mascarel, quod apponitur faciei ad terrendos parvos.* Joannes de Janua *larva mascara*. S. Althelmus, de S. Vitiis:

Sic quoque mascharum facies cristata facessit,
Cùm larvam & mascham miles non horreat audax,
Qui proprio fretus præsumit fidere gestu.

Catholicon Armoricum: *Gueen, Gall. Faux visage, Lat. larva, quod vulgò dicitur Mascara.* Vide *Lamasca*.

MASCAUDA. Vide *Bascauda*.

MASCELLARE. Rainerius de Invent. Reliquiarum SS. Eutychetis & Acutii: *Fecit & paria duo mascellarium ex auro mira arte sculpta, in quibus Evangelia in solennibus festivitatibus legerentur.* Fortè *manuellarium* quis legat, id est, pulpitorum: nam *manualia*, analogia dicta suprà observatum.

MASCLA, Morbi species. Joan. de Burnino Archiepisc. Viennensis de Miracul. Stephani Episc. Diensis: *Altera ægritudine, quæ morbus masclæ dicitur vulgariter, nimis graviter laborabat.*

MASCLA, *Masclus*. Tidericus Langenius in Saxonia:

Tunc infinitus populus ratibus redimitus,
Masclis ornatus, ad quævis bella paratus,
Multi Barones de Græcis nobiliores
Tunc processerunt huc, navigioque venerunt.

Infrà:

Gens armatorum venit ex hoc Vngariorum,
Millia masclorum Rex quinquaginta suorum
Secum ducebat, &c.

Ubi *masclis ornatos*, & *masclos*, loricatos interpretor. Vide *Macla*.

MASCULO FEMINA, Hermaphroditus, apud Philastrium, in Catalogo Hæreseon pag. 26. 1. Edit.

MASCULORUM *concubitores*, in Leg. Wisigoth. l. 3. tit. 5. §. 5. in Capit. Caroli M. l. 7. c. 273. in Addit. 2. Lud. Pii. c. 18. Add. 4. c. 102. παιδέρασαι, ἀρσενοκοῖται. Vide *Moltes*.

MASCULI *Pictavenses*, *Masculina pecunia*, Monetæ species. Goffridus Vindocin. lib. 1. Epist. 20. *Quod si trecentos solidos Pictavensium masculorum vobis daret, &c.* Charta ann. 1081. ex Tabulariis Angeriacensi & S. Stephani Lemovicensi: *Solidi ejusdem monetæ masculinæ.* Paulò antè: *Solidi nummorum Pictavinorum.* Ubi *Masculi Pictavenses*, sunt eæ minutculæ monetæ, quas vulgò *Mailles* vocant, crebriùs *Mailles Poitevines*, *Pitas Pictavinas*, de quibus vocibus agimus suis locis: ita ut Scriptores & Notarii ejusce ætatis vocem *Maille* per *masculus* extulerint, quòd *masle*, vel *male*, id apud Latinos sonet. Vide Dissertationem nostram de Imperatorum CPolitanorum nummis.

MASEGATICUM *corium*. Charta Ildephonsi Comitis Tolosæ an. 1141. apud Catellum in Comitibus Tolosan. p. 192. *Concedo --- quòd habeant salem undecunque voluerint, & liberè mittant ad omnem suam dispensam sine ullo usatico, excepto illo sale, quod necessarium erit coriis masegaticis albis.*

MASELINUS. *Maserica.* Vide *Mazer*.

MASHAU, Capitulare 3. an. 813. cap. 25. *Et quicquid in Mashau furaverit, duos geldos componere faciat, in Wirdira uncias duas, &c.*

MASHFATUM. Vide *Taptroughe*.

MASIUM, Domus, Gall. *Maison*. Lambertus Ardensis p. 155. *Cuilibet Canonico in villa conversanti & stationario circa forum & circa novam Ecclesiam masium dedit, & liberum concessit.* Nisi hoc loco Lambertus Gallicum *mas* expresserit, qua voce nostri *mansos* donabant.

MASK-FAT. Leges Burgorum Scoticor. cap. 125. §. 1. *Lectum plumalem, melius plumbum cum le Maskfat, barellum, &c.*

MASMO-

MASMODINA, Moneta Saracenorum Ægyptiorum, quos *Masmudos* & *Masemutos* perpetuò vocant Hugo Falcandus in Hist. de Calamit. Sicil. p. 649. 675. & alibi, & Anonymus Casinensis sub ann. 1160. Andreas Boschus in sua Catalania pag. 490. *Maymondins de or valian dos Reals Castelans, y dos diners Valencians, tots per altre nom Maumondines los estimes.* Vide Beuterum lib. 2. cap. 20. Tabularium S. Victoris Massiliensis f. 166. *Et recepimus nomine acapiti à vobis unam Masmodinam auri novam.* Dicitur *moneta Masemutorum*, in quodam Diplomate Petri Regis Aragonum apud Baronium ann. 1097. n. 92. Epistola Arnoldi Archiep. Narbonensis de Victoria relata in Hispania contra Mauros an. 1212. *Postmodum de compositione tractatum est in hunc modum, ut videlicet Saraceni Ubedæ darent Regibus millies mille Mazmutinas, ipsi verò remanerent in ipsa villa cum omnibus aliis rebus suis.* Epistola Honorii III. PP. in Hist. Episcopor. Magalonensium p. 227. *Ad perpetuum autem devotionis indicium duas marchas auri, centum masumatinis computandis pro marcha, quas Sedi Apostolicæ liberaliter obtulistis, &c.* Ubi Gariellus observat, nescio quo auctore? Masumatinos nummos aureos, vel argenteos singulos senis regalium æstimatos, ab Aben-Josepho Mahosumeto Miramulmino, illo fortè, de quo Rodericus Toletanus in Hist. Arabum c. ult. traxisse nomen, qui supremum in Mauros Hispanos imperium habuerat.

Maimodina. Testamentum Nunonis Sancii Comitis Ruscinon. 16. Kl. Decemb. 1241. *Idem abstuli cuidam Pisano in fosse pve -- apud Roman.* 1200. *Maimodinas in auro.*

Massabitini oboli, in Charta an. 1211. in Regesto Philip. Augusti Herouvalliano fol. 109. *Propter hoc autem nobis reddent singulis annis marcam auri obolorum Massabitinorum legitimorum. Massamutini Byzantii*, in Charta ann. 1186. apud Ughellum to. 3. p. 486. Privilegium Regis Aragonum in Gestis Innocentii III. PP. p. 134. *Ut annuatim de Camera Regis ducentæ quinquaginta Massemutinæ Apostolicæ Sedi reddantur. Masumutinus.* Bulla Nicolai IV. PP. de Censib. Ecclesiæ Romanæ: *Hospitale S. Jacobi casalis novi 1. obolum Masamutinum.* Occurrit ibi pluries. Fori Beneharnenses Rubr. de Præscr. art. 10. *Los Bailes rendants, si an deu senhor, o de Gentius, non poden demanda deguns d'arrerages de Fius, Leys, Manmudes, ny autres drets à lor deguts per rayson de las diitas Baïlyes, passats tres ans.*

Masumatini, in Epistola Honorii III. PP. apud Gariellum in Episc. Magalonens. p. 227. Vide *Marmotinus*.

MASADA. Vide *Massa*.

MASAMUTINUS. Vide *Masmodina*.

MASNADA. Vide *Maisnada*.

MASORICUS. Anastasius in Leone IV. p. 196. *Obtulit masoricas oleas tres serico textas, coloreque depictas, quæ in circuitu altaris dependerent.* Dominicus Magrus vocem Arabicam putat, Ægyptiamque interpretatur, nescio quo auctore? Sed videtur idem valere quod *Mazerica*, adeo ut *olea*, quæ non fuit oliva prægrandis, uti opinatur; sed species gemmæ aut bullæ grandioris, ex *mazaro*, seu murrhina materia confecta fuerit. Vide *Mazarum*, & *Olea*.

MASNILE. Vide *Mansionile*.

MASOERIUS. Vide *Mansuarius*.

MASPILUS. Constitutiones Joannis Archiepiscopi Nicosiensis an. 1320. c. 4. de Habitu Canonicorum extra Ecclesiam: *Ut nullus extra domum suam portet guarñachiam de ante scissam, seu apertam per terram: nec maspilos de argento seu auro, nisi de panno tantum, aut osse, &c.*

MASPINA. Gloss. Græc. Latin. ἱερὸν ὀςῦν, *Coxendix, Maspina.*

MASRA. Charta ann. 871. in Histor. Monast. S. Mariæ Suession. pag. 432. *Masras etiam & p... super mare, &c.* Vide *Mara*.

MASSA, Clava, nostris *Masse*. Joan. de Janua. *Clava, quæ vulgariter dicitur massa.*

MASSA, *Massum*, *Masa*, *Masada*, voces ejusdem notionis & originis, ac *Mansa* & *Mansus*, certus agrorum modus, seu, ut quidam volunt, conglobatio ac collectio quædam possessionum ac prædiorum, quam Græci σύγκτημα vocant. Gloss. Lat. Græc. *Massam*, σύγκτημα. Ita enim legendum. Will. Brito in Vocab. *Massa, villa vel casula.* Senator l. 5. Epist. 12. *Palentinam massam, quam eis pro compensatione largitas nostra transfuderat.* Anastasius biblioth. in S. Sylvestro PP. *Massam Garilianam in territorio Suessano, præstantem singulis annis solidos quadringentos.* In Zacharia PP. p. 79. *Donationem in scriptis de duabus massis, quas Nymphas & Formias appellant, juris existentes publici, eidem sanctissimo Papæ perpetuo direxit possidendas.* Epistola Adriani PP. tom. 3. Hist. Franc. p. 775. *Deprecantes, ut massas illas, quas ei concessistis, per vestræ auctoritatis largitatem possideat.* Concilium Ravennense ann. 904. c. 8. *Patrimonia, seu suburbana, atque massæ & colonitiæ, &c.* Ita Gregor. M. lib. 1. Epist. 41. lib. 5. Epist. 44. & alibi sæpe, Petrus Damian. lib. 4. Epist. 10. &c.

Massus, in Tabulario Angeriacensi: *In Castro Metulo 4. massos de terra arabili*, Gallis, *Mas de terre.*

Massum neutro genere. Charta Roberti Regis Franciæ an. 20. Regni: *In villa, quæ nuncupatur Cavannas, tria massa cum una mansura.*

Masa. Ugutio: *Masa, villa vel casale.* Epistola Adriani PP. to. 3. Hist. Fran. p. 796. *Si verò per ... Desiderius dudum Rex, non sub integritate; sed ... masas nobis, quantum reperiri potuit, quas ex antiquitus Romana Ecclesia tenuit, ut nullus ex illis partibus Longobardorum ausus est resistere.* Regestum Carcassonense fol. 45. *El moulin de Magal, & tous les mases que li en ay.* Hinc Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS. hanc vocem usurpavit pro ipsa *Masarum* familia:

De sa gent ot grant mase ô lui.

Masada. Tabul. Bellilocense in Lemovicibus, n. 83. *Dimitto ad filias meas --- quatuor masadas.* Vetus Charta apud Dominicum de Prærog. allod. p. 318. *Illas vineas de illa Riveria quinque masadas.* Tabular. Celsinianense: *Et tres appendarias, & unam masadam de vineas ad Berlerias.*

Masagium, Mansio, domus, habitatio. *Masure*, casa villici, coloni. Monasticum Anglican. to. 1. p. 862. *Confirmavi unam acram terra in Wenet, cum masagiis super eandem acram factis.* Charta anni 1208. in Tabulario Prioratus Belliloci in diœcesi Rothom. *Dedi & concessi quoddam masagium, quod habebam apud S. Martinum.* Occurrit non semel in Tabulario Fiscanensi fol. 46.

Masucagium, eadem notione crebrò in Tabulario S. Egidii Pontis Audomari in Normannia.

Masata, Mansio, domus, *mansura*, nostris *Masure*. Curia Generalis Cataloniæ Barcinone acta sub Petro II. Rege Arag. an. 1283. MS. c. 23. *Si tenent masatam, bordam vel per natam, &c.* Charta Raimundi de Canavellis Domicelli Comitatus Ruscinonensis an. 1298. *Duas partes quarundam masatarum & bordarum, quæ sunt in dicto villari.*

MASSA *Candida*, Locus ita dictus apud Carthaginem, in quo sub Imperatoribus gentilibus & in Christianos sævientibus, fovea erat calce plena, in quam Christiani, gentilium diis sacrificare renuentes, præcipitabantur. Prudentius Peristeph. Hymn. 4.

Prosiluere alacres cursu rapido simul trecenti,
Gurgite pulvereo mersos liquor aridus voravit,
Præcipitemque globum, fundo tenus implicavit imo,

Corpore candor habet, candor velut ad superna mentes,

Candida Massa dehinc dici meruit per omne seclum. Ubi Glossa Isonis Magistri: Candida massa, id est, ccc. Martyres. Massa Cyprians dicuntur. Vincentius Belvac. l. 12. c. 130. de Passione 18. Martyrum, qui dicuntur Massa Candida: Hi pro innumera multitudine Massa Sancta, vel Candida appellantur. Vide Savaron. ad Sidon. lib. 6. Epist. 1. & Leonardum Fuchsium ad Myrepsum sect. 3. c. 89.

MASSALIANI, Hæretici, qui & εὐχῖται dicti, quòd pæne assiduè orarent, quorum meminit Facundus Hermianensis l. 8. c. 7. Deinde etiam Epiphanius, Leontius de Sectis, Harmenopulus, Psellus de Operatione dæmonum, & alii.

MASSARITIA, Massaritium, Italis Masseritia, Supellex, instrumentum massæ rusticum. Auctor Mamotrecti: Supellex, dicitur massaritium: vel etiam mansus ipse hac supellectile instructus. Ratherius Veronensis in libello de Discordia inter ipsum & Clericos: Ita inæqualiter & per massaritias dividere, ut quidam illorum inde fiant ex pauperrimis locupletissimi, &c. Infrà: Causa enim illorum, cùm Deo gratia non mediocris sit, ita per massaritias & alia hujusmodi extat divisa, ut quidam illorum inde valde ditescant, multitudo verò paupertate languescat, &c. Testamentum Andreæ Dertonensis Episcopi, in Appendice to. 4. Ughelli: Seu & massaritii duo in Ancarano, & duo in Saffiniano, & massaritium unum in casale Remissi, &c. Occurrit ibi pluries, ut & in Chartis Ludovici II. Imp. in Tabulario Casauriensi, & Berengarii Regis Ital. an. 961. & Conradi Imp. an. 1028. apud Augustinum de la Chiesa in Hist. Eccl. Pedem. p. 233. 310. & aliis apud Ughellum to. 4. p. 612. 616. to. 5. p. 1573. Franciscum Mariam in Mathildi l. 3. p. 105. 106. 117. Guichenonum in Bibl. Sebusiana p. 185. 403. & in Chartis Italicis passim.

Amassaricia, in Chronico Farfensi p. 658.

Massariticum, eadem notione. Statuta Venetorum anni 1242. l. 4. c. 16. Si aliquis reliquerit alicui massariticum, volumus, quòd nomine massaritici intelligantur ea omnia, quibus is, qui reliquit, utebatur in domo ad communem usum, vel utilitatem & commodum ejus, familiæ suæ, exceptis his, quæ sunt in auro & argento, gemmis &c.

Massarum, & Masarum, Mansus, prædium rusticum, in Veteribus Chartis Dalmaticis apud Joan. Lucium lib. 2. de Reg. Dalmat. c. 2. & 15. p. 62. 95.

Massarius, Masarius, Villicus, Massæ custos, colonus. Ugutio ad Will. Briton. in Vocab. Massarius, cui commissa est cura totius familiæ. Conductores massarum, apud Senatorem lib. 12. Epist. 5. Casa massarii, in Lege Longob. lib. 1. tit. 8. §. 29. Servus, qui sub massario est, tit. 11. §. 3. 5. Bulla Honorii III. PP. ann. 1217. apud Ughellum in Episc. Anagn. Item mandamus, quòd Massarii, qui à collectis aliquo tempore sunt exempti, &c. Charta Conradi Imp. apud Aug. de la Chieza in Hist. Eccl. Pedem. p. 223. Seu etiam mansos 10. cum omnibus rebus ad eas pertinentibus---- sicut nunc rectæ & laborate sunt per illos massarios. Liberi Massarii super Ecclesiasticas res residentes, Massarii & coloni liberi, in Charta Caroli Crassi an. 882 apud Ughellum to. 5. p. 628. Vetus Inscriptio in Ecclesia Cathedrali Alexandriæ in Italia: B. Guillelmus Zuccus, Civis Alex. Massarius hujus Ecclesiæ. Ubi Bolandus Massarium interpretatur custodem supellectilis, quæ Masserie Italis dicitur. Alia Inscriptio an. 1178. apud Hieronymum dalla Corte lib. 5. extremo Historiæ Veronensis: Fieri fecit, coadjuvantibus Salomone atque Rainaldo ejusdem operis massariis, aliisque religiosis, &c. Id est, conductoribus.

Massaria, Cura & officium massarii. Unde Massariarum Provisor, seu Magister Massariorum, qui Massariis præest, iisque invigilat. Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 66. Te Provisorem massariarum Curiæ nostræ infrascriptorum locorum — duximus statuendum. --quòd si durationem eandem culpa negligentia Massarii, qui præest, reperieris contigisse, punias eum inde convenienter coram aliis Massariis convocatis, &c. Videas præterea ne Massarii ipsi Massarias nostræ Curiæ, suæ massariæ propriè debitas usurpare præsumant. —si massariæ ipsæ munitæ sunt lignis, palea & fæno, &c.

Massariolus, Prædiolum, in Charta Berengarii Regis Italiæ an. 900. apud Ughellum tom. 5. p. 630. Quatenus quendam massariolum juris nostri situm in Comitatu Veronensi, &c.

MASSACUMA. Matth. Silvaticus: Petamum, est quæ lam aqua, cum qua albeantur vel invitreantur vasa: & fit ex plumbo & limatura æris, & lapide focali, & vocatur ab aliquibus Massacuma, vel aqua vitri, vel aqua vasorum, quia ex ipsa invitreantur viridi invitreatione vasa terrea.

MASSARE, Mandere, in massam tundere, Mascher. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 93. Ultimi dentes) sunt molares, qui concisa à prioribus vel confracta à sequentibus molunt, & inde massant.

MASSERE, Mercator, vox Anglo-Saxonica in Capitulis de Weregildis post Concilium Grateleanum an. 928.

MASSICUS. Edgarus Rex in Legibus Heydensium Monachorum c. 3. de Adamo: Nec illecito massicus delectabatur edulio; sed parcitate contentus lurido utebatur cibario. Sed legendum massucus, id est, edax, ut est apud Papiam. Glossæ antiquæ MSS. Massucum, edacem.

MASSUBIA, pro mastigia. Concilium Coloniense ann. 1260. seu Statuta Conradi Archiep. Coloniensis de Monachis c. 5. Statuimus inhibendo, ne aliquis Monachorum surcotiis, caligis coloratis, calceis nodatis, cingulis irregularibus, aut massubiis sericis utatur, &c.

MASSUBITINUS. Vide Masmodinus.

MASSUCUS. Vide Massicus.

MASSUS. Vide Mansus.

MASTICARE, Mandere, dentibus conficere, Gall. Mascher: pro mastacare, inquit Salmasius ad Spartianum, à μάσαξ, μάσαχος, quæ vox significat, & mansum, & maxillam. Baldricus lib. 1. Hist. Hierosol. Si fortè segetes immaturas inveniebant, spicas vellebant, & fricantes masticabant & glutiebant. Oliverius Scholasticus de Captione Damiatæ, & Jacobus de Vitriaco lib. 3. Dentes obduxit, masticandi potestatem auferens. Occurrit apud Marcellum Empiricum, Cæsarium Heisterbach. lib. 8. c. 44. 54. & Medicos.

MASTIGIA, Flagrum, flagellum, ex Græco μάστιξ. Gl. MS. Reg. Cod. 1197. Mastigia, flagella vel virga. Glossæ antiquæ MSS. & ex iis Papias: Mastigiæ, taureæ, flagella. Charta Ludovici Pii Imp. apud Doubl. p. 376. Si vero servus fuisse comprobatur, centum quinquaginta ictibus publicè nudatus coram Judicibus mastigia feriatur. Gilda Sapiens de Excidio Britanniæ: Quosdam relinquentes Præpositos, indigenarum dorsis mastigias, cervicibus jugum, solo nomine Romanæ servitutis lonorem facturos. Aimoinus lib. 2. Hist. c. 6. Non etiam ferreis constringeretur nexibus, aut ligaretur mastigia. Atque inde Mastigia pro fustuaria & flagellaria pœna sumitur in Decretis S. Stephani Regis Hungariæ lib. 1. in Proœm. qua apud Hungaros servi puniuntur: Filiusque Salomonis — minatus est populo percussiones frameæ pro mastigiis.

Mastigia, præsertim accipitur pro scutica, ex corio confecta, qua Monachi præcinguntur. Papias: Mastigia, corrigia, qua mantellum conglutinatur. Jo. de Janua: Mastigia est corrigia balthei, vel quo mantellus conglutinatur antè, & ponitur quoque pro flagello. Guibertus l. 3. de Vita sua c. 5. Orabat sanè mastigia chlamydis

dis a tergo rejecta, junctis à pectore inter orandum palmis. Constricta itaque à posteriori parte lacerna, alter cornu ita eum infun, ut facile manus movere non posset. Vita S. Mochoëmori, seu Pulcherii Abbatis n. 25. *Et ponens S. Pulcherius mastigiam suam in terra, ibi oblitus est eam, quæ crevit in magnam arborem. Mastigiale vimculum,* in Miraculis S. Agili Abb. lib. 1. c. 5.

MASTILIO, Gall. *Bled mesteil*, quasi frumentum mistum. Statuta Gildæ Scoticæ c. 19. *Nullus frumentum, mastilionem, vel siliginem ad molas manuales molere præsumat, nisi — penuria molendinorum hoc cogente.*

MASTINUS, Molossus, Gall. *Mastin.* Leges Forest. Scotic. c. 13. *Si aliquis mastinus inventus fuerit in aliqua foresta.* Assisa forestæ Henrici II. Regis Angl. art. 6. *Rex præcepit, quod expeditatio mastinorum fiat, ubicunque feræ suæ pacem habent, vel habere consueverunt.* Knygthon lib. 2. c. 15. *Canes & mastini per omnes forestas [illegible] occiduntur.* Perperam *Mastivus*, pro *Mastinus*, in Assisa forestæ [illegible] apud Spelmannum: *Si quis mastinus inventus fuerit super aliquam feram, & mutulatus fuerit, ipse cujus canis erat, quietus erit de illo facto: si non fuerit mutulatus, ipse cujus fuerit mastinus, erit culpabilis tanquam de manupasta.* Occurrit etiam apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 2;. Joan. de Condato MS.

Grant route de chiens uns & autres,
Mastins & gousses, & grans viautres.

Vide V. Cl. Ægidii Menagii Origines Italicas.

MASTRUGA, in Glossis antiq. MSS. *fortis, aut fortissimus.*

MASTURZUM. Charta an. 1284. apud Ughellum tom. 7. Italiæ sacræ p. 611. *Corona una de rame, cruce una de rame, cum catenis earum, ovis duobus de masturzo, calice uno de stamno, &c.*

MASUMETINUS. Vide *Masmodina.*

MATA, Modus agri. Charta Hispanica, seu Judicatum an. 876. in Appendice V. Cl. Steph. Baluzii ad Capitul. n. 104. *De ipso poio ubi est ipsa mata, erectè descendit, &c.* Charta Pontii Comitis Emporitani an. 1065. apud eundem n. 149. *Donamus namque pro hæreditate paterna vel materna ipsum forest, vel ipsam matam, quæ dicitur silva S. Romani, sicut terminat de parte Circi in malliolo S. Petri præscripti, & descendit per ipsam serram, & pervadit usque ad ipsam Guardiolam. Mata terræ,* in Charta Balduini Comitis Guinensis, in Historia Guinensi p. 26. & in Chronico Andrensi p. 349.

Matata, eadem, ut videtur, notione. Vide in *Berlia.*

MATAFUNDA, Machina bellica, qua lapides in hostes ejaculabantur. Monachus Vallis Sarnai in Hist. Albigensi c. 86. *Jaciebant siquidem hostes super nostros creberrimos lapides cum duobus trabuchetis, mangonello, & pluribus matafundis.* Vetus Interpres Gallicus Willelmi Tyrii verba ex lib. 13. c. 6. *Tantoque instabant saxorum pugillarium jactu;* sic reddidit: *Pierres leur getoit-l'on assez à macefondes & aus mains.*

MATAPANUS, monetæ Veneticæ species: Chronicon MS. Andreæ Danduli an. 1193. *Subsequenter Dux argenteam monetam, vulgariter dictam, Grossi Venetiani, vel Matapani, cum imagine Jesu Christi in throno ab uno latere, & ab alio figura S. Marci & Ducis, valoris 26. parvulorum, primò fieri decrevit —* Henricus Dandulo Dux Venetiarum.

MATARE, quasi *mataro* configere, ut quibusdam placet. Alii a *mactare*, quomodo etiam scribitur in Charta Adelfonsi Regis Hispaniæ apud Antonium de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti to. 6. p. 467. & in Foris Aragonensibus ferè semper. Auctor Mamotrecti ad 1. Esdræ c. 4. *Mactat, secat, necat, — quidam fine, c, dicunt, matavit, id est, quasi ad scacos vicit: unde mato, ac, verbum [illegible] Scacor.* Alii denique [illegible] vocem esse Persicam contendunt, ut & *Schah* [illegible], unde nostri *Eschec-mat* effinxerunt, Itali *Scacco matto*, quemque sonare quod *Rex mortuus est, periit, cujus est.* Le *Roman de Vacces MS.*

D'eschecs sout & des tables son compagnon mater.

Chronicon Senoniense Richeri l. 3. c. 14. *Pro [illegible] scacorum, quo cum ipsa uxor sæpius mataverat, ipsam verberaverat.* Vide Ducæ Historiam Byzantinam c. 16. p. 37. Hinc nostris *Mater*, ad angustias redigere, metaphorâ ductâ à ludo scachorum. Idem *Vacces* in Richardo I. D. Norman.

Bien cuide avoir Normans matés & confondus.

Le Roman de Garin MS.

Car li siens est recreus & matés.

Le Roman de Roncevaux MS.

S'en fu fuis matés & recreans.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

Cette bataille ferons el champ mellé,
Tant que li uns sont vaincu & maté.

Ordericus Vitalis l. 12. *Castrum condere cœpit, quod Matapatenam, id est, devincens meretricem pro despectu Haduissæ Comitissæ nuncupavit.* Scribit Joan. Bruxerinus Campegius lib. 6. de Re cibaria c. 9. [illegible] 421. Lugdunenses quoddam panis genus in sartagine confectum, *Mattafanos*, seu *Matefaim* vocare, quasi famis domitores ac victores, qui mellitoribus tossoribusque suavissimè manduntur. Electio Henrici Regis Lusitan. *Qui in bello mataverit Regem inimicum, vel ejus filium, & gancaverit ejus pendonem, sit nobilis.*

Matare. Occidere, Hispanis, *Matar.* Charta Lorbanensis in Lusitania ann. 734. apud Sandovallium in Favila: *Christiani habeant Comitem de sua gente, qui manuteneat eas in bono juzgo secundum solent homines Christiani, & isti component rixas inter illos, & non matabunt hominem sine jussu de Alcaide, seu Alvacile Saraceno: sed monstrabunt suos juzgos, & ille dicebit: Bene est; & matabunt culpatum.*

MATARUS, *Matara*, Telum vel missile, Gallis proprium. Cæsar lib. 1. de Bello Gall. de Helvetiis: *Nonnulli inter carros rotasque mataras ac tragulas subjiciebant, nostrosque vulnerabant.* Auctor ad Herennium lib. 4. *Ut si quis Macedonas appellavit hoc modo: Non tam cito Sarissæ Græcia potitæ sunt: aut idem Gallos significans dicat: Nec tam facilè ex Italia materis Transalpina depulsa est.* Ματαρις, apud Strabonem lib. 4. [illegible] dicitur, Hesychio [illegible]. Agobardus lib. Contra judicium Dei c. 6. *Contra quem exerto brachio gladium vibrans, aut matarum tenens, stas paratus ad cædendum, &c.* Huc etiam pertinent ista ex Fragmento Petronii de Cœna Trimalcionis: *Gladium tamen strinxi, & mataris ita umbras cecidi.* Ubi fortè legendum *matari*, aut *matara.* Galli inde vocem *Matras* retinuere, pro telo, quæ occurrit in Consuetud. Bayonensi tit. 26. art. 4.

MATAXA, idem quod *metaxa*, Sericum, vel bombix, seu bombasium. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Mataxa, vel corductum, vel stramentum:* [illegible], *vel* [illegible], i. stramentum. Leo Ost. lib. 3. c. 57. (al. 58.) *Albas de matassa bombacii octo.* Interdum mataxa est funiculus. Gloss. Lat. Gr. *Mataxa*, σειρά. Hesychio verò σειρὰ, dicuntur [illegible] ἱμάντωμα ἐν ταῖς ναυσί. Ita emendant viri docti. Malim σειρὰ: nam *mataxa*, Vitruvio lib. 7. cap. 3. est restis seu funiculi species, ut vult Philander. Glossæ: *Mataxa*, [illegible]. Octavius Horatianus l. 4. *De capillis ipsius mulieris, qui excidunt, quando se ornat cum mataxa, facit in medio nodum, &c.*

MATER, Abbatissa, Monasteriorum Sanctimonialium Præfecta, apud S. Hieron. in Epist. ad Sabinianum, Gregorium M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 28. & alios, quæ crebriùs

brias. *Mater Monasterii* dicitur, ut apud S. Augustin. epist. 109. Hildebertum Cenoman. Ep. 73. Adhelelmum Episc. Sagiensem in Vita S. Opportunæ n. 8. Radbodum in Vita S. Liobæ n. 2. in Regula S. Cæsarii ad Virgines, in Vita S. Bathildis Reginæ c. 2. n. 7. in Vita S. ... Episc. Claromont. c. 7. in Vita S. Præjecti c. 1. n. 2. ...

Matres cerebri, sic dicti panniculi duo, qui ambiunt cerebrum, quorum alter crassior, *dura mater* vocatur; alter *pia mater*. Vide Constantinum Afric. lib. 3. Pantegni. cap. 11.

MATERIA, *Materies*, *Materiatura*, *Materiamen*, *Maeremium*, &c. voces, quæ unum idemque significant; materiam scilicet ligneam ædibus ædificandis idoneam. Nam, ut observat Pollux lib. 7. c. 25. lignorum alia igni & foco destinantur, alia ædificiis: illa ξύλα καύσιμα, hæc οἰκοδόσιμα vocat. Gloss. Græc. Lat. ὕλη ξύλων, *materia*. Alibi: ξύλα οἰκοδόσιμα, *ligna fabricatoria*. Vide l. 55. D. de Legat. 3.

Materia, in Gloss. Lat. MS. exponitur *trabes*. Cornelius Fronto: *Materies, animi est; materia, arboris: & materies qualitas ingenii, materia fabris apta.* Vegetius lib. 2. cap. 25. *Secures, ascias, serras, quibus materia ac pali dedolantur.* *Materiam dedolare*, lib. 3. c. 4. Adde lib. 4. cap. 14. Pactus Legis Salicæ tit. 27. *Si quis in silva materiam, aut ligna furaverit, &c.* Ubi *aut*, nihil aliud sonat quàm *&*, ita ut idem sit *materia* cum ligno, quod quid dicat Wendelinus. Lex Salica tit. 8. habet nude *materiamen*. Capitulare de Villis c. 3. *Non corvadas, non materiam cadere.* Hispani *Madera* dicunt, ut observat Bivarius ad Chronicon Marci Maximi p. 315. Gloss. Lat. Gr. *Materia*, ξυλεία. Differt verò *materia* à *tabulatis*: nam *materiæ* nomine *trabes* intelliguntur; *tabulatorum* vero *asseres*. Vide Jacobum Gothofredum ad l. 15. Cod. Th. de Extraordin. muneribus.

Materies, eidem Vegetio lib. 2. c. 10. Monasticum Anglic. tom. 2. p. 148. *Dedi illius materiem in Escalida in perpetuum ad ædificia sua & cætera omnia necessaria domus suæ.* Tom. 1. p. 821. *Et ligna & materiem ad omnia necessaria sua, & ad domos suas ædificandas.*

Materiarius, Faber lignarius, in vet. Inscript. 460. 7. & apud Plautum in Milite glorioso.

Materiaria mansio, ex *materia*, seu ligno confecta. Willel. Tyrius lib. 1. c. 25. *Et ejusdem rugæ altam partem, & unam materiariam, & duas lapideas mansiones habentes.*

Materiare, ex ligno conficere, apud Vitruvium l. 5. c. 12. *Eaque ædificia minime materianda sunt propter incendia.*

Materiatura, Lignea materia, apud eundem Vegetium lib. 4. cap. 2.

Materiamen. Lex Salica tit. 8. §. 4. *Si quis in silva alterius materiamen furatus fuerit, aut incenderit, &c.* Lex Ripuar. tit. 76. *Si quis Ripuarius in silva communi, —materiamen vel ligna fissa abstulerit, &c.* Appendix 2. ad libr. 4. Capitular. Caroli M. *De materiamine ad naves faciendum.* Capitulare de Villis c. 62. *Quid de axilis, & alio materiamine, &c.* Adhalardus in Statutis Corbeiensib. l. 1, cap. 7. *Boves & reliquam pecuniam habeat, —unde possit molinum construere, & omne materiamen, quod ad illud molinum emendandum pertinet, adducere.* Charta Archiepiscopatus Remensis: *De materiamine carrucas 5.* Epistola, quæ habetur tom. 2. Hist. Franc. p. 665. *De plumbo autem & materiamine similiter demandate.* *Materiamina lignorum*, in Vita S. Faronis Episcopi Meldensis cap. 130. Adde Chartam Dagoberti Regis Franc. apud Henschenium de Tribus Dagobert. p. 28. Ab hac voce appellarunt nostri omne lignum silvæ ædificiis idoneum *Bois marmentau*, ut Consuetudo Andegav. art. 36. 103. 113. 497. & Cenomanensis art. 116. & 124. & *Marmau*, Burbonensis art. 264.

Maeremium, *Maremium*, & *Meremium*, Quivis materia lignea, ædificandis domibus apta, seu quævis materia iner, ut de verdo longo; nostris *Merrien*, ut in Consuetud. Comitatus S. Pauli art. 21. vel *Marrien*, ut in Ambian. art. 210. *Mairain*, Occitanis: *Marrein*, in Charta Godefridi Lingonensis Episcopi apud Chiffletium in S. Bernardo, ubi Perardus p. 256. habet *Marremium*. Charta fundationis Armethwaite Monasterii in Cumbria, in Monastico Anglic. to. 1. p. 324. *Concessimus etiam eis, & Monialibus, communiam pasturæ cum omnibus animalibus suis — per totam forestam, capiendis ibidem sufficientem maremium pro omnibus suis ædificiis, &c.* In Additam. ad Matth. Paris: *Inquiratur de extractoribus vel venditoribus bosci, maeremii & carbonis de foresta*, tom. 2. Monastici Anglic. c. 143. tom. 3. p. 15.

Maremium, apud Thomam Walsingham p. 104. *Maremium*, tom. 2. Monastici Anglic. p. 226.

Meremium. Ingulfus: *Fecit ipse de eodem meremio plurima, pulcherrima ipse eapse*. Henricus de Knyghton in Ricardo II. *Fecerat unam bastile de meremio.*

Maheremium, in Fleta lib. 2. c. 41. §. 9. *Maheremium aut buscam de foresta.*

Marrenum, in Chronico Rotomag. à Labbeo edito ann. 1227.

Merrenum, in Charta Philipp. August. an. 1209. lib. 2. Hist. Parisiensis.

Merremium operatum & non operatum, in Charta Roberti Comitis Drocensis & Yolendis uxoris.

Muremium, perperam pro *Maremium*, in Quoniam Attachiamenta cap. 30.

Merannum, eodem significatu. Charta ann. 1261. apud Perardum in Burgundicis: *Ad omne genus lignorum & meranni.* Mox: *Merannum & omne genus lignorum in omnibus & singulis dictis nemoribus — percipiant.*

Marroner, in Charta Gallica an. 1277. apud eundem Perardum p. 541. materiamen ex silvis auferre: *Fors les bois de vente, qui en sont excepté, sauf ce que nostre dite Dame y ay son usauge por affoer, por maisoner, por marroner, & por la parson de ses pors.*

Mairien & *Marrien*, passim Scriptoribus nostris. Joannes de Mehun in suo Testamento:

Helas quand je regart de mon est at premerain,
Comment Diex me fist homme qui n'estoie rien,
Et de si vile matere, & de si vil marrien,
Bien devroie aimer Dieu, au mains au derrain.

Galterus de Mets in Mappamondi MS. c. 42.

Un haut mont en Ermenie a,
Où l'arche Noé reposa,
Encore y treuvon assés
Du mairien ou elle fu faite.

Guignevilla:

Qui de marrien mestier avoient,
Ou qui busche à ardoir vaurroient.

Philippus *Mouskes* de Simone Comite Montisfortis:

Et li Quens i ert à ses engiens,
Vil faisoit traire mairiens,
De la rebombe d'une pierre,
Fut conseus el cief deriere.

Vetus Versio Gallica Ægidii de Roma de Regimine Principum cap. 19. *Et se doit-on avoir grant plenté de fer & de mairien pour faire engins necessaires.* Adde cap. 17. & Gloss. ad Villharduinum.

MATERINUS, Lanea culcitra, ex Gall. *Materas.* Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1259. --- *Quitasse & in eisdem domibus liberâsse, quicquid de ligno est, & de ferro, ære quoque & vitro, plumbo, stagno, pluma, corio, lana, canabo, & lino, materino, & omnia domorum utensilia.*

MATERIOSUS, Πολύϋλος, in Gloss. Græc. Lat.

MATERNICUM, Hæreditas, quæ ex parte matri prove-

provenit, ut *paternicum*, quæ ex parte patris. Chartæ Alamannicæ Goldasti n. 50. *Quantumcunque mihi in jam dicto pago ... escangiusse devenit tam de paternico, quam de materenico, seu de comparato, &c.* Vide *Matrimonium*.

MATERONES. Vide *Macerio*.

MATHEMA, Doctrina, ex Gr. μάθημα, apud Maxentium in Joannem in libello Fidei. Sic porrò Symbolum Nicænum appellarunt SS. Patres, quod esset id, quod Christianos doceri oporteret, vel quod fidei decreta edoceret. Concil. Chalcedon. Act. 1. Τὸ μάθημα πῶς ἔχει; ἐρωτῶ κῦρ Ἰωάννης, ὅτι περὶ τὸ μάθημα ἔχει ὁμοούσιον τῷ πατρὶ μόνον. Occurrit ibi aliquoties, & in V. Synodo Constantinop. Act. 8.

MATHEMATICI, Genethliaci, Chaldæi, *qui*, ut ait Gellius l. 14. c. 1. *de motu deque positu stellarum dicere posse, quæ futura sint, profitentur*. Idem l. 1. c. 9. *Vulgus, quos gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos dicit*. Unde colligitur, Gellii ævo vocem hanc vulgi tantùm fuisse ac novitiam. S. Augustin. l. 2. de Doctr. Christ. c. 21. *Neque illi ab hoc genere perniciosæ superstitionis segregandi sunt, qui Genethliaci propter dierum natalium considerationes, nunc autem vulgò Mathematici vocantur*. Alcuinus l. de Divin. Offic. *Astrologi dicti, necnon Genethliaci propter natalium considerationes --- hi vulgò Mathematici appellabantur*. S. Audoënus de Vita S. Eligii: *Mathematici spernendi, auguria perhorrescenda, somnia contemnenda, &c.* Adde Rabanum lib. 3. de Instit. Cleric. cap. 16. Sidonium lib. 8. Epist. 11. & ibi Savaron. Sic Μαθηματικοὺς usurpat Concil. Laodic. c. 36.

Mathematica, Magia. Vita MS. S. Samsonis Confess. *Tu & pater tuus in principio magica arte eruditi fuistis: non enim convenit cum cœlesti sapientia mundanam exercere mathematicam*.

MATHERIUM. Catalogus Abbatum Floriacens. lib. 1. Miscellan. Baluzii: *Porrò in matherio turris de qua signa pendebant, hujuscemodi inservit versus*, &c. Vocem hanc vocis non agnosco, nisi legendum sit *narthecio*. Vide Descript. nostram S. Sophiæ, ubi de Narthece.

MATHESIS. Ebrardus in Græcismo c. 10.

Scire facit mathesis: sed divinare Mathesis.
Datque Mathematicos comburi Theologia.

Joan. Sarisberiensis l. 2. Policrat. c. 18. *Mathesim ergo probabilem, quæ penultima brevi enuntiatur, quam & natura inducit, ratio probat, & utilitatis experientia approbat, quasi quoddam doctrinæ subjaciunt documentum, ut exinde opinionum suarum lubrico, quasi quadam imagine rationis, in Mathesim reprobam, quæ profertur extensa penultima, perniciosissimè prolabantur.* Ita μάθεσιν & μάθησιν distinguebant Philosophi istius ævi, tametsi μάθεσιν nusquam dictum à Græcis constet. Egit contra hanc regulam Prudentius lib. 2. contra Symmachum:

Quisque putat fato esse locum: sciat omniparentem
Esse Deum, nulli vetitum fatalibus astris.
Nec Mathesis præscripto aliquo pia vota repelli.

Ita Sarisberiensis infrà, μάθεσιν *doctrinalem* vocat, quæ scilicet *in quatuor speciebus tota consistit*, Arithmetica scilicet, Musica, Geometria & Astrologia. Vide *Quadruvium*. De magica verò *Mathesi*, Auctor Queroli: *Mathesim & magicam sum consecutus*. Vide Isidor. lib. 3. c. 70. & Luithprand. l. 1. c. 3. Vide Gloss. med. Græcit.

MATHITES, μαθητής, Discipulus. Versus Salomonis Episcopi:

Mathitæ fido præsens didascalus esto.

MATIA. Papias: *Matia, intestina, quæ sordes emittunt, unde Matiarii dicuntur, qui eadem tractant ac vendunt*.

MATIBERNI. Charta Alani Comitis Britanniæ an. 1087. apud Argentreum lib. 1. Hist. Armoricæ: *Budicius quondam Rex Britanniæ concesserat & dederat uni prædecessorum* (Vicecomitis Leonensis plures nobilitates super navibus, &c.) *in matrimonio pro ipsius Vicecomitis probitate, facultate, & valentia, de consensu Prælatorum, Comitum, Matibernorum, & procerum Britanniæ, &c.*

MATRASTA, nudè in Gloss. Arabico-Lat. Noverca.

MATREA, *Noverca*, in Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. pro *Matrina*. Vide infra. Occurrit etiam hæc vox in Gloss. Arabico-Lat.

MATRICARII. Scholiastes Juliani Antecessoris in Const. 23. c. 81. *Matricarii dicuntur illi, quos videmus adjacentes currentes, & portantes siphones cum ferramentis, & alia ferramenta, per quæ possint de pariete in parietem transire, & ita incendium extinguere.* Alii Carpentarios interpretantur. Glossæ laudatæ a Pithœo: Ματρικάριοι, [illegible]. A voce *Materia*, ubi vide.

MATRICULA, Catalogus, descriptio, index: vox nota JC. Codex Canonum Eccles. Afric. can. 86. Ματρίκιον [illegible] Νουμιδίας, ubi Cod. Lat. c. 53. *Matricula & archivum Numidiæ*. Glossæ Gr. Lat. βρέβιον.

Apud Scriptores verò Ecclesiasticos duplex est, altera Clericorum, altera pauperum. Clericorum matricula ea est, in quam Ecclesiarum Clerici referebantur, qui eo nomine stipendiorum Ecclesiasticorum erant participes, in Concilio Agathensi c. 2. Aurelianensi IV. c. 13. Autissiodorensi c. 3. Capit. Caroli M. l. 7. c. 167. &c.

Dicta etiam *matricula*, in qua Clericorum hebdomadariorum in Ecclesiasticis officiis munus indicatur. Charta Odonis Episcopi Parisiensis ann. 1199. *Campanæ ordinatè pulsabuntur, Cantor faciet matriculam in omnibus ordinatè*. Vide *Tabulæ officiales*.

Matricula pauperum ea erat, in qua pauperum, qui Ecclesiasticis stipendiis alebantur, nomina descripta erant. *Matricula egenorum*, apud Lambertum in Vita S. Heriberti Archiep. Coloniensis n. 25. Hinc pauperes ipsi *matriculæ* interdum appellati, ut in Concilio Autissiod. ann. 578. c. 3. Vita S. Eparchii Abb. Engolismensis c. 9. *In stipe collectis infirmis & matriculis ad portam civitatis, ei expectaret eventum.* Ita usurpat Gregorius M. l. 2. Indict. 11. Epist. 44. 45. Fortunatus in Vita S. Radegundis c. 17. *Præter quotidianam mensam, qua refovebat matriculam duobus semper diebus, &c.* id est, pauperes *Matriculæ*. Nam

Matricula, sæpe usurpatur pro domo, in qua pauperes alebantur, ad ostia Ecclesiarum ut plurimum extructa. Testamentum S. Remigii Remensis Episc. *Martyriis, Diaconiis, Xenodochiis, omnibusque matriculis sub tua dispositione positis.* Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 37. *Cum ea ad Basilicam properat, celebratisque vigiliis, mane pauperibus, qui ad matriculam illam erant, cibum potumque protulit.* Gesta Regum Francorum cap. 11. *Ante Ecclesiæ matriculam in medio pauperum consedit.* Charta S. Leodegarii Episc. Augustodun. ex Tabulario ejusdem Ecclesiæ: *Quas villas --- in statum matriculæ nostræ, quam ad ostium Ecclesiæ S. Nazarii fabricavimus, cum omnibus appenditiis delegamus, secernimus, transfundimus, ea ratione, ut à Præposito ejusdem matriculæ Bercario, quam à successoribus ejus, quos nostri successores Pontifices ordinaverint, 40. fratres cotidiana diaria & stipendia omni tempore accipiant, ut liberiùs pro salute Regni & Principum, ac totius orbis dominum deprecari possint.* Testamentum Bertichramni Episcop. Cenom. *Propterea in his locis Ecclesiæ stipendia & madricola, quam ego mihi erexi, supplex quæso Domino meo Pontifici, qui mihi successor fuerit, ut omni tempore madricola ipsa, sicut usque nunc in eis temporibus stipendia promeruit, & semper in antea ministrante sancta Ecclesia alatur.* Infra: *Matricula* appellatur. Chronicon

con Mosomense: *Mosomensem itaque matriculam sæpe per se revisens, sæpe per internuntios commonefaciens, pius eleemosynarum suarum largitionibus indesinenter educans, Ecclesiarum altariis, prout in manu sua venerant, vestimenta fratrum ordinabat.*

Annexi autem erant certi reditus Matriculis, quibus pauperes alerentur. Adrevaldus l. 1. de Mirac. S. Benedicti c. 20. *Cuncta, quæ juri subjacebant Ecclesiæ Aurelianensis, excepta matricula, --- in propriam molitur redigere potestatem.* Hoc est, reditibus ad matriculam pertinentibus. Chronicon Fontanellense cap. 14. *Hic matriculam beati Martini Turonensis in beneficii jure ---tenuit.* Testamentum S. Remigii apud Flodoardum: *Pauperibus 12. in matricula positis, ante fores Ecclesiæ expectantibus stipem, duo solidi, unde se reficiant, inferentur, quibus Corcelum villam dudum deservire præcepi.* Idem Flodoardus l. 2. c. 4. *Quædam matriculæ quoque sancti Martialis deputavit,* &c. Cap. 5. *Ad matriculam præterea sanctæ Remensis Ecclesiæ nonnulla contulit donaria.* Vide Doubletum in Hist. S. Dionysii p. 669. 670. 677. 790. 809. & Privilegium pro Monasterio Atrebatensi circa an. 866.

Matricula, ipsamet Ecclesia, cui adjuncta *Matricula*. In Vita S. Udalrici Episcopi Augustani, Marinus PP. eidem Udalrico, qui se Augusta Vindelicorum ortum dixerat: *Ne turberis, inquit, animo, --- te ejusdem matriculæ decet esse pastorem.* Baronius *matricem Ecclesiam* hic interpretatur.

Matricularii, Pauperes in matriculam relati. Glossæ Isidori: *Matricularius, pauper, inops.* Charta Dagoberti Regis apud Doubletum p. 669. 677. *Ad matricularios domni Dionysii Martyris --- qui ad ipsa Basilica, vel infra ejus atrio ad matriculas residere videntur.* Quippe pauperes ad Ecclesiæ fores stabant, stipem expectantes, vel postulantes. S. Hieronym. Epist. 22. cap. 13. *Vidi nuper nobilissimam Romanorum mulierem in Basilica B. Petri, semiviris antecedentibus, quo religiosior putaretur, singulos nummos dispertire pauperibus,* &c. Alia Zuentebulchi Regis, apud eundem p. 8[illegible]9. *Ad usus pauperum & matriculariorum,* &c. Gregorius Turon. l. 7. c. 29. *Nonnulli etiam matriculariorum & reliquorum pauperum,* &c. Acta Episcopor. Cenoman. p. 111. ubi de Xenodochio: *Et hoc constituit, ut omnes adventantes inibi omnia necessaria sumerent, ibique monachos regulariter, degere constituit, & matricularios numero & tenore, quo in ejus continetur testamento, & ipsum Synodochium suæ sedis Ecclesiæ subjugatum, atque suis successoribus possidendum futuris temporibus more Canonico atque Ecclesiastico dereliquit.* Vita S. Arnulfi Episc. Metensis c. 14. *Matricularii seu cæteri pauperes.* Hincmarus Remensis apud Flodoardum l. 3. c. 26. *Dictum est mihi, quod matricularios a ministro meo constitutos de illa matricula ejecisti, & ibi Bovarium misisti, & pro illa matricula in pretio unum asinum accepisti.* Idem Hincmarus in Capitulis de Rebus Magistri, &c. c. 17. *Ut matricularios habeat juxta qualitatem loci, non bubulcos aut porcarios, sed debiles & pauperes de eodem dominio.* Adde eundem in Capitulis Synodi Remens. an. 874. c. 2. Aldhelmus de Laudibus virginitatis: *Sed omne patrimonium & ornamentorum gloriam, tam discriminalia capitum, & periscelides crurum, quàm olfactoriola nardi, & crepundia collo gemmiferis lunulis pendentia ad stipem mancis & matriculariis prodiga liberalitate contulerunt.* Flodoardus l. 1. Hist. Rem. c. 20. *Quò perveniens, cibariis, quæ detulit, matricularios pavit.* Conventus Pistensis an. 864. to. 2. Spicilegii Acheriani p. 590. *Ad stipendium matriculariorum, quos Nonnones vocant.* Adde Gesta Dagoberti Regis c. 35. Aimoin. l. 4. Hist. Fr. c. 33. Hist. Trenorchiensem Chiffletii p. 220. &c.

Primicerii matricularum, qui ex ipsis matriculariis deligebantur, quò aliorum vivendi rationi invigilarent, apud Chrodegangum in Regul. Canonicor. Metensium cap. ult. ubi multa de *Matriculariis*, & quomodo ad pietatem ab Episcopo instituerentur.

Ex Matriculariis pauperibus quidam seligebantur ad viliora Ecclesiarum adjacentium munia, verbi gratia, qui campanas pulsarent, Ecclesiarum custodiæ invigilarent, eas scoparent ac mundarent, & hujusmodi, ita ut deinceps in alimonia mercedem Ecclesiarum obsequiis totos se darent. Gesta Dagoberti Regis c. 30. *Nam & Matriculam & Senodochium, cæteraque loca ad hoc ibidem instituit, ut pauperes utriusque sexus, sive etiam qui Sanctorum ope sanitati donari digni fuissent, in reliquum ipsius eleemosynis sustentati, qui vellent in servitio Ecclesiæ, ac si pro gratiarum actione permanerent.* Apud Adalardum in Statutis Corbejensibus lib. 1. cap. 6. in divisione annonæ, prima pars est *famulorum vel matriculariorum* Monasterii, *qui semper*, inquit, *æqualiter habendi sunt.* Ejusmodi Matriculariorum vilia munia describuntur passim. Epistola collectionis in Form. vett. *Nos quoque in Dei nomine matricularii Sancti illius, dum matutinis horis in ostia ipsius Ecclesiæ observanda convenissemus,* &c. Alcuinus Epist. 7. ex Mabillonianis: Nos matriculares *pro te orare non cessamus, ut* &c. Vita S. Trudonis cap. 26. *Fuit quidam vir, habitans prope Ecclesiam S. Trudonis, propter excubiam sacratissimæ aulæ, quem nos Matricularium vulgò vocamus,* &c. Hinc Alcuinus in Epist. *Matricularium S. Martini* se inscribit, i. custodem. Atque inde *Matriculariorum* in Ecclesiis parochialibus origo, quorum sedes ideo ad Ecclesiæ fores assignantur, quod eas observarent: vel, ut alii putant, quòd *Matricularum*, quæ ad ostia Ecclesiæ erant, custodes essent, pauperumque alimoniis invigilarent: quod quidem munus, seu onus ipsis Parochianis postea attributum. Chronicon Senoniense cap. 5. *Quicunque vero Abbas sit Senoniensis --- Ecclesiarum S. Mauricii, S. Joannis de Palma --- Matricularios deponet, & pro voluntate sua sine aliqua contradictione instituet & destituet.* Vetantur tamen Presbyteri *pro loco matriculæ quodcunque xenium, vel servitium in messe, vel in quocunque suo servitio requirere vel accipere, & matriculariis debitam partem decimæ, quam fideles pro peccatis suis redimendis Domino offerunt, vendere*, in Capit. Hincmari Remensis, datis in Synodo Remensi an. 874. c. 2.

Matricularii in Ecclesiis Cathedralibus & Collegialibus ex ordine Clericorum & Laicorum erant, quorum munia ita exequitur Historia Episcoporum Autissiodorensium cap. 59. *Sacrista providere tenetur & exhibere Clericum unum Matricularium, & alios, qui campanas pulsare, & cætera, quæ ad officium suum pertinent, valeant exercere: Episcopus propter illos instituit tres Matricularios, unum videlicet Clericum, quem attitulavit altari sanctæ Crucis in eadem Ecclesia, ut ibi serviret in officio Sacerdotis, medietatem beneficii ejusdem altaris in matriculariæ perpetuo jure annectens, cum centum solidis in denariis Pentecostalibus de Varziaco percipiendis annuatim, & duos Laicos, quibus singulis decem libras in redditibus assignavit.* In Ecclesia Parisiensi Matricularii Sacerdotes seu Clerici, quatuor instituti fuere ab Odone Episcopo, ut constat ex illius Diplomate an. 1204. quod habetur post Petrum Blesensem p. 789. & in M. Pastorali lib. 20. ch. 8. Extat aliud an. 1282. eodem l. ch. 220. ubi de eorum officio agitur. Vide Sammarthanos in Episcopis Aginnensibus n. 29. De matriculariis vero Laicis ejusdem Ecclesiæ Parisiensis, ita Odo Episcopus in eadem Charta anni 1204. *Si verò major Matricularius Laicus circa servitium Ecclesiæ, assiduitatem non fecerit, pro se servitorem idoneum providebit, qui cum tribus residuis Matriculariis tam circa pulsationem campanarum, quàm alia, quæ ipsis incumbunt agenda, Matricularii supplebit officium.* Is au-

Is autem ratione *Matricularia* homagium præstabat Episcopo. Tabularium Ecclesiæ Parisiensis ex Bibl. Puteana sub an. 1278. *Joannes dictus de Crolent Matricularius in Ecclesia Parisiensi fecit homagium ligium Episcopo Parisiensi pro Matricularia Ecclesiæ prædictæ.* In Charta an. 1255, ult. Aug. in Regesto Memorialium Cameræ Comput. Paris. signato C. fol. 161. *In sancta Capella Regis sunt tres Canonici Matricularii ratione præbendarum suarum, qui suos Clericos deputant loco sui ad custodiam Ecclesiæ nocte & die, & ad custodiam rerum & ornamentorum Capellæ.* De matriculariis Clericis & Laicis in Ecclesia Aurelian. vide V. Cl. Hubertum in Hist. Ecclesiæ S. Aniani p. 65.

Matricularii verò in Monasteriis officium sic describit liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 21. *Sacrista socium & coadjutorem habere debet Matricularium Ecclesiæ, ad cujus officium specialiter pertinet horas canonicas, nocte & die ad divinum Officium celebrandum custodire, signa pulsare, horologium temperare, ad matutinas, & in æstate post meridianam ad excitandos Fratres in dormitorio, nolam pulsare, ostia Ecclesiæ statuto tempore claudere & aperire, & his, qui vel ad januas Ecclesiæ vel Chori pulsant, ad eorum causam cognoscendam occurrere. --- Matricularius adjuvare debet Sacristam in Ecclesia scopandâ, in lampadibus lavandis & præparandis, &c. In Ecclesia tres semper ad minus dormire debent, videlicet Sacrista, Matricularius, & tertius, cui Abbas injunxerit, &c.* Vide Sugerium de Administr. sua cap. 5. & Chartam ejusdem apud Doubletum p. 874.

Matricularii nutricarii. Vide in *Nutricarii.*

Matricularia, Diaconissæ, Presbyteræ, viduæ, quæ in matriculam Ecclesiæ relatæ, beneficiis & redditibus Ecclesiasticis alebantur. Isidorus Mercator in Concilio Laodic. can. 11. *Mulieres, quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos autem viduæ, seniores, & Matricularia nominantur, in Ecclesia constitui non debere.* Flodoardus lib. 1. Hist. Remensis c. 9. *Deputat & solidos 20. ad ejusdem Ecclesiæ reparationem, --- Sanctimonialibus & viduis in matricula positis solidos tres.*

Matricularia, Officium Matricularii. Vide supra.

MATRIMIS pro *Matrimus*, qui matrem habet adhuc superstitem. S. Gerardus Abb. Silvæ Major. in Vita S. Adalardi c. 6. n. 27. *Recepto patre fiunt matrimes orphani, gubernatorem recipiunt viduæ & pupilli.* Vide Petrum Pithœum ad Collationem Legis Mosaïcæ tit. 16.

MATRIMONIALITER. Passio S. Eulaliæ Virginis MS. *Hæc ergo virgo lætissima Sanctimonialis puella Deo timorata, atque matrimonialiter edocta, annorum circiter tredecim &c.* An à matre, vel ut liberi è matrimonio nati educari solent? Vide Dextrum Bivarii p. 348.

MATRIMONIARE, Matrimonio jungere, in Lege Longob. l. 2. tit. 1. §. 8. & in Edicto Rotharis Regis tit. 89. §. 1.

MATRIMONIUM, Uxor. Marcellus Empir. c. 13. *Augustam constat hoc usam Messalinam, deinde aliorum Cæsarum matrimonia hoc dentifricio usa sunt.* Sulpitius Severus l. 1. Hist. *Ac naturæ suæ ignavique degeneres, relictis superioribus, quorum incolæ erant, matrimoniis se mortalibus miscuerunt.* Eodem libro: *Disciplinæque immemor, matrimonia ex victis assumere --- occœpit.* Ita ibidem *Conjugium* eadem notione usurpat: *Cum ad versum interdictum Dei ex alienigenis conjugia cepisset.* Utuntur Suetonius in Caligula c. 25. Florus lib. 1. cap. 1. Justinus lib. 3. ubi de Lycurgo, & Augustinus Serm. 185. Ita Ammianus lib. 17. *conjugium* usurpat, ubi de terræ motu Nicomediensi: *Interim clamoribus variis excelsa culmina resultabant, queritantium conjugium, liberosque, & si quid necessitudinis arctè constringit.* Sic idem Scriptor *Sacerdotium*, pro Sacerdote usurpat p. 98.

Matrimoniorum commutatio. Vide *Vxor.*

Matrimonium, pro bonis ex successione materna: *Matrimoine. Biens matrimoniaux*, in Consuetudine Juliodunensi c. 25. art. 1. c. 29. art. 23. *Materna bona*, in Legibus Wisigoth. l. 4. tit. 2. §. 5. 13. Vetus Charta apud Will. Hedam in Bernulpho Episcopo Trajectensi: *Cum omni hæreditate patrimonii & matrimonii sui, &c.* Innocentius III. l. 1. Epistol. p. 124. *Cùm in diversis Ecclesiis jus obtineat patronatus, in quadam Capella sua de Rupetra, quæ est in suo proprio matrimonio constructa, --- proposuit Canonicos instituere sæculares.* Unos hac voce eadem notione Suetonium, Valerium Maximum, & Senecam, quidam contendunt, tametsi secus videatur Casaubono ad Suetonium.

MATRINA. Jo. de Janua: *Matrina, quæ aliquem de sacrofonte levat, vel in Ecclesiam introducit.* Gallis, *Marraine. Matrina spiritalis de Fonte & Confirmatione*, in Synodo Metensi an. 753. c. 1. & in Capit. Caroli M. lib. 5. c. 7. *Mater spiritalis*, apud Aimoinum l. 3. Hist. c. 6.

Matrina, Matrinia, Noverca. Jo. de Janua, *Matrina, noverca*, Italis *Matrigna*. In Leg. Long. l. 2. tit. 8. §. 3.

Matrinia. Capitulare Arechis Principis Benevent. editum à Camillo Peregrino, c. 8. *Qui de incerto matrimonio nascuntur, ex nuverca, id est, matrinia, aut previgna, id est, filiastra vel coguata, &c.* Tabularium Casauriense an. 13. Ludovici Imp. Indict. 11. *Sicut ipse Waldepertus prædictam curtem cum pertinentiis suis Areldi matriniæ suæ in portionem dedit per ejus morgincaph.* Adde Edictum Rotharis Regis tit. 61. §. 3. tit. 68. §. 1. & Legem Longob. lib. 2. tit. 14. §. 12. Vett. Glossæ pag. 331. *Materna*, μήτρια. Legendum, *Matrina*, μητρυιά.

MATRIX. Ita Cod. MS. pro *Oratrix*. *Vaccæ matrices*, in Fleta lib. 2. c. 76. §. 10. *Oves, Bidentes matrices*, c. 79. §. 4. 8. 12. c. 80. §. 2.

Matrix Ecclesia. Vide *Ecclesia.*

MATROCES. Vide to. 13. Spicilegii Acheriani p. 265.

MATRONA, Uxor. Glossæ antiquæ MSS. *Vxor, matrona, conjux.* Idatius in Fastis de Cynegio Consule: *Cum magno fletu totius populi civitatis deductum est corpus ejus ad Apostolos 14. Kal. April. & post annum transtulit eum matrona ejus Achantia ad Hispanias pedestre.* Julius Africanus l. 9. Hist. Apost. p. 115. *Treptia, quæ erat uxor Regis, & Mygdonia Charisii matrona, &c.* Historia S. Apollinaris Mart. *Matrona verò cujusdam Tribuni militum nomine Thecla, &c.* Messianus in Vita S. Cæsarii Arelat. *Illustrissima feminarum Agretia matrona ejusdem viri, (Liberii Patricii,)* Chart. an. 579. ex Tabulario S. Benigni Divion. *Godinus & matrona sua Lantrudis.* Alia an. 632. *Ego illustris vir Ermenbertus, ejusque matrona Ermenoara, &c.* Extant apud Perardum in Burgundicis p. 5. 7. Tabular. S. Vitoni Virdun. p. 1. *Illuster vir Pipinus ejusque illustra matrona Plectrudis.* Adde Gennadium de Ecclesiast. dogmat. c. 72. Usus est etiam Martialis lib. 8. Epigr. 12.

Inferior matrona suo sit, Prisce, marito.
Non aliter fuerin. femina virque pares.

Vide Dionysium Salvagnium in Ibin p. 71.

Matronari. Archithrenius lib. 8. cap. 6.

Prominet in specie Majestas, sobrius oris
Matronatur honor.

Matrona, pro *Matrix*. Matth. Paris ann. 1248. *Cathedralis Ecclesia B. Petri in Colonia, quæ est omnium Ecclesiarum, quæ sunt in Alemannia, quasi mater & matrona, usque ad Muros incendio est consumpta.*

MATRONEUM. Anastasius in Symmacho PP. *Apud B. Apostolum Paulum --- cameram fecit & matroneum.* Idem in Gregorio IV. *Presbyterium amplum operosi operis funditus construxit, cui ex Septentrionali plaga lapidibus circa septum matroneũ adposuit.* Eadem Eccle-

Ecclesiæ pars videatur, quæ *pars matronarum* dicitur in Ordine Romano, *pars mulierum, pars feminarum,* ibidem & apud eundem Anastas. p. 61. 118. 155. in qua scilicet consistebant matronæ & mulieres. Vide notas nostras ad Alexiadem p. 420. 421.

MATELDE. Vide *Hostilitium.*

MATTA, Storea, teges. Vetus interpres Juvenalis Sat. 6. *Teges, ut matta, supellex cubilis olearii.* Glossæ Gr. Lat. Ψιαθος, *Teges, tegestratoria, matta.* Ita Codex MS. sed vocem *tegestratoria* dividendam puto in *teges, stratoria,* vel *storea*; perperam *terratoria* in Editis. Papias: *Matta, tapetum.* Idem: *Matta, vulgò cella dicitur Gregorio in Dialogo; inde mattula, pro culcitra.* Nostris, *Mattes.* Vox veteribus nota. Ovidius lib. 6. Fastor.

In plaustro scirpea matta fuit.

Matta monachica, apud Petrum Cluniac. lib. 2. Epist. 1. quæ Monachorum propria habita est, quòd & eas ipsimet texerent, in iis cubarent, orationes funderent, collationes haberent, extremum denique spiritum exhalarent.

Mattas autem texuisse & confecisse Monachos, docet in primis Regula S. Pachomii, §. 5. *Funiculos in mattarum stramina manu celeri præparabit. Et* §. 26. *Si mattas operabuntur, interrogabit minister ad vesperum præpositos domorum singularum, quibus juncorum singulis domibus necessarium sit; & sic infundet juncos, & mane per ordinem unicuique tribuet, &c.* Adde §. 12. 24. 27. 124. 125.

In mattis dormiebant Monachi. Consultationes Zachæi lib. 3. c. 3. de Monachis: *Juncia perinde lectulis strata, parvisque velaminibus permissum somno corpus obtegitur.* Regula S. Pachomii §. 88. *Præter psiathium, id est, mattam, in loco cellulæ ad dormiendum nihil aliud omnino substernet.* Regula S. Benedicti c. 55. *Stramenta autem lectorum sufficiant, matta, sagum, læna & capitale.* Adde Regulam Magistri c. 81. Joannes Mon. Cluniac. in Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. lib. 2. *Qui super nudam humum, matta solùm, & quibus induebatur vestibus contentus erat.* Petrus Cluniac. lib. 1. Epist. 20. *Mattas, antiquum Monachorum opus compone, super quas aut semper, aut sæpe dormias.* Adde S. Hieron. in S. Hilarione, Gregorium Turon. de Vitis Patrum c. 11. &c.

In mattis orationes fundebant. Eulogius lib. 3. Memorialis SS. cap. 10. *Adeo ut subtus matta, in qua illa prostrato corpore exorabat, humectum lacrymis pavimentum ostenderetur.* Gregorius M. lib. 2. Dialog. c. 11. *Præcepit vir Dei statim eum in cella sua in psiathio, quo orare consueverat, projici.*

In mattis collationes habebantur. Petrus Clun. l. 2. Epist. 1. *Ipse ei* (Episc.) *in matta monachica, quæ sedi illi contigua erat, assedit: culcitra non de imis, sed de supernis habita est.*

Mattæ etiam morituris substerni solebant. Cæsarius Heisterbach. l. 7. c. 52. *Præparate aquam calidam, unde lavari debeam, & post paululum sternite mattam.* Adde l. 11. cap. 9. 16. 17. 19. 25. 26. & Vitam S. Hildegundis n. 34. *Mattarum* monachicarum passim alibi occurrit mentio, apud Lanfrancum in Statutis Ordinis S. Bened. c. 10. Petrum Blesensem Epist. 90. in libro Usuum Ordinis Cisterciensis c. 94. in Chronico Windemiensi lib. 2. c. 23. 65. &c. Vide cætera in *Psiathus.*

Mattarii, appellati Manichæi, quòd super arundines & *mattas* accumberent, ut auctor est Augustinus lib. 5. Contra Faustum cap. 5. & ex eo fortè Eckbertus Schonaugiensis Serm. 1. adversus Catharos.

Mattula, culcitra, Papiæ, vel minor matta. Alibi: *Matura, Culcitra.* Hariulfus lib. 4. Chron. Centul. cap. 26. *Lectuli pompa, congesta vili mattula, procul aberat.* Occurrit apud Hug. à S. Vict. l. 2. de Claustro animæ in Prologo, in Vita S. Sulpitii Pii Episc. Bituric. n. 14. in Vita S. Berlendis Virg. c. 2. n. 9. in Miracul. S. Richarii lib. 1. c. 6. Hinc nostrum *Matelas* vel *Materas,* pro culcitra. *Materatium,* in Miraculis B. Ambros. Senens. n. 250.

MATTABAS, Species panni aurei. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis ann. 1351. *Pour 50. pieces de drap d'or Mattabas & Marramas achetées de luy pour les garnisons de l'argenterie, 17. escus la piece.*

MATTIARII, in Notitia Imperii, sub dispositione Magistri militum præsentalis, junguntur que cum *Lanciariis* vel *Lancеariis*: ut & apud Zosimum lib. 3. Ammianum lib. 21. & Senatorem in Hist. tripartita lib. 6. cap. 37. Ita dictos putant à quodam teli genere quod *Mattium,* seu *Mattiobarbulum* vocabant, a quo *Mattiobarbuli*, appellati milites quidam apud Vegetium lib. 1. cap. 17.

MATTIO. Vide *Macio.*

MATTEA. Fragm. Petronii: *Hanc humanitatem insecutæ sunt Matteæ, --- singulæ enim altiles, rotundis circulatæ sunt, & ova anserina pileata.* Et infrà: *Sumptis igitur matheis, respiciens ad familiam Trimalcio: Quid vos, inquit, adhuc non cœnastis?*

MATTUS, *Tristis,* in Vett. Glossis, à Turnebo laudatis. Fragmentum Petronii: *Staminatas duxi, & planè matus sum.* Ubi quidam *matus* idem putant, quod ad angustias redactus, nostris *Mate.* Vide in *Matare*, & Salmasium ad Hist. Aug. p. 461.

Mattus, Stultus, ex Italico, *Matto,* in Vita B. Ægidii Minoritæ n. 4.

MATULATA, pro *Matula.* Glossæ Græc. Lat. *Matulata,* ἀμίς. Eadem: *Matellata,* σκαφιον.

MATURA. Vide *Matta.*

MATURITAS. Amalarius de Ordine Antiphonarii c. 69. *Populus enim invitatur ad vigilias & horam noctis, de qua dicebat David Propheta: Præveni in maturitate & clamavi.* Ubi *maturitas* accipitur pro media nocte, ut ex S. Augustino explicat idem Amalarius. Atque ita ea vox accipi debet apud Eckeardum Juniorem de Casib. S. Galli c. 1. *Progreditur interea præventor maturitatis ad sepulcra Cimiterii oraturus.* Cap. 3. *Quadam nocte in Ecclesia præveniens in maturitate.* Ibid. *Quem invenit surgentem, ut & ipse præveniret in maturitate.* Vocis vim exponit Iso de Othmaro lib. 1. cap. 7. *Cum nocturnæ celebrationis vigilias consurgendo præveniret.* Ubi perperam Goldastus *maturitatem, matutinitatem* & auroram interpretatur.

MATUS. Vide *Mattus.*

MATUTINARIUS. Regula Monachorum S. Cæsarii, seu S. Tetradii, §. 21. *Post hæc dicant Matutinos directaneum: Exaltabo te, Deus meus & Rex meus. Deinde in ordine totus Matutinarius in Antiphonas.* Regula S. Aureliani p. 67. *Et sic impletis tribus Missis,* (id est, officiis) *dicite matutinarios Canonicos, id est, Canticum in Antiphona, deinde directaneum, Judica me, Deus, &c.*

Matutinarii, in Ecclesia Carnotensi videntur appellati, qui *Matutinis* intererant, quibusque ex eo certa distributio assignata erat, in Tab. ejusd. Ec. ch. 175. 278. 279. 307.

MATUTINELLUM, Jentaculum, cibus, qui mane sumitur. Custumarium Prioratus *de Lewes* fol. 18. *Lancetæ falcabunt pratum domini cum corredio tali. Ad matutinellum pane ordeo & caseo: ad nonam potagio & duplici companagio: ad vesperam unum panem curia, & fasellum herbæ.* Et fol. 23. *Dabit matutinellum de consuetudine his, qui venerint propter solem in æstate.*

MATUTINI, Vigiliæ nocturnæ, Aimoino. Concilium Tur. II. c. an. 18. *In diebus festis ad matutinum sex antiphonæ binis psalmis explicentur.* Infrà: *Cur ad matutinum non itemq; vel duodecim explicentur?* Zachæus lib. 3. Consult. c. 3. de Monachis: *Nunquam præterea*

diei falluntur adventu, sed strenuos semper fallentis aurorâ tempus exsuscitat, adque offerendas Deo Laudes devotio matutina compellit. Vide Honorium Augustod. lib. 2. c. 28. & Baron. an. 57. n. 161.

Matutinarius cursus B. Mariæ. Hugo Flaviniac. an. 961. p. 135. *Qui tunc fortè solo prostratus matutinarium beatæ Virginis decantabat cursum.* Unde liquet Officium B. Virginis in Ecclesia perantiquum.

Matutinalis liber, in quo officium Ecclesiasticum matutinum continetur, in Charta Antibarensis Episcopi, apud Joan. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. cap. 14. & in Chronico Montis-Sereni an. 1137.

MAVECHARIUS. Charta Muncimiri Regis Chroatiæ an. 892. subscribitur cum aliis, *à Prusina Mavechario Iup. & Zelli Drago Maccechario Comitissæ*, apud Joan. Lucium lib. 2. de Regno Dalm. c. 2. adeo ut in alterutro mendum subsit, tametsi *Maccecarius* utrobique legendum censeam, ut hæc dignitas eadem fuerit quæ *Magni Coci* apud nos. Idem porro Lucius eod. lib. c. 15. *Mavevarius* legisse videtur. Vide *Macecharius*.

MAURABOTINUS. Vide *Marabotinus*.

MAURI *albi*, appellati per contumeliam Genuenses. *Moros blanchs*, à Regibus Aragonensibus, ut observat Michaël Carbonelius in Chron. Hispan. fol. 100.

MAURISCI, Equi Arabes. V. *Farius*, & Meurs. in Μαυρίσκιον.

MAURITIENSIS *moneta*, Monasterii Agaunensis, quod sancto Mauritio dicatum fuit, in veteri Charta apud Guichenonum in Probat. Hist. Sabaud. p. 40.

MAURORUFUS, Equi color, in veteri Inscriptione 342. Græcis μαυρὸς, est niger, Μαυροφορεῖν, nigra veste indui in Hist. Apoll. Tyr. p. 20. 23. Vide Meurs. in Μαυρός.

MAUSOLEUM, Feretrum Sancti alicujus, apud Harmerum MS. de Miracul. S. Maurilii Episcop. Andeg.

Mausoleum, pro *musivo*. Vide *Musivum*.

Mausoleare, Mausoleo condere. Tabularium Brivatense ch. 43. *Sacrosanctæ Dei Ecclesiæ S. Juliani Martyris, qua ipse sanctus Dei Martyr corpore requiescit cum sociis suis ibidem honorifice mausoleatis.* Ethelwerdus l. 4. c. 1. *Cujus corpus jacet mausoleatum, &c.* Et cap. 3. *Cujus mausoleatur Evoraca corpus, &c.*

IN MAXILLA *comburi*, Στιγματίζεσθαι in genis, Pœnæ species servis propria. Radevicus lib. 3. cap. 26. *Si servus, tondebitur, & in maxilla comburetur.* Infrà: *Si servus furtum fecerit, & in furto fuerit deprehensus, si priùs fur non erat, non ideo suspendetur, sed tondebitur, verberabitur, & in maxilla comburetur.* Occurrit ibi non semel.

MAXILLARE, Στομοκοπεῖν, in Gloss. Gr. Lat.

MAXILLARII *dentes*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 7. §. 6.

Le Roman de Parise la Duchesse MS.
An la boche li brise dans dans maissellers.
Le Roman de la Prise de Jerusa'em MS.
Bien le mangea la rape jusqu' a dens maisellers.

MAXIMA, Recepta sententia, Regula, vulgo nostris & Anglis, *Maxime*. Fortescutus de Laude Legum Angliæ c. 8. *Principia autem quæ Comentator dicit esse causas efficientes, sunt quædam universalia, quæ in Legibus Angliæ docti similiter & Mathematici Maximas vocant, Rhetorici Paradoxa, & Civilistæ Regulas Iuris denominant.* Christophorus de sancto Germano in Dialog. de Fundamentis Legum Angliæ cap. 8. initio: *Quartum fundamentum legis Angliæ stat in diversis principiis, quæ à peritis Legis Angliæ Maximæ vocantur, quæ semper habita & tenta sunt pro lege in hoc regno Angliæ, quibus non est licitum alicui legis perito contradicere.*

MAXIMITAS. Utitur Arnobius lib. 6.

MAXUCA, Clava, Gallis *Massue*. Ordericus Vitalis lib. 8. *Quidam enormis staturæ ferens ingentem maxucam.*

Mazuca, eadem notione. Chronicon Casauriense lib. 4. *Iste Presbyter qui hîc astat, cum mazuca uno ictu confregit tempora mea.* Ματζούκη Græcis recentioribus: Leoni in Tactic. c. 6. §. 27. c. 13. §. 84. Heroni, Nicetæ, & aliis à Rigaltio laudatis. Steph. Sachlec in Versibus Græc. Politicis MSS. Μὰ τὴν ματζοῦκα πολεμῶν τὸν ἄνεμον ναδύρω. Will. *Guiart* an. 1304.

Un ribaut mal vestu & nu,
En sa main une maçuete,
Se lance en cele riverete.

Idem anno 1305.

La oist-on aus coups donner
Diverses armes raisonner,
Et tentir espées & maces.

Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin*: *De la Court du Roy lui pour sa mace porter.* Scribit Nangius sub ann. 1236. S. Ludovicum ab Assassinis *sibi metuentem corpus suum per homines cupreas clavas assiduè deportantes fecisse diligentissimè custodiri.* Suprà laudatus Guiartus:

Ains que Iouhan par mesprison,
Feist au Roy grant traison,
Où poi trova de contredit,
Orent au Roy de France dit
Tiex qui le sorent par enquerre,
Que le Roy Richart d' Engleterre
Faisoit enfans endoctriner,
Pour lui occire & affiner,
Qui ja ierent tout enbarnis,
Et de tele aprison garnis,
Que chacun d' eus home ocist,
Tel con son mestre li deist,
Et puis quil l' eut mort rué,
Ne li chausist d' estre tué,
Car il devoit tantost sas estre
Selonc la promesse du mestre.
Par ceus avoit Richart beance
De mettre à mort le Roy de France,
Dont il sa forment esjoï,
Puis que li Rois dire l' oï,
Ne fut-il quil ne se feist,
Doutens qu' en ne le soupreist,
Eschauguitier en toutes places
Nuit & jour de serjans à maces.
Et par cha'eur, & par froidure,
Cette coustume encore dure,
Et durra si conge propose, &c.

Vide Willelm. Britonem lib. 11. Philippid. p. 237.

MAZACCARA, Salsitia, Μάζης κρέας. Alexander Iatrosophista lib. 2. Passion. c. 67. *De quadrupedibus autem sunt offerendi pulmones, intestina, vel ex eis cordulæ factæ, aut mazaccaræ.* Ubi Glossæ MSS. *Mazaccara, salsutia facta de tritis carnibus intestinorum.*

MAZACRIUM, Cædes, strages, vel homicidium dirè perpetratum, Gall. *Massacre*. Charta an. 1218. in Probat. Hist. Monmorenc. p. 84. *Cùm in domo illa habeant omnem justitiam—videlicet raptum, mazacrium, homicidium.* In alia ann. 1222. in Tabul. S. Dionysii: *Dicimus quòd B. Dionysius in terra sua de Diogilo habet raptum, homicidium, masacrium, & omnimodam justitiam.* Ubi usurpatur pro *murdro*. Vide in hac voce.

MAZATI *nummi*. Leo Ost. lib. 1. Chron. Casin. c. 28. *Rupit ipsum Monasterii vestiarium, & inde tulit solidos mazatos 14. millia.*

MAZEGADICUS. Charta Ildefonsi Comitis Tolosæ pro Libertatibus urbis Tolosæ an. 1141. *Excepto illo sale, quod necessarium erit coriis mazegadicis.*

MAZER, *Mazerinus*, *Mazarum*, *Masdrinum*: ita passim appellant Scriptores pretiosiora pocula; sed quæ eorum fuerit materia, non omnino constans est opinio.

opinio. Somnerus lignea fuiſſe dixit, & acerna, quòd *Maezer*, Belgis, aceris arboris tuberculum ſonet. Sanè ſcribit Janus Dolmerus in Notis ad Jus aulicum Norvegicum antiquum p 461. pocula ex acere facta olim fuiſſe in pretio apud Norvegios. At Fortunatus in Epiſtola præfixa lib. 1. Poëmat. *pocula acerna* ut viliora recenſet.

Genuinam verò, ni fallor, notionem attigit vetus Gloſſarium Lat. Gall. docet quippe eadem fuiſſe vaſa, quæ Latini *Murrhina* vocant: *Murrha, Hanap d. madre.* Sed & Matthæus Paris an. 1181. videtur appellaſſe, *Murrhina*, quæ alii *mazerina*: p 97. *Tres cuppæ murrinæ.* Denique Charta Guillelmi Epiſcopi Ambian. an. 1293. in Tabulario Epiſcopat. Ambian. fol. 99. V. *Et cuilibet lectum & ſciphum argenteum & murreum.* Eſt autem *Murrha*, ut auctor eſt Plinius lib. 37. c. 2. lapidis pretioſi genus, odoris præſtantia commendabile, & colorum varietate inſigne, ſubinde circumagentibus ſe maculis in purpuram candoremque, & tertium ex utroq; igneſcentem, veluti per tranſitum coloris purpura rubeſcente, aut lacte candeſcente. Naſcitur autem in Oriente apud Parthos. Papias: *Murina, gemma, apud Parthos gignitur, unde dicitur, quia varietas ejus in purpuram candoremque & ignem, quaſi in cælesti arcu conſpicitur.* Notum verò *Murrhea* & *Murrhina pocula* & *vaſa* magno olim fuiſſe in pretio apud Veteres, non modò ex Plinio, ſed & Seneca lib 7. de Benef. c. 9. Suetonio in Auguſto c. 71. Propertio lib. 4. Martiale lib. 14. Epigr. 113. Paulo & Javoleno JC. in l. 3. §. 4. & l. 11. §. 2. D. de Supellectile legat. Capitolino in Antonino Philoſopho & in Ælio Vero, Lampridio in Heliogab. Victore in Epit. in eod. Antonino, &c.

Ex quibus quidem Scriptoribus invicem collatis nondum certò erui potuit quænam fuerit Murrhinorum materia, adeo ut cum Turnebo lib. 8. Adv. c. 1. dicere liceat, ubi de Murrhinis, *tantam nobiliſſimorum Scriptorum in re frequentiſſima diſſenſionem adnotatione dignam prorſus exiſtimandam.* Quippe Baronius ann. 34. ex Mich. Mercato, Mirrham veterum, idem eſſe ait quod hodie Indi *Benzni*, ſeu *Benivinum* vocant, materiam ſcilicet ex mirrhæ arbore inciſa fluentem, ex qua in maſſam coagmentata, coloribus ad ſpeciem inductis, arte inde potoria effingebantur, quæ in ſummis populi deliciis eſſent. Cardanus & Julius Scaliger in libb. de Subtilitate, & Salmaſius ad Solinum, *murrhina* antiquorum, eſſe vaſa noſtro ſæculo *porcellanea* vocata contendunt, proindeque, ut Baronius, fictilia. Petrus verò Bellonius lib. 2. Obſervat. c. 7. vaſa murrhina ex aliquo concharum genere fuiſſe confecta exiſtimavit: & ideo ſic denominari à Murice piſce, qui per excellentiam alio nomine Conchilium dicitur. Antonius Nebriſſenſis *agaten* eſſe putat. Andreas Cæſalius de metallis lib. 3. cap. 23. ex ſcoriis metallorum confecta murrhina vaſa exiſtimar, eaque ſic dicta, quod myrrham redoleant. Denique Nicolaus Guibertus Medicus Muſſipontanus in Aſſertione de Murrhinis, edita Francofurti an. 1597. confutatis hiſce virorum doctorum ſententiis, novam induxit, contenditque murrhina vaſa lapidea fuiſſe, & ex materia foſſili, non verò fictilia, licèt id Propertius videatur dixiſſe: quod etiam ante eum ſtatuerat Georgius Agricola l. 6. de Natura foſſilium, ſcribens, Onychen in Caramania natam, nunc onycha nominare Plinium, nunc murrhina. At cùm ſpecies variæ ſint Onychis, idem Guibertus putat murrhina vaſa elaborata ex ea quam Corneolam albam vocant, zonis tamen diverſis coloribus, & aliquam ſimilitudinem habentibus ad arcum cæleſtem, (quas quidem venas, *madratas*, à vulgo appellari annotat c. 6. extremo) qualis impropriè Sardonyx dicta, quæ potiſſimùm in Caramania probatiſſima naſcebatur. Id præterea firmant Gloſſæ Græc. Lat. Σάρδιον, τὸ ψηφίον, *murra*, σαρδόνυξ. Sed & Sidonius Carm 11. *myrrinam Sardonichen* dixit. *Myrrina Sardoniches, Amethyſtus Iberus, iaſpis, Indus, &c.*

Ejuſmodi onychinorum vaſorum meminit Concilium Duziacenſe I. part. 4. c. 5. *Et probatum eſt coram omnibus in Synodo, quia calicem onychinum de ipſa Eccleſia auro & gemmis ornatum, & patenam onychinam, quam Domnus Rex S. Mariæ Laudunenſis Eccleſiæ dedit, auro & gemmis ornatam de ſcriniis ſuis——latentiùs juſſit arripere.* Unde colligitur ejuſmodi calicibus uſos etiam in ſacrificiis Sacerdotes, ut & ex Chr. Caſin. lib. 3. c. ult. Helgaldus in Roberto Rege p. 68. *Urceolum ex onychino factum, quòd comparaverat Rex ditiſſimus pretio 60. librarum, iterùm ipſi ſanctæ Crucis loco contulit.* In hoc tamen differre obſervat idem Guibertus antiquorum *murrhina* & *onychina* vaſa, quòd vaſa murrhina ex Onyche gemma confecta appellationem hanc ſortiebantur: pocula verò onychina, quæ ex Onychite, hoc eſt, ex Calchedonio erant confecta. Sed haſce virorum eruditorum ſententias aliis examinandas relinquimus.

Murrhina porrò *pocula* intellexiſſe Virgilium 2. Georg. non deſunt, qui putant:

Ut gemma bibat & Sarrano dormiat oſtro.

Ubi Servius: *Gemmeo poculo, non gemmato.*

Mazer, Mazarum. Wibertus in Vita S. Leonis IX. PP. c. 6. *Et quendam ſcyphum pretioſi mazeris ob ſui memoriam obtulerat* Ubi Codices alii monente Henſchenio, præferunt *pretioſi Marmoris.* Will. Thorn. in Chr. p. 2205 *Et empla un hanap de mazer, oue un pée d' argent.* Viſitatio Theſaurariæ S. Pauli Londinenſis ann. 1295. *Item ciphus de Auverne magnus de mazero, cum baſſo pede, & circulo argenteo. Item cupa magna de mazero, ornata pede alto, 2. circulis & pomellis argenteis.* Charta Heccardi Comitis Auguſtodunenſis apud Perardum: *Et anapo corneo majore, cum illo de mazaro.* Teſtamentum Mag. Geraudi de Abbatis-villa Archidiaconi Ambianenſis an. 1271. *Et tota ſupellectilis mea argentea, & cyphi de mazaro, cum pedibus, & ſine pedibus.*

Galli vulgo *Madre* vocant ejuſmodi ſcyphos & pocula. Computum Steph. *de la Fontaine* Argentarii Regis an. 1350. titulo, *Madres & caillers pour boire vins nouveaux: Pour un hanap de madre fin à tout le couvercle, duquel l' enſert le Roy a table, 16. liv. Par.* In eodem Computo: *Pour faire & forger 7. bouillons d' argent peſans 2. onces, dorez & émaillez a leurs armes, & mis és fons deſdits caillers.* Alibi: *Pour apareiller & recoudre 2. hanaps caillers, pour argent & façon 28. ſol. Par.* Rurſum: *Pour faire & forger la garniſon de ſa couppe de madre de ſon bon hanap de jour, & de ſon cailler de nuit, pour le terme de Touſſains, & les 12. bouillons pour les caillers de ſa table.* Ibidem: *Pour faire & forger 4. boullons d' argent doré & émaillez pour mettre és fons des 4. caillers, &c.* Et cap. quod inſcribitur *Coutellerie: Deux paires de couteaux à trenchier avec les parepains, l' une paire à manches de cedre, garnis de viroles & de tinglettes d' argent dorées, & émaillées de France: & l' autre paire à manches de madre ſemblables, garnis & emaillez, delivrez en ce terme pour le Roy aux feſtes de Touſſains & de Noel, douze livres.* Paſſim ibi Regeſtum Peagiorum Pariſ. *Hanap de madre doivent un denier, & s' il y a hanap de fuſt, ſi aquite le madre le fuſt tout pour un denier.* Infrà: *Du conlieu des hanaps de madre, de fuſt, d' eſcuelle, & de plateaux.* Regeſtum continens Beagium Bapalmarum: *Le hanap de madre à pié d' argent.* Infrà: *Le hanap de madre pour ſon boire.* Charta Roberti Comitis Drocenſis in Hiſt. Drocenſi p. 250. *Excepto quod ſcriptum eſt de merceriis & cyphis de madre.* Etiamnum hodie Angli pateram *mazer* vocant.

Mazarinus, Scyphus ex *mazare*. Radulphus de Diceto in Imag. hiſtor. an. 1182. *Ciff. 9. argentei tres cuppæ mazerinæ, 3. ſalſaria argentea.* Teloneum S. Audomari in Tabulario S. Bertini: *Saccus cordatus cyphorum mazerinorum 4. den.* Inde apud Poëtas noſtiates vernaculos

cujus passim *Mazerin*, pro scypho ex *mazare* reperire est. Philippus *Mouskes MS.* in Philippo Aug.

Et apporterent estrelins,
Hanas, coupes, & mazerins.

Le Roman d'Aubery MS.

Venir en fait tout plein un mazerin,
Auberi bust, qu'il n'y quist point d'engin,

Alibi:

Tu en beuvras à un tel mazerin,
Dont tu morras encorre à male fin.

Mazdrinus. Lambertus Ardensis: *Wido de Elembon dedit feodum, quod ab eo tenebat Gerardus de Sauvinghem, pro tribus fertis argenti, & cifo uno mazdrino.* Ubi Chronicon Andrense p. 352. habet *mazerino*.

Madrinus. Testamentum Albonis Canonici Altisiodor. an. 1191. in Tabular. Eccl. Altisiod. fol. 48. *Duos cyphos argenteos, 11. cochlearia, unum madrinum.* Et mox *Cifum madrinum.* Necrolog. S. Martini de campis 4. Id. Jan. *Dedit Conventui ciphum madrinum ad pedem argenteum & deauratum—an.* 1331.

Mazelinus, Necrolog. Ecclesiæ Parisiensis Non. April. *Dedit etiam nobis cyphum mazelinum cum pede argenteo ad serviendum in refectorio.* Adde 21. Kl. Maii. *Le Roman de Garin MS.*

Si m'ont tolu & mon pein & mon vin,
Et m'escuelle, mon hanap mazelin.

Alio loco:

Girbert appelle, Baillez-moy ç à le vin
Dessus ma table mettez mon mazelin.

Infra:

Desor la table fiert si le mazelin,
Le hanap froisse, si espandi le vin.

Nolim tamen hisce omnibus Auctorum locis, *murrina* vasa, cujusmodi antiquorum erant, intelligi, cùm doceat Papias sua ætate ita appellata universim vasa vitrea, seu scyphos vitreos: *Murra, genus vasis, pro vase vitreo ponitur.* Edit. habet *pro vitro.* Alibi *Myrrhinum, genus optimi vitri & saphyrini coloris, inde myrrhina vasa dicuntur.* Ita Codex editus: at MS. pro *vitri*, habet *vini*. Sed prior lectio melior; atque ita sumi debere vasa mazerina in Regestis Peagiorum suprà laudatis forsan existimandum est.

Madrinarius, Officium Scantionariæ, cui madrinorum & poculorum cura incumbebat. Computum Hospitii Reg. an. 1313. *Ral. de Asnerus Madrinarius.* Statuta Philippi Longi pro sua domo an. 1317. in Regesto *Pater*, Cameræ Comput. Paris. fol. 79. *Il y aura un madrinier, qui servira de voires & de hanaps, & aura 3. den. de gages par jour pour toutes choses.* Nescio an huc spectent Glossæ Gr. Lat. πρόχοος, *Mestrinus, Præfusor.* Ubi Codex MS. S. Germani Paris. habet *Meterinus, Profusor*, ut legendum sit *Mesernus*, vel *Maserinus*, hacque voce intelligatur Pincerna. Sed hæc vox non est istius ævi.

Madelinarius idem dicitur in Ordinat. Hospitii S. Ludovici Reg. Fr. an. 1261. *Guillelmus Madelinarius —tam pro ciphis, quàm pro vitris quærendis & portandis, &c.* Vide *Olea. Masoricus.*

Cum igitur *madrina* vasa ac pocula in usu cotidiano fuisse ita videantur ac vulgata, ut iis servandis & administrandis minister proprius præpositus fuerit in aulis Regum, mirari sanè subit, quò d ex iis potoriis vix hodie aliqua supperant: præter illud fortè quod etiamnum servat illustre ac regium omnino Sandionysianum gazophylacium, de quo ita Doubletus pag. 344. *Le hanap du Roy S. Louïs, dans lequel il beuvote, fait de madre, avec son couvercle de mesme matiere, garny d'un pied d'argent doré, & dedans i celui hanap, au milieu du fond, un émail de demy rond taillé de fleurs de lys d'or a champ d'azur, &c.* Qui quidem sancti Ludovici scyphus coloris subfusci est, & ex pretiosiori lapillo confectus, adeo ut *agatæ* formam præferat, firmetque sententiam Antonii Nebrissensis: cujusmodi forte fuere de quibus Nicol. de Braia in Ludov. VIII.

Discumbunt proceres, implentur vasa phalerno
Gemmea, clara labor est crateres evacuare.

Tametsi poëtis veteribus loquendi formula familiaris, de qua Savaro ad Sidonium lib. 2. Epist. 13.

Materiæ denique vasorum murrhinorum excellentia ac raritas, facit ut dubio locus sit, an potoria illa omnia, quæ hac appellatione censentur apud Scriptores, revera fuerint ex Onyche, juxta Guiberti sententiam: an verò pleraque ex iis fictitia, verorumque æmula, conflata ex versicolore materia vitrea, & in fornacibus vitriariorum cocta: quod sanè olim factum annotat Plinius l. 36. cap. 26. Quemadmodum hodie artifices *porcellanas* imitantur, vasis ex argilla opere figulino elaboratis, incrustatione quadam albissima intinctis deinde in formacem positis, quo nitorem & lævorem vitri acciperent.

Masericia, vox, ut videtur, ejusdem originis. Poëta MS. infimi ævi, ex Bibl. Thuana Cod. 525.

Adsit plena siro masericia theca lixo,
Penus & artocopis, & acerna popina ferinis.

Ubi Glossa *masericam, ollam* interpretatur.

MAZERIUS, Italis *Mazziere*, qui clavam tenet, *Massier*: in Ceremoniali Episc. l. 1. c. 11.

MAZUCA. Vide *Maxuca*.

MEATIM, *Meo more*, in Glossis Isid. In Glossario veteri Saxonico, min lice, *Meatim.* Vide Priscian. lib. 12. Donatum, & Grammaticos veteres.

MECAPUS, Papiæ, *Fatuus*: fortè quasi *mentecaptus*.

MECHANICUM. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 90. *Si homo cadat ab arbore, vel quolibet mecanico super aliquem, &c.* id est, qualibet arte, vel ratione.

MECHANICUS. Præstigiator. Hildebertus Episc. Cenomanensis in Vita S. Hugonis Abbat. Cluniacensis n. 16. de quodam Monacho cujus osculum respuerat idem Hugo: *Respondentem se mechanicum esse, & nicromantiæ præstigiis inquinatum.* Inter μηχανικῆς τέχνης partes, unam esse, quæ θαυματεργικὴ dicitur, observat Politianus in Panepistemone: quæ scilicet quædam miranda efficit seu naturæ præstigia: atque hinc præstigiatores ipsi μηχανικοὶ fortè appellati.

MEDA, *Curatio, remedium.* Papiæ, pro *medicina*. Vide *Medo*.

MEDACULA, idem videtur quod *Medallia*. Vide in *Pœnitentia*.

MEDALLA, *Medallia*. Will. Brito in Vocab. & auctor Mamotrecti 27. Levit. *Obolus dicitur medalia, id est, media nummi*, Joan. de Janua, in *Diobolarius*: *Obulus quod est medalia.* Tabularium Conchensis Abb. in Ruthenis ch. 418. *Bernardus Odo donavit in Graisaco unam mediam appendariam, & medium quartum, & tres medallas de censu.* Charta Willelmi D. Montispessulani an. 1103. *Sextalaricum dono vobis—& tertium denarium in Arquintali, & medallias, quas donant homines Montispessulani & Longobardi pro Arquintali.* Alia ann. 1136. apud Joffridum in Episc. Niciensibus: *Reddunt enim supradicti homines annuatim 18. denarios Mergelienses, & medallam, & 4. sextarios annonæ, &c.* Tabular. Celsinianense: *Unam medallam Claromontensem debent de Cereo Paschali.*

Datur etiam interdum *Medalliæ* nomen nummis aureis. Legimus enim *Medailhe d'aur*, medallia aurea, in veteri Instrumento Valconico apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. c. 13. n. 3. Scriptor Novellarum antiquarum apud Pergaminum: *Usavar si all'hora le madaglie in Firenze, che due valevano un danaio.*

Hinc nummis veterum Romanorum sive Græcorum aureis, argenteis & æreis, *Medalliæ* nomen mansit. Scaliger ad Eusebium, ab Arabico vocem accersit: Προτομὴν nos vulgo medaliam vocamus, *Arabes etiam Methaliam: quod nescio quo cum mercio ab Arabibus ad Italos & Gallos delatum. Ita enim vocant numismata* Christia-

Christianorum, quæ expressum caput humanum præferunt. Verum non est cur ad Arabes recurramus, cùm ipsæ nummorum nostrorum veterum, hoc est, Francicorum inscriptiones, originem vocabuli videantur prodidisse. Prostant enim in libello Petaviano Nummi aliquot argentei Ludovici Pii & Caroli Calvi, in quibus METALLUM scribitur in nummi circulo, interdum etiam in medio nummo, ita ut nummi inde *Metalla* nuncupari potuerint, quod vero admodum simile est, cum etiamnum Francis *Metail*, sit *Metallum*, vox à *Medail*, vel *Medaille*, non abludens. Manilius, de Collybista, seu nummulario :

Et facti mercator erit per utrimque metalli,
Alterum & alterius semper mutabit in usus.

Ubi *factum metallum*, ut *factum argentum* appellavit, i. ἐπίσημον, signatum, cui opponitur ἄσημον, infectum, non signatum.

Medaliata, Reditus terræ valoris *medallia*. Tabular Ecclesiæ Cadurcensis : *Illas 3. medaliatas, quæ subtus vinea Danielis, &c.* Tabularium Conchensis Abbat. in Ruthenis Ch. 32. *Et vineam de furno, & una medaliata de vinea quem tenet Bocamoza.* Ita in Ch. 84. 176. 260. 310. &c.

MEDELANIUM. Vita S. Guthlaci c. 31. *Irruit in quandam spinulam sub inculta telluris herbis latentem, medelanium planta ipsius infigens.* Pro *medium*, ni fallor, aut *medietanum*.

MEDELLA. Lex Alemannor. tit. 96. *Si quis medellam rumpit aut involat, sol 3. solvat, si carrucam involat, aut rotas, &c.* Editio Heroldi habet *medelam*. Videtur esse modiolus rotæ, *le Moïen*.

MEDENA. Charta Ludovici Lotharingiæ Regis an. 902. apud Browerum l. 9. Annal. Trevir. p. 542. 1. & 443. 2. Edit. *Nostræ mansuetudini suggesserunt — ut Trevericæ civitatis monetam, telonium, censuales, tributum atque medenam agrorum cum fiscalibus omnibus — eidem Episcopo nostræ majestatis auctoritas restitueret.* Charta Ricardi I. Regis Anglor. to. 2. Monastici Angl c. p. 32. *Et quoddam rete liberum me dena in potestate sua liberam, &c.* Germanis *meden*, est mensura & modus agri, nostris, *Mesure de terre*, ait Browerus : nescio an id sonet in his locis.

MEDERE, pro *Metere*. Pactus Legis Salicæ tit. 27. in lectione variante : *Si quis messem alienam triparit, vel mederit*, hoc est, *demessuerit*.

MEDIAMNE, vel *Mediamnes*, insulæ, vel terræ, in mediis amnibus emergentes. Ebrardus in Græcismo c. 10.

Insula sit maris : at si dulcis aquæ, Mediamnis.

Jo. de Garlandia in Synonymis :

Dic rivos, latices, puteos, dic stagna, paludes :
Amnis jungatur, à quo mediamnis vocitatur.

Silvester Giraldus in Topogr. Hiberniæ dist. 1. *Lacus quoque plurimos — hæc terra profert : qui & mediamnas aliquantulum elevatas & valde amœnas intra se continent : ubi securitatis & refugii loca propriaque domicilia, & præterquam navigio inaccessibilia dominatores terrarum metari solent.* Sueno in Hist. Danica c. 2. *Tandem confluentibus undique innumerabilibus, in Egdora fluminis mediamne locus pugnæ constituitur.* Infrà : *Deinde emissis utrimque pugilibus, in medio amne convenerunt.*

MEDIANA, Porta media Basilicæ, seu templi, quam *Regiam*, alii appellant. Gregorius Tur. lib. 2. de Mirac. c. 48. *Procedens autem psallendo, cùm ad medianam pervenisset, &c.* Anastasius in Honorio I. PP. p. 48. *Investivit regias januas in ingressu Ecclesiæ majores, quæ appellantur Medianæ, ex argento.* Vide *Hebdomada mediana* & Ordinarium Præmonstrat. Ord. pag. 904.

MEDIANETUM. Fori Oscenses an. 1247. fol 13. *De spondalariis vel cabeçalariis, aut testibus qui eos fecit, sive constituit, qualicumque loco facit eos, ibi habet se juvare de eis : & si sunt alterius regni, non possunt se juvare de eis, nisi in medianeto*, id est, neutro.

MEDIANUS, Medicus. *Mediana acroteria, medianæ columnæ, mediana vox*, apud Vitruvium. *Medianus arcus, mediana frons*, apud Paulinum Epist. 12. p. 153. Adde Capitulare Compendiense an 757. c. 7.

Medianus, Compromissarius elector, cui eligendi facultas datur, ad idque deligitur à partibus. Acta Innocentii III. p. 3. *At exclusis justitiariis Senatoris, qui ei fidelitatem juraverunt, suos justitiarios ordinavit, electo per Medianum suum alio Senatore tam in urbe, quàm extra, patrimonium recuperavit nuper amissum.* Et p. 146. *Fecerunt nuntios destinari, qui ad eligendum peterent Medianos*, de iis qui Romæ Senatores eligebant. Mox : *Consultum est ergo summo Pontifici, ut convocato populo assignari eis faceret Medianum, qui unum eligeret Senatorem. Ipse verò ne contra personam Mediani quidquam objicere possent, fecit eis assignari pro Mediano nobilem virum Joannem Petri Leonis, qui ab universo populo approbatus, juramento secundùm morem exhibito, Gregorium Petri Leonis Rainerii Senatorem eligit.* Charta anni 1207. apud Ughellum in Aprutinis Episc. *Concedimus quoque vobis judices & potestatem jura vestra perpetuo exercere, sed hoc modo, cùm tempus etenim potestas eligendi venerit, Episcopus hæreditariis hominibus hujus civitatis Medianum inveniat, hominem videlicet idoneum, convenientem & non diffamatum, — qui potestatem eligendi habeat.* Occurrit ibi pluries.

Medianus, Mediæ magnitudinis. Ita passim in Historia Episcoporum Autisiodor. c. 25. *Gabata mediana, &c.*

Medianus caballus, medii pretii, in Lege Alem tit. 70. §. 3. *Medianus bos*, tit. 78. *Mediana equa, Medianus Alamannus*, mediæ sortis ac conditionis, in Capitulis ad eandem Legem c. 22. 43.

MEDIARCITUS, *In medio statutus & arctatus.* Joan. de Janua.

MEDIATOR, Intermedius. Cyprianus, seu auctor de Cardinalibus operib. Christi in Prologo : *Unde hæc sitis divitiarum miseris pectoribus assidet, & ambitionis salsugo bibulam animam occupat, uti per fas & nefas ad loca superiora etiam de latebris eremi, nonnulli se ingerant : & de omni gradu, ubi aliquis aditus patet, anheli prodeant, discurrant ad judices, blandiantur mediatoribus, conducant auxiliarios, & modis omnibus elaborent, ut sedeant cum Principibus.* Ita Græcis Μεσάζοντες dicuntur, qui rebus gerendis in Palatio præsunt, seu quibus veluti sequestris Principes res suas peragunt, *Ministri aulæ* Mamertino in Paneg. *Rerum Ministri* Manilio lib. 5. nuncupati. Horum mentio occurrit apud Nicetam in Man. lib. 1. n. 3. & Cantacuzenum lib. 3. c. 15. lib. 4. cap. 39. Summus verò rerum Minister Μέγας Μεσάζων dicebatur, cujus dignitas in Palatio proinde summa, cui Ducas c. 21. 22. & 28. *Visiriorum* Turcicorum dignitatem æquiparat.

Mediatores, apud Bavaros dicebantur, quibus, veluti *mediis* bona Laïcorum, quæ ab iis comparare ex Legibus non licebat, ad Monasterii usus, iisdem per imaginariam donationem eadem concedentibus, sibi comparabant Monachi. Vita B. Mariani Abb. Ratisp. n. 16. *Aream unam — ementes per manum mediatoris Præfecti Ratisponensis, ibidem, — Monasterii fundamentum jecerunt.* N. 19. *Agros & possessiones in usu. — Fratrum per manum mediatorum Henrici Ratisp. Burchgravii, atque Othonis Landgravii comparavit.* Adde n. 20 Eadem Vita n. 28. *Ecclesiam quam ipse de propriis facultatibus suis — construxerat, cum 17. arativis Abbati præfato — per manum mediatoris Comitis Gerardi, more Bavarico, — contradidit.*

Ea porro acquirendi ratio per Monasteria, *Delegatio* appellabatur. Charta Luitpoldi Ducis Bavariæ in Chronico Reichersperg. an. 1141. *Hæc autem traditio*

dito ad altare S. Michaelis in Richersperg me præsente ac petente facta est per manum Comitis Lutoldi de Bleicra delegatione firma, in cujus manum delegatio eadem per manum nostram priùs fuerat facta. Idem Chronicon an. 1157. *Idem Comes Pertholdus — in manum Comitis Pertholdi de Pogen ad fidem delegavit Richerspergensi Ecclesiæ per manum ejus omnimodis delegandum ad petitionem ejusdem Ecclesiæ Præpositi tunc Fratrum.* Et an. 1162. *Ibi Præpositus Richerspergensis Magister Gerhous in audientia publica* (Curiæ) *interpellavit ac monuit Comitem Pertholdum de Pogen, quatenus prædium, quod dicitur Munstuer, secundùm quod in manum ejus devenerat, Richerspergensi Ecclesiæ delegaret. Et Dei quoque providentia præsens fuit Comes Pertholdus de Andechs, qui locutus est in hunc modum, Facere debes, ô cognate Comes Pertholde, quod postulatur: quia ego id ipsum prædium sic in manum tuam Ratisponæ delegavi, ut tu hoc delegares jam dicto Cœnobio, &c.* Ejusmodi autem donationes ac traditiones per manus advocatorum fiebant, ut ibidem innuitur. Charta Ludovici Imp. an. 910. apud Brower. l. 3. Antiq. Fuld. c. 16. *Signum Gebehardi & Chunradi Comitum, qui easdem traditiones rerum fideli manu susceperunt, & hoc coram Rege juraverunt, ut eas S. Bonifacio Martyri fideliter delegarent, & præcepto regio confirmarent.* Ad hunc etiam morem referenda videntur quæ habent Traditiones Fuldenses l. 3. trad. 1. *Hæc idem Wermundus in manum prædicti Golaeboldi Comitis allegavit, ita & ille fidem ipsi servans in altare patroni nostri delegavit.* Tradit. 3. *Prædium — in usum Fratrum hujus Ecclesiæ ob memoriam sui delegavit.* Tradit. 31. *Idoneos testes 6. numero coæqualium suorum delegerunt, quibus hæreditariæ traditionis jus delegaretur, illis hoc jus delegationis invicem sibi manu ad manum tradentibus, &c.*

Mediator, qui *Medietarius*, Gallis *Metaier*. Tabularium S. Sergii Andeg. Ch. 35. *Terram prope Capellam S. Laur. apud Calonnam mediator Episcopi Huberti Andeg. bovus suis & carruca consuetudine mediatoria excrevit.*

Mediator, Pr..., sponsor. Charta exarata an. 973. apud Ughellum in Beneventanis Archiep. *Gaudium mihi dederunt Simeon Clericus & Judex, & Radoaldus Diaconus, — & mediatores posuerunt Gaidarios de jam dicta civitate Sipontina. Simuliter tam Marcus Clericus gaudium mihi dedit, & posuit mediatorem Milum fratrem suum, — ea ratione, ut si aliquo tempore advenıente aliquam contrarietatem fecerint, per qualemcunque modum vel ingenium, obligaverunt se omnes componere cum prædicto Archiepiscopo, &c.* Vide *Medietates*.

MEDIATORIUM. S. Hieronym. lib. 2. adversus Helvidium c. 9. *Quale illud jejunium est, aut qualis illa refectio post jejunium, cum pridianis epulis distendimur, & guttur nostrum mediatorium efficitur latrinarum?*

MEDIAVITA. Concilium Coloniense an. 1310. can. 21. *Prohibemus item, ne in aliqua Ecclesiarum nobis subjectarum, imprecationes fiant, nec decantetur Mediavita contra aliquas personas, nisi de nostra licentia speciali: cùm nostra intersit talia discutere, quando sint talia facienda.* Joan. Hocsemius in Adolpho Episcopo Leod. c. 23. *Cœperunt Ecclesiæ Ducem maledicere, & Media vita, canere contra ipsum.* Albertus Stadensis, & Hist. Archiepisc. Bremensium an 1234. *Clerus qui eminus astans rei exitum expectabat, Media vita, & alia miserationis carmina cum mœrore canebat.* Ubi intelligitur Prosa illa Lamentationis, quam fecisse Notkerum Balbulum Sangallensem tradunt, cùm in *Martinsdodel* pons in loco præcipiti & periculosissimo ædificaretur. *Media vita in morte sumus, quem quærimus adjutorem, nisi te, Domine, qui pro peccatis nostris juste irasceris.* Extat apud Canisium to. 5. Antiq lect. p. 770. Canitur autem illa Antiphona in Sabbato Dominicæ tertiæ Quadragesimæ in Completorio. Vide Durandum lib. 6. Ration. c. 52. n. 5 6. & in V. *Reliquiæ*.

MEDICA, Obstetrix, in Glossis Isidori in V. *Maia*, ubi perperam Editum *Media*. Ejusmodi *Medicæ* non semel occurrunt in vett. Inscript. 312. 4. 635. 9. 636. 1. 2. 3. Vide Glossar. Med. Græcit. in Ἰατρίνη.

MEDICAMENTA *mala*, Pharmaca venena, incantationes, & omnium veneficiorum noxas. Sextus Platonic. l. 2. de Medicina animalium c. 2. n. 6. *Adversus mala medicamenta: cor vulturis ligatum in pelle lupina, si circa brachia habeas, nullum medicamentum nocere tibi potest, nec serpens, nec latro, nec ulla malitia, nec quidem phantasma senties.*

Medicamentarius, Veneficus, in l. 7. Cod. Just. de Repud. in l. 1. eod. tit. Cod. Theod.

MEDICALIS, pro *Medicinalis*. S. Columban. instruct. 11. *Plus suave est, plus medicale est, plus salubre est* cordi dilectio.

MEDICINACULUM, Ἰατρικὸν in Gloss. Gr. Lat.

MEDIE, pro *Mediocriter*, usurpasse Lactantium, l. 6. c. 15. Ulpianum, Capitolinum in Albino, &c. observatum à Salmasio ad Spartianum p. 134.

MEDIETATES, *Medietarii*. Sacramentum *Majorum* in villis ac prædiis, in Charta Gosleni Episcopi Carnotensis in Tabulario ejusdem Ecclesiæ n. 227. *Non exigam ab eis* (rusticis) *revelationes terrarum, vel aliarum possessionum decedentibus patribus, vel aliis possessoribus earum, neque de conjugandis feminis venditiones, neque medietates habebo cum rusticis, neque eos mittam in plegium, &c.* Infrà: *Neque ab eis quicquam exigam, nec annonam, nec avenam, nec ovem, nec agnum, nec anseres, nec gallinas, nec ligna, neque eos medietarios habeam, aut in plegium mittam, neque corvejam aliquam ab eis exigam, &c.* Ubi *medietates*, plegia seu fidejussiones, *Mediatores* verò fidejussores esse videntur. Vide *Mediator*.

MEDIETARIUS, Colonus partiarius, *Metayer*: in Consuet. Cenoman. art. 135. Γεωργὸς μορτίτης, in Basilicis. Moschopulus pag. 67. Γεωμόρον, ἢ κοινῶς μορτή. Ἡμισειαστής, in Georgicis legib. c. 1. §. 24. Μεριζόμενος τοὺς καρποὺς, apud Harmenop l. 3. tit. 8. §. 7. *Qui ad medietatem laborat*, in Capit. Caroli M. l. 1. c. 163. *Partiarius colonus*, in l. 25. §. 6. D. *Locati*. *Metaier partiaire*, in Consuetud. Turonensi art. 113. Charta fundationis Abbatiæ *d'Orbestier*, an. 1007. *Sive sint prædictis Aldeberto & successoribus suis propria animalia, sive medietariis suis partionaria.*

Medietaria non semel in Tabul. Novigenti rotroci S. Dionysii.

Medietarii, servi qui duobus dominis obnoxii erant. Tabularium Angeriacense: *Concessit Deo & S. Joanni Baptistæ cavillam, quæ erat sua villana, ut esset medietaria S. Joannis ipsa & filii sui in sempiternum, & totum servitium quod solebat persolvere Comiti, de cætero persolveret S. Joanni.*

Medietaria, Prædium quod colitur à Colono partiario, in Bibliotheca Cluniac. p. 545. Vetus Charta Theobaldi *Chabot*: *In decimis ac terragiis rupturarum & medietariarum. Tenere ad medietariam*, quod nos dicimus, *Tenir à moitié*. Tabularium Fiscanense an 1218. f. 68. *Quam quidem vineam ego & prædecessores mei de Ecclesia Fiscanensi ad medieteriam tenueramus. Excolere ad medietariam*, in Arestis O SS. an. 1262. 1. Regesti Parlam. Vide to. 13. Spicilegii Acheriani p. 299.

MEDIETENARII, in Charta an. 1299. apud Thomasserium in Consuetud. Bituric. lib. 1. cap. 88. *Medietenarii & servientes dictorum religiosorum, &c.*

MEDIOCRES *personæ*. Vide *Homo*.

MEDITANEUM *bladum*, vulgò *Blé meteil*, in Tabulario S. Genovefæ Paris. an. 1221. Vide *Bladum*.

MEDITATORIUM, Locus ubi quis meditatur, studet Rabanus in Hieremiam: *Gravi ægritudine pressus jam sæpius in lectulo accumbo, quàm ad scribendum, vel ad legendum in meditatorio sedeo.*

MED.TILLUS. Gloss. Gr. Lat. MS. Μεσόγειος.

Meditullus, (Edit. *meditullius*) *mediterraneus*. Μεσόγειον, *Meditullum, mediterraneum.* Edit. *Meditullium.*

MEDITURIRE, *Meditari sapiuscule* occurrit in Miracul. S. Servatii Episcop. n. 57.

MEDIUM PLANTUM. Vide *Complantum.*

MEDIUM *vinum*, seu *tenere ad medium vinum*, vineam scilicet, è qua vinitor partiarius vini quod ex ea provenit, alteri ex pacto præbet. Vetus Charta in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 71. *Et laudaverunt ... & suis heredibus quos haberet de Petronilla suum tenementum ad servitium denominatum, partem cl... si ad medium vinum, plantatas ad quartum vinum, & unam coxam vaccæ, & sextarium vini, & panem de quartallo frumenti.*

MEDIUS. Glossæ Isidori: *Receptor, actor concordiæ, medius*, Papias, & ex eo Will. Brito in Vocab. *Medius, internuntius, pacificator, & actor concordiæ.* Idem Papias: *Arbiter, dicitur, judex, medius, internuncius.* Ita vocem μέσ☉ apud Græcos usurpari observat Salmasius de usuris, pag. 475. Consultat. Zachæi l. 1. c. 31. de Angelis: *Hi ergo propterea Deo, qui magis liberi, & quia imperiorum ejusdem ministri semper ac medii, ideo plus sciunt...* Charta Chunr. Imp. apud Bower. lib. 3. Antiq. Fuld. *Cùm inter se de alterius electione discordarent, sano consilio habito, medium me sibi fecerunt, & omne concilium mihi imposuerunt.* Alia Frider. II. Imp. an. 1218. in Tabul. Campan. *Episcopus Claromontensis constitutus est medius, cujus arbitrio staretur.* *Pacis medius*, apud Aimoinum lib. 3. de Mirac. S. Bened. c. 5. Collatio Carthagin. III. c. 138. *Tu vir nobilis, qui mediam tenes hoc loco personam,* &c. Adde Gregorium M. lib. 7. Indict. 2. Epist. 104.

Medius, Mediocris, qui nec summi, nec infimi ordinis est. *Medius Princeps* apud Ammian. lib. 14. *Medius Vir*, apud Vopiscum in Caro: *Medius dux*, apud Spartianum in Ælio Vero.

Medius, seu *Tenens medius*, vox forensis. Dicitur autem vassallus, seu Tenens domini capitalis, qui alios habet vassallos, aut Tenentes, pro quibus respondere tenetur domino capitali. Vide Statutum 2. Westmonasteriense c. 9. & Fletam lib. 2. c. 50.

MEDLETA, idem quod *Melleta, Melleya*, apud Bractonum lib. 3. tit. de Corona c. 35. Vide *Mesleia.*

MEDO, *Meda*. Aqua mulsa, & melicraton, Medicis, & hydromeli, *potio melle mixta, & dicitur à mel, quasi melo*, inquit Jo. de Janua. Gloss. Ælfrici: *Medo, Meda, vel Medus.* Ugutio: *Hydromelum, aqua mellita, quæ constat ex aqua cocta & melle. Idem dicitur medo, scilicet mulsum.* Concilium Wormatiense an. 868. can. 30. & Triburiense an. 895. can. 56. de Pœnitentibus: *Abstineat à carne & caseo, à vino, & medone, ac mellita cervisia, nisi diebus Dominicis.* Adde c. 58. Monasticum Anglic. to. 1. p. 26. *Duas amphoras de mellito potu, quem medonem vocant.* Ditmarus lib. 7. *Ignem impositum, quia defecit aqua, medone extinguunt.* Chr. Reicherspergense & Tageno Paraviensis: *Omnes Principes à Comite in vino & medone & animalibus multùm honorati sunt.* Petrus de Dusburg. in Chron. Prussiæ c. 5. *Pro potu habent simplicem aquam, & melicratum seu medonem.* Æneas Silvius in Hist. Bohem. de Medone: *Erat autem potus suavissimus quem Bohemi ex albo melle conficiunt.* Vide Reginonem l. 2. c. 7. 9. Michael. Scotum lib. 1. Mensæ Philosophicæ c. 8. Bromptonum & W. Thorn. an. 1144. Chronicon Montis-Sereni p. 163. Metropolim Salisburg. to. 2. p. 6. &c.

Meda, eadem notione, apud Ælfricum. Ethelredus Rievallensis: *cum calice pleno meda egrediens, proceres invitat ad potum.* Leges Burgorum Scoticorum c. 69 §. 5. *Simile judicium erit de meda, sicut de mala cervisia.* Monasticum Anglic. to. 1. p. 187. *Decimam totius conredii mei præter decimam vini & medæ.*

Medus, apud Ælfricum, Μέδ☉, apud Priscum in Excerpt. de Legat. Capitulare de villis c. 34. *Braceos, cervisias, medum, mel, ceram, &c.* *Medi decoctio*, apud Fortunatum de Vita S. Radegundis c. 15 & in Vitis Abbatum S. Albani. Medonis porrò varios conficiendi modos docent Dioscorides lib. 5. c. 9 Columella lib. 12. c. 12. Palladius in mense Julio, & Plinius lib. 14. c. 17.

MEFACERE. Vide *Misfacere.*

MEFFIUM. Vide *Methium.*

MEGA, Hungaris, est Regio, districtus, Comitatus. Decretum Colomanni Regis Hung. lib. 1. *Ducis ministri qui in mega Regis sunt, & Regis qui in mega Ducis sunt, ante Comitem & Judicem, minores verò ante Judicem delitigentur.* Alibi: *In quacunque Comitis mega Rex digrediatur, ibi Judices duo megales cum eo conjungentur, qui dissensiones populi illius discreto examine terminant.*

MEGADOMESTICUS, Magnus Domesticus, dignitas in aula CPolitana, summus militiæ præfectus. Willelmus Tyrius lib. 15. cap. 23. *Erat autem inter Principes vir magnificus, Megadomesticus, Joannes nomine,* &c. Vide quæ de hac dignitate attigimus suprà in verbo *Domesticus.*

MEGADUCAS, & *Megalducas*, apud Will. Tyrium l. 20. c. 14. & 17. l. 22. c. 11. qui Græcis seu Byzantinis Scriptoribus Μέγας δȣξ, i. *Magnus Dux* dicitur, penes quem summa rei nauticæ, seu classis militaris præfectura erat. Μεγαδȣ̃κας, apud Ducam c. 3.. p. 148. Andreas Dandulus in Chron. MS. an. 1205. *Philocalus & Navigaioso Stolimenen obtinent, imperiali privilegio imperii Megaduca effectus.* Vide Notas ad Villhard. n. 71. & Meursium in Gloss. Græc. Madariaga Hispanus Scriptor lib. *del Principe y su Senado*, p. 1.5. qui putavit ita dictos *los Governadores generals del Imperi*, fortè ex Raimundo Montanerio, qui in Chronico Catalanico Regum Aragon. c. 19 de hac dignitate Rogerio Floro Brundusino ab Andronico seniore collata, hæc subdit: *E fare Roger que fos Megaduch de tot l' Emperi, e Megaduch es tal offici, que vol aytant dir, com Princep senyor de tots los soldaus de l' Emperi, e que haja à fer sobrell l' Almiral, e que totes les Illes sien sotmeses de la Romania à ell, & encara los llochs de les Marines:* Quo verborum contextu satis innuit Montanerius præcipuam fuisse Magni Ducis in re nautica auctoritatem.

MEGAJUPANUS. Vide *Zupanus.*

MEGALINA *pellis*, eadem quæ *Mygalina*, uti censet Salmasius. Andreas Mon. lib. 1. Vitæ S. Ottonis Episcopi Bamberg. c. 43. *Tegumentum nocturnale mirabilis pretii de serico, auro & megalina pelle confectum inter alia dona ei est allatum.* Infrà: *Aientes non opus esse megalinis tegi pellibus leprosos, & paralyticos, quibus utique ovium aut leporum vestimenta sufficere potuissent.* Vide tom. 2. Antiq. lection. Canisii p. 464. 465. Est autem μυγάλη, animal, cujus mentio est Levit. cap. 11.

MEGALTRIARCHA. Ita corruptè apud W. Tyrium lib. 21. cap. 16. pro *Megaheteriarcha*, qui Byzantinis Scriptoribus Μεγαςεταιρειάρχης dicitur: sic autem appellabantur Proceres, qui cohortibus Palatinis, ex Sociis Imperii conflatis præerant, quas Ἑταιρείας vocabant. Scylitzes in Michaële Balbo: Ἐν τῷ Παλατίῳ σχολὰς εἰληφὼς, καὶ τὰς Ἑταιρείας, ἔστησε κατὰ τȣ̃ τυράννȣ. Quo ex loco colligitur, ut ex alio Annæ Comnenæ l. 1. p. 11. Ἑταιρείας ad Palatii & Imperatorum potissimùm custodiam institutas. Horum Præfecti Ἑταιρειάρχαι, quique his summo imperio præerant, Μεγαλοεταιρειάρχαι dicti Constantino de Adm. Imp. c. 51. Cantacuzeno lib. 1. c. 52. l. 2. c. 6. Scylitzæ Zonaræ, Manassæ, & aliis à Meursio & Fabroto laudatis.

MEGIRA

MEGIRA, Mensuræ pistoribus imperatæ genus apud Hispanos. inquit Diagus lib. 2. c. 114.

MEHAINIUM. Vide *Mahamium*.

MEILLIA. Vide *Mesleia*.

MEINERII, Apparitores, Delphinatibus, qui nostris *Sergeans*. Statuta Delphinalia p. 87. *Ne propter multitudinem ipsorum Servientum & Meyneriorum graventur nimis ipsi subditi Delphinales prædicti*.

MEINPRISA, Vadimonium, *manucaptio*, de qua voce suprà. Charta Anglica ann. 1174. apud Brompronum: *Redierunt soluti & absoluti ab omni juramento & meinprisa, quam inter se vel cum aliis fecerunt contra eum vel homines suos*. Alia Gallicè exarata anno 1375. apud Will. Thorn. in Chron. p. 2153. *C'est assaver par chascun bille 6. d. outre les meynprises que montent à 3c. l. par estimation ou plus*. Vide Cowellum in *Mainprise*.

MEIRA. Extat titulus 1. in Statutis Corbeiensibus Adalardi lib. 1. inscriptus, *de Meiris in festivitatibus Sanctorum*. Sed quid hæc vox sonet, non facile est divinare, tametsi vir doctissimus suam conjecturam adscripserit.

MEIRINUS. Vide *Majorinus*.

MEITERIA, mensuræ frumentariæ species. Acta Capituli Eccles. Lugdun. an. 1347. fol. 126. v. *Tres meiteriæ avenæ ad mensuram veterem*.

Meiteriata, modus agri, tres *meiteriatas*, seu mensuras frumenti producens. Charta Rainaudi Comitis Forensis an. 1263. *De cujus feodo dictæ tres meiteriatæ terræ existunt*, &c. Occurrit pluries.

MEKOTES. Fridegodus in S. Wilfrido c. 22.

Gentiles stupuere nimis, sed summa mekotes
Regem cum ducibus paratos reddidit omnes.

MELAGIUM. Vide *Botagium*.

MELARIUM. Vide *Melum*.

MELCHITÆ, dicti Græci qui per totum Orientem longè lateque sparsi, Spiritum sanctum à solo Patre procedere, Purgatorium nullum existere pessimè credunt. Ita Gabriel Sionita de Nonnullis Orientalium urbibus c. 14.

MELDA, Manifestatio, in Legibus Adelstani Regis ex Saxon. Melð, indicatio, unde Melða, proditor, & Melð-feoh, indicationis pretium. Vide *Blanhornum*.

MELDEFEOH, Præmium indicationis vel delaturæ, à Saxonico Melð, indicium vel delatura, & feoh, *pecunia, præmium*. Leges Inæ cap. 20. *Qui investigabat eam*, (carnem furtivam) *habeat le Meldefeoh*. Vide *Delatura*.

MELGORIENSIS. Vide *Monetæ Baronum*.

MEILLEROLA, Liquidorum mensuræ species in Provinciæ Comitatu. Liber Rubeus Archiepiscopatus Aquensis ex Bibl. Regia: *Ecclesiæ quæ faciunt certam quantitatem vini domino Aquensi Archiepiscopo, videlicet, Ecclesia de Ventabrens facit meillerolas vini 12*.

MELOGARIUM. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. c. 20. *Poterisque optimè locum custodire, atque viam introitus longam cavare, & melogariis & sabulo desuper operire*. Cap. 26. *In capitibus parvi baculi vel melogarii*, &c.

MELICA. Charta Innocentii IV. PP. apud Ughellum to. 2. p. 577. *Tam in frumento, hordeo, faba, melica, & alia blava, & leguminibus*, &c. an *milium*?

MELIFICARE, In *melos*, seu carmen redigere Chron. Abbatiæ Gemblacensis p. 530. *Vitam S. Vitoni Confessoris composuit, cantum etiam de eo melificavit*. Sigebert. de Scriptorib. Eccles. cap. 171. *Arte autem Musica, Antiphonas & Responsoria de Sanctis Malovo & Guiberto melificavi*.

MELINUS, Color luteus, seu colorem mali habens, ex Gr. Μήλινος.

Melinum præterea est color quidam nativus, & *optimus, quod ejus vis metalli per insulas Cyclades Melo dicitur*, ut habet Anonymus de Re architectonica cap. 27. ex Vitruvio lib. 7. cap. 7. ubi Philander. Adde Glossar. Græc. Lat. MS. Reg. Cod. 85. μελινὴ, *genus coloris*. Gloss. Lat. Gr. *Luteus*. μηλινὸν χρῶμα. Ita emendat Salmasius ad Plin. pro πηλινὸν, ubi plura de Melino colore p. 256. 257.

Melinoporphyrus, Color luteus purpureus. Charta donationis factæ Ecclesiæ Cornutianæ edita à Suaresio: *Vela loricata melinoporphyra uncinata duo*. Hinc etiam vox

Milinovultis, in Epist. Michaëlis Balbi Imp. ad Ludovicum Pium Imp. apud Baronium an. 824. n. 30. *Causa memoriæ dilectionis quæ inter nos est, misimus per prædictos missos nostros prasinovultim unum, milinovultim unum, Tyria duo, blattas veras duas, dirhodina duo*, &c. Ubi melius *melinovultim*, ut fuerit pannus nescio quis lutei coloris, ut *prasinovultim*, viridis. Si Græca suppeterent, fortasse vera notio erui posset: verùm ne & quis conjecturam nostram hac in re desideret, addam eam quam Fortunatus noster suppeditat lib. 8. Poëm. 9. de Floribus super altare:

Aureus ordo crocis, violis hinc blatteus exit,
Coccinus hinc rubicat, lacteus inde nivet.
Stat prasino-Venetus, pugnant & flore colores.
Inque loco pacis herbida bella putes.

Ex hoc, inquam, loco licet augurari, *vultim* hîc pro *Venetus* malè effingi, ut in Græcis voces istæ barbaricæ sic scriptæ fuerint μηλινοβένετος, & πρασινοβένετος. Ab eodem fonte vox *Rhodomelinus*, in eadem Charta Cornutiana, de quâ suo loco, ut & *Coccomelinus*, in eadem Donatione.

MELIORES, *Meliores homines*, *Meliores villæ*, Præcipui villæ cives, in Lege Longob. lib. 1. tit. 19. §. 27. in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 7. Auctor. Mamotrecti ad lib. Job. c. 12. *Optimates, i. Meliores*. Apud Tacitum lib. 13. *Patienda meliorum imperia*. Libellus supplex Presbyterorum Romanor. ad Honorium Imp. apud Baron. an. 419. n. 23. *Acclamatione totius populi, ac consensu meliorum civitatis*, &c. Gregorius Turon. lib. 1. Hist. cap. 29. *Senatores, vel reliqui meliores loci*. Charta Lotharii Regis Burgundiæ, Lotharii Imp. filii tom. 12. Spicilegii Acheriani: *per veriores melioresque homines hujusce rei veritatem investigaturum*, &c. Fulbertus Carnot. Epist. 15. *Si consentirent illis cuncti Marchiones Italiæ & Episcopi, ac cæteri meliores*. Otto Frising. lib. 1. de Gest. Friderici cap. 20. *Gladio exerto in meliorem & nobiliorem omnium Ravennatensium manum misit*. Arnoldus Lubecensis lib. 2. cap. 26. *Accidit ut — quidam Thetmarcus quemdam de melioribus terræ occidisset*. *Meliores regni*, apud Ericum Upsalensem lib. 4. Hist. Suecicæ p. 118. 128. & alibi. *Meliores terræ*, apud Sugerium in Ludovico VI. cap. 17. Adde Reginonem an. 756. Et Andream Monachum lib. 1. Vitæ S. Ottonis Episcopi Bamberg. cap. 43.

Meliores natu, qui aliis *Majores natu*, apud Gregorium Turonensem lib. 6. c. 45. lib. 7. c. 19.

MELIORARE, Meliorem, vel melius reddere, *Meliorer*. Vetus Charta apud Henschenium 26. Mart. p. 635. *Præstiti dimidiam comprehensionem illam in ea ratione, ut diebus vitæ suæ & filii sui meliorata fiant res ipsæ*. Utuntur Ulpianus l. 13. de Usufr. Gregor. M. lib. 1. Epist. 50. l. 2. Ind. 2. Ep. 52. lib. 3. Epist. 30. Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. c. 1. 6. & alii passim.

Melioratio, Ἐπιβελτίωσις in Glossis Gr. Lat.

Immeliorare servitium, in Capitulari 2. an. 813. c. 19. & in Charta Ludovici Pii in Vita Aldrici Episcopi Cenom. pag. 38.

Emelio-

Emeliorare. Baldricus Burgulienſis Abbas : *Emeliorasti ſubjectos, ordine, rebus, &c.*

Meliorare filium, ſervum, in Lege Wiſigoth. lib. 4. tit. 5. §. 4. in Lege Longob. lib. 2. tit. 20. §. 3. 4. aliquid donare quod præcipuum habeat. *Avantager*, noſtris. Ita

Melioramentum, uſurpat Contractus nuptialis inter Hermannum Comitem Kiburgenſem & Margaretam Sabaudam an. 1218. *Et ipſe Comes Artemannus donavit pro melioramento Margaretæ uxori ſuæ duo millia marcharum argenti quæ ipſa habere debet ſuper Friburgum:* Infrà: *Comes verò Vldricus donavit filio ſuo Artemanno extra partem filiorum ſuorum pro melioramento caſtrum de Medenges*, Charta alia an. 1267. deſcripta à V. Cl. Dionyſio Salvagnio Boiſſio : *Item voluit & ordinavit prædictus Humbertus in ultima voluntate ſua, quod Alaſia dilecta uxor ſua haberet tale donum, quod prædictus Humbertus eidem Alaſiæ quondam fecerat 30. librarum Viennenſium pro melioramento.* Obſervat porro idem vir eruditiſſimus interdum hanc vocem uſurpari pro emphyteſſi, *&c.*

Melioratus teſtis, Melior, in Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 4. § 6.

Meliosiſſimus, Optimus, in Lege Alemann. tit. 106. Edit. Heroldi. *Melliſſimus*, c. 75. in Cod. MS. *Meliorissimus*, in Capitul. ad eandem Legem editis à V. Cl. St. Baluzio c. 39. 43.

MELLA. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conſcientia : *Et certè Magiſtri illi quantumcunque probi eſſent, poſſunt bene ponere mellas ſuas, quia nullos haberent auditores.*

MELLARIUM, *Vas in quo mel conſervatur, vel in quo vinum ponitur, vel uvæ calcantur,* J. de Janua.

MELLETA. Vide *Mesleia.*

MELLICIDA. Conſtitutio Caroli IV. Imp. de Foreſtariis & Zeidlariis, an. 1358. apud Goldaſtum to. 1. Conſtit. Imperial. p. 369. *Foreſtarii & mellicidæ, qui Zeidlarii vulgariter nuncupantur.* Occurrit ibi non ſemel.

MELLICRATUM, Μελίκρατον, idem quod *Medo.* Petrus de Dusburg in Chron. Pruſſiæ cap. 5. *Pro potu habent ſimplicem aquam, & mellicratum ſeu medonem.*

MELLICUS, pro *mellitus*, Rythmi in obitum Henrici VII. Imper.

> *Veracem, fidum, mellicum,*
> *Verbisque ſerioſum.*

MELLITA. Potio confecta ex melle, cum ſcilicet *favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem*, ut ait S. Hieronymus Epiſt. 2. *Delibuta melle vina.* Epiſt. 99. Capitula Theodori Cantuar. c. 1. *Tres dies — à vino, medone, mellita, & cerviſia — abſtineat.* Adam Bremenſis c. 103. & Albertus Stadenſis an. 1025. *Ordinavit ut Canonicis in Dominicis diebus unicuique duplex detur mellitæ copia. Potio ex melle*, in Epiſt. Theodemari Abbatis ad Carolum M. *Potus in quo mel eſt*, in Ep. 62. Bonifacii Archiep. Mogunt. Idem quod *Pigmentum.* Vide in hoc verbo. *Mellita cerviſia*, non ſemel in Pœnitentiali MS. Thuano, & in Concilio Wormacienſi c. 30.

MELLITAS, Suavitas. S. Bonifacius Moguntinenſis Archiep. Epiſt. 1. *Quem mihi temporalis caducum auri munus, nec mellitate per blandimenta adulantium verborum faceta urbanitas aſcivit.*

MELLITOR, *Qui mel vel ceram conficit.* Fori Leirinæ : *Mellitor det per annum unum almude de melle, & unam libram de cera.*

MELLITUM, Vide *Mulſum.*

MELLOPROXIMI, qui à *Proximo ſcriniorum* primi proximique erant, proximè *Proximi* futuri, bienno veniente ; qui *Proximos* proximè contingebant : quibus etiam eadem quæ *Proximis* dignitas attributa. Vide l. 16. & 17. Cod. Th. de Proximis, & ibi Jacob. Gothofredum. Inſcrip. Romæ. *D. M. M. Aurelio Aug. lib. Iſidoro melloproximo à rationibus Hermes alumnus & Glycon nutritor & Maximus bene merenti fecerunt.* In alia Inſcript. 393. 5. *Spe Beneficiarius.* Idem valet ac *Mello-Beneficiarius.*

Melloproximatus. Conſtitutio Juſtiniani de Adjutoribus Quæſtoris, edita à Fr. Pithœo : *In aliis autem duobus ſcriniis, id eſt, Epiſtolarum & Libellorum, in ſecundum gradum venientibus & Melloproximatum ingredientibus, ut hi tantummodo licentiam ſibi haberent alium ſubrogare.*

MELNUS. Melinus color. Hariulfus l. 3. Chron. Centulenſis c. 3. *Caſulæ caſtaneæ 40. — galnæ ſericæ 5. Melnæ ſericæ 3. Melinum veſtimentum*, apud Plautum in Epidico.

MELOCINEUS. Carmen de Carolo M. quod Alcuino tribuitur:

> *Tecta melocineo fulgeſcit femina amictu.*

Iſidorus lib. 19. Orig. cap. 22. de Veſtibus : *Melocinia, quæ malvarum ſtamine conficitur, quam alii melocinam, alii molvellam vocant.* Papias : *Molocina veſtis, quæ albo ſtamine fit, quam alii malbellam vocant.* Idem : *Malbella quæ ex malvarum ſtamine conficitur, quam alii molocinam vocant.* Alii ex colore veſtem hanc dictam volunt, qui *Molochinus* vocatur, quòd malvæ, quam Græci μολοχὴν & μαλάχην vocant, colorem referat : nam & *Molochinarios* appellant Cæcilius, apud Nonium, & Plautus in Aulul. molochini coloris infectores.

MELODIA, Cantus Eccleſiaſtici ſpecies. Ordo Romanus : *Sequitur verſus, Epulemur, inde Melodia.*

MELODIMA, Μελοδήμα, Concentus. Vita S. Guillelmi Divion. c. 13. *Pſalmorum concentum diſtinguens, dulciſſimo decoravit melodimate. Melodioma*, Alano de Planctu nat.

MELODUS, Cantator. Auſonius in Profeſſorib. Burdegal. Carm. 16.

> *Te fabulantem non Vlyſſes linqueret,*
> *Liquit canentes qui melodas virgines.*

Milo Monachus Elnonenſis lib. 2. Vitæ S. Amandi cap. 1.

> *In caulisque jubes ſacris aſtare melodos.*

Melodi infantes, in Ordine Romano, noſtris *Enfans de Chœur.* Qui verò *Melodi* potiſſimum apud Græc. Byzantinos appellati fuerint, attigimus in Notis ad Alexiadem.

Melodus, Cantus. Prudentius Hymno 9. Cathemer.

> *Da puer plectrum choreis*
> *Ut canam fidelibus,*
> *Dulce carmen & melodum,*
> *Geſta Chriſti inſignia.*

S. Radbodus Epiſc. Carm. in S. Suibertum Epiſcopum:

> *Hic tibi ſuaviſonum pangit, vir ſancte, melodum.*

Meloda, eadem notione. Fortunatus lib. 9. Poëm. 7.

> *Cur mihi injungis lyricas melodas.*

Sidonius lib. 9. Epiſt. 15. *Melodis inſonare pulſibus*, id eſt, concentibus ſuavibus.

MELOQUINUS, Monetæ Italicæ ſpecies. Cencius Camerar. in Ceremoniali Romano : *Sciendumque quòd Cardinales omnes, Græci, Primicerius, — tale preſbyterium & taliter datum accipiunt, quale in die Paſchæ ſuperiùs nominatum recipiunt : Subdiaconi autem ſinguli ſingulos Meloquinos habent, quod tamen non fit in aliqua prædictarum ſolennitatum : nam non dantur eis, ſicut ibidem ſcriptum pleniùs invenitur, etiamſi 30. vel amplius eſſent, niſi 12. Meloquini.* Bulla Nicolai IV. PP. an. 3. de Cenſibus Eccleſiæ Roman. in Regno, Campania & Maritima : *In Archiepiſcopatu Barenſi, Eccleſia S. Benedicti 2. meloquinos.* Vide *Molachinus.*

MELOTA, *Taxus, animal mordax.* Ebrardus Betun. c. 12.

Eſt

Est arbor Taxus, si dicas, hac: animalque,
Hic, si pracedat: etiam Melota vocatur.
Dicitur à multis etiam sub nomine pellis.

Vide Silvestrum Giraldum in Topog. Hibern. dist. 1. c. 20. Theodemarus Abbas in Epist. ad Car. M. de *Melote* pellicula, de qua voce mox: *Quod tegumentum ideo sic appellatum est, quia solebant antiquitus de illius animantis pelle fieri, quod Melos propter rotunditatem sui corporis appellatur, quod genus bestiolæ à nonnullis Tacsus appellatur.*

MELOTE, Pellis ovina, ex Græco μηλωτὴ, à μῆλον, ovis. Glossæ vett. *Pellis lanata*, μηλωτὴ, ἀρνακίς. Eædem: Μηλωτὴ, *pellis*. Adde Hesychium in αἶλα. Glossæ MSS Reg. Μηλόνομος, ὁ τὰ πρόβατα νέμων, ... καὶ τὰ δέρματα, μηλωτάρια. Eucherius: *Melote, in Regum libro, pellis simplex qua Monachi Ægypti etiam nunc utuntur, ex uno latere dependens.* Glossæ Lat. MSS. Regiæ. *Melotes, pellis sordida, vel simplex, ex uno latere pendens, qua Monachi utuntur.* Papias: *Melotes, pelles ovium sordidæ. Melota, lanuta.* Glossæ Ælfrici: *Melotes vel pera*, ȝæꞇen, *vel* bſoccen ꝥooc, i. hircinus vel fractus roccus. Jo. de Janua: *Melota, quædam vestis de pilis vel pellibus illius animalis* (Melotæ) *facta, à collo pendens usque ad lumbos, qua Monachi utuntur, & iste habitus est necessarius propriè ad operis exercitium: eadem & pera, ut dicunt. Eliæ melotes*, apud Hieronymum & Paulinum Epist. 36. Cassianus lib. 1. c. 8. de Monachis Ægyptiis: *Ultimus habitus eorum est pellis caprina, quæ melotes vel pera appellatur.* S. Hieronymus in Præfat. ad Regulam S. Pachomii n. 4. *Caprinam pelliculam, quam melotem vocant.* Ruffinus de Vitis Patrum c. 9. *Melotem, quæ est caprina pellis. Melotes pellicea*, in Regula S. Isidori c. 13. Vita S. Aigulfi Abbatis Lirinensis: *Super quam* (feminam) *B. Aigulfi melotem imponentes, quasi è somno evigilans, coram omnibus surrexit.* Vita MS. S. Mauri Abbat.

Vidi melotam, dicens, super æquora notam.

Vita S. Fructuosi Archiep. Bracar. n. 4. *Melotem ex caprinis pellibus indutus.* S. Eulogius l. 1. Memorial. SS. de Monachis: *Qui illico relictis urbibus, & his quæ mundanis hærent actibus, avida rapiendi regnum Dei cupidine flagrantes, circuierunt in melotis & pellibus caprinis, egentes, angustiis afflicti, &c. Melotem* etiam S. Benedicto tribuit Gregor. M. l. 2. Dial. c. 7. & ea caput operuisse indicat, quod & affirmat Theodemarus Abbas in Epist. ad Carolum M. unde conficit Haeftenus idem esse cum cuculla, quod præterea firmat ex ordine Romano. Sed quod ait idem Theodemarus & Joan. Hierosolymit. de Instit. Monach. c. 38. *meloten* ita dictam, quòd ex pelle illius animantis facta esset, quod *melos* Græci, Latini *taxum* vocant, jure ab omnibus improbatur: quam sententiam attigit etiam Papias, & ex eo Ugutio, ubi de *Melote*: *Est verò propria ad operis exercitium, fiebat autē priùs de pelliculis melonum, ut quidam existimant, unde & melotum dicta.* Idem: *Melota ex pellibus caprinis esse dicitur, ex una verò parte dependens. Alii dicunt quòd ex pellibus asperi taxi, qui Melius dicitur, fiat, unde melota vocatur: qua utuntur Monachi in Ægypto propter asperitatem.* Μηλωτὰς Græci pariter Monachis non semel adscribunt, præsertim Ægyptiacis, ut S. Athanasius in Vita S. Antonii p. 120. & Palladius in Hist. Lausiaca c. 38. 48. 70. 83. 88. Idem sive alius Palladius in Vita Chrysost. p. 57. Editionis Bigotianæ: Λαβόντες αὐτῶν τὰς μηλωτὰς, &c. Μηλωτάρια aliis dicuntur. Gloss. MSS. Regiæ Cod. 1673. τὰ δέρματα, μηλοτάρια. Vita S. Nili Junior. p. 163. Ἁπάραντες σὺν μηλωταρίοις καὶ πεμελολαίοις, &c. Vide Isid. l. 19. c. 24. & Rosweidum ad Paulinum.

Melotina, Pellicula ovina. Vita S. Guthlaci c. 30. & Ordericus Vitalis lib. 4 pag. 539. *Lutherio melotinæ, in quo solebat orare, ipsum circumdedit* id est, lodice ex pelle agnina.

MELUM, Pom..., ex Gr. Μῆλον. *Melum coroneum*: apud Innocen... C..lis literar. p. 236.

Melartum Pomarium melis (μήλοις), hoc est. malis, consitum, Wendelino. Lex Salica tit. 39. §. 8. *Si quis impotos de melario aut de pirario tulerit, &c.* §. 10. *Si quis melartum aut pirarium decorticaverit, &c.* Sed hic potius ipsæ arbores designari videntur, *pomier, poirier*. Italis, *Melario*, est alvearium unde mel eruitur.

MELUMEN. Petrus de Crescentiis lib. 4. c. 4. *Albarica* (vitis) *cum qua tinguntur alia vina, quæ nimis melumen tiguent, &c.* Ubi legendum *fulmen*, ex veteri Interprete Gallico, *qui double moult tempeste & orage.*

MEMBRANUM, Membrana, Charta, in Lege Longob. lib. 1. tit. 29. §. 1. Suidas: Περγαμηναὶ, αἱ μεμβράναι, αἱ διφθέραι. Charta Arechis Ducis Longob. apud Ughellum in Arch. Benevent. *Per suum membranum firmitatis & absolutionis, &c.* Mox: *Juxta membranum ipsius Episcopi.* Adde p. 617. 636. & Vitam S. Theodardi apud Catellum p. 757. Vide S..lmasium ad Hist. Aug. p. 447.

Membranum purpureum, quod inficitur colore purpureo, in quo aurum & argentum liquescens ...escat in literis, Isidoro l. 6. Orig. c. 11. Hieronymus in Præfat. in Job: *Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque inscriptos, &c.* Idem Epist. *Inficiuntur membranæ colore purpureo, aurum liquescit in literas, gemmis codices vestiuntur, &c.* Theonas Episcopus: *Veteres item codices pro indigentia resarciri procuret, ornetque non tantùm ad superstitiosos sumptus, quantum ad utile ornamentum, itaque scribi in purpureis membranis, & literis aureis totos codices, nisi specialiter Princeps demandaverit, omnia tamen Cæsari grata, maxima cum obedientia prosequetur.* Chron. Fontanellense cap. 16. *Quatuor Evangelia in membrano purpureo ex auro scribere jussit Romana litera. Lectionarium etiam in membrano purpureo argenteis scriptum literis ornatumque tabulis eburneis.*

MEMBROSITAS, *Membrorum magnitudo* Ugutioni & aliis.

MEMBRUM, pro *Membrana*, interdum usurpatum docet Salmasius ad Hist. August. p. 157.

Membrum. Chronicon Besuense p. 689. *Dedit S. Petro Besuensi mansum.—singulis annis nummos 12. duoque membra, sive duas gallinas in Natale Domini persolventem.* Tabularium Conchensis Abbat. in Ruthenis Ch. 44. *Et donat de censiva 9. denarios Pogesos, & ad Calendas duos membros, &c.* Mox: *In alia appendaria vallença de censum 4. denarios Pogesos, & unum membrum, & un.. emina de vino, &c.* Ch. 151. *Quatuor festarios de civata, & 4. membros de porcos, &c.* Tabularium Prioratus Dominæ in Delphinatu: *Ad Natale Domini alterum receptum de 4. membris de carne, &c.* Fol 108. *Demanso in villa Narisia servitium per Kalendas, 4. membra de carne, & 4. panes, &c.* Ubi *membrum* idem valet quod *perna*.

Membra volatilia, quæ motum habent. Leges Opstalbomicæ c. 18. *Mutilationes membrorum volatilium ex indignatione factas, utpote oculorum, pedum, manuum vel labrorum, puniantur, sicut de homicidiis est præmissum.*

Vita & membrum: Formula usitata in hominiis, qua vassallus domino cavet, ne vita ei eripiatur, aut in membris lædatur, curam præcipuam se adhibiturum. Regestum Tol. ... Cameræ Comput. Paris. fol. 1. & alibi passim: *Omnia servitia quæ fidelis vassallus facere debet bono domino suo fideliter exhibendo, & specialiter vitam & membrum vobis per solennem stipulationem bona fide promitto, & inde ligium homagium vobis facio, &c.*

Membrum loricæ, Pars feudi loricæ, atque ut definitur in veteri Jure municipali Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. c. 23. *Membre de fieu de Hauberc est l' uitisme partie del fieu de Hauberc, & toutes les autres parties qui sont*

sont contenües sous le menor membre, si come la septisme partie & la sisisme, & ces autres ensuivantes. In nova Consuetudine art. 336. & 36 .. licet feuda omnia nobilia dividi non possint, si feminæ tantum hæredes superfint, feuda loricæ inter eas dividi possunt usque in octo partes, quæ *membra loricæ* appellantur, eoq; casu habet unum quodque membrum, jus curiæ, usagium, jurisdictionem, & gagium plegium. Charta Philippi Augusti Regis Franc. an. 1218. *Exceptis bosciis & feodis loricæ & membris feodorum loricæ, &c.* in Herouvalliano Regesto fol. 176.

MEMENTO, Pars Canonis Ecclesiastici, in qua mentio fit vivorum & defunctorum, quæ incipit ab hac voce. Architrenius lib. 3 cap. 22.

Item in eodem ortu q; sui natura Memento
Nemo sibi os habeat od.o, &c.

Vulgaris loquendi formula.

MEMINERE, pro *Meminisse*. Chrodegangus Metensis Episcopus in Regula Canonicor. c. 56. *Meminere debent Canonici quòd nec Davide sanctiores, nec Salomone sapientiores possunt esse.*

MEMORALIUS, *Actuarius*, ὑπομνηματογράφος, in Gloss. Gr. Lat.

MEMORAMENTUM, *Monimentum*, in Gloss. Ison. Magistri.

MEMORANDA, Adversaria, Gallis, *Memoires*. Monasticum Anglic. tom. 2. p. 803. *Vobis mandamus quod si per registra, rotulos, & memoranda vestra, aut alio modo legitimo vobis constare poterit, &c.* Vide *Memoralia*.

MEMORIA, Monumentum, sepulcrum, μνημεῖον. Festus: *Monumentum est quod mortui causâ ædificatum est, & quidquid ob memoriam alicujus factum est, &c.* Florentinus IC. *Monumentum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita, in qua si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet sepulcrum.* S. Hieronym. in cap. 22. Esaiæ: *Quod non tam tabernaculum & domus, quàm sepulcrum & memoria appellandum est.* S. August. de Cura pro Mortuis gerenda c. 4. *Non ob aliud vel memoriæ vel monumenta dicuntur ea quæ insignita fiunt sepulcra mortuorum, nisi quia eos qui viventium oculis morte subtracti sunt, ne oblivione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam revocant, & admonendo faciunt cogitari: nam & memoriæ nomen id apertissimè ostendit, & monumentum, eo quòd moneat mentem, id est, admoneat, nuncupatur, &c.* Idem in Ps. 48. *Pompa est funebris, excipitur sepulcro pretioso, involvitur pretiosis vestibus, sepelitur unguentis & aromatibus, deinde memoriam qualem habet, quam marmoratam? vivit in ipsa memoria ille ubi mortuus est.* Infrà: *Quando cogitat sibi memoriam marmoratam aut exsculptam facere, quasi de domo æternâ cogitat, quasi ibi maneat ille dives.* Vide eund. l. 22. de Civit. Dei c. 10. Vetus Inscriptio: *Servilius Troilus se vivo comparavit memoriam sibi & suis.* Alia: *Comparaverunt sibi memorias duas.* Occurrit non semel in aliis vett. Inscriptionibus. Vitalis Agrimensor: *In aliis locis memoriam in finem constituimus.* Ita apud S. Athanasium in Vita S. Anthonii c. 3. μνῆμα pro sepulchro sumitur, ut μνήματα, in Novel. Justin. 135. c. 3. Vide S. Hieronym. Epist. 17. sub finem.

Memoria, dicta præsertim Christianis Oratoria, in quibus reconduntur Sanctorum corpora; interdum ipsa reliquiarum conditoria. Lucifer Calaritan. lib. 2 pro S. Athanas. p. 112. 1. Edit. *Cùm sis memorias Beatorum Martyrum instaurans.* S. Augustin. l. 10. contra Faustum Manichæum c. 21. *Populus Christianus memorias Martyrum religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & ut meritis eorum consocietur atque orationibus adjuvetur: ita tamen ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum sacrificemus, quamvis in memoriis Martyrum constituamus altaria.* Consultatio Zachæi l. 1. c. 18. *Non tamen Deus dicitur, cujus effigies salutatur, nec adolentur thure imagines, aut colendæ aris superstant, sed memoriæ pro meritis exponuntur, ut exemplum factorum probabilium posteris præstent, aut præsentes pro abusione castigent.* Paulinus Epist. 13. *Ipsum tempus ante meridiem in votis nostris, quorum cura veneramus, per Apostolorum & Martyrum sacras memorias consumentes.* Itinerarium Hierosolymit, seu Burdegalense: *In Therebinto Cebron mil. VII ubi est memoria per quadrum ex lapidibus miræ pulcritudinis, in qua positi sunt Abraam, Isaac, Jacob, &c.* Utuntur passim Scriptores, Acta martyrii S. Saturnini in Prologo & c. 3. n. 16. Gregor. Turon l. 1. Miracul. c. 27. Aimoinus l. 1. de Mirac. S. Bened. c. 28. 29. Adamnanus de locis SS. l. 2 c. 10. Lupus Ferrariensis in Vita Maximi Trevir. cap. 6. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiensium cap. 38. Vita S. Walarici c. 29. n. 39. Anastasius in Vitis PP. p. 3. Liber Miracul. S. Leutfredi, Rudolphus in Vita S. Liobæ cap. 24. 25. Lib. 1. de Miracul. S. Dionysii cap. 5. &c. Adde Balduinum ad Optatum p. 100. 1. Edit.

Memoria, Exequiæ. Provinciale Cantuar. Eccl. l. 3. tit. 14. *Peractis à viris Ecclesiasticis mortuorum memoriis, &c.*

Memoriæ, anniversarii Sanctorum dies, seu festa. Joannes Hierosolymitanus lib. 3. in Strategmata B. Job: *Propterea & memorias Sanctorum facimus, & parentum nostrorum vel amicorum in fide morientium devote memoriam agimus, &c.* Anastasius Biblioth. in Histor. Eccles. *Festus Senator urbis Romæ missus ad Anastasium propter quasdam civiles utilitates, memorias sanctorum Apostolorum festive'a'e majori petiit celebrari.*

Sanctæ memoriæ. Magno de Notis: *S. C. M M. Sanctæ memoriæ.* Epitaphium in Cathedrali Ecclesia Vasionensi. † *Hic in pace requiescit sanctæ memoriæ Eripius Pbr. qui vixit ans. XXVII. mens. . d. XXVIII. Ob VIII. Kl. Februar. P. C. iterum Agapiti V. C. Cons. 4.* Commonitorium Marii Mercatoris §. 1. *A quo. in Paulino Diacono sanctæ memoriæ Ambrosii Mediolanensis Episcopi, &c.* Vide Ughellum tom. 1. Ital. Sacræ pag. 948. & 1052. *Bonæ memoriæ.* Aliud Epitaphium: *Obiit bon M. Cæsaria medium noct. D. Dominico inlucescente VI. Idus Decembr. quatragies, & VI. P. C. Basilii junioris V. CC. ann. XII. regn. domini Childeberti Reg. Ind. quinta.* Adde Joannem Sponum in Antiquitatib. Lugdun. pag. 48. 49. 66. 74. 202. 226. *Beatæ memoriæ.* Marius Mercator lib. Subnotat. cap. 9. *Sanctæ ac beatæ memoriæ Augustini Episcopi, &c.* *Perennis memoriæ*, Constantinus M. de Constantio Patre, in l 6. Cod. Th. de Cohort. Μακαρίας μνήμης, de eodem Augusto, apud S. Athanasium in Epist. ad Constantium. *Triumphalis memoriæ*, in l. 1. Cod. Si nuptiæ ex rescripto petantur, & in Collat. 3. Carthagin. c. ult. *Venerabilis memoriæ*, apud Facundum Hermianensem lib. 4. c. 4. *Augustæ memoriæ*, apud eundem lib. 12. c. 3. de Marciano Imp. *Principalis memoriæ*, in Diuino Romano p. 56. de Theodosio Imperatore. *Clarissimæ memoriæ.* Magno de Notis: *C. M. V. clarissimæ memoriæ vir.* Vide l. 1. Cod. Th. de Annona & trib. l. 14. de Navicular. *Illustris memoriæ*, apud Willelm. Tyrium lib. 6. c. 23. lib 20. cap. 3. l. 21. c. 1. lib. 22. c. 10. *Spectabilis memoriæ*: in leg. 45. de Hæretic. *Admirabilis memoriæ*, apud Vigilium Tapsensem pag. 52 S. *Felicis memoriæ*, apud Victorem III. lib. 1. Dial. *Apostolicæ memoriæ*, de Summo Pontifice, in Epist 9. Hadriani II. PP. *Hilaris memoriæ*, de Guillelmo de Campellis Episcopo Catalaunensi, apud Joan. Sarisber. lib. 3. Metalogic. c. 9. *Bonæ & jucundæ recordationis*, apud eundem Epist. 39. Neq; tantùm istæ formulæ de mortuis usurpatæ; sed etiam de superstitibus, ut apud Eddium Stephanum in Vita S. Wilfridi cap. 21. *Porrò beatæ memoriæ, adhuc vivens gratia domini, Arco Episcopus, &c.* Cui scilicet librum suum dedicat. Adde cap. 53 61. Unde

61. Unde verò eæ ortæ formulæ, docet Goarus ad Euchlog. p. 144.

MEMORIALE, idem quod *Memoria*, Monumentum, ſepulcrum. Ordericus Vitalis lib. 7. p. 648. *Memoriale ejus ſuper ipſam ex auro gemmis mirificè conſtructum eſt, & epitaphium hujuſmodi literis aureis comiter exaratum eſt.* Utitur & lib. 8. p. 663.

Memoriale, Memoria. Geſta Regum Francor. c. 1. *Cœperuntque ædificare civitatem ob memoriale eorum, appellaruntque Sicambriam*, id eſt, in eorum memoriam. Charta Hugonis Capeti Regis pro Monaſt. Foſſatenſi in ejuſd. Monaſterii Tabulario f. 13. *Noſtrum memoriale conjugiſque meæ ſeu filii noſtri Roberti Regis ac conſortis regni noſtri æternaliter fundendo pro nobis preces inibi habeatur.*

MEMORIALES, qui in *ſcriniis Memoriæ* militabant, de quibus lex 2. Cod. Th. de Privileg. eor. qui in ſacro Palat. &c. S. Ambroſius Epiſt. ad Marcellam: *Palatina omnia officia, hoc eſt, Memoriales, Agentes in rebus, Apparitores diverſorum commodorum.* Vetus Codex Priſciani MS. laudatus à Steph. Baluzio: *Fl. Theodoſ. V. D. Memorialis ſacri ſcrinii epiſtolarum, & Adjutor Quæſtoris ſacri Palatii, &c.* In Concil. Aquileienſi ſub Damaſo PP. extat Epiſtola Marcelli *Memorialis*. Concil. Calchedon. Act. 4. Ἐλπίδιος μεμοριοφύλαξ τῶν Προκοπίου ἐστί. *Memoriarum ſeu monumentorum cuſtos.* Eoſdem eſſe putat Meurſius, qui poſterioribus dicti ſunt οἱ ἐπὶ τῶν Ἀναμνήσεων.

Memoriales videntur appellati in vetere Conſuetud. Bituric. apud Thomaſſerium p. 335. quos *Graphiarios* dicimus, ſeu *Greffiers*. Statutum an. 1327. pro Caſtelleto Pariſ. in Regeſto temporalitatum Cameræ Pariſ. Comput. f. 105. *Ceux qui ſeront les memoriaux ſeront perſonnes ſouffiſans & jurez, & ne feront memoriaux ne accors, ſi les parties ne ſont preſentes, & a accort de l'eſcriture, & jureront les Advocats qu'ils ne contrediront les memoriaux que plaider auront, ains les accorderont ſelon ce que plaidé auront, & y ſeront iceux Notaires mis & eſtablis, de par le Prevoſt, bons & ſouffians, &c.*

Memoriales membranæ, in Inſcript. Codicis Carolini MS. apud Lambecium l. 2. Commentar. de Biblioth. Cæſarea cap. 5. quæ conſervant memoriam, & ab oblivione vindicant. Capit. Caroli C. tit. 32. §. 12. *Et in ſuis memorialibus adnotent de quibus Comitibus commendaverint.* Eodem ſenſu quo *memoriales libri* apud Suetonium, & *memoriales tituli* apud Agellium.

Memorialis cuculla, Vide *Cuculla*.

MEMORALITER, *pro memoriter*, uſurpat Eddius Stephanus in Vita S. Wilfridi cap 2. *Omnem pſalmorum ſeriem memorialiter & aliquantos libros didicit.* Adde cap. 3. 49 61.

MEMORATORIUM, Notitia, *breve rememoratorium*. Leo Oſt. l. 1. c. 47. *Non autem videri ſuperfluum eſt, ſi hoc loco memoratorium quod prædicti Abbatis—ſtudio geſtum reperimus de rebus & cellis hujus Monaſterii—annectimus.* Vide *Breve rememoratorium*, & *Notitia*. Aliud ſonat in Vita S. Licinii Epiſc. Andegav. n. 24. *Præcepit ante ſe memoratum leproſum adducere, & de cibo ſuo reficere, & poſt completum memoratorium eum ſibi præſentari: peracto autem Completorio tota nocte, &c.* Ubi videtur ſumi pro Completorio.

MEMORIOSUS, *Qui memoriam habet; Memor verò, beneficus, vel qui defenſionis memor eſt.* Papias. Gloſſæ antiquæ MSS. *Capax, memorioſus.*

Memorioſus, *Bonæ memoriæ*. Epitaphium Petri de Cernitis Legum Doctoris Bononienſis, apud Ghirardaccum lib. 22. Hiſtor. Bonon. pag. 143. *Hic jacet vir memorioſus D. Petrus de Cernitis Legum Doctor legaliſſimus, ſepultus 1328. 13. Decembr.*

Memoroſus, μνημημονικός, *Memorabilis*, in Gloſſ. Gr. Lat.

MENAGIUM, Familia, Gall. *Meſnage*. Charta Joan. Regis Scotiæ apud Walſingham. p. 66. & in Chron. Trivetti ann. 1296. p. 677. *Fidelitatem & homagium—ratione terrarum quas in noſtro regno tenebant, & etiam ratione menagii, ſeu retentionis noſtræ—vobis reddimus per præſentes.*

MENAGIUM, pro Homenagium. Vide in *Hominium*.

MENATA, *clandeſtinum conſilium*. Ex Gall. menée. Formula 24. ex Andegavenſib. *Quaſi animalia per ſua menata eos ducere habuiſſet, & ipſa animalia per ſua menata aliquas mortas fecerant, &c. ipſa pecora illi exorticaſſit, &c.* infrà: *Et ipſi illi taliter locutus fuit, quod nec ſua animalia nunquam menaſſit, nec per ſua menata ipſa animalia degere nunquam habuiſſit, &c.*

MENCALDUS, Menſura frumentaria, in diœceſibus Cameracenſi & Atrebatenſi nota. Charta Nicolai Epiſc. Cameracenſis ann. 1161. in Tabul. Montis S. Martini. *Statutum eſt etiam quòd 17. mencaldi de frumento, quorum cumulus abraſus fuerit fuſte ad ſuſtem dabuntur pro modio frumenti, & 16. mencaldi de avena cumulati dabuntur pro modio avenæ.*

Mencaldata, Gall. *Mencaudée*. Charta anni 1209. *Quatuor modiatas & quinque mencaldatas nemoris de Hangcourt reclamarunt.* Occurrit paſſim in veteribus Chartis ap. Joan. Carpentar. 4. parte Hiſt. Camerac. p. 26. 29. 40.

MENCALIS. Charta Hiſpanica apud *Yepez* in Chronico Ordin. S. Benedicti to. 6. p. 353. *De ſingulis quibuſque annis ducentos mençales, quibus incipiatur dormitorium, quod ego complere me ſpondeo, ſi vita comes fuerit.*

MENCEPS, *Mente captus, inſanus.* Ugutioni. Φρενόληπτος.

MENDA. Chronicon aulæ regiæ cap. 23. *Curta & arta cum quadam menda circa cubitum dependente, in tunica, quæ quaſi auris circumvolat aſinina, jam videntur plurium veſtimenta.* Ubi legendum puto *mencha*, ex Gallico, *Manche*, id eſt, *manica*, dependens à cubito.

MENDACILOQUUS, ψευδολόγος. Vetus verſio Epiſtolæ S. Pauli ad Timotheum, in Conciliis Sirmondi to. 1. pag. 211. *Intendens Spiritibus ſeductoribus & Doctrinis dæmoniorum & mendaciloquorum.* Ita Lucifer Calaritanus pag. 328. i. Edit. *mendaciloquentium* præfert.

MENDUM, Damnum. Charta an. 1180. apud Georg. Pilonum in Hiſt. Bellunenſi pag. 90. *Et ſi contigerit quòd aliquis ex ſupradictis fecerint aliquod factum, unde mendum exire debeat, vel propter jam dictam ſocietatem aliquid ex ſuis bonis amiſerit, præfatum Commune pro eo mendum facere debet, & amiſſa in integrum ſtaurare.*

MENEIA. Charta Edw. I. Regis Angliæ ap. Gul. Prynneum in Libertatib. Eccleſ. Anglic. tom. 3. p. 672. *Ita quod hi qui dictam venationem illuc deferent, ſingulis annis faciant duas meneias ante magnum altare S. Petri Weſtmonaſterium, &c.*

MENERES. Vetus Charta Aragonenſ. to. 8. Spic. Acheriani p. 268. *Et inſuper vobis dono omnes paſturales, aquas & aquales, boſchos & meneres, præſentia & futura, &c.*

MENESTRALLUS. Vide *Miniſtralis*.

MENETUM. Leges Foreſtarum Scotic. cap. 2. §. 3. *Et ſi ſolus fuerit Foreſtarius, debet crucem facere in terra, vel arbore, ubi animalia inveniuntur, & ter cornuare menetum.* Ubi Skeneus annotat, *menetum eſſe* ſpeciem

ſpeciem & formam cornu lignei, quod ſi inflatur, magnum & raucum edit ſonum: illud fortè quod *Gracile* appellabant, quod acutum, tenuem, & *minutum* (unde vocis etymon) ſonum redderet. Chronicon Bertrandi *du Guesclin MS.*

Leurs trompetes ont fait ſonner & graloter.

Μινυρίζειν Græci, *minurire* Latini dicunt gracilem ſonum edere. Apud Spartianum in Geta, *palumbes minurire* dicuntur. Porro *menutum cornuare*, ſic expreſſit *le Roman de Roncevaux MS.*

A ſept cens grisles font ſonner la menée.

Alibi:

De l' Oliphant la lumiere dorée.
Miſt à ſa bouche, ſi corne la menée.

Le Roman de Garin:

Sonnent cil greſlle, & cil Olifant cher,
Cil menuel prennent à rechigner.

Vide *Gracile.*

MENEVERUM. Jo. Forteſcutus de Laudibus Legum Angliæ: *Capitium ejus non alio quàm menerero penulatur.* Ubi expreſſit noſtrum *Menuvair.* Vide in *Varius.*

MENOMINIA. Vide *Mœnidia.*

MENGERIUM, Paſtus, ex Gallico *Manger.* Charta Philippi Regis Franc. an. 1283. qua idem Rex pro quadam commutatione inter Theobaldum Epiſcop. Dolenſem & Simonem de Claromonte Dom. *de Heſſe,* dimittit 8. *libras pro uno mengerio, &c.*

MENOSCABARE, detrimentum pati, vox Hiſpanica *Menoſcabar.* Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 6. titi Actus Curiar. §. 10. *Quod tales teneantur ſatisfacere parti læſæ totum illud quod ratione dictæ colluſionis perdiderint, vel menoſcobaverint, &c.*

MENSA. Tumba, lapis qui ſepulcro inſternitur, *Table de pierre.* Miracula S. Columbani c. 9. *Juſſit ſupradicto magiſtro, ut ad ſacratiſſimum corpus cum magna reverentia accederet, menſamque ſublevaret.* Marmor repertum an. 122 . in Area SS. Martyrum Fauſtini & Jovitæ, Brixiæ in Italia, apud Aſcanium Martinengum in horum SS. Viris: *Fauſtino & Jovitæ Martyribus Victor Maurus ex voto poſuit menſam civibus ſuis.* In Inſcriptionibus ſepulcralibus non ſemel occurrunt hæc verba, *Menſam contra votum poſuit,* 850. 6. 1049. 9 Obſervat porro Scaliger ad Feſtum *menſas* in ſepulcris poſitas, quòd ad ea res divinæ fierent ſacro parentali.

Menſa Cypriani, Carthagine, dicitur locus ubi martyrium conſummavit, ubi poſtmodum in memoriam menſa erecta eſt, *non,* inquit S. Auguſtin. Serm. 113. de Diverſis, c. 2. *quia ibi eſt unquam Cyprianus epulatus, ſed quia ibi eſt immolatus.* Extant aliquot Sermones ejuſdem S. Auguſtini ad hanc menſam habiti. Vide Enarrat. in Pſal. 38. & 80. & Serm. 137. de Tempore, præterea S. Fulgentium homil. 56.

Menſa, Altare ſacrum, in quo ſcilicet ſacrum convivium peragitur id eſt, in quo ſacra Euchariſtia conficitur & percipitur, unde & divina Euchariſtia *menſa* nuncupatur ab Apoſt. 1. ad Corinth. 10. *Non poteſtis,* inquit, *menſæ Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum.* Ubi menſa Domini eſt ipſa Euchariſtia, cui nomen iſtud inditum à loco, in quo à Chriſto inſtituta fuit: quam itidem exemplo Pauli ſic ſæpe Patres nominant, tum Græci maximè, apud quos frequens eſt uſurpatio hujus appellationis cum diverſis quæ adjungunt epithetis: ἐπουράνιος τράπεζα, in Jacobi Liturgia, à Chryſoſtomo in allatum Pauli locum, ἱερὰ μυστικὴ, φρικώδης paſſim vocitatur. Neque mirum *terribilem* appellari, ut quæ nobis repræſentet τὰ φρικτὰ μυστήρια, ut Græci loquuntur Patres. Neq; aliud, opinor, eſt, jurare κατὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος τραπέζης, apud Palladium in Vita Chryſoſt. p. 51. quàm jurare per ſacram Euchariſt. Nicol. I. PP. Epiſt. 2. *Altare ſanctum, in quo Deo omnipotenti ſacrificiorum vota perſolvimus, lapis eſt naturaliter communis, — quia verò ſacratum eſt Dei adjutorio, & benedictionem ſuſcepit, menſa ſancta efficitur.* Paulin. Nat. 9.

Namque & Apoſtolici cineres ſub cælite menſa
Depoſiti, &c.

In Capitul. Caroli M. an. 769. c. 14. vetantur Sacerdotes Miſſas celebrare, niſi *in menſis lapideis ab Epiſc. conſecratis.* Vide Deſcriptionem noſtram Ædis Sophianæ n. 53.

Menſa Canonica, ad quam unà convivabantur Eccleſiarum Clerici Gregorius M. l. 3. Epiſt 37. *De Fortunato autem fraternitatem veſtram eſſe ſollicitam volumus, ne vobis à malis hominibus in aliquo ſubripiatur. Nam audio eum cum deceſſore veſtro ad menſam Eccleſiæ per annos plurimos nunc usque comediſſe, inter nobiles conſediſſe, &c.* Gregor. Turon. de Vitis Patrum c. 9. *Ut nec ad convivium menſa Canonicæ cum reliquis accederet Cler.* Idem lib. 10. Hiſt. c. 31. de Baudino Epiſc. Turon. *Hic inſtituit menſam Canonicorum,* id eſt, ut in commune veſcerentur. Hinc

Menſa, dictum quicquid ex bonis alicujus eſt, bona ipſa, patrimonium, dominicum, denique quidquid ad *menſam inſtruendam,* id eſt, ad veſcendum, ſeu ad vitæ commoda neceſſarium eſt, aut conducit; noſtris vulgo *Menſe.* Fleta l. 5. c. 5. §. 18. *Dominicum eſt propriè terra ad menſam aſſignata.* Cyprianus in Vita S. Cæſarii Arelat. *Donec omnes ab ipſo eſſent redempti eo argento, quod venerabilis Eonius anteceſſor ejus Eccleſiæ menſæ reliquerat.* Charta an. 850. apud Meuriſſium in Hiſt. Epiſc. Metenſ. p. 137. *Ut nullus prædictam villam tollat, alienet, abſtrahat — ab altare B. Arnulphi, & menſa Fratrum Monachorum.* Alia Steph. Epiſc. Metenſis apud eundem p. 415. *Nemo autem nos de menſa noſtra quicquam recidere, aut ab Eccleſia Metenſi aliquid alienare conceſſione tali arbitretur.* Adam Bremenſis c. 103. *Clauſtrum renovavit, & Canonicis menſam ipſe primus inſtituit. Priùs enim cùm præbenda ferè tenuis videretur, adjectis ex ſua parte quibusdam decimis, ita ordinavit, ut albus detur Fratribus panis ultra ſolitam annonam cotidiè.* In Epiſtola Joannis II. Archiep. Lugd. ad Glaſcuenſem Epiſc. *in civitate Beneventana, quæ propriè ad menſam Apoſtolicam pertinet, rectorem Dominus Papa ordinat,* Tabularium Eccleſiæ Auguſtod. an. 922. *Villam Eccleſiæ S. Nazarii deſtinamus, obſecrantes ut nullus Epiſcopus aut Comes à menſa eorundem Canonicorum ſubtrahere præſumat.* Eodem ſenſu *menſa Epiſcopatus,* in Geſtis Innocentii III. PP. p. 10 . *Menſa Epiſcopalis,* apud Anſelmum Leod c. 71. *Menſa Epiſcopi,* apud Baldricum in Chron. Camer. lib. 3. c. 49. *Menſa Patriarchalis,* in Epiſt. Clementis VI. PP. an. 1342. apud Waddingum. *Menſa regalis,* apud Silveſtrum Giraldum in Topogr. Hibern. diſt. 3. cap. 5. *Totam Midiam menſæ regali appropriavit.* Monaſticum Anglicanum to. 2. p. 846. *Abſtulit et etiam Rex — Eccleſiam de Simondburne, quam appropriavit menſæ ſuæ.* Hinc in Conſuetudinibus municipalibus dominus feudalis dicitur prædia vaſalli ſui unire ſuæ menſæ, *Unir à ſa table,* in Turonenſi art. 279. &c. Vide Stephanum Tornacenſem Epiſt. 77. 227. 229. Geſta Abbatum Lobienſ. p. 559. to. 6. Spicilegii Acheriani, Bovonem Sithienſem Abbatem de Invent. S. Bertini c. 6. Privilegia Eccleſiæ Hammaburgenſis p. 178. 190. Perardum in Burgundicis p. 47. 52. Buzelinum in Gallo Flandr. p. 331. Probat. Hiſt. Guinenſis p 43. Boſquetum ad Innoc. III. p. 141. &c. Ita *Tabula* uſurpatur in Tabulario Abbat. Conchenſis in Ruthenis Ch. 56.

Et

Et si, quod absit, advenerit aliquis Abbas aut Monachus, qui hunc honorem vellet auferre de Tabula sanctæ Fidis, &c.

De mensa alicujus esse, id est, de familia, unde *Commensales*, domestici. Tabul. Fiscanens. an. 1103. f. 58. *Et homines qui sunt de mensa ejus, capient lepores in Warenna Abbatis.* Libertates Villæ de S. Palad. in Biturigib. an. 1279. *Præpositus noster adversus aliquem supradictorum hominum per hominem de mensa & de cibo suo nihil poterit probare nec disrationare.* Adde Thomasser. in Consu. Bitur. p. 64. 68.

Mensam tenere, Convivio excipere, nostris, *Tenir table*. Anastas. in Stephano IV. PP. *Tribuensque denuo, ut mos est, pacem, ascendit sursum, & mensam, ut assolent Pontifices, tenuit, sedentes cum eo aliquanti ex primatibus Ecclesiæ & optimatibus Eccles.* Guill. Bibl. in Stephano VII. *Per omnia sacri Palatii perrexit vestiaria, quæ in tantum devastata reperit, ut de sacratis vasis, quibus mensas tenere festis diebus Pontifices consueverunt, paucissima invenirentur.*

A mensa separari, Excommunicationis, seu *Epitimii*, species apud Clericos & Monachos, qua qui damnabatur, ἀπευλογίας dicebatur, quòd Abbatis benedictione in mensa privaretur. Regula S. Benedicti c. 31. *Si quis Frater in levioribus culpis invenitur, à mensæ participatione privetur.* Ebo Remensis Archiepiscopus de Ministris: *Omnes negligentias omnium publice deprehensas in Capitulo omnium Fratrum judicio puniens his tribus modis, id est, aut carcere, aut separatione mensæ, sive in omnium verberum diversitate.* Adde Regulam S. Cæsarii c. 11 & Concilium Arelatense an. 1260. c. 11. præterea Constitut. Ord. Præd. dist. 1. c. 18. §. 2.

Cùm excommunicatis porrò non licebat cibum sumere: unde qui à Christianorum conviviis arcebantur, excommunicati censebantur. Vincentius Lirinensis Commonit. 1. *Quid est devitare? cum hujusmodi nec cibum sumere.* Versus antiqui:

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Si tamen paterfamilias domus excommunicationis sententiâ fuerit innodatus, à participatione ipsius familia excusatur, ut est apud Innocentium III. in Gestis ejusdem PP. p. 80. Vide *Excommunicatio*.

Scribunt Saxo-Grammaticus lib. 10. & Sueno in Legib. Castrensib. c. 5. statuisse Kanutum Magnum Daniæ Regem, ut Curiales in capessendo mensæ discubitu, ordine quo quisque Militaris muneris advocationem sortitus fuerat, uteretur, locoque antecelleret, qui prior obsequio foret. Unde si quis delictum commisisset, non alia ei imponebatur pœna, quàm ut à consueto loco ad inferiorem transferretur, atque adeo tot gradibus discubitu indignior fieret, quot vicibus sodalem offendisset. Quòd si quarto se quis eodem reatus genere maculasset, discreto à Milite loco, mensæ alienus fiebat, commilitonum nemini catino aut calice communicabat: neque enim ter veniam experto ulteriùs ignoscendum putabat: quia sua jam noxa pœnam meruit, qui se ea toties affecit. Ita Grammaticus. Sueno vero paulò aliter: *Si quem obstinata præsumptio ternis excessibus inobsequentem notaverit, & resipiscere detrectaverit, extremum omnium locandum statuerunt, imò decreverunt, ut quilibet convictorum ossa in eum pro arbitrio suo jactaret, nec quisquam propterea temeritatis aut petulantiæ argueretur. Insuper ut illi in potu & cibo nemine communicante, solus suo catino contentus esset & poculo.*

Mensa rotunda. Vide *Tabula rotunda.*

Mensa, Stallum. Concilium Monspeliense an. 1258. cap. 3. *Clerici mercimonia publicè exercentes, operatorium scilicet, sive mensam, hypothecam vel similia pro vendendis mercibus tenentes, &c.* Vide *Tabula.*

MENSALE, *Mensalis*, Mappa, linteum stragulum, quo mensa insternitur. Glossæ antiquæ MSS. & ex iis Papias: *Mantilia, mappæ villosæ, mensales.* Idem: *Mensale, dictum quod in mensa est.* Glossæ MSS. *Mappæ, Epularum mensalia.* Brito in Vocabular. *Mappa, quod mensale dicitur.* S. Audoënus in Vita S. Eligii: *Vestimenta etiam & lectuaria, ac linteamina, mensalia, necnon, &c.* Anselmus Canonicus Leod. in Wazone Episcopo Leod. *Alii mensas & mensalia conculcantes, de ipsis mensis in medium refectorium saltum dederunt.* Ratherius Veronensis in Qualitatis conjectura p. 260. *Scamnalia non quærit, mensalibus indiget, lectisterniis mediotribus, cæteraque supellectile delectatur.* Galfridus de Vino salvo in Poëtria MS.

Venit in opprobrium mensæ mensale lutosum,
Panis furfureus, cibus asper, potus amarus.

Occurrit præterea in Speculo Saxon. lib. 1. art. 22. §. 4. art. 24. §. 2. l. 3. art. 38. apud Udalricum in Consuet. Clun. l. 3. c. 21. Vincent. Belvac. l. 26. c. 62. in Statutis Ægidii Episc. Sarisberient. an. 1256. in Vita S. Willelmi Abb. Roschild. n. 21. in Archithrenio lib. 2. c. 15. &c.

Mensale dividere. Joannes à Leydis lib. 31. c. 50. *Anno Dom. 1395. in festo Epiphaniæ Domini, cùm illustrissimus Dux Willelmus Comes de Ostervant sederet ad mensam Francorum Regis cum multis aliis Principibus, ecce, supervenit quidam Heraldus, scindens & dividens mensale ante jam dictum Comitem Willelmum, asserens non decere Principem sedere aliquem ad mensam Regis, qui clypeo seu armis privatus esset. Et cùm idem Guillelmus respondisset se habere clypeum & arma, rursus Heraldorum Senior ait, Nequaquam, domine mi, quia Willelmus quondam Comes Hollandiæ tuus quondam proavunculus nedum interfectus est à Frisionibus, sed & hodierna die adhuc invindicatus jacet in terra inimicorum suorum. Ab illo die idem Willelmus Comes cogitare cœpit, qualiter confusionem illam à se removere posset.* Willelmus Heda: *Anno eodem Willelmo Comiti Hollandiæ assedenti mensæ Regis Franciæ, fecialis quem Heraldum vocant, laceravit mantile sibi antepositum, objiciens indignum fore, quòd aliquis interesset mensæ regiæ carens insigniis armorum, innuens insignia ipsius Willelmi apud Frisios Orientales amissa.* Tractatus MS. de officio Heraldorum. *Se aucun Chevalier ou Gentilhomme avoit fait trahison en aucune partie, & estoit assis à table avoec autres Chevaliers, ou Gentilshommes, ledit Roy d'armes ou Heraut lui doit aller coupper sa toüaille devant lui, & lui virer le pain au contraire, s'il en est requis par aucun Chevaliers in Gentilshommes, lequel doit estre prest de le combattre sur cette querelle: car ce n'est pas belle chose, que un traistre soit honnouré comme un autre Chevalier, ou Gentilhomme.* Denique Alanus Charterius in Quadrilogo invectivo pag. 451. *Cettui Bertrand laissa de son temps une telle remonstrance en memoire de discipline, & de Chevalerie, dont nous parlons, que quiconque homme noble se fourfaisoit reprochablement en son estat, on lui venoit au manger trancher la nape devant soi.*

Mensale, aliàs *Supertunica*, quòd mensalis speciem referret. Provinciale Ecclesiæ Cantuar. lib. 3. tit. 1. pag. 127. *Nolumus prohibere, quin Clerici apertis & patientibus supertunicis, aliàs mensalibus nuncupatis, cum manicis competentibus locis & temporibus opportunis — uti valeant.* Ubi Lindwodus *Mensalia* sic dicta ait, *quia in eis solebant utentes sedere ad*

 mensam:

mensam : & erant hujusmodi supertunicæ antiquæ vestes praparatæ ad parcendum vestibus magis pretiosis, maximè tempore prandii vel cœnæ, quibus temporibus solent comedentium & bibentium vestes cibo vel potu ab ore cadente deturpari.

MENSALES *termini*. Vetus Agrimensor. p. 255. *Termini sunt majores qui juxta flumina positi sunt, Mensales vocantur.* Quòd *mensarum* formam referrent.

MENSATA, Unius *mensis* servitium, quo Milites in Aragonia Regi obnoxii erant, quos inde *Ricos hombres de la Mesada* appellabant, ut observat Hieronymus Blanca. Ximinus Petri Salanova Justitia Aragonum tit. de Privilegiis Baronum: *Item servatur de ussanzia, quemlibet Ricum hominem debere servire in anno suis expensis per Mensatam, quæ durat, sive computatur à die qua incipit ire ad Regem usque ad reversionem, juxta generale privilegium domini Regis Petri.* Et de Militum privilegiis: *Miles, vel aliquis de genere ejus, non tenetur facere pro denariis, quos tenet, mensatam suis expensis, sed Rex tenetur ei providere juxta numerum bestiarum, quas duxerit. Quæ mensata per Ricos homines non fit, nisi propter calonias quæ sunt eis concessæ.* Eadem habet Vitalis Oscensis Episcopus Apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio Forror. Arag. *Qui tenent cavallerias honoris, tenentur servire D. Regi tempore guerræ per tres menses in anno, in eundo, stando & redeundo.* Vide *Servitium fallitum*.

Mensata, Annona aut cibus ad unum mensem. Chronicon Fontanellense cap. 8. *Mensatas ad unumquemque mensem sufficientes præberent alimoniam, &c.* Actus B. Hugonis Archiepisc. Rotomagens. MSS. *Mensatas in hoc Cœnobio constituit, deputatis videlicet villis, quæ per unumquemque mensem sufficientem præberent alimoniam.*

MENSIS *intrans, stans & exiens.* Scriptores, & Diplomata, aut Regesta ævi medii, hoc est, post annum 1000. crebrò hæc verba ingerunt, dum rerum gestarum characterissimos per dierum & mensium notas scrupulosiùs consignant. Ex quibus menses integros in duas distinxisse ac divisisse sectiones, non Italos modò, sed & Gallos nostros colligimus, sumpto primæ mensium partis initio à primo mensis die, alterius verò à decimo-sexto. Diversus tamen fuit utriusque partis numerandæ & computandæ modus. Nam prima mensis pars ordine consueto dinumerabatur, sumpto à primo ejusdem die principio, usque ad decimum quintum; altera autem sumpto ab ultimo mensis die initio, ordine retrogrado, non à Kalendis & à primo succedentis mensis, ut apud Latinos, ita ut decimus-sextus fuerit ultimus secundæ partis. Rollandinus qui vixit anno 1265. in tractatu Notularum, seu de Arte Notariæ: *Ponitur dies in instrumentis diversimode: uno modo secundùm consuetudinem Bononiensem in hoc exemplo, primo die intraute Majo, & sic de singulis usque ad 16. transactis autem 16. ponuntur per Exeunte, hoc modo, 15. die exeunte Majo, 14. die exeunte Majo, & sic de singulis usque ad penultimum diem: in penultimo dicunt, Penultimo die Maji: & in ultimo dicunt, Ultimo die Maji: & ita de singulis mensibus qui habent 31. diem. In aliis autem qui habent 30. dies, procedunt similiter usque ad 15. per hanc dictionem, Intrante; & finitis 15. diebus primis, descendunt per alios 15. cum hac dictione, Exeunte. Semper in prima die cujuslibet mensis non ponatur, Intrante; & in penultimo & ultimo non ponatur, Exeunte.* Aliam methodum edidit ex MS. Cod. doctissimus Mabillonius lib. 4. Analect. vet. p. 480. hac ratione: *Mense Januario intrante dies duo, & exeunte dies septem. Mense Februario intrante dies novem, & exeunte dies quinque. Martio intrante dies tres, & exeunte dies octo. Majo intrante dies sex, & exeunte dies octo. Junio intrante dies novem, & exeunte dies novem. Julio intrante dies quatuor, & exeunte dies decem. Augusto intrante dies sex, & exeunte dies duodecim. Octob intrante dies novem, & exeunte dies duodecim. Novembri intrante dies 8. & exeunte dies duo. Decembri intrante dies duodecim, & exeunte dies tredecim.* Hæc per otium expendat Lector, quæ cum Rollandino & Chartis non quadrant. Est igitur *Mensis intrans*, Pars prima mensis. Vetus Charta apud Ughell. to. 2. p. 465. *Anno D. 1259. Indict. 2. die 14. intrante Madio, &c.* Adde p. 653. Epitaphium Ægidii Dini Judicis Patavini, apud Schraderum: *Cujus anima 1283. Ind. 12 15. intrante Januario sui corporis nexu soluta duteo, &c.* Nihili est quod habent viri doctissimi ad 20. Martii pag. 202. & 204. ubi *die 19. intrante mense Aprili*: quippe mendum est in numeri nota, quæ fortè est 10. aut 9. Vide Inscriptiones Puccinelli pag. 57. *Mensis exiens*, Mensis pars altera, cujus dies, ut diximus, ordine retrogrado computantur, sumpto ab ultimo initio. Vetus Charta apud Georgium Pilonum in Historia Bellunensi lib. 3. p. 111. *Anno ejusdem Nativit. 1220. Indictione 8. die Dominica 8. exeunte Madio, &c.* quo quidem anno litera Dominicalis fuit ED. Et fol. 117. *Anno Domini 1236. Indictione 9. die Veneris 11. exeunte Madio, &c.* quo ann. lit. Dominica fuit FE. Alia Charta apud Ughellum tom. 2. pag. 468. *Acta sunt hæc Anno Domini 1274. Indictione 2. die 3. exeunte Septemb.* Alia apud eund. pag. 647. *An. 1214.—die 7. exeunte mense Octob. Ind. 2. &c.* Adde p. 1010. tom. 5. pag. 767. 768. 769. 775. 830. Statuta Venetorum à Jacobo Theupulo Duce Venetorum facta, exarata dicuntur, *Currente anno Dominica Incarn.—die 6. exeunte mense Sept. Ind. 1.* Vetus Charta apud Hieronymum *dalla Corte* lib. 1. & 6. Hist. Veron. *Anno 1194. Indict. 12. die Dominico, duodecimo exeunte Martio, &c.* quo anno litera Dominicalis erat B. & ita 12. exeuntis Martii erat vigesimus. Scheda alia apud Ughellum in Episcopis Veronens. tom. 5. p. 757. *Die Veneris 8. exeunte Januario—anno 1186.* quo litera Dominiealis erat E. Ita dies 8. exeuntis Januarii, est 24. Vide Hist. Cortusiorum lib. 1. c. 3. Anonymum in Miraculis S. Ursmari n. 26. Vitam B. Luchesii Tertiarii n. 5. Miracula B. Ægidii Minoritæ n. 105. &c.

Mensis stans, instans, astans, idem qui *exiens*. Richardus de sancto Germano p. 1010. *Die Mercurii octavo stante Julio in vigilia S. Jacobi, &c.* qui & Julii 24. Diurnus Romanus cap. 2. tit. 1. *Die enim ill. instantis mensis obiit.* Charta apud Ughellum in Episcopis Veronensibus pag. 772. *Die 10. instante Martio, &c.* Ibid. *Die 10. inst. April.* Interdum & sæpe *dies stans mensis* scribitur. Apud eundem tom. 1. part. 2. pag. 202. *Anno Dom. 1203. Indict. 6. mense Augusti die quinta astante.* Apud Falconem Beneventanum pag. 319. Anacletus pseudo-Pontifex dicitur obiisse anno 1138. *septimo die stante mensis Januarii*, hoc est, 25. ex quo error deprehenditur Baronii, qui perperam hæc verba ad septimum Januarii retulit, ut cùm scripsit Innocentium II. PP. captum à Rogerio Rege Siciliæ anno 1140. *die decima mensis Julii*, cùm Falco, à quo exscripsit, tradat captum *decima die stante mensis Julii*, hoc est, 22. Julii. Ita apud eundem Falconem, Rainulphus Dux Apuliæ dicitur obiisse *ultimo die stante mensis Aprilis*, quod rectè idem Baronius ad ultimum Aprilis conjicit. Romualdus Salernitanus ann. 1177. *Apud Vetustam usque in quartam feriam, quando jejunium inchoatur, nono scilicet die intrantis Martii demoratus.—13. die residuo stante mensis Martii ad portum Venetiæ aura stante secunda pervenit.* Ubi 13. *dies stans Martii*, est 19. non 23. ut est in

est in margine. Idem Romualdus hoc ipso anno: *Celebrato ibidem festo Virginis*, (Assumptæ) *altero die Hadriaticum mare intrantes, aura flante secunda, nono die stante mensis Augusti sani & incolumes cum omnibus suis Barolum descenderunt.* hoc est, 23. August. Idem rursum: *Sequenti vero die Dominica, octava scilicet die residua stante mensis fuit in vigiliis B. Jacobi, &c.* Denique anno 1178. *Anno Dominicæ Incarnationis 1178. mense Augusti, 11. Indict. quarta die stante ejusdem mensis, videlicet in festo Decollationis B. Joannis Baptistæ, &c.* qui in 29. incidit.

Mensis restans. Charta an. 1187. apud Ughellum in Neapol. Archiep. n. 13. *Octavo die restantis mensis Madii.*

Sed & hæc numerandi ratio in recensendis mensium diebus obtinuit in Francia nostra. Extant siquidem in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Parisiens. Chartæ complures, quæ sic clauduntur: *Actum tali die introitus vel exitus talis mensis*, v. g. fol. 10. *Actum anno Domini 1246. feria 5. tertio die introitus mensis Madii.* Eo an. litera Dom. fuit G. Alia fol. 73. *Hæc omnia fuerunt sic posita & concessa 13. die introitus mensis Novemb. feria 1. anno 1244.* quo litera Dominicalis fuit CB. Fol. 103. 15. *die introitus mensis Octob. die Dominica ann. 1234. lit. A.* Et fol. 13. in Charta alia: *Nona die exitus mensis Januarii feria 2. anno Dom. 1244.* qui quidem annus 1245. numerari debet, sumpto scilicet à Paschate initio, quo litera Dominicalis fuit A. Et fol. 50. *In mense Febr. feria 4. in 14. die ad exitum ipsius mensis anno 1183. ab Incarnatione Domini.* hoc est, anno 1184. sumpto à Paschate anni initio: quo litera Dominicalis fuit AG. proinde usque ad 24. Febr. lit. A. cucurrit. Fol. 77. *Actum 8. die exitus mensis Sept. Sabbato anno 1245* quo litera Dominicalis fuit A. Alia f. 51. hæc verba præfert: *Hoc autem fuit 7. die exitus mensis Februarii, feria 1. anno 1236.* qui fuit annus 1237. sumpto à Paschate initio, quo D. littera Dominicalis cucurrit: ac proinde hic dies incidit in 22. Febr. Alia fol. 72. *Hoc fuit ita laudatum & concessum 2. die exitus Februar. feria 6. ann. 1248.* (hoc est, 1249.) quo litera Dominicalis fuit C. Fol. 79. *Act. ultima die mensis Decemb. feria 3. ann. 1247.* quo litt. Dominica fuit F. Ejusmodi porro loquendi, & mensium dies numerandi formulæ occurrunt etiam non semel in Regesto Majori ejusdem Cameræ Computor. Pariensi. hominia à Nobilibus Aquitaniæ Regi Angliæ Burdegalæ anno 1274. præstita continente.

Menses Paschales. Vide Bernonem Abbat. de Missa, cap. 6.

MENSOR, Agrimensor, apud Frontinum, Aggenum, Dolabellam, & alios. Alii sunt *Mensores* in Cod. Theod. de quibus est tit. 34. l. 6. Horum enim munus fuit hospitia Principi præparare, Palatinis Principem comitantibus singulis *deputatas domos enotare, & postibus hospitaturi nomen adscribere*, ut docet lex 4. de Metatis eod. Cod. ubi plura Jacobus Gothofredus.

MENSORIUM. Ugutio & Joan. de Janua: *Mensorium, quod est in mensa, ut mantile, & vas escarium.* Gloss. Saxon. Ælfrici: *Mensorium*, Meoԫe. in Gloss. Lat. Gall. *Chose de table, comme nape, écuelle, plat à servir à table.* Vide *Missorium.*

MENSULARII, Τραπεζίτας, qui Scriptoribus Latinis *Mensarii*, qui mensam exercent, apud Firmicum l. 3. Matth. c. 8.

MENSURA, Modus agri, vulgo *Mesure.* Chronicon Andrense: *Terra 12. mensurarum, boscus 30. mensurarum.* Occurrit ibi passim, & in Tabulario S. Bertini, in Probationibus Hist. Guinensis p. 96. 124. 125. &c.

Mensura, in liquidis Eckehardus Junior. de Casib. S. Galli c. 9. *Cum pane abundo & quinque mensuris de cervisia.*

Mensura Regalis, ad quam cæteræ mensuræ examinantur & reducuntur, in veteri Charta apud Will. Thorn. p. 1912. Edictum Pistense Caroli C. §. 20. *Ut Comes & reipublicæ ministri — provideant, quatenus justus modius, æquusque sextarius — in civitatibus, & in vicis, & in villis, ad vendendum & emendum fiat; & mensuram secundùm antiquam consuetudinem de palatio nostro accipiant, &c.* Mensuræ verò istæ publicæ in uniuscujusque civitatis Ecclesiis servari jubentur, in Novella Justiniani 128. & apud Julianum Antecess. cap. 555. Vide Notas nostras ad Alexiadem p. 384.

Mensura. Charta Dudonis Abbatis Dervensis in Tabul. ejusd. Monasterii: *Ut neque suis, neq. successorum suorum temporibus quisquam vel Ministerialium vel Officialium aliquam vim vel malam consuetudinem contra nostrum decretum inferre audeat, neque mensuras imponere, augere, minuere, neque carropera extorquere, &c.* Idem Tabularium: *Monachi S. Petri & B. Berchariii proclamationem fecerunt ad magnanimum Comitem Theobaldum, de superfluitate quam Comes Breonensis dominus Walterius faciebat eis. Quam proclamationem misit prædictus Comes in mensuram. Est autem talis mensura: Quando accipiendum erit opus castelli, & carroperum, accipiet Ministerialis S. Petri, & cum laude ipsius Ministerialis Breonensium Comitu, & accipient secundùm salvationem hominum S. Petri, & secundùm salvationem Comitis.*

MENSURARIUS, Qui res venales ad mensuram distrahit. Libertates concessæ Barcinonensibus à Petro Rege Arag. an. 1283. *Quòd quilibet civis Barcinonensis possit vendere oleum in domo sua, & quòd nullus mensurarius olei sit ausus vendere oleum.*

MENSURATE, Mediocriter. Fredegar. c. 84. *Erat sapiens, sed in primis cum simplicitate rebus mensurate ditatus.*

MENSURATICUM. Quòd pro mensura exigitur. Libertates Regni Majoricarum editæ à Jacobo Rege Arag. an. 1248. *Sitis franci & liberi ab omni lesda, pedatico, mensuratico, & penso, & ribatico, & ab omni questia, tolta, forcia, &c.* Mox. *Intelligentes quod homines Insulæ Majoricæ extra civitatem habitantes mensuraticum & pensum solvere consueverunt.* Alibi, de bladi venditione: *Soluto nobis & nostris jure nostro seu mensuratico consueto.* Occurrit etiam in Curia Generali Catalaniæ an. 1320. MS. in Charta Petri II. Regis Arag. an. 1283. pro libertatib Catalaniæ, & in Bulla Honorii III. PP. pro Ecclesia Senogalliensi, apud Ughellum to. 2. p. 959. &c. Vide Gloss. med. Græcit. in Μετρατικόν.

MENSURNUM, *Unius mensis, sicut Diurnum unius diei.* Papias. Liber de Disciplina Scholarium falsò Boëtio adscriptus c. 3. *Qui satyricis inhiabat atramentis mensurnus, historiographus persæpe diurnus, elegiaris annuus, &c.* Occurrit ibi rursum, & c. 4.

MENTAGRÆ *orbis terrarum*, dicuntur *Britonum Scottorumque particulæ* seu regiones, Cummiano Hiberno de Controversia Paschali.

MENTICULARE. Papiæ, *Dolis & fallaciis attentare, vel divinare.* Vide *Manticulare.*

MENTIO, Mendacium. Gloss. Lat. Gr. *Mentio*, ἀνάμνησις, καὶ ψεῦμα. Regula Magistri c. 15. *Si mentionem suadet frequenter, legatur ex diversis, ubi præcipit veritatem.* Hinc

Mensione

Mentiosus. Mendax. Gallis *Menteux*, vel *Menteur*. Lex Alemann. tit. 41. §. 1. de Judice: *Qui nec mentiosus sit, nec perjurator, nec munerum acceptor sit*.

Mentionarius, eadem notione, Impostor. Anastasius Biblioth. in Hist. Eccl. in Leone Isauro: *Dominus Abasgorum intimat Alanis, dicens, Ut invenio, alium talem mentionarium Justinianus non habuit, quem mittere debuisset, & commovere vos contra nos vicinos vestros: fefellit enim vos, &c.* Ubi Theophanes habet ψεύστην.

MENTIONALIS *sepes*. Vide *Mentonalis*.

MENTIONARIUS, Mendax. Paulus Diac. lib. 21. Hist. Misc. p. 643. Edit. Canisii: *Ut invenio alium mentionarium Justinianus, quem habuit, quem mittere debuisset*, Ubi Theophanes p. 328. ψεύστην habet.

MENTIRI, nudè pro *fidem mentiri*. Vide *Fides*.

Mentiri vadium. Vide *Vadium*.

MENTIRIOSUS, Papiæ, *Fallax aut mendax*.

MENTO, pro *Mentum*, usurpat Michaël Scotus de Physionomia c. 73.

MENTONALIS, *Mentionalis sepes*, quæ ad mentum usque pertingit. Lex Ripuar. tit. 70. §. 3. *Quòd si animal in sepem impalaverit, & ipsa sepis mentonalis non fuerit*. Perperam *mentionalis*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 90. ubi eadem habentur.

MENTOR, Papiæ, *Inventor*.

MEPE, Iberorum Regis dignitas ac appellatio, apud Georgium Pachym. l. 3. c. 21. & Phranzem l. 3. c. 1. Apud Galfridum Monemuthensem l. 7. c. 4. observo proceres quosdam, Hibernos, ni fallor, dignitatis *Map* passim donari, quæ fortè eadem cum *Mepe*: *Præter Consules prædictos venerunt non minoris dignitatis heroes. Donandus Map-apo, Chenes Map-choil, Penedurus Maperidur, &c.* Qui autem hìc *map* dicuntur, hodie *mac* videntur appellari, quæ vox præponi solet cognominibus complurium familiarum illustrium, ut discere est ex Britannia Camdeni p. 708. 709. &c. Edit. 3. verbi gratiâ, *Mac-connell, Mac-guir, &c.* Vide *Sepletus*.

MERA, Vide *Mora*.

MERACULA, Monetæ minutioris species: idem fortè quod *minuta*, λεπτόν. Plantavitius in Episcop. Lodovensib. an. 1187. *Ea lege ut Prior ab Episcopo — daret singulis Synodis sex denarios & meraculam unam, &c.* Vide *Merallus*.

MERAL. Vide *Amir*.

MERARIUM, ἀκρατοφόρον, in Gloss. S. Benedicti cap. de Vasis argenteis, vas nempe quo *merum* mensæ vel convivis infertur.

MERALLUS. Charta Guillelmi Comitis Nivernensis an. 1167. in Tabulario S. Stephani Nivern. *Ego Willelmus Comes Nivernensis dedi & concessi Bernardo Priori & Monachis S. Stephani Deo ibidem servituris, ut deinceps in burgo suo habeant merallum, & proprium servientem suum, qui proclamet per burgum vinum jure perpetuo possidendum*. Alia an. 1173. in eod. Tabulario: *Ego Guido Comes Nivernensis laudavi & concessi Ecclesiæ S. Stephani, & Bernardo ejusdem Ecclesiæ Priori, quòd marellum suum, & nuncium maralli sui publicè conclamare per totam villam Nivernensem, & curreret, sicut nuncii ceteri qui meos habent maralos, statuens deinceps, & inhibens, ne quis nuncio Ecclesiæ deferenti Maralum, impedimentum ullum facere præsumat*. Charta pro Vicario Bituricensi ex Tabul. S. Sulpicii Bitur. *Habebit — de cutis unam cutam: de merallis vitri, unum vitrum, &c.* Nos *Mereau*, & *Merel*, calculum putatorium vulgo dicimus. Usatica Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *Se l'en baille à aucun le merel en enseigne que il a aquité sa marchandise en la Vicomté de l'Eaue, & il avient que il le perde, &c.* Sed & *Meralleresse*, dicta olim obstetrix, nescio unde ducta vocis origine, nisi quòd pro mercede merallum acciperet. Regestum Domus publicæ Ambianensis sub ann. 1267. *Emmeline le Hardie a esté receuë à estre meralleresse, par la relation de plusieurs femmes qui sçavent comment meralleresses, se doivent contenir en ladite science, &c.*

MERANNUM. Vide *Materiamen*.

MERCARI dicuntur monetæ, quæ usum habent. Capitulare triplex Caroli M. ann. 808. c. 7. *Et illi denarii palatini mercentur, & per omnia discurrant*.

MERCARIA. Vetus Charta Pontii Comitis Tolosani an. 936. apud Catellum in Comitibus Tolos. pag. 9. *Cum silvis & forestis, & cum omnibus finalibus & mercariis & firnunjugiis, & cum hominibus & feminabus inde naturalibus, &c.* Vox fortè confecta à *marca*, limes.

MERCATUM, *Mercatus*, *Mercada*, Emporium, nundinæ publicæ, feriæ, Gallis, *Marché*, *Foire*. Cujacius ad tit. de Nundinis & mercatibus, ait *mercatus* esse parvas nundinas, in idiotismo, *Assemblées* neque adeo celebres ac nundinas: denique *mercatum* unius civitatis aut vici, *nundinas* verò esse unius provinciæ aut Imperii.

Mercatum, eadem notione. Capitulare de Villis cap. 54. *Unusquisque Judex provideat, quatenus familia nostra ad eorum opus bene laboret, & per mercata vagando non eat*. Adde Edictum Caroli C. in Carisiaco, & Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 56. §. 1.

Mercata autem diebus dominicis fieri vetantur in Capitulis Caroli M. lib. 1. cap. 145. in Capit. 1. an. 809. c. 18. & in Edicto Pistensi Caroli C. c. 19. Fiebant ea ut plurimùm sabbato, ut & hodie. Agobardus de insolentia Judæor. *Cùm — ne sabbatismus eorum impediretur, merc. ta, quæ in sabbatis fieri solebant, transmutari præceperint*. Cujus instituti hanc rationem afferri idem Scriptor, ut Christiani scilicet *sabbato ementes victus necessaria, liberiùs die dominico Missarum solennitatibus & prædicationibus vacent: & si qui de longè veniunt, ex occasione mercati tam vespertinis quàm matutinis occurrentes officiis, Missarum solennitate peracta, cum ædificatione revertantur ad propria*. Tabularium Conchensis Abbat. in Ruthenis Ch. 74. *Excepta medietate de mercato quod factum fuerit, sicut constitutum est, in sabbatis, &c.* Horum *mercatorum* sabbatinorum meminit etiam Aimoinus lib. 4. de Miraculis S. Benedicti cap. 46.

Quævis verò mercata Regum auctoritate instituta docet Edictum Pistense Caroli C. c. 19. adeo ut non omnibus Comitibus seu oppidorum & provinciarum præfectis ea instituere licitum fuerit. Adde Legem Longob. l. 3. tit. 18. *Mercatum annuale*, vel *hebdomadale*, in Charta Caroli Calvi an. 863. pro Ecclesia Lingonensi apud Perardum p. 48. & in Chartis Adalberonis Episcopi Metensis, & Leonis IX. PP. apud Meurissium in Episc. Metensib. p. 309. 355. apud Ughellum to. 2. part. 2. pag. 333. &c.

Hinc postmodum fluxit *jus* quod *mercati* vocant, ab ipsis principibus Dominis feudalibus indultum. Charta Ottonis Imp. apud Baldricum l. 1. Chr. Camerac. c. 112. *Dedimus jus, fas, atque licentiam faciendi, statuendi, ac construendi mercati, cum moneta, teloneo, banno, &c.* In iis porro mercatis ea est securitas ac immunitas, ut non infringantur absque gravi delicto, quod *mercatum frangere* vocat eadem Charta, nostri *Bris de marché*, ut est in Consue-

Consuetudine Andegavensi art. 79. & in Normannica art. 25. ubi perperam bis editum, *Bruit de marché*, pro *Bris de marché*. In mercatu denique Regum Edicta publicè relegi solita docent Capitula Caroli Calvi 28. extremo.

Mercatus, Forum, seu locus ipse, in quo nundinæ fiunt. Ditmarus lib. 7. de Kiovia: *In magna hac civitate, quæ istius regni caput est, plus quàm 400. habentur Ecclesiæ, & mercatus octo.*

Mercatus Palatii Teloncarius. Vide *Teloncarius*.

Mercatum, Comeatus, cibaria ad alimoniam exercitus, *forum*, interdum. Tudebodus lib. 1. p. 777. *Illic invenit Italicos & Longobardos, —quibus Imperator jusserat dari mercatum.* Eod. lib. *Venientibus autem nobis ante civitates eorum, imperabat civibus, ut nobis securè apportarent mercatum.* Vide Othonem Morenam in Hist. Rerum Laudensium pag. 13. 76. 77. 92. Frideric. I. imp. in Epist. ad Ottonem Frisingens. Episc. &c.

Mercadus, in Formula Lindenbrogii 161. Charta Caroli M. apud Doubletum p. 708. *Tam in civitates, castella, vicos, portus, pontis publicis, vel reliquas mercadus advenerint, &c.*

Mercada, in Formula Lindenbrogiana 11.

Mercatum, Contractus emptionis vel venditionis, nostris *Marché*. Statutum de decimis Saladinis apud Rigordum an. 1188. *Omnia mercata quæ facta fuerunt, —vel quæ deinceps fient, rata erunt.* De vocibus *Mercatus* & *Mercatum*, multa congessit Felix Osius in Notis ad Othonem Morenam in Hist. Rer. Laudensium.

Mercadare, Negotiari. Charta Pipini Regis, apud Doubletum p. 694. *Ad illos neculiantes vel mercadantes, &c.*

Mercandisare, Mercari, nundinari, mercaturam exercere. Leges Aluredi & Guthrumi cap. 10. *De illis qui mercandisant in diebus dominicis.* Utitur etiam Thomas Walsinghamus p. 357.

Mercatilo res dicuntur, quæ facilè distrahi possunt in commerciis vel in mercatis. Vetus Charta apud Gabriellam in Episcopis Magalon. p. 103. *Viginti modios boni frumenti mercatilis, & totidem modios boni vini puri & francæ mercatilis, &c.*

Mercandisia, Merces ex Gallico, *Marchandise*, & Anglico *Merchandise*, in Monastico Anglic. to. 1. p. 408. to. 3. p. 69.

MERCEDARIUS, Isidoro in Glossis, & Papiæ, *Qui pro labore sibi mercedem dat mercedem.* Jo. de Janua: *Mercedarius, & Mercedonius, servus, vel alius qui distribuit pecuniam sub domino suo.* Ælfricus in Gloss. Saxon. Mercedarii, (perperam Meicedarii) Hyr-gildan, i. qui mercedem solvunt. Glossæ à Scaligero laudatæ: *Mercedonius, qui solvit mercedem.*

MERCENARIA. Regestum Burbonense ex Camera Comput. Paris. fol. 11. *Ego Archembaudus Dom. Borbonii—concessi Matthæo de Monte acuto, & ejus heredibus de uxore sua procreatis mercenariam meam de Vitteribus Casis, sitam in Parochia S. Angeli, cum pertinentiis quadam mercenariis—quandiu dictus Matthæus & hæredes erunt mansionarii in terra mea*, &c.

MERCENARIUS, Mercator, minutæ mercis propola, vulgo *Mercier*. Teloneum Monasterii S. Audomari: *Magnus mercenarius, parvus mercenarius, &c.*

MERCENELAGA. Vide *Lex*.

MERCENNALE ordeum, quod Marcio mense seritur. Tabularium Abbatiæ Fiscanensis f. 126. & alibi passim: *Pagavit unt 6 minas ordei mercennalis.*

MERCERIUS, Minutæ mercis propola, *Mercier*. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 55. *Omnes Milites & pedites, tam mercerii, quam negotiatores.* Libertates urbis Sertelli an. 1285. *Mercerius alienus debet de leida unum obolum in die fori.* Adde Statuta Willelmi Regis Scotiæ.

Merceria, Minuta merx, in Charta Roberti Comitis Drocensis in Hist. Drocensi p. 250. Vide *Mercenarius*.

MERCES, Misericordia, Gall. *Mercy*. Gregorius M. l. 12. Epist. 17. *Prudentes viros, sicut estis, Regibus adhærere multorum solamen est. Nam dum præstantiorem sibi locum ad animæ utilitatem sive dacum incedunt, certum est, quia mercedis causas, ubi inveniunt, non postponunt.* Vide eundem lib. 4. Ep. 40. Faustus Regiensis in Epist. ad Felicem: *Cum jœneratores nostri sitis, incipitis nostri esse debitores, si quidem causa vestræ devotionis & mercedis vestræ materia sumus.* Athalaricus apud Senatorem lib. 9. Ep. 16. *Dignus enim locus est, qui & gloriosam mercedem nostram, & Senatus amplissimi laudabilia decreta contineat.* Desiderius Episcopus Cadurcensis Epist. 3. *Tam de nos servos vestros, quàm de cunctos fideles tat. grum dignamini habere mercedem.* Leidradus Archiepiscopus Lugdunensis ad Carolum Imp. *Per quam Deo juvante, & mercede vestra annuente, in Lugdunensi Ecclesia est ordo psallendi instauratus.* Hincmarus Laudun. Episc. *Cum—per wadia emendavero quod mi facium habebat, mandavitque mihi se velle ad mercedem vestram venire, & sustinere qualem illi communem gratiam habere fecerem.* Idem in satisfactione facta Carolo Regi. *Et inde precor vestram mercedem, ut vester animus sit placatus.* S. Benedictus Abbas Amanensis in Epist. ad Nebridium Archiep. Narbon. *Supplico, carissime Pater, ut sicut mercedem habuisti semper de Fratribus, qui degunt in Monasterio Aniano, ita, &c.* Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. Generalib. privileg. §. 6. *Pro unoquoque membro solvat mille sol. vel stet ad mercedem Domini Regis, &c.*

Merces quandoque sumitur pro gratuita indulgentia. Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 21. Lex Longob. lib. 2. tit. 18. c. 6. & Capit. Caroli M. an. 813. *Qualiter in domini Regis mercede eleemosyna fiat facta.* Capit. Car. C. tit. 16. c. 1. *Ut ad vos suos denominatos fideles in sua mercede transmitteret.* Tit. 30. *Sic erga me semper in sua mercede fecit, sicut & illum decuit, & mibi necesse fuit.* Vita S. Bathildis Reginæ n. 6. *Prohibuit hoc ipsa domina pro mercede sua, ut in hoc nullus facere præsumeret. Ex quo facto copiosam & valde magnam mercedem expectat.* Charta Aimonis Valentinensis Episcopi ex Tabular. Ecclesiæ Gratianopolitanæ fol. 70. *Et quoniam Arelas caput est, & esse debet istius Galliæ, proclamationem nostram ante præsentiam rectoris ejus deferre decrevimus, quatinus ne dedignetur merces ejus tantis patronibus prælibatis assensum accommodare.*

Alio sensu *in mercede*, vel *ad mercedem suam se facere dicebant*, quod spe fiebat divinæ remunerationis, & ad consequendam divinam *misericordiam*. Pipinus in Diplomate pro S. Dionysio apud Doubletum p. 696. *Propterea in nostra mercede, & in remedio animæ genitoris nostri Karoli, donamus ipsum locum, &c.* Lex Longob. l. 1. t. 93. §. 1. *Propter Deum & animæ suæ mercedem.* Epist. Hadriani PP. in Cod. Carolino 92. *Pro mercede animæ vestræ, atque sempiterna memoria.* Guillelm. Bibliothecarius in Stephano VI. PP. *Immo & pro perenni mercede in Ecclesia alias Sanctorum reliquias per diversos cardinales titulos—largitus est.* Inde hæc Formula eodem sensu in Chartis aliis apud eundem Doubletum pag. 700. 708. 712. & Ughellum to. 5. p. 618. *Pro mercedis nostris compendio—Pro mercedis nostræ augmento.* Adde Regulam S. Benedicti c. 59. Chartam Caroli C. in notis ad Lupum Ferrar. p. 510.

p. 510. Peradum in Chartis Burgundicis p. 19. Sammarthanos in Episc. Cabilon. n. 14. in Abbatib. p. 821. &c.

Merces, Arbitrium, voluntas. Homagium factum Joanni Episcopo Magalonensi à Guillelmo filio Mathildis Dom. Montispessulani mente April. 1184. *Audi tu Joannes Magalonensis Episcope. Ego Guillelmus Dom. Montispessulani filius Mathildis ab ista hora in antea personam tuam non capiam, vitam & membra tua tibi non tollam, nec homo nec femina meo consilio, vel meo ingenio. Et si in illo honore quem tu hodie habes & possides, & Canonici Magalonenses habent, & possident in Communia, vel in antea tu acquisieris meo consilio, & Canonici meo consilio acquisierint, ego Guillelmus tollerem, vel forisfactum ibi facerem, cùm tu me commonras per sacramentum infra* 40. *dies cabalmen o endrai* (al. *oredrai*) *ad oemendarai, vel ad tuam mercem men-contanrai, & ad mercedem Canonicorum similiter, &c.* Extat simile homagium Mariæ Guillelmi filiæ an. 1208. Vide *Misericordia*.

Mercedem referre, Agere gratias, quomodo dicimus; *Grand mercy*, pro *Ago tibi gratias*. Epistola Hildegarii Episcopi Belvac. ad Widonem Suessionensem Episcopum, ex Cod. Belvac. MS. *Multiplices cum flexis poplitibus referimus grates atque mercedes de tanto fœderis nostri erga nos amore, quem sceda nostris partibus directa retulit atque denotavit.*

MERCHETUM. Vide *Marchetum*.

MERCIA, *Merciamentum*, Mulcta, *amerciamentum, misericordia*, ex Gallico *Merci*. Monasticum Anglic to. 2. p. 14. *Item catalla furum, & merciæ quæ ex murdris vel a us forisfactis contingunt.* Pag. 16. exponitur *pecunia quæ dari solet pro murdro*. Pag. 17. *Si aliquis hominum suorum sit in mercia erga Regem, vel Ballivos suos, pro quacunque causa, vel delicto, vel forisfacto, merciæ & merciamenta prædictis Canonicis reddantur, servata Regia potestati justitia mortis & membrorum.* P. 18. *Catalia furum & mercia vel Misericordiæ quæ ex murdris vel ex aliquibus aliis forisfactis—contingunt.* Adde pag. 71. 138. 264. Hinc nostris *Reliefs à merci* dicuntur *relevia*, quæ mulctæ obnoxia sunt, si stato tempore non fiant. Vide *Amerciamentum*.

MERCIDIUS, *Propter mercedem dicens, vel loquens.* Jo. de Janua.

MERCIMONIATUS, Emolumentum ex mercaturis Angliæ Fisco obveniens, tributum quod Angli pendebant ob illatas in Daciam merces. Henr. Knygthon l. 1. c. 5. *Tertius filius vocatus est Godardus, quem feoffavit in Senescaria Daciæ, & in mercimoniatu Angliæ, quæ non se extendebant ad tantum valorem quàm nunc.*

MERCIMONIUM, Emporium, forum publicum. Hodœporicum S. Willibaldi Episcopi: *Ad loca venerunt destinata, juxta illud mercimonium, quod dicebatur Hamvic.* Mox de Rotomago: *Tentoria fixerunt in ripa fluminis, quod nuncupatur Sigona, juxta urbem quæ vocatur Rotum, ibi etiam fuit mercimonium.* Acta S. wnebaldi Abb. Ad *Ad loca venerunt venalia, quod est mercimonium.* Porro quod *mercimonium* in laudato Hodœporico dicitur, in Actis ejusdem S. Willibaldi *portus* nuncupatur: *Secus portum, quod dicitur Hamvic.* Vide *Emporium*.

MERCIMONIUM, Merces, præmium. Paschasius Radbertus in Epitaphio Vualæ lib. 1. cap. 7. *Hanc sibi hæreditatis computans partem, hanc lucri pretium, hanc justitiæ suæ mercimonium.*

MERCIPOTUS, Pignus contractûs, vel emptionis, in Decretis Hungaricis.

MERCOLION, *Murorum aggregatio.* Papias.

MERCORIS *dies*, pro *Mercurii*, habetur in veteribus Tabulis. Vide Perardi Burgundica p. 157. 166.

MERDARE, Cacare, apud Albertum Argentin. in Chr. p. 208.

MEREMIUM. Vide *Matriamen*.

MERENIGÆ, *Manifestæ turpitudines, sive ingrata fabula, macula.* Papiæ MS. in Edito habetur *Meretriga*. In MS. Collegii Navarræi: *Menerigæ, manifesta turpitudines, sive ingrata macula.*

MERENTES, Milites. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 4. *Si aliquis—de hoste ad domum suam refugerit, aut de domo sua in hostem profici et noluerit, in conventu merentium publice centea flagella accipiat, &c.*

MERERE *alicui*, Remunerari, seu potiùs beneficium agnoscere, *Reconnitre un bienfait, Meriter envers quelqu' un.* Capitula Caroli C. tit. 16. cap. 7. *Quia nulli de ista causa volet reputare, sed totum ex corde dimittere, quod in illius persona in ista commisit, & suum servitium, quod illi & antè fecit, & adhuc Deo juvante faciet, debitè & rationabiliter vult illi merere.* Tit. 21. c. 2. *Deus omnipotens nobis donet, ut vestram fidelitatem & vestrum adjutorium, quæ semper contra nos cum omni Barnatu demonstrastis, vobis sic merere possimus, sicut antecessores nostri vestris antecessoribus in bene meruerunt, & nos vobis cum omni bonitate volumus commerere.*

MERETRICIUM, Stuprum, adulterium. Libertates concessa Reomagenti in Urb Alphonso Comite Pictaveri in 1270. MSS. *Si aliqua mulier de extra villam, quæ sit maritata venerit, in dictam villam, fecerit meretricium cum homine dictæ villæ, &c.* Charta Occitanica habet hoc loco, *ara fait adulteri.*

MERGA, à *mergo* dicitur: *furca cum qua cona segetis portatur.* Jo. de Janua.

MERGERIA. Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: *Et dono post discessum meum mansum de Festale, cum omnibus appenditiis suis, & totam illam terram quæ fuit adjuncta ipsi manso per mergeriam, quod vocamus Medietatem laboris.* Vide *Medietaria*.

MERGONES, Corvi marini, apud Fridericum II. Imper. lib. 1. de Venat. cap. 2. 4. 55.

MERGORÆ, *Situlæ quibus aqua de puteo trahitur*, in Glossis Isid. Joan. de Janua: *Mergus, goris, situla, cum qua aqua de puteo trahitur, & dicitur à mergo, is.*

MERGORESUS. Vide *Moneta Melgorensis*.

MERGREVE, vox conficta ex Maꝛe, Saxon. & ʒꝛeve, Comes, quasi major Comes, vel dominus. Leges Edw. Confess. c. 35. *Teutonici, Frisones, & Flandrenses Consules suos Mergreve, quasi majores dominos, vel bonos pacificos vocare solent.* Vide *Marggravius*.

MERICULUM, Potio vini pura. Gloss. Græc. Latin. MS. Ἄκρατον, *Merum, purum.* Ἀκρατόριον, *Mericulum.* Edit. ἀκρατάριον. Vide *Merus*.

MERIDIANA, *Somnus meridianus*, Sidonio lib. 1. Epist. 2. Ὕπνος ἀμφὶ ἡμέραν μέσην. Procopio lib. 1. de Bello Vand. c. 2. qui Monachis, si non præscribitur, saltem permittitur in Regula S. Benedicti cap. 48. *Meridie pausare*, in Capitulari Aquisgran. an. 817. c. 17. *Meridianam pausare*, in Libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 17. 22. 35. ibidem cap. 37. *In æstate hora meridiana potest qui vult in dormitorio legere; sed cavere debet, ne in reversione foliorum strepitum faciat. In illa hora debent Fratres vestiti jacere, & cavere debent ne vel pedes extra lectum extendant, vel in ipso lecto competenter nudi appareant.* Adde Usus antiq. Ord. Cisterciensis c. 84. Regulæ monialium B. Mariæ de Sopewel, in agro Herfordensi in Anglia: *Et en estéen temps de la meriene soient les hus de le parlour & de la gardein*

gardein, & les fenestres devers la cuisine clos, & ne soient pas ouvert tant que home soune à houre de None, qui sera chantée apres la meriene. *Meridianæ* autem incipiebant in Dominica Ramis palmarum, ut est in Consuetudinibus Floriac. pag. 396. *à die Iduum Maiarum usque in diem Iduum Septembrium*, in Regula Pauli & Stephani Abbatum cap. 11. Has Kalendis Octobris finiri annotat Lanfrancus in Decretis Ord. S. Bened. cap. 1. sect. 1. & 4.

Meridianæ jejuniorum, seu in diebus jejunii post Sextam, *breves* esse jubentur, adeo ut *momentaneæ & simulatitiæ* dicantur in Statutis Cluniac. Petri Venerab. cap. 24. & apud Udalricum lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 29. Vide Haeftenum lib. 12. Disquisit. Monast. disquisit. 4.

Meridiari, Meridianum somnum carpere. Vox Latinis Scriptoribus etiam nota. Regula Magistri cap. 50. *Statim post dictam Sextam, tam post prandium, quam in jejunio omnes modicè in suis lectis meridientur.* Ordinarius Præmonstr. cap. 15. pag. 909. *Ab hac die (octava Paschæ) usque ad Exaltationem S. Crucis quotidie meridiari solemus.*

MERINUS. Vide *Majorinus*.

MERITORIUM, Lupanar, in Actis Proconsularibus martyrii SS. Didymi & Theodoræ n. 2. *Judex dixit: Jusserunt Imperatores vos quæ estis virgines, aut diis sacrificare, aut injuria meritorii provocari.* Occurrit ibi non semel, ubi Græca habent, πορνεῖον.

MERITUM, Proventus, *Proffits*. Schol. Juvenal. Sat. 5. de Calpurnio Pisone: *Post consulatum materna hereditate ditatus, magnificentissimus vixit, meritis sublevare inopes ex utroque ordine solitus.* Passio SS Nicandri & Marciani: *Maximus Præses dixit: Merita dignitatis nostræ ut quid non accipitis? Sanctus Nicander respondit: Merita dignitatis vestræ ideo non accipimus, quia pecunia impiorum contagium est viris Dominum colere institutis.* Charta Dagoberti Regis Franc. apud Doubletum p. 674. *villam cui nomen est—cum omni integritate vel merito.* Et alia Pipini Regis apud eund. pag. 699. *Hoc est foresta nostra, cognominante Æqualina, cum omni merito & soliditate sua, quidquid ad ipsa silva aspicere vel pertinere videtur.* Formulæ veteres Pithœi MSS c. 96 *Cum—adjacentiis, appenditiis, & omni merito & termino suo ibidem aspiciente.* Cap. 161. *Unde accepimus à vobis pro ipsa vinea, sicut inter nos bene complacuit atque aptificavit, hoc est, in argento & in alio merito solidos tantos, &c.* Vide Chartas Chlodovei III. Reg. Franc. in Actis SS. Ord. S. Bened. tom. 4 p. 617. & Chilperici apud Meurissium pag. 146. Formulam 27. ex Baluzianis, &c.

Meritum accolanarum, in Formul. 62. inter Lindenbrogianas.

Terræ meritum, Terræ proventus. Charta mali Gaulini Comitis Impuriarum ann. 1319. in Camera Comput. Paris. qua vendit Sancio Regi Majoricarum castrum de Rupe: *Et taschas, agraria, quartos, quintos, & alia terræmerita, & directa ac utilia dominia, &c.* Occurrit in aliis Chartis Petri, Jacobi Regis Arag. filii, Comitis Impuriarum & Rippacurciæ an. 1336.

Malum meritum, Damnum. Pactum inter Gregorium VII. PP. & Principem Beneventanum lib. 1. post Epist. 18. *Vel si per se aut per suppositam personam—studuerit qualicunque modo aut ingenio reddendi malum meritum aut damnitatem cuilibet, &c.*

Meritum, Pretium. Lex Wisigothor. l. 8. tit. 4. §. 13. *Alium ejusdem meriti domino reformare cogatur.* Adde l. 9. tit. 1. §. 6. Legem Bajwar tit. 8. c. 18. §. 2 tit. 14. c. 1. &c.

MERIA. Vide *Merulum*.

MERLEIA. Vide *Mesleia*.

MEROVINGI, dicti Reges nostri ex prima stirpe, qui à Meroveo genus ducebant. Ado Viennensis in Chronico: *Meroveus successit, à quo Francorum Reges Merovingi sunt appellati.* Jonas in sancti Columbani Vita cap. 30. ex Surio: *Dixeruntque nunquam se audivisse Merovingum in Regem sublimatum sponte sua Clericum fuisse.* Eginhardus in Præfat. Vitæ Caroli M. *Gens Merovvingorum, de qua Franci Reges sibi creare (MS. procreare) soliti erant usque in Hildericum Regem, qui jussu Stephani Romani Pontificis depositus ac detonsus atque in Monasterium trusus est, durasse putatur.* Ubi Codd. Cæsarei, ut monet Lambecius, habent *Meringorum* & *Meroingorum*. Regnum *Meruwngorum* in Lege Alemann. Edit. Heroldi tit. ult. Vide Radulfum de Diceto p. 608.

Merovingia, Francia, quòd à Francorum stirpe Merovingica possideretur. Anonymus de Miraculis S. Agili lib. 1. c. 3. *Roberto apud Merovingiam, quæ alio nomine dicitur Francia, tenente jus regium.*

MERRENUM. Vide *Materiamen*.

MERSCUM. Ingulphus p. 861. *Maneria, mansiones, molendina, mersca, & mariscos, &c.* Pag. 864. *Insulas mariscos & mersca.* Vox formata ex Saxonico Merſe, palus stagnum.

MERSORES, qui aquas subeunt, urinatores. Matth. Paris ann. 1191. *Tandem à quibusdam Regis Richardi mersoribus, ipsam subtus aquam invadentibus, locis quamplurimis terebratur* (navis.)

MERULUM, *Merla*, Pinna. Italis *Merla, sommita di muraglie non continuata, ma interrotta con egual distanza.* Ita Cruscani. Sanutus lib. 3. part. 10. cap. 8. *Audiens verò Rex Arsacidarum quod Henricus terræ gubernator ad Armenos transisset, nuncios destinavit rogans ut eum in suo reditu visitaret. Ille annuit. Occurrit autem venienti Rex, & multo honore prosecutus est, ducens eum per districtus sui castra & loca varia, donec ad quoddam castrum perduxit, ubi erat turris alta nimis: & in quolibet merulo erant viri duo albis induti. Dixitque Rex hospiti suo, quòd illi subjecti nequaquam ei obedirent, qualiter sui sibi. Et cùm rem esse possibilem respondisset, execrassetque Rex, duo illorum se continuò projecerunt deorsum, & confracti in momento expiraverunt, &c.*

MERUS, Potio pura vini, cui opponitur *Mixtum*. Regula Magistri c. 27. *Mox cùm sederint ad mensas Fratres, antequam comedant, singulos meros accipiant, quos meros accipientes, singuli porrigant Abbati sibi signandos—in quibus omnibus mensis in suos meros quisquis Frater de suo pane ternas sibi, non amplius, buccellas intinguant,—post ergo primos meros æstivo tempore ad refectionem tam Sextæ quam Nonæ, ca di omnibus quaterni sufficiant, extra illum merum.* Cap. 53. *Ab ipso die Quadragesimæ usque in tricesimum, propter laborem, binas ad diem Fratres, non amplius, accipiant potiones, id est, unum merum, & unum caldum:* Regula S. Cæsarii ad Virgines cap. 12. *Quæ coquent, singuli illis meri pro labore addantur.* Vide *Mericulum*.

Meri denarii. Capitula Caroli M. ad Legem Salicam tit. 3. cap. 11. *Illi autem denarii, qui modo monetati sunt, si pensantes & meri fuerint, habeantur.* Lib. 4. Capit. c. 32. & Edictum in Carisiaco Caroli C. *Ne aliquis bonum denarium, id est, merum & bene pensantem rejicere audeat.* Edictum Pistense ejusdem c 8 & 10. *Denarii meri ac bene pensantes*: quibus opponuntur *mixti*. c. 13. 16. id est, alia viliori materia. Ita *aurum argento miscere* vetitum ibidem c. 23. cui perinde opponitur *aurum merum*, quod nostri *Ormier* vocabant. *Le Roman de Garin MS.*

Grant fu l'offrande del Baron Chevalier,
Girbert offrit quatre besans d'ormier.

Ibidem :

Ne sai ó prendre ne argent ne ormier.

Passim ibi. *L'Ordene de Chevalerie MS.*

Car en mon tresor seront pris
Li treze mil besant d'ormier.

Chronicon Pertrandi Guesclini MS.

Car il tant avoit argent & ormier.

Vide *Exmerare.* Sed & *Lormiers* nostri vocabant aurifices. Regestum Censuum & Feodor. Carnoti : *Item le Lormier qui fait euvres dorées — & celui qui fait euvre qui n'est pas dorée, ou blanche, &c.*

MERWORPHIN. Lex Longob. l. 1. tit. 36. §. 4. *Si servus Regis oberos, aut vecorin, seu merwophin, aut quamlibet talem culpam, aut minorem, fecerit, &c.* Ubi Glossæ, *Merworphin, aliquem de caballo projecerit.* Anglo-Saxon. Mæ[illegible]e, *equus*, Germ. *Mer*, equa, *Werphen*, dejicere. Vide *Marahworfin.*

MERZINA. Charta Jacobi Regis Aragonum an. 1269. tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 270. *Et crimine falsæ monetæ, & falsi testimonii, & crimine merzinarum, & latrociniis publicis, sive aggressionibus viarum, &c.*

MESA. Charta Swecica an 1314. apud Joan. Schefferum ad Chronicon Archiepiscop. Upsaliensium p. 229. *De captura alecum, de qualibet sagena quæ habuerit pro manskut duas mesas unam mesam: quæ verò unam tantùm, dimidiam mesam.*

MESAILHATA, Modus agri, apud Occitanos. Charta n. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. an. 1299. an. 49. *Quinque arpenta & unam mesailhatam vinearum quartandarum de Plaisanco.* Sic scriptum, sed nescio an non scribendum fuerit *Medailhatam.* Vide *Medallia.*

MESCHENIUM. Charta Ludovici VIII. Regis Fr. apud Hemereum in Augusta Viromand. *Rogavimus ipsum Capitulum ut sententiam excommunicationis quam tulit in vos, pro eo quod quemdam hominem de Fontanis bannivistis pro meschenio panis, &c.*

MESCHENNINGA. Vide *Mischenninga.*

MESCHINUS. Vide *Mischinus.*

MESCHITA, *Meschida, Mesquita*, Templum Mahumetanorum, Turcis *Messit*, seu *Meszit*, quo nomine propriè appellant templa è lignis fabricata, qualia scilicet ab iis exstruebantur, quum necdum Imperii crevissent opes, ut auctor est Leunclavius in Pandecte Turcico n. 20. Innocentius 3. lib. 13. Epist. 184. *Quinetiam Isaacius Imperator ob gratiam Saladini fieri fecit in urbe CPolitana meskitam.* Charta Jacobi Regis Aragon. & Majoricarum an. 1230. apud Guesnaium in Annal. Massil. hoc anno n. 3. *Laudamus vobis — infra civitatem Majoricarum*, (quam paulò antè expugnarat Abaubib Rex Mauritaniæ) *vel extra, 300. domus cum una meschida in ipsa civitate.* Charta ann. 1250. *Vendimus medietatem cujus dammesquita, — cum domibus ejusdem mesquita. Meschita*, in Epistola Alphonsi I. Regis Aragonum pag. 789. *Mesquita* in Foris Oscæ an. 1247. fol. 30. apud Rodericum Tolet. de Reb. Hisp. l. 5. cap. 16. l. 6. c. 23. 25. lib. 7. c. 8. lib. 8. c. 12. lib. 9. c. 14. & 17. & in Hist. Arabum pluries, apud Anton. Brandaon. lib. 15. Monarch. Lusitan. cap. 11. Waddingum ann. 1340. n. 10. in Historia Pinnatensi pag. 639. &c. *Myzquita*, in Actis SS. quinque Martyrum Ord. Minorum apud Bolandum tom. 2. in Chronic. Petri IV. Regis Aragon. lib. 2. c. 16. Vide Stephanum Baluzium lib. 2. Miscellan. p. 268. &c. Poëta vernaculus qui florebat an. 1376.

Nul n'en sera exempt ne quite,
Monstier, Synagogue, meschite,
Et toutes Lois de tous langaiges
Tont mis & metent leurs gaiges.

Meschita etiam dixit Dantes in inferno, cant. 8.

Quod porrò Innocentius de *Meskita* CPolitana scripsit firmatur ex Scriptoribus Byzantinis. Primùm enim Saracenorum Templum in Prætorio Imperatoris exstructum Michaële Balbo imperante, tradit Constantinus Porphyrogenitus de Admin. Imper. cap. 21. Masalmæ Saracenorum Principis, qui CPolim obsidebat, rogatu. Quo loco Templum istud μαγίσδιον appellat Constantinus, nisi legendum sit μεσχίδιον, ut Meskitam intellexerit. Illud dirutum fuisse, & à fundamentis eversum in quadam seditione, Alexio Angelo Imperante, auctor est Nicetas Choniates lib. 3. sed mox instauratum constat, cùm idem tradat à Francis, expugnata CPoli, direptum & incensum. Templo isti Saracenico, quod ad Septemtrionalem urbis partem observabatur, μιτάτον nomen fuit, ut habet Nicetas, nisi mendum sublit, legendumque sit μισκίτον. Quamquam nescius haut sim μιτάτον retineri, eaque appellatione donatam Meschitam Saracenicam, à situ dici posse, quòd in Prætorio exstructa fuerit, in quo castra Prætoria extitisse probabile est : μιτάτον enim Græcis recentioribus *Castra* significat. Jam verò Meschitam CPolitanam ab Isaacio de novo instauratam post initium cum Saladino fœdus, tradunt etiam Matthæus Paris an. 1188. p. 104. & auctor Hist. Hierosol. in Gestis Dei p. 1159. *Dignum*, inquit ille, *quòd urbs illa solo tenus eversa procumberet. Nam si famæ creditur, novis polluebatur Mahumeriis, quas perfidus Imperator indulserat fieri, ut fœdus quod Turcorum conjuratus inierat, obligativus confirmaret.* Vide Ducam Historiæ c. 13. & Oraculum 4. Leonis Imp.

MESCLA, Mistio, ex Hispanico *Mezcla.* Libertates Regni Majoricarum MSS. *Ex quo positæ fuerint res venales, non quis plus vendere possit pretio posito, sed totam vendat rem venalem, nec faciat in ea mesclam ullam.*

MESCREDENTIA, Suspicio : *Mescreance*, ex *Mescroire*, suspicari, non omnino credere. Vetus Charta apud Bellium in Comitibus Pictavens. p. 393. *Per istas mescredentias auditas accepit Hugo fevum suum in hostaticum, deditque ei Comes per talem conventum, quòd si ei maledicebat de istum conventum, de Gentiaco nihil fecisset ei, servisset eijam ampliùs.*

MESGA, Serum lactis, vulgo *Mesgue.* Statuta Ordinis S. Gilberti de *Sempingham* : *In remotioribus grangiis asservetur certus numerus ovium ad opus eorum qui ibidem fuerint mercenarii, secundùm quod mesga ibi abundaverit, & secundùm numerum ibidem Commorantium.*

MESIN, Glans, in Glossa interlineari in Grammatica Smaragdi MS.

MESLEIA, *Merleia, Miscella, Melleta*, Rixa, quæ non tantùm verbis, sed etiam facto committitur, nulla tamen præeunte certa animi deliberatione; quæ fit sine præcogitata malitia, sed *ex infortunio*, ut est in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ c. 15. §. 4. & opponitur *feloniæ*, quæ fit certo & deliberato delinquendi animo. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicil. cap. 19. *Tensons que l'on appelle meslées.* Charta Communiæ Peronensis ann. 1207. *Si quis cum aliquo infra justitiam Communiæ mesleiam fecerit, Major accedens utique pacem tenere jubebit.* Tabularium S. Victoris Paris. *Justitia latronis, sanguinis, & merleia.* Ibidem : *Et sciendum quòd in tenuris prædictis mihi retinui mesleiam, sanguinem & latronem.* *Le Roman de Vacces MS.*

Tel vient sain à mellée, qui au departir saigne.

Meslius

Meslius appellabant nostri rixosos, qui amabant *mesleias*, Le Doctrinal MS.

Li hom qui par coustume est meslius & estous.

Alibi.

Et sont fol & mesliu, & mainent grans boufois.

Ibidem :

Et soit fel & meslius & plain de pautonnerie.

Miscella. Charta Theobaldi Comitis Campaniæ an. 1200. in Tabulario Campan. Thuani fol. 73. *Quatuor jurati erunt, qui mea jura & villæ conservabunt. Si miscella in villa fortè facta fuerit, qui inde accusabitur, se tertio purgabit : & si unus juratus miscellam viderit, reus se purgare non poterit.*

Miscla. Tabular. Campan. Thuan. *Si miscla in villa facta fuerit, qui inde accusabitur, se tertiò purgabit : & si unus juratorum misclam viderit, se purgare non poterit.*

Calida melleia, Philippo, de *Beaumanoir* cap. 58. *Caude mellée*. Idem c. 59. ait bellum trifariam moveri, aut indici verbis, provocatione & facto; veluti, *quant caudes melléés sourdent entre Gentils homes d'une part & d'autre. Chaudemelle*, in Statutis Roberti II. Regis Scotiæ cap. 3. 6. *Motus calidi conflictus*, in Statuto S. Ludovici in Dissert. 29. ad Joinvillam pag. 334. *Chaude cole*, in Consuetud. Silvanect. art. 96. 110. Tabularium S. Genovefæ Paris. an. 1241. *Et exercendi justitiam sanguinis de præsenti, imò de calida melleia in dictos hospites, &c.*

Horum delictorum cognitio & jurisdictio eodem persæpe nomine appellatur. Legibus Scotiæ *melleta* cognitio ad Barones pertinet, à quibus ad Vicecomites provocatur, ut est in Regiam Majest. l. 1. c. 3. §. 7. Adde Fletam lib 2. c. 51. §. 21.

Mesleta, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 16. ubi peperam Vossius legit *melseta*.

Meillia, tom. 7. Spicilegii Acheriani p. 227. *Mischia* Italis est rixa. *Mislea* dixit Joan. Villaneus l. 8. c. 38.

MESNILIUM. Vide in *Mansionile*.

MESOPICATUM, Quod in medio illitum est pice, inquit Vossius. Gloss. Isid. *Mesopicatum, in medio picatum.*

MESPLEA, Silva *mespilis* consita. Est autem mespilus nostris *Nesle* vel *Neflier*. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 94. *Est enim silva Martiniaca ex una parte castanea vel mesplea : ex ea ergo parte qua mesplea est, vel Castanea omnem medietatem dedit ad jam dictum locum &c.*

MESQUITA. Vide *Meschita*.

MESSALE. Charta Ildefonsi Comitis Tolosæ & Marchionis Provinciæ an. 1141. apud Catellum : *Et si in hac villa illum* (salem) *vendere velint, dent de quaque saumata messale : & si extra villam istam vendere voluerint, nihil dent.* Fortè pro *mensale*, seu mensuræ juris præstatione.

MESSARIUS, *Messium* custos, unde nomen, & vinearum. Ὀπωροφύλαξ, in Legibus Georgicis tit. 2. §. 3. *Speculator*, in Actis Murensibus pag. 59. *Deinde cùm botri creverint, vites mundare,* (debent) *speculatorique communi mercedem dare. Messier*, in Consuetud. Meledun. art. 306. Senonensi art. 154. & aliis Consuetud. *Sergent Messilier*, in Trecensi art. 122. Calvimontensi art. 67. Charta libertatum oppidi *Sinemuri* in Burgundia : *Major & Scabini ponent Messarios vinearum custodes, quotiescunque sibi viderint expedire, &c.* Vetus Poëta MS.

Dans Placidas ere en autre plais,
Povres estoit & d'avoirs & d'amis,
En une vile estoit à ice mis,
Les plez gardoit qu'il ne fussent mal mis.

Messarius, dignitas olim in Ecclesia Cameracensi, cui incumbebat agrorum custodia. Charta Gerardi Episcopi Cameracensis an. 1245. *Salvæ similiter remanent Messario Ecclesiæ Cameracensis, custodi scilicet agrorum, leges de forefactis, in custodia sua, sicut hactenus habere consuevit.*

Messarium. Charta Edw. III. Regis Angl. to. 2. Monastici p. 832. *Concessionem etiam quam idem Willelmus per eandem cartam suam fecit eisdem fratribus de habendo separatim super terram & solum ipsorum fratrum in Bereford, suum proprium imparcum & Messarium, ad capiendum, chaceandum, & imparcandum, &c.*

Messaria, *Messeria*, eadem notione, fructus ac proventus ex *Messarii* officio, seu ex mulctis quæ obveniunt domino ob furta aut damna in messibus ac vineis facta. Charta anni 1250. suprà in voce *Esbonagium* : *De omnibus pertinentibus ad Majoriam ante dictam, videlicet messariam, investituras, esbonagia, &c.* Charta Odonis Archiepisc. Rotomag. an. 1262. apud Sammarthanos : *Furni, molendina, molta sicca, estoublagia, servitia rusticorum, quartagia, messeria, servitia vavassorum, &c.* Charta Joannis de *Fontaines* an. 1350. apud Chiffletium in S. Bernardi genere asserto p. 614. *Je hai promis foi & service à noble homme Mons. le Comte de Roucy, c'est à savoir de la quarte partie dou chasteaul de Fontaine, de toute la messerie doudit lieu, &c.*

Messagium, idem Fortè quod *Messaria*. Tabular. S. Dionysii an. 1221. *Custodiebat segetes, & pro eis custodiendis percipiebat donum & messagium.* Charta an. 1228. in Tab. Eccl. Meld. p. 36. *Concessimus eis quòd ponant Messarium apud Varedas — & dabit plegios de reddendo Episcopo 100. sol. pro messagio singulis annis ad Natale Domini, & habebunt dicti homines quidquid pertinet ad messagium, excepta justitia, quæ remanet Episcopo, & tenebitur Messarius servire Episcopo, sicut alii Messarii consueverunt servire.* Regestum Feodorum Comitatus Claromontensis in Bellovacis Cameræ Comput. Paris. p. 29. *La moitié du message de Ronqueroles apartient à Mons. le Duc : & est à savoir que quant li preudomme de Ronquerolle aront esleu un Messier pour garder les biens communs de la ville, &c.*

Messarius, pro *Admissarius*. Capitula ad Legem Alaman. 35. *Si cujuslibet messarius de grege tuletur, & castratus fuerit, quantas equas sunt, tantos solidos solvat.* Vide *Admissarius*.

MESSATICUS. Vide *Missaticus*.

MESSEGARIUS. Extat post Consuetudines Tolosæ rubrica seu caput, *de terminis, seu limitibus Messegariæ villæ Tolosæ*. Ibidem : *Infrà quos terminos non sunt aliqui Consules, neque Messegarii, nisi Capitularii Tolosæ, & habitantes infra dictos terminos non solvunt pedagium, &c.* Charta an. 1306. in Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1299. Tabularii Regii n. 204. *Et quicquid habemus & nobis competit in loco prædicto & ejus pertinentiis, scilicet tertiam partem messagariæ 30 s. Turon. anno quolibet cum æstimatione valentem.* Nescio an eo spectet vox *Mesigier* in veteri Poëmate MS. cui titulus, *le Roman de Garin* :

Recevez moi, si crestra vostre fie,
Que chascun an j'aurois un Mesigier
De connoissance à dis mil Chevaliers.

MESSERIUM. Vide *Messarius*.

MESSELLA, Parva vel modica messis, in Concilio Parisiensi VI. lib. 1. c. 53.

MESSES, *cultæ*. Lex Burgund tit. 23. § 4. *Si cujuscunque porci damnum faciunt in vineis, pratis, aut in messibus cultis, & silvis glandiferis.* Ubi fortè *messes cultæ* dicuntur agri culti & seminati.

MESSIO, Pensitatio quæ ex messionibus, *Moissons* in Statutis Leodiensibus art. 1.) seu agrorum fructibus, domino feudi exsolvitur. Charta Galcheri de Castellione Comitis S. Pauli : *Cùm inter me & Ecclesiam S. Martini de Campis super quadam consuetudine, quæ Messio vocatur, contentio fieret.* Alia Ludovici VII.

Regis Franc. an. 1172. ex Tabulario Fossatensi fol. 20. *Cùm — coram nobis clamorem fecerent super eo quòd Præpositus Mediunensis singulis annis messionem frumenti ab hospitibus S. Petri Fossatensis in Mosi vaco exigerent, &c.* Alia Philippi Aug. an. 1185. apud Monnum in Hist. Vastinensi: ***Absque roagio, & messione*** *servientium, & carreto, salvis tamen certis censivis Ecclesiæ vinearum, &c.* Tabularium Prioratus de Paredo fol 17. *Et debet tale servitium, scilicet messiones, aucas duas, & 4. panes, sextarium unum vini, &c.* Fol. 34. *Et reddit ipse masoerius porcum bonum, & multonem vestitum, & coxam de vacca, & per messiones sextarium vini, & unum panem, &c.* Fol 41. *Et debet tale servitium, scilicet messiones, unum sextarium vini S. Martini, 5. quartas, avenæ, &c.* Charta Hugonis Archiep. Senonensis: ***De ipsa decima messionem suam annuatim capiat:*** 4. videlicet modios, unum frumenti, alterum siliginis, 3. ordei, 4. avenæ, &c.

Messonagium, eadem notione, seu *Annonagium*, in Charta Will. Comitis Matisconensis an. 1180. in Chartul. Cluniacensi Bibl. Thuani, & in Bibl. Cluniac. p. 1441. Alia an. 1170. apud Perardum in Burgundicis p. 244. *Vel bossonagium, vel messionagium seu annonagium, vel carredam.* In Consuetudine Normanniæ art. 16. & 19. *Mession*, sumitur pro ea anni tempestate qua fruges metuntur. Ita in Tabulario Prioratus de Domina in Delphinatu Ch. 210. *Mansus de la Capcha in festivitate S. Joannis 2. sol de multone, per messiones medietatem tascha, &c.* Sic ibi non semel.

MESSETEGNE, *Messetheines.* Vide *Missæ Presbyter.*

MESSORIUM. Vide *Missorium.*

MESSUAGIUM. *Mesuagium*, Domus habitationi idonea, Cowello. Consuetudo Normanniæ art. 271. ***Manoirs masures logées aux champs, que la Coustume appelloit anciennement Mesuage.*** Sic enim legendum pro *Mesnage*, ut habent Editiones, licèt etiam ita præferat vetus Consuet. c. 26. ut & art. 1. Consuet. Bellimontis-Rogerii. Vox formata ex Gallico *Més*, id est, *mansus*.

Ut plurimùm tamen *Messuagium* sumitur pro modo agri mansionibus & ædificiis rusticis instructo, scilicet, hortis, areis, stabulis, & hujusmodi, vel certè eo quem vulgo *Masure*, seu *mansuram* dicimus, vel etiam quem *mansum* olim appellabant. Charta Wolstani Vigorniensis Episcopi: ***In quo prædicto manso seu*** *messuagio — ædificia competenter construi faciant, &c.* Ita passim usurpant Chartæ descriptæ in Monast. Angl. to. 1. p. 95. 96. 280. 302. 799. to. 2. p. 22. 24 40. 116 265. 472. to. 3. p. 141. &c. Adde W. Thorn. p. 1878. 2012. 2034.

Messuagium capitale, Practicis nostris, *le Chef-manoir*, quod primogenito competit. Regiam Majestatem lib. 2. c. 27. §. 4. ***Salvo tamen capitali messuagio primogenito suo pro dignitate primogenituræ.*** Charta Henrici III. Regis Angl. apud Matth. Paris an. 1240. *Cùm primogenita nihil petere possit plus quàm minor, nisi capitale messuagium ratione ainesciæ.* Vetus Consuetudo Normanniæ c. 26. *Es mesuages ne peuent rien reclamer les seurs, fors n'y a plus de mesuages que de freres.* Ubi Edit. *mesnage*. ***Capitale autem messuagium dari non potest nec dividi, sed integrum remanet hæredi***, in Regiam Majestat. lib. 2. c. 16. §. 62. 63. ubi tamen *Messuagium* prorsus aliud esse à *Manerio* innuitur, & *messuagium* esse mansio præcipua maneri dicitur. Vide Monast. Anglic. to. 2. p. 141. 196.

MESTARIUM, ***Mensura aridorum***, apud Lugdunenses: Occurrit sæpius in Actis Capitularib. Eccl. Lugdun. an. 1343. ***Unum mestarium siliginis, & duo mestaria Comblos avenæ.***

MESTATICUS, perperam pro *mutaticus*, in Charta Dagoberti Regis apud Doubletum p 656.

MESTERIUM. Vide Ministerium.

MESTILO. Vide *Mixtum*.

MESTIVA, Præstatio ex frumento, quod in agris colligitur & metitur. Charta Ludovici VII. Regis Franc. pro Monasterio Sandionysiano: *Tallia de annona, quæ dicitur mestiva.* Tabularium S. Cypriani Pictavensis fol. 104. *Hugo Lizinniacensis dominus dimisit quandam inconvenientem consuetudinem, quam videlicet ministri ejus de Cobet sub appellatione mestivæ in villa S. Mariæ* ***Castri-Arardi, quæ vocatur Rals, videlicet,*** *4. sextar. annonæ annis singulis, ut nunquam amplius requireretur ab ullo homine.* Charta Alienoræ Ducissæ Aquitan. ann. 1199. *Immunem reddidimus villam de Vulticostallia, mestiva, distractione hominum terræ in expeditionibus Comitis, &c.* Alia Henrici I. Regis Angliæ pro ***peagio*** Pontis Cæsaris, seu ***de Pont de Cé: Pro mestiva apud Thoarcium, unum sextarium frumenti, — mestiva*** *alicujus messoris non reddet nisi obolum.* Magnum Pastorale Eccles. Paris. lib. 2. *Cùm litigium esset super* ***mestiva masuræ, &c.*** Charta Ludovici Reg. pro Bituricensib. an. 1145. ***Præterea Præpositus aut Vigerii mestivas & hospitia capere consueverunt in septena.*** Consuetudines oppidi *de Boisdecené* in Pictonibus, quæ habentur in Charta Mauricii de Bellavilla Dom. *de Ganasche*, an. 1265. *Domini ipsius terræ debent percipere in ipsa frumentagium, quam mestivam feodalem vocant, & domos hominum debent quærere illam mestivam: ipse verò qui reddere contempserit, cum gagio de 7. solidis reddet.* ***Senescallus autem Ganapiæ & Senescallus de Machecolio ibunt quærere mestivam per terram illam sine menaciis, &*** *Vigerii feodales ibunt postea similiter sine menaciis quærere.* Consuetudines Andegavenses emendatæ in Assisiis Andegavens. an. 1391. ex Regesto Ludovici Regis Siciliæ fol. 21. in Camera Computor. Parisiens. *Sergens ne soient si hardis doresenavant de prendre, avoir, ne lever sur le peuple aucune mestive de bled, ne vins, sur peine de privation de leurs Offices.* Regestum Centuriæ Carnotensis Comitatus: ***Les Coustumes des portes de Chartres appartiennent à la Prevosté, quand elle est venduë; c'est à sçavoir le Deauplage, le Tonlt, & le Buschage, & les Mestives de Beausse: més le Prevoust poie lors le past aus Meres, qui doivent avoir chacun an à disner le jour que les Mestives sont assises.*** Adde Concilium Burdegalense an. 1255. c. 25. ubi perperam vir doctus *festivas* emendat pro *mestivas*, & varias Chartas apud Thomasserium in Consuetudin. localib. Bituric. p. 62. 85.

Mestivare, percipere. Charta Petri Episc. Inculismensis an. 1160. ex Tabul. S. Eparchii f. 11. *Mestiva verò, super qua quæstio orta fuerat, soli Sacerdoti concessimus. Si tamen Monachus mestivare voluerit, parochianos suos Sacerdos diligenter admoneat, ne monacho de segetibus suis donet.*

Mestivagium. Charta an. 1323. in Regesto Andegav. fol. 17. ***Donne & octroie — mon herbergement de la Bocherie — & ma Seigneurie, & mon mestivage appartenant audit usage, & à ladite Seigneurie.***

Mestivi, Messores, Gall. *Mestiviers.* Charta Hugonis Archiep. Dom. ***de Partenai***, an. 1169. ex Tabul. Absiensi fol. 26. *Dono iterum & concedo illis Cosdumas de mestivis servientium, & de mestivis mestivorum Abbatiæ, & grangiarum ejus quæ sunt in terra mea, ut ipsi mestivi & servientes possint liberè mestivas suas transferre ubicunque voluerint. Le Roman de Huon de Mery MS.*

Se ay trouvé aucun espi
Aprés la main as mestiviers,
Je l' ai glané moult volentiers.

Mestivarius. Charta an. 1206. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 90. & 80. *Quinque mestivarios, ordeacum, fabacenam, pisaceum, veciacum, lentiacum, paleas avenæ, minuta stramina, partem suam fimi, & quidquid juris solebat in grancia nostra de Chausiri.* Alia 1211. ibid. n. 180. *Et quidquid in earundem villarum territoriis habebat, & granciis in nostra præsentia comparavit, videlicet jus mittendi in granciis messium excussores, veciacum, fabiacum,*

fabricum, ordeacum, investitiones, submonitiones hominum, bonnagia, & districta, & quidquid in illis locis & grancis possidebat, &c. Alia an. 1216. n. 184. *Sex mestivarios quos habebant in granchia nostra de Nongento, &c.* Adde num. 181. 182.

MESUAGIUM. Vide *messuagium.*

MESUS, idem quod *mansus*, de qua voce suprà: nostris Més. Charta Beatricis Abbatissæ Deiparæ Suession. an. 1232. pro Communia Aisiaci: *Item omnes terras, quas dicti homines tenent de mesis, & etiam illas, quas tenent ad censûs, ponent ad terragia, & ibi accipiemus terragium, & decimam una manu.* Infrà: *Omnes etiam vineas, quas tenent de Eccl sia nostra ad mesum, sive ad censum, sive quolibet alio modo, tenebunt eas ad medium vinagium.* Extat Charta alia ejusdem Beatricis, cum hoc titulo, *De ordinatione mesonum potestatis de Parigny*, in cujus contextu qui *mesus* dicitur, *mansus* appellatur. *De pluribus redditibus, quos nobis debent homines potestatis de Parrigny, & de quolibet manso, qui est, &c.*

MET, Particula apud Scriptores inferioris ævi præponitur, quæ Latinis postponi solet. Sosipater lib. 2. Instit. Gram. *Met, non est pars orationis, sed adjectamentum quoddam accedit, &c.* Adde Priscian. lib. 12. & alios. Charta Turpimiri Ducis Croatiæ apud Jo. Lucium lib. 2. de Regno Dalm. cap. 2. *Dum mundi ab origine cuncta per tempora facta mansisse, delabisseque succedentibus alta altiss mi, si met oculis perspicimus mentis, & manu fidei palpamus, nisi corporeis membris videre, audire aliud valemus, nisi ea quæ præsentantur, & scripturarum auditio obtutibus pandit.* Charta Aragonica æræ 1111. apud Martinezium in Hist. Pinnatensi l. 3. c. 5. *Et requisierit suum amicum Sanctium, ut per suum corpus metipsum cum suos varones ei adjuvet, &c.* Ita *metseptimus*, *mettertius*, non semel occurrunt in Speculo Saxonico, pro *septimus met*, vel *tertius met*, ut Latini postponunt. In quam rem Marquardi Freheri observatio ad Constitutionem Adolphi Imp. an. 1293. haud videtur contemnenda: non tempero mihi, inquit ille, quin perstringam mirabilem, an ridiculum particulæ *met* usum: è qua tandem *ipsissimi* exemplo, *metissimum* natum est, quod in Italico moderno remansit, *medesimo*, in Francio contractiùs, *mesme*; eadem forma, qua è Quadragesima, *Caresme.*

META, Acervus segetum, congeries vel strues in acutum tendens, vox Catoni nota cap. 46. Hesychius: Θημονιαὶ οἱ σωροὶ τῶν δραγμάτων. Gregorius Tur. lib. 4. Hist. cap. 41. *Acceptisque clavibus metas annonæ, quæ aderant, elidit.* Aimonius l. 2. de Miraculis S. Benedicti c. 9. *Acervus frugum, quem metam vulgo dicimus.* Flodoardus l. 1. Hist. Remens. c. 17. *Quid ille — facere vellet ex his quas aggregaverat metis*: suprà, *acervos frugum* appellavit. Guibertus lib. 2. Hist. Hierosol. cap. 8. *Cùm enim plurimorum annorum segetes triticeos, uti in ea terra moris est, in modum turrium per agros stabilitas cernerent, quas nos metas vulgariter vocare solemus, &c.* Sic etiam legendum in vita S. Gallæ n. 6. *Suspicor, tres aviculæ — super tres metas, quæ ex ipsa segete sua fuerant factæ, consederunt.* Editum *molas*, quæ vox hîc nihil sonat. Picardi nostri *Miye* & *Moies* ejusmodi acervos vocant.

Meta, vox Longobardorum. Vett. Glossæ; *Meta, pecunia, donatio sponsalitia.* Joan. de Janua: *Meta, promissio, vel conosiqio, (sic) id est, obligatio in die nuptiarum.* Ita usurpant Lex Longob. lib. 1. tit. 30. §. 3. 4. lib. 2. tit. 1. §. 11. tit. 2. §. 2. 5. tit. 4. §. 2. 5. tit. 4. §. 2. 4. tit. 14. §. 11. Edictum Rotharis Regis tit. 60. 65. 66. 72. 87. Leges Luitprandi tit. 64. 74. 88. 92. Leges Astulfi tit. 4. &c. Vide *Monta.*

Meta, alia notione. Charta Odonis Episcopi Belvacensis an. 1146. apud Louvetum: *Censumque quem Hugo de Yvoilio per concessionem ipsius Drogonis, quia uterque census de feodo ejus erat, in remissionem peccatorum suorum eidem Ecclesiæ donaverat, eis similiter concessit, & metas, & venditiones eis pariter remisit.*

Metæ Caroli, Pyrenæi montes, dicti, quòd Carolus M. arma sua victricia ulteriùs non tulerit. Willelm. Brito lib. 1. Philipp.

> ——— *Terrarum quidquid habetur*
> *A pelago, quod nos hodie distinguit ab Anglis*
> *Usque sub Hispanos fines, portusque remotos*
> *Qui Caroli metæ populari voce vocantur.*

Metas figere. Vide *Bonagium.*

METABOLA. Idacius in Chronico: *Expeditio ad Africam adversus Wandalos ordinata, metabolarum commutatione, & navigationis in opportunitate revocatur.* Est autem *metabola*, ex Græc. μεταβολή, *maris mutatio.* Glossæ Isid. & Pithœanæ: *Metapontum, metabula maris* MSS. habent *maris mutatio.* Infrà: *Metabulum, prospera navigatio.* Ubi fortè legendum *improspera.* Hesychius: Μετάβολοι, πραγματευταὶ, καὶ οἱ μεταπόντιοι, παρὰ Ἰταλοῖς. Rursum. Μεταπόντιος, διαπόντιος.

METABULUM, Spatium, à *meta.* S. Eulogius l. 3. Memorial. SS. c. 8. *Cumque dies illa maximum cursus sui explens metabulum, jam pane in horam nonam divergeret.*

METACISMUS, Gr. Μετακισμὸς, Isidoro lib. 1. cap. 31. *est quoties in M literam vocalis sequitur, ut bonum aurum, &c.* Ugutioni *Metocismus, est M. literæ per scansionem collisio.* Papiæ, *Metacismus*, vel *Motacismus, est M. literæ congeminata collisio: vel quotiens litera M. sequitur, vel quotiens vocabulis sequitur M. ut bonum aurum.* Vide Diomedem lib. 2. & Senatorem lib. de Divin. lect. cap. 15. Gregor. M. Epist. ad Leandrum Episc. apud Joan. Diacon. in ejusdem S. Gregorii Vita l. 4. c. 14. *Ipsam loquendi artem, quam magisterium disciplinæ exterioris insinuat, servare despexi: nam sicut hujus quoque epistolæ tenor enuntiat, non metacismi collisionem fugio, non barbarismi confusionem devito, situs motusque præpositionum, casusque servare contemno, &c.* Chronicon Monast. S. Michaëlis Virdun. *Obsecro autem eos qui hæc forte lecturi sunt, ne causentur propter solœcismos aut metacismos aut quid horum simile frequentiùs incurr sse, &c.* Ex his emendandus Grimlaïcus in Regula Solitariorum, in Prologo: *Nostracismos denique & barbarismos, nec non & ipsos præpositionum casus in hoc opusculo servare contempsi, quia indignum fore vehementer censui, ut verba Christi vel sanctorum Patrum sub regula perstringerem Donati.* Leg. *Metacismos.*

METALLUM, Æs: *Metallinus*, æreus, *de Metail.* Thwroczius in Stephano Rege Hungariæ cap. 26. *Jussit Bothand cum dolabro suo pergere contra portam urbis, quæ erat metallina, &c.*

Metallum, Campana ærea. Abbo l. 1. de Bell. Parisiac.

> *Totius Ecclesiæ convexa boando metalla.*

Metallum la i losum, Fortunato lib. 9. Poëm. 15.

METANIA, *Metanœa*, Genuflexio, inclinatio, ex Græco μετάνοια, eadem notione apud inferioris ævi Græculos: Latinis sequioris ætatis *Venia.* Ἐπίκλισις ἱερὰ apud Naucratium in Encyclica de obitu S. Theodori Studitæ p. 880. Papias MS. *Metaniæ, potentiæ.* Legendum, *Pœnitentiæ*, quia in *Pœnitentiam* ejusmodi genuflexiones imponebantur. Petrus Venerab. in Statutis Ord. Cluniac. c. 4. *Atque illis metanœis, quæ quotidiano usu in Capitulo fiunt, & vulgo Veniæ nominantur.* Et cap. 53. *Frequentibus metanœis, vel genuflexionibus.* Hieronymus Monach. Camaldul. in Vita Romualdi Abbatis n. 67. *Docebat eos ut — disciplinas flagellorum in cella facerent, metanias, ac genuflexiones frequentantes.* Anastasius Biblioth. in Vita S. Joan. Eleemosynarii n. 27. *Mittentibus igitur ambobus metanœam & amplexantibus alteru-*

alterutrum, sedeant. Græca Leontii habent, ἔβαλε μετάνοιαν. Idem Anastas. in Collatione S. Maximi Mart. cum Theodosio p. 188. *Surrexit, & misit in metanœam* Ex Græca, ut dixi, phrasi, βάλλειν μετάνοιαν. Synodus VII. Act. 4. Ἀνέστησαν πάντες μετὰ χαρᾶς καὶ ἔβαλον μετάνοιαν. Dorotheus Doctr. 4. ἔβαλον αὐτῷ μετάνοιαν, ἵνα λάβω πληροφορίαν παρ' αὐτοῦ καὶ ἀναχωρήσω. Stephanus Monachus Sabaïta in Pass. SS XX. Martyrum Lauræ S. Sabæ n. 71. Καὶ βαλόντες ἀλλήλοις μετάνοιαν συνήθως. Ita passim in Vita S. Nili Junior. p. 20. 23. 49. 69. 72. in martyrio Bacchi Junioris pag. 80. apud Codinum in Orig. &c. Apud Amphilochium in Vita S. Basilii, ποιήσας μετάνοιαν, perperam Gratius vertit, *pœnitudine quadam ductus*; rectiùs Combefisius, *reverentiam faciens.* Gregorius Decapolita de Miracul. S. Georgii. μετανοεῖν, dixit, pro μετάνοιαν βάλλειν Idem etiam n. 47. 48. μετάνοιαν ποιεῖν usurpavit. Occurrit præterea vox *Metanœa* apud Joannem Laudensem in Vita S. Petri Damiani Card. n. 16. eundem Petr. Damianum in Vita S. Dominici Loricati, & to. 3. Opusc. 14. lib. 1. Epist. 10. lib. 3. Epist. 8. lib. 6. Ep. 26. 27. in Historia Episcop. Autisiodor. c. 48. &c. Adde Chron. S. Vincentii de Wlturno pag. 673.

Duplex autem est μετάνοια: *magna* scilicet, μεγάλη, cùm quis, toto corpore, sine tamen genuum flexione, se ferè ad terram usque, antrorsum inclinat; altera *parva*, μικρά, cùm tantùm cervicem inclinat, & caput aliquo usque. Ita Gerlachius apud Crusium in Turco-Gr. p. 205.

Merla, eadem notione. Grimaldus citatus in Roma subterranea l. 2. c. 8. *Habebat turres magnas & validas 44. e quibus hodie quatuor tantùm supersunt cum propugnaculis sive merlis* 444. Matthæus Villaneus lib. 7. c. 102. *A uno de merli il fece impendere per la gola del detto castello.* Vide V. Cl. Menagium in Orig. Ital.

METARITIA. Charta Caroli Regis Burgundiæ filii Lotharii Imp. to. 12. Spicilegii Acheriani: *In Astonnaco metaritia una: in Mattiano Colonica vestita una, & altera absa, cum vercaria absque censu: in Blodemaco metaritiæ duæ: in curte Metiara metaritia una: in Cussano metaritia una, &c.* Legendum fortè *Massaritia*. Vide in hac voce.

METARPUS. Ugutioni, *Metator, qui castra designat; & Metarpus, castrorum metator.*

METARE. Divertere, hospitari. Fredegarius Scholast. c. 36. *Regi nunciavit virum Dei ibi esse, nec Regis domibus metare velle.* Aimoinus de Miraculis S. Benedicti l. 2. c. 3. *Qui ei locum metandi in sua concesserat domo.*

Metatus, Metatum, Ædes propria, domicilium, interdum hospitium. Passim apud Gregorium Tur. l. 3. Hist. c. 7. l. 5. c. 19. 40. l. 7. c. 6. 29. l. 8. c. 2. 44. l. 9. cap. 6. l. 10. cap. 15. de Mirac. l. 1. cap. 44. l. 2. cap. 21. 24. l. 2. de Mirac. S. Martini c. 11. l. 4. c. 21. de Vitis Patr. c. 8. Anonym. in Vita S. Stephani Abb. Obazin. n. 4. Aimoin. de Vita S. Abbonis Floriac. c. 20. lib. 2. Hist. c. 11. Flodoardum lib. 1. c. 20. lib. 2. c. 3. lib. 4. c. 10. in Vita S. Machutis Episc. c. 14. &c. *Hospitium & metatum accipere*, apud Gregor. M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 109. *Metatorum præbendorum onus*, in Novella Theodosii de Metatis, ubi plura de hoc onere: & in Cod. Justin. eodem tit. Ita μίτατον Græci dixerunt. Concilium CP. sub Agapeto PP. Act. 2. Νομίζοντες ἢ καὶ ἐν τῷ μιτάτῳ αὐτοῦ, ἐν ᾧ πάλαι κατέμενεν, εὑρίσκεσθαι αὐτὸν, ἐζητήσαμεν. VI. Synod. Act. 11. Τὰ δύο βιβλία ἐν τινὶ βασιλικῇ οἰκίᾳ ηὑρέθησαν, ἐν ἑνὶ μιτάτῳ διαφέροντι τῇ μονῇ Χρυσοπόλεως. S. Athanasius de Imagine Berytensi: Ἐπεζήτησε μιτάτον μεῖζον ὁ Χριστιανὸς ὡς χρήζων. Passio S. Basilisci Episcopi Amaseæ n. 8. Ἐν μητάτῳ τινὸς Ἐλπιδηφόρου, &c. Vide Meursii Glossar.

Metatio. Idem quod *Metatum*, apud Tertullianum de Pallio c. 2. recentioribus verò, jus procurationis, hospitium, metationis. Aimoinus l. 2. de Miracul. S. Benedicti c. 5. *Tulacensis Parochiæ prædium assiduâ exinanibat metatione.* Mox: *Contigit ut una dierum memoratus vir prandium sibi in jamdicto prædio parari jubens, &c.*

Metator, in Gloss. Gr. Lat. Ἑτοιμαστής, id est, qui *Metata*, & mansiones parat. Ἑτοιμασία, *metatio.* Glossæ Isid. *Metatores, mansionum præparatores.* Papias: *Metator, qui locum præparat adventui potestatis.* Vegetio, *Metator* dicitur, *qui præcedens locum castris deligit.* Hispanis *Aposentador*, de quo officio agunt Leges Alfonsinæ, seu *Partidæ*, part. 2. tit. 9. lege 15. S. Ambrosius lib. 5. Hexaëmer. lib. 5. cap. 10. *Qui metatores itinera disponunt? qui duces iter dirigunt?* Optatus lib. 3. *Cùm ante venturos milites metatores, ut fieri solet, mitterentur.* D. Cyprianus Epist. 22. *Ipsum anguem, majorem metatorem Antichristi, non tam confessus de terruisse, &c.* Idem Epist. 81. *Rogatianum metatorem vocat eorum quos martyrio antecesserat.* Apud Petrum Chrysologum S. Joannes Bapt. dicitur *Metator Domini.* Flodoardus lib. 14 Carm. 18.

Agmina metator cogens, loca providet apta.

Vide *Mansionarius. Prometator*, eadem notione apud Julianum Antecessor. c. 537. Glossæ Basilic. Μιτάτωρ ὁ ἀποστελλόμενος ἄγγελος πρὸς τοὺς ... τας.

Metatoriæ epistolæ, quibus adventum nostrum nunciamus, quasi καταγωγῶν & diversoriorum designaturæ, apud Sidonium lib. 8. Epist. 11.

METATIO. Metarum & limitum defixio, *Droit le bornage*, in Consuetudine Peronensi. Tabularium Abbatiæ S. Victoris Paris. Charta 21. *Omnes ... pertinentus prædictarum terrarum sunt Ecclesiæ, sicut campipartes, & venditiones, investituræ, metationes, revelationes, ... nagerimarum.* Mox: *Campipartiri verò, aut metas figere, vel aliam jurisdictionem exercere, post una sine consensu alterius non poterit.*

METAXA, Græc. Μέταξα, Sericum, nudè prorsum, & necdum tinctum, neque in fila deductum. Vide Isidorum lib. 20 c. 29. Cujacium ad lib. 10. tit. 8. lib. 11. Cod. Brissonium, & alios qui *metaxæ* vocem in l. ult. D. de Public. insertam à Triboniano existimant, cùm recentior sit. Adde Meursium in Glossario.

Metaxarii, Sericorum negotiatores, in l. ult. C. de Pignorib. Μεταξάριοι, 25. Eclog. 2 c. 56. Aliam huic voci ac prorsus diversam affingit notionem Ugutio, & ex eo Joannes de Janua: *Metaxarius, qui foro imponit rebus, quæ venduntur, metam pretii. Idem etiam licitator & taxator dicitur.*

METEARIA, Mensuræ species. Charta an. 1149. apud Sanjulianum in Matiscone p. 251. *Et campus quatuor meteariis avenæ ad veterem mensuram, &c.* f. *Metretarius.*

METELLA, Cratis lignea, Vegetio lib. 4 c. 6.

METHIUM, Papiæ MS. *Sponsalium*: sed leg. *Sponsalitium*, Glossæ aliæ: *Methium, sponsalitia, vel nuptialis donatio.* Lex Longobard. lib. 2. tit. 4. §. 3. *Non sit licentia conjugi suæ de rebus suis dare ampliùs per quolibet ingenium, nisi quod ei in die votorum in methio & morgingab dederit.* (Edit. Heroldi habet, *mojo, & moffio.* pag. 237. 245.) *Medium methium*, non verò integrum donabatur à viro, quam duxerat, viduæ, eodem lib. tit. 8. §. 8. Adde tit. 14. §. 15. Vide *Meta.*

METITA. Vide *Metreta.*

METOCHIUM, ex Gr. Μετόχιον, Cella Monastica à Monasterio aliquo principali dependens. Ita usurpant Pachymeres l. 4. c. 8 l. 5. c. 2. l. 8. c. 6. Martyrium Bacchi junioris p. 80. Menæa ad 26. April. Leo Grammat. pag. 472. Theostericius in S. Niceta n. 36. Joann. Phocas in Descript. Terræ Sanctæ cap. 14. &c. Epist. Joannis Cardinalis ad Priorem Ecclesiæ S. Petri Pisanorum CPoli, apud Ughellum to. 3. p. 495. *Cupientes Monasteria ad metochia relevari destructa, & relevata illæsa servari, &c.*

METRA-

METRARE, *Manere*, in Gloss. MS. Regio Cod. 1197. Sed legendum *Metare*.

METRETA, Μετρητής, Genus vasis, cadus: *amphora dimidia*, in Gloss. Isid. vox nota Caio & Scævolæ IC. & aliis. Ebrardus in Gracismo c. 12.

Est vini propriè metreta, modiusque modesti.

Papias ex S. Eucherio, *Metreta, mensura liquidorum, habens sextarios decem, &c.* S. Augustinus in Evangel. S. Joann. Tractat. 9. *Nomen mensuræ est metreta, & à mensura accepit nomen ista mensura, &c.* Chronicon Reichersperg. *Misit ea vas quod caperet 20. metretas vini de purissimo auro.* Passim etiam in Libris sacris. Lex Vervini an. 1233. art. 31. *Si quis in dicta villa metretam novam frumenti, vel alicujus leguminis vel liquoris facere voluerit, villico 4. den. dabit.*

Ex his emendandum videtur Pœnitentiale S. Columbani cap. 3. Edit. 1667. *Vel certè si multum est quod effudit, quantas metranas de Ceruisia — perdidit.* Legendum enim *metretas*. Edit. II. Holsteniana habet *quadranas*.

Metretas inter vasa & ministeria Ecclesiastica reponit etiam Anastasius in S. Silvestro PP. *Metretas argenteas 2. pensantes libr. 200.* Infrà: *Metretum ex auro pensans libras 150. portantem medemnas tres.* Rursum idem Scriptor: *Canthara cyrostrata in gremio Basilicæ argentea 50. pens. singula libras 20. singularum librarum metræ (alii Codd. metretæ) tres ex argento purissimo, quæ pensant singulæ libras 300.* Vide Antonium Augustinum l. 2. Emendat. c. 11.

Metita, pro *Metreta*, in Charta Hispanica Fernandi Comitis Castellæ æræ 972. apud Anton. de Yepez in Chr. Ord. S. Benedicti tom. 1. pag. 32. Appendic. *Per omnes domus singulas metitas de vino in oblatione, & singulos panes in offerta.* Occurrunt eadem verba paulò infra semel ac iterum.

Metrum. Charta Sancti Ramirez Regis Aragonum, apud Martinezium in Histor. Pinnatensi lib. 3. c. 27. *Si verò bos aut asinus repertus fuerit (in vineis) redimatur metro vini.*

METRICANUS, Poëta, apud Harigerum in Vita S. Servatii Episcopi.

METROCANORIUS, Poëta, qui metro canit. Vita S. Reguli Episc. Silvanect. ex MS. Audomarensi n. 7. *Ut quidam metrocanorius in suo pompavit poemate, dicens, &c.* *Metricanorus* in Vita S. Alberti Abbat. Gambron. n. 2.

METROPOLIS, pro *Metropolitanus.* Gregor. Turon. lib. 10. c. 15. de Gundegiilo Burdegalensi Archiepiscopo: *Eo quòd ipse Metropolis huic urbi esset.*

METROPOLITANUS, Archiepiscopus, sic dictus, inquit Rhabanus l. 1. de Instit. Cleric. c. 5. *eò quòd præsideat illi civitati, quæ cæteris civitatibus in eadem provincia constitutis quodammodo mater sit.* Vide Leonem IX. PP. Epist. 4.

Metropolitanæ literæ, quæ à Metropolitano Clericis dantur. Hincmar. Remensis Opusc. 17. *Multotiens etiam & per literas metropolitanas, & ex Apostolicæ Sedis auctoritate minas etiam ulcare curavi.*

METELLUS, *Mercenarius qui metit.* Ugutio.

METROCOMIÆ, Matres vicorum, pagorum qui uni civitati subjecti erant. Vide Jacobum Gothofredum ad l. 6. Cod. Th. de Patrociniis vicorum.

METRUM, Usus veteres Ordinis Cisterciensis c. 68. *Qui autem incipit antiphonam, aut Alleluja, reverenter & paulùlum à podio stet usque ad metrum, nec inclinet, donec primus versus impleatur.* Vide *Metra*.

MEXANUM. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium p. 79. *Laudenses ibi in quodam mexano, quæ insula dicitur, prælium cum Placentinis incipientes, &c.*

MEZENA. Galvaneus Flamma in Chronico majori in Ottone III. *Fecit preconizari, quod nullus ligna venderet, credens, quod Archiepiscopus cibum coquere non posset. Tunc Archiepiscopus liberalior mundi portorum mezenas pro lignis habuit, & mirabilem cœnam paravit.* Apud Ughellum tom. 4. pag. 184.

MEZIBAN. Capitular. 1. Caroli M. anno 9. c. 11. & lib. 3. Capit. c. 49. 50. *De Meziban, id est, latrone forbannito, ut unusquisque Comes alio mandet, ut nullus eum recipere audeat.* Latronem, qui *forbannitus fuerit*, recipere etiam vetant Capitula Caroli C. tit. 12. c. 6.

MI, pro *mihi* habetur in veteribus Chartis aliquot apud Perardum in Tabul. Burgund. p. 36. 41. 43. &c. nisi forte in MSS. vox contracta, seu abbreviata fuerit, uti passim solet. Certè etiamnum inferiores Picardi *mi* dicunt pro *moy*.

MICA, Parvulus panis, quasi *mica panis*, nostris, *une Miche*. Joan. de Janua: *Mica etiam ponitur pro pane modico, qui fit in curiis magnatorum, vel in Monasteriis. — unde versus:*

Chare Phœbe, mica, dabitur tibi cum sale mica.

Catholicon parvum: *Mica, Mie de pain, ou Miche.* Vetus Charta ex Tabulario Eccles. S. Laudi Andegav. f. 82. *Quòd autem de jure Theobaudi & dominio constet donum istud Canonicos obtinere, concesserunt ei prædicta caritatem Ecclesiæ, si ipse postulaverit, semel in anno, unam micam scilicet, & justam vini.*

Micha, eadem notione. Charta Anglica apud Spelmannum: *Capient de prædicto Priore pro qualibet Waya cirporum 3. albos panes vocatos Michis, & nigrum panem, & alia cibaria. Le Roman de Roncevaux MS.*

Qui tuit auront & miches & meriaus.

Le Roman d'Aubery MS.

A tant manjuënt aus deus la miche alise.

Charta Gallica tom. 2. Monastici Anglic. pag. 217. *Et chascun (pauvre) avera une miche, & deux harankes, & potage, &c.* Guill. *Guiart* in Hist. Franc. MS.

Pour ceux qui sont dedans gagier,
Qu'il ne prisent ore une miche.

Vide veteres consuetudines Bituricenses editas à Thomasserio art. 126. 127. & 169.

Michea, Michia. Liber Ordin. S. Victoris Paris. MS. c. 64. *Unusquisque unam micheam & unam mensuram vini* habebit. Charta Geraldi Com. Matisc. an. 1180. *Centum etiam michias censuales, & custodiam viarum & pascuorum.*

Alia an. 1258. in Regesto Chartophyl. Regii signato 31. f. 100. *Unam lagenam vini, & quatuor panes, sive michias.*

Micarius, qui micis vivit, vel eas recolligit. Fragm. Petronii: *Homo præfiscini, frugi, & micarius.*

Micatoria, in veteri Gloss. Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana *Esmieure*.

Mica, in Gloss. Arabico-Lat. *Nugæ*.

MICIDIOR. Innocentius Agrimensor de Casis literarum: *Quoniam micidiores, hoc est, minores, c. invenies stantes quotquot fines ostendunt.* Videtur legendum *hemicycliares*, ut pag. 257.

MICHAELITÆ, *Michalati*, Nummi aurei Michaelis Imperatoris Constantinopolitani imagine signati. Willelm. Tyrius lib. 11. c. 12. *Quærit quæ sit debiti summa: cui responsum est, 30. millium Michaelitarum, quod genus aureorum tunc in publicis commerciis erat celebre, à quodam Imperatore CPolitano qui eam monetam sua fecerat insignem imagine signari.* Bulla Nicolai IV. PP. ann. 3. de Censib. Eccl. Rom. in Regno, Campania & Maritima: *Monasterium S. Ni. de Calusis 1. Michaletum auri, quod valet 5. Tarentinos Regis.* Meminit præterea *Michaelitarum* idem

idem Tyrius lib. 13. c. 15. qui in Chron. Caſin. l. 3. c. 57. lib. 4. c. 417. 46. *Michalati* dicuntur. Cujus Editor, & qui eum ſecuti ſunt, Voſſius, Menagius, & alii, haud bene divinarunt, dum cenſent ita nuncupatos nummos, quòd Michaëlis Archangeli effigiem præferrent, eosque eſſe, aut ſanè iis perſimiles quos *Angelots* appellamus. Charta Rogerii I. Regis Siciliæ pro Eccleſia Brunduſina: *Concedimus villanos 80. demanios noſtros, qui reddant ſingulis annis in duabus datis 140. Michalatos, & centum Miliarenſes*, Μιχαηλάτες iſtos vocat Anna Comnena l. 13. Alexiad. p. 414 diſertimque indicat cuſos fuiſſe à Michaële Duca, dum ait Michaëlis τῦ προβεβασιλευκότ@ fuiſſe.

MICHEA, *Michia*. Vide *Mica*.

MICHIUM. Vetus Charta ex Tabulario S. Benigni Divion. apud Perardum pag. 97. *Unum bultonem, quem in vadimonio habent in michio, quod eſt juxta fontem de Sals*. Alia ibid. *Quæ dedit Canonicis — in michio ſuo 4. denarios in unaquaque ſeptimana*.

MICHNI. Leges Foreſtarum Canuti Regis c. 6. *Habeat etiam quilibet primariorum quolibet anno de noſtra warda, quam michni vocant, duos equos, &c.*

MICOLARI, *Fabulari*, Jo. de Janua.

MICRI, Minores, Μικροί. Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. cap. 1.

Abſolvitque viros, qui jurarant ſibi, micros,
Ac proceres grandes, illum ſi linquere vellent.

MICROLOGUS. Lex Gr. Lat. MS. Reg. Μικρολόγ@, ὁ φειδολός. In Gloſſ. Lat. Gr. *Scrupuloſus*. Jo. de Janua: *Micrologus, qui breviter loquitur, vel qui magnam rem narrare cupiens, quaſi parvam deſpiciendo narrat: unde hoc Micrologium, breviloquium*. S. Columbanus Epiſt. 4. *Minimus maximo, agreſtis urbano, micrologus eloquentiſſimo*, &c. Idem Epiſt. 5. *Licèt enim mihi nimirum (l. nimium) micrologo*, &c. Jonas in Vita S. Euſtaſii Abbatis n. 12. *Comperendinanti, microloga & frivola cavillanti, Euſtaſius — reſpondit.*

Micrologus, Liber in epitomæ ſpeciem, *Abregé*. Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. c. 5.

Muſica ſeu cantus illum laudare Tedaldum
Non ceſſant ſemper, renovantur eo faciente.
Micrologum librum ſibi dictat Guido peritus.
Muſicus, & Monachus, nec non Eremita beandus.

Vita S. Theofredi Abbatis c. 10. *Denique quodam tempore familiari ſemotus obſequio, micrologum cudens de lapſu mundi, ſenario determinat eum ſermone rythmico*. Vita Caroli M. ſcripta juſſu Friderici I. Imp. in Præfat. *Egregia verò ipſius beati Karoli geſta, & triumphalem bellorum ejus hiſtoriam aliis relinquimus, quæ in catalogo virorum fortium, & in Chronicis ejuſdem multifariam reperitur, cujus & nos officioſa ſedulitate Micrologum conſcripſimus*. Ita porrò etiam propriè appellant librum de Ritibus Eccleſiaſticis editum cum aliis ſimilibus, cujus auctor vixiſſe dicitur ſub finem ſæculi undecimi, ut eſt apud Card. Bona lib. 2. Rerum Liturg. cap. 20. art. 4. Alii ſub Friderico I. Imp. ſcripſiſſe volunt. Acta Murenſis Monaſterii p. 31. *Item liber Miraculorum, & in ipſo Romanus Ordo, qui vocatur Micrologus.*

MICTURA. Jo. Buſchius l. 1. Chron. Windeſemenſ. c. 28. *Qui tamen in fine vitæ ſuæ mictura ſanguinis laborans, in bona pace vitam finivit*. Vox formata à *Mingere*.

·MIDTHRINA, vox Saxonica, mid, cum ðƿina, ter. Leges Ethelredi Regis apud Wenetyngum editæ cap. 15. *Et ſi aliquis accuſetur, quòd paverit eum qui pacem Domini noſtri fregerit, ladiet ſe midthrina 12. i. cum ter 12. qui faciunt 36.*

MIDRA, Papiæ, *Auri lamina*.

MISSIO. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 78. §. 1. *Tunc illa vidua quæ in domum patris aut fratris regreſſa eſt, habeat ſibi in ante morgincap & miſſio*. Ubi legendum *& metam* vel *methium*. Vide Legem Longob. l. 2. tit. 4. §. 4. & ſuprà in vocibus *Meta*, & *Methium*.

MIGA, pro *Mica*. Formula 11. ex Baluzianis, de pane: *Aforis turpis eſt cruſta, ab intus miga nimis eſt nigra, aſpera eſt in palato, &c.*

MIGMA, *Palea minuta, vel tritura frumento permixta*, in Gloſſ. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. Eadem habet Ugutio, hæcque ſubdit: *Vel dicitur commixtura, vel confectura ſaponis, vel unguenti alicujus ad abluendum*. Papias: *Migma, Hebræum eſt, id eſt, mixtura, palea minuta, vel tritura frumento permixta*. Gloſſ. Lat. Gall. *Migma, Orge en paille*. Aliud Gloſſ. MS. ad Alexandrum Jatroſophiſt. lib. 1. Paſſion. *Migma eſt ſquinantum, palea camelorum*. Jo. de Janua & Mamotrectus: *Migma, atis, ordeum cum palea*. Iſa. 30. *Et pulli aſinorum qui operantur terram, commixtum migma comedent, ſicut in area ventilatum eſt*. Ubi Gr. Edit. φάγονται ἄχυρα ἀναπεποιημένα ἐν κελθῇ λελικμημένη. Hiſt. Translat. S. Guthlaci n. 17. *Porcum — ſiliquis, & coſſis, & migmate impinguaverat*. Smigmator in Miraculis B. Stanislai Canon. Regul. n. 49.

Migma, Medicamentorum & unguentorum miſtura. Marcellus Empir. in Præfat. *Verſiculis quoque luſimus migmatum & ſpecierum digeſtione compoſitis*. Hiſt. Suſannæ c. 17. *Afferte mihi oleum & ſmigmata, &c.* Vetus Editio *migmata* præfert, Græca verò σμήγματα. Ubi Mamotrectus: *Migmata, confectiones ſaponis, vel unguenti ad lavandum apti: Migma, æ, ordeum cum palea, unde faciunt mulieres decoctionem fortè ad nitorem faciei. Quidam dicunt ſmigma*. Acta Murenſ. Monaſt. *Abbas Udalricus conſtituit ut ſingulis annis 13. talenta pigmentorum darentur ad migma faciendum in Nativitate S. Martini*. Gl. Ælfrici Sax. *Migma*, æƴceda. Vide Palladium in Hiſt. Lauſiaca c. 26. p. 939. & Fullerum lib. 6. Miſcell. Sacr. c. 18.

MIGRANEA, Hemicrania, morbi in capite ſpecies, *Migraine*. Ditmarus lib. 4. *Cui in capite ſuo multùm nocuit migranea, quæ duplex, aut ex gutta, aut ex vermibus.*

MIGRARE *in villam alienam*, in Pacto Legis Salicæ tit. 48. dicuntur ii qui ſine ullo decreto judicis, auctoritate privata, migrant, hoc eſt, irruunt in res alienas ac prædia animo poſſidendi. Lemma tituli eſt *de migrantibus*. In Lege verò Salica tit. 47. eſt *de eo qui villam alienam occupaverit*. Adde Capitulare 3. an. 819. continens Capitula de Interpretatione Legis Salicæ, c. 9.

MILAGO. Charta an. 1223. apud Ughellum in Archiepiſc. Cuſentinis tom. 9. p. 291. *Obligaverunt ſe — reddere annuatim pro cenſu — lagenas puri & boni olei 5. capientes ſingulas milagines binas ad juſtam menſuram Ruſſani.*

MILES, apud Scriptores inferioris ætatis, is potiſſimùm dicitur, qui Militari cingulo accinctus eſt, quem vulgò *Chevalier* appellamus. Fulcherius Carnotenſis l. 2. Hiſt. Hieroſol. cap. 31. (ut cæteros omittam) *Milites noſtri erant quingenti, exceptis illis qui Militari nomine non cenſebantur, tamen equitantes*. Sed unde nata hæc appellatio, non omnino conſtat: tametſi proximum videtur vero, inde apud noſtros obtinuiſſe, quòd qui alicui Principi, ſive in officiis palatinis, ſive in expeditionibus militaribus, militaret, ejus *Miles* eſſe diceretur.

Militare quippe, pro, aliquo officio defungi in curia Principis, uſurpant Scriptores. Quo ſenſu πολιτεύεϑαι, dixit Theophanes. Abba Floriac. in Canon. c. 51. *Quisquis militiæ ſuæ cingulo utitur, dignitatis ſuæ miles adſcribitur*. S. Auguſtin. lib. 5. de Civ. Dei c. 6. *Ille in officio Comitis militat*. Idem in Append. Serm. de Divers. 3. qui S. Maximo aliàs tribuitur: *Non enim de his militantibus Scriptura loquitur, qui armata militia detinentur.*

ventur, sed quisque militiæ suæ cingulo utitur, dignitatis suæ miles adscribitur. Idem Epist. 54. *In quolibet officio militantis.* Et Ep. 76. *Militia clericatus.* Ordo Romanus: *Acolyti cum Defensoribus — dimissis hinc inde partibus, prout militant, præcedunt Pontificem usque ad Ecclesiam.* Hinc *militiæ fascibus sustolli*, apud Avitum Viennensem Epist. 69. *Militiæ tituli*, Epist. 83. ubi Sigismundus Burgundiæ Rex ad Imperatorem Anastasium: *Traxit istud à proavis generis mei apud vos decessoresque vestros semper animo Romana devotio, ut illa nobis magis clara fas putaretur, quàm vestra per militiæ titulos porrigeret Celsitudo: cunctisque auctoribus meis semper magis ambitum est quod à Principibus sumerent, quàm quod à Patribus attulissent. Cumque gentem nostram videamur regere, non aliud nos quàm Milites vestros credimus ordinari.* Quo loco intelligit Patricii dignitatem sibi ab Imperatore collatam, quemadmodum Consularem Chlodoveo Regi impertierat idem August. Gregor. Turon. lib. 4. Hist. cap. 36. de Mummolo qui Patriciatum obtinuerat à Rege Guntranno: *De cujus militiæ origine altiùs quædam repetenda putavi.* Hinc

Militia etiam pro eo quod quis in dignitatibus consecutus est. Idem lib. 8. c. 39. *Qui multas altercationes cum relicta illius defuncti* (Episcopi) *habuisse probatur, eo quòd res quæ tempore Badegisili Episcopi Ecclesiæ datæ fuerant, tanquam proprias retinebat, dicens: Militia hæc fuit viri mei.* Lib. 10. c. 19. *Multa enim auri argentique in hujus Episcopi regesto pondera sunt reperta; quæ autem de illa iniquitatis militia erant, regalibus thesauris sunt illata.*

Qui igitur Principi in quolibet officio, seu in qualibet dignitate, palatina, civili, aut militari deserviebat, ei *militare* dicebatur, ejusque esse *miles*: qua sanè notione hanc vocem capiendam censuerim in vetustioribus Regum Anglo-Saxonum Chartis, quæ subscribuntur à variis proceribus, post Episcopos, Duces, & Comites, cum *Militis* titulo: adeò ut liceat conjicere non alios fuisse quàm Officiales domus augustæ, qui in aliis *Ministri* appellantur: quæ quidem *Militis* appellatio in Chartis eorundem Regum ab anno 806. & deinceps reperitur, ut observat Seldenus de Titulis honorariis part. 2. c. 5. §. 33. quam ille de proceribus militari cingulo donatis intelligendam putat, quos tamen Ingulfus videtur innuere fuisse Officiales Regios, p. 860. *De dono Fregisti quondam Militis domini Kenulfi Regis.* Infrà: *De dono Oswu Militis.* Pag. 868. *Bernodus Miles & vexillarius Regis.* Extante ejusmodi complures Chartæ Anglo-Saxonum Regum quæ à Militibus subscribuntur in Monastic. Anglic. tom. 1. p. 211. 287. tametsi interdum post Ministros subscribant, adeò ut diversi ab iis, ordineque inferiores fuisse videantur, ut in Conventu Westmonaster. an. 1066. sub Edwardo Confessore inter Concilia Anglicana relato. Sanè non alii sunt ab aulicis Ministris, quos aliàs Kanutus Magnus Danorum Rex ad sui vel famulatum vel Comitatum adscivit, quos *ad tria millia Militum* excrevisse ait Sueno in Legib. Castrens. c. 20. Saxo verò Gramm. l. lib. 10. ad sex millia: unde leges quas Rex idem ad continendam militiam istam aulicam constituerat, *Leges Castrenses* sive *Militares*, sive *Leges Curiæ* vocat idem Sueno in Proœmio. Idem c. 5. *Priscorum autem Curialium, qui & nunc Militari censentur nomine, hæc vigebat consuetudo, &c.* Vide *Ministri*, & *Thanus*.

Postmodum *militia* ista civilis, ad militarem unicè profluxit: ita ut qui alicui in bellis *militaret* ac inhereret, ejus esse *Miles* diceretur: maximè verò qui *beneficii seu feudi* alicujus ratione servitio militari obstrictus esset & obnoxius: unde *Miles* pro *vassallo* usurpatur passim à Scriptoribus. Luithprand. in Legat. *Principes isti apprime nobiles, & domini mei sunt Milites.* Idem in Chron. lib. 5. c. 14. *Raimundus Aquitanorum Princeps pro m… mille se in Militem dedit, fidemque ei juramento servaturum affirmavit.* Dudo lib. 3. de Morib. Norman. p. 120. *Ea fide qua conciatur Senior & Miles.* Charta an. 954. ap. Hemeræum: *Gerbertus scilicet & Ansirus Miles ejus.* Conradus Imp. in Lege Longob. lib. 3. tit. 8. § 4. *Firmiter statuimus, ut nullus Miles Episcoporum, Abbatum, Abbatissarum, Marchionum, Comitum, vel omnium qui beneficium de nostris publicis bonis aut de Ecclesiarum prædiis nunc tenent aut tenuerint, — sine certa & convicta culpa suum beneficium perdat, &c.* Ibi non semel. Berthold. an. 1095. *Insuper & Philippum Regem Galliarum excommunicavit, eo quòd propria uxore dimissa, Militis sui uxorem sibi in conjugium sociavit.* Regestum Tolosanum an. 1248. fol. 72. *Dom. Guillelmus … naldus flexu genibus & manibus suis junctis missis inter manus dicti domini Comitis, accepit prædictam terram — ab ipso Dom. Comite, & recognovit & concessit se esse Militem Dom. Comitis, & ejus ordinii, — & convenit servire ipsi Dom. Comiti & ejus ordinio, sicuti fidelis Miles tenetur servire dominum suum, tradens sibi osculum in signum fidelitatis.* Occurrit ibidem eadem formula pluries. Chron. Novalicense lib. 5. cap. 8. *Manibus innexis Miles* (perperam *Militum*) *fit Rudolphi.* Gesta Guillelmi Nothi: *Manibus ei se dedit, cuncta sua ab eo ut Miles à Domino recepit.* Ditmar. lib. 5. *Boiemiorum Ducem Bolizlaum, qui cognominatur Rufus, ad Militem sibi, aliumque ad amicum familiarem blanditiis ac minis adipiscitur.* Et lib. 6. de eodem: *In die sancto manibus applicatis Miles efficitur, & post sacramenta, Regi ad Ecclesiam ornato incedenti Armiger habetur*, id est, *strepam tenuit*, quod vassallorum fuisse docuimus ad Cinnamum. Idem Ditmarus lib. 7. de Willelmo Comite Burgundiæ: *Miles est Regis in nomine, & dominus terræ, &c.* Adde Albertum Stadensem an. 951. Gariellum in Episc. Magalon. p. 81. &c. Hinc *in Militem adoptare*, id est, vassallum sibi aliquem efficere dato ei beneficio seu feudo, apud Adam. Brem. c. 153. *Cùm omnes qui erant in Saxonia, sive in aliis regionibus clari & magnifici viri, adoptaret in Milites, multis dando quod habuit, cæteris pollicendo quod non habuit, inutile nomen vanæ gloriæ — mercatus est.* Cap. 159. *Ut conjuratos tantùm fratres ab invicem divelleret, Hermannum Comitem adoptavit in Militem.* Cap. 165. *Ignominiosum quidem, sed necessarium cum tyranno fœdus pepigit, ut qui hostis erat, Miles efficeretur, offerens eis de bonis Ecclesiæ mille mansos & ampliùs in beneficium.* Vide *Adoptare*. Ita usurpant Lex Longob lib. 3. tit. 8. 4. Herman. Contract. an. 846. 866. 1054. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 259. Greg. VII PP. lib. 1. Ep. 43. l. 9. Ep. 3. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. p. & n. 1 Wollfard. Hasenrietanus ap. Gretzer. de Episcop. Eystet. p. 423. veteres Chartæ in Gallia Christiana to. 3 p. 563. apud Beslium p. 490. Anton. Brandaon. lib. 12. Monarch. Lusitan. c. 1. &c.

Ut porrò apud Romanos, qui militiæ alicujus armatæ, seu palatinæ, dignitatem aliquam consequebantur, cingulo dicebantur donari: quo etiam persæpe ab ipsomet Principe, si altioris, à majoribus verò magistratibus, si inferioris essent ordinis, accingebantur: ita qui Militiam aut ex dignitate, aut ex beneficio seu feudo domino debebat, armis omnibus ab eo instruebatur, quo *Militis* sui in posterum partes ageret, atque ita *adoptabatur in Militem*: unde nostri fortean *Adouber un Chevalier* dixerunt, ex voce *adoptare*, de qua loquendi formula quædam adnotavimus in voce *Adobare*. Atque id, ni fallor, profluxit ex eo, quòd apud barbaros, seu nationes Septentrionales, adolescentes qui primùm arma induere gestiebant, ea sibi dari ab alio, sive principe, sive quovis magnate, ac ense accingi curabant, eoq; ipso ab iis à quibus arma accipiebant, adoptabantur in filios, ita ut qui arma conferebat, patris; qui accipiebat, filii vicem obtineret: de qua adoptionis specie pluribus egimus in Dissert. 22. ad Joinvillium, diximusque ab ejusmodi honorariis per arma adoptionib. *Milites* apud nostros creandi profluxisse ritum. Quemad-

Quemadmodum omnes ferè paganorum superstitiones, quas penitus evelli posse haud existimarent, ritu aliquo sacro condierunt, vel sanctificarunt Christiani: quod de cæteris adoptionum speciebus à nobis est observatum ad Joinvill. ita eam quæ sola armorum fiebat traditione, ab omni barbarico ritu purgarunt, armorum ipsorum benedictione à Sacerdote in Ecclesia facta, & novo Milite, vigiliis ac jejuniis præviis, in ipsa sacra Liturgia ense accincto: quod maximè apud Anglos obtinuisse refert Ingulfus: *Anglorum erat consuetudo, quòd qui Militiæ legitimè consecrandus esset, vespera præcedente diem suæ consecrationis, ad Episcopum, vel Abbatem, vel Monachum, vel Sacerdotem aliquem contritus & compunctus de omnibus suis peccatis confessionem faceret, & absolutus, orationibus, & devotionibus, & afflictionibus deditus in Ecclesia pernoctaret; in crastino quoque Missam auditurus, gladium super altare offerret, & post Evangelium Sacerdos benedictum gladium collo Militis cum benedictione imponeret: & communicatus ad eandem Missam sacris Christi mysteriis, denuo Miles legitimus permaneret. Hanc consecrandi Militis consuetudinem Normanni abominantes, non Militem legitimum tenebant, sed socordem Equitem, & Quiritem degenerem deputabant.* Id ipsum de Anglis tradit Robertus Bourronus in Hist. Arthuri, seu Merlini MS. *Au tans deslors estoit coustume en la grant Bretagne, que quant on faisoit Chevalier nouvel on le viestoit tout de blanc samit, & puis le hauber, & li metoit-on l'espée en la main, & en tel maniere aloit-on oir la Messe en tel maniere en quelconques lieu que il fust, & quant il l'avoit oïe, il s'en devoit venir, adont li chaignoit cil qui Chevalier le devoit faire.*

Priusquam Militiam consequerentur, balnea ingrediebantur, indeque loti prodibant. Jo. Monach. Majoris Monasterii l. 1. Hist. Gaufredi Ducis Norman. de ejusd. Militia: *Illucescente die altera balneorum usus, uti tirocinii suscipiendi consuetudo expostulat, paratus est.* Hist. Caroli VI. Franc Regis, de Militia Ludovici II. Regis Siciliæ & Caroli fratris: *In hoc statu cùm matrem usque ad S. Dionysium conduxissent, in secretioribus locis nudè in præparatis balneis se mundarunt.* Vita Clem. VI. p 90. apud Bosquetum: *Quo facto* die Pentecostes inchoato, statim *aqua lotus* (perperam Editum *manalocus*) *& Miles factus, talem sibi titulum assumpsit seu usurpavit, Candidatus aqua Spiritus S. Nicolaus Miles, &c. L'ordene de Chevalerie MS. Mesires Hues, appareillez chou qu'à Chevalier affiert. Se li apparella son chef & sa barbe sans rere, miex qu'ele n'estoit, & si le mist en un baing, & li demanda, Sire, savez-vous que chet bains vous doune encommencement de vous à entendre: Hues, fait-il, non. Sire, fait mesire Hues, ausi nés & ausi mondés li enfés ist de pekié des fons de Baptesme, devez-vous issir de chest baing de villenie & de mauvese teche, &c. Le Roman de Garin:*

Quant fu bagnié, sus el-palés en vint,
Bien fu vestu & de ver & de gris,
Mult fu apers & Chevaliers eslis,
Gros par espaules, & larges par le pis.
Et Ysoré le branc d'acier li cuit,
Puis le bessa, mult docement li dist, &c.

Alibi:

Li Rois appelle le Borgoin Auberi,
Fetes Girbert baignier vostre neveu,
Si li donrons & le ver & le gris.
Le bang à fet le Bourgoing Auberi,
En la cuve entre, més il i fu petit, &c.

Scribit Josephus Acosta lib. 7. Hist. Indicæ cap. 27. in Regno Mexicano procerum filios à Sacerdotibus lavari consuevisse, priusquam cingulo militari donentur. Et Polyænus lib. 4. Strateg. auctor est Pæones Principem suum, priusquam diademate cingeretur, in fluvio Aristibo lavisse. Vide Tillium pag. 431.

Atque is balneorum ritus potissimùm observatur in Anglia, maximè cùm Reges inaugurantur, à quibus novi *Milites* tum creari solent, quos *Knights of the bath, seu Milites de balneis* vocant, quòd priusquam cingulo donentur, balnea subeant, de quibus Nic. Uptonus lib. 1. de Milit. offic. c. 3. Froissart. 4. vol. c. 114. Camden. in Britan. p. 106. 3. Edit. Thom. Smith. lib. 1. de Rep. Anglor. c. 17. Andr. Favinus lib. 5. Theatri honoris, & alii. Sed totam ejusmodi inaugurandorum in Anglia & alibi Militum ceremoniam, ex veteri Codice Gallico edidit Edward. Bissæus, quam paulò emendatiorem hoc loco inserere haud absurdum videtur, cùm id genus antiquitatis non omnino obvium sit.

Cy aprés ensuit l'ordonnance & maniere de creer & faire noveaulx Chevaliers du baing, au temps de paix, selon la Coustume d'Angleterre.

Quant ung escuier vient en la Cour pour recevoir l'ordre de Chevalrie en temps de paix selon la Custume d'Angleterre, il sera tres noblement receu par les officiers de la Cour, comme le Seneschal, ou du Chamberlain, si iiz sont presens, & autrement par les mareschaux & huissiers. Et adont seront ordonnez deux Escuiers d'onneur saiges & bien aprins en courtoisies, & nourritures, & en la maniere du fait de chevalrie: & ilz seront escuiers & gouverneurs de tout ce qui appartient à celluy qui prendra l'ordre desusdit. Et au cas que l'escuier viengne devant disner, il servira le Roy de une escuelle du premier cours seulement. Et puis lesdicts escuiers gouverneurs admeneront l'escuier qui pendra l'ordre en sa chambre, sans plus estre veu en celle journée. Et au vespre les escuiers gouverneurs envoyeront aprés le barbier, & il apparelleront ung baing, gracieusement appareillé de toile, aussy bien dedans la cuve, que dehors: & que la cuve soit bien couverte de tapiz & manteaulx, pour la froidure de la nuyt. Et adoncques sera l'escuier rez la barbe, & les cheveulx rondé. Et ce fait les escuiers gouverneurs yront au Roy, & diront, Sire, il est vespre, & l'escuier est tout appareillé au baing, quant vous plaira. Et sur ce le Roy commandera à son chamberlan qu'il admene avecque luy en la chambre de l'escuier le plus gentilz & le plus saiges chevaliers qui sont presens, pour lui informer & conseiller & enseigner l'ordre & le fait de chivalrie. Et semblablement que les autres escuiers de l'ostel, avec les menestrelx, voisent pardevant les chevaliers, chantans, dansans, & esbatans, jusques à l'uys de la chambre dudit escuier.

Et quant les escuiers gouverneurs orront la noise des menestrelx, ilz despouilleront l'escuier, & le mettront tout nu dedens le bain. Mais à l'entrée de la chambre les escuiers gouverneurs feront cesser les menestrez, & escuiers aussi, pour le temps. Et ce fait les gentilz saiges Chevaliers entreront en la chambre tout coyement sans noise faire: & adoncques les chevaliers feront reverence l'un à l'autre, qui sera le premier pour conseiller l'escuier au baing l'ordre, & le fait. Et quant ilz seront accordés dont yra le premier au baing, & ilec s'agenoillera pardevant la cuve en disant en secret: Sire, à grant honneur soit-il pour vous cest baing, & puis lui monstrera le fait de l'ordre, au mieux quil pourra, & puis mettra de l'eaue du baing dessues l'espaulle de l'escuier, & prendra congié: & les escuiers gouverneurs garderont les costés du baing. En mesme maniere feront tous les autres Chevaliers l'un aprés l'autre, tant qu'ils ayent tous fait. Et donc partiront les chevaliers hors de la chambre pour ung temps. Ce fait les escuiers gouverneurs prendront l'escuier hors du baing, & mettront en son lit tant qu'il soit sechié: & soit ledit lit simple sans courtines. Et quant il sera sechié, il levera hors du lit, & sera addurné, & vest bien chauldement pour le veillier de la nuyt. Et sur tous ses draps il vestira une cotte de drap rousset, avecques unes longues manches, & le chapperon à la ditte robe en guise de ung hermite. Et l'escuier ainsi hors du baing, & attorné, le barbier ostera le baing, & tout ce quil a entour, aussi bien dedens, comme en dehors, & le prendra pour son fié, ensemble

pour le collier, comme ensi si cest chevalier soit Conte, Baron, Baneret, ou Bachelier, selon la custume de la Cour. Et ce fait les escuiers gouverneurs ouveront l'uys de la chambre, & feront les saiges Chevalieurs reentrer pour mener l'escuier, à la chapelle. Et quant ilz seront entrez, les escuiers, esbatans & dansans, seront admenés pardevant l'escuier avecques les menestrels faisans leurs melodies jusques à la chappelle. Et quant ilz seront entrez en la chappelle, les espices & le vin seront prestz à donner ausdits Chevalieurs & escuiers: & les escuiers gouverneurs admeneront les Chevaliers pardevant l'escuier pour prendre congié; & il les mercira toutes ensemble de leur travail, honneur, & courtoisies qu'ilz lui ont fait: & en ce point ilz departiront hors de la chappelle. Et sur ce les escuiers gouverneurs fermeront la porte de la chapp.lle, & n'y demorera force l'escuiers ses gouverneurs, ses prestres, le chandellier, & le guet. Et en ceste guise demourra l'escuier en la chappelle tant qu'il soit jour, tous jours en oroisons & prieres: requerant le puissant Seigneur, & sa bennoite Mere, que de leur digne grace lui donnent povoir & confort à prendre ceste haute dignité temporelle en l'onneur & louënge de leur, de sainte Eglise, & de l'ordre de Chevilerie. Et quant on verra le point du jour, on querra le prestir pour le confesser de tous ses pechiés, & orra ses matines, & messe, & puis sera accommuschié, s'il veult. Mais depuis l'entrée de la chapelle aura ung cierge ardant devant luy. La messe commencée, ung des gouverneurs tiendra le cierge devant l'escuier jusques à l'Evangille. Et à l'Evangille, le gouverneur baillera le cierge à l'escuier, jusques à la fin de la dite Euvangele l'escuier gouverneur ostera le cierge, & le mettra devant l'escuier jusques à la fin de laditte messe: & à la levacion du Sacrament ung des gouverneurs ostera le chapperon de l'escuier; & aprés le Sacrament le remittra jusques à l'Evangile In principio. Et au commencement de principio, le gouverneur ostera le chapperon de l'escuier, & le fera ester, & lui donnera le cierge en sa main: maies qu'il y ait ung denier au plus prés de la lumiere fichie. Et quant ce vient, Verbum caro factum est, l'escuier se genoillera, & offra le cierge & le denier: c'est assavoir le cierge en l'onneur de Dieu, & le denier en l'onneur de luy qui le fera chevalier. Ce fait, les escuiers gouverneurs remeneront l'escuier en sa chambre, & le mettront en son lit jusques à haute jour. Et quant il sera en son lit, pendant le temps de son reveillier, il sera amendé, c'est assavoir avec ung couverton d'or, appelle sigleton, & ce sera lure du carde. Et quant il semblera temps aux gouverneurs, ilz yront au Roy, & lui diront, Sire, quant il vous plaira, nostre maistre reveillera. Et à ce le Roy commandera ses saiges Chevaliers, escuiers, & menestrelx d'aler à la chambre dudit escuier pour le reveiller, attourner, vestir & admener par devant lui en sa sale. Mais pardevant leur entrée, & la noise de menestrelz oye, les escuiers gouverneurs ordonneront toutes ses necessaires prests par ordre, à bailler aux chevaliers pour attourner & vestir l'escuier. Et quant les chevaliers seront venus à la chambre de l'escuier, ils entreront ensemble en licence, & diront à l'escuier: Sire, le tres-bon jour vous soit donné, il est temps de vous lever & adrecier; & avec ce les gouverneurs le prendront par le braz, & le feront drecier. Le plus gentil ou le plus saige chevalieur donnera à l'escuier sa chemise, ung autre lui baillera ses brages, le tiers lui donnera ung pourpoint, ung autre lui vestira avec ung kyrtel de rouge tartarin. Deux autres le leveront hors du lit, & deux autres chaulseront; mais soient les chaulses denouez, avecquez semelles de cuir. Et deux autres laceront ses manches, & ung autre le ceindra de la sancture de cuier blanc, sans aucun harnois de metal. Et ung autre peignera sa teste, & ung autre mettra la coiffe, un autre luy donnera le mantel de soye de kyrtel de rouge tartarin atachiez avec ung laz de soye blanc, avec une paire de gans blans, pendus au bout de las. Mais de chandellier prendra pour son fiés tous les garnemens avec tout l'arroy & necessaries en quoy l'escuier estoit attournez & vestuez l'jour qu'il entra en la Court pour prendre l'ordre: ensemble le lit en qui il coucha premierement aprés le baing, aussi bien avec le singleton, que des autres necessitez. Pour lesquels fiefs ledit Chandelier trouvera à ses despens la coiffe, les gans la ceinture, & le las. Et puis ce fait les saiges chevaliers monteront à cheval, & admeneront l'escuier à la sale, & les ministrez tous jours devant, faisans leurs melodies. Mais soit le cheval habillé comme il ensuit. Il aura une selle couverte de cuir noir, les arzons de blanc fust, & esquartez, les estriviers noires, les fers dorez, le poitral de noir cuir avec une croix patée dorée pendant pardevant le piz du cheval, & sans croupiere, le frain de noir à longues cerres à la guise d'Espaigne, & une croix patée au front. Et aussi fit ordonné un jeune jouvensel escuier, gentil, qui chevauchera devant l'escuier. Et il sera dechaperonné, & portera l'espée de l'escuier, avec les esperons pendans sur les eschalles de l'espée, & soit l'espée à blanches eschallés fectes de blanc cuir, & la ceinture de blanc cuir sans harnois, & le jouvencel tenara l'espée par la poignée, & en ce point chevaucheront jusques à la sale du Roy: & seront les gouverneurs prestz à leur mestier, & les saiges chevaliers menans ledit escuier. Et quant il vient, par devant la sale, les mareschaux & huissiers se serons prestz à l'encontre de l'escuier, & lui diront, Descendés; & lui descendu, le mareschal prendra son cheval pour son fié. Et sur ce les chevaliers admeneront l'escuier en la sale jusques à la haute table, & puis il sera dresciez au commencement de la table seconde jusques à la venuë du Roy, les chevaliers de coste luy, le jouvensel à bout, l'espée estant pardevant luy, par entre lesdits deux gouverneurs. Et quant le Roy sera venu à la sale, & regardera l'escuier prest de prendre le haut ordre de dignité temporelle, il demandera l'espée avecques les esperons. Et le Chamberlain prendra l'espée, & les esperons du jouvencel, & les monstrera au Roy, & sur ce le Roy prendra l'esperon dextre, le baillera au plus noble & plus gentil, & lui dira: Mittez cestui au talon de l'escuier. Et celluy sera agenoillié à l'un genoil, & prendra l'escuier par la jambe dextre, & mettra son pié sur son genoil, & fichera l'esperon au talon dextre de l'escuier. Et le seigneur fera croix sur le genoil de l'escuier, & lui baisera. Et ce fait, viendra ung autre seigneur qui fichera l'esperon au talon senestre en mesme maniere. Et doncques le Roy de sa tresgrande courtoisie prendra l'espée, & la ceindra à l'escuier. Et puis l'escuier levera ses bras en hault, les mains entretenans, & les gans entre les pous, & les doits: & le Roy mettra ses bras entour le col de l'escuier, & levera la main dextre, & frapera sur le col, & dira, Soyes bon chivalier; & puis le baisera. Et adonques les saiges chivaliers admeneront le nouvel chivalier à la chapelle à tresgrande melodie jusques au haut autel. Et ylecques se agenoillera, & mettra sa dextre main dessus l'autel, & fera promisse de soustenir le droit de saincte Eglise toute sa vie. Et adoncques soy-mesme deceindra l'espée avec grande devotion & prieres à Dieu, à saincte Eglise, & l'offreira en priant Dieu, & à tous ses Saincts, qu'il puisse garder l'ordre qu'il a prins jusques à la fin. Et ceo acompliz, il preindra une souppe de vin. Et à l'issue de la Chappelle le maistre Queux du Roy sera prest de oster les esperons, & les prendra pour son fié; & dira, Je suis venu le maistre Queux du Roy, & prens voz esperons pour mon fié; & si vous faictes chose contre l'ordre de chevalrie, (que Dieu ne vueille) je coupperay voz esperons de dessus voz talons. Et puis le chivaliers le remeneront en la sale. Et il commencera la table des chivaliers. Et seront assiz entour luy les Chevaliers & il sera servy si comme les autres, mais il ne mangera ne ne bevera à la table, ne ne se mouvra, ne ne regardera, ne deça ne delà, non plus que une nouvelle mariée. Et ce fait, ung de ces gouverneurs aura ung couvercher en sa main, qu'il tendra pardevant le visage, quant il sera besoin pour le cracher. Et quant le Roy sera levé hors de sa table, & passé au sa chambre, adoncques le novel Chevalier sera mené à grant foison de Chevaliers & menestrelz devant lui, jusques à sa cham-

chambre. Et à l'entrée les Chevaliers & menestrelz prendront congié, & il yra à son disner. Et les Chevaliers departiz, la chambre sera fermée, & le nouvel Chevalier sera dispouillé de ses paremens: & ilz seront donnez aux Roys des Heraulx, se ils y sont presens, ou si non, aux autres Heraulx se ils y sont; autrement aux menestrez, avecques ung marc d'argent, se il est bacheler: & se il est Baron, le double: & se il est Conte, ou de plus, le double: & le rouset cappe de nayt sera donné au guet, autrement ung noble. Et adoncq il sera revestu d'une robe de bleu, & les manches de custote en guisse d'un prestre, & il aura à l'espaule senestre ung laz de blanche soye pendant. Et ce blanc laz il portera sur tous ses habillemens qu'il vestira au long de celle journée, tant qu'il ait gaigné honneur & renom d'armes, & qu'il soit recordé de si hault record comme de Nobles Chevaliers, Escuiers, & Heraulx d'armes, & qu'il soit renommé de ses faiz d'armes, comme devant est dit, ou aucun hault Prince, ou tres noble Dame, de pouvoir couper le las de l'espaule du Chevalier, en disant, Sire, nous avons ouy tant de vray renom de vostre honneur que vous avez fait en diverses parties, au tresgrant honneur de Chevaliere à vouës mesmes, & à celuy qui vous a fait Chivalier, que droit veuit que cest laz vous soit ostez. Mais aprés disner les Chevaliers d'onneur & gentilz hommes vendront aprés le Chevalier, & le admeneront en la presence du Roy, & les escuiers gouverneurs pardevant luy. Tres-noble & redouté Sire, de tout ce que je puis, vous remercie de touts ces honneurs, courtoisies & bontez que vous me avez, & vous en mercie. Et ce dit, il prendra congié du Roy. Et sur ce les escuiers gouverneurs prendront congié de leur maistre en disant, Sire, ceo nous avons fait par le commandement du Roy, ainsi comme nous fusimes obligiez, à nostre povoir. Mais s'il est ainsi que nous vous ayons despleu par negligence, ou par fait en cest temps, nous vous requerons pardon d'autre part, Sire, comme veray droit est selon les coustomes de Court, & des Royalmes anciens, nous vous demandons robes & fiez à terme de, comme escuiers du Roy, compaignons aux bachiliers, & aux autres seigneurs. Supradicta Anglicè reddidit Will. Dugdalus in Antiquit. Warwicensib. pag. 531.

Tradit præterea vetus Ceremoniale, novis vestibus tirones à balneo prodeuntes donatos, exutis scilicet prioribus, quæ scutiferorum erant. Joannes Monachus Majoris Monasterii lib. 1. *Post corporis ablutionem ascendens de balneorum lavacro, bisso retorta ad carnem induitur, cyclade auro texta supervestitur, &c.* Historia Caroli VI. Regis Franc. *In curru de Parisiis exivit cum Ducum, Militum, & Baronum multitudine copiosa, quam etiam duo ejusdem filii Ludovicus Rex Siciliæ & Carolus adolescentes egregii, equestres sine medio sequebantur. Nam scutiferorum priscorum ceremonias gradatim ad tyronum ordinem ascendentium servantes, tunica lata talari ex griseto bene fusco uterque indutus erat. Quicquid verò ornamenti eorum equi vel ipsimet deferebant, auro penitus carebat. Et simili quoque panno, quo ambo induti erant, quasdam portiunculas complicatas, ac sellis equorum à tergo alligatas, deferebant, ut armigerorum antiquorum peregrè proficiscentium speciem denotarent.* Infrà: *Indumentis prædictis exuti, mox vestimentis novæ Militiæ adornantur.* Alia quippe erant vestimenta tironum, alia Militium, quæ & qualia in hisce occasionibus fuerint, accipe ex Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis, incipiente a 28. Augusti an. 1350.

Pour Monseig. le Duc de Bourgogne, premierement pour le Sacre du Roy une cote hardie d'Escuirie & un chapperon d'un brun marbre fourré d'agneaux noirs. Item de mesmes une bonce sengle & un chaperon sengle. Item une robe d'Escuierie d'un marbre brun de 4. garnemens, & chaperon fourré d'agneaux blans. Item pour sa Chevalerie une robe d'un pers de 4. garnemens, & chaperon fourré de menu vair. Item pour sa Chevalerie une robe de 4. garnemens, & chaperon d'un vert fourré d'un menu vair. Item une cote d'un samit vermeil fourrée de menu vair, couvert le menu vair de cendal vermeil. Item un mantel de samit vermeil fourré de menu vair.

In eodem Computo: *Des mises en ce terme pour la Chevalerie du Dauphin & de ceux qui furent Chevaliers en sa compaignie, c'est assavoir le Duc de Orliens, le Comte d'Anjou, le C. d'Alençon, le Comte d'Estampes, M. Jean d'Artois, le Comte de Dammartin, le Viscomte de Thouraine neveu du Pape, & le Seigneur de l'Escun, &c. Draps d'or & de soye à faire robes pour ladite Chevallerie. Pour 7. pieces de samit vermeil à faire cotes & manteaux, lesquelles cottes furent fourrées de menu vair pour le Dauphin, &c. la veille de leur Chevallerie, &c. Pour 23. pieces & demye de drap d'or de plusieurs façons, c'est assavoir 6. nacis d'or 40. escus la piece. 9. ramacas & demy d'or 30. escus la piece. 2. autres racamas 25. escus la piece, & 6. mattabas d'or 20. escus la piece, tout à faire cotes & manteaux semblables, comme des samits dessus dits le jour de la Chevallerie desdits Seigneurs, &c. Draps de laine pour lesdits Seigneurs à leur Chevallerie. Pour 44. aunes de sanguine Morée & de bruns marbrez ensuivant ladite couleur, c'est assavoir une sanguine de 38. ll. par 5. aunes de semblable 32. s. par. l'aune, & 15. aunes d'autre roye 30. sols par. l'aune, tout pour faire cottes hardies fourrez d'agneaux noirs, & houces sengles à chevaucher pour lesdits Seigneurs en estat d'Escuierie, &c. Pour 90. aunes de brun marbre en plusieurs pieces de la grant-moison de Bruxelles, &c. tant pour faire robes aux Seigneurs dessus nommez qui furent Chevaliers, chacune de 4. garnemens fourrez d'agneaux blans pour leur estat d'Escuierie, excepté le Seigneur de l'Escu, qui n'en ot point, ne desdites cotes hardies. Pour 151. aunes de brunete en plusieurs pieces de la petite moison de Louvain tant pour faire à chascun desdits Seigneurs qui furent Chevaliers, couvertoir & demy fourreure d'Escureux de Calabre à couvrir leur lits pour ledit estat d'Escuierie 20. s. par. l'aune, &c. Pour 4. escarlates vermeilles de Bruxelles, &c. 2. yraingnes de la grant moison de Louvain, &c. tout faire semblables couvertoirs fourrez de menu vair aux Seigneurs dessusdits pour leur estat de Chevalerie, & 3. cotes & 3. manteaux pour le Visconte de Thouraine, le Comte de Dammartin, le Seigneur de l'Escu devant nommez pour la veille de leur Chevalerie. Pour 10. draps de 2. couleurs pers azuré & vert encré la grant moison de Bruxelles tout à faire 2. paires de robes chascune de 4. garnemens pour M. le Dauphin, & pour ceux qui furent Chevaliers en sa compaingnie, excepté le Seigneur de l'Escu, &c. Pour 24. aunes de 2. royes de Gant de 2. pieces, à faire vineaux pour le Corps & pour commun de Monsieur le Dauphin pour cause de ladite Chevalerie, &c. Pennes & fourreures pour ladite Chevalerie. Pour fourrer une cote hardie d'un drap moret que M. le Dauphin ot à chevaucher en son estat d'Escuierie une penne d'agneaux noirs & un chapperon fourni de meesmes, 7. liv. pour fourrer audit Seigneur une robe de 4. garnemens pour ledit Estat. 2. pennes d'aingneaux de l'aigue Chaperon & demi d'aingneaux d'Arragon, & 4. peaux de semblables aingneaux à faire poinnez, &c. Pour fourrer un couvertoir & demy de brunette noire que ledit Seigneur ot pour ledit estat d'Escuierie, 2. fourreures de dos de Calabre, &c. Pour fourrer la cote & le mantel de samit vermeil que ledit Seigneur ot la veille de sa Chevallerie pour ladite cote une fourrure de menu vair tenant 166. ventres, pour manches fourrées à plain 40. ventres, & pour le mantel 208. pour fourrer la cote & le mantel de drap d'or ésquels ledit Seigneur fu Chevalier, pour la cote 206. ventres de menu vair & pour le mantel une fourreure d'ermines, &c. Pour faire un couvertoir & demy d'escarlate que ledit Seigneur ot pour son estat de Chevalerie 2. fourreures de menu vair, &c. Pour fourrer 2. paire de robes l'une de pers azuré, & l'autre de vert encré chascune de 3. garnemens pour les 4.*

surcos

surcos 4. fourreures de menu vair tenant chascune 200. vendres pour les 2. manches de surcot, &c.

Ibidem : *Chambres pour ladite Chevalerie. Pour onze pieces de cendaux noirs des larges, &c. pour faire trois contrepointes noires pour les 3. chambres d'Escuierie du Dauphin, du Duc d'Orleans & du Comte d'Anjou, &c. Pour 6. pieces de toillet tainte à faire l'envers desdites contrepointes, &c. Pour 12. tapis noirs de laine, contenans chascun 4. aunes & demie, qui sont sur tout 54. aunes quarrées; c'est assavoir pour chacune desdites chambres noires 4. tapis, un au chevais, & 3. par terre autour du lit 10. s. par l'aune. Pour 4. sarges noires de Caën à couvrir le lit du Comte d'Alençon, du Comte d'Estampes, &c. Pour leur estat & chambre d'Escuierie, &c. Pour 78. pieces de cendaux vermeux en graine pour faire 6. chambres garnies, chacune de grant contrepointe, & de 3. courtines pour Mess. le Dauphin, le Duc d'Orliens, &c. Pour leur estat de Chevalerie, pour 16. pieces de toile peinte à faire l'envers, &c. Pour 3. pieces de samit vermeil, &c. & 3. pieces de cendaux vermeux en graine, &c. Pour faire quarreaux pour lesdites chambres; c'est assavoir pour chascun 6. quarreaux, desquels les 2. sont grans pour l'Oratoire, les 4. petits pour 36. aunes de toile vermeille à faire contrendroit, &c Pour les coutils desdits quarreaux, &c. Pour 42. tapis vermeux, &c. pour parer les 6. chambres desdits 6. Seigneurs dessus nommez pour leur estat de Chevalerie; c'est assavoir pour la chambre de chascun Seigneur un tapis armoiez aux cornez de ses armes, desquels tapis il en i a un chevecier tenant 4. aunes de lonc, & 2. de lé 4. tapis à mettre entour le lit & sur la couche, tenant chascun 5. aunes de lonc, & 2. de le. Et les autres deux tenans chascun 4. aunes de lonc, & 2. de lé, pour couvrir les sommiers, &c. Pour 4. pieces de cendeaux noirs de larges, pour faire contrepointe pour ledit Viscomte de Thourraine nepveu du Pape, pour son estat d'Escuierie, &c. Pour faire une chambre garnie de grant contrepointe de 3. courtines pour l'estat de Chevalerie dudit Visconte, &c. Au compte commençant au 1. Juillet 1351. Messire Nicolas Braque, (Tresorier de France) Chevalier nouvel, pour fourrer un mantel d'escarlate vermeille pour le jour de sa chevalerie, un mantel de gros vair. Pour fourrer un couvertoir à couvrir le lit dudit Chevalier nouvel le jour de sa Chevalerie, une penne de gris de 18. tires. Ledit Chevalier nouvel pour fourrer 2. paires de robes, l'une d'un vert, & l'autre d'un pers, chascune de trois garnemens, pour le jour de sa Chevalerie.* Vide Seldenum de Titulis honorariis, 2. part. cap. 5. §. 34. p. 774. 2. Edit.

Ita loti novi tirones, in Ecclesia pernoctabant, orationibus vacabant, & crastino subsequente sacræ intererant Liturgiæ, quod ex Ingulfo suprà attigimus. Historia Caroli VI. *Insignes verò adolescentes prædicti habitu eodem quo priùs ante Martyres reducuntur, ut ibidem, sicut mos antiquitus inolevit, in orationibus pernoctarent.* Froissart. 4. vol. c. 63. de Militia 4. Regulorum Hiberniæ : *Et adonc veillerent toute la nuit ces quatre Rois en ladite Eglise, & au lendemain à la messe, & à grand solennité ils furent faits Chevaliers.* *Le Roman de Girard de Vienne MS.*

Li Damoisel si erent mult à priser,
Devant le Roi se vont agenouller
Font homaje vaillant mult Chevaler,
Et l'Empereres les a fait redrecer.
Ses Chevalers emprist à arenier
Premierement adoberai Renier,
Et de Girard ferai mon Escuier,
Dient François, bien fait à otroier,
Chemises & braies aportent à Renier,
Chauces de pailes, solers de Monpeller,
El dos li vestent un fret hermine cher,
Et un bliaut, que ot fait entailler,
Un mantel riche, qui valoit maint dener,
Ont affulé au nobile guerrer,
Por Messe oir l'en mainent au mostier;
Car c'est coustume à nouvel Chevaler,
Ançois qu'il doie ses garnemens bailer,
Doit oir Messe, & Dame Deu proier,
Que il li doie honor & soi haucer,
Et à droit terre tenir terre & justiser,
Aprés la Messe en nont mené Rener,
Por adober el grant palais plener,
Ses garnemens li font appareiller,
Chauces de fer qui moult font à proiser,
El dos li vestent un blanc auberc dobler,
Et chef li laçent un vert hiaume vergé,
Li Rois li çaint un riche branc d'acer,
El col le fiert l'Emperere à vis fer,
Puis li a dit, Soyez prodome, Rener.
Merci, Beau Sire, ce dit li frans guerrers:
Si sera-je, se Deux me veut aider.
L'en li ameine un auferan destrer,
Li Bers monte par son senestre estrer;
Al col li pend un escu de quarter,
Et à son poin un roit tranchant espié,
Fait un eslais sur l'auferant Corser,
Qui li veist ses esperons brocher,
Et per la cort & gauchir & eslaisser,
Et son espée brandir & pannoier
Mult le deust aloser & priser,
Forment le loent li prodom Chevaler.

In hisce sacris ceremoniis cingulum Militare conferebatur novo Militi ab aliquo Principe aut Magnate, data, ut solenne erat, alapa militari, sacra faciente Episcopo aut Sacerdote, ensemque benedicente: cujus ritus exempla produnt præ cæteris Magnum Chronicon Belgicum ann. 1247. ubi de *Militia* Willelmi Comitis Hollandiæ Imperatoris electi qui sacra faciente Cardinale, à Rege Bohemiæ gladio accinctus est, impacto in collum tyronis ictu: & Vinchantius in Annalibus Hannoniæ c. 37. ubi de *Militia* Guillelmi Hannon. Comitis Ostrevanti, quem à Guillelmo Comite patre cingulo donatum scribit, Episcopo Cameracensi sacra faciente. Vide *Alapa militaris.*

Interdum Militiæ cingulum ab Episcopis & Abbatibus ipsis conferebatur in ipsa Ecclesia, sacris vestibus indutis. Tabularium S. Martini *de Hastings* in Anglia laudatum à Seldeno ad Eadmerum : *Terras censuales non donet* (Abbas) *ad feudum, nec Milites nisi in sacra veste faciat.* Charta Henrici I. Regis Angl. pro Monasterio Radingensi : *Terras censuales non donet* (Abbas) *ad feudum, nec faciat Milites nisi in sacra veste Christi, in qua parvulos suscipere modestè caveat, &c.* A Lanfranco Dorobernensi Episcopo Militiæ cingulum accepisse eundem Henricum, postmodum Angliæ Regem, Primum cognominatum, tradunt Ordericus lib. 8. p. 665. Willelmus Malmesb. lib. 4. de Gest. Angl. p. 120. & Matth. Paris ann. 1088. ut Balduinum Comitem Guinensem à S. Thoma Archiepiscopo Cantuariensi in Capella S. Catharinæ apud Montorum, Lambertus Ardensis p. 112. & Chronicon Andrense p. 455. Robertus *Bourron* in Merlino, ubi de Arthuri Regis Militia : *Par le comun Conseil, & par l'accort des Barons, fit l'Archevesque Artu Chevalier, & cele nuit veilla Artus à la maistre Eglise dusques au demain au jour qu'il fut ajourné.*

Sed & ipse summus Pontifex Imperatores, Reges, aliosque promiscuè Nobiles Milites facit, ut est in Ceremoniali Romano lib. 1. sect. 5. & 7. apud Odoricum Rainaldum an. 1204. n. 72. Ughellum to. 1. part. 1. pag. 267. to. 5. Hist. Francor. p. 878. &c. Vetitum tamen & interdictum in Concilio Londoniensi ann. 1102. *ne Abbates faciant Milites*, apud Eadmerum lib. 3. Hist. p. 68. & Will. Malmesburiensem, uti jam suprà monuimus.

Enses

Ensis porro quo accingebatur Miles, ab ipsomet altari imponebatur. Joannes Sarisberiensis lib. 6. Policrat. cap. 10. *Inolevit consuetudo solennis, ut ea die qua quisque Militari cingulo decoratur, Ecclesiam solenniter adeat, gladioque super altare posito & oblato, quasi celebri professione facta seipsum obsequio altaris devoveat, & gladii, id est, officii sui jugem Deo spondeat famulatum.* Quæ quidem ipsissima verba descripserunt Helinandus Serm. 3. in Festum omnium Sanctorum, Vincentius Belvac. lib. 29. cap. 131. & Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari officio cap. 14. Petrus Blesensis Epist. 94. *Sed & hodie tirones enses suos recipiunt de altari, ut profiteantur se filios Ecclesiæ atque ad honorem Sacerdotii, ad tuitionem pauperum, ad vindictam malefactorum, & patriæ liberationem, gladium accepisse.* Quippe gladius quo accingebatur novus Miles, præcipuum fuit semper Militaris ordinis argumentum. Hinc *accingi gladio* dicuntur qui fiebant Milites. Chronicon Reicherspergense an. 1165. *Henricus Rex accinctus est gladio in Pascha.* Et an. 1192. *Ibi etiam in eadem solennitate & in præsentia Imperatoris accincti sunt gladio Dux Sueviæ, Dux Bavariæ, &c.*

Neque tamen semper in hisce occasionibus gladius ab ipsis Pontificibus Militi accingebatur; sed ipsemet interdum Miles de altari acceptum lateri suo aptabat, siquidem majoris dignitatis esset Princeps. Rodericus Toletan. lib. 9. de Reb. Hisp. c. 10. de Rege Fernando: *Et tertia die ante festum S. Andreæ in Regali Monasterio prope Burgis celebrata Missa à venerabili Mauritio Burgensi Episcopo, & armis Militaribus benedictis, ipse Rex suscepto gladio ab altari, manu propria se accinxit cingulo Militari; & mater sua Regina nobilis ensis cingulum deaccinxit.* Idem de Alfonso I. Rege Portugalliæ refert Chronicon Gotthorum, seu Lusitanicum, editum ab Antonio Brandaono, sub eram 1163. *Infans inclytus domnus Alfonsus Comitis Henrici & Reginæ D. Tarasiæ filius, D. Alfonsi nepos, habens ætatis annos fere 14. apud sedem Zamorensem ab altario S. Salvatoris ipse sibi manu propria sumsit militaria arma, & ibidem in altare indutus est, & accinctus militaribus armis, sicut moris est Regibus facere, in die Sancto Pentecostes.* Adde Raimundum Montanerium c. 297. Quæ quidem Regum Hispanicorum morem spectant, qui coronam non ab Episcopis, aut Archiepiscopis, sibi imponi patiebantur, sed ipsimet capitibus suis de altari sumptam aptabant, ut est in Chronico Petri IV. Regis Arag. lib. 2. c. 9. & apud eundem Montanerium loco laudato.

Creabantur autem Milites variis modis, inquit Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari officio cap. 3. *videlicet per balneum, qui modus observatur in Anglia, & aliis regnis ubi regnat pax. Item creantur Milites per aliquem Principem, seu principalem Capitaneum in villarum obsidionibus, castrorum, vel fortalitiorum, & hoc diversis modis. Si fortè assaltus fiat, seu faciendus fuerit, tunc creandus in Militem portabit gladium in manibus, de principali Capitaneo obsidionis petens, ut ipsum creet in Militem, qui quidem Princeps seu principalis Capitaneus capiet gladium prædictum de manibus ordinandi, & ipsum percutiet, dictum gladium tenendo ambabus manibus, cum eodem, nominando eum Militem sic percussum. Qui quidem Princeps tenetur alium veteranum Militem eidem assignare, qui sibi calcaria deaurata præparabit, & secum transibit ad assaltum faciendum. Item idem modus observatur in creatione Militum ad mineram, sed veteranus ille, cui novus tiro committitur, vigilabit nocte sequenti cum tirone in minera supradicta. Item creantur Milites in bellis campestribus, ubi idem modus creationis observatur, qui in assaltibus exercetur.* Complura ejusmodi Militum creatorum in occasionibus bellicis exempla suggerunt Fulcherius Carnot. lib. 2. c. 10. Froissart. 2. vol. cap. 125. 159. 164. 3. vol. c. 14. 75. 4. vol. cap. 18. Monstrelletus 1. vol. cap. 47. &c. 2. vol. p. 216. Dorronvillæus, &c. Adde Tillium, & Savaronem in Tractatu de Ense Francico pag. 27.

Porro quivis Militari honore donatus, alium Militem facere poterat. Charta Nobilitationis an. 1372. descripta à Camusato in Antiq. Trecensib. *Ita quòd Nicolaus & ipsius liberi & tota posteritas eorundem masculina quandocunque & à quocunque Milite voluerint, Militiæ cingulo valeant decorari.* Monstrelletus 3. vol. sub an. 1452. *Quand tous furent approchez de leurs ennemis, le Seigneur de Saveuses fit Chevalier de sa main ledit Comte de Estampes, qui ne l'estoit pas encore, lequel Comte en fit incontinent autres cinquante-deux, &c.* Vide Nicolaum Uptonum lib. 1. de Militari Officio cap. 2. & Auctorem Somnii Viridarii. In Aragonia: *Infantio potest per quemlibet Militem promoveri ad Militiæ dignitatem, alii non nisi per Dominum Regem, vel alium de ejus speciali mandato, exceptis civibus honoratis civitatis Cæsaraugustæ, qui ex privilegio antiquitus dictæ civitati concesso, possunt per quemlibet Militem promoveri ad Militiæ dignitatem.* Ita Observantiæ Regni Aragonum libro 6. titulo *de conditione Infantionatus.*

A feminis Militare interdum cingulum indultum Militibus testatur Ordericus Vitalis lib. 11. p. 825. *Sicilia quoque Philippi Francorum Regis filia, quæ Tancredi uxor fuit, Gervasium Britonem Dolensis Vicecomitis filium Militem fecit, aliosque plures armigeros Militaribus armis contra paganos instruxit.*

Ad Militiam capessendam nulla ferè erat ætas definita: interdum enim *præmaturè* dabatur, ut de Æthelstano Anglorum Rege narrat Willelmus Malmesbur. lib. 2. c. 6. Baldricus Abbas Burguliensis de quodam Milite quindenni mortuo:

— Ante dies assumpsit Militis arma.

Interdum *ubi per ætatem licebat*, ut de Willelmo Notho idem Malmesburiensis scribit lib. 3. p. 95. Sæpe *infra ætatem*, hoc est, ante annos *majoritatis* seu annum 21. ut est apud Matth. Paris in Charta Joannis Regis pro libertatibus Angliæ p. 178. ac proinde antequam in bella eundi ac pugnandi ætatem haberent, quæ fuit an. 21. ut est in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 71. Scribit Joinvilla noster pag. 98. Principem Antiochenum annos 16. natum Militem factum à S. Ludovico Rege Franciæ. Vide *Sigillum.*

Gentis ac natalium nobilitas necessaria erat, ut quis *Militiam* consequeretur, maximè apud nostros. Charta Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. an. 1231. *Exceptis Clericis, Militibus, gentibus, religiosis, & exceptis omnibus, qui Milites esse possunt originis ratione*, id est, Viris nobilibus. Guntherus lib. 2. Ligurini de Longobardorum gente:

Utque suis omnem depellere finibus hostem
Possit, & armorum patriam virtute tueri,
Quoslibet ex humili vulgo, quod Gallia fœdum
Judicat, accingi gladio concedit equestri.

In Regesto 2. Parlam. fol. 46. & 58. *Comes Nivernensis emendam fecit domino Regi, eo quòd fecerat Milites duos filios Philippi de Borbonis: & scriptum fuit Comiti Nivernensi, quòd dictos duos factos Milites ad dominum Regem mitteret. Et quia dicti duo filii Philippi de Borbonis non existentes adeo Nobiles ex parte patris, quòd Milites fieri deberent, se fecerunt fieri Milites, emendaverunt hoc domino Regi, & solvit eorum quilibet 1000. lib. Turon. & Milites remanserunt, ut postea emenda fuit moderata ad 400. lib.* Ibid. fol. 51. & 52. in Parlamento Pentecost. *Dictum fuit, quod non obstante usu contrario ex parte Comitis Flandrensis proposito, non poterat nec debebat facere de villano Militem, sine auctoritate Regis.* Apud Alamannos, ex Imperatorum Constitutionibus, *Milites fieri* non poterant, *qui de genere*

Militum

Militum non nati erant, uti testatur Petrus de Vineis lib. 6. Ep. 17. Ita etiam obtinuisse apud Aragonenses colligitur ex Statuto Jacobi I. Regis Aragon. an. 1234. quo *nullum fieri ab aliquo Militem, nisi filium Militis*, vetat: & apud Siculos ex Constitutione Rogerii Regis, quæ habetur in Constit. Sicul. lib. 3. tit. 39. §. 2.

Secus tamen observatum in aliquot Galliæ provinciis testatur sequens Charta ex Chartophylacio Regio, scrinio *Ordinationes*, 1. fol. 227. *Nos, &c. Notum facimus quod usus & consuetudo sunt, & fuerunt longissimis temporibus observatæ, & tanto tempore quod in contrarium memoria non existit, in Senescallia Bellicadri, & in Provincia, quod Burgenses consueverunt à Nobilibus & Baronibus, & etiam ab Archiepiscopis, sine Principis auctoritate & licentia, impune cingulum Militare assumere, & signa Militaria habere, & portare, & gaudere privilegio Militari. Die Mart. post oct. Pentec. anno Dom.* 1298. Sed & in Charta Philippi Regis Fr. ann. 1206. qua 300. servi Ecclesiæ S. Aniani, eodem Rege permittente tanquam ejusdem Abbate, à Canonicis manumittuntur, quidam ex iis se *Milites* inscribunt. Vide Probationes Historiæ ejusdem Ecclesiæ p. 109.

A Militari cingulo arcentur etiam *filii Sacerdotum, Diaconorum, & rusticorum*, Lege Friderici I. ann. 1187. apud Conradum Uspergensem.

Prædictis addere placet quod apud omnes ferè nationes obtinuit, neminem *Militem* appellatum, nisi qui Militarem ordinem reverà consecutus esset. Molinus in Repertorio: *Infanciones nascuntur apud nos, Milites verò fiunt seu creantur: quia sine creatione actuali, seu promotione ad Militiam, nullus potest esse Miles.*

Militum alii erant primi, alii secundi, vel tertii ordinis. Bruno de Bello Saxonico pag. 133. *Similiter pacis oscula dederunt ordinis secundi seu tertii partis utriusque Milites.* Wippo de Vita Conradi Salici p. 428. *Quòd omnes Episcopi, Duces, & reliqui Principes Milites primi, Milites Gregarii, quin ingenui omnes, si alicujus momenti sunt, Regibus fidem faciant.* Ubi *Milites primi*, & *primi ordinis*, sunt Barones ac *Bannereti*, qui educendi vexilla in præliis jus habebant: alii *Milites secundi* vel *tertii ordinis* & *Gregarii*, sunt ii quos *Chevaliers Bacheliers* dicimus, & qui

Milites simplices appellantur, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 9. 10. lib. 2. tit. 3. ubi Baronibus opponuntur. Philippus de Bergamo in Catone moralizato: *Aliqui autem ex nobilibus reperiuntur, qui infimum tenent nobilitatis gradum, ut sunt simplices Milites, &c.* Consuetudines Albigenses: *Si inde convicti, aut confessi fuerunt, dabunt singuli 10. libr. si fuerint Barones: si simplices Milites, 100. sol.* Ubi *Barones* generatim pro *Banneretis Militibus* accipiuntur. Ita *simplices milites* dicuntur *Bacellarii* in Charta anni 1274. tom. 5. Hist. Franc. p. 553. *A quolibet simplici Milite 10. sol. &c. Milites minores*, Matthæo Paris an. 1215. *Milites mediæ robustatis*, in Gestis Willelmi Nothi pag. 207. quia medii sunt inter Barones & scutiferos. At

Miles simplex, apud Arragonenses & Hispanos ferè cæteros, dicebatur, inquit Vitalis Oscensis Episcopus, *qui sui scuti, sive unius scuti vulgariter appellatur, vassallus alicujus præter Regem, vel Regis filium, vel Comitem ex Regis genere descendentem, vel Prælatum Ecclesiæ: vel qui ab alio quam a dictis personis Militari cingulo fuerit redimitus.* Eximinus Petri Salanova Justitia Aragonum lib. de Observantiis: *Infancionum alii sunt Rici homines, & non Milites; alii Rici homines, & Milites; alii Mesnadarii Milites; alii non Milites: alii sunt Milites simplices: alii filii Militum tantùm, &c.* Lucas Tudensis æra 961. *Hunc simplicem Militem Castellani nobiles super se judicem erexerunt.* Rodericus Toletanus lib. 8. de Reb. Hisp. c. 2. *Convenerunt & simplices Milites, nec non & de pedestri ordine plurima multitudo.* Ita cap. 3.

Miles unius scuti igitur idem qui *Miles simplex*, cui scilicet in expeditiones bellicas eunti non alius Miles vassallus aderat. Charta MS. Petri II. Regis Aragonum ann 1283. pro libertatibus Cataloniæ: *Item quòd in omnibus causis feudalibus, quas nos cum Baronibus vel Militibus Cataloniæ habere contigerit, faciamus per Pares Curiæ judicari, Barones scilicet per Barones, & Milites unius scuti per Milites unius scuti, & quòd dicti Pares possint Assessores sibi eligere non suspectos.* Joannes Abbas Laudunensis in Speculo Historico MS. quod desinit in ann. 1380. lib. 10. de Prælio Curtracensi: *Et tant d'autres que sans les Princes i eust mors 60. Chevaliers Bannerets, & onze cens Chevaliers d'un Escu.*

Milites parvi, id est, inferioris ordinis, & qui servitium Militare integrum non præstabant. Scacarium Anglicanum, apud Seldenum lib. de Titulis honorar. part. 2. c. 5. §. 17. *Isti sunt Milites de Baronia Drogonis juvenis de Monteacuto, de parvis Militibus Comitis Moreton, quorum 3. Milites non faciunt, nisi quantum 2. debent facere de cæteris Baronibus Angliæ.*

Miles in armis, qui militiam armatam profitetur, ad discrimen Militum literatorum, de quibus mox. Magnum Chronicon Belgicum an. 1323. *Joannes Mandevil Doctor in Medicina, & Miles in armis, natione Anglicus, qui mirabilem peregrinationem quasi totius mundi perfecit, & eam tribus linguis explicavit.* Charta Armoricobritannica an. 1419. *Disoit que Chevalier d'armes mariant sa fille avec Chevalier d'armes, faire le pouvoit par le don d'un chapeau de fleurs.*

Milites Christi se se inscribebant Templarii, quod potissimùm docemur ex sigillo Chartæ Gerberti *Herac*, Citramarinorum Templariorum Procuratoris an. 1190. appenso, apud Perardum in Burgundicis p. 263. in quo inscriptum, *Sigillum Militum Christi.* Vide Monasticum Anglic. tom. 2. p. 997.

Milites Ecclesiastici, ita appellati aliquot Præbendarii in Ecclesiis Cathedralibus Galliæ, maximè in Viennensi, ubi duo sunt, *Militum* nomenclatura, ut auctor est Joannes *le Lievre* in Antiquit. Viennensib. cap. 54. & Lugdunensi, ubi decem: de postremis, ita Charta Philippi Regis Franciæ mens. Sept. ann. 1307. pro Ecclesia Lugdunensi: *Ab antiquo septem sunt Milites in Ecclesia Lugdunensi, pro juribus Ecclesiæ defendendis & negotiis ejusdem Ecclesiæ feliciùs promovendis; nos verò volentes inibi cultum augmentare divinum, & defensioni jurium Ecclesiæ utiliùs in posterum providere, pro salute animæ nostræ ac carissimæ consortis nostræ Johannæ quondam Franciæ Reginæ, progenitorum ac successorum nostrorum, tres novas perpetuas & liberas ibidem fundamus Militias, & quamlibet earundem in reditu centum librarum parvorum Turonensium valore dotamus, percipiendarum annis singulis in festo B. Andreæ Apostoli de prædictis emolumentis & redditibus, quæ & quos debemus in civitate, terra, & Baronia Lugdunensis Ecclesiæ percipere, juxta tenorem præsentium literarum: & ultra prædicta nostri tres Milites recipient jure suo in dicta Lugdunensi Ecclesia tantùm in omnibus & per omnia, quantum quilibet antiquorum Militum ratione Militiæ suæ consuevit percipere & habere: quorum præsentationem & nominationem faciendam Decano & Capitulo dictæ Ecclesiæ nobis & successoribus nostris Francorum Regibus perpetuò retinemus. Ad quas Militias nos & successores nostri Francorum Reges nominabimus Clericos homines, providos literarum, scientia insignitos, habiles, secundùm ipsius Ecclesiæ consuetudines & statuta, quos sic nominatos & præsentatos à nobis Decanus & Capitulum statim recipere,*

recipere, sine exceptione aliqua, tenebuntur, & jurabunt ut cæteri conditionis suæ, quarum Militiarum habilem esse volumus quemlibet præsentandum à nobis, quamvis aliam dignitatem, personatum, officium, vel administrationem aut pluralitatem beneficiorum, quot quot & qualiacunque obtinere noscatur: quos tres Milites fideles & familiares nostros esse volumus Clericos, & de nostro ac Regum Francorum consilio, postquam per nos nominati & præsentati fuerint, perpetuo retinemus.

Milites feudati, apud Simeon. Dunelm. an. 1086. qui feuda Militaria possident, de quibus in voce *Feudum*.

Milites feudales, in Tabulario Uzerchensi apud Justellum in Hist. Turenensi p. 33. sunt *vassalli feudales.*

Milites gaudentes. Vide *Fratres gaudentes.*

Milites gladii, qui forma quadam Templariorum omnibus renuntiantes, Christi militiæ se dedentes, professionis suæ signum in forma gladii, quo pro Deo certabant, in suis vestibus præferebant. Ita Arnoldus Lubec. lib. 7. c. 9. Vide Andream Favinum, &c.

Miles Gueti. Ita Vigilum Præfectum vocant nostri, quòd nemo hacce fungi dignitate posset, qui non esset *Miles*, seu cingulo accinctus Militari. Arestum Parlamenti 13. Jan. 1457. *Quibus consideratis & signanter quòd nostra intentio non fuerat, nec adhuc est, quòd dictus Joannes de Herlay, nec quisquis alius habeat, vel detineat prædictum officium, nisi fuerit Miles, vel per nos in hoc dispensatus, &c.* In Regesto Cameræ Computor. Paris. *Henricus de Villablanca scutifer scutiferiæ Regis commissus & stabilitus ad officium Militis Excubiarum, seu Guetti villæ Parisiensis, non obstante quod dictus Henricus non sit Miles, prout est consuetum, per litt. Dom. Constabularii, dat. Par. 13. April. 1436. & postea retentus Miles Excubiarum seu Guetti Paris. per litt. Reg. datas apud Lochas 2. Sept. 1436. Officium Militis Gueti*, in Charta Joannis Regis Fr. an. 1354. apud Doubletum p. 987. In Computo Joann. Avunculi Præpositi Parisiensis, occurrit *Robertus de Brisoliis Miles Custos Gueti.* Quo spectant ista ex formula Præfecti Vigilum urbis Romæ, apud Senatorem lib. 7. Ep. 7. *Custos Romanæ civitatis diceris, quando eam ab intestino hoste defendis.*

Milites Honorarii, nostris *Chevaliers d'honneur*, qua dignitate donatur Galvanus Dominus *de Bailleul*, in Computo Joannis *Luissier* pro auxiliis ad liberationem Regis Joannis impositis an. 1367. Vide Hemricurtium de Bellis Leodiensib. c. 41. & Wlsonem *de la Colombiere*, tom. 1. Theatri honoris p. 68. 69. Hodie apud nostros hoc nomine indigitantur potissimùm qui Reginis adsunt, manumque præbent ad eas deducendas, vulgò *Chevaliers d'honneur de la Reine.*

Miles Justitiæ, Germanis *Gerichtsherr.* Joannes de Janua: *Miles justitiæ, potest esse una dictio composita: & tunc pertinet ad quoddam officium reddendi justitiam.*

Miles laïcus, in Charta Roberti Ducis Burgundiæ an. 1297. occurrit *Richarz de Montmorot Chevaliers lay, en arrieres Bailly de Dijon*, apud Perard. in Burgundicis p. 343. Philippus *Mouskes* in Hist. Fr. MS. de Philippo Sabaudo Electo Valentinensi, Milite facto in Placentina obsidione:

Là fu-il Cevaliers non Clers,
A s' armes ios seurs & fers,
En ans refiert, & crie Valence,
Del branc lor carge grief penence.

Milites linguares. Vide *Prosecutor.*

Miles literatus. Matth. Paris an. 1251. *Henricus de Bathonia Miles literatus, legum terræ peritissimus, Dn. Regis Justitiarius & Consiliarius specialis.* Et ann. 1252. *Quidam Miles literatus Robertus de la Ho, cui Rex commiserat tutelam Judæorum, & sigilli sui, quod ad Scacarium eorundem pertinet, &c. Milites* autem isti *literati*, ii sunt, quos nostri *Chevaliers en Loix* vocabant, id est, qui cùm gente nobiles essent, Legum studiis operam impenderant, ut in supremis Regum foris jus dicerent: quosque inde *Dominos Legum* appellatos, auctor est Duchesnius in Hist. Gandensi lib. 9. c. 3. Ad quorum discrimen Milites alii *Chevaliers en Armes* interdum sese indigitabant, ut ibid. observat lib. 10. c. 3. de quibus suprà egimus. In Regesto Cancellariæ ab an 1337. ad an. 1340. *Monsieur Bertrand de la Cassanhe, Sire en Loix* dicitur, qui in Charta Latina *Legum Doctor.* Froissart. 1. vol. c. 179. *Et si convint qu'il pardonnast illec la mort de ses trois Chevaliers, le deux d'Armes, & le tiers de Loix, — & le Chevaliers de Loix estoit Monseigneur Simon de Bucy.* Idem 4. vol. c. 34. *Or estoit avenu qu'un vaillant homme & de grand' prudence, Chevalier en Loix & en Armes, Bailly de Blois, lequel se nommoit Messire Renaut de Sens, &c.* Occurrunt iidem *Milites Legum* apud Monstrelletum 1. vol. pag. 105. 143. de quibus agunt etiam Argentreus in tract. de Nobilibus, quæst. 14. & Chenutius lib. de Offic. tit. 5. c. 2. tit. 40. c. 39. Chartam an. 1456. apud Perardum in Burgundicis subscribit *Jean de Luirieux Docteur en Loix, Chevalier.* Apud Petrum IV. Regem Arag. in Chron. lib. 3. c. 12. occurrit *Misser Rodrigo Dies, qui era Doctore Cavaller.* Scribit præterea Bartholus ad l. 1. Cod. de Professorib. qui in urbe CP. *Doctorem actualiter Regentem in Jure Civili per decennium, effici Militem ipso facto.*

Milites pacis & fidei. Vide Innocentium Cironium in Notis ad Decret. Honorii III. PP. p. 50.

Miles per naturam, genere Militari ortus, vir nobilis. Fori Leirenæ in Lusitania editi à Brandaono to. 3. Monarch. Lusitan. *Miles de Leirena stet pro meliore Milite de tota terra Regis in Judicio, & peon pro meliore peone.* Ibidem: Si *Miles per naturam perdiderit ibi Equum suum, & recuperare non potuerit, semper stet in Foro Militis. Alius verò Miles qui non fuerit per naturam, si perdiderit eqnum, stet in foro Militis per duos annos: deinde si non habuerit, det rationem.*

Miles de quatuor familiis. Gallis, *Gentilhomme de nom & d'Armes.* Joan. Longinus in Actis S. Stanislai Episcopi Cracov num. 162. *Milites de quatuor familiis & generationibus, qui ampliorem in illo parricidii facinore gessisse ferantur principatum, videlicet ferentes labarum cum cruce in campo celestino, &c.* Vide dissertat. nostram ad Joinvillam de hoc argumento.

Miles plebejus, in eod. Chronico Gotthico Lusitanico era 1200. Pridie Kl. Decemb. in nocte S. Andreæ Apostoli, civitas Paca, id est Begia, ab hominibus Regis Portugalliæ Dom. Alfonsi videlicet Feonando Consalvi, & quibusdam aliis plebeis Militibus nocte invaditur, & viriliter capitur. Ubi *Milites plebei* videntur appellari quivis *Equites*, qui opponebantur peditibus. Fori Leirenæ. *Quid quid homo de Leirena in terra Saracenorum lucratus fuerit, det quintam partem Regi, præter equos, quos debet accipere Alcaida de Leirena, & facere inde novos Milites, & dare his, qui perdiderint suos.* Infrà: *Peon si habuerit equum, stet Miles, si vult.* Rursum: *De pugna quæ fuerit in fada, si Miles fuerit victus, det 10. solidos: si peon, quinque.* Hos *Cavalleros villanos* vocant Fori Alcaconenses eræ 1267.

Milites Regis, dicebantur Milites qui ex domo Regia, & ex ejus peculiari familia erant, ac stipendiis honorati. Ejusmodi complures recensent Chartæ veteres: in Hist. Bethuniensi pag. 157. sub ann. 1249. *Dom. Amalricus de Meudon Domini Regis Miles.* In Computo Ballivorum Franciæ an. 1305. *D. Joannes de Voisi*

Voise Miles D. Regis, *Radulfus Bovel*, *Guillelmus de Patay*; *& Guillelmus de Flavencourt*, *Milites Regis*. Sic passim in aliis Chartis, qui in Latinis *Chevaliers le Roy* appellantur: *Jean de Soisi Chevalier le Roy de France* sub an. 1271. *Hugues de la Celle Chevalier nostre Seigneur le Roy de France, garde pour icelui Seigneur des Comtez de la Marche & d'Angoulesme,&c.* Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii ann. 1249. *Jean Perceval pour cinq aulnes & demie d'escarlate vermeille de Brucelle baillée à Gautier Pignot Tailleur Madame la Roine, pour faire cote & mantel pour la veille de la Chevalerie de Monsieur Jean Houce Maistre d'Hostel deladite Dame, lequel a esté en ce terme nouveau Chevalier du Roy par son Mandement donné au Bois le 2. jour de Fevrier,&c.* Alibi sub. an. 1350. *Des draps achetez de Jaques le Flamenc à la Chevalerie de M. le Dauphin pour cinq aulnes d'escarlate vermeille de Brucelles à faire cotte & mantel pour la Chevalerie de Mons. Bertrant de Taribde Seneschal de Bigorre, lequel a esté en ce terme Chevalier nouvel du Roy, par Mandement donné à Soissons le 6. jour d'Octobre.* Ex quibus primo intuitu videntur appellati *Milites Regis*, qui à Rege *Militiam* consecuti erant. Verùm constat eosdem esse qui in Statuto *de Hospitio Regis & Reginæ* dato Vicennis mense Januar. an. 1285. *Chevaliers de l'Hostel du Roy* appellantur; & in veteri Regesto, hisce verbis: *En l'abregement des despens fais en la voie d'Arragon pour les gaiges des Chevaliers de l'Ostel le Roy 170341. ll. 19. s. Pour les gaiges des Chevaliers qui n'estoient pas de l'Ostel, 190254. ll. 15. s. & estoient trestous lesdits Chevaliers à retenuës, & non à gaiges, &c.* Milites igitur Regii erant ex ipsa Regis familia. Philippus *Mouskes* in Ludovico juniore, de Henrico II. Rege Angliæ:

Cevaliers ama & tournois,
N'i ert avers, ne faus, ne cuvers,
Ains ert li Sire des Haubers,
Et si tint de maisnie entiere
Cent Cevaliers portans banieres.

Extat Charta Alberti Imperatoris. 3. Id. Decembr. an. 1299. qua Hugonem de Bovilla Cambellanum Regis Franciæ in suum Militem & Domesticum adsciscit hisce verbis; *Ad personam nobilis viri Hugonis de Bovilla magnifici Principis D. Philippi Regis Francorum illustris Camerarii nobis dilecti ramos nostri favoris latius extendentes, ipsum in nostrum familiarem & Militem duximus assumendum, volentes ut ubicunque locorum quæ Romanum profitentur Imperium, nostrorum familiarium & Militum prærogativa, gratiis, libertatibus, & juribus perfrui debeat, & gaudere præsentium testimonio litterarum.*

Milites suos perinde habebant Reginæ, & aliæ nobiles feminæ. Chartam Aënoris Comitissæ S. Quintini ann. 1194. in Hist. Monast. Longipontis pag. 104. subscribunt *Theobaldus de Mauny, & Ferdinandus, Milites Reginæ*. Alia Alienoræ Reginæ Angliæ ann. 1203. apud Beslium, sic clauditur: *Testibus Radulfo de Faya, Willelmo Vigerio Capicerio de Calviniaco, Milite Dominæ Reginæ.* Testamentum Jolandis Comitissæ Inculismensis an. 1341. ex Chartophylacio Regio: *Item lego in retributionem servitiorum mihi impensorum primo domino Radulfo Bruni Militi meo 200. ll. semel. Item Dom. Fulcando de Rupe Militi meo 50. ll. semel, &c.* Vide *Presnadarii*.

Miles Regis. In Charta an. 1337. apud Ughellum tom. 7. p. 616. *D. Lottus de Adimariis de Florentia Miles* [illegible] *Straticus Salerni, &c.* dicitur.

Milites vavassores, qui tenent de Baronib. terras suas, ut *Subvavores*, qui tenent de Militibus, in Legib. Malcolmi II. Regis Scotiæ c. 8. §. 8. Radulfus de Diceto ann. 1040. *Quindecim juramenta juravit Theobaldus propria manu Consuli Gaufrido, & 20. Barones Castellenses cum eo, & 40. Milites vavassores eisdem verbis, quibus & ipse.* Vide *Vavassor*.

Milites vexillarii. Vide *Banneretus*.

Miles, Dominus alicujus castri aut feudi. Chronicon Vosiense lib. 1. c. 22, *Alter* (Monachus) *ex Militibus de Rupecavardi, id est, ex Dominis, &c.* Mox: *De cujus parentela exivit Guill. Ademari Miles de Celon.* Rursum: *Petrus frater Iterii del Barri Militis castellide Axia.* Occurrit apud alios Scriptores, & in veteribus Tabulis non semel.

Militissa, Militis uxor, *Femme d'un Chevalier.* In Charta anni 1379. *Joanna de Bethune Militissa, uxor D. Joannis de Roya Militis*, apud Duchesnium in Probat. Hist. Bethun. p. 202. Occurrit etiam in Vita B. Coletæ n. 34. & 203. In Nivellensi Monasterio Canonicarum S. Getrudis in Brabantia, etiamnum domicellæ istæ Canonicæ, post exactum *Stagium*, quod triennii esse ajunt, fiunt seu creantur *Militissæ*, ad altare, à quodam nobili Milite, ad hoc evocato, stricto ense in dorsum impacto, consuetisque verbis pronuntiatis.

Militare, Militem facere, creare, baltheo militari accingere: *Faire Chevalier*, in Gloss. Lat. Gall. Vita Innocentii VI. PP. pag. 116. *Eodem anno Petrus Rex Aragonum venit Avenionem, & --- certos nobiles suos qui secum venerunt, in præsentia dicti Papæ militavit.* Albertus Argentin. p. 116. *Thebaldum Brixiensem ibi militavit.* Pag. 117. *Auctor hujus belli, quem Rex Spira militaverat, &c.* Adde p. 118. Matthæus Westmonast. ann. 1306. *Ad augmentandum igitur profectionem suam in Scotiam, fecit Rex per Angliam publicè proclamari, ut quotquot tenerentur fieri Milites successione paterna; & qui haberent unde militarent, adessent apud Westmonasterium in festo Pentecostes, admissuri singuli omnem ornatum Militarem, præter equitaturam, de regia garderoba.*

Militia, Ordo ipse vel dignitas Militaris, *Chevalerie.* Vitalis Oscensis Episcopus: *Infancio --- licèt non sit Miles, jus tamen habet accipiendi Militiam, si possibilitas, voluntas, & opportunitas se offerrent.* Historia Cortusiorum lib. 10. c. 9. *Qui in suo regimine recepit Militiam in Mantua ab Imperatore.*

In Militia approbatus dicebatur, qui semel ac iterum, vel etiam tertiò fortitudinis ac dexteritatis suæ specimen vel in bellis, vel in ludicris decertationibus ediderat. Galfridus Monemuthensis lib. 7. cap. 4. *Quicunque ergo famosus probitate Miles in eadem erat, unius coloris vestibus atque armis utebatur. Facetæ autem mulieres consimilia indumenta habentes nullius amorem habere dignabantur, nisi tertiò in Militia approbatus esset. Efficiebantur ergo castæ mulieres, & Milites amore illarum meliores.* Vide Notas nostras ad Cinnamum p. 493.

Probi etiam dicebantur, seu approbati Milites, quos vulgò nostri *Chevaliers sans reproche*, vocabant, quorum vita ab omni probri suspicione vel nota immunis erat, cujusmodi in Ordinibus Militaribus duntaxat admittuntur, ut est in Ordinis Periscelidis Statutis MSS. Velleris aurei apud Locrium in Chron. Belgico an. 1431. S. Michaëlis artic. 1. & Lunulæ, seu *du Croissant*, apud Colomberium tom. 1. Theatri honoris c. 7. *Gentilhomme de nom & d'armes sans reproche*, apud Monstrelletum 1. vol. cap. 8. 9. & Georgium Castellanum in Vita Jacobi Lanai cap. 32. 33. Quæ verò delicta Milites ab ejusmodi Ordinibus arcerent, tria potissimùm recensentur in Statutis Periscelidis, hæresis nempe, læsæ Majestatis crimen, & ex prælio cui Princeps suus interesset, fuga. Renatus verò Siciliæ Rex à Torneamentis repellit Milites ac Armigeros, qui vel in iis quæ existimationem vel honoris caput spectarent, *falsos* se ac mendaces præstitissent, tum eos qui usurarii seu fœneratores haberentur, denique qui impari se matrimonio copulassent.

Militia, aliàs *Feudum Militis*, & *feudum loricæ*: *Terra quæ Militem debet in expeditione*, in Charta Balduini Comitis Flandriæ an. 1119. in Tabul. Abb. S. Bertini: *Portio unius Militis*, apud Lucam Tudensem æra 880. *Concesserunt etiam similiter in perpetuum quod Christiani Milites in singulis expeditionibus, de eo quod à Saracenis acquisierint, ad mensuram portionis unius Militis B. Jacobo conferre.* Ita in Charta veteri apud Rodericum *de Cunha*, in Hist. Episcoporum Portensium in Lusitania 1. part. cap. 12. Aliis *Caballaria*, de qua feudi specie quædam suprà attigimus in vocibus *Feudum*, & *Caballaria*. Militare autem domino teneri qui *Militias* ac feuda possidebant, notissimum est. Dudo l. 3. de Actis Norman. *Richardo infanti manibus suis datis, super sacrosanctas reliquias fidem obsequentis famulatus & militationis facientes, spoponderunt & voverunt illi se pee omnia esse fideles.* Guntherus lib. 8. Ligurini:

> *Publica militiæ vasallus munera justæ*
> *Non renuat, dominique libens in castra vocatus,*
> *Aut eat, aut alium pro se submittat iturum*
> *Arbitrio domini, vel quam laudaverit ille,*
> *Compenset, redimatque suum mercede laborem.*

Petrus Diac. lib. 4. Hist. Casin. cap. 35. *Curtes quæ manifestè Imperii erant, Militias, & castra Imperii.* Gervasius Tilleberiensis MS. lib. 2. de Otiis Imperial. de Henrico II. Imp. *Hic legem instituit apud Teutones, ut Militiæ more Gallorum & Anglorum, successionis jure devolverentur ad proximiores agnationis gradus, cùm antea penderent ex Principis gratia.* Charta ann. 1152. ex Regesto Bigorrensi: *Dederunt Abbati & sociis ejus villam prænominatam, & quidquid in ea jure hæreditario possidebat, præter Militias, quas sibi tunc Consul* (Petrus Comes Bigorrensis) *retinuit, scilicet A Donati de Sombra, & Arnaldi de Orbeag, &c.* Charta anni 1238. in Regesto Tolosano pag. 97. *Videlicet Militias, Baronias, & Vassolerias, &c.* Alia anni 1243. p. 86. *Laudavit & concessit Ademario de Miromonte, & hæredibus, & successoribus suis quartam partem illius Militiæ, & terræ, & honoris, quam ipse Ademarus emerat & acquisierat à Bertrando de Calcideriis, &c.* Infrà: *Sciendum quòd Ademarus pro quarta parte dictæ Militiæ incontinenti recognovit & concessit se hominem & Militem D. Comitis, & successorum ejus, & fecit inde homagium, &c.* Regestum Constabulariæ Burdegal. f. 100. *Dominus de Cassanea homo nobilis vendidit & alienavit sine licentia D. Regis terram suam, seu Militiam de Bessens, quam nobiliter tenebat à dicto Rege sub deveriis nobilibus d'Ost & de Cavalgada, gentibus innobilibus.* Et fol. 97. *Petrus de Malyshit homo innobilis tenet quandam Cavallariam, seu feodum nobile, &c.*

Ejusmodi porro *Militias* nonnisi à *Militibus* possideri & teneri potuisse docet præterea Charta Sanctii Regis Majoricarum an. 1323. qua Raimundo Rubey de Pratis concedit, ut tenere possit aliquot *villas*, quæ à Berengero *de Col* avunculo ex legato concessæ fuerant, etiamsi ab eodem Rege tenerentur *in feudum*, & *de Militari persona ad personam non Militarem ex legato devenerint*: hac apposita conditione, ut Raimundo extincto, villæ eædem ad unum ex filiis ejus legitimis devenirent, *qui suo decenti tempore Miles efficeretur.*

In 2. Regesto Homagiorum, Cameræ Comput. Paris. *Militiæ* seu feuda Militum, *Gentillesses* appellantur: sub titulo, *des Lannes & S. Sever: Nicolas d' Espagne Escuier fait hommage de l' hostel noble & gentillesse de Migret l' an* 1356. Occurrit ibi pluries.

Militia, Titulus honorarius Militis. Epistola Ludovici de Duracio Regis Neapolitani ad Ludovicum Ducem Andegavensem ann. 1382. *Quod si ita est, decentius fuisset tua Militia id nobis prius scripsisse, &c.*

Militia, Cœtus Militum. Ita *Militia Hospitalis Hierosolymitani*, apud Will. Neubrig. lib. 4. c. 19.

Militia, Census vel præstatio pro servitio militari. Tabularium Burguliense f. 115. *De hoc feudo debent Canonici 12. den. de militia in Nativitate S. Mariæ* F. 116. *In hac terra retinuerunt domini jura sua, scilicet de 10. sol. talliæ, 20. den. de 5. solid. cujusque talliæ 10. den. & 12. den. de militia in Nativitate S. Mariæ.* Tabul. Abbat. de Rota f. 164. *Petrus pro amore Dei & anima Taphur patris sui dedit Ecclesiæ & Canonicis sua servitia tam talliæ, quam militiæ, &c.* Vide *Servitium nummorum.*

Milites, Hæretici, qui aliàs *Floriani* & *Capocratiani*, sic dicti, *quia de Militaribus fuerunt*, inquit Philastrius, ubi plura de eorum opinionibus.

Milites Rotundi, Nummi, vulgo *Ridders* dicti, in Legibus Opstalbomicis c. 21. Vide *Alapa Militaris.*

MILIARENSIS, *Millarensis*, Moneta argentea minutior, quæ in Montepessulano cudebatur ab Episc. Magalonensib. Tabul. Episcopatus Magalonensis. *An. 1262. Berengarius* (Episc. Magalonensis) *Joanni de Ripa, Ægidio Joannis, & Guirando Gos Monspelliensibus ad legem 10. denariorum, una pogesia minus, excudendæ monetæ Millarensis vocatæ facultatem dedit: ita tamen quod in 12. denariis Millarensium prædictorum sint 10. denarii una pogesia minus argenti fini, sicut in Montepessulano affinatur argentum. Hanc autem cudendi potestatem in toto Episcopatu, & in toto Comitatu permisit dictis Monspeliensibus, exceptis castro Melgorii, & fortia superiori Montisferrandi.* Charta Guill. Gerundensis Sacristæ ann. 1268. *Ita tamen quod de Miliarensi a nobis & D. Infante Jacobo vobis concesso, habendo de quolibet marcho solis, ad opus murorum construendorum & reficiendorum, &c.* Fœdus inter Carolum I. Comitem Provinciæ & Massilienses art. 20. *De prædictis monetis quæ fiunt in Massilia, habeat Dn. Comes 12. denarios Massiliensium minutorum tantum pro marca argenti, &c. Et eodem modo intelligitur de moneta Millarensium.* Epistola Clementis IV. PP. ad G. Episc. Magalonensem ann. 1266. apud Gariellum p. 219. *Sanè de moneta Miliarensi, quam in tua diœcesi cudi facis, miramur plurimum, cujus hoc agas consilio: non quòd injuriam facias dicto Regi,* (Ludovico) *si in feudis non suis fabricesi, sed Regi gloriæ, extra cujus dominium nec hoc potes, nec aliud operari. Quis enim Catholicus monetam debet cudere cum titulo Mahometi? quis etiam licite potest esse alienæ monetæ percussor? cum nulli eam liceat cudere, nisi cui vel summi Pontificis, vel Principis auctoritate conceditur, &c.* Ex quibus verbis nescio an conficiatur *Miliarenses* istos in Francia cusos, nummos fuisse Hispanicos, (nam ex allatis, in Hispania obtinuisse videntur) hoc est, instar eorum qui in Hispania cudebantur, quæ vox etiamnum in Lusitania viget, ubi nummi aurei *Millereis* appellantur: quam vocem corruptam putat Scaliger lib. de Re nummaria p. 55. *Quum, inquit, verum nomen fuerit*, Muley-Rais, *ab Arabe Repe, quisquis is fuit, qui primus ejusdem ponderis & valoris nomisma in illis partibus Hispaniæ percussit.* Quò sanè videtur spectare Clemens, cùm ait Christianum nec debere nec posse monetam cudere cum titulo Mahometi. At cùm vox hæc proximè accedat ad Byzantinorum Principum μιλιαρήσια. minutas perinde monetas, de quibus egere præ cæteris Scaliger de Re nummaria, Petavius ad Epiphanium, & alii, nos etiam in Dissert. de Monetis Byzantinis, longè probabilius videretur hisce monetis inditam appellationem.

Sed & non desunt qui à Miliaresiis Græcanicis *Liardos* nostrates, minutiorem quandam trium denariorum monetam, sic nuncupatam, quæ in Aquitania potissimùm obtinuit, nomen sumpsisse opinantur: quique *Liards* appellantur in Consuetudine Burdegalensi art. 116. & Bajonensi tit. 7. art 32. Alii verò à Ricardo I. Anglor. Rege, quem ob præclaram animi generositatem *Audacem* cognominabant, seu Gallicè, ut tum

ut tum efferebant, *li hardy*, dictos volunt: tum etiam quòd in iis Rex effingatur manu ensem strictum gerens: nam & *Libardus* & *Ardits*, passim dicuntur in Foris Bencharn. & in Consuet. Solensi. Aquitanica autem ista moneta minutior argentea fuit, cujusmodi complures habentur Regum Angliæ & Franciæ, ut & Caroli Ducis Aquitaniæ Caroli VII. Regis filii, apud Hautinum in lib. de Monetis Francic. p. 135. 175. 187. 189. 199. 225.

Miliarensis Porticus, apud Vopiscum, quæ millenis columnis sustentabatur. Ita Salmasius.

MILIARIUS. Carolus M. Imp. apud Anonymum Salernitanum in Hist. Langob. parte 1. *Unum est quod quæro, ut* (Arichis Princeps Langobardorum) *armiger meus unus miliarius fiat.* Videtur idem qui *Millenarius*, de qua dignitate infrà. Vide Cujacium ad lib. 1. Feudor. tit. 1.

MILICA, Grani species, de qua passim veteres Chartæ Italicæ. Describitur à Petro Crescentio lib. 3. de Agricultura, p. 129.

MILIENSES. Chron. Laurishamense p. 86. ubi de Fratribus Barbatis in Monasteriis:

Nunc quoque Barbati qui sint, attentiùs audi:
Sunt ergo laici Miliensibus associati,
Quos risus populi dedit hoc agnomine fungi, &c.

Ubi *Milienses* sumuntur pro *Monachis*.

MILIMINDRUM, *Vulgus vocat, pro eo quod elevationem mentis inducat; hæc herba Hyosciamus appellatur.* Papias.

MILINÆ, Gregorius Turon. lib. 6. c. 14. *Magna igitur eo anno lues in populo fuit; valitudines variæ, milinæ cum pusulis & vesicis, quæ multum populum adfecerunt morte.* Apud Fulbertum Carnotensem ep. 95. ubi Gregorii locus laudatur, scriptum habetur, *melinæ cum pustulis, &c.* Duchesnius monet in aliis Codd. legi *malignæ*. Alter Codex antiquissimus, quem vidi, *maligni* præfert.

MILINOVULTIS. Vide *Melinus*.

MILITARES, Qui in exercitib. *militant*, maximè qui in militia aliquam dignitatem habent, in leg. 18. 32. 138. Cod. Th. de Decurion. l. 7. de Frument: urb. CP. l. 20. 21. de Erogat. milit. annonæ. Acta SS. Tharaci & sociorum Martyrum: *Non licet tibi universas pœnas mihi adhibere, quoniam militaris fui.* S. Augustinus ep. 230. *Misit miliares, nemo potuit reperiri.* Vide eundem lib. 1. de Morib. Eccl. c. 35. Vita S. Cæsarii Arelat. apud Surium: *Comites & alii viri militares non sinebant homines in domibus suis habitare & laborare, sed miserè eos mactabant, &c.* Utuntur etiam uterque Victor, Vopiscus in Tacito, & Ammianus lib. 14. 21. Epist. Synodalis Concilii apud Saponarias an. 859. *Nullum ei per vos, aut militares Ecclesiæ vestræ præstiteritis suffragium.* Odo Cluniac. in Vita S. Geraldi lib. 1. c. 11. *Arma militaribus apta ei præbuit.* Aliàs *Militares* qui *milites* fuerant, nec ampliùs militabant: quod observatum à Salmasio ad Hist. Aug. p. 300. Glossæ Isidori: *Militaris, opinatus, id est, vetus miles.*

MILLENARII. Papias: *Millenarius, qui mille militibus præest*, Græcis χιλίαρχος. Ita etiam Isidorus lib. 9. Orig. c. 3. Victor Utic. lib. 1. de Persec. Vandal. *Fuit hic Vandalus, de illis, quos Millenarios vocant.* Horum meminit Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 2. §. 26. & Senator lib. 5. epist. 27. Vide Saxonem Grammaticum lib. 5. Hist. Danicæ p. 78.

Millenarii, χιλιασταί, Hæretici, qui & *Cerinthiani*, sic dicti ab eorum auctore Cerintho. Hi *mille annos*, inquit Augustinus de Hæres. n. 8. *post resurrectionem in terreno regno Christi, secundum carnales ventris & libidinis voluptates, futuros fabulantur: unde etiam Chiliastæ sunt appellati.* Vide Papiam, Baronium an. 373. n. 14. &c.

MILLEPEDA, Genus vermis pilosum, multis pedibus innixum. Græc. χιλιόπους. S. Hieronym lib. 3. in Ruffin. cap. 3. *Cur vermiculus, quem vulgus Millepedam vocat, tantùm pedum agmine scateat.* Adde eundem lib. 2. contra Jovinianum c. 6.

MILLIARIUM, pro Milliare. Vetus Inscriptio Romæ: *A Milliario XXXV.* Frontinus in Expositione formarum: *Milliarium habet passus M. ped. V. stad. VIII. Miliarii termini.* apud veterem Agrimensorem. Vide Descriptionem nostram CP.

MILUM, vel *Milium*, Acumen ossis in brachio quod armo jungitur, apud Constantinum Afric. lib. 2. Pantechn. c. 7.

MILUS. Lex Alemann. tit. 61. §. 4. *Si autem visus* (oculus) *foras exierit, & milus, 40. sol. componat.* Ubi Heroldus, *meliùs Malum*, quasi oculi orbis integer intelligatur.

MIMA. Gloss. Arabico-Lat. *Mima, i. mimatio bestiarum.* Fortè *minia, i. miniatio bestiarum*, à voce *minare*, ducere, *Mener*.

MIMARITIÆ, *Meretricii seu mimici gestus.* Pirminius Abbas in Except. de libris Canonicis: *Mimaritias & verba turpia, & amatoria, vel luxuriosa ex ore suo non prodant.* Vide Gloss. med. Græcit. in Μιμάριον.

MIMIFIA. Iter Camerarii Scotici c. 24. *de Sartoribus: —accipiunt sibi particulas panni, & scissiones manicarum, & alias mimifias.* Id est, *minutias*.

MIMILOGUS, Mimus, Joculator. Ugutio, & ex eo Joannes de Janua: *Mimilogus, qui mimos docet, vel mimus loquens. Inde Mimilogium, i. locutio mimi. Urbicarius mimilogus*, apud Fulgentium lib. 2. Mythol. Harigerus Abb. Lobiensis c. 45. *Mimilogus quidam servum Christi derisit.* Vide Isonis Glossas ad Prudent. Peristeph. Hymn. 14. v. 222. Interdum pro ipsis jocis. Baudemondus in Vita S. Amandi Episcopi Traject. n. 20. *Aptoque etiam cachinnans risu, verba quæ vulgus Mimilogum vocat, servum Christi detrahere cœpit.*

Mimilogus, apud Jul. Firmicum l. 8. c. 8. & Tyronem in Notis p. 172. Μιμολόγος, apud Hesychium, in Ἴκηλον. Papias: *Mimologus, qui mimos docet. Mimographus, qui mimos scribit.*

MINÆ, Partes murorum pinnatæ, quæ ad emissionem sagittarum fenestratæ sunt. Will. Brito in Vocabulario MS. *Item minas, altitudines murorum dicimus.* Hac notione vocem usurpat Fulcherius Carnotensis lib. 3. Hist. Hierosl. c. 17. *Cumque murum Saraceni per quinque dies jam aliquantulum læsissent, & minas desuper de lapidando plures diruissent, &c.* Et c. 32. *Cives quoque per muri minas nostros tam sagittis, quàm lapidibus sive spiculis crebro valde lædebant & vulnerabant.* Vita abbreviata S. Columbani: *Tecta itaque templi, culmina murorum restaurat, minas, cætera, quæque ad Monasterii necessitatem pertinent.* Vox Maroni nota:

-----Jacent interrupta, minæque
Murorum ingentes.

Ubi Servius *minas* esse ait, *eminentias murorum, quas pinnas vocant.* Utuntur præterea Ammianus lib. 20. 24. 29. Festus Avienus in ora maritima, & Ruffinus apud Josephum lib. 3. cap. 7.

MINA, Fodina, Gall. *Mine*. Charta Ludovici Imp. data Remis an. 5. Ind. 4. in Tabul. Dervensi: *Præter hæc omnia concedimus supradictæ Ecclesiæ quendam locum fisci nostri valde necessarium, & ad fodiendam minam plumbi congruam in pago Launense, &c.* Vide *Minera*.

MINA, clandestinum consilium, factio ad aliquem opprimendum, *Menée*, ex *minare*, ducere, *Conduire une menée*. Chron. Fredeg. c. 98. *Ebruinus quoque magis*

gis atque profusius crudeliter Francos opprimebat, donec tandem Ermenfredo Franco minas parat, resque proprias tollere disponit.

Minare, minam, seu clandestinum consilium in aliquem inire, factionem instituere. Idem c. 90. *Flaocatus deinceps vehementer minabat consilium de interitu Willebaldi.*

MINA, Mensura frumentaria. Charta Odonis Episcopi Belvac. an. 1140. *Omnia concesserunt absque ulla retentione, præter quatuor minas frumenti, quas accipient annuatim à Monachis pro censu.* Passim. Addo tantùm sequentia de mina Anglica ex lib. Joannis *de Westerham* Prioris Roffensis, circa an. 1320. sub capite, *Quid mensuræ grangii continent. Mensura*, inquit, *ad frumentum, & ad bladum, & ad pisa, quæ alio nomine Mina vocatur, continet 5. eskippas de duro blado; & istæ 4. minæ, cum gata, quæ dicitur Gundulfi, faciunt 3. sumas, — unde mina & gata faciunt 3. quarteria. Mina adgrutdum recipiendum continet 7. eskippas. Mina ad brazium continet 3. eskippas de duro blado. Mina ad farinam in pistrino continet largiter 7. eskippas, & debet mensurari sicut sal, & radi.* Hæc liber iste apud Spelmannum.

Mineata terræ, in Tabulario S. Albini Andegav.

MINERVAM in tela sua nominari à mulieribus, maleficii aut superstitionis species, apud Pirminium in Excerptis de sacris libris Canonicis.

Minagium, Jus quod competit domino pro mensuratione frumentaria per *minas*. Charta an. 1224. ex Tabul. S. Arnulfi Crispiac. *Petebant minagium ab omni genere bladi quod vendebatur in domibus nostris & extra, &c.* Charta Agnetis Comitissæ Pictavensis an. 1048. ex Tabulario Angeriacensi: *Stallum de blado & vino, si quoties voluerint, facient, & minagium nunquam dabunt.* Charta Roberti Comitis Drocensis: *Ubicunque facta fuerit venditio bladi à nona hora diei Mercurii, usque ad horam primam diei Veneris, Ecclesiæ est minagium.* Regestum Peagiorum Parisiens. *Nul quel qui soit, n' est quite du minage, s' il mesure à la mine du Roy.* Suprà: *Cil qui blé doit livrer, & partant doit-il paier le minage, quant il mesure à la mine du Roy.* Vide Regestum Feodor. Comitatus Claromontensis in Bellovacis p. 14. Duchesnium in Ducib. Burgund. pag. 53. 113. Beslium in Episcopis Pictav. p. 126. Gallandum de Franco alodio p. 375. &c.

Minale, idem quod *Mina*. Inscriptio quæ extat in Campanili Ecclesiæ S. Zenonis Veronæ: *An. Dom. Inc. 1178. — quo etiam tempore magna penuria frugum totam pæne Italiam angebat, ita ut Veronæ minale milicæ 12. milii 18. siliginis 20. frumenti 22. solidis venderetur.*

MINARE. Papias: *Minare, ducere de loco ad locum, promovere.* Ebrardus in Græcismo. c. 15.

Pastor oves baculo minat: lupus ore minatur.

Verbum insolens Latinis auribus, ait Erasmus in cap. 3. Actor. tametsi eo usus Festus, vel sanè Paulus ejus abbreviator in *Agere*, & *Agasones*. Victor Utic. lib. 2. *Omnisque illa beatorum turba, expellentibus quibusdam Æthiopibus, minata est foras.* Infrà: *A Mauris crudeliter minabantur.* Utuntur præterea aliquot è veteribus ac recentioribus, Apuleius lib. 3. vetus Interpres Juvenal. Sat. 6. Auctor vulgatæ versionis Esaiæ c. 11. Hierem. c. 31. Thren. 3. lib. 1. & 4. Reg. Act. Apost. cap. 18. Gregorius Magnus lib. 1. Dialog. cap. 2. Lex Burgundionum tit. 23. §. 3. Pactus Legis Salicæ tit. 50. Lex Salica tit. 10. §. 9. Decretio Childeberti Regis cap. 7. Lex Ripuar. tit. 70. §. 5. tit. 82. §. 2. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. lib. 2. tit. 11. §. 4. Braulio Cæsaraugustan. in Vita S. Æmiliani cap. 1. Anastasius in Hist. Eccl. pag. 97. Petr. Damian in Vita S. Romualdi num. 62. Cæsarius lib. 5. Miracul. c. 48. lib. 6. c. 2. lib. 9. c. 48. Ditmarus p. 88. Ordericus Vital. pag. 538. 546. 701. 807. 860. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hieros. c. 19. Liber Mirac. S Bertini c. 7. 17. Historia Archiep. Bremensium an 1171. Joann. Mon. in Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. lib. 2. p. 37. Idem Odo lib. 3. Collat. 34. Arnulfus Lexoviens. & alii non pauci.

MINARE, Cuniculos facere, *Miner*. Vox passim hac notione recepta: à *minis* fortè, seu fodinis, quòd qui in iis operantur ut metalla eruant, fossas subterraneas conficiant. Quomodo autem olim ejusmodi cuniculi fierent, docent in primis Albert. Aquensis lib. 2. c. 36. Guill. Tyrius lib. 3. cap. 10. lib. 12. cap. 11. Gruellus in Historia Arthuri Ducis Britanniæ, Dux Clivensis in Tacticis vernaculis p. 57. 119. & alii passim ex nostris Historicis. Willelm. Brito lib. 7. Philipp.

— — — — Certantque minare
Arte sibi nota latus & fundamina turris,
Parmis protecti, ne fortè ruens super illos
Missilium posset retropellere turbo cavantes,
Donec visceribus muri latuere cavati,
Truncis suppositis, subitò ne corruat in se
Pendula pars muri, pariens sibi damna virisque,
Queis simul incisum satis est, supponitur ignis,
Et fugiunt ad tuta viri, ruit Ilion ingens,
Ingentemque ruens strepitum facit, &c.

Willelm. de Podiolaurentii c. 43. *Incipientes minare instar talparum, conantur invadere civitatem.*

Minarii, Fossores cunicularii, apud Rigordum an. 1189. 1190. & Will. Armoricum an. 1202. Will. Brito lib. 2.

— — Sub eisque secare minarius instat, &c.

Minores, eadem notione apud Fulcher. Carnot. lib. 2. c. 39. *Mineors*, apud Willharduinum n. 186. Vide ibi Gloss.

MINATOR. S. Eligius Noviom. Episc. Homil. 14. *Qui erat scurra, id est, minator: turpia sectans, & immunda loquens, corrigat seipsum, & desinat esse quod fuit: discat bonum loqui, qui potiùs vana & turpia loquendo, tam se, quàm auditores suos maculabat.* Legendum videtur *mimator*, nisi hac voce intelligantur *Ursorum circumductores*, qui inter scurras & turpia joca sectantes recensentur apud Hincmarum. Vide in hac voce.

MINELLUS, Mensura frumentaria, diminut. à *Mina*. Charta Senonensis an. 1264. in M. Pastorali Eccles. Paris. lib. 7. Ch. 55. *Et valet tres minellos ordei ad prædictam mensuram.* Occurrit non semel in Tabulario Fossatensi.

MINERA, Fodina, Gall. *Miniere*. Joann. de Janua: *Mineralia, id est, corpora in venis terræ generata, ut plumbum, vel aliud metallum.* Joann. de Garlandia in Synonymis Chymicis: *Minera, id est, vena.* Idem lib. de Mineralibus c. 5. *Ratio in vivo argento: scias quod ipsum est frigidum & humidum, & Deus ex eo creavit omnes mineras.* Vincentius Belvacensis lib. 31. cap. 143. *In terra Iconii inventa fuit azuris minera.* Cæsarius Nunbergensis in libro Miraculor. S. Erendrudis c. 7. *Accidit, ut de terminis sive metis mineræ salium, & de fodina salis, &c.* Adde Michaël. Scotum lib. 2. Mensæ Philosophicæ cap. 14. Leges Hungaricas p. 113. Vitas Abbatum S. Albani p. 101. Annales Colmarienses an. 1292. 1295. tom. 1. Monastici Anglic. p. 718. &c.

Minerum. Monasticum Anglic. tom. 3. p. 92. *Minerum quoque plumbæ ad cooperiendam Ecclesiam S. Mariæ, &c.* Mox: *Minerum ferri, &c.*

Minera, pro *mina*, seu cuniculo, usurpatur à Nicolao Uptono lib. 1. de Militari officio c. 3.

MINIARE, quasi *minio* describere, *Relever en vermeillon.* Joann. de Janua: *Miniare, minio præparare, vel scribere minio.* Rodericus Tolet. lib. 8. de Rebus Hisp.

Hisp. c. 4. *Id in ipso operabatur benignitas, ut præ excellentia videretur æqualitas, sapientiæ gravitate conspersa: sic omnia miniabat, ut his fieret ejus curialitas in suspirium, & strenuitas in exemplum.*

miniografare, eadem notione, apud Joann. de Janua. *Miniator, qui minio scribit, vel præparat minium. Miniographus, qui minio scribit. Miniographia, scriptura cum minio facta.* Ita Joan. de Janua. *Minicularor*, Ulpiano.

MINIGUNGA, Admonitio, ex Saxonice minezunz, quod idem sonat. Vide Leges Adelstani apud Thundreffeldam editas c. 7. apud Bromptonum.

MINIMISSIMUS. Libellus precum Marcellini & Faustini p. 87. *Nesciens quòd Christi Dei gratiâ etiam minimissimis servulis ejus ministretur.* Occurrit etiam in Edicto Luithprandi Regis.

MINISTER, Diaconus. S. Cyprianus epist. 65. *Diaconos autem post ascensum Domini in cælos Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui & Ecclesiæ ministros.* Adde epist. 66. Lactantius lib. de Mortib. persecutor. num. 15. *Comprehensi Presbyteri & Ministri, & sine ulla probatione ad confessionem damnati.* Ildefonsus Episcopus Toletanus in Cœnotaphio B. Heladii:

Ildefonsus ego, quem fecerat ipse Ministrum,
Persolvi sancto carmina pauca seni.

Passio SS. Martyrum African. sub Hunerico: *Sacerdotum & Ministrorum copiosissimam & maximam turbam --- exilio crudeli detrusit.* Commodianus carmine inscripto *Ministris*:

Ministerium Christi, Zacones, exercete castè,
Idcirco Ministri facite præcepta Magistri, &c.

Utitur etiam Ennodius lib. 6. epist. 9.

Ministri Ecclesiæ, Episcopi, Sacerdotes, in Edicto Pistensi c. 1. *Ministri Ecclesiastici.* C. 30. *Ministri Episcoporum.*

Ministri Palatii, Aulæ regiæ officiales, *Officiers de la maison du Roy.* Epistola Episcoporum Franciæ ad Ludovicum Regem an. 858. cap. 12. *Constituite Ministros Palatii, qui Deum cognoscant, ament, & metuant: qui maximam curam gerant quatenus necessuosi palatium adierint, & per quos perrexeritis, patrem & consolatorem mirantes, gaudendo vos videre accurrant, non qualem dicere nolumus, gemendo & maledicendo refugiant.*

Ministri Palatini, in Vita Ludovici Pii ann. 837. Apud Agobardum Matfredus Procer Palatii, *Minister Imperatoris & Palatii* appellatur, in Epistola ad eundem.

Ministri in aula Regum Anglo-Saxonum, eorum Diplomata subscribunt post Episcopos, Abbates & Duces, apud Ingulfum p. 882. 883. 884. 885. in Conventu Westmonaster. ann. 1066. in Monastico Anglic. tom. 1. p. 37. in Addit. ad Matth. Paris pag. 157. apud Doubletum pag. 832. &c. Qui quidem *Ministri* iidem sunt qui Saxonicè ʒ·ʒenſ, in Diplomatibus verò *Thaini*, & *Taini*, quæ voces *ministros* & *servientes* sonant. Ita qui hac nomenclatura Regum Anglo-Saxonum Chartas subscribunt, erant præcipui aulæ regiæ ministri, ut Camerarii, Senescalli, Venatores, Accipitrarii, &c. In Monastico Anglicano tom. 3. p. 121. quidam *Godo* (sub Edw. Confess.) *Optimas Ministerque Regalis* inscribitur. Vide Seldenum ad Eadmerum p. 170. & infrà in voce *Thainus*. Totum porro hunc Ministrorum regiorum ordinem bellè describit Florentius Wigorniensis, ubi de Alfredo Rege Anglo-Saxonum: *Consilio divinitus invento, omnium uniuscujusque anni censuum successum bifariè primitus Ministros suos dividere æquali lance imperavit; quarum primam suis Ministris nobilibus, qui in cultu regio vicissim commorabantur, in pluribus ministrantes ministeriis, annualiter largiebatur. In tribus namque cohortibus præfati Regis satellites prudentissimè dividebantur, adeo ut prima cohors uno mense in cultu regio die noctéque administrans commoraretur: menseque finito, alia cohorte adveniente, prima domum redibat, ut ibi duobus commoraretur mensibus. Secunda itaque cohors mense peracto, & adveniente tertia domum redibat, ibidem duobus commoratura mensibus. Hoc ordine omni vitæ tempore talium vicissitudinum in regali cultu rotabatur administratio.* Ejusmodi Ministrorum alibi non semel meminit, ann. 871. 874. 878. 905. 1008. 1010. 1039. ut & Roger. Hovedenus pag. 450. 457. & Simeon Dunelm. an. 1008. 1010. 1013. 1067. cui ut plurimùm *nobiles* ac *præpotentes Ministri* dicuntur.

Ministri Reipublicæ, Comites, judices, villici regii, & alii hujusmodi. Ita usurpant Capit. Caroli C. tit. 8. c. 5. tit. 11. cap. 9. tit. 13. cap. 6. tit. 13. cap. 12. 14. ejusdem Capitulare Compendiense an. 868. c. 8. 10. Synod. Suession. c. 7. 8. 10. Synod. Carisiac. c. 2. Edictum Pistense c. 8. 17. 20. Riculfus Suession. Episc. c. 15. Chron. Farfense pag. 666. &c. *Reipublicæ administratores*, in Capit. Caroli C. tit. 43. §. 1. & parte 2. ejusdem tit. §. 1. & in Concilio Trosleiano an. 909. cap. 1. *Ministri regni*, tit. 34. cap. 4. eorumdem Capit. *Ecclesiasticæ & reipublicæ administratores*, in Charta Ludovici Pii, in vita Aldrici Episcopi Cenoman. pag. 34.

Ministri, Minores officiales. *Ministri Ducum*, in l. 3. Cod. Th. ad legem Jul. Repetund. *Ministri Comitum, Missorum, &c.* in Capitulis Caroli C. tit. 32. c. 16. qui aliàs *Ministeriales*. Concil. Cabilonense II. c. 21. *Sed & ministros, quos Vicarios & Centenarios vocant, justos habere debent* (Comites & judices.)

Ministri, Judices sub dominis suis jus dicentes. Notitia an. 1015. apud Loisellum in Bellovaco: *Dans ei medietatem Vicecomitatus, & dimidias leges de forensibus hominibus, ita ut Minister Episcopi, & Minister Comitis justificent reos, & leges æqualiter dividant.* In Charta Ludovici VII. Regis ann. 1151. apud eundem, *Ministeriales* dicuntur: *Et si quis excessus vel forisfactum contingeret, ad Episcopum vel Ministerialem ejus referendus est clamor.*

Minister, idem qui *Ministerialis*, apud Germanos, de qua voce infra. Miracula S. Quirini Mart. lib. 2. n. 23. *Notus Miles, Dietmaro nomen erat, nobilis Frisingæ Minister, &c.*

Ministri Generales Ordinis S. Francisci, quorum officium ac dignitas *Ministeriatus* dicitur in Bulla Clementis VI. PP. apud Waddingum ann. 1343. n. 5.

MINISTERIALES *Dominici*, qui aliàs *Ministri*, famuli honorarii, in Notitia Imperii, sub dispositione viri spectabilis Castrensis. Vide Panciroll. lib. 1. c. 91. *Ministeriales & Pedagogiani*, in l. 5. Cod. Th. de Divers. offic. *Ministeriales Imperatorum*, apud veterem Agrimensorem p. 330.

Ministerialis in Pacto Legis Salicæ tit. 11. §. 6. pro quovis famulo domestico. Glossæ Isonis Magistri ad 2. Prudentii contra Symmachum: *Alumnos, nutritios, ministeriales, famulos.*

Ministeriales, Minores Officiales Regum, Ducum, Comitum, & dominorum feudalium, qui dominorum subditis jus dicunt, eorum jura procurant, census & reditus exigunt, villici, seu villarum præfecti: Ita enim passim indigitantur in veteribus Tabulis. Charta Privilegiorum concessorum Hispanis à Ludov. Pio: *Alius verò census ab eis neque à Comite, neque à junioribus & ministerialibus ejus exigatur.* Hincmarus de Ordine Palatii cap. 12. *Tales etiam Comites & sub se judices constituere debet, qui avaritiam oderint, & justitiam diligant, & sub hac conditione administrationem suam peragant, & sub se hujus modi ministeriales substituant.* Flodoardus lib. 1. cap. 10.

Unde

Unde sæpe justitiam apud ministeriales regios sibi fieri postulavit. *Ministeriales ministrorum*, in Capit. Caroli C. tit 32. c. 16. *Ministeriales regni*, tit. 34. c. 11. *Ministeriales Comitatus*, tit. 43. c. 9. Tabularium Vindocinense Thuani Ch. 85. *Si verò per oblivionem vel neglectum ministerialis ejusdem loci terminos præfati census reddendi præterierit, &c.* Ita Edictum Pistense c. 30. vett. Chartæ apud Beslium in Comitib. Pictav. p. 269. Sanjulianum in Matiscone p. 239. Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis p. 10. &c.

Ministeriales, in Monasteriis, qui præcipuas præposituras exercent. Adalardus in Statutis antiquis Corbeiensis Monast. lib. 1. c. 1. *Et ipsi Ministeriales habent inde singuli breves suos, id est, Camerarius, Cellararius, & Senescalcus.* Et cap. 6. *Et veniat ipsa annona de ipsis villis, quas Præpositus specialiter in ministerio habet.*

Ministrales, iidem qui *Ministeriales*. Charta an. 1106. in Prob. Hist. Ducum Burgundiæ: *Concessi ut si latrocinium factum fuisset, & clamor ad Monachos & ministrales eorum deveniret, ipsi justitiam planam facerent.* Alia Hugonis Ducis Burg. in Probat. Hist. Vergiacensis pag. 134. *Ministrales siquidem mei, homines de Paredo propter usuarium quod ipsi in confinio potestatis Paschæ proclamabant, creberrime inquietare solebant.* Utuntur præterea auctor Gestorum Episcoporum Salisburgensium p. 321. tom. 2. Antiq. lect. Canisii, Chron. Mindense pag. 742. 744. &c.

Mistrales, contractiùs, in Statutis Delphinalibus p. 12. in Chartis an. 1195. & 1196. apud Guichenonum in Probat. Hist. Sabaudicæ p. 45. 46. vulgo *Mistrals*, in Antiquitatib. Viennensib. Joannis *le Lievre* p. 414.

Ministralia. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu f. 18. *Ministraliam autem hujus cabannariæ dedit quidam villicus, &c.* Infrà: *Et iterum donaverunt ministraliam & placitum præfato Monasterio.*

Ministeriales etiam dicti majores aulæ seu Palatii Regii Officiales. Arestum anni 1224. apud Belforestum in Hist. Franc. *Præterea cùm Pares Franciæ dicerent quòd Cancellarius, Buticularius, Camerarius, & Constabularius Franciæ, Ministeriales Hospitii domini Regis, non debebant cum eis interesse ad facienda judicia super Pares Franciæ; & dicti Ministeriales Hospitii domini Regis è contrario dicerent se debere ad usus & consuetudines observatas interesse cum Paribus ad judicandum Pares: judicatum fuit in Curia D. Regis, quòd Ministeriales prædicti de Hospitio D. Regis debent interesse cum Paribus Franciæ ad judicandum Pares.*

Ministeriales, apud Alamannos seu Germanos variè appellantur: nam in Speculo Saxonico lib. 1. art. 16. §. 2. art. 38. §. 2. art. 52. §. 1. lib. 3. art. 42. §. 2, 3. art. 74. §. 2. art. 80. §. 2. servis vel certè hominibus obnoxiæ conditionis accensentur, adeo ut Liberis semper opponantur, & dicantur libertate donari, & permutari à dominis. Ita *Ministeriales* appellati, quòd dominorum ministeria exequerentur, seu officia ab iis injuncta, quod *Liberi* non faciebant. Serrarius in Notis ad Vitam Godefridi Comitis Campebergensis, *Ministeriales* in Westphalia ait triplicis esse generis: 1. qui corpore, jumentisque suis domino alicui serviunt, & vocari *prædia integra*: 2. qui solo corpore, dictos *Rotter*: 3. qui tabellarios agunt, *Bringsitter*. Eorum *ministerium* seu juge obsequium erga dominos testatur Constitutio Caroli Crassi Imp. de Expeditione Romana ann. 881. §. 5. *Similiter de Ecclesiarum filiis vel domesticis, id est, ministerialibus, vel quorumcunque Principum clientela, qui quotidie ad serviendum parati esse debent, statuimus, &c.* Vetus Charta in Privilegiis Ecclesiæ Hamburgensis pag. 201. *Nos Henricus & Otto Milites fratres dicti de Barmstede renuntiantes nobilitati & libertati nostræ spontanea voluntate, facti sumus Ministeriales Ecclesiæ Bremensi, facientes corporaliter juramentum, sicut Bremensis Ecclesiæ ministeriales facere consueverunt, jurantes nos Ecclesiæ antedictæ sicut Ministeriales perpetuo fore itaros. Uxores nostræ, liberi nostri jam nati, & adhuc nascituri idem facient, quando prædictus D. n ster Archiepiscopus, vel suus nuncius duxerit requirendos, &c.* In alia Charta an. 1093. apud Hubertum Leodium in Monumentis antiq. *Ministeriales* à *Liberis* perindè distinguuntur: *Pro præsumptione autem delicti imperando dijudicamus, ut si liber est, 10. talenta; si ministerialis, 5. talenta; si ex familia, totam substantiam ad Cameram nostram persolvat.* Adde Bruschium de Monast. Germ. p. 41. Eorum liberi perinde ac servorum in partitionem veniebant. Charta Henr. Comitis Palatini Rheni ann. 1262. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. p. 388. *Si quis ex ministerialibus utriusque partis ex alterius familia uxorem duxerit, gratum utrimque tenebitur, & proles inde nata æqualiter dividetur, & primogenitus patrem sequatur, ex jure pertinentiæ; unicus autem heres communis erit, & proles ex eo genita dividetur.*

Sed postmodum è fece hominum emersere, habitique deinceps inter nobiles, licèt inferioris ordinis. Petrus de Andlo lib. 2. c. 12. *Post Baronum ordinem Valvasores, id est, minores Capitanei, qui & proceres sive Ministrarii dicuntur, locum sibi vindicant, simplicem Militiam transcendentes.* Crantzius in Metrop. lib. 1. c. 2. *Sublimius nomen ex Ministerialibus nunc aucupantes, Nobiles se dici volunt, cùm sit infimus nobilium gradus in Baronibus.* Et lib. 2. cap. 11. *Ministeriales suos, qui soli volunt hodie dici Militares, coæquavit urbicis ad militiam conscriptis, quos etiam in ordinibus duxit, nihil minoris habitos. Sed posteriora sæcula distinxerunt ordines militantium & urbicorum, ut jam non patiantur sibi illos coæquari: & quod est arrogantius, jam qui olim Ministeriales dicti sunt, aut feudatarii, nunc ambiunt dici Nobiles. Sed coarguit eorum superbiam usus principalium scribarum, & omnium rectè discernentium munera graduum singulorum. Primi enim Barones inter Nobiles deputantur, inde Liberi domini, post ea Comites, inde Duces, quos appellat Papa Nobiles viros. Quid patitur Ministerialis, ut in hac Nobilitatis appellatione coæquari quærat Duci?*

Quòd verò Crantzius *Ministeriales* feudatarios fuisse ait, firmatur præterea ex aliis Scriptoribus, præsertim ex Petro de Vineis lib. 3. epist. 5. adeo ut ii fuisse videantur, qui certa & rata, ac pactis definita obsequia dominis suis debebant, ut apud nostros, ii quos *servientes feodatos* vulgo dicimus, de quibus suo loco. Id præsertim colligere est ex Charta Conradi Comitis Lutzilenburg. ann. 1135. pro Monasterio S. Maximini Trevir. *Accepimus igitur per sententiam, quod equos eorum qui Ministeriales sunt, & jus Ministerialium à prædecessorib. suis integritate generis & conditionis obtinuerunt. Illi qui ad hoc officium infeodati sunt, circa nonam advenientis festi in quoddam pratum, quod est Kûne, deducent, & usque ad nonam sequentis diei, vel quandiu Abbas ipsos Ministeriale. detinere voluerit, custodient, nullum pabulum eis debetur. Ministerialis, si cum uxore sua venerit, 12. panes, 6. sextaria vini, ovem unam recipiet. Si autem sine uxore venerit, cum Abbate ipse & famuli sui, qui duo tantùm, vel tres esse debent, comedet. Et sicut nullum prædictorum Ministerialium a consilio & a mensa Abbatis in ipso festo arceri debet, ita nullus eorum prædictum servitium foris offerendum recipiet, nisi loco Ministri Abbati decenter assistere & servire possit. Si quis Ministerialium Ecclesiæ extraneam uxorem duxerit, filii*

filii ejus prædictum servitium quod pater eorum, quia Ministerialis Ecclesiæ erat, habuisse videbatur, non habebunt. Femina Ministerialis Ecclesiæ, si viro extraneo nupserit, filii ejus propter conditionem matris prædicto servitio non privabuntur, ipsi Ministeriales deposito amictu chlamidis, vel alterius superi vestimenti, in Vesperis, in Cœna, in Missa subsequentis festi debitæ cum reverentia Abbatis obsequio se offerent. Abbas, si proximo die post festum de negotiis privatis vel communib. cum Ministerialibus aliqua tractare voluerit, sive nos præsentes, sive absentes fuerimus, absque expensis eorum ipsos detinebit. Si ad placitum venire non poterimus, & Abbas eorum præsentia carere voluerit, circa nonam in ipso festo redeundi ad propria singulis licentiam dabit. Hæc igitur de jure nostro, de jure Ecclesiæ, de jure Ministerialium per sententiam nobis relata, & assensu omnium comprobata, Abbate & Fratribus atque Ministerialibus petentibus, scripto commendavimus, &c. Similem prope Constitutionem de Ministerialibus Bambergensis Ecclesiæ descripsit Gretsenes in Divis Bambergens. pag. 89.

Erant igitur Ministeriales ii non ex servis; ut hi de quibus agit Spec. Saxonicum, neque etiam ex iis quos nobiles & Liberos dominos vocabant, sed ex Nobilium inferiori ordine. Unde post *Liberos homines* vulgò recensentur in veterib. Chartis descriptis in libro de fundatione Monasterii Gozecensis pag. 211. 218. Hist. Trevirensis p. 235. tom. 12. Spicileg. Acheriani: *Convocata ad se Liberorum & Ministerialium multitudine gravi, &c.* Liber de fundatione Gozecensis Monasterii p. 225. *Fecit & hoc, Ecclesiarum ipsius videlicet & Hildenesheimensis, vectigalibus, & apparitoribus primus Ministeriales instituit, Liberorum hominia suscepit; & tam illos quam istos, stipendiis Fratrum inbeneficiavit.* Hist. Archiepiscopor Bremensium ann. 1337.

Respondit humiliter se non eminere
Sanguine, divitiis, nec tamen egere:
Sed de mediocribus genitum sincerè,
Qui sponte nobilibus multum serviere.

Nobilitatis porro argumentum est, quòd prædivites interdum essent, quandoque etiam *Milites* fierent. De divitiis Ministerialium agit Liber Miraculor. S. Ludgeri Episc. Mimigard. n. 52. *Quidam Ecclesiæ Mindensis prædives Ministerialis.* De Militiæ verò titulo, Charta Henrici IV. Imp. in Metropoli Salisburg. tom. 3. pag. 265. *Offeruntur viri Militares, qui dicuntur Ministeriales, cum prædiis & possessionibus suis, &c.* Cæsarius lib. 2. cap. 12. *Erat in proximo manens Miles quidam dives & honestus, Ministerialis tamen.* Lib. 4. cap. 77. *Henricus de Wida Miles fuit dives valde potens & nominatus, Ministerialis Henrici Ducis Saxonum.* Sed & Ministeriales dicti interdum ipsi Comites. Metropolis Salisburgensis tom. 3. pag. 13. *Hi testes adhibiti sunt Perchtoldus Marchio de Andehsen, & filius ejus Perchtoldus Marchio Ministerialis eorundem, &c.* Alia de *Ministerialibus* vide apud Goldastum tom. 1. Rerum Alemann. pag. 217. & Meibomium ad Levoldi Northovii Chronicon Marcanum pag. 40.

Ad ejusmodi autem exercenda obsequia concedebantur à dominis feudalibus prædia, quæ *Ministeria* appellabant. Charta Ottonis III. Imp. ann. 999. apud Will. Hedam: *Insuper sibi donavimus quidquid Popo filius Waldgeri habuit in Ministerium in hoc Comitatu.* Adde quæ suprà annotavimus de hac voce.

Ministerialis servus, in Lege Burgund. tit. 10. §. 1. qui ministri loco domino est.

Ministralis fundi, Villicus, ni fallor, seu *Major*. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 245. *Et cum calumniaretur prædictus Hugo, judicio dato, duos legitimos homines produximus, prædicti fundi servum qui pariter datus est, & Ministralem ejusdem fundi nostri, qui interfuit, &c.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu Ch. 174. *Sciendum quoque quia in prædicto manso Domni Pontii, Humbertus Ferrolus mestraliam habebat, &c.*

Ministerialitas. Vetus Charta apud Perardum in Burgund. *In Gié quoque erat suus Ministralis, qui decimarum redecimam capiebat; ipsamque Ministerialitatem totam liberam dedit, ut Canonici ad velle suum Decimatorem ponerent.*

MINISTERIALIS *liber*; idem qui *Officialis*, de quo infrà. Synodus Celichytensis an. 816. cap. 2. *Ubi Ecclesia ædificatur, à propriæ diœcesis Episcopo sanctificetur, ---& ita per ordinem compleat, sicut in libro Ministeriali habetur.*

MINISTELLI dicti præsertim Scurræ, mimi, joculatores, quos etiamnum vulgò *Menestreux*, vel *Menestriers*, appellamus; quòd minoribus aulæ ministris accenserentur: neque enim viri doctissimi ad Tacitum sententiam probaverim, qui à quodam *Menestere* Pantomimo, cujus præter Tacitum meminit Dio lib. 1. ita nostris nuncupatos censuit. Lambertus Ardensis: *O garcionum & ministralium, imò adulatorum injusta laudatio!* Alberico an. 1237. *Ministellorum* vox idem sonat.: *Illi qui dicuntur ministelli in spectaculo vanitatis; multa ibi fecerunt, sicut ille qui in equo super chordam in aëre saltavit.*

Porro ejusmodi scurrarum munus erat Principes non suis duntaxat ludricis oblectare, sed & eorum aures variis avorum, adeoque ipsorum Principum laudibus; non sine assentatione; cum cantilenis & musicis instrumentis, demulcere. Idem Lambertus: *Qui humanam nullatenus quærens gloriam, scurræ maluit quantulumcunque munusculum denegare, quàm in ore scurræ & nomine indigni, licèt omni haberetur laude dignissimus, in orbe terrarum deferri, & cum instrumento musicari, vel decantari.*

Interdum etiam virorum insignium & heroum gesta, aut explicata & jucunda narratione commemorabant, aut suavi vocis inflexione, fidibusque decantabant; quò sic dominorum, cæterorumque qui his intererant ludicris, nobilium animos ad virtutem capessendam, & summorum virorum imitationem accenderent: quod fuit olim apud Gallos Bardorum ministerium, ut auctor est Tacitus. Neque enim alios à *Ministellis* veterum Gallorum *Bardos* fuisse pluribus probat Henricus Valesius ad 15. Ammiani. *Le Roman d'Alexandre MS.*

Quand li Rois ot mangié, s'appella Helinand,
Pour li esbanoier comanda que il chant:
Ci comence à noter ainsi com li jaiant
Monter voldrent au ciel come gent mescreant;
Entre les Diex y ot une bataille grant,
Si ne fust Jupiter à sa foudre bruyant,
Qui tost les desrocha, ja ne fussent garant.

Chronicon Bertrandi Guesclini:

Qui veut avoir renom des bons & des vaillans,
Il doit áler souvent à la pluie & au champs;
Et estre en la bataille, ainsy que fu Rollans,
Les quatre fils Haimon, & Charlon li plus grans,
Li Dus Lions de Bourges, & Guion de Connans,
Perceval li Galois, Lancelot & Tristans,
Alixandres, Artus, Godefroy li sachans,
Dequoy cils menestriers font les nobles Romans.

Nicolaus de Braia describens solenne convivium, quo post inaugurationem suam Proceres palatinos excepit Ludovicus VIII. Rex Francorum; ait inter ipsius convivii apparatum, in medium prodiisse Mimum, qui Regis laudes ad cytharam decantavit, quas præstat hocce loco describere, ut planum fiat cujusmodi eæ fuerint Ministellorum cantilenæ:

Dumque fovent genium geniali munere Bacchi,

Nec... e commixto curas removente Lyæo,
Principis a facie, cytharæ celeberrimus arte
Assurgit Mimus, ars musica quem decoravit.
Hic ergo chorea resonante subintulit ista:
Inclyte Rex Regum, probitatis stemmate vernans,
Quem vigor & virtus extollit in æthera famæ,
Indole virtutis qui vincis facta parentis,
Major ut Atrides patrem Neptumus Heros
Ægea, Pelides excedit Pelea, Jason
Esona, nec prolem pudor est evincere patrem,
Corde gigas, agnus facie, Laertius astu,
Consilio Nestor, linguosos effuge servos,
Neve velis adhibere fidem jactantibus aures:
Nam sic in famulos armantur sæpe potentes,
Et sic injustè justi quicunque ligantur,
Dedecet egregios vitiis corrumpere mores.
Tu pius esto pius, hostem te sentiat hostis,
Te rigidum timeat, confundas penitus hostem
Incutiente metu: si se tibi dederit, ipsum
Excipe cum venia: probus hostis fiat amicus,
Jungaturque tibi concordi fœdere pacis.
Sæpe fit ex odio majori majus amoris
Fœdus, & ampla pacis nullum peritura per ævum.
Infami vitio ne vernans fama laboret,
Crimen avaritiæ fuge, donis corda Quiritum
Unge: per hoc poteris cordis lenire calorem.

Mitto reliqua similia, ex quibus omnino patet ejusmodi Mimorum & Ministellorum cantilenas ad virtutem Principis excitasse. Quod & firmat præterea Raimundus Montanerius in Chron. Reg. Arag. cap. 298. ubi de convivio Regis Alphonsi post ejus coronationem: *Et comforen tuyt assegutz, en Romaset jutglar canta alt veux un serventech davant lo senyor Rey novell, quel Senyor Infant en Pere hach feyt à honor del dit Senyor Rey: e la sententia deldit serventech era aytal, quel dit Senyor Infant li dix en aquell que significava la Corona, e el pom, e la verga, & segons la significança, lo Senyor Rey que devia fer, &c.*

Id præsertim in pugnæ procinctu, dominis suis occinebant, ut Martium ardorem in eorum animis concitarent, cujusmodi cantum *Cantilenam Rollandi* appellat Willelmus Malmesb. lib. 3 de Gestis Angl. Aimoinus lib. 4. de Mirac. S. Bened. c. 37. *Tanta vero illis securitas--- ut scurram se præcedere facerent, qui musico instrumento res fortiter gestas & priorum bella præcineret, quatenus his acriùs incitarentur, &c.*

Adeo vero ingens scurrarum & mimorum olim fuit in palatiis Principum numerus, ut quæ in iis aut enutriendis, aut remunerandis fiebant impensæ, eorum præsertim qui ejusmodi *ministellorum* assentationibus delectabantur, æraria plerumque exhaurirent. Lambertus Ardensis p. 247. *Arnoldus itaque militaribus vix indutus vestimentis prosilit in medium, & ministrantibus mimicis, nebulonibus, garcionibus, scurris, & jocularibus, omnibusque nomen ejus invocantibus & prædicantibus satisfecit: adeo ut in remunerationis præmium laudem eorum consecutus est & gratiam. Cùm enim quæcunque habere poterat, vel perquirere liberalitatis vias quasi desipiendo tribuisset, & in prima Porphyrii pagina, quasi in nudis & puris constitisset intellectibus, dando maxima cum minimis, dando sua, & à suis commodata, vix seipsum sibi reliquit.* Joann. Sarisberiensis Ep. 247. *Non enim more nugatorum ejus seculi in histriones & mimos, & hujusmodi monstra hominum ob famæ redemtionem & dilatationem nominis effunditis opes vestras, &c.* Rigordus de Gestis Philippi Aug. ann. 1185. *Cùm in curiis Regum seu aliorum Principum, frequens turba histrionum convenire soleat, ut ab eis aurum, argentum, equos, seu vestes, quas persæpe mutare consueverunt Principes, ab eis extorqueant, verba joculatoria variis adulationibus plena proferre nituntur. Et ut magis placeant, quicquid de ipsis Principibus probabiliter fingi potest, videlicet omnes delicias & lepores, & visu dignas urbanitates, & cæteras ineptias trutinantib. buccis in medium eructare non erubescunt. Vidimus quondam quosd. Principes qui vestes diu excogitatas, & variis florum picturationibus artificiose elaboratas, pro quib. forsan 20. vel 30. marchas argenti consumpserant, vix revolutis 7. diebus histrionibus, ministris Diaboli, ad primam vocem dedisse, &c.* Bernardus silvester de gubernatione rei familiaris: *Homo joculatoribus intentus, cito habebit uxorem, cui nomen erit paupertas, ex qua generabitur filius, cui nomen erit derisio.* Quin & Philippus *Mouskes* in Philipp Aug. fingit Carolum M. Provinciæ Comitatum scurris & mimis suis olim donasse, indeque postea tantum in hac regione Poetarum numerum excrevisse:

Quar quant li buens Rois Carlemaine
Ot toute mise à son demaine
Provence, qui mult i est plentive
De vins, de bois, d'aigue, derive,
As lecours, as menestreux,
Qui sont auques luxurieux,
Le donna toute & departi, &c.

Hanc immensam in Pantomimos magnatum prodigalitatem exagitat S. Augustinus tract. 100. in Joann. c. 6. *Donare res suas histrionibus, vitium est immane, non virtus. Illa sanies Romæ recepta, & favoribus aucta, tandem collabefecit bonos mores, & civitates perdidit, coegitque imperatores sæpius eos expellere.* Longè sapientius egit Henric. Imperator, qui in nuptiis suis cum Agnete Pictavensi in Ingelheim celebratis ann. 1044. *Infinitam histrionum & joculatorum multitudinem sine cibo & muneribus vacuam & mœrentem abire permisit*, ut est in Chronico Virtziburgensi.

Menestralli, apud Fletam lib. 2. c. 23. c. 71. §. 2.

Porrò *ministellorum* voce intelligebantur cùm scurræ & mimi omnes, tum qui buccinas inflare, aut musica instrumenta pulsare solebant. In Computo Hospitii Regis ann. 1317. & 1319. *le Menestrier* refertur inter alios Officiarios. In alio Ducis Normanniæ & Aquitaniæ ann. 1348. sub titulo *de Menestreux*, recensentur *ceux qui jouent des naquaires, du demycanon, du cornet, guiterne Latine, de la fluste Behaigne, de la trompette, de la guiterne Moresche, & de la vielle. Menestrellorum* verò vox in malam partem sumpta pro nebulonibus, in Stabiliment. S. Ludov. lib. 1. c. 32. ut *Menestrauder*, Ministellum agere, nugari, in Consuetud. Insulæ tit. 1. art. 29.

Rex Ministellorum, Supremus inter *Ministellos*; de cujus munere, ac potestate in cæteros *Ministellos*, agit Charta Henrici IV. Regis Angliæ Gallica in Monast. Anglicano tom. 1. p. 355. Charta originalis an. 1338. *Je Robert Caveron Roy des Menestreuls du Royaume de France.* Aliæ an. 1357. & 1362. *Copin du Brequin Roy des Menestres du Royaume de France.* Computum de auxiliis pro redemptione Regis Joannis ann. 1367. *Pour une couronne d'argent qu'il donna le jour de la Tiphaine au Roy des Menestrels.*

MINISTERIUM, Abacus, mensa in qua pocula reponuntur. Gloss. Lat. Gr. *Abaci, Delficæ*, Μηνιςήριον, quòd ad abacum stent ministri. Sic autem appellant *Credentiam*, seu mensulam juxta altare, in qua reponuntur vasa ad sacrificium idonea, usus antiqui Ordin. Cisterciensis cap. 22. 53. Interdum pro vasis ipsis. Lampridius in Alexandro Severo: *Ducentarum librarum argenti pondus ministerium ejus nunquam transiit.* Julius Africanus, seu Abdias l. 6. Hist. Apostol. *Congregata sunt itaque familia, & vestes, & ministerium, & argentum, & aurum, &c.* Vide Ordinar. Ord. Præmonstrat. cap. 4.

Ministerium sacrum, Ecclesiasticum, Sacrorum vaso-

vaſorum, donariorum, & ornamentorum, atque adeo veſtimentorum Eccleſiæ congeries & apparatus, quòd ad *Dei miniſterium* hæc omnia conſecrata ſint, ut ait Juſtinianus §. *Sacræ*, Inſt. de Rer. diviſione, & Lex *Sancimus*, Cod. de Sacroſ. Eccl. Victor Vitenſis lib. 1. de Perſecut. Vandal. *Status vir Deo plenus & carus univerſa vaſa miniſterii aurea vel argentea diſtrahere, & libertatem de ſervitute barbàrica liberare, &c.* Infrà: *Mittit Proculum quendam in provinciam Zeugitanam, qui coarctaret ad tradendum miniſteria divina, vel libros cunctos, Domini Sacerdotes, ut primo armis nudaret, & ita faciliùs inermes hoſtes callidus captivaſſet.* Concilium Valentinum III. an. 855. c. 20. *Theſaurus, ſive miniſterium, vel ornamentum Eccleſiarum, &c.* Ita paſſim uſurpant Scriptores, Sixtus I. PP. Epiſt. III. c. 2. Concil. Aurelian. III. c. 23. Arvernenſe cap. 8. Paulin. Epiſt. 12. Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 66. lib. 2. Ind. 10. Epiſt. 27. 29. Ind. 11. Epiſt. 41. lib. 4. Epiſt. 8. Gregor. II. PP. in Capitulari c. 5. Avitus Vienenſis Epiſt. 6. Fortunat. lib. 1. Carm. 15. Gregor. Turon. lib. 2. Hiſt. c. 27. lib. 3. c. 10. lib. 6. c. 11. 21. lib. 7. c. 24. l. 1. de Mirac. c. 86. l. 2. c. 7. lib. de Gloria Confeſſ. c. 22. Halitgarius in Pœnitent. c. 7. Ledradus Lugdun. in Epiſt. ad Carol. M. Vita S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſ. c. 9. Othlonus lib. 1. de Vita S. Bonifac. Mogunt. c. 23. Concil. Triburienſe ann. 895. cap. 18. Anaſtaſius in Vitis PP. p. 3. 6. 12. 13. 16. 26. 27. 119. Flodoard. lib. 2. Hiſt. Rem. c. 5. Aimoin. lib. 3. Hiſt. c. 67. 71. Widradus Abbas Flaviniac. in primo ſuo Teſtamento p. 687. Lex Bajwar. tit. 1. c. 3. §. 3. &c. Vide Balduinum ad Optatum Milevitanum p. 87. Cæterùm aurea illa fuiſſe, atque adeò pretioſæ materiæ vaſa & miniſteria Eccleſiaſtica jam à primis Eccleſiæ incunabilis; docent idem Optatus l. 1. Prudent. Hym. in S. Laurent. &c. Adde Baron. an. 303. &c.

Miniſterium, Diſtrictus ſeu territorium intra quod miniſteriales & officiales miniſteria ſua exercebant: Capitulare de Villis cap. 8. *Ut judices noſtri vineas recipiant noſtras, quæ de eorum ſunt miniſterio.* Cap. 9. *Volumus ut unusquisque judex in ſuo miniſterio menſuram — tenere habeat, &c.* Capit. Caroli M. l. 2. c. 18. *Sicut in Capitulis quæ de hac re illis Comitibus dedimus, in quorum miniſteriis moneta percutitur, conſtitutum eſt.* Vide Capit. ejusdem Caroli pro partibus Saxoniæ c. 33. Capitul. an. 802. c. 21. 25. 28. Capitul. an. 807. c. 3. Capitul. Ludov. II. Imp. an. 867. c. 3. 4. & Formulas vett. c. 30. apud Bignonium; Chartam Caroli C. in Chronic. Farvenſi p. 668. & aliam Caroli III. apud Ughellum tom. 4. p. 594. Donationes Eccleſiæ Saltzburgenſis: *Conceſſit et tributales de* (in) *ſuo miniſterio manentes; &c.* Capitulare Radelchiſi Principis Beneventani an. 851. c. 1. *Quæ evenit per integrâ guaſtaldata ſeu miniſteria quæ hic deſcripta ſunt.*

Miniſteria, Officia majora & minora; in Imperator. & Regum palatiis, & *magnatum* hoſpitiis. De majoribus, Charta Willelmi Ducis Aquitaniæ 1076. *Non Dapifer, non Præpoſitus, non Mariſcalcus, non ſerviens, aut in aliquo miniſterio poſitus, &c.* Wippo de Vita Chunradi Salici p. 428. *Huic tamen ſinceriùs & libentiùs jurando omnes ſubjiciebantur, ſimiliter in diſpoſitione curali, quem Rex majorem domus ſtatueret, quos cubiculariorum Magiſtros, quos Infertores & Pincernas, & reliquos officiarios ordinaret, diu non eſt ſuperſedendum, cùm illud breviter dicere poſſim, quod nullus anteceſſoris ſui miniſteria aptiùs & honorificentiùs proviſa memini vel legi.* Chronic. Beſuenſe: *Robertus natus ex ſervis & ancillis hujus Eccleſiæ; & exaltatus ab eo miniſterio Præpoſituræ.* Diploma Ludovici III. Imp. apud Ignotum Caſin. c. 6. *Similiter eorum miniſtri ſi aliquem dimiſerint; & propriùm & miniſterium perdant.* Erchempertus in Hiſt. Langob. c. 46. *A clauſtro Epiſcopii expellens, & humili loco, in cella ſcilicet miniſteriorum degere conſtituit.* In Regeſto Theſauri ſeu Chartophylacii Regii ſignato 31. fol. 92. *Litteræ Joannis Mareſcalli, quod non poteſt retinere equos nec ditos ratione miniſterii ſui, nec reclamabit Mareſcalliam jure hæreditatis.* Vide *Miniſterialis*.

Miniſteria, Officia minora. In Computo Theſauri incip. à 1. Jan. 1312. ſub tit. *Miniſteriorum*; deſcribuntur *Falconarii, Valleti Falconum, Venatores, Arcuarii, Carpentarii, Furetarii, Aviculari, &c.* Fit ibidem mentio *Clericorum miniſteriorum*, in quibus recenſentur *Clericus Panetariæ, Clericus Scancionariæ; Clericus Coquinæ, Clericus Fabricæ. Officia ſervitorum, quæ miniſteria vocant*, in Charta Willelmi Abbatis S. Dionyſii ann. 1174. apud Doubletum p. 183. *Miniſteria domus* ejusdem Monaſterii, p. 508. In Concil. Lateranenſi an. 1179. can. 3. *Minora miniſteria* dicantur *Decanatus, Archidiaconatus, & alia quæ animarum curam habent annexam.*

A Latio igitur hauſerunt Franci noſtri vocem *Meſtier*, quam primitus Aulæ Regiæ miniſtris majoribus, poſtea quibusvis artificibus attribuerunt. Aimonius l. 4. de Miracul. S. Benedicti c. 33. *In idem rus advenerat altera muliercula quæ textricis fungebatur officio. — Hæc habebat cooperatricem, quæ ejusdem erat miniſterii.* Galli dicerent, *qui eſtoit de meme metier. Le Roman. de Garin. MS. Li Rois aonra ſes meſtiers à ſervir.*

Alibi:

Braconier meſtre en fiſt li Rois Pepin,
Les chiens li baille, cil volentiers les priſt;
La Dus Gilbert richement en ſervi
Celui meſtier, li Rois li retoli,
Fauconnier meſtre de ſes oiſiax en fiſt.

Le Roman de Jordain de Blaye MS.

Mar ſerez mais en ma Cort Deſſanſiers,
Je vous donray aſſez autres meſtiers.

In Statuto pro Hoſpitio Regis Philippi Magni an. 1317. *Les Meſtiers jurront que ils tiendront ſans enfraindre cette Ordonnance.* Et mox: *Par cette Ordonnance li Rois n'entend pas à nuls de ſes meſtiers ou de ſes Officiers qui ſont à lui, donner congé, &c.* Atque hinc capienda *Meſterii* vox in Charta Odonis Abb. S. Dionyſ. quam Gallandus in tract. de Franco alodio p. 351. non percepit. *Mattheus dicebat ſe eſſe Cambellanum Abbatis B. Dionyſii de jure Meſterii quod tenet in feodum ab Abbate S. Dionyſ. &c.*

Miniſterium, Beneficii ſeu feudi ſpecies, quæ ſub certi obſequii ac ſervitii conditione concedebatur. Lambertus Ardenſis p. 176. *Cum Arnoldus Markinienſis terram, quam in Miniſterio, ſive in Caſtellaria Brugenſium — ſibi à Balduino ſororio ſuo jam mortuo exciderant, & contigerant; &c.* Charta Euſtachii Comitis Bononienſis an. 1122. *Terram quam B. Bertinus infra Miniſterium de Merck poſſidet.* Alia Philippi Marchionis Namurcenſis an. 1210. *Cum calumniaret quandam terram juxta mare ſitam in Caſtellania Gandenſi ſub Miniſterio de Halſt.* Charta Theodorici Comitis Flandriæ an. 1147. in Tabulario Monaſt. S. Bertini: *Et quoniam Miniſteriales villarum S. Bertini multas & magnas injuſtitias ſæpius in ſuis miniſteriis faciunt, homines ſancti deprædando contra voluntatem Monachi procurationem villæ habentis, & ſine judicio ſcabinorum cunctas petitiones faciendo, & plusquam decimum nummum de placitis quæ ad Abbatem pertinent Eccleſiæ violenter auferendo, &c.* Mox: *Eam legem de cæteris Miniſterialibus Eccleſiæ tenendam auctorizamus, ut ſcilicet nullus eorum vel per hæreditariam ſucceſſionem vel in feodum habeat ſuum miniſterium, nec alio modo quam Abbati vel Eccleſiæ dare placuerit, & Miniſterialis de Peparingehen decimum nummum tan-*

tum secundùm præfatam conventionem de placitis jure suo accipiat. *Mestiers* vocant Flandrenses, apud quos nota quatuor Flandriæ Ministeria, *les quatre Mestiers de Flandres*. Ita

Ministerium accipitur pro Vicaria, seu districtus Vicarii, in Tabulario Conchensi in Ruthenis, Ch. 11. *Similiter in alio loco in pago Artintia, in ministerio Acteracense cedo villa mea, &c.* Infrà: *Similiter in alio loco in pago Avernico, in ministerio Cartladense in vicaria Arpajonense hæc est villa mea quæ vocatur, &c.* Ch. 111. *Et sunt ipsas vineas in pago Ruthenico, in ministerio Dunense, in loco quem dicunt Vermecalme.* Quod verò *ministerium* hoc loco, in Ch. 112. *Vicaria* appellatur: *Et ipsa vinea in pago Ruthenico, in Vicaria Dunense, in loco quæ dicitur Vermecalme.* Occurrit passim in hoc Tabulario.

MINISTRATIO, Ferculum, missus, *Més*. Papias. *Fercula, pluraliter, ministrationes epularum.* Chrodegangus in Regula Canonicorum Metensium c. 22. Edit. Labei: *Pulmentum verò ad Sextam: carnem inter duos, ministrationem unam, & cibaria una accipiat: & si cibaria non habent, tunc duas ministrationes de carne aut lardo habeant, &c.*

MINISTRIX, Ὑπηρέτις, in vett. Glossis.

AD MINITULUM *vendere*, Gall. *Vendre en détail*; Ital. *à minuto*. Charta an. 1338. *Emere, vendere panem, vinum, & alia victualia ad minitulum.*

MINNA. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium, l. 1. in Symmachum: *Ardor, amor, minna.* Alibi: *Furores, minna.* Rursum: *Ignem, amorem, minna.* Theutonibus *minnen*, est amare, diligere, atque adeò venereis voluptatibus frui, amare, amori litare, maximè superioribus Germanis, ait Kilianus. In Sacramento populi Theotisco apud Nithardum lib. 3. *In godes minna*, exponitur in Romano, pro *Don amur*, id est, pro Dei amore. Glossæ Keronis: *Amor, minna. Amori, minnu.* Vide Freherum in Expositione fœderis inter Ludov. & Carolum Reges.

MINOFLEDUS, *Minofledis*. Capitula ad Legem Alamannor. c. 22. Edit. V. Cl. Steph. Baluzii: *Si baro fuerit de minofledis, solvat sol. 70. Si medius Alamannus fuerit, 200. sol. componat.* Infrà: *Si femina minofledus fuerit, solvat solidos trecentos viginti: si mediana fuerit, solvat solidos quadringentos: si prima Alamanna fuerit, solvat solidos quadringentos octoginta.* Cap. 39. *Si quis alterius infans minofledis fuerit, 3. sol. componat: si medianus fuerit, 6. sol. componat: si meliorissimus fuerit, 12. sol. componat.* Sic *minofledus* fuerit infimus hominum status apud Alamannos, ex compositionis ratione. Manet vocis vestigium in *Albofledi* sorore Chlodovei I. Regis Francor. apud Gregor. Turon. lib. 2. Hist. c. 31. de cujus obitu extat Epistola S. Remigii Archiep. Remensis.

MINORES, Posteri. Glossæ antiquæ MSS. *Futuri, juniores, minores.* Alibi: *Minores, juniores, futuri, posteri, nepotes.* Turtius Ruffus Asterius Quintus V. C. Exconsul ordinarius atque Patricius:

Unius ob meritum cuncti periere minores,
Salvantur cuncti unius ob meritum.

Gloss. Græc. Latin. μεταγενέστεροι, *Minores. Singulare non habet.* Charta Chlodovei I. Regis Francor. apud Roverium in Reomao p. 29. *Ut nec nos nostrique successores Reges, neque vos vestrique minores, nec ullus quilibet de judiciaria potestate, &c.* Alia Sigeberti Regis Francor. apud Bolandum 1. Febr. p. 234. *Cum ipsa venna dominica, quæ dicitur Arnulfi, cum Probardo, Babone, vel minoribus eorum, qui ibidem servire videntur.* Vide *Juniores*.

Minores, Nulla dignitate conspicui, qui inde promiscuè *minores* & *privatæ personæ* dicuntur in Lege Wisigoth. l. 12. tit. 1. §. 2. *Minores personæ*, in Lege Burgund. tit. 2. §. 2. Alemann. tit. 39. §. 2. Bajwar. tit. 2. cap. 3. §. 3. tit. 6. cap. 1. §. 3. Capitulis Caroli M. lib. 5. tit. 136. *Minores homines*, in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 4. §. 4. *Minimi homines*, in Lege Longob. l. 1. tit. 9. §. 21. *Vicini majores vel minores*, in Capit. Caroli C. tit. 12. §. 13. Vide *Homo*.

Minor natu, eadem notione, cui opponitur *major natu*. Gregor. Turon. de Glor. Confess. c. 23. *Quale excidium Arvernæ regioni Rex Theodoricus intulerit, cùm neque majoribus, neque minoribus natu, aliquid de rebus propriis est relictum.* Statuta Davidis II. Regis Scotiæ c. 11. *Si quis major natu vel minor Curiam Regis advenit, &c.* Capitul. Caroli M. lib. 6. §. 230. *Ut minores qui majoribus irrogaverunt injurias, coërceantur.* Infrà: *Si quis tumidus vel contumeliosus extiterit in majorem natu, &c.*

Minores, Religiosi Ordinis S. Francisci, qui sectatoribus suis id nominis indidit, Regulæ à se scriptæ c. 6. *Nullus vocetur Prior, sed generaliter omnes vocentur Fratres Minores, & alter alterius lavet pedes.* Matthæus Westmonast. an. 1207. *Sub his diebus Prædicatores, qui appellati sunt Minores, favente Papa Innocentio, emergentes, terram repleverunt, &c.* Conradus Abbas Usperg. an. 1219. *Dominus Papa in Loco ipsorum* (pauperum de Lugduno) *exurgentes quosdam alios, qui se appellabant Pauperes Minores, confirmavit.* Mox: *Hi tamen postea attendentes quòd nonnunquam nimiæ humilitatis nomen gloriationem importet, & de nomine paupertatis, cùm multi eam frustra sustineant, apud Deum vaniùs inde gloriantur, maluerunt appellari Minores Fratres, quàm Minores pauperes, Apostolicæ sedi in omnibus obedientes.* Adde Jacob. de Vitriaco in Hist. Occidentali cap. 38. & quæ congessit Waddingus.

MINORARE, *Minuere*, Papiæ. Vett. Glossæ, *Minoro*, ἐλαττῶ. Glossæ Isonis Magistri: *Decisus, decurtatus, vel detruncatus, minoratus.* Vita S. Virgilii Episcop. Arelat. *Nihil de nominis sui proprietate minorans, dum vigil parmansit in opere, &c.* Epist. Gregorii IV. PP. ad Episcopos Regni Francorum: *Eo quòd, ut dicitis, pertineat ad injuriam ac de honestationem Imperialis potestatis, & ad minorationem & reprehensionem nostræ auctoritatis.* Aurora: *Majestate Patri Patre minorat eum.* Occurrit in l. ult. D. de Serv. export. apud. Saxon. Gramm. lib. 2. & non semel in sacris libris. Nostris Gallis *Ammer*, eadem notione. Assisæ MSS. Hierosolymitanæ c. 41. *Sans rien accroistre ne amermer.* Cap. 135. *Ne pooit-il armermer le pris que de la valour de la beste.*

Minoratio. Glossæ Isonis Magistri: *Dispendia, pericula, minorationes.*

Deminoratio. Charta Ludovici II. Imper. pro Ecclesia Volaterrana apud Ughellum: *Ecclesiæ varias à nonnullis occupatoribus invasiones atque deminorationes sub occasione libellorum, &c.*

MINORENNITAS, Minor & pupillaris ætas, ex Gall. *Minorité d'ans.* Magnum Chronicon Belgicum ex Chron. Traject. Episc. *Dispensans super minorennitate annorum.* Vide *Majorennis*.

MINSATORIUM, *Locus, vel vas admingendum, quod recipit urinam, & idem dicitur Minsaterium* Ugutio.

MINUATUS, Minutus, diminutus. Chrodegangus Metensis Episc. in Regula Canon. cap. 9. Edit novæ cap. 9. 24. *Vasa ministerii sui*

sui --- *sana & munda cellario reconsignet, & si aliquid ex illis minuatum fuerit, ad Capitulum die Sabbati veniam petat.* Lex Longob. lib. 1. tit. 21. §. 5. *Dominus qui suum animal intricatum invenerit, aut forsitan jam marcidum aut minuutum, &c.*

MINUERE, *Minuere sanguinem*, Sanguinem detrahere, venam incidere. Veget. lib. 1. de Arte veterin. c. 22. ubi de sanguinis detractione & phlebotomo: *Veteres autem prudentioresque auctores absq; necessitate depleri animalia vetuerunt, ne consuetudo minuendi, si tempore aliquo facta non fuerit, statim intra corpus morbum ac valetudinem generet.* Pelagius Episcopus Ovetensis in Ferdinando Rege Hispan. *Voluit minuere se sanguine, & postquam sanguinem minuit, decidit in lecto, & mortuus* --- *est.* Luc. Tudens. in Chron. æra 1129. *Cùm esset in vinculis, ægrotavit, & minuit se sanguine.* Conr. Ursperg. in Philippo: *Rex vero minutionem sanguinis fecit ibidem de venis utriusq; brachii: plurimi quoq; de suis minuebant sanguinem.* Joan. de S. Victore, de Utilitate tribulationis c. 8. *Purgatur corpus humanum minutione, & hoc dupliciter, scilicet venæ apertione, & flebotomiæ percussione.* Petrus Diac. lib. 4. cap. 100. *Ubi quondam Leo Papa sanctissimus cum Normannis præliaturus, sanguinem minuerat.* Statuta Synodalia Odonis Episc. Parif. c. 2. §. 5. *Et ne sibi tunc minuatur, cùm debent Synodo interesse, prohibetur.*

Stata autem erant minutionis tempora in Monasteriis, extra quæ sanguinem minuere fas non erat, nisi gravis urgeret infirmitas. Hujusce ritus rationem sic exequitur liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 55. *Iste est ordo minuendi. Quinquies in anno fient generales minutiones, extra quas sine periculo gravis infirmitatis licentia minuendi nulli omnino conceditur. Propterea enim tam sæpe conceditur, ne ab aliquo, exceptis his temporibus, superfluo regulariter requiratur. Prima est in Septembri: secunda est ante adventum: tertia est ante Quadragesimam: quarta post Pascha: quinta post Pentecosten. — tribus diebus minutio durabit. Post tertiam diem ad Matutinas venient, & de cætero in conventu erunt: sicque die quarta in Capitulo absolutionem accipient.* Similia habet ferme S. Gilebert. in Reg. Ordinis *de Sempinhâm*, p. 734. Chron. S. Trudonis l. 9. *Quando minuebant Fratres, chorus totus unus simul minuebat cum silentio & psalmodia, sedentes ordinatè in cella una.* Adde libr. Usuum Ordinis Cisterciensis c. 90. & Constitut. Ordin. Prædicat. dist. 1. c. 8. Guigonem II. Priorem Cartusiensem in statutis ejusd. Ord. cap. 39. 54. *Minutiones generales*, in Statut. antiq. ejusd. Ordin. 2. part. cap. 8. §. 12. c. 15. §. 3. & Statuta Ord. Præmonstr. dist. 1. c. 18. 19. At in Capitulari Ludovici Pii an. 817. vetantur Monachi *certum flebotomiæ tempus observare.* Cui consentit quodammodo Udalricus lib. 2. Consuet. Cluniac. cap. 21. Addit idem Chron. Trudonense pag. 458. addicta fuisse in Monasteriis prædia ad ejusmodi minutiones: *Oppidanus quidam noster Arnulfus terram tenere volebat sine servitio, quæ debet servire Fratribus ad omnem minutionem sanguinis eorum.* Vide Ailredum Rievall. in Vita S. Edw. Confessoris cap. ult. Concilium Dusiacense l. part. 2. c. 33. Lambert. Ardensem pag. 160. Decretales Gregorii IX. PP. lib. 3. c. 6. Vitas Abbatum S. Albani, &c.

Minutor, Venæ incisor. Chron. Windeshemense l. 1. cap. 28. *Rasor & minutor, Chirurgicusque expertissimus.* Hinc emendandus Petr. Damian. l. 6. Epist. 26. *Nonnulli vegeto corpore* — *vaporandam minutori venam præbent.* Perperam *nemitori* Edit. Vide in *Lanceola.*

Minuatio, prò *minutio*, in Capitulari 3. an. 789. c. 3. *Et de pallore earum propter sanguinis minuationem.*

MINUITAS, Damian. [illegible] Ep. 217. [illegible] III. PP.

MINULARE *fænum.* Tabular. Foss. tense: *Quilibet focus non habens equum, debet nobis corveiam ad fena nostra minulanda, & debet habere quilibet pro corveia 3. obolos.* f. *minutanda.* Nostri *Boteler* dicunt.

MINUSCULARII, in leg. 3. Cod. Th. de Indulgent. debitor. dicti speciales & minimi vectigalium exactores, *Collecteurs particuliers*, ut censet Jacob. Gothofred. Sed videntur potiùs fuisse vectigalium certorum conductores, qui majoribus suberant, iisque etiam rationes suas deferebant. S. Augustin. lib. 7. de Civ. Dei cap. 4. *Ridemus cùm deos videmus partitis inter se operibus distributos, tanquam minuscularios vectigalium conductores.* Alii *Minutularios* legunt.

MINUS *valere*, apud Hispanos, *valer menos*, dicuntur qui *minorantur fide*, qui notâ aliquâ infamiæ notantur: ut sunt ii qui quòd homagia se facturos promiserunt, non adimplent: qui se per curiam dedixerunt, generaliter infames. Vide Leges Alfonsinas part. 7. tit. 6.

MINUSTIRE, *sigillatim efferre.* Gallis, *dire par le menu.* Formula 32. ex Andegavensis *vel reliquas res quam plures, quàm longum est per singulas minustire.*

MINUTA, Moneta minutissima, quam Græci λεπτὸν vocabant, de quo multa Scaliger & alii qui de re nummaria scripserunt. Aimoinus lib. 3. de Miracul. S. Benedicti c. 3. *Desiderio accensus est adeundi Matris Christi aulam, -- quam introgressus, minutam sibi à Vicario ejusdem viri Ermenfredo nomine, obtentu transmissam eleemosynæ, altario --- superponere cupiens, sensit suos resolvi nervos.* Tabular. Celsinianense: *Et debet in mense Maji multonem 1. cum lana, & 1. agnum 1. ad messes 1. sextarium de silica, & alium de civada, ad vindemias carrigium, aut 2. sol. per porcum & pascuage, & per pastum 13. den.* --- *& minutam de Poies, & 1. parem.* Ubi *minuta de Poies* idem valet quod *Pogensis*, seu moneta Podiensis. Vide *Pogensis.* Tabularium Dervensis Monasterii: *Opus vero castelli semel in anno fiet una hebdomada Martii, & non in alio mense: & si opus non fuerit, pro redemptione operis sex denarios ae mans. vestito, de dimidio tres, de quarta parte mansi tres minutas.* Ita denarius binis *minutis* constitit. Jo. de Janua: *Minutum, quoddam pondus, scilicet media pars quadrantis, unde pauper vidua misit duo minuta, id est, quadrantem.*

MINUTALIA, Intestina animalium, Gall. *Menuailles.* Auctor Queroli sub finem: *Jam porro de ossibus fractis placuit conveniique ut in minutalibus solidus, in principalibus vero ossibus, argenti libra protenus tradetur, quæ autem vel principalia videri ossa debeant, vel minuta, medicorum tractatus inveniat.* Eginh. Epist. 23. *Boves vero qui occidendi sunt, volumus ut facias ad Ludivacam venire, & ibi occidere. Unum ex his volumus ut dari facias Hruotlonge, & illa minut alia atque interanea, quæ ad nostrum opus servari non possunt, volumus ut dentur ad illam familiam quæ ibidem est.*

MINUTARE, Minutim comminuere. Utitur Thomas Walsinghamus p. 267.

MINUTUM. Vide *Minuta.*

MIR, apud Gothos, adjectum nominibus appellativis, quid significet, docemur ex Smaragdo in Comment. in Partes Donati: *In Francorum Gothorumq; genere hæc patronomyca species frequentantur multoties: à parte enim gentili & Theodisca veniunt lingua, de quibus in exemplo Gothorum pauca primum ponimus nomina, quorum hæc sunt, Altmir, Glitmir, Rigmir, Rainmir, Watmir, -- & similia, quorum hæc est in Latinum interpretatio. Altmir namque vetultis mihi, interpretatur: Glitmir, debitus mihi: Rigmir, potens mihi: Rainmir, nitidus mihi: Watmir, vestimentum mihi.*

MIRABILIA *mundi*; sic agnominatum Ottonem

nem III. Imp. scribit Joannes Brompton & alii, *les Merveilles du monde*

MIRAMOMELINUS, Dignitatis nomen Saracenorum Chaliphæ propriæ, de qua multa diximus in voce *Amir*: quibus addo ex Gregorio Abul-Faragio in Historia Dynastiarum p. 110. ex versione Pocockii, de Omaro Chalifa filio Omari: *Cumque vocaretur Chalifa Chalifæ* (Vicarius Vicarii) *nuntii Dei, dixerunt, Longius est hic* (titulus) *vocatus est ergo Amirol mumenin* (Imperator credentium) *atq; is primus hoc titulo insignitus est. Elmunimus* appellatur in Chronico Gottholusitano era 1217: *Emir Elmunimus*, era 1222.

MIRANIMUS. Ordo Inclusorum, apud Raderum in Bavaria sancta: *Pambicium habeat, & miranimum pulvinar.* Monstra verborum, pro *Pambicium*, legendum indubiè *Bombycinum*, aut *bambacinum*. (vide in hac voce) Pro *miranimum* verò, non occurrit quod reponendum sit.

MIRARI, Se se in speculo intueri, Gallis *Mirer, se mirer.* Hispanis *Mirar*; est videre. Vita S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis cap. 4:

> *Ipsemeum speculum, simul exemplar venerandum,*
> *Quo faciem miror, quo mentem denique purgo.*

Charta an. 1258. in Histor. Eccles. Placent. in Regesto part. 2. num. 98: *Et statuimus mirari ad alium terminum, &c.* Spectare, respicere. Ital. *Mirare*. Vide Salmasium ad Pollionem p. 284.

MIRATORES. Glossæ Isid. & Pithœanæ: *Miriones, miratores.* Suprà: *Miriones, fantasiarum inanium numeratorum.* Leg. *Miratores*. Glossæ antiquæ MsS. *Mirones, phantasiæ miratores.*

MIREDILLA. Gloss. Gr. Lat. MS. ψίλωθρον, *Mirendila.* Alibi: *Mirendila*, ψίλωμα, ἤτοι ψίλωθρον. Edit. habet *Miredila*.

MIRCENA, Lex Merciorum, una è tribus quæ in Anglia obtinuerunt, ut est in Leg. Henrici I. Reg. Angl. c. 6. Vide *Lex*.

MIRGUS. Matth. Paris an. 1224. de falso Balduino: *Procuravitque ut prædictus pater suus ignominiosè suspenderetur: nam hinc & inde fecit duos canes, veteres scilicet mirgos, suspendi.* Ubi legendum *mergos* rectè adnotat Watsius: Ita enim dicuntur canes urinatores, quos Galli *Barbets*, Angli verò *Divers*, & *Water-dogges* appellant.

MIRIFICARE, *Mirum facere.* Jo. de Janua. Will. Brito lib. 12. Philipp.

> - - *Virtutum quibus illum cælica virtus*
> *Mirificat.*

MIRMUMNI. Vide *Amirmumni*.

MIRO, in Gl. Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuan. Cod. 525. *Regarderres de belles femmes.* Vide *Mirare, Miratores.*

MIRTA. Vide *Graciscus*.

MISBOTA, in Legibus Kanuti Regis cap. 2. mendosè pro *mægbota*, ut observat Somnerus: ex Saxon. mæᵹboᵹe, *compensatio occisi cognatis competens.*

MISCELLA. Vide *Mesleia*.

MISCELLIO, *Qui novit artem miscendi diversos cibos vel potus.* Jo. de Janua.

MISCERE, Confabulari, *miscere sermones*. Capitula Caroli M. de rebus diversis an. 789. c. 10. *Præcipimus ut Episcopi vel Abbates non vadant per casam miscendo.* Concil. Aquisgranense II. capit. 1. can. 4. de iisdem: *Neque irreligiosis vel indisciplinatis locutionibus, tam in domibus, quàm in forinsecis conventiculis omnino indulgeant.* Capitula Adalhardi Abbatis cap. 47. *De miscendo in sacrario, & cito liberando.* Vide *Mixtum*.

Miscere. Gregor. M. l. 7. Ind. 1. ante Epist. 1. *Et juravit de omnibus quæ adversus eum dicta de mulieribus, vel ex schismate simoniaco fuerant, mixtum se non esse*, i. quod de hisce rebus se non immiscuerat. Gregor. Turon. lib. 6. cap. 11. *Clerici autem qui sceleri huic mixti fuerant, &c.* Lib. 7. cap. 23. *Loquebantur tunc multi hominum Medardum Tribunum in hoc scelere mixtum fuisse.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 59. §. 3. *Purificet se maritus cum sacramentalibus suis legitimus, quod mixtus in mortem mulieris illius non sit.*

MISCHINUS. Gall. *Meschin.* Charta Veremundi Regis æræ 1070. ex Tabulario Ecclesiæ Lucensis apud Bivarium: *Dicentes quod habebant de illis grande damnum & malefacturia in Ecclesias & meskinos, &c.* Charta Sanctii Reg. Aragon. æræ 1131. apud Suritam lib. 1. Ind. Catellum in Hist. Comitum Tolos. p. 93. & Yepez: *Cum omnibus decimis suis, cum villis & mansis -- & cum omnibus hominibus & mischinis suis, & posteritate illorum.* Apud Francos mediæ ætatis Scriptores sumitur vox *Meschin*, pro adolescente, & juvenculo. *Le Roman de Garin*:

> *Très-bien le lievent & vieillart & meschin.*

Alio loco:

> *Les hyaumes mettent maintenant li meschin.*

Rursum:

> *Li Loherans fu à l' Eschole mis,*
> *Tant come il fu jovenciax & meschins.*

Idem Poëta:

> *Alés en fuerré, s'il vos plait, le matin,*
> *Si vos sivront & donzel & meschin.*

Alibi:

> *Vos estes janes jovenciaux & meschins.*

Idem:

> *Envoyez-le l' Emperere Pepin,*
> *Si fera bien Chevalier le meschin,*
> *Ses parens est; & ses cousin germain.*

Philippus *Mouskes*, de filia Comitis Flandriæ:

> *A Lille vint à la meschine,*
> *Qui mult estoit vaillans & fine.*

Alibi:

> *Ses filles q'il avoit enkor,*
> *Dit la Roine Alienor;*
> *Ale ot à nom, cele meschine*
> *Dont li bons Rois a fet Roine, &c.*

Chron. MS. Bertrandi *du Guesclin*, de Henrico Notho Castellæ Rege:

> *Dit qu'il le livrera à Henry le meschin.*

In Monast. Angl. to. 1. p. 74. *Ex dono Alani de Perci le Meschin.* Et to. 2. pag. 86. *Willelmus Peverellus le mechin.* Sic *Meschines* pro puellis usurpat *le Roman de Garin*:

> *Au matin lievent meschines & pucelles.*

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.

> *Nous sommes quinze mille meschins & bacheler,*
> *Qui devons nostre pris & nos los acheter.*

Le Roman de Rou MS.

> *Li Duc de Normendie avoit une serour,*
> *Meschine parcrue, mez n'avoit pas Seignour;*
> *Guillaume de Poitiers tot na vers lui s' amour;*
> *Li freres li douna, & cil en fit sosjour.*

Alibi:

> *Puis li douna une meschine:*
> *Fille Torchetil Leceline.*

Idem Poëta:

> *Une meschine i ont amée,*
> *Arred out nom, de bor jois née,*
> *Meschine iert encore & pucelle,*
> *Avenant li sembla & belle, &c.*

Postmodum verò pro famulis & ancillis vox usurpata, quòd juvenculi, & puellæ, potissimùm, dominorum aut dominarum servitio se se addicant. Will. *Guiart* sub an. 1183. de Cotercllis verba faciens:

> *Des sains corporaus des Yglises*
> *Faisoient volez & chemises*

Commu-

Communément a leurs meschines,
En despit des euvres divines.

Vide Stabilimenta S. Ludovici l. 1. c. 138. Consuet. Hannoniensem cap. 38. urbis Insulensis cap. 113. Italis *Meschino*, infelicem, miserum sonat. Dantes 50. 3.

Ne la sembianza mi parea meschino.

Ita etiam usurpatur à Raimundo Montanerio in Chron. Aragon. cap. 127. *E les gents mesquines, velles & pobres, &c.* Vide Menagii Orig. Gall. & Ital. & Oct. Ferrarium.

MISCHITA. Auctor Mamotrecti ad Cantic. cap. 7. *Monilia sunt mischitæ, id est, ornamenta colli.*

MISCITATUS, Mixtus. Incertus Agrimensor: *Collectaculum de carbonibus in calce miscitatis.*

MISCLA. Vide in *Mesleia.*

MISCRAVATIO. Vide *Cravare.*

MISCULARE, Miscere, unde Gallis, *Mesler.* Edictum Pistense cap. 23. *Faber vero qui post præfatas Kalendas comprobatus fuerit aurum vel argentum ad vendendum, vel emendum adulterasse, vel misculasse, &c.* Hincmar. Remensis. de Coercendis militum rapinis: *Quoniam de istis rapinis ac deprædationibus nihil vos debeatis misculare, unusquisque sua defendat, ut potest.* Galli dicerent, *Vous ne devez pas vous mesler des rapines, &c.*

Misculatio. Vetus Placitum sub Carolo M. apud Sammarthanos in Ep scop. Massiliensib. *Et sicut alias res ipsius quæ juste ad Dominum Regem Karolum obtingebant in alode, Antenor adhaberet per ipsam misculationem, seu & ipsam Caladium villam, visus fuit de ipsa casa Dei abstrahisse.*

Commisculare, Miscere, commiscere. Capit. Carol. C. tit. 16. cap. 7. *Qualiscunque de vobis tali modo in isto facto commisculatus est.* Tit. 25. c. 8. *Ut Rex Christianus cum Rege Regum Christo concordet, & alienæ perditioni se non commisculet.* Form. vulg. *se Mesler des affaires d'autruy.*

Commisculus. Gloss. Lat. Gr. *Commisculus*, κοινός.

MISDICERE, Alienæ famæ detrahere, Gall. *Mesdire.* Hincmarus Laudun. Episcop. contra Hincmarum Remensem: *Rex dixit, quod medietatem illi fuerat, & easdem res ab Ecclesia Laudunensi distrahere nolebat.* Vox autem *mis*, vocibus addita, vitium vel defectum denotat etiam apud Danos. Gloss. Ulphilæ Gothicum: *Missa*, defectus, error. Vide Resenium ad Canuti II. Regis Daniæ Jus aulicum p. 586. Observat. Junii in Wileram. p. 35. 36. Gillii Logonom. Anglic. c. 9. & Walisii Grammat. Ling. Anglic. c. 14. p. 116.

MISDOCERE, Malè docere, haud rectè instituere. Leges Alfredi & Godrini c. 3. *Si Presbyter populum suum misdocent de festo, vel de jejunio, reddat 30. so.* Editio Saxon. habet misꝺæꝛan, à ꝺæꝛan, al. ᵹeꝺæꝛan, instruere, docere, & miꝛ, malè, iniquè.

MISELLI, Leprosi. Gloss. Lat. Gall. *Lepra, Mesellerie. Leprosus: Mesiaus.* Matth. Paris ann. 1254. *Ecclesia S. Juliani ubi miselli, & Ecclesia S. Mariæ de Pratis, ubi misellæ vix habent vitæ necessaria.* Charta ann. 1165. *Assignati sunt sex illi denarii Misellis de Mi eduno semper habendi in festo S. Remigii.* Alia Raimundi Episcopi Magalon. *Si misellus vel misella, Leprosus vel Leprosa recipi in domo voluerit.* Liber Revelationum Anonymi c. 37. de duabus virgunculis leprâ infectis: *Cutis superficie, (sic ut tamen cutis potuit superesse misellis) immaniter pustulis frequentissimis turgescente.* Adde Vitam S. Clari Abbat. Viennens. n. 6. & Gariellum in Epistolis Massiliensib. p. 107. *Mesel* Gallis medii ævi. Nangius MS. in Dagoberto: *Leens estoit demeurant un mesel, qui s'estoit honteé & mussié en un anglet.* Bellomanerius MS. cap. 62. *Quant mesiax apele home sain, ou quant li hom sain apele un mesel, li mesiax pot mettre en défense qu'il est hors de le loy mondaine.* Vetus Consuet. Normanniæ MS. *Li mesel ne poent estre heirs à nului, partant que la maladie soit apparoissante communément, mais il tendront leur vie l'eritage que il avoient ains que il fussent mesel.* Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 128. *Qui se veaut clamer par l'assise d'Esclaf ou d'Esclave, que il ait acheté, qui soit mesel ou meselle, ou que il chiet mauvais mau.* Le Reclus de Moliens MS.

Que tes oreilles estoupas
Au mesel pauvre pelerin
Lazaron, sans qui tu soupas.

Occurrit passim apud Poëtas vernaculos ævi medii. *Misello* apud Joan. Villaneum lib. 8. c. 108.

Misellaria, Domus Leprosorum. Charta an. 1245. in Regesto Comitum Tolosæ p. 45. *Concessit Galharda de Mets & Bertrando de Miravel Leprosis & omnibus Fratribus & Sororibus domus Misellariæ portæ Narbonensis, &c.* In Charta sequenti, interdum *domus Leprosariæ*, interdum *misellariæ*, dicitur. Alia an. 1236. *Et tenet ultra misellariam de Veceriis.* Tabular. Prioratus de Domina fol. 127. *Debet 12. den. de campo in quo est misellaria.* Perdiccas Ephesius de Themat. Hierosolymit. λελωβωμένων ἀδελφῶν ἀρχαῖαι καβίκια. Hinc emendandæ Consuetudines Tolosæ: *Si aliquis donaverit -- aliquod feudum, seu honorem, -- alicui domui religionis -- vel personæ religiosæ seu hospitali, vel Macellariæ, vel alteri loco, qui sub nomine religionis censeatur.* Ubi legendum indubiè *Misellariæ. Mesellerie* pro ipso morbo. Gloss. Lat. Gall. *Lepra, Elephantia, Mesellerie. Le Pelerinage de l'humaine lignée:*

Homs qui ne set bien discerner
Entre santé & maladie.
Entre le grant mesellerie,
Entre le moienne & le menre.

Vide Consuet. Aurelianens. art. 425.

MISELLINUS, pro *Misellus*, apud H. Rabanum Maurum hymno 26. de charitate:

Nutu Dei felix homo conlætatur fratribus,
Misellinis & pupillis, egenis & orphanis.

MISERABILES *personæ*, in l. un. Cod. Justin. Quando Imp. inter pupillos, vel viduas, vel miserabiles personas, &c. *Fortunæ injuria miserabiles*, in l. 2. Cod. Th. de Officio judicum omnium. *Miseri homines*, in Append. Cod. Theodos. Const. 1.

MISERATIO, Græc. οἰκτιρμός. Rufinus Presb. in Psal. 50. *Misericordia virtus inseparabiliter in Deo est: cum autem ex hac misericordia nobis aliqua beneficia tribuuntur, miserationes dicuntur.* Charta Guillelmi Archiepiscopi Dom. Parteniacensis an. 1169. ex Tabulario Absiensi fol. 26. *Dono eisdem & concedo in eleemosynam terras & talleas earum, & quidquid mei juris est in eis quas habitatores Absiæ acquisierunt, vel acquisituri sunt in cunctis feodis meis, excepto quod si propter acquisitionem terrarum amodò acquirendarum alicujus feodati mei servitia amiserim, Abbas Absiæ inde miserationem meam expostulet.* Vide *Merces.*

MISERICORDIA, idem quod *merces*, nostris *Merci*, de qua voce suprà egimus, indulgentia. Concilium Remense II. can. 43. *Qualiter omnes lites & jurgia in sua misericordia terminum habere potuissent.* Cap. seq. *Quatenus in sua piissima misericordia, si qua necessaria sunt, augeantur.*

Misericordia, Quod contrà præscriptas Monasteriorum

steriorum regulas in cibo, potu, ac etiam vestitu, Monachis, per indulgentiam, vel ex necessitate præbetur. Ordericus Vitalis lib. 13. *Abstulit colloquia, & infirmi corporis quædam subsidia, quæ illis moderata Patrum hactenus permiserat reverendorum clementia.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. c. 35. *Quando alicui infirmo pro misericordia aliquid datur, &c.* Udalricus lib. 3. Consuet. Clun. c. 8. *Per totam æstatem in diebus dominicis ad cœnam impenditur illis misericordia de lacte.* Cap. 11. *Et Camerarias si cui habenti tria pellicia, adhuc pro misericordia addit & gunellam, &c.* Cap. 29. *Coopertorium ideo non ibi datur, quia id magis habent Fratres pro misericordia, quam pro illa regulari constitutione, &c.* Michaël Scotus lib. 4. Mensæ Philosophicæ c. 36. *Quidam Monachus Carthusiensis, cùm illi offeretur misericordia in sextis feriis, &c.* Infrà: *Semel fuit misericordia de anguillis, &c.* Vita Abbatum S. Albani p. 71. *Hic quoque procuravit — ut detestabiles ingurgitationes misericordiarum (in quibus profectò non erat misericordia) prohiberentur.* Vide pag. 66. & Statuta Ordinis de *Sempingham* pag. 727. 728. 764. & alibi passim. *Misericordiæ regulares*, quæ ex Regulæ præscripto indulgentur, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 149.

Misericordia, Indulgentia quævis: *Misericordiam quærere, Demander misericorde, pardon.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 33. *Si alicui hebdomada aliqua ascripta fuerit, si intelligit se illam propter quamlibet incommoditatem non posse complere, indicet hoc Abbati secreto, & postea si ipse jusserit, quærat inde misericordiam in Capitulo.* Id est, indulgentiam. Statuta antiqua Cartusiens. 2. part. c. 6. §. 47. *Priores quacunque causa judicio Capituli inutiles reputati, moneantur, ut petant misericordiam. Quod si noluerint, Capitulum utilitati domus providere tenetur.* §. 48. *Cùm Prior propter infirmitatem vel senium factus inutilis voluerit super annum habere misericordiam, significet domui Cartusiæ, &c.* Adde cap. 7. §. 5. cap. 12. §. 7.

Misericordia, Sellulæ, erectis formarum subselliis appositæ, quibus stantibus senibus vel infirmis *per misericordiam* insidere conceditur, dum alii stant. Veteres Consuetud. Floriacensis Cœnobii: *Conventus erectis subselliis, misericordiis assidebit.* Statuta Ordinis de *Sempingham* pag. 721. *Facta oratione super formas aut misericordias, si tale tempus fuerit, signantes se inclinent.* Infrà: *Et tunc prosternantur super formas, vel si tale tempus fuerit, inclinent, & post resideant super misericordias.* Statuta Ordinis Cartusiensis: *Item tunc stent in sedibus suis versa facie ad altare, donec ad misericordias, vel super formulas, prout tempus postulat, inclinent.* Et mox: *In festis XII. lectionum ad misericordias inclinamus, omni verò alio tempore procumbimus super formulas.* Ita hac notione usurpant Usus antiqui Ordin. Cisterciensis c. 50. 51. 56. 68. 69. 74. 76. 82. & statuta antiqua Ordin. Cartusiensis 1. part. cap. 8. §. 3. cap. 11. §. 2, cap. 13. §. 10. 27. 37. cap. 31. §. 1. 6. cap. 36. §. 27. cap. 37. §. 2.

Misericordia, Aula Monasterii, in qua fortè comedebant, quibus ab Abbate aliqua in cibis & potu indulgentia concedebatur. Chronicon Beccense ann. 1452. *Tabulas in aula quæ dicitur Misericorde, fecit renovare & directorium, &c.*

Misericordia, vox forensis: Pœna seu mulcta de quovis crimine, aut quavis forisfactura, nullis definita legibus, sed judicis relicta arbitrio, qui minorem vel majorem in reum pro delicti modo, decernit: non quòd soleat hujusmodi mulcta irrogari confitenti, & misericordiam petenti, ut quidam volunt, sed quòd ea ex misericordia judicis nude pendeat. Galli efferunt *Mercy*, Angli *Amerciamentum*. Leges Kanuti Regis Angl. c. 74. *Si quis ordinis infracturam faciat, emendet secundum ordinis dignitatem werra, wita, & omni misericordia.* Leges Burgor Scoticorum c. p 131. *Vir suus non tenetur respondere, neque de misericordia, neque de petitione partis adversæ.* Historia Fundat. Prioratus de *Dunstaple* in agro Bedford. *Et per hujusmodi confirmationes — habuerunt dicti Canonici omnia placita, & misericordiam hominum suorum*, Adde Fletam lib. 1. c. 48. §. 8. 21. Leges Henrici I. c. 1. *Non dabit vadium in misericordia pecuniæ suæ, &c.*

In misericordia Regis esse dicuntur, qui ob rata & definita legibus quædam delicta, à Rege, quali ille vult, mulcta distringi possunt: quæ tamen Regis misericordia non extenditur ad amissionem tenementi sive hæreditatis. Ita Regiam Majest. lib. 2. c. 74. §. 7. & lib. 3. cap. 1. §. 18. Vide lib. 1. cap. 8. §. 35. cap. 26. §. 5. cap. 27. §. 7. lib. 2. cap. 74. §. 5. 6. 7. lib. 3. cap. 8. §. 9. cap. 36. §. 4. lib. 4. cap. 1. §. 16. Quon. Attach. cap. 53. §. 8. cap. 54. §. 5. cap. 74. Statuta Alexandri Regis Scotiæ, Leg. Burgorum Scotic. Iter. Camerarii, Bractonum lib. 4. tract. 1. c. 19. §. 8. &c. Rogerum Hoveden. pag. 783. &c.

In misericordia poni, i. mulctam aut pœnam arbitrio judicis incurrere, in Monastici Angl. tom. 2. pag. 16. & apud Bractonum pag. 102. 103.

Misericordiam postulare dicitur, qui in ordinem Cartusiensem admitti postulat, apud Guigonem in statutis ejusdem Ord. cap. 22. §. 1. 5. in Statut. antiq. ejusd. Ordin. part. 2. cap. 23. §. 2. c. 24. §. 1.

In misericordia Regis corpus ejus erit, in Legibus Edw. Confess. c. 12.

Communis misericordia. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 976. *Ac de murdro, & de communi misericordia quando contigerit, videlicet Comitatus & hundredi coram nobis vel aliquibus Justitiariis nostris, &c.* Et pag. 669. *Et sint quieti de scyris & hundredis — & de turno Vicecomitum & de communi misericordia Comitatus, & hundredi, & de opere castellorum & pontium, &c.* Ubi *communis misericordia* videtur appellari mulcta toti pago aut communitati irrogata.

Misericordia, Quodvis onus quod à Comitibus, Vicecomitibus & Præpositis, provinciarum aut urbium incolis, pro eorum arbitrio imponitur. Charta Edw. I. Regis Angl. tom. 1. Monastici Angl. pag. 938. *Concedimus etiam — eisdem Abbati & Monachis & eorum successoribus, quod sint quieti de omnibus misericordiis inperpetuum.* Vide tom. 1. pag. 310. Hinc crebrò *misericordiæ Comitatus, Vicecomitum, Præpositorum hundredorum, &c.* in Chartis Anglic. tom. 2. p. 184. 286. Vetus Charta in Hist. Monasterii S. Audoëni Rotom. pag. 480. *Et inde coram eo placitabuntur, & de omnibus misericordiis & emendationibus, excepta querela pro qua vadium belli datum fuerit, debemus habere — 2. solidos.*

Misericordia, Eleemosyna apud S. Petrum Chrysolog. Serm. 54. S. Fulgentium lib. de Trinitate, &c.

Misericordiam dispensare pauperibus, in Capitul. lib. 5. c. 24.

Misericordia, Pugio, cultellus brevis, sica. Nominis rationem affert Falcetus, quòd milites seu equites ejusmodi pugione, quo accingebantur ad dextrum latus prostratos hostes ad *misericordiam* victoris implorandam adigerent. Gaufredus Vosiensis lib. 1. Chron. c. 44. *Cumque se ad muli pedes inclinaret, abstracto Burgensis gladio, qui Misericordia vocatur, crudeliter Militi infixit.* Lambertus Ardensis: *Manus in eum injecerunt, & extractis patulis*, (leg. *spathulis*) *sive misericordiis, immisericordissimè cum immisericorditer jugulaverunt.* Charta Communiæ Atrebatensis an. 1211. §. 10. *Quicunque cultellum cum cuspide, vel curtam spatulam, vel misericordiam, vel aliqua arma multritoria portaverit, &c.* Le Roman de la Rose:

Ritiés

Pitiés qui a tous bien s'accorde.
Tenoit une misericorde,
Dé courrant de plors & de lermes,
En lieu d'espées, entre tous termes,
Certes, se li Acteurs ne ment,
Perceroit pierres diaments.

Will. *Guiart* ann. 1302.

Plusieurs pietons François alà,
Qui pour prisonniers n'ont pas cordes,
Mais coutiaus & misericordes,
Dont on doit servir en tiex festes.

Et an. 1303.

Fauchons trenchans, espées cleres,
Godendas, lances esmoulues,
Coutiaus, misericordes nües.

Li livres de l'exemple du Riche homme & du Ladre, *MS.* cujus auctor Canonicus Feræ super Esiam ann. 1352. cap. *de armes de Penance*:

Et porte une misericorde
De bonne pais & de concorde.

In Inventar. bonorum mobilium Ludov. Hutini Regis Fr. in Camera Comp. Paris. sunt *deux espees de Toulouse, & deux misericordes.* Libellus Catalanicus MS. *de Batallia facienda*: *Jo aytal jur que asso de que he reptat aytal es veritat, e que li ho manare el cham no metre coltel, ne misericordia, ne alena, ne aguyllo, ne neguna manera d'arsi no ames, quelles que acostumadas son de metre.*

Misericorde ou cousteau à croix apud Symphorianum Champerium lib. de Ordine Militari.

MISEVENIRE, Malè evenire, malè succedere. Galli *Mesavenir* dicunt. De eo potissimùm usurpatur, qui de *murdro* vel adulterio accusatur, seque purgare, & culpâ liberare satagens, non valet, sed in purgatione deficit. Leges Kanuti Regis c. 78. apud Bromptonum: *Et si compellatio sit, & in emendando misevenïat, sit in Episcopi potestate, & ipse graviter judicet.* Eadem habentur cap. 83. & in Legibus Henrici I. c. 92. extremo.

MISFACERE, Perperam agere: Gall. *Mesfaire.* Adnuntiatio Hludovici Regis apud Confluentes §. 7. *In hoc si frater meus mei fratribus, qui contra illum nihil misfecerunt, & me, quando mihi opus fuit, adjuvaverunt, &c.* Adde Capit. Caroli Calvi tit. 27. cap. 3. part. 2. cap. 5. & Conventum Furonensem ann. 879. cap. 7. Hincmarus Laudunensis Episcop. ad Remensem: *Cum--per wadia emendaverit quod misfactum habebat.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 86. *Si homo suus misfaciat sine posse vel velle suo.* Cap. 87. *Videat qui misfecit, ut per omnia secundùm legem emendet.* Adde c. 94. Charta Erardi Brienni D. *de Kameru*, an. 1228. in Tabul. Campan. Thuani: *Quod si deficerent in aliquo, quod absit, de istis conventionibus tuendis, in quibus ego teneor Theobaldo Comiti prænotato, quod ipse licenter sine mefacere, & sine fidem mentiri posset capere de rebus meis, ubicunque eas inveniret, & eas in manu sua tandiu tenere. Quod eo ego complevissem eidem conventiones superiùs annotatas, &c.* Vide Fabrum Canterellum de Feodis pag. 38. 44. 45. 47. 48. 95. in Probat. *Meffaite*, misfactura, in Consuet. Marchensi art. 348. 349. 350. 355.

MISHERING. Vide *Abishering.*

MISKENNING, Bromptono, *est variatio loquelæ in Curia.* Est autem *loquela* idem quod *causa, placitum, juris sui prosecutio judicialis.* Ita *variare loquelam* dicitur, qui aliud petit, quàm quod initio & in prima litis contestatione petierat; vel qui in prosecutione juris sui non sibi constat. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 2. *Et ampliùs non sit Miskenninga in Hustenge, neque in Falkesmote, neque in aliis placitis infra civitatem, &c.* Et cap. 22. *Ut qui in præfectura vel qualibet potestate constitutus sæpe differi exigere, aut loqui, quod sæpe cum labore, frustraque prosequitur destitutus: transeunt autem in mislocutione Miskenninge, quæ magis inhorruit in Londonia.* Ubi *Mislocutio*, idem valet quod *Miskenninge*: *misloqui* enim dicitur, qui perperam loquitur, quæ vis est vocis: est autem *Cenning*, & Cennan, Anglo-Saxonibus, *citare, vocare*: cui adjectio *mis, male*, sonat. Ita *Miskenning*, est *mislocutio*, quomodo *Mauparler* videtur usurpasse Petrus de Fontanis à nobis editus cap. 5. §. 7. *Le paine de celui kison ensoine ne veut noumer, ne jurer, oste de lui l'aide de Dieu en se querele, encore l'eust-il bone: & envoit-on mult souvent perdre par mauparler, ou par autres airremens.* Qui porro *misloquebantur*, seu *loquelas suas variabant*, in mulctam incidebant, quæ *Meschenninga* & *Miskenninga* dicebatur, cùm ejusmodi *variationes* vetarentur, ut ex Legibus Henrici I. colligitur. At cùm eæ mulctæ levioribus de causis irrogarentur à judicibus, regiique subditi iis vexarentur, has sustulit Stephanus Rex Angl. apud Ricardum Hagustald. *Omnes exactiones, & injustitias, & meschenningas sive per Vicecomites vel alios quoslibet male inductas funditus extirpo.* Hinc etiam in veteribus Tabulis immunitates continentibus, ut in Chartis Henrici III. & Ricardi III. Regum Angl. in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 134. 827. hæc verba passim leguntur: *Sint quieti de--- Warpani & Averpani, & Hundredespeni, & de Meskenninge, & Blodwite, &c.*

MISISULÆ, Μυςίλλαι, in Glossis veteribus.

MISLOCUTIO. Vide *Meschenninga.*

MISPERSUASIO. Roswitha Monialis in Præfat. Panegyrici ad Ottonem I. Imp.

Sed hoc non suasit malæ mispersuasio mentis,
Nec summa veri contempta sponte fefelli.

Ita Editum à Meibomio, ubi alii legunt *mispræsumptio.*

MISPRENDERE, idem quod *forisfacere*, in Capitulis Caroli Calvi tit. 27. *Ut illi homines qui in isto regno contra seniorem nostrum Domnum Karolum misprisserunt, si se recognoverint, propter Deum--eis vult indulgere.* Infrà: *De illorum indulgentia qui in isto regno misprisserunt, &c.* In Consuetud. municipal. Britan. art. 31. 34. *Personnes mesprenans sciemment en leurs Offices. Le Roman de vacces MS.*

Se mi homes vous firent à Roem mesprison,
Ne fu mie par moi, si dois avoir pardon.

Le Roman de Garin MS.

S'il a vers vos nule chose mespris.

Misprisio, definitur neglectio quædam supina rei cujuslibet, sed propriè, apud JC. Anglos, Rastallum scilicet & Cowellum lib. 4. Instit. Juris Angl. tit. 18. §. 7. & 37. dicitur, si quis aliquem feloniam perpetrasse cognoscat, eùmque Regi vel magistratui non patefaciat. Ita *Misprisio* vox nuda usurpatur, & definitur apud Guillelmum Stanffordium in Placitis Coronæ lib. 3. cap. 39. his verbis: *Misprision, est properment quant ascunsceit, ou connust, que un auter a fait treason ou felony, & il ne voil luy descouvrer al Roy, ou son Consel, ou a ascun Magistrat, eins conceta son offense, lequel offense Bracton ad mises inter l'offense de treason.*

MISSA, pro *missa*, Impensa, *Mise*, habetur in Chartis vet. apud Perardum p. 336.

MISSA, pro missione, seu dimissione, ἄφεσις, quomodo *accessa maris*, pro accessione, apud Servium in 1. Æneid. & in Itinerario Hierosol. *Sposita*, & *Exposita*, pro expositione apud Interpretem Novellarum: *Ulta* apud Ovidium, pro ultione: *Remissa*, pro remissione, apud Tertullianum & S. Cyprianum: *Confessa* pro confessione, &c. Vide Criticum Arnobianum Meursii lib. 4. cap. 10. Vox verò *missa*, pro missione seu remissione, occurrit apud Suetonium in Caligula cap. 25. & in leg. 3. Cod. Th. de Proximis, &c.

Caſſianus lib. 2. de Cœnob. Inſtit. c. 7. *Finito Pſalmo, non ſtatim ad incurvationem genuum corruunt, quemadmodum facimus in hac regione nonnulli, qui necdum bene finito Pſalmo, in orationem procumbere feſtinamus, ad celeritatem miſſæ quantocius properantes.* Cap. 13. *Quare poſt miſſam nocturnam dormire non oporteat.* Cap. 14. *Poſt orationum miſſam unusquisque ad ſuam cellam redeat.* Lib. 3. c. 5. *Miſſa Canonica celebrata, usque ad lucem poſt hac vigilias extendunt.* Cap. 7. *Is qui in Tertia, Sexta vel Nona, priusquam Pſalmus cœptus finiatur, ad orationem non occurrerit, ulteriùs oratorium introire non audet, nec ſemetipſum admiſcere pſallentibus: ſed congregationis miſſam, ſtans præforibus præſtolatur, donec egredientibus cunctis ſubmiſſa in terram pœnitentia, negligentiæ ſuæ vel tarditatis impetret veniam.* (Ubi miſſa, eſt dimiſſio Fratrum peracto officio) Cap. 8. *Poſt vigiliarum miſſam.* His igitur locis *miſſa fieri* dicitur, cùm populus ab Eccleſia dimittitur, peracto officio, his verbis quæ adhuc obtinent, *Ite, Miſſa eſt*, id eſt, *Miſſio vobis indicitur.* Nam, ut ait Avitus Viennenſis Epiſt. 1. *in Eccleſiis, Palatiisque, ſive Prætoriis, miſſa fieri pronuntiatur, cùm populus ab obſervatione dimittitur.* Sanè ejusmodi *miſſas* etiam in Palatiis indictas ac pronuntiatas teſtatur Luithprandus lib. 5. cap. 9. ubi de Palatio CP. *Moris itaque eſt, hoc poſt matutionum diluculum mox omnibus patere; poſt tertiam verò diei horam, emiſſis omnibus, dato ſigno, quod eſt Mis, usque in horam nonam cunctis aditum prohibere.* Adhunc etiam morem referenda quæ habet Chronicon Alexandrinum anno 5. Juſtiniani p. 780. Καὶ κατῆλθεν αὐτὸς ἐκ τοῦ ἱππικοῦ ὁ βασιλεὺς, καὶ ἔδωκεν εὐθέως μίσσας τοῖς τοῦ παλατίου, καὶ λέγει συγκλητικοῖς, Ἀπέλθετε ἕκαστος φυλάξειν τὸν οἶκον αὐτοῦ. Vide Gloſſar. med. Græcit. in Miſ.

MISSA, Incruentum Chriſtianorum ſacrificium, in quo Chriſti Corpus conficitur: qua notione vox hæc uſurpata ferè ſemper à Romana Eccleſia, ut obſervatum à Baronio an. 34. n. 60. & aliis. De vocabuli origine variæ ſunt Scriptorum ſententiæ. Hanc enim quidam, ut idem Baronius, ab Hebræo *Miſſah*, id eſt, *oblatio*, arceſſunt: alii à *mittendo, quòd nos mittat ad Deum*, ut eſt apud Alcuinum de Divinis offic. Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 2. Rupertum lib. 2. c. 23. &c. Alii rurſum à *miſſu*, i. ferculo, vel à *Mittere*, quæ vox eſt ſacrificiorum, ut Scholiaſtes Bedanæ Hiſtoriæ Saxonicæ pag. 4. Verùm miſſis ejusmodi & ſimilibus conjecturis, conſtans eſt recepta ab omnibus viris eruditis, Bellarmino, Caſaubono exercit. 16. in Baron. Scaligero, Card. Bona, & aliis, eorundem Alcuini, Honorii Auguſtod. lib. 1. c. 91. Iſidori lib. 6. Orig. c. 19. Beleti c. 34. &c. ſententia, ſcribentium *Miſſam* dictam à *Miſſa Catechumenorum*, ea ſcilicet parte ſacræ Liturgiæ, in qua finita concione, & Epiſtolæ ac Evangelii lectione, Catechumeni exire jubebantur, Diacono dicente, *Ite, Miſſa eſt*, i. excedite: quomodo hanc vocem acceptam mox innuimus. Neque enim Catechumenis licebat intereſſe ſacris myſteriis, ut infrà obſervabitur. Kero Monachus: *Miſſas, ſanta, quia mittitur populus.* Papias: *Miſſa tempore ſacrificii eſt, quando Catecumini foras mittuntur, clamante Levita, Si quis Catecuminus remanſit, exeat foras: & inde Miſſa, quia Sacramentis altaris intereſſe non poſſunt, quia nondum regenerati ſunt.* Cùm verò in ſacris quibusvis Liturgiis, iis finitis, *miſſæ*, ſeu ἀφέσεις fierent, inde accidit, ut

Miſſa, pro quovis Eccleſiaſtico officio, quod in ædibus ſacris peragebatur, interdum ſumatur: vel, ut cenſet Card. Bona lib. 1. c. 2. n. 3. pro Lectione. S. Cæſarius in Regula ad Monachos c. 20. *Vigilias, a menſe Octobri usque ad Paſcha; duos nocturnos faciunt, & 3. miſſas. Ab una miſſa legat Frater folia tria, & orate.* Cap. 21. *Omni Dominica 6. miſſas facite. Prima miſſa ſemper Reſurrectio legatur, dum Reſurrectio legitur, nullus ſedeat. ---- Perfectis miſſis dicite matutinos.* Regula S. Aureliani Epiſc. c. ult. de Ordine pſallendi. *Poſt dictos (Nocturnos) quia noctes creſcunt, facite ad librum miſſas ſex: unus Frater legat paginas aut tres aut 4. quomodo menſura fuerit libri, -- & ſic impletis miſſis, dicite matutinarios Canonicos, &c.* Idem Aurelianus: *In Natale Dom. & in Epiphania tertia hora ſurgite: dicite unum nocturnum, & facite ſex miſſas de Iſaia Propheta. Iterum dicite ſecundum nocturnum, & legantur aliæ ſex* (nempe miſſæ) *de Evangelio.— In Martyrum feſtivitatibus tres aut 4. miſſæ fiant. Primam miſſam de Evangelio legite, reliquas de paſſionibus Martyrum.* Paſſim ibi. S. Iſidorus in Regula c. 7. *In quotidianis officiis vigiliarum primum tres Pſalmi Canonici recitandi ſunt, deinde 3. miſſæ pſalmorum, quarta canticorum, quinta matutinorum officiorum. In Dominicis verò diebus, vel feſtivitatibus Martyrum, ſolemnitatis cauſa ſingulæ adduntur miſſæ.* Regula S. Fructuoſi cap. 3. *Sabbatorum verò & Dominicarum noctium curriculis, ſeno miſſarum ſuper adjecto officio, ſenis etiam miſſis vigiliæ cum ſenis reſponſoriis celebrentur: ut Reſurrectionis Dominicæ ſolemnitas ampliori officiorum pſalmodia magis honoretur, quod & præcipuarum feſtivitate miſſarum præcedente nocte competenter officiorum genere de qualibet ſolennitate ſemper eſt celebrandum.* S. Aurelian. in Regula ad Virgines c. 38. *Miſſæ de Apoſtolo fiant.* Cap. 40. *Sexta feria per nocturnos duæ feriæ fiant in æſtate, in hieme tres.--- Poſt celebratos ſecundos nocturnos, quia noctes creſcunt, quotidie ad librum facite miſſas tres, &c.* Vide Haefrenum l. 7. Disq. monaſt. tract. 8. disq. 5.

Miſſæ interdum pro dimiſſione à quovis Eccleſiaſtico officio ſumi videtur apud Caſſianum lib. 2. Inſtit. c. 13. *Quare poſt miſſam nocturnam dormire non oporteat.* Cap. 15. *Poſt orationum miſſam unusquisque ad ſuam cellulam redeat.* Regula S. Benedict. c. 17. *poſt expletionem verò 3. pſalmorum recitetur lectio una, verſus, & Kyrie eleiſon, & miſſæ fiant.* Quanquam non deſunt qui his locis quodvis divinum officium intelligi volunt.

Miſſa, pro ea Liturgiæ parte, in qua Corpus Chriſti conficitur, uſurpata legitur, etiam apud veteres Scriptores S. Ambroſius Epiſt. 33. *Ego manſi in munere, Miſſam facere cœpi, dum offero, raptum cognovi Caſtulum quendam, &c.* Cæſarius Arelat. Epiſc. Homil. 12. *Si diligenter attenderitis, cognoſcetis quod non tunc fiunt miſſæ, quando divinæ lectiones in Eccleſia recitantur: ſed quando munera offeruntur, & Corpus vel Sanguis Domini conſecratur. Nam Lectiones ſive Propheticas, ſive Apoſtolicas, ſive Evangelicas, etiam in domibus veſtris aut ipſi legere, aut alios legentes audire poteſtis. Conſecrationem verò Corporis & Sanguinis Chriſti, non alibi niſi in Domo Dei audire, vel videre poteritis. Ideo qui vult miſſas ad integrum cum lucro animæ ſuæ celebrare, usquequo Oratio Dominica dicatur, & benedictio populo detur, humiliato corpore, & compuncto corde ſe debet in Eccleſia tenere.* *Miſſæ* autem nomen pro ſacroſancti ſacrificii Liturgia uſurpatum à Pio, qui vixit ann. 166. & Cornelio PP. qui ann. 254. in Epiſtolis, atque adeo à S. Ambroſio Epiſt. 13. & Serm. 34. S. Auguſtino Serm. de Temp. 91. 237. & aliis quos laudant Cardd. Baronius, Bona. &c.

Miſſas facere, Sacram Liturgiam celebrare, quòd qui ſacram Liturgiam peragit, *Miſſam* faciat, id eſt, Catechumenos ab ea dimittat. Ita paſſim uſurpant Scriptores, S. Ambroſius Epiſt. 33. ad Marcellinam, S. Gregorius M. l. 4. Epiſt. 34. Theodorus Cantuar. in Pœnitentiali cap. 2. Meſſianus in Vita S. Cæſarii Arelat. pag. 253. Stephanus PP. apud Doubletum pag. 449. Concilium Toletan. VII. cap. 3. Aurelian. IV. cap. 5. 6. 8. Capit. ann. 789. cap. 9. Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 196. Vita S. Pamphili Epiſcopi Salmonenſis

tenensis num. 2. &c. Anastasius in Constantino PP. pag. 65. *Die verò Dominico Missas Imperatori fecit.* In Hadriano p. 108. *In Ecclesia B. Pauli Apostoli missas eidem Regi fecit.* Formula loquendi nostris familiaris, *Dire la Messe a quelqu'un.* Vide tom. 5. Canisii p. 737. Vocem *facere* in rebus sacris usurpasse veteres, notum ex Nonio Marcello, & aliis. Vide Goarum ad Euchologg. p. 122.

Missas agere, in lib. 1. Sacram. Eccles. Roman. cap. 75. apud Victorem Uticensem lib. 2. de Persec. Vand. pag. 19. Flodoardum lib. 2. Hist. Rem. cap. 13. Walafridum Strab. de Vita S. Galli cap. 26. &c.

Missas agere vel tractare, apud Victorem Vitensem lib. 2. de Persecut. Vandal. initio.

Missas dicere, apud Gregorium Turon. lib. 9. cap. 20.

Missas tenere, in Relatione Joannis & Epiphanii Presbyteri Tessalonicensis, inter Epistolas Hormisdæ PP. *Statuerunt omnes in unum Episcopi, ne quis Missas foras civitatem teneret.* Utitur etiam Concilium Agathense can. 21. Braccarense I. an. 563. c. 16. Regula S. Benedicti c. 67. Lambertus in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 13. 25. &c. *Missas tenere*, interdum est iis interesse, eas audire, in eodem Conc. Agath. can. 47. & Braccar. can. 16. *Missas tractare*, in Concilio Autisiodor. can. 19.

Missas consecrare, apud Gregorium Turon. de Vitis Patrum cap. 6. *Nunc ejus Clerici concinant, qui consecrant missas.*

Missas celebrare, in Pœnitentiali Theodori c. 2. Capit. Caroli M. l. 5. c. 209. *Ut omnis Presbyter missam ordine Romano cum sandaliis celebret.* Anastas. in S. Zepherino PP. & alii passim. Radulfus de Diceto an. 715. *Gregorius PP. secundus hic constituit ut quadragesimali tempore jejunium, Missarumque celebritas fieret, quod ante eum non erat.* Adde Cæsarii Arelat. ex Homilia 12. locum suprà allatum, Vigilium PP. Epist. 2. c. 4. & Concilium Matiscon. II. cap. 6.

Missas cantare, passim, & locis indicatis à V. Clar. Steph. Baluzio in Notis ad Capitular. p. 1168.

Missas decantare, apud Frotharium Tullen. Episc. Ep. 2.

Missas dare, quòd *Missiones* Catechumenis dentur in sacra Liturgia. Anastasius Bibl. in Hist. de Exilio S. Martini PP. *Porrò dominico die datis missis in prædicta sancta Dei Ecclesia, &c.*

Missas legere, apud Cosmam Pragens. in Chron. Aulæ Regiæ cap. 8. Vide Card. Bona lib. 1. cap. 13. n. 5.

Missa, pro festo Sancti alicujus, quòd in eo *Missa* solennis peragatur: undè fortè, inquit Vadianus, Germani *Mestag*, seu *Missas*, nundinas appellant, quòd in festis principalibus indici & celebrari ob populi frequentiam soleant. Charta Dagoberti Regis Franc. apud Doubletum lib. 3. cap. 3. *Cognoscat sollicitudo & prudentia vestra, qualiter volumus & constituimus in honore domini & gloriosi patroni nostri Dionysii mercatum constituendo ad Missas ipsa quæ evenit septimo Idus Octobris semel in anno, &c.* Ita *missam* pro festo alicujus Sancti licet passim observare apud Scriptores. *Missa S. Martini*, apud Chrodegangum in Regula Canonic. c. ult. 2. Edit. in Vita Ludovici Pii an. 801. 829. 832. 833. 834. 835. apud Eginhard. Ep. 23. in Edicto Pistensi c. 8. 10. 15. in Annalib. Franc. Bertinianis an. 828. 829. 831. 866. in Donat. Ecclesiæ Salisburg. cap. 3. in Legibus Edgari Regis Angl. cap. 3. in Canonibus ejusd. Regis c. 10. apud Beslium in Comitib. Pictav. pag. 240. Meurissium in Episcopis Metensib. p. 169. &c. *Missa S. Andreæ*, in Capitulari de Villis c. 15. in Capitulari an. 823. c. 20. & apud Continuatorem Aimoini cap. 36. 40. *Missa S. Philiberti*, in Charta Caroli Calvi apud Sanjulianum in Tornutio pag. 510. *Missa S. Michaëlis*, apud Cathwlfum in Epist. ad Carolum M. *Missa Dominæ Batildæ*, apud Adalardum in Statutis Corbeiensib. lib. 1. cap. 2. *Missa S. Joannis*, apud Nicolaum PP. Epist. 27. Nithardum lib. 2. in Leg. Longob. lib. 1. tit. 25. §. 75. in Capit. Caroli M. ad Legem Bajwar. tit. 2. cap. 2. in Capitul. lib. 4. Append. 2. c. 15. lib. 5. cap. 136. in Capit. Caroli C. tit. 7. apud Adhemarum ann. 823. Reginonem lib. 2. cap. 247. &c. *Missa S. Joannis ante Portam Latinam*, apud Honorium Augustod. lib. 3. cap. 160. *Missa S. Petri*, in Tabul. Bellilocensi n. 162. & in Legibus Saxonicis Edgari Regis c. 4. *Missa S. Dionysii*, in Charta Caroli M. apud Doubletum pag. 709. *Missa S. Remigii*, in Synodo Pistensi cap. 3. in Edicto Pistensi c. 23. 31. apud Chrodegangum Metensem in Regula Canonic. c. ult. 2. Edit. & Hincmarum in Epist. ad Carolum Regem. *Missa S. Bonifacii*, in Libello suppliceMonachorum Fuldensium porrecto Carolo M. §. 14. & in Tradit. Fuldens. lib. 2. trad. 143. *Missa S. Benedicti*, apud Perardum in Burgundicis pag. 44. *Missa S. Galli*, in Chartis Alamannicis Goldasti n. 75. *Missa S. Zenonis*, in Charta anni 922. apud Ughellum in Episcopis Veronensib. *Missa S. Bavonis*, apud Eginhardum Epist. 24. *Missa S. Mauricii*, in Tabulario Vindocinensi Thuano Ch. 18. *Missa S. Bartholomæi*, apud Eadmerum in Vita S. Guthlaci cap. 32. *Missa SS. Primi & Feliciani*, in Tabulario Belliloc.

Ita Saxones vocem hanc usurpasse constat ex Canonibus Saxonicis Edgari Regis Angl. c. 54. & ejusdem Legibus c. 3. & Legibus Canuti c. 10. ubi Peꞇꞃeſ-mæſſan, est Missa seu festum S. Petri, & Maꞃꞇineſ-mæſſan, festum S. Martini. Occurrit præterea non semel in Kalendario Runico, quod edidit Olaus Wormius in Fastis Danicis. Vide Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 278. Sed & inde Germanis *Missæ* nomen nundinis publicis, quæ ad alicujus Sancti festum vel Ecclesiam celebrari solent: verbi gratiâ *Francfurter-misse*, *Strasburger-misse*, idem valet ac *Francofordienses* & *Argentoratenses* nundinæ. Vide Gretserum in Muricibus Christianis p. 75.

Missa Ambrosiana, qua utitur Ecclesia Mediolanensis, fuit à S. Ambrosio instituta, ut auctor est Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 22. De ea fusè egit Cardinalis Bona lib. 1. Rerum Liturgic. cap. 10.

Missa animarum, quæ cantatur pro defunctis, in Vita B. Mathildis Reginæ n. 9. 10. & apud Durandum lib. 5. Ration. c. 5. n. 18. De Missa pro defunctis, vide Concil. Vasionense II. can. 43. Vasense III. cap. 3. Bracar. ann. 563. can. 16. Bracarense ann. 572. c. 10. Alcuinum lib. de Divin. off. cap. de Exequiis mortuorum. Rabanum lib. 2. de Institut. Cleric. cap. 44. Walafrid. Strabon. lib. de Reb. Eccl. c. 21. Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 322. Card. Bona lib. 1. cap. 15. num. 4. &c. Julianus Toletanus lib. 1. Prognost. cap. 22. *Cùm Deo sacrificia pro spiritibus defunctorum offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt: pro non valde malis propiciationes sunt: pro valde malis, etiamsi nulla sint adjumenta mortuorum, qualescunque tamen sunt consolationes viventium, quibus tamen prosunt, aut ad hoc prosunt, ut si plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.*

Missæ bifaciatæ, dictæ, cum Missæ plures diversi argumenti usque ad offertorium sæpius iteratæ, tandem uno Canone concludebantur: adversus quas studiosè scribit Petrus Cantor in verbo abbreviato. Ita Georg. Cassander ite Liturg.

Missa Catechumenorum appellatur ea sacræ Liturgiæ pars, quæ Missam Fidelium antecedit, quæ scilicet non nisi Fidelibus præsentibus peragitur: cui quidem priori parti Catechumenis licebat interesse, ei nempe, quam vulgo dicunt constare Epistolæ & Evan-

Evangelii lectione. Nam lecto Evangelio dimittebantur ab Ecclesia solenni Diaconi voce, ut est apud Clementem lib. 8. cap. 12. Tumque sacræ ædis fores claudebantur, ut est apud S. Maximum in Mystagog. cap. 16. ea autem Diaconi vox erat: *Siquis non communicat, det locum*, id est excedat, ut est apud Gregor. M. lib. 2. Dialog. cap. 23. unde cùm ab ea dimissione inciperet Missa Fidelium, nomen inde sumpsit ipsa quæ pro Fidelibus peragi incipit Liturgia. *Missa* enim idem quod *Dimissio*, ut suprà est observatum.

Missam autem Catechumenorum, peculiare Diaconorum munus fuisse, innuit Cassianus lib. 11. Instit. c. 15. ubi de quodam *Monacho* κενοδοξίας tentato, qui *celebrabat velut Diaconus Catechumenis Missam*. Nam Diaconos semper spectavit Lectionis & Evangelii lectio. Fuit tamen tempus in Ecclesia, quo Catechumeni ante Evangelium dimittebantur, quod ex Concilio Arausicano patet c. 1. ubi hæc leguntur: *Evangelia deinceps placuit Catechumenis legi apud omnes provinciarum nostrarum Ecclesias*. Quem pravum morem suo sæculo invaluisse conqueritur Amalarius Fortun. lib. 3. cap. 36. Nefas autem fuisse Catechumenis spectare mysteria, tradunt Isidorus lib. 6. Orig. cap. 19. idem Amalarius lib. 1. cap. 36. Rabanus Maurus lib. 1. de Instit. Cler. c. 30. Micrologus c. 51. Innocentius III. lib. 5. Myster. missæ c. 12. &c. Præsertim verò Julius I. PP. in Epist. ad Oriental. *Ex istis rationibus Athanasii facile colligebamus fieri non potuisse, ut qui morbo post ostium decumbebat, in sacris constiterit, & oblationem confecerit, nec oblationem proponi potuisse, cùm intus Catechumeni versarentur, quibus intus adhuc agentibus, tempus oblationis nondum esse potuit.* Sed & Concilium Valentin. Hisp. c. 1. satis innuit munerum illationem factam post missam Catechumenorum.

Neque tamen *Missa Catechumenorum* prima fuit totius sacræ Liturgiæ pars, sed secunda uti colligitur ex Concilio Carthag. IV. cap. 84. *Ut Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, sive gentilem, sive hæreticum, sive Judæum, usque ad Missam Catechumenorum.* Ex hoc enim canone evincitur Missam Catechumenorum secundam fuisse partem λειτουργίας seu missæ: primam verò, illam in qua sermo publicus habebatur ad populum, ut satis indicat Concil. Laodicænum cap. 19. cui interesse poterant gentiles, hæretici, Judæi, atque adeo ipsi excommunicati, ut est in Concilio Ilerdensi cap. 4. Cujus rei rationem reddit Concilium Valentinum Hispan. cap. 1. *Sic enim Pontificum prædicatione audita nonnullos adtractos ad fidem evidenter scimus.* Moris istius meminit S. Augustinus Serm. de Tempore 237. cap. 8. *Ecce post sermonem fit missa Catechumenis, manebunt fideles, venietur ad locum orationis. Id est, Catechumeni exire jubentur.* Vide Vitam S. Pelagiæ meretricis c. 5. in Vitis Patrum.

Missa Chrismalis, quæ dicitur, cùm sacrum Chrisma conficitur, Feria S. majoris hebdomadæ. in l. Sacram. Gregor. M. in Cod. Remensi. & in lib. 1. Sacrament. Eccles. Rom. cap. 40.

Missa communis, publica. Braulio Cæsaraugustanus in Epist. Vitæ S. Æmiliani præfixa: *De eadem quoque solennitate ut missa recitaretur communis, injunxi dilecto filio meo Eugenio Diacono, &c.*

Missa diei, quæ post *Missam Matutinalem*, orto jam die, canitur, apud Joan. Episcopum Abrinc. de Offic. Ecclesiast. p. 36.

Missa Dominicalis, quæ Dominicis diebus cani solet, In Missali Gotthico p. 285. & apud Joan. Abrincens. Episc. de Eccl. offic. p. 23.

Missa familiaris, eadem quæ pro *familiaribus* inscribitur in Libro Sacram. Gregorii M. p. 256. Edit. Menardi, vel. Missa privata, cui opponitur publica. Eadmer. lib. 1. Vitæ S. Anselmi Arch. Cantuar. cap. 14. *Si aliquando à celebratione ipsius Sacramenti impediebatur, eos qui missas familiares debebant, suam pro anima fratris missam dicere faciebat.* Vide Udalricum lib. 1. Consuet. Cluniac. c. 7.

Missa peculiaris, eadem notione, in Capitul. Theodulfi Aurelian. cap. 45. *Ut Missæ quæ per dies Dominicos peculiares à Sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, ut per eas populus a publicis Missarum solennibus, quæ hora tertia canonicè fiunt, abstrahatur.* In Additione altera ad eadem Capitula: *Missæ quæ familiariter à Sacerdotibus fiunt.* In Concilio Lambethensi an. 1282. c. 2. *Sacerdotes insuper caveant universi, ne Missarum peculiarium seu familiarium se celebrationi obligent, quo minus valeant canonico officio commissam sibi Ecclesiam officiare, ut tenentur.* In Concilio Salegunstadiensi an. 1022. cap. 10. & in Capitulari Anglicano incerti Auctoris cap. 4. superstitionis cujusdam mentio fit, qua quidam laici, ac maximè matronæ, *Missas peculiares, hoc est, de sancta Trinitate, aut de S. Michaële, quotidie audiebant, pro aliqua divinatione*, quæ ibi vetatur.

Missæ feriales, quæ singulis hebdomadæ feriis canuntur. Priscis quippe temporibus, ait Beletus c. 51. & ex eo Durandus l. 4. Rat. c. 1. n. 28. hæresibus pullulantibus, & Trinitatem impugnantibus, ex institutione Alcuini magistri Caroli, rogatu Bonifacii Archiepisc. Moguntini, statuentis, prima feria de Trinitate dicebatur: secunda de Sapientia; tertia de Spiritu Sancto: quarta de Charitate: quinta de Angelis: sexta de Cruce: septima de beata Virgine. Causa verò cessante, illud cessavit, & dominicali officio ordinato, statutum fuit, quòd prima feria suum haberet officium, scilicet de Trinitate, secunda de Angelis, &c. Cur autem in septima feria de beata Virgine Missa dicatur, id initium habuisse tradit idem Beletus, & ex eo Durandus, à miraculo quod in quadam Ecclesia Constantinopolis singulis diebus sabbati patrabatur, in qua velum, quod totam tegebat & velabat Deiparæ ibi depictæ imaginem, feria sexta ab ea divinitus à vesperis nemine movente recederet; iis verò peractis, rursum cunctis videntibus, in sabbato, vesperis absolutis, descenderet veluti de cælo, & totam imaginem usque ad sequentem sextam feriam contegeret. Ex quo miraculo, inquit idem Scriptor, sancitum est, ut semper illa feria de B. Virgine cantaretur. Certè admodum probabile est istud miraculum, quod ex iis fuit, quæ consueta & συνήθη vocant, in Ecclesia Deiparæ Blachernensi patrari solitum fuisse, proindeque illud, cujus meminit Anna Comnena lib. 13. Alexiad. quod quidem miraculum mihi non occurrit, cùm eum locum commentarer.

Missa Gallicana, ea, scilicet quæ ante Pipinum & Carolum M. in Gallia obtinebat: hanc eandem cum *Toletana* fuisse doctè & copiosè probat Cardinalis Bona l. 1. Rerum Liturgic. c. 12.

Missa matutinalis, quæ post exactas matutinas dicitur, apud Joan. Episcopum Abrinc. de Offic. Ecclesiast. *Missa matutina*, in Concilio Vasionensi c. 20.

Missa Mozarabum, cujusmodi fuerit, docent præ cæteris Alvarus Gomezius lib. 2. de Reb. gest. Cardin. Ximenii, & Cardin. Bona lib. 1. Rerum Liturgic. c. 11.

Missa Navalis. Vide *Missa sicca*.

Missa Paschalis, quæ in singulis septimanæ Paschalis feriis agitur, in Missali Gotthico p. 342. 343. in Gallicano p. 480.

Missa perfecta, τελεία θυσία, τελεία, ἐντελὴς λειτουργία, perfectum sacrificium dicitur respectu Missæ, τῶν προηγιασμένων, quæ *imperfecta*, quòd in ea Corpus

Corpus & Sanguis Christi non conficiantur, Balsamoni ad can. 52. Trull. in Typico cap. 21. Simeoni Thessal. Resp. 60. &c. Humbertus Sylvæ candidæ contra Nicetam Pectoratum: *Quod autem quotidie & quantacunque hora diei, non autem sola tertia perfectam Missam agimus, &c.* Alibi: *Deinde quotidie, sive tertia, sive quacunque hora fiat à nobis missa, non fit nisi perfecta: nec reservatur ex oblatione ejus pars aliqua, ut per dies quinque agatur inde Missa imperfecta, quia nec SS. Apostoli leguntur quidquam ex illo primo Corporis & Sanguinis Christi mysterio sub ipsa Cœna distributo reservasse, nec Actus eorum indicant eos aliquando tale quid egisse, aut præcepisse.*

Missa plana, privata. Ceremonial. Episcopor. l. 1. c. 12. *Celebrans in eo sive solennes, sive planas missas.*

Missas plures olim ab uno eodemque Presbytero eodem die dictas testatur Walafridus Strabo c. 22. de Reb. Eccles iast. Quem morem attigerunt præterea Concil. Toletanum XII. c. 5. Altisiodorense c. 10. Petr. Damian. l. 5. Epist. 18. Gervasius Dorobernensis in Actis Pontificum Eborac. p. 1649. Vita S. Ayberti n. 13. Odo Parisiensis in Statut. cap. 5. n. 9. Reynerus contra Valdenses. p. 59. & alii. Qui quidem tametsi non omnino probatus usus apud Gratian. de Consecr. d. 1. cap. *Sufficit*, & apud Leonem Epist. 80. non tamen etiam omnino improbatus, adeò ut ter in die missam celebrare Sacerdoti licuerit, certis ferè ac expressis diebus, vel casibus, quibus recensendis non licet immorari, in Canonibus Edgari Regis c. 37. pag. 69. Edit. Saxon. in Legibus Presbyter. Northumbrensium c. 18. in Concilio Salegunstadiensi an. 1022. cap. 5. in Concilio Lambethensi ann. 1206. cap. 3. in Constit. Ricardi Episc. Sarisbériens. ann. 1217. c. 38. in Concilio Oxoniensi an. 1222. c. 6 in Synodo Sodorensi an. 1229. p. 716. Wigorn. ann. 1240. c. 26. in Synod. Coloniens. an. 1280. c. 1. 7. in Synod. Nemausensi an. 1284. in Synodo Oxoniensi ann. 1287. c. 21. in Synodo Bajocensi an. 1300. c. 15. in Legibus Alfonsinis seu partitis. part. 1. tit. 4. l. 50. &c. Vide præterea Alcuin. de Offic. Eccl. c. de S. Joanne, Durand. l. 4. Ration. c. 1. n. 22. 23. 24. 25. Molanum 2. Maji, Menard. ad lib. Sacrament. Gregor. p. 167. Cardin. Bona l. 1. c. 18. n. 5. 6. 7. &c. Cumeanum de Mensura Pœnitent. cap. 14.

Missam unam à pluribus interdum Sacerdotibus in utraque Ecclesia celebratam, quod in Latina, in Ordinationibus Sacerdotum, etiamnum observatur, pluribus probant Joann. Morin. lib. de Sacris ordinat. part. 3. exercit. 8. c. 1. & Card. Bona lib. 1. Liturg. c. 18. n. 9.

Missa Præsanctificatorum, Græcis λειτουργία τῶν προηγιασμένων, ea dicitur, in qua Corpus Christi non conficitur, sed confectum antea, divinis laudibus decantatis, absumitur. Propria autem fuit Græcanicæ Ecclesiæ, quæ toto Quadragesimæ tempore, præterquam sabbato & die Dominica, vel etiam die Annunciationis Deiparæ, hanc celebrare solet, in qua Corpus Christi in die Dominico in Missa confectum absumitur. Tum siquidem Sacerdos venturæ hebdomadis dies quibus celebraturus est, digitis ipse suis numerat: inde tot particulas panis in oblatione abscindit, quod missas dicturus est; eas cum particula eo die absumenda consecrat, & consecratas, sanguineque Dominico intinctas, uti moris est, conservat in pyxide, ex qua postmodum celebraturus tempore opportuno, cochleari, aliis ibi ad alium usum relictis, haurit & in disco reponit, & in altare majus allatam consumit. Id potissimùm statutum fuit in Concil. Trullano can. 52. Ἐν πάσαις τῆς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς τῶν νηστειῶν ἡμέραις, παρεκτὸς σαββάτου καὶ κυριακῆς, καὶ τῆς ἁγίας τοῦ εὐαγγελισμοῦ ἡμέρας, γινέσθω ἡ τῶν προηγιασμένων ἱερά. Sed & antè id ipsum statuerat Concilium Laodicenum c. 49. nulla tamen Missæ Præsanctificatorum facta mentione: ὅτι οὐ δεῖ τῇ τεσσαρακοστῇ ἄρτον προσφέρειν, εἰ μὴ ἐν σαββάτῳ καὶ κυριακῇ μόνον. Ubi ἄρτον προσφέρειν, nihil aliud est quam *Corpus Christi conficere*. Ex quibus evidens est istius Missæ auctorem non fuisse S. Gregorium I. PP. uti habent Synaxaria, & Gregorius Protosyncellus in Epistolam Marci Ephesini. Leo Tuscus: *Dignum scitu est, quòd quadragesimali tempore Græci Missarum solennia, exceptis sabbato & Dominica, non celebrant, sed Præsanctificatis, sicut nos in die sancta Parasceves, utuntur.* Sed de Missa τῶν προηγιασμένων legendus omnino Leo Allatius in duplici Dissertatione super hac re edita post librum de Concordia utriusque Ecclesiæ, ubi nihil intactum reliquit, quod lucem possit afferre rei non adeò tritæ. Addo tantùm Missam Præsanctificatorum celebrari solere in Ecclesia Romana die Parasceves. Consulendum præterea Euchologium Græcorum, in quo ritus omnes & precationes istius Missæ exponuntur. Adde Card. Bona lib. 1. c. 15. n. 5.

Missa privata, ad discrimen majoris & publicæ Missæ. *Solitariæ* dicuntur Stephano Eduensi lib. de Sacram. altaris c. 13. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 32. *Omni tempore ante Missam majorem, interim dum Fratres in claustro sedent, possunt privatæ missæ cantari.* Extant Missarum privatarum jam à primis Christianismi incunabulis exempla in Vita S. Joannis Eleemosyn. n. 73. 79. Id pluribus probat Card. Bona l. 1. c. 13. n. 4. & c. 14. Adde libr. Usuum Ord. Cisterciensis c. 4. 37. 59.

Missa ad prohibendum ab idolis, in Cod. Remensi, ap. Menardum ad librum Sacramentor. Gregorii M. quæ celebratur in festo Circumcisionis Domini, ad evellendas quæ olim Kalendis Januariis ab ipsis etiam Christianis observabantur, paganorum superstitiones.

Missa publica, cui interesse utrique sexui promiscuè licet, quæ coram omni populo peragitur, *legitima* dicta Wal. Straboni c. 22. *generalis* Amalario: *publica*, in Concilio Vasionensi c. 20. apud Ison. Monach. l. 1. de Mirac. S. Othmari c. 11. in libro de Miracul. S. Bercharii n. 19. &c. Vide Amalarium lib. de Eccl. offic. c. 8. *Missas* autem ejusmodi publicas ante horam diei tertiam non celebrari statuit Telesphorus PP. ut & Concil. Aurel. III. can. 14. Bracarense an. 572. c. 9. Greg. Tur. l. de Vitis Patrum: *Facta quoque hora tertia, cùm populus ad Missarum solennia conveniret, &c.* Theodulfus Aurelian. in Capitulari c. 45. *Ut Missæ quæ per dies solennes à Sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, ut per eas populus à publicis Missarum solennibus, quæ hora tertia canonicè fiunt, abstrahatur.* Acta Episcopor. Cenoman. pag. 72. *Nunquam à die ordinationis suæ cognoverunt eum præterire, ut non Missam aut publicam aut secretam celebraret.* Vide Reginon. de Vita & convers. Presb. c. 29. Burch. l. 3. c. 63. Ivon. 2. part. c. 119. Radulf in Mirac. S. Richardi Episc. Cestr. n. 5. Odonem Paris. in Statut. c. 5. n. 10. Vitam S. Pamphili Episc. Sulmonensis n. 2. &c.

Publicæ porro *Missæ* potissimùm mentio fit in Privilegiis Monasteriis à summis Pontificibus indultis, quæ ab ordinariorum jurisdictione eximuntur, in quibus vetantur ii *Cathedram statuere*, & *Missas publicas* celebrare, tum quòd jurisdictionis argumenta sint, tum ut feminarum in Monachorum, rursum virorum in Sanctimonialium Monasteria accessus vitetur. Constitutum Gregor. M. pro Monachis ap. Baron. an. 601. n. 15. & l. 4. Ep. 43. *Missas quoque publicas ab eo* (Episcopo) *in Cœnobio omnino fieri prohibemus, ne in servorum Dei recessibus, & eorum receptaculis,*

ulla popularis præbeatur occasio conventus, vel mulierum fiat novus introitus, quod omnino nec expedit animabus carum. Idem l. 5. Ep. 46. ad Episc. Pisauriensem: *Dum etiam in eodem præcepto inter alia mandatum sit, ut locum ipsum absq; Missis publicis dedicares.* Adde l. 6. Ep. 12. l. 7. Ind. 2. Ep. 72. l. 8. Ep. 3. l. 11. Ep. 21. & Greg. VII. PP. l. 2. Ep. 69. Charta Inæ Regis apud Spelmann. in Conciliis Britann. ad an. 725. *Sed nec in Insulis, aliqua interveniente occasione, Episcopus Cathedram sibi Episcopalem statuere, nec Missas solennes celebrare, nec altaria consecrare, — præsumat.* Vide Haræum in Castellanis Insulensib. p. 201. & Card. Bona l. 1. Liturg. c. 13. n. 3. In Concil. Lateran. I. an. 1122. can. 17. vetantur Abbates & Monachi *Missas publicas cantare.*

Missa in Kalendis Januarii hora octava dici præcipitur in Concilio Turon. II. c. 17.

Missas in *Natali Domini* noctu celebrari statuit S. Telesphorus PP. Anastasius.

Missæ Quadragesimales, quæ in Quadragesima dicuntur, in Concilio Vasionensi c. 20. & Vasensi c. 3.

Missa revocata. Vide *Revocare.*

Missam Sacramentorum. Missæ Catechumenorum opponit Ivo Carnotensis Epist. 219. in qua scilicet sacra mysteria peraguntur, à quibus arcebantur Catechumeni, ut observatum supra.

Missæ secundæ. Anastasius in S. Deus dedit PP. ex veteri Codice: *Hic constituit secundas Missas in Ecclesia.* Cùm scilicet unica tantùm celebraretur.

Missa sicca ut est apud Durand. l. 4. Ration. c. 1. n. 23. *dicitur, quando Sacerdos non potest conficere; quia forte jam celebravit, vel ob aliam causam, potest accepta stola Epistolam & Evangelium legere, & dicere Orationem dominicam, & dare benedictionem, &c.* Ita Eckius in Annotatione ad librum oblatum Cæsari art. 21. ait *Missam siccam*, esse *Missæ simulationem, Sacerdote agente quæ sunt celebrantis, cum Introitu, Collecta, Epistola, Evangelio, & Canticis; qui tamen, quia non vult communicare, non consecrat, ita ut Missa sit sine Corpore & Sanguine Domini.* Vetantur autem Presbyteri ejusmodi Missas celebrare absque communicatione, in Capit. Caroli M. l. 1. c. 6. unde Missam siccam non nuperam fuisse colligitur. Concil. Parisiense an. 1212. c. 12. cujus lemma est, *de Sacerdotibus qui Missarum multitudine onerati, conductitios alios Sacerdotes habent, vel siccas Missas faciunt: — propter quæ ipsos oportet conductitios habere Sacerdotes; vel alia eis vendere facienda. Nec, ut à prædictis se exonerent, siccas Missas faciant pro defunctis, sub eadem districtione prohibemus, &c.* Vide Concil. Sarisber. an. 1217. c. 38.

Missa Navalis & *Nautica*, eadem quæ *sicca* quibusdam dicitur, eò quòd in loco fluctuante & vacillante, ut in mari & fluminibus, quibus in locis *perfectam Missam* celebrandam non putant, ad hunc tantum modum Missam dici posse tradunt. Missas tamen perfectas in ipsis navibus peractas tradunt Scriptores, ac in primis Jonas Monach. in Vita S. Vulfranni n. 4. tametsi haud omnino in usu fuisse evincant quæ habet Matth. Paris ann. 1247. ubi de Cardinale Legato Apostolico: *Cùm navem ascensurus esset, — jussit cuidam fratri de ordine Prædicatorum in ipsa Missam celebrare, quòd & factum est non sine multorum, qui hoc non providerant, admiratione.* Vide Bedam in S. Benedicto Episc. c. 21. Navarrum, librum Sacerdotal. tract. 4. c. 33. Card. Bona l. 1. Rerum Liturgic. c. 15. n. 6. 7. & quæ adnotavimus ad Joinvillam p. 38. 39.

Missa singularis, eadem quæ *privata*, seu specialis, de qua mox. Eddius Stephanus in S. Wilfrido c. 61. *Nam omni die pro eo missam singularem celebrare, &c.*

Missa specialis, privata. Capitula Theodorici Cantuariensis c. 10. Edit. Jac. Petiti: *Centum viginti Missæ speciales singula cum 3. psalteriis, & cum 300. palmatis excusant annum*, scilicet pœnitentiæ. Epist. Caroli M. ad Fastradam Reginam de Victoria Avarica: *Et Sacerdos unusquisq; Missam specialem fecisset, nisi infirmitas impedisset.* Decr. Tassilonis Ducis Bajoariæ ap. Canisium, & in Metr. Salisb. to. 1. p. 343. *De collaudatione quam Episcopi & Abbates in Bajoaria inter se fecerunt pro defunctis fratribus, — ut eorum quis de hac luce migraret, unusquisque superstitum Episcoporum & Abbatum, pro defuncto, in domo sua Episcopali, vel Cœnobio centum Missas speciales, & eodem numero psalteria cantare faciat.* Versus scripti in Cod. Biblior. qui fuit Ecclesiæ Metensis, de Carol. C.

Nos siquidem psalmos, Missas speciale precamur,
Psallemus pro te, conjuge, prole, pie.

Vita Alcuini n. 26. *Leviticæ se præparans, suo cum Sigulfo Presbytero Missarum colebat solennia specialium usq; ad horam tertiam.*

Missa votiva, quæ ex proprio voto, seu motu, peragitur & dicitur, ad differentiam Missæ quæ à Kalendario præcipitur. Monachus Milstatensis in Miraculis B. Domitiani n. 20. *Cùm — iterato vota sua ad tumbam B. Domitiani devotè persolveret, & Missas votivas ibidem celebrari procuraret, &c.* Franciscus Canonicus Pragensis: *Nec non Missas votivas de Sanctissima Trinitate, de S. Spiritu, de Domina, de Patronis, &c.* Vide lib. Sacram. Gregor. M. Edit. Menardi p. 255. antiquas Definitiones Ord. Cisterciens. distinct. 5. c. 7. & quæ annotat Card. Bona lib. 1. c. 15. n. 3.

Missare, Missam cantare, Ugutioni. Gregor. M. ad Augustinum Episcop. Angl. l. 12. Epistol. Ind. 7. ait *formam missandi, aliasq; consuetudines, rem liberam esse.*

Missaticus, Qui frequenter canit missam. Ugutioni.

Missacantaniæ, in Tabulario Sordensi apud Marcam l. 1. Hist. Beneharn. c. 28. n. 17. sunt oblationes & distributiones quæ à pluribus Presbyteris pro missis ab iis decantatis offerebantur. Hispanis *Clerigo missacantario*, est Presbyter, in Leg. Alfonsi Reg. Cast. 1. part. tit. 4. leg. 20.

Missæ presbyter, Sacerdos ordinatus, Presbyter qui Missam dicit. Gloss. Ælfrici, *Presbyter*, Meſſe-preoſt. Sic passim in Canon. Saxonicis. Gloss. Saxon. exaratum sub Edw. III. Meſſepeʒen, *Presbyter* ubi malium Meſſe-eʒen. *Messethegnes*, in Legib. Adelstani Regis apud Bromptonum p. 185. seu *Messetheines*, ut præfert Concilium Grateleanum an. 928. c. 13. quasi *Missalis Thainus.* Vide in voce *Thainus*, Capitula de Weregildis post idem Concilium Grateleanum, & Leges Henrici I. c. 64. *Missæ presbyteri & sæcularis Thayni jusjurandum in Anglorum Lege computatur æquè carum.* Ubi opponitur *Sacerdoti qui regularem vitam ducit*, & *Sacerdoti plebejo.* Vide c. 68. & Leges Edmundi Saxonicas cap. ult. §. 8.

Missales Presbyteri. Conciliabulum Cloveshoense ann. 824. *Ad præstationem istius juramenti adfuerunt Missales 50. Presbyteri, & Presbyteri alii 160.* Mox: *Hæc sunt nomina Missalium illorum Presbyterorum, qui ad dictum juramentum aderant, &c.* Ita in Legibus Presbyterorum, Northumbrensium sub an. 977. c. 51.

MISSALE, Liber Ecclesiasticus, in quo continetur missarum officium, à Zacharia PP. primùm compositus, deinde à Gregorio M. in meliorem formam redactus, cui *Sacramentarii*, seu *Libri Sacramentorum* titulum imposuit, ut auctor est Joannes Diaconus in Vita ejusdem Gregorii. Tabularium S. Remigii Remensis: *Missalem Gregorii, cum Evangeliis & Lectionibus, — alterum Missalem Gelasii* vol.

vol. 1. *&c. Missalis Gregorianus*, in Cod. Epistolarum S. Bonifacii Archiep. Mogunt. Ep. 114. *Missale qui vocatur Gregorialis*, apud Amularium lib. 3. de Eccles. offic. cap. 40. Ugutio: *Missale, liber ubi continetur mysterium missæ. Liber Missalis* apud Ordericum lib. 5. p. 590. & Florentium Wigorn. an. 1064. *Codex Missalis*, apud Leonem Ost. lib. 1. Chr. Casin. c. 56. Agabardus de Correctione Antiphonarii c. 19. *Ad celebranda missarum solemnia habet Ecclesia librum mysteriorum fidei, purissima & concinna brevitate digestum.* Perperam *fide* in Edito. In Statutis Odonis Episcopi Parisiensis *præcipitur Sacerdotibus ut omnes redditus & possessiones Ecclesiæ scribant in Missalibus suis, &c.* Herbertus Monachus de Hereticis Petigoricensibus: *Nec communionem percipit, sed hostiam juxta aut retro altare, aut in Missalem projicit.*

Missarius, eadem notione, in Capitulis Caroli M. lib. 1. tit. 109.

Missale Plenarium, nudè interdum *Plenarius* vel *Plenarium*, Liber Ecclesiasticus, in quo Evangelia & Epistolæ *pleniter* continentur. Acta Murensis Monasterii p. 31. *Sunt & hic Missales libri 5. ex iis tres pleniter scripti sunt, quartus verò habet Graduale cum Orationibus, quintus tantùm Orationes habet.* Leo Ost. l. 3. c. 19. *Librum ad Missam describi curavit, — namque usque ad illud tempus in Plenario Missali tam Epistolæ quàm Evangelia legebantur, quod quàm esset inhonestum, modo satis advertitur.* Leo IV. PP. de Cura Pastorali, Ratherius Veron. in Synodica ad Presbyteros, & Regino in Inquisitione Episc. c. 10. *Inquirendum — si Missale plenarium, & Lectionarium, & Antiphonarium unaquæq; Ecclesia habeat: nam sine his Missa perfectè non celebratur.* Testamentum Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum pag. 26. *Missale plenario cum Evangeliis & Epistolis.*

Plenarium, nudè, Honorius Augustod. in Gemma animæ lib. 1. c. 4. *Post quos septem Diaconi cum plenariis incedunt.* Durandus lib. 4. Ration. cap. 6. n. 17. ubi de Processionibus: *Illos sequuntur Subdiaconi cum plenariis, significantes illos qui per eandem gratiam plenitudinem divinitatis in Christo habiturum corporaliter docuerunt.* Wildebrandus ab *Oldenborg* in Itinerario Terræ sanctæ: *Processionib. igitur in unum convenientibus, hinc inde discantari, & longas eorum barbas, quæ illorum pectora, sicut quædam plenaria contegebant, multo hiatu vidimus laborare.* Acta Murensia p. 29. *Adhuc sunt ibi duo plenaria, uno cum auro & lapidibus pretiosis optimè factum est, alterum autem cum argento.* Acta Episcopor. Cenoman. p. 149. *In Pollegiticis tamen & Plenariis sanctæ matris prædictæ urbis Ecclesiæ hactenus pleniter operiuntur insertæ.* Et p. 259. *Et aliis villulis ad eas pertinentibus, sicut in Plenariis jam dictæ Ecclesiæ continetur.* Adde Adamum Bremensem c. 161. Chron. Episcoporum Mindensium c. 15. Chron. Mindense Meibomii pag. 106. Chron. Novæ Corbeiæ, Appendicem ad Concil. Selegunstadiense an. 1022. &c.

Plenarium dicitur etiam de aliis libris. Acta Murens. Monasterii p. 30. *Deinde de novo Testamento sunt hic duo plenaria, unum ab invicem est divisum.* Vita S. Hadoindi Episcopi Cenoman. n. 5. *Et cæteras villulas, quarum nomina propter fastidium hic non inserimus, in Polyptychis tamen, & Plenariis Ecclesiæ hactenus pleniter reperiuntur inserta.* Charta Ludovici Pii in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 11. *Sicut in plenariis & breviariis ejusdem Ecclesiæ continentur, &c.* Adde pag. 40. & 144. Sed hoc loco idem quod *Missale*.

MISSATICUM, *Missaticus*. Vide *Missus*.

MISSERVIRE, Malè servire. *Le Roman de Vacce MS.*

Et par losengiers qu'il créi,
Richart son frere messervi.

MISSICIUS, *Ad mittendum aptus, vel qui militiam exhibet.* Ita Joan. de Janua, ex Glossis Isidori: *Missicius, qui militiam exhibet*, unde emendandæ editæ, *Missilius, qui missilia exhibet.* Sed videtur legendum *exhibuit*: *Missicii* enim dicti veteranì milites, qui à militia *missi* erant, nec ampliùs militabant. Vetus Inscript. TRIB. LEG. XI. AUG. ET MISSICIUS LEG. VI. AUG. Gl. Basil. Μισσίκιος, παλαιὸς στρατιώτης, ἀπολυθείς.

MISSIO, Legatio. Ekkehardus Jun. de Casib. S. Galli c. *Ut cras matutini conveniant, & missionis suæ responsa Regibus reddenda communi disponerent consilio.* Vide *Missus.* In Vita S. Bernardi Episcopi Hildeshem. dicitur, quòd cùm electus est, multi nobiles Clerici missionem illam optarent.

MISSIONES, Expensæ, *Mises.* Charta Jacobi Regis Aragon. an. 1228. ap. Jo. Dametum in Hist. Regni Balearici p. 204. *Promittimus vobis in super quod si de isto viatico desistemus, reficiamus vobis omnes missiones & expensas, &c.* Adde Chartam aliam anni 1270. in Probat. Histor. Castilionææ p. 69. Assisiæ Hierosol. MSS. c. 111. *Et la mesion que il fera, doit estre comté à la dete.* Part. 2. c. 28. *Des dons & ventes, & échanges, & apans qui touchent en la haute court, & en la segrete, lesques ont deniers donés, doivent recouvrer leurs deniers, & doivent rendre le surplus qu'ils auront receu, acueillant les mecions que ils auront faites, & les bastimens.* Cap. 30. *Le Seignor de l'esclaf ou de l'esclave doit rendre en genereau les mencions que l'on aura faites, jusques à tant qu'il sera mené en la ville.* Et infrà: *Celui est tenu de rendre les mencions & les choses ordenées.* Cap. 31. *Et toutes les mensions que l'on aura fait, le Seignor de la chose les doit paier.* Vide *Misia. Far lùs messions, frais, & mises*, in Consuet. Solensi tit. 35. art. 16.

MISSORIUM, *Missurium*, Lanx, seu discus. Glossæ antiquæ MSS. *Fercula, missoria.* Gl. Arabico-Lat. *Discum, missorium.* Papias: *Lances, vasa quibus sacrificatur, Missoria.* Vide eundem in voce *Vas.* Glossæ Isidori: *Lancibus, Missoriis.* Papias, & ex eo Will. Brito in Vocabular. MS. *Ferculum dicitur mensa seu discus edentium, alias vasculum missorium in quo epulæ feruntur. Missorium, Mensorium dicitur a mensa, vas scilicet parvulum, quod in mensa ponitur.* Jo. de Janua: *Missorium, concha modica, ubi aliquid liquoris immittitur, & dicitur a mitto.* Auctor Mamotrecti ad Cantic. cap. 3. *Ferculum, mensa sive discus edentium, & vasculum missorium in quo epulæ feruntur.* Gregor. Turon. lib. 6. c. 2. *Itaque nobis Rex missorium magnum, quod ex auro gemmisque fabricaverat, in 50. librarum pondera ostendit, &c.* Adde lib. 7. c. 4. Hist. Episc. Autisiod. c. 20. *Dedit & aliud missorium similiter anaclenum granellatum*: ubi leg. *granellatum*, granis interstinctum. Historia Translat. S. Sebastiani n. 64. *Frater mundiia virorum, atque mulierum, missoria quoque diversi ponderis, aliaque vasa.* Fortunatus in Vita S. Germani Paris. c. 13. *Incidens aurata missoria, argentea vasa comminuens, &c.* Et c. 19. *Missorium, cocleares, cultellos, cannas, potum, &c.* Occurrit passim, in Testamento S. Remigii Episc. Remensis, in Chron. S. Benigni p. 385. apud Fredeg. in Chron. c. 74. Flodoardum lib. 1. c. 4. lib. 2. c. 5. Aimoin. l. 3. Hist. c. 16. 58. l. 4. c. 25. Monach. Autisiod. p. 66. Regionem an. 605. Ennodium Epigr. 18. &c.

Missorius, in Gestis Dagoberti Regis cap. 30.

Messorium. Isidorus lib. 20. cap. 4. de Vasis escariis: *Messorium vocatur a mensa per derivationem, quasi mensorium.*

Mensorium, à *mensa dicitur*, quòd *est in mensa, ut mantile, & vas escarium.* Jo. de Janua. Charta Sisnand.

Sisnandi Arciep. Compostellani æræ 952. apud Anton. de Yepez, tom. 4. Chron. Ord. S. Benedicti: *Venapes 4. plumatios 5. tapete 1. lectos 6. cathedras 10. mensas 8. mensorios 8. concas 15. arcas 3. &c.*

Missurium, pro *Missorium*, in Charta Athelberti Regis Angl. apud W. Thorn cap. 1. §. 9. & pag. 2124. & in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 24. *Missurium etiam argenteum, scapton aureum, iterum sellam cum freno aureo, &c.* Ita Græci recentiores μινσῶριον interdum dixêre, ut Constant. Porph. de Themat. p. 7. μινσώριον alii, ut in Anthol. Græc. Edit. H. Steph. p. 378. 379. Vide Theophilum Instit. lib. 2. tit. 1. §. 44. Et sanè à *missu*, nostris, *Més*, vocis etymon arcessit Sirmondus ad Ennodium; quod malim, quàm quod Vossius ait, ita vocatum, quia dono mitti soleat à Principibus.

MISSUS, nostris, *Més de mariage*, Jus quod domino castri *d'Assi* competit, quod ejusmodi est; ut ex singulis cibis qui in vassallorum nuptiis apponuntur, discus unus ad dominum deferri debeat. Aliud simile debetur Domino *de la Boullaie* in Normannia, quod *Regard de mariage* appellatur, quo tenetur sponsus die nuptiarum, cum Citharista afferre ad dominum 2. amphoras vini, 2. panes, & *spatulam mutonis*; & semel saltare; deinde domum redire. Charta alia Ludovici le *sanctæ-Mauræ D. de Caenchi, de Sauté, & de Richebourg. an. 1615. Item nous avons droit de mets de mariage, qui est deu par eux qui se marient, & qui viennent espouser en l'Eglisse dudit Sante, lequel se doit apporter jusqu' au chasteau par l' Epouse avec les joueurs d'instrument, ledit metz doit estre composé, d' un membre de mouton, deux poullets, deux quartes de vin vallants quatre pintes, quatre pains; quatre chandelles, & du sel le jour des espousailles, en peine de 60. sols parisis, d' amende.*

MISSUS, Legatus, nuntius, qui ab alio mittitur. Gl. Græc. Lat. *Missus*, ἀπόστολος. Glossæ MSS. ad Concil. African. *Legati, Missi.* Vita Ludovici Pii Imp. ann. 814. *Beneventanorum itidem Principem Grimoaldum non quidem venientem; sed Missos suos mittentem, pacto & sacramentis constrinxit, &c.* Conventus apud Marsnam c. 3. *Sciatis quia communiter missos nostros ad Nordmannos pro pace accipienda mittimus.* Donnizo lib. 1. de Vita Mathild. c. 19. *Inde suus missus, donec redeat, jubet ipsum Regem nullo modo super ipsos pergere.* Ita idem l. 2. cap. 17. Lex Aleman. tit. 21. 30. 36. Vita Ludov. Pii an. 817. Chronicon Moissiacense an. 802. Annales Francorum Bertinian. an. 731. 864. &c. Flodoard. l. 4. c. 6. Chron. S. Vincentii de Vulturno p. 679. & Scriptores alii passim.

Ex Latio hauserunt Scriptores nostri vernaculi medii ævi suum, *Més*; unde vox *Messager*, pro nuntio etiamnum apud nos mansit. *Le Roman de Garin MS.*

Li Dus Garin est el palés monté,
O lui le més que il a reçoivez.

Alibi:

Un més retourne qui en vint à Belin.

Chron. Bertrandi Guesclini MS.

Devant eus se getta li més à genouillon.

Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 126. *Se aucuns devoit au més le Roy deniers, & le més s'en fut alé clamer à la Justice le Roy, & le Ber de qui castelerie ce seroit, en demandast la court à avoir, il n'en auroit point, car les meubles au més le Roy sont au Roy.*

Missus S. Petri, Legatus à latere sedis Apostolicæ, in Concilio Liptinensi c. 1. Zacharias PP. Epist. 11. ad Bonifac. Archiepisc. Mogunt. *Tu vero Legatus es & Missus, ut fuisti Apostolicæ.* Adde Nicolaum PP. Epist. 26.

Missi, apud Scriptores nostros, propriè dicebantur qui è Palatio in civitates & provincias extra ordinem mittebantur à Principe cum amplissima potestate, *ut de omnibus causis quæ ad correctionem pertinere videntur, quanto possent studio, per semetipsos regia auctoritate corrigerent: & si aliqua difficultas in qualibet re eis obsisteret, ad Regis seu Imperatoris notitiam deferre curarent*: deinde ut inquirerent *quomodo hi qui populum regere deberent, unusquisque in suo ministerio se custoditum haberet*, quique *gratiarum actione*, & qui *correctione & increpatione* digni haberentur: ut est in Capitulari 3. Ludovici Pii c. 3. 4. 5. unico verbo mittebantur, *ad justitias faciendas, exequendas; ad recta judicia determinanda; ad oppressiones populorum relevandas, &c.* Quo spectat quod in veteri Inscriptione legitur: *P. Aquius Scæva & Flaviæ filius — extra sortem auctoritate C. Cæsar. & S. C. missus ad componendum statum in reliquum provinciæ Cypri, &c.*

Præsertim enim Missi delegabantur ut in Comitum & Judicum pravitates inquirerent, *ut si aliqui homines injustè privati fuissent de hæreditate parentum per eorum cupiditatem: aut divitum, ut reddere facerent*, ut est in Chronico Moissiacensi an. 815. *Ut nobiles & sapientes & Deum timentes Judices* constituerent, ex Lege Longob. lib. 2. tit. 53. §. 24. de *Comitum* & Judicum *negligentia* ad Principem referrent. ex Capit. 3. Ludov. Pii c. 5. & ex Edicto Pistensi c. 2. Unde in iis tantùm *Comitum ministeriis* morari jubebantur; de quibus querimoniæ ad Principem pervenerant; non autem eorum qui *bonas justitias factas habebant*; proinde placita tenere vetabantur absentibus Comitibus reipublicæ causa, ex d. titulo 53. Legis Longob. §. 19. 20. Atque ex hac Missorum in Comites auctoritate, iis *præponi* dicuntur Missi; in Epist. Episcop. Franciæ ad Ludov. II. Regem c. 14. Quo spectant ista Theodulphi Aurelian. Episcopi in Parænesi ad Judices v. 99. ubi ait à Carolo Rege *Missi* onus sibi commissum:

Præfectura mihi fuerat peragenda tributa,
Resque actu grandis, officiumque potens.
Nulli vi, studiisque piis, armisque secundus
Rex dedit hanc Carolus, primus ad omne bonum.

Malis Scabinis præterea ejectis, *bonos in eorum locum eligebant*, qui justè judicarent, *ut & meliores & veraciores homines ad inquisitiones faciendas, & rei veritatem dicendum*, quique *adjutores Comitum essent ad justitias faciendas*, ex Addit. 4. Ludovici Imp. c. 73. 74.

In ipsos etiam Episcopos & Abbates inquirebant, si fortè *res* aut *libertates injustè* abstulissent; vel *si justitiam facere noluissent aut prohibuissent*; ex Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 17. 21. *Inquirebant qualiter Episcopi, Abbates, Comites, & Abbatissæ per singulos pagos agerent; qualem concordiam & amicitiam adinvicem tenerent, & ut bonos & idoneos Vicedomnos & Advocatos haberent, & undecunque necesse fuisset, tam regias, quam Ecclesiarum Dei justitias, viduarum quoque & orphanorum, sed & cæterorum hominum inquirerent & perficerent, & quodcumque emendandum esset, emendare studerent, in quantum melius possent, & quod emendare per se nequivissent, in præsentiam Imperatoris adduci facerent, & de his omnibus eidem Principi fideliter renuntiare studerent*; ex Flodoardo l. 2. Hist. Remensis cap. 18.

De Monasteriis etiam ac Ecclesiis inquirebant, ac potissimùm *de conversatione virorum & puellarum*, de sartistectis Ecclesiarum, *si emendata vel restaurata* essent, ex Capitul. Caroli M. lib. 1. c. 122. Synodo Suession. ann. 854. cap. 2. & seqq. & ex Capitulari Compendiensi ann. 868. ubi multa de Missorum officio circa Ecclesias & Monasteria habentur.

Curabant ut provinciæ latronibus ac prædatoribus purga-

purgarentur, ex Capitul. Caroli C. tit. 11. cap. 1. tit. 12. cap. 4. tit. 13. cap. 1. tit. 20. cap. 7. 8. 9. denique ad hoc potissimum mittebantur, *ut querelas pauperum & oppressiones, sive quorumcunque causas examinarent, & secundum legis æquitatem definirent*, ex iisdem Capitul. tit. 17. c. 7. & Annalibus Francor. Bertinianis an. 814. Præterea *de orphanorum & viduarum causis, & de regalibus justitiis*, & maximè, *de raptoribus puellarum, & viduarum, & Sanctimonialium*, & de his qui duriùs in Presbyteros sævirent, cognoscebant, ex Edicto Pistensi cap. 2.

De hisce porro rebus omnibus ita auctoritate regia decernebant, ut siquidem civiles essent causæ, vel Laicos spectarent, eas in pleno mallo seu placito cum loci judicibus judicarent, ex Chronico Farfensi pag. 653. &c. si verò Clericos & Ecclesias, in Synodo cum Episcopis & Sacerdotibus dirimerent, quod testatur Theodulphus in Parænesi ad Judices vers. 107. ubi se Missum se a Rege de legatum in aliquot provinciis, quas sic describit:

Quo Synodus Clerum, populum lex stringeret alma,
Urbibus & validis mosque decorque pius.
Quas Arar & Wardo, Rhodanus quas alluit acer,
Elauris, sine his connumerandus Atax,
Quasque Alpes Latio, Lybiæ discriminat æquor,
Quasque Pyrenæus orbe ab, Ibere, tuo,
Seu quas Lugdunum Arcturo aut Aquilone revellet,
Resque Aquitana tuis pulcra Tolosa locis.

Et vers. 143.

Undique conveniunt populi, Clerique catervæ,
Et Synodus Clerum, lex regit alma forum.
Quis bene compositis, nos tandem opulenta recepit
Urbs Arelas, cives quam statuere sui.

Mox:

Quo Synodo Cleri, legum moderamine plebis
Pectora contudimus juris & artis ope.

Quater in anno legationes suas obibant, *propter justitias quæ usquemodo de parte Comitum remanserant*. in hieme Januario mense, in verno Aprili, in æstate Julio, in autumno Octobri. Cæteris verò mensibus unusquisque Comitum placitum suum habebat, & justitias faciebat. Ita Capitul. 3. an. 812. c. 8. & lib. 3. cap. 83.

Missi porro seligebantur ex ditioribus & honoratioribus Palatii, ne si pauperiores essent, muneribus corrum perentur. Chronicon Moissiacense ann. 802. *Recordatus piissimus Karolus Imperator in die sua de pauperibus, qui in universo Imperio ejus erant, & justitias pleniter habere non poterant, noluit de intra Palatio suo pauperiores vassos suos transmittere, ad justitias faciendas propter munera: sed elegit in regno suo Archiepiscopos, & reliquos Episcopos & Abbates cum Ducibus & Comitibus qui jam opus non habebant super innocentes munera accipere, & ipsos misit per universum regnum, ut Ecclesiis, viduis, & orphanis, & pauperibus, & cuncto populo justitiam facerent.* Crebrò quippe muneribus tentari solitos Missos innuit Theodulphus in Parænesi ad Judices, v. 169.

Hoc animi murum tormento frangere certant,
Ariete quo tali mens male pulsa ruat.
Hic & crystallum, & gemmas promittit Eoas,
Si faciam alterius ut potiatur agris, &c.

Ad obeundas functiones suas sumptibus publicis tum in itinere, tum in ipsis provinciis alebantur, *Tractoria* in eum finem à Principe iis data, qua jubebantur Provinciales *mansionaticum* & *metatum* iis, resque necessarias ad victum præbere: idque *conjectum* vulgo appellabant, qui vel in ipsis *tractoriis*, vel in Constitutionibus definiebantur. Capitula Ludovici Pii: *Volumus ut talem conjectum Missi nostri accipiant, quando per Missaticum suum perrexerint; hoc est, ut unusquisque accipiat panes 40. friskingas 2. porcellum aut agnum unum, pullos 4, ova 20. de vino sextarios 9. de cervisia modios 2. de annona modios 2. Et quando prope sunt de illorum domibus, nullum accipiant conjectum.* Hinc Theodulphus in Parænesi ad Judices v. 283.

Hæc ego pertractans sumebam parva libenter,
Quæ non sæva manus, cara sed illa dabat.
Scilicet arboreos fructus, hortique virentis,
Ova, merum, panes, cornipedumque cibos.
Sumpsimus & teneros pullos, modicasque volucres,
Corpora sunt quarum parva, sed apta cibis.

Ad *Missorum conjectum* spectant etiam quæ habet Lex Longob. lib. 3. tit. 1. §. 38. *Et missi nostri qui vel Episcopi, aut Abbates sunt, aut Comites, usquequo infra suam judiciariam vel terminum fuerint, nihil de aliorum conjectu accipiant. Postquam vero inde longè recesserint, tunc accipiant quod in sua tractoria continetur. Vassi vero nostri & Ministeriales qui missi sunt, ubicunque venerint, inde conjectum accipiant.* Vide Henric. Valesium ad excerpta Diodori Siculi pag. 60.

Sed de Officio Missorum legenda omnino Capitularia 5. & 6. Ludovici Pii an. 819. 828. 829. &c. in varia Capitula dispertita, quæ ferè omnia in libros Capitulorum Caroli M. relata sunt.

Seligebantur *Missi ex utroque ordine*, id est, ex Clericali & Laïco, ut est in Capitul. Caroli C. tit. 6. c. 20. Episcopi scilicet, Abbates, Comites, & vassi dominici, in iisd. Capit. tit. 12. post c. 13. Quòd verò à Rege mitterentur, dicti ut plurimum.

Missi Dominici, id est, *proprii*, ex domo Regia selecti, in Lege Longob. lib. 1. tit. 13. §. 3. lib. 2. tit. 16. in Capitul. Carlomanni tit. 2. cap. 8. apud Flodoardum lib. 2. Hist. Rem. cap. 18. Adrevaldum de Miracul. S. Bened. cap. 25. Perardum in Chartis Burgundicis pag. 148. &c.

Missi Regales, in Capitulis Caroli M. an. 797. editis ab Holstenio cap. 4.

Missi Regii, in Synodo Pistensi an. 862. cap. 4. in Edicto Pistensi Caroli C. cap. 25.

Missi Palatii, in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 17. lib. 3. tit. 13. §. 3.

Missi à latere, *ex latere*, in Synodo Romana sub Bonifacio II. edita ab Holstenio pag. 77. 78. Vita S. Præjecti cap. 3. *Incusat Ponticem, quod prædia prædictæ feminæ Claudiæ sibi vendicaret, causasque Regi aepromit: obtinuitque cum Principe, ut Missos ex latere dirigeret, qui eum per fide jussores nuntiarent, & in aula Regis facerent præsentari.* Vita Ludovici Pii ann. 824. *Statutum est etiam juxta antiquum morem, ut ex latere Imperatoris mitterentur, qui judiciariam exercentes potestatem, justitiam omni populo facerent, & tempore quo visum foret Imperatori, æqua lance penderent.* Anonymus de Miraculis S. Vedasti part. 2. n. 10. *Isdem Comes dicitur adiisse Principem, rogans mitti viros à latere suæ auctoritatis, --- jussusque est Remensis provinciæ Comes his interesse altercationibus.*

Legati, *Legati à latere regii*. Concilium in Verno cap. 2. *Quæsumus ut scelerum patratores---missis à latere vestro probatæ fidei legatis, absque respectu personarum, & excæcatione munerum coerceantur.* Annales Fr. Bertiniani & Metenses ann. 798. *Seditione commota Legatos regios, qui tunc ad justitias faciendas apud Regem conversabantur, comprehendunt.* Et an. 814. *Habito quoque Aquisgrani populi sui conventu, ad justitias faciendas, & oppressiones populorum relevandas, legatos in omnes regni sui partes dimisit.* Ratbertus de Casib. S. Galli cap. 5. *Contigit autem tempore quodam Wolfharium Remensem Episcopum legatione à Domno Karolo sibi injuncta ad justitias in Rhetia Curiensi faciendas ad ipsum pagum venisse. Judices*

a latere dati, in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 690.

Missi discurrentes, seu *decurrentes*, ut est in Capitul. 3. an. 811. c. 8. videntur appellati, non quidem Missi de quibus agimus, sed qui ad certas quasdam functiones à Principe extra ordinem mittebantur. Fredegarius in Chron. cap. 87. *In crastino videntes quòd Radulfo nihil prævaluissent, Missis discurrentibus, ut pacifice Renum iterum transmearent, cum Radulfi conventientia Sigibertus & ejusdem exercitus ad propria remeant.* Capitula Caroli C. tit. 30. *Et volumus ut sicut nobis convenit, inter nos fideles Missi discurrant, & quæ in uniuscujusque nostrûm regno emendanda sunt, & alter alteri innotuerit, emendentur.* Ibidem: *De fidelibus autem Missis inter nos discurrendis, & de his quæ in regnis nostris emendanda sunt, emendandis, &c.* Et tit. 27. *Hæc Missi nostri discurrentes faciant, omnibus in suo Missatico firmitatem quæ inter nos carissimum fratrem nostrum atque dilectos nepotes nostros facta est, notam faciant.* Ex quibus, & aliis locis, ita jurisdictionem exercuisse *Missos discurrentes* colligitur, ut si res essent majoris momenti, vel quæ mandatum eis injunctum excederent, ad *Majores Missos* per ipsum *Missaticum constitutos* referre, vel cum iis res ipsas peragere tenerentur, ut est d. tit. 27. p. 245. 253. Ubi *Missi Majores* iidem sunt qui *Dominici*, qui in certas provincias mittebantur à Principe *ad justitias faciendas. Missorum* verò discurrentium crebra est mentio in veteribus Tabulis. Charta Carlomanni Regis an. 882. in Tabul. Abb. Belliloci n. 7. *Ut nemo sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium nostris aut futuris temporibus, non Comes, vel Vicecomes, aut Missus discurrens, seu quilibet Reipublicæ minister ab ejusdem loci Abbatibus sive Monachis —— expensas requirere præsumat.* Quæ quidem formula passim ferè habetur in Chartis aliis, in Chronico Laurishamensi pag. 59. in Chronico Farfensi pag. 652. 658. 666. apud Willelmum Hedam pag. 227. 1. Edit. Sanjulianum in Tornutio pag. 510. Doubletum pag. 713. Beslium in Regib. Aquitanis pag. 40. &c.

Missi fiscales, in Lege Ripuar. tit. 89. & *Missi fiscalini*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. & 13. videntur fuisse ii qui in fiscos regios mittebantur à Principe, ut villicis invigilarent, resque dominicas rectè disponerent.

Missi Comitum, qui vices Comitum absentium agebant in placitis & mallis publicis, & eorum mandata exequebantur, in Lege Aleman. tit. 36. §. 1. 3. 4. 6. in Capit. Caroli M. lib. 2. c. 24. in Edicto Pistensi cap. 6. 32. &c. qui *ministri Comitum* dicuntur in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 12.

Missi Reipublicæ, id est, Ministri Comitis, in Epistola Episcoporum Franciæ ad Ludovicum II. Regem cap. 7. qui nudè *Missi reipublicæ* dicuntur in Edicto in Carisiaco an. 861. in Edicto Pistensi c. 31. &c.

Missi Episcoporum, in Edicto Pistensi c. 31. Vide *Ministri Episcoporum*.

Missi S. Petri, Legati Apostolici. *Archiepiscopus Bonifacius, qui est Missus sancti Petri*, in Capitulari 1. Carlomanni Principis an. 742. c. 1.

Missaticum, Missaticus, Nuntium, Ugutioni; Legatio, Gallis *Message*. Capitulare 3. an. 813. c. 7. *Si quis Missum dominicum occiderit, quando in missaticum directus fuerit, &c.* Leo III. PP. Epist. 5. *Nam missaticum per patrias deportare non nobis videtur quòd idoneus sit.* Concil. Engelenheimense an. 948. in Præfat. *Hujusmodi proculdubio affaminis tam salubri missatico gloriosissimi Reges — congratulantes, &c.* Vita Alcuini n. 12. *Et precibus postulavit, ut ad se post expletionem missatici in Franciam reverteretur.* Hist. Translat. S. Sebastiani n. 18. *Dominus Papa æquanimiter nostra non fert missatica.* Codex Epistolarum S. Bonifacii Arch. Moguntini Epist. 115. *Contigit ut Dominus Imperator patruelem meum miserit in missaticum super Elbam.* Guillelmus Bibliothecarius in Hadriano II. *Marino CPolitanum missaticum devotissimè, ut diximus, sortito, &c.* Id est, legationem, seu dignitatem Apocrisiarii. W. Brito in Vocab. MS. *Dæmones nostra missatica deferentes.* Adde Capitula Caroli C. tit. 26. Vitam S. Aicadri Abb. Gemetic. cap. 13. Annales Francor. Bertinian. an. 861. 866. Hariulfum lib. 3. c. 14. Flodoard. lib. 3. Hist. Remens. cap. 18. Hugonem Flaviniac. in Chron. p. 204. Hincmarum tom. 2. p. 285. 339. 593. 611. 806. Concil. Duziacense I. part. 1. cap. 4. part. 4. cap. 9. &c.

Missaticum, alia notione. Charta an. 1195. apud Ughellum tom. 7. pag. 1321. *Debet — 8. salmas vini, & 6. manuas lini, & missatica, operas 5. tres ex his in persona, & duas in alia cum bobus.* Infrà: *Et exenia, & missatica, & operas.*

Missaticum, Districtus & jurisdictio Missi, seu *ministerium Missi*, ut est in Concilio Suession. II. ann. 853. c. 10. Concilium Duziacense I. part. 5. pag. 293. 1. Edit. de quodam Comite: *Et omnia quæ ibi habuit* (idem Comes) — *sine Misso, vel literis, vel verbo Regis, in sua parochia, & missatico illi per violentiam abstulit.* Ita passim usurpatur in Capitulis ad Legem Bajwar. tit. 2. cap. 4. in Capitulis Caroli M. lib. 3. cap. 17. 64. 80. 84. 87. lib. 4. cap. 68. in Lege Longob. lib. 1. tit. 13. §. 3. lib. 2. tit. 53. §. 20. in Capitulari tertio Ludovici Pii cap. 10. §. 1. in Capitul. Caroli C. tit. 6. cap. 57. tit. 11. cap. 2. tit. 12. cap. 7. 12. 13. tit. 21. in Synodo Suessionensi II. c. 12. in Synodo Carisiac. can. 2. in Synodo Pistensi cap. 2. &c. Ubi etiam non pro districtu duntaxat semper sumitur, sed interdum pro ipso Missorum officio, quod *Legatio Missorum*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 52. § 17. *Justitiaria*, lib. 3. tit. 1. §. 38. dicitur. *Messageria* porro videtur appellari in Consuetudine Solensi tit. 4. art. 1. districtus Missi, seu *Missaticum*.

Missaticus, Missus, nuntius. Ugutio: *Missaticus, qui frequenter mittitur, nuntius.* Synodus Pontigonensis an. 876. c. 13. *Ipsi nihilominus Episcopi singuli in suo Episcopio Missatici nostri potestate & auctoritate fungantur.* Vita S. Deicoli Abb. cap. 8. *Præfata Lupa missatici notho agiliores supervenere.* Tabularium S. Martini Turonensis apud Sammarthanos in Archiepiscopis Turonensibus n. 64. *Amatus Romanæ sedis missaticus.*

Messaticus, eadem notione. Anonymus Barensis in Chron. an. 1053. *Argiro direxit ipso Episc. Troanense Constantinopoli messatico.* Tabularium Lascurrense: *Et misit messaticum Gassiarnaldum Vicecomitem Aquis, qui tenuisset placitos ante se, sicut Comes debebat facere.*

MISTERIUM, pro *ministerium*, vulgo *Mestier*, Ars. Tabularium Fiscanense fol. 87. *Notum facio quòd ego nihil hæreditatis habeo — in ministeriis de pistrino Fiscanensi, videlicet in custodia hostii ejusdem pistrini, nec in misterio quarti breatorii quod Abbas dedit mihi pro servitio meo ad vitam meam. Misteria, a*, in Monastico Anglicano tom. 3. p. 102. Vide *Ministerium*.

MISTICO, Mysticus, Μυςικὸς, Secretorum Principis conscius, *Auricularius*, dignitas Palatina apud Byzantinos. Will. Tyr. lib. 15. c. 23. de Manuele Imp. CP. *Ubi fratrem natu se priorem palatium, audita patris morte, jam obtinentem, per Misticonem suum, qui palatio & thesauris praerat universis, —— ex improviso captum in vincula conjecit.* Μυςικὸς inter præcipuas & illustriores Aulæ CPolitanæ dignitates recensetur à Constantino de Administrando Imperio c. 51. & Codino de Offic. Aulæ CP. Mysticos aliquot habent Scriptores Byzantini, Niceph. Gregoras l. 8. p. 206. Joannes Cantacuzenus l. 3. c. 36. & 89. Joan. Tzetzes

Tzetzes in Ep. p. 268. & alii quos laudat Meursius. Tzetzes, loco citato, Mysricum Servilium compellans, ὀφθαλμὸς γερουσίας, ὑπεροχὴ τῆς ἀρχῆς, μυστηριῶτις βουλή.

MISTIRIOL, Caupo, in Glossa interlineari in Grammatica Smaragdi MS.

MISUS, pro *missus*, Positus, Gallis, *Mis*. Capitula ad Legem Alamannor c. 22. *Si in clida misa non fuerit, &c.* Occurrit ibi pluries.

MITA. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 2. §. 3. & 4. *De illo Granario, quod Parch appellant, cum 3. sol. componat; de mita verò si illam detegerit, vel incenderit, cum 3. sol. componat.* Ubi, opinor, rectè viri docti existimant esse idem quod *meta*, acervus segetum. Vide in hac voce. Quidam Codd. *meda* præferunt.

Mita, Monetæ æreæ Flandrensis species, 4. obolorum pretii. Vide Lindanum in Teneræ munda lib. 2. c. 2. n. 46.

MITADOLUS. Inscriptio cujusdam vasis, apud Sugerium de Rebus in administr. sua gestis:

Hoc vas sponsa dedit Aanor Regi Ludovico,
Mitadolus avo, mihi Rex, Sanctisque Sugerus.

Fortè nomen proprium.

MITANA, *Mitanna*, Lanea vel pellicea chirotheca, Gallis *Mitaine*. Institutiones Capitul. Cisterciensis, distinct. 5. c. 7. *Pueri euntes assiduè cum personis ordinis non deferant cutellos acuminatos, vel vestes varias, nec serta in capitibus, nec chirothecas in manibus, sed mitanas. Mitanæ de panno*, in distinct. 13. c. 11. Statuta Ordinis S. Gilberti de *Sempingham* p. 720. *Cyrothecarum & mitannarum omnis superfluitas — caveatur.* Guigo II. Prior Cartusiæ in statutis ejusdem Ordin. cap. 57. §. 1. *Mantellum caputium, mitanas laneas unas, lumbaria duo, &c.*

MITCHA. Charta Henrici III. Imp. an. 1049. apud Chiffletium in Tornutio: *Caldarias quatuor ad sal conficiendum, cum propriis sedibus, quæ vulgo Mitchæ vocantur.* V. *Mitta*.

MITERIATA, Modus agri. Charta Ludovici VII. Regis Franc. an. 1172. apud Sammarthanos in Episcopis Matiscon. n. 40. *Quatuor mitteriatas terræ Capitulo donavit.*

MITHRIDI. Lex Frision. tit. 22. §. 50. *Si membranam qua jecur & splen pendent, quod mithridi dicunt, vulneraverit, 18. sol. componat.* Ubi Sicama legendum censet *midrift*, vel *middelrift*, i. pellicula, qua exta ab intestinis inferioribus separantur.

MITIFICARE, *mitem facere* in Glossis antiq. MSS.

MITISCUS, *ubi tenet homo pedes suos, cùm sedet in caballo*, in Glossis MSS. Stapes.

MITIUS, pro *Missus*, Legatus, in Formulis Lindenbrog. 36. 37. 123.

MITITIA à *Mitis*, Mansuetudo, apud Ebrardum Bethun. lib. contra Valdenses c. 2. pag. 56. *Mititas*. in Glossa ad Genesis 15.

MITRA, Isidoro lib. 19. Orig. c. 4. & Ugutioni, *funis, quo navis media vincitur.* Tertullianus Carm. de Jona:

Nauticus interea geminus clamor omnia tentat
Pro rate, proque anima, spiras mandare morantes,
Oblaqueare mitram, clavorum stringere nisus,
Vel reluctantes impellere pectora gyros.

MITRÆ, Feminarum sunt, ut pilea virorum, ait Servius ad. 9. Æneid. Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëtam, ut veteres omittam:

His dictis sapiens subrisit domna parumper,
Et mitra pulcram supposuit faciem.

S. Hieronym. Epist. 10. de Magdalena: *Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos.* Epist. 23. *Tunc crines ancillula disponebant, & mitellis crispantibus vertex artabatur innoxius.*

Hinc etiam.

Mitra, sacrum Deo dicatarum capitis tegumentum. Isidorus lib. 19. Orig. c. 31. *Mitra est pileum Phrygium caput protegens, quale est ornamentum capitis devotarum. Mitram* autem à *velo* distinguit idem Isidorus lib. 2. de Offic. Eccl. cap. 17. ubi ait *mitram* virgines Deo dicatas, *quasi coronam virginalis gloriæ præferre in vertice.*

Mitrellas vocat Optatus Milevitanus lib. 6. *Jam illud quàm stultum, quàm vanum, quod ad voluntatem & quasi ad dignitatem vestram revocare voluistis, ut virgines Dei agerent pœnitentiam; ut jamdudum professa signa voluntatis capitibus postea vobis jubentibus immutarent? ut mitrellas alias projicerent, alias acciperent?* Mox de ejus materia: *Nec ulla sunt præcepta conjuncta, vel de qua lana mitrella fieret, aut de qua purpura pingeretur: non enim panno potest virginitas adjuvari, &c.* Utitur ibi non semel. *Mitellas*, dixit Virgil. in ludicro Poematico, ut & Apulejus l. 7. & 8. Metamorph. *Mitras* Monialib. etiam tribuunt Statuta Ordinis *de Sempingham* pag. 762. *Habent etiam-si voluerint, & miras lineas nigras & forratas de agninis pellibus.* Alibi: *Omnes habeant mitras liceas de grossiori panno, &c.*

Mitra proprium hodie dicitur summorum Pontificum capitis ornamentum ac tegumentum, atque; adeo Cardinalium, Archiepiscoporum & Episcoporum: cujus tamen mentionem inter ornamenta Pontificum, apud veteres Auctores, qui de Officiis divinis scripsere, aut in Sacramentariis, vel veteribus Liturgiis ferè nullam fieri observavit Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii M. adeo ut vix ante an. 1000. ea tribuatur Pontificibus & Episcopis, ut apud Petrum Damian. serm. 1. de Dedicat. & lib. 1. Ep. 20. Hugonem Flaviniacensem in Chr. 1100. pag. 260. S. Bernardum Epist. 40. &c. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 24. *Mitra quoque Pontificalis sumpta est ex usu legis. Hæc ex bysso conficitur & thyara, &c.* Adde Hugonem à S. Victore lib. 1. de Sacram. c. 55. & in Speculo Eccl. cap. 6. Philippum Eystetensem in Vita S. Willibaldi cap. 22. Innocent. III. PP. lib. 1. de Myster. Missæ cap. 10. 11. 44. 60. &c. Jacobus Cardinalis de Bonifacio VIII.

Cornua fronte gerit duplicem signantia legem,
Legem quippe novam Christi, veteremque figuram.

Symeon Thessalonicensis lib. de Templo & Missa, ait Episcopos Orientales sacra facere nudo capite, excepto Alexandrino Patriarcha, qui in capite gerit, quod vocant ἱερὸν, deinde hæc subdit: Ἔφερε γὰρ ὁ νομικὸς ἀρχιερεὺς ἐπὶ κεφαλῆς κίδαριν, ἣν δὴ καὶ μίτραν ὀνόμαζον κατὰ δὲ καὶ οἱ προτιθέντας ἱεράρχας τοῦτο καλεῖν εἰώθασιν.

Episcopalis autem mitræ triplicem speciem statuit Ceremonialis Episcoporum lib. 1. cap. 17. *Mitræ usus antiquissimus est, & ejus triplex est species: una quæ pretiosa dicitur, quia gemmis & lapidibus pretiosis, vel laminis aureis vel argenteis contexta esse solet: altera auriphrygiata sine gemmis, & sine laminis aureis vel argenteis, sed vel aliquibus margaritis composita, vel ex serico albo auro intermisto, vel ex tela aurea simplici sine laminis & margaritis. Tertia quæ simplex vocatur, sine auro, ex simplici serico Damasceno, vel alio, aut etiam linea, ex tela alba confecta, rubeis laciniis seu franciis & vittis pendentibus. Pretiosa utitur Episcopus in solenniorıbus festis, &c.*

Mitras gerebant Cardinales, antequam pro capitis ornamento galerus iis assignatus esset in Concilio Lugdunensi an. 1245. Ægidius Aureæ vallis Monach. in Alberto Episc. Leod. cap. 61. *Constituit eum summus Pontifex sanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalem, & imposita mitra capiti ejus, inter Cardinales summos eum fecit considere.* Balsamon de Chartophylace, lib. 7. Juris Græcorom. pag. 462. Καὶ τοὺς δώδεκα Καρδηναρίους τοῦ πάπα ὁμοίως βλέπομεν κεκοσμημένους χρυσοῖς ἐπιβλή-

ἐπιβλήμασιν, ὡς ἀντιπροσωποῦντας τῷ παπᾳ, καὶ ἰδίως στηρίζοντας δίκαια.

Mitra Romana, ejusdem nempe formæ quæ Cardinalium. Charta Leonis IX. PP. in favorem Eberhardi Arch. Trev. an. 1049. *Quapropter omnibus ipsis laudantibus & respuentibus pro investitura ipsius Primatus, Romana mitra caput vestrum insignimus; qui & vos & successores vestri in Ecclesiasticis officiis Romano more semper utamini, semperque vos esse Romanæ sedis discipulos reminiscamini.*

Mitræ privilegium indultum à summis Pontificibus interdum aliis quàm Episcopis, verbi gratiâ Abbatibus, de quorum *mitra* egimus in V. *Abbas mitratus*: præterea Canonicis Ecclesiarum Cathedralium. Anonymus Hanfrietanus in Gebhardo Episc. Eystetensi, de Clemente PP. *Qui eisdem Babergensibus hoc privilegium, ut in summis festivitatibus, tum ministri altaris, tum etiam cæteri seniores mitram haberent in capitibus.* Habentur in Bohemia Pial. 5. pag. 64. 65. Bullæ Pontificum Urbani & Bonifacii, quibus facultas conceditur Canonicis Pragensis Ecclesiæ, cùm Archiepisc. celebranti in Sub diaconatus & Diaconatus officio adsunt, uti mitris albis. In Vitis Abbatum S. Albani pag. 52. Pictaviensis Archidiaconus, *Meus*, inquit, *Vicarius in Ecclesia B. Hilarii incedit mitratus in omnibus anni festivitatibus, nec derogat mitra Episcopali dignitati.* Vide vitam S. Henrici Imperatoris cap. 18. & Bon finium Constantium in Messana lib. 8. pag. 58. v.

Mitras Monachis tribuit etiam liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 18. *Mitras laneas, quales Conversis formavimus, in opere tamen operariis, & itinerantibus in itinere concedimus.* Et cap. 40. ubi de Infirmis: *Cum in superpelliciis ante infirmariam sedent, conceditur eis ad protegendum caput, capparones, vel mitras laneas ferre.* Ubi *mitræ* videntur appellari ejusmodi capitis tegumenta quæ *capparones* vocant: quomodo hæc vox videtur sumi in Jure Feudali Saxonum c. 33. art. 5. *Antequam vassallus accedat ad dominum, gladium, cultellum, & calcaria, pileum, & mitram deponat, chirothecam & cappas exuat, &c.*

Mitra viris etiam tribuitur. Albert. Argentin. an. 1317. *Rex alloquens jocose hospitem suum, videns eum pulcram habere mitram in capite, sicut tunc moris erat, dixit Rex, se oportere mitram eandem habere, & ipsam extraxit de capite illius.*

Mitram denique vocabant nostri capitis tegumentum, quod Imperatorum & Regum coronis substernitur. Ceremoniale Rom. lib. 1. sect. 5. ubi corona Imperatoris describitur: *Differt forma coronæ Imperialis ab aliis: nam ea sub se thiaram quandam habet in modum fere Episcopalis mitræ, humiliorem tamen, magis apertam & minus acutam: estque ejus apertura a fronte, non ab aure.* Chronicon Ceccanense an. 1209. de Ottone Imperat. *Oddo coronatus Imperator, vestitus Imperialibus vestimentis sacratis, & mitratus & coronatus, ivit cum D. Papa, &c.* *Mitram* etiam Uratislao Bohemiæ Regi, *quamvis laica personæ mitti non consuevisset, in signum intimæ dilectionis misit* Alexander II. PP. ut est in Epistolis Gregorii VII. PP. l. 1. Epist. 38. ut Rogerio Siculorum Regi Lucius II. PP. de quo ita Otto Frising. lib. 1. de Gest. Frider. cap. 27. 28. *Concordiam inter Siculum & Papam hujusmodi esse accepimus, Papa concessit Siculo virgam, & annulum, dalmaticam, & mitram, atque sandalia.* Et Innocentius III. PP. Regi Aragoniæ, in Gestis ejusdem PP. p. 135. *Regalia insignia universa, mantum videlicet & colobium, sceptrum & pannum, coronam & mitram ad opus tuum non minus pretiosa, quàm speciosa fecimus præparari, & ea liberaliter tibi donavimus, insignum gratiæ specialis.* Adde Odor. Rainaldum an. 1204. n. 71. & tom. 5. Hist. Francor. pag. 878. Ita apud Hebræos, Pontifices præter cidarim mitram gestabant, ne caput cidaris laminæ statim attingeret. Philo de Vita Mosis l. 3. Μίτρα δ' ὑπ' αὐτὸ, ἵν' μὴ ψαύειν κεφαλῆς τὸ πέταλον. Vide Seldenum de Successʃ. Hebr. lib. 2. c. 7.

Mitra Baptizatorum. Vidé *Chrismale.*

Mitra Græcorum, seu capitis amiculum. Guillielmus Apul. lib 1. de Gest. Normann.

— Ibi quendam conspicientes
Mox virum Græco vestitum nomine Melum,
Exulis ignotam vestem, capitique ligato
Insolitos mitræ mirantur adesse rotatus.

Ita sanè sunt Turcorum *Turbani*; Græcos verò ejusmodi capitum tegmenta gestasse, nescio an legatur.

Mitra, Capitegium, seu operculum, quo falconis caput & oculi teguntur, ne videat, apud Albertum Magnum lib. 23. de Animal. cap. 5. 4.

Mitratus. Tu fuisti mitratus pro falso, apud Bartol. ad Leg. *Eum qui*, D. de Injur. Memoriale Petri de Paulo sub an. 1393. de quibusdam maleficis: *Ubi unus dictorum Sacerdotum S. Bermea mitriatus fuit, & in eadem mitria ductus fuit una cum prædictis aliis Clericis ligatus, &c.* Vide Julium Clarum in Sentent p. 328. Poëta Gallicus inferioris ævi, editus an. 1530. in Carm. hoc titulo: *Epitheton contre deux faux tesmoins mitrez:*

Nous faux tesmoins que vous voiez mitrez:
Par gens lettrez, qui ont bien veu les livres,
Pour nos meffaits, qui sont enregistrez,
Sommes monstrez & ainsi accoustrez,
Sous le hazard d'en avoir quatre livres.

Et Ludovicum *d'Orleans* in expostulat. p. 207. Demitra plusula congessit C. Paschalius de Corona c. 20. 21.

Mitrale, Theca in qua reponitur mitra. Charta Joannis Archiep. Capuani an. 1304. in Sanctuario Capuano: *Mitram unam cum smaltis—cum mitrali in quo ponitur ipsa mitra.*

Mitrale, Liber sic inscriptus à Richardo Episcopo Cremonensi compositus. Laudatur sæpe à Durando Mimatensi Episc. in Rationali divin. offic.

MITRULA. Fulcherius Carnot. lib. 3. Hist. Hierosol. c. 60 *Basiliscus autem (serpens) est ad semipedem longitudinis, albus quasi mitrula, lineatus caput, &c.*

MITTA, Mensuræ salariæ & frumentariæ species, à Saxonico m. ꝺꝺen, *mensura*. Monasticum Anglic. to. 2. p. 262. *Ego vero dedi dictis Canonicis—redditus 20. solidorum apud Stokes, & septem mittas salis ad Wiz.* Infrà: *Exceptis 7. Mittis salis, 14. Mitta salis*, tom. 1. p. 528. *Mitta brasii*, p. 136. Alia vide apud Spelmannum. Vide *Mitcha.*

Mitta præterea fuit quædam monetæ species, quæ unà cum *Esterlingis, Duplicibus, Cornutis*, & omnibus Baronum monetis, interdicitur Statuto Regio dato Parisiis 22. Novemb. an 1322. descripto in 1. Regesto Memorialium Cameræ Comput. Paris. fol. 132.

MITTENDARII, Palatini, qui in sacro Palatio militabant, & in provincias extraordinariè mittebantur à Principe, ut eorum mandata perferrent, cùm Comitatenses Palatini in ipso palatio subsisterent, ut docent Glossæ Basilic. in voce παλατῖνοι. Οἱ δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας πεμπόμενοι, Μιτινδάριοι. Senator lib. 4. Epist. 47. *Expeditos enim properare mittendarios volumus, non migrare censemus.* Vide l. 2. 5. 7. 8. 22. 23. Cod. Th. de Palat & Pancirolum ad Notit. Imp. lib. 1. c. 86.

MITTERE, Pe mittere. Paulus PP. in Epistola ad Pipinum: *Et mittat Deus ut semen vestrum usque in finem mundi fruatur, &c.*

Mittere, Ponere. Lactantius de Mortib. persecutor num 2. *Per omnes provincias & civitates Ecclesiæ fundamenta miserunt.* Ubi idem scriptor lib 4. instit. cap. 20. *Discipuli verò per provincias dispersi fundamenta Ecclesiæ ubique posuerunt.* Ita usurpant passim Agrimensores, quorum locos indicavit Rigaltius. Capitul. Caroli C. tit. 16. c. 5. *Quia multos dies in illius servitio misit.* i. posuit. Fulbertus Carnot. Epist. 96. *Ego verò misi causam hanc totam in manu ipsius.* Vita B. Torelli Puppiensis n. 15. *Quicunque poterit Solus eum mittere* (in fereno,) *hic ad Ecclesiam suam ferat. Mittere manum ad pecuniam alterius*, Gall. *Mettre la main sur l'argent d'autrui*, in Legib. Henrici I. Regis Angl cap 13. Adde cap 88

Mittere, Induere, Gall. *Mettre*. Paulus Warnefrid. lib. 4. de Gestis

Gelt, Lang. c. 23. *Cœperunt ofis uti, super quas equitantes tybrugos byrreos mittebant.*

MITTIO, pro *Missus*, occurit apud Marculfum lib. 1. form. 13. & 24. Vide ibi Bignonium.

MIZZULA. Vetus Charta apud Ughellum tom. 8. p. 360. *Item hebdomadarii, videlicet Sacerdos, Diaconus, & Subdiaconus, qualibet die hebdomadæ eorum habere debet ab Episcopo panes 4. & mizzulam unam de vino omni tempore.* Ex Italico *Misura* mensura.

MIXTONES. Petrus Boërius ex Abbate S. Aniani Tomeriarum Episcopus Ubevetanus, in primo Comment. in Regulæ cap. 38. *Apud nos in quibusdam Monasteriis fiunt quidam panes, qui Mixtones seu Mixtoni vocantur: sic fortè dicti; quia ex mixtura frumenti & hordei vel siliginis fiunt & sunt ita modici panes, quòd quatuor aut quinque sunt necessarii uni fratri per diem. Et quia quarta pars annonæ debet dari fratri prægustanti, dicitur hic, quod frater Lector Mixtum accipiat, id est, unum panem. Modicum vocatum, sive Mixtonum vel ab hoc Mixto sunt verius appellati Mixtones.*

MIXTUM, Latinis Scriptoribus sumitur pro vino mixto, cui opponitur *merum*. Gloss. Gr. Lat. κρᾶμα, *Temperatum, Mixtum.* Κρᾶσις, *Mixtum.* Martialis lib. 3. Epigr. 56:

Cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

Ps. 74. *Vini meri plenus mixto.* Novatus Catholicus Homil. ad Fratres: *Infinitum putant esse, quod alius non potest facere, & arbitratur quòd ipse solus hoc potest facere, aut fortè nec bibit, nec ipsam aquam mixtam.* S. Eulogius lib. 2. Memor. Sanct. c. 10. de Georgio quodam Monacho: *Merum aqua tandiu temperabat, usquedum color inficeretur, sapor abesset. Insipidus namque ille gustus (ita referebat) nec bibere nimium nec temulari convivam patitur.* Charta Caroli Calvi pro Monast. S. Mariæ Suession. ann. 858. *Vini modii 200. & mellis modii 10. ad dandas omni tempore regulares eminas, & in solennitatibus mixtas purasque potiones propinandas.* Potioni mixtæ Monachicæ opponitur *pura*, apud Ratpertum de Casibus S. Galli c. 16. p. 104. *Hic cum circa Subdecanum Subdecanum Ruodpertum mensuram puræ potionis suæ coram se habentem consedisset, ut domi solitus erat, statim bibere volens, eam manu sumpsit, & impiger hausit, &c.* Vide Regulam Magistri c. 23. 27. 77. & Ordinem conversationis Monasticæ cap. 11. ubi *mixtum* pro ipsa potione mixta sumitur. Hinc

Miscere, vinum & aquam in scyphum infundere; bibere, in eodem Ordine convers. Monast. d. cap. Ugutio: *Miscere dictum est pro ministrare & propinare.* Theodemarus in Ep. ad Carol. M. *Aliis diebus, prandentibus Fratribus, quum vinum nobis abundat, singulas phialas miscere facimus, in summis quoque festivitatibus; — jambis ad prandium miscere facimus.* Capitula Monachor. ad Augiam directorum c. 7. *Ut autem signum Cellarius ad potum pulsaverit benedicendum, statim octo vel decem surgunt juvenes absque ulla tarditate ad miscendum Fratribus.* Capitula Monachorum S. Galli an. 817. c. 18. *Ut quatuor Fratres juniores — deputentur ad miscendum, qui tamen reficiantur cum cæteris.* Hinc,

Mixtum, quævis potio. Kero Monachus: *Mixtum, merod, sc. poculum.* Vita S. Desiderii Episc. Carducensis c. 10. *Subito rubore perfusus, mixtum aquæ poscere cœpit, anxiè ac vehementer satagere. quem Episcopus cernens nimis anxiè palpitare, festinanter vinum servis suis afferre mandavit — allato igitur vino nullatenus homo ori suo applicare permisit, sed longè repellens guttam aquæ clamare cœpit, cumque aqua fuisset allata, cyathum præripiens deglutivit.*

At quid *Mixtum* significet in Regulis Monasticis, ambigunt viri docti. Regula S. Benedicti cap. 38. *Frater autem hebdomadarius accipiat mixtum, priusquam incipiat legere, propter communionem sanctam, & ne fortè grave sit ei jejunium sustinere.* Ubi S. Hildegardis ait *Mixtum*, esse panem vino intinctum. Boherius in eandem Regulam c. 39. scribit Italis *Mixtum*, significasse *jentaculum*, seu quod nos vulgo *le Déjûner* appellamus. Certè vini certam mensuram & panis certam quantitatem ita appellari docet Bernardus Monachus in Consuetudinibus Cluniacensibus MSS. ex Bibl. Sangermanensi cap. 7. *Est autem consuetudo quatenus reindutis pannis afferatur scyphus plenus vino, & dimidia libra panis, dicente Priore post verberationem, Modò date ei mixtum.* Et c. 32. *Et sicut alio tempore mos est cum infantibus sumant de pane & vino mixtum.* Liber Usuum Ordinis Cisterciensis c. 73. *Mensura mixti sit quarta pars libræ panis, & tertia pars heminæ vini.* Quod firmat etiam Beletus cap. 119. *Statutum est in quibusdam Ecclesiis, & ubique terrarum sic debet fieri, ut illo die* (quo *Communio* seu Eucharistia datur) *panis & vinum in Ecclesia habeatur, & cùm homines communicaverint, detur statim unicuique panis buccea priusquam recedant, & paululum vini, ne forte quippiam de Sacramento in ore remanserit, quod expuendo facilè emitti queat. Posset enim facilè contingere, si non statim comederetur. Quæ sanè laudata consuetudo omnibus probatur, sumpsitque originem ex institutione B. Benedicti: instituit namque vir sanctissimus ob eandem causam, ut illi qui aliis Fratribus debent in prandio post Communionem ministrare, aliquid priùs comederent. Atque hoc quidem prandium Mixtum appellari solet.* Ita etiam *mixtum* interpretatur Smaragdus. Chrodegangus Metensis in Regula Canonicorum Metensium c. 21. *Et Lector & Cellerarius, & Portarius vel Septimanarius, vel qui ministrant quando Episcopus cum Clero in refectorio reficit, antequam Fratres in refectorium veniant, mixtum de pane & potu accipiant, ut grave eis non sit jejunium sustinere, interim quòd Clerus reficit.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis c. 12. *Eos qui post Capitulum mixtum accipiunt, aut qui profecturi quoquam ante Conventum cibum sumant, &c.* Et cap. 48. de Lectore mensæ: *Ipse autem debet ab Armario quærere quid & ubi legere debeat. Mixtum, si voluerit, accipiat.* Capitula Monachorum ad Augiam directorum, c. 5. Edit. Baluzianæ: *Lector vero post Sextam, antequam accedat ad legendum, accipiat mixtum, supra: accipiant super constitutam annonam mixtum, ut non sit eis grave jejunium, dum ministrant.* Neque aliter Consuetudines Floriacenses: *Post Tertiam mixtum pueri accipiunt, & debent habere à Cellerario caseum.* Consuetudines Eoveshamensis Monasterii in Anglia: *Quandocunque est potus post Nonam, percipiet Refectorarius duas justas de Cellario, & ad mixtum unam.* Ibidem: *Qui ad superiorem mensam sederit, ut Custos ordinis sederit duplum* (panem monachilem percipiet:) *qui missam majorem celebraverit, duos: Lector verò & servitores unum ad mixtum.* Eadmerus de S. Anselmi similitudinibus cap. 46. *Datur mixtum interea cibi, donec conveniant omnes qui cum eo erunt cœnaturi, &c.* Leo Ost. lib. 1. c. 14. *Pondus quoque libræ panis, & mensuram vini: sed & calicis mensuram, quam in mixto fratres accipere debent, — transmisit.* Atque ita passim *mixtum* usurpant. Usus antiqui Cistercienses d. c. 73. 75. 82. 84. 90. 91. 106. 108. 112. 114. & Statuta Ord. Præmonstrat dist. 1. c. 7. 17. 19.

Mixtare, Mixtum sumere, quod nostri dicunt *de-jeuner*. Statuta Ordinis de Sempingham: *Debilitati plurimum nostrorum gratia misericordiæ condescendentes, Canonicos permittimus mixtare quousque 30. annos ætatis compleverint: in majori verò ætate id fieri omnino prohibemus, nisi ordinatè in Capitulo, petita misericordia, alicujus infirmitati à Priore ad tempus condescendatur, — mixtum sumentibus panis & cervisia detur, & nihil melius, nisi forte necessitate cogente alicui misericordia impendatur ad tempus. Adolescentiores quibus diebus jejuniorum mixtum sumere conceditur, semper ante Tertiam in æstate, ante Sextam in hieme illud sumant, — mensura mixti sit quarta pars libræ panis, & tertia pars eminæ potus, — & sciendum quòd à capite jejunii usque ad Pascha, exceptis dominicis diebus, & 3. diebus Rogationum, & 4. Temporum, & vigilia Domini & Sanctorum, mixtum non sumitur, nec pulsatur.*

Mixtum Charta Caroli C. an. 23. Ind. 10 ex Tabulario S. Dionysii n. 31. *Ipsi quoque Fratres oblationes prò nobis Domino offerant, & de vino, quod in vineis prædicta villa natum fuerit, decem modia in Sacrario Fratres mittant, quod mixtum fiat vino in sacrificio deputato, quatenus & donarius voti nostri etiam sacro sancto sacrario porticus deesse non debeat.* Occurrunt eadem verba in alia Charta ejusdem Caroli ejusdem anni pro Ruolio: sed quid hoc loco *mixtum* sonet, non omnino constat.

MIXTUM, *Mixtolium, Mixtura, &c.* Miscellum frumentum, nostris, *Bled méteil.* Tabularium Fossatense: *Valent qualibet anno 6. modios grani — medietatem mixti, & aliam medietatem ordei.* Alibi *mixtura* dicitur. *Mixta annona*, non semel in Tabulario S. Remigii, ubi interdum etiam *mixtura*. Occurrit etiam in Tabulario Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 56.

Mixtura. Mixture, in Consuet. Arvern. c. 31. art 23. 29. nostris *Méteil.* Gloss. Gr. Latin. Μίξις χρωμάτων, ἢ ἄλλης ὕλης, *mixtura.* Tabularium Belilocense in Lemovicibus Ch. 95. *Mixturam verò quam debent Rustici per censum, hoc sunt de quarteria 2. sestaria de avena, 3. eminas, & quartum ex horreo aut annona. Si verò mixturam simul recipere noluerint, reddant cui reddant cumula & non calcare: de ordeo verò eminam cumulam, aut de annona rasam.* Tabular. Dalonensis Abbatiæ fol 63. *Ad censum 7 sextariorum & unius Eminæ mixturæ.* Utitur Rigordus ann. 1195. *Datiarii vini & misturæ plebis de Aplano*, in Charta Italic. 1327.

Mixtolium. Magnum Pastorale Ecclesiæ Parisiensis an. 1220. p. 134 *Titulo pignoris obligaverunt — unum modium bladi, medietatem mixtolii competentis, & medietatem avenæ. Bladum mixtolium*, in alia anni 1250. in Probat. Histor. Dunensi.

Mixtiolum, in Charta an. 1226. in Probat. Hist. Montmorenciac. p. 402.

Mestilo, ex Gallico *Mesteil* Monasticum Anglican tom. 1. p. 504. *Et nonam gerbam frumenti mestilonis, siliginis, & omnis generis bladi, &c.* Vetus Charta in Histor. Montmorenciac. p. 36. *Habent etiam prædicti Fratres in molendino de Stagnosex annonæ modios, tres de monsturenge, & tres de mesteil.*

MIXTUS. Vide *Foras mixtos, Merus, Miscere.*

Mixto, sacrificio communicare. Vide *Eucharistia, Missa sicca.*

MIXTUM, Liber, ni fallor, Ecclesiasticus. Historia Abbatis Condomensis pag. 507. *Scripsit manu propria libros Ecclesiasticos, videlicet duo Missalia, duos Graduales sive Iibnaria, duo Prosaria, & unum Mixtum.* sc. ex aliis.

MIXUS. Vide *Myxa.*

MIXTARABES. Vide *Mosarabes.*

MIZELA, Arboris species, apud Petr. Crescent. lib. 1. de Agricult. c. 7.

MOBILIA, *lia*, Res mobiles. Occurrit apud Ottonem Morenam in Hist. Rerum Laudensium p. 10. 14. 18. 24. 28. & Rollandinum in Summa Notariæ c. 8.

MOCULUS. Ugutio: *Cassidilis, vel cassidile, dicitur sacculum, pera, sarciperium, ficacium, marsupium, moculus, loculus, crumena.*

MODELA, Modus, unde nostri *Modéle*, pro exemplari. Fulbertus Carnotensis in Carminib. p. 182.

Est tamen observanda diuturna modela diætæ.
Libra cibi solidi, simplex emina Falerni.

Ubi quidam reponunt *medela.*

MODERABILIS, pro *moderatus*. Theganus de Ludovico Pio cap. 19. *Erat in cibo potuque sobrius, & indumentis suis moderabilis.*

MODERNUS. Jo. de Janua: *Modernus, i. istius temporis, & dicitur a modus, inde modernitas.* Senator l. 4. Epist. 51. *Antiquorum diligentissimus imitator, modernorum nobilissimus institutor.* Occurrit passim.

Modernitas. Sugerius in Ludov. VI. *Quo facto nostrorum modernitate, vel multorum temporum antiquitate nihil clarius Francia fecit.*

MODIATIO, Mensura quæ fit per modios. Vide Cujac. ad l. 6. Cod. de Naufrag. & Jac. Gothofredum in Notis ad l. 32. Cod. Th. de Navicular.

Modiatio, Præstatio pro quolibet *modio* vini. Charta Henrici Regis Angliæ filii Mathildis, pro Ecclesia Pratensi, ex Regesto Normannico sign. P. in Camera Comput. Paris. fol. 24. *Concedo eis in perpetuam eleemosynam 3. masuras terræ quietas de omni censu & consuetudine, & omni alia re, excepta sola modiatione mea de vino.* Charta Johannis Episcopi Carnotensis an. 1178. in Tabulario Drocensi fol. 33. *Adducent quoque eandem modiationem Monahi de Brolio, &c.* Alia Odonis Archiepiscopi Rothomag. an. 1266. ibid. *Terræ arabiles, vineæ, modiationes vini, prata, nemora, warennæ, &c.* Monasticum Anglic. tom. 2. p. 994. *Reddendo sine contradictione sex modios de modiatione de Waeneio.* Pag. 997. *Decima moiationis de Rotomago.* Pag. 1002. *Et in civitate Rotomagensi quietantiam de teloneo, & de modiatione, & de aliis omnibus consuetudinibus.* Charta Communiæ Rotomag. ann. 1207. *Modiationem tamen nostram de vino Rotomagensi reddent nobis, præterquam de vino quod eis datum fuerit ad potum suum, quod nullo modo vendere poterunt, quin inde reddant modiationem.*

Modiatio capitalis. Vetus Inquesta in Regesto Philippi Augusti Regis Franc. Herouvalliano fol. 171. *Quicunque verò habeat capitales modiationes, sive Miles, sive alius, ipse habet venditiones & justitiam.*

MODIETAS, Modus agri. Tabularium Ecclesiæ Carnotensis an. 72. *Dono -- duodecim carrucatas terræ, unamquamque novem modietarum, in silva quæ vocatur Gaudus sancti Stephani.* Vide *Modius.*

MODIFICATUS. Apud Witikind. lib. 3. *Vasa eburnea etiam, & omni genere modificata stramenta, balsamum, &c.* i. variis *modis* elaborata.

MODIGUS, *Modius*: Testamentum Sancii II. Reg. Portugalliæ eræ 1286. apud Brandaon. tom. 4. *Septem modigos panis, qui consueverunt mihi dari.*

MODIOLUM. Gloss. Lat. MS. Regium sign. 1013. *Situla, quod vulgus modiolum dicit.* Papias: *Situla dicta, quod sitientibus apta sit ad bibendum, quod Græci cadum dicunt, vulgo modiolum dicitur.* Græculis μοδίολος, vestis species est. Vide Meursii Gloss. & infrà *Modius.*

MODIOLUS, *um*, Modus agri. Charta Bonfilii Fulginatensis Episc. apud Ughellum: *In campo S. Valentini modiola tres, & in Casiolo modiola quinque, &c.* Alia in Tabulario Casauriensi: *Vendidi -- terram petiam unam per mensuram modiolum unum & quartarium unum.* Crebriùs ibi occurrit. Vide *Modius.*

MODIOLUS, Medium rotæ, cui insiguntur radii, nostris *Moieu.* Occurrit in Mirac. S. Berlindis Virg. c. 2.

MODIUS, Mensura liquidorum, constans 16. sextariis. Adalardus in Statutis Corbeiensib. lib. 1. c. 4. *De potu autem quotidie detur modius dimidius, id est, sextaria octo, &c.* Vetus Agrimensor p. 334. *Quemadmodum de sextario, sic & de modio. Aliis placuit 16. sextariis modium impleri; aliis 20. & duobus aliis verò 24. sed has mensuras ad votum Principum vel judicum esse deprehendimus.*

Modius, Mensura agraria, verbi gratiâ, ager seu terra tot modiorum esse dicitur, quot ejusdem mensuræ sementis capax est. Vetus Agrimensor: *Jugerum unum, pedes 240. & in latitudine pedes 120. faciunt, terram modiorum 3.* Modii verò, quoties de re frumentaria agitur, non semel mentio fit in Digestis. Formula 21. ex Andegavensib. *Ad illo campello ferente modius tantus, &c.* Ita Form. 53. Charta ann. 1195. apud Ughellum tom. 7. p. 1322. *Unam petiam terræ capacem sementis modiorum 6. ad justum sextarium Pennensis civitatis.* Necrologium Ecclesiæ Carnotensis: *Acquisivit apud Ermenonvillam terræ arabilis capientis septem modios seminis, &c.* Alexander Monach. in Chron. S. Bartholomæi de Carpineto lib. 5. *De terris S. Cæciliæ reliquit ei tantùm quod erat capax sementis 8. modiorum.* Charta ann. 962. ibid. p. 1277. *Tantùm de terra quod capit in semine modios trecentos.* Liber de Fundat. Monast. S. Clementis Insulæ Piscariæ: *Est ad mensuram triticei seminis terra modiorum 614.* Gregor. M. l. 9. Epist. 16. *Terrula modiorum plus minus decem.* Ita l. 10. Ep. 50. *Terrula modiorum triginta. Campi trecentorum modiorum*, in Testamento S. Cæsarii Arelat. Vita S. Amati Abb. cap. 7. *Abscisso nemore campellum fecit — capientem quartam modii, in quo hordeum serere solebat.* Occurrit passim, in Chron. Casin. lib. 1. c. 36. 41. 47. 48. 59. lib. 2. c. 6. & alibi non semel, apud Falcon. Benevent. pag. 341. Alexandr. Monach. in Chron. Barthol. de Carpineto p. 1234. &c.

Modiola terræ. Charta Ottonis Imp. an. 956. apud Ughellum tom. 1. part. 1. p. 418. *Ubi sunt mille modiola terræ, & — duo millia modiola de terra, quæ tendunt, &c.* Adde pag. 419. 740.

Modiata, idem quod *Modius*, Ager modiorum certo numero constans. *Modiata terræ, prati*, in Charta Ludov. Pii an. 824. pro Ecclesia Arelatensi. Testamentum S. Cæsarii Arelat. Archiep. in libro nigro Eccl. Arel. f. 19. editum non semel: *Agellum igitur Ancharianum, unde parvam particulam Monasterio dedimus, multa servavimus, nam plus minus centum aripennos vineæ, & trecentorum modiorum campos reservavimus, & supradicto Monasterio centum modiatas de terra quæ ego plantavi, habent modiatas 40. & de vetere vinea vix 30. aripennos contulimus.* Testamentum S. Fulcranni Episc. Lutevens. *Decem modiatas de vinea, quæ mihi advenerunt, &c.* Ubi perperam *mediatas*, editum apud Bolandum. Charta Lotharii Regis Provinciæ an. 855. tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 133. *Sunt autem de rebus S. Stephani, quas Witgarius proprietario jure possidebat, modiatæ duo millia, prata quibus possunt tolli & fœni carra quingenta, de silva achallæ* (l. ad mille) *quingentos porcos saginandos. Tribuit insuper in ipsa commutatione ex rebus ipsius sancti loci, quas usurpatione ad jus proprium detinebat, modiatas trecentas sexaginta novem, & modiatam de vino ad modios centum octoginta.* Charta Bernardi Viceecom. Carcasson. an. 1108. *Et ipsam modiadam de terra de Casellas.* Vide Hemereum in Augusta

Augusta Viromand. p. 233. 234. *Muy & muiee de terre*, in Chartis Gallicis. Regestum Feodor. in Camera Comput. Paris. f. 215. *Lige de 4. fauchées de pré, & de demy muy de terre.* Adde Consuet. Dunensen artic. 25. Castellinovi art. 11. &c. Charta Matthæi D. *de Beauvoir*, an. 1260. in Regest. signato 30. Ch. 325. & Reg. sign. 31. fol. 102. ex Chartophylacio Regio: *Au bos Lancelot huit moijes de bos, au bos Medame Aelis dix & sept moijes, à Longpré 30. moijes, &c.* Charta an. 1290. apud Carpentar. 4. parte Hist. Camerac. p. 36. *Deux muiées de terre ahanaule.* *Semimodiata de terra*, in Tabulario Conchensi in Ruthenis Ch. 32. & alibi.

Modiatura terræ: sic legendum pro *mediatura*, in Charta an. 1067. tom. 11. Spicilegii Acheriani p. 294.

Modiaticum, idem quod *Modiatio*. In Capitulari Sicardi Principis Beneventani an. 836. c. 34. est *de Modiatico*: cap. 35. *de responsatico & modiatico.* Charta Rogerii Regis Siciliæ an. 1137. ap. Ughell. tom. 7. p. 564. *Ut deinceps nec Salernitani, nec eorum homines pro modiatico aliquid persolvant, sed semper ab hac conditione liberi & absoluti permaneant.* Ubi perperam editum *mediatico*.

Modiagium, idem quod *Modiaticum*. Tabular. Prioratus S. Vincentii Laudunensis, an. 1274. *Recognoverunt unum modium ad mensuram S. Quintini, qualiter solvitur in modiagio Ecclesiæ S. Vincentii.*

Moiata, idem quod *Modiata*. Tabularium S. Eparchii Inculism. f. 1. *Item in Enguena unum ortum tenentem dimidiam moiatam de terra.*

Modiare, Modiationem percipere. Tabularium Episcopatus Autissiod. *Roagium & plantagium sunt Comitis, Episcopi, & Vicecomitis, & in hoc roagio & plantagio Comes 1. den. Episc. 1. Vicecomes 1. percipiunt. Clerici, Milites, Religiosi non debent roagium, plantagium, nec minagium, nisi modiant. Si vero modiant, debent de modio unum den.*

MODOLON, Congeries *garbarum*, seu mergitum; nostri Picardi dicunt, *Moie*. Vide *Garbera*.

MODULISARE, Musicis modulis cantare. Gaufredus Vosiensis cap. 59. *Responsorium Canonici incipiunt, versumque sequentem quibus voluerint melodiis musicis explent: Alleluja -- Monachi modulisant.*

MODULUS, Mensura struis ligni, Gallis, *Moule de bois*. Charta Philippi Pulcri Regis an. 1309. in 9. Regesto ejusdem Regis Ch. 79. ex Tabul. Reg. *Centum quadraginta quadrigatas bosci ad ardendum, qualibet quadrigata 4. modulos tantum continente, &c.* Eadem habentur in Charta alia Caroli IV. Reg. an. 1322. tom. 7. Spicilegii Acheriani p. 241. Vide *Modus*.

MODUS, Cantus rythmicus. Onomasticum: *Modus*, μέτρον, τρόπος: Sueno in Hist. Danica cap. 1. *A quo priscorum more Isladensibus Skioldanger sunt Reges nuncupati.* Id est, in rythmis, carminibus, sive cantilenis antiquis, quibus Islandi fortia heroum facta ad lyram in conviviis decantare solebant. Ita Stephanius Suenon. Editor.

Modulus, eadem notione. Vetus Vocabul. *Modulus, Tropus, Cantus.* Gloss. Lat. Gr. *Modulus*, μελῴδημα. *Modulus*, apud Auctorem Mamotrecti ad libr. Judith. cap. 16. *Modulus dicitur cantus qui præcinitur in principio Missæ, vel Horarum, & dicitur etiam Tropus.*

MOESILEUM. Vide *Masileum*.

MOESTORIUM, *Tristitia*. Papias.

MOGGUS, *Blesus, sive Balbus.* Ita Anastasius Bibl. ad VIII. Syn. act. 6. ubi de Petro Mongo hæretico, qui Græcis μογγὸς. Gloss. Lat. Gr. *Atubus*, μογίλαλος, μόγγος, i. qui cum difficultate loquitur. *Atubus* verò, quasi ἄτυπος dictus, qui inarticulatè loquitur. Liberatus Diacon. c. 16. *Petrum cognomento Moggum, qui vocatus est Blæsus.*

MOFFADOR. Charta originalis cujusdam Majoricensis an. 1253. *Miromomelli dat mihi de decem in decem diebus 40. Bisancios pro Cypensis: & de die in diem mittit 40. equos summo mane ad equitandum cum multitudine veneralium Moffadorum, qui me & totam meam familiam intus civitatem & extra honorifice comitantur.*

MOFFULA. Lambertus Ardensis p. 258. *Hæc enim rustici cum bigis maratoriis, & carris funariis* (fimariis) *calculos trahentes ad sternendam viam in moffulis & scapulariis se ipsos ad laborem invicem animabant.*

MOGNERIA. Tabular. S. Eparchii Inculism. f. 40. v. *Quicquid habemus in molendinis & in anguillari de Fissac, id est tertiam partem, & unam mogneriam, &c.*

MOISSO, Messio, messionis tempus. Gallis *Moisson, Temps de la Moisson*. Guibertus lib. 2. Hist. Hierosol. c. 8. *Pars sine ullis stipendiis, imò turpi pauperie, magis autem pudore in Franciam consumpta rediret. Et quia idem castrum Moyssonem vocabant, & reversi ad suos, ad Moyssonem usque se fuisse dicebant, &c.* Vide *Messio*.

MOL. Tabularium Abbatiæ Conchensis in Ruthenis Ch. 44. *Et donat de censum duos solidos Pogesios, & ad Calendas 4. membros, & duo sestaria, & duos de civada, & duos panes, & à meyssos unum mol sans la pel, & 2. sestaria de vino, &c.* Occurrit ibidem alio loco.

MOLA. Jo. de Janua: *Mantica, i. sarcina, scilicet mola*: sed legendum *Mala*. Vide in hac voce.

MOLA, Molendinum. Anastasius in Honorio: *Et ibi constituit mola in murum in loco Trajani juxta murum civitatis, & formam, quæ deducit aquam in lacum Sabbatinum.* Lucas Tudensis æra 880. *Clausit nox obscurissima diem: & in una mola omnes Christiani conclusi sunt, totam noctem in lacrymis & orationibus peragentes.* Leo Ost. lib. 2. cap. 86. *Terras & molas in fluvio Saone.* Chartæ Impp. pro Ecclesia Hammaburg. *Cum -- molis, molendinis, piscationibus, &c.* p. 161. 162. 163. 164. Adde Chronic. Episcop. Mindens. p. 742.

Mola, idem quod *modulus*, de qua voce suprà, in 9. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. Ch. 94. ex Tabul. Regio, Mensura lignaria, *Mole de bois*.

MOLACHINUS. *Monetæ aureæ* (Saracenicæ, ni fallor) species. Charta Alexandri III. PP. ann. 1162. apud Petrum Mariam Campion in Regesto part. 2. Histor. Eccles. Placent. num. 16. *Statuimus, ut de cætero solummodo duos molachinos nobis nostris que successoribus annis singulis solvere teneatur.* Vide *Meloquinus*.

MOLANUS. Vide *Miramolinus*.

MOLARIA, idem quod *Mola*, & Molendinum. Charta Theobaudi *Chabot*, tom. 4. Galliæ Christianæ p. 4. *Donamus eisdem molarias, quæ sunt in descripto feodo.* Mox: *Universas autem concessiones nostras --- liberas ab omni costuma, tallia, ac servitentia esse concedimus, cunctosque ad eorum molarias ac molendinum & opera venientes, &c.*

MOLARIS. Charta Humberti *de Miribel* ann. 1086. apud Joan. Columbum lib. de Cartusianorum initiis; *Ipsa vero, quam eis dedimus, eremus, hos habet terminos, scilicet infra locum qui vocatur Clusa, & rupem claudentem vallem, & pertingentem usque ad molarem claudentem & dividentem Combam caldam, -- deinde molarem altum, qui descendendo perducitur per crepidinem plataneti, &c.* Charta Amedei Comitis Sabaudiæ ann. 1360. apud Guichenonum in Episcopis Bellicensib. p. 59. 60. *Usque ad summitatem montis de Les Aux, & à dicto molari de Les Aux, rectè tenendo usque ad molare d'Armont, &c.* Mox: *Usque*

Usque ad crestatam seu summitatem cujusdam molaris vocati de Fscrini.

MOLDURA. Vide *Molta.*

MOLENDINUM, pro moletrina, seu pistrino. Priscis ignotum constat, vocemque esse nuperam & a mediæ ætatis Scriptoribus tantum usurpatam. Glossæ antiquæ MSS. *Molendinus, molinus.* S. Augustinus in Psalm. 36. 99. 132. enarrans illud Matthæi cap. 24. *Duæ molentes in mola, &c.* pro *mola, molendinum* habet. Utuntur passim Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 18. Flodoard. lib. 1. Hist. Rem. cap. 14. 15 Petrus Damian. lib. 1. Ep. 9. Ivo Carnot. Epist. 77. 259. Fulbertus Epist. 14. Aimoinus lib. 3. Hist. Fr. c. 61. Radevicus lib. 4. c. 5. Baldricus lib. 1. c. 25. Constantinus Afric. lib. 2. de Morbor. curat. cap. 7. veteres Chartæ apud Chifletium in Trenorchio pag. 194. 210. &c.

Molendinum manuale, in Statut. Gildæ Scoticæ c. 19.

Molendinum ad ventum, nostris, *Moulin à vent*, cujus usum aquis molariis multo recentiorem constat. Decretum Celestini III. PP. cap. *Ex transmissa* 23 Ext. de Decimis: *Miles quidam molendinum quoddam ad ventum -- infra fines parochiæ suæ construxit.* *Molendinum venterium*, in Monastic. Anglic. tom. 1. p. 816. *Ventosum*, in Chron. Andrensi pag. 532. *Ventitium*, in Fleta lib. 4. cap. 1. §. 20. *Ventriticum*, in Statut. 2. Westmonast. c. 50. & tom. 2. Monastici Angl. p. 459. 1040. tom. 3. pag. 107. De ejusmodi molendinis agunt Olaus Magnus l. 13. Histor. Sept. c. 11. Pomponius Sabinus ad Virgilii Moretum pag. 595. Cardanus lib. 1. de rer. variet. cap. 10. Chopin lib. 1. de Morib. Paris. tit. 2. n. 43. Francisc. Baconus in Histor. natur. & experimentali de ventis, Brodeus in Cons. Paris. art. 72. &c.

Molendinum Brasarium, ubi brasium, seu brace molitur, occurrit in tom. 2. Monastici Anglic. pag. 951. & in Itinere Camerarii Scotici cap. 26. §. 3.

Molendinum bannale. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 132. *Molendina 4. cum banno ipsius villæ.* Vide *Secta molendini.*

Molendinum caballarium, in Charta Philippi Comitis Flandriæ an. 1188. apud Buzelinum l. 1. Gallo-Fland. c. 41. *Molendinum ad equos*, in Regesto Philippi Augusti Regis Herouvalliano an. 1218. fol. 77. Vide *Animal de hostie.*

Molendinum Coisellarium. Charta fundationis Abbatiæ de Fonteneto in Norman. in Regesto 106. Tabul. Reg. Ch. 370. *Unum molendinum coisellarium juxta cedificia Ecclesiastica, quod Robertus pater meus ad victura Monachi dedit. huic ipsi Ecclesiæ, &c.* Occurrit rursum infrà.

Molendinum fullonarium, quo panni densantur, desquammantur, poliuntur: in Charta Ludovici Comitis Blesensis in Magno Pastorali Eccles. Parisiens. lib. 19. Ch. 47. *Molendinum fullonicum*, in Monastico Anglic. tom. 1. p. 837.

Molendinus hibernaticus, in quo moluntur fruges hibernaticæ. Tabularium S. Remigii Remensis: *Est ibi molendinus hibernaticus, unde recipiuntur annonæ modii 5.* Vide *Hibernagium.*

Molendina quadrata, quæ interdicuntur in Consuetudine Blesensi art. 241. & Burbonensi art. 537.

Molendinum ad than, in Charta an. 1217. in Hist. Drocensi p. 245. quod *Molendinum tanarium* dicitur in Charta fundationis Blancæ landæ an. 1154. apud Columbum. Nostri *tan* vocant querceum corticem in pulverem redactum, quo Coriarii ad subigenda Coria utuntur.

Molendina, seu *Moletrinas in lenclis*, adinvenisse Belisarium scribit Procopius lib. 1. de Bello Gotthico cap. 19.

Molendinare, Molere. Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. c. 10.

Non ibi pigmenta tritantur, sed quasi spelta,
Ad cursum lympha molendinantur ibidem.

Molendinarius, Molitor. ἀλετής, in Gloss. Gr. Lat.

MOLES, Portus, Italis, *Molo*; à molibus, seu crepidinibus, quarum objectu maris atrocitas frangitur & retunditur. Vita S. Virgilii Archiepisc. Arelat. *At littus æquoris, quod vocatur Molis, accessit, ubi insidiator ille* (diabolus) *quasi navem onerariam advenisse fallaciæ speciem imaginis ante oculos ausus est confingere, &c.* Et apud Dinamium Patricium in Vita S. Maximi Episc. Reg. ubi eadem verba leguntur, *moles* scribitur. Vim & originem vocis attigimus in Notis ad Alexiadem p. 305. ex Scriptoribus Græcis inferioris ævi, quibus μόλος, & μῶλος, & μέλος, idem sonat quod *Moles*, seu portus: quibus consentit Procopius lib. 4. de Ædific. c. 10. Πρὸς δὲ τὸ ἑκατέρωθι τοῦ ἰσθμοῦ θάλασσαν προβόλους τεχνησάμενοι βραχεῖς τε καὶ φαύλους, οὕσπερ καλεῖν νενομίκασι μώλους, τὴν μεταξὺ χώραν τοῦ τε ῥοθίου καὶ τοῦ περιβόλου ἐφράξαντο, &c. Gloss. Græc. Lat. μῶλος, *Moles.*

MOLESTIA, Ægritudo. *Ut in molestiam cholicam caderem*, apud Gregor. M. lib. 2. Epist. 31. *De eadem capitis qua detinebatur molestia*, lib. 7. Ind. 11. Epist. 49. Vide Glossar. med. Græcit. in ἀγανακτεῖν.

MOLICINA. Vide *Melocinum.*

MOLINA, Mola, molendinum. Glossæ S. Benedicti cap. de Agricultura: *Molinæ*, ὑδραλέσιαι P. Victor in Reg. 14. urbis Romæ habet *Dianæ molinas.* Ammianus lib. 18. *Quem* (ascensum) *scissis collibus molinæ ad calles arctandas ædificatæ densius constringebant.* Marius Aventicensis: *Hoc anno mons validus in territorio Vallensi subito ruit, --- & pontem Genavarum, molinas, & homines per vim dejecit.* *Officina molinarum*, in Testamento S. Remigii Episcopi Remensis apud Flodoardum. Occurrit non semel in Charta Rachisi Regis Longobard. apud Ughellum tom. 5. Ital. sacræ p. 671.

Molinum. Greg. Tur. lib. 3. c. 19. *Ante portam autem molina mira velocitate divertit*: quo loco Aimoinus l. 2. c. 23. *Molendinos summa verti velocitate* Frodoard. l. 14. Carm. 19. - - *Farriteri fabricam vexare molinis.* Occurrit præterea in Legib. Wisigoth. lib. 7. tit. 2. §. 12. l. 8. tit. 4. §. 30. in Legib. Longob. l. 1. tit. 19. §. 4. tit. 27. §. 1. in Chron. Farfensi p. 955. apud Cogitosum in Vita S. Brig. c. 7. n. 34. Ardon. in Vita S. Bened. Anian. c. 3. n. 12.

Molinus, in Lege Salica tit. 24. §. 1.

Molinarium, eadem notione, in Tabulario Abbatiæ Belliloci n. 59.

Molenare. Charta Lotharii Regis Franciæ an. 987. apud Michaëlem Carbonellum in Chron. Reg. Hispan. *Cum domibus, vineis, terris, cultis & incultis, cum decimis & primitiis, seu molenaribus.*

Molinarius, Molitor. Vetus Glossarium: *Molinarius*, ὑδραλέτης. Gloss. Lat. Gall. *Molendinarius, Molinier.* *Servus molinarius*, in Lege Salica tit. 11. §. 5. Jacob. Hemricurtius in Speculo Hasbanico pag. 8. ait primùm Warfuseæ gentis stipitem *Moulnier* appellatum, *partant qu'il avoit plusieurs molins.*

Molinellum. Glossæ Pithœanæ: *Fraclillum, molinellum ad frangendum piper.* *Le Roman de Garin MS.*

Del bruit de l'eue tornent un molinel.

Molinellum. Ugutio: *Camus, quoddam genus ferri fræni, vel pars, scilicet quod vulgo dicitur Molinellum.*

Mulnetum, eadem notione in Tabular. S. Cyrici Nivern. ch. 17. *Ex alta fronte rivulum credandu cum uno mulneto.* Occurrit rursum in eod: Tabular.

Mulinum, in Lege Alemann. tit. 83. §. 1. & in Lege Bajwar. tit. 8. c. 2. §. 1. Vandalis *mule*, & Salvis *mlin* est molendinum, ut auctor est Orbinus.

Mulinare,

Mulinare, eadem notione. Tabularium Casaurienſe an. 24. Ludovici Imp. filii Lotharii: *Ipſum mulinare cum ipſa terra ubi poſitum eſt, cum curte ſua, & cum ipſa forma, & albio de ipſa aqua, &c.*

Mulinum animal. Vide *Animal de hoſte.*

MOLLEGIUM. Charta MS. Galeacii Comitis Virtutum: *Officiales in llegii frumenti Vercellarum compellere nituntur ipſos de Colobiolo ad ſolutionem mollegii prædicti.* Alia an. 1370. *Quòd ipſi poſſint percipere molegium ab illis perſonis quæ non ſolvunt toltam & fodrum Communi Terdonæ ab illis perſonis de Molo & de Garbanea, & de Epiſcopatu & aliunde, quæ ibunt ad maxinandum ſive franzendam frumentum, bladum, legumina, &c.* Vide *Molta.*

MOLLES, inquit Alcuin. de Offic. divin. *ſunt effeminati, qui vel barbas non habent, ſive qui alterius fornicationem ſuſtinent*; ſeu, ut loquitur Salvian. *qui in ſemetipſis feminas profitentur. Viri qui nubunt in feminas*, in lege 3. Cod. Th. ad Leg. Jul. de adult. S. Paul. 1. ad. Cor. c. 6. *Neque molles enim, neque maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt.* Οὔτε μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται. Παῖδες ἁπαλοὶ, Dioni Chryſoſt. de Regno. Martial. lib. 2. Epiſt. 84.

Mollis erat, faciliſque viris Pœantius heros.

Julius Firmicus lib. 3. c. 7. *Faciet molles, cynædos, & qui ſe dulcibus actibus dedant.* Cælius Aurelian. l. 4. Chron. c. 9. *Molles ſive ſubactos Græci Malthacos vocaverunt, quos quidem eſſe nullus facile virorum credit. Non enim hoc humanos ex natura venit in mores, ſed pulſo pudore, libido etiam indebitas partes obſcœnis uſibus ſubjugavit, &c.* Quo ſpectant iſta Alani de Inſulis in Planctu naturæ p. 295. *Multi etiam alii juvenenes mei gratia pulcritudinis honore veſtiti, debriato amore pecuniæ, ſuos veneris malleos in incudum tranſtulerunt officia.* Salvian. lib. 7. de Gubernat. Dei: *Non quia molles plurimi fuerint, ſed quia mollicies paucorum labes eſt plurimorum.* Infra: *Ig tur in tanta affluentia rerum nullus eorum mollis effectus eſt. In illis nullus qui Romanorum illic mollium pollueretur inceſtu.* Eodem libro: *Abſtulerat enim de omni Africa ſordes virorum mollium, contagiones etiam horruere meretricum.* Liber Pœnitenti lis Gregorii II. PP. *Si qua mulier cum altero coitum fecerit, 4. quadrageſimas pœniteat. Molles unum annum pœniteant.* Capit. Theodori Cantuar. c. 108. *Perjuri 3. annis pœniteant: Sodomitæ 7. annis: Molles uno anno.* Ordeiic. Vitalis l. 8. *Molles flammiſque cremandos turpiter fœdabat venus ſodomitica.* Vide Joan. Sariſberi[illegible] lib. 3. Policrat. c. 13. & Gloſſar. med. Græcit. Μαλακός.

Sunt qui *Molles* putant eſſe illos Eunuchos, de quorum prodigioſa Venere agunt S. Baſilius lib. de Vera virginitate, Arnob. l. 5. S. Hieron. lib. 1. adv. Jovinian. &c. Adde præterea Pœnitentiale Rom. tit. 3. Bedam l. de Remed. peccator. c. 2. præter Juvenal. Sat. 16. Philoſtrat. l. 1. c. 21. 23. &c. Vide S. Auguſtin. l. 7. de Civ. Dei c. 26. & ſuprà in vocibus *Effeminati, Feminat e, Ephebium.*

Mollities, Peccatum ipſum mollium. Synodale MS. Eccl. Andegav. *Cùm autem peccatum mollitiei vincat adulterium, & hominem & mulierem miniſt um faciat, &c.*

MOLLITUM. Vetus Charta apud Ughellum tom. 1. part. 1. p. 390. *Et de ipſo mollito, & de molino omnia exinde facimus, &c.*

MOLLIDITAS, *mollities.* Vita S. Marculfi Abb. t. n. 10. *Lectus ejus, nec etiam quidquam molliditatis habebat, ſed tantùm nuda jacens in humo, &c.*

MOLLIPES, Ἀταλόπους, in Gloſſ. Gr. Lat.

MOLMAN. Tabularium Prioratus *de Lewes* in Anglia fol. 16. *Item omnis molman inveniet equum, ſi habuerit, ad portandum corredium Prioris: & ſi habebit, duos panes hordei: & ſi panes portaverit, de iiſdem 2. habebit, cum companagio, & flag. llabit præbend im Prioris per unum diem, cum corredio domini, & habebit 2. panes ad veſperam cum companagio, exceptis illis qui non d...*

villager. Ubi Spelmannus putat idem eſſe quod *Maalman* & *malman.* Vide in hac voce.

MOLOCENARII. *Qui paſcunt canes, quia molos canum dicitur.* Ita Ugutio. Fortè *Moloſſarii.*

MOLTA, Penſitatio quam à vaſſallis exigit dominus frumenti molitura in molendinis ſuis: *Moulte*, in Conſuetud Andegav. art. 17. Cenoman. art. 36. *Droit de moulage*, in Conſuetud. Turon. tit. 1. artic. 14. & Burbon. art. 535. Monaſt. Anglic. tom. 2. p. 97. *Concedo S. Amando quatuor viros pan ſuos ab omni ſervitio meo quietos & liberos, & moltam ſuam, ſed & moltam ſimiliter omnium civium S. Amandi.* Adde tom. 1. p. 760. Tabularium Burgulienſe an. 1214. fol. 10. *Prior debet moltam de unoquoque ſacco unum boiſſellum, & plenum farinagium.* Adde Probat. Hiſt. Geneal. *des Chaſteigners* p. 182.

Molda. Tabular. Burgulienſe fol. 63. *Simulque moldam ipſius terræ concedo molendinis S. Petri.*

Molta ſicca. Charta Ottonis Rotomagenſis Epiſcopi an. 1262. *Denarii, oblii, venda, furni, molendina, molta ſicca, eſtoublagia, &c.* Vide *Cenſus ſiccus.*

Moldura, ex Gallico, *Mouture.* Charta an. 1152. apud Catellum in Comit. Toloſanis l. 2. *Molendinarii — non accipiant propter ſuam molduram ultra ſexdecimam partem.*

Moltura, in Monaſtico Anglic. tom. 1. p. 738. *Conceſſit quoque Monachis molturam totius civitatis Salopesbiriæ.* Adalardus in Statutis Corbeienſibus lib. 1. cap. 7. *Et illam molturam ſalvam faciat.* Occurrit etiam apud Ordericum Vitalem lib. 5. & alibi paſſim.

Multura, in Monaſtico Anglic. tom. 2. p. 426.

Molatura, non ſemel in veteri Notitia an. 1174. in Tabulario S. Laudi Andegav.

Multagium, in Charta an. 1088. apud Beſlium in Epiſcopis Pictav. p. 73. *Droit de moulage.*

MOLUCRUM, *Illud cum quo mola vertitur, i. tumor ventris.* Jo. de Janua.

MOLUTA *arma.* Vide *Arma.*

MOMENTATIVE, In momento, ſtatim, derepente, in Hiſtoria Tranſlationis S. Guthlaci n. 6.

MOMERIUM. Commodianus Inſtr. 59.

Das tibi momerium.

Id eſt, *te ridiculo exponis.*

MONACHATUS. Vide *Fraternitas.*

MONACHI, ex Gr. Μοναχοὶ, appellabantur, qui ſtrictioris vitæ Chriſtianæ intuitu, in ſolitudines receedebant, vitato omni hominum conſortio. Gloſſ. Gr. MSS. Regiæ: Μοναχὸς, ὁ μόνῳ ζῶν Θεῷ. Rutilius Numatian. l. 1. itinerar.

Ipſi ſe Monachos Graio cognomine dicunt,
Quòd ſoli nullo vivere teſte volunt.

S. Hieronymus Epiſt. 1. *Interpretare vocabulum Monachi, hoc eſt, nomen tuum: quid facis in turba qui ſolus es?* Epiſt. 4. de Vita Monachorum: *Quid deſideramus urbium frequentiam, qui de ſingularitate cenſemur?* Epiſt. 13. *Si cupis eſſe, quod diceris, Monachus, id eſt, ſolus, quid facis in urbibus, quæ utique non ſunt ſolorum habitacula, ſed multorum?* Quo ſpectat Epigrama ex Antholog. lib. 1. p. 189.

Εἰ μοναχοὶ, τί τοσοίδε; πῶς πάλι μῦνοι;
Ὦ πλῆθος μοναχῶν ψευσαμένη μονάδα.

Canones Hibernici l. b. 38. c. 1. *Monachus Græcè, Latinè unus, ſive quod ſolus in eremo vitam ſolitariam ducat, ſive quod ſine impedimento mundiali mundum habitet: ſive quòd in hac vita ſolus, etſi inter multos habitet, verſetur.* Geraldus in Vita S. Stephani fundatoris Ordinis Grandimont. c. 3. *Monachorum* (ait idem Sanctus) *nomine non utimur, qui nomen ſanctitatis, vel ſingularitatis ſanctis ſunt vocabulum quorum illi ſpecialiter Monachi dicuntur, qui ſui curam agunt, nec aliud cogitant, niſi tantum modo de Deo.* Monachatum in urbes primum invectum à ſancto Athanaſio, auctor eſt Hieronymus ad Principiam Ep. 16.

Triplex autem Monachorum genus statuit Cassianus Collat. 18. c. 4. & 5. primum *Cœnobitarum*, *qui scilicet in congregatione pariter consistentes, unius senioris judicio gubernantur*: alterum *Anachoretarum*, *qui priùs in Cœnobiis instituti, jamque in actuali conversatione perfecti solitudinis elegere secreta*: tertium denique *Sarabaitarum*, de quibus omnibus agimus suis locis. De Vitæ monasticæ laude ac præconio hæc habet præ cæteris Arnoldus Lubecensis lib. 3. c. 9. *Quid olim erat vita Monachorum, nisi puritas innocentiæ, semita justitiæ, vivendi forma, via paradisi? Hæc enim est Angelorum socia, Apostolorum assecla, Martyrum lætitia, Confessorum gloria, Virginum corona.* Mitto reliqua, ut & quæ in hanc rem habent ipsi heterodoxi Scriptores, quorum loci congesti leguntur in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 1047.

Voce *Monachus*, nullius familiæ nota adjecta, *Benedictinum*, intellectum semper apud veteres, uti apud Græcos *Basilianum*, observat Seldenus ad Eadmerum, pag. 215.

Monachi laici, in lib. Miraculor. S. Winnoci Abbat. cap. 25. & apud Lanfrancum in Statut. Ord. S. Bened. c. 1. sect. 4. qui *Fratres laici* dicuntur sect. 5.

Monachi sæculares, qui strictiorem regulam non amplectebantur, dicti Orderici Vitalis ævo, uti testatur lib. 8. p. 716. Herimannus de Restauratione S. Martini Tornacensis c. 67. *Postea verò cognovit à Monachis juxta urbem habitantibus, quos populares sive sæculares quidam nominant, non ex toto antiquorum instituta posse servari.* Contrà

Monachi Regulares, in Concilio Lemovicino ann. 1031. sess. 2. dicuntur, *qui illicita nolentes, non suo, sed alieno imperio vivunt: quibus omnia in medium conferuntur communia, nec aliquid habent, quod Abbas non dederit, aut permiserit.*

Monachi, albi, nigri, grisei. &c. Vide *Ordo*.

Monachi, ad succurendum dicuntur, qui dum extrema agunt, vel urgente mortis periculo, monachicam vestem induunt, quo fratrum ac monachorum suffragiorum, seu orationum fiant participes, eoque ipso animæ suæ saluti consulant, ac *succurrant*, quomodo hac voce utitur Inquisitio de Presbyteris apud Regionem c. 87. *Similiter ordinem baptismi ad succurrendum infirmis.* Quò spectant orationes, quæ describuntur in lib. 1. Sacrament. Eccles. Roman. cap. 73. & 74. *Cum expoliatur infirmus, & fons benedicitur*: Deinde *Benedictio aquæ ad succurrendum. Et cap. 76. Ad succurrendum benedictio olei exorcizati.* Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. c. 22. & ex eo Udalricus lib. 2. c. 28. *Si quis infirmus, &, ut ajunt, ad succurrendum benedictionem acceperit, &c.* Monasticum Anglican. to. 1. p. 632. *Si quis ad succurrendum metu mortis se loco prænominato dederit, illic recipietur.* Statut. Ord. *de Sempingham*, c. *de susceptis in morte*, id est, qui monachicum habitum induunt morituri: *In domo verò qua suscipitur, scribetur in martyrologio, & in brevibus mortuorum scribetur ad succurrendum, si habitum habuerit.* Liber Otdinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 82. *De his verò qui infirmitate constituti habitum religionis exposcunt, quid fieri oporteat, in dispositione Abbatis relinquimus. Sicut enim tales nec omninò recipiendos esse, nec omnes repellendos, sive nostræ possibilitatis, sive salutis illorum respectu dicere audemus, ita quoque qui magis suscipiendi sint, vel non suscipiendi, determinare non possumus: maximè cum quorundam festinatam susceptionem quorundam dilationem non solum Ecclesiis, sed ipsis etiam magis utilem fuisse viderimus: hoc tamen summopere observandum est, ut ii qui in infirmitate converti volunt, si eis pro aliqua dispensatione pro voto non annuitur, consilio tamen & auxilio quomodo possibile est, & eis expedit ad salutem, adjuventur.* Vide in hanc sententiam Thomam Cantiprat. lib 2. de Apib. c. 51. n. 8. 9. Charta Prioratus S. Ægidii de Medunta: *Odo Ruffini filius maxima ægritudine vexatus, suscepit habitum monachicum, — & Monachus ad succurrendum effectus est.* Tabularium Conchensis Monasterii in Ruthenis Ch. 82. *Et his omnibus Militibus supradictis concesserunt Dom. G. Abbas & Conventus, & promiserunt habitum religionis illis in extremis morbis se daturos, &c.* Nomocanon nuper editus à V. Cl. Joann. Baptist. Cotelerio cap. 445. Ἐάν τις ἀσθενῶν ἐπιζητεῖ τὸ ἅγιον σχῆμα, χρὴ διδόναι αὐτῷ ἀνυπερθέτως, καὶ αὐτὸν μὴ κωλύειν. Καλὸν ἐστιν ἔχειν μετὰ ὀλίγων συνετῶν. Tabular. Celsinianense: *Quod si in Vita Monachi non fuerint, ad succurrendum recipiantur.* Alibi: *Pro hoc itaque dono supra dicti Monachi Celsinienses eundem Geraldum Monachum fecerunt ad succurrendum & honestè sepelierunt.* Quòd si conjugii nexu illigati essent, *Monachi ad succurrendum* fieri non poterant absque uxoris consensu, ut est in Epist. 11. Alexandri II. PP. ad Landulphum. Bromptonus an. 1088. *Hoc anno Rogerus de Belleme illustris Comes Salopiæ obiit, qui cùm decubaret, ad succurrendum animæ suæ Monachus factus est, Adelissa Comitissa consentiente. Miserat namque Reginaldum Priorem Salopiæ Cluniacum pro tunica S. Hugonis Abbatis induenda.* Statuta Ordin. Cartus. ann. 1368. 1. part. c. 4. §. 36. *Domus associatæ non tenentur nisi ad brevem solum pro illis qui recipiuntur in habitu ordinis metu mortis nisi permanserint in ordine anno uno post habitum sic susceptum.* Part. 3. c. 3. §. 8. *Donati & præbendarii senes, debiles, & infirmi, sicut indui possunt ad succurrendum, &c.* Susceptum demum habitum monasticum, si pristinam valetudinem rursum consequerentur, dimittere haud fas erat: quòd si dimitterent, pro apostatis habebantur, nisi à voti religione summi Pontificis dispensatio intercederet. Gesta Dominor. Ambasiensium: *Burchardus de Mon... diuturno morbo coactus Monachus efficitur, qui convalescens Monachum exuit, & Romæ ante Papam quòd ignorans effectus esset Monachus, nec se ordini acquievisse, jurando affirmavit, qui cùm rediret in Lombardia quamdam Marchisiam duxit uxorem, &c.* Denique si uxor conjugi in extremis habitum Monachi postulanti consensum præstitisset, eodem ad pristinam sanitatem reverso, datum semel consensum convellere non poterat. Extat in eam rem Epistola Marbodi Episcopi Redonensis in to. 13. Spicilegii Acheriani p. 295. Vide præterea Balsamonem ad Can. 2. Pseudo-Synodi Photianæ. Ejusmodi *Monachorum ad succurrendum* crebra est mentio in Monasticis Necrologiis. Martyrolog Corbeiense *Nevelonis* nomine inscriptum 5. d. *Jan. ⊖ Valterus Monachus & laicus N. C.* (i. noster Conversus) *ad succurrendum* 7. Kal. Febr. *Garnerus S. & Mon. N. ad succur.* Apud Louvetum in Stemmatibus Belvacensib. pag. 418. quidam *Miles Canonicus ad succurrendum* dicitur in Necrologio Belvacensi. Ita *Canonicus ad succurrendum*, passim in Necrologio S. Victoris Parisiensis, 2. *Idus Julii Natalis conversus ad succurrendum — Robertus de coquina frater noster familiaris ad succurrendum. Droco Meldensis Ecclesiæ Canonicus, & noster ad succurrendum Conversus.* Idem Necrolog. 2. Kalend. Septemb. *Anniversar. Haimonis Militis Conversi ad succurrendum.* 8. Id. Decembr. *Guillelmus Chapitre Conversus noster Soror ad succurrendum.* Idem Necrolog. 3. *Id Octobr. Simon le Daubeur, laicus frater noster ad succurrendum, & Margareta uxor ejus, soror nostra ad succurrendum. Conversus & familiaris ad succurrendum*, ibid. 7. Id. Nov.

Neque tamen prædictos istos omnes revera Monachicum habitum induisse ausim asserere, cum existimem ita postmodum, ac ut plurimum etiam sic dictos, qui societatis monachicæ seu fraternitatis participes fiebant, eoq; nomine inscribebatur Martyrologio. Quippe Necrologium S. Martini Laudunensis hæc de Jo. Briennensi (non Comneno) Imp. CP. habet: 16. *Kal. Maji Commemoratio Jo. Imper. hujus Eccl. Fratris ad succurrendum*, quem saltem non induisse vestem monachicam

chicam in eo Monasterio constat, cùm CPoli obierit. Consule quæ de hisce ad succurrendum Monachis attigere viri pereruditi, Lucas Acherius ad Guibertum p. 634. & Joann. Mabillonius in Præfat. ad 3. tom. SS. Ord. S. Benedicti n. 21. Vide *Anglicus habitus*.

Monacha, Sanctimonialis. Monialis. Anastasius in S. Leone pag. 27. *Hic constituit ut Monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem, nisi probata fuerit in virginitate sexaginta annorum.* Vide *Diaconissa*.

Monachare, Monachum agere, vel facere. Zacharias PP. in Epist. ad Anglos apud W. Malmesbur. lib. 1. de Gest. Pontif. *Ut priùs probentur laici, quam monachentur.* S. Bernardus Epist. 261. *Unus de Militibus templi voluit monachari in ordine nostro.* Chartular. S. Amantii Inculism. *Petrus Jordanus filius Bernardi Jordani monachavit se in Ecclesia S. Amantii, & donavit eidem Ecclesiæ, &c.* Adde Joan. Sarisberiensem Epist. 291. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 25. lib. 2. art. 22. Vitam S. Willelmi Abbat. Roschild. n. 4. Will. Malmesbur. lib. 2. de Gest. Pontif. pag. 238. Christianum in Vita S. Geraldi Abbatis Grandis-Silvæ n. 27. &c. Μανδρεύειν, eodem sensu dixit Nicetas Choniates in Isaacio lib. 3. num. 1.

Monachizare, eadem notione. Vita S. Findani Confess. c. 1. *Tunc senior ejus in proprio Monasterio, quod Rimaugia vocatur, eum monachizari fecit, &c.* Florentius Wigorniensis an. 991. *Clericos Wigorniensis Ecclesiæ monachilem habitum suscipere renuentes de Monasterio expulit, consentientes verò — monachizavit.* Et anno 1078. *Ante suum obitum monachizatus.*

Demonachare, Monachum degradare. Continuator Aimoini lib. 5. c. 51. *Quemdam etiam eorum nomine Isaac, in Monasterio quondam timore mortis tonsuratum, demonachatum patibulo affixit.* Utitur etiam Sugerius in Ludovico VI.

Monachia, pro *Monachismus*, apud Guibertum lib. 1. de Vita sua cap. 9. & alibi.

Monachium, Monasterium ex Græc. μοναχεῖον, in l. 13. Cod. de Sacrosanct. Eccl.

MONADES. Charta MS. ann. 1162. *Ego Gaufredus Comes Rossellionensis, & Girardus filius meus — donamus tibi Guillelmo de Aptano & omni tuæ posteritati in feudum duas monades aquæ, ut ducas illam aquam ad Aptanum per quemcunque locum per tuam terram volueris, ad faciendos molendinos quotquot tibi placuerit, & in quocunque loco volueris, ad irrigandos agros atque ortos, & generaliter ad omnes voluntates tuas faciendas, &c.* In dorso scriptum, *Originale de monadex molendinorum de Apiano.*

MONARCHIA *Palatii*. Vide *Comes Palatii*.

MONARCHOPRÆSUL *Cœnobitarum*, id est, Abbas, in sermone de Elevatione S. Quintini pag. 25. ubi quidam *Monachopræsul* legendum putant.

MONARCHUS. Vide *Vulpes*.

MONASTA, Monachus, ex Gr. μοναστής. Versus antiqui in Metropoli Salisburgensi tom. 2. p. 518.

Ædes deinde monastarum fundavit amœnas.

MONASTERIA dicuntur cellæ, in quibus unicus degit Monachus. Ita Cassianus Collat. 18. c. 6. S. Hieronymus in Vita Paulæ, S. Athanas. in Vita S. Antonii c. 9. S. Nilus narrat. 5. p. 77. &c. Isidorus lib. 2. de Offic. Eccl. c. 15. *Inter Cœnobium & Monasterium ita distinguit Cassianus, quòd Monasterium possit etiam unius Monachi habitatio nuncupari: Cœnobium autem non nisi plurimorum.*

Monasteria postea etiam ipsa Cœnobia dicta. Synodus Romana sub Eugenio II. PP. an. 826. can. 27. *Abbates per Cœnobia, vel, ut hoc tempore nuncupantur, Monasteria, tales constituantur, &c.*

Monasteria Canonicorum, in Concilio Turonensi III. c. 31. Vide Molanum lib. 1. de Canonicis cap. 12.

Monasterium duplex, διπλοῦν μοναστήριον, virorum scilicet & feminarum. Balsamon ad can. 7. VIII. Synodi: Διπλᾶ δὲ μοναστήρια εἶπον τινὲς λέγεσθαι, τὰ τὰ ἔχοντα ἐν ταυτῷ καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, ἀλλὰ τὰ πλησίον καὶ ἡνωμένως κτισθέντα, καὶ λογιζόμενα ἐν ὡσανεὶ διὰ τὴν τοπικὴν ἑνότητα. Adde Zonaram ad c. 20. Synodi VI. Jul. Antecess. Const. 115. c. 483. *In nullo loco Monachos & Monchas permittimus unum Monasterium habere: sed nec ea quæ duplicia vocant, &c.* S. Eulogius lib. 3. Memorial. Sanctor. c. 10. *Expleto jam propriis sumptibus Tabanensi Cœnobio, eo se viri cum mulieribus Christo militaturi conferunt.* Et Infrà: *Claustra feminarum à cellulis Monachorum altis interjectis disparata maceriis, licèt unius Patris gubernaculo regerentur, hæ tamen sequestratæ se mansiunculis retrudentes, nulli omnino contuendi se facultatem præbebant.* Rudolphus Monachus Fuldensis in Vita S. Liobæ cap. 1. *In quo duo Monasteria antiquitus à Regibus gentis illius constructa sunt, muris altis & firmis circundata, & omni sufficientia sumptuum rationabili dispositione procurata: unum scilicet Clericorum, & alterum feminarum: quorum ab initio fundationis suæ utrumq; ea lege disciplinæ ordinatum est, ut neutrum illorum dispar sexus ingrederetur: nunquam enim virorum congregationem femina, aut virginum contubernium virorum quisquam intrare permittebatur, exceptis solummodo Presbyteris, qui in Ecclesias earum ad agenda Missarum officia tantùm ingredi solebant, & consummata solenniter oratione ad sua redire.* Mox ibidem subditur Tettam Abbatissam utrumque Monasterium rexisse. Ejusmodi verò monasteria duplicia in posterum fieri vetantur in Synodo Nicæna II. Can. 20. Agunt præterea de hisce duplicibus Monasteriis Isidorus lib. 2. de Eccles. offic. c. 15. Beda lib. 4. Hist. c. 15. Vita S. Hildelogæ virg. c. 3. Vita S. Elfledæ, Vita S. Gileberti Sempinghamensis p. 678 Jo. Bolandus ad Vit. S. Angilberti n. 13. &c. Vide præterea Ignatium Diac. in Vita S. Nicephori Patr. Constantinopol. n. 27. Mandatum dari solitum Metropolitanis §. 16. in Jure Græcorum, p. 432 & infrà in V. *Sorores*.

Monasteria Consistorialia, dicta ea de quibus non nisi consistorialiter, seu in Consistorico Romano, disponi consuevit. Vide Octav. Vestrium lib. 1. de Judiciis aulæ Rom. c. 1.

Monasterium Monasticum, ad discrimen Monasterii Canonicorum, in lib. 2. Miraculor. S. Bertini cap. 9.

Monasteria regularia, ut secundùm regulam vivant, in Lege Longob. lib. 3. tit 1. §. 3.

Monasteria exempta à jurisdictione Episcoporum & Sedi Apostolicæ immediatè subdita, cujusmodi complura extant: de quibus ita Gregorius VII. PP. lib. 2. Epist 69. *An ignoras quòd sancti Patres plerumque & religiosa Monasteria de subjectione Episcoporum, & Episcopatus de Parochia Metropolitanæ Sedis propter infestationem præsidentium diviserunt, & perpetua libertate donantes, Apostolicæ Sedi velut principalia capiti suo membra adhærere sanxerunt?* Vide *Abbates exempti*.

Monasteria Regalia vocant quæ à Rege nudè pendent, *quæ ad jus regium propriè pertinent*, ut est apud Monachum Sangallensem lib. 1. c. 14. *quæ ad Regem pertinent*, apud Abbonem Floriacensem in Canonib. c. 19. *quæ pendent de manu regia*, apud Baldricum Novium, lib. 3. c. 20. *quæ ab imperio dependent*, in Chronico Senoniensi lib. 2. c. 1. *quæ sunt juris regis*, in Charta Ottonis IV. Imp. ann. 1210. apud Ughellum in Episc. Dertonensib. Βασιλικὰ μοναστήρια, Theophani p. 411. & Constantino de Administr. Imp. cap. 52. In Jure Græcorum, pag. 141. 253. & apud Crusium in Turcogr. lib. 4. Epist. 18. *Imperialia*, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epist. 39. & Anastasium Biblioth. in Præf. ad Serm. Theodori Studitæ de B. Bartholomæo: *Monasteria regalia*, in Chronico Farfensi p. 671. in Capit. Pipini Reg. Ital. c. 20. in Lege Longob. lib. 3. tit 1. c. 30. &c. In Charta Car. C. quæ habetur in Tornutio Chiffletii p. 223. Compendium, *Regium monasterium appellatur*. Monasterium nempe S. Cornelii, *cui*, ait idem Imp. in fundationis Charta, *regium vocabulum dedimus.*

Monasterium S. Albini apud Andegavenses, *una è Regalibus Abbatiis*, in Charta Nefingi Episcopi Andegavensis dicitur, ut Monasteria sancti Dionysii, S. Germani de Pratis, & S. Benedicti super Ligerim, *Regales Abbatia*, in Charta Philippi Regis an. 1210. in Tabulario Fossatensi fol. 153. Abbatia Ferrariarum, in Chronico Moriniacensi p. 369. Corbeja nova, in libello de Fundatione Cœnobii Bigaugiensis p. 248. Philippus frater Ludovici VII. Regis Fr. *Abbatem se inscribit quarumdam regalium Abbatiarum, videlicet S. Mariæ de Stampis, S. Mariæ de Corboilo, S. Mariæ de Medunta, S. Mariæ de Pinsiaco, & S. Melonis de Pontisara*, in aliquot Chartis quæ descriptæ habentur in Probat. Hist. Drocensis p. 226. 228.

Fiscalia etiam Monasteria, interdum dicuntur, quòd in fiscis regiis exstructa essent, & ab ipsis Regibus dotata. Τὰ τῆ δημοσίῳ μοναστήρια, in Nov. 8. Alexii Comneni in Jure Græcorum. Flodoardus lib. 4. c. 46. *Quod Monasterium Domnus Guntbertus vir illustris in honore S. Petri construxisse traditur, quod Regale vel Fiscale vocatur, eo quòd in Regali potestate usque ad moderna tempora fuerit habitum.* Vita Aldrici Episcopi Cœnon. n. 6. *Quod Abbatia S. Vincentii non esset de jure antedicti Episcopi, sed si cui sæpedicti H Ludovici Imperatoris esse debeabat.* Diploma Henrici II. Imp. an. 1012. apud Ughellum to. 2. p. 513. *Abbatia super res juris nostri constructa* Chartæ Alemannicæ apud Goldastum c. 96. *Testes auditi super controversia, an Monasterium S. Galli sub ditione Episcopi Constantiensis esse deberet, an verò sui magis juris esset: pars Episcopi Hattonis dixit, quòd nostrum Monasterium temporibus Pipini & Karoli Episcopi Constantiensibus fuisset subjectum: nostri verò jurati dixerunt, quòd nostrum Monasterium in loco libero, non in fisco, non in terra Ecclesiastica esset, non per ullius hominis traditionem, sed in solo Imperatorum arbitrio stare, quem ei loco præficiat, &c.* Charta Ludovici VII. Reg. Franc. an. 1172. ex Tabulario Fossatensi fol. 20. *Cùm omnes Dei Ecclesias nobis subiectas dextera Regiæ potestatis ab incursu malignantium habeamus protegere, & earum jura illibata conservare, de illis tamen specialem tenemur gerere sollicitudinem, quas de nobis regale tenentes ab antecessoribus nostris bonæ memoriæ Regni Francorum Regibus in fisco Regio fundatas esse cognoscimus.* Hinc ejusmodi Abbatiæ *Regum hæreditariæ possessiones* dicuntur apud Wandelbertum de Miraculis S. Goaris c. 45. *Orta est inter Treverorum Pontificem tunc Werniadum & Abbatem Asuerum pro eadem Cella contentio, asserente Episcopo eam ad suæ Ecclesiæ jus pertinere, Abbate contradicente, esse illam Regis lege hæreditaria possessionem, &c.*

Ea verò erat Monasteriorum Regalium vel Imperialium conditio, ut ab omni jurisdictione Episcopali exempta essent, nullique alii, præterquam Imperatori aut Regi, immediatè subjecta. Concilium Vernense an. 755. can 20. *In alia Synodo nobis perdonastis, ut illa monasteria, ubi regulariter monachi vel monachæ vixerint, hoc quòd eis de illis rebus dimittebatis, unde vivere potuissent, exinde, si regalis erat, ad domnum Regem faciant rationes Abbas vel Abbatissa; & si Episcopalis, ad illum Episcopum.* Capitulare an. 793. c. 6. *De Monasteriis & Xenodochiis quæ per diversos Comitatus esse videntur, ut regalia sint, & quæcunque ea habere voluerit, per beneficium domini Regis habeat.* Charta Caroli C. apud V. Cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 61. *Et postmodum veniens in memorati genitoris præsentiam prædictum Monasterium contulit, ut sub defensione atque mundeburdo piissimi genitoris nostri consisteret, & perpetuò ibidem Monachi famularent, ita ut nullius ditioni subditi essent, nisi solius Dei, & semper sub defensione atque immunitate Regis consisterent.* Adde n. 122. Chartæ Ottonis M. an. 965. & Ottonis II. an. 974. & Ottonis III. an. 990. pro Monasterio S. Maximini Trevirensis, apud Nicol. Zyllesium: *Ea siquidem ratione ut idem Cœnobium sub nostro successorumque nostrorum mundiburdio vel defensione perpetualiter permaneat, nec alicui sedi aut Ecclesiæ, vel cuilibet personæ beneficiariam aut subjectum, nisi Imperatori vel Regis dignitati subjaceat.* Charta Ottonis III. Imp. an. 1001. apud Ughellum to. 2. p. 357. *Unde Abbatiam de Pomposa ab omni subjectione Archiepiscoporum sive aliorum excutimus, ut Regalis sit, nulli dominantium personarum subjecta.* Alia Friderici II. Imp. apud Rocchum Pirrhum to. 1. p. 156. *Asserens dictum Monasterium nostræ regali dignitati fore immediatè subjectum.* Charta ejusdem Friderici an. 1193. pro Monasterio S. Quirini Tergernesehensi: *Ut sit regalis Abbatia in perpetuum, & omnimoda libertate sublimata, & ab omnis obligationis subjugatione libera, ut nullus Episcoporum vel Archiepiscoporum, vel Ducum, vel Marchionum, vel Comitum, vel aliqua omnino persona præsumat hanc molestare, vel à sui statu dimovere.* Innocentius III. PP. lib. 16. Epist. 162. *Cùm ipsorum Monasterium, juxta morem patriæ* (Græcorum) *a jurisdictione quorumlibet Ecclesiasticorum Prælatorum exemptum fuerit ab antiquo, & soli CPolitano Imperatori subjectum.* Idem verò summus Pontifex in Epist. ad Patriarcham CP. in Gestis ejusdem p. 108. satis insinuat ea Monasteria ab ipsa etiam Patriarchæ jurisdictione fuisse exempta. Vide Metropolim Salisburgensem tom. 1. p. 276. tom. 3. p. 398. & Bullarium Casinense tom. 2. p. 78.

Hinc nudè *Monasteria libera* passim dicuntur, *Abbatiæ liberales*, in Charta Ottonis Imp. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. p 344. Innocentius III. lib. 13. Ep. 39. *Cùm libera Monasteria, quæ Imperialia nuncupantur, Græcorumque dominio nulli essent Archiepiscoporum vel Episcoporum subjecta.* Charta Roberti Episcopi Messanensis an. 1094. apud Rocchum Pirrum in Episc. Pactensi. p. 387. *Placuit — præfato Comiti Rogerio* (Siciliæ) *ut per Siciliam in territoriis Episcopalium Ecclesiarum libera constitueret Monasteria Monachorum, &c.* Charta alia Ricardi I. Regis Angliæ in Monastic. Anglico tom. 1. p. 527. *Ita ut præfata Abbatia in perpetuum libera & in capite de Corona nostra sit, sicut Abbatia S. Edmundi, & aliæ Abbatiæ Regales, quæ per Angliam sunt constitutæ.* Ita tamen interdum *liberæ* erant, ut Sedi Apostolicæ immediatè subjicerentur. Ditmarus lib. 3. *Congregatis ibi Monachis liberam fecit Abbatiam, datisque sibi rebus necessariis, Apostolico confirmavit privilegio.* Historia Monasterii Melicensis: *Tertium verò* (Monasterium) *à progenitoribus suis fundatum — libertati donavit, ac sedi Apostolicæ obtulit exemptum permissione & rogatu D. Udalrici Episcopi Pictaviensis nobiliter ditavit.* Charta Henrici Regis an. 1048. & infrà ævum ex Tabulario Fossatensi fol. 15. *Sed usque in eum Apostolicalis atque regalis Abbatia existat.* Et si in hisce immunitatibus Episcoporum, in quorum diœcesibus erant Monasteria libera, consensus intervenirét, hæc semper conditio apponebatur: *Salva tamen personæ nostræ successorumque nostrorum canonica reverentia*, ut est in Epistola Walteri Episcopi Cabilonensis pro Monasterio Cisterciensi, in Hist. de ejusdem Ordinis exordio. Privilegium Joannis Pap. pro Ecclesia Lochiensi à Goffrido Grisiagonella constructa: *Quos nos divina fulti fiducia ita confirmamus, ut præfata Ecclesia sit semper ab omnium hominum dominatione libera, ut præter Romanum Pontificem nullum habeat præsulem. — Hoc autem factum est assensu & voluntate Harduini tunc temporis Turonensis Archiepiscopi.* Vide Vitam Aldrici Episcop. Cenom. n. 47. Vitam S. Baboleni n. 20. Edit. Petri Chiffletii, Ughellum, &c. Vide Ughellum tom. 4. Italiæ sacræ p. 674. & V. Cl. Stephanum Baluzium ad Lupi Ferrariensis Epist. 12.

Monasteria libera interdum etiam appellabant, quibus integra libertas erat in Abbatum electionibus. Chro-

Chronicon Mauriniacense lib. 3. *Abbatiam enim liberam, & à tempore avi sui per liberalitatem Vulgrini ab omni obnoxietate emancipatam, in illo jam proxima electionis articulo potestativa coactionis districtione ad hoc tentavit pertrahere, ut Monachi nostri in electione sua liberam vocem non haberent, sed ut subjugales Abbatem, qui per manus aliorum & considerationem eis esset impositus, susciperent.* Epist. 15. ex Sugerianis.

Monasteria libera deinde appellata; quæ ab omni sæculari jurisdictione exempta erant. Acta Murensis Monasterii pag. 15. *Dixitque eis ut ipsi componerent & dictarent cartam libertatis; — & dimisit locum liberum penitus ac perfectè, ut nullus posterorum suorum vel hæredum posset ullam rationem habere vel excogitare ad istum locum.* Adde pag. 16. 21.

Monasteria libera denique dicta, quæ exempta erant à jurisdictione Episcoporum. Charta Joann. Episcopi Pergamensis an. 1210. in Hist. Pergam. to. 3. p. 372. *Statuit & ordinavit* (id. Episcopus) *ut Monasterium beatæ Grata liberum sit, & similiter venerabilis Justina Abbatissa, & cateræ sorores ejusdem loci, quæ nunc sunt, vel pro tempore fuerint, sint liberæ & exemptæ à jurisdictione Pergamensis Episcopi & successorum ejus.* Interdum fundatores ipsi Monasteria à se extructa Sedi Apostolicæ offerebant, cui soli obnoxia esse volebant, sub aliquo censu annuo. Bertholdus Constantiensis an. 1093. *Idemque Monasterium — sic melioratum & de sua potestate emancipatum S. Petro sub jure tributario contradidit, ut Apostolicæ Sedi deinceps principaliter subjaceret, & sub ejus defensione, ut alia libera Monasteria, jure perpetuo polleret.* Vide Acta Murensia pag. 21. Ughellum tom. 7 pag. 705. 715. &c.

Monasteriorum Regalium ea etiam erat prærogativa, ut eorum Abbates non nisi ab ipsis Imperatoribus aut Regibus, vel certè cum eorum nutu, instituerentur, deligerentur, & investirentur, atque adeo installarentur. Hariulfus in Vita S. Angilberti Abbatis Centulensis cap. 2. *Et quoniam mos erat in locis Regalibus, ut nemo præficeretur absque regio nutu, &c.* Lex Longob. lib. 3. tit. 1. §. 30. *De Monasteriis & Xenodochiis, quæ per diversos Comitatus esse videntur, & regalia sunt, ut quicunque ea habere voluerint, per beneficium domini Regis habeant*, id est, ea ab ipso Rege impetrent, sed fortè in beneficium: nam §. 29. solæ Ecclesiæ Baptismales à laicis hominibus teneri vetantur, non item Monasteria. Odo Fossatensis Monachus in Vita Burcardi Comitis Corboilensis, eundem Comitem hisce verbis Robertum Regem convenisse scribit: *Oro namque ut Ecclesiam Fossatensis Cœnobii quæ regali subdita est dominio, vesterque fiscus fore videtur, mihi servitutis vestræ obsequiis parenti tuo præcelsa Majestas concedere dignetur. Cui Rex ait: Cùm omnibus constet prædecessorum nostrorum temporibus regalem semper fuisse Abbatiam, quomodo valet fieri, ut à nostra regali potestate separetur?* Vide Joann. VIII. PP. Epist. 34. Vitam S. Willelmi Abbatis Roschild. n. 20. & Vitam S. Walteri Abbatis Pontisarensis n. 5.

De Regalium Abbatiarum investitura prostat Charta Henrici II. Imp. ann. 1012. apud Ughellum in Episcopis Faventinis: *Quandam Abbatiam ad honorem S. Benedicti super res nostri juris constructam, in Alpe quæ dicitur Bifurco, tantum à Regibus vel Imperatoribus solitam investiri, &c.* Ex quibus docemur Abbatias de quibus investituras, perinde ac Episcopatuum, per baculum fiebant, Regales fuisse.

In Monasteriis verò ubi electio locum habebat, fiebat illa Regis consensu priùs expetito. Testamentum Philippi Aug. Regis Franc. ann. 1190 apud Rigordum: *Si fortè contigerit Sedem Episcopalem, vel aliquam Abbatiam Regalem vacare, volumus ut Canon. Eccl., vel Monachi Monasterii vacantis veniant ad Reginam & Archiepiscopum, sicut ante nos venirent, & liberam electionem ab eis petant.* Unde scribit Sugerius in Ludov. VI p. 310. Adamo Abbate Sandionysiano mortuo, se in Abbatem à toto Conventu electum: sed quia *inconsulto Rege* id factum fuerat, eundem Regem electionem noluisse admittere. Extant complures aliæ Chartæ, quibus Abbatum Regalium electiones confirmari à Regibus expetuntur ab ipsis Monachis electoribus, in Prob. lib. de Immunit. Ecclesiæ Gallicanæ c. 16. n. 6. 8. 9. 11. 14. 20. 21. De Regalium verò Abbatum installatione per Reges ipsos, legitur Charta Philippi Aug. an. 1185. pro Episcopo Silvanect. in Regesto ejusdem Regis Herouvalliano fol. 166. *Galfrido Episcopo Silvanectensi concessimus donum illud quod genitor noster bonæ memoriæ Ludovicus Rex fecit Amalrico Episcopo Silvanectensi de Abbatibus regalibus installandis, videlicet ut non ver alium quam per eum tantùm, vel per ejus successores possint institui.* Atque inde

Abbates, Regales dicti. *Abbates ad Palatium pertinentes*, in Capitulari Radelchisi Principis Beneventani ann. 851. cap. 27. In Regesto Feodorum Ecclesiæ Lingonensis part. 2. fol. 107. verso, habetur Epistola Regis Philippi Augusti ad Innocentium III. PP. ann. 1212. in qua fit mentio contentionis, quæ inter Regem & Episcopum Lingonensem pro jurisdictione Abbatiæ Besuensis vertebatur, cujus Abbas *Abbatem Regalem* se esse asserebat, proindeque à jurisdictione Episcopi exemptum: hanc descripsit V. CL. Jacobus Petitus post Pœnitentiale S. Theodori p. 706.

Cùm igitur Abbatiæ istæ Regales ex fundis Regiis dotatæ essent, earum Abbates *in militiam ire, & Regalitati servire* tenebantur, ut est in Diplomate Henrici Imp. an. 963. pro Monasterio S. Maximini Trevirensi, quod à Duchesnio descriptum est in Historia Limburgensi pag. 29. Quæ quidem Monasteria Regia ea sunt, *quæ Regi militiam vel dona debere* dicuntur, in quodam Constituto, quod habetur in tomo 2. Scriptor. Hist. Franc. p. 323. Chronicon Senoniense cap. 16. de Mediano Monasterio: *Sed quia idem Monasterium, sicut & alia circumjacentia, Imperio Romano subjacebant, & in expeditione Imperatoris armatorum cuneos de jure mittere solebant, prælus crebrius innovantibus, Ecclesiæ miserabiliter opprimebantur.* Ardo Monachus in Vita S. Benedicti Abbatis Anianensis: *Erant etiam quædam ex eis munera militiamque exercentes* (Abbates:) *quapropter ad tantam devenerant paupertatem, ut alimenta vestimentaque deessent Monachis.*

Id præterea juris Regi competit in Monasteriis Regalibus, *quòd utendo jure suo regio possit Monachum vel Monialem in iis in principio sui regiminis post suam coronationem ponere*, ut est in Regesto Parlamenti *Olim*, fol. 26.

Regalium denique Monasteriorum & Abbatiarum *Annata*, ad Regem spectabant, quas Ludovicus VII. Rex Franc. Monasterio S. Victoris Parisiensis concessit. Vide *Annuale*.

Prætèrea *Abbates Regales*, perinde ac Episcopi Buticulario Franciæ centum solidos exsolvere tenebantur, cùm Abbatialis dignitatis confirmationem ab Rege expetebant, vel fortè cùm eidem fidelitatis præstabant sacramentum. Ad id sinè Abbatem S. Sulpitii Bituricensis & Abbatem S. Dionysii in Francia Aresto an. 1265. condemnatos docemur ex 1. Regesto Parlamenti fol. 147. & Stylo antiquo Parlamenti part. 6. § 36. *Buticularius Franciæ proposuit contra Abbatem Bonævallis, quòd Abbates Regales Regni Franciæ in nova creatione sua generaliter solvere tenerentur Ministerialibus de Hospitio Domini Regis 25. libras Paris. videlicet Dapifero 10. libras, Buticulario 100. sol. Cambellano 100. sol. & minoribus Cambellanis centum sol.* qui quidem Abbas, licèt diceret se ad hoc non teneri, *cùm domino Regi non faceret fidelitatem vel homagium*, ad id exsolvendum Judicio & Aresto Curiæ damnatus perinde fuit. Meminit Alexand. III. PP. Ep. 162. ex iis quæ habentur in tomo 4. Hist. Franc. hujusce præstationis à de *Abbatibus Regalibus*, Franciæ Buticulariis fieri solitæ, licèt nutra

contra reclamarent. De hocce jure Buticulariorum, & de hominiis & sacramentis fidelitatis ab Abbatibus Regibus præstitis, extat insigne Diploma in Tabulario S. Genovefæ Paris. quod hic describere visum est.

Anno Dom. 1282. die Jovis in Cœna Dom. videlicet 8. Kl. April. Frater Guillelmus dictus de Autissiodoro, novus Abbas S. Genovefæ Paris. per provisionem summi Pontificis, comparuit coram Dom. nostro Rege Franciæ Philippo, apud Montem Argi, in Camera ipsius Regis, & obtulit dicto Regi quòd paratus erat ei facere nomine prædictæ Ecclesiæ quod debebat. Atque respondit Consilium Regis, quòd homagium debebat facere dictus Abbas, & fidelitatem jurare, & Prior, & Conventus dicti loci per literas pendentes regalia petere. Dictus verò Abbas juramentum fidelitatis statim obtulit facere, quod fecit sub hac forma. Allatum fuit Missale, & datum in imaginibus ejus, & stola collo ejus apposita, & tunc juravit, quòd Regi in omnibus fidelis esset, & quòd secreta Regis fideliter servaret, & quòd Regi bonum & fidele consilium daret, si super hoc requireretur. De homagio autem faciendo & regalibus petendis, dilationem petiit, donec super his cum Conventu suo deliberasset: quæ dilatio concessa est ei. Ad hæc præsentes fuerunt Decanus S. Martini Turon. tunc Cancellarius Regis, & Guillelmus de Crepi Notarius Regis, Dom. dictus Granche Miles, Frater Gaufridus Cancellarius, & Frater Legerius Canonicus S. Genovefæ. In Parlamento sequenti circa festum Ascensionis Domini venit dictus Abbas ad Regem in Camera sua, & fecit homagium sub his verbis Gallicè: Sire, je devien vostre hom liges, & vous promés leauté jusque à la mort. *De Regalibus petendis dixit Abbas, quòd Papa suppleverat per literam quam miserat ei super provisione sua, quod Conventus & Prior facere debuissent: quod Rex gratanter acceptavit. Pro droituris Curiæ Regis super præmissis solvit dictus Abbas in omnibus addictum Magistri Gaufridi de Templo & Magistri Petri de Condé Clericorum Regis 25. libr. Paris. videlicet ipsi Regi pro Senescalia 10. libr. Paris. domino Joanni de Acon 100. sol. pro Buticularia, Domino Joanni dicto Pracin 10. libr. Paris. pro Cambellanis.* In Regesto 7. Tabularii Regii hi dicuntur Abbates regales, *S. Dionysii, S. Germani, S. Genovefæ 1. Ferrariam, S. Benedicti, S. Maximini, Mauriniaci, S. Maxentii in Pictavia, de Burgolio, Majoris Monasterii, S. Egidii, Trinorcii, S. Columbæ, Compendii, S. Medardi, S. Crispini, S. Remigii, Corbeiæ, S. Richarii.*

Monasteria Patriarchalia, quæ solius Patriarchæ Constantinopolitani jurisdictioni subdita erant, ab Episcoporum jurisdictione exempta. De iis præ cæteris Georgius in Vita S. Theodori Syceotæ n. 72. Vide Gloss. med. Græcit. in σαυροπήγιον.

Monasteria minuta, ubi Nonnanes sine regula sedent, in Capitulari an. 789. c. 3.

In Monasteria amandari aut relegari, vice pœnitentiæ, solebant Clerici & Laïci. Vide Nov. 123. c. 44. Responsa Stephani II. PP. c. 10. 13. Concil. Cabilon. II. c. 40. Isidorum Hispalensem de Scriptor. Eccles. in Victore Tunnensi. Anastasium in S. Siricio PP. Gregor. M. lib. 1. Epist. 42. lib. 2. Ind. 11. Epist. 27. 42. 49. lib. 4. Epist. 5. Gregor. Turon. lib. 5. Hist. c. 49. Vitam Ludovici Pii an. 818. Leges Wisigoth. l. 3. tit. 5. §. 1. Capitularia Caroli M. lib. 6. c. 98. Concil. Sarisberiense an. 1217. c. 9. Monachi ipsi interdum *in aliud districtius Monasterium in pœnitentiam redigi* dicuntur apud Gregor. M. lib. 3. Epist. 9. Petr. Fabrum lib. 3. Semestr. c. 21. p. 335. & Morinum l. 7. de Pœnitent. c. 15.

Monasterium sæpe sumitur pro Ecclesia cathedrali, quòd plerisque in Ecclesiis Cathedralibus Monachi, non ut hodie Canonici, olim sacra munia obirent: unde usu servato etiamnum in Germania Cathedrales Ecclesiæ dicuntur *Munster*, ut observant Nebridius Mundelheimius Epist. 17. Antiq. Monast. & Gretzerus lib. 1. Observat. ad Vitam S. Willibaldi c. 17. Ita Ecclesias Cathedrales Atrebatensem & Cameracensem *Monasterii* nomine donat Baldricus Noviom. lib. 3. c. 4. & 48. Sic perinde Marianus Scotus an. 1081. Ecclesiam Cathedralem Moguntiæ *Monasterium Episcopale*: Dodechinus an. 1137. *Monasterium principale* vocant. *Monasterium Cathedralis Ecclesiæ*, apud Philippum Eystetensem in Vita S. Willibaldi c. 38. §. 5. pro ipsa Ecclesia seu Basilica, ubi de cæca quadam: *Et statim properans sine ductore ad Monasterium Cathedralis Ecclesiæ, S. Willibaldo perpetuam continentiam vovit.* Ubi *Monasterium Cathedralis Ecclesiæ*, non est navis Ecclesiæ, quod vult idem Gretzerus. In Tabul. S. Cyrici Nivern. Ch. 59. Hugo Episcopus Nivernensis Ecclesiam S. Cyrici *monasterium* vocat.

Sed & universim Ecclesiæ omnes *Monasteria* dictæ. Vita S. Protadii Episc. Vesontini n. 9. *Corpus verò ejus (Sancti) delatum est ad B. Petri Monasterium.* Ea enim ædes non Monachorum, sed Parochialis est. Concilium Rotomagense an. 1072. c. 14. *Nuptiæ non in occulto fiant, neque post prandium: sed sponsus & sponsa jejuni à Sacerdote jejunio in Monasterio benedicantur.* Ita S. Eulogius lib. 1. Memorial. SS. c. 1. *Cœnobium* vocat, quod *Basilicam* paulò antè appellaverat: Vilharduinus n. 138. 139. *le Mostier des Apostres, le Mostier sainte Sophie.* Vetus Gallicus Interpres MS. Codicis ad tit. de S. Trinitate: *Aucuns ierent qui voloient estre enseveli dedens les Mostiers, si fu dit à l'Empereur, que nullui ne doit cuider que les Iglises soisent otroiées à cors d'homes, &c.*

Monasteriolum, Parvum Monasterium, ab alio majori dependens. Hadrianus II. PP. in Epist. ad Hincmarum Remensem: *Monasteriolum illud, quod in tua diœcesi tenuisse dicitur.* *Monasteriola regalia* in Notitia anni 818. apud Ughellum in Episcopis Veronensibus: *Monasteriola puellarum*, in Capitulari an. 828. c. 3. Hinc inditæ appellationes aliquot oppidis Galliæ, quæ *Monstreuils* vocant, ut est *Monasteriolum ad mare* in Picardia, &c. V. *Metochium.*

Monasteriales, Monachi, non semel in Concilio Cloveshovensi an. 747.

MONASTRIA, Monacha, ex Gr. Μοναστρία. Gregorius M. lib. 6. Ep. 23. *Ancillis Dei, quas vos (Constantinopolitani) Græca lingua Monastrias dicitis.* Julianus Antecessor Const. 115. §. 34. *Si quis contra Clericum vel Monachum, vel Diaconissam, vel Monastriam, vel Ascetriam habeat aliquam actionem, &c.* Adde §. 67.

MONAZONTES, Monachi, sed potiùs Eremitæ; Μονάζοντες, apud Gregor. Nazianzenum in Carm. εἰς ἐπιπλάστως μονάζοντας, & Basilium Epist. 304. Lex 63. Cod. Th. de Decur. *Quidam ignaviæ sectatores, desertis civitatum muneribus, captant solitudines ac secreta, & specie religionis cum cœtibus Monazonton congregantur. Hos igitur atque hujusmodi intra Ægyptum deprehensos, per Comitem Orientis, erui è latebris consulta præceptione mandamus, atque ad munia patriarum subeunda revocari.*

MONEIA, pro *Moneta*, ex Gallico *Monoie*, seu *Moneie*, uti efferimus. Domesdei tit. *Wircestre*: *Burgenses plures habuit, & pro 15. hidis se defendit, quando moneta vertebatur, quisque Monetarius dabat 20. solidos ad Londinum, pro cuneis monetæ accipiendis.* Ubi *vertebatur* idem valet ac *mutabatur.*

MONELLA, Monitio, admonitio. Lucifer Calaritanus lib. 2. pro S. Athanasio p. 97. *Tanquam fugisset nos domini monella dicentis, &c.*

MONETA, Monetæ ipsius character ac figura. Papias: *Moneta, similitudo.* Curius Fortunatianus lib. 3. Artis Scholasticæ: *Verbis utendum est, ut nummis publica moneta signatis.* Ita *monetam latiaris eloquii* dixit Symmachus, pro charactere. Vide Juretum ad hunc locum p. 315. Eadmerus lib. de S. Anselmi similitud. c. 9. *Denarius bonus puro ex ære, recto pondere, monetaque legitima debet constare.* Infra: *Is au-*

Is autem Monachus qui adeo est senex, ut antè & retro jam nequeat inclinare, denario illi est similis, cujus monetam temporis antiquitas jam delevit. Rursum: *Assimilatur nummo ponderoso, monetam tamen non habenti, & ideo non æquè venali.* Alanus in Anticlaudiano lib. 2. c. 7. de Grammatica:

Infantes docet illa loqui, linguasque ligatas
Solvit, & in propriam deducit verba monetam.

Moneta, apud Papiam, *eadem & trutina dicta, quia admonet ne qua fraus in metallo vel in pondere fiat.* Iter Camerarii Scotici c. 10. §. 5. de Brasiatoribus: *Non habent mensuras, videlicet quartam, pintam, tertiam, & partes concordantes monetæ domini Regis, per quas mensuras populus possit deservire debitè, cùm indiguerit.* Ubi *moneta* sumitur pro mensura publica ac regia quæ pretium *monetæ* fixum habet. Ibid. c. 9. §. 3. *Quia non faciunt panem concordantem monetæ, panem pro denario, panem pro obulo, panem pro quadrante.*

Moneta fortis, vel *fortium*. Ita vocabant eam monetam, cujus materia purior erat, minusque adulterata. Vetus scheda: *Ad Nativitatem beatæ Mariæ 1306. incipit fortis moneta, & fuerat rursus debilis moneta ab Omnibus Sanctis 1303. usque ad dictam Nativit.* *Libræ fortes, libræ fortium*, in Chartis aliquot, in Hist. Monasterii S. Mariæ Suession. p. 450. apud Duchesnium in Hist. Drocensi p. 276. Guichenonum in Hist. Sabaudica p. 52. 60. 61. eundem in Bibl. Sebusiana p. 349. 355. & in Episcopis Belliceniib. p. 78. Justellum in Hist. Turenensi p. 90. Roverium in Reomao p. 327. &c. Charta Lud. Imp. an. 1329. pro Monetariis Papiensibus: *Et debent taliare monetas prædictas tali modo, quòd in duabus unciis non sint plures quàm 3. denarii fortes, & 3. debiles, &c.* Infrà: *Et debent taliare monetam tali modo, quòd nullus de prædictis denariis erit fortior vel debilior suo justo pondere ultra 1. granum.* Charta an. 1306. pro Moneta Comitatus S. Pauli: *Et les deniers seront taillez à douze fors, & à douze foibles; c'est à sçavoir les fors à 14. sols 6. d. & les foibles à 19. s. 6. den.* Adde Statuta Leodiensia art. 19. & formulam *assi'endi terras* in Ducatu Burgundiæ post Consuetudinem Municipalem, sub finem capitis. In Charta an. 1162. apud Ghirardaccum lib. 3. Histor. Bonon. p. 85. *Receptis ab eo centum libris afforciatorum Denarii infortiatorum*, passim in Tabul. Abbat. Dalonensis fol. 4. 5. 7. 49. 55. &c. Ibidem fol. 70. *Acceptis 8. libris de forzats, vel Pictavinis.*

Moneta cum granis. Chronicon Malleacense: *An. 1112. nummi mutati sunt, & cum granis alii facti sunt.*

Moneta nigra, ærea, vel æræ mixta, cui *alba*, seu argentea opponitur. Martialis lib. 1. Epigr. 100.

Ut convivia sumtuosiora,
Toto quæ semel apparas in anno,
Nigræ sordibus explices monetæ.

Sic enim *æream* monetam intelligi censet Salmasius. Nicolaus Oresmius Episc. Lexov. de Mutatione Monetar. c. 3. *Et quoniam aliquoties in aliqua regione non satis competenter habetur de argento, — imò portiun ula argenti quæ justè dari deberet pro libra panis, vel aliquo tali, esset minùs bene palpabilis propter nimiam parvitatem ideo facta fuit mixtio de minùs bona materia cum argento: & inde habuit ortum nigra moneta quæ est congrua pro minutis mercaturis.* Charta Joannis Nigellentis Domini apud Vassorium in Noviodunо p. 952. *Centum solidos Nigrorum vel Atrebatensis monetæ, in pretio 18. nummorum nigrorum singulis annis me & hæredem meum solutu-rum concedo, &c. Turonenses* ... in Charta an. 1269. in Probat. Hist. Turenensis p. 42. *Nigelli*, in Charta Communiæ Crespiacensis an. 1223. *Dicta verò Communia pro his omnibus tenetur reddere Baillivis nostris apud Crespiacum singulis annis trecentas & septuaginta libras nigellorum.* In Consuetudine Valenti art. 7. sexaginta sol. nigri, (60. sol. *nerets*) dicuntur valere 36 sol. Parif. Vide Renaldum in Probat. Hist. Suess. p. 23. Justellum in probat. Hist. Turenensis p. 64. Hist. Monasterii S. Mariæ Suessionensis p. 466. &c.

Moneta ternalis, de terno, sic dicta moneta Barcinonensis in Usaticis Barcinon. & in Charta Petri Regis Arag. an. 1285. Chronicum Barcinonense: *XI. Kl. Aprilis an. 1212. fuit aspersa à domino Rege Petro moneta de Quaterno Barcinone.* Andreas Boschus de Titulis honorar. Cataloniæ lib. 4. p. 490. *La moneda de tern de Barcelona, qual era consta ab la constitucio del Rey Don Pere del any 1365. so es la moneda se fabricava en Barcelone en virtut deldits privile is del Rey Don Jaume any 1258. Rey Don Pere ab pragmatica del any 1283.* Chronicon Petri Regis Aragon. lib. 3. c. 8. *Sino à nos solament batre moneda en Catalunya, e que sia moneda Barcelonesa, e ques bata dins la Ciutat de Barcelona: laquel moneda es appellada de Tern.* Monetæ *de bino*, in Catalania meminit Paulus Xammer lib. de Antiquit. Barcinonæ §. 10 n. 41.

Moneta septena. Charta Aimerici de Castro novo an. ... in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Paris. ch. 70. *Hoc prædictum donum — nos & successores nostri, si voluerimus, possimus recuperare datis, imò persolutis successoribus nostris 5. millib. solid. Tholos. monetæ septenæ, vel Malgor. duplos largos ad ipsorum electionem, vel ex singulis 26. solid. Tholos. unam marcham argenti fini, & de pure pro eadem ratione, si Tholos. & Malgor. abjiciebantur vel minorabantur expensò de lege, &c.*

Moneta octava. Tabularium Ecclesiæ Viennensis, sub Guidone Archiep. fol. 71. *Acquisivit à laicis hominibus aliam medietatem Ecclesiæ, cum decimis, & oblationibus, & sepultura; à Barlione filio Barnandi quartam partem ejusdem Ecclesiæ, & dedit ei inde 4. libras denariorum Viennensis octavæ monetæ, &c.* Infrà: *A Falcone filio Isardi accepit Gatgeriam laudante Ademaro fratre suo, dedit ei 300. solidos Viennensis octavæ monetæ, &c.*

Moneta decima. Tabularium Monasterii S. Andreæ Viennensis: — *Vobis impignoravimus pro solid. unius quadranno duos de moneta decima, &c.* Alibi: *Donec prædicti solidi integro numero jam dictis restituatur Monachis. Est autem moneta decena & electissima.* Idem Tabular. apud Acherium to. 13. Spicilegii p. 284. *Longa per tempora fuit ipsa moneta bona in pondere, & mensura cetera.* *Moneta decima octava.* Charta Arcembaldi de Solіaco an. 1229. *At sciendum, quod debemus Prioratui dictæ villæ de Capella triginta & octo solidos monetæ decimæ octavæ ad Parisiensem annuatim censuales, &c.*

Cur autem Monetæ istæ *Ternæ*, *Octavæ*, & *Decimæ* appellatæ fuerint, haud facile est definire, nisi ad voces à Monetariis vulgò receptas *Moneta prima, secunda, & tertia, &c.* referri debeant, & quarum mentio habetur in Consilio Curiæ Monetariæ sub Philippo Pulcro Rege Franc. ad quarum explanationem hæc vernacula ex Adversariis Magni Peirescii, ipsiusque manu descripta, olim excerpsimus, quæ ut minimè trita hîc inserere haud absurdum fortasse fuerit. *Monnoye douziéme, quinziéme, dix-huitiéme, &c de laquelle il est parlé dans l'Advis de la Cour, sur le fait des monnoyes dressé sous Philippes le Bel. Ces termes se prennent ordinairement pour la monnoye d'argent & billon, qui estoit une façon de parler usitée entre le Roy & les Maistres generaux des monnoyes, pour par le moyen d'icelle, & le prix que le Roy faisoit donner au Marc d'argent hors œuvre, qui estoit tousiours contenu és mandemens qu'il envoyoit aux Maistres generaux, sçavoir le traitte, ou l'imposition que le Roy prenoit sur chascun Marc d'argent le Roy en œuvre, des especes qu'il faisoit fabriquer. Pour entendre ce que dessus, il faut prendre pour fondement que* MONNOYE PREMIERE *que d'autres appellent* GROS, *est cinq sols.* MONNOYE DEUXIEME, *est dix sols.* MONNOYE TROISIEME, *quinze sols, & ainsi du plus au plus.* MONNOYE XII. *soixante sols, parce qu'en 60. il y a cinq fois 12.* MONNOYE XV. *75. sols.* MONNOYE XVIII. *4. l. 10. s. Or quand le*

Roy donnoit une fabrication d'espece, posé que soit celle qui est mentionnée au 2. art de l'Advis de la Cour donné au Roy Philippe le Bel sur le fait de monnoyes, qui est à 6. den. (de loy) de 14. s. 8. den. (de taille) ayant cours pour 3. den. Tournois piece : il faut considerer premierement que lesdits 14. s. 8. den. qui font 176. pieces, ayant cours pour 3. den. chascune, vallent en tout 528. den. Tournois, revenans à 44. sols Tournois, qui est la valeur du Marc d'argent à 6. den. de loy, en œuvre desdites especes, qu'il appelle Monnoye XVIII. laquelle pour n'estre qu'à 6. den. de loy, (qui est la moitié d'argent le Roy) il faut doubler la valeur de 44. sols pour sçavoir la valeur de la susdite monnoye XVIII. qui seroit à cette raison 4. livres 8. s. encore que ladite monnoye XVIII. doit valoir 4. livres 10. sols, qui sont 2. sols sur le tout, ou sur les deux Marcs de 6. den. de loy. De sorte qu'en cét article il y auroit faute à la taille desdites especes, laquelle il faudroit augmenter de 4. den. pour la faire venir à 15. sols de taille, n'est que lesdits 2. sols fussent retenus par celuy qui en donnoit l'advis pour la façon & fabrication des 2. marcs. Et pour sçavoir la traitte & l'imposition que le Roy prenoit sur ladite monnoye, il faut remarquer, que le Roy par le mandement qu'il envoyoit aux Maistres generaux des monnoyes, leur mandoit le prix du marc d'argent, sur lequel devoient estre fabriquées lesdites especes, qui valloit moins que le marc d'argent en œuvre desdites especes : Comme en cet exemple de la Monnoye XVIII. le marc d'argent en œuvre, c'est à dire, monnoyé, doit valoir 4. livres 10. sols : & pouvoit mander que l'on donne du prix du marc d'argent 4. livres, son intention estant de prendre 10. s. de traitte ou d'imposition, ou pour la façon, sur chascun marc d'argent desdites especes. Et la monnoye cinqcentiéme, du temps du Roy Iean, vaut cent 25 livres Tourn. & le Roy faisoit donner en ses monnoyes aux Marchands qui livroient l'argent, ou le billon, 102. livres Tournois, lesquels desduits de 125. liv. restera 23. liv. que le Roy prenoit de traitte, & ainsi du plus au plus, & du moins au moins. De façon que pour sçavoir la traitte, ou le profit que le Roy y faisoit desdites monnoyes XV. XVIII. &c. il faut sçavoir le prix du marc d'argent, lequel estoit toujours specifié & arresté dans les mandemens que le Roy envoyoit ausdits Maistres generaux des monnoyes. La difference desdites monnoyes XV. XII. &c. est que la plus basse, c'est à dire, la XII. est la plus forte monnoye, parce que les especes cy-dessus mentionnées n'auroient cours que pour 2. den. Tourn. sur le pied de la monnoye XII. lesquelles sur le pied de la monnoye XVIII. deveroient courir pour 3. d. Tourn. & ainsi plus la monnoyes est haute, plus les especes de mesme poids & de mesme bonté sont augmentées en cours. Comme par exemple, les susdites especes estans à 6. d. de loy, & de 14 s. 8. den. de taille, dressée sur le pied de monnoye cinqcentiéme, auroient cours pour 7. s. un d. 40. de denier. De tout ce discours se tire que la monnoye XII. est le pied de la monnoye qui se fabriquoit à raison de 60. s. le marc d'œuvre. Et la monnoye XVIII. est le pied de celle qui se battoit sur le prix de 4. l. 10. s. ledit marc d'œuvre : & à mesure que le marc augmentoit de prix, on augmentoit aussi le nombre du terme de monnoye, d'autant qu'il y avoit de fois cinq sols, jusques à la monnoye cinqcentiéme, qui valloit 125. livres.

Monetæ perforata. Fleta lib. 1. cap. 22. §. 1. *Si quis denarium inveniat retonsum, vel de alio cuneo, quàm de cuneis communibus Angliæ, Hiberniæ, & Scotiæ, statim illum faciat perforari & restitui.*

Moneta usualis, quæ in usu publico constituta, in leg. 1. Cod. Th. Si quis pecunias conflaverit: *quæ in usu versatur*, apud Lampridium in Alexandro Severo: *in conversatione publica*, l. 2. dicto tit. & l. 1. de Conlat. æris. Senator in formula Comitivæ sacrarum Largitionum l. 6. Epist. 7. *Hanc liberalitatem nostram alio decoras obsequio, ut figura vultus nostri metallis usualibus imprimatur, monetamque facis de nostris temporibus futura sæcula commonere. Usualis & cursibilis*, in Tabulario Palenti apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 16. n. 7. & in Chronico Senoniensi lib. 2. cap. 16. *Denarii usuales & dativi*, in Charta Caroli IV. Imp. an. 1351. in Chronico Constantiensi.

Moneta dativa & accepta, i. quæ in usu est, & datur & accipitur. Charta Friderici I. Imp. an. 1156. in Hist. Pergamensi to. 3. p. 459. *Ut liceat ei in sua civitate monetam publicam cudere, quam per omnem Comitatum & Episcopatum ejus dativam & acceptam esse præcipimus.* Occurrit etiam in Charta an. 1258. apud Maximilianum Henricum in Apologia Archiep. Coloniensis pag. 33. Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 85. *Centum 84. solidos denariorum exibilium & pecunibilium publicæ monetæ Carcassonæ, &c.* Nummi *usuales*, in Speculo Saxonico l. 1. art. 65. §. 5. *Nummi communiter currentes vel usuales*, l. 3. art. 40. §. 4. Occurrit passim. Vide *Ambulare.*

Moneta missibilis, Gall. *de mise*, in Charta an. 1322. in Maceriis S. Barbaræ Lugdun. pag. 203.

Monetæ vestitio. Charta Guillelmi Episcopi Cadurcensis in Tabul. ejusdem Ecclesiæ: *De monetæ verò reditibus unde controversia multa exorta est, hoc constituimus, ut habeant Canonici medietatem omnium, & super medietatem decimam ex omnibus quæcunque ex moneta recto usu perveniunt. De investitura quoque ejusdem monetæ, quam vestitionem dicunt, cùm tempus expostulaverit, ita disposuimus fieri, ut cùm post mortem Episcopi, per manum succedentis Episcopi Monetarii monetam suam acquisierint, pecuniæ inde provenientis habeant Canonici præstitutam partem scilicet medietatem & decimam, &c.*

Monetæ relevatio. Charta Ludovici VII. Regis Franc. an 1159. ex Tabulario S. Maglorii Paris. f. 67. & apud Brolium l. 1. Antiq. Paris. *Prædia, possessiones, beneficia, libera sunt & quieta ab omni exactione, redditione, consuetudine, & relevatione monetæ quæ tertio anno à nobis exigitur.* Idem videtur quod *Monetagium* in Normannia.

Moneta, Matrix feminea, in qua formatur embrio, & χαρακτηρίζεται. Ægidius de Corbolio de Urinis:

> *In muliere magis portendit probra moneta,*
> *Si calor est rufus, &c.*

Ubi Gentilis de Fulgineo: *Matrix moneta dicitur metaphoricè, quia sicut super incudem moneta tunditur, sic in matrice fœtus monstruorum.*

Moneta, in Edicto Rotharis Regis Longobard. tit. 60. §. 3. tit. 65. §. 1. 2. 4. scribitur, ubi Lex Longob. habet *meta*. Vide in hac voce.

MONETA *Regia*, dicebatur, quæ à Rege cudebatur, vulgo *Monnoie le Roy*, vel *Monnoie du Roy*, ad discrimen Monetæ Baronum, quibus id etiam juris competebat.

Monetæ verò Regiæ in Francia plures erant prærogativæ, quarum prima censeri debet, quòd auream vel argenteam cudere solius Regis esset, quod Baronibus haud licebat, nisi regio indultu: eoque casu non altioris pretii quàm unius denarii, ut est in quadam Schedula de Monetis circa ann. 1300. exarata: *Nuls des Barons de France ne puet, ne ne doit faire monnoie d'or & d'argent, se ce n'est li Rois, ou par son commandement, ne monnoie qui vaille plus d'un denier.* Mox, cum de Baronibus qui Statuta de Monetis infringunt, agitur: *Le Quens de Bretagne a en commencé à faire une monnoie qui valoit deux deniers.* Eidem porrò Britanniæ Toparchæ Ludovicus XI. Rex monetam auream cudendi facultatem indulsit Diplomate mense Oct. an. 1465. exarato quod descriptum legitur in primo volumine Ordinationum ejusdem Regis f. 97. in Chartophylacio Parlamenti Parisiensis. Habetur illa apud Hautinum in l. de Monetis Francicis pag. 99.

Atq; hanc quidem aureæ monetæ cudendæ facultatem vassallis suis sæpe concessisse Imperator. German. legimus, cùm in ipsa Germania tum in Italia, quæ eorum juris fuit, qua etiamnum ii gaudent. Chronica Sclavica Anonymi: *An. D. 1340 Bartholdus Comes de Hennenberg impetravit ab Imp. Ludovico Bavaro auctoritatē faciendi auream monetam sub Bulla aurea Imp. Mandatis*

Monetæ regiæ altera erat prærogativa, ex Statuto S. Ludovici Regis Carnutis an. 1262. circa mediam Quadragesimam scripto, quòd monetæ regiæ in universo regno, nulliusque alterius in terris Baronum qui monetæ jure non gauderent, usus obtineret: *Et que nulle monnoie ne soit prise au Royaume, de la S. Jean en avant, la où il n'a point de propre monnoie, fors la monnoie le Roy. Et que nuls ne vende, n'achapte, ne fasse marchié fors que a celle monnoie. Et puet & doit courre la monnoie le Roy par tout son Roiaume sans contredit de nulli qui ait propre monnoie, ou point, que ele courra en la terre le Roy. Et ne seront refusez Parisis, ne Tournois, tout soient-ils pelez; mais qu'ils aient cognoissance devers Croix ou Pile, que ils soient Parisis, ou Tournois, pour qui n'y faille piéce. Et li Rois veut & commande à prendre en sa terre, & que nuls ne puisse recourir, ne trebucher la monnoie le Roy, sus paine de corps & d'avoir.* Similia habet de *tonsis monetis* Statutum Philippi Pulcri an. 1313. In Philippi III. Regis Fr. Statuto exarato circa Pentecosten an. 1273. descripto in 10. Regesto Chartophylacii Regii fol. 62. in terris suis dominicis nullam aliam præter regiam in usu esse debere statuitur: præterea ut in terris Baronum qui jure monetæ gauderent, præter regiam, & ipsorum Baronum: in terris verò Baronum, quibus id juris non erat, nulla alia præter regiam in usu perinde esset, vel ea cujus ex antiquo usus ac cursus in iis invaluisset: denique eo Statuto vetantur Barones monetam regiam imminuere. Similia habentur in Statutis Regis Philippi Pulchri mens. Aug. ann. 1289. 29. Maji an. 1305. & mens. Jun. an. 1313. Consilium Nicolai *de Mignianes*, Guillelmi *Contet*, & Joannis *Desinier*, datum Regi super Monetis, ex Regesto Cameræ Comput. sign. *Noster*, fol. 211. 212. *C'est l'ordenance que li bons Rois Loys, qui Diex face merci, fist sur le fait des monnoies. Premierement il ordena que nulle monnoie ne courussent en sa terre fors que les senes propres; & és terres des Barons ne courussent que leur propre monnoie en la terre de chascun Baron tant seulement. Et les monnoies nostre sire le Roy doivent courre & estre prises par toutes les terres aus Barons pour le pris que elles valent à leurs monnoies.* Statutum Philippi Regis Franc. 17. Jan. an. 1308. in Regesto ejusdem Regis Chartophylacii Regii: *Et volumus insuper quòd nostræ monetæ currant & capiantur in terris ipsorum Baronum pro pretio monetarum suarum, valore ad valorem.*

Tertia monetæ regiæ prærogativa erat, quòd ejus typi ac figuræ, ejus solius essent, nec Baronibus, qui monetæ jure gaudebant, monetis suis eas imprimere fas esset. Statutum S. Ludovici an. 1262, *Il est esgardé que nul ne puisse faire monnoie semblant à la monnoie le Roi, qu'il ne y ait dissemblance aperte, & devers Crois & devers Pil, & que elles cessent à estre faites doresnavant.* Idem statuitur in Statutis Philippi III. an. 1275. & Philippi IV. an. 1313.

Cùm vero Barones, quorum monetæ usus intra dominiorum suorum limites coarctabatur, suis ut plurimùm easdem ferme figuras, quibus regiæ insignitæ erant, imprimerent, ut apud literarum saltem ignaros harum se se usus longiùs proferret, variæ subinde Regum nostrorum promulgatæ hac super re inhibitiones. Hinc etiam crebræ super his Baronum usurpationibus querelæ, etiam ad ipsos summos Pontifices delatæ, ut constat ex Bulla Clementis VI. PP. data apud Villam novam Avenionensis diœcesis, 3. Id Mart. an. 1. Pontific. in Regesto Memorialium Cameræ sign. C. fol. 122. sub an. 1353. *Nonnulli nullam habentes auctoritatem juris vel consuetudinem seu privilegium faciendi monetam, falsam cudunt & fabricant in regno Franciæ & locis vicinis, alii verò monetam fabricatam sub vero signo carissimi in Chr. filii nostri Johannis Regis Franc illustris studiosè depravant, & ex hoc cadit à suo recto pondere. Quam plures etiam in locis circumvicinis, quibus de jure aut consuetudine seu privilegio jus competit fabricandi monetam, signum proprium monetæ regiæ, monetæ suæ quam fabricant, quantum possunt similiùs speciem & formam insculpunt, constituunt & imponunt. Et quamvis moneta prædicta eorum ad usurpatam similitudinem prædictam deficiat à justo pondere argenti, & solito in Regia moneta & more & consuetudine observato, simplices tamen & populares personæ non habentes inter monetas tantæ similitudinis peritiam discernendi, falluntur quotidie ea occasione in usu monetarum recipientes monetas falso assimulatas pro veris, &c.* Habetur integra to. 11. Spicilegii Acheriani p. 392. cui Chartam aliam earundem usurpationum indicem adnectemus, ex Cartophylacio Regio, scrinio *Monetarios*, tit. 28.

Nous Eudes Duc de Bourgongne, Comtes d'Artois & de Bourgongne, Palatins & Sire de Salins, façons savoir à tous, que come nous aiens entendu que nostre cher & redoubté Seignour le Roy de France, se tient mal apaié de nous, pource que le Maistre de ses monnoies li hont donné à entendre que nous façons à maintenant battre monnoie en nostre ville d'Auxerre, & semblable au coing & à la forme de sa monnoie, que petite difference y avoit entre sa monnoie & la nostre, & que mult de gens pouvoient estre déchews en prenant nostre monnoie comme la monnoie de nostre dit Seignour; Nous qui pour riens ne vouldrions fere chose qui despleust à nostre dit Seignour, voulons & promettons faire muer le coing en la forme que nous façons quant à present abattre en nostre ville d'Auxonne, & fere en nostre dite monnoie tel differance, & tel forme, que un chascun pourra apertement cognoistre nostre monnoie dissemblable à la monnoie le Roy Monseig. pour tel que nostre dite monnoie haura son cours tant seulement en nostre Comté de Bourgoigne, & en la terre de l'Empire: & commenderons & deffenderons, & ferons deffendre, que il ne forgent la monnoie du Royaume, & lesferons jurer, & auxi ne recevront, ne feront recevoir le billon du Royaume. En temoignage de laquelle chose nous avons fait metre nostre seel en ces presentes Lettres faites & données au Bois de Vincennes le tiers jour d'Octobre 1337.

Ob crebras igitur Baronum super Monetis regiis usurpationes, statuit Philippus Pulcher Statuto anni 1313. *que les Maistres qui feront les monnoies des Prelats & Barons, soient tenus de jurer sur les SS. Evangiles, que ils ne fonderont, ne feront fondre nulles des monnoies du Roy. Et d'autant que nulle monnoie ne peut, ne ne doit estre sans garde, elle ordonne qu'en chascune monnoie des Prelats & des Barons il y aura un Garde de par le Roy, à ses propres cousts & despens, laquelle Garde, pour ce que fraude contre les Ordonnances ne puisse estre faite, delivrera les deniers de tel prix comme il sera ordonné, & sera à tous les achapts d'argent & de billon; & que l'on ne pourra fondre, ne mettre à fournel, se ladite Garde n'est presente, par quoy l'on ne puisse fondre nulles monnoies contre lesdites Ordonnances & iront les Maistres des monnoies du Roy par tou[illegible] notes des Prelats & des Barons, & prendront les boistes desdite monnoies, & en feront essay, pour sçavoir se icelles monnoies seront faites de tel poids & de telle loy, comme ils doivent estre &c.*

Denique monetæ Regiæ id juris peculiaris erat, quod ad eam cudendam universi Regni Monetarii, dimissis Baronum monetis, evocati convenire tenerentur, ut est in Chartophylacio Regio, scrinio *Monetarios*, tit. 31.

Moneta Palatina, quæ in Palatio cudebatur. Capitulare Caroli M. ad Legem Salicam tit. 3. c. 11. & lib. 3 Capit. c. 13. & Capitul 3. an. 805. c. 17. *De falsis monetis, quia in nonnullis locis contra justitiam, & contra Edictum nostrum fiunt, volumus ut nullo alio loco moneta sit, nisi in Palatio nostro: nisi fortè iterum à nobis aliter fuerit ordinatum.* Capitulare ejusdem Caroli an. 808. cap. 7. *de monetis, ut in nullo loco percutiantur nisi ad curtem; & illi denarii Palatini mercentur, & per omnia discurrant.* Meminit præterea Monetæ quæ in Palatio regio cudebatur, Edictum Pistense cap. 12. quæ quidem pro Inscriptione hanc præferabant, MONETA PALATINA. Adde Capitul. an. 823. cap. 18 & V Cl. Buteroum de Monetis Francicis. pag. 287. 376.

Sed priusquam ulteriùs progrediamur, rem Lectoribus haud injucundam nec inutilem fore arbitramur, si

monetas nostras Regias ac Palatinas, de quibus sermonem instituimus, earumque figuras, pondera ac pretia hîc perstringamus, cùm frequens apud Scriptores & in veteribus Tabulis harum occurrat mentio, & absque hujusce rei notione hærere plerumque necesse sit Lectoribus, dum monetarum pretia, atque adeo ipsas nomenclaturas vix noscant. At cùm ante Philippum Pulcrum Regem, id est, ante ann. 1300. monetariæ fabricæ in Regiis vel Cameræ Computorum aut Curiæ Monetariæ archivis nulla ferè certa extent monumenta, & in doctorum Gazophylaciis perpaucæ habeantur ante hæc tempora aureæ Regum, tertiæ maximè stirpis, monetæ, qui huicce disquisitioni operam hactenus dederunt, ab eodem Rege ferè semper seriem Monetariam Francicam orsi sunt, quorum exemplum secuti, ab ejus ævo quicquid sini ex veteribus Tabulis depromere licuit, in gratiam hujusmodi rei monetariæ studiosorum proponemus, ut quorum sint quas tanto servant studio, monetæ, vel inde addiscant, quibus id ignotum est, additis ipsarum duntaxat monetarum aurearum & argentearum ectypis, quotquot sub manum occurrerunt. Neque enim Regum nostrorum monetas omnes aureas ac argenteas hocce loco describere statuimus, cùm id argumenti jam incœperit vir pereruditus, edito uno volumine, in quo qui prioris stemmatis Regum sunt, nummos aureos delineavit, spesque sit operi à viris doctis expetito, diuque intermisso ultimam tandem manum positurum: sed illas tantùm utriusque metalli monetas dare præstat, quæ & certum nomen, & statum pondus habent ac pretium: ut cùm eæ apud Scriptores occurrent, sciat Lector à quibus cusæ sint, qualeve fuerit singulis temporibus earum pretium. Denique ut quem typum prætulerint, agnoscat, si non omnium, complurium saltem figuras delineari curavimus. Monetarum autem Francicarum pondus, pretium, nomina peculiaria, ac tempus quo primùm cusæ sunt, sub tertia duntaxat stirpe certa habentur: neque tamen, ut diximus, ante Philippum pulcrum Regem, quo imperante describi e: cœpere in rerum monetariarum tabulis & archivis, à quibus quæ deinceps dabimus, excerpta sunt. Nam earum quæ antea cusæ habentur in Gazophylaciis, nomina ac pretia ferè incerta manent, ut aurearum Philippi II. Ludov. VIII. & S. Ludovici IX. quas hîc damus, tametsi posterioris quædam, nomen ipsum monetæ præferant. A Philippo igitur quarto ordiemur, cum ipsis monetariis archivis.

MONETÆ AUREÆ REGUM FRANCIÆ TERTII STEMMATIS.

Sub PHILIPPO IV.

Floreni magni & parvi, (*Florins d'or grands & petits*) cusi an. 13 . 2. 1303. *Regest* 36. *Archivi Regii ch.* 60. Florenum aureum hîc damus, qui fortè is est qui hîc indicatur, tametsi id nolim asserere. Ab altera parte Joannem Baptistam præfert cum Inscript. S. JOHANNES B. in altera lilium Florentinum, cùm Inscript. P. DI. GRA. FRA.

Regales parvi auri puri & examinati,) *petits Royaux d'or fin*) ponderis 3. denariorum & 15. granorum, & 70. ad marcam Parisiensem, pretii 11. solid. parvorum Turonensium, cusi an. 1305. in quorum antica Rex sedet in sella leoninis capitibus exornata, inter bina lilia, cum Inscriptione, PHILIPPUS D. G. REX FRANCORUM. In postica, crux efficta conspicitur inter 4. lilia, cum Inscript. XRC VINCIT. XRC. REGNAT. XRC. IMPERAT. *Regest.* 36. *Archivi Regii ch.* 238. 249. *Statut.* 1. *Feb.* 1306. *aliud m. Maji ejusd. ann.* Typus hîc datur.

Ad Nativitatem B. Mariæ 1306. *incipit fortis moneta & fuerat cursus debilis monetæ ab Omnibus Sanctis* 1303. *usque ad dictam Nativitatem*. Ver. Regest.

Anno 1308. *Floreni cum Cathedra*, (*Florins d'or à la Chaire*) pretii 20. solid. Turon. in *Edicto Philippi Regis dat. Paris.* 18. *Jan. an.* 1308. Sic dicti quòd Rex in cathedra sedens effingitur.

Eodem anno *Denarii* dicti *cum Regina*, (*Deniers à la Reine*) currebant pro 16. sol. 8. den. *Idem Statut.* Quærunt viri docti, cujus Reginæ fuerint hi denarii: nam cùm ii interdicantur in Edicto an. 1310. cùm Florenis Florentinis & aliis monetis extraneis, videretur conjici posse extraneæ pariter Principis fuisse. Verùm ex ipsis Statuti verbis id omnino non evincitur. Præterea in Consilio Monetariorum an. 1308. *Denarii cum Regina* dicuntur currere pro 14. sol. & 54. conficere ad marcam, ut & *Boni cum Regina*, (*Bons à la Reine*) 52. & semissem ad marcam, & currere ut *Agni* pro 15. sol. unde plerique opinantur ejusmodi denarios fuisse cusos in Navarræ regno à Joanna Regina Navarræ, Philippi Regis uxore. Verùm in Francia ipsa cusos arguit Statutum 4. Aug. an. 1310. de quo mox. Proinde ii fortasse fuerint, qui Blancam Reginam stantem inter 2. lilia præferunt, cum Inscriptione BLANCHA REG. LUDOVICI FRANC. REGIS MATER: habetur in Gazophylacio Regio, ejusque typum hîc exhibemus.

Statuto dato die Martis post Pascha an. 1308. *Denarii aurei ad* Cathedram currere jubentur pro 25. sol. Turon. *Denarii cum Massa*, (*Deniers à la Mace*) pro 22. sol. 6. den. *Denarii cum Regina*, pro 16. sol. 8. den. & parvi Den. nuper cusi pro 12. sol. 6. den. *Ita in alio Statuto* 18. *Janu. an.* 1308.

In Consilio Monetariorum ejusdem anni 1308. suprà laudato dicuntur præterea *Floreni cum Massa*, 26. ad marcam confecisse, & valuisse 21. sol. 3. den. *Floreni cum Massa*, 37. ad marcam confecisse, & valuisse 20. sol. 8. d. *Floreni cum Cathedra*, valuisse duobus Florentinis; quorum quidem Florentinorum alii 70. ad marcam conficiebant, & valebant 12. solid. 2. den. obol. alii conficiebant 72. ad marcam, & valebant 11. sol. 10. den.

Regales duri, (*Royaux durs*) duplum ferè pendentes parvorum Regalium, sed legis minoris, scilicet 22. karats auri puri, cum iisdem ferme figuris, pond. 5. den. 12. *gran.* & pretii 24. solid. Paris. quorum 34. & dimid. conficiebant marcam auri, an. 1310. *die Jovis ante Assumptionem Deiparæ, usque ad* 8. *Febr. seq.* Regales Regis Ludovici, intertum an. VIII. vel IX. hîc describimus.

Denarii aurei cum Agno, (*Deniers d'or à l'Agnel*) cum iisdem figuris, quibus insigniuntur *Mutones*, (*les petits Moutons*) pond. 3. den. 5. gr. pretii 15. sol. Turon. ab 8. *Febr.* 1310. *usque ad* 1. *Sept.* 1311. Horum typus hîc describitur.

Edicto dato die Martis ante S. Vincentium an. 1310. cudi jubetur moneta aurea, *qui est & sera appellé à l'Aignel, laquelle est du tempts S. Louis nostre aieul, pour* 16. *sol. Parisis, & aussi pour* 8. *s. de Bourgeois fors, & pour* 16. *s. de Bourgeois petits.* Unde colligitur monetam auream Francicam Agno signatam jam inde S. Ludovici temporibus obtinuisse, quod suo loco docuimus in voce *Multo*. Eam hîc describimus.

Edicto alio dato Paris. -. Febr. 1310. cudi jubetur moneta auri examinati, *d'or fin, qui sera apellé à l'Agnel, de* 58. *den.* & *un tiers, au marc. de Paris, & seront taillez sans fors & sans feuble.*

Edicto dato Paris. 4. Aug. an. 1310. prohibetur cursus denariorum aureorum dictorum *cum Regina*, (*à la Reine*) quòd in multis locis *contrafacti* fuerint, ac eorum plerique falsi, vel minoris pretii, quàm ii qui in Francia cusi fuerant: quo etiam Edicto inhibentur Floreni Florentini.

Edicto laudato dato Pisciaci die Martis ante S. Vincentium an. 1310. inhibentur *Denarii aurei cum massa*, (*à la Mache*) post proximum Pascha, ut & Turonenses argentei 21. denariorum, & *Denarii aurei cum Regina*.

A 1. Sept. 1311. usque ad 24. Augusti 1312. cusi fuere denarii aurei cum Agno, ponderis & pretii supradicti.

A 24. Aug. 1312. usque ad Sabbatum Sanctum 1313. cusi iidem denarii cum Agno, ejusdem ponderis, pretii verò 20. solid. Turon. vel 20. solid. Burgensium.

Denarii aurei cum massa, interdicti Statuto dato Parisius 12. April. an. 1311.

Iidem rursum prohibiti, ut & *Denarii cum Regina*: *Dena-*

PHILIPVS.II.



LVDOVICVS.VIII. vel



LVDOVICVS.IX.







PHILIPPVS.IV.









LVDOVICVS.X.



CAROLVS.IV.





PHILIPPVS.VI.





















IOHANNES.





Denariorum cum Agno cursus pro sol. parvorum Burgensium statuitur, Statuto dato Meldis 16. Febr. an. 1311.

Rotulus Thesauri an. 1312. *Et est sciendum quod duo solidi dut... m... computantur ibi pro uno Regali ad Massam.*

In locatione Monetarum die Jovis post Conversionem S. Pauli an. 1311. fit mentio *Denariorum cum duplici cruce & ... aut Mantelet*) ut & Denariorum durorum cum Massa, *les Deniers durs à la Mace*, & *Denariorum cum Regina*, qui interdicuntur.

Edicto dato Pontesiæ mense Junio an. 1313. moneta aurea *ad Agnum*, cudi jubetur 15. sol parvorum, cæteris monetis interdictis, præter Turonenses, Parisienses & Burgenses. Guillelmus Nangius in Chronico an. 1313. *Philippus Rex Franciæ circa festum B. Virginis .. monetam ejusdem valoris & ponderis quo fuerant tempore Beati Ludovici, fabricari fecit, florenos ad Agnum, qui in quindena pro 22. solidis parvorum Burgensium communiter ponebantur, usque ad valorem super hoc ordinationem, pro 15. solidis Turonensibus duntaxat cursum suum habere decernens ... Edicto Regio & sub pœna amissionis totalis bonorum districtius inhiberi publicè & proclamari, ne quis alia moneta quacunque auri vel argenti aliter vel sub alterius æstimatione pretii uteretur publicè vel occulte. Quamquam ex hujus mutationis causa subita multum extitit murmur in populo: in brevi, quod multa damna saltem exinde perpessi sunt & incommoda, & præcipue ... &c.*

Sub LUDOVICO HUTINO.

Edicto alio dato Parisiis 17. April. an. 1314. interdicta omnis moneta præter auream *cum Agno*, quæ tum cudi statuitur pretii 15. sol. parvorum Turon. vel 12. solid. Paris. cum Inscript. LUD. REX sub Agno, Adde Statuta 6. Maii 1315. & 23. Januarii 1319. Typus hic describitur.

Sub PHILIPPO MAGNO.

Idem *Denarius cum Agno*, ejusdem ponderis & pretii, à 23. al. 24. Jan. 1319. usque ad 27. Martii 1323.

Sub CAROLO PULCRO.

Idem *Denarius cum Agno*, a 27. Martii an. 1323. usque ad. 16. Febr. cum Inscript. KLS REX, sub agno. Typus hic describitur.

Regales duplices auri puri, (*Royaux doubles d'or fin*) in quibus effictus Rex stans in Porticu, cum Inscr. KAL REX FRANCOR. & in aversa parte, Crux in quadricircino (quidam hosce aureos *Longè vestitus* vocant) pond. 3. d. 7. gr. pretii 20. sol. Paris. 58. pond. ad marcam Parisiensem à 16. Febr. 1325. ad 20. Sept. 1330. Statuto an. 1329. currere jubentur pro 12. sol. Edictis aliis eorundem Regalium pretium subinde usque ad 20. sol. adauctum legitur. Typum hic exhibemus.

Sub PHILIPPO VI.

Parisienses aurei (*Parisis d'or*,) in quibus effictus Rex in cathedra sedens, cum binis leonibus ad pedes, pond. 5. den. 10. gran pretii 20. sol. bonorum parvorum Parisiensium. In Regestis verò Curiæ Monetarum dicuntur fuisse pond. 5. den. 17. gran. & 33. den. aureorum & 3. quintor ponderis ad marcam Paris. *die Sabbato post S. Michael. an. 1329 20. Sept. 1330. 9. Jan. 1331.* Typum hic describimus.

Edicto Regio an. 1329. in Regesto *Noster*, fol. 216. statuitur ut boni Parisienses aurei qui cuduntur currant per universum Regnum postridie Natal. Domin. usque ad proximum Pascha pro 30. solid. Paris. tantum, & 3. Parisienses aurei pro 5. Regalibus aureis, iidemque Regales graves curant pro 18. sol. Parif. & Agni aurei graves pro rata, cæteris monetis interdictis. Post Pascha verò ut curat fortis moneta scilicet Parisiensis aureus qui tum cudebatur, pro 20 solid. Regalis pro 12. solid. bonorum Parisiensium, & Angelus aureus pro rata.

Regales auri ex ... puri, (*Royaux d'or fin*) similes Duplicibus Regalibus Caroli Pulcri, pond. 3. den. 10. gran. pretii 15. Turon. 9. *Jan.* 1331. 1. *Febr.* 1336. *usque ad* 1. *Febr.* 1337. Typum hic exhibemus. Regestum Cameræ Comput. Paris. *Noster*. fol. 478. *A* 20. *die ...* 1330. *usque ad* 1. *Febr.* 1336. *fiebant Parisienses auri, ponderis* 34. *& 4. quint. & Regales de* 58. *& tert.*

Denarii auri puri cum Scuto, (*Deniers d'or fin à l'Escu*) in quibus Rex in cathedra sedet sinistra scutum liliatum, ensem dextra tenens, pond. 3. den. 13. gran. & pretii 20. sol. Turon. vulgò *Scuta prima* (*Escus premiers*) appellantur *A* 1. *Febr.* 1336. *ad* 1. *Febr.* 1337. 24. *Nov.* Typus hic describitur.

Denarii auri puri cum Leone (*Deniers d'or fin au Lion*) in quibus Rex sedet in cathedra, cum leone prostrato sub pedibus, pond. 5. den. 20. gr. pretii 25. Turon. 14. *Nov* 1338. 12. *Dec.* 1338. 25. *Mai* 1339. 14. *Jun.* 1339. Regestum *Noster*: *A* 1. *Febr.* 1336. *usque ad* 14. *Nov.* 1338. *fiebant Leone ponderis* 50. scilicet ad marcam. Typum hic perinde describimus.

Denarii auri puri cum Papilione, (*Deniers d'or fin au Pavillon*) in quibus Rex sedet sub papilione seu tentorio liliato, pond. 4. den. pretii 30. sol. 48. pond. ad marcam Paris. 14. *Jun.* 10. *Aug.* 1338. 20. *Jan.* 1339. Regestū *Noster*: *A* 14. *Nov.* 1338. *usq. ad* 14. *Jan* 1339. *fiebant Papiliones ponderis* 48. Horum typus hic describitur.

Denarii auri puri cum Corona, (*Deniers d'or fin à la Couronne*) in quibus effictà major Corona in campo liliato, ut *Corona* Comitum Provinciæ, pond. 4. den. 6. gr. pretii 40. sol. Tur. *à* 7 *Febr.* 1339. *usque ad* 7. *April. ante Pascha an.* 1340. Regestum *Noster*: 7. *Febr.* 1339. *fiebant Coronæ ponderis* 45. ad marcam Paris. Licet Typum hic damus. De hisce prædictis monetis ita Joannes Villaneus lib. 11. c. 71. *E fece fare nuova moneta d' oro, che si chiamavano Scudi, peggiorando la lega della buona moneta* 25. *per cento. e le monete del argento à l' avenante. E poi fece un altra moneta d' oro, che chiamavano Leoni, e poi un altra, che chiamavano Padiglioni, peggiorando ciascana & di lega & di corso, per modo che doue il nostro Fiorino d' oro, che fermo e leal moneta, che di fine oro valea alla buona moneta ch' era prima in Francia, sold.* 10. *di Parigini, innanzi fosse gli anni* 1338. *valse il Fiorino d' oro in Francia soldi* 24. *di Parigini, e il quarto piu a Tornesi piccioli. Et poi l' anno* 1340. *fece un altra moneta nuova doro, chiamata Agnoli, e piggiorolla tanto, & cosi quella dell' argento e piccioli, che'l nostro Fiorino d' oro valse a quella moneta soldi* 30. *di Parigini.*

Denarii auri puri, id est, *Duplices Regales*, in quibus Rex cum sago militari liliato sedet in cathedra veluti operis cementitii, sceptrum & manum justitiæ utraque manu tenens pond. 5. den. 8. gr. & pretii 60. sol. Turon. 24. *April.* 27. *Maji*, 27. *Jul.* (17. al. 7. *Oct.* 1340. Regestum *Noster*: 20. *April.* 1340. *ante Pascha fiebant Duplices auri fini ponderis* 36. ad marcam Parisiensem. 17. *Maji* 1340. *Duplices auri ... ponderis* 36. *ut supra*. Typus hic describitur.

Denarii auri puri cum Angelo, (*Deniers d'or fin à l' Ange*) in quibus effictus Angelus togatus & coronatus draconem pedibus premens, dextra crucem florigeram, & læva scutum tenens, in quo tria tantùm expressa lilia, pond. 5. den. 16. gr. & pretii 75. Turon. ponderis 33. & 2. tert. ad marcam Parisiensem. Atque hi *Primi Angeli* vulgò appellantur. 28. *Jun.* 1342. Rursum *à* 7. *Febr.* 1340. *usque ad* 23. *Aug.* 1341. cusi denarii auri puri cum Angelo, pretii 75. sol. Tur. & 33. & 1. tert. ponderis ad marcam Parisiensem. *A* 23. *Aug.* 1341. *ad* 19. *Ian. seq.* cusi similes denarii. Ita denique à 19. *Ian.* 1341. *ad* 18. (*al* 28. *Iunii* 1342. Horum typum hic exhibemus.

Secundi Angeli, (*seconds Anges*) pond. 5. den. tantùm, & pretii 75. Tur. pond. 42. ad marcam Parif. à 28. Jun. 1342. ad 16. Febr. seq. In Regesto 123. dicuntur pretii fuisse 4. sol. Turon.

Tertii Angeli, pond. 4. den. 18. gr. pretii 4. lib. 5. sol. Turon. 16. *Sept. &* 10. *April.* ante Pascha 1342. Regest. *Noster*: 7. *Febr.* 1340. *fiebant Angeli fini pond.* 33. *& duo tertia.* 23. *Aug.* 1341. *Angeli ponderis* 38. *& 1. tert.* 28. *Ian.* 1342. *Angeli ut supra, ponderis* 42.

Denarii

Denarii auri puri cum Scuto, (*Deniers d'or fin à l'Escu*) ejusdem figuræ & formæ qua prædicti, aurei, ann 1336. pond. 3. den. 13. gr. pretii 36. Parif. 54. ad Marcam Paris. At an. 1344. 27. Matt. currebant pro 16. sol. 8. den. Turon. secundum torrem monetam 10. *Apr. ... ante Pa-scha* 1342. 1. *Nov.* 1343. Regestum *Noster*: 1. *April.* 1342. *fiebāt scuta auri ponderis* 54. *Marca auri empta* 52. *scuta*. 27. *Mart.* 1344. *scuta & suprà. Marca auri empta* 53. *scuta*. In Regesto 123. dicitur eorum pretium fuisse usq; ad 22 Sept an. 1343. 56. 5 ... & 59. solid. pro populi arbitrio: deinde Statuto 22. Sept. an 1343. 36. sol. usque ad 1. Novemb. seq. quo cusi iidem denarii, pretii 16. sol. 8. den. usque ad 27. Mart. 1344 quo rursum cusi iidem denarii ejusdem pretii. Quo pertinent quæ habet Joannes Abbas Laudunensis in Speculo Historiali scripto an. 1388. lib. 11. cap. 73. *En ce mesme temps*, (an. 1343.) *le Roy de France fit cheoir la monnoye, par telle condition, que ce qui valoit* 12. *den ... rs de la monnoye courante, ne vaulroit que* 9. *deniers: c'est à sçavoir que le Escu qui valoit soixante sols, ne vauldroit que* 36. *sols, & le Gros Tournois ne vauldroit que* 3. *sols, le* 22. *jour de Septembre, & en la Pasque ensuivant prochaine l'Escu ne vaulroit que* 24. *sols, & le gros d... sols, & la maille b... an ... he six deniers jusqu'en my-Septembre l'an dix neuviéme, & plus ne dureroit, &c.* Mox: *Et fut la clameur du peuple si grant, que le Roy ce mesme an, c'est assavoir l'an* 1343. *le* 28 *jour d'Oct. fist cheoir du tout les monnoies devant dites par telle maniere, que le gros vauiroit* 12. *deniers, & la maille blanche vaulroit trois Tournois: le Florin à l'Escu* 13. *sols*, 4. *den, le Florin de Florence* 9. *sols six deniers, jaçoit ce que paravant il eut esté le cours aux autres monnoies excepté aux Bruslez qui valoient* 2. *deniers, lesquels furent à une maille Tournoise, &c.*

Denarii auri puri cum Cathedra, (*Deniers d'or fin à la Chaire*) in quibus Rex in cathedra sedet, cum longiori sceptro, & manu justitiæ, uti vulgo appellatur: cathedra verò collum non excedit; pond. 3. den. 16. gr. pretii 20. sol Turon. pond. 52. ad marcam Paris 17. *Julii* 1346. 4. *Mart. &* 6. *April.* 1347. Regestum *Noster*: 14. *Julii* 1346. *fiebant Cathedræ auri, ponderis* 52. *Marca auri empta* 50. *Cathedr. auri* 6. *Mart.* 1346. *Cathedræ, ut suprà. Marca auri empta* 48. *Cathedr.* ... *April.* 1347. *post Pascha Marca auri empta* 50 *Cathedr. auri*. Regestum 123. à 4. Mart. 1346. usque ad 6. April 1347. iidem denarii cusi, quorum pretium fuit 30. sol. Rursum à 6 April an. 1347. ad 11. Jan. seq. iidem cusi denarii, quorum pretium fuit ex arbitrio populi 26. 28. 30. & 32 sol, licèt aliud statutum esset Edicto regio. Typ. hic damus.

Denarii auri cum Scuto, (*Deniers d'or à l'Escu*) ut supra dicti, pond. 3. den. 13. gr. pretii 15. sol. Paris. & pond. 54. ad marcam Parisf.

An. 1347. cusi ad unum kar. æris, id est, ad 23. kar. auri: vulgo appellantur *Secunda scuta*, Gall. *Escus deuxiémes*, Statuto 11 Jan. 1347.

An. 1348. 12 Mart. cusi sunt ad 22. kar.

An. 1349. 13. Maji, cusi ad 21. kar. pretii 20. sol. ex populi verò arbitrio 34. sol.

An 1349. 5. Decemb. pretii 25. sol. ex populi arbitrio.

An. 1350. 23. April. & 1. Sept. similiter, eorum non immutato cursu, id est, pretii 15. sol. Regestum *Noster*: 26. *Jan.* 1347. *fiebant scuta auri de* 23. *karat. ... ponderis* 5 ... *Marca auri empta* 55. *scuta*. 18. *Maji* 1349. *fiebant scuta suprà. Marca auri empta* 55. & 1. *tert.*

10. *Maji* 1349. *scuta, ut suprà, &* 1. *tert.*
4. *Sept.* 1350. *valuit* 57. *scuta & tert.*
10. *Jun.* 1351. *valuit* 58. *scuta &* 1. *tert.*
17. *Sept.* 1351. 60. *scut.*
4. *Octob.* 1351. 62. *scuta.*
19. *Octob.* 1351 64. *scuta.*
21. *April.* 1352. 65. *scuta.*
} *minus* 1. *quart.*

Habentur in Camera Computor. Parisiensi varia Monetarum aurearum pretia sub Philippo VI. Rege, ex Edicto 13. Jun. an. 1346. in quo *Denarius aureus cum scuto* valere dicitur 15. sol. 4. den. *Florenus Florentinus* 10. sol. *Cathedra* 20. sol. *Parisien is aureus* 20. sol. *Mato*, seu *Agnus* 12. sol. *Regalis* 12. sol. 13. den. *Leo* 14. sol. *Papilio* 14. sol. 8. den. *Corona* 15. sol. 6. den. *Duplex aureus* 19. sol. 6. den. *Primus denarius ad Angelum* 20. sol. 10. den. *Secundus ... Angelus* 18. sol. 4. den. *Postremus Angelus* 16. sol. 6. den.

Cursus Floreni ... Scutum voluntar.

1345. 23. *Mart.* 14. *s.*

1346. *S. Joan.* 14. *s.* 3. *d.* 2. *Nov.* 15. *s.* 21. *Nov.* 14. *s.* 2. *Decemb.* 15. *s.* 1. *d.* 5. *Jan. seq.* 16. *s.* 8. *d.* 1. *Febr.* 16. *s. Martio seq.* 17. *s. fine Martii* 15. *s.* Ea sunt Scuta Philippi I.

1347. 15. *April.* 22. *sol. S. Ioan.* 24. *s. O. SS.* 27. *s.* 4. *d.* 1. *Nov.* 28. *s.* 16. *Nov* 28. *s.* 2. *den.* 2. *Oct.* 27. *s.* 4. *d. Nativit. Dom.* 8. *s.* 6. *d.* 8. *Ian.* 29. *s.* 8. *den. &* 30. *s.* 11. *Ian. fiebant scuta Phil.* ... *à* 23. *karats cupri* 22. *Febr.* 15. *s. In Martio* 16. *s.* ... *d.* Ea sunt Scuta Philippi secunda.

1348. 24. *Jun.* 18. *s.* 30. *Aug. fiebant Scuta Philippi de* 22. *karats* 3. *quart* 8. *Octob.* 18. *s.* 6. *d.* 1. *Nov.* 19. *s.* 23. *Dec.* 19. *s.* 2. *d.* Ea sunt Scuta Philippi tertia ad 22. karats 3. quart. 12. *Mart. fiebant Scuta de* 22. *karats. in Martio* 22. *s.* 6. *d.* Ea sunt Scuta Philippi quarta ad 22. karats.

1349. 24. *Maji fiebant Scuta de* 21. *karats. ad S. Ioan.* 24. *s.* 6. *d. ult. Iun.* 25. *s.* 14. *Iul.* 25. *s.* 2. *d. Nov.* 29. *s. Mart.* 29. *s.* 4. *d.*

1350. 25. *April.* 30. *s.* 26. *April.* 15. *s. In Aug.* 16. *s.* 6. *d. In Sept.* 17. *s. ad Nativit.* 20. *s. in Mart.* 20. *s.*

1351. *Ad Pascha* 23. *s.* Ea sunt Scuta Philippi quinta.

Ex Regesto *Noster* fol. 481.

11. *Ian.* 1347. *fiebant Scuta Philippi à* 23. *karats auri fini, &* 1. *habebat cupri.*

30. *Aug.* 1348. *fiebant Scuta Philippi de* 22. *karats* 3. *quarts.*

12. *Mart.* 1348. *fiebant Scuta de* 22 *karats.*

20. *Maji* 1349. *fiebant Scuta de* 21. *karats.*

10. *Jun.* 1351. *fiebant Scuta Ioannis prima de* 21. *karats.*

Item 21. *Iun. fiebant Scuta Ioann. de* 20. *Karats & demi.*

Item 27. *Jul. fiebant Scuta Ioan. de* 20. *karats.*

1. *Sept.* 1358. *fiebant Regales auri fini ponderis* 70. *ad marcam, pretii* 20. *sol. & postea facti fuerunt* 70. *ad marcam.*

12. *Decembr.* 1360. *facti fuerunt Francici auri fini ponderis* 63. *ad marcam, pretii* 16. *sol. Paris. Regales de* 69. *ad marcam* 13. *sol.* 4. *den. Par. Scuta Ioan.* 10. *s.* 8. *d. Par.*

Statutum præterea fuit ut ad Natalem an. 1360. *Regalis* pretium esset Parisiis, apud S. Marcellum, & apud S. Germanum, 20. solidorum, in aliis verò locis 13. solid. 4. den.

Ad Regis etiam Philippi VI. monetas aureas spectant quæ de iis habet Budæus l. 5. de Asse, pag. mihi 655. ubi de Numismatibus extenuatis: *Hoc item Francia experta est. Si quis enim hujus temporis nomisma cum antiquo examinet exploretque, dimidio uberius illud hoc inveniet & pondere & indicatione, atque etiam ampliùs. Nos enim Philippeos habuimus geniatos plus sesqui solato pendentes. In his genius est alatus, quales divini statores pingi solent, habitu insigni ... tenens. Item ... & alii Philippei sceptrati nonnulli, alii etiam foliati, Rege intus trabeato jura pro potestate reddente. Ibi Majestatem regiam planè agnosceres, qualem hodie nemo meminit, Rege utroque ve... Hi triplici forma percussi ... signati ... binos Solatos trahunt; qui maximi ... ponderis habent secundum Eduardeos Angl... maximum, usque proximum. Hoc genus omnium ... generis non habuit ... quidem ... erat. Hos & Rosatos Eduardeosque pondere superant Caroli ... mitani.*

tania, qui Fortes appellantur, in quibus Dux armatus genu nitens Leonem manibus Herculis more elidit: sed superiorum indicatur à Pecuatorum bonitate par est, quos Joannes Rex signavit, triplici & ipsos forma & magnitudine, omnes primam auri notam obtinentes. Qanto autem jejunior sit, & exanguior, ut ita loquar, res nummaria, ex eo certe constare potest, quod qui Francici extant aurei equites peditesque, olim 20. solidis valentes, (unde quoque appellamus) nunc solidis 40. Edicto etiam Principis æstimantur, pluris etiam in foro permutabiles.

Præter supra memoratos nummos aureos Philippi VI. visitur alter in Gazophilaciis, cujus mentio nulla occurrit in Edictis monetariis, in cujus parte altera Eques galeatus conspicitur, hastam vel spiculum longius in serpentem equi pedibus substratum intorquens, in area liliata, cum Inscriptione, PHILIPPUS DEI GRA. FRANCORUM REX. In altera efficta crux in quadricircino, in cujus angulis exurgunt totidem scutula cum tribus liliis, & Inscriptione solita, XRC. &c. Ejus typum hîc delineari curavimus.

Sub Rege JOANNE.

Eo regnante aurum argento miscebatur: unde Monetæ ejusce subalbidæ sunt.

Denarii aurei cum Scuto, ejusdem ponderis & pretii, 1. Sept. 1350. ad 20. karats & semissem, 20. Jun. 1351. ad 20. karats, 27. Julii & 17. Sept. ad 18. karats, 24. Sept. 20. Nov. 1351. 21. April. & 18. Jan. 1352. 25. Oct. 1353. ejusdem pretii. Auctarium ad Chronicon S. Albini Andegavensis: *Anno 1351. valuit sextarium frumenti fere duas marchas argenti. Nam valuit apud Bracum saccum 18. libr. monetæ currentis, & valebat Florenus Florentiæ 40. sol. Florenus ad Scutum de primis 50 sol. de ultimis 43. sol. & vinum etiam fuit carissimum, sed optimum, nam pipa vini valebat 13. Florentinos, videl. 12. denarios ad Scutum de novo.* Typus hic describitur.

Denarii auri puri cum Liliis, (*Deniers d'or fin aux Fleurs de lys*) pretii 40. sol. Tur. 50. pond. ad marcam Paris. à 20. Aug. 1351. ad 17. Sept. seq.

Denarii auri puri cum Agno, (*Deniers à l' Agnel d' or fin*) in quibus effictus *Agnus*, quem *Dei* dicimus, sub cujus pedibus scriptum, JOH. REX. cum hac Inscriptione: AGNUS. DEI. QUI. TOLLIS. PECATA. MUNDI. MISERERE. NOBIS. In aversa parte crux florigera cum 4. liliis in angulis efficta: cujus hîc typum damus: ponderis 3. den. 16. gr. pretii 25 sol. Turon. pond. 52. ad marcam Paris. 24. *Novemb.* 1354. & 9. *Jun.* 28. *Jan.* 1355.

Semisses Denariorum ad Agnum, (*Demi-Deniers à l' Agnel*) ponderis denarii & 20. granorum 30. *Aug.* 1358. Froissart. 1. vol. cap. 154. *Ce mesme mois le Roy de France fit faire Florins de fin or appellez Florins à l' Agnel, pource qu'en la pille avoit un Agnel. & estoient de 52. au marc: & lors qu'ils furent faits, le Roy en donnoit 48. pour un marc de fin or, & deffendit l' on le cours des autres Florins.* Typus hic exhibetur.

Denarii auri puri, (*Deniers d' or fin*) 52. ad marcam, pretii 13. sol. & 4. den. 28. *Decemb.* 1355.

Anno verò insequenti quale fuerit monetarum, aurearum præsertim, pretium, accipe ex Regesto Memorialium Cameræ Computor. Paris. signato C. fol. 67. *Die 22. Martii 1356. Joannes Poilevilein retulit in Camera quod Domini de Concilio ordinaverunt prout in scedula scribitur, cujus tenor talis est.*

Deniers d' or fin à l' Agnel du coing du Roy, qui est à present pour 20. s. pour la piece.
Deniers d' or fin au Pavillon, pour 20. s. 6. d.
Deniers d' or fin au Lyon, 19. s. 8. d.
Deniers d' or fin à l' Escuviez, pour 18. s.
Royaux d' or fin pour 16. s. 8. d.
Florin d' or de Florence de bon poids, pour 13. s. 10. d.
Escu de Philippe, si comme il cherront, pour 15. s. 4. d.
Escu de Jean du coing du Roy pour 13. s. 4. d.
Gros deniers blancs que l' en fait a present pour 8. denier Tournois.
Doubles que l' en fait à present pour 8. deniers Tournois la piece.
Paresis petits, & Tournois petits, & mailles Parisis, & mailles Tourn. pour leur droit cours.
Gros Tournois d' argent viez & de poids, pour 2. s. Tournois.
Gros Tournois d' argent viez de non poids, pour 20. deniers Tournois.
*Deniers blancs viez à la * que, pour 7. d. obole Tour.*
*Deniers blancs à la * que darreinement fais pour 2. d. ob. T.*

Regales auri puri, (*Royaux d' or fin*) in quibus Rex stans in tabernaculo effingitur pallio instar pluvialis amictus ad pectus clauso, cum sceptro liliato in dextra, quod sinistræ digito videtur indicare; hos alii Trabeatos seu *Longsvestus* vocant, pond. 2. den. 21. gr. pretii 25. sol. Turon. pond. 56. ad marcam Paris. 30. *Aug.* 1358. 20. *April.* 1359. Vetus Regestum: *Prima Sept. 1358. fiebant primi Regales auri fini, ponderis 67. ad marcam, pretii 20. sol. Paris. & postea facti sunt de 69. ad marcam.* Ejus typum hîc damus.

A. 20. April. 1358. ante Pascha usq; ad 2. Junii 1359. cusi iidem Regales pretii 25. sol. pond. 69. ad marcam Paris.

A 2. Junii 1359. ad 1. Jan. 1360. similes regales cusi.

A 5. Aug. an. 1364. usque ad 10. Sept. seq. cusi iidem Regales, pretii 20. sol. pond. 63. ad marcam Paris.

Francici auri puri, (*Francs d' or fin*) in quibus Rex dextra gladium vibratum tenens, sago liliato & armis militaribus instructus, equo vestito ac liliato insidet. In aversa parte crux florigera effingitur: pond. 3. d. 1. gr. pretii 20. s. pond. 63. ad marcam Par. *à* 12. *Jan.* 1330. *ad* 18. *Aug.* 1363. & 5. *Aug.* 1364. Statuto alio Regis Joannis è captivitate reducis, dato Compendii 5. Decem. an. 1360. de Institut. Auxiliorum, & instauratione fortis monetæ, Denarius auri puri dictus *Francicus aureus*, appretiatus fuit 16. sol. Paris. & *Regalis auri puri*, 13. sol. 4. den. Paris. Extat illud in S. Regesto Memorialium Cameræ Comput. Paris. fol. 33. Typum hîc delineamus.

Videtur hoc loco describendus, qui in Regesto *Noster*, Cameræ Computorum Paris. fol 481. habetur *Cursus Florenorum ad Scutum voluntarius*, ut inde non modò percipiat Lector monetæ istiusmodi pretium sub Philippo VI. & Joanne Regibus, sed etiam quàm crebra in monetis, & earum precio mutatio fuerit.

Cursus Florenorum ad Scutum.

1345.	*23. Mart.*	*14. s.*
	S. Joan.	*14. s. 3. d.*
	2. Nov.	*15. s.*
1346.	*21. Nov.*	*14. s.*
	2. Decemb. seq.	*15. s. 1. d.*
	5. Jan. seq.	*15. s. 8. d.*
	1. Febr.	*16. s.*
	Martio seq.	*17. s.*
1347.	*15. April.*	*22. s.*
	S. Joan.	*24. s.*
	O. SS.	*27. s. 4. d.*
	10. Nov.	*28. s.*
	16. Nov.	*28. s. 2. d.*
	2. Oct.	*37. s. 4. d.*
	Nativ. Dom.	*28. s. 6. d.*
	8. Jan.	*39. s. 8. d.*
	11. Jan. fiebant Scuta Philippi 23. karatz auri fini, & 1. karat cupri.	
	22. Feb.	*15. s.*
	3. Mart.	*16. s. 8. d.*
1348.	*28. Iun.*	*18. s.*
	8. Oct.	*18. s. 8. d.*
	1. Nov.	*19. s.*
	23. Dec.	*19. s. 2. d.*
	In Martio	*20. s. 6. d.*

	Ultima Jan.	25. *ſ.*
	14. *Jul.*	25. *ſ.* 2. *d.*
	Nov.	20. *ſ.*
	Martio.	29. *ſ.* 4. *d.*
1350.	25. *April.*	30. *ſ.*
	23. *April.*	15. *ſ.*
	In Aug.	16. *ſ.* 6. *d.*
	3. *Sept.*	17. *ſ.*
	Ad Nativ. Dom.	20. *ſ.*
	In Mart.	22. *ſ.*
1351.	*Ad Paſcha*	23. *ſ.*
	Ad Indictum	24. *ſ.*
	Ad O S.	30. *ſ.*
	Ad Nativ. Dom.	36. *ſ.*
	6. *Febr.*	12. *ſ.*
	Martio	14. *ſ.* & 15. *ſ.*
	April.	17. *ſ.* 6. *d.* 18. *ſ.*
	In fine April.	30. *ſ.* & 20. *ſ.*
1352.	*In Martio*	16. *ſ.*
	In Jun. & Jul.	16. *ſ.* 8. *d.*
	In Aug.	17. *ſ.*
	In Sept.	18. *ſ.*
	In Octob.	20. *ſ.*
	In Novemb.	22. *ſ.* 8. *d.*
	In Decemb.	24. *ſ.* 1. *die.*
	24. *Dec.*	26. *ſ.*
	3. *Janu.*	26. *ſ.*
	10. *die Jan.*	28. *ſ.*
	2. *Febr.*	30. *ſ.*
1353.	*April.*	32. *ſ.*
	Principio Junii.	24. *ſ.*
	Ad Indictum	37. *ſ.*
	In Julio	38. *ſ.*
	In Aug.	40. *ſ.*
	In Sept.	42. *ſ.*
	3. *Nov.*	22. *ſ.*
	1. *Janua*	23. *ſ.*
	15. *Febr.*	14. *ſ.*
	In Mart.	16. *ſ.*
1354.	*April. ante Paſcha*	18. *ſ.*
	Medio Maji	21. *ſ.*
	Fine Maji	24. *ſ.*
	In Junio	30. *ſ.*
	Principio Julii	28. *ſ.*
	Fine Julii	30. *ſ.*
	In Aug.	32. *ſ.*
	22. *Sept.*	34. *ſ.*
	1. *Octob.*	36. *ſ.*
	5. *Nov.*	40. *ſ.*
	16. *Nov.*	42. *ſ.*
	24. *Nov.*	10. *ſ.*
	2. *Jan.*	12. *ſ.*
	15. *Jan.*	12. *ſ.* 6. *d.*
	1. *Febr.*	13 *ſ.*
	1. *Mart.*	14. *ſ.*
1355.	*Ad Paſcha*	16. *ſ.*
	Fine April.	18. *ſ.*
	In Majo	20. *ſ.*
	Ad Indictum	22 *ſ.*
	8. *Jul.*	24 *ſ.*
	20. *Jul.*	26. *ſ.*
	Princip. Aug.	27. *ſ.*
	Fine Aug.	30. *ſ.*
	9. *Sept.*	32. *ſ.*
	20. *Sept.*	33. *ſ.*
	8. *Octob.*	36. *ſ.*
	18. *Octob.*	38. *ſ.*
	24. *Octob.*	40. *ſ.*
	10. *Nov.*	42. *ſ.*
	14. *Nov.*	43. *ſ.*
	17. *Nov.*	44. *ſ.*
	21. *Nov.*	45. *ſ.*
	12. *Dec.*	46. *ſ.*
	18. *Dec.*	50. *ſ.*
	27. *Dec.*	52. *ſ.*
	1. *Janu.*	53. *ſ.*
	5. *Jan.*	13. *ſ.* 4. *d.*
1356.	1. *Junii*	14. *ſ.*
	1. *Aug.*	15. *ſ.*
	18. *Aug.*	16. *ſ.*
	1. *Sept.*	18. *ſ.*
	19. *Sept.*	20. *ſ.*
	27. *Oct.*	22. *ſ.*
	8. *Nov.*	24. *ſ.*
	18 *Dec.*	28. *ſ.*
	1. *Janu.*	30. *ſ.*
	18. *Janu.*	32. *ſ.*
	2. *Febr.*	34. *ſ.*
	12. *Febr.*	36 *ſ.*
	Ult. Febr.	37. *ſ.*
	8. *Mart.*	38. *ſ.*
	26. *Mart. ante Paſch.*	16. *ſ.*
1357.	&c. uſque ad annum 1360.	
	12. *Dec.* 1360.	26. *ſ.*

Eodem die facti fuerunt Francici auri fini ponderis 63. *ad marcam, pretii* 16. *ſ. Par.*
Regales de 69. *ad marcam,* 13. *ſ.* 4. *d. Par.*
Scuta Joannis. 10. *ſ.* 8. *d. P.*

Sub CAROLO V.

Regales auri puri, (*Royaux d'or fin.*) in quibus effictus Princeps armis militaribus & ſago liliato inſtructus, ſtans in tabernaculo, enſem dextra, & manum juſtitiæ ſiniſtra tenens, in campo liliato, pond. 3 den. 1. gran. pretii 20. ſolid. Turon. pond. 63. ad marcam Pariſ. *A* 5. *Aug. ad* 10. *Sept.* 1364. Typus hîc extat, & in Edictis monetariis editis.

Francici auri puri. (*Francs d'or fin*) ejuſdem figuræ & ponderis quibus alii, præterquam quòd loco Joannis KAROLUS ſcribitur, pond. 3. d. 1. gr. pretii 20. ſ. 10. *Sept.* 1364. 5. *Maji* 1365. Horum typus hîc deſcribitur.

Denarii auri puri cum liliis, (*Deniers d'or fin aux fleurs de lys*) ejuſdem figuræ & ponderis quibus Regales ſuprà deſcripti, pond 3. den. 1. gr. pretii 20. ſol. Tur. pond. 64. ad marcam Par. Atque hi poſtremi nudè *Fleurs de lys d'or* appellantur in Computo Auxiliorum pro liberatione Regis Johannis an. 1366. fol. 32. verso. *A* 5. *Maj* 1365. *ad* 30. *Aug.* 1368. 12. *Mart.* 1371. 18. *Mart.* 1384. Proſtat præterea alius Aureus, in quo Rex ſagatus effictus eques cum gladio, equo pio, ut ajunt, veſtito, veſtique liliis & delphinis interſtincta, cum hac Inſcriptione, KAROLUS FRANCORUM REX DALPS VIENN. In parte altera, crux florigera cum ſolita Inſcript. XRC. &c.

Sub CAROLO VI.

Denarii auri puri, dicti *Eſcus à la Couronne*, quos vulgo *vetera Scuta* nuncupamus, in quibus effictum ſcutum coronatum, in quo deſcripta tria lilia, absque ſole, cum cruce admodum variegata, pond. 3 d. 4. gran. pretii 22. ſ. 6. d. Tur. p. ad marcam Par. 18. *Mart.* 1384. 15. *Sept.* 1386. 3. *Mart.* 1387. Typus hîc exhibetur.

Denarii auri puri cum Corona, (*Deniers d'or fin à la Couronne*) cum iiſdem figuris pond. 3. den. 3. gr. pretii 22. ſol 6. den. Turon. 3. *Mart.* 1387. 8. *April.* 1391. 1. *April.* 1392. 8. al. 28. *Aug.* 1393.

Similes *Denarii cum Corona*, pond. 3. d. 2. gr. pond. 64. ad marcam Pariſ. 28. *Aug.* 1394. 5. *Nov.* 1411.

Alii denarii ejuſdem figuræ pond 3. den. pretii 22. ſolid. 6. den. *Stat.* 5. *Nov.* 1411. 5. *Mart.* 1411. 11. *Octobr.* 1415. Atque hi nummi aurei *Couronnes, & Couronnes de France*, dicuntur Froiſſarti to. 4. c. 26. 64. 66. Adde Hiſtoriam Betunienſem p. 375. Hiſt. Durdanenſem p. 108. &c.

Alii *Denarii parvi ſeu Scuta cum Corona*, dicti *Eſcus à la Couronne petits*, cum iiſdem figuris, pond. 2. d. pretii 15. ſ. Tur, 3. *Jul.* 1413. 11. *Octob.* 1415. 10 *Maji* 1417.

Agni, parvi Agni vel Moutons, ou petits Moutons,

vete-

veteribus *Agnis* similes, præterquam quod sub agno scriptum est, K. F. RX. pond. 2. denar. pretii 20. sol. A10. *Majiusque ad* 21. *Dec.* 1417. Typum hîc descripsimus.

Scuta Galeata, (*Escus Heaumez à* 3. *fleurs de lys*) simplicia & duplicia, in quibus effiƈta galea coronata, cui imminet majus lilium apicis vice: in aliis deest apex, ponderis { 4. den. 2. den. } pretii { 40. sol. Turon. 20. sol. Turon. } pond. 48. & 96. d. *A* 21. *Decemb.* 1417. *ad* 12. *Junii* 1418. 18. *Jan.* 1419. Typus hîc perinde delineatur.

Scuta cum Corona, (*Escus à la Couronne*) veteribus similia, præterquam quòd in crucis centro stella perforata, quam *molettam* dicimus, ad stellatorum scutorum quæ multo meliora sunt, discrimen habetur: pond. 2. d. 20. gr. pretii 30. sol. Tur. 23. karats, pond. 67. ad marcam Paris. *Stat.* 17. *Jun.* 1418. In hisce Denariis statutum, ut ad cæterorum discrimen versus crucem, inter *Carolus* & *Dei*, crucicula vice puncti, & in aversa parte inter primum *Christus*, & vocem subsequentem pariter similis crucicula, cum cæteris solitis discriminibus effingeretur. Ita Regestum 123.

Agni, vel *parvi Agni*, (*Moutons, ou petits Moutons*) pond. 2. den. pretii 30. sol. Tur. 22. karats, pond. 96. d. ad marcam Paris. *A* 18. *Jun. usque ad* 2. *Mart.* 1419.

Vetera Scuta cum Corona, (*vieux Escus à la Couronne*) ut alia, pond. 2. den. 20. gran. pretii 50. sol. Turon. 24. karats, & pond. 67. ad marcam Paris. *A* 2. (al. 12.) *Mart. ad* 11. *Aug.* 1419 quo etiam Ediƈto 2. Martii statutum ut Agnorum pretium esset 33. sol. 4. den.

Salutes cum Armis Franciæ, (*Saluts aux Armes de France*) in quorum aureorum altera parte, scutum cum tribus liliis effingitur inter Angelum & Deiparam: in Volumine scriptum AVE, suprà, radii cœlestes eminent. In altera visitur crux plana inter duo lilia, cui subest litera K. cusi ad 24. karats, 8. parte minus, pond. 3. den. 1. gr. & pretii 25. s. Turon. pond. 63. den. ad marcam Par. *Ab* 11. *Aug.* 1421. *usque ad* 6. *Febr.* 1422. Typum hîc damus.

Semisses eorundem aureorum, ponderis & pretii pro rata portione, diƈti *Demisaluts*. De Monetarum aureorum pretii sub Carolo VI. immutatione, vide Monstrelletum 1. vol. c. 251.

Aureus alius præterea prostat, *Parisiensis* fortè, cum is typum eundem ferè præferat quem Parisiensis Philippi VI. Regem scilicet sedentem in cathedra leoninis capitibus exornata, cum binis leonibus ad pedes jacentibus, binisque hinc inde scutulis 3. lilia præferentibus, & hac Inscriptione, † KAROLUS DEI GRA. FRANCORUM REX. In altera parte crux liliata conspicitur cum solita Inscr. XRC. &c.

Sub HENRICO VI. *Rege Angliæ.*

Salutes cum Armis Franciæ & Angliæ, (*Saluts aux Armes de France & d'Angleterre*) in quibus effiƈtus ἐυαγγελισμὸς, scilicet Angelus & Deipara pone utrumque scutum, cum volumine continente AVE, inter utriusque capita, & hac Inscript. HENRICUS. DEI. GRATIA. FRANCORUM ET. ANGLIÆ. REX. In aversa parte, crux plana inter lilium & leopardum: pond. 3. d. 1. gr. pretii 25. s. Tur. cum 4. parte remedii, pond. 63. den. ad marcam. 6. *Febr.* 1422. 3. (al. 4. *Jun.* 1423. Vide Monstrelletum 1. vol. c. 251. Typus hîc describitur.

Similes *Salutes*, ponderis 2. den. 17. gr. pretii 22. sol. 6. den. Tur. conficientes ad marcam Paris. 70. d. cum 4. parte remedii, 6. *Sept.* 1423.

Angeli, (*Angelots*) qui sunt duo tresses *Salutum*, in quibus effiƈtus Angelus utrumque Franciæ & Angliæ scutum tenens: in aversa parte, eadem cruce cum lilio & leopardo exaratis, pretii 15. sol. conficientes 105. den. ad marcam Paris. 24. *Maji* 1427. Typus hîc perinde describitur.

Aureum alium descripsit præterea Hautinus p. 127. in quo Rex ipse sagatus equo vestito & liliis ac leonibus distincto insidet, gladium vibrans, cum Inscr. HENRICUS D. G. FRANCORUM ET ANGLIÆ REX. In altera parte crux florigera, cum solita Inscr. XRC. &c.

Haƈtenus monetarum fabricæ ex Magistrorum Monetariorum rationibus. Postmodum verò in Regesta recepta sunt ex Regiis diplomatibus, quarum proinde dies & annus incerti manent, quòd eæ ut plurimùm multò post cuderentur, sicque haud est proclive earum publicationis tempus indicare.

Sub CAROLO VII.

Regales auri, (*Royaux d'or*,) in quibus Rex effiƈtus palliatus in area liliata, dextra virgam, sinistra sceptrum tenens, pretii 25. sol. *Octob.* 1429. Typum hîc descripsimus.

Regales auri, prioribus similes, præterquam quòd punƈtum apertum (O) ante cruciculam præferunt. 1430.

Denarii auri puri, (*Deniers d'or fin, appellez Escûs a la Couronne*) in quibus effiƈta 2. lilia coronata ad scuti latera, cum 4. parte remedii, pond. 2. den. 17. gran. (pendunt tantùm 2. den. 14. gr.) pretii 25. sol. Tur. pond. 70. den. ad marcam Par. *Statuto* 1435. 28. *Jan.* quod demum executioni mandatum Parisiis 4. *April.* 1436. Horum hîc exaratur typus.

Eorundem Denariorum semisses, pondere & pretio similes, cusi Ediƈto 26. April. 1438. diƈti *demi Escus*.

Diplomate Regio dato Salmurii marcæ auri puri pretium fuit 86. l. 17. sol. 6. den. putato quolibet scuto pro 25. sol. Turon.

Similia *Scuta*, & eorum semisses paris ponderis, pond. 70. & semiss. & 141. den. ad marcam Paris. *Diplom.* 12. *Aug.* 1445.

Similia *Scuta*, ad 23. karats & semiss. cum 8. parte remed. pretii 27. sol. 6. den. pond. 70. den. & semiss. ad marcam Par. *Ediƈto* 20. *Jan.* 1446. & 26. *Maji* 1447. 18. *Majii* 14,0.

Eorum semisses, pro rata.

Similia *Scuta*, ponderis 2. den. 16. gr. pretii 27. sol. 6. den. *Diplom.* 16. *Jun.* 1455.

Sub LUDOVICO XI.

Similia *Scuta*, cum binis liliis ad latera, ad 23. karats & 8. part. pond. 2. den. 16. gran. pretii 30. sol. 3. den. Turon. pond. 72. ad marcam Paris. *Diplom.* 4. *Jan.* 1473.

Semisses, pro rata. Typus habetur apud Haut. p. 169.

Scuta cum Sole, (*Escus au Soleil*) in quibus effiƈtus sol octo radiorum supra coronam flosculis adornatam, ad 23. karats, & 8. part. remed. pond. 2. den. 17. gr. (nulli tamen reperiuntur graviores 15. gran.) pretii 33. sol. Tur. *Diplom.* 2. *Nov.* 1475. Eorum fabrica decreta tam in Franciæ quàm Delphinatus officinis monetariis. Eodem Diplomate statutum, ut priùs cusa Scuta pretii essent 32. sol. 1. den.

Angeli varii ponderis & pretii, vulgò *Angelots*, in quibus effiƈtus S. Michaël, gladium dextra, læva scutum cum tribus liliis tenens, pedibus serpentem terens effingitur, cum Inscript. LUDOVICUS DEI GRA. FRANCORUM REX. In altera parte, crux florigera, cum solita Inscript. XRC. Describuntur ab Hautino p. 173.

Scuta, Francicis & Delphinalibus similia, pret. 36. sol. 3. den. Turon. *Diplom.* 24. *April.* 1488. quo etiam statutum ut Scutorum cum corona pretium esset 35. sol. Turon.

Habentur præterea ejusdem Regis aurei alii, in quibus *Regis Siciliæ*, alii in quibus *Pisanorum Liberatoris* titulus ei adscribitur.

Legitur in Regesto viridi novo Castelleti Paris. fol. 83. Statutum de monetarum pretio, 16. Febr. 1485.

Grans Blans unzains tant aux armes de France, que du Dauphiné pour 11. *den. T. piece, demi unzains à l'Equipollent.*

Grands

CAROLVS. V.

CAROLVS. VI.

HENRICVS
REX. ANGL.

CAROLVS VII.

LVDOVICVS XI

CAROLVS VIII

LVDOVICVS XII

FRANCISCVS. I.

HENRICVS. II.

Grans Blans au soleil tant aux armes de France, que du Dauphiné pour 11. den. T. piece, demi unzains à l'Equipollent.

Liars & hardis pour 3. den. piece.

Doubles & petits deniers Tournois pour 2. den. T. & 1. den. T.

Les Parisis pour 1. den. parisi piece.

Les Gros d'argent tant aux armes de France, que du Dauphiné pour 2. sols 10. den. T.

Tous les Escus à la couronne qui sont faits à divers poids, à tout le moins, qui poisent 2. den. 14. gr. au pris de 32. s. 1. den. T. piece. Les demi Escus à l'equipollent.

Les Escus faits au pays de Dauphiné du poids dessusdit pour 32. s. 1. d. T. piece, & les demy à l'equipollent.

Les Escus au soleil, qui sont faits de 70. de poids au marc à tout les moins, qui poisent 2. den. 16. gr. pour 33. s. T. piece & les demi Escus à l'equipollent.

Les Escus au soleil, qui sont faits oudit pays de Dauphiné de semblable poids pour 33. s. T. piece, & les demi à l'equipollent.

Habetur Statutum aliud Caroli VIII. Reg. 10. Jun. an. 1488. fol. 131. quo perinde monetarum Francicarum pretium indicitur, scilicet

Bons vieils Escus pour 40. s. T.

Bons Francs à pié & à cheval & Royaux pour 39. s. T.

Bons Saluts à 37. s. T.

Bons Escus au soleil pour 36. s. 3. d. T.

Bons Escus appellez à la couronne pour 35. s. T. piece.

Grans Blans au soleil appellez douzains pour 13. den. T.

Grans Blans à la couronne appellez unzains pour 12. d. T. piece, & les demi à l'equipollent.

Gros du Roy, qui par cy devant ont eu cours pour 2. s. 10. d. T. auront cours pour 3. s. T.

Liars & Hardis, doubles Tournois, Petits Tournois & deniers Parisis au pris qu'ils courent à present.

Statuto denique alio ejusdem Caroli 17. Decemb. an. 1488. ibid. fol. 122. statuitur nova cusio *des Grans Blans à la Couronne à 4. den. d'aloi argent le Roy, à 2. gr. de remede, de 7. s. 8. den. & demi de poids au marc de Paris, qui auront Cours pour 10. den. T. la piece, sur le pié de 11. livres T. marc d'argent.*

In Regesto cæruleo Castelleti Paris. fol. 50. extat aliud Caroli Regis Statutum 31. August. an. 1497. quo cusi statuuntur monetæ aureæ & argenteæ, scilicet

Les Escus fins au soleil de 70. de poids au marc, qui est 2. den. 17. gr. 3. quarts de gr. du poids de 2. den. 16. gr. du prix de 36. s. 3. den. T. Les demi à l'equipollent.

Les Escus à la Couronne, qui sont à 72. de poids au marc, qui est 2. den. 14. gr. du prix de 35. s. T. Les demi à l'equipollent.

Les gros de Roy de 2. den. 16. gr. pour 3. s. T.

Les grans Blans au souleil aux armes de France & du Dauphiné pour 13. deniers T. les demi à l'equipollent.

Les grans Blancs à la Couronne pour 10. d. T. &c.

Sub LUDOVICO XII.

Scuta cum Histrice, (*Escus au Porc espic*) in quibus binæ histrices scuti latera ambiunt: in aversa parte crux visitur in muris Pontici vellus desinens, inter binas histrices, & bina L. pond. 2. den 17. gran. pretii 36. sol. 3. d. Turon. *Diplom.* 19. *Nov.* 1507.

Sub FRANCISCO I.

Scuta similia, pond. 2. den. 16. gran. pretii 40. sol. *Diplomate* 27. *Nov.* 1516

Scuta cum parva Cruce, (*Escus à la petite Croix*) pretii 45. sol. Tur. pond 2. d. 16. gran. *Diplom.* 19. *Mart.* 1540.

Sub HENRICO II.

Denarii auri, dicti *Henrici*, (*Deniers d'or, dits Henris*) in quibus Regis laureati & armis instructi effictа protome, & in aversa parte Crux ex literis H. coronatis compacta, pond. 2. den. 20. gran. pretii 50. solid. Turon. *Ducati* etiam appellantur, cusique & duplices. *Diplom.* 14 *Jan.* 1449.

Scuta cum Sole, (*Escus au Soleil*) in quibus loco crucis, Rex coronatus effictus, pond. 2. den. 15. gran. pretii 46. sol. Turon.

Monetæ, quam ad molendinum dicimus, (*Monnoye au molin*) fabrica Parisius instituta in Domo Thermarum Regiarum, ad caput horti Palatii, in quo cusa.

Henrici duplices & simplices, paris ponderis, cum figura muliebri galeata super trophæo sedente Victoriolam lauream porrigentem dextra præferente. cum Inscript. GALLIA OPTIMO PRINCIPI.

Semissis, pro rata.

Scuta cum *Sole* & *Lunulis*, paris ponderis & pretii.

Sub FRANCISCO II.

Sub quo nullæ aureæ cusæ monetæ quæ ejus nomen præferant, sed typis Henrici parentis.

Sub CAROLO IX.

Scuta cum Sole, (*Escus au Soleil*) absque ulla effigie, pond. 2. den. 15. gran. pretii 50. sol. Turon. *Diplomate* 17. *Aug.* 1561. pretii 52. sol. *Dipl.* 11. *Aug.* 1568. pretii 54. sol. *Aresto Intimi Consilii* 16. *Sept.* 1570. pretii 54 sol. usque ad 1. April. 1572. *Diplom.* 27. *April.* 1571. pretii 52. sol. usque ad Natalem S. Joan. *Dipl.* 1. *April.* 1572. pretii 54. sol. *Dipl.* 2. *Sept.* 1572. & 26. *Maji* 1573. pretii 58. sol. *Diplom.* 22. *Sept.* 1574. pretii 60. sol. *Diplom. ult. Maji* 1575. pretii 65. sol. *Diplom.* 22. *Mart.* 1577. pretii 66. sol. *Aresto Curiæ* 13. & 21. *Jun.* 1577.

Edicto M. Sept. an. 1577. interdictæ rationes seu numerationes *ad libram*, inductæque *ad Scuta*, quorum pretium fuit 66. sol. Turon. usque ad ultimum Dec. & deinceps 60 sol.

MONETÆ ARGENTEÆ REGUM FRANCIÆ, *partim ex Regesto inter duos asseres dicto, quod in Curia Monetarum asservatur, partim ex Regesto Cameræ Computor. Paris. signata* 123. *& aliis monumentis excerpta.*

Sub PHILIPPO IV.

Parisienses duplices, (*Parisis doubles*) id est, denarii duo Parisienses, quarta parte Turonensi graviores: in quorum parte altera Crux effingitur in florem desinens, cum Inscript. PHILIPPUS. REX. In altera lilium in medio nummo, cui vox REGALIS subest: in circulo, MONETA DUPLEX. *Die Lunæ post Quasimodo* 1293. *die S. Trinit.* 1296. Typum hîc damus.

Turonenses duplices (*Tournois doubles*) id est, denarii 2. Turon. Parisiensibus paulò minores, cui efficta crux pedata (*Croix patée*) cum lilio, & Inscriptione in circulo, † PHILIPPUS REX. In adversa, triangulus, seu fastigium ædis sacræ cruce suprà insignitum, cum hisce characteribus in circulo, MON. DUPLEX. REGALIS.

Malliæ albæ, (*Mailles blanches*) quarum mentio est in Tabulis Philippi Regis ann. 1303. in 36. Regesto Archivi Regii n. 60.

Parvi Parisienses. (*Petits Parisis*) In eodem Regesto ch. 91. descriptum legitur Edictum Regium, quo jubetur ut Parvus Parisiensis nuper cusus pro duplici Parisiensi currat: & pariter Parvus Turonensis novæ etiam fabricaturæ, pro duplici Turonensi, quia Parisienses & Turonenses simplices ejusdem sunt pretii, dat. Vincennis Sabbato ante S. Magdalenam 1303.

Grossi Turonenses argentei, (*Gros Tournois d'argent*) cusi æquè probi ac erant tempore S. Ludovici, pretii 10. den. & malliæ bonorum parvorum Parisiensium. *Paris.* 3. *Maji* 1305. ex eodem Regesto ch. 226. 229. *Denariorum Grossorum ad pondus Parisiense* mentio est sub ann. 1268. tom. 5. Hist. Fr. p. 435.

Grossi Turonenses argentei, (*Gros Tournois d'argent*) cusi sub S. Ludovico & Philippo Audace, ejusdem ponderis & legis, pretii 31. den. & malliæ Paris. monetæ currentis. *Dat. Atheis die Jovis post S. Trinitatem an.* 1305.


 PHILIPPVS. IV.



LVDOVICVS. X. PHILIPPVS. V. CAROLVS. IV.



PHILIPPVS. VI.





IOANNES.








CAROLVS. V.



CAROLVS. VI.





1305. *Ex eod. Regesto 36. ch. 229.* In altero scriptum legitur, Grossum Turonensem S. Ludovici, & alios esse 12. den. legis argenti regii, *à 12. den. de loy argent le Roy.* In Edicto mensis Martii post Pascha, an. 1308. statuitur, ut Grossi Turonenses currant pro 10. den. & malliæ pro 6. Grossis Turon. 21. den. interdictis & conflandis. In alio, dato Parisiis 18. Jan. an. 1308. idem Rex, ut reducerentur monetæ ad pretium & legem, quibus erant sub S. Ludovico, statuit: ut duplices Parisienses & Turonenses ejusdem essent pretii, quo priùs erant, ut & Grossus Turonensis argenteus 10. denar. & mallia Parisiensis, nec illud augere liceret: prohibitis cæteroquin Grossis Turonensibus 21. den. qui antea etiam interdicti fuerant: & cùm Malliæ haud ita pridem cusæ fuissent, ut mercatores res suas faciliùs transferre possent, iique mallias ipsas pro 4. den. exponerent, vetantur eæ majori pretio quàm 3. denariorum exponi. *Regest. Noster.* Typos hîc damus.

Oboli Tertii, (Oboles Tierces) sic dicti, quòd pretii essent tressis solidi, id est, 4. den. Turon. ponderis 1. d. 2. gran. & 12. den. legis argenti regii, pond. 14. sol. 6. den. ad marcam Paris. quæ quidem monetæ species admodum exigua est, crucemque nudam præfert, cum duplici Inscriptione. ✝SIT. NOMEN. DNI. BENEDICTUM. & PHILIPPUS REX. Et in aversa parte templum Turonense solitum, cum Inscriptione in ambitu: TURONUS CIVIS, & limbo liliato. 11. *al.* 10. *Nov. & 20. Jan.* 1310.

Burgenses fortes duplices, (Bourgeois doubles forts) ponderis 1. den. gravioris, legis 6. den. pretii 2. den. Par. in quibus effícta crux, quæ ipsum Inscriptionis limbum inferiorem pertingit: PHILIPPUS REX. In aversa sub lilio: NOVUS, & in circulo: BURGENSIS. 20. *Jan.* 1310. *ad* 8. *Julii* 1311. Typum hîc damus.

Extat Edictum Philippi Regis dat. Pissiaci die Martis ante S. Vincentium, quo præcipit fieri parvos denarios nigros, qui appellantur & appellabuntur *Burgenses.* quorum pretium erit, 4. pro alba Mallia, & 12. pro 7. Grossis Turonensibus S. Ludovici: Burgenses verò fortes, duos pro una alba Mallia, & 6. pro 1. Grosso Turonensi S. Ludovici.

Regestum *Noster*, fol. 301. *Le 20. Jan. 1310. courut bonne monnoie. Dudit 20. Jan. lors jusques à la S. Jean, coururent Bourgeois pour Parisis. De ladite S. Jean lors commença à courre bonne monnoie, jusques en l' an 1310. que courut bonne monnoie, & fu cette monnoie avaluée en l' an 1320. que le Marc d' argent valut 60. sols Tourn. en l' an 1321. couroit la bonne monnoie.* Idem Regestum fol. 205. *L' an 1307. 8. & 9. courut forte monnoie, au temps de Bourgeois, comme Bourgeois l' an 1314. & 15. au prix de 10. den. ob. le Gros Tournois dés l' an 1316. jusques a l' an 1325. Parisis lors valoit Tournois fors.*

Aliud Regestum: *Ad Candelosam 1310. incoeperunt Burgenses, & fuerunt ad Natale B. Mariæ.* Continuator Nangii an. 1310. *Philippus Rex Franciæ simplicium ac Duplicium Burgensium fieri fecit monetam, pro simplicibus Duplicibus Parisiis denariis concurrentem, &c.*

Burgenses fieri jubentur Tolosæ. Dat. Pissiaci ante S. Vincent. 1311. *Ex 1. Regesto Memor. Cameræ* Computor.

Parisienses, pond. 20. gr. legis 4. den. 12. gr. pretii unius denar. Paris.

Turonenses, pond. 21. gr. legis 3. den. 18. gr. pretii 1. den. Turon. 9. Sept. 1313. 10. Mart. 1315. quæ quidem binæ monetæ dictæ *parvi Cornuti, (petits Cornus)* quia minùs bene cusi & formati, in Edicto ann. 1315 quo prohibentur: figura similes sunt & Turonensibus, de quibus mox.

Sub LUDOVICO HUTINO.

Parisienses & Turonenses parvi, ejusdem ponderis, quo *Cornuti*, Turonensibus cruce pedata insignitis, cum Inscript. LUDOVICUS. REX. & in aversa parte, templo solito & Inscript. TURONUS CIVIS. *A.* 30. *Mart.* 1315. *ad* 1. *Mart.* 1317. Typos hîc damus.

Sub PHILIPPO MAGNO.

Grossus Turonensis argenteus, (Gros Tournois d' argent) pond. 3. den. 5. gr. legis 11. den. obol. argenti puri, pretii 12. den. Paris. quorum 59. & sexta pars marcam Parisiensem conficiunt, Moneta magnitudinis Julii Romani, cruce pedata insignita, cum duplici Inscriptione, BNDICTUM SIT NOMEN NRI DEI IHV XRI & ✝PHILIPPUS REX. In aversa verò parte, templo cum cruce, & Inscript. CIVIS TURONUS, & limbo liliato. *A 1. Mart.* 1317. *ad 7. Maji* 1322. Typi hic exarantur.

Sub CAROLO PULCRO.

Parisienses duplices, (Parisis doubles) ponderis 1. den. 2. gr. & legis 6. den. pretii 2. d. Paris. 14. sol. Par. pond. ad marcam Paris. Haud bene constat, an ea sit moneta? quæ crucem liliatam præfert, cum Inscript. MONETA DUPLEX. & in aversa parte coronam, cum Inscript. CLUS REX. *A 27. Oct. ad 2. Mart.* 1322.

Edicto Caroli Regis dato, Parisius 15. Oct. 1322. jubetur fieri moneta, cujus pretium sit 2. parvorum Parisiensium, & parvus Denarius, cujus pretium sit unius Parisiensis, quorum duo ejusdem erunt pretii, quo unus ex prædictis. Item Malliæ parvæ, quarum duæ erunt pretii unius denarii simplicis, & ut Grossi Turonenses, seu S. Ludovici, seu alii non currant nisi pro sex denariis eorum, qui current pro 2. Paris. & pro 12. ex simplicibus. *Ex 1. Regesto Memorialium Cameræ Comput. Paris.*

Oboli albi, (Oboles blanches) pond. 1. den. 15. gr. legis 10. den. argenti regii, pretii 6. den. Paris. 9 sol. 10. den ad marcam Paris. prædictorum Parisiensium medietatem conficientes & similis figuræ; sed minoris. cum duplici circa crucem Inscriptione: SIT NOMEN DNI BENEDICTUM. & CAROLUS REX & in aversa parte templum, cum Inscriptione, FRANCORUM. & limbo liliato. 2. *Mart.* 1322. 4. *Maji* 1323. 18. *Jan.* 1324. 3. *April.* 24. *Jul.* 20. *Jan.* 1326. 7. *Nov.* 1328. Typus hîc describitur.

Sub PHILIPPO VI.

Oboli albi, &

Duplices Parisienses, (Doubles Parisis) ejusdem ponderis, legis, pretii, figuræ & Inscriptionis, præter nomen Principis. *A 7 Nov.* 1328. *ad* 10. *Nov.* 1329.

Parisienses, pretii 12. bonorum Parisiensium parvorum. *Sabbat. post S. Michaëlem* 1329.

Parisienses parvi, (Parisis petits) pond. 1. den. legis 4. den. pretii 1. den. Paris. in quorum parte altera nuda crux, cum Inscript. PARISIUS CIVIS. In aversa, in campo FRAN COR. in circulo, PHILIPPUS REX. Quidam extant, quorum in medio scriptum FRAN CORUM *A 20. Sept.* 1330. *ad* 12. *Jun.* 1333. Typum hic damus. Continuator Chronici Guill. Nangii an. 1331. *Hoc eodem anno Philippus Rex monetam antea mutabilem valde in meliori statu posuit: nam ipse ordinavit, quòd unus Florenus de Florentia non valeret nisi 10. solidos Parisienses, & alia moneta de auro secundùm tale pretium, unus Grossus de argento 9. Parisienses parvos: & parvus Denarius, qui valebat 2. denarios, reduxit ad unum: & sic res multa, quæ antè erant caræ valde, quasi ad medium reducuntur.*

Huc etiam referri debent, quæ habentur in Regesto *Noster* fol. 204 de monetarum argentearum hujusce tempestatis pretio.

Modus solvendi in Thesauro debita de temporibus retroactis habitis tam per Cameram Computorum, quàm al. tam secundùm æstimationem cursus Grossi Turonensis argenti, quàm al.

De toto tempore præterito usque ad annum 1301 exclusivè solvuntur debita consideratione cursus Grossi Turonens. pro 10. ob. Par. exceptis eis, quæ debentur pro guerris, & specialiter pro vadiis gentium armorum, quæ fuerunt in guerris Vasconiæ & Flandriæ ab anno 1295. usque ad annum prædictum

dictum, qua vadia solvuntur per reductionem ad tertiam partem, ut 30. lib. ad 10. lib.

Ab an. 1301. usque ad festum B. Mariæ Septemb. 1306. reducuntur 3. denar. ad unum.

A festo B. Mariæ in Septemb. 1306. usque ad Pascha 1311. valuit Grossus Turon. argenti 10. obol. Par. & secundùm hujusmodi æstimationem recipitur & solvitur.

A Pascha 1311. usque ad festum B. Mariæ in Septemb. 1313. habuerunt Burgenses cursum, quilibet pro 2. den. P. & pro illo tempore Paris. reducuntur ad Turon.

A dicto festo usque circa Pascha 1316. aliquando habuit cursum Grossus Turonus pro 10. denar. ob. Par. aliquando non habuit aliquem cursum; sed utitur ac si habuisset cursum pro 10. den. ob. Par. licèt aliquando minus valuerit.

Ad Pascha 1316. usque ad ann. 1325. habuit Grossus Turon. cursum pro 12. den. Paris.

Anno 1325. circa Candelosam habuit cursum pro 13. den Par. & ante ipsam Candelosam eodem anno, & in parte anni 1324. habebatur 6. den. pro libra penes Campsores super magnum pontem Parisius.

Anno 1326. circa festum B. Remigii valuit Grossus Turon. 24. d. Par. & à prædicta Candelosa usque ad dictum festum S. Remigii habebatur 6. den. Par. vel plus vel minus pro libra.

Anno 1326. prædicto valuit Grossus Turon. 15. den. Par.

Ad Pascha 1327. valuit Grossus Turon. 16. d. Par.

Ad S. Joann. 1327. valuit 16. den. Paris. & quasi obolum.

Ad S. Remigium 1327. valuit 17. den. Par.

Ad Nativitatem Domini 1327. incœpit ascendere paulisper usque ad 20. d. Par. sed pro toto anno 1328. & pro toto anno 1329. usque ad 26. diem Decemb exclusivè utitur sic, quòd 2. denarii reducuntur ad unum quasi Grossum Turon. habuisset semper cursum per dictum tempus pro 2. sol. Turon.

A 26. die Decemb. 1329 exclusivè usque ad crastinum Pasch. 1329. 9. diem Aprilis exclusivè valuit Grossus Turon. 18. d. Tur.

Et in dicto crastino 9. April. 1330. incœpit habere cursum ad 12. den Tur.

Extat in eodem Regesto *Noster* fol. 213. Edictum Philippi Regis an. 1329. die Sabb. post Michaëlem publicatum, quo statuit, ut *Grossi Turonenses* argentei cudantur pretii & legis, quibus erant sub S. Ludovico, pro 12. bonis parvis Turon. præterea boni *parvi Parisienses* pretii & legis, quibus erant sub S. Ludovico. Item *parvi Turonenses* pretii & legis sub S. Lud. Item *parvæ Malliæ Parisienses* & *Turon.* pretii & legis eorundem denariorum. Item *parvæ Pictavinæ*, quarum 4. valebunt pondere & lege bono parvo Turonensi, & 5. 1. bonum parvum Parisiensem.

Habetur præterea in eodem Regesto fol. 216. Edictum aliud ejusdem Regis ann. 1329. quo statuit, ut *boni Parisienses*, qui tum cudebantur, currant pro 18. den. Paris. *Grossi Turonenses* S. Ludovici, & veteres boni & graves, & qui tum cudebantur, pro 18. den. Tur. *Malliæ albæ* pro 6. den. Tur. *Duplices Parisienses* pro 3. obol. Paris. *Boni parvi Parisienses*, qui tùm etiam cudebantur, pro tribus obolis Turon. cujusmodi pretia obtinere debebant à die Christi natalitio ad Pascha: deinceps fortis moneta currat, scilicet ex monetis argenteis, *Parisiensis* pro 12. bonis seu probis parvis Paris. *Grossi Turonenses* S. Ludovici & veteres pro 12. Turonensibus bonis, *Malliæ bonæ* vel probæ, pro 4. Turon. parvis bonis, (*Duplices & boni parvi Parisienses*) qui tum cudebantur, pro 1. bono parvo Paris. denique *parvi Turonenses*, qui tum etiam cudebantur, pro 1. den. Tur.

A 9. Martii 1334. cessavit monetarum fabrica, defectu materiæ, usque ad 13. Febr. 1336.

Denarii argentei cum Corona, (*Deniers d' argent à la Couronne*.) pond. 2. den. legis 10. den. 16. argenti Regii, pretii 10. den. 8. solid. ad marcam Paris. In Edictis vulgò appellati *Blans deniers à la Couronne*, magnitudinis Julii Romani. Crux Inscriptionem attingit: SIT NOMEN &c. & PHILIPPUS REX. In aversa parte templum coronatum, cum Inscript. in circulo, FRANCOR. & limbo liliato. *A 13. Febr. 1336. ad 3. Nov. 1337. & à 3. Nov. 1337. ad 1. Febr. seq. 18. Febr. 1337. 6. Febr. 1338. 28. Octob. 16. Nov. 18. Dec. 3. Jan. 1338. 19. Aug. 17. Decemb. 5. Febr. 10. April. 1338. 1. Aug. 1340.* Typus hîc describitur.

Duplices Turonenses, (*Doubles Tournois*) pond. 1. den. 1. gr. legis 2. den. pretii 2. den. Tur. 13. Febr. 1340. incertum, an eadem sit moneta? ut altera Philippi Pulcri. Hujus mentio est in Computo Bartholomæi *Du Drach*, Thesaurarii Guerrarum an. 1349. 1350.

Grossi Turonenses argentei cum lilio, (*Gros Tournois d' argent à la fleur de lys*) pond. 2. den. 6. gran. legis 6. den. & pretii 15. den. Turon. 8. solid. pond. ad marcam Paris. ea parte, qua crux est efficta, inest liliolum, cum duplici Inscriptione, ut suprà. In altera verò lilium visitur cum Inscript. in circulo, FRANCORUM, & limbo liliato. *A 5. ad 13. Febr. 1340. 23. Aug. 13. Dec. 10. Mart. 1341. ult. Jun. 7. Sept. 9. April. 1342.*

Duplices cum lilio, (*Doubles à la fleur de lys*) pond. 2. den. 3. gr. legis 2. den. argenti Regii, pretii 2. den. Paris. 14. solid. pond. ad marcam Paris. Crucem liliatam præferunt, cum Inscript. MONETA DUPLEX. In aversa verò parte majus lilium, cum Inscript. PHILIPPUS REX. *13. Feb. 1340*

Grossi Turonenses, (*Gros Tournois monnoye moyenne*) pond. 3. den. 4. gran. legis 12. den. pretii 3. solid. 9. den. pond. 60 ad marcam Paris. Crucem perinde præferunt, cum solita duplici Inscript. PHIL. &c. In aversa templum liliatum, & TURONUS CIVIS. *22. Sept. & 1. Novem. 1343.*

Parvi Denarii Parisienses, (*Petits Deniers Parisis*) pretii 1. den. Paris. legis 3. den. 16. gran. argenti Regii, pond. 13. sol. 4. den. ad. marcam Paris &

Parvi Oboli Parisienses (*Petits Oboles Parisis*) quorum duo erant pretii parvi denarii Paris. legis 2. den. 6. gran. pond 22. solid 6. den. ad marcam Paris. *22. Sept. 1343. 16. Febr 1341. 9. April. 1345.*

Denarii Parisienses, (*Deniers Parisis*) ponderis 21. gr. legis 3. den. 6. gran. pretii 3 den. Paris. Cruce insigniuntur liliata. cujus pars inferior Inscriptionem pertingit: MONETA DUPLEX. In aversæ partis medio bina lilia, cum hisce ad eorum latera characteribus, FR AN & in circulo, PHILIPPUS REX. Typum hic damus.

Grossi, & *Parisienses*, (*Gros, & Parisis*) similes, ejusdem ponderis & legis, scilicet *Grossus*, pretii 15. den. Turon. & *Parisiensis* denarii Parisiensis solummodo, sicque pretium eorum imminutum. *A. 1. Nov. 1343. ad 16. Feb. 1344.*

Grossi Turonenses argentei.

Parisienses parvi, &

Oboli parvi, (*Oboles petites*) quorum duo pretii erant parvi Parisiensis, ejusdem ponderis & pretii, quo prædicti. *A 9. April. 1345. ad 17. Jul. 1346.*

Denarii duplices Parisienses nigri, (*Deniers doubles Parisis noirs*) pretii 2. den. Paris. legis 3. den. 18 gran. argenti Regii, & pond. 15 sol. ad marcam Paris. *A 17. Jul. 1346. ad 27. Jan. seq. & à 27. Jan. 1346. ad 3. Mart. seq.*

Duplices Parisienses nigri, pretii 2. den. Paris. legis 3. den. argenti Regii pond. 18. sol. ad marcam Paris. *A 3. Mart. 1346. ad 23. Jul. 1347. & 11. Jan. seq.* Cusi iidem denarii pretii 2. den. legis 3. den. 8. gran. pond. 15 sol. 3. den. ad marcam Paris.

Parvi Denarii Turonenses, (*Petits Deniers Tournois*) pond. 18. gran. legis 2. den. 16. gr. pretii den. Tur pond. 20. sol. 7. den. ob. ad marcam Paris. similes Denariis Ludovici Hutini, cum templo cruciato, & Inscript. TURO-

TURONUS CIVIS, & cruce & PHILIPPUS REX. *Ab* 11. *Jan.* 1347. *ad* 30. *Aug* 1348. Typum hîc describimus.

Hac potissimùm tempestate inventum repetitur *Remedium* ad pondus, *le Remede sur le poids per villains forts, & villains foibles*, voces sunt Monetariorum. Neque illius ulla antiquior occurrit mentio in Regestis Curiæ Monetarum, tametsi Diploma Alphonsi Comitis Tolosani, pro moneta Albiensi an. 1272. illius meminerit. Vide Regestum 123. fol. 38.

Denarii duplices nigri, (*Doubles tous noirs*) pretii 2. den. Tur. legis. 3. den. 1. gr. pond. 15. sol. 3. den. & tert. ad marcam Par. *A* 30. *Aug.* 1348. *ad* 8. *Dec. seq.*

Denarii albi, dicti *Grossi*, (*Deniers blancs, appellez Gros*) ponderis 2. den. 16. gr. legis 6. den. pretii 15. den. pond. 6. solid. ad marcam Paris. 22. *Januar.* 1348. 12. *Maji* 1349. 22. *August.* 1350. Incertum an ea sit moneta quæ crucem nudam, Inscriptionem inferiore sui parte pertingentem, præfert, eamque coronatam cum solita dupliciInscriptione, & in aversa parte templum coronatum, & in circulo, TURONUS CIVIS, cum limbo liliato.

Duplices Turonenses nigri, (*Doubles Tournois noirs*,) legis 2. d. 5. gr. & tert. argenti Regii & pond. 16. s. 8. den. ad marcam Par. *A* 22. *Jan* 1348. *ad* 12. *Maji* 1349. 1. Maji 1350. publicata fuit fortis moneta.

Duplices Parisienses nigri, (*Doubles Parisis noirs*) pond. 1. den. 3. gr. legis 2. den. 8. gr. pretii, 2. d. Par. 11. & 22. *Aug.* & 14. *Nov.* 1530.

Sub JOHANNE *Rege.*

Duplices Parisienses nigri, (*Doubles Parisis noirs*,) pretii 2. den. prædictis similes, valuitque marca argenti tam albi, quàm nigri, 112. solidis Turon. *A* 22. *Aug.* & 24. *Nov.* 1350. *ad* 5. *Febr. seq.*

Duplices Turonenses, (*Doubles Tournois*) ponderis 1. den. 1. gr. legis 2. den. pretii 2. Tour. pond. 15. sol. Tur. ad marcam Paris. vulgò dicuntur *Turonenses nigri.* *A* 24. *Mart.* 1350. *ad* 17. *Maji* 1351.

Duplices Turonenses, (*Doubles Tournois*,) pond. 21. ac ferè 22. gran. legis 1. den. 18. gr. pretii 2. den. Tur. pond. 17. sol. 6. den. ad marcam Paris. *A* 17. *Maji ad* 23. *Jun.* 18. *Aug.* 12. *Septemb.* 28. *Sept.* 14. *Febr.* & 27. *Mart.* 1351. 2. *Jun.* 1352. *&c.*

Mallia alba, (*Mailles blanches*) pond. 1. den. 8. gr. absque remedio, legis. 4. den. 12. gr. pretii 6. den. Paris. pond. 12. sol. ad marcam Paris. iidem sunt cum Obolis quos hîc describimus, quantùm ad pretium, sed figura diversi. *A* 17. *Maji ad* 23. *Jun.* 1351. 28. *Sept.* 1351. Vide Hautinum.

Grossi Turonenses, (*Gros Tournois*) pond. 2. den. 8. gr. legis 4. den. gr. pretii 8. den. Tur. Crucem pedatam cum spiculis in extremis præferunt cum Inscriptione duplici, † JOHANNES REX, & in aversa parte templum cruciatum & liliatum ad latera, cum Inscript. TURONUS CIVIS. 4. *Feb.* 27. *Mart.* 1351. 24. *Nov.* 1354. Typum hîc laudamus. Vide præterea Hautinum p. 81.

Grossi Denarii albi, (*Gros Deniers blancs*) pretii 8. d. legis 3. den. 8. gr. argenti Regii, pond. 11. solid. 8. den. ad marcam Paris. *A* 22. *April.* 1353. *ad* 2. *Aug.* 27. *Nov.* 8. *Dec.* 1353.

Duplices Turonenses, (*Doubles Tournois*) pretii 2. den. Turon. legis 1. den. 16. gr. argenti regii, pond. 16. sol. 8. d. ad marcam Par. *A* 26. *April.* 1354. *ad* 24. *Maji seq.* & à 28. *Maji* 1354. *ad* 5. *Jul. seq.* 5. *Jul.* 1364. 7. *Septembr.* 1354.

Denarii parvi Turonenses, (*petits Deniers Tournois*) pretii 1. d. legis 1. den. 20. gr. argenti Regii, pond. 18. s. 4. d. ad marcam Par. *A* 24. *Nov.* 1354. *ad* 24. *Jan. seq.*

Denarii albi cum Corona, (*Deniers blancs à la Couronne*) pretii 5. d. Tur. legis 3. den. 8. gr. pond. 6. sol. 8. den. ad marcam Paris. *A* 24. *Nov.* 1354. *ad* 24. *Jan. seq.* Crucem liliatam præferunt cum inferiore sui parte longiori Inscriptionem pertingente, † JOHANNES DEI GRA. & in aversa parte coronam in superiori parte, cum hisce infrà exaratis characteribus FRANCORU. REX. & limbo liliato. Typum hîc describimus. Edicto Regio pretium supradictorum Duplicium Turon. fuit oboli Turon. & eorundem alborum Denariorum qui currebant pro 8. den. 2. gr.

Denarii parvi Turonenses (*petits Deniers Tournois*) pretii 1. den. Tur. legis 1. den. 9. gr. argenti Regii, pond. 18. sol. 4. den. ad marcam Paris. *A* 27. *Jan. ad* 4. *April.* 1354.

Denarii albi cum Corona, pretii 5. den. Tur. leg. 2. den. 12. gr. argenti Regii, pond. 6. solid. 8. den. ad marcam Paris. *A* 27. *Jan. ad* 4. *April.* 1354. 20. *Maji* 6. *Maji* 24. *Jul.* 1355.

Duplices Parisienses nigri, (*Doubles Parisis noirs*) pond. 1. den. legis 1. den. 12. gr. pretii 2. den. Par. pond 16. sol. ad marcam Paris. Crucem ut supra effictam præferunt, & Inscript. † MONETA DUPLEX. & in aversa parte lilium, & JOHANNES FRANC. REX 17. *Jul.* 1355. & 28. *Sept.*

Grossi Denarii albi cum cauda, (*Gros deniers blans à la queüe*) pretii 12. den. Paris. legis 3. den. argenti regii, pond. 6. sol. ad marcam Paris. *A* 17. *Jul ad* 22. & 26. *Aug.* 1355.

Grossi Denarii albi cum cauda, *Gros Deniers blans à queüe*) pond. 2. den. 9. gr. legis 3. den. pretii 15. d. Tur. pond. 6. sol. ad marcam Paris. crucem, ut cæteri alii, caudatam, sed coronatam, & eandem duplicem Inscriptionem præferunt, & in aversa parte templum liliatum & TURONUS CIVIS, cum limbo liliato. 22. al. 28. *Sept.* 19. *Oct.* 5. *Jan* 1355. *&c.*

Duplices Turonenses, pretii 2. Turon. legis 2. den. 12. gran. pond. 12. sol. 6. den. &

Parvi denarii Parisienses, pretii 1. den. legis 2. d. pond. 20. solid. ad marcam Par. &

Mallia Turonenses, pretii oboli Turon. legis 1. den. 12. gran. pond. 30. sol. ad marcam Par.

Grossi Denarii albi cum lilio, (*Gros Deniers blans à la fleurs de lys*) pond. 3. den. 4. gr. legis 4. den. pretii 8. den. Tur. cruce pedata inter 4. lilia insigniuntur, cum Inscripr. SIT NOMEN DNI BENEDICTUM, & in aversa parte lilium Florentinum coronatum in limbo dentato cum Inscript. JOHANNES DEI GRA. FRANCORUM REX. 5. *Jan.* 1355. 9. *Aug.* 19. *Sept.* 29. *Oct.* 1356. Vide Hautinum p. 87.

Grossi Denarii cum Corona, pretii 10. Tur. den. legis 5. den argenti Regii, pond. 18. sol. 8. d. ad marcam Par. Item

Pardi Denarii Parisienses, (*petits Deniers Parisis*) legis 2. den. pond. 12. sol. ad marcam Paris. Item

Parvi Turonenses, legis 1. den. 20. gran. argenti Regii, pond. 21. sol. 4. den. ad marcam Par. *A* 26. *Mart. ad* 23. *Jan.* 1356.

Grossi Denarii cum lilio, (*Gros Deniers blans à la fleur de lys*) pretii 15. d. legis 4. den. argenti Regii, pond. 5. sol. ad marcam Par. Item

Denarii Duplices Turonenses, pretii 2. den. legis 1. d. 16. gr. argenti Regii, pond. 15. sol. 7. den. & semiss. *A* 23. *Jan.* 1357. *ad* 1. *Maji* 1358.

Denarii albi cum Corona, (*Deniers blancs à la Couronne*) pond. 2. den. 13. gr. legis 4. den. pretii 12. d. Tur. pond. 4. sol. 5. den. ad marcam Par. cum cruce pedata inter 2. lilia, & duplici solita Inscriptione: in aversa parte cum corona rosæ imminente, & Inscript. FRANCOR. REX, & limbo liliato 30. *Aug.* 21. *Octobr.* 22. *Nov.* 1358.

Grossi Denarii albi, (*Gros deniers blans*) pretii 6. Tur. legis 3. den. argenti regii pond. 7. sol. 6. den. ad. marcam Par. Item

Parisi-

Parisienses parvi, (*Parisis petits*) pond. 23. gr. legis 1. den. 8. gr. pretii 1. den. parvi, pond. 16. sol. 8. den. ac marcam Par. cum cruce pedata, & Inscript. † PARISIUS CIVIS, & in postica, FRA NCO & in circulo † JOHANNES REX. 25. *Febr.* 1358. 1. *Jan.* 1359.

Denarii albi cum Corona, pretii 6. den. Tur. *An.* 27. *Martii ad* 16. *April.* 1358. 24 *April.* & 3. *Maji* 1359.

Denarii albi cum tribus liliis, (*Denie s blans à trou fleurs de lys*) pond. 2. den. 17. gr. legis 3. den. 12. gr. pretii 15. den. pond. 5. sol. 10. d. ad marcam Paris. cum cruce pedata, & duplici solita Inscriptione, & in aversa parte, cum tribus liliis coronatis, & in circulo, FRANCORUM. REX. 1. & 12. *Jun.* 9. *Jul* 12 *Jul.* 5. 19. 22. *Octobr.* 12. *Mart.* 1359. Typum hic damus.

Denarii albi cum Stella, (*Denier blans a l' Estoille*) pond. 4. den. legis 4. den. pretii. 2. sol. 6. den. Tur. pond. 4. sol. ad marcam Paris. Crucem præferunt pedatam, cum 4. parvulis spiculis inter 2. stellas perforatas, quas *moletes* dicimus, & duplicem solitam Inscriptionem: in aversa verò parte limbum liliatum ambientem hosce in medio descriptos characteres, FRANCOR. quos binæ coronæ, & iis tria adjuncta lilia infrà & suprà ambiunt. 24. *Novemb.* 4. 19. *Dec.* 21. *Jan.* 10. 25. *Febr.* 3. *Mart.* 21. an. 1359. Vide Hautinum pag. 85.

Duplices Parisienses, (*Doubles Parisis*) pretii 2. d. Paris. legis 18. gr. 15. sol. pond. ad marcam Paris. *Ult. Dec.* 1359.

Grossi Denarii albi, (*Gros Deniers blans*) pond. 3. den. legis 3. den. pond. 5. sol. 4. den. ad marcam Paris. pretii 15. den. 27. *Mart.* 1359. 23. *April.* 1360.

Parvi Denarii Parisienses, (*Petits Deniers Parisis*) pretii 1. den. Paris. legis 2. den. argenti regii, pond. 16. sol. ad marcam Paris. Item

Parvi Turonenses, pretii 1. den. Tur. legis 1. den. 18. gr. pond. 17. sol. 6. den. ad marcam Par. Item

Denarii albi cum liliis, (*Blans deniers aux fleurs de lys*) pond 3. den. 13 gran. legis 4. den. 12. gran. pretii 10. den. Tur. pond. 4. sol. 6. den. ad marcam Paris. Majorem crucem pedatam præferunt Inscriptionem priorem pertingentem, inter 4. Coronas, cum Inscriptione, † JOHANNES DEI GRA. & in aversa parte campum liliatum, cum Inscript. FRANCORUM REX, in circulo liliato. 17. *Dec.* 1360. 23. *April.* 1361. Continuator Nangii ann. 1361. *Eodem anno fecit fieri Rex Franciæ monetam valdè bonam scilicet grossos albos 12. den Paris. non tamen ita magnos, sicut erant Grossi antiqui, quia illi 16. Parisienses tunc temporis valuerunt.* Typum hîc damus.

Albi Denarii. (*Blans Deniers*) in Grossorum speciem, pond. 2. den. 6. gr. legis 12. den. argenti puri, pretii 15. Tur. pond. 4. sol. 6. den. ad marcam Paris. cruce insigniti pedata, & duplici solita Inscriptione: in aversa parte, templo coronato, & Inscript. TURONUS CIVIS cum limbo liliato. 23. *April.* 1361. 2. *Maji seq.* Typum damus.

Semisses Alborum Denariorum, (*Deme Blans Deniers*) pretii 7. den. obol. legis 12. den. argenti regii, pond. 14. sol. ad marcam Paris. *A* 22. *April.* 1361. *ad* 2. *Maji seq.*

Sub CAROLO V. *sub Oresmii tempora.*

Albi Denarii, (*Blans Deniers*,) pond. 2. den. legis 4. den. pretii 5. den. pond. 8. sol. ad marcam Paris. Crucem nudam præferunt, & FRANCORUM REX. & SIT NOMEN DNI BENEDICTUM. & in aversa parte literam K coronatam inter 2. lilia, & DEI GRACIA, in limbo liliato. 2. *Maji* 1365. 11. *Mart.* 1384. Typum damus. Item.

Parvi Denarii Parisienses, (*Petits Deniers Parisis*) pond 1. den. legis 2. den. pretii 1. den Par. pond. 8. sol. ad marcam Paris. Item

Parvi Denarii Turonenses, pretii 1. den. Turon. legis 2. den. argenti regii, pond. 20. sol. ad marcam Paris.

Sub CAROLO VI.

Albi Denarii cum Scuto, (*Blans Deniers à l' Escu*) dicti à *Cambiatoribus*, seu trapezitis *Guenars*, pond. 2. den. 13. gr. legis 6. den. pretii 10. den. Tur. pond. 6. sol. 3. den. ad marcam Paris. Crucem majorem pedatam inter binas coronas & bina lilia præferunt cum Inscript. SIT NOMEN. &c. & in postica scutum cum 3. liliis, & Inscript. † KAROLUS FRANCOR. REX. 11. *Mart.* 1384. 30. *Octobr.* 1389. 7. *Jun.* 1430. Typum damus.

Eorundem *Alborum* semisses, pretii pro rata.

Duplices Denarii Turonenses, (*Doubles Deniers Tournois*) pond. 1. den. 3. gr. legis 2. den. 13. *al.* 12. gran. pond. 13. sol. & 4. part. den. ad marcam Paris. pretii 2. den. Tur. Cruce ornantur pedata & in lilia desinente, quæ Inscriptionem pertingunt, & in circulo, † MONETA DUPLEX. & in aversa parte tribus liliis in area, cum Inscript. † KAROLUS FRANCORUM REX. 31. *Octobr.* 1389. Typum damus. Item

Parvi Denarii Parisienses, pretii 1. den. Paris. legis 2. den. Paris. pond. 16. sol. Par. ad marcam Par. Item

Parvi Denarii Turonenses, pretii 1. den. Tur. legis 2. den. pond. 20. sol. ad marcam Paris. Item

Albi Denarii cum Scuto, (*Blans Deniers à l' Ecu*) pretii 10. den. Tur. legis 12. gran. argenti regii, pond. 6. sol. 2. den. 1. qu. ad marcam Paris. Item

Albi cum Scuto, dicti semisses alborum, (*demi Blans*) pretii 5. den. Turon. ejusdem legis, pond. 12. sol. 4. den. & semiss. den. ad marcam Paris. Item

Duplices Denarii Turonenses, (*Doubles Deniers Tournois*) legis 2. den. 12. gr. pond. 14. sol. 3. qu. den. ad marcam Paris. Item

Parvi Denarii Parisienses, legis 1. den. 16. gr. pond. 15. sol. ad marcam. Item

Parvi Denarii Turonenses, ejusdem legis & pond. ad marcam 18. sol. 9. den. *A* 30. *Octobr.* 1389. *ad* 31. *ejusdem mensis seq.* 7. *April.* 1390. 8. *April.* 1391.

Denarii albi cum Scuto (*Deniers blans a l' Escu*) pretii 10. den. Tur. legis 5. den. argenti regii, pond. 6. sol. 8. den. ad marcam Paris. Item

Albi Denarii cum Scuto, dicti alborum semisses, (*demi blans*) pretii 5. den. Tur. ejusdem legis, pond. 13. sol. 4 den. ad marcam Par. Item

Duplices Denarii Turonenses, (*Doubles Deniers Tournois*) pretii 2. den. Tur. legis 2. den. pond. ad marcam 13. sol. 4. den. Item.

Parvi Denarii Parisienses, legis 1. den. 12. gr. pond. ad marcam 16. sol. Item

Parvi Denarii Turonenses, ejusdem legis, pond. ad marcam 20. solid. *A.* 26. *Octobr.* 1411. *ad* 30. *Nov.* 1412. & 7. *Jun.* 1413.

Albi Denarii, dicti *Grossi argentei*, (*Blans Deniers appellez Gros d' argent*) pond. 2. den. 6. gr. legis 11. den. 16. gr. pretii 20. den. Tur. pond. 7. s. 1. und. den. ad marcam Paris. & Inscript. SIT NOMEN, &c. & in aversa parte cum 3. liliis & Inscript. KAROLUS FRANCORUM REX. 7. *Jun.* & 3. *Nov.* 1413. Typum damus. Vide Monstrellet. 1. vol. cap. 111. Item

Albi Denarii, dict. semisses Grossorum, (*demi Gros*) pretii 10. den. Tur. ejusdem legis. pond. ad marcam 14. sol. 1. den. 2. duod. den. Item

Albi Denarii, dicti *quarts de Gros*, pretii 5. den. Tur. ejusdem legis, pond. ad marcam 18. sol. 12. den. 4. duodec. den.

Albi Denarii, dicti *Grossi argentei*, (*Blans Deniers appellez Gros d' argent*) pond. 2. den. 22. gran legis 9. den. pond. ad marcam 5. sol. 5. den. pretii 20. den. Tur. cum crucicula, & duplici Inscript. SIT NOMEN. & KAROLUS FRANCOR. REX. & in postica cum 3. liliis coronatis, corona ipsam attingente Inscriptionem, † GROSSUS TURONUS, & cum limbo liliato *A.* 3 *al.* 13. *Novem.* 1413. *ad* 4. *Jun.* 1414. Typum damus.

Eorundem semisses.

Albi

Albi Denarii cum Scuto, (*Blans Deniers à l'Escu*) pretii 10. den. Tur. legis 5. den. argenti regii. pond. ad marcam 6. sol. 8. den. similes iis quos *Guenars* appellatos diximus. Item

Eorum semisses dicti *Demi Blans*. Item

Duplices Denarii Turonenses, pretii 2. den. Turon. legis 2. den. pond. ad marcam Paris. 13. sol. 4. den.

Parvi Denarii Parisienses, (*Petits Deniers Parisis*) monetæ exiguæ, pond. 1. den. legis 1. den. 12. gr. pond. ad marcam 13. sol. 4. den. pretii 1. den. Paris. cum cruce liliata, & Inscript. † PARISIUS CIVIS, & in postica hisce in medio characteribus, FRAN. quibus imminet corona, & in circulo, KAROLUS REX. Typum damus. Item

Duplices Denarii Turonenses, pretii 2. den. Tur. legis 2. den. pond. ad marcam 13. sol. 4. den. Item

Parvi Denarii Parisienses, legis. 1. den. 12. gr. pond. ad marcam 16. sol. Item

Parvi Denarii Turonenses, ejusdem legis, pond. ad marcam 20. sol. *A. 4. Junii* 1414. *ad* 10 *Maji* 1417.

Albi Denarii, *Grossi* dicti (*Blans Deniers appellez Gros*) pond. 2. den. 2. gr. legis 8. den. pond. ad marcam 6. sol. 8. den. pretii 20. den. Tur. cum cruce liliata inter brachia, & Inscript. SIT NOMEN, & in aversa parte cum 3. liliis coronatis, & Inscript. KAROLUS FRA. REX. 10. *Maji*, 20. *Octob.* 1417.

Albi Denarii, dicti *Grossi*. pretii 20. den. Turon. legis 8. den. argenti regii, pond. ad marcam Paris. 6. sol. 8. den. Item

Albi Denarii cum Scuto, *Blans Deniers à l'Escu*) pretii 10. den. Tur. legis 4. den. pond. ad marcam Paris. 6. sol. 8. den. Item

Eorum semisses dicti *demi Blans*. Item

Duplices Denarii Turonenses, (*Doubles Deniers Tournois*) pretii 2. den. Turon. legis 2. den. argenti regii, pond. marcam 16. sol. 8. den. Item

Parvi Denarii Parisienses, (*Petits Deniers Parisis*) pretii 1. den. Paris. legis 1. denarii malliæ argenti regii, pond. ad marcam Paris. 20. sol. Item

Parvi Denarii Turonenses, (*Petits Deniers Tournois*) pretii 1. den. Tur. legis 1. den. malliæ argenti regii, pond. ad marcam 25. sol. Item

Parva Mallia (*Petites Mailles*) pretii malliæ Turon. legis 1. den. argenti regii, pond. ad marcam 36. sol. 3. den. *A* 17. *Maji* 1417. *ad* 21. *Octobr. seq.* 28. *Maji*, 19. *Januar.* 7. *Martii* 1418. 9. *April. post Pascha* 1420. 6. *Maji*. 1420.

Parvi Denarii albi cum Scuto, (*Petits Deniers blans à l'Escu*) pretii 5. den. Turon. legis 3. den. argenti regii, pond. ad marcam Par. 12. sol. in quibus effictum in utraque parte liliolum initio Inscriptionis, ubi crucicula præponi solet. 16. *Maji* 1417. Vide Hautinum p. CXLV. 1. & pag. CLIX. 6.

Albi Denarii, dicti *Duplices Denarii Turonenses*, (*Blans Deniers appellez Doubles Deniers Tournois*) pond. 1. d. 17. gr. legis 1. den. 12. gr. pond. ad marcam Paris. 9. sol. 4. den. pretii 2. den. Tur. præferunt crucem pedatam, cum Inscript. † DUPLEX TURONUS FRANCIE. & in aversa parte lilium coronatum, cum Inscript. KAROLUS FRANCORUM REX. 11. *Aug.* 1421. *ad* 23. *Nov.* 1422. Ii fortè quos *Florettes* appellatos ea tempestate scribit Monstrelletus 1. vol. c. 251. quorum 2. denar. pretium fuit.

Eorum semisses.

Sub HENRICO VI. *Rege Angliæ*.

Albi Denarii, cum binis scutis Franciæ & Angliæ, (*Blans Deniers à 2. Escus de France & d'Angleterre*) pond. 2. den. 13. gr. legis 5. den. argenti regii, pond. ad marcam Paris. 6. sol. 3. pretii 10. den. Crucem nudam præferunt & caudatam, inter lilium & leopardum, infrà, HERICUS, in circulo, SIT NOMEN, &c. In postica, duo scuta juncta, & suprà, HERICUS, & in circulo coronulam, & FRANCOR' ET ANGLIE REX. In aliis loco coronulæ est lilium vel leopardus. *A* 23. *Nov.* 1422. *ad.* 4. *Jun.* 1423. Typum hîc damus. Miror non descriptum ab Hautino, cùm passim occurrat.

Semisses eorundem *Alborum*, pretii pro rata, cruce nuda & caudata inter H. & R. decorantur, cum Inscript. SIT NOMEN, &c. & in aversa parte binis scutis ipsam Inscriptionem pertingentibus, HENRICUS REX. In aliis loco cruciculæ effingitur coronula. Describitur ab Hautino cxxv. 3.

Denarii nigri, (*Deniers noirs*) pond. 1. den. 6. gran. gravium, legis 3. den. pretii 3. den. Tur.

Parvi Denarii Turonenses, (*Petits Deniers Tournois*) pond. 20. gran. legis 11. den. 12. gran. pretii 1. den. Tur. Crucem habent pedatam, & Inscript. TURONUS FRANCIÆ. In aversa verò parte lilium & leopardum, cum Inscript. HENRICUS REX. Vide Hautinum cxxvii. 3. 4. 5.

Parvæ Malliæ Turonenses, (*Petites Mailles Tournoises*) pond. 15. gran. legis 1. den. pretii semissis denarii, quod est *Malliæ*.

Parisienses, (*Parisis*) cusi ab Anglis similes Parisiensibus Caroli VI, an. 1417. qui crucem pedatam præferunt & liliatam, cum Inscript. PARISIUS CIVIS. In aversa parte, hosce in medio exaratos characteres, HERI, cum coronula, suprà, & leone ac leopardo, infrà: pond. 23. gr. alterius legis, scilicet 1. den. & 12. gr. pretii 1. den. Par. Nulla fit hujusce monetæ, cujus hîc typum damus, mentio in Regis Curiæ Monetarum.

De monetis aureis & argenteis ab Henrico in Francia cusis, audiendus Monstrelletus 1. vol. cap. 251. *Esquels jours aussi fut ordonné par le Conseil Royal, que les Flourettes qui avoient cours pour 4. deniers, seroient remises à deux: & l'Escu d'or qui avoit couru pour neuf frans, fut mis à 18. sols Parisis, pour les quelles mutations en ensuivant telles dont dessus est faite mention, furent moult de gens troublez, voians que leurs chevances qu'ils avoient és monnoies dessusdites, estoient diminuées la huitiéme partie. Et pour avoir provision d'autres monnoie nouvelle qui fut de valeur, furent forgez Saluz d'or, qui avoient cours pour 25. sols Tournois la piece: & i avoit en iceux 2. Escus, l'un de France, & l'autre d'Angleterre. Et au regard de la blanche monnoie, on forgea Doubles qui eurent cours pour deux deniers Tournois, & enfin en commun langage furent nommez Niquez, & furent en regne environ trois ans tant seulement.*

Sub CAROLO VII.

Diplomate Regio dato Turonibus 9. Aug. 1436. jubentur Trapezitæ, seu *Cambiatores*, dare marcam argenti pro 7. libr. Turon.

Parvi Albi, (*Petits Blans*) pond. 1. den. 3. gr. legis 4. den. 21. gr. pretii 5. den. Tur. cum cruce pedata, & Inscript. SIT NOMEN, &c. In postica, cum K. coronata inter 2. lilia, & Inscript. KAROLUS FRANCOR. REX. *Diplom.* 20. *Januar.* 1446. Typum describimus.

Denarii Parisienses, (*Deniers Parisis*) pond. 1. den. legis 1. den. 8. gr. pretii 1. den. Par. Crucem habent liliatam, & Inscript. PARISIUS CIVIS, & in aversa parte in medio, FRAN. coronula suprà imminente, cum Inscript. KAROLUS REX.

Parvi Denarii Turonenses, ponderis 18. gran. legis 1. den. 8. gr. pretii 1. den. Tur. cum cruce pedata, & Inscr. TURONUS CIVIS, & in postica cum 2. liliis, & Inscript. KAROLUS REX.

Malliæ Turonenses, (*Mailles Tournoises*) pond. 15. gran. legis 18. gr. pretii semissis Turon. cum cruce pedata, & Inscript. OBOLUS. In aversa parte, cum lilio, & Inscript. KAROL. REX.

Grossi Turonenses argentei, (*Gros Tournois d'argent*) quos *Cambiatores*, vulgò *Jaques Cœur*, vocant, pond. 2. den. 19. gr. legis 11. den. 15. gr. pretii 2. sol. 6. den. Turon. cum cruce liliata, & Inscript. SIT NOMEN. &c. in postica, cum 3. liliis coronatis, & Inscript. KA-

HENRICVS
REX ANGL.









CAROLVS VII













LVDOVICVS XI.

CAROLVS VIII





LVDOVICVS XII











KAROLUS D. G. FRAN. REX. *Diplomate* 26. *Maji*, 1447.

Albi. (*Blans*) ponderis 2. den. 8. gr. legis 5. den. pretii 10. den. cum cruce pedata, & Inscript. SIT NOMEN, &c. In aversa parte, lit. K. coronata inter 2. lilia, & Inscript. KAROLUS FR. R.

Grossi similes, &

Albi cum Corona, (*Blans à la Couronne*) magni & parvi, pond. 2. den. 8. gr. legis 4. den. 12. gran. pretii 10. den. Crucem præferunt pedatam ut in vulgaribus solidis, cum 2. liliis, & 2. coronis inter crucis brachia. In aversa parte scutum cum 3. liliis inter 3. coronulas, & Inscript. † KAROLUS DEI GRA. FRANCOR. REX. *Eodem Diplom. & alio* 6. *Jun.* 1455. Typum damus.

Sub LUDOVICO XI.

Parvi Liardi Delphinatus, (*Petits Liards du Dauphiné*) seu denarii albi dicti *Liards*, pond. 1. den. legis 3. den. pretii 3. den. Tur. cum cruce inter bina lilia, & binas coronulas, & Inscript. SIT NOMEN, &c. In aversa parte, cum Delphino, & Inscript. LUDOVICUS FRANCOR. REX. *Diplom. dato Parisiis* 18. *Sept.* 1467.

Parvi Liardi Franciæ, (*Petits Liards de France*) cusi in aliis officinis monetariis, atque adeo Aquitanicis, in quibus loco Delphini effingitur parvulus Rex pallio involutus, ensem manu tenens, cum eadem Inscriptione. Quæ quidem monetæ species non recensetur in veteribus Regestis. Vide *Liardus*.

Magni Albi cum Corona, (*Grans Blans à la Couronne*) prædictis similes, pond. 2. den. 5. gr. legis 4. den. 12. gran. pretii 11. den. 4. *Jan.* 1473. Typus hic describitur.

Magni Albi cum Sole, (*Grans Blans au Soleil*) pond. 2. den. 10. gran. legis 4. den. 12. gran. pretii 13. den. Tur. cum cruce pedata in quadruplici circino, & Inscript. SIT NOMEN, &c. & in postica, cum 3. liliis in triplici circino inclusis, & sole in superiori parte, Inscript. LUDOVICUS FRANCOR. REX. *Diplom.* 2. *Nov.* 1475. Typum damus.

Sub CAROLO VIII.

Magni Albi cum Corona, (*Grans Blans à la Couronne*) prædictis similes, nomine KAROLUS excepto, pond. 2. den. 5. gran. legis 4. den. 12. gr. pretii 12. d. Turon. *Diplom.* 24. *April.* 1488. Prædicti verò magni Albi solares, (*Grans Blans au Soleil*) æstimantur eod. Diplomate 13. den. unde postmodum *Trezeni* (*Trezains*) nuncupati.

Albi cum K. coronato, (*Blans au K. couronné*) postea *Karolus* appellati, pond. 2. den. legis 4. den. pretii 10. den. Turon. cum cruce quæ in 4. coronulas desinit, & Inscript. SIT NOMEN, &c. & in postica, cum K. coronato inter bina lilia, & Inscript. KAROLUS FRANCOR. REX. *Diplom. dato Stampis* 11. *Novemb.* 1488. Typum damus.

Sub LUDOVICO XII.

Magni Albi cum histrice, (*Grans Blans au Porc-Espic.*) dicti *Ludovicus*, pond. 2. den. legis 4. den. 12. gr. cum cruce inter 4. lilia, & Inscript. SIT NOMEN, &c. in aversa parte, cum scuto & 3. liliis coronato, & ab histrice sustentato, & Inscript. LUDOVICUS FRANCOR. REX. *Dipl. dato Blesis* 19. *Nov.* 1507. Typus hic describitur.

Grossi Denarii, (*gros Deniers*) pond. 4. den. 3. gr. legis 6. den. pretii 2. sol. 6. den. cum cruce liliata, & binis coronulis & binis L. inter crucis brachia, & Inscript. SIT NOMEN, &c. In aversa parte, cum scuto 3. liliorum coronato, & binis L. ad latera. Inscript. LUDOVICUS FRANCOR. REX. *Diplom. dato Blesis* 3. *Febr.* 1511. Typum describimus.

Semissi Grossi, (*demi Gros*) pond. 2. den. 19. gran. legis 4. den. 12. gr. pretii 15. den. Tur. cum cruce anchorata, & liliis, & binis L. coronatis, inter brachia: in postica, cum scuto inter bina lilia coronata, &c.

Denarii cum L. coronato, (*Deniers à l' L. couronnée*) pond. 2. den. 2. gr. legis 4. den. pretii 10. den. Tur. cum simili cruce & Inscript. in aversa parte cum L. coronato, & ad ejus litera X. & II. quæ XII. conficiunt, & Inscript. LUDOVICUS, &c. Typum describimus.

Grossi Capitones, seu *Testones*, (*Gros Testons*) pond. 7. den. 12. gr. pretii 10. sol. Tur. præferunt Regis caput pileo depresso opertum, & in aversa parte scutum insignium coronatum cum limbo dentato, & Inscript. XRC VINC. &c. atque hi sunt primi *Testones* Francici, pond. 12. gr. argenti Regii *Testonibus* Francisci I. longè meliores. Typus passim habetur in Edictis monetariis.

Grossi Capitones, seu *Testones Mediolanenses*, (*gros Testons de Milan*) Regis caput eodem operum pileo præferunt, cum lilio ad pectus, & Inscript. † LUDOVICUS D. G. FRANCORUM REX. In aversa parte, S. Ambrosium mitratum, equitem, manu flagellum tenentem, sub quo, & in ipso circulo Inscriptionem continente, est scutulum cum 3. liliis coronatum, MEDIOLANI DUX. Typum hic damus. Vide *Ambrosini*.

Sub FRANCISCO I.

Magni Albi cum corona, (*grands Blans à la Couronne*) pond. 2. den. 2. gr. legis 4. den. 6. gr. pretii 12. d. Tur. *Diplom.* 21. *Jul.* 1519.

Magni Albi cum F. coronato, (*grands Blans à l' F couronnée*. pond. 1. den. 22. gr. legis 3. den. 18. gr. pretii 10. den. Tur.

Grossi Testones, pond. 7. den. 12. gr. legis 11. den. 6. gr. pretii 10. sol. Tur. cum Inscript. XRC REGNAT, &c. usque ad Carolum IX. *Dipl.* 5. *Mart.* 1532.

Duodenarii cum Salamandra, (*Douzains à la Salemandre*) pond. 2. den. 2. gr. legis 4. den. 4. gr. pretii 12. den. Tur. *Diplom.* 24. *Febr.* 1539.

Denarii Duodenarii, (*Deniers Douzains*) seu solidi qui longiorem crucem præferunt, pond. 2. den. 2. gr. legis 3. den. 16. gr. pretii 12. den. Tur. *Diplom.* 19. *Mart.* 1540.

Parvi Liardi, (*Petits Liards*) pond. 12. gr. legis 2. d. 6. gr. pretii 3. den. Turon. cum F. coronato, & Inscript. FRANCISCUS D. G. FRANCOR. REX. In postica, cum crucicula, & Inscript. SIT NOMEN, &c.

Duplices Turonenses, (*Doubles Tournois*) pond. 23. gr. legis 1. den. 6. gr. pretii 2. den. Tur. cum crucicula, & Inscript. SIT NOMEN, &c. & in aversa parte, cum scuto 3. liliorum, & Inscript. FRANCISCUS, &c.

Parvi Denarii Turonenses, (*petits Deniers Tournois*) pond. 18. gr. legis 18. gr. pretii 1. den. Tur. cum crucicula, & Inscript. TURONUS CIVIS FRANCOR. In postica, cum 2. liliis in triplici circino, & Inscript. FRANCISCUS D. GR. FRANCO REX.

Anno 1543. 25. Julii *Testonum* pretium fuit 11. sol. Turon.

Sub HENRICO II.

Grossi Testones, (*Gros Testons*) pond. 7. den. 12. gr. legis 11. den. 6. gr. pretii 11. sol. 4. den. *Dipl.* 14. *Jan.* 1549.

Magni Albi, dicti *Duodenarii*, (*grands Blans appellez Douzains*) cum cruce ex lunulis simul implexis compacta, pond. 2. den. legis 3. den. 12. gr. pretii 12. den. Tur.

Grossi dicti *Nigellenses*, *Gros de Nesle*) quod Parisiis in Turri Nigellensi primùm cusi, vulgò appellati *Pieces de six Blans*, pond. 4. den. 13. gr. legis 4. den. pretii 2. sol. 6. den. *Diplom.* 25. *Mart.* 1549.

Semisses eorundem *Grossorum*.

Diplomate Regio dato Blesis 27. Jan. 1550. Moneta Molendinaria, seu *la Monnoie du Molin*, instituta in domo Thermarum Parisiis, ubi hodie est *la Place Dauphine*, in qua cusi.

Grossi Testones, (*Gros Testons*) cum lunula, & Inscript. DUM TOTUM IMPLEAT ORBEM, & alii prædicti, similes pondere, pretio & remedio.

Sub FRANCISCO II.

Nullæ, ut suprà observatum, cusæ sub ejus typo monetæ, sed sub typo parentis Henrici.

Sub CAROLO IX.

Grossi Testones, & semisses, (*Gros & demi Testons*) in quorum aversa parte est Inscript. SIT NOMEN, &c. ponderis & legis quibus prædicti, & pretii 12. sol. Tur. *Diplom.* 27. *Aug.* 1561.

Solidi Parisienses, (*Sols Parisis*) qui vulgò dicuntur *Pieces de* 3. *blans*, cum cruce & 4. lunulis seu C. composita, pond. 1. den. 6. gr. legis 6. den. 18. gr. pretii 15. den. Tur. *Diplom.* 5. *Octob.* 1564.

Duplices Solidi Parisienses, (*doubles Sols Parisis*) pretii 2. sol. 6. den. cum 3. liliis coronatis in aversa parte. *Diplom.* 18. *Jan.* 1568.

Denarii Duodenarii, (*Deniers Douzains*) pond. 1. d. 21. gr. legis 3. den. 12. gr. pretii 12. den. Tur. atque hi sunt vulgares solidi. *Diplom.* 3. *Jun.* 1572.

Testonum pretium fuit 12. *sol.* 6. *den. Diplom.* 2. *Sept.* 1572. *Deinde* 13. *sol. Diplom.* 26. *Maji* 1573.

Sub HENRICO III.

Testones interdicti. *Diplom. ult. Maji* 1575.

Francici argentei, (*Francs d'argent*,) cum Regis capite laureato, &c. & H. coronato in crucis centro in lilia & flores desinente, cum Inscript. SIT NOMEN, &c. pond. 11. den. 2. gr. legis 16. den. argenti puri, pretii 21. sol. Tur.

Semisses & Trientes eorundem.

Duodenarii (*Douzains*) prædictis similes, ponderis 1. den. 21. gr. legis 21. den. argenti puri, pretii 12. den. Tur.

Parvi Liardi, cum H. coronato, pond. 18. gr. legis 1. den. 15. gr. pretii 3. den. Tur.

In Officina monetaria molendinaria cusi *Duplices* & *Denarii* ærei, qui vulgares sunt *Duplices*, quos *Duobles* vocamus, in quibus scilicet Duplicibus effícta 3. lilia cum Inscript. *Duobles Tournois.* In Denariis verò 2. lilia, cum eadem Inscript.

Quadrantes Scutorum, (*Quarts d'Escu*) pond. 7. den. 13. gr. legis 11. den. argenti puri, pretii 15. sol. Tur. *Diplom. dato Pictavis mense Sept.* 1577.

Octava pars Scuti, pro rata.

Moneta sex alborum. (*Pieces de six blancs*) pond. 3. den. 14. gr. legis 4. den. pretii 2. sol. 6. den. Tur. eæ vulgò *Pinatellæ* appellantur, à quodam Jacobo Pinatello Monetario earum inventore.

Earundem semisses.

Parvi Liardi, (*petits Liards*) pond. 18. gr. legis 1. d. 12. gr. argenti puri, pretii 3. den. Prædictarum monetarum typi occurrunt passim in Edictis monetariis, à quibus ideo describendis abstinuimus.

MONETA BARONUM,


Dicitur jus cudendæ Monetæ, quod Principes ac Barones interdum vassallis suis concesserunt, vel quod ii usurparunt, dum bella civilia vigerent. Hist. Translationis S. Sebastiani, de Ludovico Pio: *Monetam etiam publicam cum incudibus & trapezeta perpetuo famulatu sacris ipsius* (Monasterii S. Medardi Suessionensis) *deservitura.* Charta Caroli Crassi an. 887. in Tabul. Lingonensis Eccles. Ch. 5. *Obtulit prætereà obtutibus Celsitudinis nostræ auctoritatem præcepti piæ recordationis avunculi nostri Caroli Imperatoris, qualiter ipse ob deprecationem Isaac venerabilis Episcopi ejusdem Lingonensis Ecclesiæ, & in eadem Lingonis civitate, & in Divione castro monetas fieri concessit, ea tamen ratione, quod absque alicujus judicis seu Comitis inquietudine ad jus sive ordinationem jam supra memoratæ Ecclesiæ Rectorum pertinere, perpetuò debeant.* Extant similes Chartæ de concesso à Principibus, præsertim Ecclesiis, monetæ cudendæ jure quod à Proceribus, qui Comitatus inclinata alterius Regii Stemmatis auctoritate sibi in proprium asseruere, deinceps usurpatum: quod simili de causa accidisse in Anglia narrat Willelmus, &c. *Subdit.* Willelmus Neubrigensis lib. 1. cap. 22. *Illis quippe diutinæ concertationis pertæsis, & molliùs agentibus, Provinciales discordantium procerum motus efferbuere. Castella quippe per singulas provincias studio partium crebra surrexerant, erantque in Anglia quodammodo tot Reges, vel potiùs tyranni, quot Domini Castellorum, habentes singuli percussuram proprii numismatis, & potestatem subditis regio more dicendi juris.*

Cùm Philippus IV. Rex cognomento Pulcher, consilium cepisset de emendandis monetis, & ad meliorem materiam reducendis; literas scripsit ad Franciæ Barones, qui jure cudendæ monetæ gaudebant, quo ad Octavas O. SS. Legatos suos mitterent, qui cùm Magistris Cameræ Computorum, & Magistris Monetarum Regis super hac re deliberarent, ac statuta ederent, quæ Rex ipse ac ii observarent. Ii porro ita recensentur in primo Memoriali Cameræ Comput. Paris. fol. 27. 29. *Archiepiscopus Remensis, Episcopi Cadurcensis, Magalonensis, Tornacensis, Podiensis, Albiensis, Dom. Comes Vadensis*, (seu de Valois) *Comes Autissiodorensis, Duces Burgundiæ & Britanniæ, Comes Suessionensis, Dom. Castriradulphi, Vicecomes Lemovicensis, Comites Flandriæ, Vindocinensis, Sacri Cæsaris, D. Ludovicus de Claromonte, D. Burboni, D. Comitissa Attrebatensis, Comes Tornodorensis, & Dominus Virsonis.* Ubi observandum, non Barones omnes, qui eo jure in Francia gaudebant, tum submonitos, cùm longè plures alii essent, quibus id juris competebat.

Præterea ne qua fraus in Baronum Monetis deinceps fieret, seu in figuris, seu in pondere, vel denique in metalli probitate, statuit Rex Philippus Edicto dato Pontesiæ mense Junio an. 1313. quod descriptum legitur in 1. Regesto Memorialium Cameræ Computorum Parisiensium fol. 21. 22. 23. ut Regii Monetarum custodes in singulis Baronum monetis statuerentur, regiis sumptibus, qui dum eæ cuderentur, adessent ipsi, & ut Statuta regia strictiùs observarentur, invigilarent. Statuti ipsius verba hîc damus: *Item pource que nulle monnoie ne puet & ne doit estre sans garde, nous avons ordonné & ordenons que en chascune monnoie de Prelats & Barons aura une Garde propre de par nous à nos propres cousts & despens, laquelle Garde porce que fraude encontre nos Ordonnances ne puisse estre faite, délivrera les deniers de tel poids comme il sera ordené, & sera à tous les echez* (essais) *de l'argent & du billon, & ne porra l'en fondre ne mettre en fournel, se nostre dite Garde n'est presente, parquoy on ne puisse fondre nulle monnoie contre nos dites ordonnances: & iront les Mestres de nos monnoies par toutes les monnoies des Prelats & Barons, & prendront des boëtes desdites monnoies, & en feront essai, pour savoir si icelles monnoies seront faites de tel poids & de tel loi, comme elles doivent estre. Et s'il avenoist que il fausist en la boiste de ladite monnoie un grain ou 2. grains de loi, que celui à qui la monnoie seroit, fut tenu de faire autant large à ses despens, parquoi le profit du pueple ne venist en la bourse des Barons.*

Si quando Barones monetam novam cudere aut mutare vellent aut imminuere, veteri reprobata, Regem hac de re commonere tenebantur, ne subditi Regii ex hac imminutione damnum paterentur, ut patet ex hoc Diplomate: *P. Dei gratia Meldensis Episcopus universis præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino, Universitati vestræ notum facimus, quòd cùm nos fecissemus Meldis fieri novam monetam, veteri reprobata, Dominus noster Ludovicus D. G. Rex Franc. dicebat, quòd homines in feodis suis manentes in locis illis, in quibus vetus moneta currere consueverat, lædebantur, eo quòd ante reprobationem eis non fuerat nunciatum, ut de veteri se liberarent. Quia verò ad sacrum spectat officium proximum non lædere, & subvenire oppressis, Nos eidem concessimus, ut quotiescunque Nos & successores nostri mutabimus monetam nostram, quam tenemus ab eo, faciendo fieri novam, veterem reprobantes, Nos ei, vel successoribus suis hoc significabimus per 4. menses antè, ut hominibus in feodis suis manentibus in locis illis in quibus vetus*

Episc. Altisiod.



Ambianensis.



Com. Andegau.



Com. Blesens.



Duc. Britann.



Dom. Bruciæ.




Duc. Burgund.



Episc. Cadurc.



Dom. Carenton.



Com Carnot.



Dom. Castri Rodulphi.



Dom. Castri Meliandi.



Cenomanens.



Episc. Claromont.



Com. Dunens.



Com. Falconberg.



Episc. Laudun.



Vicec. Lemouic.




Lugdunens.



Episc. Magalon.



Dom. Magdun.



Com. Marchiæ.



Matiscon.



Episc. Meldens.



Com. Niuern.




Com. Pictau.




Com. Regitestens.



Archiep Remens.



Com. Ruthenensis.



Com. Sacricæsaris.



Com. S. Pauli.



Saciuiniacensis



Com. Suession.



Com. Tolosæ.



Com. Vindocin.



Dom. Virsion.



vetus moneta currere consueverat, faciat notificari, ut se liberent de veteri moneta. Ita tamen quòd si nobilis Vir Th. Comes Campaniæ & successores sui facerent fieri novas monetas, veteribus reprobatis, Nos & successores nostri, quantum ad dominia, & feoda, & totam potestatem prædicti Comitis, statim possimus monetam nostram Meldensem (quam, sicut supra dictum est, tenemus ab eodem Domino Rege) veterem reprobare, & novam facere. Quod ut firmum, &c. Dat. Parisius anno Dom. Incarn. 1225. mense Maio.

Interdum etiam certis emergentibus causis Reges monetarum Baronum cusionem ac operationem inhibebant, ut docet sequens Charta: *Philippus Dei gratia Franc. Rex dilecto ac fideli nostro Nicolao Episcopo Meldensi S. & dilect. Cùm nos nuper diligenti deliberatione prahabita & Reipublicæ utilitate pensata, cusionem seu operationem monetarum Prælatorum & Baronum quorumlibet Regni nostri ad manum nostram ex causa posuerimus, donec super hoc aliud duxerimus ordinandum, mandamus vobis sub fidelitatis vinculo, quo nobis astricti tenemini, firmiter injungentes quatenus ab hujusmodi monetarum cusione visis præsentibus penitus desistatis. Actum Meleduni die 22. Marcii an. Dom. 1307.*

Ex hac monetarum in Regno diversitate non minima oriebantur incommoda, quæ Regios, ipsosque Dominorum vassallos ac subditos gravabant, adeo ut Philippus V. Rex an. 1321. consilium ceperit, non modò de mensuris; sed etiam de monetis ad unicam redigendis. Continuator Nangii: *Proposuit etiam idem Rex, ut in toto Regno omnes monetæ ad unicam redigerentur; & quoniam tantum negotium sine magnis sumptibus impleri non poterat, falso, ut dicitur, detentus (f. deceptus) consilio, proposuerat ab omnibus Regni sui quintam partem bonorum suorum extorquere: unde & propter hoc ad diversas partes solennes Nuntios misit Prælatis & Principibus, quibus ab antiquo jus diversas monetas secundùm diversitatem locorum suorum & hominum exigentiam faciendi, unà cum Communitatibus bonarum villarum Regni dissentientibus, infecto negotio ad Dominum sunt reversi.*

Verùm crebræ quæ Regem inter & Barones super monetis emergebant controversiæ, eo Barones ipsos tandem adegere, ut ultro Regibus nostris jus monetæ cudendæ distraherent, Regesque illud ab iis compararent; unde extinctum ferme in Francia hodie jus istud monetæ. Extant quippe in Chartophylacio Regio, scrinio *Monnoies*, tit. 13. 14. 15. 16. 27. varia Diplomata, quæ ejusmodi juris distractiones & emptiones iis de causis continent: ex quibus docemur à Carolo Comite Vadensi 14. Maji an. 1319. Monetas Carnotenses & Andegavenses pretio 50000. bonorum parvorum Turon. Philippum V. comparasse, ut à Comite Claromontensi D. Borbonii Monetam Claromontensem & Borbonensem pretio 15. mill. libr. bonorum parvorum Turon. 27. Jan. an. 1320. & Philippum VI. Monetam Blesensem à Guidone de Castilione Comite Blesensi pretio 15. mill. librar. Tur. 3. Maji an. 1328.

Servatur in Camera Computor. Parisiensi Regestum de monetis, signatum in 1. fol. 123. quod sic inscribitur: *Ce sont les monnoies des Barons & des Prelats du Roiaume de France, qui se dient avoir droit de faire monnoie, telle comme il la doivent faire de poids de loi & de coing, qu'ils ont faites anciennement, &c. vers Noel l'an 1315.* In quo quidem Regesto describuntur figuræ earundem monetarum. Ex eo autem & variis aliis monumentis quædam excerpsimus, quæ Baronum Francicorum ejusmodi monetas spectant, literarum serie hocce loco utcunque digesta, descriptis etiam eorum typis, præsertim iis, qui in eo volumine exarantur.

MONETÆ BARONUM FRANCICORUM, *vel certè eorum, quibus in Galliis cudendæ monetæ jus fuit ab antiquo, & quarum mentio occurrit apud Scriptores.*

Agennensis monetæ mentio fit in Charta P. Episcopi Agennensis an. 1246. in Regesto Tolosano Cameræ Comput. Par. f. 45.

Altisiodorensis monetæ meminit Innocentius III. PP. lib. 14. Ep. 123. Typum hîc damus.

Ambianensis monetæ meminit Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 7. p. 504. de qua etiam consulendus Adrianus Morlerius in Antiquitatib. Ambian. Hîc unam damus ex Gazæo V. Cl. Nicolai *Du Mont*, Consiliariorum apud Ambianos Decani meritissimi.

Andegavenses Denarii, ex Regesto 123. jubentur esse 3. den. 10. gran. legis argenti Regis, & 19. sol. 6. d. ponderis ad marcam Parisiensem; *Malliæ* verò eorundem Denariorum, 2. den. 21. gr. legis argenti Regis, & 17. sol. 4. den. malliar. duplic. ponderis, &c. Monetæ typum hic damus, quem descripsit etiam Thevetus l. 15. c. 7. ut & Hautinus lib. de Monetis Francicis p. 57. Monetæ Andegavensis mentio est apud Ordericum Vital. l. 12. p. 87. Innocentium III. PP. in Ep. p. 185. 435. Edit. Colon. in Hist. Franc. to. 4. p. 649. apud Beslium in Comitib. Pictav. p. 439. & in Episcop. Pictav. p. 124. Chopinum de Sacra Politia l. 3. t. 1. §. 8. t. 6. §. 17. Duchesnium in Hist. Drocensi p. 224. Minutissimam fuisse monetam docet *le Roman d'Aubery MS.*

Ne me forfirent vaillant un Angevin.

Le Roman de Garin.

Que ja i mette vaillant un Angevin.

Alibi:

Si ne vos prisent vaillant un Angevin.

Chron. Bertrandi *de Guesclin MS.*

Mais on y conquesta vaillant un Angevin.

Aquitanici, monetæ ita dictæ, apud Duchesnium in Probat. Hist. *des Chastaigners* p. 88.

Atrebatensis monetæ mentio est apud Vassorium in Annalib. Noviodun. p. 952. & Hemeræum in Augusta Viromand. p. 202.

Augustodunensium Episcoporum monetæ mentio est in Hist. Franc. to. 1. p. 65. apud Frisonum in Gallia Purpurata p. 167. & in Probat. Hist. Vergiacensis p. 22. 28.

Aurelianensium Episcoporum monetæ mentio est in to. 4. Hist. Franc. p. 338. 498.

Auxonensium dominorum monetæ meminit Golutus in Hist. Sequanica p. 56. 422. 593.

Bellovacensium Episcoporum monetæ mentio habetur apud Anton. Loisellum in Hist. Bellov. p. 29. 30. 98. 132. 267. 268. 276. 277. 317. 328. Louvetum p. 452. in Monastico Angl. to. 2. p. 978. 1008. &c.

Benebarnensium Vicecomitum monetæ Morlanensis meminit Marca in Hist. Beneh. p. 272. 308. 405. 496. 429. à quo & describitur.

Biterrensium solidorum sub Philippo I. Rege mentio est in Tabulario Conchensi in Ruthenis Ch. 26.

Bituricensium Ducum monetam auream descripsit Joan. Chauveau, in Hist. Bituric. lib. 6. cap. 8.

Blesensium Comitum Denarii, ex Regesto 123. jubentur esse 2. den. 10. gr. legis argenti regii, & 19. sol. 7. den. ponderis ad marcam Par. Eorundem verò *Malliæ*, 2. den. 21. gr. legis argenti Regis, & 17. sol. 4. den. malliar. duplic. ad marcam Par. Monetæ typum damus ex Regesto, quem etiam delineavit Thevetus in Cosmogr. lib. 15. c. 6. ut & Hautinus p. 49. Adde Historiam Castilionensem p. 139. & in Probat. p. 97. 99.

Britanniæ Ducum Denarii, ex Regesto, debent esse legis 3. den. 16. gr. argenti regii, & pond. ad marcam Par. 19. sol. 6. den. *Malliæ*, eorundem denariorum debent esse legis 3. den. argenti regii, & pond. 16. sol. 9. d. obol. duplic. ad marcam Par. &c. Monetæ typum ex eodem Regesto damus, quem descripsit etiam Thevetus l. 15. Cosmogr. c. 11. ut & Hautinus in l. de Monetis Francicis p. 41. Adde eundem Hautinum p. 99. 101. 103. & Argentreum in Hist. Armoric. l. 1. c. 13. p. 95. Hujus præterea meminit Monstrelletus 3. vol. p. 8. & Berrius in Carolo VII. p. 168. Vide *Targia*.

Brosiæ Vicecomitum, ex familia Saviniaca, Denarii, ex Regesto 123. debent esse legis 2. d. 16. gr. argenti regii, & pond. ad marcam Par. 20. s. *Malliæ* eorundem Den. legis 2. d. 16. gr. argenti regii, pond. 17. l. 2. den. mal-

malliar. duplic. &c. Adſcribitur hæc moneta Andreæ *de Sauvigny*, Vicecomiti *de Burſſe*, ſeu, ut vulgò efferimus, *de Broſſe*. Vide Thevetum to. 1. p. 547.

Dom. Petri de Broſſia, Dom. *de Hurt*, & *de ſainte Severe*, ex eodem Regeſto, Denarii debent eſſe leg. 3. den. 6. gr. arg. regii, pond. 20. ſol. ad marcam Pariſ. *Mallia* eorundem Denariorum leg. 2. den. 16. gr. pond. 17. ſol. 2. den. obol. dupl. Utrique monetæ inſcriptus merges triticeus, familiæ inſigne. Vide eundem Thevetum p. 550.

Burdegalenſis monetæ meminit Chronicon Burdegalenſe Arnaldi ſub finem.

Burgundiæ Ducum monetæ *Divionenſis* mentio eſt apud Ducheſnium in Hiſt. Ducum Burgund. in Prob. pag. 55. 100. 101. in Hiſt. Vergiacenſi pag. 116. 117. in Prob. p. 170. in Hiſt. Caſtilion. in Prob. p. 2. Roverium in Reomao p. 257. 264. Sammarthanos in Gallia Chriſt. to. 4. p. 368. 369. 370. &c. Variorum Divionenſium figuras damus ex Regeſto. Deſcribitur in Tabulario Communiæ Divionenſis ex Bibl. Petaviana. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1187. qua *monetam ſuam Divionis non poſſe fortiorem facere, quàm ad legem 5. denariorum*, profitetur.

Cabilonenſium Comitum monetæ figuræ deſcribuntur in nupera Hiſtoria Cabilonenſi, initio to. 1. tab. 2. & lib. 1. pag. 100.

Cadurcenſium Epiſcoporum Denarii, ex Regeſto 123. jubentur eſſe 2. den. 16. gr. legis argenti Regis, & 21. ſol. 10. den. ponderis ad marcam Pariſ. & 1. den. amplius in 3. marcis; eorundem verò *Mallia* 2. den. 4. gr. legis argenti Regis, & 18. ſol. 8. den. ponderis ad marcam Pariſ. Monetæ typum hîc damus, dedit etiam Hautinus pag. 51. Hujus mentio occurrit apud Cruceum in Hiſt. Epiſcop. Cadurcenſ. p. 65. 121. Juſtellum in Hiſt. Arvern. p. 47. in Probat. Hiſt. Turen. p. 38. &c.

Campaniæ Comitum monetæ Pruvinenſis mentio eſt non ſemel apud Scriptores, & in veteribus Tabulis, apud Innocentium III. lib. 14 Epiſt. 91. 92. 126. Roverium in Reomao p. 231. 232. 236. 237. 297. in Hiſt. Caſtilion. in Probat. p. 43. in Hiſt. Brecenſi p. 38. &c.

Carcaſſonenſis monetæ mentio eſt in Tabulario Abbat. Conchenſis in Ruthenis Ch. 85.

Carnotenſis Comitis Denarii, in Regeſto 123. jubentur eſſe 3. den. 10. gr. legis argenti Regis, & 19. ſol. ponderis ad marcam Pariſ. *Malliæ* verò eorundem Denariorum, 2. den. 21. gr. legis argenti Regis, & 17. ſol. 4. den. malliar. duplic. ad marcam Pariſ. Monetæ typum hîc damus. Hujus meminerunt Ordericus Vitalis pag. 581. Fulbertus Epiſt. 34. &c.

Caſtri Rodulſi dominorum Denarii, ex Regeſto 123. jubentur eſſe 2. den. 6. gr. legis argenti Regis, & 20. ſol. ponderis ad marcam Pariſ. Monetæ typum hîc deſcribimus, quem delineavit etiam Hautinus p. 51.

Caſtrimeliandi, (perperàm ſcriptum in Regeſto 123. *Caſtrivillani*) dominæ, Domini *de Sully* matris, Denarii, ex eodem Regeſto debent eſſe 3. den. 6. gr. legis, & 20. ſ. ponder. ad marcam Pariſ. *Mallia* eorum Denariorum 2. den. 16. gr. legis argenti regii, & 17. ſol 2. den. malliar. duplic. ponderis ad marcam Pariſienſem. Fuit autem illa Margareta *de Bomés*, Domina Caſtrimeliandi, uxor altera Henrici D. de Suliaco, & mater Henrici Franciæ Buticularii. Vide Hiſtor. Monmorenciacam p. 227.

Catalaunenſium Epiſcoporum monetæ mentio eſt ap. Laurentium Leodienſem p. 327. & Hemeræum in Auguſta Viromand. p. 174.

Cenomanenſes Denarii, quos *Manſois* vocabant, ex Regeſto 123. debent eſſe legis 6. den. argenti regii, & 16. ſol. ponder. ad marcam Pariſ. Mox additur: *Et ainſſi vaudront les Manſois deſſuſdits 20. deniers moins la livre, que Tournois petits; c'eſt à dire que les 13. Manſois ne vaudront que 2. ſols de petits Tournois, &c.* Monetæ inſcriptum, SIGNUM DEI VM. In altera parte: MONETA CENOMAN. Ita etiam habetur apud Thevetum lib. 15. c. 7. & Hautinum p. 45. Eſt penes me denarius alter Cenomanenſis, in cujus parte altera crucicula cum 2. globulis & 22. liliolis in ſingulis crucis lateribus, cum hac Epigraphe: SIGNUM DEI VIVI. In altera: COMES CENOMANN. Vide Thevetum lib. 15. Coſmogr. c. 3. Charta ann. 1315. de Cenomanenſibus denariis hæc ſubdit: *Et avoient cours pour 20. deniers moins que la livre Tournoiſe du Roy composée de 240. deniers. Ladite livre de deniers Manſois valloit à cette raiſon, & eſtoit composée de 260. deniers.* Cenomanenſis monetæ mentio præterea occurrit apud Ordericum Vitalem p. 579. 684. 708. Innocentium III. PP. p. 415. Edit. Colon. &c. apud Raimundum *de Agiles* in Hiſt. Hieroſol. p. 165. *Manſei* dicuntur, ex Gallico *Manſois*, quomodo appellantur in Conſuetudine Cenoman. art. 4. 5. 6. &c. & apud Philippum *Mouskes* in Hiſt. Francor. MS.

Fu ſa raençons aramie,
Et de Bezans, & d'Eſtrelins,
Et de Mançois, & d'Angevins,
Qui li vinrent de Normandie.

Bertrandus Clericus, *au Roman de Girard de Vienne MS.*

Totes nos terres nos ont ſi en deſtrois,
Que nos n'i prenos vaillans deus Manſois.

Ut porrò vel pondere, vel pretio Cenomanenſis denarius Turonenſi inferior, ita Andegavenſi ſuperior erat, ut qui in veteri Statuto S. Ludovici Regis de Re monetaria duobus Andegavenſibus, (*deux Angevins*) valere dicatur. Nec Andegavenſibus duntaxat; ſed & Normannicis denariis graviores erant Cenomanenſes, cùm Cenomanicus Normannico & ſemiſſe valeret: atque inde vulgò apud noſtros *Metalla morum metientes*, ut verbo utar Stephani Epiſc. Tornac. Epiſt. 103. in proverbium abiit, Cenomanenſem valere Normanno & ſemiſſe, quod ad utriuſque gentis acutum ingenium traducunt, quo Normannis, quantumlibet callidis ac aſtutis, præcellunt Cenomanenſes. Ita Cardinus Bretius lib. 2. de ſupremo Regis Imperio cap. 13. Metalli porrò probitatem denariorum Cenomanenſium arguit lex 6. denariorum, quæ in cæterorum trium tantùm ferè ſemper eſſe ſolet. Jus verò cudendi monetam habuiſſe Epiſcopos Cenomanenſes ex conceſſione Pipini Regis, colligitur ex vita Aldrici, ejuſdem urbis Epiſcopi pag. 100.

Claromontenſis Epiſcopi & Capituli Denarii, ex Regeſto 123. debent eſſe 3. den. 16. gr. legis argenti Regis, & 20. ſol. 6. den. ponderis ad marcam Pariſ. *Malliæ* eorundem Denariorum 4. den. legis argenti Regis, & 16. ſol. 9. den. obol. duplic. ponderis ad marcam Pariſienſem. Monetæ typum hîc damus, quem proferunt etiam Thevetus l. 14. c. 12. Savaro in Orig. Claromont. p. 278. 1. Edit. ut & Hautinus p. 45. Hujuſce monetæ mentio occurrit apud Gallanduum de Franco alodio p. 107. Juſtellum in Hiſt. Arvern. in Probat. pag. 56. 144. 145. 146. in Probat. Hiſt. Turenenſis p. 57. &c. In Charta an. 1219. in Regeſto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 165. hæc habentur: *Levabuntur 15. Claromontenſes, jurabunt 30. Podienſes.*

Cluniacenſium Abbatum monetæ mentio eſt in Bibliotheca Cluniacenſi p. 1410. 1505. 1535. & apud Gallandum de Franco alodio p. 57.

Creſpiacenſium, ſeu Vadenſium Comitum monetæ mentio eſt apud Hemeræum in Auguſta Viromand. in Regeſto p. 46 47.

S. Dionyſii in Francia Abbatum moneta, de qua Doubletus p. 407.

Drocenſium Comitum monetæ mentio eſt apud Ordericum Vital. lib. 5. p. 576. 596. 685.

Dunenſes denarii, ex Regeſto 123. jubentur eſſe 3. den.

den. 10. gr. legis argenti Regis, & 19. ſ. 7. d. ponderis ad marcam Pariſ. *Malliæ* eorundem denariorum 2. den. 21. gr. legis argenti Regis, & 17. ſol. 4. den. ob. duplic. ad marcam Pariſ. Monetæ inſcriptum, CASTRI DUNI. Figuram hîc damus, quam delineavit etiam Thevetus tom. 2. Coſmogr. p. 519. ut & Hautinus p. 49. Hujus mentio occurrit in Hiſt. Drocenſi p. 137.

Falcumbergenſis Dominæ (*Fauquenberge*) Denarii ex Regeſto 123. jubentur eſſe 11. den. 12. gr. legis argenti Regis, & 17. ſol. pond. ad marcam Pariſ. Monetæ nulla eſt Inſcriptio, cujus typum hîc damus.

Flandrenſes monetæ priſcæ & recentiores paſſim habentur in libris Monetariis. Extat in Regeſtis Parlamenti fol. 84. Areſtum pronuntiatum in Parlamento S. Martini an. 1289. quo *non obſtantibus propoſitis à Comite Flandriæ, pronuntiatum fuit, quòd ordinatio, quam dominus Rex fecit ſuper monetis, in Comitatu Flandriæ tenebitur: & fuit præceptum dicto Comiti ut eam teneri faciat & ſervari.*

Genevenſium Epiſcoporum monetæ meminit Scriptor libri, cui titulus *le Citadin de Geneve*, p. 177.

Extat Charta Caroli Simplicis Reg. Fancor. an. 8. Ind. 3. qua *monetam urbis Heduenſis dudum ab Eccleſia ejuſdem urbis pravitate quorundam alienatam, & quam in præfata urbe Comitialis auctoritas dominabatur*, eidem Eccleſiæ reſtituit.

Inculiſmenſis monetæ meminit Ademarus Cabanenſis p. 160. Hiſtor. Pontific. & Comitum Engoliſmenſium c. 13. & Beſlius in Epiſcopis Pictav. p. 79.

Laudunenſium Epiſcoporum monetæ, quas *Maailes Loviſiennes* appellatas docet Regeſtum 123. debent eſſe 3. den. 18. gr. legis argenti Regis, & 15. ſol. malliar. duplic. ponderis ad marcam Pariſ. Iis inſcriptum, LUDOVICUS REX--- GAZO EPISCOPUS. Earum figuram damus ex Regeſto: hanc etiam deſcripſit Thevetus l. 15. Coſmogr. c. 3. ut & Haútinus p. 47. Vide Guibertum lib. 3. de Vita ſua cap. 7. & Hermannum Monach. de Mirac. S. Mariæ c. 17.

Ledonenſis monetæ meminit Golutus in Hiſt. Sequan. p. 300.

Lemovicenſium Vicecomitum Denarii, ex Regeſto 123. debent eſſe 3. den. 16. gr. legis argenti regii, & 19. ſol. ad marcam Pariſ. *Malliæ* eorundem Denariorum 3. d. legis argenti regii, & 16. ſol. 9. den. malliar. duplic. ad marcam Pariſ. Eorum figuram damus ex Regeſto: hanc etiam deſcripſit Ducheſnius in Caſtilionenſi, ut & Thevetus lib. 14. c. 8. & Hautinus p. 47. Ejuſce monetæ mentio habetur apud Juſtellum in Probat. Hiſt. Arvern. p. 47. & Hiſt. Turen. p. 50. ut & in Tabul. Abbatiæ Conchenſis in Ruthenis ch. 56. 115. 134. & alibi paſſim ſub Roberto Rege, ubi *Lemovicani* appellantur. Vide *Barbarini.*

Leodienſis moneta, ſeu Epiſcoporum Leodienſium, de qua ſic in Magno Recordo Leodienſi p. 109. *Item de Liegeois fait doit monteir ſur le marc vingte deux ſols & ovvit deniers Liegeois, & doit avoir en les marc de Liegeois d' aloy quatre deniers & obole, & decky à chinque deniers il ſe paſſe cheyans en bourſe, & ſe il paſſe chinque deniers, & un cope li monnoies, eſt attaint de ſon honneur, &c.*

Lingonenſium Epiſcoporum monetæ mentio eſt apud Perardum in Burgundicis p. 48. & Claudium Robertum in Gallia Chriſt. p. 368. 369. In Regeſto feodorum Eccleſiæ Lingon. fol. 14. Pactum deſcribitur initum an. 1185. inter Hugonem Ducem Burgundiæ & Epiſcopum Lingonenſem, quo cavetur, *quòd nullæ alia monetæ currant apud Caſtellionem niſi Divionenſes & Lingonenſes.* Ibi etiam Dux promittit, *quòd monetam Divionenſem à lege nec à pondere mutabit in vita ſua abſque conſenſu Epiſcopi.* Charta alia an. 1255. fol. 31. *Je Richars Sire de Paſſavant, ſalus. Cogneuë chouſe ſoit à tous que mes oncles li ſires Richars de Moſtirel ha reconnu qu'il eſt hon l'Eveſque de Leingres pour 12. livres de Langoines qu'il doit panre en la vente de Leingres chaſcun an tous jours, &c.*

Lodovenſium Epiſcoporum monetæ meminit Plantavitius in Epiſc. Lodovenſ. p. 81. 96. 99. 112.

Lugdunenſis monetæ typum ex Hautino hîc exhibemus. Charta an. 1151. in Hiſt. S. Barbaræ Lugdun. *Miſit -- in gageria pro 10. millibus ſolidorum Lugdunenſis monetæ, cujus 20. ſolidi valebant marcam puri argenti.*

Magalonenſis Epiſcopi Denarii, ex Regeſto 123. debent eſſe 3. den. 16. gr. legis argenti regii, & 19. ſol. 6. den. ponderis ad marcam Pariſ. *Mallia* eorundem Denariorum 3. den. legis argenti regii, & 16. ſol. 6. den. malliar. duplic. ponderis ad marcam Pariſ. Moneta una parte crucem præfert, altera 4. globulos in quadrum effictos, abſque ulla Inſcriptione. Typum damus ex Regeſto. Habetur etiam apud Hautinum p. 45. & Thevetum l. 14. c. 8. p. 530.

Magdum in Biturigibus (*Meun ſur Yevre*) domini (Roberti Atrebatenſis) Denarii, ex Regeſto 123. debent eſſe 3. den. 6. gr. legis argenti regii, & 20. ſolid. pond. ad marcam Pariſ. *Mallia* eorundem Denariorum 2. den. 16. gr. legis argenti regii, & 17. ſol. 2. den. obol. dublic. ponderis ad marcam Pariſ. Monetæ typum hîc damus, cujus mentio eſt præterea in Charta aun. 1177. apud Thomaſſerium in Conſuetud. locatlib. Bituric. p. 73. Vide Thevetum lib. 14. c. 15.

. *Marchia* Comitum, ex Regeſto 123. denarii debent eſſe legis 3. den. 6. gran. argenti regii, & pond. ad marcam Pariſ. 20. ſol. eorundem Malliæ, leg. 2. den. 16. gr. argenti regii, pond. 17. ſol. 2. den. obol. duplic. Atque hi denarii *Marchiones* & *Marchiſienſes* vulgò appellabantur. Chronic. S. Stephani Lemovicenſis: *Anno 1211. Hugo li Bruns Comes Marchiones fieri. Libræ Marchionenſes*, in Charta an. 1251. *Libræ Marchionum* an. 1252. *Marchiones veteres*, in Charta an. 1256. apud Juſtellum in Probat. Hiſt. Turenenſis p. 47. 49. 54. 56. *Solidi Marchiſienſes*, in Charta Willelmi Burdegal. Archiep. an. 1227. in Tabulario S. Amantii Inculiſmenſis. Ex Charta anni 1231. apud eundem Juſtellum colligimus hac tempeſtate 13. ſolidos Marchionum valuiſſe 12. Turonenſibus. Alii videntur *Oboli de Marchia*, in Viſitatione Theſaurariæ Ædis S. Pauli Londinenſis an. 1295. in Monaſtico Anglic. tom. 3. p. 312. Marchiæ Comitum denariorum figuram damus ex Regeſto; hanc etiam deſcripſit Thevetus in Coſmographia lib. 14. c. 8. ut & Hautinus p. 41.

Maſſilienſis monetæ, urbis vel Vicecomitum, aut Epiſcoporum Maſſiliæ, vulgò *Marſeillez* dictæ, meminerunt Statuta Maſſilienſia confirmata an. 1257. *In moneta groſſa, quæ vulgariter Marſellez, vel in minuta, quæ ſimiliter appellatur Marſellez, habeat dominus Comes 12. denarios Maſſilienſes minutos de qualibet marca argenti fini operata in dicta moneta, & idem intelligitur de moneta Millarenſium.* In eo Fœdere quod dictum eſt inter Carolum Comitem Provinciæ & Maſſilienſes, art. 20. eadem propemodum habentur. In illo verò quod inter eoſdem ſancitum eſt an. 1269. ſtatutum eſt, ut deinceps 14. denarii Maſſilienſes, 12. Turonenſibus valerent. Legi in Analectis Peireſcianis, Raimundum Berengarii Comitem Provinciæ facultatem Maſſilienſibus conceſſiſſe *groſſam monetam* cudendi, in inferiore urbis parte, dummodo moneta illa eſſet proba & *legalis*, & ex unaquaque marca denarii ſibi darentur, Tabulis 17. Kal. Jan. an. 1218. Vide Gueſnaium in Maſſilia Gentili l. 1. c. 31. & ſupra in voce *Miliarenſis.*

Matiſconenſis monetæ mentio eſt apud Sanjulianum in Matiſcone p. 251. 290. & Thevetum l. 14. Coſmogr. c. 17. ubi ea deſcribitur.

Meduntenſium, Comitum monetæ meminit Ordericus Vitalis p. 595. 596.

Meldenſium Epiſcoporum Denarii, ex Regeſto 123. jubentur eſſe 3. den. 10. gr. argenti Regis, & 19. ſ. 7. d. ponderis ad marcam Par. *Malliæ* verò eorundem Denariorum 2. d. 21. gr. legis argenti Regis, & 17. ſ. 4. d. dupl. ad marcam Par. Monetæ typum damus ex Regeſto.

Mel-

Melgoriensium Comitum moneta in Occitania, deinde Episcoporum Magalonensium, seu Montispessulani, postquam idem Comitatus in eorum jus devenit ex Innocentii III. PP. concessione ac infeudatione, anno 1197. qui longè antea summo Pontifici concessus fuerat à Petro Comite Melgoriensi, Godefrido Episcopatum Magalonensem obtinente an. 1085. ut docet Catellus l. 5. Rerum Occitanarum p. 987. Hujus porro monetæ cudendæ juris partem postea vendiderunt Episcopi Magalonensis Montispessulani Consulibus & Dominis, ut habet idem Catellus p. 991. Id tamen jus cudendæ monetæ Magalonensibus Episcopis deinceps controversum fuit à S. Ludovico, qui super hac re querelas suas exposuit Clementi IV. PP. ut ex Epistola ejusdem Pontificis docemur, quam descripsit Illustriss. Episcopus Monspeliensis, in Notis ad Epistolas Innocentii III. p. 195. ex quo idem Clemens Episcopum ob indebiti juris usurpationem objurgavit scripta alia Epistola data Viterbii 16. Kl. Oct. an. 2. cujus partem descripsit Dadinus Altaserra lib. 2. de Comit. Provincial. c. 5. p. 142. non quod Regia sibi is jura vindicaret, quandoquidem Comitatus Melgoriensis Ecclesiæ, non Regni Franciæ, feudum erat; sed quòd id juris Summi esset Pontificis, neque in ea quam Innocentius III. Comitatus Melgoriensis Magalonensi fecerat, concessione contineretur, nihil ad rem faciente quam proferebat, possessione. Ut licet advertere in binis istis Epistolis, monetam hanc *Miliarensem* appellari, & ita scribi in MSS. Codd. non verò *Melgoriensem*, uti edidi Altaserra, cùm *Miliarensis* nomine species monetæ Melgoriensis intelligi debeat. *Mergoresos*, quos alii *Melgorienses*, vocat Raimundus *de Agiles*, seu *de Agilers*, qui vixit an. 1100. Charta an. 1145. ex Tabular. Arelatensi fol. 126. docet. 46. sol. Melgorienses confecisse marcam argenti, & Plantavitius in Episc. Lodovens. p. 96. testatur an. 1188. 60. millia sol. Melgoriensium valuisse 24. millibus librarum Turonensium: *Valebat enim*, inquit idem Scriptor, *asses octo Gallicos hodierni temporis solidus unus Melgoriensis*. Et p. 119. ait 50. sol. Melgorienses confecisse an. 1213. marcam argenti *fini*. In Tabul. Ecclesiæ Narbonensis habetur Charta an. 1163. in qua *solidus Melgoriensis* dicitur esse *à lege* 4. *denariorum argenti*, & marcam argenti fini valuisse 48. Melgoriensibus. Sed & etiamnum in Ecclesia Narbonensi *solidis Melgorensibus* rationes ineuntur. Observat præterea Catellus lib. 1. Rerum Occitan. p. 51. in compluribus Occitaniæ tractibus fodinas extitisse auri ac argenti maximeque in Melgoriensi, quod potissimùm ex cavernis & latumiis, quæ adhuc visuntur, colligere est: unde fortè accidit, ait idem Scriptor, ut Melgoriensis monetæ officinæ præsertim inclaruerint. Id autem juris erat Dominis Montispessulani in hasce monetas, ut pro quacumque libra, quæ cuderetur, tres denarios percipere eis liceret. Guillelmus cognomento de Tortosa, quòd ejusce urbis in Hispania dominus esset, filius secundogenitus Guillelmi Domini Montispessulani & Sibyllæ, tres hosce denarios in hæredii sortem à patre obtinuit, quos Guillelmo Domino Montispessulani fratri donavit.* Diplom. an. 1157. quod in Camera Computor. Parisiensi asservatur. Adde Gariellum p. 128. 133. 149. Alio deinde mense Mart. an. 1188. scripto, Guillelmus Dominus Montispessulani filius Ducissæ Mathildis, professus est tenere se in feudum à Raimundo Comite Tolosano, ut Melgoriensi Comite, *illos tres denarios Melgorienses, quos habebat & percibeat in moneta Melgoriensi in singulis libris ipsius monetæ, sicut in Chartis exinde factis continetur*. Eodemque Diplomate pollicetur Guillelmus Raimundo & ejus successoribus Comit. Melgor. *quòd monetam Melgoriensem non faciet contrafacere, nec aliam monetam altatam argento non faciet fieri in Montepessulo, nec extra in toto Comitatu Sustantionensi contra istam, nec aliam monetam discurrere faciet in Montepessulo, nec in toto posse suo, nisi istam monetam Melgoriensem, quamdiu erit ejus legis & ponderis quæ statuta sunt, sicut in Chartis ipsius monetæ inter eos factæ continetur*. Descripsit Gariellus in Episcopis Magalonensibus Diploma Honorii PP. II. qua Melgoriensem monetam alibi quàm Melgorii cudi, eamque adulterari vetat. Ad Monetas denique Dominorum Montispessulani pertinet, quod in veteribus schedis sub an. 1320. scriptis legitur: *Ce sont ceus qui vont contre ces est abilissemens dessusdiz des monnoies. Li Rois d'Arragon fait faire une monnoie en la terre de Monpellier qui court pour 12. tournois par toute la terre le Roy qui est en Provence, & ne valent pas tant comme deniers d'argent de 4. l. le marc, & fait faire en la ville de Monpelier plusieurs monnoies d'or contrefaites, dont onques mes nul Sires de Monpelier n'ot ne ne fist monnoie coursable en la terre de Monpellier.*

Metensium Episcoporum monetæ mentio est apud Valaderium in S. Arnulfi Basilica p. 2. & apud Meurissium in Episc. Metens. p. 333. 476. 529. 624.

Mimatensis Episcopi monetæ mentio est in Charta an. 1265. in Regesto 31. S. Ludovici ex Tabulario Regio, in qua hæc habentur: *Nec voluit præterea Rex quod cursus monetæ Episcopalis, siquam habebat*, (Episcopus Gabalitanus) impediretur in tota diœcesi sua.

Narbonensis monetæ meminit Catellus in Rebus Occitanis p. 77. 587.

Nivernensium Comitum denarii ex Regesto 123. debent esse legis 3. den. 16. gran. argenti regii, & pond. ad marcam Paris. 19. sol. 6. den. Eorund. denariorum *Mallia* debent esse legis 3. den. pond. ad marcam Paris. 16. sol. 9. den. obol. duplic. Mox hæc adduntur: *Et ne pourront faire que le dixiéme de maailes, c'est à dire, 900. liv. de deniers, & 100. liv. de maailes doubles; & ainsi vaudront les deniers & maailes dessusdites avalué l'un parmi l'autre, à petits Tournois & à maailes Tourn. 20. den. moins la livre que petits Tournois: c'est à sçavoir, que les 13. den. de la monnoie dessusdite ne vaudront que 12. petits Tournois.* Typum hìc damus, qui habetur etiam apud Thevetum l. 14. c. 14. & Hautinum in l. de Monetis Francicis p. 441. Monetæ Nivernensis mentio est in Hist. Autissiod. c. 63. p. 500.

Novi Castelli dominorum monetæ mentio occurrit apud Vignerium in Orig. Alsatic. p. 155.

Noviomensium Episcoporum monetæ meminit Vassorius in Novioduno p. 913. 914.

Perticensium Comitum monetæ meminit Ægidius *Bry* in Hist. Pertic. p. 208.

Pictavensium Comitum Denarii, ex Regesto 123. jubentur esse 3. den. 19. gr. legis argenti Regis, & 19. sol. 6. den. ponderis ad marcam Paris. Eorundem verò *Malliæ*, 2. den. 21. gr. legis argenti Regis, & 17. sol. 4. den. obol. duplic. ad marcam Paris. Monetæ typum hìc damus, quem descripsit etiam Thevetus l. 14. c. 6. & ut Hautinus p. 49. Vide in voce *Picta*.

Podiensium Episcoporum moneta. Vide *Pogesia*.

Pontesiensis monetæ meminit Ordericus Vitalis pag. 576. 596. 685.

Pontivi Comitum monetæ, mentio est in Hist. Comitum Pontivi p. 32. & in Hist. Eccles. Abbavill. p. 49. 50. 90. 465. ubi & describitur.

Provinciæ Comitum monetas, earumque figuras delineavit Anton. Rufius in Hist. Comitum Provinciæ p. 81. 150 214. 244. 274. &c. Vide *Regales*.

Regitestensium Comitum Denarii, ex Regesto 123. jubentur esse 3. den. 16. gr. legis argenti Regis, & 19. sol. 6. den. ponderis ad marcam Paris. *Malliæ* verò eorundem Denariorum, 3. den. legis argenti Regis, & 16. sol. 9. den. malliar. duplic. ponderis, &c. Monetæ typum hìc damus, quem delineavit etiam Thevetus tom. 2. Cosmogr. p. 569. ut & Hautinus p. 47.

Remensium Archiepiscoporum Denarii, ex Regesto 123. debent esse leg. 4. den. 12. gr. argenti regii, pond. ad marcam Paris. 17. sol. 8. den. *Mallia* eorundem denario-

nariorum leg. 2. den. 18. gr. argenti regii, ponder. ad marcam Parif. 15. fol. 5. den. obol. dupl. Monetæ typum hîc exhibemus, quem defcripfit etiam Thevetus l. 15. Cofmogr. c. 2. Remenfis monetæ mentio eft apud Alexandrum III. PP. Epift. 56. ex iis quas Sirmondus edidit, Duchefnium in Hift. Caftilion. p. 682. &c. Videtur olim appellata *Rancien*, in Charta Hugonis Comitis Regiteftenfis & Felicitatis ejus uxoris, pro villa de *Machau*: *Que chacuns chevaus traihens paiera 3. fetiers de blé, & 3. fols deRanciens.* Infrà: *Dis oit deniers Ranciens.* Vide præterea Marlotum in Metropoli Remenfi l. 4. c. 16.

Rotomagenfis monetæ meminerunt Alexander Celefinus Abbas l. 3. c. 8. l. 4. c. 1. & Ordericus Vitalis fol. 495. 583.

Rupellenfis monetæ meminit Froiffart. 1. vol. p. 394. & Hift. Rupellenfis p. 39. 88. Edit. in 8.

Ruthenenfis monetæ fub Roberto & Henrico Regibus crebra eft mentio in Tabular. Conchenfi in Ruthenis. Ch. 14. 53. 83. 141. 257. &c. *Solidi Rodenefi* in Ch. 349. Typum dedit Thevetus l. 14. c. 8.

Sabaudiæ Comitum ac Ducum monetas aureas ac argenteas omnes veteres ac novas collegit ac defcripfit Guichenonus in Hift. Sabaud. l. 1. c. 15. à p. 142. ad p. 160.

Sacri Cæfaris Comitum Denarii, ex Regefto 123. jubentur effe 3. den. 6. gr. legis argenti Regis, & 20. fol. ponderis ad marcam Parif. Eorundem verò *Malliæ* 2. den. 19. gran. legis argenti Regis, & 17. fol. 2. den. malliar. duplic. ponderis ad marcam Parif. Monetæ binos typos hîc damus, quos defcripfit etiam Hautinus p. 49. & 51. Vide Thomafferium in Hift. Bituricenfi l. 6. c. 41. & 76.

S. Martini Turonenfis Abbatum monetæ meminit Prouftius in Loduno p. 23. 25.

S. Pauli Comitum Denariorum figura habetur in Hiftoria Caftilionenfi p. 279. & apud Hautinum pag. 47. Defcribitur etiam in Regefto 123.

Santonenfis meminit Tabularium Deiparæ Santon. *Moneta Santonenfis civitatis eft Comitis propria: & fi quis refutaverit eam, juftitia eft Comitis.* Ibid. *Willelmus Comes filius Guidonis fecit fundere monetam fuam, quæ dicebatur de Goilart.*

Sauviniacenfis moneta fuit Dominorum Borbonii & Prioris ejufdem Prioratus, ex variis Pactis utrimque initis, quorum meminit Hiftoria ejufdem Monafterii p. 340. & feqq. Hujus Denarii, ex Regefto 123. jubentur effe legis 3. den. 16. gr. argenti regii, & pond. 19. fol. 6. den. Malliæ, leg. 3. den. argenti regii, & pond. 16. fol. 9. den. obol. dupl. ad marcam Parif. Monetæ infcriptum in eo Regefto, S. MAIOLUS, cujus vultus effingitur, in altera parte, DE SAVINIACO. Habetur etiam apud Hautinum p. 41. & Thevetum to. 2. p. 547.

Stampenfis, moneta Dominorum *Stamparum*, in agro Aurelianenfi. *Le Roman d'Aubery le Bourguignon MS.*

Ervis fon frere maintint mult bienfes drois,
Qu'il n'en perdi vaillant un Eftampois.

Sueffonenfium Comitum Denarii, quos appellant *Noirés*, ex Regefto 123. debent effe 3. den. 12. gr. legis argenti regii, & 23. fol. pond. ad marcam Par. Mox fubditur: *Et vaudront les Deniers deffufdits à Parifis petits & à Maailes Parifis les 20. Noirés 7. Parifis petis.* Monetæ figuram defcripfit etiam Thevetus l. 15. Cofmogr. c. 3. ut & Hautinus p. 45. Mentio habetur Sueffionenfis monetæ in Hift. Sueffion. paffim, in tom. 2. Hift. Francor. p. 335. &c.

Tolofani, Gall. *Tolofans*, moneta Comitum Tolofanorum, quorum *curfus* interdictus in Statuto S. Ludovici Regis Franciæ intra regni limites, hoc eft, intra *Dominica* Regia. In Chartophylacio Regio, fcrinio *Monetarios*, eft Charta Alphonfi Comitis Tolofani pro locatione Monetæ fuæ Tolofanæ, in qua fequentia habentur: *Simplices Tolofani debent effe legis & ponderis Turonenfium, hoc eft fciendum, ad quatuor Pugeeffes minores legales, ficut debet fieri moneta domini Regis apud Carcaffonam & Nemaufum: dicti enim fimplices Tolofani debent deliberare de pondere 18. folidorum unius denarii ad marcam Trecenfem. Oboli vero debent effe de eadem lege, de qua funt Tolofani fimplices, & ponderis 18. folidor. & 10. denar. ad marcam Trecenfem. Et Groffi Tolofani debent effe legis & ponderis Cenomanenfium, videlicet de lege ad 6. denar. & obolum, & de pondere 14. fol. & dimid. ad marcam Turonenfem, &c.* Charta alia ejufdem Alfonfi an. 1265. *Debent autem facere dicti burgenfes infra dictos duos annos apud Tolofam 25. millia groffa Tholof. alborum ad 7. den. de lege, ad bonum argentum de Montepeffulano qui dicti Tolofani debent effe de pondere 18. fol. ad marcham Tolofanam, &c.* Vide Hiftoriam Abbatiæ Condomenfis to. 13. Spicilegii p. 460. 481.

Trecenfis monetæ meminit Innocentius III. l. 13. Epift. 45. p. 36. 442.

Tullenfis, moneta Epifcoporum Tullenfium, *Toullois*, in Charta Theobaldi Ducis Lotharingiæ an. 1312. interdicta in Francia legitur Statuto Regis Philippi dato Pifsiaci poft Theophaniam an. 1313. cum *Pillevillis* & *Venetianis*, (*Pillevilles & Veniciens*) propter defectum.

Turenenfium Vicecomitum monetæ mentio occurrit apud Juftellum in Hift. Turenenfi p. 31. 37. & in Prob. p. 40. 53. 62. 63. 64. 88. 95. 98. 104. 105. 110.

Valentinenfium monetæ Comitum, vel Epifcoporum Valentinenfium, in Delphinatu provincia Franciæ, meminit Raimundus *de Agiles* in Hift. Hierofol. p. 165. & Charta Hugonis Epifcopi Gratianopolit. defcripta à V. Cl. Jacobo Petito p. 601. Occurrit præterea non femel in Tabulario Prioratus Dominæ in Delphinatu.

Vefuntionenfium Archiepifcoporum monetæ figuram delineavit Jo. Jacobus Chiffletius in Vefontione part. 1. c. 4. Hujus etiam meminit Golutus in Hift. Sequanica p. 593.

Viennenfis monetæ mentio in Tabulario ejufdem Ecclefiæ p. 25. in Hift. Franc. to. 1. p. 21. in Hift. Epifcopor. Bellicenfium p. 46. in Hift. Beneharn. p. 838. apud Juftellum in Hift. Arvern. p. 177. in Prob. p. 51. 81. 139. in Spicilegio Acheriano to. 13. p. 284. apud V. Cl. Jacob. Petitum poft Pœnitentiale Theodori p. 601. &c.

Vindocinenfium Comitum Denarii, ex Regefto 123. jubentur effe 3. den. 10. gr. legis argenti Regis, & 19. fol. 7. den. ponderis ad marcam Parif. *Malliæ* eorundem Denariorum, 2. den. 21. gran. legis argenti Regis, & 17. fol. 4. den. malliar. duplic. ponderis ad marcam Parif. &c. Monetæ typum hîc damus, quem defcripfit etiam Thevetus lib. 15. Cofmogr. c. 6. Ejufce monetæ mentio eft apud Beslium in Comitib. Pictav. pag. 428. & Galandium de Franco alodio pag. 283.

Virdunenfium Epifcoporum monetæ meminit Laurentius Leodienfis pag. 327.

Viromandenfium Comitum, feu S. Quintini monetæ mentio eft apud Vafforium in Novioduno 1. vol. p. 26. & Hemereum in Augufta Virom. p. 34. 35. 154. 162.

Virfionenfis Dominæ in Biturigibus Denarii, ex Regefto 123. jubentur effe 4. den. 6. gr. legis argenti Regis, & 20. fol. ponderis ad marcam Parif. Eorundem *Malliæ*, 2. den. 16. gr. legis argenti Regis, & 16. fol. 2. den. malliar. duplic. ponderis ad marcam Parif. Monetæ typum damus, quem defcripfit etiam Hautinus.

Complura habentur monumenta de Baronum noftrorum monetis, ex quibus fequentia excerpfimus ex Regefto Cameræ Computor. Parif. fignato, *Qui es in cælis*; fol. 159. & ex fignato *Croix* f. 122. & ex fignato *Nofter* f. 212. 213.

Ad Nativit. B. Mariæ 1306. incepit fortis moneta.

Ad Candelofam 1310. inceperunt Burgenfes & finierunt ad Nativ. B. Mariæ 1313.

Burdegalenfes currunt Burdegalæ.

In diœcefi Petragor. currunt Petragoric. Lemovic. & Marchienf. & Engolifm. qui debent valere 2. den.

In

In diœcesi Engol. currunt Engolism. & Marchiens.

In Agenno currunt Arnald. Chapoten. & Petragoric 150. Stephan. qui currunt in Provinc. Bisunt. valent. 150. Tur.

20. libr. Divion. val. 16. lib. Tur.

5. Burdegal. valent 4. den. Tur.

5. Arnaldi & Chipotois valent 4. den. Tur.

20. libr. Petragor. valent 16. lib. Tur.

20. libr. Viennens. valent 16. lib. Tur.

1. denar. Tholos. valet 2. denar. Tur.

16. lib. 13. s. 1. den. Ruthen & Caturc. valent 4. lib. 2. s. 2. den.

9. l. 9. den. Rūd. & Brienn. valent 6. l. 15. sol. 6. den

5. Morlau. valent 8. den. Tur. nisi in diœcesi Baionensi, ubi 3. Morlan. valent 4. den. Tur.

40. Lemovic. & March. valent.....

7260. Marchisi 15. s. 1. d. Leod. valent. 1141. lib. 2. s. 7. den. obol. Tur. parvorum.

Marcha pro 10. stelling. vidi alibi quod quilibet ..... valet 4. den. Tur.

190. lib. Melegon. (Melgor.) in diœcesi Uticensi valent.....

119. lib. 16. sol. Tur. de tempore Burg (Burgensium) valent 95. lib. 16. sol. 9. den. Bonorum Turon.

666. lib. 2. sol. Divionens. debilium cùm Burgenses currebant per Paris. valent. 500. lib.

32. lib. 17. sol. -. den. Divionens fortium & bonorum.

350. lib. Tur. debilis moneta valent 54. sol. 8. den. moneta Burgensium parvorum.

735. lib. Metensis currentis in Provincia Remensi val. 1470. lib. 6. s Turonensium.

8. lib. 16. s Tullensis currentis ibidem valet 11. lib. 15. s. 2. den. Tur.

Scheda alia an. 1308. *La monnoie au Vicomte de Limoges qui queurt en sa terre & ailleurs pour Tournois, & pis vaut 2. sols la livre. La monnoye au Vicomte de Turenne & celle du Comte de Pierregort queurent 15. den. pour 12. den. Tourn dont les 16. ne vallent que 12. Tournois. La monnoie de Bretagne, d'Augiers & du Mans quieurent pour Tournois, & vallent moins 18. den. la livre. La monnoie de Vandosme & de Chasteaudun, queurent pour Tournois, & vallent pis 40. sols la livre. La monnoie au Comte de Nevers queurent pour Tournois, & vaut moins 12. den. a la livre.*

Moneta forisfactum, quod fuerit, docet Charta Stephani Dom. Sacricæsaris an. 1178. *De forisfacto monetæ ita specialiter statutum est, quòd qui accusaverit aliquem de hominibus prædictis, quòd accepit monetam quam Dominus Sacricæsaris accipi noluerit, postquam voce præconia prohibita fuerit, &c.*

MONETAGIUM, id quod Monetarii, seu Monetæ fabricatores, domino, cujus est moneta, exsolvunt ex monetariæ fusionis & signaturæ proventibus. Charta Philippi Aug. an. 1202. *Everardus de Vineis homo noster concessit nobis & hæredibus nostris tertiam partem monetagii Tornacensis, & ipse duas partes habebit.* Alia Gariæ Electi Meldensis an. 1208. ex Tabulario Campaniæ: *De omni monetagio & de servitio quod fuit pro moneta —— duas partes habebit, &c.* Charta Alphonsi Comitis Pictavensis & Tolosæ Jun. an. 1265. de Moneta Tolosana: *Idemque burgenses* (Monetarii) *debent nobis monetagium nostrum solvere bis in anno, scilicet in festo O. SS. & in Ascens. Domini, secundùm quod singulis terminis fecerint de moneta.* Testamentum Raimundi Comitis Melgoriensis: *Dimitto et septingentos solidos Melgoriensis monetæ in moneta Melgoriensi de Monedatge postquam redempta fuerit de tredecim millia solidis, antequam aliquis homo vel femina habeat de moneta suprascripta de Monedatge, si mortuus fuero in itinere.* Vide Probat. Hist. Castilionensis pag. 98. 62. *Decima monetæ*, seu *Monetagii*. Donnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 2.

Unde bonus Princeps, valde miratus, eidem
Contulit uxoris propriæ, decimamque Monetæ

Vovit.

Monetagium, Præstatio quæ à tenentibus & vassallis domino fit tertio quoque anno, ea conditione ut monetam mutare ei non liceat, quæ & *Focagium* dicitur, obtinebatque potissimùm in Normannia. Charta Ludovici Hutini Regis anni 1315. pro Normannis: *Item quòd redditus nobis debitos pro dicta pecunia non mutanda, qui in dicto ducatu Monetagium, aliàs Focagium nuncupantur, levari non faciemus, &c.* Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 2. cap. 3. *Le Monneage est une aide de deniers qui doit estre payee au Duc de Normandie de trois ans en trois ans, & doit len recevoir de cele ayde tele monoie come elle est mise communément en la terre, ne ne la doit len pas faire changier, &c. Au tiers an tous communement doivent paier le monneage lesquiex ont terres & meubles pourquoy ils sont tenus à paier le. De ceste aide sont quittes toutes gens de Religion qui sont promeus en saintes Ordres, & les serjans fie alx des Yglises, & tous ceus qui sont beneficiez és Yglises, tous Chevaliers, & leur hers, si en sont quites femmes veves qui n'ont 20. s. de rente pour elles soustenir, ou qui n'ont pas en meubles 40. s. par dessus leur robes & leur lits, & celles qui n'ont la valuë de 40. s. sont quites del moneage. Et chascune persone del comun poeple qui aura 20. s. vaillant le paera. Tuit cil sont quites de cest aide qui ont membre de hauberc, qui ont Prevost, Monnier & Fornier, pourtant que il aient molin a ban ou four, il sont quites du moneage, &c.* Deinde additur ab hacce penitatione pariter immunes esse in Normannia Castellanias S. Jacobi, & Vallis, & Moritonii, & aliquot alias. Infrà: *A ceste aide fere & a cest monneage paier les robes de leur propre cors, le lit, & l'ostel, ne doivent pas estre comptez pour moebles, & pour cen souloit-il estre apelé Fouage, que cil le paioient principalement qui tenoient feu & lieu. Adecertes tuit li autre qui ne tiennent ne feu ne lieu, si comme les serjans & let chamberiers qui ont de moeble 10. s. ou la valuë, sont tenus à payer le monneage, & les femmes qui onques ne furent mariées, qui tiennent feu & lieu, payeront le monneage.* Nova Consuetudo Norman. art. 76. *Le Roy pour droit de monneage peut prendre 12. deniers de trois ans en trois ans sur chascun feu pour son monneage & fouage, qui luy fut octroyé anciennement pour ne changer la monnoye.* Vide artic. seq. Ejusmodi autem *monetagium* in Anglia antiquarunt Henricus I. & Joannes Reges Angl. Leges ejusdem Henrici c. 1. *Monetagium commune quod capiebatur per civitates & per Comitatus, quod non fuit tempore Edvvardi Regis, hoc ne amodo fiat omnino defendo.* Vide Ricardum Hagulstadensem an. 1135. & Matthæum Paris. pag. 38.

Adnectendum præterea hocce loco videtur, quod Magni Peirescii manu adnotatum & scriptum de hac vocis notione in ejusdem Adversariis olim legimus. *La livre de Monnoyage, le sol de Monnoyage, & le denier de Monnoyage en termes de Monnoyes, vallent autant d'especes que chacune d'icelle vallent de deniers de la monnoye courante. Comme une livre de monnoyage vaut 20. s. tout ainsi que la livre vaut 20 sols de monnoye courante, & un sol de monnoyage vaut 12 deniers, de quelque espece que ce soit, soit or, argent, ou cuivre, de mesme que le sol vaut 12 deniers de la monnoye courante, & un denier, est une espece seule de quelque matiere que ce soit, comme d'or, d'argent, ou billon, l'on dira en terme de monnoye, un Denier d'Escu, un Denier quart d'Escu, &c. Et en ce faisant, dans un sol de monnoyage il y a 12 den. de monnoyage, qui sont 12 especes de quelque coing & matiere que ce soit, & dans une livre 20. de cesdits sols, qui sont 240. deniers, de quelque espece ou matiere que ce soit. Par exemple, au 2. art. de l'Advu donné au Roy Philippe le Bel, dans lequel est parlé de la monnoye 18. à six deniers de loy, de 14. s. 8. den. de taille, qui avoient cours chacune pour 3. den. Tour. piece, les 14. s. 8. den. est la taille, ou quantité d'especes que le Prince ordonnoit estre en chacun marc, vallants à raison de 12. den. le sol, avec les 8. den. 6. den. que le Prince ordonnoit en chacun marc d'œuvre desdites espe-*

especes, 6. den. de loy, argent le Roy, ayans cours pour 3. den. Tourn. piece. Et pour trouver ce que devoit peser chacune desdites especes, par ladite taille ou quantité, faut considerer la subdivision du marc, & savoir combien il contient de deniers ou d'onces. Le marc est composé de neuf vingt douze deniers, vallans a raison de 24. grains le denier 4608. grains lesquels divisez par ladite taille de 76. pieces, vous aurez 26. grains de poids, vallans un denier 2. grains, & 32. grains qui resteront à partir par 176. pieces.

In Comitatu Bononiensi jus quoddam obtinuit, seu præstatio, quæ *Monnage* dicitur, in Computo Domanii ejusdem Comitatus an. 1402. *C'est assavoir de tous Marchans forains & faisans residence hors de la Comté, qui doivent de toutes denrées & marchandises qu'ils vendent & achatent en ladite ville & Vicomté de Boulogne, 2. den. ob. pour livre.*

MONETARE, Monetam cudere, fabricare, signare, *Monnoier*. Capitula Caroli M. ad Legem Salicam tit. 3. cap. 11. *Illi denarii qui modò monetati sunt, si pensantes & meri fuerint, habeantur.* Ita in Capitul. 2. an. 805. c. 18. lib. 3. Capitul. c. 13. in Edicto Pistensi c. 13. 14. &c. Leges Athelstani cap. 19. *Placuit nobis ut una moneta sit in toto Regni Imperio, & nullus monetet extra portum.* Alanus de Insulis in Planctu naturæ contra Sodomitas:

Cudit in incude quæ semina nulla monetat,
Horret & incudem malleus ipse suam.

Alibi: *Illic psittacus cum sui gutturis incude vocis monetam fabricabat humanæ.* Ibidem: *Illic ursa per portas narium fœtus enixa deformes, ipsos stylos lingua crebrius delambendo monetans, meliorem ducebat informam.* Rursum:

Quæ Noys plures recolens ideas,
Singulas rerum species monetans, &c.

In eodem Opusculo: *Statuit ut expressæ conformationis monetata sigillo, sub derivandæ propagationis calle legitimo, ex similibus similia educerentur.* Mox: *In propriis incudibus rerum effigies commonetans.* Adde eundem in Anticlaudiano lib. 1. c. 4. 8. lib. 2. c. 6. lib. 7. cap. 1. 5.

Monetarium, Locus monetæ, Ugutioni.

Monetator, Qui monetam cudit, in Edicto Pistensi cap. 16. *Monnoieur.*

MONETARIUS, Ἀργυροκόπος, qui monetam cudit, signat. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Μονητάριος, ὁ τὸ κέρμα ἐργαζόμενος. Willelmus Malmesbur. lib. 5. *Trapezitæ, quos vulgò monetarios vocant.* Senator lib. 5. Epist. 39. *Monetarios autem quos specialiter in usum publicum constat inventos, in privatorum didicimus transiisse dispendium.* *Monetarius urbis*, apud Gregor. Turon. de Gloria Confess. cap. 105. S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 1. c. 3. *Tradidit eum imbuendum honorabili viro Abboni vocabulo, fabro aurifici probatissimo, qui eo tempore in urbe Lemovicina publicam fiscalis monetæ officinam gerebat.* Et cap. 15. *Cùm omnis census in unum collectus Regi pararetur ferendus, ac vellet domesticus simul ac Monetarius, adhuc aurum ipsum fornacis coctione purgare, &c.* Vide Leges Athelstani Regis c. 19. apud Bromptonum. *Le Roman d'Aubery MS.*

Aval la ville avoit maint monnoier,
Et maint orfevre, & maint bon loremier.

Illud porrò observatione dignum, quòd in Monetis Regiis stante prima Regum nostrorum stirpe, licèt eorum vultus ac imago imprimeretur, nomen tamen ferè semper ac tituli minimè describerentur, sed nomen monetarii adjectis hisce characteribus, M. vel MO vel MON. vel MONET. aut MONITAR. &c. qui *Monetarius* sonant; ex altera verò parte urbis nomen, in qua cusa fuerat moneta, quod maximè patet ex nummis illis Regum nostrorum ejusdem stirpis, quos nobis exhibuit V. Cl. Bouterous. Id etiam obtinuisse in Anglia colligitur ex nummo Plecmundi Archiepiscopi Cantuariensis, qui vixit an. 889. quem descripsit Seldenus ad Eadmerum. pag. 217.

Monetariorum districtiones. Charta Gerardi Episcopi Cadurcensis in Tabul. ejusdem Ecclesiæ: *Justitiæ verò & districtiones Monetariorum, sive mutetur moneta, sive non mutetur, & ipsa mutatio absque cujuslibet personæ calumnia, propriè erunt Episcopi.*

Monetarius, ad quem pertinet non tam jus cudendæ monetæ, quam ejusdem cusionis emolumenta & commoda. Ità rectè vir doctissimus D. Lucas Acherius ad Herimannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 59. observat Golwinum fratrem Castellani Tornacensis *Monetarium* agnominatum, quod esset *Dominus monetæ* Tornacensis, (cujus cudendæ jus ad Episcopum pertinebat) ut est in Charta Communiæ Suessionensis ab eo editat to. 11. Spicilegii p. g. 351.

Monetarius ex Sacrament. Imperii. Extat in Regesto 100. Tabular. Regii Charta 136. Caroli VI. Regis data in Ponte Archæ 28. Martii an. 1387. hocce argumento: *Charles —— comme de nostre droit acause de nostre joieux avenement en nostre Duchie de Normandie nous appartiengne & puissions faire & creer un Monnoier du serement de l'Empire, savoir faisons que nous pour la bonne relation à nous faite, de sens, loiauté, & suffisance de nostre bien amé Ancheaume de Murronie bourgeois de Rouen, & aussi pour contemplation de nostre amé & feal Conseiller l'Evesque de Bajeux duquel il est neveux, icelui Ancheaume avons aujourdhui fait & cree par la teneur de ces presentes, faisons & creons de nostre authorité, grace especial & pleine puissance Monnoier du serement de l'Empire, a avoir, faire, & exercer ledit office de Monnoier par lui & ses hoirs perpetuellement, aux droits, franchises, & libertez, & autres proffits & emolumens qui a office de monnoier dudit serement doivent & peuvent appartenir, & à lui & à sesdits hoirs avons oltroié & ottroions que par toute nostre dite duchié de Normandie ils puissent ouvrer & monnoier, & user desdites franchises, privileges, & libertez, ainsi que font & ont accoustumé faire d'ancienneté les autres ouvriers & monnoiers dessusdit. Si donnons en mandement au Prevost, Gardes & ouvriers desdites monnoies, qui à present sont, &c.* His opponuntur *les Monnoiers du serment de France*, in manuali Placitorum Parlamenti, 19. Jul. 1374. mentio fit controversiæ inter *Monetarios sacramenti Franciæ, & Monetarios Sacramenti Imperii*, super eorum privilegiis, ubi Monetarii Sacramenti Imperii, iisdem, quibus Francici immunitatibus ac privilegiis gaudere se, & in Regnum Franciæ à Rege evocatos fuisse asserunt.

MONETATICUM, Tributum in Aragonia & Catalania impositum à Petro Rege Aragonum, quod ejusmodi erat, ut omnes duodecim denarios pro singulis rerum mobilium libris exsolvere tenerentur: à qua tamen pensitatione immunes erant Milites, ut scribit Surita lib. 2. cap. 52. cui *Monedatge* dicitur: ut & Ecclesiastici & Religiosi. Petrus II. Rex Aragon. in Charta pro liberat. Cataloniæ: *Item quòd nos nec successores nostri non recipiamus Monetaticum, nec Quintam ab hominibus Ecclesiarum, Religiosorum, Baronum, &c.* Eximinus Petri de Salanova Justitia Aragonum, apud Hieron. Blancam in Commentario Rerum Aragon. pag. 748. *Quòd sine monetatico locorum regni Aragonum sunt aliquæ assignationes factæ in generali, aliæ super Merinatibus, aliæ verò in speciali super terris & locis.* Infrà: *Super Monetatico specialis assignatio censetur, ac si super certo loco facta esset assignatio. Hoc tamen attendendum est, quòd qui habet assignationem super Monetatico in generali, vel super Merinatu in generali, non potest exigere nec petere Monetaticum unius loci: sed Collectores omnes regni debent solvere illi qui habent assignationem generalem.* Michaël del Molino in Repertorio Fororum Aragon. *Monetaticum non recipit D. Rex à vassallis Varonum, Militum, & Infancionum, quia illud tantùm solvunt Dom. Regi ejus vassalli, & vassalli Ecclesiæ,*

Ordi-

Ordinis, aut Religionis, &c. Infrà: *Monetaticum & Morabetinum solvitur Dom. Regi de septennio in septennium, &c.* Occurrit ibi pluries, ubi semper cum *Morabetino* conjungitur. Quippe primò institutum Monetaticum, & concessum ab Aragonensibus Regi Jacobo I. in Curia generali Montisoni an. 1236. ut non immutaretur moneta Jaccensis, *ferratis lege, pondere & figura.* Tum enim promiserant, seque ipsos obligârunt, hæredes & successores suos, *quòd omnes habitantes pro singulis domibus, quod valeat suum decem aureos & ultra, de septennio in septennium Regi & successoribus unum morabetinum tantùm dare tenerentur.* A qua pensitatione *homines Religionum & ordinum, & Ecclesiarum & Regis*, non eximuntur in eo Diplomate. Sed postmodum immunes dicti, ut suprà observatum. Vide Foros Aragon. Edit. 1624. fol. 8. v. 129 v. 172.

MONETATIO, idem quod *Monetagium.* Matth. Paris an. 1248. *Pondus veteris monetæ pro pondere novæ dabatur trutinatum, & præterea pro opere fabrili, id est, Monetationis, quam vulgariter dealbationem vocant, pro qualibet libra tredecim denarii solvebantur.*

MONETUM. Will. Brito in Vocab. *Monetarium, locus monetæ, quod hodie monetum dicitur.* Id est, la *Monnoie.*

MONIALIS, Monacha, Sanctimonialis. Ildephonsus Toletanus æra 674. de S. Isidoro Hispalensi: *Doctor & sustentator Monachorum ac Monialium,* Odorannus in Chr. an. 883. *Judæos certa de causa, & Moniales ab urbe Senonica expulit.* Fridericus Langenius in Saxonia.

Nam volucres tales sistunt Christi Moniales.

MONICULUS, pro *Monachulus.* Testamentum Bertichramni Episcop. Cenoman. *Ad ipsa basilica in honorem ipsius obedum civitatis Cenomannicæ ædificavi, & casas inibi ædificavi, & moniculos institui, qui inibi Christo propitio in perpetuis temporibus officium & servitium procurent.*

MONILIUS. Charta Ottonis I. Imp. apud Ughellum in Archiepiscopis Florentinis n. 15. *Habeatis --- potestatem & in ipsa Ecclesia vestra monilios in sui ibidem mittendum, & omnes monilios quam ibidem inveneritis, quæ de ista plebe & de ista curte pertinet, aut pertinere debet, foràs trahendum & tollendum, & faciendi ——— quod vobis placuerit.*

MONIMEN Monimentum. Ebrardus Bethun. in Græcismo:

Momentum dicas tempus, monimen monimentum.

Vide *Munimen.*

MONINUS. Acta B. Torelli Puppiensis n. 7. *Ecce lupus, quem vulgò Moninum vocant, hoc est, humana carne vescentem, puerum rapuit.* Ubi Hieronymus Radiolanus *Homininum* legit, quasi scilicet etymon daturus lupo, qui homines vorat. Nos ejusmodi lupos *Loups Cerviers*, seu *Cervarios* appellamus, quòd in cervos potissimùm irruant. Statius lib. 5. Thebaïd.

——— *Qualis cùm cerva cruentis*
Circumventa lupis.

Verùm lupi cervarii, si Plinium audimus lib. 8. cap. 34. innocui hominibus sunt. Italis *Monino*, & Occitanis *Mounino*, simiam sonat.

MONITORIUM, *Locus monentium, sicut Scholæ, ubi discipulos docemus & monemus.* Ugutio & Joan. de Janua.

MONOCA. Charta Decani S. Petri Insulensis ann. 1230. apud Haræum in Castellanis Insul. pag. 198. & Buzelinum lib. 2. Gallo-Fl. c. 13. *Contulit etiam decem libras ad altare S. Joannis, quod est in monoca Ecclesiæ.*

MONOCHORDUM, Instrumentum musicum, quod unica chorda constat. Μονόχορδον ὄργανον, Polluci lib. 4. cap. 9. Nicetas Choniates in Andronico lib. 2. Τραγῳδίαν ὑποκρίνεται. Ubi Codex Græcobarbarus, Μονοχόρδιον λαβὼν, θρηνεῖται μέλος. Nostris vulgò *Manicordion.* Chron. Trudonense lib. 8. p. 441. *In hoc profecit, quòd quidquid alicubi in Monocordo cantari potuit de usu Ecclesiæ non prætermisit se præterire.* Vide Jul. Scalig. lib. 1. de Arte Poët. cap. 48.

MONOCOSMUM, Isidoro, Ugutioni, & aliis, est genus vehiculi, quod ab uno jumento trahitur. Vide Meursium in Κόσμον.

MONOCOSSIS. Anastasius in Leone IV. p. 197. *Item aliam crucem de auro unam habentem in medio monocossim.* Ubi Bulengerus *Mancosum* legendum subdubitat, inani, ni fallor, conjectura. Videtur enim hîc intelligi lapis quispiam pretiosus.

MONOCULUS, Cocles, μονόφθαλμος, vox hibrida, quâ utitur Guillelmus Armoricus in Philippo Aug. an. 1163. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo c. 7.

Gorgonæ, atque tres monoculæque fuere sorores.

Regestum Castri Lidi in Andibus f. 47. *Præco habet consuetudinem caprarum, de prædicta ipse habet capam monoculam.*

Utuntur Ealredus in Vita S. Edvv. Confess. Cæsarius Heisterb. lib. 4. cap. 62. Rotharis Rex Longob. in Edicto, tit. 117. & aliquot alii. Vett. Glossæ. *Unioculus*, μονόφθαλμος.

Monoculare, Altero oculo privare. Occurrit apud Matth. Paris an. 1253.

MONOGIUM, ex Gallico *Monnoie*, Moneta minutior, Gesta Willelmi Majoris Episcopi Andegav. c. 30. *Pedagia, vectigalia, monogia, & coustumas exigunt, & extorquent.* Occurrit rursum infrà.

MONOGRAMMA, ex Gr. μονόγραμμα, Nomen compendio descriptum, ac certis literarum implexionibus concinnatum, *quòd scilicet magis intelligi, quàm legi promptum est*, ut ait Symmachus; seu, ut habet Plutarchus in Catone, σημεῖον ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων δύναμιν ἔχον. Hrabanus Maurus Abbas Fuldensis de Inventione linguarum: *Litteræ monogrammæ scriptæ nonnullis in locis inveniuntur, ubi pictura cum musæo in pariete imaginis, aut in velis, vel alicubi aliter facta fuerit, ibi eorum nomina cum congerie literarum, unum caracterem pictores facere soliti sunt, quod monogramma dicitur.* Vita S. Baboleni num. 21. ex Edit. Petri Chifletii: *Sed & Rex ipse Clodovæus favens subscripsit, & suo monogrammate facto, anulo regio insigniri jussit.* Historia Translationis S. Sebastiani: *Cum patena patris sui, Magni Caroli monogrammate insignita.* Edictum Pistense Caroli Calvi cap. 11. *Ut in denariis novæ nostræ monetæ, ex una parte nomen nostrum habeatur in gyro, & in medio nostri nominis monogramma, ex altera vero parte nomen civitatis, & in medio crux habeatur.* Odo Cluniac. in Vita Burchardi Comitis: *Facto itaque testamento, monogrammate firmatur.* VI. Synodus Act. 12. Καὶ ἐπεδόθησαν δύο χαρτία ἐσφραγισμένα ἀπὸ κηροῦ ἐκτυπῶσα μονόγραμμον Κωνσταντίνου Δεσπότου. Act. 15. Χαρτίον βεβουλλωμένον διὰ βούλλας ἐκτυπούσης μονόγραμμον.

Monogramma, femin. gen. Primasius. Africanus Episc. S. Augustini discipulus in Apocalyps. lib. 4. c. 13. de nota Labari: *In monogramma, quæ in hunc modum fit, exprimitur, ubi compendio totum Christi nomen includitur.* Charta Adalberonis Episcopi Metensis: *Manu propria nostri nominis monogrammam subtus signavimus.*

Monogrammatum verò usus non nuperus, ut ex Plutarcho & Symmacho innuimus, atque adeo in nummis. Siquidem extat Marciani Imp. numisma apud Octavium Stradam pag. 249. in quo ejus monogramma exaratur. Descripsimus præterea æreum insignem Placidii Valentiniani Medallionem in Familiis Byzantinis ex Archeio Regio, qui Bonifacii triumphum præfert, cui subduntur 4. monogrammata: quorum vim haud proclive sit divinare. Vide Notas nostras ad Alexiadem p. 253. & Descript. Ædis Sophianæ n. 70.

Veteres integra sua non tam nomina quàm prænomina haud scripsisse, palam est ex veteribus Inscriptionibus, & Ausonii Epigr. 34.

Lucius una quidem, geminis sed dissita punctis,
Littera prænomen sic nota sola facit.

In subscriptionibus præsertim nomina ipsa posterioribus seculis brevi literarum compendio scripsere, eaque deinde in Monogrammatis contraxere formam quod septimo maximè obtinuit, tametsi horum usum antiquiorem evincant nummi, quos ex Gazophylacio Regio ære incidi curavimus cum cæteris inferioris ævi Imperatorum Constantinopolitanorum numismatibus ad Zonaram, aliorumque Byzantinorum Scriptorum illustrationem. Principum porrò monogrammata, quibus ea propria fuerant, quæcunque ferè cum in veteribus Tabulis, tum ab ævi nostri Scriptoribus ex iis delineata, sub manum occurrerunt, unica tabella hîc repræsentare haud alienum duximus, ut quæ ex variis corroganda fuissent locis, uno conspectu, ea Lectori percipere utcunque liceat.

Ex Monogrammatibus autem summorum Pontificum antiquioribus sex potissimùm selegimus, ex Nicolai Alemanni libro de Lateranensibus Parietinis cap. 3. interim dum multò plura nobis exhibeantur à viro summæ eruditionis Francisco *Menestrier*, in eo opere quod de Armis & insignibus inscripsit.

Primum igitur à nobis delineatum ex Pontificiis Monogramma, est ADRIANI I quod ad S. Prudentianæ visitur.

Alterum est PASCHALIS I. in ædibus sacris S. Cæciliæ, & S. Praxedis in Exquiliis.

Tertium est NICOLAI I. in Basilica Clementis.

Quartum est XYSTI III. in Basilicæ Liberianæ, arcu majore.

Quintum est LEONIS III. in fastigio tribunalis ejusdem Basilicæ Liberianæ.

Sextum denique est ejusdem *Leonis* in Ecclesia SS. Nerei & Achillei.

His subjunximus MONOGRAMMATA IMPERATORUM OCCIDENTIS, ac primùm.

CAROLI M. ex Ughello to 8. Italiæ sacræ p. 60.

Aliud ejusdem *Caroli*, ex eodem Ughello to. 5. pag. 600. Zyllesio in S Maximino p. 13. & Monumentis Paderbornensib. p. 326. 328. Vide Brovverum in Annal. Trevir. an. 773.

LUDOVICI Pii, ex Tabulario Heduensi, Ughello to. 2. p. 118. & Chiffletio in Trenorchio p. 195.

Ejusdem *Ludovici*, ex Beslio in Regibus Aquitan. p 18.

Ejusdem *Ludovici*, ex eodem Beslio ibid. p 19. 25.

Ejusdem *Ludovici*, ex Ughello tom. 2. p. 118. to. 3. p. 625. 673.

LOTHARII I. ex Tabulario Eccl. Viennensis, Joanne à Bosco in Vienna p. 52, Strada p. 374. 375. & Chiffletio in Trenorchio p. 267.

Ejusdem *Lotharii*, ex Tabul. Eccl. Comensis.

LUDOVICI II. ex Tabul. Casauriensi, Goldasto to. 3. Rerum Alemann. p. 151. & Ughello to. 4. p. 481. to. 5. p. 255. 619. Vide Stradam p. 375. 377.

Ejusdem *Ludovici*, ex Ughello to. 8. p. 65.

CAROLI CALVI, ex ejusdem Monetis, &c. Vide Stradam p. 380.

CAROLI III. ex Tabulario Casauriensi, Ughello to. 4. p. 792. 484. 595. 598. 1340. to. 5. p. 627. & Strada p. 382.

Ejusdem *Caroli*, ex to. 1. Hist. Leodiensis Chappeavilli p. 162.

ARNULPHI, ex Ughello to. 3. p. 708. to 4. p. 601. ex Metropoli Salisburg. to. 2. p. 19. 154. 236. & Strada p. 385. aliter apud Brovverum to. 1. Annal. Trevir. p. 436. 2. Edit.

LUDOVICI III. ex Tabul. Eccl. Viennens. & ex to. 1. Hist. Leod. p. 169. Vide Stradam p. 381. 382.

HENRICI I. ex Metropoli Salisburg. to. 2. p. 591. to. 3. p. 407. & Ughello to. 2. p. 205. 207. & to. 4. p. 1007. Vide Stradam p. 400.

OTTONIS I. ex Tabul. Casauriensi, Chronico Mindensi p. 734. Hist. Leod. to. 1. p. 176. 212. Ughello to, 1. p. 898. Brovvero an. 942. & Strada p. 400.

OTTONIS II. ex Chronico Mindensi p. 738. & Zyllesio p. 21. 27.

Ejusd. *Ottonis*, ex Tabul. Casaur. Chronico Mindensi p. 738. Oct. Strada p. 404. Hist. Leod. to. 1. p. 209. & Ughello to. 1. p. 495. 960. & to. 3. p. 279.

OTTONIS III. ex Baldrico lib. 1. Hist. Camerac. c. 107. 108. Chronico Mindensi p. 736. 740. & Zyllesio p. 28.

Ejusd. *Ottonis* ex Bibl. Cluniac. p. 409. Hist. Leod. to. 1. p. 210. Strada p. 405. 406.

Ejusd. *Ottonis*, ex Ughello to 1. p. 495. Vide præterea. Brovver. in Annalib. Trevir. to. 1. p. 491. 2. Edit.

HENRICI II. ex Chron. Mindensi p. 749 Zyllesio p. 32. & Ughello to. 2. p. 207. 514. to. 4. p. 628. to. 5. p. 269.

Ejusdem *Henrici*, ex Tabul. Eccl. Comensis, Chron. Mindensi p. 735. Hist. Leod. to. 1. p. 213. 226. Zyllesio p. 29. & Stada p. 407. 408.

Ejusd. *Henrici*, ex Ughello to. 4. p. 959. to 5. p. 673.

CONRADI II. cogn. *Salici*, ex Chron. Mindensi p. 743. & Hist. Leod. to 1. p. 264.

Ejusd. *Conradi*, ex Tabul. Casaur. & Ughello to. 1. p. 497. 902. to. 2. p. 144. 208. 209. 211. & Strada p 411.

Ejusd. *Conradi*, ex Chron. Mindensi pag. 736. 746. Zyllesius paulò aliter p. 34.

HENRICI III. ex Cosma Pragensi p. 14. Chron Mindensi. p. 439. Zyllesius p. 41. 47. paulò secus.

Ejusd. *Henrici*, ex Tabul. Casaur. & Ughello to. 2. p. 212. 566. to. 4. p. 509. 636 to. 5. p. 279. to. 6. p. 864.

Ejusd. *Henrici*, ex Chr. Mindensi p. 737. Hist. Leod. to. 1. p. 280. Jo. à. Bosco in Vienna p. 88. & Zyllesio p. 36. Vide Stradam p. 413.

HENRICI IV. ex Chron. Mindensi p. 743. 746.

Ejusd. *Henrici*, ex Actis Murensis Monast. p. 23. Chr. Mindensi p. 741. Zyllesio p. 43 45. 52. Ughello to. 1. p. 743. to. 2. p. 363. Brovvero to. 1. p. 536. 2. Edit. &c.

Ejusd. *Henrici*, ex Waldo in Chron. Lobiensi pag. 401. Vide Stradam p. 414. 415.

LOTHARII II. ex Ughello to. 1. p. 508. & Strada p. 421.

CONRADI III. ex Ughello to. 1. p. 510. tom. 4. p. 517. Vide Stradam p. 423.

FRIDERICI I. ex Aventino p. 390.

Ejusd. *Friderici* ex Privileg. Ecclesiæ Hammaburg. p. 182. Joan. à Bosco p. 88. & Hist. Leod. to. 2. p. 109. 121. & Ægidio Gelenio in Colonia p. 74.

Ejusd. *Friderici*, ex Ughello to. 1. p. 515. 916. to. 2. p. 220.

Ejusd. *Friderici*, ex Ughello to. 1. p. 515. 916. Vide Stradam p. 424. 425.

HENRICI VI. ex Jo. à Bosco p. 90. Ughello to. 1. p. 617. to. 2. p. 221. 764. to. 4. p. 1088. to. 6. p. 846. 893. & Strada p. 426. 427. & Guilino in Annalib. Alexandriæ p. 15.

PHILIPPI II. ex Privileg. Eccl. Hammaburg. p. 195. paulò aliter in Metropoli Salisburg. to. 3. p. 361. & apud Ægidium Gelenium in sancto Engelberto p. 32.

OTTONIS IV. ex Ughello to. 1 p. 689. to. 3. p. 367. & Strada p. 430. 431. Aliter exhibetur apud Gelenium in S. Engilberto p. 27.

FRIDERICI II. ex Ughello to. 1. p. 469. Strada p. 434. & Metrop. Salisburg. to. 2. p. 182. to. 3. p. 261. 272. 363.

GUILLELMI, ex Octavio Strada.

RODOLPHI, ex Metrop. Salisburg. to. 2. p. 183. to. 3. p. 262.

ADOLPHI, ex Octavio Strada p. 448.

ALBERTI, ex veteri Charta.

CAROLI IV. ex Chronico Mindensi p. 748. 750.

MONOGRAMMATA REGUM FRANCIÆ.

CHLODOVEI I. apud Perardum in Burgundicis pag. 2.

CHLOTARII I. apud eundem p. 3.

DAGOBER-

Monogram. aliquot Sum. Pontific.	Adriani I.	Paschalis I.	Nicolai I.	Xisti III.	Leonis III.	eiusd.	Monogram Imperat.
Caroli Magni	eiusd.	Ludou. I.	eiusd.	eiusd.	eiusd.	Lotharij.	eiusd.
eiusd.	Ludou. II.	eiusd.	Karoli II.	Karoli III	eiusd.	Arnulfi.	Ludou. III.
Henrici.	Ottonis I.	Ottonis II.	eiusd.	Ottonis III.	eiusd.	eiusd.	Henrici. II.
eiusd.	Conradi II.	eiusd.	eiusd.	Henrici III.	eiusd.	eiusd.	Henrici. IV.
eiusd.	eiusd.	Lotharii II.	Conradi III.	Friderici.	eiusd.	eiusd.	Henrici IV.
Philippi.	Ottonis IV.	Friderici II.	Guilelmi.	Rodolphi.	Adolphi.	Alberti.	Caroli IV.
Monogram Regum Franciæ.	Clodouei.	Chlotarij	Dagoberti.	Pipini Senior	Caroli Mart.	Ludou. II.	Ludou. III.
Karlomanni.	Odon.	Caroli III.	Rodulphi.	eiusd.	eiusd.	Ludou. IV.	Lutharij.
eiusd.	eiusd.	Hugonis.	Roberti.	eiusd.	eiusd.	Henrici	eiusd.
eiusd.	Philippi. I.	eiusd.	eiusd.	Ludou. VI.	Ludou. VII.	eiusd.	eiusd.
Philippi. II.	Ludou. VIII.	eiusd.	Ludou. IX.	eiusd.	Philippi. III.	Philippi. IV.	Monogram. aliorum Regum.
Pipini. II.	Pipini I. II. III	Karoli.	Karlemanni		Ludou.	Karoli.	Zuentibar
Bosonis.	Ludou.	Conradi.	eiusd.		Rodulfi.	eiusd.	eiusd.
…donis.	Berengarii.	eiusd.	Hugonis.	Lotharij.	eiusd.	eiusd.	Arduini.

DAGOBERTI, apud Ægid. *Waulde* in Hist. vernac. Lobiensi p. 317.

PIPPINI SENIORIS, apud eundem p. 327. 340. Hæc porrò quatuor Monogrammata absit ut tanquam genuina hîc proferamus: quinimo ea omnino adulterina & fictitia censemus, cum viro eruditissimo Daniele Papebrochio in Propyleo 2. ad to. 2. Aprilis, qui bina ista Waldensia jure proscripsit. Ea tamen hîc describenda censuimus, ut ad simile proferendum judicium Lectorem provocaremus.

CAROLI MARTELLI, ex Goldasto to. 2. Aleman. p. 145.

PIPINI REGIS, apud Browerum to. 1. Annal. Trevir. p. 378. ult. Edit.

LUDOVICI II. cogn. *Balbi*, ex Tabul. Eccl. Heduensis, & Chiffletio in Trenorchio p. 23. 232.

LUDOVICI III. ex Bibl. Cluniac. p. 265. 277.

KARLOMANNI, ex Tabul. Eccl. Heduensis.

ODONIS, ex Chiffletio in Trenorchio p. 271.

CAROLI, cogn. *Simplicis*, ex Hist. Leod. to. 1. pag. 161. 170. & Chiffletio in Trenorchio p. 274.

RODULPHI, ex Beslio, in Hist. Pictav. p. 239.

Ejusd. *Rodulphi*, ex Bibl. Clun. p. 411. & in Notis p. 71.

Ejusd. *Rodulphi*, ex Beslio p. 239. & Chiffletio in Hist. Trenorch. p. 277.

LUDOVICI IV. ex Bibl. Cluniac. p. 266. 267. & Chiffletio in Trenorchio p. 280.

LOTHARII, ex Tabul. Monast. Humolariensis.

Ejusd. *Lotharii*, ex Beslio p. 252.

Ejusd. *Lotharii*, ex Buzelino p. 343.

HUGONIS *Capeti*, &

ROBERTI filii Regum, ex Charta an. 987. in Tabulario Corbeiensi.

Ejusd. *Roberti*, ex ejusdem nummo in ἀρχείῳ RR. PP. Canonicor. Regul. S. Genovefæ Paris.

Ejusd. *Roberti*, ex Perardo in Burgundicis p. 171. paulò aliter in Tabul. S. Genovefæ Paris. an. 1035.

Ejusd. *Roberti*, ex Tabul. Fossatensi.

HENRICI I. ex Tabul. Humolariensi.

Ejusd. *Henrici*, ex Chiffletio in Trenorchio p. 315.

PHILIPPI I. ex ejus nummo.

Ejusdem *Philippi*, ex Chiffletio in Trenorchio pag. 316.

Ejusd. *Philippi*, ex eod. Chiffl. p. 325. Bibl. Cluniac. p. 528. 530. & Spicilegio Acheriano to. 2. p. 600.

LUDOVICI VI. ex Bibl. Clun. p. 1391.

LUDOVICI VII. ex Bibl. Clun. p. 1430.

Ejusd. *Ludovici*, ex 30 Regesto Cartophylacii Regii.

Ejusd. *Ludovici*, ex Hist. S. Aniani Aurelian. p. 83. 85. & Hist. Trenorch. p. 447. 452.

PHILIPPI II. cogn. *Augusti*, ex Bibl. Clun. p. 534. 1490. & Hist. S. Aniani p. 82.

LUDOVICI VIII. ex 30. Regesto Cartophylacii Regii Ch 271.

Ejusd. *Ludovici*, in eod. Regesto an. 1224.

S. LUDOVICI IX. ex Bibl. Clun. p. 1503. 1520.

Ejusdem *S. Ludovici*, ex 30. Regesto Tabularii Regii Ch 271. & al.

PHILIPPI III. ex eod. Regesto.

PHILIPPI IV. ex Tabul. Regio.

Monogrammata aliorum Regum.

PIPINI I. *Regis Aquitaniæ*, ex Beslio in Regib. Aquitan. p. 25.

PIPINI I. II. & III. *Regum Aquitan.* ex eodem Beslio pag. 21. 26. 28. & Chiffletio in Trenorchio p. 193.

CAROLI *Regis Provinciæ*, Lotharii F. ex Tabul. Viennensi.

KARLOMANNI *Regis Bajoariæ*, ex Ughello to. 2. p. 184. & Strada p. 385.

Ejusdem *Karlomanni*, ex Tabul. Casauriensi.

LUDOVICI *Regis Bajoariæ*, ex Aventino p. 185.

CAROLI *Regis Bajoariæ*, ex Ughello tom. 2. p. 186. 188. 189.

ZUENTEBALDI *Regis Lotharingiæ*, ex Hist. Leod. to. 1. p. 163. & Brovvero to. 1. Hist. Trevir. p. 441. 2. Edit.

BOSONIS *Regis Provinciæ*, ex Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 13.

LUDOVICI *Regis Provinciæ*, Rodulphi Regis ex Emengarda F. ex Tabul. Eccles. Gratianopol. p. 84.

CONRADI *Regis Burgundiæ*, Rodulphi F. ex Bibl. Clun. p. 267.

Ejusdem *Conradi*, ex Tabul. Viennensis Eccles.

Ejusdem *Conradi*, ex Tabul. Eccl. Vienn.

RODULPHI III. *Regis Burgundiæ*, ex Notis ad Bibl. Clun. p. 72.

Ejusdem *Rodulphi* Regis. ex Tabul. Eccl. Vienn.

Ejusdem *Rodulphi* Regis, ex eod. Tabul. fol. 9. 10. Vide Oct. Stradam p. 394.

WIDONIS *Regis Italiæ*, ex Ughello tom. 2. pag. 122. 191. tom. 3. pag. 275. tom. 4. pag. 491. Vide Octav. Stradam p. 391.

LAMBERTI *Regis Italiæ*. Vide Stradam p. 392.

BERENGARII *Regis Italiæ*, ex Ughello to. 1. p. 896. to. 2. p. 126. to. 3. p. 37. to. 4. p. 88. 488 606. 795. to. 5. p. 2?0.

Ejusdem *Berengarii*, ex Tabul. Casauriensi, & Tabul. Episcopatus Comensis, & Strada p. 390. & Annalib. Alexandriæ p. 336.

HUGONIS *Regis Italiæ*, ex Tabul. Episcop. Comensis, ex Joan. à Bosco pag. 60. & Ughello tom. 1. pag. 855. tom. 2 pag. 197. Vide Stradam p. 395.

LOTHARII *Regis Italiæ*, Hugonis F. ex Tab. Eccl. Viennens. Vide Stradam pag. 396.

Ejusdem *Lotharii*, ex Ughello tom. 1. pag. 855. tom. 2. pag. 262.

Ejusdem *Lotharii*, ex Jo. à Bosco pag. 60.

ARDUINI, cujus meminit præ cæteris Petrus Damian. lib. 5. Epist. 16. ut & Leo Ostiensis lib. 2. cap. 68. ex Tabul. Episcopat. Comensis.

MONOLINUM, Filum, quo margaritæ insertæ sunt. Capitolinus in Maximino juniore, *Manserunt apud eum arrhæ Regiæ quæ tales fuerunt, monolinum de albis, reticulum de prasinis undecim, &c.* Nostris, *un filet de perles.* Glossæ veteres: Τετράλινον, *quadrifilum gemmarium.*

MONOS, Monachus. Glossæ antiquæ MSS. *Monos, solus, Græci: bene ergo monachus, singularis*, Canones Hibern. lib. 36. cap. 35. *Si qua contumacia inter Principem* (i. Episcopum) *& monon ejus, per discordiam aliquam orta sit, non rejiciat pastor gregem suum in dispersionem, nec oves pastorem fugiant, sed invicem pacificentur.* Chronicon Novaliciense l. 6. p. 643. de quodam Monacho obedientiario: *Tunc Monos acephalus ait, &c.*

Monos, Unus, μόνος. Inscriptio in Ecclesia Mutinensi:

Mille Dei carnis monos centum minùs annis
Ista domus clari fundatur Geminiani.

Id est, an. 1099. Alia ex Chronico Magdeburgensi MS. apud Jo. Henricum Meibomium:

Post M. postque duo CC. post nonaginta mónosque,
Harlinberg capitur, moritur Rex, Dux superatur.

MONOTANUS, *Rigidus*, Papias Leg. *Monotonus.*

MONRERARE. *Morrerare*, Monstrare, ostendere, Gall. *Monstrer.* Notitia judicati in Tabulario Casauriensi: *Ibique veniens Angerisi - & dixit, Facite mihi justitiam de Presbytero nomine Renorius. filio quondam Honorati, quia ipsa terra cum pomis & arboribus, quam ei monreravimus in casale quod dicitur Tertiano, debet esse domini Regis, & de ipsa colonicia de Arepaldo servo domini Regis.* Et infrà: *Quia ipsa terra quam iste Angerisi nobis morreravit, nos non tenuimus.*

MONS GAUDII, Monticulus, ex Gallico *Mont joye*, quæ vox diminutivum est ex *mont*: qua appellatione donatum potissimùm Collem Vaticanum ad urbem Romam ab Ottone Frisingensi l. 2. de Gest. Frid. cap. 22. Cunthero

Gunthero lib. 4. Ligurini, Acerbo Morena Laudensi ann. 1167. pag. 116. in Chronico Casin. lib. 4. cap. 39. in Vita S. Geraldi Abbatis Silvæ majoris. n. 8. & aliis locis, docuimus in Dissert. 11. ad Joinvillam. Ademarus Cabanensis p. 173. *Ubi tandiu reliquas ejusdem Confessoris in Monte gaudio tenuit, &c.* Suprà, *Montanam appellavit.* Idem pag. 272. *Levaverunt corpus S. Martialis Apostoli, & in Montem gaudii transtulerunt.* Vita S. Roberti Abb. Molismensis n. 21. *Cùm autem venisset ad locum, in quo erat quædam congeries lapidum, quæ vocatur Mons gaudii-Dei, &c.* Vide Raimundum *de Aigles* in Hist. Hierosol. p. 171. & Ricordanum Malaspinum cap. 156. Vetus Poëma, cui titulus, *le Lusidaire*, MS.

Tant i ot pierres aportées,
C' une monjoye i fu fondée.

Locos alios vide in laudata Dissertatione.

Mons gaudii, Clamor militaris Regum Franciæ, *Montjoie*, vel *Montjoie S. Denys*, ab eo monticulo ad Lutetiam, in quo S. Dionysius martyrium subiit, Decio imperante, ut ibidem docuimus. Matth. Paris: *Et facto congressu acclamatum est terribiliter, Ad arma, Ad arma, hinc Regales, Regales, inde Montis gaudium, scilicet Regis utriusque insigne.* Occurrit apud eundem aliis locis. *Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.*

Roi Looy escrie, Monjoie Diex aie.

Infrà: *Crie Monjoie, aidiez sainte Marie.*

Rursum: *Monjoie escrie, Dex aide & saint Pol.*

Le Roman de Roncevaux MS.

Monjoie crient por lor gent ralier,

Infrà: *Monjoie escrie por sa gent resbaudir,*

Le Roman de Vacce MS.

Areflorer Gautier ont fait grant estormir,
Franchen crient, Monjoie, & Normans, Dieux aie.
Franchois crient Afras, & Angevin Valie,
Et li Quens Thebaut Chartres & Passavant crie.

Quanto verò cultu S. Dionysium coluerunt Reges Fr. docet Epistola Ludovici Pii ad Hilduinum Abb. S. Dionysii, qua illum hortatur ad conscribendam vitam ejusdem, abundè colligitur, ut & ex Charta S. Ludovici an. 1269. *Quia cùm postquam beatissimus Dionysius patronus & Apostolus Franciæ Francorumque legislator primordia fidei orthodoxæ Francis dudum evigilasset, & ab errore paganeo illos salubriter divertens, felicem martyrii palmam inde reportasset, sacrumque suum sepulcrum mira Dei ordinatione in agro Franciæ elegisset, Francorum Reges Christianissimi nostri antecessores, tanquam verè discipuli & imitatores Dionysii, ac eorum populi & regnicolæ, Catholicam legem ita didicerunt, quod ad præsens lex ipsa Christianaque fides, à nulla tam alia natione, sicut à Gallis veris Christicolis inviolabiliter colitur, & tantam ab eodem Sancto sumpserunt fiduciam, ut sua prece non solùm in prosperis scelera, sed etiam ipsi & eorum milites in ejus g... ofsi Dionysii nominis exclamatione inimicorum tela in bellis devicisse crediderunt.* Vide suprà laudatam Dissertation...

MONS PLACITI. Vide *Malbergium.*

MONSTRÆ, vox Fori Aragon. Instrumenta, documenta, quibus quis in lite jus suum asserit ac tuetur. Iacob. I. Rex Aragon. in Foris Oscæ an. 1247. fol. 17. *Cùm aliquis Infantio, aut alius homo demandaverit alteri homini ratione sui avolarii hæreditatem, quam possidet, secundùm forum bene potest eam petere, donec ille, qui possidet hæreditatem illam, monstret illi sufficientem monstram, pro qua possit se defendere, &c.* Rursum: *Non possent de monstrare demandatori quod antecessores eorum diviserunt hæreditates cum cartis, aut aliis certis monstris, &c.*

MONSTRABILIS, *conspicuus.* Sidon. l. 3. Ep. 7. *Ob omnia felicitatis naturæque dona monstrabilis.* Vide Savar.

MONSTRANFELIS, *Equus detestabilis.* Ita Papias MS. & editus.

MONSTRANTIÆ, Phylacteria, seu arcu... in quibus reconduntur Reliquiæ, atque adeo sacra Eucharistia, quomodo *Monstrances* in Belgio etiam vocant..., quòd Fidelibus osculanda præbeantur & monstrent... Acta S. Quirini... n. 11. *Afflixit jam unus testimonium... præbet quadrangularis argentea, ut vocant, monstrantia, in qua sub vitreo crystallino cruor... inclusus continetur.*

Monstrum, eadem notione. Inventarium Ecclesiæ Eboracensis in Monast. Anglic. to. 3. p. 173. sub titulo *Reliquiæ: Item unum monstrum cum ossibus S. ... in Beryl, & Crucifixo in summitate, &c.* Vide Descriptionem nostram ædis Sophianæ n. 62. Aliud verò est *Morstrance*, in Consuetud. Hannoniensi c. 57.

MONSTRATA, Certa mensura nemoris, quæ fortè *monstratur*, id est, designatur cædenda. Charta G. Abbatis Molismensis an. 1215. in Tabular. Campaniæ: *Permisit nobis vendere tres monstratas nemoris, quod est in grueria sua, factas Præpositode Maraia, &c.*

MONSTRUM, *Monstra*, ex Gallico *Monstre*, cùm milites recensentur, vel se spectandos præbent ad militaria stipendia percipienda: δεῖξις apud Pachymer. l. 12. c. 23. Rotulus Parlamenti tenti apud Westmonast. an. 5. Henrici IV. apud Spel. *Assignavimus vos conjunctim & divisim ad arriandum & triandum omnes & singulos homines ad arma, ac homines armatos & sagittarios in comitatu prædicto, ... & ad monstrum sive ad monstrationem eorundem hominum ad arma, ac hominum armatorum & sagittariorum de tempore in tempus, quotiens indiguerit, diligenter faciendum & supervidendum, &c.* Historia Cortusiorum, l. 1. c. 5. *Dum Paduæ fieret monstra militum, &c.* *Monstra publica, monstrationes armorum*, in Statuto Henrici V. Regis Angliæ tempore guerræ, apud Uptonum p. 136. V. de in *Parlamentum.* Hinc

Monstrare, Milites censere. Matth. Paris an. 1253. *Ut secundùm pristinam consuetudinem arma civibus competenter assignarentur, & monstrarentur, & censerentur, ut essent sufficientia & competentia secundùm cujuslibet facultates.* Huc spectat vetus Saxum: TEMPORIBUS. CLAUDII. TIBERII. F. CTA. HOMINUM. ARMIGERORUM. OSTENSIONE.

MONTAGIUM, *Montatio*, Tributum, quod à navigiis, quæ in fluviis adversa aqua remigant, exigitur: Gallis *Montage*. Charta Matthæi Dom. Montismorenciaci an. 1200. *Et ego propter illa nemora 12. libras Ecclesiæ B. Dionysii annuatim ipsi reddendas in montagio meo aquæ Secanæ assignavi.* Infrà: *De primis redditibus montagii aquæ, &c.*

Montatio, eadem notione. Charta Raymundi Comitis Tolos. pro Aicardo Archiep. Arelat. in Tabul. Eccl. Arelat. *Et de lezda navigiorum & navium, quæ Montatio vocatur, quam Bertrannus Comes habet apud Arelatem.* In eod. Tabulario fol. 16. est alia Charta cum tit. *de montatione navium*, an. 1140. *Conquerebatur de eo, quod de Montatione salarum navium, quæ cum sale ascendebant, debitum censum sibi persolvere nollent.* Ibidem apud Sammarthanos: *Quartam partem de pascuis, lesdis, & montationibus.* Adde Catellum in Comitib. Tolosanis p. 49. Chronol. Episc. Lodovens. p. 96. Annales Massilienses Guesnæi p. 350.

MONTANA, *Montanea*, Mons, *locus montanus*, Innocento Agrimensori, *montuosus* aliis Gromaticis. *Montana Cordubensis*, apud S. Eulogium l. 2. c. 11. l. ... c. 12. *Montana.* Odo de Diogilo, & Ep. 39. ex Sigernanis: *Fuerunt enim mortui in ascensu montanæ Laodiceæ minoris, inter astricta locorum, &c.* Adde ... ardum in Descript. Terræ sanctæ, Petrum de Vineis l. 3. Ep. 55. &c.

Montanea, apud Tudebodum lib. 1. p. 785. Baldricum ... 4 Hist. Hierosol. p. 127. Odericum Vitalem l. 9. p. 43. 747. 752. Sanutum l. 2. part. 4. c. 25. &c. Vita B. Stephani Abb. Obasin. l. 1. c. 26. *Habitatio eorum montaneis hiemalibus cingitur.*

Montanum. Willelm. ab Oldenborg. in Itinerario T. S. de Cypro insula: *Habet in se alta montana.* Infrà: *Conscendimus montem S. Crucis appellatum, quia omnia montana Cypri supereminet.*

Montanosus locus, apud Innocentium de Casis literarum p. 246.

De Montanis agnominatos Armeniæ, seu potiùs Ciliciæ Toparchas, quòd hæc regio montibus & rupibus altissimis passim aspera sit, docuimus ad Bryennium lib. 1. n. 21. Otto de S. Blasio c. 35. *Principibus Armeniorum ad eum undique confluentibus, & præcipuè Leone illarum regionum nobilissimo Christianorum Principe qui in montanis habitabat.*

Montana, In Glossis antiquis MSS. *Circum castella in montibus posita.*

MONTANISTÆ, Hæretici, sub Arcadio Imp. Papias, & ex eo Ugutio: *Montani, hæretici dicti quòd tempore persecutionis in montibus latuerunt, unde se diviserunt ab Ecclesia Catholica.* Hi & *Phryges* appellati. Synod. Trullana c. 95. Μοντανιςὰς τὸς ἐντεῦθεν λεγομένους Φρύγας. Vide Leges 34. 48. 57. & 65. Cod. Th. de Hæret.

Montanistæ, apud Hungaros, dicti proceres quidam, in quorum territoriis montes erant, in quibus erant *mineræ auri, & cupri*, unde decimas Regi pendebant. De iis plura in Scheda subjecta Decretis Regis Hungariæ p. 113.

MONTARIUS, Venator, qui in montibus venatur: Hispanis *Montero*. Rodericus Tolet. l. 6. de Reb. Hisp. c. 17. *Et collocatis ibi montariis & venatoribus, remansit locus suæ subditus ditioni, & pauculos Christianos gnaros venandi & officii sagittando ibi accolas collocavit.* Fori Leter æ: *Montarium* (f. Montarius) *det de venato lumbum costale.*

MONTATA. Vide *Montea.*

MONTAVICUM. Charta Raimundi Comitis & Urracæ filiæ Adefonsi Regis, uxoris, æræ 1140. *Et adhuc damus vobis ex omni tertia parte Salamantinæ civitatis census, quæ in nostra parte evenerit, ut tertia inde pars sit vestra in quocunque loco, vel quolibet modo eam reperire poteritis, tam de portatico, quàm etiam de montatico, vel de calumniis, aut de facinore, vel aliquo reatu, qui in prædicta urbe contigerit, &c.* Alia Adefonsi, ejusdem Raim. filii, æræ 1164. *Item ut ex omnibus reditibus ejusdem civitatis ubicunque possent inveniri, tam de montatico, quam de portatico, de Quinta, de Moneta, de calumniis. vel homicidiis tertiam partem, & de acemis & Piscariis, &c.* Fori Alcaconenses: *Omnes qui quæsierint pausar cum suo ganado in termino de S. Maria des Alcaçonas, prendant de illis montadigo de grege das oves, 4. carnarios, & de busto das vacas, una vaca. Isto montodigo est de Concilio.* Suprà: *Ganado de Alcaçonas non sit montado in nulla terra.*

MONTATIO. Vide *Montagium.*

MONTEA, *Monteia, Montata*, Burgundis, *Montée.* Charta Stephani Burgundiæ Comitis an. 1173. *Notum facio -- quod Ecclesiæ Theoloci unam monteam salis apud Laudonium dederim.* Alia Stephani filii an. 1213. *Tres monteias muriæ, &c.* Alia Joannis Comitis an. 1251. apud Chiffletium in Beatrice: *Nos Jeans Cuens de Bourgoigne & sire de Salins, façons savoir -- quæ tant de muyre, come Estienes sire de Oiseler nostre frere, pourra conquerir ou Puis de Laon, tant que à trois montées de muyre, en accroissement de son chasement & de fié que il tient de nous, li affranchissons, &c. Monteia muriæ apud Ledonem: Dimidia monteia*, in Bibl. Sebusiana Cent. 2. c. 8. 48. *Montata salis in puteo Ledonesi*, in Charta anni 1250. ib. c. 66.

MONTENSES, Donatistæ hæretici, sic Romæ appellati, quibus ex Africa solebat Episcopus mitti, ut auctor est S. August. l. de Hær. c. 69. sic dicti, quòd *speluncam quandam foris à civitate gradibus sepsissent, ubi conventiculum habere potuissent*, inquit Optatus lib. 2. eò *quòd Ecclesiam Romæ primùm habere cœpissent*, ut Hieronym. in Chron. Lex 43. Cod. Theod. de Hæretic. *in Donatistas, qui & Montenses vocantur.* Horum præterea meminit idem Hieronymus in Luciferum, in Epist. ad Marcellam, Augustinus Epist. 156. Epiphan. Gennadius de Scriptorib. Ecclesi. in Macrobio, &c. Perperam verò Altaserra à *limite Montensi*, in Africa, cujus mentio est in Notitia Imperii, dictos scripsit.

MONTERIUS, idem qui *Montarius* Venator de qua voce supra. Vide *Desparare.*

MONTESIANI. Apud Commodianum Instructio, 21. inscripta est *Montesianis*; primusque versus ita concipitur:

Montes deos dicitis, dominentur in auro
Obscurati malo, &c.

In MS. scriptum *nominentur* Ubi Rigaltius, *Montes & deos dicitis*, restituit, *Montesianosque* existimat, qui numina quædam in montibus esse credebant, ut alii in lucis. Cui Conjecturæ favet Lactantius de Mortibus Persecutor. num. 11. *Erat mater ejus Deorum montium cultrix, mulier admodum superstitiosa. Deorum montensium* mentio est in vet. inscript. apud Gruter. pag. 21. Sed *Montenses deos* malim reponere proclivi emendatione, vel potiùs *Monteses*, quomodo Epiphanius Novatianos Μοντησίους vocat. *Monteses* auctor Prædestinati lib. 1. hær. 44. *Sicut Donatistas, & Monteses, & Parmenianos vocamus, Donatistas a Donato, Monteses à montis latebra, &c.* Et hæresi 69. *Hi hæretici in partibus Italiæ Monteses appellantur, in interiore Africa Parmeniani, in Carthaginensi Donatistæ.*

MONTICELLUS, Collis, vox Agrimensoribus familiaris. Vide Rigaltii Glossar. ad Agrimen.

MONTRAGIUM. Charta Arcembaldi *D.* Borbonensis pro libertatibus Villæfrancæ, &c. an. 1217. apud Thomasserium: *Omnes liberi homines Domini Borbonii possunt venire apud Villamfrancham causa Montragii, si hæreditare venerint aliquem de parentela sua, potest manere licite in Villafranca.*

MONUBILIS. Sidonius l. 2. Ep. 2. *Porticus columnis invidiosa monubilibus.* Itinerarium Burdigalense: *Inde non longe, quasi ad lapidis missum, sunt monumenta duo, monubiles miræ pulcritudinis factæ.* Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelatensis: *Et ut conferret sacris Virginibus, quas congregaverat, curam necessariam sepulturæ, monubiles arcas corporibus humandis de saxis ingentibus noviter fecit excidi.* Variæ sunt super hac voce eruditorum sententiæ, quarum fere nulla arridet. Sirmondus ad Sidonium, *monubiles*, insignes ac præclaros, ut sunt monumenta, interpretatur. Salmasius in Itinerario Burdegal. *volubiles* legendum censet, id est, concameratos, εἰλημαλικάς. At vox *volubilis*, columnis etiam convenit, quas concameratas dicere absurdum fuerit. Anastasius in Gregorio III. p. 72. *Columnas sexaginta onychas volubiles.* Unde emendandus locus alter apud eundem Scriptorem p. 132. *Simulque & columnas volatiles*: legendum enim *volubiles*, nisi utrobique *monubiles* legatur. Ludovicus Cerda *monubiles, columnas adstructas ad monumenta* esse putat. Denique Vossius nescio quid de machinis bellicis hîc commentatur, quæ ad vim vocis percipiendam nihil conferunt. Sanè in præallatis locis, *monubiles* non modò *columnæ* dicuntur, ut apud Sidonium, sed & *monumenta*. vel sepulcra, in Itinerario Hierosol. & *arcæ*, seu corporum conditoria apud Cyprianum, adeo ut quid insigne ac præclarum denotari hocce vocabulo par sit credere, tametsi incertum hactenus maneat etymon.

MORA, Erica. Statuta Roberti III. Regis Scotiæ c. 11. *Non fiat combustio morum, sive bruarii, nisi in mense Martii, &c.* Ubi Skenæus: Nostrates *muirburne* vocant. Erica enim *heat or hedder* in suo ericeto incenditur, quæ brevi reviviscens, teneris agnis pascendis matura inservit. Fleta l. 2. c. 71. §. 7. *Item de pannagio, herbagio & melle, & omnibus aliis exitibus forestarum, boscorum, morarum bruerarum, & vastorum, quantùm valeant per annum.*

MORA, *Morus*, Locus palustris, aquaticus, Anglis *Moore*, Flandris *Moer*, & *Moeren.* Hinc dictos *Morinos* plerique censent, populos Galliæ, scilicet ad Oceanum Britannicum, quod palustres regiones incolerent, ut sunt *Flandrenses*, quos peculiari vocabulo, *Morinos* vocat Olbertus Abbas Gemblacensis l. de Miracul. S. Veronic. 2. Monast. Angl. to. 1. p. 501. *Sunt 3. carrucatæ terræ arabilis, cum bosco, mora, & pastura quam de eis habemus ibid.* p. 559. *Unum molendinum, & moras ibi adjacentes ad piscandum, & warennam.* To. 2. p. 50. 52. *Usque ad moram, id est, muccosam & humidam planitiem.* Adde to. 1. p. 591. to. 2. p. 8. Rog. Hoved. p. 455. Will. Thorn. in Chr. an. 1240. §. 13. Seld. de Tithon. p. 38 &c.

Morus.

Morus, eadem notione. Lambertus Ardensis: *Quidquid etiam habebat in Hondescoto, sive terram, sive mariscum, vel morum, sive altare.* Infrà: *Et morum, sive mariscum*: Galterus in Vita Caroli, Comitis Flandriæ n. 89. *Ut libertatem obtineant rustici nostri exeundi & depascendi pecudes suas super terram, quæ dicitur Mor.* Passim in Chartis apud Buzelinum in Gallo-Flandr. p. 396. Miræum in Donat. Belg. lib. 2. cap. 59. 68. in Diplom. Belg. lib. 1. cap. 24. 55. in Notit. Eccles. Belg. c. 73. Malbrancum lib. 10. cap. 36. &c.

Mera, eodem etiam significatu, ex *Moere*, in Charta Philippi Alsatii Comitis Flandr. apud eundem Malbrancum lib. 10. de Morin. cap 28.

Morosus, Paludosus. Monasticum Anglic. to. 1. pag. 648. *In viis & semitis per vallem quandam morosam & aquosam, &c.* Infrà: *Per morosum fontem* Adde pag. 649. *Limosa palus*, in Charta Philippi Flandriæ Comit. an. 1172. apud Miræum in Diplomat. Belg.

MORABOTINUS, *Morbotinus.* Vide *Marabotinus.*

MORACUM. Vide *Moratum.*

MORALITAS, Morum probitas. Petrus Blesensis Epist. 120. *Hunc non promovet honestas, sed cupiditas, non moralitas, sed venalitas.* Utitur etiam Fulbertus Carnot. Ep. 12.

MORARIUS, Morus, *Meurier*, in Capitulari de Villis cap. 70.

MORATORES, *Incolæ, Cives*, in Chartis Hispanicis apud Brandaon. in Monarch. Lusitan. to. 3 pag. 287. tom 4. p. 237.

MORATUM, Potionis genus. Capitulare de Villis c. 34. *Vinum, acetum, moratum, vinum coctum, &c.* Adde c. 62. Henricus Huntindon. lib. 6. Hist. *Singulis vasis vini, medonis, cervisiæ, pigmenti, morati, siceræ, &c.* Perperam *moraci*, editum, apud Bromptonum ann. 1056. Vetus Pœnitentiale MS. Thuanum. *A vino, medone, cervisia, morato, & carne — abstinere debes.*

Moretum, eadem notione. Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in Viromanduis: *Ad postmeridiem debet nebulas & oblatas, & moretum, & vinum.* Infrà: *Ipso die post meridiem ex nebulis & oblatis & moreto, cum duplis.* Rursum: *Et debet habere unusquisque privatus demi esteu de moreto.* Aliàs.

Moretum, Panni subfusci species. Matth. Paris an. 1258. *Venit enim Londinum cum 20. equitaturis, cujus familia collateralis 8. capis, videlicet 5. clausis, & 5. manicatis de optimo moreto superbivit redimita.*

MORBERE, Ægrotare, morbo laborare. Gloss. Gr. Lat. MS. Ἀσθενῶ, *ægroto, langueo, morbeo, languesco* In Edito *morveo.*

MORBIFICATUS, Ægrotus, apud Petrum de Vineis lib. 3. Epist. 8.

MORBILLUS. Gloss. MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. *Turpedo, nihil aliud est nisi cutis deturpatio facta ex varia macularum diversarum distinctione. Hanc passionem quidam morbillum, i. minimum morbum communiter dixerunt, eò quòd patientes per totum corpus minutas videantur habere pustulas. Alii lepram, quòd sit lepræ similis, &c.* In sequentibus, quatuor turpedinis species explicantur.

MORBUS *Romanus.* Petrus Cluniacensis lib. 2, de Mirac. c. 13. *Irruit post paucos dies, tam in victos, quàm in victores, Romanus ille pestifer morbus, & pene omnes tam Monachos, quàm famulos in brevi prosternit.* Infrà, de Pontio Cluniacensi Abbate: *Ille quidem morbo Romano aliquandiu fatigatus moritur.* Mox apud eundem *Febres Romanæ* dicuntur, pestiferæ, contagiosæ. Petrus Damianus lib. 1. Epist. 9. *Cur ego non desteram pro cavendis tot animæ vulneribus Romanæ quanquam & ipsi corpori meo non sit prorsus innoxia, utpote ferax febrium nec vogarum. Unde & tetrasticon hoc olim protulisse memini*:

> *Roma vorax hominum, domat ardua colla virorum,*
> *Roma ferax febrium, necis est uberrima frugum.*
> *Romanæ febres stabili sunt jure fideles,*
> *Quem semel invadunt vix à vivente recedunt.*

Qui quidem versus laudantur ab Alberico in Chron. MS. Vide Carmen de Curia Romana v. 110. apud Mabillon. to. 4. Analector. vet. *Febris Italica*, apud Eckehardum juniorem de Casib. S. Galli. c. 1. p. 47.

Morbus S. Juliani, S. Fiacrii. Anonymus de Miraculis S. Thomæ Cantuar. Edit. à. Stapletono, c. 33. *Sanavit etiam eos, qui apostematibus, læsionibus, cæterisque morbis, vulgò S. Juliani, & S. Fiacrii appellatis, laborabant.*

Morbus S. Ægidii, seu, ut Galli efferunt, *le mal S. Eloi.* Vide Vassorium in Annalibus Noviomensibus p. 469.

Morbus S. Martini, Gall. *le mal de S. Martin.* Ebrietas, propter vina quæ in feriis seu nundinis vinariis circa festum S. Martini distrahuntur. Chronicon MS. Bertrandi Guesclini, de quodam fœciali, qui inebriatus fuerat:

> *Et response donner pour le Heraut devant,*
> *Que le mal S. Martin tenoit moult ferement.*

Morbi Officiales, Vide Constantinum African. lib. 5. de Morb. curat. c. 1. 5. lib. 4. Pantechn. cap. 7. lib. 6. c. 7.

Morbus S. Quintini. Idem Chronic. Bertrandi Guesclini, ubi ita Angli qui Niorti in Pictonibus obsidebantur:

> *En disoient en haut, Entendez Francequin,*
> *Alés boire à Paris la chopine de vin,*
> *Et la soupelinette, & rostir le boudin;*
> *Car vous ne vallez rien à maintenir hustin,*
> *N'a gesir tous vestus en haubert doublentin,*
> *N'a mengier le pain sec, boire l'eauë au matin,*
> *Vous y pourrez bien prendre le grant mal S. Quentin.*

MORDAX, Instrumentum ad evellendas ex corpore, si quæ infixæ fuerint, spinas: *Pince.* Regula S. Pachomii c. 82. *Nullus habeat separatim mordacem parvulam ad evellendas spinas, si forte calcaverit, absque Præposito domus & secundo, pendeatque in fenestra, in qua Codices collocantur.*

MORDER, Parvum animal, sic dictum quòd maximè mordeat, & cujus pellis vestibus idonea est. Ita Interpres Jo. de Gallandia in Synonymis, ad ista:

> *Dant pelles pallis morder, bever, cyrogrillus,*
> *Id quoque cuniculus, cisimus dant & laceones.*

MORDERE, Attingere, conjungere. Vetus Agrimensor: *Super se montem habet, & ad pectus stricta alta casa, eam ibidem mordet, post se rivum habet, &c.* Infrà: *A plano contra pectus jacet, & sub se mordet eam alta casa.*

Mordere. Expositio in Regulam S. Benedicti, quam quidam Paulo Diacono adscribunt, c. 38. de *Mixto* commentans: *Illius terræ consuetudo fuit, unde nos dicimus Mordere, Mixtum vocare.*

MORDOSUS, Δηκτικός, in Gloss. Gr. Lat. Qui mordet.

MORDRIDATUS. Vide *Morth.*

MOREGESPECHE. Regestum Abbatiæ de Osney in Anglia fol. 104. apud Spelman. *Hanc donationem feci apud Oxon. in placitis Regis, quæ appellantur Moregespeche.*

MORELLUS, Subfuscus. Michaël Scotus de Physionomia c. 46. *Cùm sanguis regnat, homo somniat se videre — scarlatam sindonem rubeam, vel violaceam, morellum, rosam ingranatem, &c.* Item, Color equi. *Le Roman de Roncevaux MS.*

Brode e morel des esperons burnis,
Le Roman de Gaydon MS.
Es Bernard jist sor le vair d'Alemaigne.
Et viviens en morel d'Aquitaingne.
Morellus, Vitellus sive meditullium ovi, Ugutioni.
MORCHIDUM. Vide *Morth.*
MORETUM. Vide *Moratum.*
MORGANEGIBA, *Morgingab*, &c. Dos à
marito profecta, *donum matutinale*; *dotis* verò no-
mine donatur, licèt revera aliud sit à dote. Glossa-
rium Saxonicum Ælfrici: *Dos*, morgen. gifa,
vox formata ex Saxonico & Germanico morgen,
aut morghé, *mane*, & gife, aut gift, *donum*, *mu-*
nus, quòd ita appellarent donum illud quod maritus
uxori offerebat in die nuptiarum; ante *nuptiale con-*
vivium, ut est apud Kilianum: seu, ut est in
Specul. Saxon. lib. 1. art. 20. §. 1. quod *unusquisque*
militaris ordinis sua uxori sine hæredum assensu, nomine
dotis, erogare valet, antequam cum ea ad prandium discun
buerit. Verum libellus dotis, qui ex Tabular. Ca-
sauriensi descriptus est à Gallandio in Tractatu de
Franco alodio p. 323. prorsus indicat donum istud
matutinale factum *mane*, post primam noctem nu-
ptialem, quasi ob pretium virginitatis, cujus spolia
proximè præterita nocte retulerat, uti fuere apud
Græcos διαπαρθένια. Munus autem illud fuit, apud
Longobardos potissimùm, quartæ partis bonorum
mariti, ut est apud Papiam & Ugutionem, & in eo-
dem Diplomate quod ipsi etiam ex ipso Tabulario
descripsimus. Ita autem se habet: *In Dei nomine,*
scriptum Morgincap, qualiter ego Joannes, filius quon-
dam Dominici, dono, trado, atque confirmo, tibi Micza,
filia quondam Joannis dilecta conjugi mea quartam porti-
onem de omnibus rebus proprietatis mea, quas modo habeo,
vel inantea, Deo juvante, conquirere potero, sive infra
territorium Pinense, in loco qui nominatur Salajano, aut
infra istam marchiam Firmanam, aut infra totum Re-
gnum Longobardorum, ubicunque habitaturus, vel possessurus
fuero, quartam portionem de casis, terris, vineis, campis,
pratis, pascuis, silvis, salectis, cannetis, olivetis, ficariis,
pomis, arboribus fructiferis & infructiferis, cum rivis,
ripis, & aquis, aquarum decursibus, & usu aquarum, de
rebus censuitis, & manuaibus, de montibus & planis, de
castellis & civitatibus, de Ecclesiis & ornamentis & perti-
nentiis suis, de locis molendinis, de servis, ancillis, de auro
& argento, de caballis & jumentis, de bubus & vaccis, &
minutis animalibus, de ferro & rame, de pannis laneis &
lineis, & sericis, de omnibus mobilibus & immobilibus re-
bus, ut alia die post noctem nuptialem, qui est dies votorum
nostrorum, ante parentes & amicos nostros ostendam hoc
scriptum testibus roboratum, & dicam: Ecce quod conjugi
meæ in morgincap dedi. Quod sic ab hodierno die firmum
& stabile tibi Micze vel tuis hæredibus permaneat. Quod
verò scripsi ego Aczo Notarius & Judex ab Incarnat. Dn.
Jesu Christi anno M. XLIIII. mense Octobr. Ind. XIII.
Actum in Pinnensi feliciter. Bernardus, Joannes, Ar-
toinus testes. Vide Spicilegium Acherianum to.
12. p. 153. Variè autem hæc vox effertur. Joann.
Stiernhookum de Jure Sueonum vetusto, lib 2. c. 1.
Morganicum. Jacobinus de S. Georgio Turinensis
JC. in Tractatu de Feudis c. ult. *Unus ex dictis va-*
sallis habens filios ex prima uxore nobili, ea mortua acce-
pit aliam ignobilem in uxorem, cum pacto quod filii nasci-
turi ex ea non succederent in bonis feudalibus. Et circa
hujusmodi pactum debetis scire, quod appellatur matromi-
um ad morganicam. Ita probat text. in C. unico in tit.
de Filiis nat. ex matri. Contra ad morga. Et est vul-
gare Mediolanensium & dicitur ad morganicam, quasi
morganicum, id quod post mortem viri capitur.
Morganegiba, apud Gregor. Turon. lib. 9. c. 20.
Tam in dote, quam in morganegiba, hoc est, matutinali
dono.

Morgengeba, in Lege Burgund. tit. 42. §. 2.
Morgangeba, in Lege Alemann. tit. 56. §. 2. in
Lege Ripuar. tit. 37. §. 2.

Morgingap, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 12.
Papias: *Morgincap, id est, quarta pars in Lege Lon-*
gobardorum.
Morgengab, in Lege Longob. lib. 2. tit. 1. §. 4. 8.
tit. 4. §. 1. 4. tit. 12. §. 1. tit. 14. §. 15.
Morgagifa, in Legib. Kanuti Reg. cap. 99. apud
Brompt.
Morgangifa, &
Morgangiva, in Legibus Henrici I. Regis Angl.
c. 11. & 70. Saxonibus morganzyfe.
Morgicapud, in Capitulari Adelchis Principis
Beneventani c. 3. *Si mulier Morgicapud factum non*
habuerit aut factum perdiderit, Si clarum manifestum-
que fuerit qualibet feminam consuetudo, & ligaliter ha-
buisset maritum, & quartam seu octavam habuisset ab eo
sibi factam, eamque perturbatione temporis perdidisse quo-
modocunque, vel si etiam, ut accidere solet multotiens, quarta
eadem vel octaba non fuerit scripta, &c.

Morganaticum, in Charta an. 1310. descripta in
Probationibus Historiæ Sabaudicæ Guichenoni p. 559.
Morgicaph, apud Rollandin. In Summa Nota-
riæ c. 2. rubr. *de Donat. propter nuptias. Nota, quòd in-*
strumentum prædictum in civitate Bononiæ à consuetudine
temporis nostri abolitum esse dignoscitur: sed ipsius dona-
tionis recta non est tantundem donare, quantum datur in
dotem: & dicitur hæc donatio jure Lombardorum Mor-
gicaph, &c.
Morgengab, in Charta an. 1396. Ernesti Ducis
Bavar. ex originali: *Et in executione alicujus donationis*
factæ D. Ducissæ Elizabeth per præfatos Dominos Duces
pro Bono mane, quæ vocatur per Theutonicum Morghen-
gab, &c. Ubi nescio an non legendum, *pro dono*
mane, nisi *bonum mane*, *ibi sit quod dicimus le bon jour.*
Ex Rollandino porrò & hoc Diplomate liquet hujus
vocis usum diu etiam post Longobardos retentum,
maximè in Italia. Ex his etiam restituenda vox
Morgingab, pro *Mortinapli*, in Charta Longobardica
apud Ughellum to. 7. Ital. sacr. pag. 581. Vide
Steph. Baluzium ad Capitular. Regum Franc. p. 992.

MORGOME. Vide *Aliphasis.*
MORIFICARE, *Moram facere*, in Glossis Isid.
MORIGERARI, Morem gerere. Gordianus in
Vita S. Placidi Martyris n. 3. *Præcepit ut passionem*
illius atque miracula exercens, S. Ecclesiæ filiis ad legendum
morigeraret. Hucbaldus Elnonensis in vita S. Ri-
ctrudis c. 15. *Factus postmodum Levita eidem nomini &*
officio condigna morigerari curavit conversatione & vita.
Morigerositas, Morum probitas. Vita S. Endei
Abbatis Arianensis n. 1. *Velut rosa inter spinas odorem*
morigerositatis, ac ruborem naturalis honestatis cæteris
pleniter ostendit.
Moriginatus, idem quod *Morigeratus*: *Moratus*,
Plauto, Gallis, *Morigene*. Ebrard. Bituniens. in Participation
cismo c. 13.
Est homo morosus, si sit benè moriginatus.
Morigenatus, apud Joan. de Deo in Pœnitentiario
lib. 5. cap. 17.
MORINA. Fleta l. 2. c. 79. §. 6. *Lana* (ovium
ægrotarum) *per se vendatur cum pellibus, morina mortua-*
rum. §. 9. *Venire faciat Ballivus coram eo omnes pelles*
ovium occisarum, nec non & morinas mortuarum. §. 16.
Cùm aliquis pro mortua fuerit præsentata, & visa fuerit,
quòd mortua sit per morinam, infirmitatem, vel ex casu
inopinato, &c. Vide *Mortitivus.*
MORIO. S. Augustin. Epist. 7. *Illi quos vulgò*
Moriones vocant, quanto magis à sensu communi dissonant,
magisque

magisque absurdi & insulsi sunt. Idem Epist. 28. *Quidam tantæ sunt fatuitatis, ut non multùm à pecoribus differant, quos Moriones vulgò vocant.*

MORIOC, vox Longobardica, cujus vim profert Lex Long. lib.1. tit. 6. §.6. *Si quis homini libero brachium super cubitum, hoc est, morioc, ruperit componat sol.* 2. Edictum Rotharis Regis tit. 121. §. 5. habet *morioth.*

MORIRE, pro *mori.* Decretio Childeberti Regis c.5. *Quia justum est, ut qui injuste novit occidere, discat justè morire.* Ita in Cod. MS. haberi monet V. Cl. Step. Baluz.

· MORNANTESIUS. Statuta Eccl. Lugdunensis c.21. *Statutum est ut quicunque honores Ecclesiæ, quæ obedientiæ appellantur, vel habent, vel habituri sunt, quot diebus in Refectorio ex obedientiæ debito fratribus refectionem debent, tot mensuras siliginis, quæ Mornantesii appellantur, minori eleemosynæ, — præstare debent, &c.*

MOROSUS. Vide *Mora.*

MOROTH. Vide *Morth.*

MORRONENSIS Ordo, vulgò *Cælestinorum*, cujus auctor & institutor fuit S. Cælestinus PP. ante Pontificatum agnominatus *de Morrone.* Charta Philippi Pulcri. Oct. 1313. in Regesto Chartophylacii Regii 49. n.172. *Religiosi viri dilecti nobis fratres Ordinis Morronensis, apud Ambertum, & apud Cantolium, diœcesis Aurelianensis, commorantes de novo ibidem fundati & instituti. Frati del Murrone*, dicuntur Joanni Villano lib.12. c 50.

MORSARIUS. Wichbild. Magdeb. art. 26. *Ad hæreditatem pertinent — vasa seu dolia quæ vacua sunt, & item galli & aliæ aves, canes & cati, morsarius, ac omnis generis armatura, clypeique, &c.* Vide *Morsus.*

MORSUS, *Morsellus*, Buccella, frustum. Glossæ Isonis Magistri: *Offas, morsus.* Hinc

Morsellus, Frustulum, Gall. *Morceau.* Auctor Mamotrecti ad c.23. Ecclesiastic. *Infrunitus, gulosus, qui saporem non quærit in morsello quem devorat semicoctum.* Sanutus l. 3. part. 13. c. 9. *Cibum vel potum in terram projicere, & specialiter morsellum cujusquam ori impositum.* Chr. Windemiense lib. 2. c. 14. *Dominus aperit manum suam, sicut buccellas, parvum morsellum de sua nobis præbens dulcedine, &c.* Utuntur Matth. Paris p.438. Cæsarius l. 4. c. 89. lib. 10. c. 8. Cantipratanus, & alii aliquot. *Morsellus terræ*, agri portiuncula, quomodo etiamnum dicimus *un morceau de terre*, in Monastico Anglic. to.2. pag. 82.

Morsus, Fibula. *Fermail. Morsus fibulæ*, apud Tertullian lib. de Pallio c 6. Virgil. lib.12. Æneid.

— & laterum juncturas fibula mordet.

Sidon. in Panegyr. Anthemii Carm.2.

Fibula mordaci refugas à pectore vestes
Dente capit.

Et Carm. 5. in Panegyr. Majoriani:

Ostricolor pepli textus, quem fibula torto
Mordax dente vorat.

Matth. Paris an. 1250. *Firmaculum, quod vulgariter morsus dicitur, avulsit.* Idem in Vitis Abbatum S. Albani: *Capam unam purpuream, morsu & tassellis carissimis redimitam.* Historia Eliensis Monasterii in Anglia: *Cruces quinque, feretra decem, textus totidem, auro, argento, gemmisque pretiosos, cum morsulis caparum aureis excrustavit.* Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an.1295. *Capa Roberti le Moyne de cendato afforciato albo, cum margaritis ante, lo o morsus.* Adde monasticum Angl. to.3. p.173. 309. part.2. p.? 3. ubi varii *Morsus* describuntur. Statuta MSS. artificum Parisiens. to.1. *Quiconques veut estre attacheur à Paris, c'est assavoir, faiseur de clouds pour clouër, boucles, mordans, & membres sur courroies, &c.* Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital. v. *Morsi.*

Morsus & Remorsus candelarum. Ordinatio Hospitii S. Ludovic. Regis Fr. an. 1261. edita in Notis ad Joinvillam, de Valletis Cameræ: *Quilibet eorum habet unum valletum, ad curiam comedent, pro roba* 100. *sol. per annum, quilibet partem suam æqualiter morsuum candelarum.* Infrà: *Candelam, fabricam, & partem suam remorsuum candelarum, sicut Valleti Cameræ.*

Morsus. Petrus de Crescentiis lib 9 de Agricult. cap. 1. de Equorum ætate: *Masticare equorum est per dentes molares: dentes autem primi, quos tibi mittant, sunt duo superiores & duo inferiores, qui vocantur primus morsus, & vocatur pullus primus morsus, quod quidam dicunt fieri secundo anno, &c.* Hinc proverb. *Prendre le mors aux dents.*

MORTALAGIUM, Quod ex mortuis, seu ex decedentium legatis, Ecclesiis obvenit. *Jus mortalagii*, in Charta an.1192. apud Gassendum in Notitia Ecclesiæ Diniensis p. 139. Alia Raimundi Archiep. Arelatensis an.1166. apud Sammarthanos: *Cum cœmeteriis, & mortalagiis, & cum omnibus ad ipsas Ecclesias pertinentibus.* Mox: *Deinde dimidiam partem mortalagii & omnium obventionum mortuorum, &c.* Alia Petri Episc. Massiliensis an 1170. *Et de sepeliendo & in mortalagio liberam eis facultatem concedimus.* Alia Raimundi Episc. Massiliensis an.1204. *His tamen pactis totius mortalagii & relicti sive in rebus mobilibus & immobilibus, seu se moventibus, seu in pannis illorum, qui ibi sepulti fuerunt, &c.* Alia apud Columbum in Episcopis Sistaricens. lib.2. *Tertiam partem Synodi, & tertiam partem suæ quartæ partis mortalagii in omnibus Ecclesiis donavit.* Alia lib.3. *Cum oblationibus & omni jure parochiali, & mortalagio ad Ecclesiam pertinente.* Alia lib 4. *Cùm ad nos de jure communi quarta pars mortalagiorum seu legatorum ad pias causas pertineat, &c.* Adde Petrum Joffredum in Episcopis Niciensibus p. 165. 174. 175. & Guesnaium in Annal. Massiliensib. pag. 340.

Mortalitas, eadem notione. Charta an. 1103. apud Sammarthanos in Archiep. Arelat. *Donavit etiam tertiam partem mortalitatis totius Episcopatus, operibus S. Mariæ & S. Salvatoris, in illis Ecclesiis, quas in dominio suo retinere placuit.*

MORTALE *peccatum*, quod mortem æternam infert, passim. Pro *crimine*, cujus pœna mors est. Capitula Caroli M. de Partib. Saxoniæ c.13. *Si quis pro his mortalibus peccatis latenter commissis ad Sacerdotem confugerit, &c. Mortalis culpa*, in Lege Bajwar. tit. 1. c. 5. *Mortale crimen*, tit.6. c.3. §.1. & in Concilio Coloniensi can.56. apud Abbonem Floriac. in Canonib. c.36. *Mortifera crimina.* in Inquisitionibus Synodalibus c.56. apud Reginonem l.2. de Ecclesiasticis disciplin. c.5.

MORTALIA. S. Augustin. Enarrat. in Psalm.78. *Morticina* (θνησιμαῖα) *dicuntur mortuorum, mortalia verò vivorum corporum nomen est.* Eadem habet Beda lib. de Orthogr. Vide eundem S. Augustinum in Psalm. 8.

MORTALIA, idem quod *Mortua manus*, quasi *mortua tallia*, vel *mortua tallia*, quod scilicet post mortem alicujus exigitur. *Mortaille*, in Consuetud. Arvernensi c. 27. art. 14. c. 21 art. 12. 14. c. 22. art. 16. in Burbonensi art. 207 & in veteri Consuet. Bituricensi tit. 1. a. t 1. Unde iidem servituti obnoxii, *Mortaillables* dicuntur in Consuet. Marchensi cap.17. art. 125. 126. 127 &c. ubi ejusmodi servi, à servis consuetudinariis (*Coustumiers*) distinguuntur. Charta Roberti Comitis Arverniensis an. 1276. *Illam autem servitutem quæ vocatur Mortalia, sive Manus mortua, quam in aliquibus hominum meorum de Comitatu meo de Arvernia percipere consuevi, hominibus meis — remitto in perpetuum.* Charta Ebonis domini

Castri Meliandi de Immunitatibus dicti Castri : *Concessi etiam quòd dicti homines ad mei dominium pertinentes, & eorum hæredes, à manu mortua, quæ vulgò iter Mortalia appellatur, liberi sint & immunes; sed cùm decesserit quilibet illorum, qui commode poterit, ad plus 5. sol. mihi & hæredibus meis dabit in recognitione domini.* Compotus Baillivorum Franciæ an. 1306. *De Mortalia uxoris Thibaudi Burgundi deducto jure Præpositi.* Vide Thomasserium de Consuet. localib. Bituricensib. lib. 1. c. 6. 64.

MORTALITAS, Pestis, lues quæ in populo grassatur. Gl. Gr. Lat. Θνῆσις, *mortalitas. Mortalitas animalium*, in Capitul. 2. an. 810. & in Epist. Ludovici Pii an. 828. &c. Anastasius in Benedicto PP. *Et dum cognovisset pijssimus Imperator, quia Roma periclitaretur fame & mortalitate, misit in Ægyptum, &c.* Ditmarus lib. 2. *Sæva mortalitas Imperatoris exercitum subsequitur.* Utuntur S. Cyprianus lib. de Mortalitate, lex penult. D. de Vi & vi arm. lex 6. de Offic. Præf. &c. Gregorius M. in Sacramentario, &c.

Mortalitas, pro *Mortalagium.* Vide in hac voce.

MORTARIOLUM. Vide *Mortea.*

MORTEA. Consuetudines Monast. Floriacensis: *Ipso die in refectorio ad prandium morteas generale piscium, mortariola, pitanciam de optimo vino debemus habere, & ad cænam trutas.*

MORTELLA. Processus de Vita S. Thomæ Aquin. n. 39. *Vidit eum sanum & laborantem cum dicto brachio de arte mortellæ, de qua consueverat laborare in dicto Monasterio.* Incertum viris doctis cujusmodi fuerit Mortellæ ars.

MORTH, *Moroth, Mordrum, Murdrum, &c.* Homicidium, ex Saxonico moꝛð, *mors, letum, perditio, interitus*: unde moꝛð-laȝ, *homicida*, moꝛð-laȝe, *homicidium.* Papias: *Mordou, i. e. homicidium in abscondito, in Lege Longobarda.* Ita MS. Editus habet *Morhou.* Eadem Lex Longob. l. 1. tit. 2. §. 8. *Omnes regales causæ, quæ ad manum Regis pertinent, unde compositio expectatur, aut culpa quæritur, dupliciter secundùm antiquam consuetudinem componantur, excepto mundio de libera, aut morth, aut aliis quæ similes sunt, unde 900. solid. judicantur.* Tit. 9. §. 15. *Si servus Regis morth fecerit, ita decernimus, ut componat ipsam personam, sicut appretiata fuerit, & servus ipse super fossam ipsius mortui appendatur, &c.* Inquisitiones Synodales c. 6. apud Reginonem lib. 2. de Ecclesiast. disciplina cap. 5. *Est aliqua fœmina quæ in fornicatione concipiens, timens ne manifestaretur, infantem proprium aut in aquam projecerit, aut in terra occultaverit, quod morth dicunt.*

Moroth. In Edicto Rotharis Regis Longob. titulus 5. inscribitur de *Moroth*, ubi agitur de eo qui *homicidium in absconso perpetraverit.*

Morchidum. Concilium Moguntiacense : *Hæc eadem pœnitentia imponenda est — qui sponte per fraudem & avaritiam hominem innoxium occidunt, quod morchidum vocant.* Ita apud Rhabanum, Reginonem, Burchardum, Ivonem, & in Pœnitentiali Romano constanter legi observavit V. Cl. Steph. Baluzius, ubi Lindenbrogius & alii *mortridum* præferunt. Vide Capitul. 4. an. 803. c. 12.

Mortauddire, Interficere, *furtive hominem occidere*, apud Ulpianum in Collat. Legis Mosaïcæ tit. 11. Lex Alemannor. tit. 76. *Si quis mortaudit barum aut feminam, qualis fuerit, secundùm legitimum weregeldum nonogeldo solvatur.* Ubi Editio Heroldi tit. 77. *Si cui mortaudus imponitur, sive sit baro, aut femina, &c.*

Mortaudus, Per *morth* interfectus. Lex Aleman. tit. 49. c. 1. *Si quis hominem occiderit, quod Alamanni Mortaudo dicunt, &c.* Ubi variè hanc vocem efferri in MSS. monet Baluzius, *morstaudo, mortoto, mortor, morttudo, mortudum, & mortuum.*

Mortraidus. Constitutio Friderici I. Imp. an. 1158. apud Goldastum to. 3. Constit. Imper. p. 231. *Occiditur alicujus pater, frater aut cognatus, quamvis sibi de patratoris scelere constet, eundem licitè, dummodo cum ipso mortraudo judicialiter actionem non inceperit, tumultabit, &c.*

Mordrum, eadem origine & notione. Lex Saxon. c. 1. §. 6. *Si modrum totum quis fecerit, &c.* Capitulare 3. an. 813. c. 44. *Si quis hominem in mordro occiderit, &c.* ut &c

Mordum. Conradus Uspergensis an. 1198. *Unde & illi rei habiti sunt de tali mordo*; &

Murdrum, vox quæ passim occurrit, nostris *Meurtre. Murdrum* autem *homicidium furtim factum* definitur in Charta Willelmi Comitis Pontivi an. 1250. in Historia Eccles. Abbatis-villæ c. 46. Lex Bajwar. tit. 18. §. 1. *Si quis liberum occiderit furtivo modo, & in flumen ejecerit, vel in talem locum, ut cadaver reddere non quiverit, quod Bajwarii Murdrido dicunt, &c.* Lex Frisionum tit. 20. §. 2. *Si quis hominem occiderit, & absconderit, quod Mordritum vocant, &c.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 92. *Murdritus homo antiquitus dicebatur, cujus interfector nesciebatur; ubicunque quomodocunque esset inventus, nunc adjunctum est, licèt sciatur quis murdum fecerit. Homicidium per proditionem*, apud Matth. Paris an. 1216. de Joanne Rege : *Arthurum nepotem suum propriis manibus per proditionem interfecit, pessimo mortis genere, quod Angli Murdrum appellant.* Ita Chronicon Mauriniacense l. 2. an. 1108. *Nefandissimo & abominabili super omnia genere mortis, quod vulgò Murt vocatur, hominem innocentem morte suffocavit. Homicidium per forthocht — felonie, sive murther*, in Statutis Roberti II. Regis Scotiæ c. 50. §. 1. *quod factum fuit per morther, vel præcogitatam malitiam.* Regiam Majestatem lib. 4. c. 5. §. 3. *Duo sunt genera homicidii, unum quod dicitur Murdrum, quod nullo vidente, vel sciente, clam perpetratur, præter solum interfectorem & ejus complices, ita quòd mox non sequatur clamor, aut vox popularis. — Secundum genus homicidii est illud quod dicitur simplex homicidium.* Ita *murdrum* opponitur homicidio quod *per infortunium* fit, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 15. §. 4. seu *calore iracundiæ, videlicet Chaudemelle*, in Statutis Roberti II. Regis Scotiæ c. 3. Latinis hisce vernacula subjicimus, ac primùm ex Assisiis Hierosolymitanis MSS. cap. 77. *Mutre est quant home est tué de nuit, ou en repos, dehors, ou dedans vile. Et qui viaut faire apeau de mutre, il doit faire aporter le cors murtri devant l'hotel dou Seignor, &c.* Cap. 82. *Home murtri, & home tué autrement que murtre, n'est pas une chose; car le tué sans murtre-est homicide.* Cap. 83. *Murtre est fait en repos, & pour ce est l'assise faite, tel que l'on peut prover par son cors: car en cest cas le cors murtri porte partie de la garantie, & l'appellant l'autre, & celui à qui l'on donne cos, dequoi il reçoit mort, est homecide, ne homecide ne peut home prover par l'assise, ou l'usage dou Roiaume de Jerusalem, que par 2. loiaus guarens de la loy de Rome, qui facent que loiaus guarens que ils jurent les cos donner de quoi il a mort receuë.* Cap. 86. *Et qui fait apeau d'homecide il doit savoir que est homecide, si que il se mette en droit gages. Quant l'en fait apeau d'homicide, est quant home est tué en appert devant la gent en mech'ée, & homecide ne peut lon prover de son cors, si li convient prover par guarens.* Hinc vetus Consuetudo Andegavensis, Statuta S. Ludovici lib. 1. *Meurtre si est, quand l'en tue homme ou femme de jour ou de nuit, en son lit ou en autre maniere, pourquoy ce ne soit en meslée, ou sans tancer, ou sans li deffier. En une foire pourroit l'en homme tuer en meurtre, se l'en le feroit sans tancier avec lui, ou sans li deffier.*

Duplex autem statuitur *murdrum*, in Legibus Malcolmi Regis Scotiæ cap. 15. *publicum & privatum. Publicum murtrum*, quod & *apertum* dicitur, quod

quod in loco publico coram testibus fit : *Privatum, cùm aliquis est interfectus, vel submersus, vel in aliquo loco inventus.* In Arestis an. 126.. in Nativit. B. Mariæ in 1. Regesto Parlamenti f. 117. *Dictum fuit ejus qui se suspenderat, factum ad multrum pertinere.* Vide præterea Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 15. §. 2. Fletam lib. 1. c. 30. §. 1. Willielmum Stantfordium lib. 1. Placitor. Coronæ c. 10. Rastallum in v. *Murder, &c.*

Murdrum, *Pecunia quæ solet dari pro murdro.* Hinc *quietum esse à murdro*, in Leg. Henrici I. Regis Angl. cap. 2. & in eod. Monastico Anglic. to. 1. p. 687. 688. 689. 722. 851. tom. 2. p. 16. &c. hoc est, à mulctis pecuniariis, quæ villanis locorum, in quibus *murdrum* perpetratum fuerat, irrogabatur. *Si quispiam* enim, ut habent Leges Edwardi Confessoris cap. 15. *murdratus alicubi reperiebatur, quærebatur apud villam ubi inveniebatur, interfector illius. Qui si inveniri poterat, tradebatur justitiæ Regis infra ipsos 8. dies interfectionis. Si verò inveniri non poterat, mensis & unius diei respectum habebant ad eum perquirendum. Quòd si intra terminum non inveniebatur, colligebantur in villa 46. marcæ, &c.* Adde Leges vernaculas & Latinas Willelmi Nothi c. 26. 46. & Henrici I. c. 91. & Monasticum Angl. to. 1. p. 669. 830. &c.

Murdrari, Per murdrum occidi. Parlamentum an. 1. Henrici IV. *Rex præfatum Ducem — crudeliter murdrari fecit.* *Murdratus, per murdrum* interfectus, in iisdem Legib. Edwardi Confess. c. 15. apud Knyghtonum lib. 2. c. 4. &c.

Murdrator, Qui *murdrum* perpetrat, in Legibus Edwardi Confess. c. 15. 19. in Legibus Malcolmi II. Regis Scot. c. 11. §. 1. apud Henricum Knyghtonum l. 2. c. 4. &c.

Murdrire. In Fleta l. 1. c. 18. §. 8. *Jus alicujus murdrire.* §. 10. *Murdrire appellum.* Galli dicerent, *Etouffer un appel.*

Murdritor. Thomas Walsinghamus in Ricardo II. *Ut nullus occultus jugulator, quales Murderers appellant Anglici, &c.*

Mordridatus, Peremptus, per *murdrum* occisus, in Concilio apud Theodonis Villam an. 821. apud Burchard. l. 6. c. 15.

Multrarius, ex Gallico *Meurtrier.* Charta Communiæ S. Quintini an. 1195. *Si quis extraneus qui multrarius sit, vel latro, vel qui raptum fecerit, &c.*

MORTICINIUM, *Morticinum.* Gloss. Lat. Gr. *Morticina*, θανάσιμα. Papias : *Morticinium, quod ab hominibus non utitur, eo quòd non occisorum, sed mortuorum animalium est morbida caro, nec apta ad salutem corporis, cujus causa sumitur. Prius quidem observatum propter unitatem duorum parietum. Sed nunc quis Christianus observet, ut turdos vel minutiores aviculas non attingat, nisi quarum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu à cervice percussus, nullo cruento vulnere occisus est.* Theodorus Cantuar. in Capitul. c. 83. *Qui manducat morticinum, 40. dies jejunet.* Vide Ivonem parte 15. c. 100. Pœnitentialem Halitgarii c. 10. Adamum Bremensem c. 178. & quæ observat Baronius an. 51. n. 13. & seqq.

Morticinium, idem quod *Mortuarium*, de quo infrà. Charta Friderici I. Imp. an. 1153. apud Hondium in Metrop. Salisburg. to. 2. p. 377. *Statuimus et ut morticinia quæ vel dicuntur* (quidam re o- nunt *vendicantur*) *de hominibus sæpe dicti Monasterii, ubicunque defuncti fuerint, Monasterio salva sint & custodita, nec in eis alicuius loci libertate injuriam patiatur.*

MORTIDATOR, Homicida, idem qui murdritor, Gall. *Meurtrier.* Lambertus Ardensis : *Mox quæsitis mortidatoribus & proditoribus alios inrotavit, alios imparticavit.*

MORTIFICARE, idem quod *Amortizare*, de qua voce suprà, In manum mortuam ponere. Charta an. 1280. in Tabulario Prioratus S. Nicasii de Mellento fol. 40. *Ego Guillelmus dictus de Mota armiger vendidi omnino & dimisi, & penitus & expressè mortificando quitavi religiosis viris Priori & Conventui S. Nigasii de Mellento, omne jus, proprietatem & dominium quod habebam vel habere poteram super 3. solidos Paris. quos quidem 3. solidos Joannes dictus Poucin de Aubergivilla vendidit dictis religiosis viris super prata, &c. — quos verò tres solidos à prædicto Joanne Poucin sibi venditos super sua prata de Spedona prædicti viri religiosi ac eorundem successores tenebunt & possidebunt sic mortificatos, sicut superiùs expressum est, in tali libertate sicut ego prædictus Guillelmus de Mota ante mortificationem istam primatus obtinebam, &c.*

Mortificare, pro Morti dare, occidere. Venericus de Unitate Ecclesiæ conservanda p. 24. *Quærebant omnibus modis mortificare Regem Henricum.* Ita hanc vocem usurpant Lucifer Calaritanus l. 1. pro S. Athanasio, ut & Flodoardus lib. 1. Hist. Rem. c. 4.

MORTIFICATURA. Vitalis Episcopus Oscensis : *Et respondeant eis de caloniis, hoc est, de pœnis pecuniariis & aliis juribus, quæ ipsorum locorum curiæ sunt recipere assuetæ. Pecuniariæ enim pœnæ usque ad mediam mortificaturam, & fractionem cultelli inclusivè, & similia, vel minora ad ipsum Ricum hominem, vel ejus curiam dignoscuntur sine dubio pertinere.* Vide *Ictus orbis.*

MORTITIUM, Caducum, jus caduci, *mortua manus.* Charta Tancredi Comitis Licii an. 1185. apud Ughel. to. 9. p. 67. *Et aquarium juxta eum, qui ex parte mortitii ad nostras pervenit manus, & quicquid mortitii habemus in terricellis juxta Ecclesiam.* Occurrit in Const. Sic. l. 1. tit. 84.

MORTITIVUS. Monasticum Anglican. tom. 2. p. 114. *Præterea concessi eis ad pellicias Fratrum omnes pelles agnorum de omnibus maneriis meis, — tam de his quæ eduntur, quàm de mortitivis.* Id est, quæ moriuntur. V. *Morina.*

MORTUAMANUS, *Mortimanus.* V. *Manus mortua.*

MORTUARIUM, Jus illud dicitur, quod Ecclesiæ, seu illius Rectori debetur, cum quis decedit. Quippe *si decedens* parochianus *tria vel plura cujuscunque generis in bonis suis habuerit animalia, optimo, cui de jure fuerit debitum, reservato, Ecclesiæ suæ, à qua Sacramenta recepit, dum viveret, sine dolo, fraude, seu contradictione qualibet, pro recompensatione subtractionis decimarum personalium, necnon & oblationum, secundùm melius animal reservatur post obitum, pro salute animæ suæ, hujusmodi liberandum. Quòd si duo tantùm in bonis decendentis extiterint animalia, de mansuetudine Ecclesiæ exactio qualibet nomine mortuarii remittitur.* Hæc Statuta Provincialia Stephani Archiep. Cantuariensis apud Lamberhe an. 1206. & ex iis Simon Langham Archiep. Cantuariensis in Provinciali Eccles. Cantuar. l. 1. tit. 3. Adde l. 2. tit. 2. l. 3. tit. 15. & Concil. Mertonense an. 1300. c. 3. Eandem *mortuariorum* originem & causam attigit Synodus Exoniensis an. 1287. c. 51. *Mortuariorum præstationem ex eo intelleximus salubriter sumpsisse initium, quòd decimis majoribus & minoribus, ac cæteris juribus parochialibus per ignorantiam non solutis, læsis Ecclesiis præstarentur, ut talis oblivio procedens ex incuria non solventis, posset saltem per hoc apud districtum judicem excusari.* Mox dicitur *mortuarium* esse *secundum melius averium.* Synodus Sodorensis an. 1229. in Insula Manniæ c. 3. *In mortuariis principale animal Ecclesiæ persolvatur vacca, vel bos, vel equus, si fuerit ad valorem sex solidorum aut minus. Et quantum ad vestes, si homo mortuarium persolverit, ad arbitrium Ecclesiæ stabit,*

an veſtes, aut tres ſolidos & ſex denarios habere valuerit, &c. Regiam Majeſtatem l. 1. c. 17. §. 7. *Si vero dixerit (Sacerdos) quod pro mortuario rem illam receperit, &c.* Charta Edw. II. Regis Angliæ an. 1316. *Item ſi Rector petat mortuarium, ubi mortuarium dari conſuevit.* Charta Alemannica 2. *Poſt mortem vero eorum Abbas qui pro tempore fuerit, de ſingulis mortuarium accipiet.* Fleta lib. 2. c. 60. §. 30. *Item ſi Rector petat mortuarium in partibus quibus dari conſuevit.* Chron. Conſtantienſe c. 19. *Ut autem ſervi bono animo miniſtrarent dominis, hujuſmodi donatio cumulata ipſis, ſcilicet ut cum quis præſentium, vel ipſorum ſucceſſorum, qui de progenie illorum eſſet, moreretur, ex uniæde iis non ſumerentur, ſed hæredes reliċtam hæreditatem indiviſam poſſiderent.* Charta Arnaldi Nicienſis Epiſc. an 1159. apud Jofredum: *Omnes primitias, & omnes pannos & lectos, ſive reditus, ſive receptus mortuorum, & ipſe dedit Canonicis, & nos adjudicavimus.* Vide Gul. Prynneum in Libertatib. Eccleſ. Angl. tom. 3. p. 930. 931. Ughellum to. 1. part. 1. p. 817. & infra in *Pirottum.* Vide etiam *Catallum*, *Heriotum.* Non defuere denique ex Parochis, qui jus iſtud mortuarii ab iis, qui Vitam Monaſticam amplectebantur, deberi contenderint, ut qui in Sæculo pro mortuis haberentur, quod prohibuit Honorius III. Pap. Bulla data Laterani 11. Non. Decembr. Pontif. an. 11. ex Tabulario Abbatiæ Barbellenſis juxta Melcdunum: *Significaſtis ſiquidem nobis, quod in quibuſdam partibus conſuetudo deteſtabilis inolevit, videlicet quod cum aliqui æmulantes cariſmata meliora, monaſteria veſtri ordinis volunt cauſa religionis intrare, ut ibi domino famulentur, capellani eorum; donec ab ipſis pecuniam, quæ Mortarium nuncupatur, extorqueant, prout à parochianis ſuis conſueverunt accipere, illis ſe temerè opponunt, quarum ſuper hoc noſtræ providentiæ remedium flagitáſtis, &c.*

Mortuarii appellatione, in Statutis Ordinis Hoſpitalariorum S. Joannis Hieroſ. tit. 5. §. 4. tit. 17. §. 1. tit. 19. §. 16. intelliguntur *fructus Commendæ, qui colliguntur a die obitus Commendatarii ad proximum feſtum Nativit. S. Joannis Baptiſtæ.*

MORTUATUS, Morti datus, occiſus, ſeu potiùs per *morth*, id eſt, *murdrum.* Capitula ad Legem Alamannor. c. 23. Edit. V. Cl. Steph. Baluzii: *Si quis mortuatus fuerit baro aut femina, &c.* Vide *Morth.*

MORTUOSUS, Mortuo ſimilis. Cælius Aurelian. lib. 1. Acut. c. 3. *Mortuoſus vultus.* Cap. 10. *Mortuoſum accidens.*

MORTUUS, pro *occiſus.* Hiſtoria Cortuſiorum lib. 1. c. 13. *In cujus obſidione mortuus fuit Dn. Galerannus frater Imperatoris ictu ſagittæ.* Occurrit paſſim in hac Hiſtoria.

Mortuum ſuper mortuum ponere. Vide *Biſomum.*

Mortuos in Eccleſia ſepelire vetant Canones. Vide Notata à Lindenbrogio in hac voce.

MORUCLA, Boletorum ſpecies, Gallis, *Morille.* Monachus Savinienſis in Vita S. Matthæi Abbatis Cluniac. c. 14. *Quadam die ad horam refectionis ſuæ ſibi jubet parari moruclas, quæ ſpecies ſunt cujuſdam boleti, quas Sibrandus famulus ejus confractas, & nulli uſui aptas invenit. Infrà: juſſit iterum perquiri, ſi inibi vel in circuitu quo conſiderabant, aliquas inveniſſent moruclas.*

MORVISIUS, ita dicta moneta aurea Alphonſi Regis Hiſpaniæ, voce, ut videtur, detorta ex *maravedinus.* De hacce monetæ ſpecie multa commentatus eſt Covarruvias in Collat. veterum numiſmatum cap. 6.

MORUS. Vide *Mora.*

MOSAÏCUM, *Moſivum.* Vide *Muſivum.*

MOSARABES, dicti Chriſtiani in Hiſpania, qui ſub Arabum dominatu vivebant, quaſi mixti Arabibus, uti cenſent Stephanus Præcentor Ulyſſiponenſis de Miraculis S. Vincentii Ulyſſipone editis c. 1. n. 3. Surita lib. 1. Indic. Aragon. æra 752. & ex iis Baronius anno 633. n. 87. Quippe *Muſa* Arabicè Chriſtianum ſignificat, ut auctor eſt Blanca an. 714. quod etymon attigit Julianus Toletanus, cui *Mixtarabes* dicuntur: *Era 757. die Madii data eſt civitas Toleti Mauris ſub hac conditione, ut relinquerent Chriſtianis ſeptem Eccleſias, Mixtarabum quas vocant, &c.* Infra: *Erant autem ipſi Mixtarabes ſanctæ Juſtæ, ubi jacent in pace, &c.* Alii volunt Moſarabes dictos à Muza Arabum duce, qui Hiſpaniam domuit. Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Hieroſol. c. 80. *Illi verò Chriſtiani, qui in Africa & Hiſpania inter Occidentales Saracenos commorantur, Moſarabes nuncupati, Latinam habent literam, & Latino ſermone in ſcripturis utuntur, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſicut alii Latini, cum omni humilitate & devotione obediunt, ab articulis Fidei vel Sacramentis ab ullo deviantes, &c.* Adde Eugenium III. PP. Epiſt. 83. Sanutum lib. 3. part. 8. c. 4. Vitam S. Theodonii Canonici part. 2 c 2. n. 8. Horum Officium divinum, *Moſarabis* inde appellationem retinuit, jam olim, & maximè D. Leandri Hiſpalenſis & D. Iſidori temporibus uſitatum. Imò hoc uſa eſt Hiſpania uſque ad Alphonſum VI. quo tempore auctoritate Gregorii VII. PP. mutatum eſt æra 1109. ut eſt in Charta S. Ramirezii Regis Aragon. deſcripta in Hiſt. Pinnatenſi lib. 3. c. 16. licet & Toleti adhuc in ſex Parochiis ſervetur, & in Cathedrali Eccleſia in ſacello Fratris Franciſci Ximenes, ac Salmanticæ ſtatis diebus in ſacello Doctoris Talabricenſis. Ordinem verò divini iſtius officii deſcripſit & edidit Eupenius Robleſius, ex quo in Bibliothecam Patrum relatus eſt, to. 6. ult. Edit. De Moſarabico ſive Gothico officio in aliquot Eccleſiis Hiſpanicis conſulendi Rodericus Toletanus lib. 6. Hiſt. c. 26. 27. Ambroſius Moralis lib. 12. c. 19. Mariana lib. 9. c. 17. 18. &c. V. Bivarium ad Pſeudo-chronicon Marci Maximi p. 424. Notas ad Concilia Hiſpaniæ an. 1068. & Sebaſt Cobarruviam in Theſauro linguæ Caſtellanæ Huc etiam ſpectant Ep. 63. 64. 83. Gregorii VII. lib. 1. & Epiſt. 18. lib. 3. Epiſt. 2. lib. 9.

Morabides, perperam, ni fallor, pro *Moſarabes*, editum in Chronico Mauriniacenſi p. 379.

MOSCHETUM. Vide in *Muſcarium*

MOSCIA. Gobelinus Perſona in Coſmodromio c. ult. *Quod in refectorio ſimul reficeremur, — ſilentium in locis debitis ſervaret, cellas moſciis feneſtratas haberent, nec lectis de plumis, neque camiſiis lineis uterentur, &c.*

MOSCHUM, *Moſius.* Vide *Muſcus.*

MOSLEMES, Vide *Muſulmani.*

MOSSICLUM, in Gloſſ. Saxonico Cottoniano; in alio *Moſicum*, Ꝑ.ʒu. Voces admodum incertæ.

MOSTERINUM. Anonymus de Rebus geſtis Friderici II. Imp. p. 843. *Inter quos currus unus inventus eſt moſterinis & flabellis tantùm oneratus, quæ pro infirmis deferebantur ad muſcas depellendas, vel ad refrigerium caloris incendii faciendum, & aliis rebus medicinalibus oneratus, &c.* Legendum *moſcherinis*: muſcarium enim Italis, eſt *moſcherino*, voce à Latino formata.

MOSTURANGIA. Vide *Moltura.*

MOTA, Collis, ſeu tumulus, cui inædificatum caſtellum, *Mote*, in Conſuetud. Avernenſi cap. 12. art. 51. *Mote Seigneuriale*, in Conſuetudine Trecenſi art. 14. & Calvimontenſi art, 8. Lambertus Ardenſis pag. 147. *Motam altiſſimam, ſive dunjonem eminentem in munitionis ſignum firmavit, & in aggerem coacervavit.* Oderic. Vitalis lib. 10. pag. 772. *Et fortiſſimam, quam apud Balaonem poſſidebat, motam Regi tradidit, per quam totum oppidum adverſariis ſubactum paruit.* Occurrit apud Sugerium in Lud. VI. c. 20. Bromptonum in Stephan. Rege, in Chronico Andrenſi pag. 396. in Geſtis Dominor. Ambaſienſium, c. 6. n. 9.

cap. 6. n. 9. apud Albertinum Mussatum lib. 6. de Gest. Henrici VII. rubr. 3. &c.

Ejusmodi porro *Motas* præclarè describit Joannes de Collemedio in Vita B. Joannis Episc. Morinorum cap. 6. n. 25. *Mos namque est ditioribus quibusque regionis hujus hominibus & nobilioribus, eo quòd maximè inimicitiis vacare soleant exercendis, & cædibus, ut eo modo ab hostibus maneant tutiores, & potentia majore, vel vincant pares, vel premant inferiores, terræ aggerem quantæ prævalent celsitudinis congerere, eique fossam quàm latè patentem, multamque profunditatis altitudinem habentem circumfodere, & supremam ejusdem aggeris crepidinem, vallo ex lignis tabulatis firmissimè compacto, undique vice muri circummunire, turribusque secundum quod possibile fuerit per gyrum dispositis, intravallum, domum, vel quæ omnia despiciat, arcem in medio ædificare, ita videlicet ut porta introitus ipsius villæ non nisi per pontem valeat adiri, &c.* *Motas* verò quasi *metas*, seu acervos, dictas vult Octav. Ferrarius in Orig. linguæ Ital. Vide *Meta*.

Mota, Curia, placitum, conventus, ex Saxonico Ʒemoτe, *conventus*. Vide in *Gemote*. Charta Mathildis Imperatricis filiæ Henrici I. Regis Angl. *Sciatis me fecisse Milonem de Glocestre Comitem de Herefordе, & dedisse ei motam Herefordiæ cum toto castello in feudo & hereditate sibi & heredibus suis, ad tenendum de me & heredibus meis.* Hinc forensibus Anglis *to mote*, est placitare; Scotis, *to mute*, unde illis *the mute hull*, i. mons placiti, de quo in *Malbergium*. Sed in hac Charta videtur *mota* usurpari pro colle seu tumulo cui inædificatum castellum, non verò pro curia, aut placito, tametsi *motas* ejusmodi seu colliculos, ita dictas censuerim, quòd in iis placita dominorum tenerentur, indeque *montes placiti* appellatas.

Mota, Expeditio bellica. Vide *Movere*.

Mota, *Motarium*. Charta Philippi Regis Fr. an. 1200. in Magno Pastorali Eccles. Parisiens. lib. 21. Ch. 21. & 26. *Motas quoque & piscationes, sive in motariis, sive in aqua mortua, sive in magno fossato, &c.* Idem fortè quod *montatio*. Vide in hac voce.

Mota, Campanula. Vide *Muta*.

MOTAGIUM. Vide *Motaticum*.

MOTALIS, Modus agri, jugerum. Tradit. Fuld. lib. 1. c. 3. *Trado in eleemosynam — quidquid proprietatis habeo in Larungum & in Sulzidorpfero Marcu, nisi tamen in Lurungum 20. motales, id est, jugeres, & unam arialem.* Occurrit præterea hæc vox, sed nescio an eadem notione, in Charta Garsiæ Regis Navarræ æræ 1034. apud Antonium *de Yepez* in Chron. Ordin. S. Benedicti tom. 1. *Id est, de Guardia de Comite per semitam ad vallem de Pozos, desursum ad illam arborem vallis de Fabrici, & per illum motalem usque ad portellum medianum.* Hinc emendanda videtur Vita S. Domitiani, apud Guichenonum: *Et ipsum campum secundùm morales defunctos cum integritate vobis donamus.* Legendum enim censuerim, *motales definitos*.

MOTARIUM. Vide *Mota*.

MOTATICUM, quid sit, docet Tabularium Majoris Monasterii Turon. seu Vindocinense Thuani, Charta 87. *Et quidem census 4. denar. de terra illa reddebatur, non tamen pro palatico, sed pro motatico, pro eo quod ex ipsa terra prenditur ad opus exclusæ molendini illius.*

Motagium, eadem notione. Charta an. 1225. in M. Pastorali Eccl. Paris. lib. 16. Ch. 14. *Si autem contigerit quòd Canonici Parisienses prædictas pasturas ad prata, vel motagium, vel terras arabiles, vel ad alios usus reduxerint, &c.* Tabularium Monasterii Deiparæ de Josaphat Ch. 1213. *Reliquit Ecclesiæ de Chevas 6. denarios censuales, quos Hugo de Suavilla Miles mihi debebat pro motagio sui molini.* Tabulari Absiense: *Duas sextariatas terræ e la beth dil molendinum, e lo motage al besh adobar, e l'autre motage subtus pratum, &c.* Infrà: *Qui etiam percalcavit terram & lo motadges ad molendinum cum Petro Abbate, &c.* Liber Chirographorum ejusdem Monasterii fol. 20. *Et concessit ipse Petrus rivagium & motagium molendini, &c.*

MOTBEL, Anglo-Saxonibus, Campana, qua conventus publicus indicitur, *Campana bannalis*: à Moτ, conventus & belli campana. Leges Edwardi Confess. cap. 35. *Debent statim pulsatis campanis, quod Anglicè vocant Motbel, convocare omnes & universos, quod Anglicè dicunt Folkmote, i. vocatio & convocatio populorum, &c.* Vide *Campana bannalis*.

MOTETUM, Cantus Ecclesiasticus, quem *Motet* vulgò dicimus. Guillelm. Durandus de Modo generalis Concilii celebrandi cap. 19. *Videtur valdè honestum esse quòd cantus indevoti & inordinati motetorum & similium non fierent in Ecclesia, &c.*

MOTIBILIS, Qui non est perpetuus, sed moveri potest. Ita autem dicitur leguleis Anglis persona, quæ cùm sit in aliquo statu vel dignitate, ex ea amoveri potest, verbi gratiâ, Prior, Religiosus, proinde in jure conveniri non potest. Fleta lib. 6. c. 6. §. 22. *In carceribus detenti Canonici, vel alii Religiosi, motibiles, furiosi, — surdi, muti — conveniri non poterunt.* *Motibilitas*, ibid. lib. 2. c. 54. §. 9. *Amotibiles*, lib. 6. c. 37. §. 3. c. 38. §. 1. 4.

MOTIO. Vide *Movere*.

MOTITIO, in Statutis Ordinis Hospital. S. Joan. Hieros. tit. 19. §. 22. vulgo *Smutitio*, *Gallica dictio est, & significat nominationem, seu pronuntiationem: Nam veteri Gallorum lingua Motir, idem est quod dicere, nominare, vel pronuntiare. Eo utuntur Fratres in linguis, cùm declaratur cui commenda, cujus administratio vacat, concessa fuerit.* Vide quæ observamus ad Stabilimenta S. Ludovici p. 183.

MOTHWRTHI. Vide *Faldvvrthi*.

MOTUS *aquæ*, Piscatio, ni fallor. Chronicon S. Michaëlis Virdun. p. 388. *Dedit — 7. mansos & dimidium cum molendino in villa Ormariscurte super fluvium Martz, eo pacto ut solvant singulis annis 15. modios Kalendis Maji & 30. modios vini in festo S. Remigii: & si motus fuerit aquæ, anguillas in festo S. Andreæ.*

MOVERE, Expeditionem suscipere. Annales Francorum Bertiniani an. 867. *Reliquum populum regni sui paratum esse præcipit, quatenus mox ut ipse jusserit, præparati movere hostiliter possint.* Anastasius in Hist. Eccl. *Exercitum movit Gamer cum Arabum multitudine contra Romaniam.* Ubi Theophanes habet ἐπεστράτευσεν.

Mota, Expeditio bellica, Gallis, *Meute*, ex Latino *Movere*, quod est expeditionem militarem aggredi, suscipere. Stabilimentum pro Crucesignatis an. 1214. to. 6. Spicilegii Acheriani p. 407. *De debito verò contracto à communia post Crucis assumptionem, immunis erit Crucesignatus usque ad præsentem motam, & quandiu erit in peregrinatione.* Philippus Mouskes MS. in Philippo Augusto:

Et dans Roumains ki li plus haus
Estoit de tous les Cardenaus,
Et fait le Pape confermer,
Par son saiel, & affermer
La meute pour les Albigeois.

Alibi:

Par tout fu la meute anoncie.

Motio,

Motio, eadem notione, apud Erkempertum in Hist. Longob. *Sequenti anno generalem motionem faciens cum suis Neapolitanis de Saracenis super Colossum, &c.*

Movere cervum, aprum, Gallis, *faire lever un cerf, ou un sanglier pour la chasse*, in Pacto Legis Salic. tit. 36. §. 5. 6.

Movimentum, Affectus, Gall. *Mouvement.* Occurrit apud Baltherum Mon. in Vita S. Fridolini Abb. n. 11.

MOVITA, Motio, contentio, rixa, Gallis *Esmeute*, aliis *Meslée.* Formulæ veteres apud Bignonium, cap. 30. *Postquam ipsos præsentes livores recepit, necessitate compulsus, ipsum plagavit, per quem mortuus jacet: & in sua contentione, vel in sua movita, atque per suas culpas ibidem interfectus fuit.* Occurrit in alia apud Lindenbrogium. Spelmannus inde Gallicum *Mauvaitié*, id est, *improbitas*, arcessit: sed *Mauvaitié*, à *Mauvais* deducitur, de qua postrema voce quædam adnotavimus ad Joinvillam.

MOUSTURANGIA, *Mouturangia*, Variæ molituræ miscellum frumentum, seu *bladum*, quod à molitoribus ex frumento, quod ad molendinum defertur, pensitatur: ex Gallico, *Mousture, Mousturage*, in Charta an. 1365. apud Duchesnium in Hist. des Chasteigners p. 41. Diction. Occitan. *Carrou, modure, meslange de froment & d'orge.* Charta an. 1240. ex Tabulario Fossatensi f. 159. *Concesserunt mihi & hæredibus meis 16. sextarios mouturengiæ competentis, &c.* Alibi: *Molendinum dicti loci valet quolibet anno 6. modios multurangiæ ad mensuram dicti loci.* Rursum: *Molendina — valent annuatim 13. modios bladi, videlicet 4 modios frumenti, & 10. modios multurangiæ.* Charta an. 1248. in Magno Pastorali Ecclesiæ Paris. lib. 9. Ch. 43. *Decem sextarios tam frumenti, quàm mousturangiæ annui redditus, quos percipiebant annuatim in molendino Capituli, &c.* Occurrit & in Ch. 51. l. 11 Ch. 5. l. 23. Ch. 97. Alia Gaufridi Episcopi Meldensis an. 1211. in Tabul. Campan. *Et in molendino de stagno — diximus Comitissam — debere eis reddere singulis annis tres modios mouturengiæ in perpetuum in festo S. Martini hiemalis ad mensuram Nongenti, &c.* Alia in Hist. Monmorencia cap. 36. *Habent etiam prædicti Fratres in Molendino de Stagno sex annonæ modios, tres de moufturenge, & tres de mesteil.* *Mosturangia*, in Necrologio Eccles. Paris. Kalend. Martii.

MOWNTE'E. Statuta Henrici V. Regis Angliæ tempore guerræ, apud Nicolaum Uptonum de Militari officio lib. 4. *Volumus insuper, quòd nullus cujuscunq. conditionis, nationis, gradus, vel dignitatis existat, clamores vel turbationes facere audeat, quibus nos vel exercitum nostrum turbari contingat quovis modo: & specialiter illum clamorem, quem Mowntée appellamus, vel aliquem alium clamorem irrationabilem, &c.*

MOYOLUS. Vide *Lito.*

MOZETTA, ex Italico *Mozzeta*, nostris *Mossette d'Evesque.* Ceremonial. Episcopor. lib. 1. c. 1. *Utantur domi & foris loco mantelleti, mozzeta ejusdem coloris supra rochetum.*

MOZINA, *Mozitia.* Jo. de Janua: *Mozina, à modus, genus repositorii, quasi Modina.* Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici. *Mozytia, velarcula*, Ƭæȝ, i. clausula, clausura, uti interpretatur Somnerus in Gloss. Saxonico in Ƭeaȝ, qui hæc laudat ex veteri Charta Ecclesiæ Cantuariensis: *Mansionem quoque quæ est in aquilonari parte Dorobernia, & clausulam quod Angli dicunt teage, quæ pertinet ad prædictam mansionem, &c.*

MOZOLUS *rotæ*, Italis *Mozzolo*, Truncus, Gallis *Moieul*, apud Petrum de Crescentiis lib. 5. extremo.

MUCCINIUM, apud Arnobium lib. 2. Mappula, faciterginm, *Mouchoir*; Occitanis, *moucadeu.*

MUCCUS, Quod è naribus fluit; Latinis *mucus.* Glossæ Isonis Magistri ad Prudent. *Muculentus, sordidus. Muccus, Rots.* Lex Alamann. tit. 62. §. 2. *Si autem summitas nasi ut muccus contineri non possit, abscissa fuerit, &c.* Adde Leg. Ripuar. tit. 70.

Muccare: Muccum ejicere, *Moucher.* Lex Ripuar. tit. 5. §. 2. *Si nasum excusserit, ut muccare non possit.* Editio Heroldi habet *mucare.*

Muccosus. Gloss. Græc. Lat. *Muccosus*, μύξων, *Morveux.* Hinc pro *humidus.* Monasticum Anglic. to. 2. p. 50. & 52. *Usque ad moram, id est, muccosam & humidam planitiem.* Vide *Mora.* Angli *muck* vocant quicquid purgaminis in sterquilinium projicitur, ipsumque inde sterquilinium *à muckill*, quasi mucci acervum.

MUCERANII, Christiani Hispani sub dominio Saracenorum degentes, apud Ordericum Vitalem l. 12. p. 892. videntur iidem qui *Marani*, atque ita fortè legendum.

MUCETUM. Vide *Saurarium.*

MUCHEUNT. Leges Forestarum Canuti Regis c. 11. *Viridis & veneris* (venationis) *forisfactiones, quas mucheunt dicunt, &c.*

MUCIA. Vide in *Capitagium.*

MUCIS. Vide *Macis.*

MUCRA. Vita S. Agili Abb. MS. *Comperit tandem inter duas mucras, adjacentias ex fisco quodam Nantholiacense, sed tunc ad villam quæ Mailus dicitur aspicere.* Ita etiam Edita c. 13.

MUCRO, Anastasius in Gregorio IV. p. 161 *Obtulit — vestem de fundato unam habentem mucrones per circuitum.* Infrà: *Cortinam Alexandrinam unam, vel alia habentia mucrones de fundato* 4.

MUCULA *oculi*, *Anterior pars oculi: mucla oculi est interior pars ejus aëri patens, muca.* Ita Matth. Silvaticus.

MUDA, pro *Muta*, seu *mutatio*: vox Italica, quæ occurrit in Charta Petri Ziani Ducis Venet. an. 1211. in Hist. Bellunensi p. 109. Vide *Muta.*

MUDEIARES, Mauri, qui expugnata ab Alphonso Rege Cæsaraugusta, in quadam urbis regione remanserunt, tributa conferentes Regi, qui inde ita vocati, ait Hieronymus Blanca in Comment. Rerum Aragon. p. 637.

MUDELLUS. Tabularium Prioratus de Paredo fol 64. *Et in alio loco ad Pratum rotundum dedit mudellos duos sent.*

MUDINUS *salis*, Modius, in Charta Gerundensis Sacristæ an. 1268. Vide *Miliarisium.*

MUFA, *Muffa*, vox Italica, *Mucor*, nostris *Fleur de vin, Moisissure.* Jo. de Janua: *Mucor, in vino & aqua, sc. mufa vini.* Mox: *Mufa, idem est quod mucus, vel muca. Muffa*, apud Petrum de Crescentiis lib. 4. de Agricult. c. 42.

MUFFLA. Vide *Muffula.*

MUFFULÆ, Gall. *Mouffles*, Chirothecæ pellitæ & hibernæ. Capitul. Aquisgran. an. 817. & Capitul. Caroli M. addit. 1. c. 22. *Wantos in æstate, muffulas in hieme vervecinas.* Et c. 79. *Ut muffulæ vervecinæ Monachis dentur. Mulfolas* habet eadem notione Adelardus in Stat. Abb. Corbeiens. l. 1. c. 3. *Wantos duos, mulfolas duas. Musfulas*, Leges Henrici I. c. 70. seu, ut quidam Codd. præferunt, *mufflas.* Ita etiam Statuta Ordin. Præmonstrat. dist. 3. cap. 13. *Mufflas de panno albo vel griseo sine nota curiositatis foderatas pellibus permissis sustinemus haberi pro frigore repellendo.* Vetus Poëma MS. de Vulpe Coronato:

De chauces, aussi chaperon,
Et de mouffles, housians à chievre.

Joan.

Joan. Molinetus p. 93. V.

Prinst manteau gris, chappelet, & moufflette.

MUFO. Papias : *Cubitale, Mufo.*

MUGA. Observantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Generalib. privileg. §. 36. *Imò debent redire sua ganata ad aream villæ vel prope, qualibet die, si volunt jacere nocte sequenti: aliàs si pernoctarent prope mugam, essent prompta ad pascendum, & destruerent pastus alterius villæ.*

MUGÆ. Matth. Silvaticus: *Perniones vel rasulæ, sunt excoriationes quæ fiunt in nimio frigore in calcaneis, quæ mugæ vulgariter dicuntur. Mugæ sunt etiam in digitis pedum & manuum.*

MUGILLARIS, Papiæ, *Mutus, à mugio.*

MUGILLATIO, Papiæ, *Tarditas.*

MUGISSOR. Papiæ: *Fallax, callidus, murmurator.* In Glossis Antiquis MSS. *Callidus anus, musator.*

MUGULARE, *Mugire*, Gall. *Mugler*, more boum, in Addit. ad Vitam S. Antonini n. 66.

MUGULI. Sanutus lib. 3. part. 12. c. 17. de Soldano Babyloniæ : *Reperit sex mille Mugulos, qui illi multam intulere molestiam, &c.* Ita, opinor, vocat eos qui suberant Principi, quem *le Grand-Mogol* dicimus.

MULAMINUM. Leges Adelstani Regis apud Thundresteldam editæ c. 19. ubi de ferri igniti examine : *Quando ferrum projiciet, & sanctum altare festinet, insigilletur manus ejus, & inquiratur die tertia si mulaminum sit intra consigillationem.* Textus Roffensis Saxonicus habet : *Inquiratur die tertia si munda sit, vel immunda intra consignationem.*

MULCARE, *Mulcator.* Papias : *Mulcare, affligere, vexare, calcare, affligere, cedere. Multator, peremptor, qui corpora afficit vel cruciat. Mulcata, damnata.* Gloss. Arabico-Lat. *Mulco, pugnis calcibusque afficio.*

Mulcare, Mulcere. Althelmus de 7. Vitiis capitalib.

Denique si potuit cœli mulcare catervas.

MULCEBRIS. Joan. Sarisb. lib. 1. Policrat. c. ult. *Duæ sunt, inquit ille, ut opinor, virtutes ignis : altera edax & peremptoria ; altera mulcebris & innoxia lumine.* Id est, quæ *demulcet, fovet.*

MULCHUMAT. Epistola Basilii Macedonis Imp. ad Hadrianum II. PP. apud Baronium an. 871 n. 8. *Transmisimus autem sanctitati vestræ, — usin unum aërem habentem unum, mulchumat unum, planetalia castanea duo,* Monstra verborum, quæ nescio an quis intelligat.

MULCTA, Tributum, vectigal, sed potiùs exactio injusta, *malatolta.* Guillelmus Bibl. in Stephano VI. PP. p. 236. *In qua Ecclesia, cùm idem sanctissimus Papa — malam consuetudinem invenisset, ut Presbyteri, qui ibidem Domino sacrificium quotidie offerebant, omni anno unam mulctam darent, quam consuetudinem Marinus PP. antecessor ejus fregerat, — sub forti obtestatione præcepit, ut nullus unquam ab eis non solùm hoc, verùm etiam aliquod tributum acciperet, &c.*

MULCTRALE. Glossæ MSS. in Prudentium ex Bibl. S. Germani Paris. Cod. 561. *Mulctra, vas in quo mulgetur. Mulctrale, locus in quo coagulationes fiunt.* Vide *Mulgarium.*

MULLETUS, Piscis quem nostri *Mulet* vocant, Latini *Mugiles.* Occurrit apud Radulfum in Vita S. Ricardi Episcopi Cicestrensis n. 78.

MULFOLA. Vide *Muffula.*

MULGARIUM, *Vas in quo mulgetur, idem & mulctra.* Papias : In Glossis antiquis MSS. *Vas in quo mulgentur pecora.* Alibi : *Mulcaria, vasa in quibus vas mulgetur.*

MULIEBRIA, Menstrua, seu purgationes mulierum : γυναικεῖα, Aristoteli. Papias : *Muliebria supervacuus mulierum sanguis.* Genes. c. 18. *Erant autem ambo senes, provectaque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria,* quæ sic expressit Leonius in Historia Sacra MS.

——Dum seque virumque

Cogitat esse senes, provectæ ætatis utrumque

Jam desiisse sibi fieri muliebria noscens.

Leges Hoeli Boni Principis Walliæ c. 13. de Virgine : *Scilicet sit matura in pilis & uberibus, & si venerint muliebria ejus, &c.*

MULIEBRIARIUM. Veteres Glossæ MSS. Sangermanenses : *Muliebre, à mulieribus aliquid factum. Muliebriarium, per mulieres ordinatum, & per viros gestum.*

MULIER, Uxor ; Hispanis, *Muger*, Italis, *Moglie* ; Provincialibus, *Mouillé* ; Beharnensibus, *Moché* ; nostris olim *Moillier.* *Mullerar*, uxorem dare filio, in Chronico Petri IV. Reg. Arag. l. 6. post c. 12. Acta S. Prudentii Garrayensis Episcopi, apud Bivarium : *Sacerdotes dormiebant cum mulieribus eorum.* Concilium Duziacense I. part. 5. *Mulier Comitis Regis, nomine Nortmanni.* Hac passim notione vocem hanc usurpatam reperire est, apud S. Cyprianum de Discipl. & habitu virg. Ulpianum in l. Titius, §. 1. de Legat. 3. in Collat. Legis Mosaicæ c. 4 in Lege Bajwar. tit. 14. c. 9. Alamann. tit. 58. §. 1. in Capitulari Suessi n. an. 744. c. 9. in Compendiensi an. 757. c. 3. 5. in Concilio Wormatiensi c. 63. in Synodo Romana an. 863. c. 2 apud Nicolaum I. PP. Epist. 22. Anastasium in Hist. Eccl. p. 61. 120 &c. Adde Diploma Henrici Imp. an. 1081. apud Ughell. to. 3. Ital. sacr. p. 419. Monastic Anglic. to. 2. p. 92 Hist. pergamensem to 3 p. 191. Ruffium in Comitib. Provinciæ p. 59. &c. Brunetus in Thesauro 2 part. c. 206. *Li fils sont li bien qui lient mari & moillier ensemble en un amor, por ce que li fils sont si commun bien d'aux.* Chron. Flandriæ c 50. *Et vous supplie que vous lui veuillez ottroier vostre fille Madame Ysabel, à estre sa moullier. Le Roman de Guillaume au Court-nez :*

Puis l'épousa à moller & à per.

Le Roman de Garin :

Puis vos prendrai à per & à moiller.

Willelmus Guiart l'an 1210.

Avoit esté el tens passé

Au Comte Phelippe moillier,

Qui cuida le Roy despoillier.

Le Roman du Renard couronné MS.

Entre ses bras tint sa moillier

Dame Ermengart la sire espeuse.

Chronicon MS. Bertrandi *du Guesclin :*

Et se Dieu me prenoit sans hoir de ma mouillier.

Robertus l'orronus in Merlino MS. *Et amaint chascuns avec soi sa moillier.* Hist Bellorum ultramarin. MS. *Et tant firent vers lui, kil donna sa seror à Guion à mouillier.*

Mulier, Mulieratus. In Jure Angliæ, si quis concubinam post susceptum ex ea bastardum in uxorem duxerit, & ex ea filium vel filios susceperit, is filius, sive sit unus, sive plures, dicitur *mulier.* Littleton sect. 399. *Si home est seisie de certaine terre en fée, & ad issue deus fits, & l'eigné fits est bastard, & le puisné frere est mulier, &c.* in Jure autem Scotico dicitur *filius mulieratus*, & patri suo de jure succedit, ut hæres. Regiam Majestatem l. 2. c. 19. §. 3. 6. *Si autem plures filios habuerit mulieratos, id est, ex sua sponsa legitimè procreatos, &c.* Legitima scilicet uxore, quam ante nuptias in concubinatu cognovit. Bastardi verò de jure Regnorum Scotiæ & Angliæ per subsequentes nuptias non legitimantur, ut est in lib. 2. c. 51. §. 3. Vide Rastallum v. *Bastarde*, & *Mulier*, & infrà in *Pallium.*

Mulier, Vorax, in Glossis antiquis MSS.

MULINUM *animal.* Vide *Animal.*

MULLO ; Acervus, cumulus. Ordericus Vitalis lib. 13. p. 899. *Ut strepitum rugientis aquæ audivit, territa — monticulum fœni, quod extra tugurium erat, velociter ascendit. Impetus autem irruentis & omnia involventis aquæ fœnum sublevavit, & de loco illo mullonem hac & illac fluctuantem longè transtulit.*

Libri Chirographorum Abbatiæ fol. 104. *Donavit — fœnum rastrorum & fœnum sessionis mullonum.*

MULNARIS, Sedes molendini. Tabularium Prioratus Paredi in Burgundia fol. 70. *Addidit etiam ad augendam eleemosynam loci, loco qui dicitur Ferveris, situm molini, quem Mulnarum vocant, ad construendum molendinum.*

MULNEDA, Locus ubi molendinum extrui potest, *sedes molendini*. Vide in hac voce. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 284. *Et quoddam pratusculum — secus stagnum molendini usque ubi rivus descendit in veterem rivulum, & ipsam mulnedam ad faciendum ibi molendinum, ubi fuit antiquitus vos,* (f. vas. *si alicubi in confinio per ipsam mulnedam melius fieri poterit, fiat, &c.*

MULNERAGIUM, idem quod jus *molta*, quod domino pro molitura in suo molendino competit. Tabularium Vindocinense fol. 224. *Angagiavit domino Abbati Goffrido medietatem duorum molinorum cum aquis, piscationibus, & mulneragio.*

MULOCISIARIUS, *Caruchariùs*, καρουχάριος, in Gloss. Gr. Lat.

MULOMEDICI, *Medici equarii*, Valerio Maximo l. 9. c. ult. *Qui herbis medelas pecoribus ægrotis aptissime componunt.* Firmico lib. 8. c. 17. Manilius lib. 5.

Ille tenet medicas artes ad membra ferorum.

Vetus Glossarium: *Mulomedicus*, ἱππίατρος. *Mulicurius*, ἡμιονόκαρος. Vegetius lib. 1. de Arte veterin. in Præfat. *Mulomedicinæ doctrina ab arte medicinæ non adeo in multis discrepat, sed in multis plurimisque consentit.* Frodoardus lib. 13. Carm 8.

Id capitur Monacho simulati fraude subacto
Mulmedici, &c.

Occurrit in lib. 31. de Cursu publico, &c. lib. 2. de Excusat. artif. Cod. Th. apud eundem Firmicum lib. 8. cap. 13. Gregorium M. lib. 2. Dial. cap. 30. S. Audoënum in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 44. &c.

MULOSUS, *Molossus*, *Caniculus rusticus*, in Glossis Pithœanis.

MULOTES. Mures agrestes, μύες ἀγροῖκοι, *Nitelæ* Servio, nostris *Mulots*, Baldric. Dolensis in Hist. de Capite S. Valentini Mart. n. 4. *Misit (Deus) bestiolas ad genus humanum impugnandum & expugnandum, muribus assimiles, quas vocant Mulotes, quæ totam agriculturam depopulabantur.*

MULSA, *Mulsum*, Potio ex melle & vino confecta. Glossæ medicæ MSS. Reg. Cod. 148. *Mulsa, mel & aqua.* Alexander Iatrosophista MS. lib. 1. Passionum cap. de Mulsa: *Qualiter hæc conficiatur dicendum est: oportet enim mulsam neque satis mel habere, neque piguem esse. Gustu autem sit non satis acra, & suavem linguæ præbeat & in sensu dulcedinem.* Constantinus African. lib. 5. Commun. loc. med. cap. 28. *Mellita (vina) calidiora & sicciora coleram generantia &c.* Concilium Autisiod. cap. 8. *Non licet in altario, in sacrificio divino, mellitum, quod vulgò Mulsum appellant, nec ullum aliud poculum, extra vinum cum aqua mixtum, offerre.* Vide *Mellita*, *Medo*.

MULTAGIUM. Vide *Molta*.

MULTANNUS, *Vivax*, *longævus*, πολυχρόνιος, in Gloss. Gr. Lat.

MULTARA. Charta Ottonis *de Kuich*, Do. *de Zelhem* Militis an. 1311. apud Frideric. Sandium in Consuetudines feudales Gelriæ p. 38. *Quorum trecentarum librarum dicto domino nostro annuos reditus 30. librarum in multara nostra dicta Teutonice* Gemale, *apud Massen assignavimus; ita videlicet quòd nos & nostri hæredes annuos reditus 3. librarum à prædicto domino nostro Comite Gelrensi, & à suis hæredibus in prænotata multara jure feodali erimus perpetuò servati.*

MULTATIO, Exactio, tributum, *malatolta*. Vide in *Toma*.

MULTAX. Fulcardus Abbas Lobiensis Epistol. ad Henric. Imper. *Precaturas, imò rapinas, — de avena, de multacibus, de denariis — tollendo faciunt.*

MULTICIA, *Vestes subtiles*, *camisiæ*. *Lucidæ vestes ex serico & lana, dicta quòd mulceant suavitate sua.* Papias. Utitur Juvenalis. πολύμιτοι.

MULTIFORIS, Multifariam. Charta Jonæ Eduorum Episcopi an. 859. apud Perardum in Tabulis Burgundicis p. 147. *Et quia sæpissime evenire solet, ut quæ piè & devotè ad divini cultus honorem ordinantur, occasione multiforis convelluntur, necessarium judicavit, &c.*

MULTIPLICUS, Multiplex. Eulogius Cordub. lib. 2. Memor. Sanctor. c. ult. *Multiplicus scelere, iniquitate prælargus.*

MULTINUBI, apud Criscouium in Breviario cap. 113. ubi Synodus Neocæsar. cap. 3. Οἱ πλείστοις γάμοις περιπίπτοντες.

MULTISSIMUS, *Plurimus*, in Charta an. 1452. apud Bolland. in Vita S. Nicei Eremitæ: *Multissimis miraculis claruit, &c.*

MULTOCIUS, pro *citò*, usurpat autor 1. Vitæ S. Marculfi Abbat. n. 14.

MULTO, *Muto*, vervex, Gallis *Mouton*. Vita Aldrici Episcopi Cenoman, num. 56. *Et debentur 7. multones de pascuario cum lana.* Charta an. 862. apud Doubletum: *Et de Flandris cinquum de multonibus & formaticis, ac bubus, &c.* Testamentum S. Fulcranni Episcopi Lodovensis: *Porcos 3. optimos, & multones sex.* Vetus Notitia ex Tabulario S. Albini Andegav. *Sicut panem, vinum & carnem, & multones, & agnellos, & friscingas, &c.* Thom. Walsinghamus in Edw. II. *Quilibet porcus duorum annorum vendatur pro 3. solidis 4. d. multo tonsus crassus pro 14. den. multo lanatus crassus vendatur pro 20. den.* Adde Chartam Henrici III. Imp. an. 1043. apud Ughellum to. 5. p. 278. aliam Gastonis Vicecomitis Benehar n. an. 1101. apud Marcam lib. 5. cap. 13. n. 2. Will. Thorn in Chron. p. 1804. 1905. eundem Ughellum to. 4. pag. 810. &c.

Multo vestitus, cum lana. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 65. *Et debet tale servitium, 1. porcum pretio 2. solid. & multonem vestitum, 2. sextarios vini, &c.* Alibi: *Et reddit ipse masoerius porcum bonum, & multonem vestitum, & coxam vaccæ, &c.* Fol. 45. *Quæ debet tale censum, omni anno arietem 1. vestitum lana, aut 12. den.* Fol. 64. *Arietem cum lana, &c.* Alibi: *1. arietem nudum.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 108. *Et debent unum multonem vestitum, &c.*

Muto, eadem notione. Ebrardus in Græcismo cap. 9. & Joan. de Garlandia in Synonymis, de Ariete:

Et cùm sit mutus, poterit bene Muto vocari.

Tabularium Bellilocense n. 91. *Et exeunt duos solidos ad Nativitatem Domini, & 2. panes, & 2. gallinas, in Augusto, 8. denarios & 9. sextaria de sivada, in Martio duos mutones.* Unde verò vox *Multo*, vel *Muto*, orta, non omnino constat. Ferrarius ita dictos existimat arietes, quod in feminas saliant, quasi *montans*. Certè Picardi *Montons* dicunt. Vide *Animal mutum*, & Origines Gallicas.

Mutonagium, *Moutanagium*, Tributum ex vervecibus, seu *mutonibus*: *Moutanage*, in Consuetudinibus Bononiensi & Herliacensi. In Chartophylacio Regio, scrinio, cui titulus, *Monetarios*, est Charta Joannis *de Fonsomme* Senescalli Viromand. an. 1269. quâ S. Ludovico Regi vendit 20. *solidos annui reditus, quos habebat super moutonagium villæ S. Quintini.* Charta Joannis Abbatis S. Bertini ann. 1228. *Moutanagia verò habeo apud Scales, sicut hactenus habui.* Occurrit sæpe in Tabulis vernaculis. Computum Domanii Stapularum in Comitatu Bononiensi ann. 1475. fol. 36.

Recepte

Recepte de moutonnages, qui se paient au jour de S. Jean Baptiste, en paine de 60. sols d'amende : est à sçavoir pour chascune beste à laine, un denier. Regestum Feodorum Comitatus Andegavensis an. 1387. *Perrot Rileau de Perçay homme lige à cause du sep & maison de la Baume à devoir garder les prisonniers, quand le cas y échet, & les rendre à Baugé, & aussi cueiller le Moutonnaige en la paroisse de Perçay & de Biseux.*

Accipitur etiam pro quovis tributo, in 1. Regesto Parlamenti Paris. fol. 6. sub an. 1257. *Inquesta facta super eo quòd Præpositi D. Regis capiebant duo montanagia apud S. Richarium de burgensibus villæ, unum ratione burgesiæ, & aliud pro herbagio, &c.* Charta an. 1248. in Tabular. Maurigniacensi : *De quibus nobis singulis unaquæque masura integra directuram integram, Moutonagium scilicet 6. denariorum reddebant.* In Tabulario domus publicæ Ambianensis fol. 200 est Charta Caroli VI. Regis 20. Jul. 1385. in qua fit mentio auxilii, seu subventionis, pro facto guerrarum, appellatæ *Moutonnage courant.*

Multones, Mutones, Monetæ aureæ Regum Franciæ, in quibus effictus *Agnus Dei*, uti vulgò dicimus, seu agnus lanatus cum crucicula, quas in *Denarios* vel *Florenos ad agnum* appellabant nostri, *Deniers*, *Florins à l'aignel*, vel *Moutons*. Charta laudata in v. *Marca* : *A. 15. Junii 1354. usque ad 1. Junii 1355. fiebant Mutones fini, auri fini, cursus 25. solid. &c.* Charta Edw. II. Regis Angliæ : *Rex tenetur Ottoni de Grandisono in 10. millibus Multonum auri.* Froissartus 1. vol. cap. 171. ait post prælium Pictavense tum primùm cusos ejusmodi nummos : *Item en ce. an ou mois de Janvier fit faire le Roy Florins de fin or, appellez Florins à l'aignel; pour ce qu'en la pile avoit un aignel, & estoient de 52. ou marc, & le Roy en donnoit lors qu'ils furent faits, 48. pour un marc de fin or, & defendit l'en lors li cours de tous autres Florins.* Regestum Memorialium Cameræ Comput. Paris. signat. C. *Ordinatio cursus Florenorum ad agnum, & evaluationis ad Scuta & marcam argenti : in contractibus communibus advaluatio in auro fiet faciendo de 74. Scutis Joannis unam marcam auri, quod advaluabitur ad pretium marchæ auri in Agnis nunc currentibus, videl cet pro dictis 74. Scutis 48. Florenis ad agnum, quolibet computato pro 20. olid. Paris. aut faciendo pretium quod habebunt 6. Febr. an. 1354.*

Verùm longè antea hac figura à Regibus nostris cusos nummos aureos constat, cùm legamus Parlamentum Parisiense erga Regem Philippum Pulcrum potissimùm institisse, ut monetæ Franciæ ad probitatem & valorem reducerentur quibus erant sub S. Ludovico, atque adeo *Mutones aurei*, ad 5. solidorum pretium, ut erant sub eodem Rege. Chartam porrò præstat hîc describere ex Tabul. Regio, scrinio, *Monetarios*, ubi in duobus Rotulis pergamentis habetur, quibus inscriptum nudè, LA COURT.

Item, si comme il li semble, que quant au fait de la monnoye de l'or, li Rois nostre Sire, ou sa Gent commis ou fet des monnoyes de l'or, pourroient donner 58. MOUTONS *du marc à 24. quarres d'or monnoié & à monnoier, & au feur de l'autre à 20. quarres, ou à 18. ou au dessous en descendant jusques à la fin, sans rien rabattre de l'affiner.*

Item dit, si comme il li semble, que qui ne prendroit que FLORINS AU MOUTON, *qui courroient pour 6. sols 8. deniers de la monnoie à 6. deniers de 14. sols 8. deniers, & qui auroit cours pour 3. deniers à* LA MONNOIE XVIII. *ou pour 2. den. à la* MONNOIE XV. *ou pour 2. den. Tourn. petits à la* MONNOIE XII. *& courroient pour 13. s. 4. den. de la monnoie à 3. den. 18. gr. qui courroient les deux pour un de ceux à 6. deniers & de 14. sols & 8 deniers qui courroient pour 3. oboles à la* MONNOIE XVIII. *ou pour un Parisis à la* MONNOIE XV. *ou pour en petit Tournois à la* MONNOIE XII. *dit, que peu courroient de* DENIERS D'OR, *se n'en couroit que d'une piece par le Royaume, quant aux marchandisses qui s'y font : car autrement se corromproient les Ordonnances, qui les feroit, ne ne les pourront l'en tenir.*

Item dit, si comme il li semble, q'il vaudroit mieux donner cours à la monnoye de son Royaume, qu'il ne feroit à celle dehors. Pourquoy je di, je ferois courre les DENIERS DU ROY DE LA MASSE, *les deux pour trois de ceux* AU MOUTON, *c'est à sçavoir pour 10 s. de la monnoie à 6. den. de 13. s. & 8. den. & pour 20. s. de la monnoie à 3. den. 18. grains, & de 18. s. 4. den. & pour 25. s. du Tournois petit, de ceux de 22. s. & 2. den. & pour 20. s. de Parisis à 4. den. 12. grains, & de 12. . 2. den. & tout en la maniere que dessus est dit desdits* MOUTONS, *& non autrement.*

Item dit, si comme il li semble, que s'il plesoit au Roy nostre Sire qu'il laissast courre de grace especiale les DENIERS DE FLORENCE *en son Royaume, tant comme il li plairoit, & quel' en les prinst de poids de 70. au marc, pour 5. s. 5. den. de la monnoie à 6. den. & de 14. s. 8. den. & pour 10. s. 10. den. de la monnoye à 3. den. 18. gr. & de 18. s. 4 den. ou pour 14. s. de petits Tournois de 22 s. & 2. den. & par ainsi ne vuideroit le Foiblage dudit Royaume, ou se fondroit au coing de la monnoye du Roy nostre dit Sire, & par ainsi les* MANTELEZ *& ceux* A LA CHAIRE *courroient pour deux de Florence, & par les prix que dit est en cét article.*

Item dit, si comme il li semble, qu'il laissast courre FLORINS A LA ROYNE *pour 6. s. 3. den. de la monnoie à 6. den. & à 14. s. 8. den. & pour 12. s. 6. den. de la monnoie à 3. den. 18. grains, & de 18. s. 4. den. & par ainsi de la monnoie, comme dessus dit est.*

Item dit, si comme il li semble, comme l'en donnast cours à FLORINS DE FLORENCE, *à* MANTELEZ, *à* CHAIRES, *& à ceux* DE LA ROYNE, *s'entention est que pour le prix à quoy ils sont, si comme dessus est dit, & devisé, qu'ils n'ont nul cours ; mais seulement pour tout fondre & convertir au coing des* DENIERS AU MOUTON *de nostre Sire le Roy.*

Item dit, si comme il li semble, que quant au fait de la monnoie d'or, qu'il face crier solemnellement par tout son Royaume, & sur la paine telle comme elle y appartient, & face tenir fermement les Ordonnances desdites monnoies pour les prix qui dessus sont dits, & bien garder à toutes les issues de son dit Royaume, qu'il n'en isse monnoie nulle, s'elle n'est d'or, avec la neuve à 6. den. & de 14. s. 8. den. & celle à 3. den. 18. gr. & de 18. s. 4. den.

Item dit, si comme il li semble, que s'il est tenu & garde sans corrompre, ne enfraindre en la maniere que dessus est dit & devisé, l'en ouvrera à la XVIII. *à la* XV. *ou à la* XII. *& tout pour regle, sans corrompre l'œuvre de l'or.*

Item dit, si comme il li semble, que par celle Regle, ceux dehors le Royaume rapporteront pour un marc d'or 14. marcs d'argent, ou la value ; ainsi s'emplira le dit Royaume d'argent à grant planté, & vuidera de l'or, en confondant ceux de hors du Royaume, que par leur cautelle, engin ou soustiveté, l'ont mis dedans ledit Royaume.

Item dit, si comme il li semble, que qui aura audit Royaume 14. marcs d'argent pour un marc d'or, qui ne deveroit valoir que 10. marcs d'argent, si comme autrefois a vallu, quant l'en faisoit petits Tournois, l'en pourra bien laisser aller vuider hors du Royaume ledit or, quar encores y en demeurra-il assez.

Item dit, si comme il li semble, que quand DENIERS AU MOUTON *ne vaudront que 6. s. 8. den. de la monnoie à 6. den. & de 14. s. & 8. den. qui ne courroient de la bonne que pour 2. petits Tournois, & de 13. s. 4. den. & den. & de la* mon-

monnoie à 3. den. 18. gr. & de 18. s. 4. den. qui courroient chascun pour un petit Tournois, til conviendroit mettre les MOUTONS *de 6. s. 8. den. à 6. s. & de 13. s. 4. den. à 12. s. & les* FLORENTINS *qui courroient pour 5. s. 5. den. de la monnoie à 6. den. & de 14. s. 8. den. & pour 10. s. & 10. den. de la monnoie à 3. den. 18. gr. & de 18. s. 4. den. & tout pour le prix dessusdit: & ainsin conviendroit-il que l'en mist les* FLORENTINS *de 5. sols 5. deniers à 5. s. & 10. s. 10. den à 10. s. & tous les autres* DENIERS D'OR, *évaluez, si comme dessus est dit: & par tel point ne courroit-il audit Royaume pour un marc d'or que 12. marcs d'argent.*

Item dit, si comme il li semble, que qui voudroit évaluer l'or selon le bon temps du Roy Monsieur S. LOUYS, *il conviendroit que l'on meist* DENIERS AU MOUTON *à 5. s. de la monnoie à 3. den 18. grains & de 18. s. 4. den. &* FLORENTINS *à 4. s. 2. den. de la monnoie à 6. den. & de 14. s. 8. den. & pour 8. s. 4. den. de la monnoie à 3. den. 18. grains, & de 18. s. 4. den. & tous les autres* DENIERS D'OR, *convicndra avaluer au prix cy comme dessus est dit. Et par tel point ne courroit-il audit Royaume pour un marc d'or, que 10. marcs d'argent.*

Item dit, si comme il li semble, que s'il plesoit à nos Maistres Nosseigneurs de la Court, à nous oüir sur le fét des monnoies dessudites, tant à l'argent comme à l'or, de donner grace de nous entendre, il nous est advu que tout ce que dessus est dit, est bon & vray, & la grand honneur du Roy nostre Sire & au grand profit du commun peuple, pour tousjours més ouvrer sans muer coing, tant de l'argent comme de l'or.

Id etiam firmat Instrumentum aliud ejusce ævi, quod ex Regesto Cameræ Computor. Parisiensi signato *Noster* f. 208. eruimus, hicque perinde descripsimus in rei monetariæ nostratis studiosorum gratiam.

Veezcy l'accort qui fu fait par les gens des bonnes villes, qui furent mandées pour le fait des monnoies l'an 1304. &c.

Premierement, il fu accordé que l'en face petits Tournois & petits Parisis & Mailles petites Tourn. & Par. du temps & de la loy S. Loys, & nulle autre monnoie.

Item il fu accordé que toutes monnoyes fussent abatuës d'or & d'argent, exceptez les Gros Tournois & les Mailles d'argent, le Gros Tournois pour 12. Tourn. & la Maille d'argent pour 4. Tourn. pour la faute qui est de monnoye, tant comme il plairoit à nostre Seigneur le Roi.

Item, il fu accordé que la monnoie d'or à l'Aignel courre pour 10. sols Parisis, & toute autre monnoie d'or soit abatuë.

Item, il fu accordé pour avoir plus matiere à faire monnoie, que l'en praigne le quart de la vessellemente d'argent par souffisante pris, & que l'en n'en face nulle vessellemente d'argent jusques a 2. ans.

Item, que le Roy pourchace pardevers ses Barons, que il se sueffrent de faire ouvrer jusques à 2. ans; car autrement il ne puet pas remplir son peuple de bonne monnoie ne son Roiaume: & furent à accort que li Rois doint tant en or en argent, que il ni preigne nul profit.

Item, que li doubles que l'en appelle Cornus, fussent abatus de tous poins.

Ejusmodi monetarum aurearum ab ipsomet Philippo Pulcro cusarum mentio est præterea in illius Statutis Monetariis. Statuto quippe dato Pissiaci die Martis post festum S. Vincentii an. 1310. statuitur, *qu'il sera forgé monnoye d'or, qui est & sera appellée à l'Aignel, laquelle est du temps S. Louys nostre aieul, pour 16. s. Par. & pour 8. s. de Bourgeois fors, & pour 16. s. de Bourgeois petits.* Statutum aliud Ludovici Hutini Regis 15. Janu. an. 1315. *Item, parce que c'est nostre volonté de garder les Ordonnances de Mons. saint Loys, nous avons fait garder en nos Registres sus le fait de la monnoye de l'or, & avons trouvé que il fist faire le denier d'or, que l'en appelle à l'Aignel, & le fist a ajuster le plus lealement que il pot, & qu'il eust cours pour dix sols Parisis tant seulement.* Ex quibus patet obtinuisse id genus monetæ etiam sub ipso S. Ludovico. In Charta alia scripta die Jovis post Conversionem S. Pauli an. 1311. ea moneta esse debet 88. denar. & tremiss. ad marcam Regiam. Statuto dato Pissiaci die Sabbati post Epiphaniam an. 1313. statuitur ut Moneta *à l'Aignel*, quæ tum cudebatur, valeat 15. solidis Turon. parvis. Et Statuto dato Paris. 17. April. 1314. omnis aurea moneta interdicitur, præter eam quæ dicitur *à l'Aignel*, quæ tum cudebatur, pretii 15. sol. parvorum Turon. aut 12. solid. Paris. Denique Statuto Caroli IV. dato Parisiis 15. Octob. an. 1322. statuitur fieri *deniers à l'Agnel pour 7. sols & six deniers qui courront pour deniers Parisis, & 15. sols des deniers sengles.* Habentur ea Statuta in primo Regesto Memorialium Cameræ Comput. Paris. fol. 13. 21. 35. 38. 39. 62. 131. 132.

Hinc igitur planum est, ea ætate, *Mutones aureos* in usu fuisse. Sed altiùs eorum originem repetendam censebat Magnus Peirescius, existimatque, à Regibus nostris cusos, vigentibus contra Albigenses bellis, in quibus præcipua Crucesignatorum vexilla ab ipso *Agno Dei* insignita erant, qui inde pro insignibus toti Franciæ Clero, & compluribus Ecclesiis Cathedralibus & Collegialibus mansit, atque adeo ipsi urbi Tolosanæ, ex quo in eorundem Crucesignatorum potestatem venit, servata tamen ejus, quam in insignibus gestabant Comites Tolosani, Crucis figura. Proinde putabat Peirescius cusas hac imagine monetas, quibus Crucesignatorum stipendia exsolverentur. *Mutones Flandrenses* memorat præterea Tillius lib. de Pactis inter Francos & Anglos sub an. 1351. & 1361. p. 273.

Habuit etiam Hispania suos *Agnos Dei*, de quibus ita Covarruvias de Veterum numismatum collatione c. 5. n. 9. *Ante ejusdem Henrici III. hisce in regnis habuit cursum moneta nuncupata* Agnus Dei, *quæ initio æquivalebat Maravedinum: deinde percussa fuit ex tam infima materia, ut saltem valuerit unum Coronatum, vulgò* Cornado, *veluti traditur in Chronicis ejusdem Regis Henrici III.* Istius monetæ meminit etiam Mariana lib. de Ponder. & mensuris c. 22.

Muto, seu *Mouton*, apud Froissartem 3. vol. c. 102. pro machina bellica usurpatur, quam fortè veteres *Arietem* vocabant.

MULTURA, quod Molitori ex frumento quod molit, præstatur. Monasticum Anglic. tom. 3. p. 91. *Dabunt multuram ad vicesimum vasculum, quando & quandiu ad molendinum meum molere voluerint, &c.* Vide *Molta*.

MULVELLUS, Piscis, qui in mari Angliæ Boreali copiosè capitur in æstate, Londoniis *Greenfish*: Lancastrensibus *Milwin*, apud Silvestrum Giraldum lib. 2. Itiner. Cambr. cap. 9. & in Descript. Cambriæ c. 5. ubi perperam *Mulnellus*, ut & in Fleta lib. 2. cap. 12. §. 12. Vetus Charta laudata à Spelmanno: *Dedit — quibuslibet leprosis Eborum venientibus in vigilia diei S. Joannis Bapt. mulvellum, butyrum, panem, cerevisiam, &c.*

MULUS. Epitaphium S. Prudentii Episcopi Tarracon. apud Ambrosium Moralem lib. 11. c. 74.

Funus sacratum, non mortali luce latum,
Sed proprio mulo conditur hoc tumulo:
Quid hîc *mulo* sonat, non percipio.

MUMIA, apud Matth. Silvaticum, *est illud quod invenitur in sepulcris balsamatorum, in quibus humor mortui cum aloë & myrrha resolvitur, quibus ipsa corpora condie-*

condiebantur, & similatur pici marina. Solebant antiquitus corpora balsamo, myrrha & aloë condiri, & fit apud paganos & Saracenos circa Babyloniam, ubi est copia balsami. Idem Silvaticus: *Kretal, i. mumia.* Constantinus Africanus lib. de Gradib. *Mumiam quidam dicunt esse aspalatum; quadam tamen species est in veteribus monumentis inventa, quæ optima est. Antiqui etiam mortuos ex ea ungebant, ne citò putrescerent, aut vermes producerent. Calida & sicca est in tertio gradu. Valet contra fracturam capitis, &c.* Salmasius ad Solinum *muminas* & *momias* dictas putat à thure, quod ἄμωμον vocabant, quo condiebantur corpora. In describenda Ægyptiorum conditura multa habent Herodotus lib. 2. & Diodorus lib. 1. ex quibus observare licet cadavera olim domi subrecta in loculo ad parietes statuta: sed postmodum lectulis imponi consuevisse scribit Athanasius. Silius lib. 13.

———— Ægyptia tellus
Claudit ordorato post funus stantia saxo
Corpora, & à mensis exanguem haud separat umbram.

Vide Kirkmannum lib. 1. de Funeribus c. 8. Chiffletium de Linteis sepulcralibus cap. 3. Petrum de Valle in Epistolis, &c. Alias vocis *Mumiæ* originationes ex Bocharto & aliis, vide apud V. Cl. Menagium in Orig. Gall. p. 812. & Octavium Ferrarium in Orig. Ital. Adde Leonardum Fuchsium ad Myrepsum sect. 1. cap. 13. & lib 1. Paradox. medicin. cap. 40.

MUNA. Charta Italica an. 1287. *Voverunt—quod apportabunt ad sepulturam suam* (S. Ambrosii Senensis) *unam munam*, an *minam*? Vide Bolandum 20. Mart. p. 208.

MUNCHEWAT. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 398. *Prohibeo etiam ne aliquis piscetur infra stagnum & munchewat, præter Monachos.*

MUNDA. Charta Pontii Comitis Tolosani Primarchionis & Ducis Aquitanorum, & Garsis uxoris, apud Catellum: *Damus similiter totum allodium & totum potestativum de Ecclesia & omni Parochia, — & fontes, montes & colles, & mundas cum nemoribus, cum silvis & forestis, & cum omnibus fivalibus & mercariis, &c.*

Munda, Os: unde *Teneremunda*, urbs in Flandria, quod exstructa sit ad ostium Teneræ fluvii, vox orta à Gothis apud quos *munt* os & buccam sonat, ut testatur Smaragdus in Comment. ad Partes Donati; cui *Wigmunt* est *Valens bucca*: *Ricmunt*, *Potens bucca*: *Ramunt*, *Consilium oris*, &c. Vide Lindanum in Teneremunda.

MUNDERECE, in Legibus Edmundi Regis c. 6. *Mundbrice*, in Legib. Alvredi c. 3. *Mundbriche*, in Legibus Kanuti c. 2. *Mundebruche*, apud Bromptonum, ubi exponitur *læsio Majestatis*: *Infractio pacis*, in iisdem Legibus c. 32. Maximè verò, si etymon vocis spectetur, protectionis, tutelæ, ac defensionis Regiæ violationem & infractionem sonat, *Infraction de la sauvegarde du Roy.* Confecta enim ex Saxonico munꝺ, *protectio, tutela*, ut in voce *Mundius*, docemus, & bꝛice, *ruptura.* Occurrit præterea in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 37. 66.

MUNDALIS. Vide *Mundus.*

MUNDIATUS. Vide *Mundium.*

MUNDIBURDUS, Patronus, defensor, tutor: vox ejusd. originis ac *mundius*, Anglo-Saxonibus munꝺ-boꝛa, Kiliano *mond-boor*, *mond-laer*, & *momboor.* Ridiculè porrò Ugutio, & ex eo Wil. Brito in Vocabul. MS. & auctor Momotrecti: *Mundus muliebris dicitur apparatus ad ornatum mulieris, — unde & ministros talium Mundiburdos vocamus.* Charta Rodulphi Arch. Bitur. an. 855. in Tabul. Bellilocensi Ch. 14. *Ut pro voto & arbitrio sui quem tutorem & mundiburdum habere voluerint, — eis concedatur facultas eligendi.* Alia Friderici II. Imp. an. 1171. *Memoratus Episcopus oppignoratum sibi beneficium — in manum nostram reportavit, nosque illud petitione & assensu ejus de manu propria in manum Henrici ejusdem Ecclesiæ Præpositi & Ægidii Comitis de Durachio, qui traditionis hujus Advocatus & mundiburdus institutus est,— liberè & absolutè tradidimus.* Burchardus Wormaciensis in Lege Familiæ: *Si quis eorum domum alterius cum armata manu introierit, & filiam ejus vi rapuerit, cuncta vestimenta quibus tunc induta fuerat, quando rapta est, singulariter in triplum patri ejus, vel mundiburdo restituat.*

Mundibordis, eadem notione, in Charta apud Willelmum Hedam in Bernulfo Episcopo Traject. *Mundibordem vero vel defensorem alibi non inquiramus, nisi ad supradicti Sancti altare, ad defendendum scilicet, &c.*

Mundeburdis, & *Mundiburdis*, Defensio, tutela, in Leg. Rip. tit. 35. § 3. tit. 58. §. 13. in Cap. 1. Caroli M. an. 802. c. 40. in Cap. 3. an. 813. c. 13. in Cap. 1. incerti anni Car. M. c. 54. in Conc. Meld. an. 845. c. 41. Marculf. l. 1. form. 24. *Et sub mundeburde vel defensione illustris viri illius Majoris domus nostri— quietus debeat residere.* Charta Caroli Martelli apud Serrarium lib. 3. Rerum Moguntinarum p. 470. *Cum nostro amore, vel sub nostro mundeburde & defensione quietus & conservatus esse debeat.* Capit. Caroli C. tit. 26. 27. *Ut Ecclesiæ — talem mundeburdem & honorem habeant, sicut tempore antecessorum nostrorum habuerunt.* Et tit. 33. *Mundeburdem autem ad defensionem Rom. Ecclesiæ pariter conservabimus.* Adde Tradit. Fuld. l. 1. trad. 39.

Mundeburdum, eadem notione. Concilium Meldense c. 41. *Causa defensionis & mundeburdi.* Charta Pipini Regis Aquitaniæ apud Beslium: *Sub nostro mundeburdo vel immunitatis tuitione.*

Mandeburda. Charta Ludovici Imper. an. 815. apud Meurissium in Hist. Episc. Metensium: *Deprecans ut ipsam precariam quam à supramemorato Abbate Optario acceperat, per nostram mandeburdam & licentiam diebus vitæ suæ, sicut inter eos convenerat, habere potuisset.*

Mundburgum. Withredus Rex Cantuariorum in Judiciis c. 2. *Pacis Ecclesiæ, quod mundburgum vocant, 50. solidorum esto compensatio.*

Mundeburgium. Epistola Caroli Martelli 32. inter Epist. S. Bonifacii Archiep. Moguntini: *Bonifacius Episcopus ad nos venit, & nobis suggessit, quòd sub nostro mundeburdio vel defensione eum recipere deberemus. — Proinde nos taliter visi fecimus ei roratam dare, ut ubicunque ubi & ubi ambulare videtur, cum nostro amore, vel mundeburgio & defensione quietis vel conservatus esse debeat.*

Mundeburgium Ecclesiarum, in Capitulari 7. Caroli M. an. 803. cap. 1. apud V. Cl. Steph. Baluzium.

Mundeburnium, & *Mundiburnium*, in Charta Ottonis II. an. 980. apud Hermannum Stangefolium lib. 2. Annalium Circuli Westphalici p. 201. & in alia apud Bartholomæum Fizen in Hist. Leodiensi p. 275.

Bundburdum, pro *mundeburdum.* Diploma Alberti Regis Italiæ pro Monasterio Casauriensi in Tabul. MS. ejusdem Monasterii: *Idcirco hunc bundburdum scribere jubentes, præcipimus, &c.*

Mudburdum & *Mundburbum.* Charta Ottonis Imp. an. 968. apud Ughellum to. 7. p. 1311. *Si quis igitur confirmationis, præcepti, seu cessionis mudburdi violator extiterit, &c.* Adde p. 1334.

Munburdum. Chronicon S. Vincentii ad Vulturnum lib. 1. *Sub ipsius tuitionis munburdum omni tempore pacata & quieta valerent persistere.* Adde p. 675. 677.

67-.694.&c. Testamentum Ademari Vicecomitis Scalensis & Abbatis Militis Monasterii Tutelensis : *Sunt autem Monachi in munburdo Regis ad locum salvum faciendum.*

Mundiburdum. Charta Caroli C. Imp. an. 859. in Tabulario Abbatiæ Bellilocensis in Lemovicensibus n.4. *In nostra defensione & tutela seu mundiburdo reciperemus.*

Mundiburdium. Joannes XVII. PP. in Epist. à Gretzero edita in Vita S. Henrici Imp. de Episcopatu Bambergensi : *Sit ille Episcopatus liber, & ab omni potestate extranea securus, Romano tantummodo mundiburdio subditus.* Ditmarus lib. 2. *Eandem Abbatiam mundiburdio Etheldagi Bremensis Archiepiscopi subdidit.* Acta Murensis Monasterii : *Prædia sua sub censu legitimo illi contradiderunt, ea conditione ut sub mundiburdio ac defensione illius semper tuti valerent esse.* Charta Henrici IV. Imp. an. 1111. in Metropol. Salisburg to. 3. p. 94. *In mundiburdium defensionis eos suscepi.* Ita rursum p. 396. & in Bullario Casinensi to. 2. p. 7. Vide Joannem VIII. PP. Epist. 238. Roverium in Reomao p. 29. Diplomata Belgica Miræi lib. 1. cap. 8. &c.

Mundiburdia dicta præterea ipsa Imperatorum ac Regum Diplomata, quibus Ecclesiæ ac Monasteria in eorum Mundiburdio, seu tuitione ac defensione ponuntur : ut apud Ughellum to. 2. p. 569. 645. 708. to. 7. p. 1311. 1334. & alios. Papias : *Mundiburdia, Regum vel Principum sunt præcepta.* Quò spectant ista ex Vita S. Hermelandi Abb. *Si autem pro parvæ retributionis intuitu Monasterium ædificare desiderat, hortor ut regalibus eum manibus tuendum committat, & ut Regis clementia talem præceptionem facere dignetur, ut nulla alia potestas maligno instigatus spiritu, omni dominationis occasione sublata, molestiam habitantibus in eo ingerere audeat, quatenus Regali defensi præsidio, pro ejus totiusque sui Regni pace, liberè, remota pravorum impulsione, Christi interpellent clementiam.*

MUNDILIO. Charta Adalberonis Episcopi Metensis, apud Meurissium : *Statuimus quoque ad usus fratrum in prædicto sancto loco Deo militantium quandam daglam in finibus villæ nostræ sitam, nomine Purnedo, ubi etiam mundiliones plurimi B. Arnulphi commanent, atque cum tenentes eandem supradictam daglam legitima sanctione custodiunt ac procurant, quatenus à præsenti die & deinceps suprà memorati servi Dei inibi degentes teneant, possideant, liberamque in omnibus habeant potestatem quidquid ex illa voluerint agendi.* Vox ejusdem, ut videtur, originis qua est *mundius*, tutor, qui aliis *mundio*. Vide mox.

MUNDITER *jurare*, secundùm veritatem, in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 14.

MUNDITIAS *facere*, Scopis purgare, mundare : vox Monachorum præsertim : *Balaier, Nettoier.* Plautus in Sticho :

Munditias volo fieri, afferte scopas.

Regula S. Benedicti c. 35. *Egressurus de septimana, sabbato munditias faciat.* Bernardus Mon. in Consuet. Cluniacens. MSS. c. 48. *Die verò sabbati faciunt munditias, quod est bene lavare cum scopis fontem claustri, atque lavatorium, & mundare pavimentum necessariarum.* Capitula Monachorum ad Augiam directorum c. 10. *Ut in sabbato, quando munditias facere solent, pedes cum silentio lavent, &c.* Chrodogangus Metensis Episc. in Regula Canon. c. 9. *Munditias vasorum faciat, & vasa ministerii sui, quæ ad ministrandum accepit, sana & munda cellario reconsignet.* Vita B. Stephani Abb. Obasin. c. 30. *Vestes abluere, domos scopare, & cæteras munditias sollicitè exercere.* Kero Monachus : *Munditias, bremida.* Ardo in Vita S. Benedicti Abbatis Anianæ c. 2. n. 8. *Munditias Monasterii, quoties opportunitas expetiit, exercuit.* Vide Vitam S. Marinæ c. 4. & Joannem Abb. S. Arnulphi in Vita B. Joannis Abbat. Gorziensis n. 77. Statuta Guigonis II. Prioris Cartusiensis cap. 4. §. 20. c. 28. §. 5. Statuta antiqua ejusd. Ord. 1. part. c. 13. §. 7. *Mundare* porro vox in hac re propria. Ebrardus in Græcismo c. 10.

Scoba domum mundat : scobs est quod mittitur extra :
Scobs est quod mundo : quo scobæ fit æde repello.

Gregor. Tur. lib. 9. c. 35. *Cur non sunt scamna hæc operta stragulis, aut domus scopis mundata ?*

Munditia. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 69. §. 1. *Si quicunque liber homo ancillam suam pro religionis & munditiæ causa vestem religiosam induerit, &c.*

MUNDMAN, Qui in *mundio* seu tutela alterius sunt, qui se alterius potestati commendant, iidemque qui *Commendati* : ex *mund*, tutor, protector, & *man*, homo. Laudum seu sententia lata an. 1258. apud Maximilian. Henric. in Apolog. pro Archiep. Colon. p. 21. *Item quod diversi cives & potestes recipiunt, & recipere consueverunt populares & impotentes in suam protectionem, nominantes vulgari nomine Muntman : Ita quod quando tales populares delinquant, clandestina servitia dant potentibus, & ob hoc ipsorum excessus defendunt.* Charta Caroli M. in Monumentis Paderbornensibus p. 325. *Omne regale vel sæculare judicium super servos suos, & liddones, & liberos, malman, & mundman, & omnes utriusque sexus homines, &c.* Charta Friderici II. Imp. an. 1219. de Juribus ac privilegiis civitatis Norimbergensis, apud Goldastum : *Quicunque civis antedictæ civitatis fecerit se alicujus muntman, tam civis ille, quàm qui hoc modo receperit eum, gratiam nostram demeruit, & in utroque pax non violatur.* Alia ejusdem Imp. an. 1230. pro Privilegiis urbis Ratisponensis, in Metropoli Salisburgensi tom 1. p. 240. *Statuentes, ut singuli potentes de civitate sua, qui vassallos sibi faciunt ad turbandam pacem civitatis, qui mundman vulgariter nominantur, ad munitionem civitatis dent 10. libras, nihilominus à fidelitate præstita relinquentes hujusmodi absolutos.*

MUNDIUM, *Mundio*, ex Saxon. munð, pax, securitas, protectio, tutela, tuitio, patrocinium, defensio ; munðian, tueri, protegere. Apud Longobardos quævis feminæ in *mundio* erant, ac puellæ quidem in mundio ac tutela parentum, vel si deessent, agnatorum ; feminæ verò nuptiali jugo devinctæ, in *mundio* erant maritorum. Quemadmodum olim feminæ erant in perpetua tutela apud Romanos, ut docet Ulpianus in fragm. institut. de tutelis. Lex Longob. lib. 2. tit. 10. *Nulli mulieri liberæ sub regni nostri ditione Lege Longobardorum viventi liceat in suæ potestatis arbitrio, id est, sine mundio vivere, nisi semper sub potestate viri, aut potestate curtis Regiæ debeat permanere : nec aliquid de rebus mobilibus aut immobilibus sive voluntate ipsius, in cujus mundio fuerit, habeat potestatem donandi aut alienandi.* Adde Edictum Rotharis tit. 89. §. 1. In Speculo Saxonico lib. 3. art. 45. §. 5. *Maritus est tutor uxoris post desponsationem.* Ita etiam Jure Francico, ubi *Mari & Bail* vulgò appellatur in Consuetudinibus municipalibus. De mundio Puellarum agitur in ead. Lege Longob. lib. 1. tit 9. §. 12. 13, tit. 30. §. 11. lib. 2. tit. 11. tit. 21. §. 20. De *mundio* nuptarum, lib. 1. tit. 17. §. 5. tit. 30. §. 2. (vir autem uxoris *mundium* ab ejus parente *acquirere* dicitur in Lege Alem. tit. 54. De *mundio* Religiosarum, lib. 1. tit. 35 §. 3. *De mundio Viduarum*, lib. 2. t. 6. §. 1 tit 37 §. 4. Quò spectat Charta ex Tabulario Casauriensi : *Ego Helegrina filia quondam Caroli — consensu & voluntate de filio meo Aliperto, in cujus mundium ego permaneo — venun-*

venundavi, &c. De *mundio* Ancillarum agitur etiam lib. 2. tit. 12. §. 9. tit. 21 §. 11.

Mundium facere, Tutelam gerere, in Lege Longob. lib. 1. tit. 30. §. 2. lib. 2. tit. 2. §. 1. 2. tit. 7. §. 1. tit. 12. §. 1. 7. *Mundium suscipere*, lib. 1. tit. 9. §. 12. lib. 2. tit. 12. §. 9.

Causa de mundio liberæ, inter *Regales*, seu quæ ad Regem pertinent, accensetur, in Lege Longob. lib. 1. tit. 2. §. 8.

Mundium, pro hæreditaria portione in bonis paternis, in Lege Longob. lib. 2. tit. 14. §. 8. 9. 15. tit. 35. §. 3. 4.

Mundio filiorum, Tutela, in Lege Aleman. tit. 51. §. 2.

Mundiata mulier, quæ in mundio est, In Legib. Luitprandi Regis Longob. titulus 68. inscribitur, *De mundiata in sacramentum missa, &c.* Ita tit. 109. §. 3. At Glossæ Isidori videntur legisse *mundiana*: *Freta vel mundiana, de parente suo relicta.*

Mundium, Quævis protectio. *Ecclesiæ & Monasteria, & Senodochia, quæ ad mundio palatii pertinent, aut pertinere debent*, in Capitul. 5. an. 819. c. 5.

MUNDUALDUS, Tutor, qui tenet in *mundium*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 16. §. 8. tit. 17. §. 5. tit. 30. §. 11. tit. 33. § 3. lib. 2. tit. 2. §. 4. tit. 6. §. 1. tit. 8. §. 2. tit. 37. §. 1. *Defensor Legibus constitutus*, dicitur l. 1. tit. 30. §. 13. *Si quis alienam sponsam rapuerit, aut patri ejus, aut ei qui legibus defensor esse debet, cum lege sua eam reddat.* Tabularium Casauriense: *Ego Adelberga filia quondam Luponi, consentiente mihi Sigolfo filio & mundualdo meo, concedo ad usum fruendum vobis, &c.* Alio loco: *Verè ipsam Gundi uxorem habeo, eo quod mihi eam ad legitimum matrimonium tradidit Amelfredus filius ejus, cum mundualdo suo.* Et infrà: *Et prædictus Amelfredus mundualdus qui in hac illustra conventione consentiens fuit.* Notitia Judicati an. 1061. ibid. *Tunc ista Purpura per consensum de Odemundo mundualdo suo manifestavit & dixit.* Charta Richildæ Comitissæ an. 1025. in Bullario Casin. to. 2. p. 77. *Bonifacius marchio jugale & mundoaldo meo.* Vide Ughellum to. 1. part. 2. p. 371. to. 3. p. 785. &c. Statuta MS. Caroli I. Reg. Sicil. c. 141. ubi de feminis deceptis: *Mais il puet a oir la presence d'autres juges, ou de lor modoals, ou de lours parens*, &c.

Mundualdum, idem quod *Mundiburdum*. Charta Ugonis & Lotharii Regum Italiæ c. 934. apud Ughellum to. 2. p. 123. *Constituimus ut — omnia sub nostræ tuitionis mundualdo, quieto ac pacifico ordine habeant atque possideant.* Alia Lamberti Imperatoris an. 898. ibid. p. 124. *Eam recipientes sub nostræ tuitionis mundualdo, &c.*

MUNDUS, vulgò *sæculum*, *le Siecle*. Epitaphium Afrodites Christianæ laudatum à Grutero p. 1177. & à J. Sponio in Itin. p. 14. *Restitit hæc mundo, semper cœlestia quærens, &c.* Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 31. *Habet mundus veredarios, commentarienses, — habet Ecclesia acolytos, lectores, &c.* Ita apud Palladium in Hist. Lausiaca c. 54. κόσμος usurpatur pro eo quod *sæculum* Latini Patres vocant. Ἠρώτα ἡμᾶς τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πραττόμενα. Hinc Κοσμικὸς, apud eundem Palladium cap. 61. 68. & alios, qui Latinis

Mundialis, Sæcularis. Glossæ Isid. *Mundialis, homo mundi statu.* Leg. *in mundi statu.* Prudentius Peristeph.

Ductor aulæ mundialis ire ad aram jusserat.

Mundiales historici, apud Sulpitium Severum l. 2. Hist. Utuntur præterea S. Hieronym. Epist. 17. Rusticus Episcop. Burdegal. in Epist. ad Eucherium, Victor Utic. lib. 3. Salvianus lib. 1. de Gub. Dei, Joan. Diac. in Vita S. Gregor. PP. Odo Cluniac. in Vita Geraldi l. 2. c. 1. Theoder. Mon. in Hist. Invent. S. Celsi Episc. Trevir. c. 1. num. 10. Wolfardus Presb. lib. 2. de Vita S. Walburgis cap. 3. n. 17. Eadmerus lib. 2. Vitæ S. Anselmi Cantuar. cap. 38. Concil. Hispal. II. c. 1. 3. Gildas de Excidio Britan. Philippus Eystetensis in Vita S. Willibaldi c. 7. Vita S. Aviti Episcopi Viennensis n. 4. Vita S. Pauli Episcopi Virdun. c. 1. &c. Ἄρχοντες κοσμικοί, in Constit. Apostol cap. 23. *Sæculares potestates*, Dionysio Exiguo, &c. Apud Tolosanos, *Moundi* vocantur, præcipui è civitate adolescentes delicatè vestiti & viventes, quasi *mundiales*.

Mundialitas. Arnoldus Lubecensis lib. 3. cap. 9. de Monachis: *Refrixit caritas, subintravit mundialitas.*

Mundialiter, apud Fulbertum de Ortu S. Mariæ.

Mundalia, apud Ruricium lib. 2. Epist. 42.

MUNDICORDIS, unica voce, Mundus corde, in Vita Alcuini n. 9.

MUNECMA Fragmentum Petronii: *Tu læticulosus, nec munecma arguta suasus fictilis.*

MUNERA. Ademarus Cabanensis in Abbatibus S Martialis Lemovic. de Abbate Stephano: *Hic composuit super altare Salvatoris Ecclesiam ex auro & argento, quam vocant Muneram.*

MUNERARE. Honorare. *Honore Principatus muneramus*, in l. 3. Cod. Th. de Princip. agent.

MUNERARIUS. Gloss. Gr. Lat. Φιλότιμος, *Ambitiosus, munerarius, liberalis.* Eædem Glossæ: Ἀγωνοθέτης, *Munerarius*, id est, *qui gladiatorium munus impendit*, in leg. 2. Cod. Th. de Gladiator. Cujus vocis primum auctorem facit Augustum Quintilianus lib. 8. Vide Columellam lib. 7. c. 7. Hieron. Epist. 26. *Munerarius pauperum & egentium candidatus, sic festinat ad cœlum.* Et Passionem S. Mariæ Mart. num. 4.

MUNERBA, Lagenæ vel urcei species. Itinerarium S. Willibaldi: *Quando erat in Hierusalem, emebat sibi balsamum, & replevit unam munerbam. Tulit igitur unam munerbam quæ fuit concava, & habuit calamum; & illam replevit de petræ oleo, & fecit intus in munerbam, & secuit illam cannam parvam munerbæ, ita ut in margine ambæ similes essent, & sic claudebat os munerbæ.*

MUNERIUS, Molendinarius, ex Gallico *Musnier*. Occurrit in Tabulario Ecclesiæ S. Laudi Andegavensis, f. 92.

MUNIACI. Papias: *Munia, officia civitatum, tributa. Muniaci, Regis Consiliarii.* Glossæ antiquæ MSS. *Muniaces, Regis Consiliarius.*

MUNICEPS, Πολίτης, in vett. Glossis. Will. Brito in Vocab. MS. *Municeps, & Municipalis & Muniparis, omnia dicuntur in eodem sensu: hoc enim nomine censentur Castellani in municipio nati & permanentes, & etiam milites stipendiarii, qui pro custodia municipii munia capiunt, & etiam originales, &c.* Certè pro *Castellanis*, seu Castellorum præfectis, non semel usurpat Ordericus Vitalis, lib. 4. p. 532. *Guillelmum de Firmitate, aliosque Regis Municipes expugnant & ejiciunt.* Lib. 11. p. 805. *Consul de Mellento per partem Yvonis, qui Municeps erat & Vicecomes, & Firmarius Regis, callidè intravit.* Et p. 822. *Alii quoque Municipes per totam Normanniam à Duce absoluti sunt, eoque annuente, ante omnia, reddentes municipia, triumphatori reconciliati sunt.* Adde p. 807. 818. 853. 856. 857. *Castrorum municipes vel domini*, apud Hariulfum lib. 4. Chron. Centul. cap. 21. initio. Vide Gibertum lib. 1. de Vita sua c. 7. & Galfridum Monemuthensem lib. 2. c. 4. Vide *Munio*.

Munici-

Municipatus, Castellania. Idem Ordericus lib. 4. pag. 522. *Hugoni verò de Grentemaisnilio municipatum Legrecestræ commendavit.*

Municeps, *Telonearius*, *minister*, *vel civis*, in Glossis Isonis Magistri.

MUNITIUM, Joann. de Janua. *Obsidio*, *unde*, inquit, *in* 4. *Regum dicitur* : *Rex Assyriorum non ingredietur urbem hanc*, *nec circumdabit eam munitio.* Vulgatæ Editiones habent *munitionibus.*

Munitium, etiam dixit Guillelmus Apul. lib. 5. de Gestis Norm.

— Sed præsidiis munitia tuta
A Duce dimissis, *Castelli jura negavit.*

MUNIEI, Chronicon Andrense : *Anno* 1161. *præfato Domino Petro Munié*, *id est*, *parvo*, *ad regimen hujus loci divinitus*, *sicut credimus*, *transmisso*, *&c.* Legendum videtur *munio*, id est, Monachulus : quippe Picardi pueros chorales symphoniacos *Moiniots* vocant.

MUNIFICES. Milites gregarii *qui munia facere coguntur*, diversi à *Principalibus qui privilegio muniuntur*, apud Vegetium lib. 2. cap. 7. Ammianus lib. 16. *Munificis militis & fortuito cibo contentus.* Glossæ. vett. *Munifex*, λειτεργος. Glossæ antiquæ MSS. *Munetarius*, *munera dans*, *Munus facit*, *i. officium aliquod.*

MUNIFICATIO, Munus, *munerum* præbitio. Isidorus Pacensis Episcopus in Chronico æra 750. *Diversisque munificationibus remunerando sublimant.*

MUNIFICIA, pro *munificentia*, nisi ita legendum sit, in Hist. Translationis SS. Ragnoberti & Zenonis cap. 18. *Qui tantis munificiarum suarum rebus exornando Ecclesias Dei*, *&c*,

MUNIMEN *villa.* Historia Archiep. Bremensium an. 1142. *Concessit etiam omnes colonos Ecclesiæ ab omni censu*, *expeditione*, *villæ vel urbis munimine & petitione precaria immunes & liberos.* Vide *Fossatum*, *Muragium.*

Munimina, *Monimina*, *Municiones*, Privilegia, Præcepta, Diplomata Principum pro Ecclesiis & in earum favorem, quòd iis eæ *muniantur* adversus invasores bonorum Ecclesiasticorum. Charta Ludov. Ultramarini Reg. an. 948. ex Tabulario Humolariensi : *Isdem verò Comes nostræ ditionis eandem* (Abbatiam) *obtulit*, *ea scilicet ratione*, *ut præcepto nostræ auctoritatis ita hanc muniri juberemus*, *quò absque ulla omnino diminutione*, *& sine alicujus subjectione Abbati regulari concessa inviolabilis in perpetuum permaneret.* Charta Karlomanni Regis ex Tabulario S. Cruci Pictav. *Munimina Chartarum.* Petr. Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 70. *Simul etiam & munimina nostra secum deferens.* Cap. 89. *Revolvite Casinensis Cœnobii munimina*, *ejusque libros perscrutate.* Vide eund. cap. 111. Notitia Judicati sub Conrado I. Imp. apud Ughellum to. 7. pag. 1417. *Ostenderunt ibi in judicio monimen unum*, *id est*, *doctum* (leg. *documentum*) *de prædicta Ecclesia*, *&c.* Occurrit non semel in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 35. §. 1. 2. in Capitulari Adelchisi Principis Beneventani cap. 4. 7. & in Capitulari Radelchisi Princ. cap. 18. 21. apud Falconem Benevent. in Chr. pag. 221. in Chronico Benevent. S. Sophiæ p. 602. 605. &c. in Chronico Farfensi p. 653. 656. &c. apud Ughellum to. 1. p. 1100. &c.

Munitio, apud Gregor. M. lib. 12. Epist. 2. lib. 3. Epist. 43. lib. 9. Epist. 24. Charta Pandolphi Ducis Benevent. in Chron. S. Sophiæ : *Ut concederemus in eodem Monasterio cuncta — de quibus petiit à nostra Excellentia munitionem fieri*, *&c.* Hinc emendandæ, ni fallor, Glossæ Isidori : *Mulitiones*, *ardianum*, *ferretum*, *sive constitutionis.* Sic enim legendum puto : *Munitiones*, *archivum*, *secretum*, *constitutiones.*

Munimentum. Matth. Paris : *Episcopus itaque cùm munimentorum inspectionem habere non potuit*, *&c.*

MUNIONES, Defensores munitionum. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 739. *Pugnaces urbis muniones pondus Turcani belli tota die sustinere*, *&c.* Lib. 10. *Belesmensis itaque munio ad hæc promptus oppida nova condidit*, *& antiqua præcipitibus fossis cingens ad modum firmavit.* *Custodes munitionis*, qui mox *muniones*, lib. 11. pag. 806. *Simonialis munio*, de quodam Abbate simoniaco, pag. 817. & lib. 12. *Robertus de Candos munio Regii dangionis.* Lib. 13. pag. 907. *Dum in arcem Sappi impetum facerent*, *& muniones illius acerrimè resisterent*, *&c.* Vide *Municeps.*

MUNITORIA, *Præcinctoria*, *succinctoria*, in Glossis Isid. Joann. de Janua : *Munitorium*, *locus in quo sunt munimenta*, *vel ipsum munimentum.* Gloss. Lat. Gall. *Munitorium*, *Garnisons*, *lieu de Garnisement.*

MUNSTERIUM, *Munsterialis.* Synodus apud *Celchyt*, an. 816. can. 2. *Sicut in libro munsteriali habet.* Et mox : *Per munsterium.* Et can. 11. *Aliquid alterius munsterii ad se pertrahere.* Sed opinor legendum *Ministerium*, *Ministerialis*, nisi idem sit quod *Monasterium*, Gall. *Monstier.*

MUNTMAN. Vide *Mundman.*

MUNUS, Ipsum Christi corpus mysticum, quod offertur per commemorationem veræ illius oblationis. Canon missæ : *Supplices rogamus & petimus*, *uti accepta habeas hæc dona*, *hæc munera*, *hæc sancta sacrificia illibata*, *&c.* Rationem reddit ejusce appellationis Hildebertus Episc. Cenomanensis, de Officio Missæ :

Munera sunt, *quoniam Deus hîc donatur*, *& inde*
Munerat auctorem, *cui dedit auctor eas*, *&c.*

Stephanus PP. in Epist. ad Pipinum to. 3. Hist. Franc. *Et munera sancta*, *id est*, *corpus Domini nostri J. C. in suis contaminatis vasibus*, *quos folles vocant*, *miserunt.* *Munerum illatio*, in Concilio Valentino Hisp. an. 1254. cap. 1. Greg. Tur. lib. 7. Hist. c. 32. *Adprehende pallium altaris*, *quo sacra munera conteguntur*, *ne hinc abjiciaris.* Idem de Vita PP. cap. 16. *Ventumque est ut sanctum munus*, *juxta morem Catholicum*, *signo crucis superposito benediceretur*, *&c.* Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini :

Immaculata Deo cùm dona imponeret aræ,
Et Pater attonitus ceremonia diva sacraret,
Munera vel Christi bene diceret ore Sacerdos.

Othlonus lib. 2. de Vita S Bonifacii Arch. Mogunt. *Attamen in Ecclesia*, *dum ad Communionem venerit*, *post omnium suppletionem erit ingressurus ad participandum munus.* Concilium Lemovicense an. 1031. sess. 1. *Facto consilio*, *cum ad horam confractionis dominici corporis venisset*, *atque ex more Archiepiscopus benedictionem populo funderet*, *super B. Martialis nomine mentionem interseruit*, *ita dicens* : *Benedicat & custodiat vos omnipotens Deus*, *domumque hanc sui muneris præsentia illustrare*, *atque suæ pietatis oculos super eam die & nocte dignetur aperire*, *amen.* Ubi Editor ad marginem perperam *numinis* reposuit. Anast. Bibl. in Hist. Eccl. in Leone p. 133. *Comedentes*, *de sacris muneribus participabantur.* Ubi Theoph. Ἐσθίοντες μετελάμβανον τὴν ἁγίαν δωρεάν. Adde Gregor. M. lib. 4. Dial. c. 60. Capitula Car. M. lib 7. c. 327. & lib. 1. Sacrament. Eccl. Rom. c. 80. &c. Vide *Donum.*

Munus Ecclesiasticum, *Munus rogificum.* Charta Edmundi Regis Angliæ to 2. Monastici Anglic. pag. 838. *Quinque mansas — in hæreditatem* (Athelnodo Ministro) *concedo*, *ea tamen ratione*, *ut omni anno in solennitate S. Martini*, *ad vetustam Ecclesiam beatæ Dei Genitricis*, *in Monasterio Glastingensium*, *quinque congios celiæ*, *& unum ydromelli*, *& triginta panes cum pertinentibus pulmentariis*, *& quinque congios frumenti reddat* : *insuper & omne sacrificium*, *quod nos dicimus Munus Ecclesiasticum*, *& opus Ecclesiasticum*, *& munus rogificum ab omni familia illius terræ reddatur*, *&c.* Ubi utrobique perperam *minus*, pro *munus*, editum.

Est

Est autem *munus Ecclesiasticum*, panis qui benedicitur, ex quo particula desumitur ad sacrificium: *Rendre le pain-benit*. Quid sit autem *munus regificum*, nondum percepi.

Munus, Beneficium, feudum. Marculfus lib. 1. form. 12. *Dedit igitur prædictus vir ille per manum nostram jam dictæ conjugi suæ ill. villas nuncupatas ill. sitas in pago ill. quas aut munere Regio, aut de alodio parentum, vel undecunque ad præsens tenere videtur, &c.* Ubi Bignonius *munere Regio*, per beneficium Regis, quod postea feudum dictum est, interpretatur. Guntherus lib. 1. Ligurini:

Si patris dominum vassalli filius acri
Læserit offensa, festinet providus illum
Conciliare pater. Quod si contemnet agendum,
Munere privetur. Si verò audire monentem
Filius indomita neglexerit aure parentem,
Non erit in feudo successor idoneus illo,
Ni priùs accensam Domini placaverit iram.

Per munus triplex simoniacus. Landulphus de S. Paulo in Chronico Mediolan. cap 9. apud Ughellum to. 4. p. 179. *Et illico apprehendit cappam Grosulani* (Archiep. Mediolan.) *ipsamque quassavit, dicens, Iste Grosulanus, qui est sub ista cappa, & non de alio dico, est simoniacus de Archiepiscopatu Mediolani per munus à manu, per munus à lingua, per munus ab obsequio.* Conc. Aquisg. an. 816. c. 38. ubi de simonia: *Aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus quippe ab obsequio est subjectio indebitè impensa: munus à manu, pecunia est: munus à lingua favor.* Epistola Episcoporum Synodi Carisiac. ad Ludov. II. c. 12. *Munus enim est à lingua, favor: munus à manu, donatio: munus ab obsequio, indebita subjectio.* Goffridus Vindocin. Opusc. 10. ita triplicem simoniam definit: *Simoniam à lingua, simoniam à manu, & simoniam ab obsequio.* Mox addit, ubi de Abbatum consecrationibus quæ fiunt ab Episcopis, muneribus acceptis: *Est à lingua, cùm publicè tractatur illa promissio: fit à manu, quando charta, quæ continetur, scripta ponitur super altare: fit ab obsequio, cùm ipsum malè promissum subjectionis obsequium servatur.* Vide Petrum Damian. lib. 2. Epist. 3 initio, Gregorium VII. Pp. lib. 6. Ep. 34. Steph. Tornac. Ep. 51. & Sibertum Priorem S. Pantaleonis p. 525. & p. 530. ubi *trivium simoniæ* dicitur.

MUNUSCULARIUS, Ugutioni, *Qui pro munere servit, vel qui munus dat.* Unde Augustinus de Civit. Dei: *Tanquam munuscularios vectigalium conductores. Munuscularios* vocat Joan. Sarisberiensis lib. 3. Policrat. c. 11. 12. qui datis muneribus Magnatum favorem captant.

MURA, Specula. Monachus Paduanus lib. 1. Chron. an. 1252. *Fossatis magnis districtum suum circumdederat, & super ipsa fecerat speluncas, quas Marchiani* (incolæ Marchæ Trevesinæ) *muras appellant, in quibus erant die ac nocte speculatores.* Ubi videtur legendum *minas*. Vide in hac voce, & in *Merulum*.

MURAGIUM, Vectigal ad muros urbium ædificandos, aut reparandos, ut *Pontonagium* ad pontes reficiendos. In Addit. ad Matth. Paris pag. 132. *Si Rex concesserit alicui civitati vel burgo, quòd possit accipere muragium, vel aliquibus novum concedat telonium.* Fleta l. 1. c. 20. §. 84. *De civibus & burgensibus capientibus muragia sibi à Rege concessa aliter quàm facere deberent.* Lib. 2. c. 50. §. 31. *Qui muragium ad villam claudendam gravius repererint, quàm concessum fuit.* Monast. Anglic. to. 1. p. 722. *De muragio, pontagio, pannagio, pavagio, passagio, &c.* Occurrit iterum p. 922. 993. & to. 2. p. 827. Istius pensitationis ad muros perficiendos mentio est apud Senatorem l. 9. Ep. 14. *Pro reparatione murorum pecunia diversis Provincialibus dicuntur exorta, cum tamen nulla exinde surrexerit probatio constructio.* Operatio murorum dicitur in Monastico Angl. to. 2. p. 286. 627. Usatica Regni Majoricarum MSS. *Statuimus in posterum quòd omnes homines nobilium sive capitalium, & ordinum Clericorum & Militum — mittant & solvant partem suam ex bonis suis in reparandis & operandis muris & vallis civitatis Majoricarum, & in talabus, & armamento maris & terræ, ad defensionem civitatis & regni Majoric.* Charta Jacobi Regis Majoric. ibid. *Volentes providere reparationi & muri civitatis nomine Feassæ, — de rebus vel mercibus ascendentibus ad quantitatem 20. sol. & ultrà donent denarium Dei de mercibus de quibus consuetum est dari.* Conc. Avenionense an. 1209. cap. 8. *Prohibemus ne ab Ecclesiis seu Religiosis domibus & Ecclesiasticis personis, sicut in quibusdam locis huc usque præsumptum audivimus, vicesimam partem annuorum redituum in posterum ratione murorum, vel aliqua occasione laïci extorquere præsumant.* Vid. leg. 34. Cod. Th. de Op. publ. & novellam Theod. & Valent. de Pantapolis, & Harmenopal. lib. 2. tit. 5. §. 6. &c.

MURALE. Ugutio: *Murale, idem est quod murus*, Galli *Muraille*, Italis *Muraglia*. Henric. Huntindon. l. 8. p. 392. *Resonabant colles, resonabant urbis muralia.* Gerv. Tilleberiensis de Otiis Imp. MS. *Ex tunc ergo* (Carolo M. regnante) *apud Latinos est terminata Græcorum potentia, Romanque nomen accepit amissum, non dominium, modico tamen contenta termino, non caput orbis, ut assolet: sed umbra vetusti capitis dici potest, quòd sic ab omni potentia evacuatur, quodque frenæ totius urbis tenuerat, nunc sua muralia cohibere non sufficit.* Ægid. Corboliensis l. 1. Karolini MS.

— aptuque pedis muralia nutant.

Idem lib. 3. de Medicaminib.

Incumbit pelago, suaque muralia radit.

Muralis, in Notis Tyronis p. 163.

MURAMEN. Murus Italis, *Muramento*. Charta an. 1239. *Ita quòd perpetuo muramine inclusæ* (Monachæ) *maneant.* Vide *Murata*.

MURARE Murum circumducere, muro oppidum munire. Concilium Narbonense sub Recaredo an. 598. *Die dominico nullam operam faciant, nec boves jungantur, excepto si in murando necessitas incubuerit.* Ubi quidam reponunt *metendo*. Will. Brito lib. 10. Philippid.

Protinus Andegavim nullo munimine cinctam
Ingressus, lapide incœpit murare quadrato.

Itali *murare*, *fabricar muri*, ædificare, struere, muros ducere dicunt. Vide *Murus*.

MURARII, Murorum artifices Eginhardus an. 821. *Cùm — eum ad castella sua munienda artifices & murarios mittendo juvaret, &c.*

MURARIUM. Gloss. Græco-Lat. Τειχᾶς, *Tritorium, Murarium*.

MURATA, Monasterium, propriè Sanctimonialium, muris undique obseptum, claustrum. Vita S. Justinæ de Aretio n. 3. *Ad quamdam Muratam, quæ tunc temporis juxta Ecclesiam S. Antonii facta erat, in qua sorores aliquæ Deo servientes, accessit.*

Murata, vox Italica, pro burgo muris clauso. Bulla Urbani VI. PP. apud Ughellum to. 2. p. 477. *Cum Ecclesia cathedralis — posita sit & inclusa in citadella seu fortalitio, aliàs vulgariter murata nuncupato, &c.*

Muratio, eadem ferme notione. Brompton. in Stephano Rege: *Ego verò de castris & murationibus meis securitatem talem Duci — consilio sanctæ Ecclesiæ feci, ne Dux me decedente per hoc damnum aut impedimentum regni incurrat.*

MURATUM, Murus. Acta Synodi Cicestrensis an. 1157. *Ipsum Hugonem in quodam castro suo, — obsedit.*

obsidit, valloque & castris undique circumsedit, omnemque illi egrediendi spem murato intercluysit. Sic enim ibi legendum.

MURATOR, Confector murorum, Mamotrectus ad 4. Reg. c.25. *Trulla, instrumentum cementarii, sive muratoris.* Acta Episcoporum Cenoman. p.289. *Vineam quoque & muratum juxta altare positum, nullum Deo & sanctis ejus dans honorem violenter abstulit, &c.* Ubi videtur sumi pro Cancello altaris.

MURCUS, Segnis, ignavus, mutilus. Iso Magister in Gloss. ad Prudentium: *Murcus, qui præcisum habet nasum.* Ammianus lib.15. *Nec eorum aliquando quisquam, ut in Italia, munus Martium pertimescens, pollicem sibi præcidit, quos jocaliter (al. localiter) murcos appellant.* Innocentius I. PP. Epist. ad Felicem Nucerianum Episc. *Scripsisti in his Clericos quos constituas, non habere, aliquos verò murcos, aliquos bigamos esse.* *Murciam segnitiem Deam* statuit Arnobius lib.4. adv. Gentil. Hinc *Murcidus*, pro ignavo, apud Plautum & al. & *Murcinarius, mutilus*, in Glossis Isidori. Vide l.5. Cod. Th. de Tyronib. & ibi Jac. Gothofredum, præterea Menagium in Amœnitat. Juris p. 12. Edit. Martini.

Murcare ungues, Resecare ungues, apud Monachum Sangallensem lib.1. c.34.

MURDRUM. Vide *Morth.*

MURELDEN. Charta Waldemari Regis Daniæ an.1326. apud Pontanum lib.7. Rerum Danic. p.443. *Si aliquis incausatus fuerit quòd alecia in aquis emerit, ipse tertia manu se purgabit, & hac de causa convictus Advocato nostro tantum tres murelden tamen emendabit.*

MUREMIUM. Vide *Materiamen.*

MURENÆ, *Murenulæ*, Mulierum ornamenta aurea, quibus metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena collum cingebatur, ut scribit D. Hieronymus Epist. 15. & ex eo Isidorus lib.19. Orig. c.31. Gillebertus Episcop. London. in c.1. Cantici Canticor. num.10. *Murena piscis est, sed proceritate decorus, colorisque varietate conspicuus: unde dicuntur Murenulæ catenæ ex auro fabrefactæ, quæ collo circumdatæ protenduntur in longum, & annexæ monili hoc immobiliter fasciæ pectorali restringunt.* Auctor Mamotrecti: *Murenula, est catena in ornatum colli, ex virgulis auri & argenti, & contexta in similitudinem murenæ piscis.* Leges Angliorum tit. 6. §.6. *Murenas, nuscas, monilia, inaures.* Willeramus Abbas in Cantica Canticorum.

Auri murenas argento vermiculatas
Nos tibi nectemus.

Murenulæ. Moses lib.4. c.31. *Periscelides, & armillas, & annulos, & dextralia, & murenulas.* S. Hieronym. Epist. 15. ad Marcellam: *Aurum colli sui, quod quidem murenulam vulgus vocat, quod scilicet metallo in virgulas lentescente, quadam ordinis flexuosi catena conteritur, absque parentibus vendidit.* Idem Hieronym. in c.3. Isaiæ: *Et murenulas, quæ auri atque argenti texuntur virgulis.* Gregor. M. in Cantica Cantic. c.2. *Murenulis monilia collo ligantur*, Gregorius Turonens. de Gloria Confess. c.33. *Annulos murenulasque aureas.* Willel. Tyr. lib.18. c.31. *Murenulæ, inaures, periscelidæ, &c.* Ubi vetus Interpres Gallicus murenulas, *Mousches fermaux* vertit. *Murenas & murenulas aureas* inter Basilicarum ornamenta non semel recenset Anastas. In Leone III. & Greg. IV. *Murenulas prasinales pretiosissimas duas.* Item: *Murenam trisilem auream, quæ habet buticulas 33.* Item: *Murenam in qua pendent gemmæ hyacinthinæ 13.* Item: *Murenam filatam.* Item: *Murenas tres: omnes morenas cum pettinante eorum.* Erant, inquit Bulengerus, monilia oblonga *murenarum* instar. *Pettin autem* vocat radiolos pectinatim intextos.

MURES, *Eminens saxum*, in Glossis antiq. MSS.

MUREZNUS. Fori Oscæ an.1247. fol.26. *Si villanus, qui habet domos prope murum, in muro trabes fixerit, debet ipsum murum cum ipsis mureznis, quoties necesse fuerit, reparare.* Infrà: *Nullus debet in hæreditatem suam construere castrum, — nec minutionem cum mureznis.* Vide Foros Aragon. fol. 145.

MURGISSO, *Callidus, murmurator, irrisor, illusor.* Papias.

MURICEPS, Felis, qui *mures capit.* Gloss. Ælfrici: *Muriceps vel musio, murilegus*, Cat. Petrus Diac. lib.4. Chron. Casin. c.98. *Paratos esse ex toto ante se canum, muricipum, & equorum carnes comedere, quàm, &c.*

Muriceps, Avis quæ mures capit. Pœnitentiale MS. Thuanum: *Si tunc avis illa, quæ Muriceps vocatur, eò quòd capiat mures, & modò Pascata nominata est, &c.*

MURICINUS. Charta Amati Archiep. Salernitani apud Ughellum tom.7. p.506. de quadam Ecclesia: *In hanc Salernitanam civitat. intùs muro & muricino, &c.* Italis *muriccia* est acervus lapidum: *muricio* verò & *muriciovolo*, parvus murus.

MURILEGULI, Κογχυλευταὶ, in Gloss. qui legendis conchyliis, seu murice, vel purpura, ad fucationem, seu ad colorandam & tingendam blattam sericam & metaxam in usus Principis, operam dabant, de quibus copiosè agit titulus Cod. Th. & Justin. *de Murilegulis*, ubi & *Conchyleguli* dicuntur. Vide ibi Cujacium & Jacobum Gothofredum.

MURILEGUS, Felis. Glossæ Isid. *Murilegus, Catus.* Gloss. Ælfrici: *Muriceps, vel, musio, murilegus*, Cat. Ugutio: *Murilegus, catus vel cata, quia legit, i. colligit mures.* Unde quidam:

Murilegus bene scit, cujus gernobada lambit.

Ebrardus in Græcismo c.19.

Sed catulus latrat: hinc murilegusque catillat.

Matth. Silvaticus: *Cattus, vel Murilegus.* Adde Nicolaum Uptonum lib.4. de Militari officio, p.167. Odoricus de Foro-Julio in Peregr. T. S. *Canes illic capiunt mures, quia murilegi, seu cati, nihil ad hoc valent.* Utitur etiam infra. Ordericus Vital. lib 10. *Porro leopardi rependo velut murilegi murum transiliverunt.* Fori Oscæ Jacobi I. Reg. Aragon. an.1247. fol. 34. *Est tradendus Curiæ loci, quæ ipsum nudum murilego suspenso in collo ex parte posteriore duci faciat ab uno ostio civitatis usque ad aliud; & cædi corrigiis isto modo, quòd latro & murilegus æqualiter feriantur, &c.* Adde Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ, c.25. Falconem Beneventan. p.163. &c.

Murilegus, apud Knyghtonem lib.3. p.2535.

Murelegina pelles, in Statutis Abbatum Nigri Ordinis an.1249. *coopertoria sint de albo vel nigro panno, vel de russeto, cum pellibus agninis albis vel nigris, aut murelegints, aut vulpinis.* Julius Scaliger exercit. 215. in Cardanum: *Murilegos, Feles appellat: hanc vocem apud Plinium non memini, sed ne analogiam quidem habet. Longè diversa res, legere, & rapere. Montani vulgi nostri vocabulum est, neque felem significat, sed felis prædam soricem, eumque nonnisi parvum, & à reptione qua muros superat: aut quasi pusillum murem, translatis elementis.*

Murilegus, Catus, machina quam *Catum* vocant. Willel. Brito lib.1. Philipp.

Crati-

Cratibus interea, pluteis, & robore crudo,
Murilegus struitur, sub quo secura lateret,
Dum studet instanter fossas implere, juventus.
Vide *Catus*.

MURINA, κωματεῖον, in Gloss. Gr. Lat. Vide *Mus*.

MURIONES. Gregorius Turon. lib. 9. c. 14. *Exurgens turba murionum præfatorum, tanta eos in ipsa sancti Hilarii Basilica cæde mactavit, &c.* Suprà c. 40. dixit, *congregatis secum furibus, homicidis, adulteris, omniumque criminum reis, &c.* Putat Vossius legendum *Miriones*, quæ vox occurrit apud Tertull. lib. de Præscript. *Attius* apud Varron. lib. 6. de Ling. Lat. ita appellari ait *personas distortis oribus*. Glossæ Isid. & Pithœi: *Miriones, Miratores. Miriones, fantasiarum inanium numeratorum (miratorum) imitatores.*

MURMURIUM, pro *murmur*. Vita S. Bertilæ c. 2. *Absque murmurio studebat adimplere omnia quæ sibi fuerant injuncta.* Ita in Regula S. Benedicti MSS. Codicibus c. 5. legi observant viri docti. Vox etiam nota S. Augustino. Occurrit præterea in lib. 2. Miracul. S. Rictrudis n. 80.

Murmuriosus, in eadem Regula S. Benedicti c. 7. Glossæ veteres: *Murmuriosus*, γογγυστής. Kero Mon. *Murmuriosum, murmulontan.*

MURRENA, Lues, Anglis *murraine*. Hen. Knyghton. lib. 5. *Murrena damarum, ferarum.* Vide *Morina*.

MURRET, *Leviter destillat.* Ita Papias MS. ubi editus habet *mueret*.

MURRETUS, *Muretus*, Xerampelinus color, pullus & ater, ex Anglico *Murrey*. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Item baudekinus murretus cum rotis & floribus, de dono Reginæ. Item baudekinus murretus cum griffonibus. — Item 2. baudekini murreti cum rotis & griffonibus duplicibus, &c.* Alibi: *Item pannus cum campo murreto per partes, & aureo per partes, cum griffonibus.*

MURREUS. Vide in *Mazer*.

MURTA, Myrthus, apud veterem Agrimensorem.

MURTIPHLO, Flos cordis. Ita Guntherus in Hist. Constantinop. c. 8. ubi de Alexio Duca Imp. CP. cognomento Μυρτζοῦφλῳ: *Consilio cujusdam cognati sui, nobilis quidem viri, sed perfidi, qui Murtiphlo, id est, Flos cordis, in gente illa vocabatur.* At Nicetas in Isaac & Alex. n. 4. Alexium ita appellatum scribit, ἐκ τοῦ συμπεπτωκέναι τὰς ὀφρῦς, καὶ οἷον ὀφθαλμοῖς ἐπικρέμασθαι. *Morcuflex* dicitur Villharduino n. 116.

MURUS, Carcer. Concilium Tolosanum an. 1229. c. 11. de hæreticis: *Ad agendam pœnitentiam per Episcopum loci in muro cum tali includantur cautela, quòd facultatem non habeant alios corrumpendi.* Consilium Archiepiscopi Narbon. in Concilio Biterrensi, c. 35. *Bona quoque hæreticorum & credentium, vel pro hæreticis, vel ad murum, faciatis similiter confiscari.*

Immurare, Carcere includere. Concilium Narbonense an. 1235. c. 9. *Quia tamen intelleximus vos de his tantùm in pluribus partibus multitudinem* (hæreticorum Albigensium) *invenisse, ut nedum expensæ, sed vix etiam lapides aut cæmenta sufficere possint ad carceres construendos, consulimus ut eorum immurationes, ubi expedire videbitur, differatis.* Nos dicimus, *Mettre entre quatre murailles.* Mandatum Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1302. ad Senescallos Tolos. & Carcasson. in 12. Reg. ejusd. Regis Chartoph. regii n. 16. *Mandamus vobis quatenus carceres nostros, Muros ad custodiam detentorum pro crimine hæresis vulgariter appellatos, in solo nostro constitutos, &c.* Adde Consilium Archiepiscopi Narbonensis in Concilio Biterrensi an. 1246. c. 22. 23. 25. 26. & Gariellum in Episcopis Magalonensibus p. 276. Utitur etiam Thomas Walsinghamus p. 464.

Murus antepectoralis. Vide *Anpits*.

Muris Ecclesiasticis excludi, Excommunicari, apud Facundum Hermianensem lib. 6. cap. ult. & alibi.

MURUSCULUM, *Bellicum machinamentum, unde muri dissolvuntur, unde & dicitur.* Papias.

MUS *peregrinus*, Mus Ponticus, *Hermine*. *Peregrini muris pellicula*, apud S. Hieron. lib. 2. contra Jovin. Idem Epist. 8. ad Demetriadem: *Cincinnatulos pueros, & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas — virgo devitet.* *Renonem de pretiosis pellibus peregrinorum murium*, apud Ordericum Vital. lib. 4. p. 535. *Pelles silvestrium murium*, apud Ammianum lib. 31. Guibertus lib. 3. de Vita sua c. 5. *Cui etiam cum pacta pecunia tunicam ex peregrino mure pelliciam, quam Renonem vocitant, puerorum mater misit.* Vide Dissertationem 1. ad Joinvillam.

Murina, Pellis muris Pontici. Alcuinus in Poëmate de Carolo M.

Lactea quippe ferunt pretiosam colla murinam.

Quidam legunt *murenam*, de qua voce suprà: sed potior videtur *murina*, pro pelle collum ambiente; cujusmodi Roberto Regi tribuit Helgaudus, quod *ornamenta pellium à collo dependentium* vocat p. 65. & 70. *Mure* dicitur in Poëmate MS. de Expugnata Hierosolyma à Tito:

La Seneschaus i vait, s'ot la mure anfautrée,
Vestus d'une pelice richement agolée.

Est etiam *Murina*, lapidis pretiosi species, de qua Isidorus lib. 16. Orig. c. 12.

MUSA, Instrumentum musicum, à *musa* dictum, nostris *Cornemuse*. Herodianus lib. 4. Πάσης τε μούσης ὄργανα πανταχοῦ διακείμενα ποικίλον ἦχον εἰργάζετο, *Omnifaria quidam rumenta.* Lib. 3. Miracul. S. Dionysii c. 7. *Cùm musica instrusticus irrefragabiliter musa caneret, &c.* Joan. Molinetus Valentianensis, *au Chappellet des Dames*:

Et d'instrumens dont j'oy les records,
Plus resonans que muse de berger.

Ejusmodi instrumento musico pro tuba in bellis ac præliis utuntur Hiberni, ut testatur Richard. Stanihurstius l. 1. de Reb. Hibernicis, à quo ita describitur: *Utuntur etiam Hibernici loco tubæ, lignea quadam fistula, callidissimo artificio fabricata: cui saccus ex corio compositus, & cingulis arctissimè complicatus, adhæréscit. Ex pellis latere dimanat fistula, per quam, quasi per tubum, fistulator, inflato collo, & buccis fluentibus, inflat. Tum pellicula aere farcta, turgescit: intumescentem rursus premit brachio. Hac impressione duo alta excavata ligna, brevius scilicet ac longius, sonum emittunt grandem & acutum. Adest item quarta fistula, distinctis locis perforata, quam buccinator ita articulorum volubilitate, quà claudendo, quà aperiendo foramina, moderatur: ut ex superioribus fistulis sonitum, seu grandem seu remissum, quemadmodum ei visum erit, facilè eliciat. Totius tamen rei prora & puppis est, ut aër per nullam aliam folliculi particulam, præter fistularum introitus, pervadat. Nam si quis vel acu punctum in culeo rimaretur, actum esset de isto instrumento, quandoquidem follis subito flaccesceret. Hoc genus sistri apud Hibernos bellicæ virtutis cotem esse constat. Nam ut alii milites tubarum sono, ita isti hujus clangore ad pugnandum ardenter incenduntur.* Ejusmodi γλωσσίδα τῶν αὐλῶν invenerunt Lydi, ut est apud Scholiastem Pindari Olymp. od. 5.

Musa, confectio quædam, opiata. Glossæ MSS. ad Alexandr. Iatrosoph.

Musa, pro *musivo* opere. Vide in *Musivum*.

Musa, seu μῦσα, inter ministeria sacra apud Græcos inferioris ævi, de cujus vocis notione consulendi Meursius in Gloss. & Leo Allatius lib. de Recentiorum Græcor. templis p. 149. & de concordia utriusque Eccl. p. 1604.

MUSANDINUS. Egidius Corboliensis qui vixit sub Philippo Aug. lib. 2. de Medicaminib MS.

Dulcia Threicii resonans modulamina vatis
Tange cheli, digituque fides percurre sonoras,
Largo Cirreï libamine pota fluenti,
Diva Musandinas evolve & differe leges.

Idem in proœmio ad librum de Urinis: *Ab hoc autem opere fugiant, qui planetici sunt, & discursores alienis fecibus imbuti, & à Musandino dogmate recedant alieni.* Idem:

Claude Musandini torrentes fluminis undas.

Ubi Gentilis de Fulgineo: *Id est, inundationes documentorum illius viri qui dictus est Petrus Musandinus, quem imitatus est Egidius.* Idem Egidius lib. de Pulsibus:

Verba Musandino maneant condita sapore.

Ubi Gentilis: *Id est, sapidis & sententiosis auctoritatibus Petri Musandini, qui fuit patronus & supremus opifex hujus facultatis, qui alium non habuit parem, nec habiturus est sequentem.* De Petro Musandino non meminerunt, opinor, qui de Scriptoribus Medicis scripserunt. Nisi quod is laudatur ab Arnoldo de Villa nova in Breviario practicæ, ubi Medicum Parisiensem fuisse ait.

MUSARABES. Vide *Mosarabes*.

MUSARDUS, Otiosus, piger, stupidus, fortè ex Germanico, *musi*, otium: aut ex *Musare*. Papias: *Musat, dubitat in loquendo, timet, murmurat. Musare*, Florentinis, est *stare senza far niente, come stupido*. Ita etiam *Muser* Gallis est otiari, vel rebus nullius momenti immorari. Adelbero Laudun. Episcop. in Carmine ad Robertum Regem:

Si musas celebres, clament musarde Sacerdos.

Ægidius *de Mets* in Mappa mundi MS. cap. 50.

Quant à la Ville fui revenus,
Des gens fui pour musars tenus,
De che que gyosai monter.

Joinvilla in S. Ludovico p. 6. *Ha foul musart, musart.* Guill. Guiart an. 1208.

Sont-il bien tous musars & nices.

Le Roman de Vacces MS.

Li Rois fu mult dolens, mult se tint à musart.

Le Roman de la Male Marastre. Et li Empereres dist, Mal de het au qui nous salve, maistre musart, & moult i estes hardes qui i estes venu en ma presence. Adde Christianum Pisanum lib. *de la Cité des Dames*, 1. part. c. 4. Hinc *Musardie*, segnities, stupiditas. Ægidius de *Viels maisons*:

Je ne voi point comment on peut baër,
Ne attendre à plus haut musardie,
Que de querir le bien là où n'est mie.

Guill. Guignevilla in Peregrinatione animæ:

En toy je ne voy que sotie,
Et nichetie & musardie.

Le Roman de la Violette:

Puis dist, Je vous ferai sçavoir;
Sire Vassaus, vo musardie.

Vide Menagii & Ferrarii Orig. Ital.

MUSATILIS *ars*. Vide in *Musivum*.

MUSCA. Auctor Mamotrecti ad 8. Judic. *Monile ornamentum quod dicitur musca.* Monasticum Anglicanum tom. 1. pag. 240. *Dedit unum aureum calicem, — & unam auream muscam pulcrè gemmis ornatam.* Vide *Musiarium*, & *Nusca*.

Musca in cerebro. Conradus Usperg. in Frider. I. an. 1167. *Principatum Ravennæ Conrado de Luzelinhart contulit, quem Itali Muscam in cerebro nominabant, eò quòd plerumque quasi demens videretur. Musca in cervello* appellatur in Actis Innocentii III. PP. p. 5. & apud Anonymum Casinensem an. 1193. Vide Scaligerum in Eusebium p. 201. 2. Edit.

MUSCARIUM, Μυοσόβιον, in Gloss. Lat. Gr. Gloss. Lat. MS. Reg. *Flavellum, muscarium*, Jo. de Janua: *Flabellum, muscarium, scilicet quo muscas abigimus.* S. Hieronym. Epist. 20. *Quod autem & matronis offertis muscaria, parvis animalibus eventilandis, &c.* *Moschetto*, Italis: *Moschetum*, in Statut. Mediolan. part. 2. cap. 457. Vide *Flabellum*.

MUSCATELLUS, Vitis species, ex qua vinum Apianum conficitur, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4. sic dicta, inquit Oct. Ferrarius, quòd *Muscæ* & apes hujusmodi uvas appetant.

MUSCATORIUM, idem quod Muscarium. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londinensis an. 1295. *Septem osculatoria, & unum muscatorium de pennis pavonum.*

Muscatoria, Emunctoria candelarum, *Mouchete*, vel *Emouchoir*. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 12. de Officio Refectorarii: *Sed & matas, supersedes, & muscatoria, & duciculos ad lavatorium, & ipsum lavatorium, quoties opus est, emundare.*

MUSCATUM. Vide *Muscus*.

MUSCERDA, *Stercus murium*. Papias.

MUSCETUS, Accipitris vel falconis species, quem alii *Fragellum* vocant, apud Albertum M. lib. 23. de Animal. & Anonymum de Natura rerum. *Muschetus*, dicitur Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 2.

MUSCHETA, Mosquea, Templum Mahumetanum. Will. Apul. lib. 3. Rer. Norman.

Glorificansque Deum, Templi destruxit iniqui
Omnes structuras, & quà muscheta solebat
Esse priùs, Matris fabricavit virginis aulam:
Et quæ Machameti fuerat cum dæmone sedes,
Sedes facta Dei, fit dignis janua cæli.

Bernardus de Breidenbach in Itinerario Terræ S. *His diebus quibus in muschetis congregantur, & quando præcipuas habent solemnitates, &c.* Nicolaus *Huen* in Itinerario Hierosol. *A la maison S. Anne a une tres-belle Eglise en l'honneur d'elle fondée : mais ils en ont fait une Musquette.*

MUSCHETTA, Telum quod balista validiori emittitur, apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 22. *Potest præterea fieri quòd hæc eadem balistæ tela possent trahere quæ muschettæ vulgariter appellantur.* Guill. de Guignevilla in Peregrinatione hominum:

Ne nuls tels dars ni puet messaire,
Combien que on i sache traire,
Malevoisine des sajettes,
Ne espringalle ses mouchettes.

Hinc fortasse nostris sclopetariæ machinæ, *Musquets*: nam ut à falconibus venaticis machinas tormentarias *Falcones* & *falconia* appellarunt; ita & *muschetas*, quo nomine dicuntur *sparvarii* masculi, vulgò *Mouchets*: Germanis verò *Sprintz*, unde *Springalles*, & *Espringales*, ejusmodi machinæ, quibus emitti *muschetas* innuit Guignevilla, ut actor est Oct. Ferrarius in v. *Smeriglio*. *Espringalarum*

larum meminit Chronicon Flandriæ c. 110. extremo, & alii passim.

MUSCIO, *Muscino*, vel *Musino* & *Musimo*, Asinus. Jo. de Janua: *Muscino vocatur animal quod ex capra & ariete nascitur, & est dux gregis.* Hericus Monachus de Miraculis S. Germani Autisiod. Episcopi c. 52. *Tum examine atque extensum (asini) cadaver ostenditur: ad quod accedens ait, Surge muscio, & revertamur hospitio. Hic baculo ammonitus contremiscit, & statim prosiliens, dorso auribus concussis, nihil adversitatis se passum alacri vigore testatur.* Suprà *Asinulum* appellavit. Apud Papiam, *Musciones, vulgo, à muscis vocantur: iidem & bibiones, sicut & Poëta ait: In oculis suis bibiones volant.*

MUSCIPULATOR, *Deceptor*, Ugutioni.

MUSCLUS, pro *Musculus*, licentia Poëticâ, Machina bellica, de qua Cæsar lib. 2. de bello civili, Vegetius lib. 4. cap. 16. Isidorus lib. 18. Orig. & alii passim. Abbo l. 2. de Obsidione Lutetiæ:

Qui verò cupiunt murum succidere musclis.

Guillelmus Armoricus in Philippo Aug. *Musculi ductiles, sub quibus tutò latebant qui expugnabant castrum.* Eadem habentur apud Willelmum Armoric. in Philippo Aug. an. 1202.

MUSCULA, Concha margaritifera. Henricus Huntindon. lib. 1. Hist. *Inter quæ sunt & musculæ, quibus sæpe inclusam margaritam omnis quidem coloris optimam inveniunt.* Videtur legendum *musculæ*, vel *nuculæ*, parvæ nuces. Vide *Musca.*

MUSCULUS, Navigii species. Gloss. Saxon. Ælfrici, cap. de Navibus: *Musculus*, ꝩceoꝑꞇ ꝩcip, i. brevis navis. Gloss. Isid. & Ugutio: *Musculus, parva navis.* Occurrit præterea in Notis Tyronis inter alia navigiorum vocabula.

MUSCUS, *Moscus*, *Moschus*, Odoramentum quod ex umbilico cujusdam animalis colligitur, quod ita describitur à Paulo Veneto lib. 1. cap. 62. *Invenitur in hac provincia muschum optimum, & quo melius in mundo non invenitur. Est enim animal quoddam pulcherrimum in hac provincia, catti habens magnitudinem, & pilos grossos ut cervus, pedes quoque habens ungulatos, & dentes quatuor, duos suprà, & duos infrà, longitudine trium digitorum: juxta umbilicum verò inter cutem & carnem vesicam habet sanguine plenam, & sanguis is est muschum, à quo tam suavissimus exhalat odor.* Adde lib. 2. cap. 34. 37. 38. *Gazelam* vocat Julius Scaliger exercit. 211. in Cardanum §. 3. 4. 5. 6. Vita S. Pelagiæ cap. 11. *Totum implevit aërem ex odore musci.* *Musco fragrare*, apud Hieronymum in Jeremiam cap. 13. Et in Epitaphio Marcellæ: *Aurum portare cervicibus, & auribus perforatis rubri maris pretiosissima grana suspendere, fragrare musco mure, &c.* Joannes Sarisber. lib. 8. Policr. cap. 12. *Istos tamen qui musco & speciebus exoteris placant olfactum, & provocant, &c.* Chronicon Reichersbergense p. 269. *Misit ei centum folliculos mosci.* Mox: *Et bestiolam quæ fert moscum.* Quod attinet ad vocem *muscus*, occurrit apud Arnobium & Apuleium, ita ut non adeo recens videatur. Vide Diodorum Euch. lib. 1. Polychemiæ cap. 23. & Constantinum African. lib. 5. de commun. loc. medic. cap. 31.

Muscatum, Musci odor, apud Ruffin. lib. 3. de Vitis PP. n. 39. *Propter thymiamata & muscata, & alia diversa, &c.*

MUSEA, *Musia*, *Musiarius*. Glossæ Isidori: *Musea, nidi soricum. Musiæ, nidi soricum. Musiarius, qui per musia quærit.* Hinc fortè *Musardi*, de quibus supra, dicti, quòd rebus nihili immorentur, dum in foraminibus quidpiam quærunt. Glossæ Pithœanæ: *Musea, cavi murium.*

MUSEIARIUS. Vide *Musivum.*

MUSELENENSES, pro *Mosellanenses*, populi ad Mosam, apud Ditmarum lib. 5. p. 54. quam vocem non intellexit Editor.

MUSELEUM. Vide *Musivum.*

MUSELLA, Tributi species apud Turcos Asiaticos. Guibertus lib. 8. Hist. Hierosl. cap. 8. *Satrapa itaque pacto inter eos inito, Comiti eidem, portam illam aperuit, per quam eatenus Hierusalem introeuntes peregrini, & introire, & pensiones, quas Musellas vocare solebant, solvere nimis indebitè ac crudeliter cogebantur.*

MUSELLUM. Vide *Musum.*

MUSFULÆ. Vide *Muffulæ.*

MUSIDIUM. Vide *Musivum.*

MUSILEUM, idem quod *Mausoleum*; Papiæ. Glossæ antiquæ MSS. *Musuleum, monimentum.* Innocentius Agrimensor: *Circa musileum in pedes 70. amplius pedes minùs invenies.* Aggenus *Musileum* dixit: *Musilea verò habent juris sui hortorum modum circumjacentem, vel præscriptum agri finem.* Ubi uterque loquitur de tumulis ac monumentis quæ in agrorum finibus collocabantur. Quæ *locos* eâdem ratione vocat Frontinus. Vide *Locus.* Anastasius in Leone III. PP. *In musileo beatæ Petronillæ, quod ponitur ad B. Petrum Apostolum fecit coronam ex argento pensantem libras 20.* Occurrit mox infrà idem *Musileum B. Petronillæ*, ubi videtur esse *feretrum*, seu *loculus*, in quo reconditum erat corpus sanctæ istius virginis. Idem in Stephano II. ex Cod. MS. Bibl. Cæsareæ apud Lambecium lib. 2. p. 927. *Fecit autem & juxta Basilicam B. Petri Apostoli, & ab alia parte B. Andreæ Apostoli, in loco, qui Musileus appellatur, Basilicam in honorem S. Petronillæ.*

Mesoleus, in veteri Inscriptione Tarraconensi: *Hic Mesoleus nemini III. debet.* *Mesolus*, in alia, Romæ, apud Gruter. 607. 1. Vide *Musivum.*

MUSIO, *Dictus quòd muribus infestus sit, hunc vulgò Catum à captura vocant, &c.* Papias. Versus scripti in fine Bibliorum Codicis qui fuit Ecclesiæ Metensis:

Ante Brito stabilis fiet, vel musio muri
Pax bona, quam nomen desit honosque tuum

MUSIPULA, Catus, felis. Anonymus de Desolatione Monasterii Morimundensis in agro Mediolanensi: *Persequebantur Fratres fugientes per abdita loca, quemadmodum solet musipula persequi mures, &c.*

MUSITARE, pro *Mussitare*, apud Goffridum Vindocinensem lib. 2. Epist. 28. lib. 4 Epist. 31.

MUSIVATUR, *Mulcet, placet, lenit; musivanter, leniter.* Papias. Unde emendandæ Glossæ, ubi perperam *mulsitanter* editum.

MUSIUM, ex Græco μουσεῖον, Schola Alexandriæ, apud Spartianum in Hadriano. *Apud Alexandriam in Musio multas quæstiones professoribus proposuit.*

MUSIVUM *opus*, dicitur illud quod tessellatum est lapillis variorum colorum, ψηφίδων λεπτῶν ἐπιθέσει, ut est apud Nicetam in Alexio Man. F. num. 6. qui μουσουργικαὶ ψηφῖδες dicuntur in Synodica Orientalium ad Theophilum Imp. p. 113. erantque ex vitro confectæ. Glossæ MSS. *Musivum, quod fit de vitro parietibus.* Vetus Scheda apud Marlotum de Eccl. S. Nicasii cap. 3. *Est quædam Ecclesia in suburbio Remensi posita miro columnarum ornatu, arcubus, auro & vitro lapillis interposito micantibus, &c.* Vita S. Laurentii Episcopi Sipontini c. 2. *Ex minutis vitreis lapidibus, &c.* Ejusmodi autem musivum videre est passim Romæ, CPoli, & in variis Christianorum templis in Italia, Gallia, &c.

quod quidem a concinnitate & elegantia dictum vult Scaliger ad 5. Manilii, cum μῦσαν, & εὔμουσον, & μουσικὸν, in eam partem accipiant Græci. Quæ sententia longè probabilior eâ quam profert Ant. Nebrissensis, qui *Musaicum* dictum putat, quòd ejusmodi picturis ornarentur *musæa*. Spartianus in Pescennino Nigro: *De musivo picta vidimus*. S. August. l. 16. de Civit. cap. 8. *Quæ in maritima platea Carthaginis musivo picta sunt*. Paulinus Epist. 12. *Camera musivo illusa*. Λιθένδυτα, in Origin. CP. Idem Paulinus Epistola 67. in Epistolis Pontificum: *Ravennæ civitatis musiva atque marmora, cæteraque exempla, tam strato quamque in parietibus, &c.* Vetus Inscriptio Romæ in æde S. Stephani: *Opus quod Basilicæ B. Martyris Stephani defuit, à Joanne Episcopo marmoribus inchoatum, juvante Domino, Felix Papa addito musivo splendore, Sanctæ Dei perfecit.* Alia ibidem: *Domino juvante Felix Episcopus Dei famulus forum Basilicæ beati Martyris musivo & in marmoribus decoravit.* Occurrit passim apud Anastasium in Vitis PP. p. 28. 32. 46. 47. &c. Gregor. Turon. lib. 1. Hist. c. 30. Usuardum 15. Octob. in Vita S. Sabini Episcopi Canusini c. 2. n. 6. &c. Adde Philandrum ad Vitruvium lib. 7. c. 1.

A Græcis Byzantinis *Musivariam* artem in cæteras Europæ provincias transiisse scribit Manuel Chrysoloras in Epist. de Veteris & novæ Romæ comparatione p. 122. quòd Constantinopoli omnes pene ædes publicæ ac sacræ musivo exornatæ essent; hincque *Musivarii* peti solerent, quod sanè testatur Leo Ostiens. lib. 3. c. 27. Edit. Brolii, hisce verbis: *Legatos præterea Constantinopolim ad conducendos musai & quadratarii operis peritos artifices mittit: ut alii absidam & arcum, atque vestibulum majoris Ecclesiæ musivo componerent: alii Ecclesiæ totius pavimentum lapideum pulcra varietate consternerent. Quam vero periti ipsi artifices fuerint, ex opere ipsorum facile conjici potest: cum & in musivo animatas ferè effigies, & virentia quæque te plures aspicere, & in marmoribus omnigeni coloris flores pulcra varietate vernare videantur. Et quoniam hujusmodi artes quingentis jam ferè annis obmiserat magistra Latinitas, eas hujus industriâ recuperare promeruit ætate nostra.* Quæ quidem licèt prolixiora descripsimus, ut *musivarios à quadratariis* distingui, & *musivariam* parietes, *quadratariam* verò artem pavimenta spectasse, vel inde constet: proindeque error patescat Scaligeri ad Manilium, & aliorum, qui *Musivum* in pavimentis locant: tum etiam ut ex hoc loco illustretur Paulus Silentiarius in Descript. S. Sophiæ part. 2. vers. 230. & seqq. ubi *musivariam* & quadratariam artem bellè describit. Vocem ψῆφος promiscuè Græci usurpant etiam pro pavimento tessellato. Gloss. Græc. Lat. ψηφοθέτης, *tessellarius, tessellator.* ψηφολογία, *tessellatus, pavimentum.* ψήφωσις, *pavimentum.*

Musivum auratum quod confectum est ex *minutis vitreis lapidibus auro fulvo supertectis*: ut est in Vita S. Laurentii Episc. Sipontini Anastasius in Leone IV. *Apsidamque ejus ex musivo aureo superinducto colore glorificè decoravit.* In Gregorio IV. *Absidamque ejusdem oratorii superaurato musivo depinxit.* Vetus Inscriptio Romæ in æde S. Agnetis Martyris:

Aurea concisis surgit pictura metallis,
Et complexa simul clauditur ipsa dies, &c.

Μουσίον χρυσοῦ apud Anonymum de Locis sanctis p. 81. Χρυσαυγαὶ ψηφῖδες, apud Sophronium in Encomio SS Cyri & Joannis. Nicephorus CP. in Breviario an. 765. Τοῦ Σωτῆρος καὶ τῶν ἁγίων οὔσας διὰ ψηφίδων χρυσῶν, καὶ κηροχύτου ὕλης εἰκονογραφίας ἀπέξυσε: *Christi Domini ac sanctorum Imagines opere tessellato atque ex cera factas erasit.* Nicetas in Manuale lib. 7. n. 3. ἀνδρῶνες — ψηφίδων χρυσῶν ἐπιθέσεσι διαυγάζοντες. Vide Nicol. Alemannum de Parietinis Lateranensib. p. 38.

Musivarius, *Musæi artifex*, ut est apud Leonem Ostiens. l. 3. c. 27. Μουσιάτωρ, in Inscriptione à nobis allata ad Joinvillam Dissert. 27. τὴν τοῦ μουσάρου (f. μουσείου) τέχνην ἐπιστάμενος, apud Eustach. in Vita S. Eutychii P. CP. n. 53. Senator lib. 7. Ep. 5. *Quidquid enim aut instructor parietum, aut sculptor marmorum, — aut gypsoplastes, aut musivarius ignorat; &c.* Ita *Musiavarii* dicuntur in l. 1. Cod. Justin. de Excus. artif. lib. 10. & apud Julium Firmicum l. 3. ex emendatione Scaligeri: *Inauratores aut musivarios*, pro, *in usu varios.* Sed & idem fortè musarius, qui ποικιλτὴς, *variator*, in Glossis vett. de qua voce Valesius ad Ammiani lib. 28.

Museum, ex μουσεῖον. Trebellius Pollio in Tetrico juniore: *Coronam civicam picturatam de museo.* Vetus Inscriptio an. 153. apud Jacob. Sponium in Itinerario: *Et hoc ampliùs pro sua liberalitate Cameram superposuit, & opere museo exornavit.* Alia Inscriptio Romæ, in Ecclesia S. Anastasii:

Marmora cui pretiosa dedit museumque columnas.

Leo Ostiensis lib. 3. cap. 27. *Legatos præterea Constantinopolim ad conducendos musai & quadratarii operis peritos artifices mittit, ut alii absidam, & arcum, atque vestibulum majoris Ecclesiæ musivo componerent, &c.* Hist. Trevirens. *Qui Carolus multum marmor, & museum plurimum de Treberis ad Palatium Aquis vexit.* VII. Synod. Act. 4. Ἅγιαι καὶ σεβάσμιαι εἰκόνες, καὶ ζωγραφίαι, καὶ ὑλογραφίαι, καὶ διὰ μουσείων. Vide Gloss. med. Græcit. in Μουσεῖον.

Museiarius, qui *Musivarius*. Vetus Inscriptio, Romæ: T. *Julius Aug. lib. Nicephor. museiar. fecit sibi & libertis libertabusque eor.*

Musium, perinde ex Græco μουσεῖον, quomodo in vett. Codd. Spartiani legi observat Salmasius, pro *musivum.* Anastasius Bibl. in Hist. Eccl. *Iconas ex musio factas, &c.* Catalogus MS. Episcopor. Catanensium apud Rocchum Pyrrum: *Fecit exedram majoris Ecclesiæ pingere, & chorum & cathedram Episcopi in choro cum musio.*

Musiaria ars. Leo Ost. lib. 3. c. 29. *Artifices destinat peritos in arte musiaria & quadrataria.*

Musa, idem quod *Musivum.* Joann. Diaconus in Vita S. Gregorii M. lib. 4. cap. 40. *Sicut in vetustissimis musis, vel picturis, ostenditur.*

Musatilis ars. Inscriptio in templo maximo Messanæ, ad fornicem majorem, apud Gualterum in Antiq. Sicul. pag. 77. *Antistes Guido [illegible] opus musatilis artis hoc cœpere — rgi ducibus regiumque.*

Musidium, pro *Musivum*, in Chronico MS. Romualdi Archiepiscopi Salernitani an. 1166. *Capellam S. Petri quæ erat in Palatio mirabilis musidii, fecit picturâ depingi.*

Mosivum, in Notis Tyronis p. 163. Inscriptio Epistolæ 67. Codicis Carolini: *In qua continetur de mosivo atque marmore Palatii Ravenat. civitatis.* In ipsa Epistola: *Palatii Ravennatis musiva atque marmora.*

Mosaicum opus, quod alii *musivum*; hanc enim vocem confictam contendit Scaliger ad Manilium, ut μουσαϊκὸς dictum sit à μουσαῖος, ut ἀρχαϊκὸς ab ἀρχαῖος, licèt aliter sentiat Salmasius, qui à μουσεῖος. Guillielmus *de Badensel* in Hodœporico c. 5. *Ubi est locus præsepis artis ministerio, marmoribus & opere musaïco pulcherrimè decoratus.* Sanutus lib. 3. part. 3. c. 21. *Turrim conspiciunt variis stratam marmoribus, opere depictam mosaico.* Joannes XXII. PP lib. 9. Epist. *Cùm itaque, sicut accepimus, in facie majoris Ecclesiæ dicti Monasterii — quoddam opus mosaïcum sit inceptum, &c.*

Mausoleum

Mausoleum opus, ead. notione. Vita S. Laurentii Episcopi Sipontini n. 11. *Et aliam (Basilicam) quam disposuit incipiens, praeclara & admiranda speciositate diversis coloribus, minutis que vitreis lapidibus fulvo auro supertectis, opere mausoleo, — fabricare & consummare studuit.* Ubi perperam viri doctiss. ad Mausolæum Ægyptiacum vocem referunt.. Sed legendum videtur *museleo*. Papias: *Musivum*, (Edit. *musium*) *museleum*, *opus depictum*. De Musivo porro legendus omnino V. CL. Andreas Agathopœus, seu Felibianus lib. 3 de Architecturæ elementis cap. 11.

MUSSA, Locus uliginosus, stagnum, Anglis *mosse*, ut auctor est Camdenus in Descriptione agri Lancastrensis. Charta Edwardi III. Regis Angl. in Monastico Anglic. to. 1. pag. 499. *Item à Batholm directe ultra mussam, quam dominus Comes Joannes Moreton. inter ipsum & me divisit, &c.* Et mox: *Scilicet in terris cultis & incultis, in bosco & plano, in pratis & pasturis, in moris, & mussis, & mariscis, in aquis, &c.* Occurrit præterea p. 88 938. to. 2. p. 426. *Mossa*, eod. to. 2. pag. 632. Vide *Mussula*.

MUSSAL. Tabularium Prioratus de Paredo p. 7. *Cum vercheria quæ debet 2. sextarios avenæ & 2. panes, & 2. capones, & 1. denar. & 1. mussal de canavo.* Fol. 34. *Et reddit i. semasoerius pro umbonum, & multonem vestitum, — & taschiam de fructibus, & 1. caponem, & mussal de canabo.* Fol. 51. *Sex panes & taschiam ipsius terræ, & 1. caponem, & 1. mussal canabi, & per vindemiam plenam refectionem.* Ubi *mussal* forte fasciculum sonat.

MUSSIO, *est qui in vino nascitur.* Ita Glossæ Arabico-Lat. Suprà in iisdem: *Bibones dicuntur, qui in vino nascuntur.* Joannes de Janua: *Mussio, dicitur quasi mustio, quòd mustum bibat. Item & bibio, onis.*

MUSSULA, Muscus, seu *musculus*, nostris *Mousse*. Gregorius Turon lib. de Gloria Confess. cap. 44. *In hoc loco & Tranquillus beatus Confessor requiescit, super terram sepulcrum habens, de quo magnum beneficium præstatur petentibus: nam de mussulis supernatis medicamina populi promerentur, &c.* Vide *Mussa*.

MUSSUS vel *Mussum*. Cæsarius lib. 6. Mirac. c. 5. *Cùm pauperes musso, quem de nemore collegerant, oneratos pistrino ingueret.* Fascis lignorum vel herbarum, aut muscus, herba seu lanugo arborum & locorum palustrium, inquit editor, Gallis, *Mousse*, Gloss. Gr. Lat. Βρύα τὰ ἐπὶ τοῖχοις καὶ φλοιοῖς συνημμένη, *Muscus*.

MUSTA. Monasticum Anglic. to. 2. p. 426. *Donationem quam fecit Canonicis ejusdem loci de terra & tenemento — cum illa medietate novæ mustæ, quæ est versus Aquilonem.* Forte *mussæ*. Vide in hac voce.

MUSTRUM. Palladius de Architectura, ex MS. Cod. Pithœano: *Mustrum autem, quod pro colore purpureo temperatur, &c.*

MUSULMANI, inquit Leunclavius in Pand. Turc. n. 22. dici volunt Turci, vel potius Saraceni, *tanquam rectè credentes*, ubi ille plura. *Moslemes*, appellantur in Charta Aragonica æræ. 1111. in Hist. Pinnatensi lib. 3. cap. 5. Vid. Meursium in Μουσουλμανίζειν. *Musulmanorum*, in Lybia vel Ægyptio, gentis ita dictæ meminit Aurel Victor Schotti in Claudio, à quo potuere *Musulmani*, Ægyptii potissimùm, veteri nomenclatura appellari. Nihil tamen definio:

MUSUM, Rostrum, rictus, Gallis *Museau*. Michael Scotus de Physionomia c 20. *Omnium animalium quædam habent labia ex quibus dicitur os; quædam non labia, sed aliud loco ejus; & tunc dicitur musum, vel grugnum, vel rostrum, vel fistula.* Occurrit etiam in Miraculis B Simonis Tudertini n. 37. *Musellum*, apud Petrum de Crescentiis lib. 9. c, 8. Vide Ægid. Menagium & Octav. Ferrarium in Orig. linguæ Italicæ.

MUTA, Mensa publicanorum, Germanis *eine Maut*, nostris, *le Change*. Helwicus in Rationario Styriæ: *Primo moneta & muta, & judicium intra muros oppidi Gratzensis, &c.* Occurrit ibi pluries. *Mutariis & Monetariis* junguntur in Metropoli Salisburgensi to. 3. pag. 17.

Muta, Quodvis vectigal. Charta Arnolfi Reg. an. 998 ibidem pag. 128. *Homines istius Ecclesiæ licentiam habeant hoc sine muta, sine navigio, pre cum cæteris afferre quodcunque eis jubetur, sine ulla alicujus judiciariæ potestatis contradictione.* Charta Philippi Imp. ann. 1199. in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 78. *Cum theloneis duobus, qui vulgò vocantur.* To. 3. p. 16. *Justitiam quoque nostram de theloneo quod muta vocatur, in navibus ipsorum victualia deportantibus, &c.* Alia Henrici Comitis Palatini, ibid. pag. 388. *Nec muta nec teloneum requiretur.* Alia Rudolfi Imp. an. 1276. pag. 392. *Muta seu thelonium.* Alia Ottocari Ducis Austriæ an. 1353. Ibid. to. 2. pag 66. *Sine naulo, quod vulgò possumus dicere mutam, ad sua libere deducant.* Adde pag. 425. to. 2. pag. 33. 34. 69. 534. 578. to. 3. pag. 16. 17. 18. 26. 28. 29. 378. 379.

Mutarius, & *Mutnaris*, Publicanus, exactor vectigalium, Germanis *ein Mautner*. Occurrit in Metropoli Salisburgensi to. 2. pag. 581. in Historia de Particula S. Crucis quæ asservatur in Cœnobio Mellicensi, & in Privilegiis Academiæ Viennensis in Austria, apud Lambecium lib 2. Comment. de Cæsarea Biblioth. pag. 120, 624.

MUTA, *Muda*, *Mutatio*, *Mutaticum*, Pretium quod datur pro mutatione prædii, cùm alteri ceditur.

Muta, Tabularium Ecclesiæ Uzetiensis f. 15. *Tres partes acaptarum, censuum & mutarum tuæ sint & tuorum in perpetuum.* Tabularium Ecclesiæ Cadurcensis: *Damus — alium porcum vivum, & unum arietem, & mutam, & quicquid Guillelmus Diutrandus ibi possedit.* Alibi: *Raimundus Caput-bovis — feuum, quem tenebat de dominis ex Castronovo, donat muda 3. sols.* Occurrit pluries.

Mutagium, eadem notione. Consuetudo municipalis Bellaici in Pictonibus, in Regesto Inculismensi: *Si dominus fundi retinere voluerit rem ipsam quam habet vendi, de singulis solidis pretii factæ venditionis, unum denarium habebit, & mutagium debitale habebit de illo qui succedit in possessionem.* Infra: *Debet reddere de omnibus illis vendas domino fundi, sed mutagium debet esse Burgensium.* Occurrit in variis Chartis apud Justellum in Comitib. Arvern. pag. 29. 94. 138. 145. & Galandum de Franco alodio pag. 106. 107. 366. Charta Joannæ Reginæ Franciæ Comitissæ Bononiæ & Arvern. an. 1352. *Appartiendront ausdits Religieux les hommages, investions, ventes, surventes, muages, reconnoissances, saisines de toutes & chascunes les possessions, &c.* In quodam aresto Parlamenti an. 1634. appellatur *Remuage*, *Jus illud, quod habet Dominus feudi superior, cum à Linea directa in aliam transit.*

Mutatio, idem quod *Muta*. Tabularium Ecclesiæ Viennensis fol. 89. *Ego Petrus Viennensis Archiepiscopus dono tibi, Guigo Berardi, & uxori tuæ, præfati castri de Saxeola medietatem, cum medietate de appenditiis ad ipsum castrum pertinentibus, ad fidelitatem & servitium nostrum & Ecclesiæ nostræ: habenda tibi pro feudo & hæredibus tuis, sine redemptione illa quæ vulgò dicitur Mutatio: tali convenientia, ut de præscripto feudo nihil dones, vendas, impignores, vel quolibet modo alienes tu vel hæredes tui sine nostro successorumque nostrorum laudatione & consensu.* Tabular. Ecclesiæ

Ecclesiæ S. Stephani Cadurcensis : *Habeant Canonici per totum honorem mutationes & investituras, & quæsturas, & hospitia, & justitiam suam.*

Mutaticum, eodem etiam forsan significatu. Hugo Flaviniacensis, in Chronico Virdun. an. 755. *Nec de rotatico, barganatico, pulveratico, mutatico, salutatico, &c.* Adde Doubletum pag. 656. nisi legendum sit *motatico*.

MUTA, Accipitrum morbus, Gallis *la Mue* : accipitres enim quotannis pennas mutant, vetusque spolium deponunt, quo tempore vehementer ægrotant, etiam usque ad periculum mortis. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venatione cap. 46. *Et ad singulas mutas mutantur colores plumagii.*

Muta, Domuncula in qua includuntur falcones, cùm plumas mutant. Describitur illa à Guillelmo Tardifo part. 1. *de Fauconnerie*, cap. 47. idem Fridericus lib. 2. in Præfat. *Quadam in conservando sanas etiam quando jam mutant pennas, ut domuncula quæ dicitur muta. In mutam includere* eidem : *Mutare*, Petro de Crescentiis lib. 10. cap. 7. quod μυτεύειν est apud Demetrium Constant. lib. 2. Hieracosophii cap. 49. Albertus M. lib. 23. de Animalib. cap. 20. *Domus autem mutæ apta & ampla sibi quæratur, & de muta quando perfectus est, trahatur.* Helinandus Poëta MS. qui sub Ludovico VII. vixit :

Mors qui m'a mis müer en muë,
Entel esture où li cors suë, &c.

Alius Poëta MS.

Sire, qu'est-ce que vostre niece
Est demeurée si grant piece,
Que n'est à Karoles venuë
Ne sai se l'aves mise en muë.

Mutatus, Accipiter *mutatus*, qui *mutam* evasit, *Qui a mué, qui a passé la muë*, μυτατ☉ ἱέραξ, apud Demetrium Constant. lib. 1. cap. 41. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 13.

Mutatos centum, non mutatos quoque centum
Astures pulcros Regi simul obtulit ultro.

Vide *Acceptor*.

MUTA, Species campanulæ monasticæ, quòd fortè surdum, ut loquimur, haberet sonum, id est, minùs acutum. Vitæ Abbatum S. Albani pag. 91. *Facta nola, cui Muta vel Scilla est nomen.* *Mota* dicitur in Ordinario MS. Ecclesiæ Rotomagensis : *In die sanctæ Resurrectionis Matutinæ festivè pulsentur, primitus mota, postea trini & trini, & in fine festivè cum pluribus campanis grossis, & tota Ecclesia illuminetur, &c.* Vide *Scilla*.

MUTA, *Musica*, quæ χειραγωγία, *Pantomimus*, apud Senatorem lib. 1. Epist. 20. *Hanc partem musicæ disciplinæ Mutam nominavere Majores, scilicet quæ ore clauso manibus loquitur, & quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut scripturæ textu possit intelligi.*

MUTANDÆ, Mutatoria, vestes quæ mutantur. Papias : *Mutandæ, mutatoriæ vestes, & camisiæ, & bracæ.* Occurrit in Regula Magistri cap. 81. Vide *Mutatorium*.

MUTAGIUM. Vide *Muta*.

MUTATIONES, Loca, in viis regalibus, ubi veredi vel animalia mutabantur in cursu publico : quarum *Mutationum* mentio est in legg. 34. 36. 53. 58. 60. de Cursu publ. leg. 9. de Tribut. Cod. Th. in Itinerariis Antonini, Hierosolymitano, & aliis, apud Senatorem lib. 4. Epist. 47. &c. ἀλλαγαὶ, Annæ Comnenæ pag. 139.

Mutationes Presbyteri, Præstationes quæ fieri solebant domino loci in quavis mutatione Sacerdotum seu Curionum. Tabularium Prioratus de Pariaco fol. 31. *Quidam Miles alti generis, territorii Forensis, nomine Articus, rumorem calumniarum & minarum agebat erga Priorem hujus loci, donum hoc per emptionem Ecclesiæ* * *dio, ubi suæ portionis 10. sol. annuatim, & mutationes Presbyteri* * *ee proclamabat. Obtulit ergo Deo rectum, & werpivit tortum.* Fol. 70. *Introitus Presbyteri* appellatur quod hic *mutatio* : *Dedit Deo in hoc loco ea quæ in Ecclesia Laurciaco vocata possidebat, id est, medietatem Ecclesiæ, omnium oblationum, introitum Presbyteri ex toto presbyterium, medietatem omnium decimarum & cimiterii, omnia, ut diximus, sicut ipse habebat.* Græcis ἐνθρονιστικόν.

MUTATORIA, Vestes quæ aliis mutantur : *vicaria indumenta*, apud Cassianum lib. 4. cap. 10. ἐξημοιβὰ ἱμάτια, Homero : *mutatoriæ vestes*, apud Cogitosum in Vita S. Geraldi lib. 1. c. 34. *vestimenta mutatoria*, in Testamento Guiellelmi D. Montispessulani an. 1212. Greg. Nazian. Orat. 2. in Julian. Ἐσθῆτ☉ ἐξαλλαγή, pag. 106. Vita S. Nili Junioris pag. 56. Καὶ ἀφείλοντο τὸ τρίχινον τῆς ἀλλαγῆς αὐτῦ, ἀλλαγαὶ ἱματίων, apud Pachymer. lib. 7. c. 29. Vide Notas ad Alexiad. pag. 285. & Descript. ædis Sophianæ n. 87. *Vestes quas persæpe mutare consueverunt Principes*, apud Rigordum an. 1185. Will. Tyrius lib. 6. cap. 6. *Vestes etiam præ continuis laboribus laceræ, & assiduitate utendi prætendentes vetustatem : non enim erant populo peregrinanti diversa, quibus alternatim uterentur, mutatoria* : Lambertus Ardensis : *Alii scutellas metalli similis cum calicibus, alii vestium mutatoria, alii pictas culcitras & tapetia — distribuit.* Udalricus l. 2. Consuet. Clun. c. 13. *Est apud nos lavatorium — ibique lavat femoralia sua — aut si habet in promptu mutatorium suum, mutat quod est indutus.* Sed præsertim *mutatoria*, dicuntur vestes pretiosæ quæ aliis minoris momenti ac pretii mutantur. Papias : *Mutatoria, solennia vestimenta aliis meliora. Mutatoriæ, mutandæ vestes, & camisiæ, bracæ.* Ugutio : *Mutatorium, vestis pretiosa, pro qua alia mutatur.* Gloss. Lat. Gall. *Mutatorium, Vestemens precieux.* Historia Belli Saxon. pag. 149. *Arma generis universi, mutatoria, cæteraque sine æstimatione vestimenta, &c.* S. Bernardus de Mor. Episcop. cap. 2. *Quid conferunt tot mutatoria, vel extensa in perticis, vel plicata in manticis.* Quò spectant ista apud Jacobum de Vitriaco in Hist. Occident. cap. 30. *Mimus & histrio ad mensam cantat : multa vestium mutatoria ad ostentationem vanitatis in pertica extenduntur, & Christi pauperes fame & frigore cruciantur.* Vita S. Richardi Episcopi Cicestrensis n. 44. *Nec phaleris auro vel argento fulgentibus equos suos ornari voluit, nec mutatoria superflua circumferre, &c.* Vita Joannis Gorziæ Abbatis : *Cùm à legatis ei diceretur — ut veste lautiore se appararet, uti regiis conspectibus præsentandum, illeque renueret, ratiilli non ei vestium mutatoria subesse, Regi nuntiant.* Monachus Pegaviensis ann. 1096. *Præfata namque dedicationis festivitate, per dies 15. olenniter protenta, D. Juditha Comitissa totidem diebus singulis mutatoriorum insignibus æqualiter redimitis, non sine admiratione cunctorum, adornata processit.* Matthæus Paris. an. 1107. *Jussit eum arctiori carceri & custodiæ mancipari — mutatoria quasi autem sua ei non substraxit.* An. 1236. *Sericis vestimentis ornati, cicladibus auro textis circumdati, excogitatis mutatoriis amicti, insidentes equos pretiosos, &c.* An. 1243. *Appropinquante — Dominicæ Nativitatis festivitate, qua mutatoria recentia, quæ vulgariter novas Robas appellamus, Magnates suis domesticis distribuere consueverunt.* Cosmas Pragensis : *Accipe thalitarium & chlamydem, ac mutatoria Duce digna.* Gervasius Tilleberiensis MS. in Otiis Imperial. parte 2. *Levioribus mutatoriis Rex indutus ad mensam accedit.*

MUTINUS. Ælfricus in Gloss. Anglo-Sax. cap. de nominibus ferarum: *Mutinus*, ʒaᵹinca, *vel* Hnoc. Non liquet, inquit Somnerus.

MUTITAS, ἀφωνία, in Gloss. Gr. Lat.

MUTO, *Mutonium*, *Mutonagium*. Vide *Multo*.

MUTIUM, γρῦ, in Gloss. Lat. Gr. Hinc vox *mot*, apud nostros, & loquendi formula, *ne multum quidem audet dicere*. Vid. Scaliger, ad Festum in *Mutire*. Epistola Ludovici II. Imp. ad Basilium Maced. Imp. Constantinop. *Verum super hoc si est, qui summo Pontifici saltem unum faciat mutum, congruo profecto illius non carebit responso.*

MUTUATIM, pro *mutuo*, in Vita S. Antidii Archiep. Bisonticensis c. 5. *Benedictionis ergo dono mutuatim dato, &c.*

MUTULA, ex Ital. *Mutola*, Muta. Occurrit in Vita B. Justinæ de Aretio n. 9.

MUTULATUS, idem quod *expeditatus*, in Charta Forestæ cap. 9. fortè pro *mutilatus*. Locum vide in *Mastinus*.

MUTULUS. Lex Ripuar. tit. 60. §. 4. *Si autem ibidem infra terminationem aliqua indicia sua arte, vel butinæ, aut mutuli facta exstiterint, ad sacramentum non admittatur, &c.* Ubi *mutuli*, videntur esse aggeres terrei, quos *Motes* nostri vocant: aut fortè lapides ii quos *Mutos* vocant Agrimensores, i. sine inscriptione, vice terminorum positi. Vide *Bonna*.

MUTUS, Obscurus: *muta verba*, apud Abbonem in Præfat. ad libros de Bellis Parisiac.

Muti, inter divinatores reponuntur apud Paschasium Ratbertum in Vita Arsenii, seu Walæ Abb. Corbeiensis l. 2. c. 9. *Divini, conjectores, & muti.* Atque hi putantur esse *Eugastrimythi*, seu *ventriloqui*.

Mutorum pœna. Vide *Panis fortis*.

Muti lapides, sine inscriptione, apud Hygenum de Limitibus constituendis.

MUTUUM, Exactio nomine mutui. Historia Cortusiorum lib. 3. cap. 14. *Teutonici cruciab... mutuis & daciis.* Infrà: *Mutua imposit... & datias.* Lib. 7. c. 1. *Vexabantur mutuis & datiis.* Albertinus Mussatus lib. 12. de Reb. gest. Italic. p. 86. *Communes datiæ, exactionesque & mutua publica & privata, &c.* Charta R. Abbatis Monasterii Kiroff... nis in Pictonib. an. 1308. ex 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. Tabularii Regii n. 11. *Non recipiemus ibi mutuum, nisi gratis mutuare voluerint habitantes.* It... in Libertatib. Novæ Bastidæ in Occitania an. 1298. in alio Regesto ejusdem Regis an. 1299 n. 16. Vide *Credito*.

Mutuum coactum. Exactio, quæ à dominis in urgentibus negotiis suis ac necessitatibus fiebat super subditos, vassallos, ac tenentes, cum restitutionis conditione ac pollicitatione: à qua quidem exactione exempta pleraq; oppida, quibus concessæ libertates, leguntur. Charta libertatum Aquarum Mortuarum an. 1246. *Omnes habitatores loci illius sint liberi & immunes ab omnibus questis, talliis, & toltis, & mutuo coacto, & omni ademptu coacto.* Consuetudines Monspelienses MSS c 56. *Toltam nec quistam, vel mutuum coactum, vel aliquam exactionem coactam non habet, nec unquam habuit dominus Montis pessulani in hominibus Montispessulani.* Eædem vernaculæ, *totas inquistas, ni prest forsat, o alcuna action destrecha, &c.* Libertates concessæ oppidis Castelli Amorosi & Valentiæ, in diœcesi Aginnensi, ab Edwardo I. Rege Angliæ ex Regesto Constabulariæ Burdegalensis fol. 55.140. *Nec recipiemus ibi mutuum, nisi gratis nobis mutuare velint habitantes.* Eadem ... habeat libertates Riomagi in Arvernis.

Mutuum violentum. in Charta libertatum Jasseronis, apud Guichenonum in Hist. Bressensi p. 106. *Roga coacta*, in Charta Ludovici Comitis Blesensis & Claromontensis an. 1197. pro Creduliensi villa: *Omnes homines Credulio manentes taliam mihi debentes, & eorum hæredes, à tallia, ablatione, imprumtato & roga coacta de cetero penitus quitos & immunes esse concedo.* Extat Statutum Philippi VI. Regis Franciæ 3. Febr. an. 1345. quo vetat in posterum fieri ullum *mutuum coactum* super subditos suos: quod scilicet paulò antè exegisse docet Diploma anni 1342. 28. Junii, sed & Philippum Pulcrum Regem aliud an. 1302. in 12. Regesto Cartophylacii Regii Ch. 15. & in 36. Regesto Ch. 48.

Mutuum ebraldum, Charta Henrici Comitis Portugalliæ to. 3 Monarchiæ Lusitanæ p. 282. *Non introducam mutuum ebraldum Colimbriam.*

MYNECENÆ. Moniales, ex Anglo-Saxon. mynecene, vel minicene, hodie Anglis *Minneken* & *minnekenlasse*. Concil. Enhamiense in Angl. an. 1009. c. 1. *Episcopi & Abbates, Monachi & Mynecenæ, Canonici & Nonnæ, &c.*

MYRACH, vox Arabica, quam Medici usurpant pro partibus, continentibus stomachi. Vide Mundinum in Anatomia p. 43.

MYRONES. *Fantasiæ, miratores.* Papias.

MYRTHA, pro *Myrthus*, usurpant Cælius Aurelianus, Celsus, & Apicius. Vide *Martha*.

MYSTERIUM, Officium, sacra Liturgia. Pelagius Episcopus Ovetensis in Ferdinando Rege Hispan. *Tunc Adefonsus Rex velociter Romam nuntios misit ad Papam Aldebrandum, cognomento septimus Gregorius. Ideo hoc fecit, quia Romanum mysterium habere voluit in omni Regno.* Infrà: *Confirmavit itaque Romanum mysterium in omne regnum Regis Adefonsi æra* 1123. (Chr. 1088.)

MYSTERIUM. Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 8. §. 4. *Salvis ipsis custodibus, non rationalibus mysteriis suis seu necessariis impensis*: sed legendum indubiè *misis*. Vide in hac voce.

MYSTICARE. Sensum arcanum exprimere, includere. Petrus Rigensis in Levitico:

—*Ecclesiam mysticat illa domus.*

Hugo à S. Victore in Speculo Ecclesiæ cap. 1. *Cancellus humilior reliquo corpore Ecclesiæ, mysticat quanta humilitas debeat esse in clero.* Utitur etiam cap. 7. Observat Ugutio, *mysticum* dici de temporalibus; *mysterium* de spiritualibus.

MYSTICUS. Vide *Sarica*.

MYTRUM, Testamentum Hugonis I. Episcopi Tolosani apud Catellum p. 858. *Dono itaque ... unum mytrum ab auro sancto Stephano, & unum missalem ...* Mitram, fortè.

MYXA, *Myxus*, *Mixus*, ex Gr. Μύξα, Ellychnium lucernæ. Anastasius in S. Silvestro: *Myxum ex stuppa amianthi.* Idem: *Posuit lucernam ex auro purissimo mixorum 10. pens. lib. 30.* In S. Hilaro p. 28. *Lucernam auream cum mixis luminum decem.* Sed ibi perperam *mixu*, ut & p. 14. 16. 17. 28. 258. pro *mixis*, uti præferunt alii Cod. Hinc

Bimixa lucernæ, δίμυξοι. Idem, in Leone III. *Fecit—lucernas majores fusiles bimixas anaglyphas duas penl. &c.* Infrà: *Et super ipsa cerostata, fecit lucernas fusiles bimixas duas ex argento.* In Leone IV. *Lucernam bimixyn. Lucerna bilychnis*, in Fragmento Petronii p. 15.

N.



LITERA numeralis, quæ 90. denotat. Unde versus apud Ugutionem.

N. nonaginta capit, quæ sic caput esse videtur.

Ita etiam in Notis antiquis: *N.* LXXXX. *nonaginta.* At apud Baronium N. 900. efficere dicitur hoc versu:

N. quoque nongentos numero demonstrat habendos.

Eidem literæ si recta linea superaddatur, 90. millia significat.

N. Literam loco nominis proprii poni cœpisse paulò ante annum Christi millesimum, observat Hugo Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii: cùm nota hæc *ill.* i. *ille*, poneretur. Vide in voce *Ille*. At vir doctissimus hisce in rebus, ut & in aliis, versatissimus Joan. Mabillonius to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 291. tum ex variis MSS tum ex Frotharii Episcopi Tullensis editis Epistolis ante annos octingentos literam N. eo sensu adhibitam contendit.

N. in superscriptione cantilenæ, notare, hoc est, noscitare, notificat. Ita Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulæ literæ significent in superscriptione cantilenæ.* Vide *A.*

NA. Vide *Ya.*

NABLISARE. *Psalmisare*, ψάλλειν. Gloss. Gr. Lat. *Nablio*, ψάλτης, *Psalta*, ex quibus corrigendæ Glossæ aliæ: *Navilio*, ψάλτης. *Nablium* erat Phœnicium organum lyræ vel cytharæ simile. Eucherius Lugdun. *Nablum, quod Græcè appellatur Psalterium, quod à psallendo dictum est, ad similitudinem cytharæ barbaricæ in modum Delta.* Joseph. lib. 7. Antiq. Judaïc. Ἡ μὲν κιννύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη τύπτεται πλήκτρῳ, ἡ δὲ νάβλα δώδεκα φθόγγους ἔχουσα τοῖς δακτύλοις κρούεται.

NABULUM *Merces nautica*, Joanni de Janua: imò tributum pro merce nautica, *naulum*, Italis *Nolo.* Statuta Venetorum lib. 6. c. 68. *Quod vertitur — in damnum patronorum, & aliarum mercationum propter dacias, nabula, & vareas.* Ita & cap. 70. ubi interpres *Nolo* vertit. Utitur Andr. Dandulus in Chron. MS. an. 1202.

NACA, Navigii species, scapha, Germanis *nachen*, iisdem *née*, & *nahe*, naves latiore alveo, qua vehicula trajiciunt, dicuntur: quas voces quidam à Græco ναῦς deducunt. Monachus Altisiodorensis p. 96. *De Flandria quidem 60. rates mediæ quantitatis, quas illi Nacas vocant, necessariis omnibus præmunitæ mare ingressæ sunt.*

Hilnachia, apud Conradum Usperg. an. 1177. *Cæteræ gentes insularum, quæ inter Occidentem & Septentrionem sitæ sunt, — navibus rotundis, quæ Hilnachiæ dicuntur, advectæ.*

Isnechia, vel *Anechia*, eadem notione, Scriptoribus nostris *Esneches.* Theutonibus *Snack* & *Sneck* Miracula S. Wlfranni Episc. n. 8. *Ecce repentè ingens paro, qui barbara lingua Isnechia dicitur, apparuit.* Philippus *Mouskes* MS. in Philippo Augusto:

Prirent Galies & Esnekes,
Bien batailliés à breteskes,
Et gens armées feleneskes,
Qu'il orent tous és lius alvekes.

Et alibi:

Galies & barges, & nés,
Esneques, & dromons fiers,
Roges, & busses, & vissiers, &c.

Sanutus lib. 3. part. 10. c. 3. *Jacobus de Avesnis cum multitudine navium, quas Esneches appellant, adducens Flandrenses, &c.*

Nacella, diminut. à *Naca*, nostris, *Nacelle.* Matth. Paris: *Transitum* (fluminis) *per nacellas & alia vasa præparavit.* Et

Nassella, in Gestis S. Ludov. p. 352. to. 5. Hist. Franc. Will. *Guiart.*

De tous lez se rappareillerent
D'armes, de nez, & de nassellles.

NACARA, Crotalum, vel tympani species. Academici Cruscani: *Nacchera, strumento simile al tamburro che si suona à cavallo*, Tympanum, *senese dicono anco nacchera ad un certo cerchio ô triangolo di ferro, che si percuote con una verghetta di ferro: Latinè* Crotalum. Scriptor infimi ævi in codice MS. 1343. Biblioth. Regiæ fol. 81. *Quidam sambuco jocabant, gravatos dulciter recreantes: quidam nacaria baculabant, magnum sonum facientes, &c.* Petrus de Valle in Epist. 6. ita appellari ait *Tamburlorum*, seu tympanorum bellicorum speciem, qua equitatus militaris Alemannicus, Septentrionalis præsertim, uti solet. *Tymbales* nostri vocant. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 20. 21. *Sint quatuor tubatores, tibicines, tibiatores, & qui sciant pulsare Nacharas, Tympana seu Tamburla.* Arestum 24. Jan. an. 1320. *Lusor seu menesterius Nacariarum.* Hinc emendanda Gesta Ludovici VII. Reg. Fr. c. 8. *Tympanis & Nacariis, & aliis similibus instrumentis resonabant.* Perperam enim Editio præfert *Macariis*: quo loco tribuuntur *Nacaræ* Turcis ac Saracenis, quas etiam iis ascribunt Scriptores nostri vernaculi, Joinvilla in S. Ludovico p. 28. Froissart. 1. vol. c. 147. & Orronvilla in hist. Ludovici Ducis Borbon. c. 76. apud quos ejusmodi tympana *Nacaires* dicuntur, ut *Nachere*, Joanni Villaneo lib. 10. c. 59. *Nacres*, Raimundo Montanerio in Chron. Aragon. c. 19. 139. 220. Joan. Molinetus Valentianensis f. 96.

Car en dançant tant me lassa,
Que ma muse à bruyant cassa,
Et mes nacaires pourfendy,
Onques puis corde ne tendy,
Sur tabourin, ne sur rebelle.

A Turcis igitur ea nostri hausere: nam & Francis non semel tribuuntur à Scriptoribus laudatis in Notis ad eundem Joinvillam: ubi etiam observatum interdum ab iis *Anacaires* appellari, ut & apud Græcos Ἀνάκαρα, Codino de Off. c. 6. n. 15. Ἀνακάραδα, apud Nicetam, unde Ἀνακαρισταὶ, Tympanistæ dicti apud eundem Codinum loco citato, & Nicetam in Man. lib. 5. n. 7. & in Isaac. lib. 1. n. 10. qui ejusmodi tympana pulsabant. Ver. Gl. Lat. Gall. *Tinctitare, Joüer des Nacaires.* Alibi: *Tarantarizare, Tromper, ou Naguairer: Joüer des Nagaires.* Vide Oct. Ferrarium in *Gnaccare*,

NACCUM, *Nachum.* Vide *Nactum.*

NACISTERNA, *Aquarium vas*, Papiæ.

NACTUM, vel *Nactus.* Jacobus Stephanescus Cardinalis lib. 1. de Coronatione Bonifacii VIII. c. 9.

Post ipsum quadratus equus, detextus ad ante;
Velatusque rubro scarleti tergora nacto
Cygneus ad dextram vehitur.

Et infrà:

Cornipedemque sedens niveum sub tegmine nacti.

Hinc emendandus Alexander III. PP. Epist. 52. ad Philippum Coloniensem Archiepisc. *Insigne quoque*

festivi

festivi equi, quod à quibusdam vulgo naccum vocatur, — confirmamus. Ita etiam præfert illa quam descripsit Maximilianus Henric. in Apolog. Archiep. Colon. p. 3. Et Innocentius III. PP. lib 1. Epist. p. 34. Edit. Colon. & 36. Edit. Venetæ: *Denique ut Pisana civitas — amplius honoretur, equo albo, cum nacho albo in processionibus utendi tibi licentiam damus.* Ita perperam *navo*; editum apud Ughellum to. 4 p. 1200. *Equo cum navo albo in processionibus uti, &c.* Legendum enim utrobique *nacho*. Quod porro hi *nactum*, alii *coopertorium*, *veludonem* appellant, (locos dedimus in v. *Equus albus*) ita ut *Nactus* fuerit stragulum, quo totus equus insternitur. Balsamo in Nomocan. Photii tit. 8. cap. 1. ait, magnum Chartophylacem in Festi SS. Notariorum processione, Καβαλικεύειν τὸ πατριαρχικὸν ἄλογον μετὰ ὀθονίου λευκοῦ. Vossius *nachus* retinet, & à νάκος, i. vellus vel lana, deducit: sed vix est ut assentiar. Vetus Interpres Juvenalis sat. 6. v. 80. *testitudineum conopeum* Poëtæ interpretatur, *linum tenuissimis maculis nanctum* Quo loco Pithœus *netum* aut *nexum* frustra conatur reponere: est enim *nactum*, quod in Gloss. Græc. Lat. νακτὸν, τὸ πεπιλωμένον, dicitur, *densum*, *pressum*, à νάσσειν, premere, densare. Hinc *fullo*, νάκτης, à densando & premendo, *nactina*, fullonis uxor apud Apuleium. Hesychius, νακτὰ, πίλους, ἐμπίλια etiam interpretatur. Vide *Thoracomactus*.

NADIVUM, pro *nativum*. Vide *Mantellarium*.

NADONES. Liber Rubeus Archiepiscopatus Aquensis ex Bibl. Regia fol. 17. *Ex sunt Ecclesiæ quæ faciunt quartanos nadonum lini & canabi Domino Aquensi Archiepiscopo & primo de citra Durentiam, videlicet Ecclesia de Malamorte facit quartam partem nadonum. Item quartam partem lini & canabi, &c.*

NAGARE. In Gloss. Isid. *Vacillare, huc & illuc fluctuare.* Quidam putant idem esse quod *natare*, nare, unde nostri *Nager* hauserunt: sed mallem legere, *vagare*, vel *vagari*, nisi ita etiam haberet Papias: *Nagat, vacillat, huc illucque fertur.*

NAGLEDEN. Charta Balduini Comitis Guinensis an. 1228. in Tab. S. Bertini: *Propter hoc autem quod Castellanus de Broborgh in initio Augusti, & etiam per totum Augustum debet nagleden prohibere, præter de decimis, &c.*

NAHPRANT. Vide *Hermsuchung*.

NALUM. Acta Murensis Monasterii p. 39. *Unusquisque enim debet ex constitutione 4. boves præstare, & 5. hydrias supradictæ mensuræ adducere, & omnia quæ sunt necessaria ex sua parte dare, nisi nalum ad unum quodque, aut jugium nisi ad ultimum: dant tamen panem unum qui illis debet restitui à Præposito.*

NAM, secundo loco in oratione, ut vox *enim*. Vetus Interpres Juvenalis sat. 7. *Armaria nam advocatorum apud veteres scalas habebant.* Utitur & sat. 7. vers. 192. & alibi non semel.

Nam non, pro *Non verò*. Testamentum Notherii Episcopi Veronensis sub Berengario Rege: *Nam non habeant potestatem ipsum xenodochium meum in emphyteusim, id est, precariam dandi, &c.* Infrà: *Et ipsi ipsos denarios inter Monachos dividant, ad eorum vestimenta comparanda, nam non Abbati eos dent ad dividendum, quia non eos conditionabiliter, aut exiguè dare censemus.* Occurrit non semel in Leg. Longob. lib. 1. tit. 8. §. 29. lib. 2. tit. 6. §. 6. tit. 21 §. 5. tit 29. §. 7. tit. 55. §. 1. 16 in Capitul. 3. an. 811. c. 6. &c.

NAMIUM, Pignus, ex Saxonico nam, pignoris ablatio, & nyman, distringere, ut vult Lambardus: Vel ut vult Joannes Stiernhookus lib. 1. de Jure Sueonum vetusto cap. 10. à voce Suecica *Nema*, & *nam*, quæ *capturam* sonat: *nams*, apud Petrum de Fontanis in Consilio cap. 10. & in veteri Consuetud. Normanniæ 1. part. ubi complura habentur capita de ejusmodi *namiis*; & in nova art. 63. & seqq.

Namium capere, Pecora seu pignus auferre. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 2. *Quod si reddere noluerint, neque ad disrationandum venire, tunc cives, quibus debita sua debent, capiant in civitate namia sua, vel de Comitatu in quo manet, qui debitum debet.* Adde c. 51. Leges vernaculæ Willelmi Nothi cap. 42. *Ne prenge hum nam ni l'en Conté, ne defors, dici qu'il ait tres-fois demanded dreit, el Undred, û el Conté, & sil à la tierce fiée ne pot dreit aver, alt à Conté, & le Conté l'en asene le quart jur: & celi eli defaut deki il se claime, dunt prenge congé qui il puisse nam prendre pur le son lum & pref.* Sic ea verba dispungenda & reddenda: *Non capiat quis namium, neque extra priusquam ter rectum petierit in Hundredo vel in Comitatu: & si ad tertiam vicem rectum non potest habere, eat ad Comitatum, & Comitatus assignet quartum diem: & si is deficit de facto cujus se clamat, tum licentiam capiat capiendi namium pro suo proficuo.*

Namium excutere, Datum vel ablatum eripere, *Enlever le namps*. Leges Henr. I. c. 51. *Nemo justitiæ vel Domino suo namium excutere præsumat, si juste vel injustè capiatur, sed justè repetat, plegium offerat, & terminum satisfaciendi. — Qui namium excussit, reddat, & oversennessa sit.* Vide Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ c. 21. §. 1.

Namium vetitum, Illegitima pecorum prehensio, & in locum illicitum abactio, sub prætextu damni per ea abigenti facti, quo casu clarigationis jus conceditur, quod *Placitum de Vetito namii* dicitur. *Namium* enim *extra Hundredum duci* vetatur, in Legibus Henrici I. c. 29. Quod quidem Placitum pertinet ad Coronam Regis, ex Regiam Majest. lib. 4. c. 27. Vide Statuta secunda Roberti I. Regis Scot. cap. 24. §. 7. Bractonum lib 3. Tract. 2. c. 37. §. 1. & Cowellum.

Namiare, Pignorare, pignus auferre. Leges Henrici I. Regis. Angl. cap. 51. *Si Vicecomes injustè aliquem namiet, convictus noxæ suæ causam perdat, & suppliciter* (simpliciter) *emendet.*

Nammium, *Namminare*, in Consuetudinibus municipalibus, *Nantir*, passim. Charta Henrici Abbat. Fiscan. in Tab. Fisc. fol. 36. *Nammia quæ capta fuerint in terra Abbatis non nisi in terra Abbatis ponentur in parcum. — forestarius sequetur forefactum usque in villam de Asiaco per rocriam, & si equus attelatus fuerit, nammiabit, & Præposito Abbatis usque ad placita replegiabit.*

Exnammiare. Vetus Charta in eodem Tabulario Fiscannensi f. 71. *Forestarius tam in bosco quàm extra, etiam in tota terra manerii exnammiabit forefactur nemoris, & mittet nammia in feodo manerii, sed non debent reddi vel plegiari nisi per cellarium.*

Namum, in Legibus Burgorum Scotic. cap. 34. 47.

Namus, in Statutis secundis Roberti I. Reg. Scot. cap. 21. &c.

Namare. Leges Burgorum Scotic. c. 4. *Burgensis non potest namare burgensem in eodem burgo commorantem, sine licentia Præpositi sui.*

Namium. Concilium Islebonense cap. 19. *Si duellum sine licentia Episcopi susceperit, aut namnum ceperit, aut assultum fecerit — Clericus, &c.* Ordericus Vital. lib. 9. pag. 721. *Ut nullus homo alium assaltat, aut vulneret, aut occidat, nullus namnum vel prædam capiat, &c.*

Namnum. Charta Willelmi Comitis Pontivensis an. 1145. pro fundatione Abbatiæ Persinacensis, apud Ægidium Bryum in Hist. Perticensi: *Nullusque in dicto Monasterio, nec in locis ejusdem hominem capere*

capere vel percutere, nanna, animalia, blada, vina, aut alia bona eidem constituta capere, vel portare audeat.

Nanneare. Tabular. Majoris Monast. circa an. 1200. *Si quis audeat nanneare, vel molestiam facere,&c.* Passim ibi.

Nantum. Charta an. 1247. *Item concordamus & unanimiter arbitramur, quod domina & hæredes Montismorentiaci possunt capere nanta in censiva sua, — & tenere nanta in castro B. Dionysii, donec eis satisfactum fuerit de redditibus suis & emendis.* Occurrit in alia an. 1252. in Hist. Monast. S. Martini de Campis pag. 207.

Nantare. Charta Ludovici Comitis Blesensis & Clarimontis an. 1197. pro Credulio : *Quilibet plegium nantare poterit, sicut debet : ego plegium meum nantabo sicut soleo, nisi plivinæ emendandæ plegium dederit.* Charta Communiæ Bituric. an. 1181. *Plegium verò vel societas illa pro homine de Duno seu Castellania data, non poterit nantari vel capi,&c.* Adde Raguellum, & Thomasserium in Consuetud. localib. Bituric. p. 64. 95.

NANCTUS. Vide *Nactus*

NANDOMEAT. Tabul. Prior. Paredi in Burg. Ducatu f. 61. *Dedit pratellum cum terra arabile, qui terminatur de una parte terra Assidei; — de tertia, terra S. Georgii; de quarta, Liger fluvius nandomeat.* Quid id sit, non percipio, nisi vox dividenda, *nando meat*, i. ubi Liger fluit.

NANNUM, Nantium. Vide *Namium.*

NAPARIA, seu *mapparia*, Officium in aula Regia, cui incubuit mappas, canabum, mautergia, & similia providere, in Fleta lib. 2. cap. 19. *Nappe* nostri mappas vocant. Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. v. *Nappa.*

NAPATICA. Polyptychus Ecclesiæ Floriacensis : *Debet unusquisque mansus servilis per totas hebdomadas dies 15. & unam napaticam in vineis.* Alibi : *Solvit unusquisque mansus servilis per totas ebdomadas in anno dies 5. — debet napaticas 11. &c.* Rursum : *Debet unusquisque mansus servilis per totas ebdomadas dies 5. & unam napaticam in vinea de qua recipit tertiam partem,&c.* Vide *Mappa.*

NAPINA, Ager napis consitus, Pictavis, *nabine*, in Lege Salica tit. 29. §. 13. *Napinam, & rapinam*, pro satione naporum & raporum habent Cato & Columella lib. 11. c. 2.

NAPPA. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 33. v. *Et inde reddant 3. sol. censuales, & 12. pro avena,& questam, & agrerium terræ, exceptis nappis, & agrerium sine monacho S. Eparchii vel ejus misso non excutietur.* Vide *Napatica.*

NARDIFICARE, *Fragrare*, in Gloss. Arabico-Lat. Spirare odorem nardi.

NARDINUM, *id est, oleum.* Ita Joannes de Garlandia in Synonymis Chymicis.

NARES. Vide *Denasare.*

NARIRE, Nares fricare; in Catholico parvo, *Nariller, froter la narine, ou mouquer.* Hinc *Nario, subsannans*, in Glossis Isid. *Nario, subsannans*, in aliis.

NAROD, Tributi species apud Bohemos, in Charta Ottocari Regis Bohem. an. 1221. in Bohemia Pia. p. 88.

NARRATORES, Advocati, Patroni causarum, *Conteurs*, in veteri Consuetudine Normanniæ c. 64. *Cil est appelle conteur, que aucun establit à parler & conter pour soi en court.* Ubi Latina Editio : *Prolocutor autem dicitur, quem quis pro se instituit ad loquendum.* Matth. Paris an. 1239. *Cum prolocutoribus Banci, quos Narratores appellamus.* Vitæ Abbatum S. Albani : *Placitantium advocatorum, quos Banci narratores vulgariter appellamus* Bracton. lib. 5. Tr. 5. c. 15. §. 1. *Justitiarius potest recusari, si — fuerit consiliarius vel narrator suus in causa illa, vel in alia.* Fleta lib. 2. c. 37. *Et ulteriùs in Curia Regis pro aliquo narrare non audietur, nisi pro semetipso, si Narrator fuerit.* In Glossis Isidori lego, *Moratores, Advocati.* Ubi fortè legendum *Narratores*, vel *oratores.*

Narratio, Causa, lis intentata. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ c. 15. *Ordinatum est & assensum, quòd in placitis de conventione, narratio non sit cassata, nec culumniata in aliqua curia, quandiu querelam vel suus prælocutor dicat annum & diem conventionis facta, &c.*

NASALE, *nasile*, Pars cassidis demissa quæ nasum tegit, Italis *Nasale.* Lat. *Errhinum.* Catholicon parvum : *Nasile, Ce qui défend le nez.* Matth. Silvaticus. *Nasale, intectorium nasi.* Ugutio : *Nasale, quod nasum protegit.* Ægidius de Roya ann. 1371. *Dux Geldriæ habita hac victoria dum nasale cassidis suæ pro respiratione levaret, incautè volante sagitta occubuit apud Beziers.* *Le Roman d'Aubery MS.*

Jus l'abati dou destrier sejorné.
Par le nazel l'a errament combré.

Le Roman de Roncevaux MS.

Jusque nazal l'a tranchié & fendu.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

El Duc Rolland ne vot que corroçer,
Quand de son elme vit le nasel trancher
Et son aubert desrot & desmaillé.

Vide *Ocularium.*

Nasale, in Gloss. Isid. *Ornamentum equorum.*

NASCALE, *Quod matrici imponitur, simile suppositorio, pessarium verò simile clysteri, quamvis pro nascali pessarium in libris antiquis sæpe invenatur.* Matth. Silvaticus.

NASCENDO *esse.* Lex Longob. lib. 2. tit. 21. §. 9. *Et ille qui pulsat & wadiam suscepit, proximiores sacramentales, qui nascendo sunt, debeat nominare tantùm, &c.* Id est, qui genere proximiores sunt. Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 109. §. 4. *Qui nascendi sunt.*

NASCENTIA, Horoscopus, *Genitura*, Suetonio, Spartiano, Firmico, & aliis : *Genesis*, Juvenali : *Nativitas*, Sancto Ambrosio lib. 4. Hexaem. Gall. *Naissance, temps de la naissance.* Vita S. Eligii lib. 2. *Nullus sibi proponat fatum, vel fortunam, aut genesim, quod vulgò nascentia dicitur, ut dicat, qualem nascentia attulit taliter erit.* Vitruvius lib. 9. cap. 7. *Achinapolus, qui non è nascentia, sed ex conceptione genethliologiæ rationes explicatas reliquit.* Vide *Genesis.*

Nascentia terræ, Fructus qui ex terra proveniunt, apud Luciferum Calaritanum lib. 1. pro S. Athanasio pag. 15. 1. Edit. ex lib. Paralipom. cap. 28. *Maledicti filii ventris tui, & nascentia terræ tuæ armenta boum tuorum*, ubi Vulgata. *fructus terræ tuæ.* Occurrit etiam in veteri Charta imperante Lothario Francor. Rege, apud Jo. Lucium lib. 2. Hist. Dalmat. cap. 2. Atque ita hæc vox capienda in Regula S. Benedicti c. 39. *Ergo duo pulmentaria cocta Fratribus sufficiant. Et si fuerit unde poma, vel nascentia leguminum, addatur & tertium.* Id est, si eo anno, vel hac anni tempestate, pomorum, seu fructuum, & leguminum ubertas fuerit, &c. quomodo *Nativitatem* hac notione usurpavit Gregor. M. Hîc enim hallucinantur Interpretes Regulæ Benedictinæ. Lactantius lib. de Mortibus Persecutor. num. 31. *Cum omnes fructus auferas, universa nascentia violenter eripias, &c.* Sic *gignentia*, neutro gen. in plurali, pro

pro iis quæ è terra gignuntur, etiam dixisse veteres Scriptores observavit Juretus ad libellum secundum S. Ambrosii post Symmachum p. 329. Vide *Natura* & Glossar. med. Græcitat. in Γέννημα.

NASCIO, *nis*; *Nascendi proprietas, actus vel passio nascendi*, Ugutioni.

NASIDIANITA. Joan. Sarisberiensis lib. 8. Policr. c. 8. *Ab his ergo* (conviviis civilibus) *Nasidianitæ arceantur, & quicunque supercilii gravitate & inamœno vultu admissorum hilaritatem offendit.*

NASSA. Charta Occitanica an. 1312. in 48. Regesto Tabularii Regii n. 44. *Dedisse & concessisse eidem Bertrando nassam illam quæ vocatur la Viscontau in Castellania de sancto-Makario, cum omnibus quæ ad nos ratione nassæ illius in præsenti pertinent, & in futurum pertinere poterunt, habendam & tenendam eidem Bertrando & hæredibus suis, — reddendo inde nobis & hæredibus nostris unam lanceam ad Sporlam in mutatione domini.* Charta ann. 1216. in Tabular. Abbat. Frigidi montis fol. 88. *Quittavi etiam nassam dictæ Ecclesiæ quam contra eam in molendino de Cires reclamabant.*

NASSALE. Vide *Macepedaculum*.

NASSELLA. Vide *Naca*.

NASTAID. Lex Alem. tit. 56. §. 2. *Liceat illi mulieri jurare per pectus suum, & dicat: Quod maritus meus mihi dedit in potestate, & ego possidere debeo. Hoc dicunt Alamanni Nastaid.* Ubi Editio Heroldi habet *nasthait*. Vox composita, ut volunt, ex *nast*, sive *naest*, hoc est, proximum, & *aid*, sive *eed*, i. juramentum. Quia, aiunt, nihil corde sive vita propiùs hominem tangit.

NASTALÆ, *Nastolæ*, Josepho, Ἀστραδόνες, nostris *Esguilletes*, Germanis *Nestel*, unde *Nestelen*, ut observat Josephus Scaliger Epist. 205. Glossar. Gr. Lat. ἀστραδών, *pendiclum*, ἀστραδώνιον, *pendiculus*, *peniculum*. Ugutio: *Nastale, cingulum, vel fibula quæ restringit pallium circa collum.* Vetus Interpres Joseph. Annal. 1. *Nastalæ ex utraque parte ejusdem à parte pectoris & scapularum astringit.*

Nastola, eadem Notione. Tabularium S. Remigii Remensis: *Casulam de cendato viridi 1. nastolam cum margaretis 1. mapulam 1. &c.* Infra: *Albæ 2. stolæ 2. nastolæ 2. fanon 2.* Occurrit ibi pluries. Hariulfus lib. 3. Chronol. Centul. cap. 3. *Vestimentum lineum dominicale 1. nastola ex auro parata 2. Wanti castanei auro parati 2. &c.* Hinc fortè *nastro*, Itali usurpant pro vitta, fasciola. Dantes:

> *Ne si parti la gemma dal suo nastro.*

Nastula, & *Nastila*; apud Petrum Comestorem in Histor. Scholast. cap. 63. Exod. *Nastilibus vel nastulis hinc inde super humeros capitium constringentibus.* Adde cap. 64.

Nastulus, Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 2. c. 13. *Et tam prelati quàm subditi subtularibus rubeis, non nastulos, sed ligaturas habentibus sint contenti.*

NASUS. Charta Silonis Regis Ovetensis in Hispania an. Ch. 777. apud Sandovallium: *Calicem argenteum, & patenam, cum aquamanili, & cum suo naso, &c.* Ubi ita reddit Sandovallius: *con aguamanil, y con su pico.* Puto legendum *vaso*, seu *vase*, hoc est, pelvi. Vide *Vassus*.

Nasi abscissio. Vide *Denasatus*.

NATALE, Conditio, status, dignitas. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 64. *Si quis de homicidio accusetur, & idem se purgare velit secundùm natale suum, &c.* Id est, productis testibus suæ conditionis. Cap. 68. *Si quis liber aut servus occidatur, natalis sui pretio legitimè componatur, &c.* Adde cap. 69. 75. 76. *Pretium nativitatis*, c. 88. *Natalitium*, in Legibus Edwardi Confessoris. Vide *Pretium*.

Natale, Γενέθλιον, in Gloss. Gr. Lat. Ammonius Grammaticus: Γενέθλια ἐπὶ τῶν ζώντων, γενέσια ἐπὶ τῶν τεθνηκότων, ἐν ᾗ καθ' ὃ ἡμέρᾳ τετελευτήκει. Præfat. a Libellum precum Marcellini & Faustini p. 11. de Damaso PP. *Quos etiam cùm ad natale suum solemniter invitasset, &c.* Senator lib. 8. Epist. 33. *Qui ad natale S. Cypriani religiosissime venerant peragendum, &c.* Lex 5. Cod. Th. de Spectacul. *Dominico, qui septimanæ totius primus est dies & natale, &c.*

Natale, Acclamatio nostris olim familiaris in lætitia publica, *Noel Noel.* Frodoardus de Pontif. Roman. in Leone III.

> — *Proceres præconia Christo*
> *Læta ferunt, Regique polo Natale frequentant.*

Chronicon Beccense an. Dom. 1390. *Receptus cum gaudio magno, cunctis clamantibus Noël, Noël.* Vide Monstrelletum 1. vol. p. 32. 52. 125. 147. 208 &c. Berrium in Hist. Caroli VII. an. 1437. & ibi Andr. Duchesnium, Chro. icon Scandal. Ludovici XI. Doronvilleum p. 271. Histor. Arthuri Ducis Britan. p. 7. &c.

NATALIS, Festus dies Sanctorum à Christianis cultus. Beletus de Divin. off. cap. 4. *Nativitas propriè appellatur festum illius Nativitatis, quæ est in carne & in mundo, ita ut hinc solùm dicatur Nativitas Christi, B. Mariæ, & Joannis Baptistæ, quòd horum Nativitates duntaxat ab Ecclesia celebrentur. Natalis, & Natale, & Natalitium vocatur Sanctorum ex hoc sæculo commigratio: quia ut sæculo & mundo moriuntur, ita tunc cœlo nascuntur.* Adde Amalarium lib. 4. de Eccles. offic c. 35. Rabanum lib. 2. de Instit. Cleric. c. 43. Honorium Augustod. lib. 3. cap. 17. & Durandum lib. 7. c. 1. n. 18. Smyrnensis Ecclesia apud Eusebium lib. 4. Hist. Eccl. c. 15. diem mortis S. Polycarpi γενέθλιον ἡμέραν vocat: *diem passionis* vertit Rufinus. S. Augustinus Serm. 10. de Sanctis: *Dignè natalem istorum colimus, quos beatiùs æternæ vitæ mundus edidit, quàm mundo maternorum viscerum partus effudit.* Item in Psalm. 39. *Mortes in quas Pagani sævierunt, in illis hodie reficimur, Natalem Martyrum celebramus, exempla Martyrum nobis proponimus.* Eusebius Gallicanus sive Cæsarius Homil. 50. de S. Genesio: *Beatorum Martyrum passiones, Natales vocamus dies, quando eos martyrii vita & Gloriæ fides, dum ingerit morti, genuit & æternitati, & perpetua gaudia brevi dolore parturiit, &c.* Paulinus Natali 3. S. Felicis:

> *Venit festa dies cœlo, celeberrima terris*
> *Natalem Felicis agens, quâ corpore terris*
> *Occidit, & Christo superis est natus in astris,*
> *Cælestem nactus sine sanguine Martyr honorem.*

Philippus Eystetensis in Vita S. Willibaldi c. 11. *O quàm optabilis est illa dies Sanctis & Dei fidelibus, in qua etsi moriuntur mundo, nasci tamen feliciter incipiunt in cœlo! Et ideo sacrosancta mater Ecclesia hunc diem non mortis, sed Nativitatis appellat, quia post mortem cariùs gaudia incipiunt possidere æternæ hæreditatis.* Adde Petrum Chrysologum Serm. 129. Nicolaum PP. ad Consulta Bulgaror. c. 5. Radulphum Flaviniac. lib. 4. in Levit. cap. 2. &c.

Natalis, vox etiam usurpata in festo Translat. Reliquiarum. Martyrologium S. Hieronymi 4. *Non. Aug. in Antiochia Natalis reliquiarum Stephani Protomartyris & Diaconi, &c. Ita*

Natalis Calicis, Dies Cœnæ Domini appellatur, cujus nomenclaturæ rationem affert Eligius

 Novi-

Noviomens. Episcop. Homil. 10. *Vocatur hæc dies Cœna Domini : vocatur & Natalis Calicis : & meritò talibus præfulget miraculis, quia hac eadem die mysticum Pascha Dominus cum Discipulis celebrans, Sacramenta Corporis & sanguinis sui illis atque per illos nobis tradidit, & ipse celebrationis initium fecit.* Vita S. Genovefæ n. 33. *A die sancto Epiphaniæ, usque ad Natalem Calicis, qui est Domini cœna, &c.* Ratramnus Monachus Corbeiensis lib. 4. contra Græcos, c. 3. ex Vita S. Silvestri PP. *Natalem Calicis similiter ut diem Dominicum habere debemus, in quo sacrificium Dominici Corporis & Divini Sanguinis ab ipso Domino celebrationis sumsit initium.* Græca Eusebii, cui Vitam S. Silvestri adscribit Ratramnus, ut & aliquot Codices MSS. profert eadem Vita à Combefisio edita p. 268. quo locò πέμπτη ἡμέρα vocatur, quæ *Natalis Calicis* Ratramno. Petrus Blesensis, qui in Codd. MSS. *Pictor* cognominatus, in Tract. de S. Eucharistia cap. 13.

Hoc in Natali Calicis non est celebratum,

Quando Pascha novum vetus est post Pascha dicatum.

Extant Homiliæ in *Natalem Calicis* ab Avito Viennensi conscriptæ fragmenta, inter illius opera. *Natalem Calicis*, pro ipsa divina Eucharistia usurpat Paschasius Abbas Corbeiensis, de Corpore & Sanguine Domini.

Natalis Sacramenti, lib. 1. Sacrament. Eccl. Roman. n. 1. sed & γενέσια quasvis rerum memorabilium seu illustrium memorias annuas vocabant. Ita Sozomenus lib. 6. cap. 2. ait, γενέσια σεισμοῦ sub Valentiniano quotannis celebrâsse Alexandrinos scribit: seu fortè publicarum Litaniarum ob istum terræ motum institutionem.

Natales, Quatuor præcipuæ anni festivitates, nostris *Jours nataux.* Charta Pontii Episcopi Atrebatensis in Tabulario S. Bertini : *Singulis annis 20. solidos cursalis monetæ reddere tenebitur 4 Natalibus, scilicet in festo omnium SS. 5. sol. in Natali Domini 5. sol. in Pascha 5. sol. & reliquos 5. sol. in Pentecoste.*

Natalis, Dies solennis, seu anniversarius, quo quis in dignitate quapiam inauguratus est. *Natalis imperii*, apud Capitolinum in Pertinace, & Eumenium Paneg. 9. *Natalis valentiniani purpuræ*, in Laterculo Silvii. *Natalis adoptionis*, apud Spartianum in Adriano. Lactantius de Mortib. Persecutor. num. 46. *Statuit Imperator prælium diei Kalendarum Madarum, quæ octavum annum nuncupationis ejus implebant, ut suo potissimum natali vinceretur.* Ita Sixtus PP. in Epist. ad Cyrillum Alexandrinum anno 430. & in Ep. ad Joannem Antiochenum, Hilarus Papa in Epist. 2. ad Episcopos Tarraconensis provinciæ, S. Ambrosius Epist. 60. ad Felicem Comensem, S. Augustinus Epist. 255. Paulinus Epist. 16. Gregorius M. in libro Sacram. Fortunatus lib. 5. Poëm. 3. Ennodius dict. 1. Anastasius in Hadriano I. Hadrianus II. Epist. 11. ad Actardum, Leo VII. in Epist. post Chronicon Reichersp. p. 17. lib. 1. Sacrament. Eccles. Rom. c. 97. 98. 101. lib. 3. cap. 37. Diurnus Rom. cap. 3. tit 13. Testamentum Aldrici Episcop. Cenoman. in illius Vita p. 51. 54. 92. Et hinc

Natalis Cathedræ S. Petri, cujus festum agunt Christiani, de quo sic Augustin. Serm. 15. de Sanctis : *Institutio solennitatis hodiernæ à senioribus nostris Cathedræ nomen accepit, ideo quòd primus Apostolorum Petrus hodie Episcopatus Cathedram suscepisse referatur. Rectè ergo Ecclesia natalem sedis illius colunt, quam Apostolus pro Ecclesiarum salute suscepit.* Vide Turneb. lib. 23. Adv. c. 4. Baron. ad Martyrol. 3. & 13. Jan. Rosweidum ad Paulini Epist. 16. Bolandum ad 18. Januarii, Livineium ad Paneg. p. 332. &c.

Natalis templi, *Basilicæ*, seu ejus dedicationis, in Sermone de Dedicatione Ecclesiæ edito à V. Cl. Jac Petiro.

NATATORIA, *Piscina*, in Gloss. Lat. MS. Regio. *Natatoria Siloe*, Joann. c. 9. Κολυμβήθρα, in Gr. Glossæ Græc. Lat. Κολυμβήθρα, *Piscina*, *Natatura*, leg. *Natatoria.* Vide Sidonium lib. 2. Epist. 2.

Natatorium, Fons Baptismatis, κολυμβήθρα. Hist. Miscella in Zenone : *In natatorio sancti Martyris Barlaæ.*

NATICÆ, Clunes, Italis *Natiche*, præsertim Danti in Inferno cant. 20. Vetus Interpres Moschionis apud Scaligerum in Epistolis : γλουτοί, naticæ. Glossæ Græc. Lat. πυγή, *natica.*

NATIO, Nativitas, generis & familiæ conditio. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 16. *De homine libero secundùm nationem suam.* Adde Edictum Rotharis Regis Long. tit. 77. §. 3. Hinc emendandæ vet. Glossæ, *navitio*; γενεά. Legendum enim *natio.*

Nationes, in quas *Studiorum*, seu Academiarum, Scholastici dividuntur, quæ in singulis quaterno ferè semper definiuntur numero ; verbi gratia Parisiensis quatuor nationibus constat, Franciæ, Picardiæ, Normanniæ, & Germaniæ, quæ olim Angliæ dicebatur. Ita in Privilegiis Academiæ Viennensis in Austria ab Alberto III. Duce Austriæ concessis an. 1384. eadem Universitas *in quatuor partes, quas solitum est Nationes vocari, ad instar Parisiensis studii dividitur*, in Nationes scilicet *Australium*, *Rhenensium*, *Ungariæ*, & *Saxonum.* Vide Lambecium lib. 2. Comment. de Bibl. Cæsar. cap. 5. & Histor. nuperam Academiæ Parisiensis.

Natio, quo *natatio*, apud Celsum lib. 3. cap. 24. qua scilicet æstate utebantur veteres, ut balneis hieme. Vide eundem cap. 21. ejusdem libri, & lib. 4. cap. 5.

NATIVITAS, Annonæ abundantia, fructuum collectio, Gallis *Recolte.* Gregorius M. lib. 1. Epist. 70. *Tantùm hic parva nativitas fuit, ut nisi — frumenta de Sicilia congregentur, fames vehementer immineat.* Vide *Nativus*, & *Nascentia.*

Secundum suam nativitatem componere, in Capitulari 3. an. 813. c. 6. 7. Vide *Weregeldum.*

Nativitas, Dies Sancti natalitius. *Martyrum nativitates*, in 1. Indice Concilii Cloveshoviensis an. 747. c. 13.

Nativitas, Ingenuitas, sinceritas, quomodo *Naiveté* dicimus. Dinamius Patricius in Vita S. Maximi Episc. Regiensis : *Nam ut mysticæ actionis ejus insignia nihil habeant ambiguum, nihilque ex iis vulgaris assertio fabulosum efficiat, aut de nativitate suspectum, quæ ab illo facta sunt & comprobata, veridico sermone narranda sunt.* V. *Nativus.*

Nativitas. *Corporis habitus, dispositio, temperamentum*, qua notione utitur Gariopontus in Passion. l. 4. c. 4.

NATIVUM, pro *Natali* festo. *In Nativo S. Mariæ*, in Hepidanni Annalibus Goldastinis.

NATIVUS, Oriundus, quomodo *Natif* nostri dicunt. *Natiu*, apud Littletonem. Catholicon parvum : *Nativus, Natif.* Hincmar. Remensis Ep. 7. ex Laberiis, de Hincmaro Laudunensi Episcopo : *Nam Attrabatis : Viromantis, & Bononia, ex cujus territorio es nativus, &c.* Vita S. Udalrici Episcopi Augustensis : *Ab eo interrogatus de qua provincia vel civitate esset nativus : qui respondens dixit, De provincia Alamannia, & de civitate Augusta oriundus sum.*

Nativi-

Nativi, Servi glebæ, origine & nativitate, eoque ipsi dominis suis obnoxii, Anglis *niefes*: *Naifs*, in Legibus Willel. Nothi vernaculis c. 23. *Neifs*, Littleton sect. 286 287. cui propriè ita dicuntur ancillæ, seu servituti obnoxiæ, ut è contra viri, *Villani*. *Nativitate servi*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 70. *Le Roman du Renard. MS.*

Car cil qui sunt serf par nature,
Ne sevent garder, mesure,

Bracton lib. 1. c. 6. §. 4. *Servi aut nascuntur, aut fiunt. Nascuntur autem ex nativo & nativa alicujus copulatis vel solutis, &c. Item nascitur servus qui ex nativa soluta generatur, quamvis ex patre libero, quia sequitur conditionem matris, quasi vulgò conceptus. Item dicitur servus natione de libero genitus. Qui se copulavit villanæ in villenagio constitutæ, sive copula maritalis intervenerit, sive non.* Eadem habet Fleta lib. 1. c. 3. Adde eundem Fletæ Scriptorem lib. 2. cap. 51. & Rastallum verbo *Nativo habendo*. Ingulphus pag. 875. *Et si quis hominum nativorum suorum, vel nativè de iis tenentium, aliquod delictum fecerit, &c.* Ejusmodi Nativorum mentio fit apud Thomam Walsinghamum p. 258. 261. in Chartis variis to. 1. Monast. Angl. pag. 372. 603. tom. 2. p. 56. 93. 94. 174. 243. 827. 976.

Sequela Nativorum, Cowello appellatur *Regale privilegium, quo qui fruitur, habet Villanorum, i. servorum & mancipiorum intra feudum suum propaginem, & potestatem de illis, ut de cæteris suis, seu liberis, seu bonis mobilibus vel immobilibus pro libito disponendi.* Vide in Theam. *Placitum de Nativis, id est, de servis fugitivis à veris dominis suis*, ad Vicecomites pertinere dicitur in Regiam Majest. lib. 1. cap. 3. §. 4. Adde l. 2. cap. 11. 12. & Quoniam Attachiamenta cap. 56. ubi plura de ejusmodi Nativis. Charta Eadredi Regis tom. 1. Monastici Angl. p. 169. *Et præcipio quòd omnes homines fugitivi, quos iidem Monachi, & testimonium 4. vel 5. hominum fide dignorum coram Vicecomite in patria, in qua tales manent, possunt affidare suos nativos esse, reducantur per prædictum Vicecomitem in Abbatiam eorum cum omnibus catallis & sequelis eorum.*

Nativitas, Servitus, *Naïverie*, in Legibus Willelmi Nothi vernaculis c. 23. Quoniam Attach. c. 56. *Si autem nativi domino suo negent nativitatem suam sive bondagium, &c.* Occurrit ibi pluries. Acta S. Erconwaldi Episcopi n. 20. de quodam captivo: *In hunc modum est exorsus: Deus, quem nemo petit in vanum nisi vanus, nativitatem meam evacua, &c.* Id est, servitutem, seu captivitatem. Apud Ratbertum de Casib. S. Galli. p. 48. *Nativitas* alia videtur notione accipi: locum expende.

Nayvitas, idem quod *nativitas*, Nativa servitus. Fleta l. 4. c. 2. §. 8. *Quod dicitur de his, qui in nayvitate sunt procreati.* Lib. 5. c. 5. §. 39. *Liberatus fuit à nayvitate cum tota sequela sua quocunque modo liberationis.* Adde Radulfum *de Hengham* in Parva cap. 8.

NATRIX, Serpens, hydrus. Columellæ lib. 1. cap. 5. Gloss. Lat. Gr. *Natrix*, βόα, ἰχθύος εἶδος. Nonio cap. 1. num. 334. *Natrices, angues natantes.* Sulpitius Severus lib. 3. de Vita S. Martini: *Serpens ipsum flumen secabat, & ripam, in qua constiteramus, adnatabat.* Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini:

Obvius ecce venit serpens adnando per amnem,
Pectoris impulsu sulcans vaga remige cauda.

Althelmus de Laude Virgin. c. 20.

Dum contempserunt Christo famulariter uni,
Natricis horrendi cultum præstare putantes.

Cap. 45.

Quatenus in crypta tibi, natrix unde nefanda
Aufugit, &c.

Aldhelm. Abb. Malmesbur. *Et ubi prius in nefandæ ejus natricis Ermuli, ceu vulique cruda sanis colebantur stoliditate in profanis, &c.* Suprà *Chelidrum*, i. diabolum, dixit.

NATTA, Storea, *Matta*, Gallis & Germ. *Natte*. Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 18. *Illud quod intextis junci virgulis fieri solet, quas vulgo nattas vocant.* Will Malmesburiensis: *Natta in qua cubare solebat.* Quo loco Ranulfus Cestrensis habet *mattam*. Raimundus *de Agiles* in Hist. Hierosol. *Velut mortuus cecidit in terram, & præ angustia sudans, nattam, super quam ceciderat, humefecit.* Vetus Poëma MS. de Vulpe coronato:

Saint Martins, dont trovons lisant,
Trovoit-on mult souvent gisant,
Dedens nates faisoit son lit.

NATURA, Pars corporis, quâ quis aut vir est, aut femina: *Naturalia*, Justino lib. 1. *Non solùm abscondimus*, inquit S. Ambros. lib. de Offic. c. 18. & l. 1. de Noë & arca c. 8. *verum etiam quæ abscondenda accepimus, eorum indicia, ususque membrorum suis appellationibus appellare indecorum putamus.* S. Hieronym. in c. 47. Esaiæ: *Disputant Stoici multa re turpia, prava hominum consuetudine verbis honesta esse, ut parricidium, adulterium, homicidium, incestum, & cætera his similia: rursumque re honesta, nominibus videri turpia, ut liberos procreare, inflationem ventris crepitu digerere, alvum relevare stercore, vesicam urinæ effusione laxare, denique non posse nos, ut dicimus à ruta rutilam, sic ὑποκορισικῶς à mente facere.* Leges Henrici I. Regis. Angl. c. 83. *Pensandum autem est per visum accusantibus, visum concubitus propensiùs advertendum, ut scilicet ipsas coeuntium naturas viderint commisceri.* Ita usurpant Cicero lib. 2. de Divinat. Vegetius lib. 1. de Arte veterin. c. 61. Apuleius de Virtutib. herbar. c. 40. Celsus Platonic. lib. 1. de Medic. animal. c. 1. §. 15. c. 3. §. 10. vetus Interpres Juvenalis sat. 3. v. 97. Sat. 6. v. 73. Anastasius in Hist. Eccl. anno 8 Mauricii, & 7. Phocæ, ubi Theophanes habet τὴν φύσιν, ut & Nomocanon editus à V. Cl. Jo. Bapt. Coteleri o c. 405. &c.

Natura. Vetus Interpr. Iatrosoph. Alexandri l. 1. Pass. *Educi enim oportet materiam extrinsecus, quod ipsa natura facere festinat.* Ubi Glossæ MSS. *Natura, id est, virtus expulsiva.* Ordericus Vitalis lib. 5. p. 592. *Agnovit tamen se naturas corporis sui, quibus physici perniciem hominibus vel incolumitatem prædicunt, amisisse.* Vide Leges Henrici I. Rege Angl. c. 70.

Natura, pro sexu, in l. 17. Cod. Theod. de Prætoribus.

Natura, pro vita, apud Jul. Firmicum lib. 8. Matth. c. 30. *Qui in desertis locis à bestiis lacerati naturam perdent, &c.*

Natura, Natio, patria. Aimoinus lib. 1. de Mirac. S. Benedicti cap. 26. *Peregrino sermone rusticitatem causandi exequebatur, nam natura Germanus erat.*

NATURALIA, idem quod *natura*, Pars quâ viri sumus. Collector Canonum Martini Bracarensis cap. 21. *Si quis pro causa ægritudinis naturalia à medicis habuerit secta, &c.*

NATURALESIA. Charta Hugonis de Mataplana Comitis Pallariensis an. 1304. in Camera Computor. Parisiensi: *Absolvimus, liberamus, & quitamus ab homagio, naturalesia, & fidelitate, aliis omnibus vinculis & obligationibus, &c.*

NATURALIS, Filius nothus. Adrevaldus Floriac. l. 1. de Mirac. S. Benedicti c. 6. *Remigium Rotomagensem Episcopum naturalem suum ac Carlomanni fratrem cum Imperio dirigit.* Fuit autem Remigius filius nothus Caroli Martelli.

Naturalis,

Naturalis, Proprius, domesticus, subditus. Baldricus Dolensis Episc. in Vita B Roberti de Arbressello p. 9. *De quo loquimur, Robertus, domine,* (sermo fit ad Episcopum Redonensem) *tuus naturalis est: nam & Redonensis est, tuisque institutionibus satis accommodus, &c.* Charta Ludovici Regis Franc. an. 1171. *Notum facimus quòd fidelis ac naturalis noster vir venerabilis Manasses Aurelianensis Episcopus, &c.*

Naturalis, Incola, *Civis.* Charta Henrici Comitis Portugalliæ apud Brandaon. tom. 3. p. 282. *Judex & Alcaida sunt nobis ex naturalibus Colimbriæ.*

Naturales petræ, Lapides naturales, qui & *nativi*, ex ipso solo, ex ipso metallo, apud Agrimensores.

Naturales, iidem qui *Nativi*, de quibus in hac voce. Eadmerus lib. de S. Anselmi similitudinib. c. 73. *Ita inter Deum & homines agitur, quomodo inter dominum aliquem & servos illius, qui vulgò Naturales vocantur, &c.*

NATURALITAS. Carolus M. de gratia septiformis spirit. *Sapientia enim & intellectus adeo sibi naturalitatis nexu conjuncta sunt, ut unum sine altero nullo pacto subsistere queat.*

NATURATUM. Willibrandus ab Oldenborg in Itinerario Terræ sanctæ, de Antiochia: *Habet infra muros tres montes magnos & asperrimos, quorum medius adeo altus est, ut suo cacumine nubibus inmitens, cursum planetarum putetur impedire. Quem, ut puto, ipsa natura suis usibus præparaverat, ut dum sabbato ager à laboribus requiesceret, illic per amantissima loca, quæ circumjacent, reficiebatur, & ab alto prospiciens, defectum sui naturati consideraret ac repararet.*

NAVA. Nebrissensis in Præfat. ad libros de bello Navariensi: *Navaria, nomen est novum, nuperque excogitatum, dicta, quantùm assequi possumus conjectura, quòd Hispani vocant Navas camporum areas planas, arboribusque purgatas, quæ tamen habent in circuitu silvas dumetaque fruticosa: & inde Navarria fortasse dicta loca, quæ complures habeant ejusmodi navas.* Nebrissensi subscribunt Garibaius lib. 21. c. 2. & Vasæus in Chron c. 17. At Ludovicus *de Lacerda* in Advers. c. 39. n. 10. *Navas*, apud Hispanos significare ait mapalia pastorum, & casas rusticas, cujus vocis originem ab Hebræa *Nebot* arcessit, quæ idem sonat.

NAVACULUM, Navale, navium statio. Glossæ Gr. Lat. Ναυσαθμόν, *Navaculum.* In MS. Cod. S. Germani Paris. *navalium* habetur. Infrà: Νεώριον, *Navalium.*

NAVADA, *Navis onerata.* Tabular. Dalonensis Abbat. sub an. 1179. *Dono — uno quoque anno semel unam navadam salis sui liberam & quietam ab omni consuetudine.*

NAVAGIUM. Onus quod tenentibus incumbebat res domini navigio deducendi quò vellet, vel vectigal ex navium transitu. Monasticum Anglic. tom. 1. 922. *Liberi sint ab — omni cariagio, summagio, navagio, passagio, muragio, &c.* Charta Ricardi Regis Angl. an. 1192. pro Grandimontensibus Monachis Reg. 106. Tabularii Regii Ch. 293. *Ab omni pedagio, fortalitio, venda, teloneo, passagio, foagio, rivagio, pondere & mansivo,* (sic) *excubiis, exercitu, equitatu, vinagio, fossagio, muragio, pasnagio, molinagio, fornagio, pontagio, tallia, navagio, minagio, bianno, & ab omnibus emendis & forfactis, &c.* Vide *Navaticum.*

NAVATICUM. Chartæ Caroli C. & Caroli Simplicis pro Monasterio Trenorchiensi, apud Sanjulianum & Chiffletium: *Præcipimus ut nullus — neque in mari aut Rhodano, seu Sagona aut Dou, vel Ligeri fluminibus navigantibus, aut littoribus commorantibus, requirere audeat, aut præsumat, aut navaticum, aut cespitaticum, aut salutaticum, aut pontaticum, aut in terra rotaticum.* Quo loco *navaticum* quidam volunt esse vectigal illud, seu *conjectum*, quod *ad navium compositionem*, ut loquuntur Capitula Caroli C. tit. 38. ad repellendos Normannos, & inhibendos eorum incursus, populis indixit idem Carolus. Capitulare 1. an. 810. c. 15. & append. 2. Capit c. 15. *De materiamine ad naves faciendas.* Ingulfus pag. 891. *Tertio etiam anno pro triremibus per omnes portus fabricandis, & navali malitia cum victualibus — 200. libræ exactæ sunt.* Καραβοποιΐαν vocat Leo in Tacticis c. 20 §. 71. à qua pensitatione, ingruente præsertim bello, nemo immunis erat. Vide Monachum Sangall. lib. 1. de Carolo M. c. 32.

Alii *navaticum* esse contendunt, quod *navale telonium* appellant Chartæ Henrici III. Imp. an. 1052. apud Meurissium in Episcopis Metensibus pag. 359. Henrici Ducis Bajoariæ an. 1170. & Celestini PP. an. 1191. quæ extant inter Privilegia Eccles. Hamburg. quod *Naulage* dicitur in Foris Beneharnensib. Rubr. *de peages*, art. 13. 14. Charta Caroli C. apud Beslium in Episcopis Pictavensib. *Postulavit Serenitatem nostram ut — teloneum de navibus eorum qui per fluvium Sequanæ sive per alia flumina discurrunt, — indulgere dignaremur.* Alia ejusdem Caroli apud Catellum in Archiepisc. Narbon. *Et de quocunque commercio telloneus exigitur, vel portaticus, ac de navibus circa littora maris discurrentibus, nec non salinis, &c.* Alia Alexandri II. PP. apud Ughellum in Episcopis Cremonensibus: *Cùm uniuscujusq. navis solito censu &c.* Perperam *nataticum* pro *navaticum*, habetur to. 5. p. 1561. Vide Capitulare 5. an. 819. cap. 4. lib. 4. Capitul. cap. 47. Capitul. Caroli C. tit. 13. cap. 5. &c.

NAUBARE. Petrus Damian. lib. 8. Epist. 11. *Ne qui quietus poterat dormire sub tecto, exclusus foribus compellatur naubare sub divo.* Ubi Caetanus, *f. cubare.*

NAUCHERIUS, Nauta, nostris olim *Nocher*, vel *Naucher*, Italis *nocchiere. Nauchertus ligni*, i. navis, in Charta an. 1273. apud Joan. Lucium lib. 4. de Regno Dalm. c. 9.

NAUCLEARIUS, Nauclerus, navicularius, nauta, Italis *nocchiere, governatore di navilio.* Arnold. Lubec lib. 7. c. 10. *Transitus terræ ejus difficillimus & incognitus est, — ut vix à quoquam sciatur, nisi ab Odewinis, qui sæpius illuc transeunt, & alios transeuntes ducunt, sicut nauclearii navigantes in mari. Nauclearii galearum*, in Pactis inter Michaëlem Palæologum Imp. & Genuenses an. 1261. à nobis editis. In iisdem Gallicè editis, *Nocherii*, dicuntur *Nocliers.* Vide in *Naucherius.*

NAUDA. Charta an. 1215. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 305. *Præterea terram capientem 18. sextarios seminis, & unam naudam quæ est propè illud herbergamentum.*

NAUDIUM, Chronicon Breve Cremonense: *Fuit captus Burgus Pisonii & combustus, & ferè omnes habitantes fuerunt, & totum suum naudium.* Videtur leg. *navium*, Vide in hac voce.

NAVELLUM, Sepulcrum, tumulus, arca sepulcralis, ex Italico *naviglio* fortè, quòd naviculæ formam referret. Gualvaneus Flamma in Chron. Mediolan. cap. 284. *Cùm autem morerentur, sepeliebantur in navello rubeo marmoreo, quod erat positum super duos leones marmoreos rubri coloris.* Infrà: *Et super navellum est una Aquila ubi cantatur Evangelium.*

NAUFRAGIUM, Jus quod Principi vel Domino competit in naufragiis, seu in navibus vi tempestatis *fractis. Naufragia quæ Curiæ debentur*, lib. 1. Constit. Sicul. Diploma Caroli Simplicis pro Ecclesia Narbonensi: *Concedimus prætrea medietatem salinarum, telonei, portatici, & rasicæ, sive naufragii,*

aliqui

atque pascuarii. Charta ann. 1099. apud Garielam in Episcopis Magalonensib. p. 90. *Notum sit omnibus quòd Raimundus, Melgoriensis Comes propter naufragium & albergas, quas per vim in villa nova, & alibi in allodio S. Petri contra testamentum patris sui accipiebat, à Gotofredo Episcopo excommunicatus est.* Libertates Regni Majoricar. an. 1248. MSS. *Naufragium aliquod non erit unquam in partibus insulæ supra dictæ. Naufragium* igitur interpretor *navim fractam*, quæ ad littus à mari ejicitur, quod Angli *Shipwrech* vocant id est, *wreccum de navibus.* Charta Edwardi Confessoris in Monastico Anglic. to. 1. pag. 237. *Cùm omnibus quæcunque maris procellosis tempestatibus in aquam vel in terram ejecta fuerint, quod Anglicè Schip-wrech promulgatum est onomate.* Alia Edwardi III. Reg. p. 920. *Similiter si naves aut scaphæ, aut bona ipsorum Monachorum infra dominium meum per procellam maris aut naufragium, aut per aliud infortunium fracta aut submersa fuerit, ipsa vasa & bona sint ipsorum Monachorum.* Charta Philippi Regis Franc. an. 317. apud Argentreum lib. 5. Hist. Armoric. cap. 34. *Exceptis & retentis dicto Duci—peceio seu naufragio marino, forefacturis, emendis, & emolumento ex fractura navium, & ratione præmissorum peceii & naufragii ob defectum brevetorum, &c.* Vide *Lagan*, *Wrech.*

In naufragium ponere, Disperdere, dissipare. Formulæ vett. Pithœi cap. 19. *Nec vendere, nec donare, nec alienare, neque in naufragium ponere, nisi quicquid ibidem elaborare & emeliorare potuerimus.* Cap. 30. *Nec minuare, nec per nulloque ingenio in naufragio ponere pontificium non habeas faciendi, &c.* Capitulare de Villis c. 8. *Et ipsum vinum in bona mittant vascula, & diligenter providere faciant, quòd nullo modo naufragium sit.* Tabularium Brivatense Ch. 13. *Et tamen nec venundandi, nec in illo naufragio ponendi non habeat potestatem.* Adde Ch. 138. Testamentum Andreæ Dertonensis Episcopi editum ab Ughello in Appendice to. 4. p. 9. *Aut ipsis casis & rebus in naufragium miserint, aut ullam disfsionem exinde fecerint, &c.* Charta vetus in Metropoli Salisburgensi to. 3. p. 321. *Nec vendere, nec alienare, nec ullum naufragium imponere, sed emelioratas ad ipsum Monasterium revocare.*

Naufragare, eadem notione. Concilium Tolet. XVII. c. 4. *De universis Ecclesiæ ornamentis nihil unusquisque Sacerdotum pro suis usibus confrigere, vendere, aut naufragare pertentet.* Occurrit in Legibus Wisigoth. l. 8. tit. 3. §. 12. in Legibus Longob. lib. 2. tit. 29. §. 6. tit. 32. §. 5. in Formula Lindenbrogiana 175. in Annalib. Francor. Bertinianis an. 870. &c. Vide *Nauratus*.

Naufragus, Decoctor. Glossæ antiquæ MSS. *Prodigus, naufragus.* Leges Luitprandi Regis tit. 119. §. 3. & Lex Longob. l. 1. tit. 25. §. 60. *Si quicunque homo qui est pauper aut naufragus, qui vendidit aut dissipavit substantiam suam, &c. Naufragi homines*, ead. notione l. 2. tit. 55. §. 17.

NAUFUS. Vide *Noffus*.

NAVICELLA, Ornamenti species in navicellæ speciem. Anastasius in Gregorio IV. p. 165. *Signum Christi habet navicellas duas & murenas tres.*

NAVICIES, *Industria, virtus* ἀρετὴ, in Gloss. Græco Lat. Ex *Navus*.

NAVICLERUS. Veteres Glossæ MSS. *Navigium, omnis classica profectio. Naviclerus, omnis consortii navalis exercitus.*

NAVICULA. *Navetta*, Italis: *Acerra*, Tertulliano de Adorat. Gentil. cap. 9. Glossæ Isonis ad Prudentium: *Acerra, vas thurarium, turibulum.* Magnum Pastorale Ecclesiæ Paris. l. 20. Ch. 208. *Duas naviculas argenteas cum quibus ponitur incensum in thuribulis.* Liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ fol. 144. ubi de Bonifacio VIII. PP. *Tria paria candelabrorum --- duas naviculas de argento: unam pyxidem de argento de auratam pro hostiis.* Historia Abb. Condomensis to. 13. Spicilegii p. 504. *Unum thuribulum argenteum deauratum & subtiliter operatum, unam naviculam, &c. Navis*, in Monastico Anglic. to. 3. pag. 171. 311. Vide Brovium an. 1280. p. 1280.

Navicula. Ugutio: *Radius, instrumentum texendi, scilicet pecten, vel navicula.* Nostri etiamnum *Navette* appellant.

Navicula pedis. Constantinus Afric. lib. 2. Pantechn. c. 8. *Pedis calcanei divisio est necessaria: est enim cavilla, est & calcaneus, & pedis navicula, & racha, quæ sic lingua vocatur Arabica, est & pecten, sunt & digiti,* Infrà: *Os naviculæ ad modum navis est factum superiùs & retro, & utrumque operiens extremitatem cavillæ: antè est ligatum, sicut esset concatenatum, per hoc pedi datur liberalis motus Utrinque ista cum calcaneo est ligata, &c.*

NAVICULARIUS non gratuitus, sed mercenarius, & pro quo aliquid exigitur, ut pro transvectione naulum & merces à naviculariis, *Institorius.* *Navicularia benedictio*, non gratuita, apud Goffridum Vindocin. l. 2. Epist. 11. *Nam si pro benedictione, quam omnino gratis dare debuistis, usurpastis professionem, & pro professione ab alodiario B. Petri exigitis subjectionem, profana fuit illa professio, & ideo non tenenda: quoniam subsequens benedictio, quam exhibuistis, navicularia potiùs videtur, quam gratis data, quandoquidem pro illa temporalem mercedem cum injuria fidei Christianæ exigere non erubescitis.* Utitur prætereà eadem loquendi formula Opusc. 10. S. Augustinus Serm. 1. de Vita Clericorum suorum: *Naviculariam nolui esse Ecclesiam Christi.* Id est, obnoxiam naviculariæ functioni, quod sequentia suadent. Et ni fallor, Severus in Epistola ad Salvium, in to. 5. Spicilegii Acheriani pag. 535. *Siquidem Dionysius fertur ejus possessionis jura servasse, neque hæredes illius defecisse, qui dum viveret, rei navalis in plurimos venenales aculeos intendebat.* Infrà: *Multum mecum fuit & domi & in foro, cùm me & apud patrem defensore, & apud judicem patrono sæpius uteretur, aliquando etiam Dionysium comprimebant, quod Porphyrio non deberet viginti jugerum causa navicularia jurgia commovere.* Vide *Nauticatio.*

NAVIGERIUM, iter, via navi emensa. *navigatio.* Visio Taionis: *Quumque ab eis interrogaretur,—quis ab Occidente properans tam longum peteret navigerium.* Ubi Isidor. Pacensis æra 680. eandem visionem referens, habet *navigium.*

NAVILIUM, Classis, ex Ital. *navilio.* Occurrit non semel in Historia Cortusiorum.

NAVIPLETIO. Charta Edgari Anglor. Regis an. 964. pro Ecclesia Wigorn. to. 1. Monast. Anglic. p. 141. *Quatenus posset ipse cum Monachis suis unam navipletionem, quod Anglicè Scypfilled dicitur, per se habere.* Et Infrà: *Constituant unam navipletionem, quod Anglicè dicitur Scypfilled, Oththe Scyphorne, in loco quem ob ejus memoriam Oswaldes-lay deinceps placuit appellari, ubi querelarum causæ secundùm morem patriæ & legum jura juridice discernantur.* Porrò scypfylled, vox est Saxonica, ex scyp, *navis*, & fyllan, *implere*; vel fylli *plenitudo.*

NAVIS, Pars ædis sacræ in qua plebs consistit. Ordericus Vitalis lib. 11. *Navem quoque Basilicæ--auxit.* Et l. 12. *Ingens Basilicæ navis quæ nuper edita fuerat, corruit.* Leo Ostiensis lib. 3. c. 27. *Fenestras omnes & Navis & Tituli plumbo ac vitro compactis—inclusit.* Adde c. 32. &c. Sugerius lib. de Administr. sua cap. 29. *Media Ecclesiæ testudo, quam dicunt Navim,* Chro-

ChroniconMorniacense lib. 2. *Exterius etiam tabernaculum, quod Ecclesiæ navis à populo vocatur, consummationis perfectionem acceperat.* Consuetudines Floriacensis Monasterii: *Atque in Navi ad stationem sedes antea Conventui præparant.* Willelm. Abbas in Chron. Andernensi: *Eum provitæ merito in navi Ecclesiæ--- tumulari præcepit.* Bernald. Baldus ad Vitruvium scribit, quòd Itali dicunt *naves*, seu *navatas templorum*, à ναὸς Græca voce emanasse. Salmasius verò ad Solinum, hanc partem templi ita dictam putat, quòd camera ejus veluti navium carina sit: ex Sallustio, ubi de mapalium Africanorum cameris: *Oblonga incurvis lateribus, tecta quasi navium carinæ sunt.* Certè *navim* in ædibus sacris, pro camera usurpasse videtur Anastasius in Leone III. PP. p. 121. *Sarta verò tecta Basilicæ B. Petri Apostoli, id est, navem majorem, sed & aliam navem super altare cum quadriporticu, simul & fontem, &c.* Ibid. pag. 128. *Simulque & in nave, quæ est super altare, sarta tecta omnia noviter restauravit.* Et in Benedicto III. pag. 206. *Sed & ipsius præcipua sarta tecta Ecclesiæ B. Petri Apostoli nutritoris sui, id est, navem majorem, & aliam navem quæ super corpus ejus est,--- lucifluè renovavit.* Ex quibus confici videtur longiori ædium sacrarum parti, *navis* nomenclaturam postmodum inditam, tum quòd in ea major sit concameratio, tum etiam quòd ex sua longitudine navis carinam referat. Non desunt tamen qui ex Græco ναὸς vocis etymon hauriunt, quo nomine apud recentiores Græcos ea pars templi donatur, seu quòd pars amplior sit ναὸ, ædis sacræ: seu vox ipsa ναῦς hac notione à ναὸς, *navis*, ortum habeat.

Navis, Testamentum Philip. Episc. Bellovacensis an. 1217. *Do lego Ecclesiæ B. Petri Belvacensis--- calicè unum aureum, & navem argenteam, & Missale, &c.* Ubi *navis*, fortè, sumitur pro *navicula*, in qua thus asservatur, de quo vase suprà egimus. Nam & *navis* dicitur in Concilio Mertonensi ann. 1300. cap. 4. *Turibulum cum navi & ture.* Potest præterea sumi pro eo quod in aulis Principum *Nef* vocant, abaci scilicet argentei specie, in navis formam confecti, in quo vasa ad potum reponuntur in ipsa interdum mensa. *Le Roman de Garin:*

Tressaut la table, s' est à Garin faillis,
Que la Nef d' or lui vost des poins tolir,
Li vins espant sor le peliçon gris.

Alibi:

Devant Gerin tint Mauvoisin la nef,
Toute fu plene de vin & de ciaré.

Chronicon MS. Bertrandi Guesclini:

Hanaps, couppes & nez de fin or reluisant.

Navis auri. Glaber Rodulphus l. 3. cap. 2. extremo. *At Henricus* (Imp.) *cernens amici* (Roberti Regis Fr.) *liberalitatem, suscepit ex illis tantùm librum Evangelii,--- uxor verò illius pares auri tantùm naves accepit; cætera autem egrediens in gratia dimisit. Sequenti igitur die iterum Rex Robertus cum Episcopis ad Imperatoris tentoria transiens, qui eum satis sublime suscipiens, expletoque simul prandio, centum libras ei ex auro puro obtulit; Rex quoque pares tantùm naves auri ex illo sumpsit; firmatoque uterque pacto amicitiæ, rediere ad propria.*

Navis. Apicius lib. 6. cap. 9. *Puellum aperies à navi, & in quadrato ornas, &c.* Ubi Gabriel Humelbergius: hoc est à parte posteriore ventris, qui ut navis cavus, & figuræ ejus non dissimilis est.

NAVIUM. Annales Francor. Fuldenses an. 888. *A Rege est clementer susceptus, nihilque ei antequæsti Regni abstrahitur: excipiuntur curtes, navium, & sagum.* Editio Freheri habet, *curtes navium*, absque virgula.

NAULUM. Gregorius M. lib. 12. Epist. 16. *Propterea misimus lanas 15. rachanas 30. lectos 15. pretium quoque de emendis culcitris vel naula dedimus.* An *naulum* ad transvectionem? Gloss. Gr. Lat. ναῦλον, *navis vectura, naulum.*

Naulum, Quævis exactio de novo imposita. Concilium Andegavense an. 1365. c. 28. *Novas exactiones, servitutes, naulum intelligimus in hoc casu, quorum impositio sive exactio memoriam hominum non excedit.* Suprà: *Qui præmissa de novo imposuerit personis Ecclesiasticis, vel hominibus Ecclesiæ sine consensu illorum ad quos spectat, vel præmissa exegerit, etiamsi naulum sit de novo impositum nomine suo vel alieno, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto. Naulum sive jus passagii*, in Charta Petri Episcopi Pataviensis an. 1277. in Metropoli Salisburgensi to. 1. p. 390. Vide *Navicularia.*

NAUPEGO, *Navis inunctio*, Papiæ, ναυπηγία, *navium ædificatio.*

NAUPICUS, *Navisfactor*, Papiæ, ex Gr. ναυπηγὸς, *faber navalis*, in Gloss. Gr. Lat.

NAURATUS. Chartæ Regales ac Parensales, c. 13. apud Bignonium: *Taliter ei fuit professus, quòd ipsam rem superius denominatam per suum neglectum & per suum facinus fuit perdita vel naurata.* At in Cod. MS. *naufragata* legi monet V. Cl. Steph. Baluzius. Utcunque sit, ab hisce vocabulis nata videtur vox Francica *Navré*, pro *læsus, vulneratus.* Vetus Charta Anglo-Gallica in libro *Justice of peace* p. 116. v. *Et illonques en ledit assaut fist & lui bata, naufra, & malement treta, & ouesque un espé lui ferist sur le test & sur le bras, &c. Nafrat*, apud Raimund. Montaner. in Chron. Catalanico Reg. Arag. c. 191. & in Chron. Perti IV. Reg. Arag. lib. 3. cap. 16. 21. quasi *naufragat.*

NAUSIFICUS, Nauseam provocans. Will. Brito lib. 10. Philipp.

Illum nausifico crucians pedoris odore.

NAUTELLA, Navicula, seu navicella, Gallis *Nacelle.* Eradius Presbyter de Lection. Evangel. cap. 2. *Nautellam quippe istam, Fratres, Ecclesiam cogitate, turbulentum mare, hoc sæculum.*

NAUTICATIO. Anastasius in S. Vitaliano: *Et talem afflictionem posuit in populo, seu habitatoribus ---per diagrapha, seu capita, atque nauticationes per annos plurimos, quales à sæculo nunquam fuerant.* Codd. alii habent *nauticationem.* Tributum fortè cujusmodi imponitur nautis, vel mercatoribus in mari negotiantibus, vel potiùs *navicularia* præstatio, seu quodvis tributum. Vide in hac voce.

NAUTICI, Nautæ. Chronicon Casin. lib. 3. c. 60. (al. 61.) *Constituit ut omni tempore navis nostra cum nauclero & nauticis suis libera maneat ab omni conditione & debito pensionis.*

NAUTILENI, Nautæ, *nautileni galearum*, in Pactis initis inter Michaëlem Palæologum & Genuenses an. 1261. Ναυτίλοι, Aristophani.

NAUTOLOGI, Qui naulum à vectoribus exigunt: Ναυςολόγοι, apud Clementem l. 1. Constit. Apost. c. 57. ubi Latina Editio vetus, seu ejusdem Pontificis Epistolæ ad Jacobum §. 14. 15. *Proreta officium Episcopus impleat, Presbyteri nautarum, Diaconi dispensatorum locum teneant: hi qui catechizant, nautologis conferantur.* Eadem habentur in Epist. 1. quæ Anacleto tribuitur. Hesychius: ναυσθλεῖν, ναυλολογεῖν. Vide Notas viri eruditissimi Joannis Baptistæ Cotelerii ad Constit. Apostol. p. 182.

NAUTONIUM. Vetus Charta apud Guichenonum in Hist. Bressensi p. 228. *Concessit teloneum infra regni sui spatia, jussit ut nullus sit exactor non in civitatibus, non in vicis, sive in portis, sed nec ex nantonio navium.* Ita habetur, sed puto legendum *nautonio*, ut tributum fuerit à nautis pendi solitum; *navaticum.*

NAYVITAS. Vide *Nativus.*

NAZARENI, dicti primùm qui Christi sequebantur doctrinam, postmodum verò à Christo deducto nomine

nomine auctoritate Synodi sub D. Luca Antiochiæ habita Christiani dicti sunt Fideles universi. Hæc Willelmus Tyrius lib. 4. cap. 9.

NEANISCOLOGUS, Qui juvenilia loquitur, ex Græc. νεανίσκ@-. Vetus Interpres Juvenalis sat. 8. v. 190. *Planipedes audit Fabios, Nobiles neaniscologos.*

NEBULA. Fragm. Petronii: *Palam prostare nudam in nebula linea.* Ita enim legendum, pro *lana.* Vestis tenuis ac subtilis, sic dicta quòd transpareat sub illa corpus, ut cælum sub nebula. Hesychius: φάρη, ἱμάτια, νεφέλαι. Fulgentius lib. 1. Mythol. *Astiterant itaque Syrmate nebuloso lucidæ ternæ viragines. &c.* Suidas διαφανῆ χιτώνια vocat τὰ ἰσχνά, δι' ὧν διαφαίνεται τὰ σώματα τῶν γυναικῶν. Hesychio & aliis, Λακωνικὸς χιτών. LXX. Interpretes apud Isaiam c. 3. Linteamina, τὰ διαφανῆ λακωνικὰ verterunt. Vide ibi Hieronymum. Ita *Coæ vestes* apud Horatium lib. 1. sat. 2. aranearum modo textæ. Plinius l. 6. c. 17. bombycinas factas ait, *ut in publico matronæ transluceat.* Ammianus l. 14 *Sudant sub ponderibus lacernarum, quas collis insertas singulis ipsis adnectunt, nimia subteminum tenuitate perflabiles.* S. Hieronym. adversus Helvidium c. 6. *Ingrediuntur expolitæ libidinum victimæ, & tenuitate vestium nudæ impudicis oculis ingeruntur.* Idem Epistola ad Lætam: *Talia vestimenta paret quibus pellat frigus, non quibus vestita corpora nudentur.*

Nebulæ. Glossæ Biblicæ MSS. *Tipsanas, panes qui dicuntur nebulæ.* Gloss. Lat. Gall. *Nebula: Oublée, mente.* Glossæ MSS. ad Alexandrum Jatrosoph. *Fabriciæ buccellæ, quæ fiunt super ferrum, ut nebulæ.* Ebrardus in Græcismo:

Aeris est nubes, nebulæ de flumine surgunt,
Ac panis nebula tibi subtilissimus extat.

Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. c. 77. & ex eo Udalricus lib. 1. c. 49. *Vel ea quæ in ferramento characterato de conspersione farinæ tenuissimè fiunt, & ab hominibus Romanæ linguæ Nebulæ, à nostratibus appellantur Oblatæ.* Idem Bernardus cap. 8. *Et omni die in quo sumus omnes in capis ad Missam, per consuetudinem solet fieri nebulas ad cœnam Fratrum.* Vetera Statuta Canonicorum S. Quintini: *Ad postmeridiem debet nebulas, & oblatas, & moretum, & vinum Præp. debet ligna & sal.* Infrà: *Debet habere unusquisque privatus 10. nebulas & 5. oblatas.* Tabularium Brivatense Ch. 110. *Et habet concessum, & ubladas, & nebulas, & pigmentum.* Ordinarius MSS. Ecclesiæ Rotomagensis: *Tunc nebulæ cum vino distribuantur.* Et alibi, ubi de festo Pentecostes: *Et dum incipitur, Veni creator, projicientur per familiares Thesaurarii existentes in deambulatoriis inferioribus Turris, ante Crucifixum scilicet inferius & quam poterunt infra chorum, folia quercuum, nebulas, & stupas ardentes in magna quantitate. Et à Gloria in excelsis, emittent volare per sedes chorum aves parvas & mediocres cum nebulis ligatis ad tibiam in competenti numero, & continuabunt præmissa usque ad Officium Missæ, nec cessabunt, nisi dum dicetur Evangelium. Et hæc omnia fient expensis Thesaurarii & Capituli, æquis partibus.* Qui quidem ritus ad exprimendum sacræ solennitatis mysterium in aliquot apud nos Ecclesiis etiamnum obtinet. Vide Joan. Bruyerinum lib. 6. de Re cibaria cap. 9. p. 420. & infrà in voce *Oblata.*

NCUNQULT. Charta Henr. IV. Imp. an. 1065. ex Tab. S. Maximini Trevir. *Si quis ex familia interfectus fuerit, pretium illius id est, Ncunqult, totum Abbatis erit.*

NECARE, *Negare,* Submergere, ut Italis, *annegare.* Lex Burgund. tit. 34. §. 1. *Si qua mulier maritum suum, cui legitimè juncta est, dimiserit, necetur in luto.* Lactantius de mortib. Persecutor n. 38. *Siqua detractaverat, in aqua necabatur, tanquam majestatis crimen esset.* Adde num. 32. Gregor. Turon. lib. 3. Hist. cap. 52. de feminis maleficis: *Alias enecat, alias incendio tradit.* Gesta Regum Francor. c. 11. *Uxoremque ejus ligato saxo ad collum, in aqua necare præcepit.* Alii Codd habent *negare.* Agobartus lib. de Grandine: *Propter quam causam multos comprehensos audivimus, & vidimus, & aliquos occisos, plerosque autem affixos tabulis in flumen projectos & necatos.* Cronicon breve Andegavense an. 1126. *Filius Regis Anglorum in mari necatur.*

Negare. Lex Alamann. tit. 73. c. 3. *Si aliquis aliquam clausuram in aqua fecerit, & ipsa aqua inflaverit, & ibi alicujus pecus negaverit, &c.* Ita Editio Heroldi & veteres Codd. alii *necaverit* habent. Lupus Protospata an. 940. *Et negavit eum Pao in mari.* Id est, *submersit.*

NECCAR, Allium, σκόροδον, in Gloss. Gr. Lat.

NECESSARIA, *Necessarium,* Latrina, secessus. Descriptio Regionum Urbis Romæ edita à V. C. Jo. Mabillonio pag. 514. *Posternæ 3. necessariæ 4. fenestræ majores forinsecus 107. minores 66.* Infrà: *Propugnacula cum porta Prænestina 302. Necess. 1. Fenestræ major. forins. 80.* &c. Adde p. 516. Lanfranc. in Decr. pro Ord. S. Bened. c. 4. *Unus eorum in dormitorio debet circumire lectos omnium, & omnia sedilia in necessariis sollicitè considerans, ne fortè aliquis Frater dormiens ibi remanserit.* Liber Ord. S. Victoris Parisiensis MS. c. 22. de Novitio: *Debet autem ipse Magister diligenter instruxisse eum qualiter se discalceare deberat, vel cooperire, & necessaria non nisi cooperto capite intrare.* Adde cap. 37. Hincmarus Opusc. 24. *In mansione in qua degit, caminatum habet & necessarium.* Passim Scriptores, Bertholdus Constantiensis an. 1076. Udalricus lib. 2. Consuetud. Clun. c. 5. 35. lib. 3. c. 6. 8 9. Usus antiqui Ord. Cisterc. c. 55. 72. 74. 77. 83. 108. Hugo Flaviniacensis in Chron. Vird. p. 263. Regula Magistri c. 30. &c. *Loca necessaria,* apud Greg. Tur. l. 1. de Mirac. S. Martini c. 37. *Locus necessariorum,* in Chronico Afflegemensi c. 15. *Domus necessaria,* in Statutis Ordinis *de Sempringham* p. 732. & Ord. Præmonst. dist. 1. c. 14. Chron. Laurishamense an. 948. *Dormitorium renovavit, ædificium necessariorum prominens aptavit, &c.* Sic χρείας, Græci usurpant pro latrinis: Χρεία enim sine adjectione interdum pro necessitate redditur. Glossæ Græco-Lat. χρεῖαι, ἐν αἷς ἀποπατοῦμεν. Apud Artemidorum lib. 1. Onirocr. c. 2. καθίζειν εἰς χρείας. *Desidere exoneranda alvi gratia: ad necessitatem corporis sui sedere,* in Lege Longob. l. 1. tit. 16. §. 5. *Ad necessitatem naturæ sededere,* apud Lambertum Schafnaburg. an. 1076. *Ad officia naturalia secedere,* apud Aurel. Victorem in Caracalla. Etiamnum dicimus, *Faire ses necessitez.* Palladius in Hist. Lausiaca c. 28. οὐκ ἐξῆλθε ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς δι' αὐτὸν, οὐδὲ πρὸς τὴν ἰδίαν χρείαν. Ado Viennensis in Chron. de Ario: *Divertens post forum Constantini ad causam necessariam, viscera ejus repentè simul cum vita effusa sunt.* Gillebertus Episcop. Londinensis in Cantic. Canticor. c. 2. n. 7. De eodem Ario: *Et cum necessitate ad publica necessaria pervenisset,* &c. Computum Stephani *de la Fontaine,* Argentarii Regii incip. 1. Jul. 1351. *Pour les couvertures de cinq chaires, &c. & pour cinq necessaires enveloppées de cuir, & convertes de drap par dessus.* In præcedenti Computo, *selles necessaires* appellantur. Vide *Calciarium.* Sedet *Necessaria* vocant Statuta Mediolanensia part. 2. cap. 268. ipsa hominum excrementa: *De necessariis in æstate non spatiandis;* id est deportandis. Vide Gloss. med. Græcit. in χρεία.

NECESSITAS. Charta Arturi primogeniti Ducis Britanniæ, Vicecomitis Lemovicensis an. 1292. *Super subsidio nobis & liberis nostris in quatuor necessitatibus faciendo: scilicet ad filiam maritandam, ad novam Militiam recipien-*

recipiendam, ad redemptionem solendam, ad sustinendum crucis expensas, &c. Vide *Auxilium*.

NECESSARIUS, pro *Magis necessarium*, dixit Alcuin.Ep.1.

NECESTUOSUS, Indigens, à necesse, nostris, *Necessiteux*. Epistola Episcoporum Synodi Carisiacensis ad Ludovic.Germanniæ Regem c.12. *Quicunque necestuosi palatium adierint.* Flodoardus lib.3.Hist.Rem.c.26. *Et quia Missus Imperatoris erat, & Capitula ipsius pro defensandis advenis & necestuosis habebat.* Liber 2. Miraculor.S.Bertini c.8. *Propalans etiam quod competentibus necestuosorum vicissitudinibus dignatur precibus electorum suorum pro sibi votivis supplicatibus præbere effectum.*

NECNE, pro *necnon*. S.Hieronym.Epist.7. *Offerre necne filiam potestatis tuæ fuit, &c.* Epitaphium Ælfrici Præsulis auctoris Glossarii Anglo-Saxonici :

Defensor regni, necne salus populi,

Ordericus Vitalis lib.11.

Nam leo, necne lupus, draco, perdix, & basiliscus.

Et lib.4.p.513.b.& alibi. Vide to.1.Sæculi III. Benedictini p. 178. 181. 199. 202. &c. Glossæ antiquæ MSS. *Necne vel non, necnon, quod si non.*

NECTAR, *Vinum pigmentatum*, Ugutioni, Potionis delicatioris species, interdicta in Statutis Ord.Cartusiensis an.1368.2.part.c.5.§.30. *Nectar quoque aut qualibet alias vini & specierum confectiones nullo unquam tempore in refectorio mini tramus.* Tabularium Carrofense: *Et ipsi Monachi præfati Cœnobii afferant illis gantos unos, & duos cereos, cum duobus botis nectare plenis, &c.* V. *Pigmentum.*

NEENNUM. Charta MS.an.1315. *Ex parte Ecclesiæ Majoricar.extitit exposita querela coram illustrissimo D. Jacobo felicis recordationis Rege Majoricar.quod ipse seu ejus Officiales non permittebat, quod in locis dictæ Ecclesiæ assignatis & datis ratione Neeni terræ insulæ Majoricar.quæ fuit per illustrem D.Jacobum bonæ memoriæ Regem Aragonum, & Barones & Prælatos qui captioni dictæ insulæ interfuerunt, datum & concessum ipsi Ecclesiæ, eadem Ecclesia seu ejus Officiales possent punire aliquos extraneos delinquentes in locis supradictis, &c.* Infrà: *Imò per instrumenta Neeni dictæ terræ constabat quod nulla jurisdictio fuit concessa in dictis locis — tempore concessionis dicti Neeni.*

NEDFRI. Capitularia Caroli M.lib.5.cap.2. *Illos sacrilegos ignes, quos Nedfri vocant, sive omnes — paganorum observationes diligenter prohibeant.* Concilium Leptinense an.743.c.2. *Nedfratres* habet, perperam, inquit Lindenbrogius, ubi ille : Rusticani homines in multis Germanniæ locis, festo S.Joannis, palo ex sepe extracto, funem circumligant, illumque huc illuc ducunt, donec ignem concipiat : quem stipula aliisque aridioribus lignis aggestis curatè fovent, ac cineres collectos suprà olera spargunt, hoc medio erucas abigi posse inani superstitione credentes. Eum ergo ignem *Nedfeur*, quasi necessarium vocant. Hæc ille. Sed nec vox *nedfri*, subdit Spelmannus, aliena est omnino ab ista significatione apud Saxones Anglicos : neð enim *necessarium* sonat, & fyr, *ignem*. Is tamen aliam voci originem statuit : ductam scilicet à prisco Saxonico neod quod *obsequium* sonat : proinde putat neod-fyr, *ignes* esse *in obsequium* manium ethnicorum editos. Hæc sanè omnia valdè incerta sunt : ut & an sacrilegi isti ignes ii sint, quos in mysteriis suis, arte quadam magica, & nescio quibus prestigiis excitabant pagani Sacerdotes ut auctoritatem ac reverentiam sacris suis conciliarent, de quibus vir doctissimus Henricus Valesius ad lib.4.Eusebii de Vita Constantini cap.10.

NEFINGERE, *Non fingere, & putare*, in Glossis antiquis MSS.

NEFFNINGER. Andreas Suenonis lib. 3. Legum Scaniæ c.1. *Est præstanda defensio ætatem legitimam allegantis cum duobus testibus, & per neffninger de præstationibus bonis vendita sint*

NEFRENDICIUM, in Glossis Isid. *Annuale tributum, quod certo tempore rustici dominis : vel discipuli doctoribus afferre solent, dumtaxat sit carneum, & porcellus.* Addit Ugutio *circa nativitatem.* Vide *Natalis.*

NEFUS, Nefâstus, malus, improbus. Hadrianus PP.in Carmine ad Carol.M.Imp.

Nefa perfidi Regis calcabis Desiderii colla.

NEGARE. Vide *Necare.*

NEGATORES. Vide *Lapsi.*

NEGGILDARE. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap.70. *Non cogitur liber cum servo neggildare, nisi velit ei factionem facere, nec servus cum libero.* Ubi Leges Inæ Regis § 78. exponunt hanc vocem per *cognationem solvere. Non cogatur liber cum servo cognationem solvere, nisi velit eum factione liberare.* Vide *Gildare.*

NEGLECTUM, Negligentia, sed maximè ea quæ culpæ proxima est. Capitulare de villis c.4. *Si familia nostra partibus nostris aliquam fecerit fraudem de latrocinio aut alio neglecto, illud in caput componat.* Occurrit ibidem semel ac iterum. Adde Legem Alemann.tit. 36.§.3.& Leges Luitprandi Regis Longob.tit.58.§.2.tit. 60.§.16.

NEGLIGENTIAS suas profiteri coram Abbatissa, in lib.4.Insinuar.S.Gertrudis c.2.

NEGOSSA, Retis ad capiendos pisces species, quæ describitur à Petro de Crescentiis lib.10.cap.37.

NEGOTIARE, pro *negotiari*, in Pacto Legis Salicæ tit.43.§.8. *Si quis cum servo alieno sine concilio domini sui negotiaverit, &c.* Hoc autem loco, ut & cap. 50. in malam partem sumitur, nempe pro *machinari*, *moliri* furtum aut crimen aliquod cum alio.

NEGOTITÆ, vel *Negotistæ*, *Mercenarii*, *sellarii*, *vel tabernarii*, *opifices*, *institores*. Papias, Ugotio.

NEGOTIUM, *Negotiatio*, Mercatura, καπηλεία, nos vulgò *Negoce*, *Trafic*, *Commerce*. Gloss. Lat. Gr. *Negotiatio*, πραγματεία. Gl.Gr.Lat. πραγματεία, *Negotiatio*, *nundinatio*. πραγματευτὴς, *negotiator*, *mercator*. Glossæ MSS.ad Canones Concilior, *mercimonia*, *negotia*. Mela de Egyptiis : *Forum ac negotia feminæ, viri pensa ac domus curant.* Gregorius M.lib.6.Epist.36. *Lucris tamen negotii vestri congaudeo.* Canones Afric.c 16. *Placuit ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi non sint conductores, aut procuratores, neque ullo turpi negotio & inhonesto victum quærant.* Charta Ottonis Imp. an. 964. pro Ecclesia Patavina, adud Ughellum : *Castella cum turribus & propugnaculis erigere, negotia constituere, molendina componere, &c.* Ita etiam usurpari in l.1.D.de exercit.act. annotarunt alii. Adde Alypium Antiochen.seu auctorem Descript.orbis c.16.c.17. & 7.19.21.36.38.40.47.50.&c. Capit. Caroli M. lib. 1. cap.131.lib.5.c.210.

Negotium, Merx ipsa. Formulæ vett.Bignonianæ form.45. *Venditor vel commercius quodlibet negotium habeat vendendi.* Synodus Vernensis an.755.c.26. *De teloneis verò sic ordinamus, ut nullus de victualio & carris, quæ absque negotio sunt, teloneum prehendat.* Ita in Capitulari Metensi c. 6. in Concilio seu Capitulari Francofordiensi an.794.c.5.aliàs 3.&c.

Negotiare, Mercaturam exercere, *Negocier.* Apuleius l.5. *Magnis pecuniis negotiantem.* Capitulare 5. an. 803.c.2. *De negotio super omnia præcipiendum, ut nullus audeat in nocte negotiare in vasa aurea & argentea, mancipia, gemmas, — sed in die coram omnibus & coram testibus unusquisque suum negotium exerceat.* Adde Capitul 2.an.805.c.7.& lib.3. Capitul.c.6.

Negotium, Res. Arnobius lib. 6. *Sicut illi referunt qui negotia Thespiaca, scriptitarunt.*

Negotium

negotio, ipsa actio venerea. Sic enim plerique interpretantur illud S.Pauli 1.Thessal.c.4. *Ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum.* Græcum habet ἔργον. Hincmarus Remensis Epist. 7. cap.11. *Non de hoc verecunde quæramus, quod & Apostolus non nudo, sed velato nomine loquens apud legitimè conjugatos, studuit appellare dicens, Ne quis circumveniat in negotio fratrem suum.*

Negotium, pro prælio. Saxo-Grammaticus lib.1. *Aquo terrestri negotio superatus Hadingus, &c.*

NEMANCEPS. in Gloss. Lat. Gall. *Franc.*

NEMBDA, in jure Sueonum vetusto *judicem* significat; Vide Joan. Stiernhookum pag. 31.52.& seq.

NEMITOR. Vide *Minutor*.

NEMO, Nullus. *Nemo dies*, apud Prudentium.

NEMUS *vivum, mortuum*. Vide *Boscus*.

NEOCORUS, Ædis sacræ æditituus, Νεωκόρος. Julius Firmicus lib.4.Matth.c.7. *Aut simulacrorum consecratores, seu certè Neocoros, vel Sacerdotum Principes, &c.* Vox Græcis Scriptoribus notissima, sed quæ negotium jure facessit rei antiquariæ ac nummariæ studiosis, in veteribus numismatibus, ubi hæ voces, A. vel B. vel Γ. ΝΕΩΚΟΡΩΝ epitheton populis integris adscribitur, tanquam publici Æditui fuerint alicujus, atque adeò publici etiam templi. quemadmodum Phlegon Trallianus lib. περὶ Θαυμασ. p. mihi 69. ait Ναύπακτος τῆς Αἰτωλίας, fuisse ἱερὸν κοινὸν τῶν Ελλήνων, nisi legendum sit ὃ ἐςὶν ἱερὸν, &c. pro ὅ ἐςιν, ita ut Græciæ populi ejusce communis templi vicissim Νεωκόροι fuerint. Sed consulendi de hac re Antonius Augustinus Dial. 5. Sebast. Erizzus part.2. de Numismatib. veterum, Adolphus Mekercus de Linguæ Græcæ pronuntiat. p.53. Nonnium, Goltzium, Casaubonum ad Monumentum Ancyranum, Seldenum ad Marmora Arundeliana pag.104.1.Edit.& Santamantium in Julio Cæsare.

NEONENIÆ *Judæorum*, in Concilio Viennensi in Austria an.1267.c.18. Nota sunt quæ de hisce commentantur passim Scriptores.

NEOPHYTUS. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod.1013. *Rudis, Novellus*, Νεόφυτος. Isidorus lib. 8. *Neophytus Græcè, Latinè Novellus, & rudis fidelis.* Papias: *Neophytus, nuper renatus, nuper ad fidem veniens, vel noviter*: Suidæ, νεωςὶ φωτισθεὶς, qui nondum Confirmationis sacramentum susceperat, in Concilio Regensi c.4. & Arelat.III. eoque ipso ad Diaconatus vel Sacerdotii officium ordinari non poterat, ex Apostolo 1. ad Corinth.3. Concilio Nicæno can.2. Arelat.II.c.1.&c. *Neophytorum* seu *Neofytorum*, epitaphia aliquot proferunt Baronius an.367.n.1.5.& Gruterus 1051. 9. 1053. 7. 1054.1.1057.6.1060.3. Vide Diploma Leonis VII. apud Gervoldum, & Justellum ad Canones Ecclesiæ universæ.

Neophyti, etiamnum in Comitatu Provinciæ vocantur novelli Christiani è Judæis facti, quos Lusitani *Christianos nuevos* dicunt, à quibus Ludovicus XII. Rex 5000. libras ad bellorum impensas exegit 21. Decemb. an. 1511.

Neophyti dicuntur præterea Novitii Clerici, & nuper è Monachorum, vel Laicorum numero in Clerum adscripti, in Concilio Sardic. c.13.& apud Zozimum PP. in Epist. ad Patroclum. Nam Neophytorum duplicem ordinem statuit Synodus VIII. can. 5. κατὰ τὴν πίςιν scilicet, & κατὰ τὸν ἱερατικὸν κλῆρον. Gregorius I. PP. l.7.Ind.2.Ep.112. *Sicut autem tunc Neophytus dicebatur, qui initio in sanctæ fidei erat conversatione plantatus: sic modo neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores sacros irrepserit.* Hincmarus Remensis ad Clerum & plebem Bellovac. *Neminem ex Laicis neophytum, id est, noviter attonsum, & sine disciplina, vel non per tempora constituta ad Ecclesiasticos gradus provectum Episcopum eligatis.* Adde Vitam S. Hermelandi Abb. n. 6. Goffridum Vindocin. lib.1. Epist.1. ubi Sirmondus, Leon. Ost. lib.1. c. 43. lib. 2. c. 29. lib.3. c.14. &c.

Neophyti, Novitii in Monasteriis. Ordericus Vital. lib. 3. *Neophitos ad conversionem non nisi quatuor susceperat.* Infra: *Mitibus & modestis indoctisque neophytis affabilitate & obsequiis semper placere studuit.* Et lib. 6. *Novitiorum copiam monachali normæ mancipavit, neophytisque optimos ritus rigidæ conversationis tradidit.*

Neophytos, Noves inductos Monachos vocat idem Ordericus Vitalis lib.8. *Ritus Cluniacensium — imitatus non est, sed modernas institutiones Neophytorum, prout sibi placuit, amplexatus est.*

NEOPTOLEMUS, Tyro, novus *Miles*. ex Gr. Νεοπτόλεμος, quod fuit cognomen Pyrrhi Achillis filii. Brito in Synonymis:

Miles, Eques, Tyro, Tyrunculus, atque Quirites,
Atque Neoptolemus, novus est regnator in illis.

Vita S. Neoti Abb. num. 10 *Hunc ergo locum Christi miles eligens, tam quam Neoptolemus, & conversus à sæculo, cursus elaphus est, &c.* Conradus Fabariensis de Casib. S. Gallic. 14. *Junior frater Neoptolemus in Curia, frater Imperatoris magni, Cremonæ factus, auxilio venerabilis Curiensis Episcopi & Abbatis nostri, cingulum Militare morum decoravit honestate.* Ubi legendum puto, *a fratre Imperatoris, &c.* Vide *Tyro*.

NEPOS, Filius fratris aut sororis, ἀδελφιδοῦς, ἐξάδελφος. Dinam. Patricius in Vita S. Maximi Episc. Regiensis: *Ansam Diaconi Regiensis nepos, id est, fratris ejus filius.* *Nepos per sororem*, apud Spartianum in Adriano. Joannes Sarisberiensis Epist. 89. *Ricardus cognatus Willelmi de Saccavilla & nepos, sicut sororis filium vulgus nepotem dicere consuevit, &c.* Decretio Childeberti Regis c.1. *De illis tamen nepotibus illud placuit observari, qui de filio vel filia nascuntur, non de fratre.* Fortunatus l.6. Poëm.4.

Non cecidit patruus, dum stat in urbe nepos.

Gregorius Turon. lib.1. Hist. c.8. *Octavianus Julii Cæsaris nepos, quem Augustum vocant.* Et lib. 3. c. 18. de Chlotario qui filios fratrum occiderat: *Parvipendens de interfectione nepotum.* In Historia Miscella Justinianus dicitur *nepos Justini Imp* qui ἀνέψιος Theophani. Abbo lib. 1. de Bellis Parisiacis:

Unde nepos ejus, nimius tristans Adalelmus.

Ubi Glossa: *Adalelmus nepos ex sorore Regis Odonis.* Capit. Caroli C. tit. 26. *Ut sic simus sicut fratres ad invicem, & patrui cum nepotibus, & nepotes cum patruis esse debent.* Ita passim usurpant S. Hieronym. Epist. 3. ad Heliodorum, Concil. Autisiod. c. 32. Lex Longob. lib. 2. tit. 14. §. 18. Annales Francor. Fuldenses an. 880. 881. Regino an. 892. Sermo de Tumulatione SS. Martyrum Quintini & Victorici, &c. Vid. Casaubonum ad Spartian.

Nepotus. Glossæ antiquæ MSS. *Pronepos, filios* (sic) *nepotorum. Pronepos, nepos nepoti.*

Nepotismus Pontificius. Carmen de Curia Romana v.929.

Res tamen est constans, aliquis de sanguine Papæ,
Si tecum fuerit, dicta petita feres.
Si potes, efficias Papæ venturus ad aures,
Proferat illius ut tua verba nepos.
Papa facit quod sæpe volunt: Verum tamen illi
Justa petunt, non rem qua rationis eget.

NEPOTATIO, Prodigalitas. Ordericus Vitalis lib. 8. *De sanctitate & miraculis Sanctorum mallem scribere multò libentiùs, quàm de nugis infrunitorum frivolisque nepotationibus, &c.* Cur verò *nepos* dicatur prodigus. Vide Reinhartum Robigium lib. 7. Robigal. c.9.

NEPTA, pro *Neptis*, crebrò occurrit, in Capitulari Suessio-

Suessionensi an.744.c.8. Vermeriensi an.751.c.3. in Synodo Vermeriensi an.755.c.1. in Capit. Compendiensi an.757.c.19. Capit.5.an.803.c.14.&c.

NEPTICULA, *Vestis brevissima*, Papiæ.

NEPTITAS. Vide Eginhardum Epist.34.

NEPTUNUS. Gervasius Tilleberiensis MS. lib.3. de Otiis Imperial.cap.63. *Anglia dæmones quosdam habet, dæmones, inquam, nescio dixerim, an secretas & ignotæ generationis effigies, quos Galli Neptunos, Angli Portunos nominant. Illis insitum est quod simplicitatem fortunatorum colonorum amplectuntur cum nocturnas propter domesticas operas agunt vigilias, subito clausis januis ad ignem calefiunt, & ramunculas è sinu projectas prunis impositas comedunt, senili vultu, facie corrugata statura pusilli dimidium pollicis non habentes, panniculis consertis induuntur, & si quid gestandum in domo fuerit, aut onerosi operis agendum, se ingerunt citius, humana facilitate expediunt. Id illis indutum est, ut obsequi possint, & obesse non possint. Verum tamen unicum nocendi modulum habent: cùm enim inter ambiguas noctis tenebras Angli solitarii quando equitant, Portunus nonnunquam invisus equitanti se copulat, & cùm diutiùs comitatur, eundem tandem loris arreptis equum in lutum ad manum ducit, in quo dum infixus volutatur, protinus exiens cachinnum facit, & sic hujusoemodi ludibrio humanam simplicitatem deridet.* Adde quæ de ejusmodi Neptunis refert Thomas Cantipratanus lib. de Apib.cap.57.n.10.11.

NEQUITIOSUS, Nequam, improbus. Thwroczius in Joanne Huni. de c.48. *Sed quid nequitiosa rebus in bellicis valeat proditio, tunc patuit.*

NEQUUS, Nullus Gloss.Gr.Lat. ὑπὸ μηδὲν, à nequo. ὑπὸ μηδένων, à nequibus. Idem Gloss. ἀχρεῖος, *Nequus, spurcus, nuga, nugator.*

NERA, Σκορπίος, in Gloss.MSS.Sangermanensibus, in Editis, *scorpius, nepa.*

NERBILIUM. Consuetudines & jura Ecclesiæ de Regula in Aquitania: *Si extraneus portaverit sturjonem, denarium habebit claviger: & si ibidem fractus fuerit sturjo, nerbilium & budellum habebit claviger, nec minus habebit denarium.* (denario,)

NERO, Gloss.MS.Regium: *Nero, Aqua.* Papias: *Nero, Græce, Aqua.* Jacobus de Vitriaco in Hist.Hierosol.c.32. *Et quoniam fontibus & rivis totus est irriguus, Mons Nero, id est, aquosus nuncupatur. Neros enim Græcè, aqua Latinè. Simplices autem & laici Noire, id est, nigra exponunt in vulgari sermone.* Apud Sanutum lib.3.part 5.c.4. *Alius mons versus Septemtrionem vocatur Montagnera Neros, id est, aquosa.* Adde part.7.c.1. Græci recentiores νερὸν aquam vulgò dicunt, voce corrupta ex Gr. νηρὸς, *humidus*, uti censet Salmasius. Jo. Cananus pag.190. Α'λλοὶ τὰς ἀγωγὰς ἐγύρευον τὰς ἐκ πάλαι, τὸ νερὸν εἰς τὰς σέρνας πόλεως ἔφερον. Charta Rogerii Comitis Siciliæ apud Ughell. to. 1. p. 1027. Ἵνα ἔχει τὸ νερὸν ἐλεύθερον ἀεὶ, &c. Anonymus de Locis Hierosol. c. 15. Ἐκεῖ ὁ τόπος ὅπου ἔχωσαν ἡ Σαλώμη τὸ νερὸν, &c. Hist.Politica. p.9. Καὶ ἔβλεπαν ὅτι αὐτὸ ἀνέπεμπαν εἰς τὰ γλύκεα νερὰ, &c. Historia Apollonii Tyrii: Τὸ νέφος τοὺς ἐσκέπασε, καὶ ἄρχησε νὰ χειμάζει, καὶ ῥιχνήκιοι καὶ νερὸν, μετοχοντροχαλάζει. Ex his emendandæ Glossæ Basil. χρηστήεια, οἱ νεροχύται. Perperam νεδοχύται editum. Utitur non semel Nicolaus Myrepsus sect.1.c.505.511. sect. 8. c. 25. Adde Meurs.in Gloss. Casaubonum ad Capitolin. Salmasium ad Solinum p.1298. & ad Hist. Aug.p.311.ubi plura de hac voce. Vide suprà in *Aquarius.*

NERVICEUS, Funis è nervis, Judic.16.7. νευρία, ni vers.Gr.

NERVORA, pro *nervi*, enuntiatione Longobardica, ni Capitulis ad Legem Alamann. c.4. Edit. V. Cl. Steph.Baluzii: *Si (coxa) non fuerit transpuncta, & nervora tetigerit, ut ibi vvasilus intrat, solvat sol.3.* Occurrit rursum cap. 8.

NERVUS, pro carcere, quòd *nervis* in eo alligarentur rei, vel quòd *nervis* torquerentur. Gloss.Græc. Lat. *Nervos*, ξυλοπέδη, f. *nervus*, ξυλοπέδη. *In nervum rapere, In nervo jacere, enecare*, apud Plautum. Paral.2. c.16.v.10. *Jussit eum mitti in nervum.* Edit. Græc. εἰς φυλακήν. Ubi Mamotrectus: *In nervum, i. in cippum.* Adde Hierem. cap.20. Ubi Hieronymus ait, Symmachum βασανιστήριον, sive στρεβλωτήριον, vertisse, quod utrumque *tormenta* significat: *Nos autem*, inquit, *nervum diximus more vulgari*, &c. Facundus Hermianensis lib.6.cap.1. *Quasi amplioris sit criminis lapsum putasse Cyrillum Episcopum, quam Prophetam, ut alia omittam, de peccato arguentem, in nervi custodiam tradidisse.* Vita S. Mederici cap. 13. *Audiens duos fures retrusos in nervo à judice, &c.* Ex quo emendandus Folcardus in Miracul. S. Bertini cap. 2. ubi de quodam Sacrilego: *Missus est in nervum in loco famoso, Castello videlicet Merapiorum.* Quòd scilicet hodie *Gassel* vocant, ubi perperam editum in *Nervium*. Adamus Bremensis c. 183. *Erat autem videre alios flagris torqueri, multos in nervum mitti, quosdam pelli à domo, &c.* Vide Dissertat.91.ad Joinvillam.

NESAPIUS, Qui non sapit, ignarus. Occurrit in Fragmento Petronii de Cœna Trimalcionis: *Ne me putetis nesapium esse, valde bene scio.*

NESCIENTIA, Ignorantia. Claudianus Mamertus lib.1.de Statu animæ c.11. *Cumque non nisi ab ignorantia proficiscatur dubietas arbitrantis, agnosco te nobis quærentibus veritatem, pro una quam polliceris scientia multorum nescientias attulisse.* Utitur etiam lib.3 extremo, ut & sanctus Eulogius lib.1.Memor.Sanct. *Claritatem sacræ legis pravo errore nescientiæ interpolantes* Idem in Documento martyrii: *Et si fortassis in aliquibus sanæ doctrina sententiam meam obstare repererint, nescientiæ, id est, non voluntario errori ascribam.* Adde Legem Wisigoth. lib. 12. tit. 1. §. 3. & Concil. Toletanum XVI c. 6.

NESTIGANTIO, *Nestigantius*, in Pacto Legis Salicæ tit.53. nomen proprium esse, sicut *Titii*, vel *Sempronii* sunt paradictica apud Romanos, censet Wendelinus.

NETORIUM, *Fusus*, quo netur. Isid. Gloss. *Netorium, fusum, fusile.* Perperam *netorsum.*

NETUS, Nepos, ex Hispanico *Nieto*. Occurrit in Charta Jacobi Regis Aragon. an. 1238. apud Diagum in Historia Regni Valentiæ lib.7.cap.24.

NEUMA. Vide *Pneuma.*

NEVO, *Candidus.* Papias.

NEUTERICUS. Guibertus Abbas Novigenti lib.1.contra Judæos c.1. *Planè hunc non incongruè Neutericum novo vocabulo dicam, qui neutrum sectatur, dum ea quæ laudat, jure non prosequitur, & quæ videtur prosequi, Christiani studii jura non laudat.*

NEUTRALITAS. Joan. Sarisber. lib. 2. Policrat. c. 2. de Medicis: *Futuram etiam sanitatem, aut agritudinem, aut statum quem dicunt Neutralitatem, fatalitatem quoque ipsam ex præcedentibus signis agnoscunt.* Et cap.29. *Sanitatis, ægritudinis, & neutralitatis censores sunt.*

NEUTRI, apud Luithprand. in Legat. ubi de Græcis: *Molles, effeminatos, manicatos, tiaratos, teristratos, mendaces, neutros, desides.* Ubi Baronius *Eunuchos* hac voce designari putat. Atqui Græci omnes non Eunuchi fuerunt. Proinde nescio, an hoc loco *neutri* dicantur pro neutroti, quorum nervi successi sunt, eoque imbelles, quæ est significatio vocis, ut mox docemus.

NEUTROTUS. Octavius Horatianus lib.1.cap.19.

Si

Si telo, seu morsu canum, aliarumve ferarum, seu ex quolibet casu neutro vulnerato, quos Neutrotos appellamus, impactus vulneribus omnibus, generaliter continuò hoc adhibendum erit, quòd glutinare & curare valeat membra vulnerata. Locus non sanus. Legendum enim videtur, *seu ex quolibet casu nervo vulnerato, quos neurotrotos appellamus*: Græcis νευροτρώτους. Emendationem firmant sequentia: *Si verò his accidentibus vulneribus etiam nervus fuerit vulneratus, &c.*

NEVVOD. Charta Hermanni Ord. Militum Prussiæ Magistri an. 1233. *Si verò major fuerit, quocumque instrumento in eo piscari voluerit ad commodum duntaxat mensæ suæ, præter rete, quod Neuvod dicitur, habeat liberam facultatem.*

NEYRIALE. Charta Philippi Regis Franc. an. 1299. pro *Pariagio* villæ Sarlatensis, in ejusd. Regis Regesto ejusd. an. ex Tabulario Regio n. 6. *Item in muris dictæ villæ non fient portæ privatæ à privatis personis, nec fenestræ, sive neyrialia, vel archeriæ, quæ non sint ampliora vel ampliores à parte exteriori dimidio pede manuali, &c.* Vide *Archeria*.

NIBATA, *Nibata*. Gl. Isid. *Nibita, aqua ex nubibus facta.* Emendant viri docti, *aqua ex nivibus facta.* Ugutio: *Nibata, aqua veniens ex nivibus. Nivatam* Petronius dixit.

NIBULATUS, *Niblatus Nibulata.* Ugutio, & ex eo Jode Janua: *Nibulatus*, (al. *Niblatus*) *à Nix, splendidus, & hæc Nibulata*, (al. *Nibata*) *aqua veniens ex nivibus.* In Gloss. Lat. Gal. l. *Nibatus, Resplendissant, & dicitur a nive.* Jo. Diaconus in Vita S. Gregorii M. PP. lib. 4. c. 83. *Ferens in capite matronalem mitram, candentis brandei raritate niblatam.* Ita præferre omnes Codd. monet Angelus Roccha, ubi *Niblata*, est *splendida*.

NICHILIANISTÆ, Hæretici, qui negabant, Christum esse aliquid, quorum auctorem Petrum Abaëtardum statuit Gualterus de S. Victore.

NICONTA, Machina bellica. Vide in *Lupus*.

NIDASII, Falcones dicuntur Friderico II. Imp. lib. de Arte venandi cap. 30. 31. & alibi. *Nidarii*, Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 3. Thuano *Nidularii* nostris vulgò *Niais*, qui in nido capiuntur, seu, ut Budæus in Pandect. qui ex nidulo rapti sunt, & domi aluntur. *Nidasi*, etiam Italis appellantur.

NIDERING vel *Nidernig*, Nequam, ignavus; nostris, *Faineant*. Will. Malmesbur. in Willelmo II. p. 121. *Anglos suos appellat, jubet ut compatriotas advocent ad obsidionem venire, nisi si qui velint sub nomine Nidering*, (al. *nidering*) *quod nequam sonat, remanere. Angli qui nihil miserius putarent quam hujusce vocabuli dedecore aduri, catervatim ad Regem confluunt, & invincibilem exercitum faciunt.* Quo loco Matthæus Paris an. 1089. habet sub *nomine Nithing, quod Latinè nequam sonat, recenseri.* Codd. alii *Olthing* præferunt. Annales Waverl. MSS. eodem anno, apud Spelmannum. *Rex Willelmus junior misit per totam Angliam, & mandavit, ut quicunque foret Unnithing, sive Francus, sive Anglicus, sive in burgo, sive extra, veniret ad eum: & adunato magno populo, ivit ad Rovecestre, & obsedit Castellum.* Ubi vox scribitur charactere Saxonico. Leges convivii in memoriam & honorem B. Erici Regis Ringstadiensis olim celebrati: *Si confratrem suum propter nimiam stultitiam suam & negligentiam, & longævo rancore existento confratrem occiderit, exeat à consortio omnium confratrum, cum malo nomine Nithing, & recedat.* Occurrit ibi pluries.

Vocem Runicam esse aiunt: Runicè enim *Nidingur*, est contemptus, infamis, inhumani alicujus patrator. Vide Lexicon Runicum Wormii pag 22. 92. Ejusdem notionis est vox *Nithing sorth* apud Suenonem in Legibus Castrensibus c. 10. & 11. de qua Stephanus Stephanius Suenonis editor. p. 179. Janus Dolmerus ad Jus aulicum Norvegicum vetus c. 37. & Petrus Resenius ad Jus aulicum Canuti II. Regis Daniæ c. 4.

NIELLATUS. Vide *Nigellum*.

NIGELLUS, *Aliquantùm niger*, Joanni de Janua. Anastasius in S. Silvestro PP. *Scriptum ex literis nigellis puris in cruce, &c.* Vita S. Fulgentii Episc. Ruspens. c. 18. *Nigello vel lactineo pallio circundatus incessit.*

Nigellum, Encaustum nigrum, vel subnigrum, ex argento & plumbo confectum, quo cavitas sculpturæ repletur, uti describitur à Vasario in Vitis Pictorum cap. 33. Italis *niello*. Gloss. vett. *Nigellum*, μελανόν. Epistola Nicephori Patr. Constantinopol. ad Leon. III. Pap. apud Baron. an. 811. num. 58. *Encolpium aureum, cujus una facies Crystallum inclusum, altera picta nigello est.* Ubi Gr. διὰ ἐγκαύσεως. Vita S. Odilonis Abbatis Clun. c. 11. *Cujus columnas vestivit argento, cum nigello pulcro opere decoratas.* Leo Ost. lib. 2. c. ult. *Laternam argenteam magnam librarum quinque cum nigello.* Lib. 3. c. 5. *Scrinium argenteum super altare cum nigello librarum novem, --scutellam argenteam cum nigello, &c.* Cap. ult. *Fumigatorium cum nigello.* Anastasius in S. Silvestro PP. *Scriptum ex literis puris nigellis.*

Nigellatus, Nigello distinctus Historia in Episcoporum Autissiod. cap. 20. *Bacchonicam anacteam circulatam & nigellatam, &c.* Ibidem: *Scutella nigellata, Rotella nigellata, &c.*

Niellatus. Testamentum Leodebodi Abbatis apud Helgaudum in Roberto Rege: *Scutellas 2. minores Massilienses de auratas, quæ habent in medio cruces niellatas.* Idem videtur quòd *Noellé* nostratibus. *Le Roman de Parise la Duchesse MS.*

Et brandissent les astes des espiés noellez.

Le Roman de Garin MS.

Affichiez s'est ens estriers noelez.

Alibi:

Cors ot Gaillart, & espié noelé.

Le Roman de Garin MS.

Et vint esséès au pont d'or noielez.

Nigellatum, apud Paulinum Nolanum Epist. 1. Vide ibi Rosweidum.

NIGELLI. Vide *Moneta nigra*.

NIGROMANTIA, pro *necromantia*. Ebrardus in Græcismo c. 8.

Mors nigron est, Nigromantia dicitur inde.

Et cap. 10.

De nigris propriè Nigromantia dicitur esse.

Libri nigri, Necromantici, apud Eckehardum de Casib. S. Galli c. 2.

NIGROMONACHI, in Gestis Innocentii PP. 126. qui cæteris *Nigri Monachi*, quo nomine intelligi Monachos Benedictinos infrà docemus, in v. *Ordo*. Apud Græcos Monachi etiam nigri, μελανειμονοῦντες dicuntur, in Synodo Trullana c. 42.

NIHILEITAS, Quâ quid nihili censetur. apud Henricum de Hassia in Speculo anim. p. 7.

NIHILFECIT, ita cognominarunt aliquot ex Regibus Franciæ, primæ, & secundæ stirpis, quòd deliciis palatinis dediti, rerum civilium & militarium summam Majoribus domus demandarent: quanquam non desunt qui illos ab ejusmodi Scriptorum calumniis vindicare conantur. Hinc vox nota nostris *Faitnéant*, pro ignavo. Harigerus Lobiensis de Vita S. Ursmari apud Mabillonium Sæculo 3. to. 2. p. 610.

Tunc fratres gemini Dagoberto Rege creati,
Francorum gentem simili nec sorte duellem
Secernunt sceptris, Chlodoveus Belgica segnis
Regni sceptra tenens, sed nil laudabile linquens
Tres ibidem segnes proprio de semine fratres
Liquit Hlotarium, Hildricum, & Theodericū, &c.

Maximè

Maximè verò Ludovicus Balbus Caroli C. filius ita indigitatur. Aimoinus lib. 2. de Miracul. S. Benedicti cap. 1. *Verum Augusto Karolo rebus humanis exempto, filius ejus Hludovicus successit, qui Nihil fecisse nomen sortitus est, sive quòd vix duobus annis regno potitus nil strenuè gessit, sive quòd sanctimonialem quandam, sicuti à majoribus accepimus, Kalæ Monasterio puellarum abstractam conjugio copulans suo, peccatum, quod Nihil esse dicitur, perpetrarit.* Gesta Consulum Andegav. cap. 2. n. 5. *Ætate Ludovici Balbi cognomento Nihil fecit.* Et c. 3. n. 1. *Tempore Ludovici Regis Nil facientis.* Sic etiam cognominatur ab Orderico Vitali lib. 5. p. 571. & Willelmo Gemetic. lib. 2. cap. 21.

NIHILOMINUS, Etiam, perinde. Sedulius in Præfat. ad Opus Paschale: *Cognoscant peritissimum divinæ legis Origenem tribus nihilominus editionibus prope cuncta quæ disseruit, aptavisse.* Leo Ost. lib. 3. c. 20. *Similiter fecit & de Sacramentariis — & duobus nihilominus Evangeliis & Epistolario uno.* Infrà: *Sed & gradum nihilominus ligneum extra Chorum — constituit,* Cap. 28. *Eique ejusdem nihilominus operis* (donum) *copulavit.* Cap. 32. *A pedibus verò frisæa nihilominus lista —— circumdatam.* Ita Salvianus l. 4. de Gubern. Dei, Rupertus de Divin. off. lib. 8. cap. 5. & alii passim.

NIHILUS. Vide *Cenitus.*

NIMIDA. Indiculus superstitionum & paganiarum, in Concilio Liptin. an. 743. *De sacris silvarum, quæ Nimidas vocant.*

NIGOSUS, pro *ningosus*, Nivosus. Chronicon Abb. S. Trudonis lib. 12. *Per nigosa & saltuosa devia fatigabiliter deductus.* Sed videtur legendum *jugosa.*

NINGUIDUS, Nivosus: *ninguis* enim pro *nix* dixerunt veteres. *Ninguidi saltus* apud Ennodium in Vita S. Epiphanii. *Ninguidi montium colles*, in veteri Epitaphio apud Gruterum 1169. 6. Adde Prudentium Hymno 6. v. 97.

NISARE, *Implicare.* Papias.

NISI, pro *præterquam.* Victor Schotti in Augusto: *Adjectis Imperio civium Rhetis, Illyricoque, ac pacata externarum gentium ferocia, nisi Germaniæ.*

Nisi, pro *sed.* Capitulare an. 779. c. 10. *De eo qui perjurium fecerit, nullam redemptionem dat, nisi manum perdat.* Adde capitulare Suession. an. 744. Anastasius in S. Cælestino PP. *Constituit ut 150. Psalmi David ante sacrificium psallerentur antiphonatim, quod antè non fiebat, nisi tantùm recitabantur Epistolæ Pauli Apostoli, &c.* Adde p. 41. d. præterea Legem Burgund. tit. 66. §. 1. Formulas secundum Legem Romanam form. 1. Synodum Romanam an. 743. c. 3. Legem Longobardorum lib. 1. tit. 9. §. 9. tit. 36. §. 5. 6. lib. 2. tit. 3. §. 4. 5. tit. 10. §. 1. tit. 14. §. 17. tit. 15. §. 2. tit. 21. §. 28. tit. 26. Constitutiones Sicul. lib. 3. tit. 30. Formulam 13. ex Lindenbrogianis, Concilium Londoniense an. 1328. can. 1. &c. Concilium Rotomagense an. 1074. c. 9. *Hos verò qui sacros Ordines reliquerunt, placuit sanctæ Synodo nisi anathematizari.* Ubi *nisi* nihil sonat.

NITHING. Vide *Nidering.*

NIVICOLLINI *Britones*, appellati Walli Anglici, qui colles seu montes altissimos, nivibus oppletos habitant, à Joan. Sarisber. lib. 2. Policrat. c. 27. *Cum adversus nivicollinos Britones Regia esset expeditio producenda, &c.* Horum præterea meminit lib. 6. c. 6. ubi & Wallorum regionem *Nivium Collem* vocat, &c. 16. ubi *Wallenses* eos nominat: quibus verbis expressit Wallica ista, *Craig, Ericy*, id est, niviferos montes, qui potissimùm in ea Walliæ sunt regione, quam *Caernarvonshire* Angli vocant. Vide Camdenum in Britannia p. 539. 3. Edit.

NIUNGILDUM, idem quod *Novigildum*, quod vide. Apud Keronem *niun*, novem sonat. Vide Guillimannum lib. 1. Rer. Helvet. c. 9. p. 81.

NIUSALTUS. Capitulare de Villis c. 34. *Lardum, siccum, sulcia, niusaltus, vinum, acetum, &c.* Cap. 67. *De capris & hircis, & eorum cornibus & pellibus nobis rationes deducant, & per singulos annos niusaltos crassos nobis inde adducant.*

NIXA, Hispanis, Prunus Damascena, *à multitudine enixi fructus* dicta, ut est apud Isidorum lib. 17. c. 7. Occurrit apud Pelagium lib. 5. de Vitis Patrum, libello 4. c. 65. *Et attulit quidam frater nixas siccas, & fecit pultes.*

NIXUS. Vide *Myxus.*

NOA, in Tabulario Majoris Monasterii, videtur esse locus pascuus, sed uliginosus & aquis irriguus. Tabular. Absiense: *Tertiam partem & molnarii, & vernæ & noæ, &c.* Rursum fol. 60. *Quandam noam inter prata ipsorum.* Charta Petri filii Regis Franc. Comitis Carnotensis an. 1279. *Item apud Esseyum unam noam usque ad valorem 8. solidorum Turon.* Charta pro libertatib. S. Palladii in Biturigib. an. 1279. apud Thomasserium: *Prata vero sive nohe, quas & quæ dicti homines habent in dicto nemore, &c. L'arpent de Noë*, in Consuet. Carnotensi art. 12. & Castellinovi in Thimeraisio art. 11. æstimatur 6. sol.

NOBIA. Vide *Nubeia.*

NOBILE, Genus monetæ Anglicæ, vulgò *Noble à la rose.* Lexicon Cambro-Britannicum, *Nobl. aureus.* Henricus Knyghton sub an. 1344. *Eodem tempore Nobile, & Obolus, & Ferthing de auro cœperunt florere in regno.* Chronicon Windesem. lib. 1. c. 31. *Centum Nobilia dedit Monasterio.* Ibid. *Dedit Nobilia quinque.* Vide Lindwodum ad Provinciale Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 13. Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris:

Recueilli fut en somptuense entrée,
Où espargné ne fut Escu ne Noble.

Noblus, eadem notione apud Ericum Upsaliensem lib. 4. Hist. Suecicæ p. 141.

Nobulus, lib. 5. p. 148. 159. 189.

NOBILIS *homo*, in Lege Long. l. 2. tit. 2. §. 4. Apud Nithard. lib. 4. Hist. Saxones dicuntur in tres ordines divisi: *Sunt enim*, ait ille, *inter illos qui Edhilingi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lazzi illorum lingua dicuntur. Latina verò lingua hoc sunt, Nobiles, Ingenuiles, atque Serviles.* Capitulare Saxonum an. 699. c. 3. *Nobiliores Saxones solidos 12. ingenui 5. liti 4. componant.* Adde c. 5. Capitulatio Caroli M. de Partibus Saxonicæ c. 14. de iisdem: *Et inter centum viginti homines nobiles & ingenuos similiter & litos, servum & ancillam eidem Ecclesiæ tribuant.* Adde cap. 16. 18. 19. 20. Lex Saxonum tit. 2. §. 1. *Qui Nobilem occiderit, &c.* Adde §. 3. 4. 7. & Legem Frision. tit. 1. 2. & 3. *Nobiles personæ*, in Legibus Wisigoth. lib. 2. tit. 3. §. 4. lib. 6. tit. 1. §. 2. in Decreto Tassilon. §. 9. Arno Archiepiscopus Salisburgensis: *Reliqua verò quod ibi traditum est, de genere Nobilium hominum esse videtur, &c.*

Nobilis natu, in Vita S. Theodardi Archiepiscopi Narbon. Ut *majores natu*, apud Scriptores alios: *Principes autem & nobiles natu, omnesque bellatores qui contra illum arma tulerunt, &c.*

Nobiles nomine & armis, in Charta Institutionis Ordinis Velleris aurei à Philippo Burgundiæ Duce, an. 1431. apud Miræum in Diplomat. Belg. lib. 2. c. 98. *Gentishommes de nom & d'armes*, de quibus integram dissertationem instituimus ad Joinvillam. Sed non desunt viri doctissimi, qui eam quam hîc protulimus conjecturam, non omnino amplectuntur, aliasque subnectunt; sed utra harum probabilior, eruditorum erit decernere.

NOBILISSIMUS, Epitheton honorarium tributum Imperatorum filiis, qui interdum *Nobilissimi pueri* nudè appellantur, in Constitutionibus Impp. hisce litteris, N. P. ut observatum à Cujacio ad l. 4. Cod. de Privileg. eor. qui in sacro Palatio militant, lib. 12.

interdum

interdum hisce *Nob. P.* ut est in Notis Magnonis. Extat Epistola Valentis & Ursacii in Fragmentis S. Hilarii, *data Gratiano nobilissimo P. & Dagalaifo Coss.* *Nobilissimæ* dictæ perinde Augustorum filiæ, ut ex Cod. Th. colligitur l. un. de Privileg. domus August. & l. 21. de Lustrali conlat. *Domus Nobilissimæ Marinæ, Arcadiæ*, in Descriptione CP. à quibus *domus* ipsæ *Nobilissimæ* dicuntur in Collectione civitatis. Sed Cæsaribus potissimum id nominis adscriptum deinceps. In Passione SS. Perpetuæ & Felicitatis, Geta *Nobilissimus Cæsar* dicitur: in nummis à nobis descriptis, *Nobilissimi Cæsares* passim appellantur, qui postea nudè *Nobilissimi*. Vetus Inscriptio Baiocensis: C. PESUBIO TETRICO NOBILISSIMO CÆS. P. F. AUG. L. I. Vide Gualterum in Tabulis Siculis n. 159. Sed & *Nobilissimi* interdum dicti ipsi Augusti. In Collatione Legis Mosaicæ c. 15. Diocletianus & Maximianus *Nobilissimi AA.* inscribuntur.

Divulsa deinde *Nobilissimi dignitas* à Cæsarea. Nam, ut auctor est Zozimus lib. 2. Constantinus M. Constantium fratrem, & Anaballianum ex fratre nepotem, *Nobilissimos* creavit Vetus Inscriptio Belluni in Ecclesia S. Petri, *Imp. Cæs. Fla. Valer. Constantio nobilissimo anno* XX. *DD.* apud Philostorgium lib. 8. c. 8. Jovianus alterum è filiis Varronianum ἐπιφανέςατον, ὁ παρὰ Ῥωμαίοις τὸν Νωβελισίμον ὀνομάζουσιν, renunciat. Apud eundem lib. 12. c. 10. Honorius Valentiniano, Constantii filio, ex sorore nepoti, τὴν τῶ ἐπιφανεςάτε ἀξίαν, seu, ut habet Olympiodorus, Νωβελισίμε, contulit: qui quidem Valentinianus postea Cæsar à Theodosio dictus est. Exhinc fluxit *Nobilissimi* dignitas diversa à Cæsarea. Marcellinus Comes: *Justinus Imperator Justinianum ex sorore sua nepotem, jamdudum a se Nobilissimum designatum, regni quoque sui successorem creavit.* Hac postea donati dignitate subinde Imperatorum liberi vel fratres, ut ex Stemmatibus nostris Byzantinis colligere est, atque interdum alii è proceribus, ut apud Annam Comnenam in Alexiade pag. 274. Ab hac formata alia πρωτονωβελισίμε, de qua nos quædam attigimus in Notis ad eandem Alexiadem p. 339.

Id etiam honorificum epitheton ad Regum seu Imperatorum nostrorum filios transiisse videtur. Quippe in veteribus Litaniis sub Carolo M. apud V. Cl. Joan. Mabillonium to. 2. Analector. hæc legimus: *Pipino & Carolo Nobilissimis filiis ejus vita.*

NOBILITAS, Titulus honorarius, quo Boyo Sithiensis Abbas Widonem Archiepiscopum Remensem compellat, in Epistola præfixa Relationi de Inventione & elevatione S. Bertini. Eodem etiam *Nobilitatis* titulo compellantur Reges Franc. in Epist. 34. & 52. ex iis quæ habentur to. 4. Hist. Franc. Adde Joannem VIII. PP. Epist. 1. 73. Gregor. VII. lib. 1. Epist. 18. 19. 38. 45. & alibi passim.

Nobilitates, Prærogativæ, privilegia, jura honoraria. Regestum 8. Memorialium Cameræ Computor. Paris. fol. 208. *Dom. de Cliçon institutus in officio Constabularii Franciæ ad nobilitates, jura, vadia & emolumenta consueta per literas Regis datas 28. die Novembr. 1380.*

NOBISCUM, Clamor militaris, à Christianis in prælius inclamari solitus, apud Vegetium lib. 3. cap. 5. & alios à nobis laudatos in Dissertat. 11. ad Joinvillam p. 206. id est, *Deus nobiscum*, Θεὸς μεθ' ἡμῶν, apud Annam in Alexiade. Χριςὸς μεθ' ἡμῶν, apud Theophanem an. 2. Justiniani.

NOCA, Modus agri. Monasticum Anglic. to. 2. pag. 331. *Unam virgatam terræ quam tenuit, — & tres nocas terræ quas tenuit Willelmus Gloyn, &c.*

NOCATA terræ, Agri modus, in veteri Inquesta apud W. Dugdalum in Antiquitat. Warwic. pag. 665. *Illi qui tenuerunt dimidiam virgatam terræ, vel nocatam terræ, vel cotagium de bondagii tenura, &c.*

NOCHERIUS. Vide *Nauclearius*.

NOCIUM. Monasticum Anglic. to. 2. p. 380. *Et quolibet die unum panem, — dimidiam lagenam cervisiæ, unum nocium carnis, die carnium, & tria allecia quolibet die piscium.*

NOCTANTER, De nocte. Gallis, *Nuitamment*. *Noctanter furari*, in Fleta lib. 2. c. 72. §. 10. c. 76. §. 8. c. 79. §. 7.

NOCTIANUS. Gloss. Gr. Lat. Νυκτοφύλαξ, *noctianus, nocte custos, vigilis.* Vox *Noctianus* ab est in MS. Cod. S. Germani Parisiensis. *Nocticula*, in Glossis antiquis MSS. & apud Ugutionem, *Luna* exponitur, ubi legendum forte *Noctiluca*, quod nocte luceat. Ugutio, *Noctilucam* vermem esse ait, sic dictum, *quod noctu luceat.*

NOCTIOSUS, *Qui melius vespere videt.* Papias.

NOCTIVAGI. Charta Communiæ Hamensis: *Habent & potestatem banniendi quoslibet infames, & malefactores, & noctivagos mali testimonii pro voluntate sua, &c.* Eadem Gall. *Mausfaiteurs & chiaus qui vont par nuit, &c.* In Legibus Burgorum Scoticorum c. 118. *Nulli liceat transire de nocte sine legalibus testibus, nisi sit homo boni testimonii, vel ob istas causas, pro Sacerdote ad infirmum, pro blado ad molendinum portando, &c.* Ita νυκτοβάδα, noctum appellatam scribit Hesychius, in v. γλαῦξ. Glossæ Gr. Lat. νυκτοδρόμος, *Noctuago*; forte *noctivagus*. νυκτιπλάνης, apud Oppian. lib. 3. Cyneget.

NOCTURNA, Jus piscandi per unam noctem in molendinis. Charta Alelmi de Ambianis in Chartul. Eccl. Ambian. *Pro banno vini, & nocturna anguillarum reddidit 15. sol. & 15. capones.* Alia Theodorici Episc. Amb. an. 1146. in eodem Tabulario Ch. 31. *Alelmus de Ambianis — Amb. Ecclesiæ annuam piscium capturam, quæ vulgari nomine Nocturna appellatur, perpetuo jure donavit.* Charta alia in Hist. Monasterii S. Nicolai Andeg. *Piscaturam quoque piscium unius noctis molendinorum de Braum eis donavi.* Tabular. S. Eparchii Inculisin. fol. 63. *Dono iterum Deo & S. Eparchio illam levationem anguillarum, quam habebam in anguillariis de Visnaco semel in anno, id est in una nocte, quæ melior & utilior hominibus meis habebatur, &c.* Tabul. Dalonensis Abbat. *In illa piscatoria, quæ derivatur per fossatum novum de Barbarello capturam anguillarum unius noctis per singulos annos.* Tabul. Vindocinense Ch. 104. ubi de juribus Comitis Burchardi: *A Tociaco usque ad Fractam vallem habebat unam noctem in uno quoque anno ad capiendos pisces.* Occurrit præterea in alia Ludovici Pii Imp. à Mabillonio edita to. 4. SS. Ord. S. Benedicti p. 118. Adde Prob. Hist. Guin. p. 340. Vetus Regestum Cameræ Comput. Par. signat. M. ubi de Episcopo Ambianensi: *Item ale tent & prinse de le raiz des anguilles par une nuit telle comme il lui plait, à chascune escluse de la chité d'Amiens.* Charta Philippi Com. Flandriæ pro portoriis & præstationibus ejusdem urbis Ambian. *Li Vesques & li Cuens cascun dans une nuit en l'an, quelconque nuit que il vauront, ont le tent & le prise de le raje as anguilles à cascune escluse de la chité d'Amiens, puis l'escluse Doisel & l'escluse de Soustraine en aval dusque a l'escluse Destous, & à tous les moulins qui sont dehors la fermeré de le chité, & qui sont entre ches escluses devant dites, si comme au molin de Camons & au molin de S. Pierre, &c.*

NOCTURNALES, Crepidæ, Gall. *Mules, Pantoufles*, quibus de nocte utimur. S. Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Benedicti c. 12. *Crastina die nocturnales suos calcient.* Et cap. 25. *Calcietur caligis supradicto panno factis, usque ad genua attingentibus & nocturnalibus.* Capitulare Aquisgranense an. 817. c. 22

Calciamenta diurna paria duo, subtalares per noctem in æstate duas, in hieme verò soccos, &c. Sotulares diurni & nocturnales, vel *Nocturni*, apud Guigonem II. in Statutis Cartusiensibus c. 57. & alibi, in Regula Ordinis *de Sempringham* pag. 718. 720. *Nocturnalibus calciari*, pag. 769. *Nocturnales calcei*, in Chronico Trudon. lib. 13. pag. 510. & apud Bernardum in Consuet. Clun. MSS. c. 5. & Udalricum lib. 2. c. 24. Adde lib. 1. cap. 40. l. 2. c. 21. & Usus antiquos Ordin. Cisterciens. c. 71. *Betæ* videntur appellari in Tabulario S. Martini de Campis: *Ego Theobaldus Prior S. Martini de Campis & omnes seniores nostri concedimus ei singulis annis in festivitate S. Remigii — & in festivitate hiberna S. Martini agnina pellicia, & nocturnales, qui vulgo Betæ dicuntur.* Vide *Subtalares*.

Nocturnalis, alia, sed in certa mihi notione. Tabularium Bellilocense n. 110. *Et omni anno unum nocturnalem ad Missam S. Petri ad Vincula per consensum donamus. — Facta regnante Roberto Rege.* Testamentum S. Fulcranni Episcopi Lodovensis: *Et det in Ascensu Domini nocturnalem de candela S. Genesio.*

Nocturnales libri, in quibus Nocturni matutini continentur. Acta Murensis Monasterii p. 32. *Sunt & hic quinque Nocturnales libri, quorum primus habet tantum Lectiones ab Adventu Domini usque ad Pascha; secundus autem a Pascha usque ad Adventum Domini; tertius verò habet tantùm Lectiones de Sanctis per circuitum anni: alii duo pleniter scripti sunt.*

NOCTURNA, *Nocturni. Nocturnale officium*, quod noctu peragitur, in Capitul. Caroli M. lib. 1. c. 80. Messianus in Vita S. Cæsarii Arelatensis: *Omnibus rebus sanctus vir semper modum voluit custodire, præcipue ad Nocturnos vigilantissimè observabat, ut absque eo quod sibi peculiariter Deo solo teste dicebat, nullus suorum qui secum manerent excitaretur ante horam legitimam*, Infrà: *Tunc implevimus Nocturnos.* Beletus c. 20. & ex eo Durandus lib. 5. Ration. c. 3. n. 7. *Nota quòd Nocturna, næ, ponitur pro Hora: sed nocturni, nocturnorum pro officio. Vel nocturna, nocturnæ, est collectio Psalmorum qui dicuntur ante Lectiones in Dominica, vel in profestis diebus. Nocturnæ in plurali, dicuntur tempora in quibus Psalmi cantantur. Nocturni, nocturnorum, dicuntur novem Psalmi, & novem Lectiones cum suis Responsoriis in solennitatibus.* Rupertus lib. 1. de Divin. off. c. 10. *Vigilias in tribus dispertimur Nocturnis.* In tres autem nocturnos ejusmodi officium distinguitur, quòd ter in nocte surgerent prisci Christiani, quò Deo laudes persolverent, ut observat Durandus loco laudato n. 17.

NOCTURNUM, Magica Gentilium illusio, quæ noctu fiebat. S. Augustinus Serm. de Tempore barbarico, c. 4. *An non sacrificavit, qui imagines idolorum per noctem ludentes, quod Nocturnum vocant, libentissimè spectavit?*

NODSYR. Indiculus superstitionum & paganiarum, in Concil. Liptin. an. 743. apud Lalandum: *De igne fricato de ligno, id est, Nodsyr.* Vide *Nedfri*.

NODELLUS, Nodulus, species ornamenti virorum, vel feminarum, cujusmodi fuit *Nodus* Militaris, de quo mox, fibulæ. Vetus Charta in Hist. Vergiacensi p. 113. *Insuper dedit eis Domina duos equos, & 4. libras, & 10. solidos, & nodellum aureum.*

NODUS, seu *Nodi societas*, Ordo Militaris 300. Militum, institutus à Ludovico Tarentino Rege Siciliæ sub an. 1352. ita dictus quòd singuli istius Ordinis Milites *Nodum*, seu *Nodellum* aureum, gemmis interstinctum ad pectus deferrent, in mutuæ amicitiæ symbolum, ut ex Matthæo Villaneo lib. 3. c. 79. & ex tractatu MS. de Institutione ejusdem Ordinis, docuimus in Historia nostra Franco-Byzantina lib. 8. n. 13. Habetur apud Carolum de Lelis in Familiis Neapolitanis sequens Epitaphium: *Hic jacet strenuus Miles Colutius Bozzutus, qui fuit de societate Nodi illustris Ludovici Regis Siciliæ, quem nodum in campali bello victoriosè dissolvit, & dictum nodum relegavit in Hierusalem, qui obiit anno Dom. 1370. &c.*

NODUA, vel *Nodwa*, vox Cambrica, Asylum, protectio, refugium, Boxhornio *Noddea*. Occurrit in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 10.

NODWERS, seu *Nood-ware*, Necessaria defensio, apud Kilianum. Consuetudines Arkensis villæ an. 1231. in Tabul. sancti Bertini: *Qui se defenderit in necessitate, quæ vulgò dicitur Nodwers, si a Chora cognitum fuerit, non cadet in emendam.*

NOFFUS, *Naufus*. Gloss. Pithœi. *Naufo, sarcofago ligneo*, quibusdam, quòd *navis* formam referat, quæ Francis nostris olim *Nau* dicta. Lex Salica tit. 17. §. 1. *Si quis mortuum hominem, aut in noffo, aut in petra, quæ vasa ex usu Sarcophagi dicuntur, super alium miserit.* Edit. Heroldi tit. 17. §. 4. habet *in offo*. tit. 57. §. 4. *naufo* habetur, ut & apud Gregorium Turon. de Gloria Confess. *Sancta corpora pallis ac naufis exornata*: sic enim vett. Codd. præferre observant viri docti. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 83. *Si quis corpus in terra, vel noffo, vel petra, sub petra, vel pyramide, vel structura qualibet positum — effodere præsumpserit.*

NOGAREDA, Nucetum, *Nogarede*. Occitanis, *Nochiere* aliis. Charta fundationis Abbatiæ Vabrensis an. 23. Caroli C. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 69. *Villam cujus vocabulum est Vaber, cum omni integritate & vedotio, similiter biarcio, similiter nogareda, similiter & intarnesca, in villa quæ dicitur Betianus, vineas nostras quas Leotgarius ibi construxit.*

Nogueria, eadem notione. Charta Occitanica an. 1213. in 49. Regesto Philippi Pulcri Tabularii Regii Ch. 91. *Item sex quartonatæ, & quarta pars quartæ partis alterius quartonatæ terræ oblialis, cum quadam borda, & quadam mota, & nogueriis ibi existentibus.*

NOLA. Ugutio & Joan. de Janua: *Nola civitas Campaniæ, & hinc Nola, illud tintinnabulum quod appenditur collis canum, vel pedibus avium, vel aliud, quod appenditur frænis & pectoribus equorum, — & dicitur à Nola civitate, quia ibi primùm inventum & factum fuit tale instrumentum; & ampliato nomine invenitur Nola pro qualibet parva campana, vel pro campanella refectorii.* Anselmus Episcopus Havelbergensis lib. 3. Dialog. cap. 16. *Signa Ecclesiæ, quæ in Campania apud Nolam civitatem primò inventa sunt, unde & Nola Campana vocantur.* Vox non omnino nupera. Avienus de cane:

Hunc dominus, ne quem probitas simulata lateret,
Jusserat in rabido gutture ferre nolam.

Ita porro campanulas, seu minores campanas vocant. Walafridus Strabo libro de Reb. Eccles. cap. 5. *Minora verò (vasa) quæ & a sono Tintinnabula vocantur, Nolas appellant, à Nola civitate Campaniæ, ubi eadem vasa primò sunt commentata.* Chronicon Montis Sereni an. 1128. *Nolam cujus signo homines solent eleemosynam petere.* Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi capite 41. de campanula quæ falconum pedibus alligari solet: *Sequitur de campanella, quæ etiam Nola dicitur, &c.*

Ita pariter appellant Scriptores campanulam quæ in refectorio ad mensam Abbatis appenditur, qua is, vel lectionis, vel convivii finem significat. Unde *Nola refectorii*, dicitur in Statutis Ordinis *de Sempringham* pag. 770. & *sedere ad nolam* in refectorio, est Abbatis ibidem munus exercere, in libro Ordinis

Ordinis sancti Victoris Parisiensis MS. capite 17. Constitut. Ordin. Prædicat. Dist. 1. c. 5. & 1. in Usibus antiq. Ordinis Cisterciensis capite 80. 111. 112. & in Institutionibus Capitul. gener. ejusdem Ordinis cap. 60. Vide eosdem Usus cap. 77. 79. 106. Vita sancti Willelmi Abbatis Roshildensis n. 20. *Willelmus animatus zelo Ordinis, & amore justitiæ, post ingressum refectorii, præsumptorem illum* (Priorem) *à nola submovit, & Subpriorem adhibuit.* Extant apud Canisium hi versus antiqui in Nolam Capituli:

Præceptor fratres hoc signo convocat omnes,
Exemplo Domini cui u lavit unda pedes.
Necnon consilium constat si forte gerendum,
Hoc moniti signo conveniunt subitò.
Laudibus & noctis interdum rite peractis,
Captamus somnum, si dederit sonitum.
Cœperit & radiis Phœbus conspergere lucem,
Hoc resonante sopor ocius omnis abit.

Eadem, de qua Cæsarius lib. 7. cap. 19. *Nocte quadam putans in oratorio nolam ad matutinas esse pulsatam.* Libro 9. cap. 51. *Wido Cardinalis aliquando Abbas Cisterciensis cum missus fuisset Coloniam ad confirmandum electionem Ottonis, bonam illic consuetudinem instituit: præcepit enim ut ad elevationem hostiæ, omnis populus in Ecclesia ad sonitum nolæ veniam peteret, sicque ut ad calicis benedictionem prostratus jaceret.* Nolam etiam cum majori campana confundit Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. cap. 12. *Nolam* denique in Monasteriis *pulsari* ait Beletus cap. 86. seu ut habet Durandus lib. 1. Rationalis cap. 4. num. 11. in Choro.

Nolula, seu *dupla*, campana, quæ in horologio pulsatur, inquit Beletus cap. 86. & ex eo Durandus lib. 1. Ration. cap. 4. n. 11.

· *Nolarium, Campanarium.* Charta an. 894. to. 4. Miscellan. Baluzii; *Sicque veniens Ludermus Tullensis Episcopus ad eundem locum, nolarium ipsius capellæ evertit, campanas cum vestibus sacerdotalibus secum detulit, ipsam capellam anathemathizavit, secundum Ecclesiasticam auctoritatem, omnesque qui ad prædictum locum deinceps attenderent, à liminibus Ecclesiæ Cathol. repulit.*

NOLUNTAS, cui opponitur *voluntas* Glossæ Arabico-Lat. *Noluntas, ab eo quòd nolumus.* Utitur sanctus Augustinus lib. 14. de Civit. Dei cap. 6.

NOLUS, qui spernit, nec vult, contemptor. S. Columbanus Instruct. 14. *Amator mediocrium, nolus opum, animi depressor,* &c.

NOMEN, *Nominis impositio.* Lex Ripuar. tit. 36. §. 10. *Si quis partum in femina interfecerit, seu natum priusquam nomen habeat,* 100. *sol. culp. jud.* Leges Henrici I. Regis Anglor. cap. 70. *Si infans occidat, vel occidatur, sive nomen habeat sive non habeat plena wera conjectetur* Romanos maribus nono die à nanativitate, feminis octavo nomen imposuisse, auctor est Plutarchus in Problemat. Neque multo aliter Græci, ut ex Aristotele, Aristophane, & Polluce constat. De his Nominalibus, vel περὶ ὀνοματοθεσίας, multa viri docti congessere, atque in his Casaubonus in Notis ad Capitolinum. & ad Persii Sat. 2. Menardus ad librum Sacrament. Gregorii Magni pag. 98. Goarus ad Eucholog. pag. 322. 323. & Meursius 1. parte Exercit. Critic. pag. 182. Vide Leges Presbyterorum Northumbrensium sub an. 977. cap. 16. & Simocattam lib. 8. cap. 13.

Nomina mutari, in Confirmatione possunt, ex Constitut. Odonis Episcopi Parisiensis cap. 4. §. 4. &c.

Summos Pontifices nomina mutare consuevisse notum est, quod Sergium Papam primum fecisse scribunt, quod *Os porci* vocaretur. Vide Michaelem Scotum lib. 4. Mensæ Philosophicæ cap. 25. & alios.

Nomen etiam mutabant Monachi: quod in aliquot Ordinibus Ecclesiasticis etiam hodie in usu est. Chronicon Malliacense an. 1080. *Hoc anno perfectum est introitus Monasterii*, (sancti Maxentii) *sicut scribitur in versibus:*

Arcu circarum celatur tempus earum,
Anni tunc mille Christi sunt 80.
Istam confratres aulam domino faciente,
Ad Christum precibus ducat Maxentius almus,
Qui prius Adjutor Baptissimi lege vocatus,
Post me noscatur, Maxentius ultro vocatur.

Vide Procopium lib. 1. Persic. cap. 25.

Nomina personarum interdum mutabantur, cùm ea commodè efferri non poterant ab ea natione, ad quam vel nuptiarum, vel alterius occasionis gratiâ secedebant. Liber de fundatione Monasterii Gozecensis an. 1088. *Hæc proprio nomine dicta fuit Hilaria; sed quia lingua Theutonica non facilè premit Latina vocabula, nomen mutavit Uda.*

Solenne etiam fuit Græcis Byzantinis, & præsertim ipsis Augustis, cùm ex Latinorum gente uxores sibi adsciscerent, earum nomina mutare. Ita Joannis Comneni uxor, Ladislai Hungariæ Regis filia, quam Pyriscam vocant Thwroczius, Bonfinius, Pistorius, & Bertha Conradi Imp. filia, Manueli, Joannis filio, nupta, *Irenes:* & Agnes Ludov. VII. Franciæ Regis filia Alexii Comneni conjux, *Anna* homine donatæ sunt. Alia ejusce moris exempla subinde suggerimus in Familiis Byzantinis, quæ hîc referre non patitur Glossarii institutum. Quod quidem ii non tam ob nominum exoticorum, & quæ ægrè efferre vix possent, dissonantiam, factitabant, quam quod in iis Latinæ originis, atque adeo cultus Romani notam omnem abolere studerent: adeo ut priusquam in manus convenirent, iterati baptismi, in quo nomina dari vel mutari consueverant, speciem quodammodo in Latinis uxoribus adumbrarent, quòd certè Græcis olim objectum ab Anselmo Episcopo Havelbergensi lib. 3. Dialog. c. 21. *Sicut audio, consuetudo apud vos est, ut si quando Græcus uxorem Latinam ducere voluerit, sicut plerumque fit, & sicut etiam inter personas Augustales sæpe factum esse dignoscitur, quod prius oleo sanctificato in vase aliquo infuso eam perfunditis, & per totum corpus lavatis, & sic demum quasi in ritum & legem vestram transiens matrimonio copulatur: quod quare fiat, si tamen fit, oppido scire vellem; videtur enim quædam forma esse rebaptizandi,* &c. Sed & revera Latinos rebaptisasse objectum Græcis à Leone IX. Pap. ut in edicto Michaelis Cerularii Patriar. Constantinopol. de projecto pittacio, apud Allat. de libr. Eccl. Græcor. pag. 167. Ὡς οἱ Λατινοὶ ἀναβαπτίζουσι, τοὺς ἐν ὀνόματι τῆς ἁγίας τριάδος βεβαπτισμένους, καὶ μάλιστα τοὺς Λατίνους.

Propter nomen pati, id est, *pro nomine Christi*: ita usurpant Tertul. lib. de Resur. carn. & S. Cyprian. 52. 54. 57.

Nomen dare dicebantur baptizandi. Epist. 3. Clementis PP. *Accedat autem qui vult ad Sacerdotem summum, & ipsi det nomen suum, — ut tribus mensibus jam consumptis in die festo possit baptizari.* Historia ejusdem S. Clementis: *Credidit enim Sisinnius cum omni domo sua, & dato nomine, proximo Paschate futuro baptizatus est.* Sirizius PP. Epist. in ad Himerium c. 2. *Quibus solis; er annum diebus ad fidem confluentibus generalia baptismatis tradi convenit Sacramenta, his duntaxat electis, qui ante 40. vel eo ampliùs dies nomen dederint,* &c. Concilium Carthag. IV. c. 85. *Captizandi nomen suum dent,* &c. Hincmarus Remensis Arch. in Concilio Suessionensi an. 853. act. 1. *Legum Ecclesiasticarum consuetudo aucto-*

auctoritas talis est, ut in causis gest rum semper scripturam requirant: adeo ut qui ad purum fontem accedit, suum dare nomen præcipiatur. Thimotheus Patr. Alexandr. in Responsis Canonicis ἐάν γυνὴ κατηχεμένη δέδωκε τὸ ὄνομα αὐτῆς ἵνα φωτισθῇ, Concilium CP. sub Menna Act. 5. meminit Stephani Diaconi, qui τὰς προσηγορίας τῶν εἰς τὸ θεῖον βάπτισμα προσιόντων ἐγγράφειν τεταγμένος erat. Ordo Romanus: *Ut autem ad Ecclesiam venerint, quarta feria* (quarta hebdomadæ Quadragesimæ) *hora tertia scribantur nomina infantium, vel eorum qui ipsos suscepturi sunt, & Diaconus clamet, dicens, Catechumeni procedant; & vocentur infantes ab Acolyto in Ecclesiam per omnia vel ordinem, sicut scripti sunt, &c.* Adde lib. 1. Sacram. Eccles. Rom. cap. 26. 29. At posterioribus sæculis nomina demum imponebantur inter ipsa Baptismi solennia, ut colligitur ex Theophane p. 341. quod multis docet Menardus ad libr. Sacrament. Gregor. p. 98. 99. quòd referri debent ista ex libro Dodanæ manuali c. 7. *Hæc verba à me tibi directa lege, intellige, & opere comple, fratrem que tuum parvulum, cujus modò inscia sum nominis, cum baptismatis in Christo (non) acceperit gratiam, insinuare, nutrire, amare.* Ubi in Editione Mabillonii vox *non* deest, quæ addi debuit. Secus tamen usurpatur à Græcis, ut est in Euchologio p. 320. Vide *Paganus*.

Nomen purum. In capitulis Adalhardi Abb. caput 39. *De puris nominibus* inscribitur, nullo alio indicio.

Nomina, commemoratio vivorum & defunctionem in Missa ex diphtychis. In Missali Gothico describuntur *collectiones post nomina.* Vide *Diptychum.*

NOMENCLATOR, *Nomenculator*, cujus officium erat convivas ad convivia vocare. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. Ἑστιάτωρ, ὁ δειπνοκλήτωρ. Glossæ Gr. Lat. Ὀνομακλήτωρ, *nomenculator.* Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013. *Nomenculator, nomen est officii per nomen clamare ad prandium, vel nomen scitatur.* De ejusmodi veterum Nomenclatoribus agunt Casaubonus ad Suetonium, Henricus Valesius ad lib. 14. Ammiani, & alii Criticorum filii.

Nomenclatorem habuere etiam Pontifices Romani, cujus perinde munus erat eos, qui ad mensam Pontificis invitandi erant, vocare. In Processibus Pontificis, post equum ejus equitabat cum Vicedomino, Vestiario, & Saccellario, ut est in ordine Romano. Cùm Pontifex Missam celebrabat, postquam dixerat *Agnus Dei, &c.* idem Nomenclator at, que unà cum eo Sacellarius & Notarius Vicedomini, *ascendebant ad altare ante faciem Pontificis, ut annueret eis scribere nomina eorum qui invitandi erant sive ad mensam Pontificis, per Nomenclatorem, sive ad Vicedomini, per Notarium ipsius, quorum nomina ut impleverant, descendebant ad invitandum, & redibant ad sedem.* Is enim invaluerat, qui etiamnum in nostratibus Ecclesis Cathedralibus perdurat, mos, ut quoties Pontifex aut Episcopus publicam Missam celebraret, Primates ex Clero qui ei inserviebant ad altare, convivio exciperet. Idem Ordo Romanus: *Deinde descendunt Primates Ecclesiæ ad accubita, invitante Notario Vicedomini, & bibunt ter, de Græco primo, de Pactisi secundo, de Procovia tertiò. Postquam biberint omnes Presbyteri & Acolythi per singulos titulos, redeunt ad faciendos vesperos.* Hunc etiam spectabat causarum discussio eorum qui ad ipsius Pontificis justitiam recurebant. Idem Ordo Romanus: *Si quis autem adire voluerit Pontificem, si equitat, statim ut eum viderit, descendit de equo, & ex latere viæ expectat usquedum ab eo possit audiri, & petita benedictione, discutitur à Nomenclatore vel Sacellario causa ejus, & ipsi indicant Pontifici, & finiunt.* Nomenclatorum Ecclesiæ Romanæ meminit præterea Anast. in S. Agathone & in Constantino, p. 53. 65. Hod. l. 5. Hist. Rem. c. 21. Leo Ost. l. 1. Chron. Casin. &c.

NOMERIA. Consuetudines & Jura Monasterii de Regula in Aquitania, apud Labeum to. 2. Biblioth. *De nomertis & cultris, & fosseriis, sarculis, falcibus, --- quæ venduntur in foro.* Legendum *vomertis* videtur.

NOMINABILIS. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 5. *Talis est nominabilis, ut ait Apostolus, qui confitetur, vel ordine judiciario convincitur.*

NOMINALES, dicti quidam Philosophi, qui ut ait Aventinus lib. 6. Annal. Bajor. ita appellati, *quod avari rerum, prodigi nominum atque notionum, verborum videntur esse assertores:* seu ut ait Stephanus Episc. Tornac. Epist. 97. *verborum venditores*, ut qui juxta Heremannum de Restaurat. S. Martini Tornacensis c. 2. *in voce, non verò more Boetii antiquorumque doctorum, in re*, Philosophiam profitebantur ac docebant, qui inde *Reales dicti*. Ac *Nominalium* quidem dialectica, *ad exertium disputandi vel eloquentiæ, imò loquacitatis &, facundiæ*, potissimum utilis habebatur, ut ait idem Scriptor. Hos porrò *Dialecticæ hæreticos* appellat Anselmus Cantuariensis lib. de Verbi Incarn. *qui non nisi flatum*, inquit, *universales putant esse substantias.* Joan. Sarisberiensis Ep. 226. *Nisti prituæ Nominalium tuorum eo mihi minus placere sententiam, quòd in sermonibus tota consistens, utilitatem rerum non assumpserit, cùm rectum sapientibus indubium sit, quòd res quærit Philosophia, non verba. Ut ergo compendiosiùs agam tecum meorum more Realium, &c.* Idem in Metalogico lib. 2. c. 10. *Adhæsi Magistro Alberico, qui inter cæteros opinatissimus Dialecticus eminebat, & erat revera Nominalis sectæ acerrimus impugnator.* Adde c. 17. Vocalium præterea meminit Fragmentum Hist. Francor. sub Roberto Rege: *In dialectica quoque hi potentes exiterunt sophistæ, Joannes, qui eandem artem sophisticam vocalem esse disseruit, Robertus Parisiacensis, &c.* Ebrardus Bethun. lib. contra Vald. c. 1. *Ne simus Nominales in hoc, sed potiùs Porretani.* De utraque secta copiosè egit Cæsar Egassius Bulæus to. 1. de Universitate Parisiensi an. 1067. Vide præterea to. 4. Miscellan. Baluzii p. 581.

NOMINARIUS. Vide *Abecedarius*.

NOMINATIVE, Nominatim, in Capitul. ad Legem Bajwar. tit. 1. c. 8. in Legibus Longobard. lib. 2. tit. 21. §. 21. in Capitulari 2. an. 806. sub finem, & in aliquot Chartis apud Ughellum to. 4. p. 1073. 1449. 1455.

NOMINATIVUS, Celebris famosus, *Renommé*, *Locus nominativus*, in Vita B. Idæ Comitissæ Bononiensis n. 9. Cosmas Pragensis in Chron. Bohem. *Si fortè contigerit me mori in prælio, sepelite me in hoc colliculo, &c. Construite mausoleum mihi in sæcula nominativum & memoriale.* In Gloss. Isidor. *Nominosus, famosus, celeber.*

NOMINATORES *ad pennam*, dicti in Academia Parisiensi Philosophiæ Professores, qui scripta suâ discipulis dictabant. Histor. Acad. Paris. tom. 4. pag. 948.

NOMISMA, Demostheni, cæterisque Scriptoribus Græcis sumitur pro consuetudine, more, & lege non scripta: inde nomen hoc hæsit nummo, quia ex privatorum more & consensu institutus fit. Sed vox.

Nomisma, maximè usurpata prò nummi figurâ ac imagine. Isonis Magistri Glossæ: *Nomisma, imaginem.* Glossæ antiquæ MSS. *Nomisma, moneta, nummorum percussio, forma ad nummos, solidus, vel pecunia.* Gloss. Lat. MS. Regium: *Numisma, figura quæ a nummo fit, vel nummi percussura, id est denarius.* Ita pro monogrammate quod in monetis describitur, usurpat

surpat Concilium Francoford.an.794.c.5.al.3.de denariis: *Si autem nominis nostri nomisma habent, & mero sunt argento, &c.* Chronicon Colmariense 1.part.an. 1274. *Rex Rudolphus fecit novam monetam, imprimens numisma Regis coronati.* Sed

Nomisma sæpius pro ipso nummo usurpant Scriptores. Gloss.Ælfrici: *Numisma* Ꞇcȳllinȝi. dragma. Aimoinus lib.4.de Miraculis S.Benedicti cap.26. *Quatenus injuncto sibi operi aliquid subsidii impendendo, vel pauca largirentur nomismata.* Idem in Vita S. Abbonis cap.6. *Aureus calix, & numerosum argenti nomisma.* Idem in Sermone de S.Benedicto: *Æther pluit numismata.* Vide à nobis notata in Dissertatione de Num. Byzantinis, & Paschasium Radbertum in Epitaphio Walæ Abbat.Corbeiensis p.513.Edit.Mabillonii.

NONA, Officium Ecclesiasticum diurnum, quod hora dici nona peragitur & decantatur. Durandus lib. cap.8. Vide *Hora.*

Nona, Pars fructuum nona. Charta Phil. II. Imp. an. 1199. in Metropoli Salisburgensi to.1.p.77. *Nonam quoque de omnibus curtibus Regalibus inibi cum theloneo in civitate & piscina ad Salabingam curtem, &c.*

Nonam ex agrorum cultu persolutam, docemur ex Capitulis Caroli M.l.5.c.147. *De his qui agros dominicatos propterea neglexerunt excolere, ut Nonas exinde non persolvant, & alienas terras ad excolendum propter hoc accipiunt, volumus, ut de tribus annis ipsam Nonam cum sua lege persolvant.* Ubi *Nona*, est *nona*, ut loquimur, *gerba*, quæ præstatur ab eo qui agrum dominicatum & in beneficium datum colit; unde fluxit apud nos ejusmodi *gerbarum* præstatio. Ex quibus intelligendus Harigerus in Vita S. Landolini n.13. *Delegavit ad ipsam quietas eorum Basilicam nonam fructuum suorum portionem, quia decimam alterius constaret esse Ecclesiæ.* Decima nempe fructus agri est Ecclesiæ cujus est districtus: *nona* vero Ecclesiæ alteri delegatur, intuitu pietatis, ac si jure precario ejus olim fuisset. Acta S. Forannani Abbatis Valciodorensis n.11. *Et ut hæc constitutio fixa & inconvulsa & immobilis permaneret in sempiternum, de villa scilicet Heidra & ex indominicatis beneficiis nonam sibi retinuit, &c.* Et n.15. *Ob protectionem, advocatiam & defensionem prædictæ Walciodorensis Abbatiæ, nonam superius memoratam conditione retinuit supradicta.* Charta an. 871. pro Monasterio S.Medardi Suessionensi, in Hist. S.Mariæ Suession.nuper edita à doctissimo viro Michaële Germano p.432. *Et Hospitalis Nobilium accipiat nonam ex villis ipsius Abbatiæ secundum antiquam consuetudinem, & habeat Caucia cum simul cum lignariis de Pivone: & Hospitalis peregrinorum accipiat decimam, & habeat Hatonis curtem.* Utramque scilicet ex prædiis quæ nonam & decimam præstabant. Fragmenta Capitular.edita ex MSS.à V.Cl.Steph. Baluzio p.362. *Nona verò & decima tantum de annona, legumine, vin, fæno, & nutrimine, & omnis generis animalium dandæ sunt.*

Nonæ & decimæ, unà simul ex prædiis interdum persolvebantur, Ecclesiis scilicet quorum ea fuerant, quæque ab iis in beneficium vel precariam data fuerant; ac *Nonæ* quidem jure colonario, *Decimæ* verò jure Ecclesiastico. Namcùm earum essent prædia, nulli decimæ alteri Ecclesiæ obnoxia erant: si verò alienarentur, *Decimæ* iis reservabantur unà cum *Nonis*. Capitularia Caroli M. lib.1.c.163. *Ut qui Ecclesiarum beneficia habent, Nonam & decimam ex eis Ecclesiæ, cujus res sunt, donent: & qui tale beneficium habent unde ad medietatem laborent, de eorum portione proprio Presbytero decimas donent.* Ubi *Nonæ* & *decimæ* præstantur à beneficiario; *decimæ* verò tantum à medietario de sua portione. Quippe ex Lege Longob. lib. 3. tit. 3. §. 1. & Capitul Caroli M. lib. 5. c. 89. *Decimam unusquisque homo dare .enetur.* §. vero 2. ejusd. Legis Longob. præcipitur, *ut quicunque de rebus Ecclesiasticis beneficia habent, pleniter secundum morem regionis Nonas & decimas donent absque ulla diminutione.* Concil. Tullense an.859.c.13. *Ut de rebus Deo sacratis saltem Nonæ & decimæ Ecclesiis quibus jure debentur, fideliter ab iis à quibus retinentur, ministrentur. Quid si de proprio, Deo ex voto efferuntur, multo magis divino in Lege præcepto, post redhibitionis oblationem, quinta pars insuper ejus ministris jure offertur.* Id etiam præ cæteris firmant Chartæ complures. Charta Caroli Calvi apud v. Cl. Stephanum Baluzium in Append. ad Capitul.num.72. *Sed & medietatem decimæ ac nonæ quæ de rebus ipsius Ecclesiæ ab iis qui iis utuntur, exigi solent.* Charta Rodulfi Regis Fr. an.935.apud Perardum in Burgundicis: *Si autem hæ res præfatæ de Episcopatu tractæ fuerint, nonas & decimas, sicut mos Ecclesiarum est, sine alicujus contradictione persolvant.* Charta Gilleberti Comitis Heduensis ex Tabulario Flaviniacensi an.942. *Ergo donamus ei a die præsenti mansum unum & dimidium ea ratione S. Stephano,--- ut nonas & decimas, sicut statutum, prædicta Ecclesia recipiat.* Ita *Decimas & nonas* solvi ab iis qui res Ecclesiasticas in beneficium tenebant, vel in præcariam, præstitas docent Concilium Francoford.an.794. c. 25. al. 23. Turonense III. c. 46. Suession. II. c. 6. Moguntinum 813. an. c. 42. Meldense c. 62. Valentinum III. an.855.c.42. Wormatiense c. 53. apud Saponarias c. 13. Capit. Gregorii IV. PP. c. 5. Capitul. an. 779. c. 13. Capit. 1. an. 809. c. 9. Capit. 1. Caroli M. incerti anni c.56. Capit. 4. an. 819. c. 5. Capitul. an. 823. c. 1. Liber 1. Capit. c. 95. lib. 2. c. 21. l. 4. c. 49. l. 5. c. 92. 127. 145. Addit. 4. c. 132. Capit. Caroli C. tit. 6. c. 63. tit. 32. cap. 6. Capit. Compendiense an. 868. c. 6. Præceptum Ludovici Pii de Eulania, & aliud Caroli C. de Monte aureo in Spicilegio Acheriano to. 12. Testamentum Henrici Episcopi Eduensis apud eundem Acherium, Acta Episcoporum Cenom. p. 245. 263. apud Mabillon. to. 4. Analect. Joannes VIII. PP. Epist. 121. Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 3. Hariulfus lib. 3. cap. 3. &c. Vide præterea Monasticum Anglic. to. 2. p. 399. & Seldenum in Histor. Decimar. cap. 6. sect. 7. p. 113. Marcam in Hist. Benearn. lib. 1. cap. 28. num. 15. 16. & Dominicum lib. de Prærogativa alodior. cap. 11. num. 10.

Nona, Mensuræ agrariæ species Charta an. 1321. apud Waddingum in Regesto. to.3. *Item quædam quantitas terræ vacua, quæ fuit pars unius horti,--- & est in mensura, quartæ duæ, & nonæ tres, & fuit Petri Grandacii, &c.*

Nona, Nonales biberes. Vide *Biber.*

NONAGIUM, Pars nona mobilium defuncti, quam ad se spectare contendebant Parochi, sub specie de ea disponendi ad pios usus. Extat Bulla Clementis VI. data Avenione an.4.Pontif. quâ *mortuarium*, seu tertiam partem bonorum mobilium, quæ & *Tertiagium* dicebatur, ac Episcopis & Clero pensitabatur ex bonis defunctorum parochianorum suorum, ad nonam tantùm eorundem mobilium partem reducit, quam *Nonagium* ibidem vocat. Arestum Dominicæ post S. Georgium an.1315. *Maclovienfis diœcesis ex una parte, & Rectores parrochialium Ecclesiarum dictæ diœcesis ex alia: super eo quod dicebant populares jam dicti quod cùm ipsi essent liberæ personæ, correctores jam dicti Nonagium, seu nonam partem bonorum mobilium cujusdam decedentis nitebantur ab eis exigere, &c.* Vide *Testatio.*

NONDECEM. Sanctimonialis anonyma in Vita S. Wunebaldi Abb. Heidenhem. c. 1. *Edisserere volumus qualiter infantialis seu puerilialis transmeatus annorum curriculis, ad adolescentiæ nondecem annorum ætatem citatus cælebs usque pervenit.* Et cap. seq. *Cùm illuster ille celeberrimusque Christicola nondecem annorum*

annorum ætate jam grandævus, facie decorus, &c. Eadem Sanctimonialis in Itinerario S.Willibaldi n.29. hanc vocem aliter, etsi perinde obscurè, expressit: *Quia jam illum priùs octo annorum spatio, & nono dimidio, ab eo quod de Roma pergebat, non vidit.* Quæ postrema sic interpretor, ut *ab octo annis, vel octo annis & dimidio eum non viderit.* Id enim videtur significare vox *nonus dimidius*, ut in voce *Dimidius* docuimus. Nolim porrò asserere *nondecem*, hoc loco, pro *novemdecem* usurpari.

NONNA, *Nonnanes.* Vide *Nonnus.*

NONNATUS. Charta Condomensis: *Arnaldus Comes Astariacensis, cognomento Nonnatus, quòd cæso matris ventre extractus fuerit.*

NONNONES, Matricularii Ecclesiarum, id est, pauperes senes, unde fortassis legendum *Nonnanes*, in Præcepto pro Abbatia S. Germani Autissiod. an. 864.to.2.Spicilegii Acheriani: *Res quoque quas dedit Herimarus vir nobilis, ad stipendium Matriculariorum quos Nonnones vocant, &c.* Vide *Nonnus.*

NONNUS. Papias: *Nonnos vocamus majores ob reverentiam: nam intelligitur paterna reverentia.* Hausit à Regula S.Benedicti c.62. *Juniores autem Priores suos Nonnos, vocent, quo intelligitur paterna reverentia.* Arnobius Junior.in Psal.105. *Si ille qui sanctus vocatur & Nonnus sic agit, ego quis, aut quotus sum, ut non agam?* Et in Psal.140. *Adulantes nobis invicem, in præsenti positi sanctos vocamus & Nonnos,* Synodus Aquisgr. an.817.c.54.& ex ea Additio 1. Lud. Pii c. 54. *Ut qui præponuntur, Nonni vocentur.* Hac notione Cæsarius lib.1. c. 7. & 27. *Nonni* vocabulum præmittit quandoque Monachorum seniorum appellationibus: *Sicut mihi dicere solitus erat Nonnus Conradus senex Monachus noster.* Alibi: *Hæc mihi dicta sunt à Nonno Frederico Monacho.* Quibus in locis *Nonnus* Monasteriorum Præfectum vel Abbatem haud significat, ut perperam censuit vir doctus, sed *Domnum.* Ita etiam in libro Usuum Cisterciensium c.98.extremo concipitur formulâ brevis Monachi defuncti: *1. Aug. obiit in Monasterio N.Nonnus N.de N.Sacerdos & Sacrista ejusdem Monasterii, &c.* Vita Caroli Abbatis Villariensis n. 13. *Unà cum Nonno Waltero, tunc simplici Monacho, postea Abbate Villariensi.* Salomon Episc. ad Dadonem Episc.

> *Ut sicut Nonnus scripsit felixque Sacerdos*
> *Hieronymus noster, sanctus, sapiensque magister.*

Vetus Charta, seu *Tabula officialis* Casinensis, apud Arnold.Vion. lib. 2.c.61. *Vicarius ordo postulat, ut in hac futura ebdomada canat Nonnus Amicus Missam: Epistolam frater Desiderius legat: Evangelium, Responsorium & Versum frater Vincentius canat: Lectionem memoriter frater Thomas legat: Lucernam frater Andreas procuret: Coquinæ servitium Nonnus Remigius cum fratre Macario faciat: Lectionem ad mensam frater Antonius legat: ad collationem vel ad Capitulum frater Maurus legat ad servitium Ecclesiæ Nonnus Jacobus cum fratre Basilio ministerio succedat.* Adde Smaragdum in cap. Regulæ 63. & Chronicon Monast. de Fontanis c. 10. Sed & apud S. Columbanum Epist. 4. S. Petrus *clavicularius*, *& communis omnium nonnus dicitur.* Vocem Egyptiacam quidam putant, alii ex *Domnus* effictam, Salmasius parum consultè ex *νόνν@,* &c. Italis etiamnum, *Nonno*, avus dicitur, pater patris, vel pater patris ut avia, *la nonna.* Charta Aldrici Episc. Cenoman in illius vita n.36. tertia tribuatur Canonicis & famulis sanctæ matris Ecclesiæ, & nonnanis, quæ in ea quotidie oblationes Deo offerunt.

Nonnæ, Sanctimoniales, præsertim antiquæ & senes virgines, aut sacræ viduæ: sicut enim *Nonnus* reverentiam paternam ita *Nonna* maternam denotat. Hieronymus Epistol.22. ad Eustochium: *Illæ interim quas Sacerdotes suo viderint indigere præsidio, eriguntur in superbiam & quia, maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem, Castæ vocantur & Nonnæ, & post cœnam dubiam Apostolos somniant.* Adde eundem in Præfat. ad Vitam S.Hilarionis. Vetus Scheda de Ordinatio Episcopor. edita in Appendice ad Capitularia Regum Franc. *Pro ancilla Dei sacrata, quæ à Francis Nonna dicitur.* Vetus Chronicon Francicum editum à Lambecio: *Anno 3. Ludovici factum est Concilium magnum in Aquisgrani in mense Augusto, & præceptum est ut Monachi omnes Cursum S. Benedicti cantarent ordine regulari, & duo Codices scripti sunt, unus de Vita Clericorum, & alter de Vita Nonnarum.* Waldramnus ad Salomonem Episcopum:

> *Turba Sacerdotum, Monachorum corpus inerme,*
> *Nonnæ cum viduis, pauper, inopsque phalanx.*

Vita S. Prudentii Martyris lib.4.

> *Protinus audivit Sanctus quod Nonna petivit.*

Nonnæ velatæ, in Synodo Moguntin. an.742.sub S.Bonifacio c. 13. & in Capitul. lib. 5. c. 2. Visiones Flotildæ: *Audivit quod Nonna fieri deberet.* Utuntur hac voce Capitul. Car. C. tit. 26.c.41. &c. Synodus Augustana can. 5. Concil.Rom. an.743.c 5.Concil. Liptinense c. 6. Stephan.II.PP.in Respons.c. 7. S. Bernard. Epist. 114. S. Bonifac.Moguntin.Epist.19. Flodoard.l. 3.Hist.Rem.c.27. Walafridus Strabus de Vita S. Gallic. 16. Paulus Diacon. Neapolit. in Vita S. Mariæ Ægypt. c.17. Vita S.Gudilæ cap. 8. Vita S. Deicoli Abb. n.38 Baudovinia in Vita S. Radegund. c.4.&c. *Le Roman d'Aubery MS.*

> *Se none n'est, ou rancluse au monstier.*

Infrà:

> *Nonne devint, & le siecle laissa.*

Nunna, in Legibus Alvredi Regis Westsaxiæ cap.20. apud Brompton. & Henr.I.Regis Angl. cap. 73. & in Gloss. Ælfrici. Vide Rosweidum in Onomastico ad Vitas Patrum.

Nonnanes, Nunnunes, Monachi & Sanctimoniales. Monachi. Concilium Cloveshomense an. 747. c. 19. *Monachi sive Nonnones. Nunni*, in c. 20.Capit. Caroli M.lib.5.c.78. *Eorum custodiam habeant Canonici, vel Monachi atque Nonnanes, ne detur eis occasio maledicendi.* Tradit. Fuldenses lib. 2. c. 38. *Totum & ad integrum tradiderunt coram testibus, & Regenburgis ad ipsas reliquias, quas Einhildis Abbatissa donavit, & tradidit illis Nonnannus ad Milizze, quorum nomina subscripta sunt, &c.*

Nonnanes, Monachæ. Capitula ejusdem Caroli M. an. 789. c. 3. *De Monasteriis minutis, ubi Nonnanes sine regula sedent.* Concil.Liptin. c.6. *Ut Episcopi puellarum Monasteria diligentissimè perscrutentur, quomodo primùm ipsa Abbatissa sic se contineat, aut castè vivat: deinde seu diligenter discutiantur Nonanes, ne adulterium & fornicationes faciant, & hoc à præpositis Monasteriorum summopere inquiratur.* Eadem habentur in Capitul. S.Bonifacii Mogunt.c.13. Idem Carolus M. in Capitulari 5. an. 803. c. 2. *Cæteri Clerici & Nonnanes disciplinam corporalem & carceris custodiam sustineant.*

NON PLEVINA, seu *Defalta non plevina*: vox Practicorum Anglicor. Radulfus *de Hengham* in Magna c. 8. *Et ista defalta vocatur Gallicè Nonplevine, & æquipollet naturaliter defaltæ post defaltam.* Suprà: *Caveat sibi reus deficiens quod infra 15. dies terram suam captam in manum domini Regis replegiet: quod si non fecerit ad calumniam petenti proximo die placiti amittet seisinam terræ sicut per defaltam post defaltam.* Infrà: *Captio tamen ut sanetur, defalta non plevina per legem dedici non potest.*

NONTENURA, vox perinde Practicorum Anglicorum

eorum, cùm aliquis negat se *tenere* tenementum de quo est controversia. Idem Radulfus *de Hengham* in Magna Summa cap. 4. *Etiam si apparentibus partibus quæreletur & respondeatur, sive loquela per nomenuram, vel per quemcunque biperti jocum cavilletur lis illa, &c.*

NORAX. Glossæ Isid. & Papias: *Norax, peccator, criminosus.* Emendat Martinius *Noxax*, ut sit à *noxa.* Vetus Poëta Gallicus:

Adont que Bucefal li bons destriers norais.

Id est, *Niger.*

NORGA, Papiæ, *sordes naris.* Perperam in Edito, & in quibusdam MSS. *maris.*

NORMA, Regula monastica. Charta Chrodegangi Episc. Metensis ann. 770. *Turbam Monachorum sub sancta Norma vitam degentes coacervavit.* Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Abbates & Monachi sanctæ Normæ non nescii, &c.* Tortarius Floriacensis de Translatione sancti Mauri Martyris:

O decus Abbatum, lampas clarissima Patrum,
Audio te tantum quantum decet esse Magistrum,
Teque tuosque sacram directo tramite Normam
Observare, pius quem constituit Benedictus.

Carmen de Orig. gentis Francor.

Hic decreta patris Benedicte lege tenenda
Sancit, & antiquæ renovat legalia Normæ.

Charta Caroli C. tom. 6. Vit. SS. Ord. S. Benedicti pag. 251. *Ubi quidem olim norma monastica floruit.* Charta dotationis, seu fundationis Abbatiæ Agaunensis, seu Synodus Agaunensis: *Sanctus Victorius urbis Gratianopolitanæ Episcopus ait,-- Rectè mihi videtur, ut secundum plenissimam devotionem domini Regis, & psallendi institutionibus, fiant novem Normæ, id est, Granensis, Isiana, Jurensis, & Meluensis, & cæteræ, ut succedentes sibi in officiis Canonicis, id est, Nocturnis, Matutinis, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespertina, in hanc die noctuque indesinenter Domino famulentur.* Infrà: *Quidquid à Prioribus ordinatum fuerit, juniores sine murmuratione expleant, & per singulas Normas Decani constituantur digni, ut Abbas diviso pondere, de providentia eorum sit securus.* Quo loco *Normæ* dicuntur turmæ Monachicæ ex variis Monasteriis erutæ, quas in recèns à se extructum Agaunense Monasterium induxerat Sigismundus, eo numero, ut indeficiens esset hymnodia, eæque in obeundis Ecclesiasticis & Canonicis officiis vicissim sibi succederent. *Normæ* autem appellantur singulæ istæ novem turmæ, quòd singula Monasteria, unde accersitæ erant, suis regerentur *Normis* ac regulis: unde *Regula Tornatensis*, & similes, quòd in iis ejusmodi servarentur Monasteriis. Hinc in Formulis vett. Lindenbrogianis 21. 22. *Ubi illustris Abbatissa ill. Custrix præesse videtur, unà cum Norma plurima ancillarum ibidem consistentium.* Charta Chilperici Regis apud Meurissium in Episcopis Metensibus pag. 146. *Ubi venerabilis vir Leutbertus Abba unà cum Norma plurima Clericorum deservire videntur.* Charta Abbonis fundatoris Monasterii Novalicensis ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ fol. 36. *Ego in Dei nomine Abbo cùm me dispensatio divina de hac luce migrare præceperit, & debitum naturæ complevero; tunc in sacrosancta Ecclesia in honore beati Petri Apostoli, seu & cæterorum sanctorum Novalicis Monasterii in valle Segusina, quem ex opere nostro in rem proprietatis nostræ construximus, ubi Norma Monachorum sub religionis ordine spiritale, & Regula sancti Benedicti custodiendis Domino adjuvante conlocavimus, ubi à præsens vir Abbo præesse videtur, &c.* Tabularium Ecclesiæ Viennensis fol. 22. *Sacrosanctæ Dei Ecclesiæ quæ est constructa in honore Domini Salvatoris, & gloriosi Mauricii Martyris sociorumque ejus, ubi Dominus ac venerabilis Barnuinus Archiepiscopus præesse videtur cum Norma Canonicorū suorum, qui competentibus horis in conspectu omnipotentis Dei in eadem Ecclesia officia peragit divina, &c.* In alia fol. 32. *Ubi Canonicorum venerabilis Congregatio Deo militare cognoscitur.* Tabular. Celsinianense: *Celsinianense cœnobium, ubi in Christi nomine Maiolus Abbas præesse videtur, una cum norma monachorum ibidem Deo agonizantium.* Adde chartam Theoderici Reg. Fr. apud Mabillon. de re diplomat. p. 471. Epistola Monachorum sancti Remigii Remensis ad Casinenses: *Sanctis ac Deo dignissimis Fratribus Cassini summæ diuturnitatis normali rubrica indefatigatis humeris clientibus, sanctarum munuscula precum.*

Norma. Gloss. Gr. Lat. Καλόπους, *Forma Calcis, Norma.*

NORMALES *limites*, *Normalis linea*, quæ & *mensuralis*, *Normaliter*, *Normatura*, voces Agrimensorum. Est autem *Norma*, hisce locis, linea limitum, quæ ab uno limite ad alium tendit. Vide Aggenum & alios.

NORMIS, εὔελθμος, in Gloss. MSS. & Editis Lat. Gr. Vide *Abnormis.*

NORTHINTUS, Plaga Septentrionalis, ex Nord, Septentrio, & Inne, cubiculum, cella, caverna, & per translationem, plaga, regio, &c. in Legibus Edw. Regis. Vide *Eastintus.*

NORTHUS, Septentrio, *le North.* Dudo libro 1. de Act. Norman. *Zephyro, Northoque nobis contrariis obstriti, &c.* Hinc

Nortmani, pro Gentibus Septentrionalibus. Aimoinus libro 1. de Miracul. sancti Germani cap. 1. *Gens Danorum, qui vulgo Nortmanni, id est, Septentrionales homines appellantur.* Chronicon à Pipino usque ad Ludovicum VII. *Dani Suevique, quos Theotisci Norman, i. Aquilonares, appellant, &c.* Guillelmus Apuliensis libro 1. de Gest. Normannor.

Hos quando ventus, quem lingua soli genialis
North vocat, advexit Boreas regionis ad oras,
A qua digressi fines petiere Latinos:
Et Man est apud hos, Homo, quod perhibetur apud nos:
Normanni dicuntur, id est, homines Boreales.

Chronicon Magdeburgense MS. ex Bibl. sancti Germani Paris. anno 952. *Dani siquidem ac Sueones, quos Normannos vocamus, Septentrionale littus, & omnes in eo insulas tenent.* Mox: *Dani & Sueones, cæterique trans Daniam populi ab Historicis Francorum omnes vocantur Nordmanni.* Willelm. Brito libro 8. Philipp.

Quæ prius antiquum cùm Neustria nomen haberet,
Post à Normannis habuit Normannia nomen,
Quo gaudent patrii memores idiomatis esse,
In quo North, Boreas, homo Mann sonat: indè vocatus
Normannus priscæ meminit patriæque tribusque.

Hermoldus Nigellus in Poëmate de Ludovico Pio:

Nort quoque Francisco dicuntur nomine Manni
Veloces, agiles, armigerique nimis.

Le Roman de Rou & des Dus de Normandie MS.

Mant en Engleiz & en Norroiz,
Senefie home en Franchois,
Ajoûtez ensemble Nort & Mant,
Ensemble dites donques Normant;
C'est honz de Northen Romanz,
De là vint le non as Normanz.

Vide Cluverium libro 3. German. antiq. capite 41. extremo.

NORTNUNFT. Vide *Heinisuchung.*

NOSCENTIA, pro *Notitia*, apud Symmachum lib. 3. Epist. 9. ubi Juretus:

Noscentia

Noscentia. Fridericus I. in Constit. Sicul. libro 2. tit. 17. *Cavillationes & captiones antiquas jure Francorum qui noscentias & momenta temporum, quæ inter Francos litigantes in judiciis hactenus servabantur, nec non quasdam alias subtiles observationes tam in civilibus quam criminalibus causis submovemus.* Fortè legendum, *Nascentias.* Vide in hac voce.

NOSCITARE. Notkerus de Notis Musicis: *N. Notare, hoc est, Noscitare, notificat.*

NOSTRACISMUS. Vide *Metacismus.*

NOSTURMA. Aimoinus lib. 4. cap. 26. *Collegit electam è Franciæ bellatoribus Scaram, quam Nosturmam, vel cuneum appellare possumus.* Hunc locum attulit Spelmannus: sed nemo non videt legendum, *quam nos turmam, vel cuneum, &c.*

NOTÆ, Petro Diacono de Notis literar. *dictæ sunt eò quòd verba, vel syllabas præfixis characteribus norent, ut ad notitiam legentium revocent: quas qui scribunt, propriè Notarii appellantur.* Notæ igitur sunt *signa* quædam literarum, quibus vox integra intelligitur: unde σημεῖα γραμμάτων dicuntur Dioni libro 55. *Signa verborum,* sancto Hieronymo ad Julianum, & Epist. ad Principiam. Sexta Synodus Act. 12. Ἐπιφερόμενος ὑπαναγνωστικὸν διὰ σημείων. Qui iis utebantur, σημειογράφοι dicti, Latinis *Notarii,* ut est in Glossis Gr. Lat. Apud Ammianum lib. 18. *Ancilla notarum perita.* De earum usu, sic Valerius Probus Grammaticus de Notis Romanorum interpretandis: *Apud veteres cùm usus Notarum nullus esset, scribendi facultatem, maximè in Senatu, qui aderant, scribendo, ut celeriter comprehenderent, quædam verba atque nomina ex communi consensu primis literis notabant: & singulæ quid significarent, in promptu erat. Quod in nominibus, prænominibus, Legibus publicis, Pontificumque monumentis, Juris que civilis libris etiamnunc manet. Ad quas Notas publicas accessit & studiosorum voluntas, ut unusquisque familiares sibi notas pro voluntate signaret.*

A quibus verò primùm inventæ sint ejusmodi *Notæ,* docet idem Petrus diaconus ex Isidoro lib. 1. Orig. c. 21. *Vulgares Notas Ennius primus mille & centum invenit, ad hunc scilicet usum, ut quicquid per contentionem præsentium diceretur, Librarii complures scriberent simul adstantes, divisis inter se partibus, quot quisque verba, & quo ordine exciperet. Dehinc Tullius Tyro Ciceronis Libertus Notas præpositionum commentatus est. Post hunc Philargyrus Samius & Aquila Mæcenatis Libertus alias addiderunt. Deinde Lucius Annæus Seneca contractis omnibus, digesto & aucto numero, opus in quinque millia extendit.* Ex quo quidem Diacono emendandus idem Isidorus, in hisce verbis: *Post eum tertius Persannius Philargyrus;* legendum enim *post eum Samius Philargyrus;* quod non advertit Lipsius. Istiusmodi per notarum compendia scribendi rationis passim mentio est apud Scriptores. S. Hieronym. Epist. 111. *Mea autem lingua in similitudinem scribæ velocis, quem Notarium possumus intelligere, quodam signorum compendio breviatum Evangelii, strictumque sermonem exaravit in tabulis cordis carnalibus* S. Augustinus Epist. 258. de quodam Notario: *Erat autem strenuus in notis, & in scribendo bene laboriosus.* Idem lib. 2. de Doctr. Christ. cap. 26. *Ex eo genere sunt etiam notæ, quas qui didicerunt, propriè jam Notarii appellantur.* Idem in Collat. 2. diei cum Donatist. c. 3. *Et cùm se notas ignorare dicerent, petentes, ut priùs eis ederentur gesta conscripta, Cognitor jussit, ut quod eorum Notarii exceperant, eis recitaretur.* Collatio Carthag. 2. cap. 43. *Notas non novimus, neque ea natura rerum est, atque ipsarum, ut ita dixerim, literarum, ut quisquam notas legat alienas. In Codicibus legere non possumus, nisi edita fuerint gesta in paginis; non habeo, quod tractem, non habeo, quod legam.* Martyrium sancti Genesii Arelat. apud Surium 25. Aug. *Sanctus itaque Genesius in juventutis flore primævo provincialis militiæ tyrocinium suscepit, eam officii partem studio & arte complexus, qua patronorum verba, vel nova signorum velocitate, vel dexteræ, sonum vocis æquaret, spiritalem futuræ gloriæ imaginem præfigurans, ut, qui præcepta divina celeritate audiret, ea fidelibus notis piæ mentis exciperet.* Ennodius in Vita sancti Epiphanii Episc. Ticinensis: *Notarum in scribendo compendia, & figuras varias verborum multitudinem comprehendentes brevi assecutus, in Exceptorum numero dedicatus enituit.* Marcus Diaconus Gazensis in Vita sancti Porphyrii Episc. Gazensis num. 88. ex versione Gentiani Herveti: *Cornelius -- sciens notis scribere, quibus utuntur in Jure, -- notabat omnia, quæ dicebantur & opponebantur.* Sanctus Rembertes in Vita sancti Anscharii Arch. Brem. cap. 15. *Porro --- quam studiosus fuerit, testantur Codices magni apud nos, quos ipse propria manu per notas conscripsit.* Quæ sic extulit Gualdo Corbeiensis Monachus:

Quàm fervens in amore Dei fuit, & studiosus,
Indicio libros, quos ipse notavit, habemus,
In quibus Omnipotentis laus æterna resultat.

Idem:

Sedis Apostolicæ fecit decreta notare
Pluribus in foliis.

Notare, Notis exscribere, apud Quintilianum in Præfat. libr. de Institut. Orat. Epitaphium descriptum à Gelenio in Sacrario Coloniensi pag. 356. ac nuper repertum, quod videtur à Sidonio Apollinari fuisse compositum, quo libentius integrum hîc subjicimus.

Hoc hoc sepulcrum respice,
Qui Carmen & Musas amat
Et nostra communi lege
Lacrymando titulo nomina,
Nam nobis pueris simul,
Ars varia, par ætas, erat,
Ego consonanti fistula
Sidonius acris perstrepens,
Hoc Carmen, hæc ara, hic cinis,
Pueri sepulcrum est Xanthiæ,
Qui morte acerba raptus est,
Jam doctus in Compendia
Tot literarum & nominum
Notare currenti stylo,
Quot lingua currens diceret.
Jam nemo superaret legens,
Jam voce herili cœperat,
Sturem vocari ad proximam
Heu morte propera concidit,
Arcana qui solus sui
Sciturus Domini fuit.

Consule, si lubet, de scriptione per *Notas,* Hermannum Hugonem de Prima scribendi origine cap. 18. & quæ de ejusmodi Notis observavit Lipsius centur 1. ad Belgas Epist. 27. præfixa Notis Tyronis à Grutero editis.

Notæ musicæ, quæ in Libris Ecclesiasticis, singulis vocum syllabis superaddebantur. Capitulare Aquisgranense ann. 879. cap. 70. & Capitul. Caroli Magni libro 1. cap. 68. libro 6. cap. 277. *Psalmos, notas, cantus, compotum, Grammaticam per singula Monasteria, vel Episcopia discant.* Joann. Sarisberiensis libro 1. Metalogici, cap. 20. *Nec miretur quis tantam vim fuisse in notulis; cùm & musici cantores paucis characteribus multas acutarum & gravium differentias indicent vocum. Et ob hoc quidam characteres illos musicæ Claves dicunt.* Ademarus in Carolo

Carolo Magno ann. 787. *Et omnes Franciæ Cantores didicerunt Notam Romanam, quam nunc vocant Notam Francifcam: excepto quòd tremulas, vel vinnulas, five collígibiles, vel fecabiles voces in cantu non poterant perfectè exprimere Franci, &c.* Ingulfus pag. 886. *Missæ, quæ cum nota canuntur*, id eft, cum modulatione mufica, libro notis muficis notato coràm propofito. Vitæ Abbatum fancti Albani: *Cantator compofuit hiftoriam, & ei notam melicam adaptavit. Miffa fine nota*, ibidem. Vide Capitul. Caroli Magni libro 1. cap. 72. & fuprà, *Cantus Romanus*.

Notare, Notas muficas Libris Ecclefiafticis adfcribere. Sanctus Anfelmus libro 1. epift. 21. *Suis vos precibus ad notandum Antiphonarium adhortare defiderat.* Ademarus in Vita Caroli Magni: *Antiphonarios fancti Gregorii, quos ipfe notaverat nota Romana.* Liber Anniverfariorum Bafilicæ Vaticanæ fol. 144. *Item unum Breviarium pulcrum notatum in duobus voluminibus. Item unum Graduale notatum parvi voluminis.* Acta Murenfis Monafterii pag. 32. *Eft & Evangelicus Liber, & 4. Gradualia: ex his unus Muficen vocatum eft, & duo libri cum verfibus Offertoriorum, ex his unus muficè notatus eft. Et tres Antiphonarii, ex quibus unus muficè notatus eft.* Petrus Damian. libro 6. Epiftolâ 32. de quodam Monacho: *Erat autem ille frater multis exercitiorum artibus pollens, fcribendi videlicet & notandi, tornandi infuper & fabricandi.* Chronicon Tradonenfe libro 8. *Raro unquam ipfe ceffabat, quin femper aut fcriberet, aut notaret.*

Nota, Cantus, quomodo *Notæ* ufurpant è vulgo noftri. Tidericus Langenius in Saxonia:

> *Reftant alaudæ, quæ fubfiftunt fine fraude,*
> *Perque fuas notas rudes fiftunt idiotas.*

Jam verò qualis olim fuerit Cantus, quem Gregorianum dicimus, & an notis, quibus vulgò utimur, muficis conftiterit, non omnino conftat: quandam id minùs vero confentaneum videtur, cùm ejusmodi notas multò pòft adinventas tradant plerique. Incertum etiam, an earum vice afperfa fuerint literis alphabeticis, quæ vocis tonos denotarent. Antiphonaria & Gradalia, uti poftea factitatum palam eft: etfi videatur id difertè indicare Eckehardus Junior de Cafibus fancti Galli cap. 4. ubi de Petro, uno, uti vult, è Cantoribus, quos Roma in Galliam ad Carolum mifit Adrianus Pontifex, verba facit: *In ipfo quoque* (Antiphonario) *primus ille literas Alphabeti fignificativas notulis, quibus vifum eft, aut fufum, aut jufum, aut antè, aut retro, affignari excogitavit: quas poftea cuidam amico quærenti Notker Balbulus dilucidavit.* Extat verò Opufculum iftud Notkeri tomo 5. Antiq. Lect. Canifii, parte 2. pagina 739. cum hocce titulo: *Notker Lanthberto fratri falutem. Quid fingulæ literæ in fuperfcriptione fignificent cantilenæ, prout potui, juxta tuam petitionem explanare ftudui.* Singularum verò literarum in Mufica vim ex eodem Notkero, initio literarum Alphabeti hujusce Gloffarii afcribendam curavimus. Certè Cantus Gregorianus *Notis* conftitit, quæ Muficæ & cantandi tonos indicarent: has *Romanas* vocabant. Monachus Egolifmenfis ann. 787. *Tribuitque Antiphonarios fancti Gregorii, quos ipfe notaverat nota Romana.* Infrà: *Omnes Franciæ Cantores didicerunt notam Romanam, quam nunc vocant Francifcam.*

Hæ porrò Notæ fingulis fyllabis adfcriptæ erant. Chronicon Trudonenfe libro 8. *Graduale unum — fcripfit, illuminavit, muficeque notavit, fyllabatim, ut ita dicam, totum ufum priùs à fenioribus fecundùm antiqua eorum Gradualia difcutiens.* Extat in Bibliothec. Monafterii Corbeienf. vetus Graduale hifce notarum characteribus, feu notis. Ejusmodi etiam defcripfit Menardus ad lib. Sacram. Greg. p. 76. Sed an eædem fint, quæ Petri Cantoris, vel Notkeri, non aufim definire. Nam extremis fæculis, ut ait Hugonis Reutlingenfis Interpres, ei, ut putatur, coævus, in Procemio, *proceffu temporis quidam Alemanni, & præcipuè Monachi Ordinis S. Benedicti, qui cantum muficalem non folum ex arte, verum etiam ex ufu & confuetudine perfectè & cordetenus didicerant, ipfum, omiffis clavibus & lineis, quæ in neuma feu nota & muficali requiruntur, fimpliciter in libris eorum notare cœperunt, & fic decantaverunt deinde juniores, & fuos difcipulos fine arte ex frequenti ufu & ex magna confuetudine cantum informare, qui cantus fic per confuetudinem doctus ad diverfa pervenerit loca. Unde jam non muficæ, fed ufus eft denominatus, &c.* Utut fit, pro certo habetur *regulas, claves, & notas* muficas hodiernas, Guidonem Aretinum Monach. fub an. 1022. adinveniffe, uti poft Vincentium Belvac. l. 25. c. 14. & alios, obfervat Baron. ad hunc ann. n. 20. Is enim fyllabas *ut, re, mi, fa, fol, la,* reperit, quibus feptem difcrimina vocum vulgò defignantur: quod longè antea fimiliter factitaffe Ægyptios, & feptem voculis fonos hos expreffiffe teftatur Dionyfius Halicarnaffeus lib. Περὶ ἑρμηνείας, qui vulgò Demetrio Phaleræo afcribitur, p. 35. Editionis Morellianæ. Tradit præterea auctor Vitæ S. Bennonis Epifcopi Misnenfis c. 16. apud Surium tom. 7. (vixit Benno an. 1066.) docuiffe *notas muficales regulare, & fic cantare in Ecclefia Mifnenfi.* Chronic. Trudonenfe lib. 8. *Inftruxit etiam eos arte mufica fecundùm Guidonem.* Nec fcio, an hanc novam muficæ rationem improbet Letaldus, qui eodem fæculo vixit, in Vita S. Juliani Cenoman. *Sanè Refponforiorum & Antiphonarum, ut petiiftis, digeffimus ordinem, in quibus, pro vitando faftidio, de uno quoque modo fingula compegimus corpora. Neque omnino alienari volumus à fimilitudine veteris ritus, ne barbaram aut inexpertam, uti perhibetur, melodiam fingeremus. Non enim mihi placet quorundam muficorum novitas, qui tanta diffimilitudine utuntur, ut veteres fequi omnino dedignentur auctores, &c.*

Nota, Inftrumentum Notariorum, qui inde noftris *Gardenotes* dicuntur, feu Inftrumentorum cuftodes. Concilium Avenionenfe ann. 1279. can. 14. *Statuimus, quòd tam hæres quilibet, quàm notarius, qui notam cujuslibet receperit teftamenti, &c.*

NOTARIA, feu *Notoria*, Scriptura, quâ notum aliquid fit, relatio. Gloffæ vett. *Notoria, ἀναφορά.* Gloffæ Gr. Lat. *μήνυσις, indicatio, notaria, indicium.* Acta S. Maximini Martyr. *Cùm Centenarius diceret notariam fibi datam effe, quâ contineretur eam fingere, dixit: An non eft verifimile me mentiri, & illum verum dicere, qui notariam falfam dedit?* S. Auguftinus Epift. 160. *Circumcelliones quosdam & Clericos Donatiftas cura eorum, qui difciplinæ publicæ inferviunt, præmiffa notaria, ad judicia legesque perduxit.* Utitur aliàs hac voce in Brevic. Collation. coll. 1. cap. 4. 6. 7. & 14. & coll. 2. cap. 2. & 3. poft Coll. cap. 24. & Epift. 159. Occurrit etiam in Collat. 1. cum Donat. edita à Maffono cap. 14. 17. 18. 29. Coll. 2. cap. 8. 12. apud Apuleium, Pollionem, &c.

NOTARII dignitas varia ac diverfa fuit in Palatiis Imperatorum. Alii enim & in iis præcipui erant, qui *Notarii & Tribuni*, feu *Tribuni Notariorum* dicebantur,

cebantur, de quibus in voce *Tribunus*, Alii erant *Tribuni & Notarii Prætoriani*, qui ex Cornicilariis & Primiscriniis officii Præfecturæ Præt. ad eum locum pervenerunt, ut docet Senator lib. 6. Epist. 3. lib. 11. Epist. 20. Tertii denique erant *Notarii & Domestici*, ut est in lib. 2. & 3. Cod. Th. de Primicerio & Notariis. De singulis multa congessere Pancirolus Notit. Imper. Gutherius de Officiis domus Aug. Sirmondus ad Sidonium, Henric. Valesius ad 17. Marcellini, Cujacius, Jacobus Gotofredus ad Cod. Theodos. &c.

Notarii Ecclesiæ Romanæ, apud Gregor. M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 54. hi Epistolas summorum Pontifi cum subscribebant, ut idem testatur lib. 4. Epist. 25.

Notarii Episcoporum, eorum scribæ, qui ut plurimùm assumebantur ex Clericorum ordine, & in Ecclesiis munia alia obibant Ecclesiastica, ut ex libro Sacramentorum Gregorii colligitur: *Et tunc illuminantur duo cerei, quos tenent duo Notarii, &c.* Messianus Presbyter in Vita S. Cæsarii Arelat. *Cum ecce vir Dei Cæsarius per eadem loca ad aliam pergeret Ecclesiam, Clericus, cui cura erat baculum illius portare, quod Notariorum officium erat, oblitus est, &c.* Vide Henric. Valesium ad Socratem lib. 5. cap. 22.

Notarii Regionarii, dicti septem Notarii Romæ, à S. Clemente PP. primùm instituti. Anastasius in S Clemente: *Hic fecit septem regiones dividi Notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta Martyrum sollicitè & curiosè unusquisque per regionem suam diligenter perquirerent.* Idem in S. Antero: *Hic gesta Martyrum diligenter à Notariis exquisivit, & in Ecclesia recondidit.* Et in S. Fabiano: *Hic regiones divisit Diaconibus, & fecit 7. Subdiaconos, qui 7. Notariis imminerent, ut gesta Martyrum in integro colligerent.* Hi etiam inter cætera populo per urbem (quod hodie *Cursores* faciunt) denuntiabant, quando Papa Litanias, id est, Processiones vel supplicationes facere, aut ubi Missam celebrare, vel Stationem indicere constituisset. Præterea nomina & numerum baptizatorum Pontifici referebant, ut colligitur ex Ordine Romano Anastasius in S. Hadriano PP. *Eum clericari jussit, quem Notarium Regionarium in Ecclesia constituens, postea eum Subdiaconum fecit.* Vide Gregor. M. lib. 7. Ind. 1. Epist. 17. Horum postea aucto numero, qui ex 7. illis primis fuerunt, *Notarii regionarii*, vel *Protonotarii* vocati sunt, reliqui *Notarii* simpliciter. Vide Diurnum Roman. cap. 6. tit. 1. 2.

Notarii Regis apud nostros, alii olim fuere ab iis, quos *Secretarios Regis* vocabant, quod potissimùm colligitur ex Statuto dato Lorriaci pro Hospitio Regis Philippi M. ann. 1317. *Notaires suivans le Roy, un Secretaire & 2. autres, dont l'un sera du sano, & non plus que les trois. Et prendra le Secretaire 2. provendes d'avoine, & mangera à Court, & prandra à Court fer & clou. Et pour les gaiges de leurs varlez & toutes ses autres choses 19. den. par jour: mais il aura livroison, vin de coucher, une quarte, chandelle, deux quayers, & 12. menuës; & prandront en la fourriere 2. coustes & 2. bottes de feurre & demy mole de busche; & se les 3. Secretaires y sont à Court, les 2. qui surviendront, ne prandront riens.* Præterea ex Edicto Caroli V. tunc Regentis Regnum Franciæ 27. Febr. ann. 1359. quo magnum Officiariorum numerum rescindit, ex Notariis 50. tantùm reservans, atque in iis 18. in aula munus suum executuros. *Et ne sera nul Secretaire jusques à tant qu'ils soient reduits à six.* Et in eodem Edicto: *Les Secretaires ou Notaires ne prendront or ni argent, ni aucuno chose de quelques lettres qu'ils facent, ce ne sont choses permises de droit, exceptez les lettres de sang, & les chartres dont ils prendront les seaux, & la taxe raisonnable par nostre Chancellerie.* Sed postmodum unita eadem munia.

Notarii Apostolici & Imperiales, passim occurrunt, etiam in veteribus actis, alibi quàm in Summorum Pontificum, aut Imperatorum territoriis descriptis. Id enim juris tum invaluerat, ut *Notarius vel Tabellio ab Imperatore, vel Papa, vel ab eo cui hoc speciali privilegio indultum erat, ordinatus, posset ubique, etiam in Francia vel Anglia, seu Hispania, non solùm in terris eis specialiter subjectis, suo officio uti, & instrumenta conficere, &c.* Ita Speculator tit. de Fide Instrumentor. §. Restat, n. 23. Atque id quidem necessariò observandum fuit, quòd vulgò quæratur, cur acta publica in Francia & alibi exarata, tam crebrò confecta dicantur à Notariis auctoritate Apostolica & Imperiali constitutis. Vide Petrum de Vineis lib. 6. c. 32. & Dionysium Pontanum ad Consuetud. Blesensem art. 17. pag. 150. 2. Edit.

Primicerius Notariorum, in Notitia Imperii pag. 61. 146. apud Senatorem lib. 6. Epist. 16. *Primicerius Notariorum Castrensis sacri Palatii*, in Notitia Imperii pag. 3. 114.

Primicerius Notariorum, Eccl. Romanæ, qui postmodum *Protonotarius*, apud Greg. M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 22. Paulum Warnefridum lib. 4. de Gest. Longob. c. 24. &c. Anastasius in S. Julio PP. *Hic constitutum fecit, ut nullus Clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in Ecclesia, & notitia, quæ omnibus pro fide Ecclesiastica est, per Notarios colligeretur, & omnia monumenta in Ecclesia per Primicerium Notariorum confecta celebrarentur, &c.*

Protonotarius, Primus inter Notarios, Ammiano lib. 25. dignitas Palatina; apud Socratem lib. 7. c. 23. Codinum de Offic. c. 2. n. 57. &c.

Protonotarius τοῦ δρόμου, apud Nicetam Choniatem.

Protonotarius Thematis, seu provinciæ, apud Leonem in Tacticis c. 4. n. 31. ubi de ejus officio, qui in Glossis Basilic. dicitur, ὁ τοῦ θέματος δικαστής.

Protonotarius in Ecclesia Constantinopolitana, est πρῶτος τῶν πατριαρχικῶν Νοταρίων, apud Goarum ad Codinum pag. 5. 12. ubi de ejus officio plura.

Protonotarius Apostolicus, cujus munus sic describit Christoph. Marcellus in Ceremoniali Romano l. 3. p. 317. *Protonotarii officium est notare ea, quæ in publicis Consistoriis geruntur, cùm rogantur à Procuratore fiscali, cùm opus fuerit, in publicam redigere formam. Ideo oportet eos interesse publicis consistoriis, &c.* Et p. 328. *De Protonotariis, scimus decretum fuisse à Pio II. in Conventu Mantuano, quòd deinceps non præcederent Episcopos aut superiores, & ita servatur.* Idem lib. 1. c. 13. ait *Protonotarios participantes* ante Abbates, *non participantes* post Abbates sedere.

NOTIFICARE, Notum facere, in l. 5. D. de Jure immunit. & alibi non semel.

NOTIO, pro *Notitia*. Charta S. Bonifacii de finibus & limitib. Fuld. Monasterii apud Brow. l. 1. Antiq. Fuld. c. 4. *Scripta est hæc Notionis Charta in Fuldensi Monasterio, &c.*

Notitia, Instrumentum, quod de re inter præsentes in re quapiam gesta, nec scripto mandata, aut in chartas relata, ad hoc vocatis testibus, conficiebatur, ut præsentibus posterisque nota fieret, & in posterum nullus de ea dubitandi locus oriretur. Nam cùm primis istis sæculis ea esset fidei inter homines integritas, ut solo verbo, certisque traditionum seu investiturarum adhibitis formulis & ritibus, prædia Ecclesiis aliisque conferrentur ac traderentur; interdum,

& ut

Statuta antiqua Ord. Cartusiensis 2. parte, c. 14. §. 9. *Alias vero, si Prior fregerit, (jejun ...) vel fecerit frangi, sit extra sedem suam in Eccl. ... 40. dies. Et si Vicarius idem fecerit, sit No... ... 40. dies.* Adde cap. 21. §. 5. cap. 23. §. 2. cap. 31. §. 22. part. 3. cap. 32. §. 15.

NOVOGESTA, Novè ac recèns gesta. Eginus Monachus in Vita sancti Ansovini Episcopi Camerini n. 4. *Ajunt non debere quemquam post antiquorum dicta Patrum sanctorum quidquam novogestorum narrare.*

NOVUM, vulgò *Nouvelle.* Ugutio: *Rumor, murmur quod vulgò dicitur novum.* Occurrit non semel in Epistolis Marini Sanuti.

NOX. Pridem à viris doctis annotatum, Gallos olim ac Germanos spatia temporis, non dierum, sed noctium numero distinxisse ac finiisse, ex Cæsare lib. 6. de Bello Gall. *Spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt.* Et ex Tac. de Morib. Germ. *Nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant, sic constituunt, sic condicunt, ut nox ducere diem videatur.* Id à Francis nostris, & aliis populis Septentrionalib. perinde observatum testantur Lex Salica tit. 37. §. 4. tit. 43. §. 9. 10. 11. 14. tit. 47. §. 2. tit. 49. tit. 52. §. 2. Lex Aleman. tit. 36. §. 2. Lex Bajwar. tit. 9. §. 6. tit. 17. §. 2. Lex Ripuar. tit. 33. §. 2. tit. 58. §. 5. tit. 66. §. 1. Capitulare Pipini Regis Italiæ cap. 5. Lex Longobard. lib. 1. tit. 23. §. 2. tit. 24. §. 23. lib. 2. tit. 18. §. 6. tit. 21. §. 10. 25. tit. 43. §. 1. lib. 3. tit. 55. §. 6. Capitul. 3. ann. 813. c. 15. 41. 42. Capitulare 3. Ludovici Pii ann. 819. cap. 1. Capitulare Caroli M. lib. 3. c. 45. Edictum Pistense Caroli Calvi c. 33. Formulæ vett. Bignonii cap. 38. Formulæ vett. secundùm Legem Romanam cap. 40. Formulæ Parensales c. 12. &c. Charta 17. & 44. editæ à Mabillonio post libros de Re diplomat. Epistola II. inter Tegernsenses; Goffridus Vindocin. lib. 2. Epist. 27. Charta Caroli M. pro Monasterio S. Dionysii apud Doubletum p. 709. *Si quis verò contra præcepta anteriorum Regum, vel nostra aliquid facere, vel contraire voluerit, tunc Missus noster, vel Comitis super noctes viginti una ante nos per bannum nostrum venire faciat in rationes contra Missos sancti Dionysii & Foleradi Abbatis.* Notitia vetus ex Tabulario Persiensi: *Proinde taliter Fredelono judicatum fuit, ut tale testimonia arremisset in proximo mallo post 40. noctes, quem ipse Comes in Augustidunense tenet, ut secundùm Legem suam Salicam ad probat, sicut superiùs postulavit, aut faciat, quod lex est.* Anonymus in Vita sancti Goaris cap. 11. *Quod noctes habet infans iste.*

Islandi, Olao Wormio auctore in Fastis Danicis libro 1. cap. 12. per noctes, natalitiorum ætates computant.

Abraham Ecchellensis in Historia Arabum cap. 11. vetustissimum esse Arabum institutum scribit, in ratione temporum non dies, sed noctes putare, cujus, inquit, ratio est, quòd à neomenia suas supputationes exordiantur, & Lunam noctis dominam sequantur, ac ducem in hoc habeant. Creationis opus etiam à vespere accepisse ex his sacrarum Literarum verbis colligunt: *Factumque est vespere & mane dies unus.*

Apud Saxones idem obtinuisse colligitur ex Speculo Saxon. libro 1. art. 2. 67.

Per noctes, inducias dinumeratas suo etiam ævo testatur Gaufredus Vindocinensis libro 2. epist. 27. *In hoc tamen non noctes, secundùm consuetudines Laicorum, sed secundùm instituta Canonum inducias postulamus.*

Idem obtinuisse in Anglia sub Regibus Anglosaxonibus, docet Conciliabulum Cloveshoense ann. 824. *Et ibi finita & prascripta illa contentione coram Episcopo post 30. noctes illum juramentum to Westmynstre deductum est.* Sub Normannis verò, Leges Henrici I. cap. 66. 76. Sed & etiamnum *sennight, fortnight*, i. septem noctes, quatuordecim noctes, magis usitatè dicunt, quàm septem dies, &c. Vide Canones datos sub Edgaro Rege cap. 15. 54.

Nox sacrata, Quæ diem Paschatis præcedit, in qua Baptismus conferebatur, ut testatur Augustinus Serm. ad Catechumenos. Senator libro 8. Epist. 33. *Cum die sacratæ noctis precem Baptismatis cœperit Sacerdos offundere* Helgaudus in Roberto Rege Francorum: *Sanctas noctes, hoc est, Nativitatis Domini, sancti Paschæ, & Pentecostes sic totas ducebat insomnes usque ad summum mane, ut nec sedens, vel stans somnum caperet, &c.* Vide lib. Sacrament. Eccl. Rom. cap. 47. 78. Missale Gothicum pag. 336. 337. Rhabanum libro 11. de Institutione Clericorum cap. 38.

Nox sancta. Epitaphium Pacifici Archidiaconi Veronensis, qui vixit sub Lothario I. Imperat. apud Panvinium & Ughellum:

Mole carnis est solutus,
Perrexit ad Dominum,
Nono sanè Kalendarum
Obiit Septembrium,
Nocte sancta, quæ vocatur
A Dominica ——

Nox, Oneris, aut servitii species. Tabularium sancti Vitoni Virdunensis: *Census de aliis mansis & de sedilibus, quæ sunt in Monte sancti Vitoni & Virduni, pullos & ova ad Pascha & Festivitatem sancti Vitoni, & ad Nativitatem Domini. De integro manso carrum dimidium, de carropera 20. den. noctes 15. in Majo ... de capite suo tenens terram, &c.* Infrà: *Unusquisque Mansus in Majo solvit 20. den. & 24. noctes, &c.* Rursum: *Unam carratam de virgis & 40. noctes, & 12. croadas, unam herbæ, alteram feni, &c.* Ubi *nox* videtur sumi pro opere unius diei. Vide *Dies.*

NUA. Pactum inter Venetos & Traguriensеs ann. 1322. apud Joannem Lucium in Hist. Dalmat. libro 4. capite 14. *Item, quod dictus Comes Traguriensis non possit —— dona aliqua recipere, —— nisi nuas & fructus recentes.* Forte *nuces.*

NUPTIÆ, Nuptiæ, *Mariage.* Charta Willelmi Episcopi Inculism. ann. 1206. in Tabulario sancti Amantii: *In oblationibus altaris, in pœnitentiis, in obliis, in purificationibus mulierum, in septenariis, in tricenariis, in percursibus, in nubeiis, in baptismis, in legatis sive eleemosynis mortuorum.* Vetus Charta apud Columbum in Episcopis Sistaricens. libro 2. num. 29. *Retinuit in ea Ecclesia sancti Marii quartas matrimonii.*

Nobiæ, eadem notione. Charta ann. 1204. apud Catellum: *Fecerunt stabilimentum tale, quòd joculatores, & joculatrices non intrent in domibus hominum, vel feminarum Tolosæ, nisi ad nobias, nisi cum domino domus, vel cum domina, quæ sine marito erit.*

NUBERE, Coire, misceri. Capitul. Caroli Magni lib. 6. cap. 55. *Mulier, quæ cum viro suo non potest nubere.* Adde Fulbertum Epist. 64. Vetus Pœnitentiale MS. *Qui in Ecclesia consecrata nubunt, 6. dies.* Vide Pœnitentiale Theodori cap. 11. ejusdem Capitula cap. 35. 48. Pœnitentiale Gregorii II. Papæ cap. 30. Pœnitent. Bedæ cap. 2. 10. Herardum Turon. Archiep. in Capitul. cap. 89. Chrodogangum Metensem in Regula Canonic. cap. 73 Rhabanum in Epist. ad Heribaldum capite 29. Concil. Calchutense ann. 787. can. 16. &c. Vide Cumeanum Abbat. de Mensura pœnitent. cap. 3. Egberti Archiep. Pœnit. p. 16.

Vocem hanc in re veneris à veteribus sæpius usurpatam observarunt viri docti. Auctor de Disciplina Scholarium cap. 2. *Quotidianis & ultra debitum nuptiis gaudebat, &c.* Idem Cumeanus cap. 2. *Viri inter femora fornicantes, primo annum unum pœniteant: si iterant, duos: si in crura fornicantes; si pueri sunt, annis duobus pœniteant: si viri, annis tribus.* εἰς Ἰδς μηρὸς, in Pœnitentiali Joan. Jejunator. pag. 86. 99. 108. & in Canonario Joannis Monachi p. 117. quod quidem peccatum de *interfemore* inscribitur in Pœnitentiali Egberti Archiep. Eborac. p. 17. Infrà: *de pollutione inter femora.* Ita *nuptias facere*, pro *coire* dixit Petronius. Sic etiam Græci γάμον dixere. Prometheus apud Æschylum paginâ 45. Jovis & Europæ concubitum γάμον appellat, ut & Aristænetus Epist. 21. quod alibi μῖξιν. Quod etiam translatum ad pecua omnia, quibus nuptiarum nihil cognitum, nisi coitus, ut apud Ælianum libro 9. de Animalibus cap. ult. pag. 208. Hesychius: γῆμαι, συνοικῆσαι. Ita γαμεῖν usurpat non semel Nomocanon nuper editus à viro doctissimo Joanne Baptista Cotelerio tom. 1. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ capite 211. 212. 340. In lege 3. Cod. Theod. ad Leg. Jul. de Adulter. *Vir nubere in femina*, vel *in feminam* dicitur, ubi consulendus Jacobus Gothofredus. Sed & *innuptam* dictam Deiparam volunt, apud sanctum Augustinum Serm. 18. de Sanctis, & Epist. 3. ad Diaconum, quòd ab omni venere impolluta, in contaminata, nec ulli unquam viro cognita fuerit. Ἀπειρογάμοις λοχείαις natum Christum de Virgine Maria dixit Paulus Silentiarius in Descript. Eccl. sanctæ Sophiæ, part. 2. v. 20. Drepanius de Cereo Paschali:

Ignea quem celsi linquentem mœnia cæli,
Intacto prægnans utero dedit innuba Mater.

Vide Filesacum libro 1. Selector. pag. 249. 250.

Retro nubere, in Pœnitentialib. Libris. Pœnitent. MS. *Concubuisti cum uxore tua, vel cum aliqua alia retro, more canino, &c.* Aliud Pœnitentiale MS. *Uxor post natam sobolem abstineat se Ecclesia, si filius est, dies 30. si filia, 40. Nam in tempore menstrui sanguinis qui tunc nupserit, 30. dies pœniteat: qui Dominica, 7. dies. Si quis cum uxore sua retro nupserit, 40. dies pœniteat. Si in tergo, 3. annos, quod sodomiticum scelus est.* Ibidem: *Si vir cum muliere sua retro nupserit, pœniteat, quomodo de animalibus, id est, si in consuetudine non erit, 3. annos.* Hincmarus de Divortio Hlotarii & Theotbergæ: *Uxor domini Regis Hlotarii primo quidem reputata est de stupro, quasi frater suus cum ea masculino concubitu inter femora, sicut solent masculi in masculos turpitudinem operari, scelus fuerit operatus, & inde ipsa conceperit, &c.* Vide Reginonem libro 2. de Eccl. disciplinis, cap. 249.

NUBES. Fleta libro 2. cap. 79. §. 15. ait oves sæpe inter duo Festa beatæ Mariæ in Augusti & Septembris mensibus infirmari —*per comestum cujusdam nubis escaetæ, quæ tunc temporis cadere contingit, vel per comestum albarum testudinum.*

NUBILUM. Regula Pauli & Stephani Abbatum capite 11. *Æstatis tempore nulli liceat meridie præter in suo lectulo dormire, nisi fortè jubente Priore ad Nubila pro custodia areæ extra suum lectulum dormiat. Dormir à l'air.*

NUCARIUS, in Capitulari de Villis cap. 70. v. 6. Videtur legendum *Nuclearius.* Vide in hac voce.

NUCHA, Postica pars colli, nostris, *Nuque du col*, vox Arabica. Matth. Silvaticus: *Nucrati* (lib. *Nukati*) *locus, ubi collum craneo jungitur.* Constantinus Africanus libro 1. Commun. loc. med. cap. 3. *Cùm enim multa membra à cerebro sint remota, & vix longinquitate eis denegetur sensualitas, vis quædam cerebri data est spondylium medullis, quæ quasi medullæ, Lingua Arabica vocantur Nucha.* Infra: *Eadem est Nucha, quæ & cerebri natura.* Idem capite 10. *Nucha à cerebro decendit in spondyle dorsi incipiens à fine puppis, id est, à prima spondyli colli. Ab hac nucha ex necessitate procedunt nervi, sensum & voluntarium motum præstantes, membris sub collo positi.* Adde cap. 12. Fridericus II. Imperat. libro 1. de Venat. cap. 36. *De nucha verò, quæ dicitur medulla spinalis, quomodo procedit à cerebro, transiens per foramina omnium spondylium, usque ad extremum caudæ continuata, &c.* Adde caput 23. Utitur etiam non semel Mandinus in Anatomia. Danti *Nuca*, dicitur pars superior capitis, in Infern. cant. 32.

Là v' el cervel si giugne co la nuca.

In Paradiso cant. 8.

Che sol vagheggia hor da coppa, hor da nuca.

Vide Oct. Ferrarium in *Gnucca.*

NUCINÆ *mensæ*, apud veterem Interpretem Juvenalis Sat. 11. vers. 117. quæ hodie passim in usu apud nos, *Tables de noyers.* Harum etiam meminit Strabo lib. 12.

NUCLEARIUS, *Nuclearium.* Gloss. Lat. Gall. *Nuclearius, Noyer, arbre.* Charta Theobaldi Comitis Blesensis ann. 1140. pro Monasterio Vallis-Secretæ apud Sammarthanos in Gall. Christ. *In qua præfata Ecclesia, quæ antiquitus habebat, retinet nuclearia.*

Nucleatorium, Ager *nuclearis* consitus. Historia Episcoporum Autissiod. cap. 20. *Agrum quoque Genusiacum, vel Talnisiacum, cum nucleatorio sitos in territorio Santonico.*

NUDIMANUS, Qui manus vacuas ac inanes habet, apud Eckchardum Juniorem libro de Casib. sancti Galli cap. 1.

NUDIPEDALIA, Papiæ, *Nudo pede deambulatio Judæorum.* Arnobius libro 5. *Aquilicia Jovi immolatis, nudipedalia populo denuntiatis, &c.* Joannes Laudensis in Vita sancti Petri Damiani Cardinalis cap. 3. num. 16. *Nudipedalia passim per eremum cunctis temporibus exercebant.* Guibertus in Historia Hierosolym. libro 7. cap. 6. *Processiones agendo, Sanctorum nomina flebiliter inclamando, nudipedalia exercendo, Iherusalem circumeunt.* De Nudipedalibus vide Ludovicum *de la Cerda* ad Virgilium.

NUDUS, Mensuræ species. Charta Ludovici Pii Imper. apud Doubletum pag. 740. *De lignis dentur eis mensura, quæ Nudi appellantur, mille centum.* Legendum censerem *moli*, nisi Charta originalis, quam legi in Archivo S. Dionysii, omnino præferret, *nudi.*

NUGA, Nugator. Gloss. Græc. Lat. Ἀχρεῖος, *nequus, spurcus, nuga, nugator.*

Nugalus, Nugator. Gloss. Lat. Gall. *Nugalus, petit Jengleur.*

Nugalissimus. Regula sanctorum Patrum cap. 10. *Si casu quis Frater de cellula ex qualibet scandali causa exire voluerit, nihil penitus nisi nugalissimo induatur vestimento, & extra communionem infidelis discedat.* Regula sancti Macarii cap. 28. habet, *nisi in notatissimo vestimento*, id est, quod risum moveat occurrentibus. Holstenius, *parvi momenti ac nullius valoris*, interpretatur.

NULLATIO, *Mutatio.* Ita Gloss. Arabico-Lat. Legendum fortè *Nutatio.*

NULLI-

& ut plurimum coram testibus, ad majorem firmitatem, donatariis ita postulantibus, Charta conficiebatur ad posterorum *Notitiam*, quæ & rem donatam ac collatam, donatoris nomen, traditionis ritum ac formulam, testes, qui adfuerant, annumque, mensem ac diem continerent. Unde *breve memoratorium, seu recordationis* crebriùs appellatur in Tabulario Casauriensi: *Decretum securitatis & firmitatis pro futuris temporibus ad memoriam retinendam, &c.* In Charta ann. 1152. in Historia Bellunensi pag. 77. *Breve recordationis ad memoriam retinendum.* Extat in Tabulario Heduensis Ecclesiæ Notitia ann. 1107. cujus initium ita concipitur: *Quia negligentia, noverca memoriæ, benefacta de lere solet, aut pervertere, scripturæ custodiendum mandavimus.* Quò sanè referri possunt ista ex Collat. 2. Carthagin. c. 28. *Intelligis ita rem esse gestorum, adeo memoriæ scripturarum per literas digeruntur, ne sola, memoria, quæ capax esse non potest, oblivione decepta, quid gesserit, nesciat.*

Atque ejusmodi Notitiæ secundùm contractûs naturam varias sortiebantur appellationes. Aliæ enim dictæ *Warpituriæ*, quibus quis rem aliquam dimittebat, ut in Tabulario Persiensi Ch. 26. *Traditionales*, quæ rei traditionem continerent, Ch. 2. *Traditoriæ & revestitoriæ*, apud Perardum in Burgundicis pag. 172. *Sacramentales*, quæ ab testibus post edita sacramenta firmabantur, in eodem Tabulario Persiensi Ch. 16. Aliæ in ipso mallo describebantur, judicibus ipsis præcipientibus, in Chronico Besuensi pag. 505. in eodem Tabul. Persiensi Ch. 18. 19. apud Beslium in Comitib. Pictav. p. 218. 224. &c. Quæ quidem fortassis eæ sunt, de quibus agit Capitulare 6. an. 803. cap. 2. *De secundo vero, unde me interrogasti, si Comes de notitia solidum unum accipere deberet, & Scabinii, sive Cancellarius, &c.*

Notitiarum aliæ ab ipsis partibus, id est, donatoribus & donatariis, atque adeo ab ipsis testibus, qui in rei gestæ fidem advocati erant, subscribebantur, cujusmodi passim observare est, ex quibus unicam tantùm describemus ex Tabul. Bellilocensi Ch. 154. *Notitia traditionis vel consignationis, qui hanc notitiam subtus firmaverunt, qualiter veniens aliquis homo nomine Aicardus--mansbus tradidit ipsam villam --Garulfo Abbati--per cordam signi & per hostium domo--sicut in Carta testamenti loquitur, & tunc necesse fuit ipso Abbati vel ad ipsos Monachos, ut exinde notitiam colligere deberent, quòd ita & fecerunt his præsentibus, actum fuit factam hanc notitiam traditionis in mense Octobro ann. 3. Caroli Imperatoris S. Aicardi, qui traditionem ita firmavit. S. Adelgario. S. Adraldi, &c.* Notitiæ aliæ ab ipsis donatariis interdum describebantur, ut eorum posteris notum fieret, qualiter prædia ipsis & a quibus, quibusque præsentibus testibus essent collata: quæ quidem nudam rei gestæ narrationem continebant, nullis adhibitis signaculis, ac subscriptionibus, cùm eas *in polyptycha* sua referre satis esse ducerent, ut est apud Greg. M. l. 7. Ind. 2. Epist. 40. Ejusmodi passim exhibet Chronicon Besuense. Atque hæ quidem Notitiæ vim Diplomatis habebant. Charta Henrici Imp. apud Ughellum tom. 4. p. 808. *Et cætera, quæ in præceptis & notiis antecessorum nostrorum continentur.* Alia Lucii PP. ibid. pag. 817. *Sicut continetur in præcepto & in tuis notitiis.* Ejusmodi notitiarum mentio post annum 1100. rariùs occurrit. Porrò de vocis *Notitia* notione apud Scriptores Latinos, egit Pancirolus ad tit. Notitiæ Imperii. Vide virum doctissimum Joannem Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. p. 761. Acta Episcop. Cenoman. p. 272. *Ipsamque per notitias atque judicia multorum nobilium virorum evindicavit.*

Notitiam facere, pro *notum facere* in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 17. §. 1. tit 52. §. 1.

NOTNUNFTI, Violentia, in Gloss. Lat. Theotisco. Lex Frision. tit. 8. *De Notnumfti: Si quis rem quamlibet virapuerit, &c.* Occurrit in Speculo Saxonico lib. 1. art. 43. & lib. 3. art. 1.

NOTORIA, Epistola, quâ aliquid Principi aut Magistratui notum fit. Trebellius Pollio in Claudio, ex Epistola ejusdem Claudii: *Nihil me gravius accepit, quàm quod notoria tua intimasti, Claudium parentem amicumque nostrum insinuatis sibi falsis plerisque graviter irasci.* In Glossis Isidori *Notoria, elogium, textum malorum dictorum, quod Notoriam dicunt*, appellatur: scilicet libellus accusationis, sic dictus, quòd in eo reus *notetur*. Ita usurpat Augustinus Epist. 159. *Qui non accusantibus nostris, sed illorum notoria, ad quos tenendæ pacis vigilantia pertinebat, præsentari videntur examini.* Idem Epist. 160. *Præmissa notoria, ad judicia legesque perduxit.* Adde leg. 7. Cod. de Accusat. Apuleium lib. 7. Paulum JC. &c. & quæ observant Marcilius ad Sueton. in Tito, Juretus ad Symmachum lib. 10. Epist. 4. Jacobus Gotofredus ad leg. 31. Cod. Th. de Episcopis, &c.

NOTRIA, *triæ, Pinna*, Joanni de Janua.

NOVALE, *Novalis ager.* Variè hæc vox accipitur: interdum enim pro terra proscissa, quæ anno cessat, interdum pro agro, qui de novo ad cultum redigitur. Petrus Crescentius lib. 2. de Agricult. cap. 18. *Ager, qui novalis ab antiquis sapientibus vocatur, est duplex: unus quidem, qui primùm ad cultum redactus est: alter autem, ad quem interpositis quibusdam quietibus necesse est suam redire novitatem, sicut est ager, qui duobus annis seminatur, in tertio quiescit, &c.* Gloss. MS. *Novalis ager est primùm proscissus, vel qui alternis annis vacat, causa novandarum virium. Novalia enim semel cum fructu, & semel vacua sunt. Novalia, agri a novando per singulos annos dicti. Novales campi, ut silvæ nuper satæ.* Eadem fermè habet vetus Agrimensor p. 299.

Novale, priori notione. Papias: *Novalis ager dicitur, qui vacat anno intermisso.* In Gl. Lat. Gall. *Gaschiere.* Lex 30. D. de Verbor. signif. *Novalis est terra præcisa vel quæ anno cessavit, quam Græci νεα̈ὸν vocant.* Glossæ: Νεαῖος, *novalis novalis terra*, Νέασις Theophrasto, & νέασις χειμερὶη, prima terræ aratio, quæ proximè sequitur τὸν ἄροτον, i. sementem. Gl. Lat. MS. Regium: *Novale, nova cultura. Novales campi, culturæ dediti.* Lactantius ad 12. Thebaïd. Statii: *Novalia, agrorum loca, quæ verno tempore scrobibus factis vinetis aptantur.* Joannes Sarisberiensis lib. 1. Policrat. cap. 2. *A novalibus suis arceantur agricolæ, dum feræ habeant vagandi libertatem.*

Novale, vel *Novalem agrum* altero significatu sumi potissimùm in Chartis Pontificiis observat Innocent. III. PP. in Decretal. Greg. lib. 5. c. 21. pro agro scil. *qui de novo ad cultum redigitur, de quo non extat memoria, quòd aliquando cultus fuisset.* Gl. antiquæ MSS. *Novales campos, vel silvas nuper satas.* Vita S. Pirminii cap. 20. *Excolentes diu infertilia, gratiss. ex eis reddidere novalia.* Vetus Charta apud Joach. Vadianum lib. 3. *In novali loco, qui Abbacella nuncupatur,--Basilicam ad servitutem Dei condidi.* Hinc

Novale novare, ad cultum reducere, proscindere. Tradit. Fuld. lib. 3. c. 29. *Novale quoddam in Hogebach novavit, quod 22. solidos persolvit.* Et cap. 35. *In silva Branvirst cœpit novare novale, ut in Ecclesia Fuldensi suo labore acquireret sibi nomen & semp. ternum memoriale.*

NOVELLÆ, *Suggestiones*, in veteribus Glossis MSS. ad Canon. Concilior. Idem Codex, qui est ex Bibl. Reg. *Eodem tempore, cùm multi novellis gauderent, quod Constantinus baptizatus a Silvestro Episcopo urbis*

urbis Romæ emundatus fuisset a lepra, &c. Vita S. Mauri metrica MS.

Est pater in cella, cùm noscitur ista novella.

Guill. de Podiolaurentii cap. 14. *Tandem novella tristis intonuit, quòd Prælati capti essent, &c.* Nostri *Nouvelle*, vulgò dicunt.

Novellæ, ita recentiores Constitutiones suas appellarunt Imperatores: quod nomen, inquit Antonius Augustinus, vetustiss. est, & à plurib. Imperatorib. post Theodosianum Codicem editum & usurpatum, & quo Justinianus ipse utitur frequentiùs in his eisdem Legib. appellandis. *Novellas* autem cùm appellat Accursius, Juliani editionem intelligit, cùm barbaram translationem Bugari tempore factam, *Authenicam* appellavit.

NOVELLETUM, Νεοφυλεῖον, in Glossis Gr. Lat. Ibidem: Νεόφυλον, *Novellum.*

NOVENA, Mensuræ frumentariæ species. Charta fundationis Abbatiæ Sorpiensis in Diœcesi Regiensi in Provincia, ann. 1255. *Dedit dicto Monasterio dotando illud decem novenas bladi, quas habet Ecclesia Vallis Moynæ, & octo novenas, quas habet in Ecclesia de Montemejano.*

NOVENA appellatur, munus rerum novarum, diversarumque, ut sunt panni ex seta confecti, scarlati, resque aliæ, quæ à Legatis Principibus offeruntur. Ita Josephus Barbarus in Itinerario ad Tanaim, pag. 445.

NOVENARIUS, Novem Psalmi, qui cantantur in Matutinis, apud Udalricum lib. 1. Consuetud. Cluniac. cap. 12.

NOVENARIUS, qui nonam fructuum domino persolvit, nisi fallor. Fori Oscæ ann. 1247. fol. 31. *Emptio hæreditatis Judæi & Saraceni novenarii, aut tributarii domini Regis omnibus cujuscunque conditionis sint, maneat interdicta.*

NOVENDIUM, Luctus novem dierum, qui ut ait Donatus, parentalia concludit, quique apud Latinos *Novendial* appellabatur, ut testatur Augustin. qui in exequiis Christianorum nonum hunc diem celebrari improbat. Gloss. Gr. Lat. *Nevendialia*, Ἔννατα ἐπὶ νεκρῷ ἀγόμενα. Alcuinus l. de Divin. offic. sub finem: *Quod autem apud aliquos nonus dies celebratur, & vocatur Novendialis, Augustinus in libro Quæstionum redarguit, maximè, cùm nullus Sanctorum hoc fecisse probetur, cùm sit consuetudo Gentilium.*

NOVENNARIUS. *Novennaria.* Vitalis Episc. Oscensis apud Blancam in Comm. Rerum Aragon. p. 728. *Quinetiam Dn. Rex secundùm meliorationem & deteriorationem loci auget vel minuit quantitatem. Ubi autem sunt Novennarii, precaria non exigitur, sed ipsammet novennariam percipit Ricus homo.*

NOVERCA. Hygenus de Castrametatione: *Iniqua loca, quæ à prioribus Novercæ appellantur, omni modo vitari debent.* Occurrit apud Agrimensores: metaphorâ ductâ à novercis, *quod genus mulierum solet esse pessimum*, ut est apud Anonymum de Mirac. in Circumlatione S. Ursmari per Flandriam, num. 4.

NOVIGALE. Thwroczius in Ludovico Rege Hungar. cap. 27. *Item tertia vice circa fluvium Brentham novigale contra Theutonicos & stipendiarios Venetorum transpassato flumine super equos cum magno periculo propter fluminis profunditatem, &c.*

NOVIGILDUM, *Niungeldum*, Mulcta pro re qualibet ablata furto aut alio quovis modo, quâ reus novies ejusdem rei pretium reddere tenetur. Vide *Geldum.* Lex Burgund. tit. 8. §. 2. *Si autem permissus juraverit, & post sacramentum potuerit fortè convinci, in novigildo se noverit redditurum.* Adde tit. 9. tit. 19. §. 11. tit. 45. tit. 76. §. 2. Lex Alem. tit. 7. §. 1. *Si quis res Ecclesiæ furaverit, tres novigildos solvat.* Tit. 72. §. 1. *Ille fur furtivum reddat novemgeldis.* Tit. 76. *Novemgeldo solvatur.* Tit. 99. §. 6. 11. 15. &c. *Novem geldos componat.* Lex Bajwar. tit. 1. cap. 3. §. 1. *Si quis res Ecclesiæ furaverit, — de qualicunque re niungeldos solvat, id est, novem capita restituat.* Tit. 2. cap. 13. §. 1. *Triunum geldum componat, hoc est, ter novem donet homo, servus verò niungeldo solvat.* Tit. 8. cap. 1. *Niungeldo componat, hoc est, novem capitalia restituat.* In Lege Frision. tit. 20. *Novies componere, Novem Weregildos componere. Novengeldus*, in Capitulari 3. ann. 813. cap. 23. Vide *Niungeldum.*

NOVITIA, Novitas Gallis *Nouveaute.* Edidit V. Cl. Stephanus Baluzius tom. 2. Capitul. Capitula Monachorum Sangallensium an. 817. hoc titulo: *Capitula Novitiorum de his, in quibus præceptum Regulæ & Constitutiones novellorum Conciliorum acutius nos considerare & promptius exercere jussio imperialis ammonet.*

NOVITIUM. Vita S. Aicadri Abb. Gemetic. c. 25. *Quadam die, quæ nominatur Sabbatum, quo solent Monachi exercere novitia, sanctus Dei famulus præcepit cuidam Monacho; procuratori suo, ut capillos sancti sui capitis cum forcipe adæquaret.* Id est, fortè, cùm & comam & barbam *renovare* solent Monachi, singulis scilicet sabbatis: nam & *novare barbam* dixerunt Latini. Arnobius: *Quid novatio & revelatio pudendorum?* Hinc *novacula*, quâ pili raduntur & novantur. Capitulare Aquisgranense ann. 817. c. 6. *Ut in Quadragesima, nisi in sabbato sancto, non radantur, &c.*

NOVITII, Qui in Monasterio religiosæ vitæ experimenta subeunt, & probationis elapso tempore, si idonei fuerint inventi, ad professionem admittuntur. Conventus Aquisgranensis ann. 817. c. 34. *Ut Novitio non facilis in Monasterium tribuatur ingressus.* Guigo I. Prior Portarum Epist. 3. *Incipientes, quos Novitios vocant, &c. Novitii ad religionis conversationem conversi*, apud Orderic. Vitalem l. 3. p. 477. Novitiorum porro diversitatem observare est ex Udalrico lib. 2. Consuet. Clun. c. 1. *Aliqua diversitas est eorundem Novitiorum: nam non solum absque habitu veniunt, ut Laici & Clerici, sed etiam cum habitu, & Monachi jam facti: & tales trifariam sunt differentes. Quidam sunt de longinquis & alienis Monasteriis, & ad hoc veniunt, ut rursum profiteantur, & de cætero maneant nobiscum. Quidam de cellis nostris, & vel pro infirmitate, vel loci longinquitate benedictionem jam à D. Abbate acceperunt, professione interim dilata, & ad nostrum locum usque reservata. Quidam sunt de tali Monasterio nostro, quòd absque D. Abbate proprium habent Abbatem, ubi & sic benedictionem accipiant, & professionem faciant, tamen habentur à nobis per omnia in vita & post vitam, ac si apud nos fuissent: & isti cùm primùm venerint, fiducialiter & absque mora intrant, & secundùm tempus, quo in præfato Monasterio sunt recepti, hic etiam ordine suo non carebunt. Reliqui omnes non permittuntur intrare, nisi priùs juxta verbum S. Benedicti vel unam noctem in hospitio morentur; priùsquoque, quàm intraverint, instruendi sunt, quemadmodum faciant petitionem suam, &c.* In eodem porrò Conventu Aquisgranensi, ut Novitius *nec tondeatur, nec vestimenta pristina immutet, priusquam obedientiam promittat*, præcipitur. Vide Formulam 32. ex Baluzianis; Haeftenum l. 4. Disq. monast. disq. 1. & virum doctissimum Lucam Acherium ad Vitam S. Lanfranci p. 19.

Novitius fieri apud Monachos præterea dicebatur, qui in pœnam in Novitiorum ordinem redigebatur. Statuta

NULLIFICARE, Contemnere. Versus Euceriæ lib. 4. veterum Epigrammatum:

Nunc simul optemus dispectis piscibus ergo.
Delicias magni nullificare freti.

Libellus Precum Marcellini & Faustini: *Et si non est dubitandum paucos Episcopos esse pretiosos de merito Confessionis, & inviolabilis fidei, multos verò nullificari hæreseos vel prævaricationis, &c.* Utitur etiam Commodianus Instruct. 80.

NUMANTIA. Charta Raymundi Comitis Tolosani ann. 1181. apud Catellum libro 2. Historiæ Comitum Tolosæ, pagina 215. *Marcellarii & carnifices urbis Tolosæ & suburbii non lucrentur in ulla carne, quam vendant in duodecim numantiis, nisi denarium unum, nec supra, nec infra, &c.* Occurrunt eadem verba rursum infrà. Vide *Nummata*.

NUMBLE. Charta ann. 1239. ex Tabulario Ecclesiæ Bituricensis apud Thomasserium in Consuetudine Bituric. libro 1. cap. 60. *Videlicet in quolibet porco à carnifice occiso die Sabbati ad vendendum* les numbles, *& de quolibet bove, vel vacca, quoque die ad vendendum occidatur, pectus,-- solvere tenebuntur.*

NUMERATORES, aliàs Campipartores, qui à dominis feudalibus statuuntur ad numerandos in agris mergites, seu *garbas*, pro *decimis*, vel *campiparte*. Charta ann. 1179. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis num. 101. *Additum est etiam, quòd tempore messionis homines nostre à domino de Bellovillari sibi postulare debeant assignari, quorum unus apud Lu & Matrisvillam, alius apud Bellovillare fungatur officio numerandi, quos vel eorum aliquem, si nostris hominibus usque ad quartam diem distulerit, assignare licebit, hominibus nostris Numeratore carentibus in quarta die & deinceps adhibito duorum testimonio, & eorum testium juramentis domino de Bellovillari solvere campipartem. Qui verò ad Numerationis officium vocabuntur, accitis hominibus nostris, in præsentia domini de Bellovillari, tactis sacrosanctis jurare videbuntur, quòd nec spe lucri, nec amoris, aut odii causâ suæ differrent Numerationis officium adimplere, &c.* Alia ann. 1217. ibid. num. 228. *Ita ordinamus & decimus, quòd Abbas & Canonici Valleienses nullam habent auctoritatem & potestatem ponendi Numeratorem, vel Campartitorem in terra Capituli, &c.* Vide *Campipartitor*.

Numeragium, Jus ipsum constituendi *Numeratores*. Charta Odonis Episcopi Parisiensis ann. 1179. in Magno Pastorali Eccles. Paris. libro 8. Ch. 24. *Quitavit Capitulo B. M. Paris. ventas, numeragium, justitiam & omnem jurisdictionem, &c.* Occurrit rursum in Charta seq. Adelæ Reginæ Franc. anno 1197. & Chart. 25. 26.

NUMERARIUS, *Arithmeticus*, ut est in Gloss. Lat. MS. Regio. Gloss. Gr. Lat. Ἀριθμητὴς, *Numerarius*. Alibi: Ψηφιστὴς, *Computator*, *Numerarius*, *Ratiocinator*. Augustinus in Psalm. 146. *Excedit omnes Numerarios, intelligentia ejus numerari à vobis non potest.* Ita usurpat etiam lib. 2. de Libero arbitrio cap. 11.

Numerarii, qui in Notitia Imperii, p. 13. 53. 119. inter Officiales Judicum, seu Magistratuum recensentur, erant ii, *qui publicum nummum ærario inferebant, hoc est, qui pecuniam Regiam ex tributis, & portoriis, & vectigalibus partam in æraria inferebant*, ut est in Glossis MSS. ad Cod. Theodos. & apud Isidorum lib. 9. Orig. cap. 4. Ita ex Novella Valentiniani de Officio & Numerariis P. P. Sidonio lib. 1. Epist. 11. lib. 2. Epist. 1. Senatore lib. 12. Epist. 13. 23. & aliis; *tributariæ functioni* operam dedisse; & Præfectorum Prætorio, vel Rectorum Provinciarum Officiales fuisse observare est, ut & ψηφιστὰς & διαψηφιστὰς appellatos à Basilio Epist. 250. Eunapio, Suida, &c. Numerariorum præterea mentio est hac notione in Cod. Theodos. tit. de Numerariis, actuar. &c. lib. 8. ubi multa Jacobus Gotofredus in Paratitlo, & ad legem 4. eod. tit. in Nov. Theodos. de Postulando, apud Evodium de Miraculis S. Stephani cap. 3. Gregorium M. lib. 10. Epist. 18. in Concilio Toletano XII. & XVI. in Concilio Cæsaraugust. II. in Legibus Wisigoth. libro 2. tit. 26. libro 12. tit. 1. §. 2. &c.

NUMERI, Cohortes: vox Ulpiano, Vopisco, Ammiano, & aliis nota. Optatus lib. 3. *Reversi sunt vexati milites ad numeros suos. Numeri militares*, apud Will. Tyrium libro 2. c. 20. Ita νούμερον usurpant Græci recentiores. Martyrium S. Niconis: Στρατευόμενος ἐν νουμέρῳ τινὶ καὶ διαπρέπων ἐν αὐτῷ. Palladius in Vita Chrysostomi pag. 32. Ἦλθέ τις ἀφηγούμενος ἑνὸς ἀριθμοῦ. & pag. 84. Adde Chronicon Alexandrin. pag. 690. Metaphrastem in Martyrio sancti Georgii num. 2. Constantinum de Adm. Imper. pag. 192. & alios à Meursio & Fabroto ad Cedrenum laudatos. Ita etiam ἀριθμὸν hac ipsa notione dixerunt Sozomenus libro 2. cap. 7. Nicephorus Call. lib. 6. cap. 9. Anthologium Arcadii 7. Maji, Novella Justiniani 85. cap. 1. Leo in Tactic. cap. 6. §. 28. Zonaras, & alii. Vide, quæ annotamus ad Alexiadem p. 423.

Numerorum liber, dictus, quia in eo egressæ de Ægypto Tribus dinumerantur, & quatuor per eremum mansionum in eo descriptio continetur. Isidorus lib. 6. cap. 2.

NUMERUS *aureus*, Compotistis, dicitur Cyclus Lunaris, seu decemnovennalis, in eum finem institutus, ut quatenus per totam seriem Calendarii deducitur, demonstret omnia novilunia, ac illud speciatim, à quo supputata Luna 14. indigitat Pascha. Quippe anno 1. Cycli, v. g. ubicunque in Calendario, ac per menses singulos inscriptum vides aureum numerum 1. ipsa indicat novilunium eo die contingere, vel contigisse; ac pari modo anno 2. ubicunque vides aureum numerum 2. anno 3. atque ita porro, quousque annis Cycli expletis, tum ad unitatem redeatur, tum novilunia iisdem diebus, eodemque ordine recurant. Aureum autem numerum appellari ajunt, seu quòd olim aureis literis inscriberetur, seu propter inventionis & usus ejus excellentiam. Vide Durandum libro 8. Ration. cap. 11. & alios Compotistas: addam tantùm versus sat antiquos de Usu Numeri Aurei ex Codice MS. Victorino:

Aureus hac arte numerus monstratur apertè
Principium jam qui totius est caput anni,
Ternarium retinet, ne posterus ordo vacillet.
Majori numero debetur tertius ordo.
Si minor assequitur numerus, tunc continuatur.
Excipe sex menses, Julium prius, atque sequentes,
His quamvis crescat undenis summa propinquat.
Octavus numerus sequitur, nec continuatur,
Tres Februi quarto Nonarum continuato.
Quarto apponas sub Aprilis pridie Nonas,
Tot Junius lateat, ubi Nonas quatuor aptat.
Augusti capite tres debes continuare;
Quatuor Octobris lateratum pone Kalendis.
In quarto Nonis duodeni denique mensis,
Linea tredecimum tenet una, simulque secundum.

Porro numeri aurei repertores fuisse Ægyptios scribit Josephus Scaliger in Canonib. Isagogic. p. 180. 2. edit.

NUMMULARII, Ἀργυραμοιβοὶ, καλλυβισταὶ, *Campsores*; qui nummulos & minutos nummos pro majori-

majoribus dabant iis, qui necesse habebant majores minoribus ad usum quotidianum permutare. Gloss. Gr. Lat. Καλλικολόγος, *Nummularius, asculator.* Gloss. Lat. MS. Regium: *Nummularius, Collectarius, Mensarius.* Vide l. 19. D. d. Edendo.

Nummularius, Monetarius. Tabularium Ecclesiæ Gratiano politanæ fol. 78. *Brevis, vel computatio de consuetudine, quam Episcopi Gratianopolitanæ urbis---- habuerunt---- in Ecclesia sancti Donati Confessoris---- Est & insuper alia consuetudo in prædicta Ecclesia, vel in supradicto loco, ut in suo cymiterio nobiles & potentes, divites & pauperes sine ulla contradictione sepelians, & Nummularios, hoc est, Monetarios habeant.*

NUMMUS, Denarius, minutior moneta, in Codice Theod. non semel. Fulbertus Carnot. Epist. 9. *Uunum caballum à famulo nostro Deodato debuit comparare 32. solidis, pro arrabone datis 12. nummis.* Epistolâ 15. *Dabit vobis pro hoc negotio mille libras denar. & centum palleas, & dominæ Reginæ quingentas libras nummorum.* Ubi *denarii* & *nummi*, idem sunt. Matth. Westmonast. anno 1095. *Cùm verò essent plus quam 300. armatorum millia* (in Terra sancta,) *tanta eis suppetebat copia, ut aries uno nummo, bos vix 12. nummis venderentur.* Vetus Charta Anglica: *Dedi---- 12. nummos redditus in Westfrel---- quicunque hanc tenuram tenet post obitum illius super altare in die festi sanctæ Mariæ Magdalenæ annuatim reddat 12. denarios.* Ita etiam usurpat historia Rotonensis Monasterii lib. 1. cap. 7. Vide Dissertationem nostram de Nummis Imp. Constantinop.

Nummata, Pretium rei per nummos, ut *Deniarata*, per denarios; *Librata*, per libras, &c. Regestum Philippi Augusti Herouvallianum fol. 69. *Quisque piscator habet singulis annis unum furcum arboris, & exinde reddet in Rogationibus sex nummatas piscium.* *Nummata panis*, apud Vincentium Belvac. lib. 26. cap. 39. Tabul. Brivatense an. 306. *De cera nummatas 4. super altare ipsius S. Juliani deportemus.* Monast. Anglic. tom. 2. pag. 21. *Sciatis me dedisse & concessisse Ecclesiæ sanctæ Mariæ—in perpetuam eleemosynam 40. nummatas terræ in Walsingham, &c.*

Nummata, Nummus ipse, vel valor nummi ac pretium. Consuetudines Prioratus de Capella in Diœcesi Bituricensi ex ejusdem Tabulario: *Si quis bovem, vel porcum ad vendendum occiderit, de porco nummatam, de bove verò duas dabit.* Liber Chirographorum Absiæ: Ut ille pistor Abbati & Monachis Absiæ consuetam vendam de pane suo, duas scilicet nummatas de una quoque coctione in perpetuum reddat.

Nummata, Merces ipsæ, ut *Deniarata*, seu *Denrées*: nam *nummi* & *denarii*, idem sunt. Libertates villæ sancti Paladii in Biturigib. *Quilibet Mercerius, qui nummatas suas vendet in dicta villa, solvet unum denarium Turonensem qualibet septimana, qua ipse vendet.* *Nummata vini*, ibidem.

Nummata, neutrius generis in plurali. Charta Ludovici Regis Franc. anno 1315. pro Normannis: *Item quòd illis qui nostro nomine nummata quæcunque pro nostris nomine nummata quæcunque pro nostris munitionibus, aut necessariis ubilibet capere voluerint, non parcatur impunè, nisi literas apertas deferant & ostendant super hoc confectas, &c. ---- & etiam dum sic hujusmodi literas nostras, vel dicti Magistri nostri detulerint, loci justiti[illegible] vocare teneantur, & per fidedignos nummata facere appretiari pretio legitimo secundùm temporis & loci qualitatem, & pretium sic taxatum solvere, antequam nummata permittantur deferre.*

NUNBLICUS, umbilicus, Gall. *Numbril.* Regestum Castri Lidi fol. 32. *De bove mortuo, pectus: de porco mortuo vendito, nunblicum, ut habeat de corio sublevando cum pellice de uno bacone vendito in foro, 1. den. vel jocia.* Occurrit alibi in eodem Regesto.

NUNDINÆ, vox apud Eugippium in Vita S. Severini cap. 9. pro vico sumitur, ut observat Velserus; quòd scilicet Germanis *Marcht* appellentur tum nundinæ, tum vici ejusmodi, Emporium Græcorum: *Cuidam cum conjuge liberisque redempto, præcepit transvadere Danubium, ut hominem ignotum in nundinis quæreret barbarorum.* Glossæ antiquæ MSS.

Nundinæ, locus mercati. Nundinæ, commercia, stationes.

NUNDINÆ, Matth. Paris. ann. 1200. de Abbate Flaiensi: *Nundinas verò & mercata Dominicæ diei adeo interdixit, quod omnia ferè, quæ diebus dominicis per Angliam fieri consueverant, constituerentur in una hebdomade sequentium feriarum, sicque dominicis diebus fidelis populus divinis solummodo vacans obsequiis, omne opus servile penitus abdicavit. Verumtamen tempore procedente, plerique ut canes ad vomitum sunt reversi.*

Nundinæ, Epulæ, apud Ulpianum in leg. 69. D. Pro socio, ubi Dionys. Gotofred.

Nundinas erigere, nostris *Eriger une Foire.* Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 606. *Et nundinas etiam ad Parcum in nativitate S. Mariæ ipsis erigere permisit.*

Nundinæ calidæ, quæ in ætate habentur. Charta an. 1322. in Histor. S. Barbaræ Lugdun. p. 202. *Et dictum panum* (de bruneta) *teneatur emere vel emi facere in nundinis cabilonensibus calidis.*

Nundinæ bannales. Charta Herimanni Episcopi Metensis apud Meurissium pag. 379. *Et quoniam has nundinas bannales esse censemus, sollicitè idem Advocatus per se seu per civitatis Castaldos provideat, ne quid tempori prænominato detrahatur, &c.*

Præ cæteris verò nundinis celeberrimæ olim in Francia fuere *Campanienses*, vulgò *les Foires de Champagne*, quarum mentio est in Chronico S. Mariani Autisiodorensis pag. 92. & in Vita S. Bernardi Pœnitentis num. 13. Quæ verò illæ fuerint, accipe ex MS. Cod.

Les Foires de Champagne sont premierement, la Foire de May de Provins, la Foire de S. Jean de Troyes, la Foire de S. Ayoul ou S. Ernoul de Provins, la Foire de S. Remy, alias la Foire froide de Trezet de Troies, la Foire de Lagny sur Marne, la Foire de Bar-sur-Aube.

Regestum Cameræ Computor. Paris. signatum *Noster* f. 176. *Avant que marcheans repairens ès foires de Champagne eussent onques parler du denier de la livre, ne du quart denier de courretaige, ne maletouste, les foires de Champagne valoient bien les sommes qui s'ensuivent:*

Premierement, la foire de Bar-sur-Aube valoit bien de 1600. à 1800. liv. ou plus, qui ne vaut orendroit qu'environ 700. livres.

La

La foire de May de Provins ensuivant valoit bien de 800. a 900. livres, qui ne vaut a present que 250. livres.

La foire de S. Jean de Troyes ensuivant apres valoit de 800. a 900. liv. qui ne vaut que 300. livres.

La foire de S. Ayoul de Provins aprés ensuivant valoit de 1000. a 1111. livres, qui ne vaut à present que 400. livres.

La foire S. Remy de Troyes (au dessus est escrit, & la Foire froide de Trezet) valoit 160. livres, qui ne vaut que 60. livres.

La maison de la Pierre de Troies où l'en bat les Toiles, valoit environ 240. livres, qui ne vaut à present que 120. livres.

Le peage des vins de Troies valoit environ 3200. liv. qui ne vaut à present que 2400. liv. ou 25. liv.

Les mesons le Roy où li Alement souloient vendre leurs toiles a Troies, valoit environ 80. ou 100. livres, qui ne vaut pas 10. livres.

Item tuit peages de Champhagne sont amenuisez grandement pour les marchandises qui ne sont pas venues és foires en la maniere qu'elles souloient venir.

Et pour le defaut des marcheans qui ne viennent pas en Champaigne ainsi comme il souloient, les mesons & li heritages du Roy, & les autres mesons des bonnes gens, gens, où le Roy prenoit la moitie des loyers en la foir. de Bar, & le tiers des loyers en foire és villes de Troies, & de Provins sont eschu & dechient chascun jour.

Les choses dessus dites ont esté tesmoignées par les sermens de ceux qui ensuivent, &c. qui les marchiez dessusdiz ont tenus a ferme ou temps passé, & par plusieurs autres marcheans frequentans les foires.

Les foires de Champagne & les sommes du denier de la livre. Premierement

La foire de May de Provins l'an 1296, 1925. livr. 12. sols 1. den. Tournois.

La foire saint Jean de Troies 1375. livres 18. sols 1. denier.

La foire saint Ayoul ou saint Ernoul de Provins, 1554. livres.

La foire froide de Trezet, ou saint Remy de Troyes, 1386. livres 8. sols 4. deniers.

La foire de Laigny sur Marne 1813. livres 7. sols 8. deniers.

La foire de Bar-sur-Aube 1140. livres 13. sols 5. den.

Ex eodem Regesto fol. 182. Ce sont les cas & les mescus qui aviennent de jour en jour és foires de Champagne, par quoi elles sont perdues & desolées, & le menu commun essiliz, & le Roy y pert son droit & ses eschoites par mauves gouvernement.

Premierement, lesdites foires furent fondées sous bonne foy & par les marcheans, & pour ce fu donné le conduit à tous marcheans & a leur denrées de quelque terre que il soient, venant & alant ésdites foires, lequel conduit souloit faire mult tres-grand profit, & orendroit fait grans domaiges pour les mauves marchies, faus contrais, & grans usures qui y abusque l'en y fait, par les sont demenées sus l'ombre des privileges & du conduit desdites foires.

Item par la coustume des foires nul ne doit joir des privileges, ne du conduit des foires qui n'est loiaus marcheant, ou se il ne tient table de change resident par toutes les foires. Car quiconques s'appelle Changeur de foires, & il ne l'est pas, il use des privileges & des mandemens des foires en nom de Changeur, si comme sont plusieurs usuriers Lombars & autres qui demeurent à Paris & ailleurs par le Royaume, qui prestent leurs deniers a usure, & puis font tant que leur debteur se vont obliger à eus en Champaigne, & s'obligent comme à Changeurs des foires, & cil qui s'appellent Changeurs ne sont demourans ne frequentans les foires par le privilege & la coustume des foires. Quant tels faus Changeurs sont attaints, li lors & li avoir doit estre en la volenté du Seigneur. Et parce que l'en les laisse joir des privileges du conduit & des mandemens des foires, n'a-t-il més nulle vraie table de change. Es foires a l'en a bien veu 500. residens, & avoir à chascun table grant compaignie, & il n'y a que orendroit que 3. qui ne sont pas encore vraies, &c.

Item nul faus marcheans ne doit joir du conduit ne des privileges des foires. Car le conduit des foires est de tele nature, si-tost que li marcheans partent de leurs hostiex à toutes leurs denrées, soit avoir de pois ou autre chose, il ne doivent leur denrées desploier, vendre, ne aliener, jusques à tant que il viennent dedans le cors de la Foire, puisque il soient marcheans des foires, & que il se veulent aidier du conduit. Car envenant és foires, parmi quelque terre que il passent, se il sont robez au chemin, il convient que le Seigneur de la terre où la roberie est faite, soit contrains par les mandemens de foires à rendre le domaige, ou li hoste, se il sont desrobé en hostel, & se l'hoste n'est solvable, il sont desrobé en ville de Loy, toujours a l'en recours au haut Justicier de ladite ville, & par tele maniere de conduit brisié s'engendrent les deffenses. Et quant l'en treuve que les marcheans qui se veulent aidier du conconduit de Foire, meinent & font descendre leurs denrees ailleurs que és Foires, les denrées sont aquises au Roy, & li marcheans doit demourer en la volenté du Seigneur, &c.

Le Roy Charles le Bel par son Ordonnance donnée à Paris au mois de May 1327. remit les foires de Champagne en leur ancien état, & voulut que les constumes mises & establies de nouvel fussent du tout abatues; c'est assavoir le quart du courretaige, six deniers pour mandement, & trois deniers pour livre, lesquels six deniers pour mandement, à trois deniers pour livre aloient au seel. Ib. fol. 189. verso. Vide Custos nundinarum.

Nundinæ, Decursiones militares, hastiludia quæ Torneamenta vulgò vocant. Decreta Eugenii II. PP. c. 7. Temerariam multorum audaciam, qui ad detestabiles nundinas ex condicto venire solent ad ostentationem virium suarum, omnino & sub anathemate fieri prohibemus. Quòd siquis ibidem mortuus fuerit, pœnitentia & viaticum ei non negetur, Ecclesiastica tamen careat sepultura. Ex quo loco patet octavo ineunte sæculo, atque adeo Ludov. Pio imperante, obtinuisse ejusmodi hastiludia; quod etiam ex Nithardo firmavimus, in Dissert. 6. ad Joinvillam, proinde Torneamentorum non adeo nuperum fuisse inventum ac usum: denique ex hoc Eugenii Decreto nundinarum appellatione donatas deinceps fuisse ejusmodi militares & equestres decursiones, ut & in Concilio Remensi ann. 1131. can. 12. & 1148. can. 12. Lateranensi II. ann. 1139. can. 14. Lateranensi III. ann. 1179. can. 20. apud Lambertum Ardensem pag. 13. 29. Theodericum Abbatem in Vita S. Bernardi lib. 1. cap. 11. Cæsarium lib. 7. c. 39. lib. 12. c. 17. Anonymum in Vita sancti Roberti Abbatis Molismensis num. 4. &c.

Sed & prælia & bella civilia ita appellat S. Bernardus Clarevallens. Abbas in Epist. ad Sugerium Abbatem S. Dionysii, tom. 4. Hist. Franc. pag. 516. Homines namque illi, qui reversi sunt, maledictas illas nundinas post festa Paschalia præfixerunt, & statuerunt laxatis habenis Dominus Henricus filius Comitis, & Domi-

Dominus Robertus frater Regis, ut irruant & interficiant semetipsos.

Nundinarii, Mercatores, in Glossis antiquis MSS.

NUNTIARE, Citare, in jus vocare. Vita S. Præjecti cap. 3. *Obtinuitque cum Principe ut Missos ex latere dirigeret, qui eum prefide jussores nuntiarent, & in aula Regis facerent præsentari.*

NUNTIATICA. Diurnus Roman. cap. 6. tit. 19. *Cujus* exactionem per nostrum dispositum fecisse dignosceris, præsenti III. indictione de nuntiatica vel de aliis accidentibus causis &c.

NUNTIATIO *novi operis per jactum lapilli.* Charta Occitanica ann 1407. de Carmelitis qui Monasterium in loco de Mortesquivo Rivensis Diœcesis ædificare cœperant: *Propter quod denuntiabat prædictis Carmelitis novum opus, & insignum hujuscemodi denuntiationis & prohibitionis, prædictus D. Rector seu Vicarius ibidem & in continenti per jactum unius lapilli dixit, & verbo proposuit, dirigendo verba sua Carmelitis prædictis in dicto novo opere existentibus: De nuntio vobis opus novum. Item per jactum secundi lapilli dixit: Ego denuntio vobis opus novum. Item similiter & tertio loco per jactum tertii lapilli dixit: Ego denuntio vobis opus novum, & inhibeo vos antedictos Carmelitas, & quemlibet vestrûm---quantùm de jure possum, & debeo, & mihi est permissum, ne ulteriùs in dicto hospitto construatis sive ædificetis, & ne etiam ulterius procedatis, &c.* Atque hæ quidem nuntianiones novi operis, ut & restitutiones in integrum *per signa* fieri dicebantur, Manuale Placitatorum in Parlamento. 28. Mart. 1374. *Il sera dit, que les parties sont à recevoir.* Item *que la nouveanté sera ostée reaument & de fait; restablissement sera fait par signe, & n' y eschet autre restablissement.* Et 2. Septembr. 1377. *Il sera dit qu'ils me seront à S. Merry Jean Briaelle, qu'ils menerent de S. Merry en Chastellet se ils le peuvent avoir, si non par signe d' une verge reintegreront l' immunité de l' Eglisse, &c.* Occurrit in hoc regesto non semel. Vide *Denuntiatio.*

NUNNA. Vide *Nonna.*

NUNTIUS *Curiæ.* Charta Guillelmi Comitis Forcalcarii ann. 1206. pro Manoscensibus. *Item quod Bajuli & Judices & Notarii Curiæ, & Nuntii sint annales. Et qui semel Bajulus, aut Judex, aut Notarius, aut Nuntius Curiæ fuerit, &c* Vide *Messageria.*

Nuntius Regis, idem qui *Missus Dominicus*, in Decretis S. Ladislai Regis Hungariæ lib. 3. cap. 1. 2.

Nuntius Cameræ. Vide *Camerarius.*

NUPTIÆ *publicæ*, vel *publicè factæ*, in Concilio Vernensi ann. 755. can. 15. 32.

Nuptiæ, Obventiones Curionum pro nuptiis. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu Ch. 215. *Et medietatem de sepultura, excepto de Militibus, & de primitiis similiter medietatem, & de nuptiis medietatem, &c.*

NUPTIARE, nubere. S. Maximus Taurinensis Homil. in Epiphan. *Nam cum defecisset nuptiantibus vinum, &c.*

NUPTIATICUM, Tributum fortè, aut vectigal, quod pro nuptiarum facultate solvebatur domino. In Capitulari Sicardi Principis Beneventani an. 836. caput 27. est *de sigillatico & nuptiatico.*

NUPTIATOR, Qui nuptias ambit, amat. S. Hieronymus lib. 1. adversus Jovinianum cap. 23. *Dicam & ego nuptiatoribus meis, qui post castitatem & diuturnam continentiam subant ad coitum, & pecudum more lasciviunt.* Apud eundem Epist. 11. *Secundus nuptiator* dicitur, qui alteras init nuptias.

NUPTORIUM & *Nuptiatorium, Domus vel locus ubi fiunt nuptiæ, vel ubi nubunt.* Gloss. Isid. & Ugutio.

NUROK. Vide Waddingum in Regesto tom. 1. pag. 19.

Nus, pro *Nos* in veteribus Chartis Gallicis 9. 10. 15. 24. 26. 27. &c. apud Mabillon. post libros de Re diplomat. & apud Baluzium in vet. formulis non semel: unde nostri forte suum. *Nous* servarunt, semel ac iterum in Placitis aliquot Chlodovei III. tom. 4. Act. SS. Ord. Bened. p. 617. 618. & apud Doubletum, ubi frustra viri docti emendant in *Nos.*

NUSCA. Gloss. Theodisc. *Fibula, nusca.* Item: *Lunula, nucula*, f. *nuscula.* Leges Angliorum & Verinor. tit. 6. §. 6 *Mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittit: filiæ verò spolia colli, id est, murenas, nuscas, molinia, inaures, vestes, armillas, &c.* Charta an. 1320. *Et tres nuscæ auri cum gemmis pretiosis, &c.* Charta Goffridi Comiti Andegavensis in Tabulario Vindocinensi: *Pro qua (Ecclesia) dedit ipsi Lancelino nummorum solidos mille, & suæ uxori duas nuscas aureas in pretio 10. librarum, &c.* Chartam integram descripsit Gallandus lib. de Franco alodio pag. 283. Quibus forte locis ut *musca* legendum pro *nusca* ferè putem, facit Hugo Plagon vetus Interpres Will. Tyrii lib. 18. cap. 31. qui hæc verba, *murenulæ, in aures, periscelidæ*, vertit *Mousches fermaus.* In Glossario enim laudato *fibula* idem est quod *nusca.* Vide *Musca.*

NUTA, *Gustus oris*, Papiæ.

NUTRICARE, Nutrire. Capit. Caroli Magni lib. 1. c. 132. *Unusquisque suo beneficio suam familiam nutricare faciat, & de sua proprietate propriam familiam nutriat.*

NUTRICARII. Matricularii, quibus enutriendi ac educandi infantes projectos cura incumbebat: *Norrissiers.* Vita S. Goaris cap. 10. *Hacque consuetudo erat, ut quando aliquis homo de ipsis infantibus projectis misericordiâ motus vellet curam habere, ab illis, quos Nutricarios vocant, matriculariis S. Petri compararet, & illi Episcopo ipsum infantem præsentare deberent, & postea Episcopi auctoritas eundem hominem de illo Nutricario confirmabat.* Id clariùs explicatur à Wandelberto in Vita ejusdem Sancti cap. 20.

NUTRICIA, pro *Nutrix*, ex Gallico *Nourrice*: Archithrenius lib. 1. cap. 2.

Languida segnities veneris nutricia, tractat
Otia, &c.

NUTRIMEN, *Nutrimentum, Nutritura*, Nutricatus animalium, ex quo decimæ penduntur Ecclesiis.

Nutrimen. Regula Canonicorum cap. 122. ex Synodo Aquisgranensi: *Loca eis congrua attribuant, in quibus nutrimina fiant, unde necessaria pulmenta habeant.* Capit. Caroli Magni lib. 2. cap. 21. *De omni conlaborato, & de vino, & fœno fideliter & pleniter ab omnibus Nona & Decima persolvatur. De nutrimine vero pro decima sicut hactenus consuetudo fuit, ab omnibus observatur.* Lib. 4. cap. 40. lib. 5. cap. 146. *Ut de frugibus terræ & animalium nutrimine Nonnæ & Decimæ persolvantur.* Adde Edictum Rotharis Regis Longobard. tit. 92. §. 4. &c.

Nutri-

Nutrimentum. Gr. lib. 1. Dial. c. 9. *Placet tibi, Domine, ut de bonis matris meæ manducare non possim, ecce eas, quas nutrit, vulpes comedit.* Epistola Epp. Galliæ ad Ludov. II. Reg. c. 14. *Laborent-olant terras, --- faciant nutrimenta congrua & ria.* Vulfinus Pictaviensis Episc. in Vita S. Ju Abbatis c. 15. *Pullorum nutrimenta plurima coït, quorum cerealibus infirmorum inopiam fust.* Charta Guillelmi Forcalcariensis Comitis an. *Concedo eidem conventui in perpetuum pascua animalibus & nutrimentis suis, ut libere & absque exactione seu consuetudine ipsa animalia seimenta in toto meo Comitatu pascantur & nur.* Vide Buzelin. in Gallo-Fland. p. 384. 8

Nutritura, in Chartoli Magni apud Adamum Bremensem cap. 9

NUTRITIUS. Gloss. Græc. *Nutritius*, τροφεύς. Vetus Inscriptio *mia Tertulla Nutricio suo & matri bene merosterisque suis & sibi.* Occurrit apud Paulum Wridum lib. 5. de Gest. Longob. cap. 7. & Adamremensem cap. 54.

Nutritor, eadem notVide *Bajulus.*

Nutritiæ, in Regula lium Fontevraldensium c. 17. eædem sunt qu*ritii* in Monasteriis virorum, c. 17. *Ut Abbat Priorissa non ducat secum in equitando quamli nutritius, vel juvenibus claustralibus.*

Nutritium, pro nutricercede, in l. 1. D. de Var. & extraord. crimin. w, Græcis.

NUTRITI, Familiares è familia alicujus sunt, qui in domo domini ur. Gregorius Turonens. lib. 9. cap. 36. *Con, Domesticis, Majoribus, atque Nutritiis, cibus qui ad exercendum servitium Regale erandarii, delegatis, &c.* Legendum *nutritis.*

Nutriti, in Monasteriis, aut pueri, qui Monasterio oblati sunt, de quibus Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Bene c. 21. *Juvenes tam nutriti, quàm de sæculo ven, qui magistris custodiendi commendantur, in s, sicut infantes, de quibus superius dictum est, liantur. Remoti, ut suprà, à se invicem sedeant: locum custodiæ suæ sine custode nusquam procedan.* Chron. Monast. de Fontanis c. 2. *Qui in diebuum parvulus susceptus in Cœnobio isto, & nutrib eis per 14. annos, &c.* Sugerius lib. de Adm. sub *bertus hujus Ecclesiæ pcofessus, & ab infantia nu.* Ditmarus lib. 2. *Monachus conversatione nutr* Ejusmodi autem *Monachi nutriti* longè potioabebantur conditionis, quàm *Conversi*, ob perin vitæ innocentiam; adeo ut præcipua iis condarentur munera. Folcardus in Vita S. Bertini 11. *Erlefredum suum à puero nutritum Abbatem essorem ordinavit.* Charta Eriberti Archiepiscopdiolanensis ann. 1040. apud Ughell. in Appendi tom. 4. *Noster fidelissimus Albizo, à cunabulisnachus sub Patre & Regula reƈtè nutritus, à nobver nominati Cœnobii Abbas effectus.* Udalricus 3. Consuet. Cluniac. cap. 10. de Officio Praceis: *Hæc est obedientia quam ex more nullus me, nisi nutritus.* Eadmerus lib. de S. Anselmi Siadinib. cap. 78. *Verùm quia de Conversis & Nut congregatur Ordo Monachorum, dicendum est qolet esse contentio quædam inter Nutritos MonachoConversos. Asserunt enim Nutriti se nulla crimimmisisse, nec se in sæculi sordibus coinquinasse, sedi mundam ab infantia vitam duxerunt, & in Deitio semper laboraverunt. At contrà Conversi, quientiam exteriorum habent, & res Monasterii sapienter tractant, Nutritis ipsis necessaria inveniunt, ordinem quoque suum ferventiùs custodiunt, illos verò parùm in his valere considerant: ideo se meliores illis æstimant, sicque alii aliis se præferunt, dum non suam, sed aliorum infirmitatem attendunt. Sed si verè Monachi essent, sic esset inter eos qaomodo inter Angelos in cælis, & homines sanctos. Angeli enim sunt quasi Nutriti, sancti verò homines quasi Conversi. &c.* S. Hieronymus Epist. ad Lætam 7. *Et licet quidam putent, majoris esse virtutis præsentem contemnere voluptatem; tamen ego arbitror securioris continentiæ esse nescire, quod quæras.* Vide Hugonem de sancto Victore lib. 5. de Claustro animæ cap. 43. His addo quæ habet Regula sancti Aureliani cap. 17. *Minori ætate in Monasterio non excipiantur, nisi ab annis decem aut duodecim, qui & nutriri non egeant, & cavere noverint culpas.* Et Chronicon S. Benigni pag. 448. *Fuit autem Girbertus ex primis quos nutrivit Dominus Abbas Willelmus, & ab officio Scriptor est appellatus.* Vide S. Egilem in Vita sancti Sturmii Abbatis Faldensis in Prologo, & cap. 1. Hugonem Flaviniac. pag. 197. Warnum Abbatem Metensem in Epist. Acta Murensis Monasterii pag. 42. Chronicon Casinens. libro 4. cap. 44. 45. libro 4. capite 96. Histor. Figiacensis Monast. p. 502.

Nutriti Clerici dicuntur, qui Episcopis ratione Diœceseos subduntur, quasi ex eorum familia. Capitul. 5. incerti ann. cap. 5. *Ut ipsi Presbyteri tales Scolarios habeant, id est, ita nutritos & instruatos, &c.* Hincmarus Remensis in Capitulis in Synodo Remis datis ann. 874. cap. 5. *Sed sicut audivi, vos non inde castigatis, sed vos ipsos & vestros Nutritos in maledictionem simoniacæ hæreseos traditis.* Infrà: *Quia si vos bene viveretis, & vestros Nutritos in bona vita & in bona conscientia nutriretis, non vobis esset necesse & vestra perdere, & vos ipsos in damnationem mittere.* Concilium apud Carisiacum ann. 868. ex Sirmondo. *Hincmarus Episcopus ad Herardum Archiepiscopum dixit, quia vester natus, nutritus, vel educatus & ordinatus dinoscitur, &c.* Infrà: *Et inventum est quod ab eo petere illum deberent, cujus natus, nutritus, & ordinatus foret.* Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 107. *Hic Tornaci natus, nutritus Episcopi Canonicus extit.* Charta Eugenulphi Cantoris Ecclesiæ Braiensis ann. 1214. in Tabular. Campan. *Joannes etiam Canonicus Braii nutritus meus, si me supervixerit, eam (domum) quandiu vixerit, possidebit, &c.*

NUX, Balistæ astragalus, epitoxis, *Noix d'arbaleste.* Will. Brito lib. 6. Philipp. pag. 156.

> *Guido nucem voluit balistæ pollice lævo,*
> *Dextra premit clavem, sonat unà nervus, & ecce*
> *In Regis scapula stabat fatalis harundo.*

Dantes in Paradiso cant. 2. *In quanto quadrel posa, & vota, & de la noce si dischiava.*

NUXA. Udalricus lib. 1. Consuetud. Cluniac. cap. 22. *Sanctorum reliquiæ cruciculis, capsulis, & nuxis inclusæ per fratres à secretario dividuntur, ut ab eis collo suspensæ portentur.* Sed legendum videtur *buxis.* Vide in hac voce.

NYCTALMUS, in Gloss. Sax. Cottonianc, Nihƭ-caȝe. Ubi Somnerus, *forte Nyctalops*, id est, qui noctu meliùs cernit, quàm interdiu. Nyhƭ, noctem sonat, caȝ, oculum. Sed videtur legendum *Nyctalus*, ex Græco νυκταλός.

(Iii 2) NYDBE-

NYDBEDRIPES. Custumarium Monasterii de Bello, apud Spelman. tit. *Brenhame*, fol. 91. *Alicia Frere tenet ---- & debet inde de redditu ---- & de Horsgabulo, ut suprà, 4. den. falcare per 3. diès; cariare ferrum ad 3. nydbedripes in autumpno cum 2. hominibus.* Infrà: *Joan. Iverton debet metere & ligare in autumpno 1. nedacram, invenire unum hominem per 3. dies ad nydbedripes ad metendum à meridie usque ad vesperas.* Ita fol. seq.

NYCTAGES; aliis νυϛάζοντες, Hæretici, *qui superfluas existimabant sacras vigilias, & spiritali operi infructuosas, dicentes, jura ti divina, qui noctem fecit ad requiem, sicut diem ad laborem. Qui hæretici Græco sermone Nyctages, somniculosi, vocantur.* Isidor. lib. 2. de Eccl. offic. cap. 22.

NYMPHÆUM, Aquarum receptaculum. D. Ambros. in Actis sancti Sebast. cap. 18. num. 65. *Circa insulas, circa vicos, Nymphæa quoque erant positi compulsores, qui neque copiam darent, aut hauriendi aquam ipsam facultatem tribuerent, nisi qui Idolis delibassent.* Vide de Nymphæis congessimus in nostra Constant. Christ. lib.



ADDEN-

